MICHAELIS ETTMULLERI, ... OPERA MEDICA THEORETICO-PRACTICA, ...

Michael Ettmüller, Jos. : von Montalegre, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
31 S
42
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
55
1011
5
ROMA

Digitized by Google

12-3-5-5

Digitized by Google

Digitized by Google

MICHAELIS
ETTMULLERI,
PHILOS. ET MED. D.

OPERA OMNIA.

Digitized by Google

Digitized by Google



FRANCOFURTI AD MŒNUM EX OFFICINA ZUNNERIANA. A:MDCCIIX.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

6 - 54.

Digitized by Google

MICHAELIS ETTMULLERI,

Philoſ. & Medic. D. hujuſque in Alma Lipſienſi Prof. Publ. & Practici olim per omnem Europam Celeberrimi.

OPERA MEDICA

THEORETICO-PRACTICA,

MICH. ERNESTUS ETTMULLERUS,

FILIUS, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, Anatomiæ & Chirurgiæ in eadem Academia Lipſienſi Profeſſor Publicus Extraordinarius, & Illuſtris Academiæ Leopoldinæ Naturæ Curioſorum Collega,

Innumeras, quibus hactenus ſcatuerunt, mendas ſuſtulit, Hiulca ſupplevit, Luxata reſtituit, Superflua delevit, Novoſque ex Manuſcriptis Paternis Tractatus addidit.

Cum Privilegio Cæſareo, Regis Polon. & Electoris Saxonici.

FRANCOFURTI ad MOENUM.

EX OFFICINA ZUNNERIANA.

ANNO CHRISTI MDCCVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO
DOMINO
FRIDERICO
AUGUSTO,
DUCI SAXONIÆ, JULIÆ,
CLIVIÆ ET MONTIUM,
ANGRIÆ ET WESTPHALIÆ,
LANDGRAVIO THURINGIÆ,
MARCHIONI MISNIÆ,
PRINCIPI-COMITI HENNEBERGENSI, COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,
DYNASTÆ in RAVENSTEIN,
& reliqua.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

Novam hanc Operum Paternorum Editionem
humillima mente

offert

D. MICHAEL ERNESTUS ETTMULLERUS.

Digitized by Google

Digitized by Google



SERENISSIME PRINCEPS, DOMINE CLEMENTISSIME.

Elicem esse Rempublicam, in qua Philosophi imperant, aut Imperantes philosophantur, *celebre circumfertur effatum* M. AURELII ANTONINI PHILOSOPHI, *qui seculo post Christum natum secundo Imperii Romani fasces feliciter gesit. Id si alius quispiam*

Digitized by Google

piam inferioris ordinis eruditus pronuntiaſſet, facile forſan domeſticum teſtimonium rejicerent, qui Literarum Studia Principem ornare negant. Aſt quoniam ex Auguſto Auguſtiſſimi Imperatoris ore aurea hæc fluxit ſententia, merito illa omnium meretur aſſenſum. Cujus veritatem adeo firmant Rationes & Exempla, ut nullum omnino ſit ſolidæ eruditionis genus, in quo Principes excelluiſſe non doceant hiſtoriarum monumenta. Humaniorum certe, quas vocamus, Literarum, Hiſtoriæ, artiſque Oratoriæ cognitione præſtantes tot fuêre omni ſeculo Principes, ut numerum inire difficile fuerit. Quinimo ſint inter TUOS, SERENISSIME PRINCEPS, MAJORES, *ex* ELECTORALI BRANDENBURGICA *nunc* REGIO DIADEMATI *reſtituta* DOMO, *quam* CELSISSIMÆ MATRIS *ſanguine feliciter attingis*, JOHANNES & JOACHIMUS I. *quorum ille* Germaniæ CICERO, *hic* NESTOR *dici meruit. Nec minor eſt illorum ſeries, qui Principibus ſati, quod dicendo ſubditis juri præeſſe debebant, addiſcendæ Juriſprudentiæ omnem impenderunt induſtriam, & ejus amore quidam adeo capti ſunt, ut cum* ALBERTO, BAVARIÆ DUCE & WILHELMO III. ANGLIÆ REGE *glorioſiſſimæ memoriæ in tanto Natalium ſplendore de collatis ſibi honoribus Academicis gaviſi fuerint. Id magis mirum eſt, in Studiis Theologiæ Medicæque Scientiæ multum profeciſſe Purpuratos, quos inter etſi toto celebrentur orbe* ALPHONSUS X. ARRAGONIÆ REX, *edita* Clave Scientiæ *clarus*, & GEORGIUS, PRINCEPS ANHALTINUS, *qui laboribus ſacris concionando, ſcri-*

Digitized by Google

ſcribendoque invigilavit, ut tamen etiam cum peritiſſimis Medicis de corporis humani fabrica & natura, deque morborum cauſis & remediis crebro diſſereret: TUOS *tamen*, CELSISSIME PRINCEPS, *ex* SAXONIÆ DUCIBUS atque ELECTORIBUS MAJORES *beatiſſimæ memoriæ producere præſtat, quos quemadmodum omnes conſtantes verbi divini Confeſſores Defenſoreſque fuiſſe conſtat; ita pietate, rerumque divinarum exacta, ſolida, imo inſolita tanto faſtigio cognitione inter eos eminet* AUGUSTUS, *id præ reliquis ſingulare encomium ferens, quod naturæ ſolertiſſimus ſcrutator fuerit, artique imprimis Chemicæ non proletariam navarit operam. Hiſce vero ſub Principibus, quam felices fuerint ſubjectæ regiones noſtraque præ reliquis, patria dulciſſima, ſatis ſuperque nobis oſtendunt hiſtoriæ. Floruerunt ſane hactenus Literarum Studia, & majora indies ceperunt incrementa artes, neceſſitati, utilitati, commoditati Reipublicæ ſingulorumque & Imperantium & Civium proſpicientes. Floruerunt, inquam, ſed & adhuc florent; quandoquidem Glorioſiſſimorum Principum exempla ſecuti præſentis ſeculi Principes, eorum laudes æquare, imo ſuperare ſubinde annituntur, eumque in finem non tantum ipſi exiguum illud otii, quod à Regimine vacare poſſunt, Literis incumbendi negotio tribuunt, ſed fovent etiam, amantque, quos virtuti ac ſapientiæ operari intelligunt. Eſt illius in literas amoris præclarus effectus, quod condendis, nutriendis, augendis, ornandis Academiis curam, ſumtuſque impendunt, quæ omnino tanto majora eſſe ſolent, quanto majorem eruditionis gradum conſe-*

cutus

Digitized by Google

cutus eſt ipſe Nutritius. Quæ cum ita ſint, lætor omnino, patriæque Academiæ lætus gratulor, quod inter reliquos Sereniſſimos Clementiſſimoſque Nutritios TUUM *etiam*, CELSISSIME PRINCEPS, PARENTEM SERENISSIMUM, PRINCIPEM ac DOMINUM *meum Clementiſſimum, divina gratia Nutritium ac Patronum nacta eſt*, PRINCIPEM, *cujus non minus Eruditio quam Pietas maxime effulget, quique id præcipuum ducit mundanæ ſuæ felicitatis, quod* TE *habeat Filium, quem, quemadmodum ſuarum regionum unicum hæredem, tenerrimo affectu exoſculatur, ita Avitarum, Paternarum, Maternarumque Virtutum, Pietatis præcipue, Eruditionis atque Sapientiæ æmulum fore, certis atque indies novis perſuadetur argumentis. Hinc iſta omnium vota ac ſuſpiria pro* PARENTIS SERENISSIMI, TUIque *ipſius*, CELSISSIME PRINCEPS, *conſervatione. Hinc ipſa hæc* Oratio, *qua* TE *diutius forſan, quam fas erat, detinui. Poſtquam enim Vir integerrimus, atque in promovendis literis, dum in vivis erat, nullis vel laboribus vel ſumtibus parcens, Johannes David Zunnerus, Bibliopola Francofurtenſis, à me ſæpe ſæpius poſtulavit, hæredesque ipſius nunc expetierunt, ut beati Parentis mei, ante viginti quatuor jam annos denati, Opera poſt ejus obitum à quibuſdam hinc inde non ſatis feliciter collecta, denuo & quidem ex ipſis Manuſcriptis paternis veræ ſuæ reſtituerem integritati, & ſi qua ex his addenda putarem, augerem; Reſtitutum hoc ac plane nunc aliam faciem nactum opus* TUÆ CELSITUDINI *inſcribendum duxi, tum, ut* TIBI, PARENTIQUE TUO SERENISSIMO *debitam probarem fidem ac ſubmiſſionem, tum, ut bene augurarer de incrementis, quæ* TE *olim* PRINCIPE *capturam eſſe rem literariam, tot fauſta præſagiunt omina. Quod religionis monumentum, quin Serena Clementiſſimaque fronte ſis accepturus, tanto minus dubito, quanto potentiorem doctis eorumque ſcriptis Aulam novi* SAXONICO-CIZENSEM. *Cæterum expleat, voveo, ſummus rerum humanarum Arbiter, quod de* TE *expectant* SERENISSIMI PARENTES, *quod calidiſſimis precibus exoptat ſubjecta regio, quod cum univerſa Republica literaria hæc precatur Academia, quodque tandem ego juſtis ex rationibus ominor.*

Lipſiæ Calendis Octobris Anno MDCCVIII.

MICHAE.

MICHAELIS ERNESTI ETTMULLERI,
M.F. Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, hujuſque in Academia Lipſienſi Profeſſoris Publici Extraordinarii

EPISTOLA
Ad ILLUSTREM & MAGNIFICUM
DOMINUM
D. LUCAM SCHROECKIUM,
Illuſtris Academiæ Leopoldinæ Naturæ Curioſorum Præſidem graviſſimum &c. &c.

Anno 1703. *data, in qua pertextâ Operum Paternorum Hiſtoriâ Novam eorum Editionem ſignificat.*

VIR ILLUSTRIS & MAGNIFICE
Patrone maximopere colende.

TArdius quam ut decuerit, aut pietas poſtulaverit, hæ ad Te tranſmittuntur lineæ. Poſtquam enim ſub anni præterlapſi terminum ſummi Tui in me Favoris per litteras certiorem me reddere, in Illuſtrem naturæ Curioſorum Societatem cooptare, & Alexiæ nomine indignum ornare non fueras dedignatus, fas piumque omnino fuiſſet, ſine cunctatione promtiſſimum ad grates perſolvendas animum conteſtari. Quemadmodum autem publicè Te alloqui, ea, quâ Tibi me obſtrictum ſentio obſervantia, & quæ nunc ſub manibus fervet Operum Paternorum Editio nova, urſerunt; ita moram hanc benigne Te excuſaturum, præſenteſque benevolis excepturum fore oculis inſignis Tua, quæ in vulgus nota eſt, Humanitas penitus confidere jubet.

):( ):(Ante

Digitized by Google

Ante omnia igitur Tibi, Vir Illuſtris, pro ſummo hoc Tuo in me affectu, maximas, quas mente concipere poſſum, gratesago, habeoque, atque univerſam inſimul illuſtrem Academiam officioſiſſimè ſaluto, ex animo optans, ut laudatiſſimi, quos omnes atque ſinguli ſuſcipiunt labores, ulterius in ſui Gloriam & in Artis ſalutaris pariter ac Scientiæ Naturalis emolumentum atque ornamentum vergere clementiſſimum jubeat Numen. Quantum in me erit, in id enitar anxie, ut meum impleturus officium omne ſtudium, curamque omnem, quoad vitam, ſanitatem & vires concedet Altiſſimus, in evolvendo & eruendo locupletiſſimo Naturæ Theſauro ponam.

Poſthæc quoniam in operibus paternis denuo edendis occupatus jam ſum, eorum Hiſtoriam texere integrum duxi, & hac quidem occaſione commodiſſimè id fieri poſſe credidi, quod in Ephemeridibus, quibus pertexendis ſplendidiſſima Academia Leopoldina, cui me nunc adſcribere Tibi placuit, ſuam locat operam, ante aliquot annos eorum mentionem factam fuiſſe noverim.

In primo vero ſtatim limine abjici, & à ſcopo meo averti me poſſe video, quod Librorum ſat magna copia officinas premat, nec adeò ardua ſit neceſſitas, Librum, cujus Author ante viginti jam annos in vivis eſſe deſiit, & qui in omnibus ferè verſatur manibus, denuo prælo ſubjicere. Ita equidem eſt, ſi unquam, noſtro certè ævo, verum evadit, quod ſuo jam tempore Regum omnium ſapientiſſimus Salomon effatus eſt: *Plures condendi Libros nullum eſſe finem*, quo ſcilicet

- - Tenet inſatiabile multos
Scribendi Cacoethes & ægro in corde ſeneſcit.

Veteres enim ſi conſulamus, Mercurium Triſmegiſtum ſex millia librorum, quingentos viginti quinque ſcripſiſſe perhibet Jamblichus de Myſteriis Ægypti. Hippocratis ſcripta, ſat multa ſedulis etiamnum Medicorum volvuntur manibus; Hunc ſecutus Galenus Libros ſcripſit penè infinitos, quos ipſe commemorat peculiari libro de Libris propriis ſcripto. Theophraſtus Paracelſus trecenta reliquit volumina, quorum Catalogum recitat Laërtius in ipſius vita. Ut alios mittam vel Medicos vel Philoſophos, vel cuicunque diſciplinæ addictos, quorum opera in edendis ejuſmodi eruditis fœtubus multa eſt obſervata, de Chryſantho Sardiano refertur ab Eunapio in ejus vita, quod tantum Librorum exaraverit, ut extremi digitorum articuli ob juge ſcribendi exercitium incurveſcerent intorti.

Digitized by Google

intorti. Noſtro nunc ævo, quo nulla Literatorum eſt inopia, eo major accreſcit librorum numerus, quo magis illi pro Eruditis haberi poſſe deſperant, niſi ſchedis nomen ſuum orbi literato commendent, & quo facilior Typographiæ beneficio Scriptorum nunc eſt divulgatio. Quod ſi tamen accuratiori animi lance ſcripta ponderemus, non unum atque idem de omnibus Libris ferendum eſſe judicium pateſcet. Alii enim, qui typis aliquid exſcribunt, atque publicant, novum quid communicare delectantur; alii, quod ab aliis hinc inde ſcriptum proditumque fuit, conferruminant, nihilque de ſuis addunt, taleſque hic conſcribillaturiendi pruritus uſque adeò vexat, ut ex quinque, quos antea ediderunt, libris ſextum conſarcinare non vereantur. Alii plano terſoque rem proſequuntur ſtylo, alii vel prolixo nimis ſcribendi genere tædium Lectori pariunt, vel Laconico delectati ſermone in brevitate obſcuritatem quærunt, vel verbis utuntur minùs uſitatis, ita ut quid ſibi velit Scriptum, niſi ab Authore ab aliis vix intelligatur. Alii proximo prodeſſe & ſe literarum monumentis à mortalitate vindicare allaborant; alii verò non tam famæ quàm fami ſcribere videntur. Eleganter hac de re ſub Sempronii Gracchi Maſſilienſis larva latens *Manitzius in Medico hujus ſeculi lib.* I. *ſect.* 2. *pag.* 100. *Tanta ſe offert*, inquiens, *librorum multitudo, ut quem è tot Scriptoribus eligas, ſæpe neſcias. Alii pompoſo & ſplendido titulo tyronem alliciunt, ut intus contentæ nugæ bilem poſtea facilius moveant; hujuſmodi librorum titulis præponere ſoleo illud: Titule, quod fatum Te huic libello adſignavit? Alii temperato titulo & modeſta de ſe pollicitatione tyronem ab Lectione terrent; Alii nectar quoddam in voculis, ſeſamoque & papavere ſparſis dictionibus tyroni grata ſunt, ſed horum ſuavitas in primo quaſi linguæ examine evaneſcit, aut ſi aurium judicium audias, vocem Te Luſciniæ audiviſſe dixeris, præterea aque nihil; Alii quos invidia fecit obſcuros, concatenata rerum ſerie, & coacervatis in unum materiarum diverſitatibus ænigmata proponunt, ut niſi centies lectionem repetas, vix eorum intelligas mentem; Alii crambem millies recoctam dapibus ceu delicias apponunt, & quæ multi ex variis Authoribus collegerunt, abſque judicio, abſque ordine revomunt, ne præ multa, quàm ex his aliorum collectaneis ſibi imaginantur, ſcientia diſrumpant ipſis ilia. De aliquibus illud Strabonis judicium Cteſiæ ſcriptis attributum eſt veriſſimum:*

Equidem, ait, facilius quis Heſiodo, Homero, aliiſque fidem adhibuerit, itemque Tragicis Poetis, quàm Cteſiæ & ſimilibus. Sub quo Librorum diſcrimine mirum non eſt, non eadem omnes experiri fata. Sunt enim, qui vix officinis illati ab eruditis coëmuntur manibus, ita ut ſi curioſis Literatorum ſatisfieri debeat animis, altera tertiave vice imprimantur iidem, neceſſe ſit; ſunt viciſſim, qui in officinis ſitum contrahunt, hinc doctis operibus ne locum præripiant, ſeplaſiariis propipere involvendo venduntur. Exemplis rem illuſtrare, quemadmodum non admodum arduum, periculo tamen plenum eſt negotium; vel enim blanditiarum culpæ, vel odio ſe exponet talia probaturus. Certum interim eſt, dum

Scribimus indocti doctique Poemata paſſim,

ſelectum maximè habendum eſſe emendorum, legendorumque Librorum, ſiquidem, *Plutarcho de Liberorum Educatione* rectiſſimè monente: ὄργανον τῆς παιδείας ἡ χῆσις, ἀλλ' ἡ χρῆσις τῶν βιβλίων ἐστί. *Non poſſeſſio Librorum, ſed ſedula eorundem uſurpatio atque volutatio doctrinæ inſtrumentum eſt*; & juxta *Quintilianum lib.* 10. *cap.* 1. *optimis adſuescendum eſt, & multa magis quàm multorum lectione formanda mens.* Abſit tamen, ut juxta Salomonis edictum omnem Libros elaborandi conatum interdicendum, & Socratem ſequendum eſſe credatur, qui interrogantibus, cur nihil librorum ederet, reſpondiſſe fertur: ὀρῶ, τὰ χαρτία πολὺ τῶν γραφησομένων πρειώτερα, *quia videret, chartas multo eſſe pretioſiores, quam quæ ſcribenda forent.* Actum profectò eſſet cum omni doctrinæ genere, & quodlibet noviter inventum cum ſuo Authore interiret. *Non enim fuit, non erit ullum tam felix ingenium, quod omnia à ſe ipſo, velut aranea è ſuo utriculo fila educat.* Ut *Drexelii in Aurifodina Part.* 1. *cap.* 7. utar verbis.

Ad quam verò Scriptorum claſſem opera paterna ſint referenda, judicabis, Vir Illuſtris, ex eis, quæ his hactenus obtigerunt fata, atque meam, quam in eis denuò edendis operam colloco, approbabis; quâ fretus ſpe ad illorum Hiſtoriam pertexendam Authoriſque vitam breviter recenſendam me nunc accingo.

Michaël Ettmullerus lucem hanc mortalem adſpicere primum cœpit ſub Tiliis Anno à nato Salvatore MDCXLIV. Patre, Michaele Ettmullero, Cive & Mercatore apud Lipſienſes, Matre Clara Maulia. Mox optimorum Parentum ductu & auſpiciis vineæ Chriſti inſitus, & quamprimùm fere-

ferebat ætas, Muſis, quarum amore maximopere ferri videbatur, initiatus curâ domeſtica, ſub moderamine Viri Clariſſimi M. Tobiæ Wachsmuthii à decimo uſque ad decimum ſextum ætatis annum in Literis uſque adeò profecit, ut Muſas Gratiis cum maritaſſet, primam ab incluto Philoſophorum ordine Laurum die XI. Junii, Anni MDCLX. retulerit. In vicinam tum conceſſit Leucoream, vitæ ſtudiorumque Rectorem nactus M. Johannem Wolffgangum Rentſchium, ſub quo & L. Ægidio Strauchio, Pohyhiſtore ac Theologo ſummo, in Mathematicis probe ſe exercuit, id quod in ſtudio Medico magno ſibi fuiſſe emolumento, in vitæ curriculo propriâ manu conſcripto teſtatur. Poſt tredecim menſium decurſum patriæ redditus fuit, poſtquam ante abitum à ſe elaboratam de Maculis & Faculis ſolaribus Diſputationem ſub commemorati M. Rentſchii Præſidio defenderat. Cœptis tum inſtitit fervendiſſimus, reportatoque Anno M.DCLXII. ſupremo Philoſophiæ brabio cùm cæteris ejus ſive ſpeciebus ſive partibus, tùm Mathematicæ imprimis ac Scholaſticæ doctrinæ aliquantiſper vacavit, quanquam operæ Scholaſticis impenſæ non ſemel ipſum pœnituerit, eo quod gemmarum parum, vel plane nihil in barbaris illorum ſimetis reperiſſet, quod ſuprà citatum MStum abunde loquitur. Inde habita adhuc eodem Anno de Conjunctionibus magnis Diſputatione, quam Præſes tuitus eſt, totum ſe Divæ Hygeæ devovit, ad quam à primis incunabulis genio quodam duci videbatur, cujus Sacris cum Anno ſequente per Baccalaureatum Medicum ritè eſſet initiatus, ſub umbone D. Godofredi Welſchii PP. de Singularibus diſputavit. Maximopere tum ſibi gratulabatur, anſam ſe nactum eſſe D. Johannis Michaelis apud Exteros decantatiſſimi Chymici latera frequentius cingendi, ab ipſius ore dependendi, Bibliothecam penitius excutiendi, pharmacaque & præparare & diſpenſare addiſcendi. Sed omnem fere tum apud eum proficiendi ſpem infringebat, atque inhibebat, concatenatiſſima non minus Viri hujus Experientiſſimi Praxis, quàm fatalis illa Apoplexia, quâ in itinere Schlaccowerdano hic fuerat correptus. Propriis igitur conatibus rem gerere coactus optimus Pater, Praxin perveſtigare cœpit, ita ut à primis Anni M. DCLXV. auſpiciis ad Feſtum Paſchatos uſque doctrinam febrium, ab hoc ad Michaelis Feſtum affectus capitis, inde ad finem anni uſque pectoris ægritudines, tum intra primam ſequentis anni quadram affectus abdominis

 & mor-

& morbos externos, intra ſecundam tandem mulierum morbos, atque ſic intra unius anni cum dimidio ſpatium integram Praxin propria induſtria penitus exhauſerit. Aliorum interim non neglexit Doctorum manuductionem, quin D. Michaelis Heylandi, D. Sigiſmundi Ruperti Sultzbergeri, D. Leonhardi Urſini Scholis Medicis lubens interfuerit; ſi quod interea temporis otium ipſi concedebatur, conſcribendæ diſputationi tempus impendit, quam etiam de Coralliorum Tinctura ſub D. Martini Friſii Præſidio Anno M. DC LXV. publicè defendit. Inſtabat Anno M. DCLXVI. aliqua Promotio Doctoralis, ne igitur de ſuo jure concederet, Doctoris gradum pariter aſſumeret, ſuaſerunt amici. Verum juvenilis ætatis ſibi conſcius, utpote viceſimum ſecundum annum nondum transgreſſus, & ne cruda ſtudia in forum Medicum protruderet, cujus per totum vitæ curſum ipſum pœnitendum foret, ceſſit ambitioni, firmioribus fundamentis peritiam Medicam ſuperſtructurus. Cui ſcopo ad Exteros itinera inſervitura ſperans, Italiam adire meditabatur, habita prius poſt rigoroſum, quod vocant, examen pro Licentia Medica ſub Pro-Cancellario D. Paulo Ammano de Morſu viperæ diſputatione. Itaque Anno M. DC LXVI. menſe Auguſto per Jenam, Bambergam, Noribergam, Auguſtam Vindelicorum, Monachium, Oenipontum, Brixiam, & Tridentum Venetias tetendit, quam tamen ditionem, ob graſſantem diverſis in locis Germaniæ, potiſſimùm Francofurti ad Mœnum peſtem, ingredi prohibebatur, per quadraginta dies ſegregatus propter temporis jacturam, cujus maximam nunquam non habebat rationem, detineri abnuens; hinc Tridentum reverti cogebatur. Neſcio tamen quo ſtratagemate uſus, aliâ electâ viâ Veronam & Paduam pervenerit, ubi per quinque commoratus menſes, & Germanicæ Nationis Aſſeſſor ac Bibliothecarius declaratus ſectionibus corporum & adfuit & præfuit; hinc Venetias demum adiit, quibus accuratè perluſtratis per Ferrariam, Bononiam, Forum Cornelii, Faventiam, Riminum, Anconam, Lauretum, Spoletum, aliaſque urbes Romam commigravit; cui perreptandæ menſes conſumſit tres, ita tamen ut Neapolin interea temporis excurreret, & ejus quoque admiranda intueretur. Relicta Roma, Viterbium, Senas & Florentiam abiit, ubi propter æſtuoſam Julii tempeſtatem paulò ſubſiſtens, Piſtoriam, Lucam, Piſas, & Liburnum exſpatiabatur. Inde Bononiam denuo, poſtque hanc Mutinam,

Re-

Digitized by Goog

Regium Lepidi, Parmam, Placentiam, Mediolanum, Ticinum, Dertonam, Genuam, Savonam & Turinum salutavit; superatisque Alpibus, Lugdunum Gallorum, & mox Lutetiam Parisiorum se contulit; quâ post septem Mensium spatium, Mense Martio Anno M. DCLVIII. per Rothomagum Dicpam profectus est, unde per Oceanum Germanicum in Angliam vectus post Londinum lustratum Oxonii per septem septimanas commorabatur, ut Anglicæ linguæ sibi compararet notitiam, & Bibliothecæ Bodlejanæ cimelia evolveveret. Londinum dein reversus substitit & hic paulisper, factaque postmodum transfretatione, Belgii Hispanici pariter ac Fœderati nobiliores urbes, Roterodamum, Gertrudenbergam, Bredam, Bergen ob Zom, Antverpiam, Bruxellas, Delphim, Hagam Comitum, Amstelodamum percursavit, hyemem Lugduni Batavorum transacturus, nisi à Parentibus domum fuisset revocatus. Instabat enim dies Promotionis Doctoralis, hinc monita secutus paterna, salutatis in via Osnabrugo, Minda, Hamburgo ac Magdeburgo Lipsiam rediit, alteroque post reditum die Gradum Doctoris, primum inter Candidatos locum obtinens, assumsit. Atque hac ratione ampliſſimus ipsi aperiebatur campus, in quem excurrere, & animi dotes à DEO concessas, multaque industria improboque labore excultas prodere poterat. Decumbentium enim valetudini non minus adesse, quàm ad studiosæ juventutis, Hygeæ consecratæ, utilitatem aliquid conferre, suum, idest, Eruditi Medici esse putavit. Et quoniam indulgentissime tum ei fortuna ad lectum æque ægroti ac in Cathedra favebat, maximam sibi brevi famam atque gloriam conscivit. Ne autem illis solum, qui ab ejus dependebant ore, prodesse videretur, quod à negotiis sibi concessum videbat otium in disputationes de selectissimis materiis conscribendas insumpsit. Quemadmodum Anno MDCLXIIX. Chirurgiam infusoriam, Anno MDCLXXV. Valetudinarium infantile, Anno MDCLXXIX. Virtutem Opii Diaphoreticam, Anno MDCLXXXI. Præcipitantium verum usum, ferumque abusum, Anno MDCLXXXII. Ideam præscribendarum formularum publice explicatum dedit. Ut alias Disputationes Academicas, quibus à Respondentibus elaboratis, atque à se revisis & emendatis, ut de dolore Hypochondriaco, spermate Ceti, Balneis Medicis artificialibus, Respirationis

 huma-

Digitized by Google

humanæ negotio abſtruſo, malo Hypochondriaco, Epilepſia, parvis magnorum morborum initiis, temulentia & corpulentia Præſidem ſe dedit, nunc non commemorem. Quibus omnibus effecit, ut Medici ſat numeroſi, qui ex ejus ſchola prodierunt, Principum Aulas, Academias, Urbeſque varias ac Regiones non modo exornarint; verum etiam Germanos pariter atque Exteros in ſui admirationem traxerint. Hinc nec Honores atque virtutis præmia ipſi defuerunt, ſiquidem Anno MDCLXX. Illuſtri Naturæ Curioſorum Collegio adſcriptus; Anno M. DCLXXVI. cum D. Macaſius noſtram relinqueret urbem, in Facultatem Medicam cooptatus, & Anno M. DCLXXXI. cum D. Hornius è vivis diſcederet, Botanices Profeſſorem Ordinarium & Chirurgiæ Extraordinarium agere juſſus fuit. Cæterum cum conſortii maritalis ſe indigere intelligeret, tori ſociam adeptus eſt An. MDCLXXI. Virginem Margaretham, Viri Ampliſſimi Johannis Erneſti Boſii, Senatoris & Ædilis Lipſienſis Filiam natu minorem, ex qua Filiam adhuc ſuperſtitem per DEI gratiam, atque quatuor ſuſcepit Filios, qui, me ſi exceperis, vivere deſierunt omnes. Reſtant ſuprema. Anno M. DCLXXX. febris Parentem corripuit cum ſcorbuto, malo Hypochondriaco, aliiſque ſymptomatibus conjuncta; Et quanquam poſt trimeſtre ſpatium ægrorum lectis ei adeſſe iterum fuerit conceſſum, radices tamen morbi penitus evelli nullo modo potuerunt; quin vires indies magis decreſcere perſenſerit, ſudoribus nimiis, ſicca tuſſi, & calore depaſcente valdopere vexatus. Prodidit tandem ſe morbus complicatus, & ſubeſſe non pulmonum tantum vomicam, ſed & lienis atque hepatis ſcirrhum, nec non obſtructionem meſenterii pertinaciſſimam, haud obſcurè licebat conjecturari. Cum igitur anorexia, præcordiorum anxietates & reſpirandi difficultates dictos affectus comitarentur, Hectica Febre laborare eum, certo ſatis conſtabat. Lecto demum affixus eſt ſub anni MDCLXXXII. terminum & exhauſtis ſenſim ſenſimque viribus, ſequentis anni Menſe Martio animam DEO reddidit, triceſimum nonum nondum transgreſſus annum.

Vides ex his, Vir Magnifice, Patrem meum, dum in vivis eſſet, ſi commemoratas excipias Diſſertationes Academicas, & quædam Programmata, nil ſcriptorum in publicum emiſiſſe; malle enim ſe nihil ſcribere, quàm talia repetere, quæ

Digitized by Goog

quæ in vulgus jam nota ſunt, Parenti ſuo, ut, quæ cum Praxi conjuncta ſunt, tædia cum ſcribendi labore commutet, monenti ſæpe reſpondit. Nullus tamen dubito, quin, ſi vitam conceſſiſſet Altiſſimus, obſervationes, quas uberrima ſuppeditaverat Praxis, & Experimenta, quibus nunquam non invigilabat, chymica cum orbe Erudito communicaverit, atque quæ in Arte Medica videbantur erronea correxerit, manca ſuppleverit. Sed placuit Divino Numini in optimo ætatis flore omnibus eum eripere terræ miſeriis atque ærumnis, æternaque frui felicitate jubere; ſicq; nobis nihil niſi ſui recordationem & futuri laboris rudimenta reliquit. Quam breve autem extiterit temporis ſpatium, intra quod ipſi Medicinæ præeſſe fuerat permiſſum, egregiam tamen eum de ſua peritia atque dexteritate nactum eſſe exiſtimationem, nemo inficiabitur. Vix enim ſcholas ſuas aperire cœperat, cum undique concurrentes ab ejus ore dependere geſtiebant Auditores, vixque ſcriptum aliquod emiſerat, cum ſedulis illud verſare manibus delectarentur Eruditi. Teſtimonium hujus deſideras, *Vir Illuſtris*, ſcias, Medicinam Hippocratis Chymicam, quam Anno MDCLXX. diſputationis loco publicè exhibuit, anno ſequente Lugduni Batavorum ex Officina Arnoldi Doude in forma duodecima prodiiſſe, & quam pro loco in Facultate Medica obtinendo habuit diſputationem, poſt mortem ipſius Gallico Idiomate donatam Anno MDCXC. Lugduni Gallorum & ſequenti Anno Amſtelodami in forma duodecima lucem denuo vidiſſe publicam. Hocque Eruditorum deſiderium, quo verſus ſcripta à B. D. Patre edita ferebantur, primam dedit anſam Bibliopolis, ut de diſcurſibus ab Auditoribus ejus in Collegiis calamo exceptis corradendis primum ſeorſim, tum conjunctim ſub Operum Ettmülleria-norum titulo edendis animum induxerint. De quo conatu quid ſentiendum, GEORGIUS FABRITIUS HILDANUS audiendus eſt, qui in *Obſervationum Chirurgicarum Centur. V. Obſervat.* 2. ad Caſparum Hoffmannum ſequentem in modum loquitur: *Scriptum mihi fuit non ita pridem Patavio, Vratislavienſem quendam Bucretium, Doctorem Medicum, D. Spizelii p. m. ſcripta Anatomica & Chirurgica in lucem miſſurum; ſed utinam id ante obitum Spizelii factum fuiſſet; rarò enim ſcripta poſthuma mentem Authoris rectè aſſequuntur. Video id in Chirurgia Veſalii à*

Proſpero

Proſpero Borgarutio edita, in qua nonnulla, quæ Veſalius propter immaturam mortem perficere non potuerat, ipſè Borgarutius ex aliis Authoribus decerpſit, & Chirurgiæ Veſalii de verbo ad verbum inſeruit, donec tandem perfectum compilarit opus. Quod ſi enim hæc maneant fata opera poſthuma à defunctis Authoribus conſcripta, quid non metuendum erit de illis, de quibus edendis Author ante obitum ne per ſomnium quidem cogitaverat? Tantum enim abeſt, ut Conceptus ſuos ea intentione ac methodo conſcripſerit B. Parens, quæ in publicum prodire queant, ut ne dictaverit quidem, exceptis Caſibus reſolvendis, ac Theſibus privatim ventilandis unquam aliquid Auditoribus. Quemcunque igitur hi diſcurſum extemporaneum ferè in chartam conjecerunt, in talia opera coëgerunt. Quis autem neſcit, quantum differant diſcurſus ejuſmodi in Collegiis prolati à ſcriptis luci publicæ exponendis? quis neſcit, quanta ſæpe incuria Auditores dictata Præceptoris calamo excipiant, & contrarium haud rarò Authori affingant ſenſum? Primogenitus ergo inter hæc opera fœtus Lipſiam delatus erat Liber in Quarto, qui ſequentem gerebat titulum:

„ MICHAELIS ETTMULLERI *Phil. ac Med. Docto-*
„*ris & Profeſſoris Lipſienſis Chimia Rationalis, ac Experi-*
„*mentalis Curioſa, ſecundum principia recentiorum adorna-*
„*ta, variiſque ac propriis experimentis tam Chimicis, quam*
„*Practicis, ut & medicamentis nobilioribus referta, comite*
„*ſemper ratione, nunquam adhuc publicam lucem viſa, jam*
„*vero in ordinem redacta, ac boni publici cauſa edita Cura ac*
„*ſumtibus Joh. Chriſtophori Auſsfeldi Med. Doct. Lugduni*
„*Batavorum Anno* MDCLXXXIV.

Negandum equidem non eſt, B. D. Patrem cum primam poſt acceptum Doctoratus gradum ſtudioſæ juventuti limandæ atque expoliendæ manum admoveret, habuiſſe Collegium Chymicum, in quo Principia & operationes chymicas explicuit, atque Enchireſes in Laboratorio Zittmanni, qui in præparandis atque diſtribuendis medicamentis tum Lipſiæ deſudabat, inculcavit, Auditoreſque per diſcurſum prolata calamo conſignaſſe; an vero ſcripti hujus Beatus Pater Author dici valeat, determinant SCHELHAMMERUS *in Additamentis ad Hermanni Conringii Introductionem Medicam cap. XI. pag.* 385. E T T M U L L E R I *Chemia*, inquiens, *poſt ejus mortem nuper à quodam*

lucri

lucri captatore publicata est, nefario tamen ausu, cum non sit dubium, multa, si vixisset, celeberrimum Authorem fuisse emendaturum, expuncturum, immutaturum, quæ non sine ipsius ignominia nunc publicè leguntur; & Editor, qui mox commemoranda opera congessit in Præfatione: *Scito tamen, Chymiam* ETTMULLERIANAM *publicæ luci nuperrimè editam fuisse, quæ quidem nomen tanti Viri gerat, vix tamen mereatur, ut pro vero Chymici hujus egregii habeatur labore, cum alterius forsan exceptus, auditusque discursus olim à Viro beato habitus æstimandus veniat.* Quibus ita se habentibus Vidua & Hæredes sequentem Admonitionem publicare integrum duxerunt:

Viduæ ac Hæredum Ettmullerianorum Admonitio de " *scriptis sub nomine* B. D. ETTMULLERI *hactenus di-* "
vulgatis. "

Sicut illorum Favori multum nos debere profitemur, qui "
Beati Nostri Mariti ac Parentis, dum in vivis erat, modera- "
mini, sua vel publicè vel privatim submittebant Studia, ac de "
fama egregia, quam per horum felicissimos non raro succes-sus "
sibi compararat, cineribus etiam ipsius gratulamur: Ita illos, "
quos posthumorum ejus Scriptorum avidos intelligimus, quos- "
que horum editionem non semel aut ipsos aut per alios à nobis "
sollicitasse novimus, ne cœco ac præcipiti nimis affectu in char- "
tas illas, quas hactenus sub nomine Ettmulleriano quidam im- "
prudentiores divulgarunt, ferantur, sicque non tantum sibi ac "
aliis imponant, sed æstimationi quoque Viri orbi literario "
æstumatissimi, inviti quamvis derogent, monere duximus. "
Primum illorum fœtuum suppositititiorum pronunciamus Chy- "
miam Rationalem ac Experimentalem Curiosam, cujus con- "
spectum merito rident Eruditiores, rident ejus minus cautum "
ac sumptuosum Curatorem, qui distinguere nescit, inter di- "
scursus privatim ad captum quorundam discipulorum rudium, "
ac sub laboribus Chymicis prolatos, & inter Systema Chymi- "
cum ea intentione ac methodo conscriptum, ut in publicum "
prodire non erubescat. Quemadmodum enim huic ejusmodi "
competit facies, quæ eruditis ac in Arte peritioribus placeat, "
sic talem vix exhibent crudi illi conceptus, quos tunc tempo- "
ris, scilicet cum post assumtum Doctoratus gradum ante annos "
sedecim, speciminibus Academicis dandis & juventuti infor- "
mandæ primam manum admoveret, (Chymiam vero experi- "
menta-

Digitized by Google

„mentalem & curiosam componere sibi nondum, nec unquam „arrogaverat Noster,) Auditoribus suis exponebat. Alterum, „de quo monendus eris, L. B. Disputationes Medicinæ octode„cim sunt, varii argumenti, quarum aliquot illius equidem „meditationes proprias ac genuinas, scilicet, de Morsu vipe„ræ, chirurgiam infusoriam, Valetudinarium infantile, Vir„tutem opii diaphoreticam, Medicinam Hippocratis chymicam, „de Præcipitantium usu & abusu, ac Ideam præscribendarum „Formulàrum (quarum hanc cum Valetudinario infantili chy„miæ rationalis Editor, quasi nondum lucem viderint, de„mum ex scriniis suis secretioribus promittit) reliquas ascititias „& aliorum, id est, quibus tanquam Præceptoribus respon„dendo, aut tanquam Discipulis præsidendo, in reliquis, „præter recensitas, operas suas commodaverat, labores pro„nuntiamus, prout nobis etiam tacentibus ipsa harum materia„rum diversa indoles & facies Te docere poterat. Quæ deni„que Præfamen Chymiæ nominatæ promittit opera, scilicet, „Institutiones Medicas, Praxin Medicam, & Tractatum de „selectione medicamentorum, similiave, quorum impressio„nem ac publicationem & præprimis quidem docente Catalogo „Librorum Francofurtensium hisce nundinis edito, Praxin „Medicam typis Michaelis Guntheri, nobis contradicentibus „ac Electorali Auctoritate prohibente, moliri intelligimus, ab „horum lectione ut abstineas, candidè rogamus, aut si fama „forsan Ettmullerianа Te ad illum stimulet, cogites non nisi „Collegia privata & discursus tantum non extemporaneos ju„ventuti informandæ dicatos, à Studiosis verò quibusdam, in„terdum calamo minus cauto exceptos & congestos esse, quos „etiam Beatus Vir non ad normam ac methodum scriptorum „publicorum direxit, sed ad captum potius Auditorum accom„modavit ac dictitavit. Satis igitur injurii in manes Ettmul„lerianos illi existunt, qui ejusmodi scripta vel lucri cupidine „vel ex cæco in Præceptorem olim amore magis quam pruden„ter typis manciparunt. Ne vero B. L. destituatur lectione eo„rum, quæ B. Ettmullerus quondam congessit, scias, plera„que, quæ hactenus divulgata, divulgarique ab aliis promissa „sunt, prout ab ipso Authore non ita pridem ante obitum suum „relecta atque emendata, ànobis Viri eruditi ac in arte Medi„cа maxime excellentis revisioni concredita, moxque publican„da esse, ut hac ratione & B. Viri famæ, lectorisque eruditi „Expectationi consulatur, nec dubitamus, quin hanc operam

expecta-

expectare magis ex re utique fuerit quam pati ſibi imponi ſup-
poſititiis libellis. Vale.

Jungebant tum nobis ſe Celeberrimi Lipſienſes Actorum Eruditorum Collectores (quibus ſuam operam per primum ſolummodo Annum commodare per fata B. Parenti licuit) atque ſequens de eo, ipſiuſque Scriptis *Anno* 1685. *Menſe Julio pag.* 341. ferre judicium non dubitabant: *Eo avidius excepta à multis Opera hæc fuiſſe non dubitamus, quæ ſub* ETTMULLERI *noſtri nomine nuper divulgata ſunt, quanto majorem is, dum viveret æſtimationem famamque ſibi comparavit. Utique enim Vir fuit ſolidiſſime, non arte tantum Medica, quam theoria & opere profitebatur, ſed ſcientiis omnibus, quæ illi adjumento ſunt, aut ornamento, doctus, miraque ſemper ac feliciſſima dexteritate, & in erudienda ſtudioſa Medicinæ Juventute, & in experimentis, quibus hæc diſciplina magno hoc tempore cum fructu excolitur, capiendis, & in exercenda medendi arte ægrisque ad ſalutem reducendis uſus. Unde non Lipſiæ tantum noſtræ, cui ſtudia ſua operamque conſecraverat, ſed Orbi literato dolendum, vivis hunc Virum in ipſo ætatis flore immaturo fato ereptum. Neque dubitandum eſt, profectura ab illo ſcripta publica fuiſſe ſeculo, & ſplendore illo, quo ſe Medica hodie ſcientia effert, digniſſima, ſi vitam illi Divinum Numen prorogaſſet. Sic enim ſecum Vir prudentiſſimus conſtituerat, non niſi provectiore ætate ad libros componendos animum applicare, & comparare interim ſubſidia, quæ experientia diuturnior, Auctorumque plurium lectio ſubminiſtrant. Quo major eos, qui* ETTMULLERO *noſtro familiariter uſi ſunt, cepit admiratio, quando eodem fere tempore diverſis locis edita conſpexerunt memorata ſuperius Opera,* ETTMULLERI *nomen præferentia: ut Vidua etiam ac Hæredes Ettmulleriani, famæ beati Viri conſulturi, neceſſitatem ſibi impoſitam cenſuerint, publico Programmate Scripta illa ſuppoſititia eſſe, certè luci publicæ nunquam à beato Authore deſtinata fuiſſe, declarandi. Atque id quidem, nullo licet monente, deprehendent facile omnes, quibus pervolutare libros hoſce viſum fuerit, contineri iis nonniſi diſcurſus maximam partem extemporaneos, nec cautè ſemper ab Auditoribus exceptos; ſed hiulco verborum concurſu & tavtologiis fœdos; quos qui tribuere* ETTMULLERO *velit, tanquam Opus ea methodo curaq́, ut in publicum*

 prodire

Digitized by Google

prodire poſſit, elaboratum, næ is in beati clariſſimique Viri manes foret injurius.

Hiſce tamen non obſtantibus Anno ſequente MDCLXXXV. novus prodibat abortus, Liber ſcilicet in quarto, ſequentis tituli:

„ *Medicus Theoria & Praxi generali inſtructus, hoc eſt,*
„*Fundamenta Medicinæ vera, olim à* D. MICHAELE
„ETTMULLERO *Medico & Practico Lipſ. celeberrimo*
„*Prof. Publ. privatim tradita, Luci publicæ nunc primum*
„*donata & Indice duplici ornata. Cum Privilegio Elector. Sa-*
„*xon. Francofurti ac Lipſiæ Sumptibus Michaelis Guntheri*
„*Bibliopolæ Dreſdenſis* MDCLXXXV.

In quo Libro ea continentur, quæ in Inſtitutionibus Medicis privatim Authoribus fuerunt propoſita. Quem ſequebatur alius eodem Anno itidem in Quarto cum Titulo:

„ MICHAELIS ETTMULLERI, *Philoſophiæ*
„*& Med. Doctoris & quondam in Academia Lipſienſi Profeſſo-*
„*ris Publici Celeberrimi Opera omnia Theoretica & Practica,*
„*in quibus univerſa Praxis Medica, ſive omnium totius corpo-*
„*ris humani morborum dilucida deſcriptio, eorumque cauſa-*
„*rum accurata explicatio, & curatio per ſelectiſſima & opti-*
„*ma medicamenta ſecundùm principia & experimenta chymi-*
„*ca ac anatomica Clariſſimorum Virorum Helmontii, Willi-*
„*ſii, Sylvii, Tackenii, aliorumque Neotericorum exhibe-*
„*tur. Accedit Chirurgia Medica, pulcherrima methodo*
„*omnes affectus externos explicans, eorumque cauſas, reſti-*
„*tutionem & curam deſcribens. Ut & Methodus Conſultato-*
„*ria, per variorum Caſuum exempla docens morborum reſolu-*
„*tionem & curationem. Annexi ſunt in fine de particulari-*
„*bus quibuſdam materiis Tractatus ejus ſingulares. Lugdu-*
„*ni* MDCLXXXV.

Quæ Editio eadem eſſe videtur cum illa, quæ Londini Anno MDCLXXXIII. in Quarto impreſſa in Actis Philoſophicis Anglicis perhibetur, à nobis tamen nunquam viſa. Sed nec Collegia Pharmaceutica diutius latitare potuerunt, quin Anno ſequenti pariter in Quarto prorepſerint ſub Nomine:

„ MICHAELIS ETTMULLERI *Philoſophiæ*
„*& Med. Doctoris, Academiæ quondam Lipſienſis Prof. Publ.*
„*atque S. R. I. Acad. Nat. Curioſ. Collegæ famigeratiſſimi Opera*
Phar-

Digitized by Google

Pharmaceutico-Chymica, Ejus ſcilicet I. Schrœderus dilu-“
cidatus, ſeu Commentarius in Johannis Schrœderi Pharma-“
copœiam Medico-Chymicam. II. Commentarius in Danie-“
lis Ludovici Diſſert. de Pharmacia moderno ſeculo applican-“
da. III. Pyrotechnia Rationalis ſeu Collegium Chymicum“
Experimentale. Quibus pro Appendice annexæ ſunt Ejuſ-“
dem Diſſertationes ſelectæ Academicæ multum hactenus expe-“
titæ; cum Præfationibus & Indicibus Rerum & Verborum“
copioſiſſimis. Lugduni M.DCLXXXVI. De quibus ta-“
men omnibus idem ferendum eſt judicium, non eſſe opera exa-
ſciato judicio, & ea, qua decuiſſet induſtria elaborata, ſed ex-
temporaneos in Collegiis privatis habitos diſcurſus. Cum igi-
tur D. Johannes David Zunnerus, Civis ac Bibliopola Franco-
furti ad Mœnum Primarius, avidiſſimè Scripta Ettmulleriana
ab Eruditis expeti cerneret, apud Hæredes de MStocorrectio-
re inquirere ſuſtinuit, quo tamen voto neutiquam damnari po-
tuit, ſiquidem teſtamento paterno erat cautum, ne Libri &
MSta diſtraherentur, donec neutrum filiorum (Frater enim
meus natu minimus tum adhuc ſuperſtes erat) Literis Operam
daturum eſſe conſtiterit. Ne autem Literatorum deſideriis pe-
nitus deeſſe videretur, aliud ſuo ære comparavit MStum,
quod omnia atque ſingula, quæ hactenus ſeorſim & variis in lo-
cis prodierant, comprehendens Opera, & D. Georgii Franci à
Franckenau cura à nævis vindicatum, in folio imprimi curavit
cum titulo:

MICHAELIS ETTMULLERI *Philoſ. & Med.*“
Doct. hujuſque in Illuſtriſſima Univerſitate Lipſienſi Prof.“
Publ. & Practici, dum viveret, longè feliciſſimi, & celeber-“
rimi Opera omnia, nempe Inſtitutiones Medicinæ cum Notis,“
Collegium Practicum, generale & ſpeciale, de morbis Viro-“
rum, Mulierum & Infantium, Collegium Chirurgicum, No-“
tæ in Morelli Methodum de formulis medicamentorum præſcri-“
bendis, in Ludovici Diſſert. Pharmaceuticas, & in Schrœderi“
Pharmacopœiam; Chymia Rationalis cum Collegio Caſuali, &“
variis Curioſis & Diſſertationibus aliis. Opus poſthumum, poſt“
varias Editiones mancas nunc hinc inde ſuppletum, & Indice“
copioſiſſimo inſtructum; cum Præfatione D. Georgii Franci,“
in Electorali Heidelbergenſi Univerſitate Medicinæ Profeſ-“
ſoris Primarii ac Pro-Cancellarii, aliquot S.R.I. Electorum“
& Principum Conſiliarii & Archiatri. Cum Gratia &“

Digitized by Google

„*Privilegio S. Cæſ. Maj. & Sereniſſimi Elect. Saxon. Franco-*
„*furti ad Mœnum, Sumptibus Johannis Davidis Zunneri An-*
„*no* MDCLXXXIIX.

Vix duo præterlapſi erant anni, cum ſcheda divulgaretur ſequentem gerens titulum.

„ *D. Johannis Weſtphali Præfecturarum ac Rerumpubli-*
„*carum Delitienſis & Bitterfeldenſis Medici Ordinarii Epiſtola*
„*Invitatoria, qua omnes Medicæ Arti verè addicti, ut Collegia*
„*Manuſcripta, à B. Dn. D.* MICHAELE ETTMULLERO,
„*Prof. Publ. Lipſienſi, olim habita, ſi quæ poſſideant,*
„*in uſum publicum communicare non dedignentur, officioſè*
„*rogantur.*

Collega enim hic noſter honoratiſſimus, quem B. Pater per duo fere luſtra omnibus ſuis Collegiis gratis intereſſe ſiverat, *non potuit non, juſtiſſimo hactenus zelo impulſus* (hæc enim ipſius ſunt verba) *dolorem quendam percipere, quando ſub celeberrimi hujus Viri nomine uſque hac in publicum edita ſcripta accuratiori oculo fuerit intuitus, in quibus non ſolum multæ res ineptæ & impertinentes, ſed & tot mendæ, tot vitia, tot falſa, ut nulla fere pagina aut linea à ſpurcitie hac liberam ſe gloriari poſſit;* conatum hinc laudat Dom. Zunneri, quo in ultima Editione ſcripta accuratiſſima exponere orbi Literato allaboraverat; quoniam verò nec hanc Operum Ettmullerian. Editionem completam eſſe ei perſuaſerat, & denuo recudenda Opera meditanti calcar addiderat, hanc in publicum emiſit Epiſtolam rogans, quidquid Operum Ettmullerianorum quilibet poſſideant, ſibi transmittant. Certiores igitur facti Hæredes Ettmulleriani vaſti hujus monſtri, quod ſub partu jam ingemiſcebat, atque ne ipſius membra ſuppoſititia cum Genitore ſuo putatitio nullam habitura ſint convenientiam, veriti in Novellis æque ac Catalogo Librorum Lipſienſi hanc Editionem ex manuſcriptis relictis non fuiſſe conflatam, aliaque aſſervari, quæ nulli hactenus fuerint communicata, monuerunt. Nihilominus ne quis admonitione hac deterrere ſe patiatur, in Epiſtola ſua ſuaſit, atque omnia ſe poſſidere, ne Tractatu quidem de Urina excepto, pronuntiavit modo commemoratus noſter Dominus Collega; cum tamen Tractatus hic ultimam nondum expertus fuerit manum, à me admovendam. Prodiit tandem monſtroſum hoc opus in duo

Volu-

Digitized by Google

Volumina congeſtum, & etiamſi parturire viderentur montes, ridiculum tamen natum fuiſſe murem, nemo non percipiebat. Titulus Operum talis erat:

MICHAELIS ETTMULLERI *Philoſ. & Med.* "*D. hujuſque in Alma Lipſienſi Prof. Publ. & Practici olim*" *per omnem Europam celeberrimi Opera Medica Theoretico-*" *Practica, hoc eſt, Exercitationes & Collegia omnia, ab eo-*" *dem tam publicè quam privatim & privatiſſimè quondam ha-*" *bita, in quibus univerſa doctrina & Praxis Medica, ſive*" *omnium totius humani corporis morborum dilucida deſcriptio,*" *eorumque cauſarum accurata explicatio & curatio per ſele-*" *ctiſſima & optima medicamenta, ſecundum principia & Ex-*" *perimenta Chymica ac Anatomica Helmontii, Williſii, Syl-*" *vii, Tackenii aliorumque Neotericorum exhibetur; unà cum*" *Chirurgia Medica, Methodo item Conſultatoria, qua per va-*" *riorum caſuum exempla morborum reſolutio & curatio doce-*" *tur; Adduntur & Tractatus ſingulares alii de particulari-*" *bus quibuſdam materiis. Opus poſthumum & Philoſophis &*" *Medicis, omnibuſque rerum naturalium Curioſis ſumme ne-*" *ceſſarium atque utile; olim quidem ab Illuſtri Viro Domino*" *Georgio Franco Lib. Bar. à Frankenau &c. recenſitum, nunc*" *verò ſecundum ultimas B. Authoris hypotheſes harmonicè*" *connexum, ac prioribus Editionibus duplo plus auctius, accu-*" *ratius, correctiuſque & ob novæ materiæ cumulum in duo Vo-*" *lumina digeſtum cum Indice locupletiſſimo, cura & opera*" *Johannis Caſpari Weſtphali, Medic. Doct. Academici Cu-*" *rioſi. Cum Privilegio Cæſ. & Elect. Saxon. Francofurti ad*" *Mœnum Impenſis Johanis Davidis Zunneri A. O. R.*" MDCXCVI.

Libri hujus Textum ſi examinaveris atque cum prioribus Editionibus contuleris, parum offendes, quod hæ nondum exhibuerunt; Et quæ in prioribus paucis & claris verbis fuerant dicta, & expoſita, in nova hac longis amplificationibus obſcurata invenies; imò cramben ter quaterve coctam deguſtabis, & quæ medicamentorum præparationes in Collegio Chymico propoſitæ fuêre, in Collegio Schrœderiano, Ludoviciano & in Practico iiſdem ferè verbis repetitas obſervabis. Et videtur hæc Editio adornata, non ut Tyro Medicus utilitatem exin capiat, ſed ut quæ Collegia habuerit B. Pater, innoteſcat, & ut plagellarum copiâ major nummorum

Digitized by Google

numerus Editoris accedat marſupio. Cujus enim quæſo intereſt, Synopſin legere Inſtitutionum, quæ tamen ipſæ apponuntur, res uberius explicantes? cujus intereſt Theſes cognoſcere Pathologicas, quarum explicationem Inſtitutiones Pathologicæ exhibent? cujus intereſt, confuſum de præſcribendis formulis diſcurſum noſſe, qui in Diſſertatione peculiari nitidè & concinnè traditur? cujus intereſt erroneas Auditorum Reſolutiones Caſuum intelligere, quos Præceptor ipſe reſolvit? Qua tamen re factum fuit, ut opus in tantam excreverit molem, ſat magnâ pecuniæ ſummâ parandam, & Lectoribus tædium, Editori verò ſuo gloriam pepererit nullam. Perquam elegans eſt, quod hac de Editione tulit judicium Editor, quiſquis etiam fuerit, qui opera paterna, ut mox commemoraturi ſumus, in Compendium redegit; *Meminerit Lector*, ait, *in* ETTMULLERI *Operum Editione noviſſima, multa in Schrœderum dilucidatum referri, imprimis ubi de Regno Minerali agitur, quæ hactenus in Collegio Chymico expedita fuerunt; nos utique brevitati incumbentes cramben recoctam religioſè vitaſſe. Et ſane, ſi, quod ſentiam, liberè efflari fas ſit, videtur Editio illa noviſſima molis ſuæ ſpiſſitudinem, licentiæ huic eandem cantilenam ſæpius reponendi magna ex parte acceptam referre. Hinc multa etiam in Praxi Medica prolixè diſſeruntur de functionum animalium theoria, aliiſque, in Inſtitutionibus fusè ſatis explicatis. Et ſi quæ ſint præter dicta in noviſſima hac Editione exhibita, quæ in prioribus deſiderantur, an ipſius ſint* ETTMULLERI, *dubito. Multa ſunt, quæ contrarium ſuadent. Imprimis illud, quod plurima ibidem occurrant, ab Authoris ſenſu longè diſcrepantia, plurima etiam adverſis frontibus pugnantia.* Optimo profectò jure de hac Weſtphalica Editione idem mihi, quod Domino D. Weſtphalo de antecedentibus, ut ſuperius dictum, pronuntiare licebit: *Non poſſum non juſtiſſimo Zelo impulſus dolorem quendam percipere, quando ſub B. Parentis nomine hæc in publicum edita ſcripta accuratiori oculo fuerim intuitus, in quibus non ſolum multæ res ineptæ & impertinentes, & tot mendæ, tot vitia, tot falſa, ut nulla fere pagina aut linea à ſpurcitie hac liberam ſe gloriari poſſit.* Id quod ipſe Doct. Weſtphalus in Epiſtola Anno MDCXCIIX. ad Te, Vir Illuſtris, cæteroſque Academiæ Naturæ Curioſorum Nobiliſſimos atque Excellentiſſimos Domi-

Digitized by Google

Dominos Adjunctos & Collegas exarata & Ephemeridum Germanicarum Anno V. & VI. Dec. III. inſerta, fatetur, dum dicit: *Nihil magis in votis habeo, quam ut deſiderio Veſtro & labori meo Editio iſthæc ex aſſe reſponderet, nec tot crudis ſenſum omnem ſæpiſſimè depravantibus, aut plane invertentibus, & quod omnium maxime dolendum, ſine numero repetitis, (ſiquidem oculo ſaltem volante opera percurrens Erratorum plus 60. chartarum plagulas jamjam extraxi) vitiis referta eſſet atque repleta, ut interiiſſe Opera Ettmulleri potius quàm adulterata ac vitioſa hac Editione tantum temporis inſumſiſſe, totique mundo impoſuiſſe malim.* Pollicetur porrò in eadem Epiſtola Honoratiſſimus Noſter Collega ſe novam, eamque ad dimidium auctiorem Editionem adornaturum eſſe. Proh DEum immortalem! quanto molimine res gerit ſine ullius ſuffragio! pro quo labore an ullam à gente Erudita reportaturus ſit gratiam, vehementer vereor. Qua enim ratione hoc Opus ſub manibus creverit, literæ ipſius teſtantur, ad ſuperius commemoratum Dominum Zunnerum haud ita pridem datæ, in quibus ſe multa ex aliis Authoribus Scriptoribuſque Medicis congeſta & excerpta additurum fore ediſſerit; quo verò jure talia pro labore vel etiam pro Collegiis B. D. Parentis venditare queat, non video. Scribat Albucaſis Commentarium in Opera Ettmulleriana, evolvat locos ſuos communes & Veterum Recentiorumque obſervatis rem illuſtret, per me licebit, & majorem forſan apud Medicos inibit gratiam, quam ſi iiſdem B. Ettmulleri nomen obſcuret. Sed ultima nunc commemoranda venit Operum Editio (omitto enim illam, quæ titulum gerit:

MICHAELIS ETTMULLERI *Phil. & Med. Doct. Operum omnium Medico-Phyſicorum Editio Noviſſima, cæteris omnibus tum correctior, tum accuratior, tum felicior; opera & ſtudio Petri Chauvin, Med. Doct. Collegio Lugdunenſi aggregati. In fol. 2. Vol. Lugduni:*

Et in Ephemeridibus Eruditorum Gallicis Anno MDCXC. recenſita eſt, utpote à nobis nunquam conſpectam,) quæ in octavo Londini Anno MDCCI. & Amſtelodami Anno ſequenti prodiit ſub titulo:

MICHAELIS ETTMULLERI *in Academia Lipſienſi quondam Profeſſoris Celeberrimi Opera omnia in Compendium redacta, in quo continentur* I. *Inſtitutionum Me-*

Digitized by Google

„*dicarum Synopſis ab ipſo Authore concinnata.* II. *Pyrote-*
„*chniæ Rationalis ſeu Collegii Chymici Epitome.* III. *Com-*
„*mentarius in Schrœderi Pharmacopœiam contractus.* IV.
„*Univerſa Praxis Medica in anguſtum coacta. Cui in calce*
„*adjicitur Chirurgia Medica ſummatim perſtricta.*

Poſtquam enim viderat, qui hujus curam geſſit, Opera in duo Volumina congeſta propter ſummam prolixitatem & Ταυτολογίας immenſas nauſeam citius, quàm orexin Lectoribus movere, omnibus omiſſis ambagibus, neglectiſque Authorum allegatorum locis in Compendium conatu forſan non contemnendo omnia redegit, & quæ integram occupaverant paginam, in Enunciationem quaſi Logicam coëgit.

Habes hic, *Vir Magnifice*, quæ experta ſunt hactenus Opera Ettmülleriana fata, ex quibus intelliges, quam multæ etiam illorum Editiones huc uſque fuerint impreſſæ, nullas tamen extitiſſe, quæ Eruditorum expectationi & deſiderio ſatisfecerint. Æſtimata nihilominus fuerunt Opera ubique, & ETTMULLERI verbis aliquid explicare & confirmare delectati ſunt Medicorum plerique. Non repetam hic Elogia Virorum Clariſſimorum, primæ Zunnerianæ Editioni Anno M. DCLXXXVIII. præmiſſa, quibus B. Parentem ipſiuſque Labores exceperint, hoc ſolummodo addam, quod Galli, Germanis alias parum tribuentes laudis, OPERA ETTMULLERIANA non ſolum aliquoties in vernaculam traduxerint, verum etiam Academiæ Gallicæ adſcripti, cum Magnum illud Artium Scientiarumque Lexicon, (*Le Grand Dictionaire des Arts & des Sciences par M. de l' Academie Françoiſe*) Opus elegantiſſimum pariter atque utiliſſimum conficerent, non parum ſubſidii ex Operibus Paternis ſe feciſſe, ultro fatentur: *In Præfatione Parti II. terminos technicos exhibenti præmiſſa: On ne s' eſt pas contenté d'en faire la deſcription, on a crû devoir marquer, quel' en eſt l' uſage; à fin que l' utilité ſe trouve jointe au plaiſir de la lecture, ce qui ne ſe trouve pas dans l' autre Dictionnaire. Le même motif a fait, qu'on s' eſt etendu ſur la Medicine, & le ſçavant* ETTMULLER *en a fourny de longues remarques:* i. e. *Non contenti eorum* (ſimplicium) *deſcriptionem dediſſe, vires & uſum addere integrum duximus, ut non minori utilitate, quam voluptate ſe commendaret Lectio,*

id quod

id quod in illo desideratur Lexico. Eidem causæ adscribendum, quod prolixiores in rebus Medicis fuerimus, cui operæ doctissimus ETTMULLERUS *non parum subministravit.* Trahuntur etiamnum eorum amore omnes atque singuli; Novam Editionem urgent Medici, non infimi subsellii, efflagitant Bibliopolæ, expetunt tyrones. In cujus rei testimonium sequens erit Epistola instar omnium, ab Excellentissimo Doctore Hottone Professore Publico Lugdunensi apud Belgas Celeberrimo ad me scripta:

P. P.

De Patris Tui meritissimi Scriptis edendis olim & coram & per literas Tecum egi. Ut facias, rursus Te hortor, hac ad Te scribendi occasione mihi nata. Id exigit à Te & paternæ Gloriæ studium, quo non potes non ardere, & utilitas publica. Jam & ipse multam Tibi conficies famam, horum Operum Editione, quam si diu differas, valde vereor, ne aliis atque aliis Tibi, ut fit, subortis negotiis differre semper cogaris. Vale ac ama

Lugd. Bat. 28. Febr. 1701.

Tui studiosissimum

P. HOTTON.

Hanc igitur Bono cum DEO adornare constitui, postquam anni sex, Domino Zunnero ad distrahenda ultimæ Editionis Exemplaria ex conventione concessi, fuerunt præterlapsi. Non tamen est, cur prolixiora à me expectes Opera. In id enim incumbam maximè, ut nova Editio non minori utilitate quàm brevitate se commendet, quæ hactenus edita sunt, non desiderentur, nova tamen addantur. Quanquam autem talia polliceri haud valeam, quæ à B. D. Patre ea methodo, eaque intentione fuerint conscripta, ut quondam Luci publicæ exponantur; ne tamen Eruditorum desiderio deesse viderer, Bibliothecæ & MStorum paternorum, ante obitum revisorum unicus Hæres, quæcunque hactenus sub Ettmulleri nomine fuerunt publicata Collegia evolvi, & ex MStis correxi, nec alios allegavi Authores, quàm quos à B. Parente allegatos vidi; etiamsi Observationibus pluribus

ribus Veterum æque ac Recentiorum, quales vel ſolæ Ephemerides Germanicæ ab Illuſtri Academia Leopoldina quotannis editæ, ſat copioſas ſuppeditare potuerint, res illuſtrare atque probare facili negotio licuiſſet. Operam inſimul dedi, ne quod tædium hactenus Lectori peperit, quod ſemel dictum eſt, aliquoties repeterem, quin potius ſingula debito ſuo commemorarem loco; hinc etiamſi plura habita fuerint à B.D. Parente Collegia, ea tamen integra apponere dubitavi, ſed quæ addenda ex his judicavi, reliquis interſperſi. Ut igitur brevem eorum ſiſtam conſpectum, exhibebit nova Editio

I. *Collegium Phyſicum Generale, continens ea, quæ tyroni Medicinæ ſcitu ſunt neceſſaria.*
II. *Inſtitutiones Medicas.*
III. *Tentamina Uromantica.*
IV. *Collegium Chymicum.*
V. *Tentamina Chymica.*
VI. *Diſſertationem de Fermentationis & Putredinis convenientia.*
VII. *Collegium Pharmaceuticum in Johannis Schrœderi Pharmacopœiam Medico-Chymicam.*
VIII. *Collegium Pharmaceuticum in Danielis Ludovici Pharmaciam moderno ſeculo applicandam.*
IX. *Collegium Practicum.*
X. *Collegium Medico-Chirurgicum.*
XI. *Lectiones publicas de Chirurgia Transfuſoria.*
XII. *Collegium Conſultatorium.*
XIII. *Caſus & Obſervationes.*
XIV. *Diſſertationes Academicas vel à B. Parente elaboratas & Diſputationum loco publice expoſitas, vel ſub ejus Præſidio habitas.*
XV. *Bina Programmata.*

Hæc ſunt, quæ Tecum, *Vir Illuſtris*, jam communicare decreveram; intelligis ex his, quanto ardeam fervore famam Parentis ſartam tectamque conſervandi, quanto ferar deſiderio Eruditorum precibus ſatisfaciendi.

De cœtero id unicum in votis habeo, ut uberior mihi nun-

Digitized by Google

nunquam non affulgeat occaſio, qua promtiſſimum meum ad quævis ſubeunda officia animum erga Te conteſtari valeam, eamque ut benevole ſuppedites, obnixe rogo. Servet Te DEUS Ter Optimus Maximus Orbi Literato, ſervet Te Arti ſalutari, ſervet Te Illuſtri Academiæ Leopoldinæ, ſervet Te mihi ſalvum ſoſpitemque per multos Neſtoris Annos, nobiſque omnibus exoptatiſſimam largiatur pacem. Qua ſpe fretus Tuum Favorem, Tuamque Benevolentiam ulterius mihi expeto.

Illuſtris Tui Nominis

Lipſ. Prid. Calend. Februar. MDCIII.

Indefeſſus Cultor

MICHAEL ERNESTUS ETTMULLERUS,
Phil. & Med. Doctor hujuſque in Alma Lipſienſi Prof. Publ. Extraordinarius.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHUS

Librorum in hiſce Operibus contentorum.

TOMUS I.

I. Michaëlis Erneſti Ettmulleri D. Epiſtola ad Illuſtrem & Magnificum Dominum Schrœckium, Anno 1703. data, & Præfaminis loco Operibus præmiſſa.

II. Diſcurſus Phyſicus de Principiis Corporum Naturalium pag. 1

III. Inſtitutiones Medicæ p. 27

IV. Tentamina Uromantica p. 183

V. Collegium Chymicum p. 246

VI. Tentamina Chymica p. 329

VII. Diſſertatio de Fermentationis & Putredinis Convenientia p. 355

VIII. Collegium Pharmaceuticum in Schrœderum p. 368

IX. Collegium Pharmaceuticum in Ludovicum p. 853

TOM. II. PARS I.

X. Collegium Practicum pag. 1

TOM. II. PARS II.

XI. Collegium Medico-Chirurgicum pag. 1

XII. Diſputatio de Fermentatione & Chirurgia Transfuſoria p. 82

XIII. Collegium Conſultatorium p. 117

XIV. Caſus & Obſervationes p. 337

XV. Diſſertationes & Programmata Medica p. 439. & 839

I. N. J.

Digitized by Google

I. N. J.

MICHAELIS ETTMÜLLERI,

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS,
HUJUSQUE IN ILLUSTRI ACADEMIA LIPSIENSI PROFESSORIS PUBLICI ET PRACTICI, OLIM PER OMNEM EUROPAM CELEBERRIMI,

DISCURSUS PHYSICUS,

DE

PRINCIPIIS CORPORUM NATURALIUM.

PRincipia naturalia ſunt vel

I. Agens. Motus, qui conſideratur, vel

1. Formaliter, & eſt
   (1.) Impulſivus.
   (2.) Gravativus.
   (3.) Elaſticus.
2. Materialiter, in ſuo ſubjecto, nempe materia, quæ eſt vel
   1. Simpliciter patiens, unde motus vel progreſſivus, vel inteſtinus.
   2. Simul determinans per ſui
      (α) Impenetrabilitatem.
      (β) Figurationem ſeu conformationem.
3. Efficienter. Movens eſt, vel
   1. In genere impellens, gravans, tendens.
   2. In ſpecie.
      (α) Primum { 1. Univerſale.
      (β) Secundum { 2. Particulare, ſecundùm certas leges, quæ
         1.) vel generales ſeu univerſales.
         2.) vel ſpeciales ſeu particulares.

Digitized by Google

II. Patiens. Materia, quæ considerandæ vel
1. In genere quoad
1. Essentiam,
2. Attributa seu affectiones, vel { 1. Absolutas & primarias, 2. Respectivas ac secundarias.
2. In specie quoad
(1.) Corpora mundi systematica,
(2.) Globum terr-aqueo-aereum, vel
(α) Simplex,
(β) Composita seu mista { Imperfectè. Perfectè. 1. Homogeneè, 2. Heterogeneè.

Quoad materiam compositam seu mistorum, considerantur
1. Elementa compositionis & resolutionis; seu principia prima & ultima.
2. Elementa constitutionis, seu principiata illorum, proxima tamen elementa misti.
3. Elementorum istorum existendi modus, vel
1. Materialis in se consideratus.
2. Formalis respectu alterationum, quas subeunt, qui oritur quoad
(1.) Principium efficiens ab gente seu principio seminali.
(2.) Fiendi modum per syncrisin, metastasin & diacrisin.

III. Ex agente, motu, & patiente materia oritur forma seu determinans aut specificans.

Ex his patet, duas esse in universum corporum naturalium causas seu principia essendi:
1. Efficiens seu agens, motum.
2. Patiens, materiam.

Forma enim nihil differt à materia & efficiente, sed potius ex mutua horum relatione & respectu resultat, ceu aliquid tertium; aut enim est ipsum corporis efficiens internum, intime illud constituens, indeque constitutum conservans, adeoque proprietatum ac operationum radix existit; aut saltem immediatè forma resultat in materia, ex hujus per efficiens modificatione.

Illô conceptu nil aliud est, quàm inter plures materiæ idem concretum constituentes partes mutuò sibi subordinatas, primaria, & motu cæteras dirigente instructa forma; hôc verò conceptu nil aliud est, quam multiplex materiæ concreti ex minimis diversimodè modificatis textura, secundùm proprietates illarum Mathematico-Mechanicas seu quantitativas.

Materiæ nomine nil aliud intelligitur, quam substantia in longum, latum & profundum extensa, eaque solida seu impenetrabilis.

Non ergo extensio, quam Mathematici considerant, & quæ non nisi in subjecto extenso concipi potest; sed ipsum ens per se subsistens, & extensum & impenetrabile, licèt summè divisibile, materiæ rationem formalem, unde cætera attributa derivantur, constituit. Differunt ergò in hoc corpus Mathematicum & Physicum, & dantur in natura minima, seu ultra quorum divisionem progredi nescit natura.

Materia hæc sub generali hoc conceptu, uti primo sub creatione producta, ita ex eadem omnia corpora, mundum hunc sensibilem & cognoscibilem constituentia, enata fuerunt. Commune etiam adhuc subjectum existit cujusvis generationis, corruptionis & alterationis corporum: quô sensu non incommodè Aristotelis materia prima, vitando Scholasticorum inania deliria, vocari possit.

Materia hæc cùm sit unica, ipsa ex se tam insigni & multiplici corporum varietati non sufficiet, quin potius per modum disponetur ad corpora distincta constituenda. Prima enim, quam in materia à motu factam concipere possumus, mutatio est ejus divisio in multas distinctas particulas, quæ omnes ex materiæ naturæ magnitudinem, & hinc figuram propriam obtinebunt; unde hæc tria accidentia, particularum motus (prout subjectivè ceu in mobili consideratur) vel quies, magnitudo & figura, primarii modi aut affectiones materiæ, & hinc corporum, erunt.

Quod si particulæ hæ, ceu ad invicem collectæ, considerantur, sequitur exinde, quod habeant omnes certum situm, respectu quasi eorum horizontis, & simul certum ad se invicem ordinem, secundùm quem sunt locatæ. Quod si plures tales particulæ unitæ sint in certam massam, corpus dictam, tunc ab illarum magnitudine, figura, situ, ordine, motu vel quiete certa ac determinata corporis oritur plus minus porosa vel solida textura;

&

Digitized by Google

& hæ ſunt affectiones, ſeu modi materiæ ejusque particularum ſeu corpuſculorum abſoluti.

Nam & cæteræ omnes reſpectivæ corporum ac materiæ affectiones ſeu modi, quas unum corpus in relatione ad aliud corpus obtinet, ab iſtis abſolutis primam originem ducunt. Omnes enim tam primæ, quam ſecundæ aut tertiæ, vel occultæ qualitates dictæ, materialiter & fundamentaliter, ab illis abſolutis affectionibus particularum, & hinc nata ſpecifica concretorum textura, naſcuntur: v.g. quatenus organa corporis humani ita ſunt conſtructa, ut ab aliis corporibus certas impreſſiones ſuſcipere queant, & hæ impreſſiones à nobis, earumque perceptio variis nominibus appellatur, calor, odor, glabrities, &c. & vulgo ex noſtro concipiendi modo, tanquam realia entia & qualitates diſtinctæ ſint in corporibus, concipiuntur, cùm tamen ſint ſaltem effectus, & conſequentia texturæ, & primariarum iſtarum corpuſculorum affectionum: unde & rectius hæ ſecundariæ ſeu reſpectivæ corporum affectiones ſeu modi vocantur.

Ex particulis talibus, quas quotidiana multiplex experientia oſtendit, eſſe minimas, adeoque ſuo modo veterum atomos, quælibet corpora coaleſcere ſolent, tam ſimplicia ſic dicta, quam compoſita, & hæc tam homogenea, quam heterogenea, adeo ut ex minimis ejusdem materiæ particulis totius hujus univerſi conſtent corpora.

Saltem dubium eſt, an probabilior in triplicem particularum differentiam, nempe materiæ ſubtilis, globulorum, & craſſiorum ramentorum, iſta diviſio facta fuerit ſecundum Carteſium; an verò in particulas admodum multiformes in omnem, tam ordinatarum quam inordinatarum figurarum, differentiam eadem diviſa fuerit, quæ veterum, Democriti & Epicurei, & ſuo modo modernorum Anglorum eſt hypotheſis: vid. Boyle *de Orig. Formarum*, it. *Introduct. ad Qualitat. Particularum, & Gaſſend. in Philoſ. Epicurea.*

Ex materia ita diviſa in multas, vel indefinitè vel definitè particulas, totus mundus, ſeu ordinatum iſtud ſyſtema majorum illorum globoſorum corporum cum expanſa æthereâ mole, in qua natant quaſi, productus eſt; adeò ut ſtellæ in genere, & jam à noſtro globo ☿-aqueo-♁ eo materiam proximam habere videantur, ut ut quædam plus de materia ignea, alia plus ☿ aquea, &c. idque diverſimodè participare videantur: id quod fere manifeſtum evadit, ſi analogiam ☽æ cum noſtro globo, ☉is cum igneis corporibus, conferamus.

Jam ſpeciatim in globo noſtro terr-aqueo aëreo duplex materiæ ſe offert textura, ex qua corpora conſtant: vel enim ſimplex eſt, & uniformis per totum in minimis, & conſtituit corpora ſimplicia, indeque in ſe ingenerabilia, & incorruptibilia, adeoque non transmutabilia, ſed quæ ſaltem matrices ſunt maximam partem, magnaque receptacula cæterorum corporum compoſitorum, ſuntque ♁, ▽ & ☿ abſtrahendo, an & ♁ & ☿ ex ▽ primitus producta ſint.

Vel eadem materia eſt compoſita, ſeu quæ ex diverſis, ſecundum quantitativas rationes in minimis particulis immediatè eſt contexta, unde & corpora emergunt compoſita; hinc ratione difformitatis minimorum mutabilia, indeque generabilia, corruptibilia, & alterabilia: alio nomine etiam miſta, ſive perfectè ſive imperfectè talia, fuerint appellata, abſtrahendo, an immediatè ex primis materiæ diviſæ particulis enata fuerint, adeoque primò miſta ſint, an verò mediatè ex particulis jam dudum miſtis, adeoque ſecundo-miſta ſint.

Et illa perfectè miſta vel in toto pariter ac in omnibus ſuis, quoad ſenſum, partibus, eodem penitus modo ſecundum omnia attributa ſe habent, vocanturque homogenea, vel difformiter ſe habent, dicunturque heterogenea. De miſtis primo & ſecundo talibus conf. Magnen. *Democrit. Reviviſc. p.* 285. &c.

Triplex corporum naturalium ſtatus reſpectu principiorum materialium ſeu elementorum eſt conſiderandus.

1. Compoſitionis, ſeu dum fiunt.
2. Conſtitutionis, ſeu dum facta & perfecta ſunt.
3. Reſolutionis, ſeu dum intereunt ac corrumpuntur.

Tres hi ſtatus à variis mutationibus particularum elementarium miſti, quas ab agente tam interno, quam externis recipiunt, oriuntur, ita ut materialiter eadem, formaliter diverſimodè differant: v.g. farina & fermentum & ▽ idem ſunt materialiter cum pane inde confecto; formaliter hic ab iſtis multùm differt.

Materia autem illa compoſita omnium corporum ſub triplici regno comprehenſorum, cum immediatè conſtet & componatur ex differentibus minimis particulis, aliàs materialia principia, item elementa dictis, quæritur:

1. Quænam ſint illa miſtorum principia materialia ſeu elementa compoſitionis prima, è quibus illa coaleſcunt, & quæ ſint iſta ultima, in quæ tandem reſolvuntur, cùm, quod primum in compoſitione, ultimum ſit in reſolutione, ſive utrumque fiat immediatè (per principia) ſive mediatè (per prin-

II. Patiens. Materia, quæ conſideranda
vel
1. In genere quoad
1. Eſſentiam,
2. Attributa ſeu affectiones, vel { 1. Abſolutas & primarias, 2. Reſpectivas ac ſecundarias.
2. In ſpecie quoad
(1.) Corpora mundi ſyſtematica,
(2.) Globum terr-aqueo-aereum, vel
(α) Simplex,
(β) Compoſita ſeu miſta { Imperfectè. Perfectè. 1. Homogeneè, 2. Heterogeneè.

Quoad materiam compoſitam ſeu miſtorum, conſiderantur
1. Elementa compoſitionis & reſolutionis; ſeu principia prima & ultima.
2 Elementa conſtitutionis, ſeu principiata illorum, proxima tamen elementa miſti.
3. Elementorum iſtorum exiſtendi modus, vel
1. Materialis in ſe conſideratus.
2. Formalis reſpectu alterationum, quas ſubeunt, qui oritur quoad
(1.) Principium efficiens ab gente ſeu principio ſeminali.
(2.) Fiendi modum per ſyncriſin, metaſtaſin & diacriſin.

III. Ex agente, motu, & patiente materia oritur forma ſeu determinans aut ſpecificans.

Ex his patet, duas eſſe in univerſum corporum naturalium cauſas ſeu principia eſſendi:
1. Efficiens ſeu agens, motum.
2. Patiens, materiam.

Forma enim nihil differt à materia & efficiente, ſed potius ex mutua horum relatione & reſpectu reſultat, ceu aliquid tertium; aut enim eſt ipſum corporis efficiens internum, intime illud conſtituens, indeque conſtitutum conſervans, adeoque proprietatum ac operationum radix exiſtit; aut ſaltem immediatè forma reſultat in materia, ex hujus per efficiens modificatione.

Illô conceptu nil aliud eſt, quàm inter plures materiæ idem concretum conſtituentes partes mutuò ſibi ſubordinatas, primaria, & motu cœteras dirigente inſtructa forma; hôc verò conceptu nil aliud eſt, quam multiplex materiæ concreti ex minimis diverſimodè modificatis textura, ſecundùm proprietates illarum Mathematico-Mechanicas ſeu quantitativas.

Materiæ nomine nil aliud intelligitur, quam ſubſtantia in longum, latum & profundum extenſa, eaque ſolida ſeu impenetrabilis.

Non ergo extenſio, quam Mathematici conſiderant, & quæ non niſi in ſubjecto extenſo concipi poteſt; ſed ipſum ens per ſe ſubſiſtens, & extenſum & impenetrabile, licèt ſummè diviſibile, materiæ rationem formalem, unde cœtera attributa derivantur, conſtituit. Differunt ergò in hoc corpus Mathematicum & Phyſicum, & dantur in natura minima, ſeu ultra quorum diviſionem progredi neſcit natura.

Materia hæc ſub generali hoc conceptu, uti primo ſub creatione producta, ita ex eadem omnia corpora, mundum hunc ſenſibilem & cognoſcibilem conſtituentia, enata fuerunt. Commune etiam adhuc ſubjectum exiſtit cujusvis generationis, corruptionis & alterationis corporum: quô ſenſu non incommodè Ariſtotelis materia prima, vitando Scholaſticorum inania deliria, vocari poſſit.

Materia hæc cùm ſit unica, ipſa ex ſe tam inſigni & multiplici corporum varietati non ſufficiet, quin potius per modum diſponetur ad corpora diſtincta conſtituenda. Prima enim, quam in materia à motu factam concipere poſſumus, mutatio eſt ejus diviſio in multas diſtinctas particulas, quæ omnes ex materiæ naturæ magnitudinem, & hinc figuram propriam obtinebunt; unde hæc tria accidentia, particularum motus (prout ſubjectivè ceu in mobili conſideratur) vel quies, magnitudo & figura, primarii modi aut affectiones materiæ, & hinc corporum, erunt.

Quod ſi particulæ hæ, ceu ad invicem collectæ, conſiderantur, ſequitur exinde, quod habeant omnes certum ſitum, reſpectu quaſi eorum horizontis, & ſimul certum ad ſe invicem ordinem, ſecundùm quem ſunt locatæ. Quod ſi plures tales particulæ unitæ ſint in certam maſſam, corpus dictam, tunc ab illarum magnitudine, figura, ſitu, ordine, motu vel quiete certa ac determinata corporis oritur plus minus poroſa vel ſolida textura;

&

Digitized by Google

& hæ ſunt affectiones, ſeu modi materiæ ejusque particularum ſeu corpuſculorum abſoluti.

Nam & cæteræ omnes reſpectivæ corporum ac materiæ affectiones ſeu modi, quas unum corpus in relatione ad aliud corpus obtinet, ab iſtis abſolutis primam originem ducunt. Omnes enim tam primæ, quam ſecundæ aut tertiæ, vel occultæ qualitates dictæ, materialiter & fundamentaliter, ab illis abſolutis affectionibus particularum, & hinc nata ſpecifica concretorum textura, naſcuntur: v.g. quatenus organa corporis humani ita ſunt conſtructa, ut ab aliis corporibus certas impreſſiones ſuſcipere queant, & hæ impreſſiones à nobis, earumque perceptio variis nominibus appellatur, calor, odor, glabrities, &c. & vulgo ex noſtro concipiendi modo, tanquam realia entia & qualitates diſtinctæ ſint in corporibus, concipiuntur, cùm tamen ſint ſaltem effectus, & conſequentia texturæ, & primariarum iſtarum corpuſculorum affectionum: unde & rectius hæ ſecundariæ ſeu reſpectivæ corporum affectiones ſeu modi vocantur.

Ex particulis talibus, quas quotidiana multiplex experientia oſtendit, eſſe minimas, adeoque ſuo modo veterum atomos, quælibet corpora coaleſcere ſolent, tam ſimplicia ſic dicta, quam compoſita, & hæc tam homogenea, quam heterogenea, adeo ut ex minimis ejusdem materiæ particulis totius hujus univerſi conſtent corpora.

Saltem dubium eſt, an probabiliſor in triplicem particularum differentiam, nempe materiæ ſubtilis, globulorum, & craſſiorum ramentorum, iſta diviſio facta fuerit ſecundum Carteſium; an verò in particulas admodum multiformes in omnem, tam ordinatarum quam inordinatarum figurarum, differentiam eadem diviſa fuerit, quæ veterum, Democriti & Epicurei, & ſuo modo modernorum Anglorum eſt hypotheſis: vid. Boyle *de Orig. Formarum*, it. *Introduct. ad Qualitat. Particularum, & Gaſſend. in Philoſ. Epicurea.*

Ex materia ita diviſa in multas, vel indefinitè vel definitè particulas, totus mundus, ſeu ordinatum iſtud ſyſtema majorum illorum globoſorum corporum cum expanſa æthereâ mole, in qua natant quaſi, productus eſt; adeò ut ſtellæ in genere, & jam à noſtro globo ♁-aqueo-♁ eo materiam proximam habere videantur, ut ut quædam plus de materia ignea, alia plus ♁ aquea, &c. idque diverſimodè participare videantur: id quod fere manifeſtum evadit, ſi analogiam ☽æ cum noſtro globo, ☉is cum igneis corporibus, conferamus.

Jam ſpeciatim in globo noſtro terr-aqueo-aëreo duplex materiæ ſe offert textura, ex qua corpora conſtant: vel enim ſimplex eſt, & uniformis per totum in minimis, & conſtituit corpora ſimplicia, indeque in ſe ingenerabilia, & incorruptibilia, adeoque non transmutabilia, ſed quæ ſaltem matrices ſunt maximam partem, magnaque receptacula cæterorum corporum compoſitorum, ſuntque ☿, ▽ & ♁ abſtrahendo, an & ♁ & ♁ ex ▽ primitus producta ſint.

Vel eadem materia eſt compoſita, ſeu quæ ex diverſis, ſecundum quantitativas rationes in minimis particulis immediatè eſt contexta, unde & corpora emergunt compoſita; hinc ratione difformitatis minimorum mutabilia, indeque generabilia, corruptibilia, & alterabilia: alio nomine etiam miſta, ſive perfectè ſive imperfectè talia, fuerint appellata, abſtrahendo, an immediatè ex primis materiæ diviſæ particulis enata fuerint, adeoque primò miſta ſint, an verò mediatè ex particulis jam dudum miſtis, adeoque ſecundo-miſta ſint.

Et illa perfectè miſta vel in toto pariter ac in omnibus ſuis, quoad ſenſum, partibus, eodem penitus modo ſecundum omnia attributa ſe habent, vocanturque homogenea, vel difformiter ſe habent, dicunturque heterogenea. De miſtis primo & ſecundo talibus conf. Magnen. *Democrit. Reviviſc. p.* 285. &c.

Triplex corporum naturalium ſtatus reſpectu principiorum materialium ſeu elementorum eſt conſiderandus.

1. Compoſitionis, ſeu dum fiunt.
2. Conſtitutionis, ſeu dum facta & perfecta ſunt.
3. Reſolutionis, ſeu dum intereunt ac corrumpuntur.

Tres hi ſtatus à variis mutationibus particularum elementarium miſti, quas ab agente tam interno, quam externis recipiunt, oriuntur, ita ut materialiter eadem, formaliter diverſimodè differant: v.g. farina & fermentum & ▽ idem ſunt materialiter cum pane inde confecto; formaliter hic ab iſtis multùm differt.

Materia autem illa compoſita omnium corporum ſub triplici regno comprehenſorum, cum immediatè conſtet & componatur ex differentibus minimis particulis, aliàs materialia principia, item elementa dictis, quæritur:

1. Quænam ſint illa miſtorum principia materialia ſeu elementa compoſitionis prima, è quibus illa coaleſcunt, & quæ ſint iſta ultima, in quæ tandem reſolvuntur, cùm, quod primum in compoſitione, ultimum ſit in reſolutione, ſive utrumque fiat immediatè (per principia) ſive mediatè (per prin-

cipiata) & quotnam sint, an unum, v. g. aqua, an verò plura. Et si hoc, an numero definita, v. g. quatuor elementa Peripateticorum; an verò numero indefinita, v. g. atomi Epicureorum, aut tertii elementi Cartesii ramenta.

2. Quot, & quænam sint illa elementa constitutionis, ex quibus proximè constat & coalescit ipsum mistum; siquidem mediantibus pluribus mutationibus primorum elementorum mista concrescunt.

3. An, quæ sub compositione & resolutione concreti se offerunt principia materialia, semper præexistant ita formaliter? adeò ut sint prima & ultima, h. e. ex quibus primis componantur corpora, & in quæ ista ceu ultimum terminum resolvantur, qualiter v. g. sal alcali & calix ∴ præexistunt, ex quibus vitrum componit artifex; an verò saltem materialiter præexistant? i. e. an sub corporum constructione ab efficiente ex alia formaliter materia mutata elaborentur? qualiter v. g. ignis corporum materiam concremando immutat, dum ☉ia fixa, item olea, ex iis format.

Quoad primum quæsitum notum est assertum veterum peripateticorum, 4 elementa vulgò nota, ut △em ≙em, ▽m & ▽̄m, pro principiis corporum materialibus proponentium, ita, ut ex illis ita præexistentibus & componantur corpora, & hinc conditiones materiales obtineant, & etiam in illa tandem resolvantur.

Cum enim consideratæ fuerint semper res naturales non tam ut in se sunt, quàm prout sensus nostros afficiunt, factum est, ut quemadmodum nonnulli Philosophorum visui saltem latantes elementa hujus universi, lucidum & obscurum, transparens & opacum constituerint; ita alii, & inter hos Aristoteles solo tactu rerum naturas discernentes durum & fluidum, calidum & frigidum elementa crediderunt, Aristoteles itaque qualitates has tactiles principaliores ita combinari posse observans, ut duæ earum in uno subjecto concurrant, adeoque quadruplex illarum conjunctio contingere valeat; quatuor elementa concludit, quorum unum calidum & humidum, alterum calidum & siccum, tertium frigidum & humidum, ultimum frigidum & siccum existeret. Quibus ut commodas imponeret notiones, in totius universitatis inquisivit corpora, in quibus alterutrum ex dictis elementis prædominari videretur, adeoque observans, terram corpus omnium frigidissimum & siccissimum esse, aquam plus frigiditatis & humiditatis habere, ignem calidissimum, æque tamen siccissimum existere, ac sibi persuadens, nihil esse humidius simulque calidius, ▽̄, ▽, ≙, △, nomenclaturam elementis suis perquàm appropriatam esse judicavit.

Verùm si accuratiùs hæc pensitentur, modus hic argumentandi sive à ratione, sive experientia, petitus sufficiens robur non habet pro negotio hoc determinando. Primo enim nulla ratio apparet, cur qualitates illæ quatuor tactiles, imò primæ alias vocatæ, elementorum fundamentum esse debeant; & cur non potius qualitatibus visivis vel gustatoriis principatus hic conveniat? Scio equidem, primas has qualitates ideò dici, quod corpus nostrum maximè afficiant, siquidem tactus non solum per corpus totum fusius sit, sed reliquorum etiam sensuum externorum species diversi saltem tactus sint, quarum discrimen tantum pendere videatur ex tangentium & contactorum diversitate; ideò etiam qualitates illas veluti rotas quatuor principaliores pro machina universi sustinenda & perpetuanda supposuerunt, i. e. quibus omnis mistio & generatio perficeretur.

His tamen regeri debet, concedendo pro nunc, utique in se non planè ineptè factum ab illis, qui elementa talia quæsiverunt, quæ corpora physica sint, & ad mixti constitutionem materiæ titulo conspirent, adeoque in sensus incurrant: negando tamen, quod sensui tactus soli, & ut à reliquis sensibus quàm distinctissimus à Peripatheticis creditur, arbitrium in causa tam ardua concedendum sit; cum corpora cuncta præter qualitates tactiles alias non minoris momenti potentias contineant, quarum intuitu talia inter illa contingunt phænomena, qualia à qualitatibus illis principibus derivare haud licet.

Siquidem quamvis certa ratione admitterem, tactum sensuum reliquorum quasi fundamentum & genus summum esse; magnum tamen adhuc postulatum foret, an, cùm hic præter nominatas sæpius qualitates alias pro objecto pariter, imò forsan magis adæquato habeat, illæ tamen pro primis, i. e. à quibus reliquæ, etiam tactilis, dependent, tantum habendæ sint? quod nullo modo concedendum, dum constat, asperitatem, v. g. & lævitatem neutiquam ab illis, sed à sola æquali & inæquali particularum superficiem corporum constituentium collocatione seu positione provenire.

Præterea nec illa hypothesis admitti potest, in sensuum, licet omnium externorum & conjunctim sumtorum, super res naturales decisione, ut ultima, acquiescendum esse. Dum (1.) ad elementorum essentias stabiliendas non ille respectus vel relativa saltem ad sensum

Digitized by Google

ſenſum hunc vel illum potentia ſufficiat, quippe cuilibet horum propria & ab alterius ſenſus diſtincta idea communicatur, quas omnes ſub unum conceptum redigere, quamdiu intra ſenſuum directorium hæremus, impoſſibile eſt. (2.) Nec cognitio rerum naturalium à ſolis ſenſibus expectari poteſt, cùm dentur corpora naturalia minora, quam quæ à ſenſibus noſtris percipiuntur, v. g. effluvia ☿ aquæ, cui ille infunditur, communicata, nullis tamen ſenſibus obvia. Definitur ſiquidem calor & congregans homogenea & disgregans heterogenea, cujus prioris membri falſitatem evincit v. g. ☿ deſtillatio, per quam hujus omnes ad ſenſum vel invicem vel cum toto ſibi ſimiles per ignis actionem discontinuantur, uſque dum in maſſam continuam per concentrationem in excipulo redigantur.

Deinde nec heterogenea à calore ſemper diſgregantur, ſi ſcilicet æque fixa hæc ſint. v. g. Terra & alcali poſt incinerationem conjunctim relicta, ſed ſæpius etiam firmiſſimo nexu conjunguntur; v. g. Alcali cum arena in vitrum abiens, argentum & aurum per colliquationem unita, quæ quamvis ♆ vel ♀ facile ſecernat, nullo tamen △ gradu à ſe invicem divelli poſſunt.

Quæ de frigore proferunt, quaſi ſcilicet hujus eſſe in congregandis tam homogeneis quam heterogeneis conſiſteret; nec hæc omni difficultate carent, cum illa diverſorum corporum, v. g. ligni, ſtraminis, ▽ &c. per conglaciationem conjunctio non realem quandam eorum unionem formet; ſed tantum aqueas partes in glaciem condenſando reliqua admixta corpora vinculi hujus ope connectat. Econtra in promtu ſunt diverſa phænomena, quibus frigus non tam congregare quam disgregare palam fit: ita v. g. pinguedinis aquæ calidiori confuſæ adhuc particulæ per ſolum frigus ſpiſſantur, ac ab hac ſecernuntur. Pari ratione urina, quæ, dum adhuc calet, liquor ſimilaris videbatur, per ſolum frigus ♆tur, & in partes craſſiores atque tenuiores faceſſit, mox caloris externi adminiculo in uniformem liquorem cogendas.

Quoad cæteras duas qualitates, humiditatem ſcilicet & ſiccitatem harumque definitionem, quàm parum hæ ad mixtorum eſſentiam horumque effectus explanandos faciant, facile judicare licet, utpote quibus præter particularum cohærentiam & ſecedendi aptitudinem nihil determinatur.

Poſt hæc de Peripateticorum elementis adhuc quæritur.

1. An illa reverà adeò ſimplicia, ut elementi nomen jure ipſis competat, an non potius decompoſita & elementata ſint?
2. An hæc omnia à ſe invicem reverà diſtincta exiſtant corpora?

Intelligimus enim hic per elementa ſubſtantias materiales, ex quibus conſtat, & in quas reſolvitur omne corpus: unde Peripathetici hypotheſin ſuam de 4. illis elementis probant, ſupponendo, in quod aliquod corpus reſolvitur, ex eodem illud componi, h. e. nihil à concreto quodam ſeparari poſſe, quod in illo non extiterit; hinc lignum, dum deflagrat, protinus in partes elementares ſecedere docent, ita, ut △ per flammam & hujus lucem perſpicuus fiat; fumus in ♎em, fluminis à mari abſorpti inſtar, evaneſcat; ▽ adurentis ligni extremitates cum ſibilo egrediatur, remanentibus demum cineribus, pondere, fixitate, ariditate ſuâ, ♆m exhibentibus.

Sed fallax ſatis, minusque Philoſophicum hoc experimentum eſſe, patet.

1. Quod non in univerſalis regula ſit; ex his aliquid actu conſtare, in quod reſolvitur, quando v. g. ex mixtis putreſcentibus vermes prodeunt, quos nemo affirmabit eorum ſubingredi conſtitutionem.
2. Quamvis & axioma hoc concederetur, nondum tamen conſtat, qualisnam analyſeos ſpecies ſit, per quam corpora naturalia in partes ſimplices & reverà componentes diſſolvuntur; cum præter ignem actualem, hoc forſan præſtare poſſit putredo.

Scilicet (1.) cum non minima differentia videatur in applicandi modo eſſe, i. e. ignis concretis diſſolvendis applicetur vel apertus, qui illa immediatè contingat, vel incluſus, & alio corpore vel receptaculo interpoſito, v. g. arena Mb. &c. hinc pro diverſo ignem applicandi modo, diverſa plane è compoſitis producuntur, ita quidem, v. g. ſulphur in vaſis ſublimatoriis igni ita commiſſum, ut in flammam non abripiatur, in minima ſaltem ſubdividitur, & in flores ſublimatur, neutiquam tamen in partes heterogeneas, ſi pauciſſimæ fæces excipiantur, reſolvitur; igni verò luculentiori commiſſum ac accenſum præter pauciſſimos flores liquorem ☉num tantum fundit: quale quid etiam de ligno obſervandum, quod pro vario hoc tractandi, & ignem ipſi applicandi modo, varia quoque ſiſtit, producta: unde incertum eſt, quisnam illorum modorum concretis in elementa ſua ſolvendis aptior ſit?

Nec (2.) de gradu △ applicando certi ſumus, qui prout ipſe variat, ita & illa, quæ exhibet. Hinc vegetabilia certo, & ſatis intenſo △ gradu calcinata, cineres, & hi ☉ia fixa præbent, intenſiori verò magis cum particulis ♆eis in plantæ cineribus reſiduis in vitrum colliquantur; & mineralia plurima,

Digitized by Google

v. g. vitriolum, ♁, &c. pro diverſo △ moderamine modo in colcothar & calcem rediguntur, exhalantibus ſcilicet nonnullis particulis: modo in maſſam homogeneam liqueſcunt.

(3.) Vis △ in concretis etiam modificatur, ſi his aliud corpus addatur aut ſubtrahatur: imo heterogenea interdum non tam disjungit, quam in unum cogit & componit; ſic v. g. ſal ammoniacum ſolum igni commiſſum, totum ſublimatur; additis vero ☥ clavellatis vel aliis alcalibus, ſpiritum & ☉ urinoſum prodit, altera ſcilicet ejus ſeu acida parte in alcali concentrata: item Mercurius vivus per ſe deſtillatus in corpus ſibi ſimile & idem coagulatur; cum ☉ibus verò acidis in cryſtallinum & ſolidius corpus coit; quod alcali commixtum, & igni denuò expoſitum, currentem de ſe iterum linquit Mercurium.

(4.) Quam plurima etiam ſunt corpora ex quibus per △ haud evocari poſſunt determinatæ quatuor heterogeneitatum ſpecies, ſed ex eorum nonnullis plures: v. g. dum animalium partes in phlegma, ♒, ☉ ⊡ſum, ☁ ✝dum, & ▽ per ♌ationem reſolvuntur; ex nonnullis pauciores; ſic ☉, quocunque △ gradu urgeatur, ſemper uniforme manet, nunquam partes diſſimilares oſtendens, ut reliqua metalla, lapides, &c. immutabiles fere in △ perſiſtunt.

(5.) Præcedens quoque concretorum, △ examini ſubjiciendorum, præparatio, hujus activitatem diverſimodè dirigit, ut v. g. uvæ exſiccatæ phlegma, ♒, ſpiritum, à communi ♈ alienum, ☉ ♌ & ▽m largiuntur; uvarum verò recentium ſuccus non fermentatus alia exhibet, quàm fermentatus. Tandem

(6.) Quæ per ignem ſeparantur, heterogeneitates elementari ſimplicitate non gaudent, ſed adhuc principiata, imo decompoſita exiſtunt, v.g. fuligo & cineres ex ligno producti, quos concreti nomine æquè dignos eſſe, chymica eorum analyſis docet.

Falſum enim eſt in combuſtione ligni, quod cineres ſint ▽, etenim & hi beneficio reſolutionis Chymicæ in ▽m mutari poſſunt: ut nihil dicam de vegetabilibus, quæ ex ſola ▽ conſtant materialiter, cui principio conſtituenti principium fæcundans jungitur, quod eſt ☁ ☉is ex ♎e, potens formare corpora vegetabilium. Vegetabilia aromatica enim v.g. meliſſa, mentha, pulegium, ocymum, &c. ſi ſurculus viridis horum ▽æ imponatur ſimplici, radices agit, creſcit, floret largiter, non ſecus ac in ▽; ſive etiam ſumatur puriſſima deſtillata ▽: vid. Boyle *Chym. Scept. p.* 85. *de Pepone Indico, ac de Qual. & Form. pag.* 124. Qui rationes ſufficientes & elegantiſſimas habet cor tra quaternionem elementorum, & experientia propria confirmat, ex ſola ▽ conſtare vegetabilia; cum quo conf. Helm. *in Tr. Complex. & Miſt. Elemental. Figm.* §. 30. ubi habet exemplum ſalicis ex unica puraque ▽ inſigniter luxuriantis, ſicut & piſces ex ſola ▽ nutriuntur & fiunt, docente eodem Helmontio: ut taceam liquorem univerſalem ſeu Alcaheſt, cujus beneficio omnia concreta, v. g. ſalia, carbones, &c. in ▽m ultimatò reſolvi poſſunt elementarem, æquiponderantem ſuo concreto; & talem quidem, quæ in aliam ſimpliciorem aut puriorem ſubſtantiam ulterius redigi non poteſt: vid. Helmont. *l.a.* §. 12. Unde quaternio aut nullus aut major erit elementorum numerus.

Alterum ſuper Peripateticorum elementa dubium hoc eſt: *An illa à ſe invicem revera diſtincta exiſtant corpora?* Concedo quidem libenter, ♎em, ▽am & ▽m conſtituere portiones maximas, globum noſtrum ▽aqueo-♎eum componentes, & ita quidem, ut in his per ſemina generentur, vivant & intereant alia corpora miſta, ſintque horum quaſi receptacula ac diverſoria: ſed an ſint elementa, vel ſubſtantiæ à reliquis diſtinctæ, aut an concurrant materialiter, una cum igne ſic dicto elementari ad conſtitutionem ſeu geneſin corporum? hoc eſt, quod quæritur, & merito dubitatur; utut de ▽ ſeparatim conſiderata res certiſſima ſit, eam frequentiſſimè miſtorum reverà ingredi compoſitionem. Ut taceam Thaletis ab Helmontio revocatam ab orco ſententiam; Omnia ex ſola ▽ materialiter conſtare, aſſerentis: vid. Helmont. hinc inde, ſpeciatim *Complex. & Miſt. Elemental. Figmentum*; qui hanc hypotheſin jam optimè confirmavit & illuſtravit. Quæ ipſa magis illuſtravit David von der Beck. *Tr. Meditat. & Experim. circa rerum natural. principia*, aliique recentiores.

Igitur illa ipſa Peripateticorum elementa ex ſupra dictis materiæ particulis conſtant, ſed homogeneis, ſi nempe in ſua ſimplicitate conſiderentur. v.g. Aqua eſt corpus ſimplex in ſua eſſentia, quia conſtat ex particulis ſimplicibus, oblongis, rotundis, cylindriacis, plicabilibus, ſubtilibus, inſtar exilium anguillarum unitis, quæ ſibi invicem ſuperimpoſitæ & agitatæ poros parvos relinquunt, ut lumen poſſit tranſire, ſicque ▽m limpidam fluidam & translucidam; mutato ſitu intertextæ, impeditoque motu, corpus durum ſeu glaciem; variato motu recto in circularem ab igne, vapores; à frigore unitæ, guttas in pluvia conſtituunt. ▽ conſtare videtur particulis minutis ſibi undique æqualibus, forſan cubicis, aut rotundis, ponderoſis, fixis, nec in ▽ ſolubilibus nec ab his ▽ & △ in corpus ſpecie diſtinctum reducibilibus; de hac vero diſceptatur, an ingrediatur tanquam pars conſtituens corpora in fieri materialiter? annon potius ſit

produ-

Digitized by Google

productum ex ipſa ▽? Rationes pro firmanda aſſertione poſſunt dari, quia omnia vegetabilia conſtant ex ſola ▽, ſuſtentantur etiam per ▽m; quæ combuſta dant cineres, & ▽̄m copioſam. Ex qua autem omnia conſtant, ex illo conſervantur omnia.

Omnia materialiter ſunt ▽ poſt reſolutionem: taceo experimenta ſingularia, quibus hoc noſtrum aſſertum poteſt probari; v. g. ex ▽ pluviali ſit ▽̄ levis, candida, &c. quo enim ſæpius ▽ deſtilletur, ▽̄ magis candida & ſpiſſa fit, ita ut tertiam partem in ▽̄m degeneret; conſulatur tamen laudatus Boyle *de Orig. Formar. & Qualitat. & de gemmis*: item corpora terrea, gemmæ aliique lapides perſpicui & pretioſi, ſi non ſolius, certè maximam partem, ▽æ ſunt fructus.

Quidam ſingulare experimentum habent, lapidem levem projicientes in ▽m, ex qua perfectam producunt gemmam: vid. *Epiſt.* Morhoffii *ad Dan. Major. de ſcypho vitreo, certo vocis ſonu fracto*, & Boyle *de gemmis*; & per conſequens arenulæ illæ minutiſſimæ, quas ▽̄m virgineam & ſimpliciſſimam dicunt, nihil aliud quàm lapilli minimi ex ▽ producti, hinc elementati, videntur.

△ conſtare videtur particulis tenuibus, agilibus, plicatilibus, adeo ut vel ſponte vel motu caloris adjutæ ſe explicent, & dilatent, proprio elatere vel frigore ſe ſtringant, aut vi etiam externa facilè cogantur in ſe & complicentur. Hujus præſentiam nemo adhuc demonſtravit tanquam elementum componens, vel quod ſit corpus in miſto cohabitans elementaliter, etſi quidem in corporibus, tanquam replens poros & ſpatiola, inveniatur, & per poros ſe inſinuet; corpus autem miſtum & ſatis compoſitum exiſtere, h. e. æthereum, cui particulæ aqueæ & terreſtres inſint, vix ampliùs dubitari poteſt: vid. Carteſ. *Meteor. cap.* 1. §. 3. *Princip. Philoſoph. pag.* 4. §. 46. Hock *Micrograph. pag.* 13. 96. & 97. Digby *de Pulv. ſympathet. pag.* 49. & 50. Quæ ergò heterogeneitates ſi ab æthere ſeparentur, hic non tam componet atque conſtituet, quam penetrabit & permeabit omnia corpora, adeoque eorum elementum dici non poterit.

Ignis nil minus eſt, quam tale corpus, quale vulgo fingitur. Hujus equidem natura ſemper valde intricata & obſcura fuit. Tamen modernorum experimenta perſuadent, quod ignis noſter uſualis (nam de cœleſti in ☉ari corpore concentrato, & inde in univerſam mundi machinam, adeoque tellurem, ſub nomine radiorum & luminis evibrato, non eſt hujus loci tractare) ſit tantum actus diſſolutionis corporum dictorum ſulphureorum ab aëre, tanquam per menſtruum diſſolutorum, & calefactorum, non ſecus ac ▽ aliaque menſtrua acria operantur ſuper corpora diſſolubilia, v. g. ferrum, ♀em, ♃em, &c. in illo ergò diſſolutionis actu erumpentes & evolantes particulæ anteà concretæ △ appellantur, cujus diſſolutionis effectus duo inſeparabiles calor & lumen ſunt: quibus poſitis △ ponitur, remotis verò tollitur. Uno nomine ignis conſiſtit in motu concitatiſſimo particularum pinguium ſeu ſulphurearum, ſicuti hoc ſufficienter explicavit Beck *Tractatu ſupra citato*.

Quoad lucem etiam, ille ab acido concitatiſſimo efferveſcentiæ motu cum terreo colliđente oritur; Hæc verò quid ſit? & in quo conſiſtat? res adhuc intricata eſt.

Sunt, qui eam ſubtiliſſimam ſui generis materiam non ineptè judicant, quæ ſub ſui coalitu ſub pinguis ſchemate ferè deliteſcat, quô verò reſolutô illa ſui juris facta motum lucis undique diffundat; & hanc ſubſtantiam quidam ignem puriſſimum, ſed impropriè, appellant. Utraque ſubſtantia ſimul in motum concitata dat ignem: nam lignum putridum lucet; quia tamen deficit calor, non poteſt dici ignitum. Calx viva in ▽ communi impensè æſtuat & ardet, quia tamen deficit lux, nullus ibidem adeſſe dici poteſt △; in carbone verò & flamma eſt utrumque, adeoque formalis ignis.

Viget △ imprimis in flamma, quæ eſt fumus rarefactus, diſſolutus & incenſus; fumus verò eſt flamma condenſata ſeu extincta, hinc fumus & flamma ſunt res eædem. Flamma enim quæcunque extincta vel ſuffocata abit in fumum, ſicut fumus v. g. candelæ facilè in flammam incenditur. Hinc unum idemque corpus in flammam & fumum eſt mutabile.

Aërem autem ordinarium particularum harum motorem, earumque quaſi modificatorem exiſtere, ut ignem conſtituant, inde præprimis concludi poteſt, quod una ſæpè eademque materia ab actuali igne commota, rarefacta, & in minima reſoluta, pro diverſo △is acceſſu vel excluſione nunc in flammam, nunc ſi minus reſoluta, & quaſi craſſiùs implicata, in fumum; nunc in neutrum horum, ſed tertium quoddam, fuliginem, ſpiritum acidum, ♒, phlegma, &c. abeat; ita v. g. candelæ accenſæ ſi ſuperimponatur vitrum, eâ ratione, ut nullus vel paucus △ hanc contingere poſſit, hujus flamma mox extinguetur, & ſuffocabitur, abibitque in merum fumum: Sic quando dolia innovantur pice à vietore, pix dum accenditur, dolium integrum flamma repletur; quod ſi verò operculo quodam opertum fuerit dolium, evaneſcet flamma, & in fumum abibit. Lignum ſi in △e libero accenditur, tradet flammam ingentem, fumum & fuliginem, maximamque partem in cineres abibit; quod ſi verò in vas

clau-

clauſum, v. g. in ☽am, immittatur, flammam minimè concipit, gliſcit ſaltem, ac loco flammæ apparet nebula, & non niſi carbonem relinquet. Interim tamen, quod ibi in flamma evanuit, hîc in vaſe clauſo ceſſat in 🜍 ſpiritum acidum & ♌ craſſum. ☉ dum integrum, corpus ☉inum eſt, huic in crucibulo igni expoſito & fluenti, ſi injiciatur pulveris carbonum tantillum, incendetur, & flamma copioſa exin eructabit, & eadem flamma in ♁ tubulata coërcita, in fumum rutilantem abit, & in vaſe recipiente in liquorem acidum condenſatur, qui, etiamſi non ſit inflammabilis, addito tamen ☉☿ in perfectum ☉ regeneratum transit; eſtque una eademque materialis ſubſtantia, nunc △ & flammæ, nunc aliam induens larvam, pro varia ejusdem ſubſtantiæ materialis ſecundùm minima per motum textura. ♌ commune olivarum, petræ, pix, 🜍 &c. item terebinthina facillimè & levi ſcintillâ inflammantur, totaque ferè deflagrant, in forma flammæ, ut parum vel nihil reſtitet; ſed excluſo ♎e flamma ſuppreſſa in vaſe △i expoſito abit in fumum, qui fumus eſt illud ipſum corpus, quod in vaſe ab ♎e munito in forma ♌ aut ☁ cum majore, licèt fixioris ſubſtantiæ, remanentia propter defectum ♎ ſe manifeſtat, ita ut ipſum corpus pingue, ♌, flamma, & fumus materialiter non differant, ſed ſint una eademque ſubſtantia.

Stat igitur ſententia:

Ignem eſſe ſulphur in minima reſolutum; ſulphur verò eſſe ignem quaſi condenſatum, aut concentratum.

Non enim contrarium ſuadet phænomenon, quando percuſſione chalybis cum ſilice △ excutitur. Siquidem chalybs eſt metallum ♃cum, cujus particulæ ♃cæ mutuo attritu violento atteruntur, tritæ ab ♎e nitroſo reſolvuntur, reſolutæ & accenſæ ſunt id, quod vocamus ignem, & iſtæ, quæ dicuntur ſcintillæ, particulæ chalybis ♃cæ liquefactæ, inſtar vitri, in charta per microſcopium examinatæ, apparent: vid. Hoock. *in ſua Micrograph.*

Calor verò non eſt qualitas, ſed conſiſtit ſolummodo in agili, vehementi ac celerrima particularum minutiſſimarum, imprimis ſulphurearum motione; & quamdiu durat motus, tamdiu & perſtat calor; ceſſante motu, tranſit calor: e.g. terebra terebrentur ligna; quò magis durum eſt lignum, quoque magis ab homine agente terebræ motus continuabitur, eò magis incaleſcit terebra & lignum; Calor hic utique non niſi à motu fit: ſcil. ſulphureæ agitatæ particulæ in ferro terebræ nil aliud ſunt, quàm calor. Item ☁ nitri, qui frigidæ naturæ eſt, affundatur limaturæ Martis frigidæ, & intenſus calor æſtuans producetur propter celerrimum motum particularum; & quamdiu durabit motus, tamdiu durabit & calor, & quo vehementior motus, eo magis incaleſcunt.

Sic ſi oleum tartari per deliquium, ♌ ☉ adfundatur, motus & effervescentia inſignis cum tanto æſtu excitatur, ut vas vix manibus teneri poſſit.

Notum ulteţius eſt, Chymicorum quale fuerit effatum. Poſtquam enim Peripateticis oculatiores facti Medici, rem quidem multò altius indagare cogitarunt, eidem tamen innixi ſunt axiomati: In quæ aliquod corpus reſolvitur, ex iis etiam componitur; adeoque cum viderent, per diverſas operationes Chymicas varia ex variis concretis produci, nata eſt ſecta ſpagyrica, qua in tria principia ſeu Elementa corporum activa, ut ſal, ſulphur, & Mercurium, & 2. paſſiva, Terram & Aquam ſeu phlegma & ♍, corpora mixta quælibet reſolvi poſſe, ſtatuerunt, ex quibus omnia corpora componi, horumque diverſitatem ex diverſa eorum mixtione promanare, docuerunt. Sed hæc principia pro omnium phænomenorum naturalium ætiologiis explicandis non ſufficiunt.

Illud enim, quod ſupra de reſolventis ſeu ignis ineptitudine dixi, hîc repetendum, & addendum, quod ratione ejus violentiæ, etiam in moderatiſſimo gradu applicati, partes concretorum quorundam ſubtiliores, quàm quæ in ſenſum incurrunt, deſtruuntur ac abiguntur, ut nec à vaſis hermeticè ſigillatis contineri valeant, hinc de numero Elementorum dubitantes nos linquant. Ad hæc quædam ſunt corpora, quæ principia hæc tria non continent, multo minus ♄. ſed uno vel duobus tantùm contenta exiſtunt, ita ut ab his, v. g. auro, Mercurio, talco, &c. nullo artificio vel ſal, vel ſulphur, vel aqua, &c. ſeparari poſſint, quædam etiam dantur concreta, quibus plures, quam tres, imò ♄. diſtinctiſſimæ ſubſtantiæ, ineſſe videntur, utpote educibiles; Præter ea enim, quæ ſupra adduxi, conſtat ex lignis deſtillari præter phlegma, ♌, ☁ duplicem, remanentibus in ♍ ☉ & ♒. Hinc ſi ☁ à phlegmate & ♌ liberatum Coralliis affundas, ſolus ☁ penetrans per ♓ aſcendit, concentrata acidiore parte in Coralliorum corpore. Imo inter ipſa hæc corpora, Principia Chymica credita, magna datur differentia, quæ numerum Principiorum horum valdè auget, dum e. g. ſpiritus cochleariæ odore & ſapore à ſpiritu roſarum; ☉ fraxini ratione virtutis cauſticæ à ☉e quercûs, & ♌ cinnamomi, caryophyllorum, ligni ſaſſafras, &c. ratione gravitatis ab oleo aniſi, citri, &c. differunt: imò ex quibusdam concretis ♌ duplex deſtillari poteſt, quod in ſanguine humano & cervino Boyle *Chym. Scept. pag.* 39. annotavit, unde plures Mercurii, vel ſpiritus,

Digitized by Google

ritus, plura ☿a, & plura ☉ia emergerent: ut taceam, malè à modernis poſt Paracelſi ætatem, ex illius inſtinctu illa tria quibusvis corporibus naturalibus miſtis tribui, quæ ſapientiores veteres Philoſophi Chymici ſaltem metallis adſcripſerunt, quorum nullitatem ſufficienter Boyle *in diverſis Tractatibus, in ſpecie Chymiſt. Scept. item de Qualitat. & Formis, de Nitri Redintegr. & de Imperfect. Doctrinæ Chymicæ, uti &* Helmont. *in Tractatu: Tria Chymica principia non eſſe de morbi eſſentia; item Cauſæ & Init. Rerum Natural.* §. 13. *&* §. 22. *Imag. Ferm.* §. 7. *& alibi, uti &* Petr. Gniſſon. *in ſcripto contra* 3. *Princip. Chym.* oſtenderunt; ſicut etiam hæc 3. principia chymica ſub multiplici nomine autoribus veniunt, maris, fœminæ & matricis, eademque Beccher. *in Phyſ. ſubterran. S.* 1. *c.* 1. *ſeqq.* in regno minerali præſertim, ſub triplici ☿æ nomine, nempe terræ ſeu lapidis fuſilis loco ☉is; terræ pinguis loco ☿is; & terræ volatilis ſeu alcalinæ loco Mercurii, clariùs & diſtinctiùs demonſtravit.

Poſtmodum maximè Spagyrici errarunt, quod non attenderunt:

1. Ab igne emergere nova concreta corporum, de quibus ſuprà: △ enim, dum partes concretorum in ipſo ſecretionis opere diverſimodè agitat, eas ſimul in minora diſcerpit, & per conſequens illarum figuram mutat, ita ut ſub alia ſpecie ſecreta nobis appareant; id quod à poſteriori hoc confirmare videtur, quod plurium corporum particulæ per Chymiam ſeparatæ, licet denuò commiſceantur, & omni artificio combinentur, compoſitum tamen exinde emergens priori mixto ſimile non appareat, unde Helmont. *Imag. Ferm.* §. 7. non abſurdè concludit: Principia Chymicorum tria nec actualiter corporibus ineſſe, nec ſeparari, niſi prius per ignem commutando, ſive per liquationis reductionem fiant veluti nova.
2. Quod compoſita pro ſimplicibus acceperunt, e. g. olea deſtillata ſunt corpora mixta ſeu compoſita, & ab aliis habita pro principio ☿eo, ſic ut ~ ☿ei per fermentationem parati, ex oleo, ☉e & ▽ fermentando invicem combinatis conſtarent, conf. Helmont. *Spir. Vit.* §. 3.
3. Quod in laxo valdè, indefinito & arbitrario ferè ſenſu terminis his uſi fuerint, nec unquam certam definitionem propoſuerint, niſi unam, alteramve proprietatem, quæ tamen formalitatem forſan eorum non exhaurit, allegando: v. g. dum ☉ dicitur ſubſtantia talis, quæ in ▽ diſſolubilis, ☿ ſubſtantia unctuoſa & inflammabilis: haud inquirentes, undenam hæc diſſolubilitas & inflammabilitas procedat.

Quod ſecundum quæſitum attinet, equidem innumerabilis eſt minutarum particularum, ex quibus coaleſcunt corpora, differentia; unde & tam ſingularis ac multiplex in textura corporum, hinc proprietatibus & operationibus differentia emergit, ſive ex ipſarum minutiarum diſtinctis mechanicis proprietatibus illa oriantur, ſive ex aliquot minutiarum firmiſſimo coalitu, & inde novis ex textura mutua acquiſitis modificationibus eædem dependeant, quæ denuò mutuâ aſſociatione aliam corporum varietatem conſtituere poſſunt, conf. Boyle *Chym. Scept. p.* 2. 3. Quam innumerabilem diverſitatem & olim Democritus ſub atomorum infirmitate, & hodiè Carteſius in multiplicibus ſuis ramentis majoribus, ſufficienter inſinuarunt, ſcilicet principia proxima materialia & conſtitutiva miſtorum ſunt variæ moleculæ minimæ, ſucceſſivis mutationibus ex aliis prioribus coaleſcentes, & vi principii ſeminalis, ſub generatione corporum per motum varium coagmentatæ.

Hypoſtaticis enim Peripateticorum & Chymicorum elementis non ſufficientibus, mechanicam magis hypotheſin, nulla habitâ elementorum ratione, ſibi formarunt, & naturam examinarunt, beneficio Principiorum Mathematicorum Phyſici.

Verùm ut ut hæc mechanicis fundamentis ſuperinſtructa Philoſophia laudes ſuas mereatur, & naturæ phænomena perſpicua ſatis reddat, adeoque hypotheſibus aliis facilè præferri poſſit, quia tamen itidem ſuas adhuc patitur difficultates, aut ad minimum obſcuritates, ſine ulteriori declaratione quaſi omnibus numeris abſoluta & perfectiſſima eſſet, admitti nequit; præprimis cum ipſe Carteſius ſuam doctrinam non ut certam & veram, ſed ut probabilem tantum, expoſuerit.

Cum igitur videamus omnia corpora fieri ſeu generari, nutriri & augmentari ac corrumpi ſucceſſivè & inſenſibiliter, & transmutari per particulas materiales minutiſſimas; multivarias tales particulas ceu principia corporum materialia ac elementa aſſumamus.

Cùm verò omnes hæ particulæ ſint materiales, adeoque quantæ, neceſſariò proprietates ſuas mechanicas, h. e. determinatam figuram ac magnitudinem, certum ad ſe invicem ordinem & ſitum, habebunt, unde per variarum particularum talium mediante motu unionem & texturam diverſa neceſſariò fient

Digitized by Google

corpora, multiplicesque horum affectiones. Particulæ tales, per mutuam texturam & unionem conſtituunt mediante motu omnia corpora miſta, qui tamen motus non vagus, ſed determinatus eſt, tam in materiæ compoſitione, quam ejus varia conformatione, adeò, ut non niſi vi ſeminum determinata ex iſtis particulis, fermentativo motu alteratis, varia generentur & efformentur corpora.

Ergo ſi non inconcinna analogia per artificem, ignem, confirmati, rem hanc aliquo modo illuſtrare volumus, certè quinario numero generalis minutiarum iſtarum, corpora hujus globi compoſita contexentium, varietas in genere circumſcribi poſſe videtur. Nempe obſervamus, reperiri in compoſitis particulas acidas, alcalinas, pingues, aqueas, terreas, utut propriè loquendo ferè ſaltem tres ſint: ▽, terra & acidum: Et hoc acidum qua tale, non ſimplex ſeu principium, ſed potiùs principiatum, ex ☉e naturæ univerſali natum ſub acido ferè ſapore, in concretis, ſub ſui cum aliis particulis coalitu ſe exhibet.

Harum ſanè varietas ſecundum proprietates mechanicas (utpote à quibus omnis earum vis & potentia dependet) ac varia ſæpiſſimè proportio, quin & numerus, dum non in omni corpore omnia præcisè ineſſe probabile ſit, omnem iſtum corporum quocunque modo miſtorum exercitum inſignem materialiter conſtituit: conf. Tachenius, Svvalbe, Williſius.

Quoad tertium quæſitum, ſane modernorum non pauci oſtendere nituntur, (1.) nulla elementa pura & per ſe præexiſtere, vel præextitiſſe unquam formaliter ante miſtorum conſtitutionem, niſi indigeſtum chaos illud ita vocare placeat, ex quo, tanquam materia univerſali, omnia producta fuerunt, cum nuſpiam legamus, Deum primò corpora ſimpliciora, & ex his demum mixta vel compoſita feciſſe. (2.) Nulla elementa pura per quamcunque etiam concretorum reſolutionem expectari poſſe, quamdiu terminus certus ejusmodi reſolutionum nos latet. Imò (3.) quamdiu creationis modus nos fugit (fugiet autem, quamdiu in hac mortalitate erimus;) tamdiu quoque in penitiorem principiorum naturalium cognitionem nos non perventuros credendum; hanc enim qui poſſidet, & modum eadem, pro diverſitate miſcendorum, combinandi novit, ſine dubio ad producenda corpora naturalia aptus exiſtit, quod omnipotentiæ divinæ derogare videtur. Ergò nec prima nec ultima ſunt principia, ſed ſaltem principiata, quæ nempe nunc immediatè, idque rariùs, nunc mediatè, idque frequentiùs, per crebriores & ſucceſſivas alterationes & immutationes ex aliis prioribus oriuntur & coaleſcunt, ita ut primò ex ▽ oriantur, & in hanc ultimò reſolvantur; dum v. g. vegetabilia immediatè ex ▽ naſcuntur & nutriuntur.

Ex quibus vegetabilibus animalia quoque conſtant, quæ ex ▽ mediatè, ſicut ipſa quoque vegetabilia, eorumque immediatè producta materialia tandem in ▽m redeunt.

Et hanc ſubſiſtentiam corporum ex ▽ per motum, confirmat præſertim analyſis, ſeu ultimata corporum in ▽m, etiam quæ ▽æ maximè reluctantur, reductio; v. g. pinguedo animalium, & olea vegetabilium attributa habent toto genere ▽æ contraria, & tamen maximam partem, ſi non tota, tandem per alcali adjectionem in ▽ redeunt, ipſo alcali per crebriorem ♁i expoſitionem, in ▽ etiam tranſeunte. Si ergo ſubſtantia aquæ ſummè contraria in ▽m denuò abit, & ita ex ▽ ultimatò conſtat, quidni de aliis facilior longè ſubſumtio erit? Pertinet huc ſynčriſis, qua mediante ex ▽ fit ⚶ ſecundū experientiam Boyle *Tr. de Orig. Formarum*; adeoq; ſi ſubſtantia maximè aliena, ut ⚶ ex ▽ formatur, quidni etiam aliæ minus ab illa abludentes?

Certe dum particulæ ☉inæ ♃eæ, forſan & terreæ, non reperiantur, præterquam in corporibus compoſitis, per ſua ſemina productis, non autem in ſimplicibus, niſi quantum de illis plus minus reſolutis participant, ſequi videtur, non tam primigenias eſſe particulas illas, quam ſecundogeneas per ſemina ſub materiæ proximæ in corpus ſpeciale transmutatione productas, adeoque non tam ſunt corporum principia materialia, quam principiata, ex materia proximè, quæ ſeminis actioni ſubeſt, pronata; unde non tam materia componens, quam conſtituens corporum, illæ particulæ dicendæ erunt, & non tam in corporibus conſtituendis, quàm conſtitutis, obſervabiles ſunt.

Adeo, ut ab efficiente v. g. opifice, ſeu rectore ſeminali, vel immediatè ex aqua, vel mediatè ex illa, jam aliam larvam cujusdam concreti induta ſub corporum compoſitione illæ minutiæ materiales oriantur, quæ ipſæ materialiter per ſyncriſin, diacriſin & metacriſin ſeu metaſtaſin corpora ſub generatione componant, ſub corruptione deſtruant, ſub alteratione immutent: Quin & ratione texturæ ſuæ ſub mutuo coalitu, & ſpecialis motus ac quietis in minimis, omnium qualitatum, præſertim primarum, ſecundarum & tertianarum origines & formales cauſæ exiſtant; ac tandem mutui nexus & texturæ ſeminalis fatiſcentia poſt plures alterationes in ▽m tandē redeant elementarem. Rem exemplis probabo: Reſpiciamus vitrum, quod ex particulis minutis terreis, ♃æ, cinerum aut ☉is alcalini fixi, mediante motu liquefactis beneficio △,

tan-

Digitized by Google

tanquam corpus tertium ſingulare conflatur. Si ♀ & ☿ vivus miſcentur, factaque in igne ſublimatione ipſorum fit conjunctio, formaturque ♁, planè corpus novum, differens à ♀e & Mercurio & peculiares proprietates habens. Sumamus minium, quod eſt ♄ calcinatum corpus rubrum, inſipidum & ponderoſum: Huic affundatur ☌, hæc miſta dant liquorem dulcem, ſaccharo dulciorem: quod ſi evaporet phlegma ſeu acetum deſtillatum, habentur in fundo nova corpora, cryſtalli ſcil. dulces, candidi, perſpicui, ponderoſi, plane differentes à minio & ab aceto deſtillato. Et ne hæreamus in arte factis, in naturalia inquirere lubet. Conſideremus vinum, aut liquorem aquoſum ex vitibus inciſis incunte vere deſtillantem, **das Weinreben Waſſer**/ qui habet ☉is minimum, & acidulus eſt tantillum; quacunque ratione tractetur, nil tamen habetur, quàm phlegma. Hic idem liquor ſimul eſt materia ſimplex & homogenea proxima radicis, foliorum, baccarum, corticis & pellicularum, in quibus eſt ſuccus auſtero-acidus: ſuccus iſte dat muſtum, muſtum dat vinum, vinum dat tartarum, feces & ✝, hocque dat phlegma, ☵ & alcali, & plura alia. Hæc mille producta ſecundùm ordinem variantia ex una eademque ſimplici provenerunt ▽ vitis, quæ conſtant ex particulis minimis in motu conſtitutis per nudam transpoſitionem alteratis, diverſimodè intertextis, transpoſitis, & vario modo ordinatis. Vinum ſi includatur phiolæ hermeticè ſigillatæ, ut nequeat ſubſtantiæ fieri ſeparatio, exponatur calori blando, & vinum degenerabit in ✝ per nudam metaſtaſin particularum minutiſſimarum, & nudam in textura mutationem. Pergamus ad Diacriſin. Recipiatur nitrum, deſtilletur lege artis, & acquiritur nubes ſeu vapor rutilans, qui condenſatus abit in liquorem ſeu ſpiritum aciditſimum volatilem, ſic facta eſt per diacriſin nitri deſtructio per ſeparationem volatilis à fixo corpore. Syncriſeos exemplum ſit hoc: Recipiatur ſal tartari fixum: huic affundatur ☵ nitri acidus, & facta effervescentiâ novum regenerabitur ☽: ſcil. per inverſam texturam & unionem mutuam particularum minutiſſimarum alcali cum acido componitur novum corpus. Ergò omnia corpora conſtant ex particulis minutiſſimis, & pro varietate earum variat corporis textura.

Has verò inter particulas minutas primatum reverà obtinent, & magis præ cæteris activæ ſunt ſalinæ, unde doctrina ☉ium probè conſideranda venit pro conſtitutione corporum & phænomenorum, eorumque ventilatione ritè cognoſcenda. Salia enim in tota natura tantùm non primarium ſunt inſtrumentale principium, ſed & in ☉ibus eſt vis ſeminalis, fermentativa, præcipitativa, & coagulativa. Conſtant particulis rigidis-acutis, penetrantibus, indeque quaſi ſcindentibus & pungentibus, adeoque linguam, cujus reſpectu ſapidæ ſunt, notabiliter afficientibus, promptéque in ▽ ſolubilibus, & ipſi facilè unibilibus. Sunt in generali differentia, vel acidæ vel alcalinæ, quæ duo ſibi invicem unita in ☉ tertium ſalſum ſeu enixum abeunt.

Hæ ipſæ particulæ radix eſſe videntur virtutis & efficaciæ ſeminalis & præcipuarum in rerum natura operationum, nempe coagulationum & diſſolutionum, fermentationum & effervescentiarum, putredinum, ſolutionum & præcipitationum quamplurimarum, & in corporibus inſignium mutationum Authores. Sub generali autem acidi & alcali nomine innumerabilis ſalium diverſitas comprehenditur, cùm tàm urinoſa quàm acida mille modis pro varietate concretorum, in quibus exiſtunt, ſecundùm proprietates mechanicas differant; unde & tam variis modis inter ſe & cum alterius generis moleculis combinari, ac diverſiſſima ☉ſa ☉ia conſtituere poſſunt; pro quorum omnium varietate ſpeciales quamplurimæ operationes naturales derivandæ ſunt. Qua de re videatur Collegium Chymicum.

Verum, quæ de Elementis Peripateticorum & Principiis Chymicis ſupra dicta ſunt, & hic obſervanda veniunt: unde patebit, quod acidum & alcali non ſint principia concretorum materialia, ſed tantum principiata. Quod enim non ſint ex elementis primis ſeu ultimis, adeoque ſimpliciſſimis, ex eo conſtat, quod non, niſi in concretis jam conſtitutis & genitis, reperiantur; extra eadem autem nuſpiam acidi aut alcali veſtigium deprehendatur, adeoque ante corpora conſtituta & genita non exiſtant: unde patet, eadem vi ſeminali ex materia aliquali per transmutationem generari, & ita in concretum cum aliis coaleſcere. Imo dantur corpora, in quibus præter acidum & alcali non tantum particulæ terreſtres & aquoſæ, ſed aliæ quoque, v. g. inflammabiles, inſunt, uti ex ♀e & oleo communi, item ſpiritu vini, videre eſt: ſicut & plurima in corporibus naturalibus phænomena obſervantur, quæ ab his duobus principiis nullo modo deduci poſſint, quando v. g. aqua fluidiſſima agitatione vehementiori in ſpumam firmiorem redigitur, & corallia rubra pellucida & rubicunda per ſolam contuſionem & cribrationem in pulverem album & opacum degenerant: vid. Boyle *de Acido & Alcali*. Accedit & hoc, quod interdum acidum & alcali invicem transmutabilia ſint,

quod patet ex tinctura nephritica Ammelungii, & spiritu carminativo Michaelis, ex tartaro & nitro,&c. in quorum destillatione prodit ~urinosus, remanente capite mortuo purè alcalisato; ab oleo autem tartari unà deflagrante ☉ in alcali figitur. Sic formicæ, quæ acidum intensè spirant, per putrefactionem suggerunt spiritum urinosum, cum pauco oleo; sub qua ex mutata particularum reliquarum cum acido textura concretum novum urinosum emergit; quod etiam de aliis rebus putrescentibus observandum, quæ sub putredine copiosum ⊖ volatile suggerunt: ut taceam, quod alcalia in concretis non formaliter, sed materialiter, præexistant, de quo infrà.

Erunt ergò principia ⊖ina, acidum & alcali, non principia naturæ formalia, sed hujus tantum instrumenta. Nam utut in artis operibus, tam chymicis quam etiam mechanicis, utramque faciant paginam, prout nempe artifex illa aptè dirigere noverit, & hoc quidem in subjectis jam constitutis seu genitis, nec de naturalibus dubium sit, quin etiam hîc acidi activitas in alcali plurium motuum intestinorum & alterationum sit autor, de principio tamen movente quæritur; in se ipsis enim, ceu particulæ materiales, motus principio carent. Materia subtilis Cartesiana, movens universale, equidem multum lucis contribuet; sed de particulari movente est quæstio, sub cujus directione adeò determinatos motus in concretis, generationi & corruptioni obnoxiis, obeant. Equidem △ cœlestis scintilla in quovis semine latitans; seu spiritus insitus, ex universali in semine concentratus, est operationum principium; sed hanc esse præcisè acidam, adhuc clariùs deducendum; quin ex activitate hujus principii seminalis, quod occultum demum fit manifestum, ab eodem augetur & propagatur; ut ut verum sit, dum ~ iste seminalis sub oleoso tegmine, reconditus lateat, proximè acido adhæret, ita ut alterum absque altero moveri nequeat, non secus ac in luce candelæ, lux acido juncta, alterum sine altero vix operatur; est tamen in seminalibus lux ista, seu spiritus seu ignis cœlestis, principale; acidum junctum instrumentale est medium, quod concreti vi seminali fatiscente, proprio nutu in varios impetus erumpere solet in fermentatione, putrefactione,&c.

Ipsa autem principia ⊖ina, acidum & alcali quod attinet, acidi conceptum lingua sola suppeditat, hujusque ampla satis familia in omnibus regnis reperitur, præsertim verò in regno minerali, juncti ut plurimùm cùm pinguedine, unde larvam ♃is verè ludit, hinc eminet præsertim sulphuris communis acidum, ex quo ⊖ commune, gemmæ, ☾, ☿, ☉, & similia, suam aciditatem obtinent: quam etiam omnia metalla, eorumque ♃a ut & mineralia, e. g. antimonium, aliaque subjecta ♃ea, aciditatem plus minus intensam junctam habent. In tota enim natura non reperitur ♃ seu pinguedo, cui non pro parte adjunctum sit ⊖ acidum manifestum, quod sub forma quoque ⊖is ab eodem per mechanicam separare licet.

Sic ♂ copioso turget acido, quod adveniente ▽ solvitur, ut in corpus suum agere possit, hinc rubigo. Auri acidum facilè manifestatur: si enim colliquato auro immittatur ♂, statim rubigine plenus extrahitur, id quod fit ab acido ♂ rodente. In vegetabili regno rarius etiam reperitur acidum, aut certè temperatius, naturaliter in fructibus, eosque constituentibus succis, in quibus progressus, ut succo citri, berberum, limonum, &c. esse solet ab aciditate austera ad aciditatem blandam aut omnimodam dulcedinem, prout plus vel minus acidum temperatur ab occurrente alcali pingui, quæ dulcedo in succis expressis per fermentationem denuò introversa, manifestam aceti acescentiam prodit.

Quod pingue acidum temperet & occultet, videre est in tartaro; ille enim acidi saporis destillatus ℞ dat copiosissimum, quo mediante aciditas amplius nulla apparet. Præter hæc acida vegetabilium, sapore ipso promptè se manifestantia, etiam occulta acida lignorum compagem imprægnant, quæ in vasis destillatoriis igni aperto concredita emittunt spiritum acidum volatilem; unde fumus, in combustione lignorum corrodens oculos nostros, nihil est aliud, quam ⊖ acidum, combustione avolans.

Sunt porrò acida utplurimùm volatilia, plus minus tamen, nunquam etiam aut rarò ad alcalium volatilitatem accedunt, sed fere post phlegma seu aquam in igne elevantur. Pauciſſima observantur fixa; quale est acidum, quod in auro & argento deprehenditur, item suo modo ⊖ vitrioli fixum emeticum.

Ast in regno animali pauciſſima sunt manifesta acida secundum naturam, & si quid acidi inest, semper sub tegmine pinguedinis & corporis oleosi seu sulphurei latitat, ita quidem, ut Helmont. hoc extra stomachum omnibus partibus hostile pronunciet. De acido stomachi non est, ut multa dicam. De ulcerum acido corrosivo, ossa quoque subinde corrodente, cùm sit præternaturale, jam taceo: quò etiam pertinet acidum stomachi præternaturale per vomitum ejectum, sæpè pelvium æneārum substantiam corrodens. Imo quædam animalia potens satis acidum fovere, formicæ testantur, utpote quarum (I.) cumulis immersi flores borraginis, cichorii,&c. eorum color cœruleus in rubrum immuta-

mutatur. (2.) Eadem animalia liquorem fundunt, qui ſine dubio cauſa eſt illius prurigi-nis dolorificæ, quam animalculorum horum contactus affricare ſolet; quemque acidum eſſe, mechanica docet; quale quid de apibus Hoock *in Micrographia ſuſpicatur.* Ad acidum animale tandem refero, quod Boyle *in Chym. ſcept.* notavit, ex ☉, præter alcali, ⊖ quoddam ſali ammoniaco ſimile, adeoque de acido participans, prolici poſſe. Pariter ſunt, qui communem ☉æ & ſanguinis ſpiritum ammoniacalis quoque naturæ eſſe docent: vid. Tacchen. *Hippocr. Chym. c.* 12. *pag.* 73. & 74.

Huic ⊖i acido opponitur ſal urinoſum, ita vocatum à ſapore & odore, quos ſimiles habet cum urina humana. Alias termino uſitatiſſimo nominatur alcali, ab herba tali, apud Ægyptios frequenter creſcente juxta ⊖ſum flumen Nilum, ſapore nitroſo, quæ à veteribus Ægyptiis concremata, & ex eadem copioſiſſimum elicitum fuit ⊖ urinoſum fixum, quod Ægyptii dixerunt Kali, & præpoſito Arabum articulo al, ortum eſt alcali. Hæc herba hodienum reperitur apud Seeburgum, & eſt ſpecies ſedi. Hoc nomen latius fuit extenſum ad omnia ⊖ia vegetabilium; ſed cum obſervatum eſſet, quod tam ⊖ia volatilia, quam alcalia fixa, contraria eſſent acidis, factum eſt, ut adhuc latiori ſenſu omnia ⊖ia urinoſa, tam volatilia quàm fixa, dicta ſint alcalica: unde vocabulo alcali impoſterum ſemper utemur pro omni ſale urinoſo. Vocatur etiam hoc alcali ſeu urinoſum ſal lixivioſum, propterea, quod maximè per ▽m ſub forma lixivii è cineribus vegetabilium eliciatur, hinc vulgo pro Synonymis habetur ⊖ urinoſum, lixivioſum, & alcali, utut propriè & accuratiùs loquendo ſal urinoſum atque lixivioſum iterum inter ſe, ratione volatilitatis & fixitatis, differant, h. e. omne ⊖ urinoſum ſit volatile, omne verò lixivioſum ſit fixum; alcali autem forſan ſe indifferenter ad utrumque habeat, licet Zvvelffer. *in Apolog.* contra Tacchen. *p.* 27. 110. & 148. hoc in dubium vocet.

In duplici etiam ſunt differentia alcalia:

1. Volatilia ſeu urinoſa, dicta nativa, quæ aut ſponte exhalant, aut leni igne in auras elevata avolant, & non perſiſtunt, ut ~ C. C. ſalis ammoniaci, ☉æ, ſanguinis, viperarum, &c.
2. Fixa ſeu lixivialia aut alcaliſata, artificialia dicta, quia arte à ⊖ibus volatilibus producuntur & figuntur, v. g. ſal tartari, cardui benedicti, &c. quæ in igne perſiſtunt, non avolant, & tandem cum arena miſta in vitra abeunt.

De animalibus nullum dubium eſt, quin turgeant copioſiſſimo ⊖e volatili urinoſo, quia ex iis horumque partibus, v. g. oſſibus, carnibus, ſanguine, ☉a, &c. ſalia volatilia & penetrantiſſima, acidum mortificantia, eliciuntur, quæ ſemper conjuncta ſunt cum blando oleo.

In vegetabilibus etiam triplicia reperiuntur ⊖ia volatilia: Aut

1. Acriora, ſenſuique manifeſtiora, ut in plantis ſapore acri & ferè cauſtico conſtantibus, v. g. armoracia, naſturtio, ſinapi, cochlearia, raphano, &c. Deinde
2. Salia volatilia à ♃e magis temperata, eaque in plantis aromaticis, ſeu ſalino-oleoſis. v. g. Salvia, majorana, fœniculo, aniſo, roremarino, mentha, abſinthio & ſimilibus; quia dicta ⊖ia volatilia ſemper cum blando oleo conjuncta ſunt. Imò hæc ⊖ia volatilia vegetabilium per artificialem putrefactionem manifeſtari, & ſub forma ſicca ex vegetabilibus omnibus elici poſſunt, contradicente quamvis Zvvelffero *Pharm. Reg. p.* 216. & Mœbio *Fund. Med. c.* 10. *p.* 190. cujus laboris modum D. Kocks *in Transact. Philoſoph. Anglicanis* & Wedel. *in Tr. de ſale volat. plantarum*, ſuggerunt: conf. etiam Schrœck. D. Bohn. *Exerc. Philoſoph.* 7. *de ſanguif. in Corollario*, qui affirmat, quod ex frumentis ſal volatile copioſiſſimum prolicietur, & ex pipere ipſo ſal volatile penetrantiſſimum acceperit, quod Febrifugum egregium non ſine cauſa conſtituere ſuſpicatur. Denique
3. ⊖ia volatilia occultata, minusque ſenſui manifeſta, in plantis vulnerariis reperiuntur, in quibus occultum urinoſum (cujus ratione & beneficio mira ſolent operari,) demonſtrat Helmont. ex mechanica, dum illorum ſuccus, v. g. plantaginis, cherefolii, hyperici, &c. promptè reſuſcitat Mercurium ſublimatum, acidum ejus imbibendo. Participant etiam non nihil de ſubtili acido, hinc ſunt quaſi naturæ ⊖iæ quodammodo nitroſæ.

In mineralibus hujusmodi ſalia, tam volatilia, quam fixa, vix obſervantur, multò minus hæc ex illis educi poſſunt, niſi ex nitro, ex quo ſingulari encheireſi ~ urinoſus elici poteſt: Quò etiam referatur argilla, item ſpiritus & ſal volatile ♁æ ſigillatæ Danicæ, cujus mentionem facit Bartholinus *in Act. Haffnienſib. T.* I. *c.* 11. & Boyle *de Gemm. p.* 181. item ⊖ in lapide calcario latitans, & per calcinationem manifeſtiùs redditum.

Hæc fuerunt volatilia urinoſa ſalia, eaque

Digitized by Google

nativa. Juxta hæc sunt etiam salia vegetabilium urinosa fixa, eaque tantummodo artificialia, seu per artis opem mediante △ concremationē producta, qualia sunt ista, quæ in cineribus vegetabilium post combustionem horum remanent, & per elixiviationem eliciuntur, quamvis ex uno majorem, ex altero minorem, v.g. helleboro, ligno guajaco, &c. horum quantitatem acquiramus, de quo phænomeno vid. Zvvelfferus *Pharm. August. pag.* 453. *& Pharm. Reg. pag.* 34. *&* 231.

Quæritur ergò à recentioribus non immeritò, utrum ☉ia vegetabilium, antequàm iisdem extrahuntur, insit actu & formaliter: an verò saltem potentiâ & materialiter. Respondeo: Sciendum pro diverso ☉ium conceptu ☉ia vegetabilibus etiamnum mistis, tam actu & formaliter, quam potentiâ & materialiter, inesse & non inesse, rectè affirmari posse. Nimirum, si per salia intelligantur particulæ ☉inæ, plantis nondum elicitæ, sed hinc inde adhuc dispersæ, partibus tamen reliquis ♎eis, ♑eis ac terrestribus contradistinctæ, nemo simplicis veritatis amans negaverit, ☉ia vegetabilibus, etiamnum mistis hoc sensu quoque actu & formaliter inesse; si verò per salia intelligantur salia fixa per incinerationem parata, ante calcinationem non actu & formaliter, sed potentiâ ac materialiter saltem vegetabilibus insunt adhuc. Formaliter plantis inesse post Paracelsum Tack. *de Resurrect. Rerum*, & Willis. *de Ferment. c.* 2. affirmare videntur; dum ☉ hoc in cineribus reperiri scribunt, non quia per ignem noviter erat genitus, sed quia per illius mixtum adhuc integrum dispersæ atomi, aliis sibi interjectis particulis per incinerationem propulsis magis coirent, atque per concentrationem sui in cineribus sub salis corporalis specie remanerent. Verùm quod salia hæc sub tali fixitatis modo plantis non inexistant, sed potius per ignem fiant, probatur inde:

1. Quod planta ante calcinationem prius decocta dimidiam postea partem salis saltem exhibeat.
2. Ex plantis putrefactis nullum ☉ fixum elicitur, utut diu satis crementur; quia omne ☉ sub volatilitatis statu propellitur.
3. Pro diversa incinerationis ratione quantitas alcali fixi quoque variat, quod non fieret, si hoc sub tali fixitate, & non potius volatilitate, & in concreto præexisteret.
4. Fuligo ipsa, quæ ratione volatilitatis suæ summa petit, aliquam, eamque satis notabilem, si quibusdam circumstantiis adhibitis calcinatur, quantitatem salis alcalisati largitur, quam citra calcinationem in eadem præextitisse, non probabile est.
5. Sicut salia volatilia & acida vegetabilibus inexistentia sapore suo se mox produnt, ita, si alcalibus quoque fixis ante incinerationem in his concederetur locus, & quidem in tanta, quanta sæpius educuntur, quantitate, necessariò per qualitates quasdam sensibiles se manifestarent.
6. Si salia alcalisata vegetabilibus inessent, animalia quoque, quorum nutrimentum potissimum hæc sunt, de iis participarent.
7. Vegetabilia multa, si succulenta adhuc & igne leniori comburuntur, ☉ ☉-sum ab alcali longè differens; exsiccata vero sal magis alcalisatum suggerunt: vid. Helmont. *Blas. Human.* §. 39. Tacchen. *Hippocr. Chym. c.* 3. *p.* 13. Beck *Experim. & Meditat. circarer. natural. Princip. p.* 91. & Nehem. Grevv. *de Mixt. p.* 48. *&* 49.

Fiunt enim salia fixa tantummodò beneficio △, per colliquationem salis plantæ volatilis urinosi, cum sulphure concreti in recessu acido: Hæc enim duo colliquescunt sub △ tortura mutuò. Sequeinvicem arripiunt, sed sub concursu suo ♄m quandam fixam secum uniunt, & ita in ☉ urinosum fixum abeunt, quod speciatim lixiviale, item sal alcalisatum appellari solet, utut promiscuè hæc nomina urinosis seu alcalibus salibus soleant tribui; quando verò colliquantis ♃is amplexus aufugit, abit in auras, & constituit suliginem; hinc fit, ut vegetabilia oleosa dent salia fixa copiosa. Hinc talia salia fixa ex subjectis regni vegetabilis copiosiùs eliciuntur, qualia sunt v.g. sal absinthii, ☉ ☿, ☉ cinet. clavellatorum, &c. parcius verò & non nisi ex partibus contentis in regno animali, e.g. in capite mortuo sanguinis humani remanet ☉ fixum, non item ex carne, ossibus, &c.

Dicta bina ☉ia, acidum & urinosum, etsi sint contraria invicem, attamen, ubi mediante subjecto humido aut liquido conjunguntur, in quo nempe promptior & expeditior est motus, motu effervescentiæ & fermentationis se uniunt, invicem coëunt, & constituunt novum compositum, scilicet sal salsum tertium, ex utriusque miscela quidem constans, neutrum tamen eorum absolutè, sed potius tertium singulare immediatè ex eorum unitate resultans, v.g. sal ☉sum juxta Zvvelfferum acido-☉sum, & quidem nunc per naturam, v.g. nitrum, ☉ commune, &c. nunc per artem, v.g. sal ammoniacum, ♀ vitriolatus, &c. Antequam verò coëunt in unum, invicem pugnant, unde dicuntur pugilia naturæ instrumenta;

Digitized by Google

menta; quorum pugna, quando ceſſat, dicitur miſtura ſaturata, e. g. ſal tartari & ~ vitrioli conjunguntur, unde ex evaporatione liquoris fit ☉ ⊖ſum tertium & ferè inſipidum, ☿ ſcilicet vitriolatus, ubi acidiſſimus ~ vitrioli coit in corpus ferè inſipidum; pari ratione, qui conficitur ex ſolutione vitrioli Martis, ac per affuſionem ol. ☿ per deliquium præcipitatur, Tachenii ☿ vitriolatus dictus, ex inſpiſſatione liquoris paratus: Præcipitatum verò eſt reverà crocus Martis adſtringens, ex minera Martis anteà à ſpiritu acido corroſus, & jam per contrarium præcipitatus; item falſum eſt, quando ſpiritus ſalis acidus cum quocunque ſale volatili urinoſo junctus, conſtituit ſal ammoniacum.

Cæterum, ſicut alcalia ſunt duplicia, fixa & volatilia, ita etiam ⊖ia hæc ⊖ſa propriè enixa dantur triplicia, pro natura nempe ⊖ium ſimplicium, compoſita conſtituentium, v. g. ſunt vel fixa, vel volatilia, vel mediæ conſiſtentiæ. Fixa ſunt, quando utraque ⊖ia, præſertim alcalia, fixiora erunt, v. g. tartarus vitriolatus, ⊖ hypochondriacum, quod ex capite mortuo ~ ⊖is ammoniaci cum cineribus clavellatis parati producitur, ſalia enixa Glauberi, item ſal commune, quod eſt ſalſum fixum ex alcali fixo, ab acido ſaturato; volatilia verò, quando ex volatilibus, e. g. ſal quod emergit ex aceto deſtillato & ſpiritu ⊡æ. Mediæ conſiſtentiæ ſunt ea, quæ nec fixa ſunt, nec tamen adeò volatilia, v. g. ⊖ ✱, quod in igne avolat; conſtat enim ex alcali volatili: item ſalia eſſentialia vegetabilium ex eorundem ſuccis parata, qualia ſunt v. g. tartarus, ⊖ eſſentiale meliſſæ, &c. Ne fiat confuſio ⊖ium cum vocabulo ⊖ſi, notetur, Zvvelfferum cum alcali ⊖ſum contundere, & omnia ⊖ia volatilia ⊖ſa vocare, ut ex ejus ſcriptis patet, ſed minus rectè. Nam propriè loquendo ⊖ſum ordinariò innuit compoſitum quoddam novum, ex alcali & acido ritè combinatis, quare autem Zvvelfferus ⊖ia volatilia dicat ⊖ſa, ratio hæc eſt, quod vix alcali, præſertim volatile, reperiatur purum in tota rerum natura, cui non adhæreat tantillum acidi, licèt minimum illud ſit. Audeo dicere, me nunquam vidiſſe alcali purum, niſi in ſpiritu ⊖is ammoniaci cum calce viva parato, qui eſt purus ~ alcalicus.

Quod autem ex miſcela horum duorum ⊖ium novum tertium fiat, ratio hæc eſt, quod alcalia ſint corpora magis poroſa ac quaſi majora, ſeu quaſi ſubtilibus cavernulis prædita ſeu vacua; acida autem ſunt corpuſcula acuta & rigida minora ſcindentia, quæ in cavitates ſeu ſpatiola particularum alcalinarum ſe inſinuant, hinc ſe exactiſſimè uniunt. Sicut cuneus intruditur foramini; ratione cujus unionis fit nova textura, quæ accipit novas qualitates & novum ens, ſcil. ſal ⊖ſum, conſtituitur. Dum autem ita ſe uniunt, fit pugna ſeu motus, ut ſe mutuo poſſint capere. Motus hic fit mediante liquido quodam, quo non ſolum diluuntur, & reſolvuntur ⊖ia, ſed & motor ſimul, de quo ſuprà, in actum ſecundum excitatur: ſalia enim, niſi reſoluta, non agunt.

Reſolutis ergò mediante liquido iis acidum agit in alcali, & alcali viciſſim in acidum, donec mutuô & amicabili congreſſu ſe uniant.

Unio hæc ⊖ium in ⊖ tertium enixum concitato motu & agitatione contingit, propter diverſitatem figurarum & conformationis iſtarum particularum ſeu corpuſculorum ⊖inorum in minimis, propter quam cauſam, dum in ſe invicem impingitur, ſeque mutuò feriunt, fit talis motio & agitatio, idque tamdiu, donec in ſitu proportionato concurrant, ut ſe mutuò unire queant. Motus hic, de quo dictum, dicitur vel effervescentia, vel fermentatio, qui celebres motus à ſalium activitate dependent.

Hæcce ⊖ſa, quoniam de utroque ⊖e participant, & ex iis compoſita fiunt, hinc miſceri poſſunt cum acido & alcali ſine ullo motu, ſtrepitu, & vehementia, activa & reactiva, quia ſponte ſe utrique ſociant & uniunt, fitque blanda ipſorum unio.

Obſervandum tamen porrò, quod præter urinoſa fixa & alia dentur ſubjecta terrea, quaſi alcalina, quæ juncta cum acidis effervescentiam inſignem excitant, v. g. ſpiritus nitri, ſi affundatur limaturæ Martis, fit effervescentia: idem facit ~ ⊖is, ſi cretæ affunditur vel terræ ſigillatæ: item ✚, vel ſimplex vel ✱, ſi perlis, coralliis, lapillis cancrorum, vel aliis animalium partibus duris ſuperfunditur, fit inſignis effervescentia, partim quia ſubjecta hæc habent in ſe alcalia volatilia occulta, ut in animalibus, quæ ſub ſolutionis actu emergunt, coeunt & effervescunt cum acido; partim quia hæc ipſa ſubjecta terrea fixa ſunt corpora poroſa, inſtar alcalium fixorum, unde, antequam iis ſe inſinuet acidum, tanta fit actio & reactio, quæ dicitur effervescentia.

Et hæc ſufficiant de differentiis ⊖ium, quibus tanquam fundamento tota noſtra hodierna Medicina & theoretica & practica, ſuperſtruitur: non dubito, ſi hæc ritè perceperitis, quod clavem non obſcurum habeatis, & viam ad Medicinam egregiè ſtratam. Felicius enim illi procedunt, qui in corporum mixtorumque natura ſcrutanda Chymiam cum Philoſophia Carteſiana conjungunt; hinc non tantum in ultimis ſeu primis principiis, quàm principiis concretorum immediatis ſive ſecundis, & inde compoſitis, quorum ſuprà tria recenſui, acquieſco.

Pingues ſeu ſulphureæ corporum particulæ dicun-

Digitized by Google

dicuntur quibusdam ignis mixti concretus, item substantia inflammabilis, ratione cujus inflammabilitatis à reliquis corporum elementis non tantùm differunt, sed concreta, quibus insunt, inflammabilia reddunt. Vocantur quoque olea propter unctuositatem, licet olea non semper merè ♁ea & inflammabilia existant. Inflammabilem ejusmodi substantiam non minus mineralibus, v. g. ♁i communi, nitro, antimonio, &c. quàm vegetabilibus, v. g horum resinis & oleis expressis atque destillatis, ac animalibus, v. g. horum pinguedini, inesse, experientia testatur.

Per aqueas seu phlegmaticas partes Autores unanimiter intelligunt liquidiorem, insipidam, & ad solvenda ☉ia substantiam aptam, qualem mineralia vix exhibent; in vegetabilibus autem atque animalibus particularum harum proventus uberior deprehenditur, v. g. in illorum succis, horum sanguine, ☉, &c.

Qui inter activa & passiva magis principia distinguunt, jam explicata duo pro activis, particulas aqueas & terreas pro passivis habentes, aqueam substantiam, ut elementum inutile reliquorum quasi excrementum vocant; sed malè, cum æquè concurrere videatur ad existentiam & conservationem corporum compositorum, horum mutationes, ac aliud ex jam dictis elementis, v. g. ad fermentationem, crystallisationem, dissolutionem &c.

Ultimum corporum principium particulas terreas dixi, quas aliàs ☿ vocant, h. e. particulas concretorum siccissimas, non inflammabiles, & △ & ▽æ potentiæ resistentes, quæ in corporibus solidioribus idem præstant, quod aqueæ in liquidis, h. e. spatiola inania cæteris principiis interjecta replent, hæcque discontinuant, & volatiliores particulas sibi implicitas retinent, imò his & toti concreto firmitatem conciliant.

Porrò ipsa corpora composita vel homogenea vel heterogenea sunt.

Hæc ex pluribus corporibus distinctis, certo nexu & artificioso coalitu, miro tamen ordine, invicem subordinatis, plus minus composita observantur, ita, ut machinæ cujusdam polydædalæ faciem perquàm concinnè repræsentent, quæ etiam, prout ita constructa est, secundùm mechanicas conditiones & proprietates moveri solet, unde & tam variæ illius operationes inde resultant, quales vegetabilia, & speciatim animalia, exhibere solent: v.g. Corpora animalium sunt machinæ hydraulico-pneumaticæ, quæ per sanguinis & spirituum contentorum motum varias actiones edunt, & per corporum externorum in organa sensuum actiones, ratione horum determinatæ structuræ certas passiones & motiones suscipiunt, quas sensus vocamus.

In his ergò corporibus heterogeneis tria considerantur:

1. Materia, ex qua partes machinæ materialiter coaluerunt, tàm remota, quàm propinqua, tam similaris quàm dissimilaris.
2. Ipsæ partes, earundem structura mechanica, formalis compositio, nexus & respectu totius machinæ distinctus usus.
3. Motus partium & principium movens illius machinæ, ratione cujus speciatim vivere dicitur.

MOTUS.

PRæsuppositâ naturâ & essentiâ motus, tam interni seu spontanei, aut naturalis, quàm extrinsecus communicati seu non naturalis: in ejus applicatione ad materiam, ceu agentis ad patiens, tria sunt consideranda:

1. Qualis motus in natura locum obtineat?
2. Quodnam sit mobile?
3. Principium movens, & unde motus tam in genere quam specie dependeat?

Motus omnis in natura est localis & observatur duplex, gravitatis & impulsus: sed his etiam tertius, nempe motus restitutionis seu elasticus, quo corpus in pristinam figuram sponte sua se componit, aut restituere plus minus nititur, addi potest; fit quidem, ut sub connatu isto seu nixu elastico, corpora vicina plus minus impellantur; attamen ipse elater à superveniente vicinorum impulsu probè distinguendus venit. Imò impulsus præ aliis omnibus & universalior & prior ferè esse videtur, cum in materiæ contiguitate quemlibet partium ejus motum necessariò aliarum impulsus in spatio seu loco insequi debeat.

Quod si tamen elasticum motum à materiæ subtilis impetu derivare velis, etiam motus elasticus ad impulsum, ceu species ad suum genus referendus erit. Levitas positiva seu propriè dicta est nulla, nec attractio, nisi mechanica ferè ab arte inducta, & tamen hæc vix sine impulsu videtur fieri. Universalior autem longè est motus impulsus, quam gravitatis, quia hic saltem una lineâ deorsum ad centrum fertur; ille verò ad quasvis positionum differentias sese extendit. Quin etiam impulsus ad totum mundi systema, gravitas verò ad globulorum illius systematis particularia corpora saltem spectat.

Obtinent hæc tam in naturalibus quàm artificialibus, adeoque universaliter tam in simplicibus quàm mistis, & his tam perfectè quàm imperfectè talibus: hinc quilibet motus dilatationis & constrictionis, motus quilibet elastici,

Digitized by Google

elaſtici, item fermentationes, putrefactiones, &c. motu ſaltem locali, eoque ut plurimum pulſu, peragi videntur.

Ipſa corporum per ſemina formatio per motum localem fieri videtur: cum enim formatio nil, niſi poſitionem partis extra partem, certamque materiæ ſecundum tres dimenſiones ſituationem inſinuet, hoc ipſo omnis corporum formatio non niſi motu locali fieri poteſt, eoque impulſus.

Materiæ per ſemina in corpora alia transmutatio, ☿æ in plantam, hujus in lac & carnem, etiam ſaltem motu locali fieri videtur, & ex eo probabile redditur, quod corporis reſolutio ultima pariter & intermedia, qua transmutatio & nexus ſeu craſis ſeminalis tollitur, itidem per motum localem ſaltem accidat, ſicut hoc in putrefactionibus, combuſtionibus, ſolutionibus, &c. manifeſtum eſt: ut taceam motum in minimis alium haud conceptibilem eſſe.

Operationes vegetabiles in nutritione, accretione & ſeminificatione, non niſi pulſu materiæ certo, hincque dependente coalitu cum aliis, adeoque quiete, fieri videtur, cum & geniti & nutriti concreti diſſolutio non niſi motu locali, eoque primario pulſionis, peragi videatur.

Operationes animales ſive ſenſum ſive motum reſpiciant, locali pulſionis impetu peraguntur. Externi ſenſus in motu ab objecto externo impreſſo, adeoque pulſu, conſiſtunt, ſeu, ut alias dicunt, tactu; interni verò non niſi in ſpirituum animalium vario, utut determinato, motu conſiſtunt, qui undecunque derivetur, vix niſi pulſionis aut elaſticitatis, aut ſimili modo peragi videtur. Localis animalium motus impetu ſpirituum, hinc fibrarum motu unicè peragitur.

Mobile ſeu ſubjectum, quod movetur, eſt ſimpliciter materia, quæ purè paſſivè ſe habet ad motum, utut per accidens propriæ extenſionis ac impenetrabilitatis ratione, motum ipſum ſubinde plus minus determinet, unde & hujus in omni motu ſimul habenda eſt ratio, ſcil. conditiones hujus & proprietates, mathematico-mechanicæ, tam generales, quàm ſpeciales, ſimul ſubinde determinant motum: unde non tantum errores interdum in operationibus naturæ per accidens emergunt, ſed etiam aliis modis ſubinde diverſimodè effectus variant.

Fundamentum determinationis motus à materia factæ eſt ejus

1. Soliditas ſeu impenetrabilitas.
2. Extenſio ſeu quantitas, & hinc nata figuræ in corpore ſpecialis ratio. Illud quidem primariò, hoc ſecundariò; ſcilicet, veriſſimum eſt illud: Deus & natura ſemper geometrizant, & Deus omnia menſurâ, numero & pondere fecit; Leges ſcilicet quantitativas in materia fundavit, & fundatas conſervat, & hinc ſubinde motus determinatur & modificatur.

Motus localis iſte, quo materia, & ex hac concreta feruntur corpora, eſt vel generalis, magnorum mundi corporum, vel ſpecialis, unius alteriusque ſaltem particularis corporis: ſeu motus localis, quo feruntur corpora, vel reſpectu totius mundi ſyſtematis ejusque globorum conſideratur, vel reſpectu ſaltem corporum in noſtro globo terr-aque-♁eo.

Ille, univerſi qui fit reſpectu, eſt circularis, fundatus primario in ☉e ſaltem, & ſimpliciter circa centrum mobili; dependet inde reliquorum corporum globoſorum univerſi motus in circulum, dum illius gyro cætera circumrapiuntur corpora, & hæc ſibi adjuncta alia in circulum una movent.

Speciatim in noſtro globo terr-aque-♁eo motus annuus, diurnus & hujus motu ☽æ tam menſtruus, quam trepidationis, ab iſto ☉is motu non inconcinnè derivantur, dum illius rapidiſſimus igneus motus circularis, ſive undique in orbem ambiens fluidum cœlum, ſive expanſum æthereum in motum ſimul concitat, hoc in eo natantes globos agitat, qui ſimiliter circumrapiuntur, &c.

Reſpectu vero corporum noſtri globi particularium omnis motus eſt vel totius cujusdam corporeæ molis junctim, vel minutarum particularum ſeorſim cujusdam corporis, ſive plures ſive pauciores, motu iſto cieantur. Ille externus ſeu progreſſivus, hic internus, ſeu inteſtinus, dicitur: verb. gr. glacies omnes ☿æ particulas habet in quiete; hæc ſi moveatur ex uno loco in alterum, eſt motus totius molis, minimis immotis perſiſtentibus. Sin vero illa in loco tepido liqueſcat in ☿m fluidam, fit iſtud ſaltem per motum minimorum inteſtinum ob id dictum: & à tali minimorum inteſtino motu omnes operationes eorum potentiores & manifeſtiores, quales ſunt fluiditates, ebullitiones, liquefactiones, putrefactiones, fermentationes, &c. quibus ad mixtum conſtituendum, immutandum & diſſolvendum concurrunt, oriuntur; ſpeciatim, ſi corporibus heterogeneis accidat talis motus, ſpeciali nomine fermentatio, item putrefactio, dicitur.

Inter motus inteſtinos primatum ducunt fermentationes & putrefactiones, quæ uti in genere fiunt à movente extrinſecus impellente, nempe vel materia ſubtili, vel aëre, ita in ſpecie motum hunc inſtrumentaliter perficiunt particulæ acidæ & urinoſæ, quæ & naturæ mechanica ſunt inſtrumenta, mediantibus quibus omnes iſtæ muta-

mutationes, quæ sub fermentatione & putrefactione contingunt, perficiuntur; utut putrefactionem paulo aliter modificari atque determinari, ex quibusdam circumstantiis, pra primis effectibus, quibus à fermentatione putrefactio differt, colligi potest. Scilicet (1.) fermentatio plus humidi, quam putrefactio, postulat. (2.) Utraque quidem horum corporum dissolutionem molitur; Fermentatio tamen fit à mutua activitate ☉ium, sed ita, ut ferè dominetur acidum, quod in novam texturam cum urinosis & ♃eis, aliisque particulis, spiritum nempe ☉ino-♃eum, coalescit; unde (3.) in omni fermentatione nova texturæ mutatio accidit; in putrefactione vero parilis quidem est actio, saltem in ea enervatur acidum, fantiscit pingue, & emergit urinosum seu alcalinum: hoc enim sub motu intestino dissolvit pingue ♃eum, unde fœtor; enervat acidum: hinc tandem sponte evolans, soluta penitus mistione particularum, textura concreti successivè penitus aboletur. (4.) Per fermentationem ☉ia non totaliter à reliquis mixti particulis secernuntur; Putrefactio autem illa magis exagitat, & ☿ paucum, ☉ibus planè destitutum relinquit. Hinc (5.) omnia fermentantia ad aciditatem plus minus sensilem inclinant, & tandem repetitis vicibus rectè acescunt: è contra verò res putrescentes copiosum ☉ volatile urinosum suggerunt, utut ante putrefactionem paucum vel nullum ejus fuerit vestigium. Hinc (6.) ea, quæ acidi motum cohibent, fermentationes etiam sistunt; è contrà ☉ia alcalia, quæ istud enervant atque infringunt, ad rei putrescentiam disponunt.

Ad fermentationes etiam pertinent effervescentiæ, quæ à ☉ium activitate instrumentaliter dependent. Differunt quoad magis vel minus: scilicet effervescentia fermentationi proxima, est motus instantaneus, longè vehementior, rigidior, rapidior & impetuosior, ex concursu atque actione & reactione ☉ium, alcali lixivioſi & acidi, mutua, sine aliarum particularum heterogenearum, mediantibus quibus eorum motus impediri possit, interpositione: hinc parum differt à fermentatione, nisi quod in effervescentia puriora, adeoque acriora, existunt ☉ia, unde etiam fortiori invicem colliduntur motu. Fermentatio verò est motus magis blandus & moderatus, unde effervescentia citius, fermentatio tardius, perficitur. Ratio est status diversus ☉ium: Quando enim salia sunt pura, & sine miscela aliarum particularum, adeoq; acriora existunt, & fortiori invicem colliduntur motu, adeoque mediante liquido effervescunt, impetuosiusque in se mutuo agunt, dicitur effervescentia, donec brevi facta debita unione in unum tertium, quod ☉sum, enixum, &c. vocant, omnis pugna, adeoque & effervescentia, cessat, in fermentatione autem salia non possunt statim coire, quia non sunt pura, sed per aliarum particularum interpositionem intermista, unde impeditis quasi ☉ibus, eorum obtunditur impetus, ut non tam impetuosè, sed blandiùs & tardiùs agant, quæ actio proin dicitur fermentatio.

Cum autem fermentatio & fermenta sint media transmutationum & digestionum in corpore animali, hoc loco, in quo consistat fermentatio, considerandum. Definitiones hujus, & effervescentiæ, possunt dari sequentes: Est scilicet effervescentia concursus, ac mutua & instantanea subitaneaque actio & reactio acidi & urinosi in ☉sum tertium, sine tamen interpositione tertii; Fermentatio autem est motus intestinus particularum minutarum corpus mistum constituentium, à mutua ☉ium, acidi & urinosi, in unoquoque misto existentium, excitatus, quæ duo ab humiditate aquea dissoluta incipiunt in se invicem successivè agere & reagere, omnesq; reliquas particulas mistum componentes, materialiter præsentes ac constituentes, præprimis sulphureas, variè inter se permiscent & agitant, simulque in motum concitant, unde totius misti fit confusio aut resolutio, usque dum ipsa sequatur, aut ultima hujus resolutio, aut nova ejusdem alteratio, à ☉ium istorum nova unione, aut saltem contemperatione, dependens.

Nempe quamdiu ☉ia concretis inexistentia reliquis particulis ita obnubilata & involuta existunt, ita ut ab humiditate, vel propria vel aliena, dissolvi non possint, aut plura existentia, humiditate dissolvente destituantur, non saliunt, i. e. non moventur, sed quiescunt; ab aquea verò humiditate dissoluta, dum in se invicem agunt, h. e. corpuscula acidi acuta & rigidiora poris seu spatiolis alcalium se insinuare conantur, nec motu calorem rebus fermentescentibus inducunt.

Qui ☉ium congressus, an amicabilis, an hostilis sit vocandus, Chymici plures rectè dubitant, amicabilis tamen unio est probabilissima, quam etiam defendit Berlich. *Observat. & Paradox. Chymicis.*

Tam in fermentatione, quam effervescentia, ☉ia hæc duo, acidum & alcali, se mirè gestiunt, & sub ista unione particulas quasdam materiales alias, ex proportione figurarum, magnitudinis & texturæ, facile ipsis unibiles simul sibi conjunguntur, & ita novum subinde compositum contexunt; nunc vero alias non bene cum ipsis unibiles extrudunt & separant, quæ si sint leviores, supernatant sub forma spumæ; sin vero graviores, ad fundũ secedunt, & fæcum nomine appellantur. Separatio hæc particularũ non benè unibilium dicitur præcipitatio, quæ ipsa interdum etiam citra manifestam

Digitized by Google

feſtam efferveſcentiam aut fermentationem fieri ſolet, dum v.g. partes caſeoſæ inſperſione aceti præcipitantur per affuſionem ▽æ, uti pluribus infra ſuo loco docebo.

Sub alcali autem & ſub acidi nomine innumerabilem ☉ium diverſitatem comprehendi, ſupra jam dictum eſt: indeq; etiam ☉ſum, ex acidi & alcali concurſu obortum, multis modis variat, de quibus vid. Tacchen. *in Hipp. Chymico, ut & in hujus Clave.*

Effectus fermentationis eſt duplex; vel eſſentialis, vel accidentalis. Eſſentialis eſt vel frequentior & intermedius, vel rarior & ultimus. Intermedius eſt miſti, propter ☉ium novam inter ſe & cum aliis particulis miſtionem & unionem, nova & inſignis alteratio. Ultimus eſt, quando propter repetitas fermentationes vis principiorum activorum fatiſcit, & tandem miſtum in ſuas particulas componentes diſſolvitur, & ultimatè planè deſtruitur.

Alteratio miſti, quæ verè fermentationis eſt ordinarius effectus, contingit tum ob novam ☉ium, tam inter ſe, quam cum aliis particulis miſtum componentibus, unionem ac contemperationem, tum ob partium heterogenearum & non-unibilium ſeparationem & extruſionem, quod dicitur præcipitatio. Diſſolutio & deſtructio à ☉ium per motum continuatum exhalatione, aut mobilium à fixis ſuppreſſione, dependet: Efferveſcentiæ verò effectus ſemper unicus eſt, ſcilicet ut ☉ia pura coëant, heterogeneitates eidem contulæ ſecedant vel præcipitentur.

In putrefactione tandem mixti deſtructio, hujusque particularum elementarium diſcontinuatio obſervatur, ut jam annotavi; dum quæ vegetabilia fermentescentia ☉ & ☍ in ſpiritu ardente conjungunt, putredini ſubjecta hæc ſeparatim, ſcilicet ſpiritum urinoſum & ☍ craſſum, exhibeant.

Ad particularum ſalinarum in mixtis operationem pertinet etiam coagulatio, qua mediante corpora ſoliditatem vel ſpiſſitudinem ſaltem aliquam acquirunt, cauſa hujus frequentior acidum eſt, v. g. acetum, lac coagulans: Quo etiam ſpectant, quæ particulas ſolventes & fluiditatis autores ſubtrahunt; quippe ſinceræ aqueæ hæ fuerint, earum exhalatio ſufficiens eſt, v. g. in ☉ium cryſtalliſatione, extractorum inſpiſſatione, &c. ſi ſalina & ♃ea ſimul, evaporatio & præcipitatio appropriatæ videntur, v. g. dum ſolutio Mercurii per menſtrui abſtractionem in præcipitatum cogitur, & camphora per aquam fortem, & reſina per ♆ ſoluta, ▽æ ſimplicis affuſione ad priſtinam firmitatem reducitur.

Coagulationi ſolutio opponitur, qua corpora ſolidiora in ſubſtantiam fluidam redigunturs; quatenus harum particulæ minimæ menſtruis jam dictis combinantur. Hæ particulæ, quia variant, acidas æque ac alcalicas aquea menſtrua ſolvunt, ita quidem, ut aqueas, metallicas aliasque heterogeneitates, quas ☉ia ſibi combinarunt, ſimul quoque imbibant; ſulphureas alcalia atque oleoſa ſolvunt, v.g. in tincturæ ♃is præparatione; utut & hæc ♃ eorum menſtrua non purum ſaltem ♃, ſed particulis ☉inis aliisq; heterogeneitatib⁹ adulteratum imbibant v.g. dum tinctura ♃is cum oleo terebinthinæ & ☿ parata, & aliquantum evaporata, in cryſtallos ☉inos cogitur.

Reſtat præcipitatio, qua particulæ cum menſtruo anteà ſolutæ, & cum eo quaſi unitæ, ſeparantur, ita ut particulæ ſolutæ à menſtruo, cujus amplexu detinebantur, fundum petant. Eſt vel ſpontanea, l. violenta. Præcipitatio violenta eſt, quando additione cujusdam tertii fit præcipitatio. Violenta hæc præcipitatio duplici modo contingit.

1. Quatenus corporis ſoluti particulis à præcipitante aliquid accedit, ut pondere & mole auctæ à menſtruo amplius ſuſtineri & agitari nequeant, e.g. in auri fulminantis & tartari vitriolati confectione, vel
2. Quatenus menſtruum ſolvens afficitur à præcipitante, hujusque pori diverſimodè immutantur.

Et quidem nimis laxantur, vel præter modum arctantur. Arctantur ſolventis pori, vel quatenus à præcipitante replentur, vel quatenus ab eodem conſtringuntur. Replentur, dum v. g. ſolutio aluminis præcipitatur ab injecta ⊡, vel quando in ſolutione vitrioli ex additione alcali fit præcipitatio partis metallicæ: conſtringuntur v g. dum ⊡ ab ♃e frigido præcipitatur. Laxant verò poros, quæcunque atomos principiorum activorum diſcontinuant, ut viribus illorum laxatis ſolutum diutius ferre aut ſuſtinere non poſſint. e. g. quando ☿ vitæ ex butyro antimonii, & reſinæ ex ☿, per ▽æ ſimplicis affuſionem præcipitantur: ſic ☉is & vitrioli ſolutionem ☽æ & Veneris in ▽ præcipitant, item vitrioli & ♃is præcipitat ſolutione coralliorum cum aceto; item nitri & ▽ præcipitant ſolutionem Saturni cum aceto in oſſam; ſolutio coralliorum cum ſpiritu ⊕ per ♆ præcipitatur; ſolutio vitrioli in ▽ ſimplici præcipitatur ex parte à ♆, ſolutio ☽æ in ▽ per ♄, in aceto deſtillato ſolutum, præcipitatur; ſolutio aluminis in ▽ communi, & ſolutio Saturni in aceto, ſe mutuo præcipitant; ſolutiones cum ſpiritu vini factæ ſimplices præcipitantur ab ▽ ſimplici; ſed diverſimodè: v. g. ſolutio benzoës cum ſpiritu vini, item ſolutio olei cinnamomi vel citri cum ſpiritu vini tartariſato, infuſa ▽ frigida præcipitantur & lacteſcunt, ſed infuſâ calidâ præcipitantur, & gummi vel oleum ſupernatat; luna, ♄, ☿ & marcaſita,

Digitized by Google

casita, in ▽ vel spiritu nitri soluta, per alcali fixum præcipitata, in igne sunt fixa, ad reductionem in pristinum metallum, cum sale communi verò præcipitata in igne sunt volatilia, & ad mixtarum rerum substantiam secum volatilisant. Vid. Willis. *de Fermentat. pag.* 85. item Tacchen. *Hippocr. Chym. cap.* 15. *&* 19. Beccher. *Phys. subterran. l.* 1. *pag.* 154. Helvet. *in Microscop. Physiognom. Med. pag.* 170. 171. *seqq.*

Hæc omnia prolixiùs diducta videbitis *in Dissert. mea, de præcipitantium usu & abusu pag.* 16. 17. *seqq.*

Præcipitatio spontanea consistit in particularum non miscibilium & separandarum pondere, aut, quod frequentiùs, figurâ, quatenus vel pori constringuntur, e.g. quando ⊡ ab ♎-e frigido turbatur & præcipitatur, vel quatenus ob ☉ium antea separatorum successivam unionem particulæ heterogeneæ, & cum misto non unibiles, separantur, unde leviores avolant, graviores verò ad fundum præcipitantur, & dicuntur fæces; atque hæc præcipitatio est accidens quoddam, fermentationem necessariò consequens, non verò primarius ac essentialis ejus effectus. Efficiens hujus præcipitationis sunt ☉ia, novum concretum componentia; Fundamentum unio acidi & alcali, particulas non unibiles ad fundum dimittentium.

Movens omne est vel gravitans, vel tendens seu elasticâ vi restituens. Ab his duobus dependet tertium, nempe impellens visibiliter: qui enim motori primo, vel simpliciter tali, vel respectivè ita dicto, tribuitur impulsus, ceu motuum primus, insensibilis à priori ac invisibilis existit. De origine & natura gravitationis nulla jam consideratio: nondum scilicet adeò plane constat, an principium ejus in corpore gravi an in ambiente, an verò in centro, ad quod tendit, quærendum sit? Non secus ac vis elastica seu tensio perquam obscura est, an impetui materiæ subtilis externo, an vero particularum conformationi ac texturæ internæ adscribenda sit?

Omne impellens est externum, cum materia, qua talis, nullum tale internum motûs habeat principium, i. e. omnis motus (saltem originaliter & excitativè) sit ab alio; utut determinatio motus specialis, ejusque variatio, & diversi inde effectus, sint à vi motiva interna. Sic v. g. baliſtarum & arcuum tensorum motus insignis excitativè est ab externo, quod vim elasticam vel exercet, vel primitus movet, insequens verò impetus & distincta motus ratio ab interna speciali materiali arcus structura & conformatione est: sic in seminibus vis motus prima est à seminum excitatore externo, calore ambiente, &c. utut specialis motus ab internis seminis principiis materialibus & legibus particularibus dependeat & dirigatur.

Materia ergò ex se, cum sit purè passiva, motum aliunde acquirat, necesse est. Motor ergò seu movens est vel primum vel secundum: Illud est simpliciter movens & agens, sine ulla passione; Hoc movens & mobile simul. Primus motor materiæ est Deus T. O. M. qui & primitus omnipotenti Fiat materiam, ejusque particulas movit, sed etiamnum motum ipsi semel impressum continuo conservat, quæ conservatio fit per certas motuum rationes, quasi leges fixas, ultra aut citra quas natura agere nescit.

Cæterum uti materia omnis primitus à Deo creata est, quam augmentare ex nihilo, seu ex non-materia, aut unminuere ex materia in nihilum sit ultra naturæ & artis vires, soli omnipotentiæ divinæ concessum; ita quæstio est, unde efficiens materiæ seu motus? an hic omnis à Deo primitus impressus? & omnis adhuc eodem vigore perduret? an verò motui semel materiæ introducto nunc addatur quippiam, nunc verò detrahatur. Sanè non inconcinna videtur Cartesii sententia: Omnem motum in principio & progressu creationis semel fuisse materiæ impressum, eumque adhuc durare, & eodem tenore, mutatis saltem subinde subjectis ad finem mundi usque duraturum. Quod si non præcisè de gravitationis, saltem de impulsûs motu asserendum videtur, utut & de gravitatione non difficile sit idem asserere, cum absolutè leve corpus non detur, major vel minor autem corporum gravitas ex materiæ suo modo gravis majori vel minori compressione & condensatione, adeoque gravis materiæ coacervatione oriri videtur, unde etiam augmentum gravitatis.

Certè par omninò materiæ ac motus est ratio, nec ulla diversitatis apparentia, quare materiæ, non verò motui, sui limites præscripti sunt. Dein universæ naturæ immutabilis ordo, indeque perennis ejus conservatio in hoc fundata videtur, quod nempe agens motus cum patiente materia, æquali semper & correspondente proportione subsistant: nam sic rerum circulus & orbis ipsius conservatio peragitur.

Saltem dubium est, cum motus per se nullam habeat extra materiale subjectum propriam subsistentiam, cui materiæ portioni, cum motus & quies se mutuo excipiant, motum primario indiderit? hoc est, quisnam motor secundus existat? Hic res ferè coincidere videtur, an cum Cartesio materiæ subtili, ceu subjecto primario; an verò cum Chymicis spiritui universi, sive sali hermetico mundi, motum hunc impressum dicas, nisi quod materiæ subtilis hypothesis universa-

lior,

Digitized by Google

lior, magisque ad opera naturæ artisque mechanicè explicanda, ☁ mundi vero ad rerum generabilium & corruptibilium vicissitudines explicandas, accommodatior videatur.

Quæ ut intelligantur, sciendum, quod utræque hæ hypotheses, idealis & corpuscularis, universales sint, quarum priorem formalem, posteriorem materialem appellare licet. Illa jam ab Hermetis tabula suam nanciscitur originem, & ab illo tempore per sublimiores naturæ scrutatores sanctè, nec tamen adeo apertè exculta, & hodie à Chymicis, qui ad secretiora magis tendunt fere recepta est. Hæc verò materialis est ipsa illa Democritea, à qua fluit Epicurea, quam hodie excoxit Cartesius, expolivit Boyleus; Illa magis concretorum corporum efficiens & principium formale, & quomodo ex ac per semina vi lucis insitæ omnia fiant, mutentur, & intereant, considerat. Hæc magis materiam concretorum ceu corporum jam constitutorum attendit, & ejus variis mechanicis affectionibus phænomena corporum explicare satagit. Illa ardua & difficilis, hæc vero facilis & sensibus magis obvia. Quoad ergo priorem hypothesin idealem seu formalem præsupponitur conspiratio amica superioris & inferioris mundi; huic sol ceu cor mundi perenni suo influxu pro rerum generabilium & corruptibilium conservatione, undique lucis suæ primigeniæ, vitalis, scintillas (ob universalitatem suam ☁ mundi universalis, influi, ☉ naturæ, ☉ hermetici nomine venientes) communicat. Hoc ☉ naturæ modificatur & secundum ☿ similem, cum universale sit, nec ex particularibus concretum, quibus intimè connexum, & tanquam nucleus seminalis intimè confermentatum exiſtit, nuda in forma, (nisi per simile universale) separabile aut seorsim considerabile non exiſtit; utut per artem, per-sertim △ vim mutatum p. n. & in motu ac progressu suo naturali seu seminali aut impeditum, aut nimis acceleratum, acidi ac alcali sub specie se manifestet, quod alias fatiscente quacunque occasione concreto, vi seminali, adeoque particulari determinatione exutum ad universalitatis indeterminatæ statum auras repetendo denuo redit. Equidem sub seminum determinatione, dum similis sed insiti ☉is virtute modificatur, ad hoc vel illud concretum particulare, varias cum cæteris materialibus particulis subit larvas & schemata, & nunc ☽si, ut in pluribus vegetabilibus, nunc ☥di, ut in mineralium ♁bus, nunc alia sub facie se exhibet, sicuti p. n. alteratum cum aliis particulis materialibus diversimodè cohærens nunc acidi nunc alcali habitu se manifestat; & quod in vegetabilibus v. g. fermentando accescit, hoc putrescendo denique urinescit. ☉ hoc est summè penetrans, aperiens, dissolvens, in se nempe consideratum, sed in processu motuve rerum naturali coagulans & maturans, prout ab insito seu seminali (simili) ☉e speciali charactere quasi insignitur, seque ejus beneficio multiplicat, cum succo nutritivo, præsertim rore, pluvia, niveque attracti autem ex fimetis, ceu magnetibus sub stercoratione allecti, vegetabilia; ejusdem vi fœcundæ fiunt matrices metallicæ, dum ex eodem ceu ☿ universali sub particulari sigillatione metalla generantur. Hujus beneficio nobis flagrat & lucet △, quo denegato omnis extinguitur, cum hic naturaliter hoc ipsum ☉ naturæ p. n. agitatum, & degenerando acidum & corrosivum factum exiſtat. Aſt cum pauciſſimis licitum sit peregrina veste hanc spoliare Dianam, & nudam eam sistere, ob id ejus loco productis ejusdem plus minus p. n. ☥do & alcali interea utuntur Philosophi pro explicandis naturæ phænomenis, & Medici pro usu practico, cum non nisi ☉ naturæ corporis humani seminale, digestionum & fermentationum primus Auctor, degenerans & plus minus acidum factum morbos pariat, suo compari alcali saturandum & in naturalem quasi statum redigendum. Quod verò attinet hypothesin materialem seu corpuscularem, hæc partim jam dum cognita est, partim ex dictis & dicendis patescit. Conf. Cramer. *Diss. de Transmut. Metallor. cap.* 2. Kalkhoff. *Dissert. de Font. Soteriis cap.* 4. Beckius *in Experim. & Meditat. circa rerum natural. principia*, & Tachenius *in Clave super Hippocrat. Chy-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Chymicum, à quibus acidum igneum appellatur; Rochas *de aquis, Mineral. cap.* 1. de aquis ♀eis, Tack. *in Chrysogon.* & Nuysſement. *in sale Philosoph.*

Adeoque movens ſecundum ſunt certæ materiæ portiones à Deo motæ, & in quibus tam univerſales quàm particulares motuum leges ſeu rationes fundatæ ab ipſo ſunt, & à quibus etiam adhuc dum exercentur; eritque ita hoc movens ſecundum vel univerſale, reſpectu tam univerſi mundi ſyſtematis, quàm reſpectu globi noſtri terr-aquei ſpeciatim; hocque vel ☉ vel ab eo moto materia ſubtilis, aut derivatus inde mundi ∽; vel particulare ſemen ſpeciatim dictum, idque præſertim pro corporibus generationi ac corruptioni obnoxiis, in natura continuò conſervandis.

Nempe ſicut univerſum mundi ſyſtema per ordinatos globorum in ſpecie & genere motus, in principio univerſi creati à Deo ſtatuminatos, conſervatur adhuc, dum & ſpeciatim per ☉is motum, ceu univerſalem motorem, dirigitur, unde & cæterorum globorum particulares motus, & ſpeciatim in noſtro telluris globo, præter diurnum & annuum motum, temporum, anni, viciſſitudines &c. exſurgunt, unde corporum in univerſo non generabilium nec corruptibilium perennitas conſervatur; ita particulares motuum leges Deus T. O. M. ſancivit corporibus generabilibus & corruptibilibus; quibus mediantibus ſub generatione fiunt, generata verò illis ordinatis ac regulatis motibus ſubſiſtunt ſeu perdurant, quibuscunque deficientibus denuo corrumpuntur; & hæ determinatæ motuum leges illis materiæ portiunculis infixæ ſunt, quæ ſemina vulgo appellari ſolent. Vid. Hamel. *de Aff. corp. p.* 58.

Leges hæ motuum particulares, in quibus vis ſeminalis conſiſtit, à priori ſunt inexplicabiles, utpote quæ immediate à Deo ſub creatione emanarunt. Ideas has vocat Helmont. idque itidem à poſteriori, quatenus ſimili modo ſe habent, atque idea in gravida per imaginationem concepta, quæ in generatione fœtus tantum valet, atque idem præſtat, quod illa ſeminalis idea; & tamen hæc ipſa imaginativa gravidæ idea non niſi per certum motum localem ſpirituum beneficio productum, operari, concipi aut ſtatui poteſt. A priori etiam leges illæ vocari poſſunt ideæ, quia ſunt characteres, & quaſi imagines idearum divinarum ſub rerum creatione, ad quarum normam ut per motum prius creata ſunt corpora quælibet, etiam generabilia & corruptibilia, ita illorum motuum impreſſa certa veſtigia, quibusdam materiæ particularis ideas ſeminales, & hinc ſemina conſtituunt. Seminum ergo vis ſaltem in ſpeciali ſub rerum creatione ſancito motu conſiſtit, tam quoad materiæ transmutationem, quàm ejus conformationem, & corporis geniti conſervationem.

Scilicet in ſemine ceu movente particulari duo actus ſingulariter attendendi ſunt:

1. Materiæ in tale corpus mutatio; v. g. aquæ in gramen, abſinthium, triticum, &c.
2. Materiæ transmutatæ mechanica conformatio, dum aliam figuram & ſtructuram ſeu formam externam habet abſinthium, gallina, canis, equus &c. Huc etiam ſimilitudo fœtuum cum parentibus pertinet.

Illud à fermento, hoc ab idea perficitur. Utrumque à principio ſeminali, à ſale naturæ univerſali in particulari quodam corpore ſpecialiter determinato; quod vi fermentativâ transmutat & alterat, vi ideali dirigitur in formatione & figuratione, v. g. artifex, qui metalla, campanas &c. fundit & materiam miſcet, diſponit certaque figura format &c. Hiſce tertium etiam addendum, ſc. corporis geniti conſervatio, quæ pro principii ſeminalis potentia motiva majori vel minori etiam mutationibus magis vel minus obnoxia eſſe, adeoque citius vel tardius corrumpi ſolent.

Ferè tamen obſervantur in principio ♀eo ſeu oleoſo, materialiter hæ leges primariò deliteſcere; ſic vis ſeminalis metallorum, à ♀e plus minus excocto perfectius & imperfectius, nobiliorem vel ignobiliorem cogens Mercurium, latet abſcondita: In vegetabilibus ſulphuris tantillum eſt, ſeu ignis ſcintillula, ut vocant, in qua vis ſeminalis reſidet. In animalibus gas ♀eum reſolutum, ſeu ſpiritus influus ex ſanguine oleoſo ſalino genitus, eſt nucleus ſeminum, in quo determinatæ iſtæ ſeminalium motuum leges ſunt fundatæ.

Sed quomodo ſpeciatim ſub rerum generatione vel materia transmutetur, v. g. aqua in vegetabilibus in plantam, florem, &c. vel transmutata conformetur, v. g. filius in ſimilitudinem patris, &c. determinari nullo modo poteſt.

Cæterum, ut ſub corporum corruptione plures ſucceſſivè obſervantur motus ad plenariam usque rei deſtructionem, ita etiam in corporum generatione plures ſucceſſivè motus fieri, planum eſt. Principales ergò motus primariique, ut inſtinctu & poteſtate ſeminali peraguntur, ita cæteri & quaſi ſecundarii etiam per alia inſtrumenta naturæ magis generalia, v. g. per motus acidi & alcali, & inde natas coagulationes præcipitationes, &c. quin fiat, & ab his tam in generatione, quam conſtitutione aut corruptione, peragantur, nullum eſt dubium.

Nam ut nutritio eſt continuata generatio, & ta-

Digitized by Google

& tamen in hac ipſa alia naturæ inſtrumenta ſimul multum præſtant, ita pariter in ipſa generatione omnino probabile eſt.

Dubium ingens eſt, in quo conſiſtat vis ſeminalis, & quomodo conformatio corporum interna materialis & externa ſenſilis inde dependeat? Generatio ex ſemine in materiæ ſecundum minima transmutatione, ſeu textura & ejus debita, ac determinata conformatione conſiſtit. Transmutatio à fermento acido, formatio ſecundum ideæ ductum fieri videtur.

Illuſtrant utrumque (1.) excreſcentiæ p. n. quæ carnis vel alius rei ſubſtantiam imitantur, pro ratione fermenti partis, cui adhærent, quo etiam pertinent calli oſſium, non verò hæc determinatam habent figuram, quia defuit idea. (2.) Ceraſa, fraga, mures, quæ ex imaginatione materna fœtubus adnaſcuntur, determinatam habent figuram, (interdum etiam corpus) quia idea formans matris adeſt: (3.) Molæ jam vitales carneam molem v. g. ratione fermenti repræſentant, elaboratam, ſed ſine formatione debita, ex idearum confuſione, adeoque earum quaſi obliteratione.

Et ut ad ſeminum fœcundorum productionem præfata, tam generalia quam ſpecialia, naturæ inſtrumenta multum conferre ſolent, id eſt, tam generales motus & materiæ leges, quam ſpeciatim acidi & alcali effectus, uti etiam ad ſeminum productorum in ſtatu fœcundo conſervationem illa ipſa multum tribuunt, ſicut ad eorum deſtructionem etiam conferre poſſunt, & ipſam ex ſeminibus productionem ſeu generationem multum promovent, tam quoad fotum, quam nutritum; ita illa ipſa per ſemina jam producta ſui ipſius & proprii motus ratione plures operationes multum promovere, etiam eas plus minus impedire poſſe, nullum eſt dubium.

Præter iſtas tamen motus qua talis leges, tam univerſales, quam particulares, ulterius leges iſtæ motus determinatrices, de quibus ſupra, quæ ratione materiæ obſervandæ & in omni motu, præſertim particulari, ſemper præſupponendæ ſunt, etiam vel univerſales obſervantur, quibusvis corporibus, quatenus materiata ſunt, communes, vel particulares, miſtis corporibus ſecundum certas particulas propriæ: v. g. univerſales ſimpliciter in materiæ impenetrabilitate & determinata figura fundantur, locumque habent in mechanicis pariter ac artificialibus: particulares vero ſpeciatim ratione hujus vel illius figuræ aut texturæ, harum vel illarum particularum in hoc vel illo corpore conſiderantur. Univerſali ex regula, v. g. pila, aut radius luminis, corpori ſolido aut opaco alliſa, reſiliunt ad determinatos angulos & determinatam diſtantiam; particulari verò ex regula acidum agit in alcali, utrumque obtundit, & quaſi inviſcat pingue, &c. quæ ipſæ conditiones determinantes generales ſemper in quibusvis ſpecialibus motibus probè attendendæ & præſupponendæ ſunt. Nam hæ illas non poſſunt mutare, bene autem has illæ.

Adeoque ut ſeminalia corpora, eorumque motus, hujusque directrices leges ſeu ideæ, particulares ſunt, ita minus particularibus & magis univerſalibus motus legibus, & ipſis univerſalibus motus per materiam determinationibus, nil derogant: ſed has potius præſupponunt, adeò ut ab his generalioribus ſpecialiores ſeminum motus ſimul promoveantur, interdum plus minus varientur: hinc enim non rarò iſtæ aberrationes ſub generationibus, item augmentationibus corporum &c.

FORMA ET QUALITAS.

REſultare ſupra dixi formas ex motu & materia, adeoque forma non eſt aliquid reale à materia diſtinctum, ſed eſt ipſa materiæ eſſentia quantitativa, prout concipitur, ut terminata certo modo, adeoque diverſimodè modificata. Forma ergo ſaltem eſt materiæ à motu modificatio multiplex.

Pro varietate autem formarum melius dignoſcenda, diſtinguenda ſunt corpora ſecundum ſuas differentias: nempe corpora ſunt vel ſimplicia, vel compoſita ſeu miſta, & hæc vel homogenea, vel heterogenea.

In corporibus ſimplicibus forma eſt concurſus modorum, ſeu affectionum abſolutarum vel primariarum materiæ, ſpeciatim materiæ figuratio, h. e. quantitatis materiæ certa ſpecificatio ſeu determinatio, à quibus junctim ſumptis tale corpus emergit, v. g. aqua.

In corporibus compoſitis homogeneis forma eſt materiæ ſecundùm minima mutuo coëuntia textura ſpecialis, ex minimorum, ſecundùm abſolutas materiæ affectiones variantium, certa unione & ſociatione vel cohæſione, dependens; unde nunc propria nunc communia attributa emergunt.

In compoſitis heterogeneis, quia hæc ſunt ſaltem certæ machinæ, conſiſtit horum forma in partium heterogenearum, tam fluidarum quam ſolidarum, mutua cohæſione, proportione & proportionata adaptatione, ac ad ſe invicem certo reſpectu, ratione cujus certis motibus obeundis, indeque diſtinctis attributis fundandis, apta ſunt nata: talia ſunt plantæ & animalia. Conſtituit ſanè hæc corpora ſimpliciter unio & cohæſio, indeque motus varii in circulo ad mutuam conſervationem conſpirantes; ſed quoniam in talibus machinis particulæ dantur liquidæ, à quibus integræ machinæ motus & integritas primariò

riò dependet, utut ipsæ etiam vicissim ex machinæ vigore conserventur; item quoniam hæ ipsæ certo modo concentratæ vim habent novam machinam componendi, & eam specialiter movendi, adeoque toti & esse, & distingui, & operari tribuant: ob id hæ particulæ speciatim pro forma regente habentur, qualis in vegetabilibus est pingue seminale, cum succo nutritio hinc inde diffusum; in animalibus verò idem pingue seminale in spiritum resolutum.

Materiæ itaque hæc modificatio specialis dat esse speciale corpori; eademque speciali illa modificatione distinguitur, ab aliis corporibus non ita modificatis. Illa ipsa materiæ modificatio & textura particularum constituens corpora, sive sit simplex in certa magnitudine figuratio, sive sit composita textura, sive sit partium plurium multiplex adaptatio, prout diversa ratione afficere valet organa nostra sensoria, tamen est fundamentum actionum & operationum omnium, tàm quas habet corpus seu materia modificata in se ipsa, quàm quas ipsa habet, in alia respectivè corpora.

Verùm cum inter partes contexentes sua sit subordinatio, ut quædam magis, quædam minus activæ sint, & à quibus reliquæ dependeant, hæ ipsæ posteriores imprimis formæ nomine insigniuntur, (si quid ceu forma informans & constituens nominandum sit) utut ipsæ materiales sint, & ceu materia ad constituendum corpus tale simul concurrant, & materiales simul conditiones obtineant, ac ratione materalis texturæ aptæ natæ sint, movere & constituere tale corpus. Et hoc modo textura materialis particularum auri dat formam auri, sed imprimis ♃, quod simul corpus constituit, formæ vires obtinet. Textura menthæ & inde resultantes proprietates constituit formam ejus, sed in specie succus, qui maxime activus est, & cujus energia ab acido seminali specifico dependere videtur, forma ejus seu anima est ac dici potest. Hominis machina secundum trium partium differentiam contexta, dat formam ejus, undè dicitur, quod talis machina sit homo, sed inter partes ejus primaria est spiritus, qui ob id vel solus formæ seu animæ nomine venit, ipse licet materialis, & qui ab aliis in esse, fieri & operari dependet: & hæ vicissim ab illo. Et quoad hunc sensum distinguendum est inter formam internam seu constitutionis, & externam seu denominationis; hæc est corporum textura, quæ præsupponit illam, & ab hac qualitates sensiles & proprietates proximè & immediatè, ab illa remotè & mediatè dependent. Adeoque in mineralibus forma talis interna esset ♃, in plantis succus nutritius, & spiritus volatilis ex sanguine oriundus.

Operationum istarum fundamentum seu prima origo aut causa, vulgo dicuntur qualitates, seu per qualitates, corpora operari dicuntur: Erunt ergo hæ qualitates nihil aliud, quam modificatio eadem materiæ, prout illa respectu nostri & organorum nostrorum, vel respectu ad alia corpora, consideratur, unde quod sic operationes diversæ observantur, tot diversæ denominationes oriuntur, hinc in nostro conceptu diversa entia mox finguntur, quæ tamen non realia, sed modalia saltem existunt, hoc est, respectivi sunt unius materiæ ad aliam materiam collatæ modi, seu non sunt quid à corporum textura & modificatione distinctum, sed illa ipsa, prout in respectu ad alia corpora tam in hæc agere, quàm ab his pati potest: e.g. Vis referandi clavis non differt ab ejus materia seu corpore, sed est saltem ejus figuratio, prout consideratur respective, nempe in relatione ad hanc vel istam seram &c. Unde quibusdam potius attributa, quam qualitates appellari solent. Sic quando spiritus ♃is aut vitrioli perspicuus acidus corrodit ♀, ex utriusque unione fit ♁ Veneris constans particulis acidis, certo modo particulis cupreis intertextis, ex qua nova textura fit corpus solidum cœruleum, rhombiforme, opacum, adstringens gustu, & nauseosum, frigidum, inodorum, durum, glabrum, purgans atque vomitorium: quæ omnia attributa, ceu qualitates à corpore distinctæ æstimantur, cùm tamen nihil aliud sint, quàm diversi corporis concreti modi, ex particularum textura nova oriundi, hinc sola ratione in conceptu non re ipsa à corpore, cui attribuuntur, distincti.

Sic illæ ipsæ contextæ particulæ, prout in textura nova linguam feriunt, ac œsophagum irritant, prout lumen incidens ad oculum reflectunt, prout certo situ coëunt in rhombum, prout digitis minus calidæ sentiuntur, quàm ipsi sunt, prout non cedunt, his æqualem tamen unionem in superficie obtinent, prout nares non afficiunt, in sua textura, eatenus nostris sensoriis tot diversas impressiones faciunt.

Hinc materiæ modificatio cum sit fundamentum & formæ & qualitatum, fit ut forma subinde dicatur vel substantialis vel accidentalis & specialis. Forma substantialis est ipsa rei propria textura, unde omnia ista attributa originem ducunt; Accidentalis verò forma est simpliciter attributorum complexus. Attributa illa sunt vel magis essentialia concreto, seu propria in quarto modo, alia verò magis accidentalia, concreto non propria, sed cum aliis corporibus etiam communia. Illa immediatè ex textura rei speciali fluunt. Hæc mediatè ex generali texturæ corporis cum aliis corporibus similiter contextis

Digitized by Google

textis convenientia; adeoque materiæ textura ſpecialis dat formam corporis, ex hac vero textura reſultantes affectiones & attributa, tam abſoluta quàm reſpectiva, ſunt qualitates. Et hæc forma ſubſtantialis & accidentalis eadem eſt, quam in ſuperioribus internam & externam vocavimus. Unde ulterius attributa eſſentialia generationem & corruptionem, accidentalia verò alterationem ſaltem texturæ immediatè ſequuntur, v. g. fixitas, ponderoſitas ſumma cum ſumma ductilitate ſunt propria auri in quarto modo, adeoq; ejus ſunt affectiones eſſentiales, quibus poſitis, ponitur ☉, remotis ex corpore removetur ☉. Aſt flavedo, liquefactilitas, ponderoſitas metallica, candeſcentia, fluor in igne, conſiſtentia in frigido, ſunt accidentalia attributa: Illa ex textura auri ſpeciali ab illius ſulphure, adeoque à forma ſubſtantiali immediatè fluunt; Hæc verò ex textura auri, quatenus in multis generaliter cum aliis metallis convenit.

Nempe quoad originem qualitatum, ſciendum, quod materia & motus, cùm ludant univerſam mundi ſcenam, & ex materia per motum omnia corpora oriantur, etiam ex his duobus omnes corporum affectiones explicandæ ſint, tam generales pluribus corporibus communes, quàm ſpeciales, quibusdam ſaltem propriæ. Nempe omnes globi noſtri conſtituentium corporum qualitates, ſunt nil aliud, quam materiæ ejusque minimarum particularum modificationes per motum factæ, quatenus materiæ minimæ particulæ tam ſimpliciter determinatam figuram, magnitudinem, ſitum, ordinem, motum vel quietem habent, quam mutuo coalitu certam corporis texturam ſecundùm illas modificationes primitivas conſtituunt: hinc enim omnes tam abſolutæ quàm reſpectivæ corporum qualitates dependent, nempe formaliter in modificatione materiæ, fundamentaliter, ſeu ſubjectivè in materia modificata, & efficienter in motu modificante In quantum ergò modificatio & textura materiæ in pluribus corporibus coincidit ſeu convenit, eatenus generales & pluribus corporibus communes qualitates primæ, ſecundæ & tertiæ, oriuntur; in quantum verò in ſpecialibus corporibus ſpecialis eorum à ſeminali principio variat textura, etiam ſpeciales ſeu propriæ quorundam corporum tam abſolutæ quam reſpectivæ oriuntur affectiones ſeu qualitates ſeu attributa.

Adeoque modificatio materiæ, prout in ſe abſolutè conſideratur, formam corporis certi conſtituit, prout verò conſideratur reſpectivè in ordine, vel ad alia corpora, vel ſpeciatim ad organa ſenſus noſtri, vel ad utrumque ſimul, varia attributa & conceptus, ac denominationes exinde emergunt, quæ à nobis pro qualitatibus diſtinctis realibus variè habentur; v. g. particularum minutiſſimarum ſpecifica textura conſtituit formaliter corpus ☉ri ſpeciale. Textura hæc prout reſpectu △ ☉ fixum, admodum fuſile; reſpectu duri corporis malleabile, ſummè ductile; reſpectu ☿æ ſolubile; reſpectu ▽ non ſolubile, reſpectu Mercurii äääbile, &c. reddit, eatenus auro fixitas, ductilitas, fluiditas, ſolubilitas, &c. tribuitur; cùm reverà ☉ in ſe ſit ens ſeu corpus unum, & ſaltem particulæ variæ minutim contextæ; quæ textura facit, ut ☉, reſpectu ad alia corpora habito, tot varios conceptus nobis ſiſtat, quæ attributa ejus à nobis, ceu tot entitates diſtinctæ, ſumuntur, ac qualitates dicuntur, cum tamen reverà idem ſint cum materiæ auri modificatione ſecundùm minima, ſeu horum in certa figura, ſitu, ordine, magnitudine, per motum mirabilis coaleſcentia & textura; quæ textura & corpus conſtituit ſpeciale, & tam multiplicium qualitatum origo eſt, quæ non abſoluta, ſed reſpectiva ſunt entia, non re ipſa, ſed conceptu, à corpore ☉ri diſtincta; immediatè ex ☉ri textura eſſentiali, mediate ex minimorum figura, magnitudine, ſitu, ordine, quiete, pro tali corpore determinatis ac ſpecificatis, originem ducunt.

Omnis tamen modificationis fundamentum eſt quantitas ſeu extenſio ſubſtantiæ materialis, & ejusdem impenetrabilitas, ex quibus per motum omnis iſta tàm immediatè, quam mediatè modificatio reſultat.

Tandem pro dictorum meliori dilucidatione obſervetur, quod ſemina & ova ſint automata, ſine motu, (**ſind Uhrwercke/die nicht gehen/ oder auffgezogen ſind:**) Externum movens, **das die Feder aufzeucht/** eſt calor, elaterem, ſpiritum impetum facientem, excitans & ad motum provocans. Hinc vita viventium conſiſtere dicitur in unione animæ & corporis, hoc eſt, in adaptatione concinna & ordinata elateris ſeu ſpiræ cum reliquis partibus automati; ſequitur inde in automate motus, & in corpore vivente actiones vitales. Eſt adeoque corporũ viventium, ceu heterogeneorum forma, nexus concinnus partium liquidarum cum ſolidis, agentium ſeu moventium cum organis; unde ſequuntur motus & operationes vitales & animales. Conſiſtit ergò vita formaliter in unione animæ ſeu ſpiritus, ceu elateris, cum materia plus minus organica, unde immediatè ſequuntur operationes vitales & animales. Sed res fluxa cum ſit vita, fundamentaliter conſiſtet in ſanguine, unde quotidie vis movens elateris reſtituitur & redintegratur, ſeu ſpirituum, hoc eſt, animæ vis vegeta & integra conſervatur.

Ars nihil poteſt ſupra naturam; nam quicquid eſt in arte, eſt à natura. In arte ſaltem eſt motus & materia: utrumque habet à natura, leges motus naturæ immutabiles nõ mutare, vix

nisi per alios naturæ motus variare potest ars. Materiam ejusque attributa quantitativa & ipsa immutabilia nullo modo alterare potest.

Ubique habet corpora à natura constructa, quarum texturam accidentaliter secundùm proprietates materiæ per motum variare vel essentialiter per certos naturæ motus, materiæ texturæ contrarios destruere valet. Natura semina producit, & sola ex iis corpora format: hos motus ars nonnihil adjuvare per motus naturæ acceleratos, vel variare, formaliter perficere nequit; adeoque nil nisi agentia (naturæ motum) patientibus (materiæ) applicat ars. Unde omnes operationes artis fundamentaliter sunt naturæ, formaliter saltem, quatenus ab artifice externo applicatio multiplex contingit, vocatur operatio artificialis.

Ex hactenus dictis patet subordinatio scientiarum Physices & Matheseos, cum eorum Practica artificiali mechanica; siquidem Deus & natura ubique geometrizant. Scilicet Physica materiam, corpus, Mathesis formam, illius nempe determinationem & modificationem quantitativam suggerit; Mechanica vero efficiens seu motum declarat, per quem in materia forma est operativa. Hæc ad corpus humanum si applicemus, Anatome mechanicam corporis, ejusque partium structuram organicam, & inde motus determinationem; Chymia formalem molecularum materiæ configurationem & mathematicas sive agendi leges considerat; adeoque fluidas & similares solidas, Anatome organicas, nobis declarat.

ANACEPHALÆOSIS ET CLAVIS.

PAuca & parca in naturalibus scientia apodictica est, nisi quam ex Mathesi haurire licet: reliquum omne, quod scimus, experientiis, Phænomenis & observationibus effectuum naturalium innititur, quorum fiendi modi causarumque ratio cùm ut plurimum deliteſcat, hypotheſes variæ oriuntur, ex quibus illæ sunt optimæ, quæ plurium phænomenorum naturalium explicationem theoreticam conceptibiliorem, & applicationem practicam faciliorem, reddunt. Ergo

Omnia ex ▽ (materialiter) & seminibus (formaliter) per motum (instrumentaliter) fiunt; hujus enim medio, seminis vi fermentativâ, mutatur ▽ in milleformes particulas minutas, ex quarum textura immediatè coaleſcunt concreta, quæ vi seminis, ideali diversimodè formantur.

Particulæ tales, sub generali conceptu acidarum, urinosarum, oleosarum, terrearum & aquearum comprehendi posse videntur, adeo ut motus istius intestini in corporibus, mediante quo per syncrisin, diacrisin & metastasin minimorum generantur corpora, instrumenta primaria magis mechanica (sub seminis tamen directione,) sint acidum, & hinc urinosum, ex quibus coaleſcit ⊖sum, quæ ipsa moderatur pingue, diluit ▽, figit ⊽. Acidum magis activum est, (deliteſcit tamen ferè sub pinguis seu ♃ei tegmine) quod, seu debitum compar, ubique informat alcali, & hoc ad sui ductum dirigit. Acrius, fixius & copiosius illud est in metallis & mineralibus, unde & concreti firmior compages, acido-sulphureo-Mercuriale alcali cum terreo fixo, plus minus parco, percoquente; mite & volatile è contra totum & parcum & oleosum, & inde à priori insensile (adeoque à priori non cognoscibile,) in animalibus, sufficiens tamen pro copioso cogendo alcali volatili. Mediæ naturæ est illud vegetabilium, unde cum fermentando volatile hoc fieri queat, animalium corporibus assimilabile exiſtit; mineralium acido nullo modo nobis applicabili, ita ut constitutiva nostra ingrediatur. Ab acido hoc volatili (materialiter) per motum celerrimum (formaliter) agente in compar alcali, sub temperatura pinguis oritur calor, vitæ comes in animalibus calidis, tanquam (analogicè ad vegetabilia,) resinosioribus (resina enim est ⊖ volatile oleosum ab acido concentratum,) cujus nulla sensibilia saltem vestigia in frigidioribus, præsertim marinis, parciori acido ditatis, adeoque respectivè mucilaginosioribus (mucilago enim vegetabilium, tanquam gelatina quædam, alcali vol. temperato turget) apparent. Ab acido tali volatili oleoso, præsertim sub subtiliori spirituosa facie, temperata tamen ☿ quasi analoga (à priori enim inexplicabile est,) omnes in nobis digestiones seu fermentationes, hinc assumptorum in partibus assimilationes, adeoque totius œconomiæ animalis conservatio dependent, ac temperamentorum diversitas ex illius cum socio alcali proportione oritur: Æquali scilicet ac naturali sub temperatura ubi contenta corporis imprægnarint, sanguineum; ab acido oleoso volatiliori ac acriori, biliosum seu cholericum; ab eodem terrestriori fixiori, ac fere macro, Melancholicum; ab eodem parciori, copiosiori alcali volatili sociato, phlegmaticum. Quin & in acidi hujus volatilis vitalis cum alcali saturationis puncto sanitatis & morborum limites sunt constituti. Urinoso autem sive alcali passivè ferè se habente, acidum in censu causarum morbosarum primatum obtinebit, adeo, ut ex eodem in quanto vel in quali peccante, idque imprimis à digestionis primæ errore, aut contagii extrinsecus hausti vitio, omnis quarumvis partium morbus derivandus veniat.

Ab

Digitized by Google

Ab eodem enim volatili oleoſo acido abundante & otioſo acuti ferè morbi, imprimis febres continuæ, oriuntur, & ſimiles, quas ex bile aliàs derivare voluerunt. Ab eodem volatili macro fere partium ſolidarum affectus varii, ſpeciatim doloroſi & arthritici: ab eodem terreſtriori, nec conſtitutivis partibus noſtris aſſimilabili, præſertim ſpecifico ſub ſapore, quam plurimi alii morbi, imprimis chronici, vel humori Melancholico, vel pituitæ acidæ vulgò adſcripti, naſcuntur, ut cachexia, malum hypochondriacum, lues Venerea, febres intermittentes, &c. unde & in Praxi acidum quæ corrigunt, tam in Pharmacia quam Chirurgia, primatum ducunt; ſive illud in genere abſorbeant, ut terrea, mineralia vegetabilia ſtyptica, & animalium oſſa; ſive ſaturent, ut alcalia; ſive volatilius figant, ut acida mineralia, ☿ ☉. it. fixa mineralia & metallica, ut bezoardicum minerale, ☿ diaphoreticum, Mercurius præcipitatus &c. ſive fixiùs volatiliſent, ut aromatica & ſimilia, ☉le volatili oleoſo plus minus acri imprægnata. Unde etiam effectus ratione, quæ ex copia aut motu acidi hujus intenſioris natum calorem cicurant, vel ſaturantia, volatilia urinoſa, vel abſorbentia fixa, ſunt; & econtrariò, quæ ex defectu acidi deficientem calorem acuunt, aromatica & reſinoſa plus minus acria eſſe ſolent, ☉e volatili, ſed ab acido oleoſo concentrato, imprægnata: Illa refrigerantia; Hæc calefacientia dicuntur: Illa nimiam acidi vim ac motum infringunt; hæc acidum volatile oleoſum acuunt & augent. Appendicis loco notetur:

1. Alcali verum, prout ab arte ſuggeritur, cum dubiæ ſit exiſtentiæ formalis in concretis, loco ejus ♀ volatilis ſeu ſubtilis ſubſtituatur, ex cujus cum acido volatili cœalitu plus minus firmo ſal urinoſum, vel volatile vel fixum emergit.
2. Pingue ipſum non niſi ▽ certo modo ab acido, cum terra ſubtili juncta, eſſe videtur.
3. Terra ipſa an ſit primigenia ſaltem in iſtis, dubium eſt, & annon ipſa ex ▽ fiat?
4. Adeoque non niſi ▽ & acidum (loco cujus alii ☉ naturæ univerſale aſſerere malunt,) rerum principia prima videntur.

FINIS DISCURSUS PHYSICI.

MICHAELIS ETTMÜLLERI,
Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, &c.
COLLEGII INSTITUTIONALIS
DISCURSUS
THEORETICO-THERAPEVTICUS.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.
De
Medicinæ ortu ſeu natalitiis, progreſſu & Autoribus.

CUm in quavis diſciplina tractanda plurimi Prolegomena quædam, naturam artis vel cientiæ determinantia, i.e. definitionem & diviſionem illius ſpectantia, præmittant, illud & mihi, qui jam Inſtitutiones Medicas vobis tradere, ipſamque Medicinam, omnium artium nobiliſſimam, delineare contendo, pariter obſervare convenit; adeoque proœmii loco hujus conſiderabimus ortum, progreſſum, definitionem atque diviſionem.

Medicinæ primordia ſunt ab experientia, quam introduxit neceſſitas, tàm in morbis internis, quam externis: Vid. Heurn. *in Inſtitut. p.* 2. Illa eſt cauſa proxima; hæc verò remota ſeu impulſiva.

Manifeſtavit ſe neceſſitas duobus in caſibus:

1. In negotiis œconomicis, dum homines notarunt, diverſis alimentis quosdam lædi, quosdam juvari, & à morbis reconvaluiſſe, neceſſitate coacti, invenerunt medicamenta diætetica.

Digitized by Google

2. In ſtatu publico, imprimis in bello, ubi hoſtili gladio aut à beſtiis multi cruentati, lethaliter vulnerati, &c. duro neceſſitatis telo coacti, ut læſi, & vulnerati curarentur, inventa ſunt remedia Chirurgica.

Unde ex duobus his fontibus, diætetico & chirurgico, ſurrexit Medicina.

Medicina autem olim, ajente Seneca, fuit notitia paucarum herbarum, quæ tunc temporis fuit ſufficiens, ut ſiſteretur dolor, & vulnus coiret; induſtriâ verò humanâ factum fuit, ut creſcentibus morbis ad experimenta varia animum applicarint; atque ſic in collectione experimentorum medicorum tota tunc temporis conſtitit Medicina.

Modus experimentandi varius fuit. Ab Ægyptiis, referente Strabone *Geograph. l.* 3. & 16. Polydoro Virgil. *de Invent. Rei-publ. l.* 1. *cap.* 20. & Herodoto *l.* 1. & 2. ægri primitus in compitis publicis expoſiti fuerunt, ut à prætereuntibus experimenta quædam pro morbo colligerentur. Poſtmodum etiam apud Græcos in adytis templorum, imprimis Æſculapii in Pergamo, & Dianæ in Epheſo, Medicorumque, fuerunt ſepoſiti, ut vel per inſomnia, vel per ſacerdotum oracula, utplurimum ſimulata, nempe per experientias collectas remedia & ſanationes diſcerent; hinc curas peractas morborumque remedia tabulis votivis in templis Deorum poſtmodum ſuſpenderunt.

Primum quod attinet inventorem medicinæ, magna eſt ſcriptorum varietas; haud injuriâ forſan dixeris, ubivis terrarum illam aliqua ex parte fuiſſe, nusquam verò integram. Præ cæteris apud Ægyptios floruit, hinc ad Græcos tranſiit. Prometheus ab Æſchilo & aliis antiquiſſimis primus inventor Medicinæ habetur, cujus nomine Noachus ab aliis intelligitur. Ægyptii Hermeti Trismegiſto, qui fuit Chamus, aut ſaltem illius filius Mizraim, Noæ nepos, primas deferunt. Græci Apollini hunc honorem tribuerunt, cujus filius Æſculapius, ex Græcorum oppido Epidauro ortus, imprimis celebris, ut Medicina Æſculapidea & Epidaurica ars diceretur, anſam dedit. Hinc pro Deo habito templa erexerunt, ipſiusque ſimulacro barba, pileo, baculo nodoſo, ſerpente, noctua, cane & gallo inſignito dotes Medici inſinuarunt. Præter quinque filias duos progenuit filios, quorum alter Machaon finito bello Trojano genuit Nicomachum medicum, proavum Ariſtotelis; alter Podalirius celebrem habuit ſcholam medicam in Cariæ urbe, Scyron, ex qua tres potiſſimum Coloniæ medicæ deductæ ſunt: Rhodia, Cnidia & Coa, atque ex hac, tanquam omnium optima, egreſſus eſt Hippocrates.

Ante Hippocratem floruit Empedocles Agrigentinus, Archytæ Tarentini diſcipulus, cum quo fuit coætaneus Acron Agrigentinus, qui dicitur autor ſectæ Empiricæ: hic enim à plurimis habetur autor libri elegantis de veteri Medicina, qui exſtat inter libros Hippocratis, in quo Medicina noſtra hodierna graphicè deſcripta habetur.

Poſt Acronem famoſus fuit Melampus Archivus, ſic vocatus, quod regis Archivorum quatuor filias maniacas beneficio hellebori nigri, in ſero lactis infuſi, reſtituerit: hinc etiam helleborus dictus fuit melampodium.

Jactis ita per experimenta vagis fundamentis Medicinæ, rationes ſenſim inveſtigari cœperunt in tribus iſtis ſcholis, quarum tamen ſemper celeberrima fuit Coa, in qua etiam claruit Medicus, Hippocrates primus, qui genuit Heraclidem, Patrem Hippocratis magni, nati anno mundi 3500. ante Chriſtum 450. continuatâ ſerie ab Æſculapii linea, a quo fuit decimus octavus, cùm Medicina jam mille ferè per annos penes gentem Æſculapideam ſtetiſſet, cujus univerſam Genealogiam habet Johann. Anthon **von der Linden** / *in Edit. Operum Hippocr. Græco-Latina, Tom.* 2. *p.* 956. *usque ad* 960.

Suam autem ſcientiam medicam habuit, partim à ſuis avis & abavis, partim ex tabulis ægrorum votivis, ex incendio templi Æſculapii ſurreptis, & in unum volumen digeſtis, quæ omnia propriis obſervationibus confirmavit. Claruit tempore belli Peloponneſiaci, ſub Dario Longimanno, Eſthræ filio: propter deletam peſtem præſertim celebris. Exſtant adhuc literæ Darii, in quibus, ut exercitui ſuo peſte infecto medeatur, petit. Mortuus eſt Lariſſæ in Theſſalia, cùm eſſet annorum 109. Coætaneum & Præceptorem habuit Democritum Abderitanum: Scripta reliquit multa: ſed quæ hodie nomine Hippocratis circumferuntur, non ſunt omnia genuina, nec unius autoris; ſicut & Galeni ætate jam tum de nonnullis dubitatum fuit: Hippocrates reliquit filios duos, Theſſalum & Draconem, quorum ille genuit Hippocratem III.

Poſt Hippocratem ejus gener, Polibus, ſcholam medicam inſtituit: hunc ſecutus eſt Diocles Cariſtius, & permanſit Medicina apud poſteros Hippocratis, hæreditariâ quaſi poſſeſſione, ad annos penè 200. duravitque doctrina ejus fere usque ad tempora Pompeji Magni, quo regnante floruit Aſclepiades, qui ab Hippocratis doctrina deflectere cœpit ad ſectam methodicam; unde debitus medicinæ ſplendor usque ad Galeni tempora ferè eviluit.

Interea Alexandri Magni tempore floruit Ariſtoteles, cui σύγχρονος fuit Theophraſtus Ereſius, ex Inſula Lesbo oriundus, qui primus Botani-

Digitized by Google

Botanicam excoluit, deque viribus ſimplicium vegetabilium ſcripſit. Cum eo vixit ſimul Eraſiſtratus, notus ex cura Antiochi, filii Seleuci. Huic coætaneus, vel paulò inferior, fuit Herophilus Chalcedonius, qui tanto ſtudio Anatomiam proſecutus eſt, ut, Autore Celſo, homines à regibus à carcere acceptos vivos inciderit, & quamdiu ſpirarunt, viſcera examinaverit. Dicitur 700. humana ſubjecta, tam viva quàm mortua, ſecuiſſe, ut conſtitutionem naturalem membrorum in homine experiretur.

Poſt Ariſtotelis tempora multis in locis, imprimis in Ægypto & Alexandria, Philoſophia & Medicina magis cœpit efflorescere, in ſpecie Alexandriæ ſtudio Ptolomæi Philadelphi, Regis Ægyptiorum. Hinc tempore Pompeji Magni Aſclepiades, ex Bithynia oriundus, methodicam ſectam inſtituit, primusque vini uſum in morborum cura introduxit, Pompejo familiaris. Hujus diſcipulus primarius fuit Themiſon Laodicæus, in propaganda ſecta methodica celebris, donec poſtmodum tempore Neronis Imperatoris Theſſalus Trallianus hujus methodicæ ſectæ ferè princeps exiſteret: vid. Mœb. *Fundam. Phyſiolog. pag.* 12. Pedacius Dioſcorides Anazarbæus familiaris fuit Cleopatræ, & vixit ſub Antonio, fuit miles, qui conquiſivit ſparſim vires ſimplicium, in quem commentatus eſt Matthiolus, ex quo libro omnia Galenus verbotenus exſcripſit. De quo tamen adhuc quidam dubitant, ſub Veſpaſiano eum vixiſſe aſſerentes. Tempore Auguſti floruerunt Antonius Muſa, propter ſanatum Auguſtum maximè æſtimatus: qui ſcripſit libellum de Betonica, & ejus frater Euphorbus, Jubæ, Mauritaniæ Regis Medicus.

Hoc tempore, vixit Cornelius Celſus, Jure-Conſultus, ſed ſimul Medicus, vir curioſus, ob elegantem ſtylum quibusdam Latinus Hippocrates vel Medicorum Cicero dictus. Ex aliis corraſit, quæ ſcripſit, & Methodius magis eſſe videtur; unde & Heurnius pluris ejus Latinitatem, quàm Medicinam facit. Cum illo vixit Æmilius Macer Veronenſis, Poëta & Medicus, qui ſcripſit Poëticè de viribus ſimplicium, in cujus ſcriptum commentatus eſt Paracelſus.

Poſt hunc vixit Andromachus ſenior, Cretenſis, Neronis Archiater, cui primam Theriacæ compoſitionem debemus; Andromachus verò Junior vixit ſub Cajo Veſpaſiano. Eodem etiam tempore vixit Theſſalus Trallianus, primarium ſectæ methodicæ caput, qui artem Medicam 6. menſium ſpatio addiſci poſſe, nugabatur: Sub Veſpaſiano etiam floruit Cajus Plinius ſecundus, Veronenſis, autor hiſtoriæ mundi.

Interea libri Hippocratis fortunam variam paſſi, imprimus propter incendia crebra bibliothecarum, unde ſub Hadriano Imperatore ab Arthemidoro Capitone, & ejus cognato Dioſcoride, Alexandrinis, collecti & digeſti ſunt: quibus ſupervenit Galenus, qui, quantum potuit, ſub Antoninis Imperatoribus Hippocraticam Medicinam reſtaurare anniſus fuit. Natus eſt Galenus anno Chriſti 136. ultra 586. annos poſt Hippocratem. Patria fuit Pergamum, Aſiæ oppidum: Imperatori Antonino admodum gratus; hinc valetudini filii ejus, Aurelii Commodi, præfectus fuit. Poſtmodum Imperator Severus eum in aulam reductum in ſummo habuit honore: mortuus tandem anno ætatis 70. Poſt Galenum natus eſt Aëtius Amydenus: vixit ſub Conſtantino Magno, natione Antiochenus: primò pauper, 2. Aurifaber, 3. Philoſophus & Medicus factus. Sub Juliano Apoſtata vixit Oribaſius Sarbianus, multiplici fortunæ ſubjectus; paulò poſt Paulus Ægineta, qui omnia corraſit ex ſcriptis Galeni, & hinc Galeni ſimia vocatur. Juſtiniani Archiater fuit Alexander Trallianus.

Cæterum poſt devaſtatas Athenas, Alexandriam & Tharſum, poſt ſeculum VI. & tempora Juſtiniani, uti omnes bonæ literæ, ita in ſpecie omnis Medicina, in Oriente & Occidente concidit: quin potius poſt frequentes Barbarorum in iſta loca excurſiones, tandem ad Saracenos & Arabes ſtudium Literarum & Medicinæ pervenit: apud quos à ſeculo IX. usque ad XIII. per 400. annos Medicina ſaltem in Aſia, Africa, & Hiſpania floruit. Nam cùm Saraceni occuparent Orientem, factum eſt ope Calypharum ſeu Pontificum in Ægypto, ut ſchola Alexandrina inſtaurata fuerit: Sic in Marocco, Tunetani regni oppido, inſignis Academia Philoſophico-Medica inſtituebatur, in qua Reges, Almanſor & Mahomet, bibliothecas egregias introduxerunt, unde & Mauri, poſtquam ex Hiſpania Gothos & Vandalos ejecilient, iſtud regnum occuparunt, & Cordubæ ac Hiſpali Academias extruxerunt.

Sed cùm Barbari Græcarum literarum non æquè eſſent gnari, non mirum etiam, puros Græcorum, v. g. Hippocratis, fontes impuris Arabum & Barbarorum lacunis fuiſſe inquinatos. Hos inter ſeculo X. à Chriſto nato floruit Rhaſes, famoſus ille Arabs: ſcripſit opus ingens, quod continens dicitur, in quo omnium ferè Anteceſſorum, Græcorum & Arabum, Commentaria invicem coëgit: Ad medium ſeculi XI. floruit Johannes, filius Serapionis, & Haly Abbas. Anno 1145. natus eſt Avicenna Perſa, aulæ quidem fuit admotus: ſed ei non placuit, potiùs ſtudia amavit, & Alexandriæ ac Cordubæ iisdem operam dedit, primusque rem Græcis ipſis intenta-

Digitized by Google

tam aggressus, & integram artem Medicam sparsim traditam in unum systema redigere conatus est. Coævus ipsi ferè fuit Avenzoar, Arabs Medicus, sed Hispanus: item hoc ipso seculo XII. floruit Averrhoes, Cordubensis patriâ, Commentator dictus. Fuit Monachus, Medicus, & Philosophus Theoreticus, non Practicus, totus Aristotelicus, superbus, disputax, ambitiosus, aliorum reprehensor; declinante hoc seculo vixit inter Arabes etiam Johannes Mesue, Damascenus, qui vulgò Evangelista Pharmacopœorum dicitur; quem secutus est Albucasis, Joh. Damascenus & Alsaharavig.

Sub Barbaris ita & Saracenis abscondita fuit Medicina, donec currente seculo XIII. Itali imprimis linguarum puritatem, & hinc studia, denuò revocare animum applicuerint; Hoc seculo scilicet schola Salernitana, originem cœpit. Vixit etiam ferè sub idem tempus Albertus Magnus, Episcopus Ratisbonensis, Wilhelmus Durandus, Speculator dictus, Petrus Hispanus, Thaddæus Florentinus; item Drusianus Italus, plus quam Commentator dictus; quoniam in Aristotelis Commentatorem, Averrhoën, ipse commentatus est: sicut in fine hujus & initio sequentis seculi viguit Petrus de Apono, Patavinus, Conciliator dictus. Hos postmodum ad nostra usque tempora innumerabilis ferè Medicorum turba subsecuta fuit, in specie seculo XIV. dum ubique fundarentur Academiæ, in quibus omnibus Medicina Hippocratea explicata fuit Galli quidem ex Galeno, Hispani ex Avicenna & Arabibus; Itali ex utrisque Hippocratem explicabant, vel potiùs lacerabant.

Plura qui legere desiderat, adeat Johannem Neandrum, Medicum Bremensem, qui de Sectis, Ortu & Progressu Medicinæ egregium scripsit librum: item Conringium *in Introduct. ad Medicinam*: quo etiam meritò referenda est Chronologia omnium Illustrium Medicorum Wolffgangi Justi compendiosâ methodo conscripta, facilè ad nostra usque tempora continuanda.

Ex modò dictis, pariter & experientia, clarum est, quod dicit Helmont. *in Præfat. de Febribus*: à temporibus Hippocratis Medicinam stetisse, & non profeciſſe, usque ad præsens seculum XVII. in quo per Anatomen & Chymiam, ac in specie per Philosophiam experimentalem, denuò Medicina incepit.

Cur autem Medicina ab Hippocrate usque ad nostra tempora steterit sine incremento, rationes possunt dari quinque:

1. Crebrior literarum sub Barbaris, ac ita & Medicinæ mutatio, & fortuna, unde vix ad perfectionem majorem pervenire potuit.
2. Quod superiorum seculorum Medici unicè occupati fuerint in Scriptorum Græcorum & Arabum versione, & inani dilucidatione de ulteriori progressu ne cogitando quidem: unde successivè succrevit infausta ista, & quasi jurata veterum veneratio.
3. Quod neglectâ Hippocraticâ methodo, nempe per observationes ulteriùs progrediendi, præmaturè Medicina adhuc satis mutila in corpus systematicum, instar cujusdam perfectæ disciplinæ, redacta fuerit.
4. Quod Aristoteles ejusque dogmata, ceu fundamentum scientiæ naturalis à Galeno, in scholas Medicorum pessimo consilio introducta fuerit.
5. Quod Pyrotechnia, ceu primarium Philosophiæ & Medicinæ experimentalis medium, neglecta aut planè ignorata fuerit.

Revera ergò Philosophiæ naturali & medicinæ nihil accessit, nisi seculo demum superiori crevisset Chymia. Majorum quidem nostrorũ Chymia tantùm in scrutinio transmutandorum metallorum, & inquisitione Medicinæ universalis, adeoque in mysterio lapidis Philosophorum unicè, pro sanandis universis morborum generibus fuit occupata: ob id quàm maximè occultata fuit semper habita. Primi Ægyptii, hinc Arabes, eam coluerunt, sed semper sub silentii sigillo fuit occultata: sacerdotibus tantùm concedebatur, & jure hæreditario ad nepotes ferebatur.

Duplex adhuc hodiè Chymicorum est differentia, dum quidam sublimiores in Medicina universali, tàm pro hominibus curandis, quàm metallis imperfectis transmutandis, invenienda & perficienda occupati sunt; cujus possessores aliis Adepti dicuntur. Totum horum negotium in hoc consistit, ut ♃ fixum metallicum naturæ ☉aris purum obtineatur, cujus medio imperfectorum metallorum ☿ & ♄ ita perficiatur & exaltetur, ut exinde ☉ verum emergat. Alii Chymici ad tantum arcanum non adspirant, sed sufficit his, ut mediante igne aliisque mediis omnium trium regnorum individua examinent, & pro usu Medico Practico accommodent.

Ex his tamen, qui ultimis his seculis Medicinam à sordibus & nugis repurgare, & per Pyrotechniam Naturam & Medentum oculos aperire aggressi sunt, primus ferè fuit Basilius Valentinus, Monachus Benedictinus, quem imprimis postero seculo secutus est Theophrastus Paracelsus; sicut nostro ulteriùs veternum excutere studuit Johannes Baptista van Helmont, Nobilis Belga.

In rebus facti h. e. experimentis, observationibus, historiis, &c. nulla his est, aut differentia, inter veteres & recentiores: v. g. quoad

Digitized by Google

quoad uſum jalappæ, Mercurii in lue venerea; differentia ſaltem eſt, quoad rationem, ſeu quoad cauſarum ſcrutinium atque effectuum talium fiendi modum: hinc etiam tot emergunt hypotheſes, quot fere celebriores ſunt Authores v. g. Galenica, Peripathetica, Paracelſica, Helmontiana. Ex omnibus igitur his hypotheſibus, id quod optimum videtur, & ad theoriam pariter ac praxin commodiorem ſternere viam poterit, eligendum eſt, donec clarius natura tam in magno quam parvo mundo fuerit exculta.

De ortu & progreſſu Chymiæ videatur Hermannus Conringius *de Herm. Medicina*, & contra hunc Olai Borrichii *Diſſert. de Ortu & Progreſſu Chymiæ*: item ejusd. *Hermetis Ægyptior. & Chymicor. Sapientia contra Apolog. Conringii vindicata.* Plura Medicorum ſcriptâ videb. in Johanne Antonide van der Linden *de Scriptis Medicis*, item Lipenii *Bibliotheca Medica Reali.* De Vitis Medicorum videatur Adamus Adamicus: it. Petri Caſtelli *Vita Illuſtrium Medicorum.* Conf. item Joh. Neandri Liber *de Medicinæ Natalitiis, Sectis &c.*

CAPUT II.

De *Medicinæ Natura & Definitione.*

DEfinitio Medicinæ cùm ſit aut nominalis, aut realis, prioris reſpectu Etymologia potiſſimum erit conſideranda; quoniam, quæ de homonymia & ſynonymia ejus communiter proferuntur, parvi aut nullius momenti ſunt.

Medicinæ ergò vox, ſicut apud Græcos (quibus ἰατρὸς & ἰατρικὴ τέχνη, ἀπὸ ἰάομαι,) ita apud Latinos à Mederi ſeu medendo, id eſt, ægris auxiliando, nomen accepit, quod Lindan. *Med. Phyſiol. l.* 1. *cap.* 21. à Græcorum vocabulo μεδέω, h. e. curam gero, depromit. Sunt, qui Medicinam à modo ſeu medio derivant, quos Hoffmann. *Inſtitut. Medic. l.* 1. non planè abſurdos eſſe putat, eò, quod definitionem Hippocratis *l.* 2. *de Flat.* traditam reciperent: ſcil. Medicinam eſſe ablationem eorum, quæ excedunt, & appoſitionem illorum, quæ deficiunt.

Realis definitio, cujus varias varii Inſtitutioniſtæ afferunt formulas, vix tamen re, ſed notionibus ſaltem diſtinctas, hæc eſſe poteſt: Medicina eſt ars, quæ corpus humanum vivens, quatenus ſanabile eſt, ſeu quatenus ejus ſanitas præſens certis remediis conſervanda, abſens verò reſtituenda, tractat.

Generis locum in hac definitione obtinet ars, non obſtantibus argumentis illorum, qui Medicinam pro ſcientia venditare ſatagunt; quorum farraginem, cum eorum explicationibus atque reſponſionibus Sennert. *Inſtit. l.* 1. *cap.* 1. Lauremberg. *in Porticu Æſculap. cap.* 2. *&* 3. Mœb. *Fundam. Phyſiolog. c.* 2. Horſt. *Inſtitut. Med. Diſp.* 1 *quæſt.* 2. *&* 3. ſuppeditant; conf. Argenter. *in artem Medicam Galeni Comm.* 1. *cap.* 2. Lindanus *l. a. c.* 3. & Plemp. *Fund. Medic. l.* 2.

Altera definitionis pars per differentiam abſolvitur, quæ tria cujuslibet artis requiſita, ſubjectum nempe, finem, & media, complectitur; non tamen reliquis artibus mechanicis comparanda, quia proximè ad prudentiam accedit: unde prudens magis quàm artificioſus ſit Medicus, neceſſe eſt.

Qui tamen Medicinam artem conjecturalem dicunt, illius dignitati nihil detrahunt; conjecturæ enim omnes ſunt vel temerariæ vel circumſpectæ. Temerariæ ſine ullo fundamento hoc vel illud hatiolantur, & nihil aliud, quàm puræ ignorantiæ ſunt; circumſpectæ autem habent certum fundamentum, ratione cujus conjecturans nititur aliquid concludere ex certis experimentis, hincque deductis ratiociniis. Fiunt verò conjecturæ vel circa res purè contingentes, ut ſunt Aſtrologorum prædictiones, vel circa res apparenter quoad circumſtantias promiſcuas contingentes, in ſe tamen neceſſariam cohærentiam cauſarum habentes cum effectu; adeoque hæ ipſæ veræ ſcientiæ proximæ ſunt. Qualis Medicorum conjectura eſt, in receſſu habens neceſſitatem materialem cum cauſis & effectibus; adeoque ſcientificus ferè hic σοφισμὸς Medicus eſt, & à quibusdam ſignum demonſtrativum rectè appellatur, quali Politicus, Dux belli, &c. utuntur: vid. Johannes Matth. *Cent. Diſt. Med. Quæſt.* 1. Plemp. *l. c. l.* 1. *cap.* 2. Hoffmann. *Inſtit. l.* 1. *cap.* 1. Sanctor. *in Aphor. Hippocr. S.* 1. *Quæſt.* 9. & Mœb. *Fundam. Phyſiol. cap.* 2. *pag.* 25.

Media, quibus conjecturas perficit Medicus, ſunt judicium & memoria. Illud in inquirendis ſeu ſcrutandis certis hypotheſibus naturæque myſteriis conſiſtit; hæc, in retentione atque obſervationibus rerum ſæpiùs occurrentium conſiſtit: magis tamen Medicus ſit prudens indagator, quàm tenax memorator, judicioque excellentiori, quàm longiori polleat memoriâ. Incerta ergò eſt in fundamento Medicina noſtra, circa quod variè conjecturare ſolet judicium noſtrum, & quidem ob duplicem rationem:

1. Propter Phyſicam nondum omnibus partibus in fundamento abſolutam, cui tamen Medicina reverà ſubalternata eſt: nam ubi deſinit Phyſicus, ibi incipit Medicus.

2. Pro-

2. Propter objectum seu corpus humanum, quod variat in unoquoque homine, à priori non cognoscibile.

Est scilicet unicuique homini sua peculiaris idiosyncrasia, ob quam universales non æquè omnibus subjectis adaptari possunt conclusiones, quin eæ, quæ utplurimum seu in plerisque veræ sunt, in individualibus locum necessariæ consequentiæ obtinent. Quibus & externæ quædam accédunt circumstantiæ, à Matthæo *l. c.* annotatæ.

Cum igitur conjectura non sit temeraria, sed certo fundamento substricta, hoc quia variat, variæ hypotheses, & exinde variæ sectæ ortæ sunt.

Prima est Empirico sectarum, omnium antiquissima, longè ante Hippocratis tempora jam clara, ita dicta ab usu & experientia, in pluribus subjectis eodem modo se habentibus observata, qua unà cum signis, citra causas minus obvias & evidentes contenti erant. Huic sectæ addicti à posteriori seu ab eventu remedium nacti, quod aliis ex usu fuerat, aliis feliciter applicabant. Potissimùm apud Ægyptios floruit, apud quos, testante Herodoto, singuli morbi singulos ferè medicos habebant. Rationes autem non planè rejecit secta hæc; veruntamen in suspenso habuit causas, quas à priori perscrutari non potuit: interim evidentes amplexa est, & unum experimentum plus valere centum rationibus censuit. Non enim tàm rudes erant, ut hodiè nostri vulgò dicti Empirici, qui nullâ solidâ scientiâ imbuti, tæpeque experimenta per mortes faciunt; sed præcipuum in medicina posuerunt fundamentum experientiam, aliquali ratione stipatam. Fecerunt enim experimenta, attenderunt juvantia & nocentia: quibus cognitis facilè fuit aliqualem formam arti conciliare, v. g. quando vomitus adfuit, concluserunt, dandum esse medicamentum stomachicum; quando vertigo, cephalicum. Non autem sufficit cognoscere res facti, sed etiam constet modus & ratio fiendi, necesse est.

Hujus sectæ primi cultores fuêre inter Græcos Acron Agrigentinus seu Plinius primus, aut Cous aliis dictus, & Marcellus sub Imperatore Gratiano & Theodosio: quibus accessere Philinus, Philistion Locrensis, cujus Gell. *l.* 17. *cap.* 11. meminit, Crito, Thessalus, Menodotus, Sextus, Serapion Alexandrinus, Apollonius Antiochenus, Glauceas, Heraclides, Tarentinus: vid. Plinius & Cœl. *l.* 16. *cap.* 29. inter Latinos verò Plinius secundus, Cornelius Celsus, aliique. Græci hanc sectam τήρησιν, vel τηρητικὴν, item μνημονικὴν vel μνημονικὴν, item μιμητικὴν τέχνην, observatricem vel memoratricem, aut imitatricem artem, dixerunt.

Dum autem experimentis rationes addiderunt, successivè crevit alia secta, quæ pro fundamento habuit rationes, & dicta fuit dogmatica seu rationalis, quæ celebris fuit olim, ac insimul apud Hippocratem & Galenum. Hujus asseclæ non solùm per experimenta hactenus facta, verùm & ulteriore indagatione, cadaverum sectione, causarum scrutatione sollicitâ, &c. omnia firmiùs stabiliebant, & in certas regulas artificiosè redigebant, morbos atque remediorum farraginem in certa genera & classes dispescebant, additâ medendi methodo rationali, an & quare? ac quomodo agant? fiantque singula? solliciti, ut Medicina exerceri, & profitendo doceri possit.

Cùm autem scientia Physica obscura admodum satis & mystica fuerit multis, nec uniuscujusque rei ratio dari licuerit, pro vitandis ambagibus successit secta illa, Analogismus, i. e. in pluribus morbis easdem communitates loco fulcimenti tradens, quæ pariter empiricam sectam facit.

Alia quoque exorta est secta, succinctam habens methodum, paucis axiomatibus comprehensam, & dicta fuit methodica. Modus exercendi medicinam fuit comprehensus in stricto & laxo, seu in coagulato & resoluto. De aliis non fuerunt solliciti; sufficere enim putabant, adstrictos morbos omnes laxantibus, fluidos cohibentibus, esse curandos. Præterea diætam exactissimam in omnibus morbis observarunt, & inedia utebantur, quam διαλείτων dicebant. Quæ illius dogmata fuerint, de his minimum habemus cognitum: habent insuper dogmata in diæta aliàs probabilia.

Primus hujus sectæ conditor fuit Asclepiades, qui rejecit elementa, loco quorum atomos habuit, & ad partes corporis nostri applicavit: vid. Wedel. *Physiol. cap.* 4 *S.* 1. *pag.* 9. Post Asclepiadem hanc sectam excoluit ejus discipulus, Themison Laodiceus, Syrus, valdè illustris in hac secta, cujus placita multi excipiebant; Soranus Ephesius, Musæus, Antipater, &c. Tandem successit Thessalus, & Alexander Trallianus.

Cæterùm, cùm rationes à priori varient, bipartita nata est secta, dogmatico-Galenica & spagyrica. Illa petit rationes ex fonte Physico Aristotelis; Hæc dogmata sua à priori, i.e. per rationes, demonstrat, quas ex analysi corporum artificiali depromit, quod non, nisi per ignem, præstari potest, & quod ex Chymia demonstrari non potest, ceu falsum rejiciens.

Hujus asseclæ pro fundamento habent sic dicta principia tria Chymica, ☿, ☽ & Mercurium. Moderni Chymici ad 2. illa instrumenta naturæ progrediuntur, acidum nempe & alcali; imprimis Tacchenius & Svvalbe integros tractatus de his scripserunt, quos in

Digitized by Google

in Praxi ſecutus Sylvius, de quibus infrà, ubi de doctrina ſalium.

Ex his ambabus, nempe ſecta dogmatico-Galenica & ſpagyrica, alii miſtam malunt conſtituere ſectam, Galenico-ſpagyricam. Verùm dari eam, planè impoſſibile eſt. Etenim Galenicorum & Chymicorum effata non poſſunt concordare invicem; quia Chymia, quo magis illuſtratur, eò magis dogmata Galeni obſcurantur.

Miſta etiam adhuc hodiè datur ſecta, quæ ex omnibus, quod veriſſimum eſt, colligit. Hanc ſectam Galenus olim vocabat quartam, ab Agatino Lacedæmonio inventam. Communiter à ſcriptoribus præteritur, nec inter reliquas numerari conſuevit: attamen omninò optima reliquarum eſt, & hodienum neceſſarium hanc ſequi, & ab omnibus mutuari id ſolum, quod bonum, utile, ſtabiliendæ & exercendæ arti accommodum.

Ex his apparet, fundamentum conjecturarum non debere eſſe ſola experimenta, ſiquidem hæc ſubinde temeraria aut nociva ſunt; nec ſolas rationes, ſiquidem hæ ſine experimentis cœcæ & admodum erroneæ ſunt; multo minus analogiſmum: ſed quia duo hodiè fundamenta ſunt, quibus Medicina innititur, experientia & ratio, hæ conjunctim fundamentum ſolidum ſunt conjecturarum medicarum; dum memoria & judicio inſtructus Medicus, vel à ſe vel ab aliis obſervata ſuo ægrotanti individuo, tàm quoad theoriam, quàm praxin, prudenter & judiciosè applicat. Unde hæc duo, experientia & ratio, fundamentum Medicinæ veræ conſtituunt, quæ etiam pro experimentis obſervandis binis oculis, ſiniſtro Pyrotechnia, quæ pandit theſaurum totius naturæ, & dextro Anatomia, quæ ad interiores partes, & ſtructuram mirabilem totius corporis humani ſpectantes nos deducit, inſtructa eſt: unde & ratione Pyrotechniæ ſpagyrico-dogmatica hodierna ſecta præ cæteris nobiliſſima eſt.

Objiciat quis, quod ratio difficilis ſit propter Phyſicam nondum illuſtratam; experientia fallax & lubrica, quia totam eam unica circumſtantia poteſt reddere vel falſam vel ambiguam. Reſpondeo: Ideo duæ hæ ſunt jungendæ, quæ, ſi ambæ conſpirent, indubium Medicum reddunt; ſi tamen adverſâ fronte pugnare videantur, ſemper experientia præferenda eſt rationi. Illa ſuggerit rerum notitiam; hæc ſcrutatur earum fiendi modum: illa ſuggerit effectus; hæc ſcrutatur cauſas. Cùm igitur nihil ſit in intellectu ſeu ratione, quod non prius fuerit in ſenſu, ſeu per experientiam cognitum, ſequitur: Experientiam in caſibus dubiis rationi præferendam eſſe; Experimentum enim unum præſtat centum rationibus.

De Sectis Medicorum videatur in ſpecie Mœb. *in Fundam. Phyſiol. Medic.* Malè ſentiunt, qui dicunt cum Mœbio, Aſtrologiam eſſe oculum alterum Medicinæ; ſive enim Aſtrologiam judiciariam ſpectemus, falſa eſt & incerta; ſive Calendariographiam conſideremus, ubique decipimur ridiculis ineptiis: neutraque hic locum & uſum obtinet.

Subjectum Medicinæ eſt corpus humanum vivens, quatenus ſanabile, i. e. quatenus in ſtatu ſanitatis conſervandum, vel à ſtatu ſanitatis recedens in integrum reſtituendum: & prout quælibet ars non uno modo circa eandem rem verſatur, adeoque ſubjectum quodlibet duo; materiale ſcil. & formale, involvit: ita Medicinæ objectum eſt vel formale, vel materiale. Objectum materiale eſt corpus humanum vivens; formale verò eſt, quatenus ſanabile.

Nonnulli omne corpus ſanabile ſubjectum Medicinæ pronunciant, v. g. Plemp. *Fundam. Medic. l.* I. *cap.* 3. quod tamen nimis univerſale videtur: non quod à Medicina excludere velim reliqua præter hominem animalia, & vel nullam in ipſis, vel omninò formaliter diſtinctam ab humana ſanitatis & morbi receptionis aptitudinem agnoſcere, ſed quod non minus turpe nobili Medico videatur, tàm ignobilis, v. g. canis, &c. curæ vacare, ac vile eſt Principi plebi & ſubditis familiarem ſe nimis præbere: cui accedunt diverſæ circumſtantiæ, propter quas in brutis, aliisque viventibus, morborum curam non commodè aggredi ac perficere licet. Itaque rejicio Medicinam veterinariam, quæ & canes & alia bruta pro objecto ſuo habet: rejicio & eos, qui non ſolùm corpora brutorum, ſed & alia viventia, vegetabilia, &c. pro objecto Medicinæ habuerunt.

Finis Medicinæ eſt ſanitas; ubi tamen rectè diſtinguendum inter finem externum & internum, ſeu inter finem intentum & obtentum: Ille, ſcil. externus ſeu intentus, ſemper eſt ſanitas conſervanda aut reſtauranda: propter hanc enim ægri ſe Medicis ſubjiciunt; Hic, ſcilicet internus ſeu obtentus, quem alii munus ſeu officium Medici dicunt, eſt facere ea, quæ ad intenti finis aſſecutionem apta & neceſſaria ſunt; hoc eſt curatio, quæ eſt effectus Medicinæ, item morborum inſanabilium prævisio & prædictio. Quæ ſi Medicus egerit, officio ſuo ſatisfeciſſe dicendus eſt, utut non ſemper ſequatur finis externus ſeu ſanitas, utpote quem ſimpliciter in arbitrio ſuo, inſtar eorum artificum, qui ſubjectum merè paſſivum agnoſcunt, poſitum non eſſe novit. Præterea à Medicis illi quoque tractantur & deſcribuntur morbi, qui per ſe inſanabiles

nabiles ſunt, v. g. vulnera cordis ventriculos penetrantia, apoplexia vehementior, ☞ exulceratus, ſphacelus, &c. ut ſcilicet conſtet, eos inſanabiles eſſe, utpote quod proſpiecre, & ab illorum cura abſtinere, prudentiæ pariter opus eſt.

Media reſtant ad finem perducentia, i. e. cauſa efficiens, à cujus influxu ſanitas, ut effectus, oritur, quæ duplex: principalis & inſtrumentalis. Principalis, ſeu à qua, Medicus eſt; inſtrumentalis verò, ſeu per quam, ſunt ipſa auxilia & remedia.

Ex quibus ponderatis conſtat, rectè Medicinam ab Hippocr. paſſim artium omnium præſtantiſſimam vocari, & id quidem (1.) ratione ſubjecti, corporis nempe humani organici (2.) ratione finis ſeu ſanitatis per ſe expetendæ, & bonis temporalibus quibusvis anteponendæ, ita ut ab Helmontio Medicus mediator inter vitæ principium, & mortem, non ineptè dictus fuerit; imò (3.) ratione efficientis quoque, quippe non tolùm viros divini ſæpè ingenii, ſed etiam Magnates quoque plures, Medicinam coluiſſe & exercuiſſe, hiſtoria Medica docet, de quo vid. Galen. *l.* 6. *M. M. cap. ultimo.* Wilhelm. Plant. *in vita Fernelii*, Johann. Baptiſta Sylvat. *Obſ.* 94. *&* 95. Horat. Augen. *Epiſt. & Conſultat. l.* 8. *pag.* 594. Lauremberg. *Portic. Æſculap. cap.* 9. & Mœb. *Fundam. Phyſiol. cap.* 1. Quibus (4.) accedit, quod Celſus animadvertit, medendi artem nusquam non eſſe, h. e. ipſius uſum ubique terrarum exiſtere: ſiquidem etiam imperitiſſimæ gentes herbas aliaque in auxilium vulnerum morborumque norunt, quod præprimis Bontius *de Medic. Indorum*, & Carol. Piſo *de rebus Braſilienſibus*, confirmant.

CAPUT III.
De
Medicinæ Diviſione.

SUnt Medicinæ pro artium natura tres partes principales: Prima pars vocatur Anthropologia ſeu Phyſiologia, quæ conſiderat ſubjectum, ſeu corpus humanum, ejusque partium conſtitutionem, uſum, & actionem; Secunda ſeu Pathologia conſiderat finem, ſanitatis ſcilicet, huicque oppoſitorum morborum naturam; Tertia tractat de Mediis legitimis, quibus Medicus finem poteſt obtinere, & ſubdividitur in Hygienem & Therapevſin; Illa eſt, quæ contemplatur conſervationem ſanitatis præſentis, hæc labefactatæ ſeu amiſſæ reſtaurationem.

Quæ vulgo Semiotica Medicinæ pars ſtatuitur, eſt illa bipartita, vel diagnoſtica, ad Pathologiam, vel prognoſtica ad Therapiam referenda; Medicus enim Practicus, perſpectâ morborum ratione ex Pathologia, eosdem ſubinde abditos *in* ægro cognoſcere & perſpicere, ſed ſub curatione prænoſcere debet, num curabilis, an incurabilis ſit morbus?

Miniſtræ partes Medicinæ, quæ ad finem deſideratum commodius conſequendum nos ducunt, aut Hygienæ inſerviunt, aut Therapevticæ. Hygienæ quidem Diætetica, quæ regimen rerum n. n. tradit, & ei ſubordinata eſt ars culinaria, huicque cognata Piſtoria, Cereviſiaria, &c. Therapevticæ verò miniſtratur ars Pharmacevtica & Chirurgica; quarum illa omnium ſimplicium ex tribus regnis exactam cognitionem, hæc Anatomiæ crebrius ſupponit exercitium.

INSTITUTIONUM MEDICARUM
PARS I.
PHYSIOLOGIA.

CAPUT I.
De
Corpore Humano, ejusque Principio Vitali.

IN Phyſiologia conſiderandum nobis erit materiale ſubjectum, i. e. corpus humanum vivens, cujus ſtructura in ſe conſiderata, non ſecus ac omnium reliquorum animalium, eſt machina quædam naturalis hydraulico-pnevmatica, ex variis organis, pro multiplicibus actionibus artificioſiſſimè fabricata, in hoc differens à machinis artificialibus, quod hæ externum habeant motorem, à quo partim exſtruantur, partim etiam moveantur; illa autem à principio interno ſpirituoſo dependeat, à quo dicta machina non fabricatur tantùm, ſed etiam fabricata ad varias actiones, motus & operationes, pro organorum diverſitate, determinatur.

Duo hîc ſunt attendenda:

1. Eſt

Digitized by

1. Est ipsa structura corporis humani materialis.
2. Ejusdem operationum principium.

Quod ergò structuram hominis attinet, tria considerandà sunt:

1. Materia, ex qua constat.
2. Materiæ hujus varia textura, &
3. Materiæ contextæ diversa modificatio.

Materia omnium corporis partium, ex qua eædem constant, sunt suprà dictæ quinque minutiæ corpusculorum, quæ mutuâ suâ texturâ partem constituunt. Ex iisdem nempe densiùs agglomeratis & unitis ac firmius contextis partes solidæ: ex iisdem in motu continuo adeoque fluore constitutis partes liquidæ: ex iisdem in summam subtilitatem redactis partes spirituosæ conflantur.

Sunt enim partes omnes machinæ in triplici differentia; nempe sunt vel secundùm Hippocratem *l.6. Epidem. S.8. t.19.* continentes, vel impetum facientes, aut secundùm alios solidæ, liquidæ & spirituosæ: quam divisionem ad δυχοτομίαν Lindanus *Fundam. Medic. l.2.* revocat, dum partes divisit in has, quæ principium sui motus in se, & in eas, quæ aliunde id habent, ita ut continentes & contentæ ab alia moveantur, impetum verò facientes se ipsas & reliquas partes moveant. Verùm ex hactenus suppositis nobis potiùs dicendum erit, fluidas & spirituosas activè se habere & machinam agitare, solidas verò passivè, & ab illis informari atque moveri, imo fundamentum & firmamentum corporis nostri præstare.

Inter contentas eminet imprimis chylus seu lac, & sanguis, liquores corporis primarii & primogenei, ex quibus ceu animalium nutritivo succo omnes partes solidæ seu continentes conflantur, quæ hujus materiæ proximæ ratione itidem in sanguineas & spermaticas seu nerveas, vulgò subdividuntur.

Textura ista particularum, ratione quinque modorum materiæ absolutorum seu primariorum, uti formaliter partes constituit quaslibet; ita eadem radix est, unde tàm multi modi respectivi & secundarii, seu qualitates, tàm primæ quàm secundæ & tertiæ, emergunt; quarum qualitatum debita proportio, & parti conveniens symmetria, temperamentum dicitur, idque elementale, quatenus scilicet pro texturæ illius ratione partes humidæ vel siccæ, duræ vel molles, glabræ vel asperæ, albæ vel rubræ, fluidæ vel solidæ, subtiles vel crassæ, sapidæ vel insipidæ, aliisque quamplurimis modis sensibus nostris apparent.

Porrò partes ipsæ solidæ considerationem ulteriùs subeunt, vel ratione materiæ proximæ, ex qua constant, vel ratione conformationis organicæ, quâ mediante certis usibus inserviunt. Ratione materiæ omnes partes sunt vel similares, seu ejusdem naturæ & essentiæ, ut fibræ, &c. vel dissimilares, quarum partes integrales sunt distinctæ naturæ & essentiæ, ita ut plures partes similares concurrentes constituant partem dissimilarem, ut caro aut musculus.

Similarium plures communiter recensentur, ac reverà sunt; quippe rem accuratiùs pensitantibus, præter fibras & circa illas affusam substantiam, nulla apparebit, adeoque reliquas omnes partes solidas ex fibris saltem esse contextas, constat: vid. Bartholinus *de Structura Diaphragm. cap.1.* hinc dissimilarium partium nomen merentur. Hoc tamen negari nequit, dissimilarium alias magis, alias minus compositas esse, & similarium constitutioni propinquiores sunt, v.g. os, ligamentum, cartilago, membrana, &c. quam vasa sanguifera, musculi, manus, oculi, &c. Fibræ scilicet sunt partes similares primariæ, ex colliquamento seminis, ceu stamina totius corporis fundamentalia productæ, quibus per coagulum hinc inde agglutinatur sanguis, unde parenchymata &c. oriuntur.

Solidæ igitur fiunt partes, dum particulæ supra dictæ plures, diversa tamen proportione, coëunt in unum corpus; hinc enim fiunt partes similares, ex his dissimilares, v.g. ex pingui & viscido non nihil ab acido condensatur pinguedo, ab eodem ☉ volatile oleosum temperatum cogitur in carnes; ab eodem chylus dulcis coagulatur firmius in ossa, &c.

Ratione formæ accidentalis, seu superinductæ conformationis mechanicæ, secundùm triplicem quantitatis dimensionem partes corporis sunt vel organicæ vel inorganicæ.

Organicæ partes sunt, quæ certam habent, conformationem externam, mediante quâ ceu instrumenta certis quibusdam usibus inserviunt, in quibus organis fibræ, harumque mechanica textura, fundamentum constituunt, de qua distinctione partium in dissimilares & organicas vid. Glyssonius *Anatom. Hepatis in Prolegomenis.* e.g. Manus est pars organica ad apprehensionem destinata; oculus ad visionem; stomachus & intestina recipiendis, conservandis & emittendis ingestis alimentis, &c. respectu quorum usuum partes quædam principales, quædam ministræ, dici solent. Omnes partes organicæ fiunt activæ, vel operantur per motum, & in nostro corpore quivis motus fit beneficio spirituum animalium, qui operantur mediantibus fibris; hinc fibræ sunt motûs causa, à quibus omnis structura organica dependet.

Digitized by Google

Non-organicæ partes dicuntur, quæ nullam certam habent conformationem certo uſui deſtinatam, ſeu non ſunt natæ ad effectus præſtandos. Tales verò partes in corpore noſtro non dantur, ſed omnes ſunt organicæ; nulla enim pars, etiam minutiſſima, determinatâ figurâ deſtituitur, licèt hæc ſenſus noſtros non incurrat, aut fruſtrà eſt condita, ut non habeat certum uſum.

Diſtinguunt equidem inter actionem & uſum: hunc omnibus, actionem verò partibus organicis ſaltem concedentes. Sed ut alia, quæ diſtinctionis hujus infirmitatem declarare poſſent, nunc taceam, ipſa fibra, quæ pars ſimpliciſſima ſimilaris & minus organica ab omnibus habetur, actionem tamen præſtantiſſimam, nempe motum exercet, ita ut omnes reliquæ corporis partes ratione fibrarum, ex quibus contextæ ſunt, ad motum aptæ deprehendantur.

Partes hæ ergò omnes, invicem unitæ & fundamentaliter organicatæ, conſtituunt ſuâ unione machinam hydraulico-pnevmaticam corporis humani. Jam verò machinæ omnes ſunt propter certum motum; ergò etiam machina noſtra in uſum certorum motuum erit conſtructa. Dum igitur hæc in motu eſt diverſimodè, & operationes ſuas perficit, vivere dicitur; ita ut vita formaliter in machinæ corporeæ motu ſeu actuatione conſiſtat: Quod ſi omnes motus iſti penitus ceſſent, ita ut irrevocabiles ſint, mortua dicitur. Porrò, ſi rectè & debitè omnes iſtos motus peragit, ad quos per ſe apta nata eſt, ſana dicitur: nam ſanitas eſt vitæ integritas: ſin verò perversè aut vitioſè movetur, dicitur ægrotare: nam morbus eſt vitæ labefactatio.

Principium illud internum, quod actuat & movet hanc machinam, vitale ab effectu appellatum, quod alias etiam ſpeciali nomine anima dicitur, non eſt aliqua ſubſtantia immaterialis; quia

1. in quibusdam animalibus eſt diviſibile.
2. Quia aliàs eſſet indeſtructibile.
3. Quia in non-rationalibus eſt planè inconceptibile.

Conf. in ſpecie Williſ. *Tract. de Anima Brutorum*, item Velthuſius *de Generat. pag.* 81. *ſeqq.*

Quod autem ſit diviſibile, patet id in inſectorum corde evulſo, capite abſciſſo, &c. imprimis in lumbrico per medium diſſecto, qui eſt ubique vivus & ubique ſentit. Diſcindatur vipera vivens per medium, utraque tamen pars diu ſe movebit: vid. Peyerus *in Paerg. ſuis num.* 7. & Baco Verulam. *Hiſtor. Vitæ & Mortis*, quod etiam de eorum capitibus à reliquo corpore abſciſſis teſtatur Borellus *Cent.* I. *Hiſtor.* 43. & Rhodius *Cent.* 3. *Obſervat.* 89. Ranæ, evellatur cor, & usque ad horam ac ultra adhuc ſaltabit, & coaxabit, modò pulmones non lædantur: cor canis, felis, &c. exſectum cum pulmonibus, imponatur carbonibus ardentibus, vel ≏ inſuffletur folle, & dabit ſo. aut plures pulſus: vid. *Act. Haffnienſ. Volum.* 2. *Obſervat.* 46. & Walæus *in Epiſt. de motu Chyli.* Cor etiam anguillæ, quorundam piſcium, aliorumque animalium exemptum, & in fruſtula diſſectum pulſare, teſtatur Harvæus *de motu cordis cap.* 4. ſicut & caput ſcarabæi cornuti abſciſſum ſextiduo poſt vixiſſe, Helmont. *Tract. Ignota Actio Regiminis* §. 35. refert.

Reverà ergo principium hoc vitale erit materiale, toti viventi coëxtenſum, & propter actionum varietatem omnibus partibus ac organis intimè præſens, ſimulque ob earundem celeritatem, vehementiam & diuturnitatem, ſummè activum ac mobile.

Vita ergò non eſt in partibus ſolidis, quoniam hæ ſaltem ab alio vitales dicuntur, & quælibet earum operationes ab alio principio movente enaſcuntur, unde in partibus fluidis ſeu contentis vitale principium inveſtigandum erit.

Sicut itaque in vegetabilibus Principium vitale conſiſtit in ſucco eorum nutritio plus minus reſinoſo, qui conſtituit eorum ſanguinem; ita in animalibus etiam in ſanguine principium vitale erit inveſtigandum. Quoniam verò ſanguis ipſe pro operationibus quibuslibet non ſufficit, ſed propter operationes ſenſus & motus volatilior ſubſtantia requiritur, ob id ſanguis in ſpiritum reſolutus ſeu volatiliſatus vitæ principium exiſtit. Principii enim vitalis attributa non conveniunt, præterquam ſubtiliſſimæ cuidam ac volatiliſſimæ ac mobiliſſimæ materiæ, ob id à Medicis, analogicè licet, ſpiritus appellatæ, quo ipſo nihil aliud intelligitur, quam ſanguis in ſubtiliſſimam ſubſtantiam reſolutus & volatiliſatus in præcordiis, tam per continuam ſanguinis fermentationem, quam non intermiſſam aëris inſpirationem: ex quo loco pro actuatione, ſeu motu totius machinæ corporeæ ulterius cum ſanguine diſtribuitur.

In his autem principiis moventibus, ſanguine & ſpiritibus, conſiderandus duplex motus:

1. Inteſtinus fluidorum, qua talium, proprius.
2. Radiativus ſeu localis, ad quem imprimis pertinet motus ſpirituum elaſticus, ſicuti huc etiam facit motus ſanguinis circularis.

Ex dictis patet, vitam animalis fundamentaliter conſiſtere in ſanguine, unde ~ in fieri, eſſe, & ſuo modo operari, dependent: vid. Schneiderus *l.* 3. *de Catarrhis cap.* 1. formaliter verò in ſpiritu iſto volatili, ejusque informatio-

Digitized by Google

matione ſeu intima corporeæ machinæ penetratione, hujusque vario inde excitato motu; à quo poſteriori dependent præſertim gradus vitæ, dum hæc eſt vel perfecta vel imperfecta; item vel occulta vel manifeſta: vid. Pechlinus *Tract. de Aëris & Alim. defectus.*

Vitæ radicem, & operationum vitalium principium, hunc ſpiritum eſſe, docent ova animalium, quæ ſpiritu hoc ab utroque parente inſtructa, prolificâ ſunt, & ſpiritu hoc à calore externo excitato, in corpora animata efformantur; econtrà, in quibus hic ~ patris deficit, infœcunda ſunt, & ſubventanea aliàs dicuntur, nec ullo fotu in motus vitales animantur, ſed potiùs corrumpuntur. Dein vim vitalem in hoc ſpiritu conſiſtere, ex eo apparet, quod ejus motu, aut in corpus influxu, quocunque modo intercepto, non ſine periculo quælibet actiones, vitales & animales, evaneſcunt: hinc in ſyncopizantibus in momento univerſum corpus pallidum & frigidum, mortui inſtar languet; unde & in ſuſpenſis, cor ſtrictis carotidibus, in momento omnis facultas princeps cerebri perit: vid. Baco de Verulamio *in Hiſtor. Vitæ & Mortis.*

Spiritus hi inter alias proprietates, præter vim elaſticam & ſummè expanſivam, etiam non incommodè hanc obtinent, quod lucidi ſeu luminoſi à quibusdam dicantur, non quidem inſtar lucis cujusdam igneæ & ardentis, ſed luci iſti, quæ in cicindelis obſervatur, ſimiles ſint. Sunt eſſentia ſaltem unus, nomine tamen diſtincti, qui dum in ſanguinea maſſa micant & gliſcunt, vitales dicuntur; dum vero in cerebro & nervis liberiori radio ſe expandunt, animales appellantur; ſicut hi ipſi dum ova fœcundant, genitales dici ſolent.

Cùm ergo tam ſubtilis ſit materia ſpirituum, ut hi ſummè ſint activi, & luminis inſtar ſe ferè habeant, difficile erit præcisè determinare, cujus ſit naturæ, materialis; unde etiam ob ſuam ſpirituoſitatem & activitatem, de natura Gas eſſe dicuntur Helmontio *Tract. de Natura Gas, & Complex. elemental. Figment.* §. 42. *& ſeqq.* vid. Williſius. Pro natura tamen ſanguinis, ceu materiæ ex qua, Gas hoc ſpirituoſum naturæ ☉ino-volat. oleoſæ, ſeu ſalino-ſulphureæ volatilis, eſſe videtur, quod tam per inteſtinam fermentationem, quàm ♎is per inſpirationem attracti reſolutionem, in ſanguine genitum celerrimâ agitatione, totum corpus penetrat, ac iſtud ita animat. Uno nomine: habet ſe inſtar ſubtiliſſimi & rectificatiſſimi ☿, fortis, inſigniter & quodammodo accenſi.

Cum vero vitæ ſint radices ſpiritus, corpus etiam, quamdiu vivit, à corruptione & omni putredine præſervabunt, virtute ſalino-ſulphurea balſamica: non ſecus ac Gas ſulphuris vina & alios liquores facilè corruptibiles à corruptione præſervat.

Spiritus hi corpus noſtrum vivificantes & conſervantes reverà ſunt idem cum eo, quod alii per animam, alii per calidum innatum, alii ignem animalem, alii flammulam vitalem, alii per aliam denominationem, pro hypotheſium varietate, explicare voluerunt. Ratione exiſtentiæ, ſeu modi in corporis partibus ſubſiſtendi, vulgò dividuntur in ſpiritum inſitum & influum. Spiritum inſitum vocant, qui ſub generatione & nutritione ſolidis partibus unitur, iisque intimè aſſociatur. Qui verò tàm cum ſanguinis vehiculo per arterias in totum corpus diſtribuitur, quam ex cerebro per nervos undique diſpergitur, ac in motu continuo conſiſtit, ſpiritum influum appellitant.

Dari ſpiritum inſitum, præter influum, tam ex generatione, quàm ex nutritione & conſervatione confirmatur; nam dum ~ ſub generationis negotio materiam in oſſa, in carnes, &c. coagulat, ſimul ex parte in coaguli conſortium rapitur, & ita inſitum dictum conſtituit.

Confirmat hoc nutritio, ſeu continuata generatio. Nam in omni parte ſolida præter ipſam conformationem mechanicam, uſui organico inſervientem, & materiam partis, ejusque texturam in minimis, materialem, conſideranda venit quædam vis ſeu facultas, à qua nutrimentum, per impulſum ſub ſanguinis circulo appoſitum, aſſimilatur præcisè in talem ſubſtantiam, & agglutinatur; quæ vis nec ex conformatione, nec ex textura partis poteſt determinari; ſed potiùs, ſicut prima partium conſtitutio à motu & vi ſeminali ~ perficitur; ita quoque ab eodem in parte præſente iſta nutritio adhuc peragitur. Nempe ſub nutritione, dum ~ influus nutrimentum, tam chyloſum quàm ſanguineum, in partis ſubſtantiam coagulat, ſub hoc coagulationis actu non omnis, ſed ex parte, in concretum materialiter abit, ſeu in eo concentratur, adeoque ſpiritum inſitum, ſeu balſamum partium, ſeu calidum innatum, ſeu mumiam partis conſtituit.

Eſt ergò eſſentiâ unus idemque ~ inſitus & influus, nempe idem, qui in parentibus eſt influus, & in generatione ſemen fœcundat, eſt in filiis inſitus maximam partem. Idem, qui nunc cum ſanguine fluctuat, & per nervos undique radiat, ſui ſub nutritione partis coagulatione illi inferitur; hinc inſito ſpiritu fatiſcente vel deficiente, textura miſti vitalis ſolvitur, gangræna in viventibus, in mortuis putredo ſupervenit. Unde, quia hic ~ partis eſt conſervativus, rectè balſamum partium, ipſe verò naturæ balſamicæ, dicitur; cui negotio aptiſſima eſt conſtitutio ejus ☉ina volatilis

latilis oleosa. Sustentatur hic insitus, volatili sua substantia, aliàs partim resolubilis, partim alterabilis, partim à causis externis corruptibilis, à spiritu influo, mediante hujus materiali præsentia & continuo supplemento; unde etiam, insiti ratione, influi vim & operationes vitales optimè recipiunt partes solidæ seu continentes.

Præter primam partium generationem, & hinc subsequentem nutritionem, & balsamicam conservationem, spiritus insiti in partibus præsentiam ulteriùs comprobant non tantùm morbi quilibet hæreditarii, à parentibus certæ cuidam parti implantati, dum pater podagricus aut phthisicus generat filium ad idem malum dispositum; sed etiam particulares quædam à parentibus communicatæ idiosyncrasiæ, dum v.g. mulieris cruri sinistro ex matris appetitu impressus fuit piscis, hinc quoties edit pisces, acutissimos illo in loco dolores percepit; aut dum morus, parti cuidam adnatus, omnes mori vicissitudines per anni periodum subit: vid. Gaffarelli *in Curiosit. inaudit. pag.* 101. Nempe specialis talium determinatæ cuidam parti implantatio, eaque à principio vitali primitùs facta, & postmodum per integrum vitæ cursum adeò fixè impressa, omninò persuadet, illud vitale principium quodammodo parti infixum esse.

Ex hoc spiritu insito nempe etiam explicanda venit differentia corporum naturaliter, ultimo senio vel longo morbo, extinctorum, ab iis corporibus, quæ violenter interimuntur, dum v.g. manus longâ tabe interempti cadaveris tollit excrescentias corporis, sarcomata & maculas fœtus, non autem ejus, quod violenter interimitur, sicuti hoc, præter Helmontium, confirmant *Acta Philosoph. Anglica P.* I. *pag.* 156. Dum usnea ex cranio hominis suspensi, vel rotâ fracti, crescens tàm singulares habet virtutes sistendi sanguinem, ac epilepsiam curandi; propterea etiam basin unguenti magnetici constituit: vid. Helmontius *Tract. Magnet. Vulnerum Cura* §. 51. Dum corpus violenter interemptum ad præsentiam occisoris certis in casibus sanguinem stillat, de quo vid. Marcus Marci *Philosoph. Veterum restit. p.* 401. Scilicet si longo morbo vel ultimo senio interit homo, sublato spiritu influo, insimul evanescit spiritus partium insitus, secus atque fit in iis, qui violenta enecantur morte, in quibus, sublatis influentibus spiritibus materialiter quidem restitat insitus ceu partibus optimè confermentatus, sed omni formali vitæ activitate destitutus, à quo tamen plura mortuorum mirabilia dependent.

Hæc ipsa manu quasi nos ducunt ad actiones sympatheticas & curationes magneticas, quarum omnium fundamentum est simpliciter spiritus hic vitalis, nunc insitus, quacunque ratione cum solidis partibus earumvè effluviis à toto separatus; nunc influus, per sanguinem, lac, effluvia vel alia excreta, quibus inest participatio totius mutuusque cum toto consensus extra concretum naturale à toto sejunctus: conf. Maxvellus *de Medic. Magnet. pag.* I. *seqq. & pag.* 167. *seqq.* Insiti quidem ratione, dum v.g. cutis capitis pilosa, vulnere ablata & cistæ inclusa, easdem mutationes subit, quas reliqua cutis pilosa in capite relicta: vid. Bartholinus *in Centur.* I. *Histor. Anatom.* 41. quod nasus insititius ad mortem bajuli, ex cujus brachio desumptus erat, nec obstante locorum intercapedine, subitò frigeat & putrescat, de quo vid. Digby *in Tractatu de Sympathia*, item Helmontius *Tractatu de Magnet. Vulnerum Cura.* §. 23. quod lardum sui affrictu curet verrucas, teste Bacone de Verulamio *in Sylva Sylvarum Cent.* 10. *Experim.* 997. *p.* 605. Ratione influi verò, quod sanguis linteo exceptus, pulvere sympathetico ex vitriolo Veneris adspersus, sanet absens vulnus; quod lac à matre in prunas aut ♂ candens emulctum lac in uberibus deficere faciat; quod linteum, sanguine menstruo nimis fluente irrigatum, in ignem conjectum, sanguinem sistat, Autore Panarollo *in Fascicul. Arcanorum.*

Suprà dixi, sanguinem tàm per proprium fermentativum motum, quàm per continuatam ♎is inspirationem, attenuationem, ac hinc volatilisationem originem constituere spirituum nostrorum vitalium. Jam verò propter crasin ejus ☉inam volatilem oleosam & quasi nitro-♃eam fieri vix potest, quin attenuatio ac resolutio ista cum insigni ejus incalescentia & æstuatione contingat, unde postmodum necessariò calor per totam corporis machinam se diffundat, pro operationum quarumcunque facilitatione: vid. Willisius *in Respons. Epist. ad Highmorum de Affect. hyster. & hypochondriacis*: item Helmontius *Tractatu: In ☉e Tabernac. Tractatu Blas Human.* item *Tractatu Spiritus Vitæ.*

Calor hic cum vita ut incipit, & pro operationibus saltem melius perficiendis requiritur, ita cum ejus interitu desinit, qui non formaliter operando, sed excitando motum spirituum, & quasi vim elasticam promovendo, quasvis operationes promptiores reddit: hinc calore deficiente, in ovo v.g. formatio, in semine vegetatio, &c. plus minus deficiunt; eodem cessante, torpent sensus motusque organicus, ut in animalibus quibusdam hyemali tempore patet, non secus ac in plantis.

Exci-

Digitized by Google

Excitatur primitus in ſanguine calor, (de quo notetur illud Hippocratis *de Corde T.* 10. ſanguinem nempe naturâ ſuâ calidum non eſſe, ſed caleſcere;) ejusdem tamen in univerſum corpus diſtributio à ſpiritibus & ſanguine ſimul pendet. Excitatur in ſanguine ratione ejus texturæ ♆eo-oleoſæ, mediante ejus attenuatione, & in volatiles ∼ reſolutione; ſed excitati ex eo ∼ hoc ipſo non tantùm ipſi ſimul calent, ſed etiam motu ſuo ex parte ſanguinis motum & incaleſcentiam conſervant, & ſubinde intendunt. Ad utrumque ergò, ſpiritum nempe & ſanguinem in calore animalium reſpiciendum: Ad ſanguinem quidem, ut ſubjectum primarium; ſpirituum autem, ut ſecundarium. Sed ut in pluribus naturæ operationibus eſt circulus, ita etiam hîc talis obſervandus, adeoque mutuò ſpirituum impetus ſanguinis calorem, & ſanguinis calor ſpirituum calorem, conſervat & excitat.

Ineſt calor inhæſivè in ſanguine, ceu primo ſubjecto, participativè verò in aliis partibus. Dependere autem calorem efficienter à ſpirituum impetu, probatur:

1. Quod opiata calorem non tam naturalem, quàm febrilem, ſoleant infringere, quatenus figendo ſpirituum impetum refrænant.
2. Patet ex ſyncope & affectione hyſterica.
3. In pudore rubet & æſtuat facies; in terrore pallet, & frigent extrema; in ira incaleſcimus, &c. Omnia ex modificatione motus in ſpiritu, & hinc in ſanguine.
4. Genituræ exceſſiva præprimis profuſio calorem naturalem multùm infringit, ob ∼ copioſos ſimul excretos.

Subjectum verò caloris eſſe ſanguinem, cujus particulæ acidæ cum aliis urinoſis ac terteis vehementiùs colliſæ æſtus ſenſum fibrillis partium ſolidarum imprimant, probatur,

(α) Quia caloris gradus eſt intenſior, quàm qui ſpiritibus ſolis ob raritatem ſubſtantiæ commodè attribui queat.

(β) Sub motu corporis intenſiùs incaleſcimus propter motum ſanguinis localem auctum, & conſequenter inteſtinum celeriorem, adeoque & acidi occulti vehementiorem motum.

(γ) Dum ad ſudorem ſpontaneum componimur, intenſior calor in nobis percipitur, ob ſanguinis motum inteſtinum & progreſſivum auctum.

(δ) Sanguis ipſe eſt fons omnis caloris in corpore, quia ſanguis ex ♎e inſpirato in præcordiis intenſiori fermentativo motu agitatur, adeoque etiam intenſiùs incaleſcit.

(ε) Uti ∼ generantur vitales, ita ſanguis inſigniter attenuatus & calefactus cum ſpumoſo impetu in arterias ruit, accenſumque calorem continuato fermentationis motu fomentat, per arterias in omnes partes diffundit, & ita corpus calefacit, eum in finem, ut excitativè & diſpoſitivè actiones corporis adjuvet & promoveat, impetum quendam tribuendo ſpiritibus, & calorem magis volatilem, unde actionum alacritas; tum etiam materiam nutritivam ad faciliorem impreſſionum à fermentis receptionem, indeque ortas digeſtiones ſubeundas, diſponendo.

De ſanguificatione, ſanguinis ſpirituaſcentia, & ſpirituum ac ſanguinis incaleſcentia, controverſiæ ſunt connexæ, ratione nempe cauſæ, & fiendi modi. Nam quoad cauſam efficientem in genere, Autores vel cordi vel ſanguini ipſi primatum tribuunt; quoad fiendi verò modum, vel per veram incenſionem, vel per intenſam incaleſcentiam ſeu exæſtuationem fermentativam caleſcere illum, ſtatuunt.

Qui cordi primatum deferunt, vel ſingulare fermentum, iſtarum alterationum effectivum, in eo ſtatuunt, ut Helmontius & Backius; vel flammulam quandam vitalem jugiter in ſiniſtro cordis ventriculo gliſcentem præſupponunt, quæ ſanguine, ceu pabulo, ſuſtentetur, & à qua ſanguis continuò incaleſcat, hinc per arterias cum ſanguine undiquaque diffuſa omnes corporis partes foveat atque vivificet, ſimul tamen etiam oleoſas particulas maſſæ ſanguineæ abſumat, uti etiam fluidiores & diſſipabiliores reliquarum partium ſolidarum ſimul deprædetur, diſſipet & diſpergat. Quamdiu ergò vegeta maneat hæc flammula ſeu ignis animalis aut calidum nativum, tamdiu in vita florente ſubſiſtant animalia; ſimul verò atque eadem extinguatur, moriantur. Contingere autem iſtam extinctionem, quando vel ſuo debito alimento deſtituatur, vel aëris commoda inſpiratione privetur; de quibus vid. ea, quæ diſſerit Charleton *in Oeconom. anim. Exercitat.* I. §. 3. 4. & 5. item Holſtius *in ſuo Tract. de Flammula Cordis*: item Mœbius *in Fundament. Medicinæ pag.* 59. item Conringius *de Igne Animalium.* Contra hoc tamen Biolychnium pluribus diſputat Needham. *de format. fœtûs cap.* 6.

Qui verò cor ceu muſculum ſaltem conſiderant, ſanguini primas deferunt, & hi ipſi vel ſanguineum ♆ ab inſpirato ♎e nitroſo incenſum incaleſcere & ſpirituaſcere aſſerunt, uti Williſius *de An. Brutorum cap.* 2. vel ipſum ſanguinem particulis fermenteſcibilibus

bilibus turgidum, ab inſpirato ♎e nitroſo attenuatum & reſolutum, ex particularū ♃eo-☉inarum ſanguinis, & nitroſarum ♎is inſpirati, motu & fermentativa turgeſcentia incaleſcentiam iſtam concipere, qualis eſt hypotheſis Mayovvii *de Nitro cap.* 8.

Sed qualiscunque harum opinionum eligatur, ſive ab alio incendi, ſive effervescendo plus minus ſanguinem incaleſcere, velimus, ſemper calorem ipſum in acido volatili celerrimè moto conſiſtere, manifeſtum evadit:

1. Quod hoc omnis caloris ſpontanei origo in genere ſit, per experientiam.
2. Quod omnis, qui in igne eſt calor, ab acido oriatur; quod effectus, ut pondus, item fomenta △, quæ quò magis de acido participant, eò intenſiorem calorem inducunt, confirmant.
3. Quod, quæ effervescendo aut fermentando ſpontè incaleſcunt, id habeant ab acido. Calx viva æſtuat ab acido, cum alcali terreo congrediente: fœnum congeſtum incaleſcere ex acido, fit manifeſtum ex eo, quod & flammam interdum concipiat, & quod ſuperveniente putrefactione, ſub qua fatiſcit aciduni, omnis calor pereat.

Adeoque calor vitalis ſeu vitæ neceſſarium in pluribus animalibus conſequens formaliter à motu celerrimo, colliſivo & quaſi effervescente, acidi volatilis cum ⊡ſo ſeu ♆eo materialiter; à ſpiritu vitali verò motum iſtum continuo conſervante, & interdum plus minus, ut in febribus intendente efficienter dependet. Hinc enim ſpirituum motu ceſſante, ut in ſyncope, corpus friget: eo penitus deficiente, ſanguinis motus inteſtinus ceſſat, hicque grumeſcit, ac friget: eo intenſiore facto ex objecto irritante, vel ipſos ſpiritus alterante, calor intenditur, ut in iracundis, febribus, &c.

Non ergò præcisè animalium vita conſiſtit in calido ſeu calore, cùm quamplurima ſint frigida, & ipſa animalia calida ſuas habeant viciſſitudines, ut in ſenibus gelidis, cacheēticis, & ſimilibus notiſſimum eſt.

Eſt ergo calor ſaltem conſequens quoddam neceſſarium vitæ in animalibus calidis.

Nam animalium duplex obſervanda eſt varietas: Alia ſunt calida, ut homo, avis, & quadrupedum quàm plurima, in quibus talis quidem deprehenditur calor, qui vitalis vocari poteſt ex eo, quod mox in primordiis eorum in ovo, vel utero inchoet, per vitam duret, & in morte extinguatur; alia ſunt frigida, ut piſces ferè omnes, & omnia aquatilia, ſerpentes quoque & inſecta, &c. Conf. Pechlinus *Tract. de Aëris & Alim. defectu pag.* 53. & Willisius *de Anima Brutor. pag.* 13. 22. & 26. Frigida quoque ſunt v.g. echinus: vid. Schrader. *in Obſerv. pag.* 217. item Anguis: vid. *Acta Medica Haffnienſ. Volum.* 2. §. 10. *pag.* 15. teſtudo *in Actis Societ. Regiæ Volum.* 1. *pag.* 404. & 690. adeò, ut etiam ſanguis ejus admodum frigidus ſit, non ſecus ac piſcium, &c. qui tamen ſub frigore ▽rum etiam borealium perdurare poſſunt, & tamen ſunt vivaciſſimi, fœcundiſſimi, & divisibiles citra momentaneam vitæ jacturam; hinc inceptum erit ſuppoſitum, calorem quendam innatum cauſam & principium vitale exiſtere: vid. quæ contra calorem nativum & humidum radicale diſputat Helmontius *in Tract. Humidum Radicale.*

Fundamentum diverſitatis conſiſtit in ſanguine, aut huic analogo ſucco nutritio; hinc in quibus ſanguis ſeu ſuccus nutritius ♃eus ac pinguior eſt, ſimulque acido-ſalſior, in talibus ſulphur ejus attenuatum, ab ♎e reſolutum & volatiliſatum, mediante motu intenſiore concurrente ſanguinis volatilis ſale, non poteſt non intenſam quaſi accenſionem & calorem concipere, unde caloris ſenſibilis per totam corporis machinam cum ſpiritibus diſtributio, & perceptio; in animalibus verò frigidis, ut in ▽tilibus, inſectis, ranis, piſcibus, ferè omnibus ſerpentibus, &c. ſanguis ſeu ſuccus nutritius minus ♃eus & oleoſus, ſed potiùs ☉inus, nitroſus, ſeu urinoſus, aut temperatus eſt, & fit ejus reſolutio & volatiliſatio ſine ulla tali, aut ſaltem minimè ſenſibili, incaleſcentia.

Unde etiam illorum calidorum animalium vis vitalis longe facilius deſtructibilis ac diſſipabilis eſt, quia ∿ eorum & ipſi calidiores ac elaſtici, ſummè diſſipabiles exiſtunt; ſecus ac frigidorum, quorum ∿ minus ferventes, volatiles, ac ſubtiles, ſimulque ſubjecto ſeu materia nonnihil viſcidiore irretiti, non adeò facilè diſſipabiles, exiſtunt, quin poſt corpora etiam diſciſſa portiones diviſæ motum ac ſenſum vitamque ſubinde adhuc retineant, prout ſuperius allegata exempla loquuntur. Hinc etiam calidorum animalium vis vitalis ſpirituoſa magis in ſanguine & firmiùs radicatur, cùm frigidorum econtrà principium vitale maximam partem in cerebro ac nervoſo genere hæreat & ſubſiſtat; unde & functionibus ſic dictis vitalibus, licèt ſuppreſſis, vis animalis adhuc vegeta eſt, ſecus ac fit in calidis: ſic rana exempto corde ac interaneis ad tempus adhuc vivit, ſaltat & natat; animal verò calidum, avis, &c. exempto corde mox moritur.

Hæc ipſa, quæ de calidis & frigidis animalibus dicta ſunt, manu nos ducunt ad contemplationem temperamentorum. Sicut enim illi, qui inter calidum ἐμφυτον & σύμφυτον diſtinguunt, σύμφυτον mixtis, ἔμφυτον verò viventibus aſſignan-

Digitized by Google

assignantes, non planè ineptè agere videntur; ita nec hi, qui duplicem in corpore humano seu animali temperiem præsupponunt, unam ut corporis mixti, alteram ut viventis, illam elementalem, hanc vitalem dicentes. Texturam enim particularum minutarum partes similares componentem, temperamentum mixti vel elementalem vocarunt, ut ex superioribus constat, quemadmodum autem eadem particularum textura liquida sanguinem compingens crasin sanguinis seminalem constituit, ita hæc temperamenti vitalis nomine veniebat. Illa cùm non sit hujus loci, de vitali saltem, quæ per ætatem, morbos aliasque circumstantias mutatur, & mortis interventu dissolvitur, sermo erit. Hæc (quæ aliàs in calido innato & humido radicali consistere dicitur) neutiquam dependet à 4. illis humoribus, quos ad constituendam massam sanguineam concurrere Galenici supponunt, utpote quorum existentia & concursus satis dubius est, sed fundatur in massa sanguinea & spiritibus influentibus, & optimè definitur à Marco Marci *in Philosoph. Veterum Restit. P.* 2. *Sect.* 4. *p.* 133. dum inquit: „Per temperamentum non primas qualitates, aut harum „symmetriam intellige; verùm constitutionem cujusque radicalem, ex qua, veluti effectus, procedunt dictæ qualitates, cujus potissima vis in sanguine, qui est proximum subjectum animæ, ac primum vivens, cujus gratiâ universum corpus videtur factum, vitamque ex eo participare; humidum verò radicale aut sanguis est, ut vult Harvæus, aut certè in eo radicatur, & corpus sanguine destitutum confestim friget, nihilque in eo manet de temperamento. Sed & sanguis ex se calidus extra venas mox refrigeratur, unaque cum vita, quam ex alio principio habet, suum temperamentum exuit.

Scilicet sanguis, dum motu fermentativo in corpore agitatur, & adjumento ♎is simul volatilisatur & spirituascit, varias sub his alterationibus acquirit proprietates novas, ipsi non adeò genuinas, ratione nempe caloris plus minus intensi, ratione item majoris vel minoris sub nutritione humectationis, &c. à quibus proprietatibus seu qualitatibus temperamentum totius corporis vitale dictum (quia cum vita perfecta saltem præsens esse solet,) dependet. Fundamentum hujus temperamenti est constitutio sanguinis radicalis seu primigenia, à semine orta, unde cæteræ ejus proprietates successivè emergunt: (hinc rectè Tacchenius *in Clave Hippocratis Chymici*: Calidum nativum in acido, humidum verò radicale in alcali consistere, dicit.) Præsupponit autem hoc temperamentum vitale ipsum elementale materialiter in sanguine; prout enim elementalis crasis radicalis ex semine nata variat, etiam alterationes vitales & proprietates supervenientes variant; qualis enim sanguis, talis ∼, quales hi, talis constitutio vitalis & proprietates cæteræ totius corporis.

Innumerabilis equidem temperamentorum est varietas, non tantùm ratione individuorum, sed etiam climatum, vitæ generis, diætæ, ætatis, &c. variantium; prout enim sanguis mutatur naturaliter sub ætatum vicissitudine, etiam mutatur totius corporis temperamentum; & prout idem mutatur p.n. in morbis, etiam temperies totius variat: adeò ut falsissimus sit quaternio temperamentorum, ab antiquis fundamento 4. qualitatum superstructus. Interim tamen, cùm generalis hic considerandi modus non penitus omni usu in theoria & praxi medica destitutus sit, ob id quaternio iste temperamentorum sano sensu ita quodammodo defendi potest, quatenus nempe temperamenta eorumque differentiæ considerantur; & ratione primorum duorum corporis contentorum, chyli & sanguinis; & ratione duorum principalium naturæ instrumentorum in istis, acidi & alcali. Horum ratione cholericum & melancholicum; illorum verò sanguineum & phlegmaticum temperamentum originem habet: sed cùm alcali propriè passivum magis quàm activum sit respectu acidi, potiùs acidum, vel volatile ♃eum, vel fixius terreum, temperamenti cholerici & melancholici fundamentum erit.

Nempe quorum sanguis (& consequenter reliqui succi) plus de ☉ volatili & oleoso, potiùs acido volatili sulphureo, participat, & ad uberius fellis incrementū magis dispositus est, tales cholerici, bilioſi, ab habitu corporis inde emergente calidi, sicci, macri, &c. ratione verò spirituum ex tali sanguine genitorū activi, agiles, inconstantes, iracundi, &c. dicuntur.

Quorum sanguis minùs respectivè de hac substantia participat, sed potiùs, in quibus densior, spissior, minusque resolubilis eadem existit, qui effectus sunt à particulis ☉inoacidis fixioribus, non pinguibus, & quasi terreis, utut occultis magis oriundi, unde & tam in succis primarum viarum, quàm lympha aliisque, majora acidi vestigia deprehenduntur, hi melancholici, frigidi, sicci, duri, & ratione spirituum ex tali sanguine natorum tardi, meditabundi, graves, &c. esse solent.

Quorum sanguis ex debita particularum ☉inarum & ♃earum mistione magis temperatus & dulcificatus est, ita ut harum nulla pars excedat vel deficiat, hi speciatim sanguinei, calidi, humidi, corpulenti seu carnosi, & ratione spirituum jucundi, hilares, ingenioſi, &c. existere solent.

Quorum verò sanguis ab uberiore chylo dulci & probè digesto pinguiori, seu lacte,

magis temperatus existit, tales humidi, frigidi, obesi, tardi, & ratione spirituum minus volatilium nonnihil ingenii obtusi, tardioris, in actionibus torpidi, &c. deprehenduntur, & pituitosi aut phlegmatici dicuntur, quod eò magis obtinet, si chylus aquosior fuerit, unde uberior lymphæ emergit copia, indeque major phlegmatis abundantia.

Sicut autem horum temperamentorum radicalis crasis & fundamentum in seminis parentum textura quærenda est, ita post ortum eadem à variis rebus, iisque tam naturalibus quàm nonnaturalibus, item præternaturalibus, immutatur.

Quoad naturales, temperamentum vitale potest immutari vel à stomacho, vel à testibus. A stomacho, ratione digestionis primæ, i. e. chylificationis, cujus diversa conditio sanguinis crasin variè immutat: nam qualis chylus, cæteris paribus, talis sanguis quoque expectandus venit, quia vitium digestionis primæ in secunda & tertia non corrigitur. A testibus, ratione motus fermentativi in sanguine: nam quo major vel minor testium vigor est, etiam massa sanguinea in motu fermentativo est magis vel minus activa, corpusque calidius, agile, generosum, languidũ & torpidum magis reddit; unde necessariò vim quandam fermentativam, & temperamenta totius moderantem, sanguini à genitalibus inspirari, præsupponendum est: Quippe

1. Cùm facultas genitalis, & ad hanc aptitudo, certis annorum limitibus circumscripta sit, variæ æque notabiles in corpore circa pubertatis annos mutationes annotantur, v. g. barbæ proventus, mensium fluxus, &c. ut taceam, aliam quasi naturam homines induere, subsidente & extincto per senectutem orgasmo Venereo.
2. Corpora animalium castratorum, in quibus fermentum hoc non ampliùs producitur, longè aliam temperiem arguunt, ac non castratorum, h. e. hæc vegetiora & agilia, illa verò torpidiora evadunt, horum carnes graveolentiâ quadam & nauseabundo sapore imbuuntur, quæ in castratorum carnibus non observantur: sicut & cervus castratus nulla ampliùs cornua alit: imò evnuchi minus agiles, sed socordes sunt, minusque generosi; econtrà qui validis sunt testibus, ii sunt alacriores, agiliores & calidiores.
3. Fermentum hoc quacunque ratione præternaturaliter se habens, plurimos morbos comites habet, sanguinis crasin evertentes, quales inter in fœminis v. g. est chlorosis.

Sex res non-naturales corporis totius crasin conservare, immutare, imò evertere, vulgi quoque experientia comprobat, & in Pathologia uberiùs docebitur. Morbos autem, symptomata leviſſima quoque, interdum temperiem naturalem alterare & corrumpere, vix dubitabit quispiam; sive hoc præstent massam sanguineam immediatè, sive mediante viscerum mala dispositione, afficiendo: imò ideò fit, ut morbo invalescente temperamentum, quod in principio saltem alteraverat, tandem planè destruat, & mortem inducat morbus.

Omnia hæc hactenus considerata homo cum brutis habet communia, ipsi soli propria est anima rationalis, substantia reverà spirituosa, immortalis, immaterialis & inalterabilis, cum corpore hominis animali nihil habens commercii, & ab œconomia animali ejusque functionibus planè exclusa, solas intellectus & voluntatis operationes immateriales seu inorganicas, sibique proprias, peragens: adeoque anima in homine duplex est: rationalis ipsi propria; & sensitiva, ipsi cum brutis communis: vid. David van der Becke *de Princip. rerum natural. pag.* 223. & Willisius *de Anima Brutorum pag.* 30. Unio tamen animæ rationalis cum corpore animali sensuum præsupponit ministeria, & exercitia in intelligendo; adeò ut occasione certarum motionum in spiritibus animalibus sibi formet conceptus & phantasmata, unde in intelligendo pro horum exorbitantiis interdum & ipsa oberrat; sicut econtrà pro voluntatis imperio certum spiritibus istis animalibus motum interdum tribuere, & quasi imperare valet.

Hac anima cùm careant bruta, etiam nullam propriè dictam habebunt cognitionem, id est, non cognoscunt bruta, quod & quid sentiant? nisi & eadem ipsa rationalia reddere velis, de quo speciatim vid. Schuyl *in Præfat. super Carte∫. de Homine.*

Posito jam principio quodam vitali, sive sit anima, sive archeus, sive aliud quid, à quo componitur machina corporis organica, & quæ postmodũ ab eo movetur, atque in omnibus actionibus dirigitur, quæstio oritur ardua: Quomodo & talis compositio, & per consequens partium actuatio contingat? & quæ regula sit, quæ determinet agens, & dirigat, ut hoc vel illo modo tàm ordinatè, tàm distinctè, & tàm artificiosè agat? Nemo hactenus satisfacere potuit huic quæsito. Cognitionem naturalem, uti etiam prudentiam naturalem in brutis, defendit sufficienter Sperlingius *in Instit. Physic. l.* I. *cap.* 6. *Quæst.* 2. *&* 3. sed modum non determinat. Modernorum ergò probabilior est opinio, quæ hæc omnia per ideas determinari asserit: quod ut pateat, ex eorum sententia rem declarabo.

Ideæ hæ dicuntur vel naturaliter spiritui connatæ, vel postea ipsi adjunctæ à sensuum impressionibus, vel affectuum perturbationibus,

Digitized by Google

bus, adventitiæ ob id dictæ. Connatæ ſeu ſeminales v. g. dicuntur eæ, ſecundum quas formatur corpus; item eæ, quæ dirigunt bruta in ſuis actionibus naturalibus, ut araneam, dum texit telam, ut & bombycem; item hirundinem, dum format nidum: Adventitiæ verò ſunt, dum v. g. idea, per imaginationem à matre concepta, turbat formationem fœtus; item dum melancholicus alium generat melancholicum; item ideæ transplantatæ in rabie canina, in tarantiſmo per morſum; item ideæ bufonum antipeſtiferæ & anodynæ.

Hæ ideæ, à prima hominis origine ſpiritibus impreſſæ, ſucceſſivâ propagatione continuò in ſeros propagantur nepotes: latent autem obſcuratæ & obfuſcatæ in ſpiritibus, evolvuntur verò poſtmodum & clareſcunt, dum ſpirituum in phantaſia per evolutionem fit exſuſcitatio & illuminatio, ubi ſe explicant, ſpiritusque ad diſtinctos fines dirigunt. Adventitiæ his poſtmodum per ſenſuum organa ſuperveniunt, ſeque in iis depingunt, & ad operationes certas ſimiliter eosdem determinant. De evolutione idearum in corde vid. Marcus Marci *in Philoſ. Veterum Reſtituta P.* 4. *Sect.* 1. *pag.* 388.

Gravida per imaginationem ſignat fœtum, videns v. g. caput ſuillum per medium fiſſum, paritque fœtum ex imaginatione capite ſimiliter per medium fiſſo, quia conceptus maternus, ſeu idea in mente matris, tanquam exemplar nudâ ſui repræſentatione direxit architectum corporis, ut eo modo formet fœtum: ſimiliter atque fit cum artifice, v. g. figulo, qui fabricaturus ſtatuam ex argilla operatur ſecundùm conceptum ſuæ mentis, qui conceptus ſeu idea tanquam exemplar dirigit ejus potentias locomotivas, ut operentur ſecundùm iſtam ideam conceptam in mente, ut ſtatua ipſi fiat ſimilis. Simili modo neceſſe eſt, ut architecto noſtri corporis vitali inſit aliquid, à quo is ex ſe indifferens dirigatur, ut faciat hîc cor, illic cerebrum, ut faciat naſum ſimilem patri, oculos verò & os matri. Tale directivũ eſſe ideas, cõfirmat imaginatio materna, quæ eandem vitioſè operando dirigit: quidni idea quædam ipſi connata eam dirigat in animali legitimè formando?

Archæus ergo, ſeu quodcunque aliud vitale principium cum ſemine fœcundo in uterum à parentibus derivatum, habet in ſe chaos ideale, ex prædeceſſoris ideis defluens, in quo ideæ corporis fabricativæ latent involutæ & confuſæ, ſed per incubatum ſenſim ſenſimque evolvuntur, tum una alteram connexam trahit, evolutæque ſucceſſivè corporis architectum dirigunt in operando. Cum enim hæ ideæ ſint exemplaria rerum producendarum, habebunt ſe eodem modo ad agens naturale, quo ars ſeu conceptus mentis ad opus artificiatum. Cùm verò per nativitatem à primo ortu archeo ſeu ſpiritui vitali inſint, & cum ſeminibus communicatæ, ob id ſeminales dicantur, ad differentiam idearum *imaginativarum*, per ſenſuum opera poſtmodum impreſſarum; habent tamen ſeminales cum imaginativis non levem analogiam & convenientiam ex eo, quod ſe mutuò transplantent. Sicut enim imaginatio materna per ſuam ideam ſignat fœtum, & ſicuti in memoria eſt tale chaos ideale, cujus evolutione nobis repræſentantur res olim conceptæ in phantaſia, eo ordine, quo defixæ ſunt in memoria firma, dum ſpecies ſeu ideæ evolutæ alias ideas trahunt connexas, & evolutionem procurant propter cognationem, quam una habet ad alteram.

Ut autem evolutio idearum, tàm ſeminalium, quam memorativarum, ex ſuo chaos, rectiùs intelligatur, concipiendus eſt viſionis modus, qua ratione ſcilicet omnes ſpecies, ab objecto viſivo emanantes, in humore cryſtallino in uno interſectionis puncto confundantur, & nihilominus tamen ordinatè adeò in tunica retina denuò evolutæ repræſententur, ut objectum viſivũ perfectè depictũ appareat.

Jam verò his ideis ſeminalibus, ad membrorum fabricam determinantibus, aliæ ſimul connexæ ſunt, ad eorum uſum organicum dirigendum deſtinatæ: Quod ut pateat, pro exemplo inſerviat bombyx in ſua transmutatione, qui primò eſt eruca, hinc ſibi ſericeum ſepulchrum conſtruit, in quo ſe transformat in papilionem; hinc ut variè conformatum eſt corpus, etiam variæ hinc ſunt actiones, nec antè eruca volatum exercere conatur, quàm enatis pennis mutetur in papilionem. Sic fuit ante paucos annos Amſtelodami puella, reliquo corpore ſatis elegans, capite verò ſuillo & ſatis horrido, inceſſu & converſatione mulierem rationalem & benè moratam, in cibo verò ſumendo ſuem imitabatur, roſtrum fœdè immergendo: hæc quia capitis ſuilli exemplar fuit ejusdem fabricæ determinativum, eadem quoque ratione annexarum ſpecierum pro uſu partis ad actionem porcinam in capite inclinabat.

Ita quidem conſtitutum principium corporis vitale operatur naturali modo: Non verò à peregrinis ideis, ab extra advenientibus, ſeque ideis ſeminalibus permiſcentibus, hoc ſperandum: nam hîc inſignis actionum diverſitas contingit. Sic v. g. qui à tarantulis morſi ſunt, omnes tarantularum actiones in ſaltu, telarum textura, &c. imitantur, uti etiam rabidi à morſu rabioſi canis in canes transmutatos ſe putant, omnes imitando eorum actiones, idq; propter ideas cum morſu communicatas, quod invitus licèt, fatetur

Kircherus *in Mundo subterran. Tom. 2. l. 9. sect. 4. pag.* 133. quæ rabies tamen facilè curatur immersione repentinâ ægrorum in ∇m frigidam: nam per terrorem & pavorem mortis supervenientes novæ ideæ firmiter impressæ delent priores rabidas ideas, unde sanitas. Ex harum idearum transplantatione sanguis animalium, v. g. felinus, haustus hominem transformat in mores felinos, ut in angulis latitet & mures insectetur, teste Weinrichio *in Tract. de Monstris*. Nec ab extra tantùm, sed ab intra quoque in imaginatione fortiter sigillatæ ideæ seu species non parvam in alterando corpore obtinent potentiam, ut quando v. g. ex imaginatione rei horridæ sequitur vomitus, aut ex visione pilularum, ab altero deglutitarum, sequitur purgatio: imò passionum seu animi affectuum species vel ideæ, v. g. iræ, furoris, metus, &c. præter hoc, quod in penu memoriæ signentur, etiam in parte corporis, quam species connexa signat, insculpuntur; hinc propter talem furoris ideam morsus hominis valdè irati est venenatus; rasura cornu tauri in coitu abrasa insigniter stimulat Venerem. Huc pertinent omnes morbi à veteribus occultarum qualitatum dicti, quos moderni ab ideis morbosis oriri volunt, unde non rarò per contrarias his ideis curantur. Sed ex modernorum mente hæc innuisse sufficiat. Plura de evolutione idearum qui cupit, videat Marcum Marci *in Tr. de Ideis Operatricibus*, item *in Philosoph. Veter. Restituta P. 4. Sect. 1. pag.* 388. videatur etiam Helmontius hinc inde, præsertim *in Tr. Potest. Medicamentorum* §. 29. item *Tract. Natura Contrarior. Nescia* §. 49.

Hæc de vita dicta sunto: quæ, cùm à spirituum vigore horumque potestate vitali dependeat, sanè vi oppositorum patet, potestatum earum diminutionem senium, extinctionem verò mortis intestinas adferre calamitates: Quæ potestates in vigore & luminositate spirituum, horumque subtilissima, radiosa ac lucida textura consistentes, prout fortiores, eò longæviores, prout verò debiliores, eò sunt vitæ brevioris homines; ita ut hac ratione omni viventi fatalis destinatus sit terminus, contingatque mors naturalis.

Cæterùm potestates istæ vitales sæpissimè non expectato isto vitali termino extinguuntur, unde mors, violenta dicta, infertur. Modi hujus sunt innumerabiles, utplurimum tamen hoc contingit, vel quatenus sanguinis vitalis aufertur fermentatio, dum ea aut imminuitur, aut effervescendo augetur, aut depravatur: hinc namque & spirituum cessat vigor, quando ii obliterantur aut obfuscantur; vel quatenus peregrinis ideis nimis perturbantur, & in regimine œconomiæ animalis sic omninò impediuntur.

Quæritur: An vita prolongari possit naturaliter? Præmoneo, naturalem vitæ terminum esse istum, quem omnia corpora habent secundùm leges naturæ, fundatum in sanguine & spiritibus. Adeoque Adamum talis naturaliter mortalem etiam ante lapsum, & potuisse mori ex constitutione corporis naturali, facilè alterabili: Hoc ne factum fuisset, propter hunc scopum condita est arbor vitæ, ut mortalitas ejus sit medicabilis, & fieret immortalis; post transgressum autem mandatum, à Deo datum, Adamus ex Paradiso fuit ejectus, ne usu dictæ arboris viveret in perpetuum. Jam ut Adamus potuisset conservari per arborem vitæ, ita & vitam nostram prolongare possumus. Non faciunt autem id præcepta diætetica, quæ vitam sanamquidem conservant usque ad vitæ terminum, non tamen prolongant ultra eundem. Ridiculus est Claudius Deodatus *in suo Panth. Hygiastico*, ubi promittit conservationem sanitatis usque ad annum 120. observatâ scilicèt diætâ. Prolongatio enim vitæ consistit in sublimioribus remediis, quæ scilicèt, quantum possibile, conservant naturalem sanguinis & spirituum crasin in eo vigore, quem acquisivit in generatione. Inquisiverunt diu Autores in ista remedia: Helmontius *in Tr. de Vita longa, & de Arb. vitæ*; invenit Cedrum, cujus naturam cùm incorruptibilem judicaverit, ex eo tam sublime medicamentum posse parari putavit; unde dixit: Hoc lignum conferre pro prolonganda vita nostra. Quia autem hæc arbor est rara & pretiosa, & exin ejusmodi medicamenti præparatio insimul curiosa & arcana, scilicèt cum liquore alcahest, loco hujus Juniperum Tackius & Terebinthum Starckey *in Pyrotechn.* substituit.

CAPUT II.

De *Nutritione & Auctione.*

IN machina nostra corporea quasi hydraulico-pneumatica spiritus & sanguis principii moventis seu activi locum obtinent; Partes solidæ & organicæ verò sunt subjecta passiva, quæ ab istis in motum concitantur, ac ab illis in esse, fieri & operari reverà dependent.

Operationes omnes hujus machinæ respiciunt vel conservationem ejus in individuo, vel in specie. Illæ autem directæ sunt ad esse vitale simpliciter, vel ad esse animale: unde ad tria generalia capita omnes corporis operationes seu functiones rediguntur, nempe ad vitales, animales & genitales.

Vitales actiones eò sunt directæ, ut corpus & con-

Digitized by Google

& conſervetur & roboretur in ſuo vigore vitali, omnesque partes ſolidæ, pro obeundis promptiùs vel meliùs operationibus organicis, debitam aſſequantur magnitudinem: adeoque nutritionem & augmentationem ſpeciatim & principaliter reſpiciunt. Conſiderabimus ergo harum (1.) Neceſſitatem. (2.) Finem. (3.) Subjectum. (4.) Materiam. (5.) Formam. (6.) Gradus. (7.) Modum ſeu actum. (8.) Efficientem. (9.) Durationem, & (10.) Functiones ſeu actiones miniſtras.

Neceſſitas nutritionis duo involvit, nempe principii ipſius vitalis perpetuationem, & partium ſolidarum conſervationem, atque augmentationem. Cùm enim principia corporis activa, nempe humores & ~, ſint in perpetuo motu, tàm inteſtino quàm locali, adeoque continuam patiantur partim alterationem, partim jacturam, neceſſe eſt, ut horum redintegratione totius vitæ vigor vitalis & reſtauretur, & quantum poſſibile, exaltetur, in quo nutritionis finis conſiſtit.

Nam ~ continuo ſub actionum, exercitio ſubtilitate ſuâ magnam partem evaneſcunt & diſſipantur, in quorum ſupplementum ſanguis ex parte ingreditur; cujus maſſa præterea quoque in partibus ſolidis nunc in earum ſubſtantiam perfectè convertitur, nunc verò ros nutritivus, ex ejus maſſa in partes ſolidas diſperſus, poſtquam irrorationis & humectationis nutritivæ defunctus eſt officio, ſucceſſivè attenuatus, per poros corporis totius inſenſibiliter transmittitur, tàm naturaliter poſt accretionis annos, quàm præternaturaliter per exercitia, aut vehementiores corporis motus, aut alias ſimiles cauſas: ut taceam ipſas partes maſſæ ſanguineæ effœtas per crebriores circulationes, & continuatam in præcordiis ſuſceptam fermentationem, attenuatas & reſolutas copiosè itidem, tàm ſub exſpiratione quàm ſub tranſpiratione, per cutim exhalantes; & denique unà cum his ex partibus ſolidis, imprimis carnoſis, humorem roſcidum & mucilaginoſum, ſubdulcem & ſubpinguem, ceu proximum earum nutrimentum, ex maſſa ſanguinea elaboratum, ſenſim ſenſimque per poros diſſipabilem; adeoque, uti totum corpus in continuo eſt fluxu, idque quoad omnes partes ſui, ita etiam indies chylo totum corpus nutriendum erit.

Jacturæ hæ non leves ſunt: nam perſpiratio inſenſibilis ſola ſolet eſſe longè plenior, quàm omnes ſenſibiles ſimul unitæ; & ſola exſpiratio per os facta unicâ die ad ℔ ß. circiter aſcendere ſolet. Si cibus & potus unius dici ſit ponderis ℔ iix, tranſpiratio inſenſibilis aſcendere ſolet ad ℔ v. circiter: imò pluribus unicâ die per inſenſibilem tranſpirationem tantum evacuatur, quantum per alvum 15. dierum ſpatio; ſicut hæc & alia curioſa in ſatera dimenſus eſt Sanctorius Sanctorii, *in Med. Statica* §. I. *Aphoriſmo* 60. quæ impenſæ omnes ex maſſa ſanguinea, ceu primo fonte, emanant.

Sanguinea ergò maſſa nutritionis reſpectu in continuo uti reſtaurationis, ſic perditionis eſt motu, adeò, ut quilibet noſtrûm ſaltem in ætate conſiſtente tantum ſanguinis tranſpiret, quantum ſibi ex alimentis quotidiè fabricet, ſive hoc fiat mediatè ſive immediatè, niſi pauco tempore immenſum corpora tumerent. Fit autem hæc abſumptio & perſpiratio ita, ut nullæ fæces nullumvè caput mortuum reſiduum ſit: quoties enim aliquid cruoris, aut exinde derivati ſucci nutritii, in extremo corporis ineptum ſit, aut non ſenſim diſponatur, ut totum fiat volatile & tranſpirabile, eo ipſo tumores, apoſtemata, ſcirrhi, affectus cutanei, ſcabies, &c. in promptu ſunt; ſicut in partibus internis ſi hoc eveniat, earum inflammationes, hinc febres, nervorum varia pathemata, &c. originem ducunt.

Omnimoda talis ſine capitis mortui remanentia tranſpiratio & abſumptio non eſt ſolius caloris opus, quoniam calor, præſertim ſi vivâ flammâ non fuerit accenſus, univerſim omnia humida miſta exſiccat in tophum & carbonem, adeoque nec absque reſidui remanentia; unde etiam ſanguis à vivo detractus, tàm leni calore, quàm forti igne tractatus in vaſe, parte aquoſiore & volatiliore exhalatâ, craſſamentum vel etiam cineres relinquit ſatis copioſos. Accedit, quod calor corporis non oriatur ab igne ſeu flamma libera, ſed reverà clauſa. Jam verò notum eſt, quod △ nihil poſſit in totum conſumere, ſi res comburenda ſit in loco clauſo: ſic v. g. carbones in vaſe clauſo etiam fortiſſimo igni expoſiti nec in cinerem abibunt, ſed igniti quidem candebunt, & poſt plures etiam menſes integri eximuntur. Sic ♌ commune, quod vaſe aperto à flammula ellychnii totum abſumitur, ſi in vaſe clauſo vel retorta igni exponatur, craſſeſcit potiùs, & inſtar colophoniæ & terebinthinæ evadit.

Placet ergò quoad hoc negotium præcipuè hypotheſis Helmontii, quam propoſuit *Tract. Imago Fermenti impræegnat Maſſam ſeminę*; item *Tr. Blas Humanum*; quæ ita ſe habet: Scilicet diſponitur ſanguinea maſſa ad omnimodam ſui diaphoreſin, tàm immediatam, dum ejus partes ſenſim effœtæ redditæ, neque ſpirituaſcentiæ neque irrorationi nutritivæ amplius ſufficiunt, quàm mediatam, dum ex ipſa undique diſtributus ros nutritivus partium ſolidarum totus, tandem partim per continuatum fermentationis motum, partim per ♎-is in pulmones continuò inſpirati adjumentum, ita diffletur.

Fermentationis enim medio cruor in vaſis,

& ros ejus nutritivus in solidis partibus, à fermentis particularibus seu spiritu insito, ita pedetentim attenuatur ac resolvitur, ut fatiscente ejus texturâ, seri facie tandem absque capite mortuo, totus exhalet; quod negotium per mechanicam cerevisiæ illustrat Helmontius *Tractatu citato*, §. 2.

Accedit simul aër, qui, uti corpora multa volatilisat, quæ aliàs igne tractata fixa evaderent; ita continuò inspiratus, rursus exspiratus & transpiratus, universa animalia corpora permeat, & volatilisationis illius ac resolutionis totalis massæ sanguineæ & succi nutritii adjuvans primaria causa existit, simulque vi elasticâ ipsum transpirationis motum admodum promovet. Aëris enim hujus ratione sub maximis frigoribus ♎eque puriſſimo fumus edaciores, sudamus tamen minus cum pauculo ac duriore secessu: Sic juxta Helmontium *Tract. Blas Humanum* §. 36. navigans in mari sanus duplo plus edit, minusque excrementi laxat, se ipso in terra degente. Itaque si fortiùs edimus, minusque dejicimus, sequitur necessariò plus dissipari sive evanescere ex corpore; quod est dicere, aërem puriorem boreæ & marinum facere ad diaphoresin corporis, seu disponere cruorem ad sui perspirationem insensibilem; sic ☉ia fixa in ♎e resolvuntur in ▽m elementalem, & candelæ materia sub inflammatione ab ♎e in ▽m resolvitur.

Hisce igitur calor æstusque corporis internus accedit, qui motu suo continuo uberiorem & promptiorem simul istam transpirationem nonnihil reddit.

Cæterùm pro varietate sexus, ætatis & vitæ generis, varia est quantitas istius absumptionis nutrimenti: nam v. g. viri plus mulieribus, adolescentes infantibus, laborioſi desidiosis perspirant de sanguine & rore nutritio; unde non rarò, qui sub laboribus erant macilenti, dum ab his cessant, fiunt succulenti & pingues. Fundamentum hujus diversitatis in crasi sanguinis, ejusque fermentatione aucta vel diminuta consistit; in illa enim sanguis est acrior vel asperior, minus aptus pro nutritione, volatilior, hinc subtilior & calidior, & aptior inde transpirationi; cujus contrarium in hoc evenit. Hinc ursi, histrices, mures montani similiaque animalia per totam hyemem in suis latibulis dormientes, superstant sine ullo alimento, & tamen pinguescunt, cujus ratio est, quoniam eorum sanguis ex voracitate prægressæ æstatis abundat chylo paulùm crudiore, nondum ipsi assimilato, unde dum somni tempore hic chylus sensim sensimque mutatur in sanguinem, parum de eo, ob defectum volatilitatis debitæ, exspirat & absumitur, sed potius, ceu roscidus & spermaticus liquor, copiosiùs in partibus solidis congeritur, accedente imprimis quiete continua, qua parva fit spirituum absumptio, & sanguis tardiùs movetur, temperatiùs fermentatur, & minus volatilisatur, hinc minus respirationem urget, indeque calor blandior existit, quæ concausæ istius phænomeni originem explicant. Conf. Pechlinus *de aliment. & aëris defectu*. Cùm itaque tam parum fiat jacturæ, & adsit ubertas alimenti, possiunt per longum tempus sine nutrimento vivere. Hæc quoque est causa, quod homines quidam passi sint tam longam & stupendam inediam, qui ipsi, ferè ob similes rationes parum transpirando, ad aliquot annos sine ullo victu persistere potuerunt: id quod patet imprimis in puella Confolentanea, per longum tempus ab omni alimento abstinente, in qua nec vesicæ nec alvi excrementa prodierunt; quin nec aures nec nares suas sordes excreverunt, sed tota corporis superficies tangentibus frigida, sicca & arida apparuit, de qua vid. Horstius *l.* II. *Obs.* 1.

Defectus ergò hi insignes, quos patitur corpus, ut resarciantur, indeque vigor vitalis restauretur, simul quoque corpus ad legitimam perveniat magnitudinem (in quorum priori finis nutritionis, in posteriori verò finis augmentationis consistit,) alimentorum assumendorum, & hinc elaborandi nutrimenti, imminet necessitas, quibus restaurentur partim partes absumptæ, nutrimenti appositione & assimilatione, in quo consistit nutritio, partim augmententur partes solidæ omnes perfectiore ejus agglutinatione, pro aptitudine ad functiones promptiori, in quo consistit augmentatio seu accretio.

Subjectum, quod nutritur, est totum corpus animale secundùm triplicem suarum partium differentiam, cum hæ omnes conservandæ per nutrimentum veniant.

Materia seu objectum, quod partes nutrit & augmentat, est vel proxima vel remota. Remota sunt alimenta assumpta, quæ cibi potusque nomine in genere veniunt. Proxima verò chylus & sanguis, in quos digestionum beneficio, mutata fuerunt alimenta. Nempe chylo nutritur sanguis, ex sanguine restauratur & conservatur ☿ vitalis, sanguine & chylo nutriuntur partes solidæ: illo quidem sanguineæ, hoc verò spermaticæ seu nerveæ dictæ.

Forma nutritionis consistit in unione, seu, ut aliàs vocant, perfecta assimilatione alimentorum cum partibus corporis alendis quibusvis, ut harum restaurentur jacturæ.

Gradus quod attinet, triplex unionis hujus cum partibus solidis, ratione nutritionis, est differentia: aut enim plus assimilatur corpori, quàm eidem decedit, adeoque corpus non saltem nutritur, sed & augetur & crescit simul;

Digitized by Go

ſimul; aut æquale nutrimentum cum eo, quod abſumitur, reſarcitur, ut in ætate conſiſtente, ſicque corpus in eodem ſtatu & vigore permanet; vel minus nutrimenti accedit, quàm abſumitur, ut in morbis acutis & in ſenio, ubi corpus emaciatur, & fit exſuccum. Unde nutritur ita, ut ſimul plus minus decreſcat. Media illa ſpecies propriè dicta nutritio eſt, prima verò iſta juncta cum auctione, tertia verò impropriiſſimè dicitur nutritio.

Diverſitas autem, quoad hanc nutritionis formam ſeu modum, intercedit, quatenus partes ſpirituoſæ & humoroſæ perfectâ plus minus alimenti unione & aſſimilatione per totam vitam gaudent; partes verò ſolidæ ſaltem per determinatos annos accretionis. Nempe ex partibus ſolidis, qua talibus, nihil abſumitur, ſed quoad ſolidam ſui ſubſtantiam eædem ſemper manent.

Alimenta ergò aſſumpta vertuntur in chylum, & hinc in ſanguinem pro reſarciendis ejusdem damnis, cujus partim maſſa per fermentationem volatiliſatur in ~ ⊖ino-volatiles, partim verò ex hac ſub forma humoris roridi & mucilaginoſi ſolidis partibus pro nutritione apponitur, & pro augmento per coagulationis modum perfectè aſſimilatur & agglutinatur: non poteſt enim non agglutinatus & aſſimilatus humor augmentare partis molem ſecundùm omnes dimenſiones, ita ut auctio & nutritio ſaltem non niſi majoris & minoris ratione differant, quod nempe in ſolidis partibus nutritio ſit inchoata auctio, & auctio tandem perfecta nutritio, ut rectè defendit Bartholetus *in Encyclop. Phyſica de Facult. Augment.* quarum illa per totum vitæ curſum naturaliter durat, hæc verò tantùm per ætatem creſcentem, tam ob partium augendarum ad majorem extenſionem reſiſtentiam, quàm ob nutrimenti pro perfecta aſſimilatione & agglutinatione ineptitudinem. Fit nempe aſſimilatio & fortis nutrimenti agglutinatio tantùm ſub accretione adoleſcentiæ, non autem deinceps amplius: quorſum namque oſſi aſſimilaretur nutrimentum, in robore, duritie, ſiccitate perfectè conſtituto, cùm tamen oſſa amplius incrementum non capiant? Idem de cæteris partibus eſto judicium. Ceſſante verò accretione, conſequenter etiam ceſſat perfecta aſſimilatio, aut ſaltem agglutinatio, quin potius ex maſſa ſanguinea ros mucilaginoſus in ſingula membra diſtribuitur, ut ita humectet & motui aliisque functionibus aptiora reddat, atque eatenus à ſiccitate ſenii, quantum poteſt, tueatur. Tandem verò ros hic nutritius inſenſibiliter per poros cutis transvolat, nec per ſe quicquam ſolidi recrementi relinquit; hinc non tantùm nutritivæ reſtaurationis continua oritur neceſſitas, ſed etiam defectu iſtius ſucci nutritivi tandem rugæ ſeniles, ex evacuatis ſubcutaneis ſpatiolis, indeque fibrarum cutanearum contractiones, ſuperveniunt.

Attenuatur quidem corpus etiam craſſiſſimum ſub febrium ardentium ardore, omnisque pinguedo evaneſcere videtur, quæ ab acrioribus ſuccis attenuatur, & adjuncto calore intenſiore liqueſcit; Non verò inſtar ſevi à flammula ellychnii depaſcitur, ſed liquefacta & in humorem reſoluta, à vaſis cum ſanguine reſorbetur, & nunc ſub forma urinæ copioſæ, cui olei aliquantulum ſubinde in ſummitate ſupernatat, aut diarrhœæ colliquativæ, aut ſudoris copioſi, foras ſenſim amandatur. Non eſt enim propriè pinguedo è partium ſolidarum numero, quin potius per accidens ex abundantia ſucci nutritii chyloſi poſt augmentationis annos membranis adhærere, & ſenſim affixa coagulari, pro earum vel humectatione, vel partium ſubjacentium blando fotu, videatur: unde nec propriam circumſcriptam continet figuram, & nunc augetur, nunc diminuitur, adeoque medium inter partes fluidas & ſolidas obtinet. De hoc vid. Sebizius *in l. de Aliment. Facultat. l. 5. quæſt. 13. pag.* 1219. Cæcil. Folius *Italus, de Pinguedine, & Boyle in Hiſtor. Firmitat. & Fluidit. pag.* 117. item *in Tentamin. pag.* 128.

Quoad hanc autem partium ſolidarum perfectam nutritionem ſeu augmentationem: Tres actus conſiderandi ſunt; nempe

1. Nutrimenti appoſitio.
2. Appoſiti in ſubſtantiam partis converſio, ſeu aſſimilatio, &
3. Nutrimenti ita aſſimilati firma cum parte unio ſeu agglutinatio.

Primus actus, appoſitio, fit per ſecretionem mechanicam in proportione pororum partis nutriendæ cum figuris particularum ſubſtantiæ nutrientis fundatam, ita quidem, ut maſſa ſanguinea, dum quasvis partes permeat, certæ ejus particulæ inſinuent ſe in illas partes ſeu membra, quorum pori ac meatus, eorumque magnitudines, ita figuratæ ſunt, ut certas ſanguinis particulas in ſe recipiant, reliquis particulis ejusdem maſſæ præterfluentibus, ita ut unaquæque pars non niſi ſuis ſimillimis alatur ac augeatur, v. g. nerveæ chyloſis ſeu lacteis, ſanguineæ ſanguineis, &c.

Poſteriores actus, aſſimilatio nempe & agglutinatio, fine quidem diſtincti, tempore verò ſimul ſunt & conſiſtunt in nutrimenti à ſpiritu animali influo coagulatione, qui ſub hac coagulatione fermenti inſtar ipſum nutrimentum impræ gnat, alterat, & ſucceſſivè cæteræ partis ſubſtantiæ, ratione texturæ certo modo mutatæ, adhærere facit, ſub quo actu ipſemet nutrimento ſe inſinuat, & ita inſitum

Digitized

insitum spíritum constituit. Nempe, sicut ♆ sanguinem, serum sanguinis, albumen & vitellum ovi coagulat, & in aliam consistentiam crassiorem & glutinosiorem permutat, ita simili ratione animalis ~ sub nutritione se habere videtur. An verò hoc fiat ratione occulti cujusdam acidi, nutrimentum alcalino-oleosum coagulantis & fermentantis, in medio relinquo: Assimilat & agglutinat nutrimentum parti nutriendæ spiritus animalis influus, sed dum cum rore nutritivo concoagulatur, & ita in spíritum insitum abit, determinatur ipse, in se aliàs pro nutriendis quibusvis partibus indifferens, à spiritu insito jam antea inexistente, ad cujus normam hic os, alibi membranam, alibi parenchyma carnosum efficit.

Efficiens hoc spíritum esse animalem influum ex eo manifestum est, quod in paralysi membrorum membrum affectum ex illorum denegato influxu marcescat: quò facit & id, quod habet Charleton *in Exercit.* 10. §. 3. *pag.* 201. Conferatur etiam Observ. Hildani *C.* 1. *Observat.* 4. de atrophia brachii ex globulo auri intruso, propter consensum nervorum eveniente: Adeò, ut omnia ea, quæ eruditè Willisius *Tract. Anatom. Cerebri cap.* 20. de succo nervorum nutritio, efficientis rationem in nutritione obtinente, differit, meliori jure spíritui animali applicanda sint. Nempe ~ animalis in nutritione pariliſe ferè habet ratione, ac ~ genitalis maris, fœcundantis & actuantis materiam ovi muliebris. Omnes enim partes uti format ~ in principio, ita formatas postmodùm eodem modo nutrit & auget ad debitam usque magnitudinem, sequens hoc in negotio potestatum seminalium ductuum: hinc ita tandem disponuntur pori partium, ut alimenti impediatur superflua receptio & retentio, cessetque tandem assimilatio & auctio.

Renitentibus enim ossium duritie, ligamentorum robore, fibrarum tenacitate, & pororum angustia, extensioni dilatationivè ulteriori, & ita alimenti uberioris receptioni retentionique ineptis (quod eò citiùs contingit, quo minus succulentum est corpus,) cessat tandem augmentatio ordinario naturæ cursu; præternaturaliter verò contingit nonnunquam, ut vel distentis membranis, aut laceratis fibris, aut dilatatis poris, &c. copiosius recipiatur alimentum, retineatur, & tandem assimiletur in præternaturales excrescentias, quales sunt v. g. calli ossium ex fracturis, nodi tendinum, cicatrices vulnerum, sarcomata, herniæ carnosæ, item lienes magni, quale exemplum habet Helmontius *Tractatu*: *Ignotus Hydrops* §. 48. quæ augmenta præternaturalia, sub incerta & varia figura pro causarum antecedentium fortuito insultu, & partium, in quibus nascuntur, diversa conditione & læsione conspiciuntur.

Nutritioni & auctioni, ceu principibus multi 4. ministras facultates adhuc adjungunt; Attractricem, retentricem, concoctricem, & expultricem. Sed non necesse est, entia præter necessitatem multiplicare: videmus nempe nullam esse in partibus attractionem, sed motum omnem fieri per pulsionem, cui sufficiunt fibræ partium circulares, quæ à spiritu animali contractæ, angustando spatium continens, rem contentam ulteriùs protrudunt, quod ipsum etiam de quacunque expulsione certum est.

Retentrici & expultrici satisfacit tonus partium, h. e. legitima secundùm fibras earum nerveas, cæteris particulis viscus componentibus intertextas, structura, harumque à spiritu animali facta tensio. Fibræ enim nerveæ, debitè extensæ & efformatæ in membranas, cavitatem efformando sufficienter res retinendas continent, contractæ verò cavitatem arctando expellunt, & laxatæ cavitatem nimis augendo plus, quàm par est, recipiunt, diutiusque retinent. Concoctrici tandem sufficiunt fermenta & fermentationes, in omni coctione & digestione, imprimis chyli & sanguinis, obviæ, quæ alimenta assumpta & distributa alterant, & pro miranda sui vi omninò immutant, pro varia sui constitutione, nunc naturali modo alimenta perficiendo, nunc verò præternaturali eadem vitiando. Sed de his facultatibus videatur Charleton *in sua Oeconom. Anim. Exercit.* 7. §. 7. *& seqq.*

Sunt alii adhuc, qui pro certorum humorum è massa sanguinea separatione, v. g. salivæ, ⊡æ, &c. adhuc aliam in partibus facultatem secretricem somniant, sed structura partium secernentium mechanica huic negotio pulchrè satisfacit. Sunt namque ratione texturæ suorum pororum meatuumque in magnitudine, figura, &c. ita conformatæ, ut instar cribrorum, vel filtrorum, aut instar spongiarum, id, quod ex præterfluente liquore ipsis porulis congruum est, imbibant, & per certa vasa aliò transmittant; id verò, quod non congruum est, præterlabi sinant. Quod si præternaturaliter ex vitiatis digestionibus massa sanguinea excrementis heterogeneis inficiatur, hæc ipsa beneficio fermentationis à reliquis particulis instar fæcum separantur, & humiditati serosæ involuta nunc per ⊡s, nunc per sudores, excluduntur, uti in febribus v. g. evenire solet.

CAPUT

CAPUT III.

De

Appetitu Animali, ſeu Fame & Siti.

ASſumimus alimenta, ut nutriamur & creſcamus, ſtimulati ad hoc per appetitum, qui eſt deſiderium alimentorum ſeu ciborum potusque, animalibus proprium: & appetitus quidem ſolidorum ſeu cibi fames; appetitus verò liquidorum ſeu potus litis, communiter dicitur.

Fames non oritur ex ſuctione venarum inanitarum in ſtomacho, quaſi hæ ſugendo ulteriùs velint impleri, ut dixerunt veteres, partim quia hoc dogma circulatio ſanguinis funditus delet, partim quia non poſſumus percipere, quomodo fiat talis ſuctio in partibus phantaſiâ & appetitu deſtitutis, & ad ſuctionem ineptis? Si enim hoc aſſertum verum eſſet, ſequeretur, quod in omni hæmorrhagia largiori, venæſectione & evacuationibus aliis, neceſſariò excitaretur fames, propter inanita vaſa, & conſequenter ſuctionem. Sed contrarium potiùs teſtatur experientia, cùm partes ſolidæ, aut harum vaſa vix adeò vacua reddantur, niſi in illis, qui diutiùs & per aliquot ♂♇ ab alimentis abſtinuerunt, nec in famelicis vaſorum extremitates ſanguine diſtentæ reperiantur. *conf. Mœbius in Fundam. Medic. pag.* 101.

Nec oritur â calore ventriculi, cùm v. g. in febribus ardentiſſimis, ubi maximè fervet ſtomachus, appetitum extremè eſſe proſtratum, conſtet: & tempore æſtivo, quo magis calemus, minus appetamus: Sed à ſubtili ſpirituoſo acido volatili in ventriculo, præſertim tunica ejus cruſtoſa hærente: hinc omnia, quæ acidum hoc volatile deſtruunt, ſeu ejus vim obtundunt, v. g. alcalia, Martialia, conchylia, corpora fixa ☉ina, pinguia & oleoſa, &c. famem etiam imminuunt; aucto verò vel intenſiùs reddito illo acido, major ſubinde appetitus emergit, ſicut aliquali analogiâ acida aſſumpta, ut ſuccus citri, berberum: ☩, ☁ volatiles acidi, &c. ſubinde appetitum ſtimulare aſſolent.

Acidum hoc volatile in ventriculo vacuo contracto halitu & odore ſuo acido blandè ſtyptico latera ventriculi, ſpecialiter verò orificium ejus ſiniſtrum, ceu proximum famis ſubjectum, rodit, pungit & vellicat, unde oritur quædam moleſtiæ ſeu læſionis ſenſatio, quâ concitatur appetitus animalis ad deſiderium alimentorum. Diſtinguitur communiter Fames in naturalem & animalem ſeu ſenſitivam: naturalis enim eſt punctio & roſio iſta orificii ventriculi ſiniſtri à ſpiritu acido-volatili facta; Animalis verò eſt perceptio ſeu ſenſatio iſtius moleſtiæ, & inde natus affectus deſiderii alimentorum, accedente ſimul ſenſuum internorum concurſu, qui per objectum hoc ſub ſpecie aut boni aut mali appetitum ſtimulant, partesque tandem aſſumptioni alimentorum dicatas in motus ſpontaneos trahunt: unde omnia narcotica anodyna propter imminutionem ſenſus etiam imminuunt appetitum, v. g. opium, theriaca, nicotianæ fumus, &c. tollendo ſenſum orificii in ſtomacho.

Pro varietate autem hujus ſucci eſurini, famem excitantis, ejusque alia atque alia diſpoſitione variat etiam noſter appetitus, dum unus hunc appetit cibum, alius alium, v. g. caſeum, lac, acida. Ex hujus ſucci diverſitate diverſus etiam animalium fit appetitus, dum quædam ſolùm vegetabilibus, quædam tantùm carnibus veſcuntur, dum felis eſitat mures, canis oſſa, ciconia ranas, homines carnes ſiccas vel alio modo præparatas. Ab hoc ſucco digeſtivo diverſimodè, tàm naturali à cauſa, quàm ex præternaturali vitio, alterato, v. g. per imprægnationem, aut menſium ſuppreſſionem, depravatus, præternaturalis ſubinde ſurgit appetitus, Pica dictus; dum cretam, carbones, capillos, haleces, ♆m, &c. plus quàm naturaliter appetunt mulierculæ. Sed quomodo fiat hujus fermenti digeſtivi alteratio, & quomodo propriè ſe habeat, à priori determinare arduum eſt. Sunt, qui à certo ſtomachi temperamento; ſunt, qui à certo conſtitutionis ſeu miſtionis modo iſtius ſucci eſurini; ſunt, qui à certis ideis, ſpiritui ſtomachi impreſſis, hoc deducunt: ſed tamen ubique rem difficultatis plenam relinquunt. Hoc certum eſt, reſpiciendum ſemper eſſe ad conſtitutionem iſtius acidi, quæ cùm ſit varia, tàm in ſingulis animalium ſpeciebus, quàm in ſingulis ſpecierum individuis, variè appetitum determinat, adeò, ut appetantur tantummodò ea, quæ ipſi ſunt appropriata, i. e. in quæ, tanquam convenientia objecta ſuæ activitatis, promptiſſimè ſolvendo poteſt operari. Sic enim v. g. cretæ, vel calcis, vel cinerum, appetitus & eſus aliàs per ſe non eſt naturalis, unde etiam aſſumpta talia ſolent nocere; in virginibus tamen vel gravidis picâ laborantibus, ex vitiato iſto ventriculi acido avidè appetuntur, & ſine incommodo digeruntur, niſi in maxima copia aſſumantur; & cùm acidi hujus cratis ſeu conſtitutio ab aſſumptorũ in ſtomacho reli-

Digitized by Google

quiis ſubinde mutari ſoleat, exinde conſuetudo ejusque inſignis potentia originem ducit, unde etiam conſueta, licet deteriora, crebrius appetere faciliusque digerere ſolemus, quàm inſueta, licèt meliora.

Cæterum, quoad certorum ciborum averſationis ſingularis cauſam, tàm vi imaginationis, ſtomacho ejusque ſpiritui inſito certum quaſi characterem, interdum hæreditarium, imprimentis, quàm cujusdam læſionis ab aſſumpto quodam ſtomacho inductæ, oritur hæc, hinc remanens certus character in ſpiritu inſito, ſeu memoria imprimis conſiderari debet. Hinc enim natus eſt puer, per totam vitam abhorrens à pane, ob matris tædium, ex denegato ipſi pane nimis deſiderato, obortum, teſte Schotto *in Phyſ. Curioſ. l. 3. cap. 27. pag.* 533. Sic infans per totam vitam à fele abhorruit, ob terrorem, matri gravidæ ex ſubito felis in eam inſultu obortum; unde & hæreditario jure in integras familias talis antipathia non rarò propagatur, cujus antipathiæ, hincque interdum obortæ ſyncopes, primus inſultus in præcordiis circa orificium ſtomachi percipitur: Caſeum non pauci averſantur, quod matres vel nutrices denuò gravidæ factæ mammas præbeant infanti, unde lactis à graviditate iterata inſignis alteratio, indeque in ſtomacho infantis prompta coagulatio & quaſi caſeatio, hinc noxa, & ita per totam vitam averſatio caſei, autoribus Schookio *in peculiari Tract. de Averſat. Caſei*, & Digby *de Immortal. Animæ humanæ Tract. 1. de Natura Corporum pag.* 38. Graaf *de Organis Virorum Generat. inſervientibus*, item Kerckringio *in Spicileg. Anatom. p.* 50. Sic obſervavi virginem aſſumentem purgans, vehementiùs cinamomi miſtura larvatum, ad longum tempus poſtmodum à cinamomo penitus abhorruiſſe.

Hæc de Fame: nunc ad alteram ſpeciem appetitus, Sitim. Hanc quod attinet, alia & diſtincta hujus omninò eſt ratio à fame: utut enim in puncto ſenſationis conveniant, in cauſa tamen ſenſationis differunt. Alimenta ſolida aſſumpta in ſtomacho â dicto acido ſpirituoſo avidè excipiuntur & comminuuntur, quæ ut eò meliùs ab eo ſubigantur, cùm talia haud meliùs agant quàm diſſoluta, humore aquoſo dilui neceſſum habent, quo fine natura ſitim excitat, quæ humidi aquei appetitus eſt. Hanc cibi cum acido ſtomachali uniti, & in ⊖ſum paulatim degenerantes, inducunt: hinc nempe eſuriens ſtomachus nec ſitiet, nec ſitiens eſuriet, & homo à cibo ſumpto ſemper naturaliter bibere geſtit.

Finis ſitis primarius eſt, ut aſſumantur alimenta potulenta ab animalibus, quæ ceu vehiculum inſerviant tam chylificationi commodiori, & chylo intra corpus diſtribuendo, quàm excrementis extra corpus ejiciendis: quibus peractis, & ipſa per diverſa corporis emunctoria iterum excernantur.

Oritur ſitis à vellicatione & morſicatione inſigniori & moleſta membranæ, fauces in ſummitate, ubi œſophagus dilatatur in pharyngem, ſuccingentis; hinc per multam loquelam ſitimus, & per gargariſmata tollere poſſumus ſitim. Cum verò membrana fauces ſuccingens etiam gulam inveſtiat & aſperam arteriam, non improbabile eſt, etiam in ſiti nimis aucta has partes, gulam nempe & aſperam arteriam, vellicari, & ſitim ita multùm augeri: vid. Swalbe *in Tract. Querela & Opprobr. Ventric. pag.* 154.

Cauſa hujus vellicationis eſt acrimonia ſalſa, tam propriè dicta talis, quàm ⊖ſa plus minus urinoſa, quæ ⊖ia acria pungunt & vellicant peculiari impreſſione, & rodunt faucium membranam, unde pro eorum dilutione & abſtertione urgetur liquidum ſimplex aqueum, unde prout acriora vel temperatiora, prout magis vel minus oleoſa, & quaſi bilioſa, adeoque plus minus viſcida fuerint iſta ⊖ia, etiam magis vel minus intenditur ſitis.

Habet ergò ſitis cauſam poſitivam, non minus quàm fames; nec ſolùm defectum ſalivæ, aut faucium ariditatem, vel gulæ aut aſperæ arteriæ ſiccitatem; ut ut lymphæ cujuscunque, præſertim ſalivalis, in dictis locis defectus, aut dictarum partium nimia exæſtuatio juncta, multùm ad ſitim intenſiorem reddendam adjuvent, quatenus nec diluuntur ⊖ia acria continuatâ illius deglutitione, nec fauces debitè humectantur, quarum ſiccitas, ob membranæ illarum cum ſtomachi interiore tunica continuitatem, ſitis pathema ſenſilius omninò & gravius reddit.

Confirmant hæc ea, quæ ſitim concitant, ut ſunt omnia ⊖ſa aſſumpta, item acria ⊖ina vel urinoſa, aromatica, ⊖e volatili oleoſo plus minus acri impregnata commune, hinc alimenta nimis ⊖ita, haleces, item piperata, zingiberata, ſinapi, ordinariè ſitim magis intendunt; non ſecus ac vegetabilia acriora ⊖e volatili acerrimo ſemicauſtico impregnata, ut ſunt ſcammoniata, eſulina, &c. ordinariò ſitim inſignem ſucceſſivè ſolent inducere. Saliva item vitioſè ⊖ſa, tàm fauces vellicando, quàm deglutita ſtomachũ afficiendo, ſitim intenſam excitat, ut in hydropicis, cachecticis, diabeticis, quibusdã ſcorbuticis, &c. obviũ eſt; nonſecus ac crudi-

Digitized by Google

cruditas nidoroſa in ſtomacho defectu acidi nata, ſitim excitare ſolet: hinc in febribus, præſertim ardentibus, dum deficit acidum fermentativum, & quælibet aſſumpta in nidorem corrumpuntur, ſitis continua, ſubinde clamoſa, ſuboriri ſolet, ne aqueis quidem reſtinguibilis, quia talia cauſam proximam non ſufficienter corrigunt, cùm in tali ſtomacho alcaliſatur quaſi materia febrilis, ut loquitur Helmontius. Et ſanè, quò magis activum eſt ſtomachi fermentum, eò minus urgere poteſt ſitis, quò minus verò potens hoc extiterit, eò intenſior torquere ſolet ſiticuloſitas.

Ea, quæ ſitim ſedant, idem teſtantur; quod faciunt aquoſa & potulenta, quæ ſalia hæc acria imbibendo, diluendo, fauces abſtergendo ſitim levant. Præ cæteris omnibus acida potentiſſima, maxima ſitientium ſunt ſolamina, hinc unicus vini hauſtus plus ſitim ſiſtere ſolet, quàm dimidia cereviſiæ menſura: id quod imprimis in febribus obtinet, in quibus nil magis ſitim tollit, quàm acida: quatenus hæc nidoroſa acria quaſi alcaliſata in ſtomacho corrigunt, præcipitant, & in aliud eſſe transmutant. Sic ſcorbuticorum ſitim acerrimam nil melius tollit quàm potus lactis, ratione pinguedinis butyroſæ & oleoſæ, demulcentis & obtundentis acrioris ⊖is impetum, lactisque ſeri, acrimoniam diluentis & temperantis. Equidem in leviori malo oris ablutiones ac gargariſationes ejus, ſive cum ▽ tepida, ſive cereviſia ſecundaria, ejus ſitim quidem ſubinde fallunt, non autem reverà tollunt.

CAPUT IV.

De *Alimentorum Maſticatione & Deglutitione.*

COmpulſi famis ſtimulis aſſumimus alimenta, quæ, antequam ſtomacho transmittantur, in ore primam ſubeunt alterationem, & ad meliorem ſui digeſtionem in ſtomacho neceſſariam præparationem; idque maſticationis beneficio.

Maſticatio eſt ciborum ſolidorum plus minus duriorum inter dentes, beneficio motus maxillæ inferioris, adjuvantibus tum lingua tum labiis, agitatio, quâ ſubtiliter comminuuntur & conteruntur, cum ſaliva intimiùs permiſcentur, & ita ad digeſtionem ſubeundam præparantur: vid. Mœbius *in fundam. Phyſiologicis.*

Finis maſticationis eſt præparatio ciborum, ad ſuſcipiendam faciliorem in ſtomacho digeſtionem. Præparationem autem hanc alimenta acquirunt, partim cùm comminuuntur, partim dum cum ſaliva permiſcentur. Comminuuntur alimenta, quia certum eſt, quod quò meliùs in ore atteruntur, eò faciliùs in ſtomacho fermentantur & digeruntur; hinc eſt, quod inter alias rationes ſenes edentuli difficiliorem habeant digeſtionem, quia alimenta non ſatis maſticant: & certum eſt, quod bolus unicus non maſticatus majus faceſſet negotium, quàm aliàs decem boli maſticati. Patet hoc ex fundamento fermentationis, cujus requiſita ſunt, ut res fermentandæ dividantur minutim: vid. Kergerus *de Fermentatione.*

Salivæ intima cum alimentis ſub maſticatione commiſtio ſummè etiam neceſſaria eſt, quia hic liquor aqueo-⊖inus parte ſuâ aquoſâ ea attenuat & reſolvit, ⊖ia varia in alimentis recondita liquefacit; ſalinâ verò acidulâ eadem incidit & penetrat, ſpiritu ſuo volatili ſubtiliſat, & vi ſuâ fermentativâ ad futuram in ſtomacho fermentationem meliorem diſponit; quatenus ſcilicèt facilitat hoc modo fermenti ventriculi ingreſſum in alimenta, dum ſuo modo non leviter alterat fermenti craſin, ita ut ſaliva præſtet alimentis digeſtionis inchoamentum, ventriculi verò fermento tandem ejus complementum: ſaliva enim hæc cum fermento dicto magnam analogiam & convenientiam, adeoque homogeneam quodammodo naturam, habere videtur.

Cornigera animalia, quæ utplurimum ſuperiori dentium ordine carent, & ob id convenienter maſticare non poſſunt, ut autem eò meliùs alimenta comminuantur, natura quadruplici inſtruxit ventriculo, ut ventriculo primo ſeu innominato, reticulo, omaſo & abomaſo. In his ergò ex primo ventriculo cibus maceratus quaſi, & mollior redditus, per validarum fibrarum conſtrictionem ſurſum in os repellitur, ibique denuò molitur, quod ruminatio dicitur; molitus ad omaſum pellitur, & in abomaſo tandem perficitur. Obſervantur etiam homines ruminantes, quorum ventriculus muſculoſus exiſtit. Vid. Horſtius *l.* 4. *Obſervat.* 9. Bartholinus *Centur.* 5. *Hiſtor.* 16. item Rhodius *in Cent.* 2. *Hiſtor.* 59. Sebizius *de Aliment. Facultat. l.* 5. *pag.* 1208. Aves ex eadem cauſa duos habent ventriculos, ingluviem, & ventriculum, propriè ſic dictum; Ingluvies compreſſa humiditatem quaſi ſalivalem ſuggerit, mediante qua quicquid ſolidum eſt, in ingluvie prius emollitur, & maceratur, & vel denuo pullis pro alimento evomitur, vel ad ventriculum perfectum pro perficienda digeſtione transmittitur.

Salivæ vim penetrativam & aliqualem fermentativam confirmat:

1. Panis bis coctus probè maſticatus, & ita largiter cum ſaliva imprægnatus, qui

Digitized by Google

cum farinacea maſſa mixtus eandem inſtar communis fermenti fermentat.

2. Sola ſalivæ adſperſio, & ~ ſeu halitus oris farinaceæ maſſæ inſpiratus & concluſus eam fermentare facit.

3. In fructuum ſucculentorum, e.g. ceraſorum, conditura, conſervatum, & ſyruporum præparatione, mulierculæ arcent infantes, ne lambendo cochlearia, aliquid ſalivæ ejusmodi ſaccharatis permiſceatur, quæ aliàs facillimè fermentarent & acescerent: quod idem cereviſiæ coctores quoque ſtudiosè obſervant.

4. Per ſalivam inquinatam, mediante ejus vi fermentativâ, nunc per communia pocula, nunc per oſcula, ſæpiùs morbi contagioſi communicantur & propagantur, quod & de ſcorbuto, lue venerea aliisque inveteratis aſſeritur.

5. Facit huc, quod ſaliva ſanorum ⊖ inâ ſuâ vi non inelegans ſit Cosmeticum, ac plurimis morbis externis egregiè conducat, v. g. hordeolo, impetiginibus, aliisque maculis facici, vulneribus recentibus, &c. unde & canes lambendo ſua vulnera ſanant. Conf. Deuſingius *in Exercit. de Nutrim. Animal. Elabor. pag.* 8. item *in Append. pag.* 303. & Tackius *in Chryſogon. Anim. & Miner. pag.* 13.

Origo ſalivæ, ceu cujusdam lymphæ, eſt à glandulis ſalivalibus, iisque admodum copioſis, in & circa os conſitis, in genere ſtomaticæ dictis, quæ tamen omnes ad tria genera, ad maxillares nempe, ubi & parotides intelliguntur, palatinas, & ſublinguales rediguntur: quibus etiam tonſillæ ſuo modo addi poſſunt.

Hæ glandulæ ex arteriis, per minutiſſimos ramulos in iis diſperſis, inſtar ſpongiarum emulgent copioſum liquorem limpidum ſeroſum, ⊖inum, &, ut quibusdam placet, occultè acidulum, quibus ex nervis inſignibus accedere videtur ~ animalis volatilis, qui liquor per vaſa excretoria in os derivatus, ſalivam conſtituit, ceu hoc facilè poſſumus videre in vitulis: vid. Sylvius, & Steno *Obſervat. Anatom. de variis oris, oculor. &c. vaſis* Warthonus *in Adenogr. pag.* 21.

De tonſillis equidem hoc negat Warthonus *Adenogr. cap.* 22. eò quod in ſinubus harum liquor craſſior, viſcidior, albicans, & ſecundùm naturam dulcis, deprehendatur, & ab his ejiciatur; ſaliva verò tenuis, aquoſa & limpida, imò planè inſipida, ſit. Sed negatur, quod ille ſupponit, liquorem ex ductu illius maxillari promanantem ſalivæ tantùm ratione dignum eſſe, cum in ore noſtro ſaliva collecta non ſimplex, & ex fonte unico, ſed per vaſa plura adductus liquor ſit, ita ut neutiquam hoc, quod ex glandulis, v. g. ſublingualibus, palatinis, &c. ſolùm, ſed quod ex omnibus confluit, ſaliva propriè dicenda ſit. Ex eodem enim fundamento, quo Warthonus tonſillarum mucum propter craſſitiem & viſciditatem excludit, eodem etiam lympha glandularum maxillarium rejici poſſet, cùm ſaliva tenuior & aquoſior ſit: Imò craſſus ille liquor, qui in cadaverum tonſillis reperitur, non naturalis eſt, & ſimilis etiam in ductibus maxillaribus vel Stenonianibus mortuorum reperitur. Sicut enim genitura maris non ille tantùm liquor eſt, qualis in teſtibus elaboratur, nec ille ſeroſior proſtatarum, ſed uterque ſimul confluat; ita & ſalivam ex diverſa glandularum lympha compoſitam eſſe, non improbabile eſt.

Uſus ſalivæ in genere eſt:

1. Ut continuò deglutita abſtergat ſtomachum, ejusque nimias eluat ſordes; quibus remotis potentior erit acidi fermentativi ſtimulus & effectus.

2. Cibis permiſta diſponat eos ad faciliorem fermentationem & digeſtionem.

Præter quem uſum primarium, ſecundarii etiam ſunt uſus, quorum

1. Eſt: ut fermentum ſtomachale ex parte reſtituat.

2. Humectet continuò linguam & os pro celeriori illius motione & loquela.

3. Lubricet fauces & gulam pro faciliori deglutitione.

4. Sitim moleſtam removeat & præcaveat faucium ablutione.

5. Appetitum & ſaporum perceptiones atque dignotiones promoveat particularum ⊖inarum diſſolutione.

Cibus in ore ita præparatus ulterius diſtribuitur ad ventriculum, quæ actio deglutitio dicitur, fitque, dum linguæ beneficio ad gulæ partem ſuperiorem, ejusque expanſam cavitatem, pharynx dictam, cibus protruſus à muſculis iſtius partis, imprimis à ſphincter ſe anguſtante promovetur, & occluſâ laryngis rimulâ deorſum in œſophagum pellitur, quæ pulſio per fibras nerveas, muſculoſas, œſophagi tunicas cruciatim inveſtientes, motuque periſtaltico ſe ſucceſſivè contrahentes, continuatur, donec cibus in ventriculum ingeratur; ita ut actio hæc fibrarum muſculoſarum in principio ſpontanea ſeu animalis, in progreſſu verò involuntaria ſeu naturalis, dicenda ſit.

Fit ſæpiùs in morbis, ut liquida optimè poſſint deglutiri, non autem ſolida, id quod ob vitium gulæ, in ſpecie ob ejus anguſtiam, vel tumorem, per quem duriora in vale anguſtato non poſſunt ulteriùs meare, quale exemplum refert Schenckius *in Obſ. pag.* 365.

& Pla-

Digitized by Google

& Platerus *in l.2. Obſervationum pag.* 277. aut qualecunque ſimile vitium. Contrarium accidit nonnunquam, ut ſolida deglutiri poſſint, non verò liquida, quæ hauſta ſubitò cum ſuffocationis metu per os & nares redeunt, quale exemplum idem Schenckius habet *pag.* 366. item Laurentius *in Conſil.* 3. Vitium hic eſt in larynge, ob epiglottidem, non perfectè laryngis rimulam claudentem, quæ à ſolidis quidem deprimitur, liquida verò, dum in laryngem penetrare inchoant, ex ſuffocationis aut doloris ſenſu cum impetu regurgitant, & qua data porta per os & nares profluunt, qualem caſum etiam ex duritie oſſis epiglottidis non ritè claudentis laryngem accidere aſſerit Barbette *in Anatom. Practica cap.* 4. *P.*3. *pag.*259. Conf. Sennert. *l.*3. *Praxeos P.*1. *Sect.*1. *cap.*3. *quæſt.* 1. Quo etiam facit pharyngis paralyſis, unde deglutitio ſolidorum deficiens, ſed liquidorum integra: Conf. *Miſc. Nat. Cur. Ann. IV. pag.* 206. item Laurentium, *in Anat. Lib. IX. cap.* 17. *quæſt.* 26. ubi inter alia eroſionem epiglottidis, paralyſin muſculorum, oſſis hyoidis & laryngis tumorem aut inflammationem glandularum in introitu œſophagi, &c. quare liquida non poſſunt deglutiri, benè autem ſolida, allegat.

CAPUT V.
De
Chylificatione.

ALimenta aſſumpta, maſticata & deglutita, in ventriculum ingeruntur, ingeſta ibidem in liquorem pultaceum, ptiſanæ cremori ſimilem, (qui chylus appellatur) transmutantur; quæ actio ob id chylificatio dicitur: ratione modi quidem à veteribus coctio, & in ſpecie elixatio; à modernis verò fermentatio nominatur.

Coctio aliàs in corpore noſtro eſt triplex: duæ publicæ, & unica privata. Publicæ ſunt chylificatio & ſanguificatio; privata conſiſtit in aſſimilatione nutrimenti proximi in ſubſtantiam partis nutriendæ.

Eſt igitur chylificatio alimentorum in ventriculo à fermento, beneficiô ſuſcitatæ fermentationis in liquorem pultaceum quoad ſenſum homogeneum transmutatio.

Primum efficiens hujus actionis non eſt calor: quod

1. Piſces frigidi ſine calore ſenſili ſatis voraces ſint, ſatisque feliciter digerant.
2. Res quædam ab animalibus nonnullis digeruntur, quæ à calore nunquam poſſunt alterari, e.g. canes oſſa abſumunt, & gallinæ vitri truſtula acuta, teſte Helmontio *Tract. Pylorus Rector.* §. 28.
3. Caloris actio, qua talis, eſt univoca, & hinc ſequitur, digeſtionem in omnibus brutis eſſe unam eandemq; , quod tamen contrariatur experientiæ; quia chylus & excrementa pro varietate animalium toto differunt genere, licèt uno eodemque alantur nutrimento: & quædam ab uno animali digeruntur, quod non fit ab altero, v.g. dum turtur helleborum optimè digerit, & canis vitrum antimonii ſine ullo vomitu: vid. Major *in Chirurg. Infuſor*; dum interea alius eſt chylus in cane, alius in homine, eodem licèt pane nutriti ſint, hinc & alia excrementa, quod ſolius caloris opus non eſt.
4. Si Chylificatio à calore eſſet, quo hic intenſior, eò & hæc facilior foret; ejus tamen contrarium febres teſtantur, in quibus, uti calor multùm auctus, & tamen appetitus proſtratus eſt, ita & coctio aut abolita omninò, aut multùm depravata.
5. Aſſumpta calefacientia potentiora, v. g. ſpiritus vini, &c. Chylificationem non ſemper promovent, ſed ſæpiùs lædunt.
6. Qui appetentiâ caninâ laborant, inſigniter vorant & promptè digerunt, qui tamen tunc temporis deprehenduntur non calidi, ſed ſubfrigidi. Hypochondriaci & Melancholici, quorum ventriculus dicitur frigidus, ſtrenuè vorant, & citò digerunt, nec tamen ſunt calidiores reliquis.
7. Omnia acida dicuntur frigida, appetitum tamen excitant, & digeſtionem promovent.

Interim non negandum, adjuvare calorem inſigniter in nobis Chylificationem, quod docet experientia, ſed ſaltem ut cauſa promovens meliorem digeſtionem, non verò ut primaria efficiens. In noſtro enim corpore calor eſt quaſi calcar additum omnibus operationibus; non ſecus ut calor ambiens quascunque digeſtiones & fermentationes promovet artificiales, ita & naturales excitat tàm in plantis quàm animalibus: qui calor tàm eſt ipſius ventriculi ceu ollæ, & partium vicinarum, quàm ipſorum alimentorum etiam, plus minus calidè aſſumptorum; hinc alimenta frigida inſigniter impediunt digeſtionem: vid. Mœbius *in Fundament. Medic. pag.* 168. Helmontius hinc inde in ſuis Scriptis, in ſpecie *Tract. Calor efficienter non digerit*; & in Tractatu: *Sextuplex digeſtio*: quod etiam aſſertum jam tum ante

Digitized by Google

Helmontianam Scholarum reformationem impugnavit Petrus Caſtellus, Scholæ Meſſinenſis Medicus, *in Epiſt. ad Severinum ſcripta*, his verbis: „Non ſolius caloris opus cibi „coctionem dicimus, alioquin & in olla talis „fieri poteſt, ſed fermentatione opus eſt, qua „cibi in ventriculo ſubleventur, bulleſcant, & „permeabiles, ſpongiæ inſtar, reddantur, ut „ſic meliùs à calore vincantur, diſponantur, „& permiſceantur.

Nec hîc dilabendum ad Facultatem quandam chimæricam chylificam ſeu χυλοποιητικὴν, cùm hujus nulla ſit neceſſitas, nullaque explicatio conveniens, quomodo ad hoc opus concurrat. Adhæc eò jam proceſſit laborioſa Chymicorum induſtria, ut & ipſi per menſtrua ſubacida volatilia, moderati caloris beneficio, chylum quendam artificialem, naturali, quantum ſuſpicari licet, quodammodo analogum, in vitro produxerint, de quo vid. Tachenius *in Hippocr. Chymico c.* 13. *pag.* 88. Accedit huic Boyle *in Utilit. Philoſoph. Experim. P.* 2. *p.* 20. qui dicit: „Beneficio menſtrui cujusdam aci„di, ex vitriolo artificioſè parati, carnes pul„lorum transmutari, accedente blando calo„re, in liquorem inſtar cujusdam chyli, qui „liquor affuſione menſtrui alius mediante „digeſtione transmutatur in liquorem rubi„cundiſſimum inſtar ſanguinis.

Dicamus ergò, ineſſe ventriculo fermentum acido-♁inum, ſpirituoſum ſeu volatile, quod uti acore ſuo excitat famem, ita quoque cibum maſticatum, & ſalivali menſtruo probè ſubactum, potuque plus minus dilutum, promptè incidit, penetrat, & diſſolvit, & talem in aſſumptis alimentis motum inteſtinum, ſeu genuinam fermentationem excitat, mediante qua & volatiliſantur eadem, & ſimul fermenti iſtius ſpecificô acore appropriatâ tali ſubjecto vitali texturâ & qualitate, ſeu, ut vocant, ſpecifico vitali charactere, inſigniuntur, cujus ope huic, & non aliis ſubjectis, chylus conveniens emergit, & quo deficiente nec aſſimilatio cum ſanguine, nec commoda nutritio, fieri poteſt, ſed morborum ubique ſparguntur ſemina. Fermento huic acido-♁ino volatili occurrunt in alimentis ſimiliter ♁ia, partim acidula, partim verò & quidem primariò copioſa ♁ia volatilia de urinoſorum natura, quibus omnia edulia, tam vegetabilia, quàm animalia, inſigniter ſunt imprægnata, quorum ope fermentationis opus eò melius & convenientiùs abſolvitur, donec exactè alimenta ſubacta in ſuccum, nunc ſubacidum, nunc verò ſalſum volatilem, tali ſaltem ſubjecto appropriatum, transmutentur, inque perfectum ſic abeunt chylum; de qua fermentatione in ſtomacho vid. Sylvius *in Diſſertat.* I. Deuſingius *in Exercit. de Nutrim. animal. elaboratione*, Charleton *in Oeconom. Anim. Exercit.* 2. item Thomas Cornelius Conſentinus *in Progymnaſm.* 6. Mœbius *in Fundament. Medicinæ*, cujus dubia de motu fermentationis reſolvit Kergerus *Sect.* 3. ubi de Fermentatione ventriculi, Diemerbroeck *p.* 29. *& ſeqq. Anatomiæ*, Tackius *l. a.* & denique Helmontius *Tractatu: Sextuplex digeſtio.*

Fermentum ergò illud acidum volatile duplici munere circa digeſtionis negotium fungitur in ſtomacho:

1. Inſtar menſtrui cujusdam penetrat, ac intimè pervadit & diſſolvit alimenta, quæ exinde aceſcunt, ſicq; particulas alimentorum à ſe invicem ſeparat, & ♁ia abſcondita in apertum producit.
2. Volatili aciditate cum particulis alimentorum diſſolutis, præſertim ♁inis alcalibus, fermentationem inchoat, & abſolvit, eaque volatiliſat, & in ſpecialem naturam transmutat, hinc ſuo modo menſtruum fermentativum appellari poteſt.

Hinc ea omnia, quæ vel ſunt dura, aut quæ volatili ♁e ſunt maximâ ex parte orbata, ut ſunt alimenta vel exſiccata, vel fumo indurata, vel ſale condita, difficulter concoquuntur; quia dura difficiliùs diſſolvuntur, cætera verò ob ♁is volatilis defectum, fermentationem promoventis, difficillimè fermentantur; unde in ſubſidium cum prioribus aſſumimus acida, ut ☩, ſpiritum ♁is dulcem, &c. cum poſterioribus verò volatilia, ut ♆, item cinnamomum, &c. cum ambobus optimè ſinapi aceto ſubactum.

Concurrere talem circa cibos fermentationem, præter enumeratas circumſtantias, ulteriùs evincunt:

1. Inſignis alteratio & permutatio, quam cibi vel alimenta in ventriculo ſubeunt, ita ut planè novam induant naturam: vix verò alios transmutationum modos vel Autores habemus in tota rerum natura, quàm fermentationes vel fermenta.
2. Spiritus ex alimentis ſunt elaborandi, quod ſine fermentatione, qua concreta attenuantur, & ad volatiliſationem plus minus diſponuntur, eſt impoſſibile: & licèt illi demum in corde perficiantur, debitam tamen præſupponunt fermentationem in ſtomacho, cùm chylus, dum non ritè fermentando ſpirituaſcit in ventriculo, nec debitè in ∾ abeat in corde, ut in cachecticis, ſcorbuticis, hypochondriacis, aliisvè, ſtomacho cruditate acida depravato, aut alio modo malè habente, conſtat. 3. Ali-

Digitized by Google

3. Alimento inſunt partes nobis utiles & inutiles. Illæ ergò, ceu homogeneæ, conjungendæ; hæ verò, ceu heterogeneæ, ſeparandæ, quod meliùs fieri nequit, niſi per fermentationem, in qua miſtum ita recludi ſolet, ut fæces per maturam in inteſtinis ſeparationem ſecedant, vel ſaltem facilè ſeparabiles fiant.

4. Ex præſentia omnium ad fermentationem requiſitorum in chylificatione, non ineptè pro hac ſententia concludunt Sylvius *in Diſputat. Medica* I. & Kergerus *loco ſuprà citato Sect.* 3. *cap.* 2. *pag.* 190. *ſeqq.*

5. Alimenta fermenteſcibilia, quò magis talia, eò magis, dum chylificationem ſubeunt, corpus inflant, ructus & flatus emittunt, quod omninò motum fermentativum oſtendit, unde etiam turgeſcentia quædam plus minus intenſa à paſtu circa ſtomachi regionem ordinariò ſentitur.

6. Poſt aliquot horas à paſtu, diſſectis corporibus, maſſa reperta in ventriculis talem præ ſe fert ſpeciem, ut inſtar farinæ ſubactæ & jam in fermentatione conſtitutæ appareat.

Neceſſe autem eſt, ut ulteriùs hanc de acido ſtomachi fermento, ſtabiliamus ſententiam. Oſtendit

1. Hoc ferè, quod lac à ſano & jejunè aſſumptum, intra horulæ ſpatium, aut etiam citiùs, vomitu rejectum, inſigniter acidulum deprehendatur; hinc dicit Helmontius: Quod omnia aſſumpta, etiam dulcia, ut ſaccharum & mel, mox in ſtomacho aceſcant. Ad hæc

2. Martialia remedia aſſumpta ructus nidoroſos inducunt, ſicuti ſimilem nidorem aut odorem nitro-♀eum exhalat ♂, cui extra corpus ☾ acidus affunditur.

3. Acido-volatili liquore artificiali producimus chylum, de quo Tacchenius loco ſuprà citato.

4. Hinc pariter omnia ea, quæ acidum hoc fermentativum infringere valent, & appetitum dejiciunt, & coctionem aut impediunt, aut tollunt, aut etiam difficiliorem reddunt, uti ſunt omnia corpora terrea alcalia, oleoſa & ſimilia.

5. In lienteriis & dyſenteriis, item diarrhœis, in quibus penitus & deficit appetitus, & planè ventriculi digeſtio ceſſat, ſi ſuperveniat ructus acidus, bonus judicatur ab Hippocrate *l.* 6. *aphor.* 1. Innuit enim fermenti ſtomachalis acidi reſtaurationem.

6. Panis cibus eſt, cujus nunquam nos capit faſtidium: hunc omnibus cibis permiſcemus; hujus appetitum quoque ægrotantes ultimò amittimus, & primùm denuò recuperamus: ineſt nempè pani ☾ acidus volatilis, fermento ſtomachali amicus.

7. In animalibus etiam illis, in quibus acidum exſuperat, aſſumpta veluti ab acido corroſa deprehenduntur; hinc ſtruthio-camelum fruſta ferri nondum totaliter digeſta ano rejeciſſe, quæ in ☉ arroſa apparuêre, teſtis eſt Kircherus. Acidum hoc in avibus potens eſt adeò ſæpè, ut argillas, cretam, lapillos, &c. devorare pro illius ſaturatione cogantur; terras enim illas imbibere acidum, notum eſt.

8. Eo inſuper tempore, quo cibos conficiunt, ſi ſecentur ventriculi animantium iſtorum, ſummè acutos penetrantes acidulos eructare ☾ deprehendimus, qui oculos naresque vehementer feriunt, uti hoc illuſtrat Thomas Cornelius Conſentinus *in Progymnaſm.* 6. *p.* 227. *de Nutritione.* Sæpiùs cruſta ventriculi mucoſa deprehenditur acida, nunc guſtu, nunc affuſione ☾ urinoſi volatilis, cum quo fit effervescentia.

9. Denique acida, ſucci citri, omphacium, digeſtionem reſtaurant, eſurina hinc audiunt; nam ſimilia ſimilibus conſervantur, unde ſimilis eſt vel cauſa digeſtionis vel digeſtio ipſa, quæ à ſimili reſtauratur; cùm amara anima quaſi hepatis ſint, cujus balſamus eſt amariſſima bilis.

Sed ad præternaturales cauſas confugiunt acidi fermentativi oſores, & acida in ſtomacho reperibilia, aut vomitu rejecta, alimenta corrupta fuiſſe ſtatuunt: ſed, ut præteream ea, quæ in ſtomacho verè corrumpuntur, amareſcere potius, unde lac aſſumptum intra horam corrumperetur, & in nidorem degeneraret? hâc enim ratione cibi omnes non digererentur, ſed corrumperentur, cùm in ſtomacho ordinariò omnes aceſcant. Dein cùm volucres (quorum tam potens eſt acidum ſtomachi) gas illud acre eructent, committi hîc fallaciam non cauſæ ut cauſæ, aſſerunt; dum verò ulteriùs urgent, non eſſe aperiendos ventriculos animalium, dum cibos conficiunt, quia acidus liquor tunc reperibilis ex aſſumptis ſit; ſciant, in vacuo ventriculo vix reperiri adeò ſenſilia acidi veſtigia, quia tunc inſpiratio fermenti ferè ceſſat, quod in ſpecie occaſione alimentorum

Digitized by Google

rum ſingeſtorum copioſiùs eò derivatur: adeoque eo tempore, quo cibaria conficiuntur, aperiendos eſſe ventriculos, ut acidi odores naribus percipiantur, ſuprà ex Conſentino monui.

Obſervandum autem hîc imprimis, maximam eſſe fermenti hujus digeſtivi in animalibus varietatem: quælibet ſcilicet animalium ſpecies ſpecifica ſua habet fermenta, in acido tamen plus minus ſymbolizantia; unde coquit una ſpecies hoc, quod alia absque læſione ferre nequit, imò in ſingulis animalium individuis pro circumſtantiarum varietate inſignis ejus eſt diverſitas: ſic v.g. in homine ratione ætatis, ſexus, alimentorum, ſtatus ſani vel ægri, maxima in ſapore acrimonia, volatilitate, aliisque ejus proprietatibus eſt fermenti diverſitas, quod nulli videri poterit abſurdum, qui mirabilem ☉ium varietatem ex alia, atque alia, tàm inter ſe quàm cum aliis particulis commiſtione oriundam, indeque multiformes reſultantes proprietates, & agendi varietates, conſideraverit: unde fermentum hoc nunc erit magis acidum, nunc acido-☉ ſum, nunc acre, nunc inſipidum, nunc ſingulari acrimoniâ præditum, nunc alio quodam ſingulari ſapore inſignitum; de quo vid. Kergerus, Mœbius & Conſentinus locis ſuprà citatis.

Fermentum hoc in copioſa fluidi corporis ſeu ſucci menſtrualis ſubſiſtentia in ſtomacho non exiſtit, ſed inſpirari ſaltem illud eidem, ſub alimentorum imprimis digeſtione, adeoque parva & à priori inſenſibili mole ibidem, præſertim circa parietes rugoſos, rectè ſtatuitur ab Helmontio. Nempe, ut ſimili aliquo negotium hoc intelligibilius reddatur, res parilis ferè atque in cado aceti evenit, ▽m etiam ſimplicem aut pluvialem ſolo ſuo odore fermentativo imprægnante, & ita in ✝ transmutante: in cado nimirum illo, ejusque alleribus, non niſi fracedo quædam, vel acor, quomodocunque vocitetur, fuit inhibitus, qui ſimilem mutationem effectivè & realiter inducit, ſolâ ſaltem odoris quaſi ſui inſpiratione: atque hac de cauſâ fermenta hæc vitalia Helmontius ſub nomine odoris, vel cujusdam qualitatis, ſeu fracedinis, explicare ſolet. Neque proin etiam ſimilem effervescentiam, motumque fermentationis, fermentum hoc excitat, prout illa in panis vel vini confectione ordinariò ſolent; vis tamen illa ſeu odor aut fracedo, cùm ſeſe corporeorum ad inſtar fermentorum, imò multò magis adhuc in minima transmutati, qualitate ſuâ ſe explicet, fermenti nomen accepit ab Helmontio, retinetque: unde in ſuibus non coagulum in ventriculo, ſed ipſe ventriculus exſiccatus & depuratus pro ſeparatione caſei à lacte ſumi ſolet: vid. *Acta Haffnienſ. loco ſuprà citato.*

Quoad originem fermenti hujus digeſtivi fert quorundam opinio, innatum hoc eſſe ſubſtantiæ ſtomachi, in eoque ſubinde reſtaurari & renovari; quod tamen minus placet, cùm digeſtio & appetitus quandoque abeant & redeant, v.g. in febribus; unde non ipſius ſtomachi fermentum illud proprium eſſe, patet. Sed potius videtur oriri ex lympha certa, per tunicam intimam glandulosam ventriculi pedetentim transſudante. Cui ceu vehiculo appropriato, ſe jungit ſpiritus animalis volatilis, ex nervis inſignioribus & copioſis, ad ſtomachum derivatus, quæ ſententia præſertim eſt Johannis Mayow Tractatu: *de Motu Muſculor. cap. 5. pag. 55.* ita ut primariò fermentum oriatur ex ſpiritibus animalibus, per nervorum ductus in membranas ventriculi depoſitis, & ibidem ſpeciali lymphæ, membranæ glandulosæ ſociatis, è quibus utrisque per vaſa excretoria glandularum in ventriculi cavitatem ingeſtis inſpiratis, liquor ejus fermentativus componitur. Hinc acidum fermenti ex lympha iſta originem ducit, vis autem ſpecialis fermentativa, & vitalis iſta chyli alteratio à ſpiritu iſto animali primariò dependent: hinc eſt, quod accepto triſti nuncio ſubitò omnis pereat appetitus, anteà ſalvus, & quod ab aſſumptis mox pravetur ſtomachus, ac à gravi terrore & iracundia mox comedere, ſanitati maximè averſetur; ex imaginatione cibus mox horridus & nauſeoſus, & hinc difficillima digeſtio redditur: quibus conferantur argumenta à *Mayow* adducta, nempe ſi quis poſt paſtum mox ſtudiis incumbat, ita ut ☉-animales in cerebro detineantur, digeſtionis munus, ob ſpirituum animalium defectum, non ritè perficitur. Sub ingeſtione ergò alimentorum irritato ſtomacho ſpirantur copioſiores ☉-animales, qui excipiuntur uberiori lympha per glandulas ſimul excreta, à quibus junctis penetrantur alimenta, & ita ad fermentationem chylificatoriam perducuntur.

Sunt non pauci, qui ſolas reliquias alimentorum acidas, in rugis ſtomachi contracti reſtitantes, pro fermento agnoſcunt, & hac ratione eas fermento in panificio comparare aſſolent; ſed minus concinna hæc ipſa videtur hypotheſis. Nam alimenta, eorumque reliquiæ, aut à ſeipſis, aut ab alio, acorem fermentativum contrahunt: ſi ab alio, de hoc redit quæſtio, quid & quale hoc ſit? & ſic ad peculiare acidum fermentum tandem abeundum; ſi verò à ſe ipſis, quæritur, unde & quomodo acor hic emergat? unde enim eſt, quod in febribus, appetitu deficiente & dige-

Digitized by Google

digeſtione ceſſante, alimenta ingeſta acorem non contrahant, quin in his nidorem acori contrarium concipiant: unde eſt, quod abſente acido in ſtomacho quælibet ingeſta corrumpantur, & putrilagine inquinentur, ceu in calido ac humido loco, & non aceſcunt; econtrà præſente fermento acido, cujus indicium vel ructus acidi ſpirituoſi, vel appetitus naturaliter ſtimulans, citra talis corruptelæ aut nidoris præſentiam, alimenta digerantur, à quo ita ingeſta alimenta eorumque reliquiæ, ſi ſponte ſuâ acorem contrahere debeant, ante illam ſui aceſcentiam à putredine præſervantur & defenduntur.

Præter has reliquias ſaliva etiam vel pro principio, vel pro componente ſaltem, fermenti digeſtivi habetur. Sed hæc parum ad fermenti conſtitutionem conferre videtur, cùm ſimplici huic liquori lymphatico vis talis alterativa ſingularis minimè convenire queat; ſiquidem, dum mutantur cibi in chylum, non nuda ſaltem alteratio, aut permutatio eſt, ſed chylus novo ac vitali, & tali individuo ſpecifico charactere inſignitur. Potiùs ergò menſtrui loco ſaliva alimentis ſub maſticatione permiſceri, & ſub digeſtione continuò deglutiri ſolet, ut macerata ita alimenta eò commodiùs digerantur.

Fermentatione ergo alimenta dum chylificantur, unum interim citiùs quàm alterum in chylum transmutatur, illo, quod jam in chylum abiit, ad inteſtina per pylorum deſcendente, parte crudâ in ventriculo remanente pro ulteriori digeſtione: ſimul enim ac deglutita ſunt alimenta, ſtomachi utrumque os ante clauditur per fibras nerveas circulares, à quibus ſphincteris inſtar orificia arctantur; ſaltem per orificium ſiniſtrum, ſuperiùs amplum, inferiùs arctum, facile quidem aliquid deſuper admittitur, nihil verò, ne flatus quidem, niſi cum impetu, emittitur, ut in ructibus patet. Reliquæ corpus ventriculi conſtituentes fibræ & membranæ ſtomachum moderatè ita ſtringunt, ut cibus ubique comprehendatur, non autem nimis comprimatur, nec tamen proprio pondere in fundo fluctuet, ſed ſpatium conveniens habeat pro fermentationis & turgeſcentiæ motu, donec pars digeſta reliquis ſupernatans pylorum laxet, & ad ſui emiſſionem ſtimulet, è cujus apertura, reliquis ventriculi fibris ſe modicè ſtringentibus, chylus ad inteſtina delabitur: vid. Walæus *Epiſt.* I. quæ appenſa eſt Anatomiæ Bartholinianæ.

Omnia interim per fermentationem inter ſe agitantur & confunduntur: non ergò ſcrupulosè adeò certus ciborum aſſumendorum obſervandus eſt ordo, cùm non eo, quo ingeſta fuêre ordine, ſituentur, ſed à potu etiam invicem permiſceantur, niſi interdum à voracioribus, cibos ſolidos parum manducantibus, aut parvo nullovè potu utentibus, ſitum iſtum ad tempus ſervent.

Chylus ita confectus eſt liquor moderatè albicans & ferè lacteus, præſertim in genere humano, quem colorem ipſi ſubacida fermenti digeſtivi vis conciliavit, præcipitando quaſi pinguedinem alimentorum ♁eam, unde talis color emergit, nec ſecus ac acidum quodlibet, ſolutionibus pinguium vel ſulphureorum per alcalia factis, affuſum, lacteum liquorem emergere facit. Quod enim ſub digeſtione prima pingues & ♁eæ particulæ exaltentur & emergant, videtur manifeſtum ex quadrupedibus, quæ etiam ex gramine, fœno, &c. lac, butyrum, adeoque pinguedine turgida, eliciunt, ratione cujus olei ſeu pinguedinis ♁eæ ab acido alteratæ, nec perfectè cum vehiculo aqueo unitæ, color talis albidus lactis & chyli emergere ſolet.

Tempus, quo negotium hoc abſolvitur, eſt varium, quæ varietas dependet

1. A cibis, qui nunc ſunt vel facilioris vel difficilioris digeſtionis, nunc appetiti, vel non appetiti, nunc conſueti vel inſueti.
2. A fermento; quod nunc fortius vel debilius, nunc fixius vel ſpirituoſius, nunc cibis magis appropriatum, vel minus tale: Huc & ætatis ratio pertinet.
3. A ventriculo, qui nunc ſtrictus vel laxus, & pituitâ vel alienis humoribus & cruditatibus vacuus vel plenus, ſenſilis vel inſenſilis, &c.
4. A vitæ genere, ſedentarii alimenta tardiùs & debiliùs digerunt, propter defectum motus; laborioſi autem citiùs: nam motus fermentationem adjuvat, & motus corporis humores reddit acriores.
5. A tempore, quod nunc diurnum vel nocturnum; hinc corpus vel movetur, vel quieſcit, vel ſedet vel jacet.
6. Ab animi affectibus, qui coctionem vel promovent, vel augent, vel imminuunt aut turbant.

In genere tamen probabile videtur, coctionem abſolvi in nobis intra 6. horas diurnô tempore, & intra 7. vel 8. horas nocturnô; ita ut interdiu citiùs, ſed noctu perfectiùs, contingat chylificatio.

CAPUT VI.

De

Chyli in Intestinis Alteratione & fæcum separatione.

CHylus ex alimentis productus naturaliter observatur subacidus, interdum subdulcis, nonnihil viscidus, utplurimum albicantis, rarò alterius coloris, pro assumptorum nempe varietate, fermentique constitutione; est, uno verbo, instar pultis dilutioris, vel instar lactis paulò crassioris, in quo, licet quoad sensum, homogeneo, insident tamen adhuc non paucæ partes heterogeneæ, excrementitiæ, & quasi caseosæ, in intestinis, separandæ; quo à purioribus corporis œconomia conservetur, nec ab impurioribus lædatur: quin etiam ipse chylus, ut pro ulterioribus usibus, tam in sanguinis redintegratione quàm corporis nutritione eò melius sufficiat, debitam ac ultimam sui perfectionem in intestino duodeno acquirat.

Quod ergò ulteriorem chyli in intestinis perfectionem attinet, dependet hæc ipsa à balsamo bilis; recrementorum verò fæculentorum separatio dependet à bile & succo pancreatico simul; illa fit per modum condituræ, hæc per modum præcipitationis. In intestino ergo duodeno, haud longè à pyloro, chylo obvia fit bilis, per vasa cholodocha excreta, & lympha pancreatica, ipsique exactè permiscentur. Illa verò, cùm constet sale volatili temperato, copioso oleo, cum aquæ sufficienti quantitate dilutis invicem, chylum intimè penetrat, ejus crassitiem insigniter attenuat, eumque sic mobiliorem & fluidiorem reddit: sin hic simul nonnihil sit acidus, acorem ejus sui conjunctione beneficio ☉is alcalini corrigit, & in salsum volatile simul transmutat. Cùm enim quodcunque acidum manifestum seu sensile corpori extra stomachum sit inimicum, mox tali chylo occurrit bilis in duodeno, quæ sale suo oleoso & urinoso acidum hoc egregiè temperat, eumque chylum fermentativo motu alterat: vid. Helmontius *Tract. Sextuplex digestio*, Mayow *de motu musculor. pag.* 57. & Sylvius *Disputat. Medica* 7.

Primus hic fuit usus, ob quem chylo permiscetur bilis. Secundus, isque admodum probabilis est, communicare chylo pro faciliori sanguificatione primam dispositionem, beneficio olei seu sulphuris sui tingentis, quod in se rubini instar nitet, in bile autem flavescit instar rubicundæ auri ℞æ, sub corpore flavescente absconditæ. Quando enim bilis destillatur, prodit ☍ instar sanguinis rutilantis, & nil novi, quod subjecta ♃ea attactu aloalium rubescere soleant, sicut ♃ commune attactu ☉☿ colorem rubrum acquirit: Unde, quando pictores colores lucidiores volunt reddere, addunt fel seu bilem, cùm omnis color ruber ex ☉e volatili cum oleo volatili digestis, sicut & ex ☉e volatili cornu cervi & ♈ ℞ rubicunda oritur. In chylo inchoata hæc pro sanguificatione ℞ est invisibilis, cùm tam ab ipso chylo acido, quàm admisto pancreatis succo obtundatur; cum non rarum sit in chymia, liquores sanguine rubicundiores affusione acidi albescere & lactescere, ut in lacte ♃is notissimum. Vitiato ergò bilis ♃e, morbi ex deficiente hæmatosi orti, v. g. icteri, hydropes, cachexiæ, fœdi virginum colores, &c. in promptu sunt: de quo vid. Tackius *in Chrysogon. Anim. & Miner. pag.* 19. *&* 20. Mœbius *in Fundament. Medic. Physiol. pag.* 368. *&* 369.

Tertius, quem bilis chylo præstat, usus est, quod eum vi suâ balsamicâ, ratione ♃eæ seu oleosæ cum salinis particulis concentratæ naturæ, à corruptione, & putredinis quacunque labe, hinc & verminatione, præservet; quàm facilè enim corpus, ejusque humores, in putredinem dilabantur, notissimum est, & in specie chylus ob assumpta, tam animalia quàm vegetabilia, facilè putrescentia & verminantia, vermibus admodum est obnoxius. Necesse est ergò, ut ipsi, & eo mediante, reliquo corpori ejusque partibus aliquod remedium præservativum admisceatur. Jam verò bilis, tàm interno quàm externo usu, vermibus, ceu putredinis inseparabilibus comitibus, est inimicissima, unde etiam, quamdiu in intestina dilabitur naturaliter constituta, nulli unquam generabuntur lumbrici, cùm econtrà ex obstructo ejus meatu subitò iidem propullulent; unde Helmontius dicit: Ubi deficit bilis, ibi lumbricorum patria. Notum etiam est, quælibet pinguia ♃ea, cum sale volatili plus minus concentrata, indeque acria, penetrantia, plus minus amaricantia, &c. balsamica dici, ob vim putredinem corporum animalium arcendi, cujus naturæ & texturæ etiam bilis observatur; adeoque in viventibus bilis est id, quod in mortuis à putredine præservandis est aloë, myrrhavè, quamlibet nempe arcens corruptelam: unde etiam hujusmodi simplicia amaricantia, absinthium, centaurium minus, rhabarbarum, &c. & vermes in quocunque loco enecant, & sanguinis ex deficiente vel vitiata bile defectibus medentur, cum bile scilicet in sua natura symbolizantia.

Præter dictam perfectionem, quam chylus in intestinis à bile recipit, ulteriùs separationem patitur fæculentiarum à nutritivo chymo,

Digitized by Google

chymo, quæ fit mediante quadam præcipitatione, quaſi caſeoſæ partes ceu inutiles, à nutritivo cremore ſegregandæ ſint. Jam verò nihil ſe ipſum ſeparare valet; unde aliquid adſit neceſſe eſt, quod ſeparationem inſtituat.

Præcipitatio ergo hæc & ſeparatio fit beneficio duorum ſuccorum diverſorum, bilis nempe & ſuccì pancreatici ſimul, à quibus ita diſponitur chylus, ut & recrementa fæculenta ex eo recedant, & ſubtilior laudabiliorque ejus pars in vaſcula lactea commodiùs transcolari poſſit.

Fit autem non omnimoda ſecretio contenti à continente, ut in chymicis fit ſeparationibus, ſed craſſiores tantùm & viſcidiores ſeparantur fæces, reliquis chymi partibus cum liquoris præcipitantis maxima portione ſe jungentibus, & ità amicè coëuntibus.

Modus ſeparationis hic conſiſtit in eo, quod nempe cum bile, dum diluit, penetrat & temperat hæc chylum, in homine ſimul, paulò inferius verò infrà inſertionem ductus cholodochi per ternos digitos transverſos in equo, ove, aliisque quibuſdam animalibus, permiſceatur ſuccus pancreaticus, per ductum peculiarem, ab Inventore Virſungianum dictum, ad inteſtina delatus, qui ſæpius repertus eſt plus minus acidulus, interdum ſalſus, rarò inſipidus alteriusvè ſaporis; hinc acidum illum exiſtere Sylvius, Græff, Svvalbe & Schuyl docent; alii verò dulcem & lacteum, v. g. Bettus; alii inſipidum, v. g. Needham & Lovverus; alii ſalſum, v. g. Pechlinus, de quo vid. Græff *in Tract. de ſucco Pancreatico*, & in Blaſii *Commentar. in Anatom. Veslingii*; item Sylvius *diſputat. Phyſiol.* 2.

Hic ergò ſuccus dilutum & fluidiorem à bile factum chylum etiam ſubintrat, & aciditate vel ſalſedine ſuâ quodammodo ſtyptica, craſſiores chyli partes ſeparat, easq; quaſi blandè coagulando, ſponte ſecedere facit, cum iisque ſeſe partim permiſcet, partim verò cum chymo laudabili, à bile perfecto, in unum corpus abit, ad maſſam ſanguineam ablegandum.

Hanc ab his duobus ſuccis fæcum ſeparationem confirmant ii, qui cœliaco laborant affectu, item ictero, in quibus ex horum ductuũ obſtructione, impedito liquorum transitu ad inteſtina, fæces chyloſæ excernuntur.

Prout ergo naturaliter vel præternaturaliter conſtituti ſunt hi ipſi ſucci, bona vel mala etiam fit chyli alteratio, & excrementorum ſeparatio: indeque quamplurimorum morborum Chronicorum primæ exſurgunt origines.

In his tamen, & in ſpecie præcipitatione illa, quoad excrementorum alvinorum productionem, acquieſcere non vult Helmontius *Tract. Sextuplex digeſtio*, item *de Flatib.* & alibi paſſim, ſed fermentum quoddam ſtercoreum ſeu corruptivum in inteſtino cæco ſtatuit, beneficio cujus omnium alimentorum reliquiæ in inteſtinis easdem qualitates, ſub ſpecifica animalium differentia, contrahant. Sed fictum eſt fermentum hoc in inteſtino cæco ſtercoreum, cum jam in ileo fœtor quidam appareat, utut propter admiſtas adhuc particulas chyloſas adeo cadaveroſus non ſit. Bili ergò potius & ſucco pancreatico officium hoc tribuo, præprimis cum natura nunquam corruptionem aliquam intendat, ſed hæc per accidens, particularum nempe componentium alteratione & deſtructione fiat; adeoque fermento quodam corruptivo opus non habeat.

Hæc ipſa omnia ſi ritè ſe habuerint, talis fæcum ſeparatarum emergit conſiſtentia, ut ſub debita fluiditate in tenuibus, & ſub moderata liquida craſſitie in craſſis inteſtinis, ſucceſſivè ad rectum uſque perveniant, & per ejusdem os excludantur. Fit itaque hæc excretio fæcum non præcisè ob ſtimulum à bile inditum: nam quicquid hæc tribuit, ſaltem majorem fæcibus fluiditatem conciliando præſtat, quæ aliàs ab acido, tàm ſtomachi quàm pancreatis, ſub ſpiſſiori conſiſtentia quaſi condenſatæ, difficulter per inteſtina moverentur, ut in hypochondriacis v. g. & ſcorbuticis patet, in quibus acidum dominatur, bilis autem vel vitioſa vel defectuoſa eſt.

Non autem ſtimulari inteſtina à bile, fæces aliquomodo inficiente, & ex eo evadit manifeſtum, quod fæces alvi non ſint acres, ſtimulantes, juxta Helmontium *in Tr. Sextupl. digeſtio*, ſed vel inſipidæ, vel ſubdulces, aquoſæ; quoniam bilis, ſi aliquis ſubſit amaror, partim ab acido chyli, partim ab acido pancreatico, plus minus manifeſtis, vel occultis, temperatur, ita, ut omnia iſta invicem miſta in ☉ ſum moderatum, vel ſubdulce inſipidum, abeant. Nempe & clyſteres emollientes ſine ulla acrimonia, ſolummodò ſuâ fluiditate, inteſtino recto incumbentes idem ſtimulant pro fæcum excluſione; ſicut etiam ⊡ ſolummodò nimiâ copiâ veſicam diſtendendo ſine acrimonia excretionem urget, & per conſenſum vicinitatis alvum ſubinde ſtimulat. Aliàs etiam quælibet aſſumpta, quò magis fluidas reddunt fæces, eò magis ſtimulant, & alvum reſeratam ſervant.

Hi duo liquores, bilis & ſuccus pancreaticus, præter dictos uſus etiam motu ſuo per inteſtina pituitam ſeu mucum, internis inteſtinorum parietibus adhærentem, colliquant, attenuant, & incidunt, & ſic cum eo partim per ordinarios ductus ſanguini infunduntur, partim verò per alvum exonerantur. Eſt autem

Digitized by Google

autem mucus ille inteſtinorum nihil aliud, quàm ſpiſſior paulò chyli ſecreti pars, dum ejus tenuiores portiones per inteſtinorum foraminula transcolantur, relicta, quæ oblinendo inteſtina, ab illorum ſuccorum præterfluentium acrimonia eadem defendit, & lubricando eadem, chyli fæcumque motum faciliorem reddit.

CAPUT VII.

De

Chyli ſecreti per Inteſtina Transcolatione, & ad alias Partes Diſtributione.

SEparatus ita in duas partes chylus, ſubtilior ejus & tenuior ac fluidior pars per porulos inteſtinorum ita figuratos ac conformatos, ut cremorem hunc lacteum ſolummodò admittant, craſſiores verò partes, iſtis poris non proportionatas, imò etiam flatus & aërem, excludant, in vaſa lactea influit, leniterque ab iisdem quaſi abſorbetur, reſtitante ejus parte paulò viſcidiore ſub ſpecie muci; pars verò craſſa excrementitia ſenſim ſenſimque ad inteſtina, craſſa dicta, motu inteſtinorum periſtaltico ablegatur, ubi ſub forma ſtercorum excluditur, dum in recto inteſtino conſtituta moleſtiâ aliquali & fluido pondere idem ad ſui excretionem ſtimulant; quæ tantò eſt major, quò fæces ſunt fluidiores, aut magis flatulentæ; tantò minor, quo eædem craſſiores.

Motus hic inteſtinorum periſtalticus, ſeu lumbricalis ita dictus, quod in annulos ita moveatur, fit à fibris ſpiralibus, mediam tunicam inteſtinorum conſtituentibus: vid. Sylvius *Diſſertat.* 2. Hujus motus exemplum videbitis in Helmontii *Tractatu de Flatibus* §. 48. Ridicula igitur eſt colicæ cura veterum, orta ex excrementis alvi induratis, qui applicarunt podici follem, **und haben darmit die** inteſtina **aufgeblaſen.** Utut enim inteſtina maximè diſtenduntur, per porulos tamen inteſtinorum nil exit, quia inſertiones vaſorum lacteorum, per quas ſubtilior pars chyli eadem influit, non ſunt rectæ, ſed inter membranas inteſtinorum obliquæ, de quo vid. Lowerus *Tractatu de Corde p.* 212.

Chylus autem quomodo & per quæ vaſa ex inteſtinis ad reliquas partes deferatur, ſemper admodum controverſum fuit, unde etiam tanta dubia de organo ſanguificationis & nutrimento partium oborta fuerunt.

Harvæus & Bilſius veteresque Galeni ſectatores ex inteſtinis attrahi à venis meſaraicis rubris chylum ſtatuerunt, & ad hepar transvehi, in cruorem & ſpiritum naturalem elaborandum, inde & facultatem naturalem in hepate collocarunt, & ſimul contrarium chyli & ſanguinis motum in meſaraicis finxerunt.

Inventis verò poſtmodum Anno 1626. die 23. Julii à Caſparo Aſellio, Ticinenſi, vaſis lacteis, à colore & proprietatibus contenti liquoris ſic dictis, per has ad hepar motum chyli omnis promoveri creditum fuit, de quo vid. Walæus *in Epiſt. de Chyli & Sangv. motu*, & *Tract.* Aſellii *de venis lacteis.*

Cùm ergò Pecquetus Anno 1650. & 1651. trium annorum obſervatione confirmatum ſuum noviter inventum receptaculum commune in brutis, unà cum ductu thoracico ex eo ad venas axillares usque protenſo divulgaſſet, & Bartholinus loco illius brutorum receptaculi glandulas ſuas lumbares in homine demonſtraſſet, creditum omninò fuit, duplicem eſſe chyli motum; partem nempe chyli craſſiorem ad hepar per lacteas, circa venam portæ ſurſum tendentes, partem verò tenuiorem ad chyli receptaculum commune per reliquas lacteas deferri, ex quo per ductum thoracicum in ramum axillarem ſiniſtrum infundatur, ut cum ſanguine per venas redeunte miſtus, ad dextrum cordis ventriculum mittatur; & ſic negotium ſanguificationis fuit bipartitum; nempe pars una fuit aſſignata cordi, reliqua verò pars hepati, ut primum fundamentum ſanguificationis ita accipiat. Imò in mulieribus lacteas quasdam meſenterii ad uterum deferre chyli partem pro nutrimento fœtus, & ramulos quosdam, licèt nondum viſos, à lacteo thoracico ad mammas lactis chyloſam materiam devehere, & ex iis etiam ſeroſam materiam ad renes transferri ſub ☐æ forma poſt paſtum excernendam, probabiliter ſtatutũ fuit: vid. Pecquetus *in Tract. de Receptac. Communi*, item Bartholinus *Tractatu de Lacteis thoracicis.*

Sedulitas Anatomicorum tandem usque eò proceſſit, ut à Bartholino, Dano, Olao Rudbeckio, Sveco, & Joulivio, Anglo, ferè eodem tempore, licet diverſis in locis, circa annos 1651. & 1652. vaſa lymphatica inventa fuerint. Qua occaſione ſimul obſervabatur, vaſa ex meſenterio ad hepar protenſa non eſſe lactea, ſed lymphatica, ſeroſam materiam ex hepate educentia (ſicut omnia reliqua lymphatica per viſcera & artus diſperſa, ex circumferentia corporis ad truncum thoracicum, & tandem ad cor, ceu commune centrum, liquorem contentum revehunt) unde nihil amplius chyli ad hepar & lienem convehi, ſed omnem receptaculo communi, & tandem cordi, infundi aſſerebatur; indeque cor ſanguificationis organum unicum proclamatum fuit, hepati exequiis in ſanguificationis negotio à Bartholino celebratis: quæ opinio

Digitized by Google

opinio communi Medicorum applausu, pauciſſimis, imò ferè nullis apertè renuentibus, recepta fuit.

Lugebat hepar ſuam cladem, dum novæ ex inſperato ipſi feruntur ſuppetiæ à Ludovico Bilſio, Nobili Flandro, qui à tenera adoleſcentiæ ætate, decimo tertio ſcilicet Anno, uſque ad ſenectutem ingruentem Anatomiæ operam dando, præter artificioſam cadaverum condituram, & incruentam eorum ſectionem, Anno 1660. ſe invenisſe divulgavit, quod alimenta in chylum transmutata, præter ſeparationem inutilis ab utili in inteſtinis, ratione vaſorum lacteorum & meſaraicorum, dividantur, ita, ut in communiter ſic dicta lactea pars ſubtilis tenuiorque inſtar roris per anguſtos meatus transſudet, & ad receptaculum commune transferatur, unde per vaſa communiter ſic dicta lymphatica, (ab ipſo verò ob liquorem contentum vaſa rorifera appellata) ſurſum partim in cor, & reliquas partes, partim verò deorſum, uno verbo, in omnia membra deferatur; craſſior verò ejus ſucci in inteſtinis pars propriè chylus dicta vaſa meſaraica ſanguiflua ex inteſtinis ingrediatur, ad hepar amandanda, pro ſuſcipiendo ibidem ſanguinis rudimento, quod abſolvatur tandem in corde. Ita ut Bilſius non tantùm hepar anteà ſepultum de novo reſuſcitaverit, & venarum meſaraicarum munus de vehendo chylo denuò reſtaurarit, ſed etiam rorem ſuum, ab aliis lympham appellatum, in vaſis roriferis ex centro, h. e. receptaculo lumbari, ad circumferentiam corporis quaquaverſus moveri aſſeruerit, quod omnibus, qui de lymphaticis mentionem fecerunt, omnino contrariatur. Commentatores ejus pro materia lactis, ſeminis, lachrymarum, ſalivæ, ☉æ, ſinoviæ, & nutrimenti fœtus, rorem eundem venditant, uti videre eſt in Deuſingii Epiſtola ad Bartholinum de hepatis reſurrectione, item in *Append. Exercit. de Nutrim. Corporis Elaboratione.* Zaſius etiam, Medicus Amſtelodamenſis, hæc Bilſii aſſerta peculiari ſcripto Belgico de ▽ animalium ſextuplici Helmontii digeſtioni accommodavit.

Ex his, quid verum ſit, ſtatuere, res omninò difficilis videtur: probabilius tamen & chylum omnem ex inteſtinis in vaſa lactea exprimi, id quod αὐτοψία evincit, qua notum, quartâ vel quintâ poſt paſtum horâ à vaſis lacteis turgidis & albicantibus hunc per meſenterii glandulas ſucceſſivè ad receptaculum lumbare (quod in homine non conſtituunt glandulæ lumbares Bartholinianæ, hæ enim vicariæ ſunt magnæ iſtius meſentericæ glandulæ brutorum; ſed præfatum receptaculum in homine etiam membranoſum inſtar iſtius, quod in brutis reperitur, obſervavit non tantum Rudbeck in *Tabulis Anatom.* ſed etiam Diemerbroeck *in ſua Anatome p.* 87. bis in homine vidit) devehi, ibique cum lympha, ex inferioribus ramis adſcendente, & in dictum reteptaculum confluente, permiſceri, dilui, & ſic ulteriùs, continuato pulſionis motu, per ductum thoracicum in venam axillarem ſiniſtram infundi, ibique cum lympha, ex ſuperioribus ramis deſcendente, denuò permiſceri, tandemque in cordis dextrum ventriculum cum ſanguine unà influere.

An verò præterea chyli aliqua portio ad hepar quoque perveniat? nondum ſufficienter probatum eſt; & an hoc per ramulos quosdam lacteos, an verò per Veterum venas meſaraicas fiat? valde adhuc dubium exiſtit. Liquor Bilſii griſeus, vitro fuſo ſimilis, in venis meſaraicis, nemini, licet experientia ſæpius facta fuerit, niſi ipſi ſolùm apparuit.

Sunt, qui colorem & odorem croci, à brutis copioſius aſſumpti, in liquore poſt paſtum hauſto in venis meſaraicis ſentiri aſſerunt. Sunt, qui ex purgantibus propinatis liquorem ex venis meſaraicis hauſtum brevi pòſt paſtum purgare dicunt, ſed neutrum ſufficienter conſtat. Moderni verò nonnulli, reſuſcitationi hepatis faventes, experimenta quædam de motu chyli ad hepar promere promiſerunt, quæ ipſa adhuc expectamus.

Cæterùm aquoſiores aſſumptorum partes in primis quoque viis ex chylo ſecerni, & antequam hic cum ſanguine permiſceatur, immediatè ſeparari, cita potulentorum in bibonibus, ferè ut aſſumpta ſunt, ſub ☉æ ſpecie excretio perſuadet; ut & diabete, acidularum tranſitus; aſſumptorum v. g. ſeminum aniſi & coriandri integrorum cum urinis cita excretio; odor urinæ violaceus ex terebinthina; color croceus ex comeſto croco, ſanguineus ex ſucco opuntiæ, luteus ex aſſumpto rhabarbaro, &c. ſed per quas vias cita hæc excretio pertingat, obſcurum eſt. Probabile videtur, chylum copioſum per vaſa lactea in meſenterio ad glandulas delatum, ibi pati ſecretionem quandam utilis chymi ab inutili aquoſa materia, & quod hæc poſteà ceu ſerum chyli per vaſa ſui generis ad partes ☉rias amandetur; hinc rectè urget Helmontius, dicendo: Diſcite urinam potus ab urina cruoris ſecernere; quaſi nempe illa in meſenterio à chylo, hæc in renibus à ſanguine ſeparetur, de qua ☉ potus & chyli vid. Deuſingius *in Diſſertat. de Alim. Depurat. pag.* 146. & *in Append. harum diſſertat. p.* 333. & 334. Conferatur ſimul, quoad mirabilia ☉æ excreta Bartholinus *Centur.* I.

Digitized by Google

Histor. Anat. 68. item M. A. N. C. *Ann.* 2. *Observat.* 3. *pag.* 4. de nova via seri ad renes *Obs.* 157. *pag.* 248. *Observat.* 168. *p.* 266. & experim. ligaturæ ureter. *pag.* 401.

Lac non generari ex sanguine, sed ex succo paulò viliori & mitiori, scilicet chylo, vel materia chylosa, probatum videbitis in Deusingio *Dissertat. de lacte*, item in Charleton. *in Oeconom. Anim. Exercit.* 3. *de Galax. pag.* 25. item in Thoma Cornelio Consentino *Progymnasm.* 6. in Schneidero *l.* 3. *de Catarrhis cap.* 3. &c. & fœtum per os, item per placentam uterinam nutriri succo hujusmodi chylioso, ex quo primitus similiter ovum uterinum, conceptus materia, concrevit, videbitis in *Exercit.* Harvæi *de Generat. animalium*, item in Deusingio de Genesi microcosmi, item in Claudii de la Courvée *Tractatu de Nutrit. Fœtus in utero.* An autem hæ chyli portiones per vasa lactea, vel his similia, nondum tamen cognita, ad has partes deferantur? an verò ex chylo cum sanguine permisto, nondum subacto, sed adhuc crudo, & copioso sero diluto, ad has partes delato, in iis separetur à reliqua massa (quæ modernorum plurimorum est sententia) adhuc disputatur; reverà tamen chylus cum sanguine, ut undique per universum corpus rapitur, ita ante ejus assimilationem, quæ tardiùs subinde evenit, & lactis, & nutrimenti fœtus, & genituræ seu seminis masculini materia existit, & mediantibus partibus glandulosis ex sanguine separatus, lac, genituram, &c. constituit.

CAPUT VIII.

De *Chyli in Sanguinem Conversione Sanguinisque Fermentatione.*

CHylus lymphæ permistus in axillarem venam sinistram per ductum chyliferum thoracicum infunditur, ibique cum sanguine permiscetur, ab eo resolvitur, & subigitur, ejusque motu in cordis auriculam dextram, dextrumque cordis ventriculum, illabitur, ex quo ulteriùs derivatur per arteriam pulmonalem seu venam arteriosam in pulmones, ex his verò per venam pulmonalem seu arteriam venosam in cordis ventriculum sinistrum infunditur, ex quo per arteriam magnam seu aortam per totum corpus, tam sursum quàm deorsum, ulteriùs movetur.

Dum ita movetur chylus cum sanguine confusus, sensim sensimque subigitur, successivè permiscetur, in sanguinem similiter mutatur, quæ mutatio sanguificatio dicitur. In hoc negotio sanguificationis cor, ipsique annexa vasa, se habent tantùm purè passivè. & nihil quàm locum aut spatium his liquoribus pro motu concedunt. Est enim sanguificatio actio non organica, sed tantùm similaris, consistens in assimilatione chyli cum sanguine, hoc est, sanguificatio fit motu intestino seu fermentativo particularum, in quo consistit actio similaris; non verò fit motu locali sensili, ad quem organisatio partium requiritur, in quo consistit actio organica, qualis est colatio seri per renes. Vid. Harvæus *de Generat. Animal. Exercit.* 50. & 55. Glysonius *Anatom. Hepatis p.* 375. Charleton. *Oeconom. Animal. Exercit.* 4. Cornelius Consentinus *Progymnasm. p.* 273. & Wepferus *de Apoplex. pag.* 75. Hinc & ipsum cor, non secus ac reliquæ partes ac musculi suam vitalitatem, calorem, motum & activitatem, debet tantùm spiritibus & sanguini, per ejus ventriculos circulato; & per vasa coronaria, & sanguiferis & nervis, in ejus substantiam distributis: quibus deficientibus, & ipsum languet, & deficit, adeò, ut nec syncope sit cordis affectus, sed tantùm spirituum & massæ sanguineæ, de quo vid. Charleton *l. a. p.* 51. item Glysonius *l. a. pag.* 13.

Cor ergò non est parenchyma singulare distinctum ab aliis mollioribus partibus, uti Veteres statuerunt; sed musculus compositus, & musculorum in modum movetur, & ceu motus sanguinis localis instrumentum in corporis nostri machina hydraulica antliæ vicem gerit, inque eum finem formatum est, ut sanguinem venis exceptum in arterias, & inde in totum corpus, vibrante motu, transmittat, ita ut ejus actio simpliciter sit sanguinis ex venis in arterias transfusio, quod sufficienter per evolutionem Anatomicam demonstravit Lowerus *Tract. eleganti de Corde c.* 1. §. 3. conf. Schneiderus *de Catarrhis* & Nicolaus Steno *in Observat. Anatom. de Musculis & Glandulis pag.* 29. & 30. item *Myolog. Specimin. pag.* 751.

Transvasatio hæc sanguinis fit imprimis mediante sinistro ventriculo, qui propriè cor est, cujus appendix saltem est dexter, ut structura eorum cordisque fabrica demonstrant. Hic enim dexter propter pulmones saltem fabricatus est, ut ex eodem rectius & commodius ad hos (pro subeunda maximè necessaria ad vitam alteratione & ad sanguificationem perfectam dispositione) fiat sanguinis pulsio & per hos ad sinistrum ventriculum seu cor primarium promotio. Unde & animalia ea, quibus pulmones desunt, dextro cordis sinu carent, & contra, quæ pulmones obti-

Digitized by Google

obtinent, duplici etiam cordis gaudent ventriculo.

Transmutationem chyli in sanguinem fieri per elixationem à calore cordis innato. Veterum fuit hypothesis; cum qua modernorum quorundam congruit sententia, sanguinem repetito cursu ad cor delatum à flammula vitali, seu biolychnio, in ejus sinistro sinu flagrante, rarefieri, incalescere & quasi accendi, & ita chylum permistum simul attenuari, resolvi, subigi & alterari, & ita in sanguinem mutari. Sed cùm hæc sententia ex suprà dictis de principio vitali per se corruat; illorum videtur probabilior sententia, qui eandem per fermentationem fieri tradiderunt, de qua etiam ferè non ampliùs dubitatur: vid. Kergerus *Tract. de Ferment. pag.* 206. *& seq.* Willisius *de Febribus c.* 1. *&* 2. Item Deusingius *Disquisit. de Nutrim. Animal. Elabor. c. de Sanguificatione.*

Cæterùm dubium occurrit, an sanguis solus in se habeat vim fermentando assimilandi chylum, quatenùs spiritu vitali impræg natus est, & fermentativis particulis, copiosè turget, cum quibus chylus, beneficio continui motus & agitationis massæ sanguineæ per vasa & viscera delatus, per minima misceatur, subigatur & uniatur, donec perfectè assimiletur, eâ ratione, atque mustum vino confusum fermentando in vinum abit, aut vinum in aceto acescit; cujus opinionis sunt Charleton *in Oeconom. Anim. Exerc.* 4. *pag.* 53. item Glyssonius *in Anat. hepatis c.* 35. Needham *de formato fœtu c.* 13. *de Biolychnio*, Lowerus *de Corde*, *&* Eutius *de Circulat. sanguinis*; an verò in cordis sinub aliquod sit principium hujus transmutationis primariò effectivum, hoc est, certum quoddam fermentum spirituosum, à quo sanguis per venas effluens de novo quasi vivificetur, & chylus simul alteretur, donec successivè in sanguinem abeat; hujus sententiæ Patroni sunt Backius *de Corde*, Helmontius *hinc inde in suis scriptis, speciatim in Tract. Spiritus vitalis*, *Blas Humanum*, *item Sextuplex Digestio*, *&* Willisius *Tractatu de Fermentat. & Febribus.*

Cum priori opinione congruit ferè Sylvii sententia in *Dissertat.* 3. *de Sanguificatione*, super quam totam suam Praxin superstruxit, qui ex lympha acidula, cum sanguine per venas axillares descendente, & ex bile cum sanguine ex hepate per truncum venæ cavæ adscendente, talem, ob contrarietatem acidi ex lympha, cum sale urinoso ex bile in cordis sinubus effervescentium oriri vult, qua sanguis non tantummodo incalescat, accendatur & spirituescat, sed chylus etiam simul transmutetur. Hæc autem hypothesis plurimis premitur difficultatibus: nam

1. Iste bilis motus per hepar cum sanguine sursum omninò est incertus & dubius.
2. Lympha non est adeò insigniter acida, nec sanguis adscendens adeò biliosus, ut exinde tam vehemens tamque celeris fieri possit effervescentia; sunt enim omnia in corpore nostro temperata, imprimis si bilis & lympha
3. cum copioso sanguine misceantur, qui liquor istorum succorum suppositam acrimoniam non leviter mitigabit.

Fermentum peculiare non esse in corde, ex eo, propabile fit; quia

1. Nudè & simpliciter tantùm asseritur, nullâ verò vel probabili saltem ratione adstruitur.
2. Alterationes istæ, quas sanguis in præcordiis videtur pati ex ♎is inspirati activitate & permistione perspicuè magis explicari poterunt; id quod & experimento Loweri patescit. de Corde *pag.* 174. *&c.* dum sanguis in vena pulmonali idem cum sanguine, ex sinistro cordis ventriculo in arteriam magnam transeunte, observatur: Et sane ista de peculiari sanguinem alterante fermento, hypothesis enata videtur primitus ex eo, quod non satis ad vim ♎is inspirati, & inde sanguini inductam alterationem, respexerint.
3. Brevis ista mora sanguinis in corde non videtur congrua, alterationi â fermento inducendæ.
4. Origo, natura, & operandi modus istius fermenti penitus incognita sunt; unde perinde esse videtur, sive nescire nos sanguificationis efficiens & modum dicamus, sive à fermento peculiari eum fieri, differamus.

Probabilius ergò videtur, sanguinem ipsum, vitali spiritu impræg natum, chylum in sanguinem mutare. Nam

1. Dum in motu fermentativo existit, & præsertim ab ♎e inspirato, novo impetu ad fermentationem instruitur, materiam sibi in radice similem facillimè fermentativam sub actione assimilabit, sive in sui materiam transmutabit, instar vini infusum successivè mustum assimilantis.
2. Chylus ipse fermentativus & adhuc quasi mustaceus est, partim à fermentatione ex acido stomachi susceptâ, partim à bile permista, inde facilè fermentando alterabitur ulteriùs, & à bile prædispositus in rubedinem exaltabitur;

Digitized by Google

tabitur; adeò, ut quælibet ſuccorum in corpore fermentationes ſint ſaltem continuationes fermentationis ſtomacho inchoatæ.

3. Chylus pedetentim ſub crebrioribus circulationibus, & ita per continuatam cum ſanguine ſubactionem, tandem facillimè in ſanguinem abit; id quod perſuadet, ſucceſſivè eum à ſanguine ſubigi & alterari.

Pro meliori declaratione conſideranda prima ſanguinis generatio in fœtu, quæ abſolvitur ab aura ſeminali, ſeu ſpiritu genitali maris cum ſpiritu genitali fœminæ in ovo juncto, qui uti primitus totum conceptum ſeu ovum fœcundat, & in eodem generationem & formationem partium quarumcunque abſolvit per motum, quem rudimento fœtus communicat, ita ab hoc ipſo ſpiritu, calore & fœtu incubantis gallinæ excitato & adjuto, etiam hujus medio ſanguinem primò ſuo modo produci, poſſibile eſt: ita hic ~, dum in puncto ſaliente primò ſe manifeſtat, particulas minimas liquoris ſeminalis ſeu colliquamenti in & circà præfatum punctum ſaliens agitat & in circulum movet, easdem ſucceſſivo motu, accedente ambiente calore attenuat, aliqualem fermentationem excitat, donec repetitis circuitibus ex propriæ texturæ materialis ratione & diſpoſitione in talem liquorem rubicundum abeat, in tenui membranula, totum colliquamentum ambiente, primò apparentem, qui ſanguinem primogeneum conſtituit, quique poſtmodum novæ materiæ prædiſpoſitæ appulſu, & continuatâ agitatione minimorum fermentativâ, continuo multiplicatur & augmentatur ad perfecti usq; fœtus excluſionem; quâ factâ ultimum ſui complementum & debitam perfectionem, accedente aëre in pulmones inſpirato, demum conſequitur.

Chylus ergo ſanguini inſtillatur in vena ſubclavia ſeu axillari ſiniſtra, ibique cum copioſo ad cavæ truncum properante ſanguine, blandè adhuc fermentante, confunditur, ab eo attenuatur, ſolvitur & ſubigitur, & cum eo copiosè ex utroque cavæ trunco ad cordis defertur ventriculum dextrum, in quo nil præterea alteratus in pulmones expellitur: In his tota maſſa ſanguinea ex ♎e inſpirato, hujusque ⊖e ſeu ſpiritu nitro-aëreo (de quo vid. Mayow de ſale nitri & ſpiritu nitro-aëreo) penetralia ejus ſubeunte, inſigniter ex illius vi elaſtica rareſcit, novoque quaſi fermento inſpirato, tota ejus in pulmonibus præſens materia turgeſcit, inflatur, & intenſiorem concipit fermentationem; quatenus particulæ ejus maſſam conſtituentes, imprimis acidæ & urinoſæ, motu inteſtino inſignitur aucto, agitantur mutuò & commoventur: imprimis particulis ♆eis ſeu oleoſis (ſub quorum tegmine non tantùm occultatæ latent acidæ, ſed etiam temperantur alcalinæ particulæ) ab ♎is ⊖e diſſolutis & rarefactis, acidæ & urinoſæ particulæ ſui juris factæ in ſe invicem concitatiùs agere, mutuisque concurſibus ſe ſubigere, & iſto motu cum particulis oleoſis rarefactis, inſignem incaleſcentiam toti maſſæ conciliare ſolent. Hæ ipſæ ſanguinis in pulmonibus inchoatæ alterationes continuantur, dum in ſiniſtrum cordis promovetur ventriculum, exque eo per arteriam magnam in univerſum corpus derivatur, quamdiu nempe ab ♎e ſuſcepta alteratio perſiſtit in eodem, unde & ſanguinis perfectio & redintegratio, & conſequenter hominis vita dependet. Chyloſæ autem portiones unà cum ſanguine permixtæ ſub iſto fermentationis motu ulteriùs attenuantur, ſubiguntur intimè particulis ſanguinis homogeneis, pingues pinguibus, ⊖inæ ⊖inis, &c. permiſcentur, & ſimul in textura ſua ita alterantur, ut & ipſæ tandem, ſed ſucceſſivè, ſanguini perfectè aſſimilentur.

Hæc dum ita fiunt, ſanguinis venoſi color obſcurus & ferè nigricans exaltatur, & in ℞m eleganter coccineam intenditur ab ♎e inſpirato, rarefaciente & attenuante ſanguinem, ut experimento Loweriano patet, præſertim ab ejus ⊖e nitrii aëreo: ſiquidem & aliàs conſtat, quod nitri ſolutio ſanguini recenter permiſta elegantiſſimam ℞m coccineam ipſi conciliet. Rubedo ſanguinis ipſa materialiter ex ſalium volatilium cum ſulphureis ſeu oleoſis particulis intima penetratione & exacta ſubactione originem trahit, quâ ratione ⊖ia volatilia, & ~ animalium urinoſi, etiam limpidiſſimi, tractu temporis tamen rubicundum colorem acquirunt, idque eo magis, ſi cum ſpiritibus ♆eis, v. g. ſpiritu vini, rectificata & digeſta fuerint, non ſecus ac alcalia tam fixa quàm volatilia, dum in ♆a mineralia agunt, rubedinem exhibent: vid. David **von der** Becke *Exper. circa rer. natural. principia.* Wedelius *de ⊖e volat. plantarum p.* I. *cap.* 3. Ipſe autem chylus jam de ♆e ſeu oleo bilis participat, adeoque prædiſpoſitus jam eſt, ut ſubactus cum ſanguine ex particularum ⊖inarum cum his ♆eis concurſu & nexu eò promptiùs ruborem induat; nam bilis ratione chylus faciliùs ſanguini unitur, promtiùsque ab eodem ſubigitur: ſiquidem ejusdem tranſmutatio in ſanguine multùm facilitatur: vid. Mœbius *in Inſtit. c.* II. *pag.* 53. item *in Fundam. cap.* 12. *pag.* 253. Williſius *de Febribus cap.* 1. Helmontius *cap.* 3. *de Lith. t.* 5. Sennertus *de conſenſu & diſſenſu Chymicor. c. Ariſtot. p.* 166. Boyle *in Tentamin. Phyſiol.*

Phyſiol. pag. 80. Glyſſonius *in Anatom. Epatis p.* 365. & Charleton *in Oeconom. anim. diſſert.* 3. *de ſanguific. p.* 62.

Hoc modo continuatur quidem in ſanguine vitæ ſcena, ſemel in formatione corporis incepta; dum enim hæc fiunt in ſanguine, partes ejus tenuiores & ſubtiliores ☉mo-volatiles oleoſæ, à craſſiorum liberatæ compedibus ſe extricant, magisque adjumento ♃is volatiliſantur & attenuantur, & ita in veros abeunt ſpiritus vitales, cum ſanguine, ceu nobilior ejus pars, in univerſum corpus diſtribuendos.

Cæterùm hæc tàm ſanguinis fermentatio, quàm chyli tranſmutatio, ut ritè perficiatur, à debita ipſius ſanguinis & chyli craſi & conſtitutione plurimum dependet; hâc enim vitiatâ & vitiatur ſanguinis fermentatio, & chyli legitima aſſimilatio. Craſeos nomine nil aliud, quam texturæ mutua naturalis unio & cohæſio, ac particularum ☉narum cum oleoſis intelligitur quidem, ut ♃ ſeu ☍ ceu vinculum miſtionis, ☉ia verò ceu agentia primaria conſideranda veniant.

Sanguinis quod attinet craſin, ex ſemine primitus natam, ſi ejus liquor ſit ritè coctus & volatiliſatus, & inſtar vini generoſi ad maturitatem evectus, tunc debito modo fermenteſcit, & ſpirituaſcit in præcordiis, & pulmonibus, & æquabilem blandumque calorem per totum corpus diffundit, ſin verò ex vitiata ejus craſi vitioſè fermentet, varii morbi, ſpeciatim quodvis febrium genus mox corpus affligunt. Dependet hæc ſanguinis craſis & conſtitutio imprimis à duplici illo ſale, urinoſo & acido, volatilibus, quæ legitimè proportionata, & aliis particulis intermiſta, & oleoſis temperata, æquabilem & blandam conſervant fermentationem; ſin verò vel unum excedat activitatem alterius; vel unum aut ambo ſint vitioſè depravata, læditur periculosè ſanguinis fermentatio: urinoſo enim ſale excedente maſſa ſanguinea diſſolvitur & fatiſcit, hinc defectu ſpirituaſcentiæ vires reſolvuntur; acido verò excedente, eadem coagulatur & grumeſcit, non ritè ſpirituaſcit, & tardè fermentatur; ſin depraventur, quod innumeris poteſt fieri modis, ut peregrinos acquirant ſapores, depravatur etiam vitalis illa fermentatio, unde ſcorbutus, cachexiæ, lues Venerea, malum hypochondriacum, &c.

Præſentiam autem ſalium horum in ſanguine confirmant non ſaltem ſanguinis excreta, v. g. urina, ſudor, inſenſibilis tranſpiratio, &c. quæ omnia ☉ſo, adeoque ex acido & urinoſo compoſito ſapore, prædita ſunt, ſed ipſa ſanguinis, addito ☉e fixo, inſtar ☉Xci, deſtillatio. Conferatur Tacchenius *in Hippocr. Chymico cap.* 12. Nec aliter fieri poteſt, quin ex acido ſtomachi manifeſtiſſimo cum alimentis aſſumptis, multum alcali volatile poſſidentibus, emergat chylus plus minus ☉ſus, & conſequenter ſanguis ipſe exinde ☉ſus generetur, h. e. ex acido & urinoſo compoſitus, ſufficienti oleo temperatus.

Craſis ſanguinis eſt vel primogenea, vel adventitia: illa à principiis ſeminalibus dependet, quæ per adventitiam ratione uſus varii, tam rerum naturalium quàm non-naturalium, diverſimodè ſubinde alteratur, utut de prima ſeminali craſi ſemper plus minus retineat: ſic v. g. ſanguis, qui eſt juvenis & ſenis, in eodem ſubjecto multùm variant propter 6. res nonnaturales, &c. tamen mores juvenum ſuo modo adhuc obſervantur in iiſdem ſenibus, quod mores ſequantur ſanguinis craſin, & inde natam corporis temperiem. Illuſtrari poteſt per mutationes, quæ in vino Rhenano & Hiſpanico, item Gallico invicem collatis obſervabiles ſunt, in quibus de eſſentiali craſi ſeu ſeminali ſemper plus minus ſupereſt, utut per adventitias alterationes in craſi adventitia multùm variare ſoleant.

Hæc verò ſanguinis diſpoſitio, præter 6. res non-naturales, dependet imprimis à chylo, prout hic à primis viis ipſi tranſmittitur, qui naturaliter ☉inus volatilis debitâ bilis pro ſanguificatione tinctura impræg natus eſſe debet; ſanguinem enim alterat aut conſervat, partim ratione ſuæ texturæ materialis, partim ratione impetus fermentativi in chylo plus minus adhuc ſuperſtitis. Quod ſi ſit non ritè digeſtus; ſed vel crudus, acidus & viſcidus, non ritè fermentabitur cum ſanguine, ſed in liquamen crudum & viſcidum abit, indeque ſanguinis iſta corruptio, quæ ab acido abundante aut vitioſo oritur, unde morbi chronici ut plurimum emergunt; vel ſi crudus & nidoroſus ſit, dum corrumpitur à ventriculo, in liquamen flavum ex dulci amaricans & nauſeoſum abit, &c. unde corruptâ maſsâ ſanguineâ depravatæ iſtæ exſurgunt fermentationes, quæ vulgò à bile, tanquam à ☉e volatili oleoſo vitiato, originem ducunt; id quod tamen minus vero conſonum videtur: quo febres acutæ etiam ſpectant: Viſcera equidem reliqua, lien, hepar, teſtes, in utroque ſexu tribuunt ſuam quoque partem pro ſanguinis ſtatu, aut naturali aut præternaturali; ſed horum ſucci ut plurimum à ſanguine vel chylo corrupto primitus ſunt depravati, unde ad iſtos duos liquores corporis regimine principaliores potiſſimùm reſpiciendum eſt.

Cæterùm chylus unicó per pulmones, cor & reliquum corpus circuitu, in ſanguinem abire nequit, propter brevem, quam ibi nectit, moram; quæ vix ſufficiens eſt ad tantam transmutationem, hinc evenit, quod ſi cani ſaginato poſt quatuor vel quinque horas à paſtu ſanguis detrahatur, hic refrigeratus chyli lacteſcentis ingentem copiam, coagulato cruori ſupernatantem, exhibeat: ſin verò je-

Digitized by Google

rò jejunum animal, aut plures horas impastum simili modo tractetur, nihil chyli in cruore apparet, sed serum nudum aquosum supernatabit, quod tamen levi igne coagulatum dare solet gelatinam lacteam, nunc copiosiorem, nunc minus copiosam, prout plus vel minus chyli in partium nutritione & sanguinis assimilatione fuerit absumptum, de quo vid. Barbatus *de Sero & Sanguine*, Lowerus *in Tract. Vindic. Willis. pag.* 44. item *in Tract. de Corde p.* 227. & 229. Pertinet huc gelatina ista albicans, quæ venæ sectione emisso sanguini humano non rarò supernatat, & vulgò pituita vocari solet, revera tamen chylus est, nondum perfectè assimilatus, ut statuit Dn. van Horne, teste Plempio *in Fundament. Medic. l.* 2. *Sect.* 5. *cap.* 1. Videatur etiam Harvæus *de Generat. Animal. Exercit.* 52. unde & tot prostant observationes sanguinis albi instar lactis ex vena secta emissi, etiam in sanis hominibus, ob chylum scilicet nondum ritè transmutatum, vid. Rhodius *in Cent.* 1. *Observ.* 36. item *Cent.* 3. *Observ.* 32. Schenckius *in Observ. l.* 3. *pag.* 418. Bartholinus *Cent.* 1. *Histor. Anatom.* 17. & *in Histor. Lactear. Thoracic. cap.* 3. Borellus *in Cent.* 1. *Observ.* 25. Graff. *de Organ. Virorum Generat. inservient. pag.* 84. Major *in Dissertat. de Lacte Argent. c.* 10. §. 12. Schneiderus *l.* 3. *de Catarrhis p.* 101. in specie hoc urget; Mollenbrock *de Arthrit. vaga. c.* 8. *p.* 50. Willisius *de Febrib. cap.* 1. Oldenburgius *in Act. Anglican. Tom.* 1. *Num.* 6. §. 4. & 10. *p.* 110. & 117. & *Num.* 8. §. 8 *p.* 129. *M. A. N. C. Ann.* 1. *Observ.* 28. *p.* 96. & *Obs.* 132. *p.* 294. & *An.* 2. *Obs.* 218. *An.* 3. *Observ.* 123. Andreas Laurent. *l.* 1. *Anat. Quæst.* 10. *Ephemer. Gallic. Tom.* 3. Petrus à Castro *in Obs. Manuscript.* §. 6. Imò ipsæ sanguinis fibræ, rubicundæ apparentes, reverà albicant, & chyli videntur proles. Conf. Cnöfelius *in Method. med. febres epid. pag.* 55.

Sicut ergo naturæ imitatrix Chymia sæpiùs repetitis digestionibus & circulationib⁹ suum opus tandem perficit; ita & natura per crebriores circulationes chylum tandem sanguificat. Variatio tamen hîc observanda non minor, quàm in chylificatione:

1. Ratione ætatis.
2. Ratione ipsius in sanguine fermentationis; quæ nunc vehementior, ut in juvenibus & naturaliter constitutis; nunc debilior, ut in senibus, vel morbo diuturno laborantibus.
3. Ratione generis vitæ: qui laborant, citiùs; qui sedent, tardius sanguificant.
4. Ratione temporis anni: Vere & æstate celerior; Autumno & hyeme tardior est sanguificatio.
5. Ratione ipsius chyli; qui prout laudabiliùs vel minus erit constitutus, etiam celeriùs vel tardiùs in sanguinem abit.
6. Accedunt animi affectus seu pathemata, quæ variè ut agitant massam sanguineam, ita & fermentationem ejus; hinc chyli transmutationem vel tardant, vel accelerant.

Massa ergo sanguinea pro vegetatione corporis, & sustentatione partium sanguinearum, & spermaticarum, per vasa rapta tam chylo constat, quàm sanguine propriè sic dicto, qui ex illo, nempe chylo, restauratur & conservatur pro continua spirituum generatione, &c. Ex chylo ergò in se homogeneo & univoco, univocâ fermentationis actione, quid aliud, quàm homogeneus liquor, sanguis dictus, generabitur? Falsum ergo est, ex 4. humoribus omninò inter se differentibus, 4. Elementis, & his superstructis 4. qualitatibus primis, & 4. temperamentis analogis, constare sanguinem. Vid. Spigelius *Disquisit. Corporis Humani l.* 5. *cap.* 10. & Meara *contra Willis. cap.* 6. Nam & differentes istæ partes, in quas separatur massa sanguinea, venæ sectione emissa, post sui coagulationem non actu insunt sanguini, sed partim ab alteratione per ≙em inductæ fiunt, unde sanguinis floridus color in superficie, quousque scilicet aër penetrare valet, partim ex sanguinis emissi oriuntur corruptione, unde reliqua massa nigricans & obscura: quæ luculento experimento confirmantur à Lowero *Tract. de Corde p.* 175. & 178. item à Fracassato *in Epist. de Cerebro p.* 377 & 378. Vanæ ergo sunt omnes speciales ex sanguine emisso prædictiones.

Sanguis enim, licèt in se homogeneus, & per totum similis, in unoquoque tamen homine peculiarem & singularem suam habet crasin, ex radicali seu seminali ejus constitutione, & sub generationis primordiis facta mistione oriundam, à qua omnis temperamentorum, ut vocant, diversitas & idiosyncrasiæ quam plurimæ dependent; quæ sanguinis constitutio, & inde nata attributa in colore & consistentia, &c. unicuiq; propria, cùm à nemine à priori cognosci possit, ita nec de sanguine venæ sectione emisso, an multum vel parum à statu naturali declinet, judicari potest: imprimis cùm brevi post ob corruptionē & putredinis notam extravasatus, ei, qui in vasis adhuc fluctuat, omninò fiat dissimilis. Imò cruor optimè coloratus & elegans, malignī & lethalis morbi signum non rarò exhibet; sicuti pessimus apparenter sanguis ex sano sæpissimè elicitur, teste Simone Pauli *in Digress. de Febribus malignis p.* 14. & 15.

Chylus naturaliter & legitimè constitutus totus abire in sanguinem aptus natus est in sanis: Quod si verò hoc non contingat, sed vel proprio-, vel sanguinis vitio depravetur, partes ejus excrementitiæ per fermentationem separantur à partibus reliquis & quasi præcipitantur; seroque imbibitæ, & ab eo absorptæ, partim per poros cutis mediante sudore, partim verò per ⊡rias vias excernuntur, quod in sanorū urinis claris, & optimè alias constitutis, circa fundum subsidere solet, quales ⊡æ in sanis,

Digitized by Google

ſanis, præſertim mediæ ætatis, vel non, vel rarò (dum nempe crapulis indulgent) conſpiciuntur; in ſenibus verò & morboſis ſæpius tales obſervantur.

CAPUT X.

De *Sanguinis ex Corde ad quaſvis Partes Corporis Diſtributione, diſtributique Uſu.*

SAnguis in pulmonibus fermentatus & rarefactus, cor in ſpecie ſic dictum, hoc eſt, ſiniſtrum ejus ventriculum, diſtendit, qui ſe contrahit & liquorem contentum impetuosè extra ſe propellit, qui in arteriam magnam irrumpit, & hinc in totum corpus diſtribuitur, uſque in minutas arteriolas, ſeu capillaria vaſa, per partium ſolidarum ſubſtantiam diſperſa, ex quibus intrat capillaria venarum, partim immediatè per minutas anaſtomoſes, partim mediatè per ſubſtantiam ſeu porulos partium, per quæ ad majores truncos, hincque in cor refunditur; qui motus cùm fiat in circulum, Autoribus Harvæo Anglo & Conringio Germano inventus, dicitur circularis, cujus centrum eſt cor, peripheriam verò conſtituunt extimæ corporis partes, lineas ex centro ad peripheriam arteriæ & venæ; arteriæ quidem ex corde exportant, & in membra devehunt, venæ verò ex membris exportant, & in cor revehunt; hinc etiam ubique arteriis reſpondent venæ, & contrà, cerebri cortice & hepate tantùm exceptis: nam arteriolis copioſiſſimis cerebri reſpondent ſinus in dura matre exſculpti, & venis jugularibus internis continui; venis verò hepatis ex vena cava reſpondet vena portæ, arteriarũ vicem in importando ſuſtinens. Confer. de hoc circulari motu Walæus *in Epiſt. ad Bartholin. de Chyli & Sanguinis motu*, qui cum aliis Ariſtoteli & pluribus antiquioribus cognitum fuiſſe, p. 773. ſcribit: item Charleton *in Oeconom. Animal. Exercit.* 6. Harvæus, *Exercit. de Motu ſanguinis*, item Conring. *de Generat. & Motu Sanguinis.*

Motus hic circularis omnes veri motus habet conditiones:

1. Movens eſt cor.
2. Mobile eſt ſanguis.
3. Inſtrumentum ſunt arteriæ ac venæ.
4. Terminus à quo, in arteriis quidem eſt cor, in venis verò partes corporis ſolidæ.
5. Terminus ad quem, in arteriis ſunt partes corporis ſolidæ, in venis eſt cor.
6. Adeſt etiam certum tempus, in quo fit pulſus, dum ſanguis ex corde in arterias, & hinc in venas impellitur.

Duplici conſtat motu hic pulſus cordis & arteriarum:

1. Primus eſt verus & propriè dictus motus, qui eſt contractio ſeu ſyſtole, ubi ſanguis expellitur per contractionem.
2. Secundus impropriè ſic dictus, qui eſt cordis dilatatio ſeu diaſtole, ubi ſanguis intra ventriculos recipitur.

In illo agunt hæ partes & ſanguinem exprimunt, dum ſe contrahunt, ſicque à ſanguinis in arterias ejaculatione harum dilatatio & pulſus efficitur; in hoc verò patiuntur, dum dilatantur: Cor quidem à ſanguinis irruentis ex venis expanſione, parietumque diſtenſione, arteriæ verò ex ſanguinis impetuoſa irruptione pulſant. Inter utrumque motum intereſt etiam quies neceſſaria, licèt non adeò ſenſilis, periſyſtole dicta. Confer. Pechlinus *de Corde* §. 12. ubi eleganter demonſtrat, cor in diaſtole ſe non purè paſſivè habere, ſed ſimplici reſtitutione muſculi eam fieri, nec à ſanguine irruente ſolùm, ſed reverà in diaſtole etiam nixum quendam actuum cordis ſubeſſe, mediante quo dilatatio ſimul fiat.

Cor ergo à ſanguine per auriculas in ejus ventriculum illapſo, & turgeſcente expanditur, quâ expanſione fibræ extenſæ irritantur, hoc eſt, læſionis quodam ſeu nimiæ diſtenſionis ſenſu afficiuntur, quâ occaſione fortior per nervos ſpirituum animalium fit impetus, quo ipſo iſtæ fibræ muſculoſæ contrahuntur, qua contractione conus ad baſin cordis motu aliquo modo quaſi turbinis contorto, unde parenchymate craſſeſcente anguſtantur ventriculi, & ita exinde ſanguis impetuosè in arterias evibratur, donec expulſione iſtâ factâ ab iſto motu ceſſant, unde cor flaccidum redditum denuò ſubſidet, & illabentem ſanguinem recipit. Eſt autem cor reverà muſculus, & aliorum muſculorum in modum à ſpiritibus animalibus, per nervos influentibus, movetur, ut jam olim ſtatuit Hippocrates, & noviter id cõfirmat Lowerus *in Tract. de Corde.*

Cor, dum ſeſe ſecundùm tractum fibrarum ſuarum inſtar muſculi contrahit, cum impetu ſanguis rarefactus exprimitur in arterias, quarum tunica craſſa & nervea ab impellente iſto ſanguine violenter & cum impetu dilatatur, ſimulque, qui in ea eſt, ſanguis ulteriùs pellitur, ex qua pulſione ſanguinis pulſus dilatationis omnium arteriarum in toto corpore contingit; quia autem iſto impulſu dilatatæ arteriæ fibris ſuis circularibus nerveis iterum ſe contrahunt, ſanguinem eas dilatantem in venas propellunt, donec novo ſanguinis impulſu denuò per univerſum corpus dilatentur.

Dependet ergò arteriarum motus dilatationis à ſolo cordis impulſu, & hinc factâ ſanguinis irruptione; dilatantur enim, quia implentur. Motus hic arteriarum & cordis ſibi invicem contrariantur: nam quando cor ſe contrahit, arteriæ dilatantur; & quando cor flac-

Digitized by Google

flacceſcit, arteriæ contrahuntur. Quoad arteriarum motum vid. Harvæus *de Motu Cordis & Sanguinis*, item Plempius *in Fundament. Medic. pag.* 130. *&* 173. Anatome arteriarum exacta, & inde dependentis motus ratio, vid. in Williſii *Pharmac. Ration. P.* 1. *Sect.* 6. *cap.* 3. *p.* 280. *& ſeq.* item *pag.* 265. *& ſeq.*

Non pulſant autem venæ, quia

1. Sanguis cum tanto impetu in eas non irruit: quam vaſa capillaria & pori partium anguſti ejus impetum refræ-nant.
2. Quia earum tunicæ ſunt flaccidiores, mollioresque, & facilè cedunt, ſecus ac in arteriis.
3. Quia movetur ſanguis in venis ex vaſis minoribus ad majora; unde cùm habeat ſemper amplius ſpatium, tam impetuoſa tunicarum diſtenſio ſenſim remittit.
4. Quia ſanguis ipſe non eſt adeò ſpirituoſus, tenuis, ſubtilis, nec turgeſcens & æſtuans, ut in arteriis, unde placidiùs movetur.

Vena cava tamen, prope cor etiam ſolet pulſare, idque ob fibras quasdam, quas ſpecialiter obtinet, nerveas; & quidem eum in finem, ut non interruptus ſanguinis ad cor conſervetur motus.

Ex Requiſitis jam ad motum iſtum, nempe movente, mobili, tempore & inſtrumento, emergunt iſtæ 5. pulſuum differentiæ, ſimplices & generales, nempe

1. Magnus & parvus, ratione mobilis.
2. Celer & tardus, ratione temporis in una ſaltem pulſatione.
3. Frequens & rarus, & hi ratione temporis & ſpatii inter plures pulſationes.
4. Vehemens & debilis, ratione moventis.
5. Mollis & durus ratione inſtrumenti, de quibus vid. Sylvius *in Diſſertat. Med.* 3. *pag.* 17.

Unus idemque ſanguis eſt, qui per arterias & venas circulatur, accidentales tantummodò quasdam differentias habens. Nam

1. Sanguis arterioſus eſt ſeroſior venoſo propter ☐m, lympham, & inſenſibilem tranſpirationem, quæ ſeroſitatem ſanguinis venoſi imminuunt: Vid. Bartholinus *Hiſtor. Anatom. Centur.* 3. *Hiſtor.* 29.
2. Ex hac ratione, ut & propter copioſos Spiritus arterioſus ſanguis eſt longè tenuior, ſubtilior & calidior, &c. venoſus verò craſſior, tepidior, ſpiſſior, efflœtus, magis & minus mobilis; hinc & imprimis ob ſpiritum arterioſus propriè dictus eſt ſanguis, venoſus vero cruor.
3. Arterioſus eſt rubicundior & floridior, venoſus eſt obſcurior & nigrior: ejus cauſa eſt in ♎e, cujus inſpiratu in pulmonibus attenuatus ſanguis arterioſus floridior apparet venoſo.

Finis tandem circulationis reſpectu ipſius ſanguinis, ſeu repetiti ejusdem per cor & pulmones tranſitus, eſt, ut ſanguis novo vitali vigore in pulmonibus & corde imprægnetur, qui anteà longo ejusdem per corpus motu ſenſim infractus erat. Conſiſtit autem hic ipſe novus vigor in renovata ſanguinis æquabili fermentatione, indeq; novâ caloris vitalis excitatione, & ſpirituum vitalium regeneratione.

Fuit hic finis ſanguinis circulationis per cor, ſeu repetiti ad cor reditus: conſiderandus jam eſt finis, propter quem ſanguis continuò adeò motu à corde in univerſas partes diſtribuatur, qui eſt:

1. Ut ab eodem omnes corporis partes nutriantur.
2. Ut ſpiritu vitali, influò animentur.
3. Calore debitò afficiantur.

Veteres unanimi conſenſu omnes partes ſanguine nutriri & augeri aſſeruerunt, & cùm ſanguis 4. diſtinctis conſtet humoribus, etiam univerſale eſſe corporis nutrimentum, & unamquamque partem convenientem ſibi portionem ex ſanguine allicere crediderunt; non obſervantes interim, res varias unò liquidò poſſe nutriri, ſicut v. g. decẽ diverſi ſurculi uni arbori inſerti unicò ſuccò, à radice tranſmiſſò, diverſimodè nutriuntur & augentur.

Sed cùm accuratiori ſcrutiniò obſervatum fuiſſet, ſanguinem eſſe liquorem in ſe homogeneum, eum ſolum, ob diverſitatem partium nutriendarum, corpus noſtrum nutrire non poſſe concluſum fuit; hinc Angli ſuccum quendam albicantem, roridum ex nervis allatum, pro nutriendis partibus ſpermaticis, commenti ſunt, de qua opinione vid. Glyſſonius *in Anat. Hepatis c.* 45. Charleton *in Oeconom. Anim. Exercit. de ſanguinis uſu, & ſucco nervorum nutritio*, Williſius *Anatom. Nervorum & Cerebri c.* 20. item Entius *in Apolog. pro Circulat. ſanguinis contra Pariſanum*; Sed hanc opinionem refutarunt & ſufficienter rejecerunt Bartholinus *in Spicil. ad Vaſa lymphat.* 1. *c.* 3. Steno *de Gland. Oris §.* 32. *& ſeq.* Deuſingius, *Exercit. de Sanguinis Uſu, & Commento ſucci nutrit. per nervos influentis*; Barbatus verò in *Diſſertat. de ſanguine & ejus ſero*, Cornelius Conſentinus *Progymnaſm. Phyſ.* 6. & Recentiores plerique, uti ex Veteribus Ludovicus Mercatus, præter ſanguinem, etiam ſero (quod Hippocrates de Glandulis ſanguinem album, vulgo, ▽m ſanguinis, vocat) partes nutriri, aſſe-

runt;

Digitized by Google

runt; Bilſius verò Rorem ſuum ſubſtituit, eumque nervoſas partes nutrire, vel ſaltem ad nutritionem partes has diſponere, ſtatuit.

Horum autem quod probabilius videtur, ut ediſſeramus, conſiderandus venit ſanguinis ſtatus: hunc ex chylo infuſo continuò reſarciri notum eſt; non autem chylum unico per cor tranſitu in ſanguinem abire, ſed ſenſim ſenſimque, idque pro ſubjectorum varietate, nunc citiùs nunc tardiùs, ſuprà oſtenſum fuit. Probabile ergò videtur, ſanguinem (dum conſideratur pro materia iſta, quæ per vaſa circulatur) ad omnes corporis partes diſtribui, ut eas per ſpiritum vitalem vitali vigore animet, ſimul tamen etiam naturaliter nutriat & augeat, ſed pro diverſitate partium diverſimodè, partes nempe ſpermaticas dictas, ſeu nerveas albicantes, parte ſui chylosâ nondum in ſanguinem transmutatâ, parte verò ſanguinea perfectâ partes ſanguineas rubicundas: cui ſententiæ adſtipulantem videbitis Bartholinum *Centur.* 2. *Epiſt.* 65. *pag.* 612. item *Centur.* 3. *Epiſt.* 38. *pag.* 141. Schneiderum *de Catarrhis l.* 2. *pag.* 85. & *l.* 3. *pag.* 95. Franciſc. Boyle *Diſſertat.* 3. *de Uſu lactis.* Quò ſpectat etiam gelatina iſta ſeri lactea Barbati, *in ejusdem Tract. de ſanguine & ſero*, & Bartholin. *Centur.* 2. *Epiſt.* 33.

Rationes, quæ hoc nutrimentum duplex perſuadere videntur, ſunt:

1. Ab omnibus recepta eſt ſententia: quibus conſtamus, iis etiam nutrimur & augemur. Jam partes nutriendæ & augendæ ſunt duplices: ſpermaticæ & ſanguineæ. Illæ ex rorido, albumini ovorum ſimili liquore in ovo uterino immediatè generantur, quibus ceu ſtaminibus poſtmodùm per ſanguinis adhæſionem ſanguinea parenchymata, hoc eſt, ſubſtantiæ viſcerum peculiares agglutinantur: vid. Harvæus hinc inde *in Exercit. de Generat. Animalium*, & in ſpecie *Claudius de la Courvée Tr. de Nutrit. fœtus in utero part.* 2. *c.* 6. & 8. Duplex ergò alimentum requiritur etiam illis aſſimilandum, chyloſum nempe pro ſpermaticis ſeu nerveis, & ſanguineum pro ſanguineis partibus.
2. Serum, dum à ſanguine ſeparatum eſt, ſi in vaſculo vel cochleari quodam leni calore exhalet, concreſcit in gelatinam albam, albumini ovorum & ſpermaticis partibus admodum ſimilem, quam fruſtraneam eſſe aut inutilem nemo dicet. Nutrimentum verò hoc eſſe ſpermaticarum partium, ex proprietatum convenientia veroſimile eſt; atque hac ratione facilis cum Barbato eſt conciliatio, quatenus nempe pars chyloſa à ſero imbibita, gelatinam iſtam conſtituens, ſpermaticas partes nutrit; ita ut Barbatus integrum ſerum, continens pro contento, nos verò in ſero contentum ſaltem chylum, conſideremus; quia nempe ſerum commune chyli pariter ac ſanguinis vehiculum eſt: Hac ratione facilis etiam eſt cum Anglis conciliatio, dum illi nervorum ſuccum nutritium defendunt, cujus loco commodiùs chylus in ſanguine fluctuans, & veriùs ſimul ſubſtituitur.
3. Quò craſſiores ſunt homines & pinguiores, & quò magis nutriuntur & augentur, eò videtur ſanguinis fermentatio remiſſior, eòque chyli in ſanguinem transmutatio tardior, indeque alimenti chyloſi major abundantia: Hinc phlegmatici & ſanguinei craſſiores & corpulentiores ferè exiſtunt, illi tamen magis quàm hi; cholerici verò ſunt macri, & interdum parvi: Corpora etiam craſſa emaciantur exercitio, quæ pinguescunt denuò quiete: nam ſub exercitio, item in cholericis, citatior & intenſior eſt ſanguinis fermentatio; in vita verò ſedentaria, item ſanguineis & phlegmaticis, lenta & blanda eſt eadem, unde ibi nutrimenti chyloſi paucitas ob citam ejus in ſanguinem converſionem; hîc verò uberior chyli abundantia propter tardam aſſimilationem, hinc etiam uberior nutritio. Ex eodem fundamento infantes etiam & juniores citiùs augentur, uberiusque nutriuntur, quàm ſeniores; nempe in illis recens natis & junioribus pluribus in locis lacteus reperitur liquor.
4. In vulneribus articulorum & partium nervoſarum diſtillât aqua quædam tenuis limpida, ſinovia, Glied-Waſſer dicta, poſt cujus nimium fluxum membra exareſcunt. Illa ergo aqua videtur eſſe nutrimentum proximum illarum partium, licèt ob alterationem à vulnere corruptum: Sic in oſſium fracturis adnaſcitur callus, ſimilis oſſium ſubſtantiæ, qui oritur ex nutrimento oſſis in motu ſuo propter fracturam impedito, hinc coacervato, & tandem aſſimilato & agglutinato; qui tamen nullô modô ſanguini aut partibus ſanguineis, benè autem chyloſo liquori ſimilis videtur.
5. Impoſſibile eſt explicare, quomodo ſanguis iſte rubicundus, tanquam liquor Θſus, ex chylo candido geni-

Digitized by Google

tus, poſſit denuò in liquorem lacteum ſeu albicantem pro nutriendis ſpermaticis partibus converti : præcipitant equidem acida multa rubicundiſſima in albam ſubſtantiam; ſed hoc fieri nequit in ſanguine, qui ab acidis magis magisque nigreſcit & ſpiſſeſcit.

6. Per diuretica craſſa corpora valdè emaciantur : exempla videbitis in Helmontio *Tract. Latex, Humor Neglectus* §. 44. *Jus Duumvirat.* §. 59. item Schenckius *l.* 3. *Obſervat.* II. *p.* 456. ubi de Diabete. Ratio alia nulla ſubeſt, quàm quod ſeparatum copioſius ſerum per ☉m ſimul partem nutrimenti chyloſam liquefactam & reſolutam per diuretica evacuet.

CAPUT XI.

De *Pulmonum & Reſpirationis Uſu.*

SAnguis in dextro cordis ventriculo cum chylo permiſtus, & ita magis ſubactus per arteriam pulmonalem, ſeu venam arterioſam Veteribus dictam, in pulmones expellitur, ibique ex hoc vaſe in venam pulmonalem ſeu arteriam venoſam tranſcolatus in ſiniſtrum cordis ventriculum devehitur, quod ut fieri poſſit, dilatari & expandi debent pulmones, quo arteria pulmonalis ſanguine infarcta mediante illorum dilatatione poſſit transmittere ſanguinem in venam pulmonalem, quæ transmiſſio vel circulatio ſine tali pulmonum dilatatione impoſſibilis eſt, uti paſſim demonſtrat Schwammerdammius *in Tract. de Reſpiratione*, in ſpecie *cap.* 3. *pag.* 81.

Pulmonum hæc dilatatio cùm non fiat in fœtu, utpote qui nullatenus dictâ ratione reſpirat, propterea tota ferè ſanguinis maſſa tranſit partim ex vena cava per foramen ovale in venam pulmonalem, & ita in ſiniſtrum cordis ventriculum, partim verò ex cordis dextro ventriculo & arteria pulmonali per canaliculum arterioſum in arteriam magnam, ita, ut ſanguis non ambos cordis ventriculos permeet in fœtus circulatione ſimul & ſemel, ſed alterutrum tantum: Vid. Hichmorus *in Diſquiſit. Anatomica.*

Dilatatio illa pulmonum non fit propriâ eorum vi, vel facultate ſingulari, neque per nervos ad eos diſtributos, ut moderni quidam, imprimis Williſius *in ſua Anat. Cerebri*, ſtatuunt : eſt enim eorum ſubſtantia tam ex ſe, quàm ob defectum fibrarum muſculoſarum ſui contractione dilatantium, omninò inepta pro tali motione, ſed ſequitur potiſſimum motum thoracis, quô dilatatô & pulmones dilatantur, conſtrictô verò conſtringuntur. Vid. Neucranzii *Diſputatio de Reſpiratione* ſub meo præſidio habita, Mœbius *in Fundament. Phyſiol. pag.* 301. item *Bartholinus in Anatom. Reformata*, & denique Charleton *in Exercit.* 8. §. 10.

Motus autem thoracis iſte eſt quidem miſtus, propriè tamen animalis, dependens ſcilicet à muſculis. Dilatatio quidem ejus ſub inſpiratione fit à muſculis dorſi ſerratis poſticis, ſuperioribus & inferioribus, levatoribus coſtarum Stenonis, & cervicalibus deſcendentibus Diemerbroccii : quibus accedit diaphragma, partim à thorace ductum, partim propriâ contractione ex convexo plani factum. Conferatur *Nova Diaphragm. Anatome, in Actis Medicis Haffnienſ. Volum.* 4 *pag.* 14. Exſpiratio autem evenit partim à partibus motis, ſpontaneo impetu gravitatis, deorſum nitentibus, & denuò ſubſidentibus, partim à muſculis intercoſtalibus, tam externis, quàm internis ; quibus abdominis muſculi recti & obliqui, uti & dorſi ſacrolumbus maximum adjumentum afferunt, utpote à quibus coſtæ, partim deorſũ trahuntur, partim in abdominis contenta ſurſum in diaphragmatis convexum pelluntur. Adeoque diaphragma in dilatatione pectoris nil agit, ſed purè paſſivè ſe habet; hoc tamen intelligendum de ejus ambitu, qui coſtis annectitur, à quibus reverà extrorſum ſub inſpiratione trahitur : nam reverà etiam moveri activè in inſpiratione, & quoad muſculum inferiorem ſub inſpiratione à cruribus ejus motum incipere, quæ in tumorem abdomen ſpectantem attolluntur, ſuperna verò planities expanditur, eaque tenſa redditur, in exſpiratione verò laxius reddi, obſervavit *Wepferus de Cicuta pag.* 219. & 254.

Pulmones ergò poſt motum thoracis & ipſi moventur, atque ab ≙e replentur, cui repletioni, ≙isque intro ſuſceptioni, favet imprimis ſubſtantia eorum ſingularis, quæ à veteribus parenchymatica ſeu carnoſa, levior tamen & ſpumoſa atque ſpongioſa, dicta, à Malpighio in Pulmonum Scrutinio veſiculoſa deprehenſa fuit, id eſt, quod ſcilicèt ea ſit contexta à copioſiſſimis parvis veſiculis angularibus, ſimpliciſſimâ membranâ conſtantibus, & ſibi invicem connexis, quas inter diſpergantur rami aſperæ arteriæ, cum annexis copioſis lobulis (de quibus videatur Williſius *Pharmac. Ration. pag.* 2. *cap.* I.) hinc inde etiam fibris motricibus pro earum contractione ſaltem dotatis, quæ veſicula & lobuli

Digitized by Google

lobuli ab ≙, per arteriam aſperam inflantur & dilatantur, quod Inſpiratio dicitur: à contracto verò thorace denuò compreſſæ ≙em conceptum iterum emittunt, & ≙is exſpiratio accidit: Vid. Malpighius loco allegato, & Bartholinus *Tract. de Pulmonum Subſtant. & Motu.* Lamzweerde, *pag.* 36. & 45.

Cæterùm, an dilatato thorace dilatentur pulmones, & dilatatos ſubintret ≙, ne detur vacuum, hoc eſt, an impleantur, quia dilatantur, an verò dilatationem thoracis ſequatur aëris ambientis propulſio, propulſi in pulmones irruptio, & ſic horum dilatatio, cùm non detur vacuum, ſed omnia plena, & fiat neceſſariò ubique motus circularis, hoc eſt, an dilatentur, quia impleantur, controvertitur à Philoſophis & Medicis. Prius cum Peripateticis defenſum videbitis à Sylvio *Diſſertat.* 7. & à Deuſingio, *in Exerc. de Reſpiratione*; *poſteriùs* verò cum *Carteſianis* acriter defendit Schwammerdammius *loco citato*, item Charleton *in Exerc.* 8. §. 5. & in ſpecie Lambzweerde *reſpirationis Schwammerdammianæ exſpiratio.* Neutra harum opinionũ ſatisfacere videtur; potiùs aër in pulmones, per thoracis dilatationem explicabiles factos, partim pondere atmoſphæræ impellitur, partim proprio nixu elaſtico, ſemper in eos irruere nititur; unde thorace tantillum dilatato, mox ab aëre, ex dictis cauſis per aſperam arteriam irruente, dilatantur pulmones, quouſque thoracis expanſio permittit, à quo ipſo etiam contracto comprimuntur, & in ſe complicantur dènuò pulmones, adeoque aër receptus denuò expellitur, de qua hypotheſi vid. Mayowius *de Reſpirat. p.* 271. & Neucranzii *Diſput. de Reſpirat.* ſub meo præſidio habita *cap.* 7. §. 4.

Tria ergò in ≙e hic conſideranda:

1. Motus circularis ex thorace moto, qui fit propter contiguitatem corporum, quæ inter tamen vacuum diſperſum intercipitur.
2. Pondus aëris, quod patet ex barometro.
3. Vis elaſtica ≙is, quæ patet in thermometro, & à Boyle & Mayowio defenditur.

Hæc tria junctim ≙is irruptionem, & hinc pulmonum dilatationem efficiunt; meritò interim miratur Harvæus *Tractat. de Generat. Animal. Exercit. de Partu p.* 501. cur homo, qui in utero per 9. menſes non reſpirat, dum in lucem editus eſt, ſimulatque inchoaverit ſemel reſpirare, ſine reſpiratione poſtmodum vivere non valeat, ita ut vitam ſpirando inchoemus, exſpirando finiamus? Quæritur igitur, quisnam ſit uſus reſpirationis primarius, id eſt, iterati hujus ≙is in pulmones ingreſſus & egreſſus, propter quem ceſſantem vita ceſſat? Certè cùm conſideramus

1. Pulmonis viciniam circa cor, ſanguificationis aut ſanguinis renovationis quaſi officinam, hoc eſt, in cujus vicinia chylus maximam pro transmutatione in ſanguinem ſubit alterationem.
2. Sanguinem, dum de novo quaſi vivificatur, & pro totius animatione in totum corpus diſtribuitur, & medio tempore, antequam ex dextro ventriculo cordis ad ſiniſtrum perveniat, per intermedios pulmones circulatur.
3. Singulare pulmonum parenchyma, per quod ſanguinis fit trajectio, qualis alias trajectio à natura nunquam fit fruſtranea.
4. Quod ≙e denegato, nec continuò reciprocato nullum animal, ſaltem terreſtre, vivere poſſit, ut experimenta Boylei & Mayow. teſtantur.

Omnia hæc, ſi probè conſiderentur, neceſſarium plane circa ſanguinem vitamq; noſtram uſum reſpirationis ſubeſſe, promittunt.

Inſpirationis gratiâ primariò inſtitutum eſt reſpirationis negotium. Exſpirationis verò tantùm per accidens; hujus tamen uſum eſſe, ut ≙ fuliginibus impletus ex ſanguine denuò excernatur, nemo facilè negabit; ſicut vix alius, præter Mœbium *in Fundament. Phyſiol. pag.* 311. hanc fuliginum expulſionem eſſe primarium totius reſpirationis uſum, affirmavit; quia totius corporis peripheria habet ſua ſpiracula, per quæ fieri poteſt exhalatio iſtarum fuliginum, ut non opus ſit ſingularem, aut ſpecialiter fabricatam partem ob id efformare. Dein quod in montibus Peruvianis ≙ ob nimiam ſuam ſubtilitatem ſit reſpirationi ineptus, vid. Mœbius *cit. loc. p.* 310. non minus quàm is, qui in magno vitreo receptaculo per antliam pneumaticam exhauſtus & nimis rarefactus eſt, animalia ſuffocat: vid. Boyle *in Tr. de Vi Aeris elaſtica*; qui tamen fuliginum receptioni aptiſſimus exiſteret. Multò minus propter vocem reſpirationem omnem fieri, cum Lamzweerde ſtatuendum eſt, cum nullum inſectum reſpiratione, vocis tamen uſu, careat, non ſecus ac nos, dormientes licèt, reſpirationem tamen intermittere non poſſumus, utut voce tunc nulla utentes.

Veterum unanimis ferè fuit ſententia, inſervire Reſpirationem ad refrigerandum cor & ſanguinem in eo accenſum, idque per ≙is frigus, vel per effluvia frigida & aquea, quæ in

Digitized by Google

in ſe contineat ; hanc ſententiam moderni ſuæ hypotheſi applicando nonnihil renovatam proponunt, & dicendo: Inſpirationis hunc eſſe uſum, ut nimia ſanguinis effervescentia contemperetur, & blandè condenſetur per effluvia ☉ina nitroſa, quæ ♎ in ſe contineat, & ita nimius æſtus aliquomodo reprimatur, ut accenſionem novam & rarefactionem ferre poſſit: Vid. Helmontius, Maurocordatus *de Motu & Uſu Pulmonum c.* 1. item *pag.* 26. *&* 43. Marcus Aurelius Severinus *de Reſpirat. Piſcium*, Malpighius *de Bombyce*, Sylvius *Diſſertat.* 7. *&* Schwammerdam. *l. c. pag.* 12. *&* 13. Quæ tamen ſententia minus vera videtur. Nam

1. Cur fieret caloris refrigeratio, vel effervescentiarum contemperatio poſt ſanguinis ex dextro cordis ventriculo egreſſum? & quare non potiùs, dum è ſiniſtro egreditur, in quo omnibus fatentibus, calor eſt major, & effervescentia impetuoſior, quàm in dextro?
2. Ad hæc ſanguis ad cor & pulmones pervenit, ut de novo incaleſcat, vel fermentetur, ſeu effervescat. Quid opus ergò eſſet, ut in medio iſto labore hoc intentum per reſpirationem interturbetur?
3. In ſenibus, ubi totùm corpus friget, vel in cachexia, leucophlegmatia & chloroſi, ſanguinis calor tepeſcens & fermentatio, hujusque incraſſatio præternaturalis, haud indiget tali refrigerio; cujus tamen contrarium patefcit ex anguſtiis, quas homines ejusmodi ex turbata aut difficili Reſpiratione patiuntur.
4. In ſanis, dum cordis & ſanguinis calor & motus fermentativus ſunt naturaliter conſtituti; non erunt præternaturales & exceſſivi; aliàs ſequeretur, quod in corde ſemper ſanguinem præternaturalem haberemus.
5. Viperæ, Piſces, &c. reſpirant, quorum tamen ſanguis eſt actu frigidus.

Nec primarius reſpirationis finis erit, ut ſanguinis per pulmones promoveatur circulatio; nam idem ♎, niſi continuò reſtauretur, reſpirationi non ſatisfacit. Dein, quia etiam ſine pulmonibus poteſt fieri ſanguinis circulatio, ut patet in fœtu, in quo eadem fit ſanguinis circulatio, ſine tamen reſpirationis uſu; ſicque pulmo fruſtrà eſſet fabricatus, cùm tamen dexter cordis ventriculus ſaltem propter pulmones confectus ſit; quinimò ſequeretur pulmonem corpori poti[9] nocivum exiſtere, utpote qui ſanguinis motum circularem impediret, ſi non eſſet dilatatus. Tandem etiam homo vel animalia ſub aquis reſpirare poſſent: nam etiam ſic ſub dilatatione thoracis ▽ ab ♎e preſſa irruere, & pulmones dilatare poſſet, ſtrictura verò thoracis iterum exprimi.

Ad verum ergò reſpirationis uſum ut propiùs accedamus, conſideramus, quantum ♎ valeat in alterandis rebus, & mox apparebit, eum multum conducere ad reſolvendum & volatiliſandum, etiam quandoque fixa concreta (id quod primus innuit Helmontius *in Tract. Blas Humanum*, in ſpecie §. 45.) & imprimis ad diſſolvenda & attenuanda ♃ea, hinc nihil, niſi in ♎e libero penitus ab igne deflagrabile exiſtit. Ita quotidie experimur, quod ♇, ſeu potiùs eorum ☉ia fixa campos reddant fertiliores, dum ♎is beneficio volatiliſantur ☉ia iſta fixa, & abeunt in nutrimentum plantarum volatile oleoſum optimum. Si jam conſideremus corpus noſtrum, apparebit facilè, ♎em pro ſui ſtatus varietate, & inter cætera pro ſua ſubtilitate ac craſſitie multum alterare corpus noſtrum, hinc namque imprimis varietas nationum, temperamentorum & ingeniorum, ex varietate climatum & hinc victuum, dependet. Aërem qui inhabitant ſubtilem tenuem, ſunt ingenioſiores, prudentiores & alacriores, ac prompti & expediti in omnibus actionibus; quod ſpirituum & ſanguinis innuit ſubtilitatem & volatilitatem; qui verò in ♎e ſunt craſſo, humido & fæculento, ſolent eſſe ſtupidiores & ſtolidiores, ob ſpirituum & ſanguinis fixitatem. Tempore verno, dum ♎ de novo quaſi animatur, ſubtilior ac tenuior evadit, ut & æſtivo, & nos ſumus alacriores & vegetiores, ob ♒ & maſſam ſanguineam volatiliores; in autumno autem & hyeme torpeſcimus, ♎e exiſtente craſſo & fixo. Aëris vitia nos quoque contaminant; hinc enim in maritimis locis ſcorbutus eſt familiaris, ex ♎e, ☉inis acrioribus marinis effluviis imprægnato. Qui ♎em montanum inhabitant, ſani ſunt.

Has ipſas ♎is facultates dum conſideramus, patebit facilè, unde tanta & utilitas & ad vitam neceſſitas ſit reſpirationis? Dicimus nempe, dependere à reſpiratione ultimam ſanguinis in pulmonibus perfectionem vitalem, quatenus primarius inſpirationis uſus ſit, ut aër inſpiratus ſanguinem in pulmonibus ad vitalem renovatam fermentationem & debitam volatiliſationem, tam pro ſpirituaſcentia debita, quàm pro inſenſibili tranſpiratione diſponat. Vid. Tackius *de Chryſogon. & in Tr. de Conſanguin. Auri, Sacchari, &c.* Rochus *de Aquis Mineral. cap.* 1. *de Aquis* ♃*eis*, Boyle *de Vi* ♎*'s elaſtica.* Facit hoc aër, dum ratione ☉is ſui univerſalis, texturam ſanguinis ☉ino-

♃eam

Digitized by Google

♀eam diſſolvit, eamque diſſolutam ita rarefacit, ut ☉ium actione repetitus fermentativus impetus emergat, mediante quo & ſanguis promptè in ſpiritus volatiles vitales abeat, & ſimul ratione diſſoluti & cum ſalibus volatilibus agitati ♀is inſignem iſtam in ſanguine incaleſcentiam excitet, adeoque, ut rectè aſſerit Williſius, ♎ inſpiratus ad ſanguinis incenſionem faciat, cum reſpiratio & △ æqualiter vim quandam aëris exhauriant, & par ♎is tàm ad animalium vitam conſervandam, quàm ad ignem ſuſtinendum, eſſe ſoleat neceſſitas, uti Mayow *Tractat. de Nitro p.* 188. Thomas Cornelius Conſentinus *in Progym. Phyſ. p.* 313. Helmontius *loc. ſuprà cit.* Williſius *in Reſponſ. ad Highmorum, in Diſſertat. de Accenſ. Sanguinis*, & Needham *de Formato Fœtu in cap. de Biolychn. contra* Williſium, item Hock *in Micrographia ubi de Carbonibus*, pluribus deducunt. Ex his facilè patet, quid ſentiendum de Veterum quorundam Medicorum ſententia, qui ♎em pro alimento vel materia ſpirituum vitalium attrahi exiſtimarunt; item dum Chymici nonnulli dixerunt, in ♎e occultum eſſe vitæ cibum, &c. quæ ipſa effata Medicatio Drebelliana ♎is clauſi non inconcinnè illuſtrat: Vid. Boyle *de Vi ♎is elaſtica*, *Digreſſ. de Reſpirat. p.* 140.

Primario reſpirationis fini & alii ſecundarii, tàm inſpirationis, quàm exſpirationis, accedunt; nempe

1. Promota ſanguinis circulatio per pulmones. Hinc omnia ea, quæ effervescere & incaleſcere faciunt ſanguinem intenſiùs, & ita ejus motum rapidiorem reddunt, etiam crebriorem & altam reſpirationem procurant.
2. Fæcum alvinarum, ⊡æ, ut & fœtus ex utero inſpirando, vel pituitæ & aliorum excrementorum ex pulmonibus per tuſſim excretio exſpirando adjuvatur.
3. Sternutatio.
4. Vocum prolatio beneficio laryngis, quæ inſtar fiſtulæ muſicæ ſeu pnevmaticæ per exſpirationem vocem efformat.

Fœtum non reſpirare, ſuperiùs aſſertum fuit: Dubium ergò eſt, quâ ratione fœtus vitam incolumem agere poſſit, deſtitutus tam neceſſariis pro ſuſtinenda vita ♎is uſibus? Sed hunc omni penitus ♎e carere, minus probabile videtur, quin potiùs cum Mayovvio *Tract. de Reſpirat. Fœtus*, & Boyle *de Vi ♎is elaſt. p.* 144. aſſeram, in Viviparis recipere fœtum à matre nutritium ſuccum, particulis aëreis copiosè refertum, quas ſanguis ipſius, per arterias umbilicales ad placentam uterinam diſtributus, cum ſucco nutritio receptos ad fœtum per venam umbilicalem advehat, adeò, ut placenta uterina non ampliùs jecur, ſed pulmo uterinus, dicendus ſit: In Oviparis verò liquores ovi primogenii ſubſtantiâ ♎-tâ, à gallina v. g. hauſtâ, plenos eſſe, quæ per vaſa umbilicalia pari ratione, ut modò dictum, ad pullum deferatur.

CAPUT XII.

De

Uſu Lienis.

UBi ſanguis ex ſiniſtro cordis ventriculo in arteriam magnam impulſus eſt, pars altera deorſum per arteriæ aortæ truncum defertur, ejuſque inſignis portio. Inter varios per ramum arteriolum ſplenicum, ex arteria cœliaca oriundum, lieni ante omnia infertur, quæ omnis exinde per venam ſplenicam denuò abſorpta ad hepar, per truncum venæ portæ, dilabitur. Sunt etiam præter dicta vaſa, ingentes & copioſi admodum nervi, ex pari nervorum vago, & quædam vaſa lymphatica, in liene reperibilia, quæ ex hoc ad receptaculum commune pergunt; quæ utut ab aliis negata, ad oculum tamen demonſtrata ſunt à Ruyſchio *de Valvulis Vaſorum lymphatic. cap.* 3. Blaſio & Rudbeckio *de Ductibus Seroſis*. Jam quid in tranſitu iſto per lienem agat & patiatur ſanguis, quæſtio eſt ardua, quia obſcurum lienis eſt officium. His tandem vaſis omnibus Malpighius *de Structura Lienis capſulam quandam communem* ſuperaddit, à nemine hactenus deſcriptam; quæ à tunica lienis interiore, ſub vaſorum ingreſſum reflexa, emanat & circumvolutione ſuâ vaſorum reliquorum ductus involvit.

Corpus ſeu ſtructura lienis, utut inter parenchymata, ex ſanguine certo modo ſaltem concreto, & vaſis eorum circumfuſo conflata, à Veteribus olim relatum fuerit; reverà tamen tota ejus moles eſt ſubſtantia potiùs nervea, quàm ſanguinea, nempe corpus compoſitum membranaceum ſeu congeries membranoſarum veſicularum, in parvas plicas pluresque cellulas, & multiplices concamerationes, apum alveolorum inſtar, figuratum ſeu diſtinctum, quorum parietes membranoſi continuatione arctâ & intima, cum propria lienis membrana, fibris inde elongatis, cohærent; ipſæ verò hæ concamerationes fibroſæ ab extenſo & dilatato venoſo ductu, pari ferè ratione ac ab aſpera arteria gracileſcente pulmonum ſinus, efformari

mari videatur, per quas cavernulas glandularum minimarum racemi vel globuli copioſiſſimi, ex fibris & extremitatibus arteriarum & nervorum ejusdem corporis pendentes, diſperſi ſunt, uti & hæc ipſa per autopſiam in ſplene, flatu diducto, primùm obſervavit & eleganter demonſtravit Malpighius *de liene.*

Quoad lienis uſum, nullum eſt viſcus, cujus magis obſcurus uſus, quàm lienis, de quo tot ferè ſunt ſententiæ, quàm Medicorum capita. Pro meliùs cognoſcendo ergo lienis uſu, obſerventur ſequentia præſuppoſita:

1. Non omnia animalia lienem habent, præſertim plura avium genera eo carent; ſicut & canes, item porci ſine ſplene poſt exciſſionem vivunt; & omnes, qua vitales, qua animales, qua genitales, actiones obire certum eſt, quia per experientiam confirmatum. Deuſingius *in Diſſertat. de Aliment.* refert, ſe cani ſuo excidiſſe lienem, & egregiè fuiſſe pinguefactum, quod & ego expertus in cane quodam, qui per 6. annos poſt exciſionem vixit. Confer. Bartholinus *Centur.* 3. *Epiſt.* 50. & 64. *Centur.* 4. *Epiſt.* 14. & 92. *pag.* 537. Homini deficere poſſe, hactenus fabuloſum habitum fuit: ipſi eundem exſcindere, ſi non impoſſibile, certè valdè eſt periculoſum, propter hæmorrhagiam & propter herniam; unde experimenta in homine non tentanda: Vid. Bartholinus *Cent.* 3. *Epiſt.* 73. *p.* 307. Exempla tamen exſciſſi lienis in homine citra vitæ noxam, videbitis in *M. A. N. C. Ann.* I. *Obſervat.* 29. *p.* 101. & *Anno* 4. & 5. *Obſ.* 165. *p.* 209. & Bartholinus *in Hiſtor. Anatom. Cent.* 4. *Hiſtor.* 51. qui ex Fiorovanta notant exſciſſionem lienis humani. Exemplum fide dignum extirpati lienis per uſtionem confirmat Mœbius *in Fundament. Medic. p.* 405.
2. Iis, quibus eſt lien benè conſtitutus, eorum corpus floret; quorum lien verò vitiosè augetur, eorum corpus imminuitur: quibus verò lien exſciſſus eſt, eorum hepar mole auctius obſervatur; adeò, ut certa quædam uſus utriuſque viſceris dependentia exinde ſuſpicienda ſit, cùm imprimis omnis ſanguis ad lienem delatus ex eo immediatè ad hepar tranſeat.
3. Lien, quoad aſpectum repertus fuit ſæpiſſimè ſalvus & ſanus, in mortuis ex melancholicis ſic dictis affectibus, v. g. quartana, ſcorbuto, ictero nigro, hypochondriacis affectibus, &c. id quod anatome patefecit; Sylvius enim dixit, ſe ultra 100. affectu melancholico mortuos ſecaſſe, in quibus tamen lien ſalvus fuerit. Interim tamen deliriis melancholicis, ſemper per conſenſum hypochondriorum evenientibus, ſplenis vitia ſubeſſe, utut non æquè per Anatomen ſenſibilia, omninò arbitror; hinc enim meritò urget Helmontius *Tract. Jus Duumvirat.* illud Hippocratis: Quibus vena fortiter in hypochondrio pulſat, iis mens ægrotat; unde etiam ægri tales in imminente paroxyſmo præcedentes certos motus in iſto loco deprehendunt.
4. Omnes ſplenetici reverà tales, hoc eſt, in quibus lien revera malè affectus & tumidus, ſcirrhoſus, infarctus, aliovè modo vitiatus deprehenditur, ſunt ſalivatores, teſte Hippocrate: & hi ægri optimè per medicamenta ſalina, urinam provocantia, v. g. ☉ ☿, tartarum vitriolatum, ☾, arcanum duplicatum Mynſichti, ☉ ✱, digeſtivum hypochondriacum, &c. curantur, teſte Laurentio *in Controverſ. Anatomicis*: Id quod ſanè experientia confirmat, dum ☐æ, quæ antèà ſub ipſo morbo profluxerunt claræ & albicantes ac crudæ, reſtituto ſic aliquantiſper per medicamenta ☉ina liene, prodire ſolent turbidæ, cum copioſo ſedimento, interdum atræ & obſcuræ, tandem ſenſim clareſcunt, & ad naturalem ſtatum & colorem citrinum redeunt.
5. Lien omni cavo ſenſili deſtitutus, nec recipiendo, nec digerendo cuidam humori ſingulari aut excremento erit deſtinatus; nullum enim habet vas excretorium, per quod excrementa poſſit excernere; quia non totus ſanguis lienem pertranſit, ſed tantummodò aliquantula ejus pars ad illum diſtribuitur, dum tota reliqua maſſa partim ad ſuperiora, partim ad inferiora, renes reliquaſque partes & viſcera abit, & conſequenter nulla fit ſecretio in ſplene: ergò non excrementi cujusdam, vel recipiendi vel digerendi gratiâ, eſt fabricatus. Hoc obſervandum contra Veteres, aſſerentes: Splenem eſſe receptaculum humoris melancholici, quod rejiciatur per vas breve in ſtomachum.
6. Omnis, qui per arteriam ſplenicam in lienem intrat ſanguis, à ſplene per venam ſplenicam refluit, & ad venam

Digitized by Google

nam portæ immediatè abit, & per hepar trajectum in venam cavam, & sic ad cor, nil aliorsum, devehitur; ut adeò singularis quædam hæc duo inter viscera conspiratio, eaque non frustranea circa sanguificationem, utut nondum sufficienter cognita, intercedere videatur; hinc enim non solum à Malpighio, sed etiam ab aliis observatum fuit hepar mole grandius, post exsectum lienem.

7. Magnitudo & color, aliæque proprietates uti singulis animalibus in liene est proprius, ita & homini; in quo sano magnitudo ejus multum variat. Color verò qui in fœtu est ruber, in adultis semper deprehenditur obscurior, & plus minus nigricans: imò, proportione partium institutâ, grandior in fœtu, quàm in adulto, lien observatur.

8. Lien animalium vel assatus, vel coctus, aliovè modo præparatus, gustatus, deprehensus fuit austeri, pontici, plus minus acerbi & acidi saporis, teste Walæo *in Epist. de Motu Sanguinis*, item in Highmoro *in Disquisit. Anatomica*, ubi de Liene.

9. Hoc insuper notabile est, quod splena animalium, v.g. cervi, bovis, &c. præparata, vel decocta, aut in essentias redacta, affectibus spleneticis mulierum chronicis, & impr. cachexiæ virginum ex mensibus suppressis, specificè conducunt.

10. Denique & hoc attentâ observatione in praxi colligere licet, non adeo frequentes esse splenis propriè dictos affectus; quin potiùs plurima, quæ lieni contingunt reverà mala, aut saltem ex eo oriri putantur ferè ex nervis lienaribus, eorumque plexu affectis, dependent; unde per consensum & aliarum partium affectiones, & hinc plura pathemata superveniunt, de quibus nervis vid. Willisii *Anatomia cerebri p.* 222. & 264. *Tab. XI.*

Hæc omnia necesse est, probè perpendantur, antequam de Usu Lienis certi quid pronuncietur.

Frustrà reverà Lien non erit conditus, cùm ad sanguinis laudabilem & naturalem statum, pro universi corporis œconomiæ salute, ut conservandum, ita & restituendum, multùm conferre, & structura ejus, & connexio demonstrant. Sed quid hoc sit, quod lien conferat? quæritur. Multi namque morbi tribuuntur spleni, in specie malum hypochondriacum, scorbutus, quartana, delirium, &c. cùm in his lien sit insons: & si successu temporis afficitur, non est affectus tanquam causa mali, sed potius, quod ceu effectus ab altius radicato malo in sanguine læsi dependet.

Ut tamen id, quod de usu lienis probatissimum videtur, edisseram, arbitror: Præparari in liene, tanquam parenchymate membranoso-nerveo, ratione lymphæ per copiosas glandulas ex sanguine arterioso allatæ, uti & ratione copiosorum spirituum animalium, per multiplices nervos ad lienem distributos, & sensui ac motui minimè inservientes, eò allatorum, certum quoddam fermentum subacidum, insigniter tamen volatile, quod sanguinem musteum, ipsi infusum, imprægnet, vi suâ fermentativâ alteret, & disponat ad faciliorem partium ejus crassarum à chylo nondum perfectè assimilato residuarum volatilisationem, indeque promptiorem ab eâ in pulmonibus resolutionem & uberiorem spirituum generationem; simulque hoc ipso partes heterogeneas nec ritè miscibiles ita à reliqua massa quasi separet, ut commodiùs per convenientia cribra, in specie renes, commodè evacuari possit. Quibus positis & rectè se habentibus, corpus floret, iis verò læsis, sanguis spissescit, torpescit, tardè fermentatur, unde sensim deficere incipiunt, partim propter vitiosam assimilationem, partim verò propter excrementorum retentionem, ut in morbis, qui spleni vel competunt, vel eum simul afficiunt, patet: Vid. Velthusius *de Usu Lienis c.* 3. ubi similis ferè reperitur sententia; quæ tamen assertio non adeò adhuc est plana, quin etiam aut per anatomen, aut ulteriorem experientiam, confirmationem desideret.

Helmontius quæ de usu lienis statuit, deque ejus cum ventriculo duumviratu disserit, de primorum conceptuum formatione, somni & vigiliarum sede, virtute generativa ex splene, in *Tract. Sedes Animæ*, item in *Tract. Jus Duumviratus*, ea sunt falsissima, & minus veritati congrua, singulaque canis & porcus sine splene facillimè refellunt.

Veterum quod attinet sententiam, lienem accipere succum melancholicum, hoc est, partem sanguinis crassiorem, terrestrem & fæculentam, eoque partim ali, partim eundem eructare per vas breve in ventriculum pro adjumento digestionis, anatome & circulatio sanguinis sufficienter refellunt, cùm nulla inspiratio, nullus consensus inter lienem & stomachum observabilis sit; nullumque habeat lien vas excretorium, unde etiam nil colatur per eundem. Confer. Conringius *de Generat. & Usu Sanguinis cap.* 12. 13. 14. & 19. Horum sententiam & multi sequuntur, & modernorum quamplurimi non-

Digitized by Google

nonnihil emendant & caſtigant, ad experimenta nova Anatomica eam applicando, dum nunc ſanguinem acidum craſſum ſeu melancholicum in eo coqui & magis fermentari, ut corpori fiat utilis, nunc chylum acidum vel crudum in eo alterari, ut abire queat in ſanguinem, nunc excrementa craſſa & tartarea in eo fermentari & diſponi, ut per convenientia loca, imprimis urinaria, poſſint excerni, aſſerunt. Omnes hæ opiniones profluxerunt ex prima iſta veterum ſententia, quæ polita tamen pauliſper & aliter nonnihil explicata eſt. Nam quod modernis eſt acidus ſuccus, veteribus dicebatur melancholia; id quod de morbis ab his cauſis oriundis ſimiliter verum eſt. Plures atq; admodùm diſcrepantes ſententias, de uſu lienis collectas videbitis à Mœbio *in ſuis Fundament. Phyſiol. pag.* 381. His addatur Strauſſius & Velthuſius, *de Uſu Lienis*, item Sylvius *Diſſertat. 5. de Lienis Uſu.*

CAPUT XIII.

De *Hepatis Officio & Bilis Generatione.*

ARteria cœliaca, ultra ramum ingentem ſplenicum, adhuc in alios duos minores ſe findit, quorum unus ad pancreas abit, qui cò ſanguinem defert, ex quo lympha ejus ſpecialis elaboratur, & per proprium ductum in inteſtina excernitur, pro fæcum alvinarum à nutritio chymo ſeparatione.

Alter ramus, qui bipartitus, ad hepar abit, ut partim in ejus capſula communi ramos portæ comitetur, partim vero ad veſicam felleam diſtribuatur, & vocatur arteria cyſtica.

Præter hunc ſanguinem, vena portæ omnem ab inteſtinis, liene & pancreate, reliquiſque infimi ventris viſceribus, præter renes, refluum ſanguinem in hepar exonerat, ac ita arteriæ ſuò modò officio fungitur.

Jam quæſtio eſt, quisnam ſit hepatis uſus? & unde generetur bilis, quæ nuſpiam in toto corpore, quàm in vaſis choledochis circa hepar reperitur? Antequam hanc decidamus quæſtionem, hepatis ſtructura & materialis compoſitio, ut prius ſit cognita, neceſſe eſt, quam optimè explicatam dabit Malpighius *Tract. de Scrutin. Viſcerum*, ubi de hepate, præſertim *cap.* 2. *&* 3. dum rationibus diverſis oſtendit, hepar eſſe ex glandularum conglomeratarum genere, ita ut compingatur ejus moles ex plurimis lobulis, propriâ circumambiente membranâ veſtitis & continuatis, per transverſum membranoſis nexibus firmatis, hexagonâ ferè figurâ in homine donatis, ita ut his glandulis ſuffuſus ſanguis eas rubicundas reddat.

Probatur hoc

1. Generatione fœtûs in ovo, ubi hepar primò non rubet, ſed flaveſcit, donec tranſitione ſanguinis rubeum colorem acquirat.
2. Quod in homine, ſi ſanguis probè eluatur, albicet.
3. Maximè probatur per anatomiam in damis, cervis, cochleis, lacertis, piſcium diverſorum generibus, mure, ſciuro, &c. quorum hepar reperitur conſtare ex glandulis copioſis.
4. In piſcibus album deprehenditur.
5. Præter vaſa communia habet etiam excretoria, ſcilicet biliaria.
6. Quod à morbis, glandulis aliàs propriis, afficiatur.

Quæ ſanè argumenta hepar ſi verum corpus glanduloſum eſſe non probent, certè tamen concludere jubent, analogum iſtud glandulis exiſtere.

Cùm ergò hepar ſit corpus glanduloſum, hoc ipſum innuit eſſe colatorium. Cùm enim hepati in ſanguificationis negotio ductæ eſſent exequiæ, omnes ſtatim, hepar eſſe colatorium bilis, denegato ejus ſanguificationis officio aſſeruerunt; cùm verò de bilis natura plures adhuc urgeant controverſiæ, pro illis meliùs intelligendis conſideranda ſunt

1. Bilis phænomena.
2. Materia tam conſtitutionis quàm generationis.
3. Efficiens ac generandi modus.
4. Motus; &
5. Uſus.

Phænomena circa bilem naturaliter conſtitutam obſervabilia ſunt plura: Primaria ſunt;

1. Notabilem eſſe differentiam inter bilem, cyſticam & hepaticam: Cyſtica enim amarior, acrior & penetrantior eſt, magis tincta & craſſior. Hepatica verò diluti magis coloris, conſiſtentiæ fluidioris, & ſaporis minus amaricantis, obſervatur, equidem cyſtica ſub primo guſtu etiam dulcedinem notabilem, ſed quæ mox in amarorem penetrantem vergit, repræſentat, cum bilis hepatica ſeroſioris conſiſtentiæ, ſubinde plus ferè dulcedinis, aut minus certè amaroris, præ ſe ferat.
2. Bilis deſtillata, v. g. bubula, per ſe blando igne non niſi phlegma ſuggerit, reſinâ tenaci, ſed inflammabili, in fundo remanente. Illa ipſa tamen copio-

Digitized by Google

copioſior, & rigoroſiori igne examinata, præter phlegma, liquorem inſtar ☉æ recentis deſtillatæ volatilem acriorem, & copioſum ☌, ſuggerit, ☉e fixo non adeò copioſo, & magis ad acrimoniam ☉ſam inſtar ☉is communis, quàm perfectam alcalinam vergente, ex capite mortuo fortiùs calcinato, ſuperſtite. Eadem bilis recens cum additione alcali fixi deſtillata, liquorem volatilem ſeu ſpirituoſum urinoſum ſuggerit, qui pro talium natura ſyrupum violarum virideſcente colore tingit, ſolutionem verò Mercurii ſublimati lacteam reddit; non ſecus ac eadem bilis cum aqua ſimplici affuſa ad putreſcendum ſepoſita, deſtillando liquorem volatiliorem & urinoſiorem adhuc ſuggerit, modò dictos effectus manifeſtiùs exercentem. Porrò bilis in vitro hermeticè ſigillato, in fimo equino per aliquot ſeptimanas ad putreſcendum ſepoſita, ex flavo rubra & perſpicua, cum ſedimento quodam apparet. Bili huic admiſta ▽, Spiritu ♃is imprægnata, lacteum præcipitando exhibuit colorem, præcipitato ſimul reſinoſo ſubamaro ſucco, qui in prunis abſque capite mortuo exhalavit.

3. Bilis permiſta cum liquoribus variis, varia exhibet phænomena, eaque multipliciter variantia, pro liquorum ex iisdem, licet ſimplicibus, præparatorum quantitate, qualitate, tempore, aliarumque circumſtantiarum, licèt minutiſſimarum, differentia, adeò ut leviſſimo ex accidente variet phænomenon, ut plurimum tamen ab acidis intenſioribus, qualia ſunt imprimis mineralium, ut ſpiritus ſulphuris, vitrioli, ☉is, nitri, &c. turbari, interdum nonnihil efferveſcere, hinc plus minus intenſè virideſcere, & ſedimentum ex albo nonnihil virideſcens, plus minus ſpiſſum ſeponere obſervatur, cum amaritici plus minus remiſſione. Acetum deſtillatum vel ſimplex, item ſuccus citri, turbant pariter nonnihil bilem, & aliquale, ſed parcius ſedimentum ſubpallidum deponunt, & flavedo mediocris emergit, quæ aliàs naturaliter ex luteo fuſci eſt coloris. Alcalia verò volatilia, ut Spiritus ſalis ammoniaci, ☉ volatile fuliginis, ~C. C. eſſentificatus, &c. alterationem in bile facere obſervantur; hinc conſiſtentiam bilis tenuiorem & claram cum colore citrino plus minus, interdum verò aureo, acquirit cum aliquali ſedimento viſcido in fundo. Aqua communis denique, ☉ commune, ☽, ☉, ☉ ✱, &c. alterationem nullam, aut exiguam, faciunt, excepto aliquo ſedimento mucilaginoſo. Cum oleo tartari varia in diverſis tentaminibus exhibet phænomena, nunc in maſſam fœtidam coagulari ab eodem, nunc verò eadem clareſcere, & ſubcitrini coloris reddi, cum ſedimento, quale ab acidis præcipitatur, obſervatur. Ab amico relatum habeo, quod obſervarit ex oleo tartari per deliquium, bili ſuillæ inſtillato, quaſi effervescentiam fieri, id quod innoteſcat ex bullis, & particularum mutua agitatione.

Adeò in hujusmodi tentaminibus experimentalibus, quæ artem magis quàm naturam ſapiunt, ad quaslibet circumſtantias probè attendendum, & idem experimentum ſæpius, diverſô licet tempore, reiterandum, antequam pro uſu theoretico aut practico certi quid exinde concludi queat.

Materiam bilis quod attinet, & quidem eam, quæ eſt conſtitutionis, copioſum ☌ eidem ineſſe, ex inſpiſſatæ ejus relicto corpore reſiniformi, ut & ex facillima incenſione & deflagratione manifeſtum eſt. Salinæ ejus particulæ ſub olei tegmine deliteſcentes patent ex phlegmatis ſeu aquæ in bile præſentia, ut & facillima ejus cum aqua communi miſcela; oleum enim aut oleoſum corpus ſine ☉inarum particularum interventu, conſortium ▽æ haud patitur, atque adeò ſaponarius liquor ſuo jure vocari poteſt bilis, qui ex analogia cum aliis concretis ſimilibus, & præſertim cæteris animalium partibus, ex copioſo oleo, occulto acido, debito tamen alcali volatili ſaturato, conſtet: id quod imprimis iſta cum alcali fixo deſtillatio illuſtrat, cùm per ſe deſtillata ſpiritum & ☉ volatile urinoſum non ſuggerat, quia hoc detinetur ab acido oleoſo, quod ab alcali fixo abſorptum, volatile alcali promptè dimittit, non ſecus ac in ſanguine, bilis matre, hoc ipſum accidere obſervamus. Nam cæteræ mechanicæ ſuperius allegatæ ob texturam bilis nimis alteratã, & intercedentes putrefactiones, & hinc cum fortiori igne deſtillationes, quibus mediantibus formæ non tàm educuntur, quàm novæ producuntur, minus adhuc quadrant; atque adeò ſaponarius ſeu oleoſus, ☉ſus, vel ſecundùm alios non ineptè, nitroſus, ſapore dulcamarus, effectu calidus, uſu balſamicus liquor erit bilis. Materia generationis eſt ſanguis propriè dictus, chylo nempe & ſero contradiſtinctus, quem non ſaltem arteria epatica confert, quæ

Digitized by Google

Backii *de Corde pag.* 133. & Sylvii, *Disp. Med.* 6. §. 52. & 53. sententia est, quamque Malpighius quoque *de Struct. Lienis c.* 6. probabilem suspicatur, sed illius maxima portio potissimum poro epatico destinata per ramos venæ portæ advehitur, quod idem Malpighius *loco citato*, & *de Epatis Structura cap.* 7. comprobat; pinguiores scilicèt, subtiliores particulæ sanguinis cum salinis certo modo unitæ, tanquam cremor seu flos sanguinis per hepatis officium in bilem abeunt.

Modus, quô ex sanguine separatur bilis in hepate, fit per simplicem transcolationem mechanicam, mediantibus acinis istis glandulosis epati propriis, ex quibus parenchyma ejus coaluit; sicuti v. g. olea destillata ab adjuncto phlegmate & spiritu per chartam emporeticam oleo imprægnatam aut per lanam gossypii separari solent: vid. Charleton *in Oeconom. Anim. Exercit.* 11. §. 14. *& seq.* item Glyssonius *in Anat. Hepatis c.* 41. *&* 42. 43. siquidem & vasorum choledochorum radices terminantur in acinis glandulosis, quo etiam pertingunt venæ portæ ramificationes. Dubitare quis interim posset, an ita formaliter bilis in sanguine existat, ut nudâ transcolatione exinde separabilis fiat? an verò saltem materialiter, ita ut per modum vel præcipitationis, vel fermentativæ cujusdam alterationis, sanguis ex parte talem immutationem, sub sui per hepatis glandulas transitu, suscipiat, qua formaliter in bilem abeat, quæ texturæ suæ specialis ratione non nisi orificiola pororum choledochorum ingredi valeat? idque ex eo,

1. Quod bilis liquor videatur non leviter à sanguine discrepans, & cujus nulla, ne minima quidem, in sanguine vestigia observentur.
2. Parenchyma hepatis singulare apparenter majori usui, quàm simplici transcolationi, destinatum videtur.
3. Si ☐æ in renibus secretio non absque fermento alterante fieri potest, ut plures asserunt, idem potiori longè jure bilis transcolationi convenire videtur.

Motum bilis quod attinet, immediatè eadem intrat poros biliarios in hepate, utpote qui undique per ejus parenchyma, speciatim in parte sima seu cava, sunt dispersi; unde partim immediatè per ductus choledochos in intestinum duodenum, partim verò mediatè, nempe in folliculum fellis prius collecta, exinde etiam ad intestina per ramum cysticum abit. Ac sanè negari nequit, eam bilem, quæ per porum biliarium hepaticum ad intestina excernitur, ex hepate oriri, in eoque elaborari ex sanguine, per venam portæ advecto: id quod experimenta Malpighii & Fracassati confirmant, quatenus ligatis omnibus hepaticis arteriis, & abscissâ penitus vesiculâ felleâ, nihilominus tamen copiosum bilis per ductus choledochos ex hepate proventum adhuc in cane vivo observarunt: copiosa vasa, unde sanguinis effusio maxima. Adhæc ductuum hepaticorum conformatio mechanica, & insertio ductus cystici obliqua, ex mechanicis motum contenti in eis deorsum, non verò sursum versus, demonstrant, ut & intumescentia versus hepar, si supra insertionem ductus cystici ligentur, id quod contra Sylvii Hypothesin observandum, qui *in Dissertat. de Hepatis usu* vult bilem per hepar derivari partim ad intestina, partim misceri cum sanguine, & ad cor pervenire.

Bilem verò, quæ in folliculo felleo continetur, non elici ex hepate, sed generari in folliculo ipso ex sanguine, per arteriam propriam cysticam in eum transmissô, vult Sylvius *in Dissertat. Medica* 6. §. 53. item Swammerdam *de Respirat. Sect.* 3. *cap.* 1. *pag.* 86. & Pechlinus *de Purgantib. p.* 496. unde sanguis in folliculo per fermentationem à bile vel jam præsente in similem bilem mutetur, instar vini aceto infusi, vel à glandulis tunicæ folliculi internæ & pori biliarii ita alteretur.

Obstant verò hic experimenta Malpighii *de Epatis Structura cap.* 7. *pag.* 40. qui ligatâ alterâ hepaticâ, & sic pariter furculo ejus, cysticâ, nihilominus continuum bilis proventum ex sanguine venæ portæ observavit; & quare duplex officina bilis, alia in hepate, alia in folliculo, fingenda foret? quin potiùs concludendum videatur, hepatis officium versari simpliciter circa bilis elaborationem; secretam nempe in hepatis glandulis materiam ex sanguine, ibique certo modo alteratam & mutatam in bilem, partim immediatè per porum choledochum hepaticum ad intestina derivari, partim mediatè in cystim priùs collectam, per ductum hujus cysticum ad intestina pariter ablegari.

Collectio hæc singularis bilis in folliculo felleo fit mediantibus certis parvis ductibus biliariis ex hepate in folliculum felleum derivatis, de quibus videatur Highmorus *in Anatom. l.* 1. *p.* 3. *c.* 2. item Bartholinus *in Anatomia*, Wepferus *de Cicuta pag.* 176. Schraderus *in Observat. p.* 187. in quo eadem digestionis quasi chymicæ beneficio exactiùs elaborata, & acrior & spissior pedetentim evadit, & ceu œconomiæ animali necessarius thesaurus asservatur successivè, præsertim sub chyli distributione uberiùs effundenda.

Usus autem, quem bilis obtinet in intestinis,

Digitized by Google

ſtinis, ſupra fuit explicatus, qui tantus eſt, ut ſine bile ventris perturbationes, totius corporis languor & maraſmus, aut cachexia, ſuccedat, quorum exempla proſtant hinc inde, quæ videbitis apud Helmontium *de Sextupl. Digeſt.* item *Scholarum Paſſiva Deceptione, in* Mœbio *in Fundament. Phyſiol. p.* 368. item *in* Deuſingio *Exercit. de Alim. Depurat.* §. 69. item *in* Glyſſonio *in Anat. Hepatis c.* 39. Exemplum cachexiæ præprimis confirmat obſervatio Fontani, *quam Commentar. ſuo in Veſal. Epitome, ubi de bile agit*, addidit, quod veſiculam felleam ſine bile deprehenderit in corpore hydropico & ſummè cachectico: ſimile quid in quodam decollato ſuperioribus annis obſervavi, qui omninò cachecticus jam ad anaſarcam inclinabat, in quo tamen nihil reperiebatur præternaturale, niſi quod bilis veſicula felle eſſet vacua. Adeoque iſta vitia morboſa, quæ à Veteribus hepati frigido, & hepatis intemperiei frigidæ, & hinc deficienti ſanguificationi, adſcripta fuerunt, illa potiori jure bilis vel defectui vel inertiæ, vel præternaturali alterationi adſcribenda erunt; exinde enim evenit, quod talibus in affectibus amara, ut abſinthium, centaur. minus, Rosmarinus, Rhabarbarum, &c. imprimis in uſu ſint; quæ omnia bilem vel deficientem augent, vel vitiatam ejus naturalem eraſin reſtituunt. Adeoque non caloris defectus in ſanguine eſt cauſa defectus bilis, ſed potiùs abſentia bilis eſt autor tepeſcentiæ ſanguinis; non enim ceu excrementum in hepate ſecernitur, quia aliàs inconveniens eſſet, ut denuò cum chylo in inteſtinis permiſceretur, ſed ceu liquor balſamicus ad ſuos uſus deſtinatus pro totius incolumitate.

CAPUT XIV.

De

Seri Superflui, Salibus abundantibus impregnati, per Renes Excluſione.

SAnguinis pars tenuis & aquoſa, ut fluidam reddit integram maſſam, ita etiam ejusdem tam ſuperflua, ſed effœta & inertia, quàm, ſi forte digeſtionum errore genita ſint, excrementitia ☉ia, aut etiam alias quascunque impuritates ac ſordes, digeſtionis ſecundæ errore prognatas, imbibit, easque ex maſſa ſanguinea per renum colatorium expurgat, ſerumque ſanguinis, quando turget ☉ibus ſuperfluis, communiter Helmontio latex aquoſus dicitur, quod in hiſce ſecretoriis locis urinæ nomen accipit, ſicut per poros cutis, ſi confertim excernatur, ſudoris. Eſt namque una eademque ☐æ & ſudoris materia, locorum ſecretoriorum diverſitate diſtincta, licet renes ſint naturalia magis, pori verò cutis quodammodo præternaturalia excretoria vaſa; hinc multum ſudantes parum mingunt, præſertim æſtatis tempore, per inſenſibilem tranſpirationem multa eliminantes; econtra in hyeme multum mingimus, ſed parum ſudamus. Aliàs de ſero ſanguinis, ejusque uſu videri poteſt Piſo *de Colluv. ſeroſa*, Barbatus, Schenckius *in ſingulari Diſſertatione*, & Helmontius *in Tract. Latex Humor. neglectus.*

Medium & organum ſecretionis ☐æ mechanicum ſunt renes, quorum ſtructuram non inelegantem, transcolationi ſpeciali accommodatiſſimam Laurentius Bellinus, Italus, *in Tract. de Structura & Uſu Renum*, ſuperioribus annis quidem ſuppeditavit, ſed accuratiorem ſuppeditat Malpighius *Tract. de Structura Viſcerum, cap. de Renibus*, ubi præter vaſa emulgentia, præterque ureteris in pelvim expanſiones, & hinc pro papillis renalibus recipiendis, ulteriores in tubulis diſtributiones obſervat, renes præſertim circa gibbam ſui partem conſtare ex glandulis innumeris minutiſſimis, apparenter, ut piſcium ova, rotundis, & hinc ſimul fibris, ſeu potiùs canaliculis penè innumeris, membranaceis, propriis ſcilicet renum excretoriis vaſculis, extimam regionem fibroſam ſeu ſolidiorem ſubſtantiam ſuâ aggerie præcipuè componentibus. Glandulæ iſtæ connectuntur arteriarum ramis, & in multiplices ſurculos propagatis iisdem adnaſcuntur & appenduntur, ex quibus etiam ſerum, ☐æ materiam, acquirunt, eandemque ex ſanguine eò delato emulgent & ſeparant.

Hanc per rerum iſtas fibras membraneas excavatas copioſiſſimas, quæ à gibbo renis rectà verſus centrum ſeu cavitatem renum tendunt, & velut in faſciculum recollectæ in papillas deſinunt in productos tubulos ex pelvi protuberantes, in pelvim exonerant. Ergo ſecernendæ ☐æ glandulæ; ſecretæ ad pelvim diſtribuendæ inſtrumentum ſunt excavatæ fibræ.

Urina ex renibus in pelvim exonerata ſucceſſivè per continuatum ureterum ductum in veſicam ☐riam, in ſpatio hypogaſtrii inferiore, quod pelvim vocant, ſitam deſtillat, in qua, tanquam matula publica, coacervatur, & tandem juſto tempore per uretram excernitur.

Veſica moderatè plena nil ſentit incommodi; ſin verò urina ſit nimis copioſa, ita ut veſicæ nimia & dolorifica fiat diſtenſio, vel urina ſit nimis acris, ☉ſa aut acida, ut fiat ejus arroſio aut vellicatio, v. g. in ſtranguria, tunc

Digitized by Google

tunc excretionem urget veſica: ☉ enim naturaliter acris, id eſt, conſtans ex ☿e volatili ſalſo, ſeu compoſito ex acido & alcali volatilibus, nunquam veſicam irritat, quia ejus ſubſtantia eſt defenſa muco viſcido. Sub excretione ergo veſicæ ſphincter, qui aliàs eſt conſtrictus, ſe laxat, ita ☉ contenta, ſpontè effluit, adjuvantibus fibris circularibus muſculoſis membranæ veſicæ mediæ, quarum contractione anguſtatur veſica, atque ☉ expellitur. In ſubſidium veniunt etiam interdum muſculi abdominis recti, vel horum appendices pyramidales, qui ſe contrahendo ſubjacentem veſicam ita premunt, & ☉m ſimul expellunt.

Patet ex dictis, ſerum à ſanguine percolatione quadam in renibus ſecerni, quæ tamen ſola haud videtur omninò ſufficiens, quin probabilius eſt, certam in renibus ſanguinis fuſionem evenire, mediante qua attenuetur ſanguis, & diſponatur ita, ut ſeroſus latex facilius ab eo ſecedat: vid. Diemerbroccius *Anatom. pag.* 171. Imò ipſum ſerum etiam ſub iſta ſui ſeparatione, & per renes tranſitu, certam alterationem fermentativam ſubire, qua ipſa ☉æ materia peculiarem colorem, odorē, ſaporem, aliaq; attributa & proprietates, diſtinctas admodū à làtice ſanguinis & in nullo alio corporis ſucco reperibiles, acquirat, ſimulque talem conſiſtentiam recipiat, mediante quâ & ipſum & ejus ſimul contenta promptiùs ac faciliùs per renes tranſcolari poſſint, ita ut materialiter quidem urina in ſanguine præexiſtat, formaliter verò in renibus demum fiat. Probabile eſt ☉m in renibus alterari, & renes eſſe diſpoſitos ad hanc alterationem: medium verò alterationis, & à quo ſanguis ſui tranſitu per renes diſponatur, ut uberiùs dimittat ſerum, & à quo ſimul ſerum determinatam pro ☉ proprietatem acquirit, non incongruè fermento cuidam ☿ino fracido, renibus proprio, in papillari eorum corpore contento; naturæ ☿inæ volatilis lixivialis ſeu urinoſæ adſcribit Williſius *Pharmac. Rational. Sect.* 4. *cap.* 1. *p.* 138. 139. *& ſeqq.* item Helmontius *Tract. de Lithiaſi*; *cap.* 4. §. 30. & Tacchenius *in Clave Hippærat. Chymici c.* 9. qui iſtud ab effectu & proprietatibus fermentum ſtercoreum, & lotii putrefactivum appellitant, in quo contineatur diſpoſitio iſta ad calculos generandos; ſicuti etiam in renibus coctis odor fracidus urinoſus deprehenditur, à relicto fermento ☉rio, à quo & ſanguinis fuſio, & ita copioſior ſeri ſeparatio, promovetur. Quæ enim olim credita eſt ☉æ per transcolationem in renibus facta ſecretio, jam inſufficiens, imò minus ſubtilis videtur, niſi lixiviale accedat fermentum.

Eſt autem urina duplex, ut rectè diſtinguitur ab Helmontio, urina potus & urina ſanguinis. Urina ſanguinis eſt, quantum ſenſuum fide conſtat, propriè loquendo nihil aliud, quàm lixivium quoddam, ſerum nempe, ☿e ☿ſo ſeu cnixo, partim volatili, partim fixo quaſi Ammoniacali, potiſſimùm impræg natum.

Copioſum phlegma ſeu aquoſus latex, quod paulò antè nutrimenti vehiculum extiterat, mutatâ nunc ſcenâ recrementi evadit vehiculum: inutiles ac recrementoſas, perque continuatum inteſtinum motum quaſi attritas ac arctiùs invicem ſociatas, indeque effœtas factas, ☿ino-oleoſas maſſæ ſanguineæ particulas imbibit, eaſque unà cum intermiſtis plus minus copioſis particulis chyloſis, ſanguini minus commodè aſſimilabilibus, evehit.

Sal hoc volatile ☿ſum, ex alcali nimirum & acido ambobus volatilibus, conſtat, quæ ipſa tamen, pro reliquorum in corpore humorum ratione, temperata ſunt intertextis partibus ſulphureis ſeu oleoſis non paucis, quod patet ex ☉æ deſtillatione, ubi poſt ☿ volatile ſimul prodit copioſum oleum empyreumaticum, ejusdem naturæ cum oleo maſſæ ſanguineæ; vid. Helmontius *de Lith. c.* 3. & Williſius *in Tract. de Urinis.*

Compoſitio iſta ☉æ, quoad ☿ia, diviſibilis eſt mediante alcali fixo aut etiam ♆ additis, à quibus abſorbetur & ſeparatur acidum, & dimittitur ſolùm ☁ urinoſus volatilis.

Fixæ particulæ, præter ♁m mortuam, duplex ☿ exhibent; eſculentum unum cum alimentis aſſumptum, & cum liquore ☉æ ad vias ☉rias raptum; alterum fixum ſui generis ☿ſum quid eſt, ſed magis ad alcaliſatorum naturam accedens, quale & ex ſanguine, utut in pauca quantitate, parabile exiſtit.

Urina potus ex primis viis mox ſub labore primæ digeſtionis, ſecreta utut pallida, ſimiliter eſt ☿ſa, & ejusdem cum illa ſanguinis ☉ conditionis, diluta ſaltem magis eſt, minusque contentis ☿ibus oleoſis ſaturata.

Quod ☉ igitur potus detur, qui in primis viis, antequam chylus cum ſanguine miſcetur, ſeparatur, teſtantur potulenta, quæ uti aſſumpta fuerunt, per ☉m rejiciuntur. In Obſervationibus Bartholini eſt exemplum cujusdam, bibentis ♈ rubrum, & idem etiam eodem colore, ſapore & odore per ☉m rejicientis. In Horſtii obſervationibus aliquis emulſionem amygdalarum excrevit, ut illam aſſumpſerat. Quàm plurima ſunt exempla ☉æ lacteæ, ſeu Urinæ, cum qua chylus permiſtus, qualia in *Timæo*, *Platero*, &c. inveniuntur: Vid. etiam M. A. N. C. ubi ſunt exempla bibentium acidulas, quas eodem colore & ſapore cum Urina iterum excreverunt Proſtant etiam exempla eorum, qui pro robore ſtomachi coriandri, aniſi &c. Semina

Digitized by Google

mina comeſta per ⊡m iterum tota excreverunt. Horſtius *in Obſervat.* habet, quod petroſelini radicum fruſtula anteà adſumpta per ⊡m excreta fuerint, grana ficuum etiam cum urina fuiſſe excreta, ipſe novi. Rhabarbarum aſſumptum facit mingere ⊡m colore citrino; eſu croci ejus odor ſentitur in ⊡; Aſparagus fœtido odore reddit ⊡m; ficus Indicæ interior cortex ruber, ſi comeditur, aut ejus folii ſuccus, facit ⊡m rubicundam; acetum potantes claram reddunt ⊡m.

Quæritur, quomodo & per quas vias potus ex primis viis ad vias urinarias derivetur? Fatendum in obſcuro adhuc modum pariter ac vias latere: Monſtrare quidem volunt Bilſius & Bartholinus *in Obſervat.* canales ſeu vaſa lactea ex glandulis lumbaribus ad renes aut veſicam mandata, ſed hæc fuerunt lymphatica, & à renibus ſurſum tendunt. Probabilis magis eſt filtratio Williſii per tunicas ventriculi ſpongioſas, quod mediantibus iſtis coletur per vias incognitas, & mandetur ad vias ⊡rias; cùm enim urinandi deſiderium frequentiùs comeſſantes fatiget, quàm alvi exoneratio, ideoque brevior quoque bibentibus erit ex ventriculo ad renes aut veſicam via, quàm ex inteſtinis.

Quoad contenta varia, hæc ſunt vel naturalia, vel præternaturalia. Naturalia contenta ſunt illa, de quibus hactenus, quod ſi verò errore vel primæ digeſtionis, non ritè coquatur totus chylus, & ita conſequentet in ſecunda digeſtione non ritè aſſimiletur, pars hæc crudior à parte aquoſa imbibita, unà cum urina excernitur, & ſedimentum iſtud in ſanorum urinis conſtituit.

Prout ergò ſe habent chyli & ſanguinis digeſtiones, ita etiam ſe habent in ſuis attributis ⊡æ. Hinc ſi ⊖ia, reliquæque hos liquores conſtituentes partes per fermentationem benè ſubactæ, & à latice aquoſo ritè imbibitæ fuerint, ⊡ eſt clara & perſpicua; ſin verò hæc ſub fermentatione non ritè ſint inter ſe unita, ⊡ fit turbida. Simile evenit cum omnibus liquoribus fermentantibus; qui legitimè fermentati, vel fermentantes, ex unione partium, tàm continentium quàm contentarum, reciproca ſunt clari; vitioſè verò fermentati, ſunt turbidi. Hinc & ⊡æ in naturali ſtatu, dum contenta habent ritè fermentata, & probè inter ſe ac cum liquore continente unita, ſunt claræ & perſpicuæ; ſi verò fermentatio ſanguinis vitiatur, & partes ejus ⊖inæ depravatæ factæ, nec convenienter inter ſe nec cum reliquis ritè uniantur, nec ſubigantur, ac fermententur, ex quacunque etiam fiat cauſa, quæ tamen ordinariò eſt ⊖ium, tùm inter ſe, tùm cum aliis particulis intermiſtis, vitiata proportio & ἀκρασία, chyli & primæ digeſtionis vitio præcipuè orta, ⊡æ fiunt opacæ & turbidæ, donec fermentatione ſe mutuò ſubigant, ſanguinem conſtituentes partes ⊖inas & heterogeneas, nec ritè miſcibiles portiones excludant, & quaſi præcipitent, quo facto, æquabilis redit ſanguinis fermentatio, & tales ⊡æ copioſum tandem ſedimentum, tanquam ſeparatas fæces ſeponendo, denuò clareſcunt, & naturali colore & conſiſtentia ſe conſpiciendos offerunt.

Porrò pro quantitate contentorum ⊡ fit nunc craſſa, nunc tenuis; & prout ipſæ contentæ particulæ ⊖inæ, lixivium hoc conſtituentes, particulis pinguibus & oleoſis combinatæ, diverſo modo ſeſe habent, ex ratione ſcilicet fermentationis, & hinc mutuæ inter ſe cohæſionis; & cũ ſero legitimæ permiſtionis, unde diverſa lucis incidentis fit ad oculũ refractio & reflexio, urinæ valdè variæ, & vel naturali ſunt propiores colori, vel ab eo remotiores, idq; nunc in exceſſu, nunc in defectu, illi rutilant, hi pallent: ſcilicet copioſiora vel acriora ⊖ia cum oleo plus minus copioſo arctius ſeu intimiùs juncta, intenſiorem colorem repræſentant; ſi verò non, ⊡ fit turbida.

Speciatim in morbis coctionis & cruditatis materiæ, ut vocant, morboſæ ſigna æſtimanda ſunt, indeque præjudicanda ſigna vel vitæ vel mortis. Nam ⊡, quæ excernitur tenuis aut pallida aut intensè tincta, ſed clara, cruda dicitur, in qua nempe nulla ⊖ium heterogeneorum jam facta eſt ſeparatio in ſanguine; econtrà ⊡æ craſſæ, turbidæ, copioſum ſedimentum deponentes, aut multiplicibus contentis ſaturatæ, coctionis ſigna exhibent, ſeu recrementa vitioſa & ⊖ia heterogenea copioſo ex ſanguine extrudi, & inſtar fæcum præcipitari, oſtendunt. Confer. hic Sylvius *l.* I. *Praxeos cap.* 55. Nubecula in ⊡ in morbis, tàm chronicis quàm acutis, eſt ſignum redeuntis in ſtomacho fermenti, & recuperatæ plus minus digeſtionis, & omnis turbida ⊡ latens plus minus acidum continet, uti audietis in *Colleg. Practico, ubi de Febribus in genere.*

CAPUT XV.

De

Motu Sanguinis ad Glandulas, earum Uſu, Lymphæq; Ortu & Natura.

EXcurrit ſanguis ulteriùs per arterias ubiq; ad glandulas, copioſè per univerſum corpus hinc inde diſſeminatas, de quibus videatur concinnè agens Steno *Tr. de Glandulis*; ſicuti easdem ſpecialiter quoad ſtructurã deſcribit Warthonus in Adenographia, ut in iisdem peculiaris quidam humor ſeparetur, qui ad conſtituendam lympham requiritur. Sunt autem duplices, conglomeratę & conglobatę. Illæ habent variam figuram, & apparent quaſi ex pluribus minutis glandulis, ceu totidem lobulis, tanquam acinis exactè ſibi contiguis, cum aliquali ſuperficiei inæqualitate conglo-

Digitized by Google

meratis ſeu conglutinatis, compoſitæ, & in unum corpus coactæ ſint, adeoq; cõmuni earum membranâ ſolutâ, in hos facilè ſecedunt. Hæ verò ſimplicem & uniformem habent figuram, & ex una continua materia (niſi quod in medio ſui, annotante Stenone, & Graeff de ſucco pancreatico, cavitatem aliqualẽ habeant) planâq; ſuperficie conſtant, quæque, dilaceratâ licèt earum membranâ communi, non adeò facilè in locos ſecedunt.

Glandulæ conglomeratæ liquorem intra ſe emulctum per peculiares ductus in certas quaſdam corporis cavitates, pro peculiaribus uſibus exequendis effundunt. Inter has glandulas eſt pancreas, quod ſuccum effundit in inteſtina; glandulæ ſalivales, parotides, &c. quæ ſuccum in os transmittunt, & lachrymales, epatis ſubſtantia, renum peripheria, cruſta ventriculi, inteſtinorum veſiculæ felleæ, & vaſorum biliariorum interior facies, &c. Unde ſuccus è dictis glandulis effuſus peculiaria obtinet nomina & officia, ut ſunt ſaliva, ſuccus pancreaticus, lachrymæ, &c. Glandulæ verò conglobatæ præparant ſuccum non adeò inter ſe differentem, uti faciunt conglomeratæ, ſed elaborant ſuccum ſimplicem & homogeneum, quem per peculiaria vaſa, lymphatica dicta, veteribus incognita, & ante 30. demum, & quod excurrit annos inventa, vel ad aliam glandulam deponunt, vel in ductum thoracicum, vel in venam axillarem ſiniſtram ſanguini denuò infundunt & commiſcent, v. g. inguinum, colli, maxillares, meſenterii, lumbares, & flexurarum cubiti atq; genuum; ita quidem, ut omnis liquor, quem glandulæ conglobatæ conficiunt, & ſpeciatim lympha dicitur, ab inferioribus infra cor partibus, per ductum chyliferum thoracicum, tanquam communem truncum, ſanguini in vena axillari ſiniſtra infundatur, ſicuti in eodem loco omnis in glandulis regionis ſupra cor ſuperioris, confecta lympha ibidem infunditur.

Dicuntur hæc vaſa aliàs ſeroſa, cryſtallina, & Bilſio rorifera, quorum ſubſtantia tenuiſſima & ſimpliciſſima eſt: quib⁹ etſi ſit⁹ ac numerus certus & determinatus nondum aſſignari potuerit, certum tamen eſt, in partibus corporis pluribus eadem reperiri, ut probabiliter ſatis inferri liceat, nullam earum, quæ ſanguine arterioſo fruitur, iis deſtitui; ubi enim ſunt glandulæ conglobatæ, neceſſariò oriuntur lymphatica vaſa. Maxima namque vaſorum lymphaticorum pars oritur à glandulis, omniq; inſeritur nervus; pauca verò ab artubus & viſceribus internis, quæ glandulis non ſint connexa. Steno ſanè affirmat *in Obſervat. de Glandulis & Muſculis pag.* 40. & 44. quod quælibet lymphatica vaſa cum glandulis ſuum habeant commercium, cui etiam Malpighius de ſtructura Epatis adſtipulatur, omnia quarumcunque partium lymphatica vaſa ex glandulis conglobatis oriri.

Præterea ratione uſus ſpecialioris, cui inſerviunt glaudulæ, à Warthonio dividuntur in has, quæ individui conſervationi, & in illas, quæ ſpeciei propagationi, inſerviunt. Illa reperiuntur in capite, ſcilicet glandula pinealis, coronaria, glandulæ choroides, pituitariæ, lachrymales, parotides, narium, buccarũ ſublinguales & maxillares; aut circa collũ, tonſillæ, jugulares aut thyroidæ; aut in thorace, thym⁹ & œſophageæ; aut in abdomine, glandulæ meſenterii, omenti, lumbares, pancreas, renes ſuccenturiati, epatis ſubſtantia, renum ſuperficies exterior, ventriculi, inteſtinorum, ac vaſorum biliarium interior facies, aut circa artus, ſub axillis, inguinibus, circa flexuram cubiti & genu. Hæ vel maribus propriæ obſervantur, ſcilicèt teſtes & proſtatæ; vel fœminis competunt, ut uteri ſubſtantiæ ac placentæ uterinæ intertextę glandulæ, horũ corpora glanduloſa collo matricis appoſita, & mamæ.

Structuram quod attinet glandularum, hanc in omni glandularum genere nil præter vaſa (& horum contentos liquores) variè contexta conſtituunt, adeoq; nil aliud, quàm vaſculorum nerveorum maximè exilium, canalibus ſuis excretoriis continuatorum, congeries ſunt, ita ut nihil ſingulari cuidam ſubſtantiæ, vel carni, vel parenchymati ſimile in illis occurrat, nec alia intermedia ſubſtantia in illis adſit, ſed vaſa ſola circularibus plicis, inſtar parvorum inteſtinulorum exiſtentia, inveniantur, quæ ipſa aliis vaſis rubicundis, arteriolis nempe & venulis, ornata ſunt; prout talis ſtructura in teſtibus præcipuè, omnium conſenſu pro glandulis conglomeratis habitis, perquã manifeſtũ eſt: Vid. *Act. Societ. Regiæ Anglican. p.* 869. *ſeqq. & pag.* 708.

Glandularum ſimilis ſtructura ſimilem in genere humorem ab iis emulgeri demonſtrat, non tamen in omnibus eundem: Nempe glandulæ præparant liquorem aqueum ſubtilem plus minus chyloſum & ſpirituoſum, adeoque ſanguini, ut ſic, penitus contradiſtinctum, pro ſpeciali tamen glandularum, præſertim conglomeratarum, varietate, etiam diverſum, non eſſentialem, ſed accidentalem, indeque diverſis uſibus deſtinatum; conglobatarum verò lympha unica videtur & eadem, unde etiam in uno loco pro eodem communi uſu omnis infunditur.

Conglomeratarum ergò glandularum liquor, prout eædem ſunt vel laxioris & magis ſpongioſæ, vel firmioris & durioris texturæ, variat, utut omnis ex arterioſo ſanguine immediatè præparetur & ſecernatur. Illæ quidẽ, quæ laxioris ſunt ſtructuræ, ſerum magis lacteum emulgent, quã ſuis canalibus evacuant in certam cavitatem, uti ſunt glandulæ mammariæ, quę in ſexu ſequiori emulgent ex maſſa ſanguinea lac, quod per ſuos duct⁹ excretorios

in pe-

Digitized by Google

in papillam emittunt, ut preſſu vel ſuctu infantis eliciatur; & teſtes viriles, quibus emulgetur liquor ſemilacteus, ſpiritibus animalib⁹ turgidus pro materia genituræ, qui ſub coitus fervore à ſpiritibus ejaculatur & animatur. Ad has quoq; pertinent tonſillæ, in ſummitate faucium conſitæ: Nam hæc etiam emulgent & ſeparant ex maſſa ſanguinea lympham ſemilacteam, ut ab ipſo, concurrente ſalivâ, lubricetur œſophagus pro uſu deglutitionis; &c. Hæ verò, quæ firmioris ſunt compagis, & poros habent anguſtiores; ſeroſum ſaltem & ſubtilem laticem, eumque ſimul ſubtili ☉e volatili, ſallo vel acidulo, plus minus manifeſto, impregnatum, conficiunt & ſeparant, qui effunditur per vas ſuum excretorium, quales ſunt parotides, glandulæ lachrymales, &c. quæ emulgent lympham ☉ſam pro continua oculorū humectatione. Ad has etiam pertinent glandulæ ſalivales, pancreas, glandulæ copioſæ in & circa laryngem poſitæ, quales inter cartilaginem aſperæ arteriæ annuliformem conſitæ, & lympham eructant in ſummitatem aſperæ arteriæ, ut continuò humectetur propter formandam vocem, & illæſionem ab aëre externo: Pertinent huc etiam glandulæ extra binas membranas pituitarias, ſuperiorem ſcilicet poſt narium ſummitatem, & inferiorem poſt fauces ſitas. Atque his in dictis glandulis ſecretis & præparatis liquoribus, à ſpiritibus animalibus per copioſiores vel inſigniores nervos, quàm ſenſui vel motui convenit, ad glandulas iſtas diſtributis, certa quædam alteratio, vel in operando efficacia ſimul accedere videtur, id quod lactis ex animi pathematis facta alteratio illuſtrare videtur.

Hic fuit uſus glandularum, de quo ex neotericorum ſcriptis adhuc notetur, horum nonnullos, præſertim Anglos, v. g. Gliſſonium, Warthonium & Charletonem, nervis glandulas inſervire, ſuſpicari, ita quidem, ut earū aliæ ſuccum nutritiū nervis miniſtrent, ſcilicet meſenterii, & lumborum; aliæ recrementa eorū excipiant, & ad venas reducant, v. g. renales, jugulares, &c. aliæ excrementa illa è corpore planè præſcribant, v. g. ſalivales, &c. circa quam tamen hypotheſin notetur.

1. Nervis glandulas non omnes, nec primario, inſervire, cùm non omnes plexus nervorum adeò notabiles habeant, aut cum his notabiliter valdè communicent, v. g. pancreas, glandulæ oculorum, &c.
2. A plurimis, imò ipſis Anglis, ſucci nervorum nutritii exiſtentia in dubium vocata fuit. Imò
3. Dubitandum, an aliquid à nervis, ſeu de horum ſucco in glandulis ſecernatur, ob rationes à Cole *de Secret. Animal. pag.* 41. allatas.
4. Multò difficiliùs eſt, tantam ſibi imaginari humiditatis excrementitiæ quantitatē per nervos advehi, quanto ſucc⁹ pancreaticus, ſalivæ, &c. rejicitur.

Materia autem, ex qua componitur lympha, ſeu liquor glandularum conglobatarum, eſt idem latex aquoſus limpidiſſimus, ſed nutrimento roridо partium ſpermaticarum ſeu nervearum impregnatus, miniſterio glandularum ex ſanguine collectus, & inde per vaſa lymphatica ulteriùs in ſanguinem derivatus. Huic ipſi liquori limpido ſpirituoſo in glandulis his conglobatis ſimul accedere videtur ex ſanguine arterioſo ad illos derivato ſubtilis, volatilis, acido-ſallus ſuccus vel liquor, ut probabiliter aſſerit Sylvius *Diſſertat.* 8. Bartholinus *in Cent.* 2. *Epiſt.* 55. & 69. item *in Centur.* 3. *Epiſtol.* 87. 88.

Quoad motum lymphæ, illa movetur vel cum ſanguine, & ſic per arterias à corde, tanquam centro, ad partes, ut peripheriam; vel à ſanguine ſeparata movetur vel à glandulis conglomeratis per ductus peculiares ad cavitates notabiles, vel conglobatis, aliisque forſan tertiæ regionis partibus per vaſa lymphatica ad cor tanquam centrum.

Uſus lymphæ in glandulis conglomeratis eſt, ut excreta per ductus excretorios in determinatas cavitates, vel loca, certis functionibus & alterationibus præſit. Sed quis ſit uſus certus lymphæ, in glandulis conglobatis elaboratæ, & ſanguini in vena ſubclavia & axillari ſiniſtra permiſtæ, adhuc controvertitur. Ex veterum ſententia nullus aut exiguus eſt, cùm illis excrementitius creditus fuerit hicce humor: in genere tamen ejus propè cor cum ſanguine undiq; refluo comiſtio, & indè in cor & proximè cordi infuſio, & inde in pulmones atq; ſiniſtrum cordis ventriculum diſtributio, certum quendam pro ſanguificatione, ſanguiniſque revocatione & reſtauratione vitali in præcordiis uſum arguit, quod lymphæ aſcendentis ab inferioribus cum chylo in ductum thoracicum miſcela ulteriùs confirmat. Accedit & hoc, quod chylus lymphâ, tanquam ejus vehiculo, dilutus in ductu thoracico, faciliùs cum ſanguine permiſceatur, & cum eodem ſubigatur, & aſſimiletur; & quare aliàs à tàm remotis locis tanto itinere omnis lympha, ex quibusvis glandulis conglobatis eò adſcenderet, & ſanguini, ſpeciatim iſto in loco, infunderetur? Hinc non ineptè exiſtimat Charleton *Exerc.* 9. §. 8. lympham ſpirituoſam, acido-☉ſo impregnatam, infundi cum chylo ſanguini, diluere illum & fluxiliorem reddere, & ſimul materiam novam pro ſanguificatione & ſanguinis renovatione vitali ſuppeditare, eumque reſtauratæ fermentationi in præcordiis mediante ♎e aptiorem

reddere, adeoque simul facilem ejus coagulationem impedire, dum præfatum sanguinem à capite descendentem, spiritibus orbatum, ascendentem verò sero aquoso spoliatum, tenuiorem & liquidiorem reddit.

CAPUT XVI.

De

Motu Sanguinis ad Corporis circumferentiam, factaq; ibidem insensibili transpiratione.

COrpus nostrum in continuo est fluxu & affluxu, amittit jugiter copiosissimas particulas insensibiliter per cutim, (ut nihil dicam de iis, quæ sub exspiratione pulmonali exhalant) id quod insensibilis transpiratio appellatur, cujus incredibilem quantitatem, & insignem necessitatem, videbitis *in Medic. Statica* Sanctorii. Circa hanc ergò consideranda venit

1. Materia.
2. Vehiculum.
3. Organum, &
4. Modus.

Vehiculum & materia insensibilis hujus transpirationis à natura ordinatæ, est latex aquosus sanguinis, partibus ejus ☉inis volatilibus oleosis inutilibus, id est, tàm superfluis & recrementosis aliisque sordibus præternaturalibus, quàm diuturniori cum sanguine circuitu & fermentatione effœtis, & quasi attritis, sufficienter tamen pro omnimoda transpiratione mediante & repetita ista sanguinis fermentatione, & ☉is inspirati resolutione, attenuatis & volatilisatis imprægnatus, sicuti saporem ejus ☉sum pinguem, adeoque ex acido & alcali compositum, ex indusiis lixivio maceratis, mechanicâ Chymicâ demonstrat Tacchenius *in Hippocr. Chymico cap.* 12. *& cap.* 16. Lixivium enim absorbet acidum insensibiliter transpirans, & ☉ volatile liberatur.

Maxima scilicet hujus pars crassior, minusque subtilis, uti cum urina sanguinis ablegatur; ita residua portio in sanguine, à sero ejus dissoluta, dum cum eo circulatur per partes continentes, i.e. solidas, sapore suo ☉so saponis instar abluit & abstergit nutrimentum harum roridum, non perfectè post accretionem cessantem assimilatum & coagulatum: quod irrorationis debitæ ubi defunctum est munere, successivè attenuatum & in ☉sum conversum, à latice præterfluente simul absersum, & jam diuturniore morâ inutile, & quodammodo excrementitium redditum; hoc ipsum vel successivè per transpirationem insensibilem, vel confertim sudoris formâ per poros cutis emittitur; adeoque uti digestionis primæ emunctorium sunt alvus & intestina, secundæ verò renes & vesica ☊ria, ita digestioni tertiæ primariò dicata est insensibilis transpiratio, ut, ne aliquid sordium à nutritione remaneat, heterogeneum secundariò insensibiliter simul per peripheriam corporis exhalet.

Nonnulli insensibili transpiratione carent, ut indusia per tres septimanas pura permaneant: Vid. *Acta Anglic. pag.* 103. ubi talismodi deficiens transpiratio insensibilis refertur, unde Anasarca; & indusium per 5. & 6. septimanas tritum puritate non cesserit indusio unum diem trito.

Organum est cutis, quæ est rete quoddam, quasi tendinum ex triplici minutissimorum vasculorum capillarium, ceu fibrarum genere, tanquam tot filamentis artificiosè constructa, ex capillaribus nempe vasculis (quæ ob exilitatem fibræ vocari possunt) venarum, arteriarum, & primariò nervorum, utpote quorum fibræ præ cæteris copiosiores sunt, quæ inter se contexta rete quoddam totum corpus investiens constituunt. Sub hac textura reticulari copiosæ constitutæ sunt glandulæ parvæ ex conglomeratarum genere, ob exilitatem miliares dictæ, suis excretoriis vasis, exteriora versus ad cuticulam spectantibus, constructis, quorum orificiola insigniter cutis poros videntur constituere, per quos continuò emittitur secreta materia, ita ut poris singulis glandulas suas subjacere Steno observaverit, qui vid. *in Tract. Myolog. Specim. Geometr. ubi de Piscis Anatome*: item *Observat. de Musculis & Glandulis p.* 46. Malpighius *in Tr. de Externo Tactus organo p.* 32. *&* 39. it. Bartholinus *Cent.* 3. *Epist.* 65. 67. *&* 68. Pechlinus *de Purgantibus*. Hæc ipsa tamen glandularum excretoria copiosioris transpirationis saltem, ac potiùs transsudationis, videntur fontes; quibus aliàs binas pororum exilissimorum & copiosissimorũ differentias meritò adnumerat Pechlinus *de Habitu & Colore Æthiop. p.* 87. per quos transpiratio insensibilis imprimis contingit: nempe præter istos tubulos cutaneos ex singulis glandulis enascentes, sunt aliæ quædam viæ, minus quidem conspicuæ, sed ad cutis pressionem, cuticulæque reduvias, lympham copiosè stillantes, quæ sunt oscula arteriolarum capillarium, unde ad acris medicamenti serosionem s. laxationem, humor in vesicam colligi solet. Tertiæ viæ sunt minima & indivisibilia corporis perspirabilis puncta, per quæ effluvia tantùm minutim divisa, nec solito coërcenda, penetrant. Dictæ glandulæ miliares vix in sanis observantur;

Digitized by Google

vantur; ſub axillis tamen & inguinibus, præcipuè in iis, qui laborant anaſarcâ, hydrope &c. conſpicuæ ſunt.

Quoad modum inſenſibilis hujus tranſpirationis, hæ ipſæ cutis glandulæ miliares ex ſanguine, per capillaria vaſcula allato, emulgent & ſeparant copiosè partem ejus aquoſam, particulis ejus effætis, & ſuperfluis ☉ibus oleoſis acido-☉ſis, aliisque inutilibus, tùm primariò maſſæ ſanguineæ, tùm etiam partium continentium, imprægnatam, quæ ſub halituum per ſe inviſibilium forma per vaſcula eorum excretoria exſpirant, dum ſimili ratione per alios exiliſſimos poros cutaneos, ſimul ex capillaribus vaſorum ſanguifluorum ſimilis materia ſucceſſivè excernitur, adjuvante non parum tam calore ipſius corporis exſpirantis, quàm etiam corporis ambientis. Quin etiam aër inſpiratus, & fluidis corporibus permiſtus, uti fermentativum motum inteſtinum, & hinc ſucceſſivam absque ſpiſſiori capite mortuo attenuationem eorum multum promovet, ita & tranſpirationem inſigniter adjuvat; ſimili ſcilicèt modo, ac ex pulmonibus exſpiratus idem, ſub æſtivo tempore multum effluviorum inſenſibilium rapere ſolet; ita idem fluidis corporib⁹ permiſtus in cutis peripheria, quâ datâ portâ proruit, & ita tranſpirandæ materiæ motum ad extra facilitat. Exinde reſpirationem ac tranſpirationem certam ad ſe invicem proportionem habere rectè annotat Pechlinus *Tr. de Alim. & Aëris Defectu p.* 114. *&* 118. Nempe animalia calidiora ut reſpirationem habent vehementiorem, ſic & tranſpirationem copioſiorem.

Quod ſi ergò maſſa ſanguinea à quacunque cauſa reſoluta velociùs per univerſum corpus promoveatur, ideoque inſigniùs quaſi ebulliat, efferveſcat & intenſiùs incaleſcat, indeque attenuetur nimiùm, & quaſi liqueſcat, uti vel in exercitiis corporis, aut nimio ambientis calore, aut ſub ſtragulis, aut poſt aſſumpta volatilia ſalina aut ♆ea contingit, ſudor oboritur, dum ex iſta ſanguinis fuſione tranſpiratio in tantum augetur, ut ex copia materiæ à glandulis imbibitus hæc confertim ſub guttularum minutiſſimarum forma tandem extra corpus erumpat, quæ unitæ rivulorum ſpecie emanant, quin etiam exterior cutis habitus ab imbibitione iſta uberiore humectatus quodammodo turgere & intumeſcere videatur.

Cum hac ſanguinis diſpoſitione ſub tranſudatione ſimul etiam habenda eſt ratio fibrarum nervearum ſeu tendinoſarum cutis, non ſecus ac in ipſa inſenſibili tranſpiratione: harum enim relaxatio aut contractio multùm, tàm in promovendo quàm impediendo tranſpiratu ac ſudore, ac inſenſili tranſpiratione, præſtare ſolet. Quò magis enim hæ ipſæ tenſæ ac contractæ ſunt, indeque glandulæ compreſſæ & vaſcula eorum excretoria, cæterique pori, tanquam meatus excretorii, conſtricti & anguſtati, eò parcior tranſpiratio, & paucus vel nullus ſudor, elici poteſt; cùm verò reſolutæ nonnihil hæ ipſæ fuerint, & inde patentiores pori, contrarium expectandum.

Sicut autem modum ſudoris ſecretorium à ſola ſanguinis circulatione, ut à cauſa interna, depromere convenit, cùm pro celeritate & violentia hujus diverſa, ſudor modò copioſior, modò parcior, ſequatur; ita ejusdem excretionem moles ſaltem propria intra glandulas coacervata præſtat, quæ fero novo cedens per vaſa excretoria prorumpit, utut probabile ſit, eundem ſanguinis impetum, arteriolas pororum lateribus adſtantes diſtendentem, ſudoris excretionem aliquomodo juvare.

Anxiè autem inter Autores controverſum fuit, an ſudor naturalis generis excrementum ſit? Quidam enim omnibus in corpore ritè diſpoſitis, probèque digeſto cibo, &, ſi nihil externi vel violenti, v. g. motus corporis, balnea, &c. accedant, nihil per cutem, quod ſenſu percipiatur, excerni volunt. Sennertus *in Inſtitut. pag.* 77. diſtinguit inter cauſam efficientem, ſeu expellentem virtutem, & ipſam materiam ſudoris; adeoque illius reſpectu multos ſudores præternaturales eſſe, hujus verò neutiquam, ſuſpicatur: cui opinioni quoque Sylvius inniti videtur *Prax. l.* 1. *cap.* 58. dum, ſicut vomitum, ita & ſudorem, tanquam excretionem naturalem negat, ſed aut non-naturalem, aut præternaturalem, aut medicam, hancque vel artificialem vel criticam eſſe. Quæ omnia, utut experientiæ & rationi ſatis conformia ſint, illa tamen infringere videtur neotericorum obſervatio de glandulis cuti intertextis, de quibus ſuprà dictum, quæ tanquam organa naturalia ſerum ſuperfluum ſecernunt, illudque ſub forma ſudoris è corpore eliminant, & per conſequens excrementum naturale, tàm materiæ quàm organorum, ſecernentium & excernentium, reſpectu dici meretur, utut non ſemper ſub ſudoris, ſed vaporis forma nobis appareat. Sudor artificialis ad naturalem referri poſſe non videtur, quia medicamentis peragitur, quæ ſunt res non-naturales; ſicut criticus ad præternaturalem, ſive laudabilis ſit, ſive minus.

Materia ſenſilis hujus tranſudationis in ſtatu naturali ex parte eſt eadem, quæ inſenſibilis tranſpirationis, nempe ☉ina volatilis oleoſa, de qua vid. Tacchenius *in Hippocr. Chymico cap.* 12. *pag.* 77. Sed præterea, ſi ſæpiùs contingat ſudatio, tum ex maſſa ſanguinea, ſub ſudoris motu nimis attenuata & reſoluta, tum ex partibus ſolidis copioſæ partes

Digitized by G

utiles, uti etiam ipſum nutrimentum partium ſolidarum roſcidum, ſimul à ſero ⊖ſo abſorbentur, & ſimul foràs educuntur. Ut nihil dicam de partibus ſpirituoſis animalibus & vitalibus in omni ſudore per poros corporis apertos ſpontaneo motu præſertim erumpentibus; contra tamen naturæ vel voluntatem vel providentiam; quorum defectu non tantùm vires tandem deficiunt, ſed etiam materiæ illius unà excretæ ratione crebrior ſudor corpus emaciat, & exſuccum reddit, pinguesque eô valdè attenuantur.

Aſt in ſtatu præternaturali non tantùm excrementa iſta ⊖ina, aliaque ſanguinis, uti & partium continentium heterogeneitates, auſpicatiſſimè cum ſudore ita ſenſibiliter excernuntur; ſed omnes heterogeneitates, quæ ſanguinem obſident, ſic foras emittuntur, quando ſcilicet eædem prius per fermentationem ex ſanguinis arctiori miſcela ſeparatæ, & quaſi præcipitatæ ſunt: tunc enim ab aquoſis partibus imbibitæ, vel ſpontaneo naturæ motu in declinatione morbi criticè excernuntur, quod etiam in fine paroxyſmorum febrilium in intermittentibus ſpontè contingit, vel medicamento diaphoretico, attenuatâ & liquefactâ maſsâ ſanguineâ, easdem excludit. Hinc in principio morborum, dum nondum eſt facta excernendorum iſtorum ſeparatio, uti ☐æ tunc apparent claræ & crudæ, ita tunc ſæpiùs fruſtrà, rarò ſine noxa, propinantur ſola ſudorifera, magis namque excitant maſſæ ſanguineæ fermentationem, eamque impetuoſiùs agitant. Quod ſi verò præmittantur præcipitantia, vel addantur ſudoriferis, ſæpiùs ſperatus evenit ſucceſſus.

Uti ergò *inſenſibilis* tranſpirationis uſus primarius eſt, ut purificetur maſſa ſanguinea, ſingulæque partes à particulis effætis, & eatenus ab excrementitiis ⊖inis oleoſis, aliisque, ex neceſſitate materiæ in ſanguificatione & nutritione pronatis, (quibus aliàs retentis, ex turbata maſſa ſanguinea morbi univerſales, præſertim febres, immediatè oriuntur; ex vitiata verò partis cujusdam ſolidæ nutritione morbi particulares, præſertim abſceſſus vel apoſtemata exurgunt) puræ ſerventur, ita etiam ſudor primariò eſt evacuativus & purificativus totius maſſæ ſanguineæ, & ſimul abſterſivus partium ſolidarum & continentium; ſecundariò verò eſt accelerativus ſanguinis motus circularis, ſanguinisque attenuativus & ventilativus, quo maſſa ſanguinea prohibetur à coagulatione & ſtagnatione, ſicuti per accidens, ſi ſit nimius, eſt colliquefactivus nutrimenti, & ſic emaciativus, ob ſpirituum verò exhauſtionem debilitativus. Hinc ii, qui crebriùs ſudant, non pinguescunt, & pinguia ſudantes emaciantur, quia ſudor nutrimentum corporis roridum copiosè evacuat.

An autem præcisè ex ſanguine, an non quoque ex aſſumptis, ex primis viis, præcordiis, vel interioribus viſceribus ſudor etiam immediatè prorumpat, ut acutè hoc urget Deuſingius *in Exercit. de Depurat. Alim. pag.* 187. & in *Append. ejus pag.* 343. item in *Diſſertat. de Lacte Sect.* 2. §. 63. id ſanè non improbabile eſt, & ex eo concludendum, quod quilibet probè calefactus, & hauſtum frigidum bibens valdè ſudet, licèt ob modi, quo id fiat, & viarum, per quas id contingat, ignorantiam res adhuc ſit obſcuriſſima. Fieri tamen poteſt aliqualis condenſatio ex hauſtu frigido: in calore enim ſanguis diſſolvitur; ſi frigus advenit, ſerum quaſi coagulatur & condenſatur, & eò magis ſerum etiam ſeparatur propter condenſationem.

CAPUT XVII.

De

Sanguinis ad cerebrum motu ſpirituumq́, animaliumgeneratione & officio.

SAnguinis ex ſiniſtro cordis ventriculo in arteriam propulſi altera pars per arteriæ ramum adſcendentem ſurſum fertur, & ex ramis axillaribus per duo inſignia arteriarum paria, carotidum nempe & vertebralium, in cerebrum adſcendit, in cujus medullam hæ arteriæ ramos quoſdam hinc inde ſpargunt, maxima verò pars in minima capillaria diviſa vaſcula extimam cerebri & cerebelli ſuperficiem cineream, cortex appellatam, ſub tenui meninge, à qua omnes ejus anfractus arctè inveſtiuntur, ubique copioſiſſimæ arteriolæ ſubintrant, à quibus etiam motu ſuo pulſativo cerebri cortici certus motus tribuitur, ut ex inflatione carotidum, qua nunc attollitur, nunc deprimitur cerebrum, patet: Unde motus hic depreſſorius & ſubſultorius cerebro non eſt proprius, ſed ſaltem ab arteriarum motu communicatus: Vid. Sperlingii *Anthropologia*, quæ omnes tamen ita ſibi invicem inoſculantur, ut ſanguis ex carotidibus ad cervicales, & vice versâ, item ex carotide ad cervicalem unius lateris ad alterius lateris ramum facilè meare poſſit.

Arteriæ hæ paucis venulis, & per cerebri baſin diſperſis, implicantur, per quas ſanguis denuò reportatur, & in ſinus 4. duræ matris derivatur; qui, cùm continui ſint venis jugularibus (his enim inflatis inflantur & ſinus) tandem per has in venam cavam omnem ſanguinem refundunt, de quibus vaſis vid. Sylvius *in Diſſertat.* 4. Willisius *in Anat. Cerebri cap.* 1. & 2. & Highmorus.

Obſer-

Digitized by Google

Obſervabilis autem eſt in ipſo cerebro ac cerebello duplex ſubſtantiæ diverſitas:

1. Corticalis, exterior nempe ſubcineritia & mollis; &
2. Medullaris interior ſeu fibroſa, elegantèr candida & ſolidior.

Corticem iſtum, qui ex ſanguine, per copioſas arterias eò allato, loco coloris albicantis ſubcineritius eſt, ex copioſiſſimis glandulis minutulis, ovalis figuræ invicem contextis, conſtare, in quas inſinuent ſe iſta ſanguifera, & ex quibus ſingulares ductus nervei delicatiſſimi candicantes oriantur, qui certo ordine invicem convoluti univerſam cerebri medullarem molem componant, tandemque in nervos innumeros abeant, per quos, tanquam canales, ☉ in corpus diſtribuuntur; primus Malpighius aſſerit & oſtendit *in Tr. de Structura Viſcerum, cap. de Cortice Cerebri* 1. & 2. item in *Epiſt. ejus ad Fracaſſat. de Cerebro*, & Williſius *de Anat. Cerebri cap.* 10. atque *de Anima Brutorum c.* 4. Adeoque corticalis cerebri & cerebelli ſubſtantia eſt glanduloſa, imò ipſam glandulam vocavit Hippocrates *de Glandulis*; medullaris verò fibroſa ſeu ſtriata eſt, quæ fibræ cum ſui protractione in filamenta quaſi tenuiora, tandem in nervos abeunt, continuata cerebri nervorumque, adeoque eadem erit ſubſtantia.

Dari autem quendam ſpiritum, ab officiò animalem dictum, hoc eſt, ſenſus & motus animalis primum Autorem, in cerebro primitus ſcaturientem, & hinc mediantibus nervis, juxta filamentorum & pororum ſeriem undique diſtributum, hîc præſupponimus, cùm videamus v. g. nervo diſſecto ſufflaminari influxum ſeu irradiationem ſpirituum animalium, & perire membri infra ſectionem ſenſum pariter ac motum. Objectiones autem contra ſpiritum animalem diſcuſſas videbitis in Rolfincii *Exercit. Anatomicis.* Conſtituunt hi ipſi primariò animam animalium tàm brutorum quàm hominum ſenſitivam, (excipiendo tamen Animam rationalem, quæ in homine adhuc ſuperior eſt, cui tamen cum œconomia corporis vitali ac animali, quatenus tali, nullum eſt commercium) ſuntque primi Autores actionum animalibus propriarum, quæ utut ſint variæ & diſtinctæ, determinatur tamen modò dictus ſpiritus animalis ſpecie & eſſentiâ unus, adeoque in ſe conſideratus ad varias actiones indifferens, pro varia partium organicarum diſpoſitione & proprietate, ratione cujus nunc in hac parte hanc functionem, in alia aliam, perficit. Nam ipſe, qui v. g. movet muſculum, & pedem per muſculum, aut qui in lingua dicitur guſtare, is conferret ſuo modo ad viſum, ſi eſſet in oculo; aut deglutitionem promoveret, ſi eſſet in œſophagi muſculis, & ſic conſequenter in aliis; ſicuti unus ♎ diverſos ſonos pro varietate & formatione fiſtularum efficit, ac ab una ▽ variæ machinæ moventur, ita & unus ☉ pro organi varietate diverſas edit functiones. In operationibus quidem externis, quas per motum exercet, nempe in inſtrumentis ſenſuum, magis paſſivè ſe habet, quatenus fibras in tenſione conſervat; in inſtrumentis enim ſenſuum, recipiendo objectorum ſenſilium per organa mota impreſſiones, ſenſus inſtrumentum eſt: ſed quoad operationes internas, & inde dependentem motum animalem, magis activè ſe exhibere ſolet.

Generari hunc ſpiritum in cerebro ex ſanguine, & cerebello, & quidem parte hujus corticali, indubium eſt, cum nulla adſit materia alia pro conſtituendo eodem; & quidem ſanguinis partem ſubtiliſſimam volatilem, quæ ſpiritus vitalis dicitur aliàs, eſſe id, quod in cerebro tranſeat in animalem ſpiritum, aſſeritur, non per modum novæ cujusdam elaborationis, fermentationis aut tranſmutationis in cerebro perficiendæ, ſed ex mente Carteſii per nudam ac ſimplicem ſeparationem, & ſubtiliſſimam quaſi filtrationem quandam, dum ſpiritus ſalino-volatilis, forſan & lucidus ſanguinis in cerebri cortice ſeparatur, & ita ſolus ac putus, indeque vegetus exiſtens, & cerebri medullam undique replet & permeat, ſimul etiam membra cætera influxu ſuo actuat, eaque ad ſenſum & motum diſponit.

Speciatim verò cortice glanduloſo mediante ſpiritus volatiles ſanguinis, vitales dicti, ſeparantur à ſanguine. Iſtius ſeparationis modum optimè quidem expreſſiſſe videtur Sylvius *in Diſſertat.* 4. *de Cerebro* §. 29. & Williſius *in Anat. Cerebri c.* 9. *p.* 68. & *Tract. de Fermentat. c.* 5. *pag.* 10. & 19. per modum nempe ſubtiliſſimæ agillimæque filtrationis, & quaſi accuratæ per ſerpentinos ductus deſtillationis, qua partes ſanguinis ſpirituoſæ activæ & mobiles ex carotidibus in cerebro, ex vertebralibus verò in cerebello, per eorum corticem glanduloſum agiliter penetrando, tranſeant in cerebri medullam, ſanguine ipſo, ceu craſſiore corpore, ob pororum anguſtiam, cum vehiculo ejus aqueo, ob pinguiorem & oleoſam quaſi cerebri ſubſtantiam, excluſis, quæ partim in venas, partim in glandulas abeunt: hinc quidam cum Williſio non inconcinnè comparant cum deſtillatione ▽ per ſpongiam oleo impregnatam, qua tantùm ſubtiliſſima pars per ꝰoi poros tranſit, & ſic quoque ſola ſubſtantia ♃ ea lucida tranſeat in cerebrum. Unde neceſſe eſt, emergat ſubſtantia ſpirituoſa, ſubtilis, volatilis, facillimè mobilis, & ut Williſius aſſerit, lucida, in ſtatu naturali ſcilicèt ſi ſit cõſtituta.

In

Digitized by Google

In ipſa verò ſubſtantia medullari, ceu regio palatio, ~ dicti volatiles luminoſi, animales nunc appellandi, debitis motionibus, expanſionibus & agitationibus, & inde per nervos in omnes partes radioſis emanationibus, & operationes animalibus proprias, ſenſus nempe, in ſpecie internos, & motus, perficiunt.

Eſt adeoq; hic Spiritꝰ animalis præſes omnium functionum animalium in ſenſu & motu conſtitutarum, qui ſenſus, uti duplices ſunt, externi & interni, ita etiam duplex motus eos inſequitur: Internus, qui pathemata ſeu affectus conſtituit, & externus, qui localem ſolidarum partium motum perficit. Præter quos uſus, quod etiam nutritioni, generationi, & variæ humorum corporis in craſi alterationi ſimul conferant, ex ſuprà dictis hinc inde notum erit. Quia verò omnes hæ functiones cum ſpirituum horum motu ita coincidunt, ut his quieſcentibus, vel quacunque de cauſa non motis, haud contingant, manifeſtum eſt, formalem eorum activitatem in motu continuo, &, ut vocant aliàs, non interrupto influxu, ſeu potiùs in continuo nixu ad motum, adeoque inſigni vi elaſticâ, conſiſtere, qui qualis ſit nixus, & unde dependeat, meritò inquirendum eſt.

Et quidem, cùm ſpirituum horum exercitus Animæ ſenſitivæ rationem proximè conſtituat, hujus verò hypotheſis per totum corpus æqualiter expanſa ſit, cùm omnes partes hâc ipsâ plus minus gaudeant, etiam ſpiritus animales, continuatâ quadam, non interruptâ ſerie undique diffuſi & ſibi invicem cohærentes erunt, ita ut non opus ſit ſpiritus numero eosdem ab una nervi extremitate ad alteram demum proſilire, unde accidit, ut ſpiritus animales eodem momento moveantur in nervis, organo cuilibet ſenſibili vel muſculo implantatis, quo moventur iidem in cerebro circa primum nervorum principium, pari ferè ratione atque ſolis aliusque luminis radii in inſtanti quaſi transvehantur ad oculum, propter continuam materiæ luminoſæ ſeriem inter oculum videntis, & corpus luminoſum, per modum lineæ rectæ diſpoſitum, ut moto uno extremo moveatur & alterum; propter quam analogiam Veteribus ſpirituum animalium motus irradiatio quædam, aut ἀκτινοβολισμὸς appellatus fuit, quodque irradiando ex cerebro per nervos influant. Cùm enim nervus à ſuo principio ad finem uſque continuus ſit, & ſpiritus animalis, ut ſuprà monitum, continuatâ ſerie in iisdem hoſpitentur, fieri aliter haud poteſt, quin moto ſpiritu, qui reſidet in nervo circa cerebrum, neceſſariò etiam ſpiritus in nervo circa ſenſorium quoddam, vel muſculum, incola ſimul moveatur; & contrà, moto ſpiritu in ſenſorio, ſimplici & rectilineâ perculſione, ſpiritus in nervo iſtius principio itidem moveatur. Quod autem parva mutatio in ipſo principio facta multiplices & magnas in extremo faciat differentias, non eſt obſcurum, ut temone paulùm translato magna proræ fit transpoſitio: Vid. Charleton *in Oeconom. Anim. Exercit.* II. & Sanctorius *in Commentar. in Avicenn.*

Primum radiativi hujus motus in cerebro & cerebello principium, præter vim ipſorum ſpirituum elaſticam, qua continuò ſe expandere & undique dilatare nituntur (qua ipsâ etiam fibras partium in debito tono ſeu continua tenſione ad ſenſum & motum perquàm neceſſaria conſervant) plus minus tamen pro ipſorum ſpirituum materiali conſtitutione varia, à calore corporis animalis ſimul aucta, quærendum eſt in arteriarum, omnes cerebri anfractus ſubeuntium, & ſpeciatim corticem copioſiſſimè inveſtientium, pulſu, & indice cerebri ipſius motu pulſatili, ita quidem, ut & ſanguinis impetu, & cerebri motu ſpirituum anteriores à ſubſequentibus, continuatâ quadam ſerie & ſucceſſione protrudantur, quibus mediis & ipſi ~ volatiles in cerebro ſcaturientes non ſaltem in continuo ibidem perſiſtant motu, ſed etiam ſucceſſivè ad nervorum principium propelluntur, & inde in univerſam corporis machinam derivantur.

Ab hoc autem ſpiritu animali & ſentiendi habemus poteſtatem & movendi activitatem, cum ratiocinationis ſublimiore actione, in qua ut ~ animalis verè & ſoli animæ, nempe rationali, tanquam principaliori agenti, inſtrumentaliter inſervit, ita pro ejus ~ varia conſtitutione non tantùm in latitudine ſanitatis diverſitas operationum animalium in ſingulis individuis obſervatur multiplex, ſed etiam in conſtitutione morboſa variæ in ſenſu & motu, quin & intellectus operationibus, læſiones oriuntur.

Sed quoad ſenſus internos, non ſine idearum compoſitione explicabiles, aut ruditer ſaltem cognoſcibiles, ipſiſque conſequentes affectus, quomodo hoc ſpiritu vel obeantur vel adjuventur, res adhuc intricatiſſima eſt.

Naturalis autem ſpirituum animalium diverſitas ex varia craſi & miſtura maſſæ ſanguineæ, & hinc diverſa conſtitutione cerebri dependet: prout enim diverſa eſt maſſa ſanguinea, diverſi etiam emergunt ~; quoad cerebrum, variat hujus conſtitutio, tàm ſecundùm compoſitionem ſeu texturam materialem, quàm conformationem mechanicam; quoad compoſitionem materialem, præter conſtitutionem ſeminalem ſub generationis primordiis natam, multum varietas ejus dependet à ſanguine & ſpiritu influo; variatâ enim hîc ejus nutritione & naturali textura, plures aliæ proprietates, & inde emergens tempe-

Digitized by Google

temperatura in caliditate & humiditate, ſiccitate & mollitie, &c. variant; ſicuti in ipſa conformatione mechanica ratione pororum, meatuum & ductuum diverſitas deprehenditur, quæ omnia & ſpiritum animalem, ejusdem conſtitutionem, generationem, diſtributionem & motum, variant: hinc iſta in actionibus animalibus inſignis differentia cholericorum, melancholicorum, &c. ex quibus ingeniorum diverſitas deducenda.

Affectio communis animalium, ratione ſpirituum animalium motus, ipſis conveniens eſt: Vigilia & ſomnus: nempe ſi dicti ſpiritus animales in debita quantitate & ſubtilitate, blando & moderato, eoque ordinato motu naturaliter agitentur, ſeu undique radient, indeque cerebrū implendo quodammodo expandant, & ita ex eodem ſecundùm filamentorum, cerebri medullarem ſubſtantiam conſtituentium, ductum, continuato quaſi rivulo in corpus & omnia membra ſcaturiant, ordinatum omnium actionum animalium, nempe ſenſus & motus, ſequitur exercitium, i. e. vigiliæ. Occaſione hujuſmodi expanſionis in cerebro, in anima rationali formantur certæ ideæ, ratione quarum fit intelligentia; ſin verò ~ ab aliis quibuſcunque objectis, venenis narcoticis, &c. vel perturbati, aut irritati, vel à nimio calore agitati, ut in febribus, inordinato, vago, & ſubinde impetuoſo in cerebro motu feruntur, exinde mentis perturbatio & deliria varia, non tamen diuturna, oriuntur, ut in paraphrenitide, item in ebriis, apparet: in partibus verò cæteris & muſculis perverſo & præternaturali inordinato motu variæ geſticulationes, ſpaſmi, aut varii convulſivi motus, ſubinde mirabiles producuntur, ut in punctura nervi contingit: hinc in animali violenter necato ultimo impetu convulſiones videre licèt. Et quidem ex horum ſpirituum animalium, & hinc à cerebri conſtitutione varia, tum quoad conformationem, quam quoad internos meatus inſenſilem, tum quoad materialem texturam, aliàs temperiem dictam, derivanda venit diverſitas ingeniorum: Hinc etiam his plus minus ætate vel morbo mutatis, plus minus etiam in eodem ſubjecto variat ingenii habitudo. Hinc quorum ~ animales ſunt lucidi, clari, paulò ſubtiliores, volatiliores, celeriùs & agiliùs moventur, in his eſt ſubtilitas ſeu acumen ingenii & alacritas ſingularis in corporis actionibus & promptitudo; ſed tales ob nimiam ſpirituum volatilitatem & ſubtilitatem, indeque inſignem in varios non rarò inordinatos motus aptitudinem, ſimul tamen etiam facilem eorum abſumptionem, & diſſipationem, inconſtantes partim, partim etiam impatientes ſunt; horum enim ſpiritus ſunt ignei, ad actiones prompti; ſed inconſtantes & verſatiles, hinc verſatilia oriuntur ingenia. Quibus ſi conſtitutio cerebri mollior vel durior, indeque vel flexilior vel rigidior acceſſerit, ibi inconſtantiam, hîc verò majorem pertinaciam, efficiet, uti v. g. in Gallorum, & ſic dictorum cholericorum ingeniis patet. Econtrà quorum ~ ſunt puri quidem & lucidi, non tamen adeo ſubtiles ac agiles, indeque blandiùs & tardiùs, ordinate tamen & legitimè, moventur, ſunt ingenii acuti & accurati, ſed tardiuſculi, cum quadam pertinacia, ſimulque in judicio & omnibus actionibus autoritas quædam & maturitas, conſtantia & patientia, nec non gravitas in moribus eſt conſpicua: tales ſunt Hiſpani & Itali, item ii, qui dicuntur eſſe naturæ aliqualiter melancholicæ naturalis. Quorum verò ſpiritus animales non ſunt lucidi, ſed nebuloſi & obfuſcati; hinc torpeſcunt nimis, minus ſunt agiles, &c. Hi ſunt tardi, ſomnolenti, lenti in progreſſu, ordinarius ſtupor & hebetudo ingenii cum actionum reliquārum torpore obvia eſt, ut in phlegmaticis ſic dictis, item in ruſticorum gente, & nimis melancholicis manifeſtum evadit: In tali caſu ~ excitandi ſunt; unde choreæ, facetæ converſationes, jucunda mulierum conſuetudo, &c. Melancholicos alacres reddit, agitando nempe & ſubtiliſando ~. De ingenii humani varietate vid. Barclaius, Otto Neuhuſius *in Theatro Ingeniorum*, Janus Huardus *Scrutin. Ingenior.* & Æſchatius Major.

Quod ſi animalium ſpirituum vigor naturalis nonnihil torpeat vel ob deficientem quantitatem, vel ob deficientem ſubtilitatem & agilitatem, indeque remiſſiùs & quaſi tardiùs moveantur & influant, ſenſus quieſcunt, & alta quies occupat membra, h. e. ſomnus obrepit, ſupervenit ceſſatio ſenſibilis ſenſuum externorum & motionum, non deficiens in totum, ſed in tantum; non enim planè defraudatæ ſunt partes corporis ſpiritibus animalibus in ſomno, ſed hi remiſſiùs tantùm influunt, & pro operationibus non ſufficiunt: Cauſa ergò ſomni eſt,

1. Quando ſpiritus deficiunt, exhauſti nempe ob evacuationes nimias quasvis, & animæ atque corporis labores; utut hæc in ſubjectis illis potius agant, quæ jam dum ex quacunque cauſa, v. g. à ſenectute, ſcorbuto, &c. ſpirituum defectum aut torporem patiuntur.
2. Quando ſunt torpidi, & difficulter tardeque mobiles, quod fit ferè duplici ex ratione; vel (*) ob cerebri aliqualem humectationem ſub ejuſdem nutritione:

tritione: Vid. Willisius *in Anat. Cerebri p.* 84. vel (β) ob eorum præternaturalem fixationem seu condensationem ex assumptis, vel applicatis medicamentis narcoticis seu opiatis, aut ob attractionem exhalationum seu Gas narcoticorum, v.g. in cellis vinariis, item in ædificiis recens dealbatis, quibus spirituum motus insigniter impediri solet.

Quam diu ergò una vel altera aut plures causæ, spiritibus torporem inducentes adsunt, tamdiu somnus durat; cessat verò idem, & vigiliæ redeunt, quatenus mobilitatem pristinam illi recuperant, à causis contrariis: nempe vel sponte evigilamus, quando ~ refecti & alacriores denuò redditi fuerint; vel lacessiti per sensibilia violentiora, sive externa sint, v.g. lumen aut strepitus ingens, sive in corpore lateant, v.g. calculi dolor: quo etiam spectant curæ nimiæ, spiritibus inducias nullas concedentes.

CAPUT XVIII.

De *Sensibus Externis in genere.*

Officia, quibus præsunt animales ~, sunt sensus & motus, utrique interni & externi. Externos quod attinet sensus, cùm hi reverà consistant in passione seu motione organi, inducta ab objecto externo sensili, per certum ab hoc factum motum seu impressionem, adeoque saltem in motione filamentorum nerveorum organi, ~ animales in his hoc saltem præstare videntur, ut suo influxu filamenta nervea, organum sensus proximè constituentia, in debito tono & tensione conservent, quo faciliùs ab externis objectis moveri, & ita sensatio externa fieri possit.

Quæcunque scilicet ambientia corpora externa continuò in nos agunt, & externas partes spiritibus animalibus perfusas afficiunt, i.e. motionem certam inducunt in earum nervis, quæ actio vocatur sensus externus, & illa corpora, à quibus ista fit impressio, dicuntur objecta sensibus; sicuti pars ista, quæ ita disposita & fabricata, ut talem & talem impressionem, seu externorum insultum immediatè recipiat, sensus organon vocatur. Sic dum lingua percipit impressiones particularum ⊖inarum, dicitur organon gustus: dum auris impressiones undulantis ≙is recipit, dicitur esse organon auditus.

Spiritus ergò in se uniformis diversificatur pro structura in organo recipientibus seu sentientibus, in quod agunt objecta per motum, qui ex varietate agentium & recipientium variat. Varietas ista motus, ex varietate figuræ particularum minutarum motarum, & pororum, istarum particularum figuris respondentium oritur: sic v.g. figura particularum ⊖inarum, & huic respondentes poruli, in papillis linguæ has particulas motas recipientibus facit, ut lingua tantum gustet, qui pori, cùm non sint in organo odoratus, gustabilia, ut talia, odoratum non afficiunt.

In omni ergò sensu in genere duo sunt consideranda:

1. Receptio impressionis seu actionis, factæ in organo sensus, ab objecto sensili externo.
2. Perceptio istius impressionis seu mutationis in organo factæ.

Ista autem actio seu impressio, quando consideratur, uti recipitur in organo, dicitur sensus externus, scilicèt visus: sentire enim est quoddam pati, quam passionem inducunt in organa nostra objecta externa; quando verò hæc impressio in organo externo recepta percipitur à nobis, ita ut formaliter cognoscamus, nos sentire, dicitur internus: e.g. Albedo afficit oculum, seu certam impressionem in oculum facit, qui sensus externus visus dicitur; perceptio verò hujus coloris vocatur sensus internus: aut quando cæcum pungit apis, vel cæco si in linguam immittitur ⅋ piperis, dicit: sentio in lingua, vel piper rodit linguam; quæ rosio & passio per cæcum explicatur: ego sentio. Prout ergò externorum insultus variat, hisque respondens corporis partium structura, quæ hujus, non illius objecti activam, impressionem recipere apta nata est, etiam variant sensus externi, qui ad quinquenarium vulgò satis aptè revocantur numerum.

In omni autem sensu externo tria sunt consideranda:

1. Agens, seu objectum sensile, quod in partes corporis certam impressionem seu actionem exercet, & à sensibus percipitur.
2. Patiens, seu partes certæ corporis, quæ impressiones istas suscipiunt, & quæ exinde organa sensoria dicuntur.
3. Impressio seu actio objecti in organa ipsa, seu modus, quo objectum in organa operatur.

In objecto movente, duo sunt observanda: Materiale unum seu ipsa corporis textura, prout ex particulis variis materialiter coalescit; alterum formale, seu ratio ipsa, sub qua in organon sensus operatur. In organo verò

Digitized by Google

verò observetur ejus multiplex compositio dissimilaris, ratione cujus quædam pars in eodem est primaria seu principalis, altera minus principalis. Illa est, quæ objecti impressionem immediatè recipit; hæ verò sunt cæteræ partes, quæ ad meliorem illius actionis susceptionem faciunt. In impressione denique seu actione ipsa objecti in organon, consideretur modus agendi vel generalis, qui consistit in motu, ratione cujus omnis sensus externus in tactu consistere dicitur; vel specialis, qui est determinatus quidam motus à speciali objecti in organon determinatum actione resultans.

Communis in scholis Philosophorum & hinc Medicorum de sentiendi modo recepta opinio in hoc consistit, quod nempe objecta sensilia habeant in se qualitates reales, quæ ex se diffundant alias qualitates intentionales, species sensiles dictas, quæ ita afficiant organon sensus, ut facultas sentitiva ibidem residens istas qualitates mediantibus spiritibus recipiat, easque ad facultatem, sensum communem dictam, transmittat, à qua fiat istius qualitatis perceptio & dijudicatio, atque ita vera sensatio. Sed quis non videt, hisce nudis terminis sine nucleo rerum rem hanc aliàs obscuram multò magis obscurari? Explicandum siquidem restat, quid sit ista facultas sentiens, in quo consistant istæ qualitates sensiles, earumque species intentionales? item quomodo eadem afficiant organa, & quomodo ab his ad cerebrum fiat transitus pro formali sensatione.

Moderni ergò, relictis cæcis rationibus & terminis nil significantibus, & experimenta naturæ consulentes, aliter longè rem explicant: inveniunt scilicèt omnes istas, quæ corporibus attribuuntur, qualitates non esse entia realia, sed saltem modos entis, nempe materiæ, adeoque eas rebus in se unis affingi ex diverso nostro concipiendi modo, qui multiplices, eosque distinctos de una re formans conceptus, prout diversimodè res ista afficit sensus, statim tot entia quasi reverà distincta in ipsis concipiat. Conferatur de hoc Digby *Tract. de Natura Corporum l.* 1. *cap.* 1. *pag.* 3.

Sunt ergò vires istæ objectorum externorum, organa sensoria afficientes, quas vulgò qualitates sensiles vocant, non entitates quædam reales & absolutè ab alia entitate ipsoque corpore, cui inhærere dicuntur, distinctæ, sed duntaxat corpus ipsum, prout ex certo particularum minutissimarum materialium coalitu, juxta harum figuram, magnitudinem, situm, ordinem, motum & quietem, & ex his resultantem texturam, vel conformationem, &c. aptum natum est, variè sensuum organa distinctâ suâ compositione, secundùm modò dictam corporum texturam, ceu diversa patientia diversimodè agentibus respondentia, afficere, quod (corpus variè contextum) prout hoc modo nunc in hanc nunc alio modo in aliam corporis partem agit & certum motum inducit, vel mediatè vel immediatè, tàm varias qualitates sensiles, seu in organa sensus agendi potestates habere dicitur, cujus affectionis seu impressionis in organo effectus, sensationes vocamus: Videatur Digby *l. a.* Sic v. g. eædem particulæ frustulum corticis aurantiorum contexentes, quatenus peculiari modo situatæ lucem reflectunt, coloratæ nobis apparent, quatenus certo modo figuratæ papillas linguæ vel membranam narium afficiunt, sapidæ & odoratæ sunt, quatenus denique inæqualiter contextæ multæ eminent, multæ depressæ sunt, scabritiem quandam seu superficiei inæqualitatem tactui repræsentant. Omnia hæc attributa non sunt distinctæ qualitates, sed nil aliud, quàm textura corporis, prout constitutum ex minutissimis particulis. Ista ergò attributa in objectis sensuum non sunt entia realia, sed est nuda textura corporis ratione particularum minutissimarum, v. g. si nullus daretur in mundo oculus, nullus color daretur, nam color est alteratio in oculo: si non esset lingua, nullus sapor daretur; non quod deessent corpora sapida ex talibus particulis contexta, sed quod non possent linguam afficere, & in mente concipi. Porrò ferrum dicitur esse corpus nigrum, acutum, durum, insipidum, inodorum, &c. quæ attributa non sunt entia distincta ferri, sed ista minutissima corpora, quæ ♂ constituunt & componunt. Hæ prout in sua conformatione lucem abscondunt, corpus nigrum constituunt; prout eædem conformatæ, ut in una parte pauciores, in altera majores sint, dicuntur acutæ, firmæ, duræ, &c. prout nullam faciunt alterationem in lingua, dicuntur insipidæ, sicut istæ particulæ incalescentes calidæ: atque ita, quoad materiale, se habent qualitates sic dictæ sensiles.

His positis, quod objecta sensuum seu entia sensilia non sunt qualitates distinctæ à corporibus, sed nudum corpus, prout particulis intertextum, ratione quarum possunt efficere varia, quæritur: Quot sensus externi? Respondeo: Tot sunt sensus externi, quot objecta externa nostrum corpus afficiunt; nempe sunt quinque, vel afficiunt oculos, vel nares, vel aures, vel linguam, vel cutim, &c. Interim non denegandum, dari plures sensus. Dabo exemplum: In articulo vulneratus & sanatus, quoties mutatur ♎ is tempestas, toties in loco vulnerato alteratur, si ♎ est frigidior, dolorem

in capite percipit, hic in pede, quam læsionem alius non sentit: hic sensus peculiaris est, distinctus ab aliis sensibus; ideò non percipitur ab omnibus, aut sensus erit peculiaris, aut sensus tactus certâ ratione modificatus: bruta percipiunt mutationem ♎is, ut galli, quorum prognosis certa, ut & pavones, quando acutè vociferant, sicut & ursi sentiunt mutationem ♎is, quam nos non sentimus. Quinquenarius ergò numerus sensuum non ita est adstrictus, ut non plures possent constitui.

Quoad formale verò, & propriam afficiendi rationem sensiles hæ dictæ qualitates, non nisi effectus quidam sunt, in sensoriis nostris à materiæ textura introducti, adeoq; ab istis materiæ modis, & inde facta textura non differunt magis, quàm congruitas clavis ad serram, seu illius aptitudo hanc referandi ab illius magnitudine, figura & conformatione: adeoque rectè qualitates sensiles objecto in esse, & non inesse, diverso respectu dici possunt. De his & similibus philosophantes vid. Digby *de Natura Corporum Tr.* I. *cap.* 27. *& seqq.* item Cartesius *de Homine*, Gassendus *in sua Philosoph. Epicurea*, Regius *in Physic.* Boyle *in Chymista Sceptico*, & imprimis *in Tract. de Orig. Formarum & Qualitatum.*

Modus ergo, quo objectum sensile afficit organum sensationis proximum, seu in quo consistit, ut e.g. in aceto sit vis, quæ possit alterare linguam, non fit per talem qualitatis ex objecto emanantis in organo receptionem, ut facultas sentiens hujus qualitatis quasi intuitu sentiat, sed fit impressio, e. g. particularum acetosarum, & hujus impressionis continuatio ad cerebrum, per certum & continuatum motum in quem instrumentum sensus proximum cietur, cumq; varium pro diversa objecti materiali textura, & hinc alia atque alia ad organon movendum habitudine, & in hoc organi motione formaliter sensus externus seu impressio ab objecto in organo facta consistit. Constant autem organa sensuum variis & distinctis partibus, inter quas tamen est subordinatio certa, ita ut una pars sit primarium & immediatum sensus instrumentum, in quam objectum sensile immediatè irruit vel impellitur, seu impressionem & certam passionem facit, reliquæ secundariæ, e. g. in oculo, sunt tunicæ & humores, &c. tunica retina est pars primaria, reliquæ verò secundariæ, quæ visum per se non efficiunt, oculum tamen constituunt, & hæc pars in genere semper est nervus. Constat autem nervus ex pluribus teneribus filamentis, quæ in organo sensili sunt primaria pars; & quidem nervus in duplici ratione constituit organon sensus, dum hujus filamenta vel in membranam tenacem fortiter tensam expanduntur, v. g. in auditu & visu: nam ita filamenta nervea expansa in tunicam retinam, sunt organon primarium visus; filamenta nervi auditorii expansa in cochleam, organum auditus: vel filamenta nervea separatim in capitulum papillare rotundum desinunt & conglobantur, v. g. in gustu & tactu: in hanc nervi extremitatem irruens objectum sensile illam vel percutit, vel in vibrationes movet, vel pungit, vel titillat, vel alio modo in motum ciet, & in hac organi motione formaliter sensus externi seu impressionis, ab objectis receptio consistit, hic motus in organo factus ad cerebrum continuatur, ibique quasi dijudicatur, & ita in sensu sic djcto communi formaliter in homine sentitur.

Formalis ergò sensatio externa in motu certo & singulari, ab objecto externo in fibris nerveis organi sensilis facto seu concitato, consistit, unde rectè sensatio talis quædam passio, & sentire quoddam pati dicitur. Ulteriùs verò jam considerandum venit, quomodo ad cerebrum usque motus talis sensorius, in quo sensus externus consistit, continuetur pro formali sensatione interna, seu sensus externi perceptione: id quod officium est sensus communis. Res est ardua: Cartesius existimat, filamenta nervea in extremitate nervi ab objecto externo icta seu percussa, secundum sui continuitatem ad cerebrum usque simili motu concuti, cui similis ictus infligatur, quo ictu, peculiari motu afficiente cerebrum, anima sensuum pulsantium notitiam hoc pacto acquirat; sicuti aliàs videmus, chordas musicas tensas, in una extremitate motas, quacunque ratione motum istum per totum instrumentum ad alterum usque extremum ictu oculi citiùs continuare, sic & comparatum esse cum sensationis modo.

Minùs placet hæc opinio Dygbæo, qui *Tract. de Immortal. Animæ Humanæ p.* 32. pluribus eam excussit. Potiùs ergò asserendũ videtur, in spirituum animalium recessione, seu simplici repercussione, externam ad cerebrum continuari & quasi deferri sensationem: nempe dum nervorum spiritibus animalibus, præsertim circa eorum extremitates sensiles, ubertim quasi scaturientium, filamenta in debito tono constituta, ab externo objecto pulsu quodam moventur, non possunt non simul spiritus ibidem præsentes, & in universo nervi ductu elasticâ vi turgentes, simul parili penitus ratione commoveri, unde fit, ut per nervi continuitatem iste spirituum motus repercussione quadam in momento ad cerebrum usque, seu ad nervi originem, continuetur; dum ↷ & nervus in organo ab externa causa motus sibi vicinum seu connexum & continuatum pariter movet,

Digitized by Google

vet, & sic successivè ad principium usque nervorum, seu circa eorum radicem, ubi alii intra cerebri medullosam substantiam undulantes commoventur, & sic quasi per modum undulationis insequitur determinatus spirituum animalium in vicina cerebri medulla motus, ita, ut horum motu altera, & activa magis seu formalis sensationis pars superveniat, externi nempe sensus perceptio, quam sensum communem appellamus, occasione cujus talis determinati motus spirituum animalium in cerebro, anima rationalis deinde in nobis format conceptum seu ideam, repræsentantem exactè rationem externæ impressionis, sitque tum formalis cognitio, seu sensuum externorum mediantibus internis perceptio: id quod dolor imaginarius eorum, quorum membra jam abscisa sunt, illustrare videtur.

Alii progressum hunc explicant per trabem longam continuam, in cujus una extremitate prolata vox, vel impressus motus, percipitur in altera; vel per imaginem chartæ cuidam impressam, quæ ulteriùs substratis foliis continuetur; vel per lateres, secundùm lineas vel spirales vel alias, continuo ordine dispositas, quorum primò impressus impetus ad ultimum usque perveniat.

CAPUT XIX.

De

Sensibus Externis in genere.

MEMBRUM I.

De

VISU.

OMnes sensus externi quinario numero vulgò comprehenduntur, quos inter eminet visus, qui nihil aliud est, quàm radiorum ab objecto visibili emanantium intra oculum refractio & receptio, qua illius aliqua pictura intra hanc formatur; vi scilicet motuum quibus tunicam retinam, hinc nervum opticum, afficiunt.

Quoad organum, notum est ex anatomia oculi, quod hunc primariò constituant tres humores, & tres tunicæ.

Inter quæ pars primaria est tunica retina, in qua nempe fit repræsentatio objectorum externorum; pars secundaria humor crystallinus formæ lenticularis. Tunica retina est nil aliud, quàm nervus opticus ad oculum derivatus, ita ut ab extremitate hujus nervi, tanquam flos è caulis apice, derivetur, & ibidem in membranam foriter extendatur, quæ tunica primarium est visus organum, secundarium humor crystallinus convexus, in quo fit decussatio specierum, similis ac in camera obscura opticorum, ubi per chartam omnia repræsentantur, quamvis inverso situ, quia radii visivi, dum ad foramen uveæ veniunt, decussantur.

Objectum visus, quod oculum afficit, est Lux primariò ☉is & △, & inde Lumen, ex luce corporis lucidi per radios undique in ambientem sphæram diffusum. Lux in motu certo elastico vel effervescente particularum subtilissimarum, probabiliter pinguium, rapidissimo consistit, mediante quo aliæ congeneres subtilissimæ & mobilissimæ particulę, in atmosphæra copiosissimè existētes, undiq; secundū lineam rectam impelluntur, quæ tali impulsu radios constituunt, qui impulsus radiosus talis materiæ per corpora fluida & solida, sed inæquabiliter porosa, continuatur, donec in corpus, quod nullum transitum concedit, impingat, ibique & secundùm ejus superficiem extendatur in lumen, & hinc valido motu repercutiatur, donec motus iste, à corpore lucido semel impressus, tandem languescat, indeque lumen omne evanescat; adeò, ut ratione subjecti lux in corpore lucente, radius in atmosphæra media, lumen in corpore opaco, hærere videantur, ipsum verò lumen materialiter in corpore fluidissimo; formaliter in rectilineo concitatissimo motu consistat.

Pro talium illustratione exempli loco consideretur lux △ & ligni putridi: ex illo enim lumen caliduni, ex hoc frigidum, spargitur. In igne viget actus dissolutionis ♆is, seu substantiæ pinguis acidæ; sub putredine verò sal volatile materialiter latet reconditum. Ex harum particularum luctâ, & cum particulis nitro-♎eis sub solutione incensis collisione, quasi effervescente, emergunt primaria △ phænomena, ex acido nempe concitatiùs agitato, calor; ex pingui verò velociùs cum illo concurrente Lux: & dum pingue cum alcali vehementiùs quasi explodituf seu eliditur ab acido, particulas sibi contiguas in ♎e undiq; in rectam lineam hoc ipso impellit, & ita radios & lumen etiam in instanti ferè spargit. Ligna putrida verò sunt lucida ex motu dissolutionis concreti, in quo ex putredinis, fermentationi scilicet oppositæ, natura alcali emergens agit in acidum & pingue huic sociatum, dissolvendo in motum suprà dicto similem concitat, à cujus dissoluti impetu similiter in atmosphæra ambiente commoventur particulæ aliæ minutæ, unde radiatio luminosa.

Adeoque non est putandum, lucis substantiam, ex subjecto lucido subtilissimè attenuatam, undique vibrari; hoc enim conceptu impossibile: Quomodo namque candelæ exi-

læ exilis flammula ad tantam diſtantiam ſubinde poſſit conſpici, idque in orbem, & quidem ferè in momento? Ad hæc ſubſtantia luminoſa, à luce diffuſa, luce extinctâ vel ſupereſt, vel annihilatur: poſterius hoc aſſeri nequit, adeoque ſupererit adhuc materialiter, utut formali illuminandi ratione deſtituta; hoc ſcilicet in motu concitatiſſimo rectilineo in orbem conſiſtit, quo ceſſante, illuminatio etiam ceſſat, eo verò reſtituto, etiam ab alia quacunque luce, à qua ſubſtantia iſta denuò in parilem motum concitatur, lumen denuò ſe oculis ſiſtit. Accedit & experimentum Boylianum, quo conſtat, ♎i ex recipiente exſucto, ut △ confeſtim & omne ejus lumen extinguitur, ita etiam lignorum putridorum lumen, exhauſto ♎e ex recipiente, evaneſcere penitus, ♎e verò denuo intromiſſo, illud iterum exſplendeſcere. Conferantur *Acta Philoſoph. Societ. Regiæ Volum.* I. *pag.* 474.

Eſſe autem lumen & radios luminoſos corpus materiale, vel ex hoc eſt manifeſtum, quod eas materiæ conditiones qualitativas, & inde reſultantes proprietates refractionis & reflexionis obtineat, quas ſine conceſſa ejus materialitate declarare, vel concipere impoſſibile eſt: ut taceam ſpeciem intentionalem ſeu immaterialem lucis eſſe rem penitus inconceptibilem. Sed inſtar omnium de hoc puncto vid. Franciſcus Maria Grimaldi *in Tract. Phyſico-Mathemat. de Lumine, Colore, & Iride Tr.* I. Eſt igitur lumen materia quædam ſubtiliſſima. Qualis autem ſit materia, quæ motu iſto à luce impreſſo lumen conſtituit, an ſit △ quidam maximè rarefactus? uti vult Digby *de Immortal. Animæ p.* I. *c.* 6. *& ſeq.* an verò globuli materiæ cœleſtis? ut non inconcinnè ex ſua hypotheſi aſſerit Carteſius; an verò ſint particulæ nitro ♎eæ per ♎em diſſeminatæ? ut vult Mayowius *de Spiritu Nitro-♎eo c.* 12. *p.* 198. an verò ipſa materia fluida, expanſi ♎is corpus conſtituens? in medio relinquo, donec uberior experientia negotium hoc clariùs reddat. Probabiliſſimũ tamen videtur, eſſe nihil aliud, quàm ignem quendam maximè rarefactum.

Lumen iſtud undique radians à corpore lucido, afficit oculum vel mediatè vel immediatè. Immediatè in recta linea ſub corpore lucido, v.g. dum ⊙em vel ignem adſpicimus; mediatè vero, intercedente nempe corpore quodam opaco, lumen iſtud radians diverſimodè modificante; quæ modificationes ſunt duplices, nempe refractio & reflexio. Refractio luminis fit, dum per diverſæ conſiſtentiæ tranſit media. Reflexio fit, dum lumen ab objecto opaco, plus minus ſolido, quod tranſitum ipſi denegat, & propterea quaſi repercutit, inſtar muri pilam repercutientis, reflectitur ad eum angulum exactè, ad quem incciderat. Immediatè pervenit lumen ad oculum per corpus pellucidum, & repercutitur beneficio corporis opaci.

Ratione texturæ ſuperficialis corpus opacum eſt vel æquale vel inæquale, vel politum vel ex particularum in ſuperficie inæquali ſitu aſperum. Quodſi corpus, à quo reflectitur, ſit politum, plus minus tamen (nam perfectè politum nullum eſt corpus ſublunare, ſiquidem & ipſum ⊙, licèt ſit politiſſimum, reſpectu ſubtilitatis materiæ luminoſæ ſuas habet inæqualitates, i. e. eminentias & poros, inſtar caſei à vermibus eroſi, ut patet per microſcopium) lumen maxima ex parte eodem ferè modo, prout incidit ad viſum, reflectitur, taleque corpus, ſecundariò quaſi luminoſum, dicitur ſplendere: Splendor enim, qui oritur in corpore polito, nihil aliud eſt, quàm repercuſſio radiorum luminoſorum, eodem modo, quo incidebant.

Sin verò corpus non ſit politum, ſed variformes habeat eminentias, diverſimodè figuratos porulos, & variè conformatos meatus, & quaſi receſſus, &c. lumen in iſtis diverſimodè modificatur, turbatur, partim intra iſtas inæqualitates ſuperficiei plus minus abſconditur, & multipliciter tunc refringitur, & variè reflectitur, ita ut lumen ad oculum perveniens non nativo ſuo fulgore appareat, ſed alio planè modo, unde taliter modificatum tunc color appellatur, & objectum, à quo ita modificatum reflectitur, exinde coloratum.

Eſt namque color non qualitas, ſed nihil aliud, quàm lumen in corpore opaco, in quod incidit, diverſimodè modificatum, hoc eſt, mediante reflexione & refractione in motu ſuo mutatum, & hinc ad oculos directum; eatenus enim color mutatur, quatenus modificatur lumen, quæ modificationis varietas ex eminentiis, poris & meatibus, & particularum corporum ſuperficiem componentium diverſa magnitudine, figura, textura, &c. reſultans omnem colorum tàm apparentium quàm realium differentiam depromit; ſeu aliàs non ineptè dicitur, omnis color oritur ex luce & umbra, in porulis corporis opaci incidente, prout ſecundùm umbras lumen plus reflectitur.

Color nigerrimus in tali particularum textura conſiſtit, ſecundùm quam lumen incidens ferè totum inter poros abſconditur, ut is tenebris ſit proximus; hinc corpora, quo magis ſint poroſa, eò magis lumen abſcondunt, econtrà quo magis reflectitur lumen, eò magis album videtur. Nempe eorum ſuperficiales particulæ minutæ, ceu copioſa polita ſpecula, lumen incidens maximam partem reflectunt, & ita ſplendentibus proximæ

Digitized by Google

ximæ ſunt, albedinem repræſentant, quorum verò particularum textura copioſis porulis & meatibus eſt interſtincta, ut in his lumen maximam partem abſcondatur, & quaſi umbris tenebricoſis obfuſcetur, nigredinem exhibet, &c. e.g. Vitrum eſt corpus pellucidum; ſi à tergo ſteterit corpus opacum, fit ſpeculum. Accipiatur vitrum, pulveriſetur minutiſſimè, & habetur pulvis albus; & ſic, quod antea cryſtalli inſtar erat perſpicuum, jam fit imperſpicuum: particulæ enim hæ pulveriſatæ ſunt nil aliud, quàm particulæ vitri, quæ tranſpoſitæ ita ſunt albæ; ſicut cryſtallus pulveriſata albeſcit magis, quia pori non tranſmittunt lumen, ſed reflectunt. Cereviſia eſt obſcura, hæc ſi effunditur, ut ſpumeſcat, ſpuma candida fit, & apparent tot ſpecula, quæ reflectunt lumen ad oculum. Medius color eſt ruber, per quem particulæ partim ſunt abſconditæ, partim reflexæ. Exinde ſcilicet omnis colorum in extremos & intermedios differentia oritur, tùm albedo & nigredo, ceu extremi ex radiorum luminoſorum ſimplici reflexione poſita vel negata; Intermedii verò flavedo & cœruleitas ex radiorum illorum, reflexione & refractione ſimul, & inde modificato luminis motu oriuntur, à quibus quatuor coloribus omnis reliqua colorum differentia per miſcelam originem ducit: ex cœruleo & flavo enim viridis, ex flavo concentrato ruber, ex albo & nigro griſeus, ex rubro & albo flavus, ex flavo & nigro cœruleus, ex rubro & cœruleo purpureus, &c. Vid. Boyle *Tract. de Coloribus*, Tacchenius *in Hippocr. Chymico*.

Adeoque in omni colore duo ſunt conſideranda:

1. Materiale, quod eſt certa corporum opacorum textura, ſecundùm ſuperficiem plus minus æqualis vel inæqualis, quâ lumen plus minus refringitur, & diverſimodè modificatur.
2. Formale, quod eſt luminis incidentis ab iſtis particulis ſuperficialibus facta certa modificatio, quod modificatum lumen oculum, imprimis tunicam retinam, diverſimodè afficiens, diverſorum colorum apparentias nobis exhibet.

Hinc, ratione materialis colorum, cæcus omnes corporum colores diſcernere valet, ſolo tactu exquiſito; ratione verò formalis vitrum triangulare pro vario ad lucem poſitu diverſos iſtos colores inſtar iridis producit, pro luminis incidentis varia refractione. Hinc prout textura particularum concreti mutatur, imprimis per ſolutiones & præcipitationes immutantur etiam colores, dum v. g. Vitrioli viridis in ▽ ſolutio limpida & perſpicua injectione decocti gallarum, etiam clari & perſpicui, & tantillum flaveſcentis, vel alius cujusdam alcali, mox nigreſcit, & fit atramentum, quatenus facta acidi & alcali unione partes metallicæ vitrioli ab acido nonnihil dimittuntur, quæ porulos liquoris replēdo lumini tranſitū liberū non permittunt, unde opacitas: quia verò radii luminoſi variè refracti penitus in liquore quaſi abſcondunturtur, & aliorſum, non verò ad oculum, diverſimodè reflectuntur, nigredo apparet. Sic C. C. in ☽ clauſa factâ deſtillatione uſtum, nigerrimum eſt; & licèt hæc fruſta in ☽ per integrum menſem exurantur, color tamen non alteratur: Verùm de novo in crucibulo vel vaſe aperto calcinatum, omnis nigredo diſparet, & intensè albeſcit; per repetitam enim in vaſe aperto calcinationem fit mutatio texturæ, quoad particulas minutiſſimas corporis contextas, quæ mutatio fit ab igne, qui particulas agitat, & ☿c, qui particulas rarefactas foras educit. Sed hæc non tantùm chymia quotidiè ad oculos ponit, ſed præterea ſufficienter ſunt declarata à Domino Boyle in eleganti *Tract. de Coloribus*, item à Digby *loco citato*: Addatur his *du* Hamel *de Affection. Corporum pag.* 278.

His ſuppoſitis ſponte ſuâ quaſi difficultas illa ſolvitur, an lumen, quo objectum illuminatur, ſit externum, an internum ſeu connatum? Nullum enim, præter objectum externum, & oculos noſtros irradians, concipere poſſumus, cùm lumen proprium ſeu innatum viſionem aliàs magis turbaret, quàm juvaret, ut in cameris obſcuris, ſi aliquid lucis, præter illud, quod per vitrum lenticulare has ſubintrat, in iis linquatur, obſervamus. Quibus ita ſe habentibus corruit etiam aſſertum Platonicorum de emiſſione radiorum ad objectum viſibile.

Lumen ergò vel ſimplex vel reflexum & modificatum juxta Ariſtotelem illabitur in oculum per tunicam oculi corneam, per pupillā ſeu foramen tunicæ uveæ, ceu in cameram obſcuram, & humorem cryſtallinum, donec impingat in tunicam retinam, ubi talem facit motionem, quæ ad cerebrum usque continuata, à nobis dicitur viſus Nam reverà oculus noſter eſt talis camera obſcura: totus oculus eſt cæcus ſeu obſcurus, præter pupillam, quæ perforata, eſt tanquam foramen in camera obſcura, per quæ omnia objecta intrant: humor cryſtallinus lenticularis repræſentat vitrum lenticulare in camera obſcura, quô fit decuſſatio ſpecierum viſibilium, hoc eſt, ipſius luminis, à variis punctis objecti oculum intrantis, donec hæ in tunicam retinam impingant, & ſic objectum externum exactiſſimè, inverſo licèt ſitu, depingant. Si in oculo bovis omnes tunicæ cautè ſeparantur, & laterna ante tunicam retinam ponitur, lucerna in ea apparet inverſa.

Digitized by Google

versa. Prout ergò variè modificatum lumen variè percutit tunicam retinam, ejusque fibrillas, variè dicuntur objecta colorata. Quod si similes motus in oculo produci contingat ab ulla alia causa, etiam interna, in qua partes lucis nullæ sunt, putabit quis eandem lucem vel colorem se videre: hinc enim est, quod oculi percussi in tenebris lucem videre putent: item quod ante paroxysmum epilepticum aut vertiginis non rarò varii coloris apparere soleant: Vid. Boyle *c.* I. *de Coloribus p.* 10.

Fit ergò visio reverà per conum duplicem, rectum unum, ab objecto ad punctum intersectionis in crystallino, & inversum alterum ab hoc puncto usque ad tunicam retinam, & prout angulus iste intersectionis est vel major vel minor, etiam objectum majus vel minus in tunica retina apparebit, & ob id res propinquior major, remotior minor, videtur: unde etiam objecta quædam in æquali distantia, inæqualiter interdum distare videntur, & res inæqualis magnitudinis tamen æquales cernuntur, pro vario nempe oculi positu; &, si medium, per quod radii luminosi ad oculum transeunt, inter objectum & oculum est unum ratione crassitiei, in loco eodem objectum apparebit, in quo est; sin verò objectum sit in medio crassiore vel tenuiore, quàm est medium circa oculum, etiam in alio loco, quàm reverà est, constitutum apparebit; idque ob refractionis varietatem pro medii diversitate: nam radius luminosus incidens ex medio rariori in crassius, ex ≙e in ∇m, infringitur, ad perpendicularem puncti incidentiam, incidens verò radius ex medio crassiori in tenuius, ex ∇ in ≙em, refringitur à perpendiculari puncti incidentia: vid. Horstius *in Operib. Medicis Tom.* I. *in Dissertat.* 3. *Coron.* I. *Exercit.* 18. unde nummus in pelvi positus non apparens, infusâ ∇ in pelvim mox apparebit, & baculus rectus, cujus medietas ∇æ sit immersa, fractus apparet. Oculi ergò fabrica ex tot humoribus diversæ subsistentiæ est composita, ut per refractiones eò exactior fiat objecti repræsentatio; & ex fundamento hoc omnis microscopiorum, perspicillorum, specularum ustoriorum, &c. varietas dependet. Cæterum oculus licèt sit duplex, non tamen una res visa duplex apparet, quia axes pyramidum visualium coincidunt in unum punctum, unde si contortis oculis axis ista variet, inde una res duplex apparet. Recta quoque apparent omnia objecta, licèt inversa depingantur in oculo, quia per visionem res ibi apparet, quo linea visualis ex oculo tendit: sed hæc linea ex inferiori puncto retinæ sursum, ex superiori verò deorsum tendit: ergò & hoc modo objectum nobis apparet. Objecta etiam in speculis, quo propiora sunt speculo, eò propiora post speculum esse videntur; & quo magis à speculo remota sunt, eò profundiùs post speculum sita videntur, quia nempe objectum videtur tantùm ibi, ubi perpendicularis linea puncti radiantis concurrit cum linea reflexionis. Sed hæc perfectam pro exactiori cognitione opticæ præsumunt notitiam.

MEMBRUM II.

De AUDITU.

POst visum sequitur auditus. Alterum nempe objectum movens, quod maximè nos afficit, sonus dicitur, qui nil aliud est, quàm motus aëris subtilissimi fortior, continuatus usque ad aurem intimam & vehemens; nam lenis & blandus sonus non afficit aurem, sed conjunctus sit cum impetu necesse est, ut sic motus transire possit per aurem.

Motus hic est nunc tardior, nunc celerior, à quocunque corpore movente, vel percussione vel flatu, excitatus, ita ut quilibet ≙is vehementior impulsus sonum edat, cujus utut infiniti ferè sint modi, ad binas tamen efficiendi rationes commodè deduci possunt, quòd

1. vel corpus solidum percussum, adeoque vibratione affectum, ≙em compellat, ictuque celerrimo repetito concitatissimè undulare faciat, vel quòd
2. Aër in spatium angustum compulsus, dum à compressione impetuosiùs erumpit, vicinum undique △em simili motu afficiat, & ita sonitum fieri faciat.

Prioris exemplum sunt quælibet organa Musica, fidibus instructa, etiam **die Fuhrmanns-Peitschen**; posterioris verò sunt quælibet fistulæ, quæ inflatione ≙is moventur, adeò, ut materiale soni sit aër subtilis & tenuis; formale certus, isque vehemens, plus minus tamen, motus quocunque modo excitatus, ad aurem usque undulatoriâ vibratione continuatus.

Observandi autem sunt gradus hujus motus, & inde dependentis soni: nam, prout præfatus motus ≙is est vel vehementior, vel debilior, sonus est major seu intensior, vel minor seu remissior; & prout iste motus est fortior & simul concitatior, vel remissior & tardior, eo etiam sonus nunc est acutus, nunc verò gravis, vel obtusior seu debilior; quo est major, eò fortiùs afficitur auris; item si motus ≙is sit subtilior seu minor, si parvus & celerior, facit acutum sonum. Sonus ergò hujusmodi, seu motus ≙is, promotus ad aliquod

Digitized by Google

quod corpus ſolidum, repercutitur exactè ad angulos tales, ad quales inciderat, & dicitur echo, quale echo eſt omnis iſte ſonus, qui in organis Muſicis dicitur reſonantia.

Organa Muſica pneumatica ſeu fiſtulæ, quæ ab ☉e irrumpente moventur, ſimiliter ſonum undulatoriũ edunt, quatenus ☉em copioſiùs & impetuoſiùs intruſum, hinc in eorum anguſtiis incluſũ, impetuosè non-nihil explodunt, qui cum impetu prorumpens talem concipit, & undique diffundit motum, qui ſonus dicitur, adeò, ut omnis fiſtularum ſonus ſit aëris compreſſi, mox ſtatim dilatati, reciprocus motus. Pertinet huc aſpera arteria cum larynge, quæ non aliter ſe habet, quàm fiſtula oblonga membraneo-cartilaginea, à faucium imo incipiens gulæque parti anticæ incumbens, hinc ad pulmones deſcendens, ac per totam harum compagem ramificatione multiplici diſperſa, cujus caput ſeu pars ſuperior, larynx dicta, ſuperiùs anguſta eſt, ut pro ratione impoſitæ epiglottidis laxari, adſtringi vel aperiri poſſit, unde in fiſtula hac ☉ pro varia modulatione, vel nimis firma eliſione, facit ſonum. Sonus hujuſmodi ſeu motus ☉is flatu factus per fiſtulam tracheæ ſeu aſperæ arteriæ, in animalibus productus, dicitur vox, quæ fit ex motu certo, ☉i in larynge beneficio epiglottidis impreſſo, quæ ☉em vel ſtringit exeuntem, unde ſubtilis & acuta vox, ut in infantibus & mulieribus, cum in his aſpera arteria ſit minor, & ab epiglottide exactè claudatur; vel eum liberè exire permittit, unde vox gravis & ſonora, vel alio etiam modo eam ſonare facit: pro varietate enim motionis in aſpera arteria fit ſoni animalium varietas, adjuvante non parum ad hoc aſperæ arteriæ conditione, quæ, quò ſiccior, eò clariorem, quò humidior, eò magis raucam vocem efficit.

Vox hæc per ſe inarticulata articulatur tamen in animalibus, ſpeciatim in homine, primariò per linguæ motum, ſecundariò per dentes & labiorum conformationem, quibus vocales epiglottidis motu prolatæ, h.e. ipſæ voces certo modo modificantur & figurantur, quæ ab his partibus facta modificatio conſonantes conſtituit. Commune hoc eſt negotium brutis & hominibus, dum bruta, quæ diverſas voces edunt, vocales certis conſonantibus modificant, quæ in hominibus pro impoſitionis & conſuetudinis ratione mille modis combinatæ, & artificiosè articulatæ, ſermones conſtituunt. Aliud autem eſt vox articulata, & aliud modificata; & ex hoc fundamento per ſolam linguæ, dentium & labiorum motus accuratiorem obſervationem ſurdus naturâ & mutus ſolô viſu & omnium voces intelligens, & artificiosè loquens effici poteſt, ut hoc in Hiſpano per experientiam confirmat Digby *l.*1.*c.*28.*p.*324. & liber Anglico idiomate de tali artificio per experimenta conſcriptus, Philocophus appellatus, item **des tauben und ſtummen Mannes Freud.** Conferatur ſimul Williſii *Epiſtola* quoad hanc materiam, quæ habetur in M. A. N. C. *in Append. ad Annum* 1. ubi Nobilem mutum ſemiloquentem fecit.

Organum auditus eſt auris, quæ vel interna vel externa, quarum illa ad auditum ſimpliciter, hæc ad auditum faciliorem facit: Motus nempe aëris aliquantiſper impetuoſus vel violentus per motum continuum circularem & ſpiralem (inſtar aquæ, per varios circulos undulando, ſemel impreſſum motum longè producentis) quaquaverſum ſe diffundit, & ad aures noſtras pervenit, ubi ab aure externa anfractuoſa receptus, ad internam pergit, per cujus meatum flexuoſum, in oſſe petroſo exſculptum, ad membranam usque tympani pertingit, quam pulſando movet, & hujus medio ſuum motum ☉i in tympano ſeu concha contento imprimit, à quo motus iſte promovetur usque ad labyrinthum & cochleam, in cujus intimo gyro nervi auditorii major ramus expanſus in membranulam, ab ☉e iſto moto verberatur, ſeu aër iſte motus, in eam illidit & impingit, eamque percutit, & ita id, quod nos ſonum vocamus, conſtituit, cujus percuſſionis per ſpiritum animalem, ſimili ratione motum, ad cerebrum usque continuatio, ibique ejusdem dijudicatio ſeu perceptio, dicitur auditus.

Motus ergò nunc plures ſucceſſivi ☉is, ad expanſionem iſtam allidentes, ſi ſpiritum præſentem ita movent, ut ſecundus ejus motus in quodam tertio reſpondeat primo, & tertius ſecundo, & quartus tertio, &c. oritur ſonus harmonicus admodum gratus, ex proportione ☉earum motionum, ad ſe invicem certa, ſecundùm Arithmeticæ leges reſultans; ſi verò nullo modo inter ſe reſpondeant, oritur ſonus non-harmonicus ſeu moleſtus, & prout per motus iſtos ☉cos in cerebro ſpiritus animales variè moventur & agitantur in impetu majori vel minori, ordine vel confuſione, &c. omnes iſti affectus animi, quos Muſica producit; exinde originem ducunt; tardior ſcilicet ſeu remiſſior ſonus tardiores in nobis motus excitat, quales ſunt triſtitia, languor, ſomnolentia, metus, &c. intenſior verò celeriores, & hinc impetuoſiores affectus concitant, v.g. lætitiam, animoſitatem, amorem, &c. vid. Kircherus *in Muſurg. Magna l.*4. *P.*1. *Quæſt.*6. *pag.*135. *ſeqq.* item *in Arte Magnet. l.*3. *cap.*8. & Schottus *loco ſupra citato.*

Digitized by Google

MEMBRUM III.

De ☉DORATU.

TErtium, quod valdoperè in nos agit, objectum dicitur Odor, qui cum aëre, quem respirationis gratiâ ducimus, vel invitis nobis subintrat: ut plurimum maximum cum gustu consensum habet, ita quidem, ut intensè sapida simul odoratum fortiter afficiant, & contrà, uti in oleis destillatis, ☉ibus volatilibus, &c. apparet.

Ex omnibus nempe corporibus mistis insensibiliter exhalant copiosæ particulæ, seu varia & innumerabilia effluvia & miasmata in ♎e hinc inde agitata, quæ, si talia sint, ut cum aëre inspirato narium subeundo latibula in membranam admodum sensilem, earum cavitatem intimam & supremam succingentem certo modo impingant, simulque poris ejus quodammodo se insinuent, ac ejus fibras quasi pungant, & levi motu vellicent, filamenta nervea irritent, & titillent, tunc talis motus in filamentis membranæ narium excitatus, & per spiritus animales cerebro communicatus, ibique perceptus, dicitur odoratus; sicut particulæ cum concitantes dicuntur odoriferæ.

In odore igitur formale constituit motus certus in membrana narium intima protensa & extensa concitatus; Materiale verò particulæ volatiles peculiari suâ texturâ ita conformatæ, ut suo contactu specialiter istam membranam movere queant. Volatiles sunt particulæ, quæ odoris impressionem faciunt, eæque subtilissimæ; non enim integræ corporum partes, sed harum saltem subtilissima effluvia, odoratum excitare valent. Hinc camphora propter summam volatilitatem, quæ continuò evaporat, sapida est & summè odorifera; quæ in spiritu nitri aut vitrioli aut aqua forti soluta, omnem mox odorem exuit, quatenus figuntur ab istis acidis volatiles ejus particulæ; quod si dictæ solutioni aqua simplex infundatur, mox camphora anteà invisibilis quasi regeneratur, & cum consistentia & colore antiquam vim odoriferam denuò exhibet. Subtilissima esse effluvia odorifera, patet ex tantillo castorei, vel moschi, vel zibethi, quæ magnam vestimentorum quantitatem, quibus adjacent, odore suo imprægnant, sine notabili sui comminutione. Notum est, quod satis fortiter feriat odoratum spiritus urinæ. Sic olea destillata, uti gustum afficiunt fortiter, ita fortius adhuc afficiunt odoratum; mirabiliter odorem enim diffundunt: sicut guttæ duæ olei destillati anisi cum vitello ovi dissolutæ plures ▽æ mensuras odore intensè anisato imprægnant.

Quæritur, quales sint istæ particulæ, quæ talem habeant conformationem mechanicam, & vim specialem vellicandi hanc membranam, ejusque filamenta nervea? Respondeo: Dicunt Chymici, substantiam odoriferam esse ♃eam seu pinguem: nam vix odor erit, qui non ex ♃eo tali oriatur principio. Particulæ autem tales odoriferæ minus solent esse simplices ♃eæ, sed ferè compositæ ex pluribus minutiis particularum; præcipuè tamen constant ex particulis salino-sulphureis. Has inter particulas hæc ferè habetur subordinatio, ut particulæ ♃eæ per ☉ia motæ, & certo modo alteratæ, odorem constituant, dum ratione particularum ☉inarum volatilium penetrantium in narium membrana obtineant, ratione verò adjunctæ substantiæ ♃eæ seu pinguis formalem odoris alterationem inducant. Unde & prout particulæ tales pingues sulphureæ ex coalitu cum aliis, speciatim ☉inis particulis, mutant texturam, & vel volatilisantur vel figuntur, aliâvè ratione immutantur, odorum exsurgit varietas.

Imprimis in animali & vegetabili regno ☉ volatile agens in ♃a, & ratione latentis sub hoc acidi, certum motum ipsi, & mutationem texturæ, tribuens odores constituit; unde præ cæteris sunt odorifera vegetabilia resinosa, quæ exinde destillando olea suggerunt: hæc olea blando igne sunt suaveolentia, forti verò sunt empyreumatica & graveolentia. Olea suaveolentia per vesicam vel balneum Mariæ destillata, quatenus sunt ☉ia volatilia à pingui acido concentrata, maximè esse solent odorifera; magis adhuc empyreumatica, in quibus nempe arctior ☉is volatilis cum pingui, per intensiorem △ aperti torturam, est colliquatio, intensiùs inde, & etiam graviùs, olere solent. Exemplum manifestum est in ligno sassafras, cujus rasura per vesicam destillata dat ♁ admodum suaveolens, suum concretum repræsentans ob ♃ volatile; per ☽m verò igne aperto tractatum ♁ fœtidum fortiter empyreumaticum suggerit, cujus differentiæ ratio saltem in texturæ mutatione, & in plus minus arcta particularum concentratione, consistit. Terebinthina dat ♁ suavis odoris; si verò cum hoc ritè solvuntur flores ♃is, fit balsamum sulphuris fœtidi odoris, propter mutationem texturæ. Moschi & zibethi & castorei fortissimus odor, à copioso ☉e volatili oleoso originem habet, quod moschus nempe & zibethum, si odorem omnem suum amiserint, suspensi in latrina de novo suavi odore imprægnantur ab istis excrementis, quatenus recuperant ex latrina salia volatilia sulphurea acria ⊡æ & stercoris, quibus per copiosam exhalationem frustrata fuerunt. Fugaces odores sunt, quos jasmi-

Digitized by Google

jaſminum, lilia convallium, roſæ, &c. exhalant, ſubtiliori magis ☉e volatili explicato, quàm ☿e illud concentrante, conſtantia. Spiritus ex partibus animalium & ☉ia volatilia vix ullâ arte à fœtore liberari poſſunt, quia oleoſum contagium, intimè illis concentratum, pertinaciſſimè adhæret; cujus ratione halitus latrinarum interdum obſervatus fuit inflammabilis: ſed ſi per ſpiritum ☉is acidum redigantur ☉, in qua præparatione ℞, quod ſupereſt, ſeparatur; & ex ☉e ammoniaco denuò, ſi rectificetur, ☉ia volatilia hæc ipſa, depoſito fœtore omni, ſaltem penetrantiam ſuam volatilem, qua non nares ſolùm, ſed oculos pariter ac linguam afficiunt, retinent. In regno minerali promiſcuè magis nunc acida, nunc alcalia, operando in ſubjecta ☿ea, odores excitare ſolent: ſic enim ſulphur cum alcali fixo tractatum intensè fœtet, butyrum antimonii verò ex acido conſtans penetrantiſſimum odorem ☿eum ſpargit. Ferrum inodorum cum ſale ammoniaco tractatum, croci vel ſaltem florum calendulæ ſimillimum repræſentat odorem. Fœtores ipſi rerum putreſcentium per duplicatum quaſi motum oriuntur, dum ex acido agente in ſolutiones ☿eas, per alcali factas, ferè produci ſolent. Sic lixivium ſcoriarum reguli antimonii ab infuſo acido, v. g. ſpiritu vitrioli ſubitò horrendum fœtorem emittere ſolet; par ratio eſt ☿is communis cum ſale tartari liquefacti, maſſa per deliquium ſoluta fœtet, ſed ſi acidum inſtilletur, longè intenſior fœtor emergit. Hinc rerum putreſcentium fœtor à ☉e volatili exaltato, agente penetrantiùs in ☿ ſeu oleum, concurrente ſimul occultato hujus acido, & ſolutionem factam quaſi præcipitante, emergere ſolet.

Ex his dictis apparet, quod revera Odor nil aliud ſit quàm effluvia cujusdam corporis ſubtiliſſima & admodum volatilia exhalantia, quæ ſecundùm ſuam texturam ita ſunt figurata, ut membranam narium poſſint blandè & certâ ratione pungere & vellicare, unde & bruta odorem habent, quo poſſunt percipere alimenta convenientia: quod ſi enim hujusmodi vellicatio ſit nimia, talis impetuoſus ſpirituum exſuſcitatur motus per muſculos reſpirationi dicatos, qui ſternutatio dicitur, de qua vid. Schneiderus *Tract. de Oſſe Cribriformi*, item Schoockius *de Sternutatione*.

Membrana iſta tenera ſeu delicata, ſuis nervis inſtructa, & ſummitatem narium juxta confinia oſſis cribriformis intimam ſuccingens, primarium ſeu immediatum odoratus eſt organum, demonſtrante hoc ſufficienter Schneidero *cit. loco*, cujus aſſertum etiam coryza confirmat, qua qui laborant, ob nimiam membranæ dictæ à ſympha copioſiore humectationem, odoratu ſpoliantur. Contrarium equidem ſtatuit Williſius *in ſua Anat. Cerebri*, qui cum Veterib⁹ proceſſibus mammillaribus, in cerebri anteriore parte ſitis, adhuc iſtum uſum tribuit, & mordicus defendit; cui tamen obſtat, quod quilibet meatus per os cribriforme penitus, & admodum pertinaciter occluſus ſit, ita, ut ne tantillum odoris per nares ad illos proceſſus penetrare valeat. Stetit hæc ſententia uſque ad tempora noſtra, donec Schneiderus eam funditus delere conatus eſt *in Tractatu allegato*. Fortè ſub hac membrana latent & huic ipſi inſertæ ſunt quædam papillæ nerveæ, ex nervorum extremis fibris in membranam narium deſinentibus obortæ, non niſi per microſcopium inveniendæ, quales papillæ in lingua guſtus; in cute tactus organon conſtituunt; cùm guſtus, odoratus, tactus, &c. non niſi purâ graduatione majoris vel minoris objecti in materia immerſionis diſtinguantur, omnesque ſolo tactu fiant: Vid. *Acta Haffnienſ. Volum. 5. pag. 66.* unde & ex analogia cum tactus & guſtus organo de præſentia certarum papillarum vix dubitandum videtur.

Prout ergò particularum iſtarum variat conformatio in figura, textura, &c. indeque ad movendam membranam narium ſint proportionatæ, ejusque porulis & fibris movendis reſpondeant, vel non reſpondeant, etiam variat odor, qui nunc eſt gratus, nunc ingratus. Si enim blanda & moderata in membrana iſta fiat vellicatio, ut ∿ blando & jucundo cieantur in fibris motu, Odor erit gratus; ſin verò motus ſpirituum minus proportionatus in fibris iſtis excitetur, aut ipſum etiam organum propter objecti vehementiam lædatur, odor ingratus emergit. Quot ergò modi ſunt in conformatione particularum odoriferarum, tot adæquatæ ab iis fiunt impreſſiones, & quanta varietas in membranæ nariuni ſtructura, tanta eſt varietas in impreſſionis illius receptione, & inde tot odorum & odoratus exſurgunt differentiæ, quod v. g. bruta quædam, in ſpecie canes, adeò acutum habeant odoratum, vel quod quidam homines alios de longè venientes nondum viſos ſolo olfactu agnoſcant, cujus exempla videbitis in Digby *loco ſæpiùs citato cap.* 27. item in Borello *Cent.* 3. *Obſervat.* 68. Hæc motûs in membrana varietas variè etiam afficit ſpiritus, unde odores tàm varias inducunt alterationes, dum unus odor hunc recreat, illum in ſyncopen dejicit, in mulieribus odor fortis paſſionem hyſtericam producit, à ſpiritu nempe animali variè affecto, & ad tales motus à tali vel tali impreſſione diſpoſito.

MEMBRUM IV.

De

GUSTU.

NAso proximum est os, in quod ingesta quæcunque, salivâ diluta, præter communem tactum, quem excitant, specialem & singularem quandam linguæ alterationem inducunt, quam gustum appellamus, & ea, quæ eum excitant, sapores vel objecta sapida dicuntur. Aliàs gustus & odoratus idem materiale objectum habere videntur, quod percipitur ab odoratu, quatenus particulæ illæ minutissimæ corporum effluunt, & in ☆e volitant; à gustu verò, quatenus solæ, vel cum saliva sub forma liquoris lentè moventur, & in papillas nerveas linguæ incidunt: unde in eundem etiam finem, alimentorum nempe selectum à natura institutum, conspirant. Formaliter verò ferè differunt, dum ♃eæ à ☉nis motæ particulæ odoratum magis afficiant, ipsis ☉nis gustatum alterantibus. Sapor autem iste reverà non est quædam qualitas realis, sed tantùm particularum quarundam in assumptis talis conformatio & textura, ut eæ linguam pungant & vellicent, & ita singulariter moveant, quæ motio linguæ impressa, percepta à nobis in cerebro, dicitur gustus. Salinis particulis hæc vis inprimis à chymicis tribuitur, quia hæ habent conformationem rigidam, acuminatam & diversimodè figuratam, secundùm quam se insinuando in linguæ papillas nerveas, istam inducunt vellicationem & puncturam, quæ sapor appellatur. Et sicut innumerabilis ☉ium est diversitas, ex varia tum inter se, tum cum aliis, præsertim oleosis & terreis particulis cominixtione, quâ ipsæ valdoperè in figura, textura, &c. alterantur, etiam hinc innumerabilis saporum emergit differentia, in omnibus subjectis diversa. Sic sapor acidus videtur in eo consistere, quod particulæ oblongæ, & utroque latere acutæ, penetrent, & utrinq; quasi incisionem quandam subtilem faciant. Sapor dulcis, quod particulæ quasi quadratæ aut duplicæ, blandè & æqualiter in linguam impingant, ipsiq; inhæreant. Aqua insipida est, quia ejus particulæ nimis delicatæ, molles, flexiles, rotundæ, &c. nec ita formatæ sunt, ut penetrare queant, aut fortiorem motum exprimere, sed desuper serpant tantùm, & leniter membranam saltem linguæ tangant.

Dixi, sapores consistere in particularum quarundam, præprimis salinarum, speciali ac singulari textura; id quod ulterius varia saporum exempla illustrant. Hinc nempe evenit, quod propter solam figuræ & texturæ particularum sapidarum mutationem duo liquores, fortem saporem obtinentes, ex eorum mutua miscelâ tertium omninò insipidum, aut saltem novi penitus saporis, producere possint, quatenus mutuâ conjunctione sapidæ ☉inæ particulæ ita fiunt vel magnæ, vel obtusæ, vel alio modo figuratæ, ut sine impressione in linguam insipidæ, vel cum nova impressione noviter sapidæ appareant. Sic enim spiritus vitrioli acidissimus, & oleum tartari per deliquium acre urinosum, conjunctim ac mutuò, ob mutatam texturam, abeunt in tartarum vitriolatum saporis vel leniter ☉si, vel ferè insipidi. Sic acetum attactu minii vel plumbi calcinati in novam abit texturam saporis dulcis, ex qua saccharum Saturni dictum emergit. Spiritus ♃is vel vitrioli cum terra sigillata texturam & saporem instar aluminis acquirit. Spiritus acidus, in ♃e insipidus, in Marte, sub vitrioli Martis præparatione saporem vitriolaceum subdulcem contrahit. Spiritus ☉is acidus attactu cujusdam salis volatilis urinosi, ex mutata utriusque textura, constituit ☉ saporis ☉si. Vinum, item acetum, cui lapilli cancrorum infusi sunt, sub horum solutione, & hinc texturæ mutatione, saporem lixivialem, aut intensè ☉sum, adsciscit. Vino, ex quo spiritus blando igne separatur, magna saporis mutatio accedit, etiam eodem spiritu reaffuso, nullo modo in antiquam gratiam restaurabilis, in tantum nempe texturæ particularum mutatæ mutant sapores.

Ista ergò pars, quam particulæ istæ hoc modo figuratæ primariò afficiunt, & pungunt, est primarium gustus organon, & hoc sunt parva corpuscula nervea, rotunda, sub membrana linguam investiente proximè sita, à figura papillæ, ab origine nerveæ, dictæ. Nervi enim ad linguam ablegati in quamplurimos dirimuntur ramos, qui in parvas abeunt fibras, quæ ad superficiem linguæ sub membrana ejus delatæ in substantias ejusmodi terminantur rotundas, tanquam in capitula fungorum, vel parvula cornua extrema limacum.

Hæ ergò papillæ nervosæ, dum à particulis minutissimis ☉inis, similibusque ciborum, per salivam dilutis, & masticando attritis, punguntur, talis earum fibrosarum papillarum oritur vibratio & motus, qui per spiritus animales cerebro communicatus gustus, & ejus perceptio gustatio, à nobis dicitur. Unde lingua nimis humectata, ut fit in coryza graviori, papillæ dictæ catarrhali limoso'que liquore nimis imbutæ ineptæ fiunt ad percipiendas sapidas impressiones. Quod si verò in saliva hospitentur vitiosa excremen-

Digitized by Google

crementa ϴina, quæ cum assumptis se insinuent in linguam, omnia assumpta vitiosum, & tamen eundem obtinebunt saporem; ut in ictero apparet, in quo omnia amaricant & ϴsa sunt. Gustus gratus est, qui fit à blando motu dictarum papillarum; ingratus econtrà, qui fit cum violentia & quasi vehementia, lædens dicta linguæ filamenta nervea. Reliqua linguæ substantia est musculosa, ad varios motus ita conformata pro vocum formatione seu loquela; cornua vero parvula ejus superficiei inhærentia purgationi & abstersioni ovis sunt dicata: item ut particulæ sapidæ istis implicitæ fortius gustũ afficiant. Conf. *Epist.* Malpighii & Fraçassati, item Bellinus *de organo gustus.*

MEMBRUM V.

De TACTU.

GUstui ultimo loco proximus est tactus, ubique ferè in corpore reperibilis, cum & gustus quidam tactus sit; unde & ratione organi, haud adeò discrepabunt. Organon scilicet tactus genuinum & primarium sunt etiam papillæ nerveæ pyramidales, ex cute erumpentes, & sub cuticula sitæ, uti hoc pluribus ostendit Malpighius *Tract. de externo tactus organo.* Copiosæ nempe nervorum fibræ, quæ cum capillaribus vasis arteriarum & venarum constituunt cutis integumentum, hinc inde erumpentes ex cute, desinunt in parva ejusmodi capitula seu papillas, quæ sub cuticula existunt, ac eò grandiores & frequentiores reperiuntur, quò exquisitior est tactus, ut in manibus; minores verò & rariorès, ubi non adeò exquisitus est tactus.

Objecta ergò externa cuticulæ admota pro varietate circumstantiarum, quoad situationem nempe & conformationem particularum minutarum in superficie, item quoad certum vel motum vel quietem earundem &c. diversimodè suo affrictu & attritione afficiunt per cuticulam dictas papillas nerveas, spiritibus animalibus turgentes; qua occasione & ipsi spiritus plus vel minus moti, eorumque motio & agitatio in cerebro à mente percepta tactus appellatur; objectum verò movens tangibile, & modus objecti, quo papillæ afficiuntur, qualitas tactilis dicitur. v. g. dum superficies rei cujusdam inæqualis, ex diverso particularum in superficie situ, ita afficit papillas, ut in continua serie positarum à particulis corporis quædam inæqualiter afficiantur, quædam verò non, exinde interruptus & inæqualis in dictis papillis & spiritibus fit motus, cujus occasione nos dicimus sentire asperitatem; sin verò omnes papillæ simul afficiantur æqualiter à tali corpore duro, corpus dicitur lævе seu glabrum; sin prementibus papillis, v. g. in digitis, objectum externum cedat defectu firmæ minimorum cohæsionis, dicitur molle; sin verò non cedat, sed resiliat ex forti earum combinatione, dicitur durum; sin particulæ quædam objecti papillis adhæreant, dicitur humidum, item viscidum; sin verò nihil adhæreat, dicitur siccum seu aridum; sin percipiatur celerrimus, vehemens & repetitus motus in papillis, ab objecti externi minimis motis factus, dicitur calidum; quod si nullus talis fiat motus, dicitur frigidum; sicque in cæteris objectis tangibilibus ferè in infinitum.

Extremitates fibrarum nervearum per cutem erumpentes esse dictas papillas, suprà insinuatum est, unde hæ papillæ sunt quidem primarium & naturale tactus organon, sed non adæquatum; hoc enim sunt illæ ipsæ fibræ nerveæ, nunc in extremitate corporis in papillas istiusmodi conglobatæ, nunc præsertim in partibus internis solitariè distributæ, nunc in musculos unitæ. Fibræ enim dictæ ubique super corpus, & partes ejus forti tensione expansæ, & spiritu animali turgidæ, verum tactus sunt organon, quatenus eædem ab objecto externo pulsæ, tremulâ quadam vibratione concutiuntur, & ita tali concussione vel motione tactus sensus peragitur, uti in dolore vulnerum, item in dolore partium internarum manifestum evadit; quam opinionem eleganter explicatam videbitis in *Dissert. de Rat. Motus Musculorum, annexa Anat. Cerebri Willisianæ.* Hæc tamen intercedit differentia, quod in papillis nerveis naturalis & blandus fiat motus & sensus, tactus scilicet simpliciter sic dictus; in fibris verò nerveis, ex violento & nimio earum motu, tactus dolorificus & quasi præternaturalis.

Similis interim motus seu tactus ab objectis in extremitate fibrarum nervearum in fibris partis, sanè post abscissionem membri sphacelo correpti, sæpius producitur, dum ignorantes ægri existimant, se in digito manus, ante aliquot dies licèt abscisso, dolorem percipere, qualia exempla habentur in Cartesio *in Princip. Philosoph. pag.* 4. §. 196. *Paræo l.* 11. *cap.* 17. Binningero *in Observat.* Hildano *Cent.* 3. *Observat.* 14. & 15. item *in* Sculteto *in ejus Armamentario pag.* 67. & Helmontio; idque ob continuatas tales nerveas fibras ex parte sana ad partem usque anteà abscissam, ob quam continuitatem naturalem, dum similis fit motus fibræ circa ejus medietatem post abscissionem, qualis antea fiebat in fibræ extremitate ante hujus cum parte separationem, fit, ut ex identitate motus etiam in sensu interno

Digitized by Google

& imaginatione idem feratur judicium, & æstimetur pars jam abscissa adhuc sentire, quasi toto adhuc cohæreat.

CAPUT XX.

De

Sensibus Internis.

DUm ab externis sensualibus ad internorum sensuum scrutinium accedimus, tantum non in cæcas tenebras incidere videmur, in tantum ista interiora obscura latent; cujus obscuritatis ratio est hæc, quod homines rationali animâ præditi quamlibet sensationem rationis seu mentis beneficio percipiant, quo fit, ut suam sensualem & intellectualem cognitionem benè in se noriht, seque actu reflexo cognoscere sciant; adeoque cum sensus animales interni & intellectio in nobis semper sint conjuncti, evenit inde, ut, in quo sensus interni dicti, separatim considerati, consistant, & quid hi ipsi ad cognitionem genuinam tribuant, parum vel nihil cognoscant; unde tanto minus de brutis certi quid determinare valent, quin potius propter aliqualem illarum actionum cum nostris analogiam, in iis nempe actionibus, quæ sensus externos insequantur, nos ipsis etiam cognitionem quandam tribuamus, & consequenter quasi semirationalia reddamus.

Scilicet in omni nostra cognitione intellectuali, & omni ratiocinatione, semper spirituum animalium præsupponitur motus, tàm pro sensuum externorum quàm internorum exercitio, occasione quorum spirituum diversimodè motorum anima rationalis spiritualis diversos sibi format conceptus seu phantasmata; nihil enim in intellectu est, quod non prius fuerit in sensu.

Dum itaque objecta sensuum externorum, horum organa quocunque modo moverint, mox tali speciali motu fit passio, & spirituum animalium tractus, qui per nervorum filamenta, in organis sensuum externorum commota, ad organum istud devehuntur, repercussionis modo commoventur, ita ut simili exactè motus, atque in externo organo fuerat concitatus, & spiritibus impressus, ad cerebrum usque, ejusque compagem fibrosam, eo in loco, ubi nervorum ad partes quasvis alligatorum est principium seu origo, continuetur, ubi anima rationalis specialis talis motus occasione, & quasi intuitu, specialem sibi format ideam seu conceptum, repræsentantem exactè objecti externi factam impressionem: & talis spirituum ex omnibus organis sensuum motus, & impetus repercussionis, ubi terminatur in cerebro tali motu, sensus communis seu agens dicitur, in quo ab anima externorum fit perceptio; in anima verò primam ejus operationem, seu simplicium apprehensionem, constituunt.

Quod si verò spirituum animalium isti motus continuentur diversimodè in cerebro, & intra fibrosam ejus substantiam certos itus & reditus faciant, & mutuò coëant, vel secedant, talium motuum occasione vel intuitu anima conceptas ideas simplices multipliciter componit & dividit, unde, ratione dictarum spirituum motionum, phantasia seu imaginatio, in anima verò secunda operatio, nempe simplicium compositio & multiplex divisio, exsurgit.

Quibus judicium mentis tandem absolutum supervenit, & intellectuali phantasmatum seu prædictarum idearum conceptarum, conjunctarum vel separatarum speculatione, tertia mentis operatio, ratiocinatio supervenit.

Judicamus nempe objecta ista ita cognita vel theoreticè vera aut falsa, vel practicè bona aut mala; cujus posterioris ratione ab anima concitantur certi affectus, hoc est, superveniunt certæ animæ motiones, quibus agitantur diversimodè spiritus animales, & nunc plus, nunc minus, nunc ordinatè, nunc inordinatè, moventur & concitantur ad partes extra cerebrum sitas, magis tamen tali impetu tàm ad istas, ad quas continuato radio trajiciuntur, quales sunt cor, partes respirationi inservientes, stomachus & intestina, quàm ad alias; propterea, quod ex continuato & nunquam interrupto, propter vitæ necessitatem, ad dictas partes impetu, patentiores sunt undique nervorum istorum circa sui principium pori, & facilior per ista continuò trita vestigia motus, quàm per alia; unde & circa cor & interna abdominis viscera primaria ab omnibus affectibus percipitur alteratio. Sed præter hos spirituum ad dicta loca radios sub primo affectuum impetu etiam successivè ad alias partes exteriores pro acquirendo bono, aut fugiendo malo, iidem concitatius radiati varias membrorum motiones, & hinc locales motus, excitant.

Multa sanè in recessu habent ista motionum spirituum vestigia ad promptiorem, ad unum vel alterum nervum, vel partem eorundem, radiosum influxum: nam à simili causâ memoria sensitiva unicè dependere videtur, nempe à vestigiis in cerebro post aliquam motionem sensualem manentibus, quæ vestigia nihil aliud sunt, quàm tramites quidam, quos spirituum animalium cursus inter cerebri fibras reliquit, per quos primâ & iteratâ vice trajecerunt, cujus repetiti & quidem cujusdam motus intuitu eædem ideæ objecti

Digitized by Google

objecti absentis menti seu animæ, tanquam præsentes, occurrunt, quæ spontaneâ vi unam ex altera elicit, & ita rationalem memoriam constituit.

Rem ita se habere, nempe omnem nostram cognitionem intellectualem à vario & multiplici spirituum animalium in certa ratione conformato cerebro & cerebello, motu & agitatione dependere, ex eo manifestum videtur, quia omnia ea, quæ organicam cerebri conformationem secundum poros & meatus, adeoque spirituum animalium motiones, & filamentorum nerveorum varias applicationes lædunt, impediunt & tollunt etiam sensus internos, e. g. contusio capitis gravior, aut concussio cerebri, à casu ab alto sensus omnes ac motus, & omnem ratiocinationem, tollit, ut fiant quasi apoplectici, ubi saltem est pororum compressio & depravatio, unde spirituum in motu impedimentum, hinc non tantùm per morbum, sed & per senectutem, & judicium hebescit, & etiam memoria imminuitur; imò tàm morbi vi, quàm casu externo, v. g. tegulæ lapsu, memoria & judicium penitus aboleri solet; quæ causæ in homine non animam rationalem, quæ non potest alterari, sed cerebrum saltem & ~~ animales afficere solent.

Hinc per experientiam ferè observatum est, cerebrum moderatè humidum memoriam firmam, sed hebes judicium; cerebrum moderatè siccum, judicium acre, sed debilem memoriam; cerebrum verò calidum, activam imaginationem conciliare. Ebriorum varia, ut sic dicam, symptomata in sensu & motu ad oculum quasi hæcce confirmant, quod mores sequantur temperamentum corporis, dum unus ex eodem vino est hilaris, alius tristis, alius rixosus, alius amorosus, &c. Unde? nisi à spirituum perversa agitatione.

Habitus omnes, tam animi sic dicti, v. g. scientia discurrendi, quàm corporis, v. g. ars saltandi eatenus dependent à crebrioribus actionibus quatenus iisdem spirituum iste motus multùm facilitatur & perficitur, sæpiùs enim eodem modo moti & agitati ~ poros, meatus, & omnes interjectas semitas, adeò patulas & permeabiles reddunt fibrasque in talem situm ac plicaturam redigunt, ut facillimè levi motu spiritus isti, tanquam per viam apertam, transire, & actionem eandem ita perficere valeant.

Et ex his fundamentis ingeniorum multiplex petenda est varietas. Ingenium quodvis ferè hæc tria constituunt: Imaginatio, judicium, & memoria; quæ sive solitariè sive junctim considerentur, omnem istam in ingeniis innumerabilem diversitatem formaliter constituunt. Fundamentum varietatis talis in dictis mentis operationibus est quærendum & in spirituum animalium constitutione, & in fibrarum cerebri dispositione; ut nihil hîc dicam de totius cerebri secundùm cranii figurationem interna conformatione, quæ vel acuta vel rotunda, vel depressa, vel alio modo variata existit: nam hæ differentiæ ad priorem illam, nempe spirituum considerationem, facilè reducibiles sunt, quatenus horum motus secundùm cerebri conformationem suo modo determinatur.

Spiritus quidem ad Ingeniorum varietatem disponunt ratione majoris vel minoris puritatis, & hinc ratione majoris vel minoris subtilitatis, seu volatilitatis, quæ proprietates illorum tàm ex sanguine, unde generantur, quàm ex cerebro, unde elaborantur, originem habent. Fibræ verò, quæ cerebri medullam, in qua motiones istæ spirituum intrinsecæ fiunt, componunt, ad ingeniorum varietatem faciunt, quatenus vel subtiliores, vel crassiores, vel quatenus flexibiliores, vel rigidiores, vel quatenus ordinatè aut confusè sunt invicem convolutæ, ad quas conditiones, præter primam sub earum generatione structuram, subsequens nutritio ex chylosa massa sanguinea multùm admodum conferre solet. Hoc modo secundùm theoriam corrigenda sunt ea, quæ aliàs eruditè tractat Æschacius Major, nec non Janus Huartus, *in Scrutin. Ingenior.* Nam non temperatura cerebri, sed fibrarum ejus habitudo, & secundùm hos spirituum diversimodè constitutorum motus, ingenia diversa admodum faciunt.

Ex eo itaque, quod in nobis sensuum internorum dictorum operationes ab operationibus intellectualibus animæ rationalis inseparabiles sint, fit, ut utrasque discernere exactè nequeamus, nec quòmodo in brutis fiant, probè cognoscere, quin ex utrarumq; confusione tot opiniones de sensibus internis, & cognitione brutorum, ortæ sint. In genere tamen tres palmariæ, quoad internarum in animalibus actionum principium & modum, sunt sententiæ.

Prima ex Aristotelica schola profluxit, quę uti omnibus rebus suas attribuit formas substantiales, materiæ contradistinctas; & viventibus animas immateriales; ita etiam brutis animam tribuit sensualem in genere, quæ tamen pro varietate specierum specificas suas obtineat differentias & proprietates. Beneficio hujus animæ, ejusque facultatum, reverà dicunt cognoscere bruta sensuum externorum impressiones, easque cognitas simpliciter & dijudicatas à sensu communi per phantasiam tantùm componere & dividere, seu diversimodè mutuò complicare, unde miran-

Digitized by Google

mirandæ brutorum actiones, eorumque docilitas, perveniant; (cujus tamen reſpectu alii vim æſtimativam his ipſis facultatibus in brutis ſuperaddunt,) cognitiones haſce aſſervari in memoria eorum, & ſubin de repetitas per phantaſiam denuò cognoſci, volunt. Quod ſi per ſenſus cognitum ſit objectum ut bonum, excitari in iis facultatem appetentem, & quidem partem ejus concupiſcibilem, quæ ſtimulet bruta ad deſiderium illius objecti; ſin verò objectum ſit cognitum ut malum, excitari partem appetitus iraſcibilem quæ ſtimulet ad fugam, & ab hac appetitus diverſitate paſſiones ſeu affectus, nempe iram, gaudium, terrorem, &c. deducunt. Ab hoc appetitu ulterius excitatur facultas locomotiva, ad movendos artus deſtinata, quæ ex dictamine appetitus variè & diverſimodè movent membra, vel ad proſequendum bonum, vel ad fugiendum malum. Omnibus hiſce facultatibus operatricib⁹ adjungunt ~ animales, ceu inſtrumenta proxima, quibus peragantur iſtæ internæ operationes. In homine deſuper adſtruunt animam rationalem, quæ tanquam ſuperior omnes iſtas ſimiliter obtineat facultates; præter eas tamen, ceu ſibi peculiaribus, intellectu & voluntate gaudeat, quibus, ceu ſuperioribus, iſtæ cæteræ inferiores obedire cogantur.

Secunda ſententia, huic exactè oppoſita, ex antiquiſſima Democritea & Epicurea derivata eſt ſchola, quam revera excitavit denuo Carteſius, certo tamen modo immutavit. Nempe, uti in hac hypotheſi omnes ſubſtantiales formæ negantur, ita omnia naturæ phænomena ex materiæ variis quantitativis conditionibus per motum, ceu univerſalem artificem, explicantur, bruta etiam animata eſſe, eo ſenſu, quo peripatetici volunt, negatur: ſed, ſi quæ in brutis habenda eſt ſubſtantia pro anima, eam ex corpuſculis ſubtiliſſimis conflatam corpoream & diviſibilem, corpori animato coëxtenſam, ſtatuitur. Unde hæc hypotheſis ex conditionibus materialibus, per varios diverſosque ſpirituum motus, reliquas animalibus proprias operationes explicat, & iisdem veram & propriè ſic dictam cognitionem, ſeu impreſſionum in organis ſenſuum perceptionem, omninò denegat: ſed quicquid ſenſus communis, phantaſia, memoria, appetitus, &c. vulgò appellatur, pro vario ſpirituum in cerebro & cerebello diverſimodè in diverſis brutis conformato motu, hinc inde appulſu, agitatione & gyratione, indeque varia cordis & dilatatione, & conſtrictione, pro affectibus ſubtiliter explicat. In homine verò, omnia hæcce cum brutis communia habente, animæ rationalis, ceu ſubſtantiæ ſpiritualis, præſentia ſublimioris cùm ſit conditionis, verum cognoſcendi & intelligendi modum obtinet, & propria libertate agendi & operandi, quid & quomodo ipſi placuerit, cum iſtis operationibus, cæteris brutis communibus, nullo modo confundenda venit, quin continuò cogitando & diſcurrendo, & occaſione variorum ſpirituum motuum in cerebro, diverſos conceptus ſeu ideas in ſe ipſa formando, ſenſuum objecta verè cognoſcit, ſimplici comprehenſione cognita combinat, & ex iis combinatis certas & determinatas concluſiones elicit, in quo vera ratiocinandi facultas conſiſtit: cujus cùm umbrulæ quaſi in brutis nobis appareant, factum eſt, ut nos falsò eadem verè, quoad cognitionem, ipſis attribuamus, quæ nobis tantùm propriè conveniunt: Vid. Digby *de Immortal. Animæ Humanæ cap.* 35. *Scripta* Carteſii, imprimis *Tractatu de Homine*, & Florentinus Schuyl *in ſua Præfat. ſuper librum hunc*: Antonius Molinette, Antonius le Grand, *de Carentia Senſus & Cognitionis in Brutis.*

Tertia igitur, & media quaſi has inter, aliorum eſt ſententia, Gaſſendi nempe & Williſii *de Anim. Brutorum*, qui & ipſi quidem animam materialem eſſe defendunt, adeoque reverà corporis, quam informare dicitur, primariam partem; nihilominùs tamen brutis, præter externorum ſenſuum motum, veram etiam & genuinam ſenſationem, ſeu perceptionem ſenſuum externorum, concedit, & quidem talem, quæ nec corpori, nec animæ materiali, ſolitariè competat, ſed quæ ex utriusque certa & artificioſa, ſub talis machinæ ſtructura, unione reſultet, ita ut ex anima & corpore ſimul commiſſis, talis facultatum ſeu operandi potentiarum concurſus exurgat, quibus unicuique animali in fines & uſus deſtinatos opus fuerit, adeò, ut ſicut in artificialibus ſubinde materiam ſuperet opus, ita & hoc in talium machinarum naturalium operationibus fieri perquam probabile ſit. Conf. Williſius *de Anima Brutorum.*

CAPUT XXI.

De

Motu Partium.

OMnes partes, in quibus percipitur vel apparet aliquis motus, inſtructæ ſunt fibris ſuis nerveis, quibus motis, i. e. brevioribus factis, ſequitur partium motus: iis verò relaxatis motus ceſſat, vel per transverſum diſſectis, omninò idem aboletur. Unde fibra nervea erit genuinum omnis motus organum, quæ ob id fibra motrix dicitur. Per fibras

Digitized by Google

fibras autem intelliguntur filamenta illa alba teretia & tenacia in corpore obvia, ad partium ſolidarum firmitudinem & motum deſtinata, ita ut nervus, membranæ, ligamentum, &c. ſint una ſubſtantia; plures ſiquidem fibræ coacervatæ conſtituunt nervum, per crucem contextæ membranas.

Fibræ autem iſtæ, quæ motum exequuntur, vel arctiùs ſunt conjunctæ, vel laxius ſunt ſeparatæ. Fibræ conjunctæ iſtud fibrarum ſyſtema exhibent, quod vocatur muſculus, in quem nervi ex cerebro derivati eos gubernant motus, qui prægreſſam ſequuntur cognitionem ſenſualem, exque affectu quodam excitantur; cui in homine interdum etiam adjungitur cognitio intellectualis, ita ut exinde pro noſtro nutu eundem vel perficere, vel omittere, accelerare vel diverſimodè modificare & variare queamus; & hic motus per muſculos factus in genere motus animalis, in ſpecie verò in brutis ſpontaneus, & interdum in hominibus voluntarius, appellatur.

Fibræ laxiùs ſeparatæ, circulari ambitu imprimis partes movendas ambiunt, unde excitatus motus dicitur periſtalticus ſeu compreſſivus, v. g. motus ſtomachi, aut inteſtinorum, de quibus vid. Charleton *Exercit.* 17. *de Depurat. Alim.* §. 21. *& ſeqq.* qualem motum per fibras circulares etiam arteriis tribuit Sylvius, quo poſt dilatationem ab impellente ſanguine denuò ſe contrahant. Conf. Williſius *Pharmac. Ration. pag.* 265. *&* 280. Ab his motus contingit ſine ulla prægreſſa cognitione ſenſuali, adeoque nec à nobis vel impediri, vel promoveri poteſt, & ob id vulgò naturalis motus ſimpliciter & involuntarius dicitur: dirigiturque à nervis ex cerebello derivatis, pari nempe quinto, ſexto, ſeptimo & octavo, ut hoc ſufficienter oſtendit Williſius *in Anat. Cerebri c.* 16. *&* 17. unde & cordis & diaphragmatis muſculi ſimilibus nervis, præter aliorum muſculorum rationem, moti ſine noſtro conſilio operantur; hinc & reſpiratio, cùm per muſculos exerceatur, & tamen nobis non cogitantibus & etiam in ſomno fiat, interim tamen pro lubitu à nobis vel promoveri, vel impediri poſſit, indeque nervis partim ex cerebro, partim ex cerebello natis perficiatur ob id motus miſtus, ex naturali ſeu involuntario ratione diaphragmatis, & animali ſeu ſpontaneo, ratione muſculorum thoracis, appellatur.

Conveniunt ergò hi duo motus, jam allegati in genere:

1. Quatenus fiunt per fibras circulares.
2. Quatenus fibræ hæ diriguntur à ſpiritibus animalibus, per nervos in partes diſtributis.

Differunt verò in ſpecie ratione

1. Organi, quod eſt vel ſyſtema fibrarum denſius in muſculum unitarum, vel fibra circularis.
2. Nervi, muſculi per nervos à cerebro, fibræ per nervos à cerebello natos, motum ſuſcipiunt.
3. Cauſæ remotæ. In motu enim muſculi, ſive ſpontaneo vel voluntario, præceſſit cognitio vel ſenſualis vel intellectualis; in motu verò fibrarum periſtaltico naturali ſeu involuntario nulla præcedens cognitio locum habet, niſi in quantum per affectus, qui ſenſationem ſequuntur, modificatur. Hujus enim occaſionis antecedentis ratione prior motus, in ſpecie animalis, vel ſpontaneus, interdum voluntarius, appellatur; poſterior verò naturalis vel involuntarius dicitur; utut in genere omnis hic motus animalis dici queat, quatenus per ſpiritum animalem mediante organo corporis animalis, nempe fibris, perficiuntur.

Motum ergò quod attinet animalem in ſpecie ſic dictum ſeu ſpontaneum, ejus primarium organum eſſe muſculum, confirmat Charleton *in Exerc.* 11. Fabricam ſeu ſtructuram muſculi rhomboideam eleganter explicatam videbitis in Stenone *Obſ. de Muſculis & Glandulis*, item *Tract. Myolog. Element. Specimen*, ubi demonſtrat, fibram motricem in medio ſui coagulo ſanguineo ſeu carneo veſtitam circa hujus carnis extremitates incurvari ad æquales angulos, & plures hujuſmodi fibræ juxta ſe invicem poſitæ, & ſibi invicem inæqualiter quidem, æquali tamen ordine, ſuperimpoſitæ muſculum conſtituant, qui vulgò caput & cauda dicatur; intermediæ verò partes carne veſtitæ, & fibrillis ex membrana integente productis diſtinctæ, ipſum muſculi corpus repræſentent. Fibræ autem ita ſituantur, ut utrinque, tàm in principio quàm fine, hæc circa carnis intermediæ ſubſtantiam incurvatæ, figuram & corpus rhomboideum eleganter conſtituant ſuper angulos obtuſos, donec in rectos mutentur, mobile. Hoc modo fabricati muſculi nunc ſunt ſimplices, nunc verò ex pluribus parvis invicem unitis, compoſiti eſſe ſolent: vid. Schottus *in Magia.* Ab organo motus autem meritò excluduntur oſſa.

Motus muſculorum conſiſtit in fibrarum muſculoſarum contractione ſeu abbreviatione. Muſculus ergò, & omnis fibra motrix, dum abbreviatur, ſeu, ut aliàs vocatur, quaſi in ſe contrahitur, quoad partem ſui carnoſam, partem vel membrum, cui adhæret, ſimul trahit, ſicque & partes movet, & variè ſituat. Malè dividitur muſculi actio in contractionem,

nem, extenſionem & motum tonicum; unica enim actio eſt muſculi, ut & omnium reliquarum fibrarum: nempe in ſe ipſa facta abbreviatio, quam ſive contractionem ſive corrugationem vocare velimus, perinde erit; unde ſequitur membri motus & ſitus mutatus: quod ſi fibræ ejus rigidæ & contractæ maneant, membrum quieſcit, & in eadem figura & ſitu reverà permanet, quod abuſivè dicitur motus, ſed cum adjectione, motus tonicus, ſeu tenſivus, quod pars mota in eo tono perſiſtat. Extenſio muſculi, quæ fit, quando contrarius ſeu oppoſitus operatur muſculus, qui antagoniſta alterius dicitur, v. g. flexore cubiti agente, ceu antagoniſta extenſoris, extenſor hic violenter expanditur, non eſt motus ſeu actio muſculi, ſed potiùs paſſio.

Sin nullo muſculo agente omnes fibræ ſint laxæ, membrum in naturali quiete perſiſtit, & in media figura poſitum eſſe dicitur.

Movent autem ſeu contrahunt fibræ partes, quatenᵘ ab extenſione fiunt breviores; abbreviatæ enim & contractæ non poſſunt non ſimul ſecũ trahere, aut alio modo movere partẽ, cui annexæ ſunt. Cauſa hujᵘ abbreviationis, ſeu contractionis fibrarum, quæ conjunctim motum efficiunt, eſt duplex. Prima eſt ipſa fibrarum contextarum ad ſe contrahendum, à forti partium, quibus annexæ ſunt, tenſione ſpontanea inclinatio, quæ inſtar chordarum vel membranarum extenſarum quocunque modo laxatæ ſubitò ſe contrahunt. Sic v. g. diſſectus muſculus per medium verſus utramque extremitatem contrahitur, & quaſi conglobatur, magnamque in medio relinquit rimam, & ita in tono ſuo abbreviantur, & inteſtina flatu aut liquore diſtenta, factâ per transverſum apertione, ſponte & ſubitò ſe contrahunt. Spontanea hæc ad ſui contractionem vel corrugationem fibrarum inclinatio videtur probabiliter dependere ab earum ſtructura mechanica, quâ illæ chordarum inſtar contortæ & tenſæ in continuo ſe contrahendi aut corrugandi nixu ſunt poſitæ. Sed hæc ſpontanea fibrarum contractio non ſufficit ad motum, imprimis in muſculis, ob antagoniſtas oppoſitos, quare æquale oppoſitum robur iſtam contractionem & hinc factum motum impedit, donec aliâ accedente cauſâ movente æqualitas iſta tollatur, & alter muſculorum, quaſi allatis ſuppetiis, victo antagoniſta ſe contrahat.

Accedit ergò ſecunda cauſa motus fibrarum inchoativa, antagoniſtarum robur præponderans, quæ eſt acceſſio ſpirituum animalium per nervos.

A nervis autem ut ſenſum, ſic & motum, ratione ſpirituum animalium dependere, ex eo manifeſtum eſt, quod diſſecto nervo ſenſus & motus partis pereat, eô verò punctim læsô, aut alio modo irritato, pars violenter convellatur, de quibus videatur Charleton *in Exercit.* II. Accedere præterea efficienter ad promovendum motum muſculorum ſanguinem arterioſum, præter ea, quæ diſſerit Williſius *in ſua Anat. & Patholog. Cereb.* quod patet ex experimento Stenoniano, qui acu curvâ circa ſpinam dorſi per abdomen canis trajectâ, ejus arteriam magnam ſupra vertebras ſine corporis apertione filo annexo fortiter ligat, quâ ligatâ, canis inferioris corporis artus movere amplius nequit, propter impeditum per arterias ſanguinis motum; laxatô autem vinculô non ampliùs claudus fuit. Solus enim ſpiritus animalis non ſufficit movendis muſculis, ſicut ſufficienter movet fibras in motibus naturalibus, v. g. in inteſtinis; idque ob muſculorum magnitudinem & actionis robur in movendis membris, & cum iisdem attollendis ſæpiùs magnis ponderibus, unde ex maſſa ſanguinea ipſi feruntur ſuppetiæ.

Hæ ipſæ autem ſuppetiæ, an præter nudam ſanguinis, uberiori ſuo influxu muſculi ventrem replentis, præſentiam conſiſtant ulteriùs in copula quadam particularum ♃ earum elaſtica, mediante qua cum ſpiritibus animalibus contingat ſingularis quædam effervescentia, & hinc impetus exploſivus, ut ſtatuunt Williſius *de Morb. Convulſ. c.* 19. *p.* 150. item Mayow *de Mot. Muſcul.* ceu nondum ſufficienter probatum in medio relinquo.

Muſculi ergò copioſis nervis inſtructi iſtis ſpiritibus animalibus quaſi turgent, ita, ut hi inter ſingulas eorum fibras, & inter has ſingula relicta ſpatiola, in ſpecie circa medium ventrem carnoſum ordinatè diſpoſiti, ex levi accedente in nervo ad muſculum protenſo impulſu, & ex iſto impulſu, uberiori ſpirituum affluxu, per totum muſculum ferantur & ibidem concluſi, dum ſecundum longitudinem, ob occurrentem in fine tendinem anguſtiorem, tam repente excurrere nequeant, in ſe ipſos reflectuntur, & imprimis in ventre ejus carnoſo, ubi pori ſunt ampliores & latiores, coacervati, agitati, & propriâ vi elaſticâ expanſi colligantur, inde muſculi incipit circa ventrem intumeſcentia; incipiente hac intumeſcentiâ, dum arteria in muſculum ſanguinem affundens, ex dilatato ventre minorem patitur reſiſtentiam, copioſiùs ſolito ſanguinem in ventrem muſculi carnoſum expanſum infundit, ut vena ſocialis evehendo ſanguini fiat impar, præſertim cùm funiculi nervei in muſculis variè cingere & implicare hinc inde vaſa ſanguifera, eaque ſic nunc ſtringere, nunc relaxare ſoleant, & hoc ipſo ſanguinis in muſculum, & ex eo, motum diverſimodè determinare & modificare, qua ratione propter

Digitized by Google

propter ſanguinem ſimul muſculi tumor non leviter augmentatur: Croon *de Rat. Mot. Muſcl. a. annexus.*

Ab his duobus ergò ſpiritibus impetum facientibus, & ſanguine irrumpente, in motu ſuo plus minus coërcito, intumeſcentia & motus muſculi ita augentur, ut, victâ reſiſtentiâ Antagoniſtæ, muſculus promptè & potenter contrahatur, ac ita motus perficiatur, eádem ferè ratione atque videmus ſequi ſpaſmum ſeu convulſionem alterius faciei partis cynicam, ex ſpontanea muſculorum partis faciei ſanæ contractione, ob deficiens robur antagoniſtarum, paralyſi affectorum. Hæc quæ de muſculo, ceu fibris invicem unitis, dicta ſunt, facilè fibris diſſipatis applicari poſſunt, ad quarum tamen motum ſanguis parum vel nihil conferre videtur, cùm hæ ferè ut nimis diſtentiæ, ſe contrahant ad naturalem tonum, vel ultra hunc arctius contrahantúr, & quaſi criſpentur, ad quos actus ſpirituum animalium influxus ſufficiens videtur.

Supereſt adhuc, ut conſideremus, unde tandem determinatus in partibus fiat motus, ut v. g. extendatur manus, elevetur brachium, flectatur genu, vel circumgyretur pes? Animæ hoc opus vulgò tribuitur, cui inſit facultas loco-motiva ſeu poteſtas movendi ſanguinem &c.; ſed quomodo hoc fiat, & unde anima ſciat, hunc vel iſtum eſſe movendum muſculum, imperſcrutabile hactenus videtur, præſertim in brutis. Aptiùs ergò rem declarare nituntur, qui mechanico modo negotium hoc explicare tentant, imprimis cum videamus, non rarò ex abrupto, nihil tale cogitantibus, v. g. ex imminente percuſſione capitis ſuſtolli brachium, citra ullam prægreſſam animæ cognitionem, & motus convulſivi invitis nobis nos torquentes ſine animæ nutu eveniant. Ex motu ergò vel impulſu fibrillarum iſtarum, præcisè ex quibus nervus conflatur, qui in talem muſculum derivatur, moventur ſpiritus in eum muſculum determinatè, & non in alium; qui fibrillarum motus ſi fiat in cerebro, ex prægreſſo ſenſuali ſpirituum motu, à quo determinatè tales in cerebro moveantur funiculi nervei, ut per eos vibratos vel agitatos celeriter influentes ſpiritus muſculum iſtum determinatè ad motum diſponant.

Hoc interim evidens, quod ex quocunque ſenſuali in quadam parte motu, præſertim ſi intenſior paulò ſit talis impreſſio, iſtius partis fibrarum motricum ſequatur motus ſeu contractio, quatenus fortiùs motis illius loci funiculis nerveis, ab objecto ſenſili, talis motus ad originem eorum in cerebro vel cerebello continuati occaſione, feratur verſus nervos motos, ſpecialiùs ſpirituum impetus, indeque fibrarum iſtius partis ſequatur motus: ſic enim ex puncto nervo brachii ſequitur partis contractio vel convulſio; item ex irritatione pylori ab emetico antimoniali fit contractio ſtomachi, unde vomitus; quia irritato pyloro nervei ejus commoti funiculi copioſiores ~ cò radiare faciunt, item ex quacunque dolorosâ impreſſione in parte dolente ſpaſmus ſeu convulſiva quædam fibrarum contractura ſupervenit; hinc enim ex ſpina digitò infixa mox ratione doloris pulſus durus cum tenſione fibrarum & muſculorum ſuperveniunt; & dolente dente mox totum illius lateris in capite hemiſphærium tendi & quaſi contrahi, h. e. ſpaſmo quodam fibrarum leviore affici ſolet.

CAPUT XXII.

De

Sanguinis Motu ad teſtes, ſeminisque generatione.

UT animal, quod in individuo caducum eſt, perpetuetur in ſpecie, generationis mirandum opus ordinavit divinus Architectus, in quo mas & fœmina, ceu cauſæ ſociæ, conferendo mutuò ſua ſymbola, ſe in ſpecie multiplicant, & novum individuum vitale producunt, quod generari dicitur, & mediante genitura, communiter, ſed abuſivè ſemen dictâ, de qua Thomas Cornelius Conſentinus *in Progymnaſm. Phyſ. 5. pag.* 172. perficitur.

Semen verò animalium propriè dictum, ſtirpium ſemini analogum, & quod vim ſibi ſimile generandi poſſidet, eſt, quod ex mari & fœmina miſtum conceptum fœcundum conſtituit.

Semen maſculinum elaborari in teſtibus certum eſt; his enim ſublatis ceſſat feminis generatio, qui teſtes nihil aliud ſunt, quàm congeries atque conglomeratio minutiſſimorum funiculorum ſeu vaſculorum arctè ſatis contextorum, in quibus materia genituræ perficitur, uti hoc Fracaſſatus Bononiæ primùm in teſtibus equinis & cervinis clarè demonſtravit, & poſtmodum etiam in Belgio Græff invenit *Tract. de Organo Generat. inſerv. Virorum*: Vid. *Act. Philoſoph. Anglican. pag.* 708. & 869. ſicut etiam jam tum annotaſſe videntur Riolanus *Metrop. l.* 2. *cap.* 30. & Platerus *de Partibus Genital. l.* 1. *cap.* 9. quorum vaſculorum quædam ex teſte erumpentia variis ſuis flexibus corpus illud conſtituunt, quod teſtium dorſo incumbit, & epididymis appellatur, quod ipſum hinc dilatatum conſtituit vas deferens, tandem in

veſiculas ſeminales abit, unde genitura elaborata tandem in veſiculas ſeminales deponitur, ſuo tempore vel ſponte in pollutione nocturna, vel concurrente partium genitalium motu in coitu excernenda, aut potius ex affluente ſanguine calefacta, & ſpiritibus copioſis confertim influentibus turgida, cum impetu ſpumoſo ejaculanda.

Huic genituræ maris, dum ejicitur, ſimul admiſcetur adhuc alius liquor quidam ſeroſus & blandus, in corpore proſtatarum glanduloſo & ſpongioſo elaboratus, qui per copioſos exiles ductus in urethram, cui annectitur, effluſus, ſemen obvolvit, ipſique pro vehiculo ſervit, ut eò melius & promptius per penem ejaculari queat; qui liquor etiam in caſtratis generatur, unde & hi coire, & aliquam voluptatem percipere poſſunt. Non ergo eſt triplex ſemen maſculinum, ut vult Warthonus *Adenogr. c.* 30. ſed unicum tantum in teſtibus elaboratum, quod lympha proſtatarum dilutum, in coitu effunditur ex pene.

Materia genituræ virilis non eſt lympha vel ros, per duplicaturam vaſorum lymphaticorum ad teſtes delabens, ut vult Bilſius, nec eſt ſuccus per renes advectus, ut volunt Angli, in ſpecie Charleton *Exercit.* 10. & Warthonus *in Adenogr. cap.* 27. quo etiam inclinat Velthuſius *de Generat. cap.* 6. ſed eſt pars ſanguinis pinguior ſeu chyloſa, nondum in perfectum ſanguinem transmutata, quæ parte aquosâ diluta cum ſanguine per arterias ſpermaticas, præparantes dictas, ad teſtes advehitur, ubi per arteriolas iſtas, quæ vaſcula ſeminalia amplexu ſuo firmiſſimè detinent, in cavitatem iſtorum vaſculorum deponitur, & quaſi transſudat, craſſiore reliquo ſanguine per venas remeante, parte verò aquosâ chyloſâ ſuperfluâ à vaſis lymphaticis abſorptâ; huic materiæ ~ animales nonnulli permiſcentur, & præſertim in coitu copioſiores, atque ita ultimam perfectionem ſeu vim ſeminalem formalem addunt.

Cæterum annon peculiare in vaſculis iſtis ſeminariis teſtium lateat fermentum, hujus ſingularis transmutationis Autor, vix dubitare poteſt ille, qui mutationes iſtas inſignes à genituræ generatione in corpore obſervat; dum ab aliis planè ſingularis & ingens vigor virilis inſpiratur; carnes brutorum non caſtratorum peculiarem odorem & ſaporem præ ſe ferunt; eunuchi verò hujus fermenti defectu effæminati manent, dum barba erumpit, dum cervus exinde quotannis cornua mutat, dum venereus brutorum orgaſmus certo tempore evigilans exinde procedit, non ſecus ac ſingularis hircorum odor, hinc ſub eo tempore epilepſiæ, ſecundùm Hippocratem, cura [illegible] mutationib. videbitis Graeff *de Organis virorum p.* 25. & Mabium *in Fundam. Medicis p.* 461.

Quæ mutationes perſuadent, teſtes non ſolùm eſſe colatorium chyli pro genituræ materia, ſed ſubeſſe iis potiùs certum ſui generis fermentum, quod excitatum ſub pubertatis annis ſanguinem affluentem, tam in hominibus quàm brutis, alterat & ſpirituoſiorem reddit, ſimilemque fermentativam vim tùm ipſi tùm lymphæ ex teſtibus refluenti imprimit; unde tota alterata & fermentata ejus maſſa totius corporis habitum ſimiliter alterat.

Mulieres, an & eæ ſemen, ac mares, generent neceſſarium ad generationem, multi dubitant, ſupponentes nimirum, præter receptaculum ſanguinemque menſtruum, fœminas planè nihil ad conceptum conferre, quorum rationes videbitis in Horſtii *Inſtitut. Diſputat.* 3. *Coron.* 1. *Quæſt.* 3. Graeff *de Organis Mulier. cap.* 13. Verùm mulieres quoque genituram in ſe prolificam elaborare, & ad generationem ſuppeditare, Graeff *l. c.* Warthonius *Adenogr. cap.* 37. & Horſtius *pariter l. c.* Laurentius *Anatom. l.* 8. *Quæſt.* 5. & Everhardus *de hom. brut. exortu p.* 26. & 27. ita probant, ut nullum hac de re dubium remaneat.

Ovipara animalia in ovario vitellum generant, in utero ſucco lacteo ſub forma albuminis inveſtiendum, quod ovum tam in ſuo rudimento, quàm jam perfectum, mas fœcundat ſuæ genituræ, vel potiùs ~ animalis, e. genitura excreti, attactu vel conſperſione, reliquis ovis omnibus infœcundis, communiter ſubventaneis dictis; unde etiam unus galli coitus ad aliquot menſes fœcundam reddit gallinam, ita ut omnia ova tunc excludat ſucceſſivè fœcunda, quamdiu illa vis à gallo communicata perdurat: vid. Harvæus *Exerc.* 39. & 40. *de Generat. Animalium.* Idem fit in piſcibus oviparis, v. g. in carpione, ubi der Ragen nihil aliud eſt, quàm ovulorum congeries: hæc ergo in coitu illarum, qui fit tantùm per partium poſteriorum quendam affrictum, à fœmella excluduntur, & à lacte vel genitura maris tantum aſperguntur, aut quaſi irrorantur. Quotquot igitur contacta ſunt ova, ſunt fœcunda, & ex iis fiunt piſciculi, quæ verò non irrorantur, ea fatiſcunt, & ceu infœcunda intereunt. Idem poteſt obſervari in papilionum genere, in ſpecie bombyce: hujus fœmella copioſiſſima generat ova, poſtmodum in coitu fœmella ova hæc excludit, quæ à tenui ſubrubicundo aut nonnihil flaveſcente liquore ſeu genitura maris reſperguntur, & quæ ita reſperſa ſunt, ſunt fœcunda, & dant novas erucas, hinc papiliones; quæ non adſperguntur, manent infœcunda.

Vivi-

Digitized by Google

Viviparas verò quod attinet fœminas, & has inter ſpeciatim mulieres, modernorum circa illarum genitalia Stenonis, Hornii, & præprimis Græffii & Kerkringii obſervationes teſtantur, & has reverà ova generare, quæ genituram earum conſtituant, ſeu ſemen earum ſint; ita quidem, ut veterum teſtes muliebres, aliorumque viviparorum, ſint reverà ovaria.

Per anatomen namque cognitum eſt, teſtium muliebrium ſubſtantiam, tam in homine quàm in brutis, eſſe craſſam ac firmam membranoſam & fibroſam, cum intercapedinibus ſeu alveolis quibusdam inde formatis, in quibus reperiantur quamplurimæ veſiculæ, quarum quælibet peculiarem ſuam habeat tunicam membranaceam admodum tenuem, neque cum alia cohæreat, repletaque ſit humore albicante lacteo, ita quidem, ut in talibus veſiculis, in ▽m ferventem immerſis, dictus humor mox coaguletur in formam albuminis vel vitelli ovi indurati, ut ita dictæ veſiculæ ſint reverà tot ovula, generationi deſtinata, quæ ſui proventus & augmentationis ratione nunc minora & imperfecta, nunc majora & perfecta, in ſpecie humana, piſi quantitate, inveniuntur. Conf. Græff *de Organis Mulier. cap.* 12. *Veſiculas* has Veſalius *de humani corporis Fabrica l.* 5. *c.* 15. Fallopius *Obſervat. Anatom. pag.* 421. Volterus Coiter *in Tab. internar. humani corporis partium*, Laurentius *l.* 7. *cap.* 10. Riolanus *Anthropol. l.* 2. *cap.* 34. Warthonus *Adenogr. cap.* 33. multique alii, jam dum olim obſervarunt; donec ex recentioribus Steno, Horne, Græff & Kerkringius ovariorum ſeu teſticulorum muliebrium ſtructuram inveſtigantes, horum veſiculas clarius explicantes, propter analogiam inſignem, quam cum ovis avium habent, ovula vocarunt.

Numerus harum veſicularum ſpermaticarum incertus eſt, pro diverſitate tàm ſpecierum animalium, quàm individuorum, & in homine earum ultra 12. imò 20. & 30. in uno ſæpiùs teſticulo muliebri reperiuntur, quia etiam unus teſticulus earum plures quàm alter habet: Vid. *Acta Haffnienſia Tom.* 2. *pag.* 213.

Bruta in cornubus habent fœtus, cùm in hæc ex teſtibus ſeu ovariis ova veniant.

Ovula hæc perfecta ſub coit° ardore à corpuſculo fibroſo (ovo ad exitum deſtinato, circa ambitū ac à poſtica parte accreſcente) expreſſa, ſuſcipiuntur à tuba uterina, ad teſtem uſque ſub ipſo fervore criſpata & contorta, & hac mediante ad uterum deferuntur; id quod imprimis confirmat obſervatio Ruyſchii, qui obſervavit in muliere recens impræguata, à militibus interfecta, quam ſecuit.

1. In utero ovulum minutiſſimum, embryonem paucorum dierum.
2. In teſte autem dextro foramen excavatum; &
3. Tubam illius lateris incurvatam, & proboſcidis inſtar reflexam ad teſtem.

Prout hæc publicè demonſtravit die 15. Aprilis Anno 1673. perque tabulam ſpecialem explicavit.

Ovulorum horum nunc unum, nunc duo, prout vel ſimplex vel multiplex generatur fœtus, à ſpiritu genitali maris, ſui attactu & quaſi afflatu, fœcundum redditur, inſtar ~ genitalis galli fœcundantis ova gallinæ, ſive hoc ipſi in tuba adhuc exiſtenti eveniat, ſive jam in uterum excreto, ut in fœtum vivum ſucceſſivè formetur.

Quæritur ergò, qua ratione genitura maris & ovum fœminæ conſtituant ſemen perfectum? Reſpondeo: In viviparis ſub coitu fœcundo in ardore Venereo, uti genitura maris cum impetu irruens ſpiritibus animalibus turget, ita in mulieribus ſpiritus animales, affluendo ad teſtes, membranas eorum pungunt, & quoque liquori in iſtis contento ſe immiſcent, unde ſpumeſcunt, & cum magna voluptate foras prorumpunt; ſub qua actione ovulum genitura maris fœcundatur: Ovulum ergò, à ſpiritu genitali maris impræguatum, verum dat conceptum. Quod ſi fiat, ut ovum ita fœcundatum in tuba uterina perſiſtat, præternaturalis iſta hominis conceptio turbaria, id eſt, talis conceptus, quos in tubis fœminæ habuerunt, qualis ante duos annos Pariſiis obſervatus fuit, accidit, matriſque lethalis, quæ in brutis naturalis & ordinaria eſſe ſolet. Videatur Steno, Graff *de Organis Mulierum Generat. inſervientibus*, Hornius *in Prodromo Obſervat. circa partes Genitales*, item *Tabula* Ruyſchii, Elsholzius *Tractatu de Generat. Hominis in Tuba uteri*.

Ex his ovulis ſuperfœtationis obſcura aliàs doctrina clara eſt; ſi enim unum ovulum uno alterove coitu defertur in uterum, fit conceptio ſimplex; ſi verò poſt aliquot ſeptimanas vel menſes ex repetito denuò coitu contingat, ut unum ovulorum talium poſt alterum fœcundetur, ſuperfœtatio fieri ſolet; unde partum primum aliquot ſeptimanarum vel menſium ſpatio alius partus vitalis ſupervenit. Quod ſi duo ſimul fœcundentur talia ovula, fiunt gemelli; quando tria fœcundantur ovula, fit trimellus; ſin plura, plures oriuntur fœtus, pro numero ſcilicet ovulorum, in uno aut pluribus ſe invicem ſubſequentibus congreſſibus à ſpiritu maris genitali fœcundatorum, & in utero retentorum. Quod ſi verò bina talia ova arctiùs propriis tunicis

sibi fuerint connexa, ita ut integra & absque laceratione ab invicem divelli nequeant, quin propter æqualem molem & æqualitatem, & imprimis talem conglutinationem, ovarii carceribus simul extrusa suscipiantur, & hinc fœcundentur. Gemellorum etiam conceptionem fieri probabiliter asserit Schraderus *in Præfat. ad Observat. Harvæanas de Generat. Animalium*, de muliere quæ mense sexto ex abortu gemellorum interiit, observatis vestigiis seu foraminibus duorum ovorum juxta se invicem conditorum. Conf. Kerkringius *de Geneanthrop.* Quod tamen etiam ex uno simplici ovo gemelli nasci possint, probabiliter reddit monstrum illud biceps, de quo Brunnerus *peculiari dissertat.* agit, quod reverà in ovo simplici genitum omninò videtur; hinc & gemelli nunc simplici, nunc duplici, involvi secundina observantur: Vid. M.A.N.C. *Ann.* I. *Obs.* 39. *p.* 118. & *Ann.* 9. & 10. *Obs.* 162.

Ita ut ovipara & vivipara animalia in hoc saltem differant, quod in oviparis ovulo, in ovario sub forma copiosi vitelli genito, in utero copiosum affundatur albumen, à quibus, vitello nempe & albumine, sufficiens succus pro nutritione & auctione pulli in ovo formandi suppeditetur, & qui sufficiat ad perfecti illius exclusionem; in viviparis verò, simplici ovulo in utero, vel ejus tubis, affundatur transudatione quasi succus nutritius, à quo sustentetur fœtus ad sui exclusionem usque.

Sed præter hæc ovula, propriam nempe fœminæ genituram, observatur ulteriùs etiam in iis liquor, seu lympha quædam seminalis, cujus excretionem non tantùm ipsæ mulieres percipiunt in coitu, utpote in qua primaria eorum voluptas consistit; sed cujus præternaturali effusione ipsâ etiam gonorrhœâ obnoxiæ sunt. Analoga est hæc genitalis lympha isti, quam mares in prostatis conficiunt, cùm & in fœminis & similibus glandulosis corporibus, collum vesicæ ambientibus, generetur & excernatur: Vid. Graff *de Organis Mulier. cap.* 6. Quinimò ipsius uteri, & vaginæ ejus membranosa substantia, cùm ad naturam glandularum proximè accedere videatur, ut non ineptè moderni asserunt, etiam sui generis lympham non absque voluptatis sensu effundere videtur, cùm non tantùm ipsa vagina perpetuo liquore moderatè madeat, sed interdum adeo copiosè à quibusdam in congressu soleat effundi, ut ex istis prostatis circa vesicam minimè omnis derivari queat.

Ut autem virilis sexus, simul ac genituræ in eodem fit generatio, singulares suas patitur alterationes; ita & mulier simul atque genituram generare incipit, & ad generationem apta fit, circa annum circiter decimum quartum, inter cæteras mutationes corporis, quas cum viro habet communes, propriam habet unam, menstruam nempe purgationem, quæ imprimis suam meretur considerationem, & à periodo, quâ ordinatè repetere solet, Fluxus menstrui vel mensium nomine Latinis, Germanis **die Weibliche Zeit** appellatur, licèt aliquot prostent exempla, à Zacuto Lusitano *l.* 2. *Praxeos Admir. Observat.* 102. Bartolino *Centur.* 5. *Histor.* 32. Febr. *Tractatu de Absinth. pag.* 138. & D. Michaëlis observata, etiam viris quibusdam periodo menstruali similem sanguinem per penem effluxisse, non secus ac in quibusdam aliis hæmorrhoidum fluxus periodicus & menstruus contingit; sicut econtra Schenkius *in Observat.* aliique Autores exempla recensent mulierum nunquam menstruatarum, licèt fœcundarum, quæ viragines, seu virilis habitus mulieres vocantur. Sic Panarollus *Centur.* I. *Observat.* 15. refert mulierem quintâ vice prægnantem, nunquam tamen menstruatam.

Repetere dixi hunc fluxum singulis mensibus, utut in quibusdam anticipet unum vel duos dies, in quibusdam verò per tot dies etiam postponat; unde illæ priores 13. hæ tantummodo 11. vicibus, in anno purgantur. Rarum namque est exemplum, quod Panarollus *Pentec.* 2. *Observat.* 41. refert de muliere, singulis mensibus bis menstruata, sine sanitatis noxa; & Sennertus *l.* 3. *Praxeos pag.* 418. in muliere cum menstruorum ordinario fluxu similem ordinarium hæmorrhoidum fluxum, decimo quarto die post menses supervenientem, observavit: nonnullis tamen singulis tribus septimanis, nonnullis tardiùs, menses fluere Practicorum observationes innumeræ testantur.

Incipit, ut dixi, hic fluxus menstruus tempore pubertatis, dum habiles fiunt ad generationem, id quod fit ordinariò circa decimum quartum ætatis annum. Incipit nempe quasi motu naturæ critico in secundo septenario, & definit similiter in septimo septenario, nempe Anno 49. quo tempore simul vis genitalis prolifica cessat; utut interdum circa duodecimum annum quædam mulieres & puberes & menstruatæ fiant, & rarum sit, quod citius inchoënt, ut diutiùs fluant, quorum exempla prostant. Propria hoc in passu idiosyncrasia subjecti probè consideranda est; nunc enim juniores, alacriores, spirituosæ, vegetiores, diætâ lautâ utentes & salaciores citiùs patiuntur hunc fluxum; quæ verò se habent contrario modo, iisdem tardiùs erumpit. Rara ergò sunt, & quæ ob id ordinario naturæ cursui nil derogant, quando refert Schenckius *in Observat.* de puella

Digitized by Google

puella novenni menſtruata; ſicuti econtra nil derogat, quando iisdem menſes ulterius producuntur, qua ratione Hildanus *in Centur.* 4. *Obſervat.* 63. refert, menſes cuidam fluxiſſe ultra 70. annos. Fluunt quidem continuò, niſi quod ordinariò ſoleant ſupprimi geſtationis tempore, in quibusdam etiam tempore lactationis. Rarum eſt, quando imprægnatis etiam primis geſtationis menſibus iidem adhuc fluant. Aliàs curioſum eſt, quod mulieri ante matrimonium legitimè menſes fluxerint, qui poſt matrimonium pariter ſuppreſſi fuerunt, citra ullum tamen ſanitatis commodum, ut refert Platerus *l.* 1. *Obſervat.* non minus obſervatu dignum eſt, quod idem Platerus *in Obſervat.* refert, quod in alia muliere menſes ſuppreſſi fuerint, quoties pueros lactaret; ſin verò puellas, hi liberè & ordinariâ periodo fluxerint.

Fluxus hujus materia excreta eſt ſanguis, iſque talis, qualis in vaſis ſuis promiſcuè fluctuat, & per arterias hypogaſtricas ad uterum, ejusque præſertim vaginam, defertur, per venas verò hypogaſtricas refertur; nec eſt hic ſanguis excrementitius, aut malignus, uti veteres ſtatuerunt, quorum rationes recenſet Graff *de Organis Mulier. pag.* 134. quibus Helmontius alias ab experientia deſumptas adjungit. Verùm menſes ſanguinem laudabilem, & quantitate ſaltem peccantem eſſe, ex veteribus Sennertus, ex Neotericis modò citatus Graff *p.* 136. meritò defendunt; experimenta enim pro virulentia eorum allegata partim falſa & ridicula, partim de menſibus per ſtagnationem corruptis, intelligenda tantùm ſunt.

Quod ſi impura ſit maſſa ſanguinea, ſimul excretione iſtâ excrementa ſub turgeſcentiæ ſanguinis motu nonnihil ſeparata & præcipitata cum iſto ſanguine foras excluduntur: excluſus autem & extra vaſa effuſus ſanguis, ac circa uterum depoſitus, conſortio vitali ſpirituum privatus, ad corruptionem ſui tendit, & ita demum cadaveris naturam aſſumit. Vid. Helmontius *Tract. Lunare Tributum pag.* 732. & ſic non vitalis eſt cum reliquo ſanguine.

Obſervabilis eſt in ſanguine ſub qualibet menſtrua excretione ſingularis quædam fermentatio aucta, turgeſcentia & ebullitio extraordinaria, qua rapidius concitatus in ſuis vaſis detineri non poteſt, ſed vaſa hypogaſtrica circa uterum diſtendendo, & dilatando eorum orificiola per anaſtomoſin ſic effunditur. Hinc enim eſt, quod impeditâ iſtâ, quacunque ex cauſa, circa uterum excretione, ſanguis turgeſcens per alia varia loca, per mammas, oculorum canthos, per nares, per pulmones, per aures, per vomitum, &c. exitum periodicè moliri ſoleat. Hinc laſſitudo artuum tenſiva & gravativa, præſertim dolor lancinans & diſtendens circa lumbos, excretionem præcedere ſolet; non ſecus ac in aliis fluxus alvi crebrior, in aliis febris, in aliis alia ſymptomata, ex ſanguinis & reliquorum corporis contentorum commotione & turgeſcentia, tunc temporis auctâ, nata præcedere vel comitari ſoleant.

Hinc quorum ſanguis ineptus eſt plus minus fermentationi, etiam menſium obſtructionibus ſunt obnoxiæ. Hinc habitus cachecticus aut melancholicus ad menſium defectum diſponunt, non ſecus ac omnia acida & viſcida etiam remoram huic evacuationi imponere ſolent; ſicut & terror, triſtitia, mœror, metus, &c. fermentationem ſanguinis impediunt, & menſes imminuunt; cùm gaudium è contra, amor, iracundia, motus corporis intenſior, vini generoſi potus &c. ad hanc excretionem diſponant.

Turgeſcens ita ſanguis, & rapidiùs per vaſa circulatus, uteri vaginæ vaſa, horumq; oſcula præcipuè aperit, & per hæc effunditur, quia ad hæc loca uberiùs & concitatiùs movetur; id quod fit, quia irritatio quædam & ſenſilis, ſed voluptuoſa vellicatio, in dictis locis accidere ſolet, cujus occaſione & ſpiritus animales concitatiùs eò ferri, & his mediantibus ratione fibrarum aliqualis contracturæ, ſanguis copioſius ibidem colligi ſolet, donec apertis vaſorum oſculis pedetentim effundatur. Similis eſt hæc turgeſcentia orgaſmo venereo aliquatenus; nempe ratione hujus vellicationis tàm ante quàm poſt menſtruationem præ aliis temporibus ſalaciores eſſe ſolent mulieres; unde ſicut reſinæ purgantes, vellicando hæmorrhoidalia vaſa, facilem cruoris per hæc in conſuetis effluxum concitant; vel ſicut acria purgantia, inteſtina fortiùs vellicantia, dejectiones ſubinde cruentas efficere ſolent, ita occaſione ſingularis circa genitalia acrioris vellicationis turgeſcens jam ſanguis ibidem effunditur: ſicut aliàs pro ſtimulandis menſibus, præter purgantia, imprimis ex colocynthide, vel hujus acrior ſuffitus, vel hellebori nigri peſſus, vel ſimilia acria, genitalibus extrinſecus applicari ſolent â Practicis.

Turget autem ſanguis quâvis menſtruâ periodô intenſiùs, & ſimul vellicantur & quaſi titillantur ſingulariter genitalia, propter vim peculiarem fermentativam, ab uteri glandulis, beneficio ſanguinis & lymphæ ab iis refluis univerſæ maſſæ ſanguineæ communicatam, & etiam ipſi lymphæ ſeminali, uteri & proſtatarum conceſſam, à qua, uti acriores hæ factæ pruritum venereum inſolitum ferè excitant, ita ratione illius in ſanguine alterationis ſingulares iſtæ mulierum ſub pubertatis annis mutationes eveniunt; unde & men-

Digitized by Google

menstruus fluxus non nisi evigilante vi generativa in mulieribus inchoatur, & hâc sopitâ ille etiam cessat. Scilicet, uti ex parili ratione brutorum statо tempore venereus appetitus concitatur, unde & ferè eorum genitalia tunc acrius ferum stillare solent; ita, ex parili fundamento, naturali statu excretio menstrua accidere solet, præternaturali verò impetu furor uterinus mulierum contingit.

CAPUT XXIII.

De

Conceptione Fœtusque Formatione.

DUm legitimè copulantur mas & fœmina, iste emittit suam genituram, sub seminis nomine cognitam; hæc verò ex testibus excludit ova. Illius ergò genitalis spiritus amico afflatu in utero vel ejus tubis se insinuat ovulo muliebri, in eoque, ceu receptaculo appropriato, spiritui genitali concentrato fœminæ se sociat, ita ut ex utriusq; copula & unione mutua fiat conceptio, hoc est, utriusque secus seminalis virtutis, in spiritu genitali fundatæ, in ovulo facta associatio ad fœtificationem requiritur: vid. Velthusius *de Generat. cap.* 7. *&* 4. item Rallius *de Generat. Animalium pag.* 168.

Nam tota generationis ratio dependet à spiritu isto genitali, à mare quidem sub crassioris materiæ involucro excreto, & fœminæ ova fœcundante, istâ materiâ genituræ crassâ nullo modo vel in utero subsistente, vel ceu materia fœtum constituente, ut demonstrat Harvæus *de Generat. Animal. Exercit.* 6. 39. 49. 67. 68. &c. item Deusingius *Exercit. de Genesi Microc. Sect.* 2. *pag.* 25. à fœmina verò in ovo ritè constituto, & in quo talis concentratus delitescit, suppeditato: qui ipsi soli genitales in ovulo uniti conceptum perfectum, seu semen animale fœcundum constituunt; ita ut vis genitalis maris sua genituræ communicatâ, efficientis saltem, non verò materiæ, rationem habeat, mulieris ovulo utrumque exhibente; unde omnia ex ovo esse seu generari, verè ab Harvæo dicitur.

In tali ergo generationis actu sub conceptione ovum fœminæ se habet instar fomitis, wie Zunder/ qui in proxima potentia est, ut incendatur, modò tantilla scintillula accedat. Sic similiter ovum muliebre fœcundum est actu primo; sed excitatur hæc ejus fœcunditas in motum & turgescentiam à scintillula activa & spirituosa maris. Spiritus hic genitalis maris habet se instar fermenti addendi, massæ fermentandæ, quo ritè fermentetur & alteretur.

Et exinde sunt cæteræ differentiæ, quæ inter ovum fœcundum & subventaneum intercedunt, dum in ovo fœcundo jam fœtus generandi primordia & prima stamina observanda sunt, ita, ut non primum fœtus ortum, sed saltem emergentem successivè partium ejus manifestationem in ovo considerare queamus, ut primus observavit Malpighius *Tract. de Format. Pulli ex Ovo*, item *de Ovo incubato*; cùm è contra in subventaneo ovo nil tale observari possit, adeò ut in fœcundo ovo pulli stamina præexistant, haud dispari ritu, ac in plantarum ovis seu seminibus plantulæ fœtus jam inexistere solet. Ulteriùs ova fœcunda usque ad decimum quartum diem sub incubatu non putrescunt vel corrumpuntur, sed cocta eundem saporem habent cum recentibus; sterilia verò de facili putrescunt, & hinc horridum fœtorem contrahunt.

Spiritus iste genitalis, uti ovulum in fœcundum semen seu conceptum alterat, ita quædam ejus substantia simul uterum muliebrem certo modo alterare, & ad conceptum retinendum, fovendum, & nutrimentum ipsi transmittendum, aptum reddere probabile sit, non tantùm ex iis, quæ hunc in finem disserit Deusingius *in Genes. Microc. p.* 42. *& seq.* sed etiam ex uteri illis post factam conceptionem alterationibus, quas observat Harvæus *Observat.* 68. Quinimo si consideremus, quantum non raro mulieres quædam ex fœcundo congressu in toto corpore alterentur, non adeo absona videbitur Stenonis sententia, quam recenset Caspar Bartholinus *in Exercit. Miscell. pag.* 45. quod semen virile in uterum injectum (non aliter ac medicamenta, aut alimenta assumta vires subtiliores statim ad sanguinem amandare videmus) sanguini & forte etiam nervoso generi communicetur, & ita universum mulieris corpus suo modo alteret. Hinc & purgantis assumti vis à mare in fœminam per complexum venereum transfunditur, de quo vid. Mœbii *Fundamenta pag.* 282. item Horst. *Observ. Anat.* 410. hinc quædã mulieres mox à conceptu vomere omni manè, breviter pica corripi &c. solent, antequam retentus sanguis menstruus istas alterationes inferre queat; hinè etiam in nutricibus lac brevi à conceptione nova alterari & infantibus hostile fieri incipit: Unde etiam vis generativa maris determinata semel mulieri impressa etiam ad plures successivas generationes suo modo se extendere observatum fuit. Vid. Becher. *Phys. Subter. lib.* 1. *pag.* 241.

Post factam ita conceptionem, ovum seu conce-

Digitized by Google

conceptum fœcundum, ſi naturaliter procedat negotium, vel mox vel brevi poſt in utero apparere, omninò probabile eſt, & confirmant obſervationes à Kerkringio *in ſua Anthropogenia* notatæ. Nec obſtat, quod contrarium aſſerat Harvæus *Exercit.* 68. qui primo menſe in utero nihil ferè apparere aſſerit, in quantum ipſi ex ſectione brutorum viviparorum innotuit, ignarus nempe adhuc modernorum in ovis experimentorum; labente tamen primo menſe conceptum rejectum ſapiùs vidit, ſimilem ei, quem ex tibicina excuſſum Hippocrates meminit, quíque fuit inſtar ovi excorticati. Ex prima ergò ovi fœcundati origine per ſucceſſiva incrementa pedetentim perfectus enaſcitur & increſcit fœtus: facto nempe congreſſu fœcundo carnoſior, craſſior & lævior evadit uterus, & ſucceſſivè liquor limpidus nonnihil lentus (reverà chyloſus, tranſcolatione iſtâ ita alteratus) in uterum deſtillat, à quo conceptus vitalis nutritio ac accretio ſucceſſiva materialiter dependet.

Jam, ut naturæ methodus in formando animali ex fœcundato ovo manifeſta evadat, imprimis ovorum gallinaceorum ſub incubatu inſtituatur inſpectio. Fecit hoc, poſt Hieronymum Fabricium ab Aquapendente, imprimis Harvæus *in Exercit. de Generat. Animalium.* Malpighius, item Velthuſius *de Generatione*, Deuſingius *Exercit. de Geneſi Microcoſmi*, Claudius de la Courve *de Nutrit. Fœtus in utero.* Ex quibus conſtat, in ovi vitelli tunica maculam ſingularem albam, perexiguam, lenticulæ ferè magnitudine, reperiri, quam ob ſimilitudinem cicatriculam appellitant. In hac cicatricula per incubatum primo die dilatata, & in circulos quosdam expansâ, mox primâ & ſecundâ die obſervatur liquor clariſſimè refulgens, quovis cryſtallino humore purior, colliquamentum ob id appellatus. In hoc colliquamento tertiò & quartò die linea ſanguinea purpuraſcens & punctum minutum, ceu veſicula, in medio colliquamenti, à parvo motu ſaliens, primum nempe cordis rudimentum manifeſtantur. Hinc circa punctum ſaliens craſſius & albidius quid, inſtar nebulæ & globuli rotundi, apparet, in duas partes diviſum, quarum major pars capitis rudimentum præbet, 4. veſiculis conſtans, quæ cerebrum, cerebellum, & oculos binos repræſentant, minor verò pars oblongata inferiùs inſtar carinæ protenſa, ſpinæ rudimentum eſt, ex qua brachia & pedes ſenſim protuberant, donec vaſis ſanguifluis viſcera ſucceſſivè quoque adnata, fœtum perfectum conſtituant: cujus formationis exactam hiſtoriam videbitis *in Exerc.* Harvæi, & *hujus Epitomatore* Schradero, item in Needham *Tract. de Formato Fœtu.*

Ex quibus Harvæi aliorumque nudo oculo factis ovorum inſpectionibus verè concluditur, ſanguinem inter partes liquidas, & cor inter ſolidas, ſub forma puncti ſaltantis eſſe partes primogenias. Sed obſtant hic accuratiores, & microſcopii acie inſtitutæ ovorum inſpectiones, Malpighii *Tract. de Format. Pulli in Ovo*, item *Tract. de Formato Fœtu*, quibus oſtendit, jam in cicatricula illa antè incubatum fœtum, incluſum eſſe, ita ut in ſaculo, in cicatriculæ colliquamento natante, velut in amnio, fœtus, ejuſque caput cum appenſæ carinæ ſtaminibus, manifeſtè conſpicuum ſit, ita ut pulli ſtamina in ovo jam præexiſtant, altioremque originem habeant, haud diſpari ritu, atque in plantarum ſeminibus, ſeu potiùs ovulis. Sicut enim in his tantum eſt gemmula quædam, ex qua planta naſcitur, quâ læsâ vel corruptâ perit omnis vis & ſpes generationis; eſtque nihil aliud, quàm delicatiſſima plantulæ delineatio, & inchoata conformatio; ita ſimiliter in ovo eſt macula ſeu cicatricula ſeu gemmula, in qua partes pulli omnes potentiâ inſunt, & ex qua ordine explicantur, & in qua fœcunda eſt utriuſque ſexus ſeminalis, cui Creator Altiſſimus poteſtatem conceſſit fœtum elaborandi. Unde cum Malpighio concludendum videtur, in ovo ante uberiorem colliquamenti collectionem, ejuſque motum, & in ſanguinem convertionem, carinam cum capitis, cerebri, ſpinalis medullæ, & alarum inchoamentis evidenter patere, & in ovo ſubeſſe pullum, cum partium ferè omnium conterminis furculis colliquamento innatantem, hujuſque naturam nutritivis & fermentativis ſuccis commixtis integrari, ex quorum ſuſcitata mutua actione ſanguis ſucceſſivè progignatur, parteſque olim delineatæ erumpant, & ſucceſſivè adoleſcant.

Jam verò ſub ulteriori fœtus in utero progreſſu, obſervanda eſt diſtinctio ovorum in oviparis & viviparis. In oviparorum ovo albumen cum vitello ſimul inſunt pro nutrimento & augmento fœtus in cicatricula geniti, dum nempe vaſcula ſanguifera in cicatricula genita, & in funiculos umbilicales protenſa, tam ad vitellum quàm albumen diſtribuuntur, exque illo materiam pro partibus ſanguineis, ex hoc pro partibus nerveis nutriendis, abſorbent. In viviparis verò, quæ ſaltem ovulum generant abſque nutritii ſuccí conſortio, ſuccus lentus, limpidiſſimus, plus minus albidus, poſt factam conceptionem per uteri glandulоſam ſubſtantiam in ejus cavum deſtillans, ut ſupra monitum, per membranas fœtum ambientes, ſecundinas nempe & placentam, ad vaſa fœtus derivatur, & nunc immediatè pro partibus nerveis, veteribus ob id ſpermaticis dictis, nutriendis, cum ſanguine

distribuitur, nunc mediatè mediante sui in sanguinem conversione pro sanguineis partibus & visceribus augmentandis, hinc inde diffunditur.

Observandum ulteriùs, quod tertiò elapso gestationis mense, circa quarti principium contingat fœtus palpitatio & motus satis sensibilis, ipsô jam, quoad principaliores partes, ferè absolutô, reliquis vilioribus adhuc perficiendis: unde tempus gestationis à conceptu usque ad motum fœtus, tempus formationis, à motu usque ad partum tempus exornationis, appellatur. Pervulgata aliàs fert opinio, marium formationem perfectionemque citiùs, fœmellarum verò tardiùs fieri; cui tamen non suffragatur experientia, cùm constet, imprimis in brutis, sæpè plures in utero gestari fœtus, qui licèt sexu distincti sint, eodem tamen tempore & perficiantur & excludantur, ut fœtus ex ovis oriundos taceam, qui cujuscunque etiam sexus fuerint, nec seriùs nec tardiùs perfici, vel edi solent, nisi forsan alia causa obstiterit, de quo confer. Harvæus *Exerc.* 10.

Efficiens mirandæ hujus fabricæ est spiritus genitalis utriusque sexus, matris quidem in ovulo concentratus, & patris mediante genitura in congressu ejaculata promanans, qui licet originaliter sit duplex, in ovo tamen mutuâ coitione unitus, in eodem machinam corporis format, quod quomodo fiat, res est obscurissima & à priori indemonstrabilis. Cartesiani, & hos sequentes alii, ex solo motu particularum, per calorem excitato, fieri formationem volunt, mediante quo seminis particulæ agitatæ ob suas figuras, magnitudines, distinctas texturas, aliasque proprietates necessariò in germen animalis abeunt, eo modo, quo ex oblongis ☉ium particulis in ▽ vi caloris agitatis & inter se conjunctis, variæ determinatæ ☉ium figuræ & corpora efformantur, ut commentatur Regius *in Fundam. Physic. cap.* 10. Alii per ideas negotium hoc explicant, quæ antea in spiritu confusæ, sed successivè & ordinatâ serie evolutæ, formatorem corporis, spiritum, dirigant & determinent, ut tale vel tale corpus, & fœtum parentibus similem, formet; de quo vid. Fernelius *Medic. Physiol. P.* 7. *cap.* 12. Gregorius Horstius *in Dissertat. de Causis Similit.* & *Dissimil. fœtus respectu parentum*, *Operum Medicor. T.* 1. *Dissertat.* 4. *in fine p.* 454. & speciatim Marcus Marci *de Ideis Operatricibus*, & ex hoc Backius *in suis Principiis.*

Sed re hac exactè consideratâ, major videtur difficultas, quomodo generentur rerum semina, quam quomodo ex his generentur corpora? cùm ex superioribus constet, in ovo ante incubationem jam inexistere fœtus rudimenta, sicut in plantarum ovis seu seminibus integra plantula in gemula jam conspici solet.

Cæterùm triplex fœtus formandi cum parentibus observanda similitudo, ratione scilicet

1. Specici; quod scilicet homo generet hominem, gallina gallinas, quod fit ex identitate causarum; unde duplex genitura, duplicesque ♒ genitales, duplici modo formatum dant fœtum, v. g. in mulo, &c.
2. Sexus; dum fœtus nunc est mas, nunc fœmina, nunc utrumque seu hermaphroditus.

Id quod fieri ait Velthusius *p.* 65. quatenus vis seminalis à mare aut fœmina prædominans alterius vim cogit in sui obsequium, quæ major vis alterius genituræ, in majori vel minori activitate & prædominio, ♒ genitalis maris vel fœminæ, alteri prævalentis, consistere videtur.

3. Individui; dum fœtus nunc patri, nunc matri, vel in toto, vel in parte, e. g. naso, similis existit: quod ex amplexu mutuo spirituum genitalium utriusque parentis oritur; unde virtutes formativæ confusæ, successivè tamen denuò evolutæ, ita determinatè formationem dirigunt.

Sed de his similitudinibus fœtuum cum parentibus vid. Gregorius Horstius *Dissertat. de Causis Similitud. Fœtus cum Parentib. in fine Tom.* 1. *Operum Dissertat.* 4. item Marcus Marci *loco citato.*

CAPUT XXIV.

De *Vita Fœtus & Nutritione in utero.*

OVum uterinum duplici constat tunicâ, fœtum cingente & ambiente, internâ tenuiore, amnion appellatâ, in qua formatur fœtus & residet; externâ validiore, quæ totum conceptum ambit, chorion dictum. In chorio & amnio, liquores limpidi, plus minus albicantes seu lactei vel chylosi continentur, qui nullo modo cum veteribus pro urina vel sudore habendi, sed nutritius succus ipsius fœtus, dulcis & admodum suavis existunt. Nam urinæ continendæ inservit tertia membrana, allantoides dicta, homini olim ab Harvæo aliisque Autoribus denegata, nunc verò Needham *Tractatu de Formato Fœtu c.* 3. & Theodoro Aldes *in Epist. contra Harvæum*, denuò detecta, quæ ex vesica fœtus per urachum, excretam ☉m recipit, & ad tempus partus usque conservat.

Chorio adnascitur in homine, postquam fœtus jam ferè formatus est, carnea moles, hepatis æmula, ideò hepar vel placenta uterina dicta,

Digitized by Google

dicta, nata ex ſanguine per vaſa fœtus umbilicalia, uſque ad chorii extremitatem protenſa, effuſo & coagulato, in quam venæ & arteriæ umbilicales implantantur, ſicut etiam vena umbilicalis copioſos ramos per chorion & amnion ſpargit, in eorum cavitatem, humore limpido plenam, hiantes. Mediante hac mole carneâ fœtus utero demum adhæret & annectitur, cujus naturam deſcriptam videbitis in Warthoni *Adenogr. cap.* 35. item Hobocken *Anatom. Secund. Human.* Variant verò, quoad hanc partem, inſigniter animalia, dum alia placentifera, inter quæ eſt mulier, alia glandulifera, pauca cotyledonifera, de qua varietate, ut & quid propriè ſint cotyledones ſeu acetabula veterum, videbitis *in* Needham *c. l.* Placenta ergò hæc cum membranis poſt fœtum excluſa, & quaſi ſecundo partu edita, ſecundina appellatur, ſicut liquores iſti, dum in partu paulò ante fœtum erumpunt, ex ruptione membranarum, ob conatum fœtus, aquæ appellantur, quæ humectando & laxando partes genitales partum facilitare ſolent.

Quod ergò jam nutritionem fœtus formati attinet, partim per os nutriri fœtum, partim per umbilicum, nunc conſtat. Per os quidem nutritur, deglutiendo humorem limpidum, & albugineum in amnio contentum, ex utero per membranas, chorion & amnion, in hujus cavitatem tranſudantem, & ita percolatum, qui chylificatur in ventriculo, unde etiam excrementa iſta in inteſtinis, Meconium dicta, oriuntur. Conf. Harvæus *in Exercit.* Claudius de la Courvee *de Nutrit. Fœtus in Utero*, imprimis *P.2. cap.* 11. 12. *&* 13. Præterea, cùm grandior fit fœtus, per umbilicum ſimul advehitur nutrimentum, tantum ſcilicèt, quantum, præter ejus per os nutritionem, adhuc neceſſarium eſt. Quod ſanguinem eſſe menſtruum maternum, in placentam ex vaſis uteri delatum, cum ſanguine fœtus, per arterias umbilicales ad placentam tranſcolato, miſtum, & cum vena umbilicali per canalem venoſum & epar ad venam cavam tranſmiſſum, aſſerunt; de qua antiqua Hippocratea ſententia vid. *Diſſertat.* Segeri *de Hippocratis orthodoxia & Democriti heterodoxia quoad doctrinā de nutrit. fœtus in utero.*

Cæterùm elegantior & probabilior Deuſingii eſt ſententia qui *P.3. Sect.* 1. *Geneſeos Microcoſmi p.* 131. item in *Diſſertat. de Lacte*, in eo eſt totus, ut monſtret, fœtum tam in utero, quàm extra uterum, nutriri ſolo chylo vel lacte ad uterum delato, ſeu materia tali limpida & albuginea, qualis in amnio continetur, & in quo fœtus natare deprehenditur. Quæ materia albuginea, uti in uterum deſtillat pro augendo ovo ſeu conceptu, in quo formatur primitus fœtus; ita etiam poſtmodum per chorion & amnion tranſcolata fœtum per os nutrit, ſimulque defertur in placentam, in qua à vena umbilicali abſorpta, & miſta cum ſanguine, per arterias umbilicales fœtus eò allato, inde in venam cavam fœtus abit, tandemque perfectum in ſanguinem mutatur.

Materiæ hujus limpidæ & nutritivæ quod attinet ortum, eam ex abdomine, in ſpecie ex meſenterio, per ſingularia vaſa lactea ad uterum deferri vult Everhardus, Deuſingius *loco citat.* & Segerus *loco citato.* Sed cum vaſa iſta lactea incognita ſint, meritò iis adſtipulor, qui arteriis cum ſanguine nutrimenti chyloſi vehendi officium tribuunt, ita ut per arterias chylus limpidus ſanguini permiſtus, ad uterum delatus, in eodem probabiliter, mediante textura glanduloſo-membranacea, tranſcoletur, tranſcolatus nunc penetrando in amnion, per os immediatè fœtum nutriat, nunc abeundo in placentam, per vaſa umbilicalia mediatè cum ſanguine fœtum ſuſtentet: Vid. Needham *de Formato Fœtu c.* 1.

Plura, quæ talem nutritionem confirmant, videri poſſunt in Deuſingio *loc. citat.* & Courvee *in Tractatu de Nutrit. Fœtus in Utero:* Quibus addatur, quod nemo adhuc viderit veram connexionem placentæ, ejuſque vaſorum cum vaſis uteri ſanguifluis; ſed omnes ex præconcepta opinione hæc aſſerant. Placenta econtra, & caruncula in brutis, quibus connectuntur glandulæ, refertæ ſunt ſucco iſto albugineo & limpido, & compreſſæ dant ſuccum ovi albumini ſimilem, non verò ſanguineum; ut taceam, pullum in ovo ſine tali materno ſanguine perfectè nutriri & augeri. Illuſtrant hæc non tantùm crocus tingens fœtum in utero, de quo vid. Johannes Ferdinandus *Heertodt in Crocolog. pag.* 278. aliaque à matre aſſumpta, cum fœtu ſimul in partu edita. Videantur M.A.N.C. *Ann.* 3. *pag.* 483.

Officium ergo placentæ uterinæ dicitur, ut iſtâ mediante ſuccus iſte nutritius cum ſanguine, per arterias fœtus umbilicales allato miſceatur, & ita quaſi ſubigatur, ut faciliùs poſtmodùm cum ſanguine fœtus, per umbilicalem venam refluo, ipſi diſtributus conjungi & faciliùs in ſanguinem perfectum mutari poſſit. Sed cùm hic non niſi ſecundarius placentæ uterinæ & vaſorum umbilicalium ſit uſus, magis neceſſarius videtur iſte, quem non inelegantèr explicat Mayow. *Tractatu de Reſpirat. Fœtus in Utero*: nempe placentam uterinam non jecur, ſed reverà pulmonem uterinum eſſe, in quo ſanguis fœtus per arterias umbilicales eò delatus particulis nitro-aëreis, quibus ſuccus albugineus per uterum in placentam tranſudans probabiliter impræg-natus ſit, imbuatur, quarum medio reſpirationis neceſſitas in fœtu ſuppleatur.

nem, extenſionem & motum tonicum; unica enim actio eſt muſculi, ut & omnium reliquarum fibrarum: nempe in ſe ipſa facta abbreviatio, quam ſive contractionem ſive corrugationem vocare velimus, perinde erit; unde ſequitur membri motus & ſitus mutatus: quod ſi fibræ ejus rigidæ & contractæ maneant, membrum quieſcit, & in eadem figura & ſitu reverà permanet, quod abuſivè dicitur motus, ſed cum adjectione, motus tonicus, ſeu tenſivus, quod pars mota in eo tono perſiſtat. Extenſio muſculi, quæ fit, quando contrarius ſeu oppoſitus operatur muſculus, qui antagoniſta alterius dicitur, v. g. flexore cubiti agente, ceu antagoniſta extenſoris, extenſor hic violenter expanditur, non eſt motus ſeu actio muſculi, ſed potiùs paſſio.

Sin nullo muſculo agente omnes fibræ ſint laxæ, membrum in naturali quiete perſiſtit, & in media figura poſitum eſſe dicitur.

Movent autem ſeu contrahunt fibræ partes, quatenꝰ ab extenſione fiunt breviores; abbreviatæ enim & contractæ non poſſunt non ſimul ſecũ trahere, aut alio modo movere partẽ, cui annexæ ſunt. Cauſa hujꝰ abbreviationis, ſeu contractionis fibrarum, quæ conjunctim motum efficiunt, eſt duplex. Prima eſt ipſa fibrarum contextarum ad ſe contrahendum, à forti partium, quibus annexæ ſunt, tenſione ſpontanea inclinatio, quæ inſtar chordarum vel membranarum extenſarum quocunque modo laxatæ ſubitò ſe contrahunt. Sic v. g. diſſectus muſculus per medium verſus utramque extremitatem contrahitur, & quaſi conglobatur, magnamque in medio relinquit rimam, & ita in tono ſuo abbreviantur, & inteſtina flatu aut liquore diſtenta, factâ per transverſum apertione, ſponte & ſubitò ſe contrahunt. Spontanea hæc ad ſui contractionem vel corrugationem fibrarum inclinatio videtur probabiliter dependere ab earum ſtructura mechanica, quâ illæ chordarum inſtar contortæ & tenſæ in continuo ſe contrahendi aut corrugandi nixu ſunt poſitæ. Sed hæc ſpontanea fibrarum contractio non ſufficit ad motum, imprimis in muſculis, ob antagoniſtas oppoſitos, quare æquale oppoſitum robur iſtam contractionem & hinc factum motum impedit, donec aliâ accedente cauſâ movente æqualitas iſta tollatur, & alter muſculorum, quaſi allatis ſuppetiis, victo antagoniſta ſe contrahat.

Accedit ergò ſecunda cauſa motus fibrarum inchoativa, antagoniſtarum robur præponderans, quæ eſt acceſſio ſpirituum animalium per nervos.

A nervis autem ut ſenſum, ſic & motum, ratione ſpirituum animalium dependere, ex eo manifeſtum eſt, quod diſſecto nervo ſenſus & motus partis pereat, eô verò punctim læsô, aut alio modo irritato, pars violenter convellatur, de quibus videatur Charleton *in Exercit.* 11. Accedere præterea efficienter ad promovendum motum muſculorum ſanguinem arterioſum, præter ea, quæ diſſerit Williſius *in ſua Anat. & Patholog. Cereb.* quod patet ex experimento Stenoniano, qui acu curvâ circa ſpinam dorſi per abdomen canis trajectâ, ejus arteriam magnam ſupra vertebras ſine corporis apertione filo annexo fortiter ligat, quâ ligatâ, canis inferioris corporis artus movere amplius nequit, propter impeditum per arterias ſanguinis motum; laxatô autem vinculô non ampliùs claudus fuit. Solus enim ſpiritus animalis non ſufficit movendis muſculis, ſicut ſufficienter movet fibras in motibus naturalibus, v. g. in inteſtinis; idque ob muſculorum magnitudinem & actionis robur in movendis membris, & cum iisdem attollendis ſæpiùs magnis ponderibus, unde ex maſſa ſanguinea ipſi feruntur ſuppetiæ.

Hæ ipſæ autem ſuppetiæ, an præter nudam ſanguinis, uberiori ſuo influxu muſculi ventrem replentis, præſentiam conſiſtant ulteriùs in copula quadam particularum ♃ earum elaſtica, mediante qua cum ſpiritibus animalibus contingat ſingularis quædam effervescentia, & hinc impetus exploſivus, ut ſtatuunt Williſius *de Morb. Convulſ. c.* 19. *p.* 150. item Mayow *de Mot. Muſcul.* ceu nondum ſufficienter probatum in medio relinquo.

Muſculi ergò copioſis nervis inſtructi iſtis ſpiritibus animalibus quaſi turgent, ita, ut hi inter ſingulas eorum fibras, & inter has ſingula relicta ſpatiola, in ſpecie circa medium ventrem carnoſum ordinatè diſpoſiti, ex levi accedente in nervo ad muſculum protenſo impulſu, & ex iſto impulſu, uberiori ſpirituum affluxu, per totum muſculum ferantur & ibidem concluſi, dum ſecundum longitudinem, ob occurrentem in fine tendinem anguſtiorem, tam repente excurrere nequeant, in ſe ipſos reflectuntur, & imprimis in ventre ejus carnoſo, ubi pori ſunt ampliores & latiores, coacervati, agitati, & propriâ vi elaſticâ expanſi colligantur, inde muſculi incipit circa ventrem intumeſcentia; incipiente hac intumeſcentiâ, dum arteria in muſculum ſanguinem affundens, ex dilatato ventre minorem patitur reſiſtentiam, copioſiùs ſolito ſanguinem in ventrem muſculi carnoſum expanſum infundit, ut vena ſocialis evehendo ſanguini fiat impar, præſertim cùm funiculi nervei in muſculis variè cingere & implicare hinc inde vaſa ſanguifera, eaque ſic nunc ſtringere, nunc relaxare ſoleant, & hoc ipſo ſanguinis in muſculum, & ex eo, motum diverſimodè determinare & modificare, qua ratione propter

Digitized by Google

propter ſanguinem ſimul muſculi tumor non leviter augmentatur: Croon *de Rat. Mot. Muſcul. a. annexus.*

Ab his duobus ergò ſpiritibus impetum facientibus, & ſanguine irrumpente, in motu ſuo plus minus coërcito, intumeſcentia & motus muſculi ita augentur, ut, victâ reſiſtentiâ Antagoniſtæ, muſculus promptè & potenter contrahatur, ac ita motus perficiatur, eâdem ferè ratione atque videmus ſequi ſpaſmum ſeu convulſionem alterius faciei partis cynicam, ex ſpontanea muſculorum partis faciei ſanæ contractione, ob deficiens robur antagoniſtarum, paralyſi affectorum. Hæc quæ de muſculo, ceu fibris invicem unitis, dicta ſunt, facilè fibris diſſipatis applicari poſſunt, ad quarum tamen motum ſanguis parum vel nihil conferre videtur, cùm hæ ferè ut nimis diſtentiæ, ſe contrahant ad naturalem tonum, vel ultra hunc arctius contrahantur, & quaſi criſpentur, ad quos actus ſpirituum animalium influxus ſufficiens videtur.

Supereſt adhuc, ut conſideremus, unde tandem determinatus in partibus fiat motus, ut v. g. extendatur manus, elevetur brachium, flectatur genu, vel circumgyretur pes? Animæ hoc opus vulgò tribuitur, cui inſit facultas loco-motiva ſeu poteſtas movendi ſanguinem & ~; ſed quomodo hoc fiat, & unde anima ſciat, hunc vel iſtum eſſe movendum muſculum, imperſcrutabile hactenus videtur, præſertim in brutis. Aptiùs ergò rem declarare nituntur, qui mechanico modo negotium hoc explicare tentant, imprimis cum videamus, non rarò ex abrupto, nihil tale cogitantibus, v. g. ex imminente percuſſione capitis ſuſtolli brachium, citra ullam prægreſſam animæ cognitionem, & motus convulſivi invitis nobis nos torquentes ſine animæ nutu eveniant. Ex motu ergò vel impulſu fibrillarum iſtarum, præcisè ex quibus nervus conflatur, qui in talem muſculum derivatur, moventur ſpiritus in eum muſculum determinatè, & non in alium; qui fibrillarum motus ſi fiat in cerebro, ex prægreſſo ſenſuali ſpirituum motu, à quo determinatè tales in cerebro moveantur funiculi nervei, ut per eos vibratos vel agitatos celeriter influentes ſpiritus muſculum iſtum determinatè ad motum diſponant.

Hoc interim evidens, quod ex quocunque ſenſuali in quadam parte motu, præſertim ſi intenſior paulò ſit talis impreſſio, iſtius partis fibrarum motricum ſequatur motus ſeu contractio, quatenus fortiùs motis illius loci funiculis nerveis, ab objecto ſenſili, talis motus ad originem eorum in cerebro vel cerebello continuati occaſione, feratur verſus nervos motos, ſpecialiùs ſpirituum impetus, indeque fibrarum iſtius partis ſequatur motus: ſic enim ex puncto nervo brachii ſequitur partis contractio vel convulſio; item ex irritatione pylori ab emetico antimoniali fit contractio ſtomachi, unde vomitus; quia irritato pyloro nervei ejus commoti funiculi copioſiores ~ eò radiare faciunt, item ex quacunque dolorosa impreſſione in parte dolente ſpaſmus ſeu convulſiva quædam fibrarum contractura ſupervenit; hinc enim ex ſpina digito infixa mox ratione doloris pulſus durus cum tenſione fibrarum & muſculorum ſuperveniunt; & dolente dente mox totum illius lateris in capite hemiſphærium tendi & quaſi contrahi, h. e. ſpaſmo quodam fibrarum leviore affici ſolet.

CAPUT XXII.

De

Sanguinis Motu ad teſtes, ſeminisque generatione.

UT animal, quod in individuo caducum eſt, perpetuetur in ſpecie, generationis mirandum opus ordinavit divinus Architectus, in quo mas & fœmina, ceu cauſæ ſociæ, conferendo mutuò ſua ſymbola, ſe in ſpecie multiplicant, & novum individuum vitale producunt, quod generari dicitur, & mediante genitura, communiter, ſed abuſivè ſemen dictâ, de qua Thomas Cornelius Conſentinus *in Progymnaſm. Phyſ. 5. pag.* 172. perficitur.

Semen verò animalium propriè dictum, ſtirpium ſemini analogum, & quod vim ſibi ſimile generandi poſſidet, eſt, quod ex mari & fœmina miſtum conceptum fœcundum conſtituit.

Semen maſculinum elaborari in teſtibus certum eſt; his enim ſublatis ceſſat ſeminis generatio, qui teſtes nihil aliud ſunt, quàm congeries atque conglomeratio minutiſſimorum funiculorum ſeu vaſculorum arctè ſatis contextorum, in quibus materia genituræ perficitur, uti hoc Fracaſſatus Bononiæ primùm in teſtibus equinis & cervinis clarè demonſtravit, & poſtmodum etiam in Belgio Græff invenit *Tract. de Organo Generat. inſerv. Virorum*: Vid. *Act. Philoſoph. Anglican. pag.* 708. *&* 869. ſicut etiam jam tum annotaſſe videntur Riolanus *Metrop. l.* 2. *cap.* 30. & Platerus *de Partibus Genital. l.* 1. *cap.* 9. quorum vaſculorum quædam ex teſte erumpentia variis ſuis flexibus corpus illud conſtituunt, quod teſtium dorſo incumbit, & epididymis appellatur, quod ipſum hinc dilatatum conſtituit vas deferens, tandem in

veſiculas ſeminales abit, unde genitura elaborata tandem in veſiculas ſeminales deponitur, ſuo tempore vel ſponte in pollutione nocturna, vel concurrente partium genitalium motu in coitu excernenda, aut potius ex affluente ſanguine calefacta, & ſpiritibus copioſis confertim influentibus turgida, cum impetu ſpumoſo ejaculanda.

Huic genituræ maris, dum ejicitur, ſimul admiſcetur adhuc alius liquor quidam ſeroſus & blandus, in corpore proſtatarum glanduloſo & ſpongioſo elaboratus, qui per copioſos exiles ductus in urethram, cui annectitur, effuſus, ſemen obvolvit, ipſique pro vehiculo ſervit, ut eò melius & promptius per penem ejaculari queat; qui liquor etiam in caſtratis generatur, unde & hi coire, & aliquam voluptatem percipere poſſunt. Non ergo eſt triplex ſemen maſculinum, ut vult Warthonus *Adenogr. c.* 30. ſed unicum tantum in teſtibus elaboratum, quod lympha proſtatarum dilutum, in coitu effunditur ex pene.

Materia genituræ virilis non eſt lympha vel ros, per duplicaturam vaſorum lymphaticorum ad teſtes delabens, ut vult Bilſius, nec eſt ſuccus per renes advectus, ut volunt Angli, in ſpecie Charleton *Exercit.* 10. & Warthonus *in Adenogr. cap.* 27. quo etiam inclinat Velthuſius *de Generat. cap.* 6. ſed eſt pars ſanguinis pinguior ſeu chyloſa, nondum in perfectum ſanguinem transmutata, quæ parte aquosâ diluta cum ſanguine per arterias ſpermaticas, præparantes dictas, ad teſtes advehitur, ubi per arteriolas iſtas, quæ vaſcula ſeminalia amplexu ſuo firmiſſimè detinent, in cavitatem iſtorum vaſculorum deponitur, & quaſi transſudat, craſſiore reliquo ſanguine per venas remeante, parte verò aquosâ chylosâ ſuperfluâ à vaſis lymphaticis abſorptâ; huic materiæ ~ animales nonnulli permiſcentur, & præſertim in coitu copioſiores, atque ita ultimam perfectionem ſeu vim ſeminalem formalem addunt.

Cæterum annon peculiare in vaſculis iſtis ſeminariis teſtium lateat fermentum, hujus ſingularis transmutationis Autor, vix dubitare poteſt ille, qui mutationes iſtas inſignes à genituræ generatione in corpore obſervat; dum ab aliis planè ſingularis & ingens vigor virilis inſpiratur; carnes brutorum non caſtratorum peculiarem odorem & ſaporem præ ſe ferunt; eunuchi verò hujus fermenti defectu effæminati manent, dum barba erumpit, dum cervus exinde quotannis cornua mutat, dum venereus brutorum orgaſmus certo tempore evigilans exinde procedit, non ſecus ac ſingularis hircorum odor, hinc ſub eo tempore epilepſiæ, ſecundùm Hippocratem, cura; de quibus mutationib. videbitis Græff *de Organis virorum p.* 25. & Mœbium *in Fundam. Medicis p.* 461.

Quæ mutationes perſuadent, teſtes non ſolùm eſſe colatorium chyli pro genituræ materia, ſed ſubeſſe iis potiùs certum ſui generis fermentum, quod excitatum ſub pubertatis annis ſanguinem affluentem, tam in hominibus quàm brutis, alterat & ſpirituoſiorem reddit, ſimlemque fermentativam vim tùm ipſi tùm lymphæ ex teſtibus refluenti imprimit; unde tota alterata & fermentata ejus maſſa totius corporis habitum ſimiliter alterat.

Mulieres, an & eæ ſemen, ac mares, generent neceſſarium ad generationem, multi dubitant, ſupponentes nimirum, præter receptaculum ſanguinemque menſtruum, fœminas planè nihil ad conceptum conferre, quorum rationes videbitis in Horſtii *Inſtitut. Diſputat.* 3. *Coron.* 1. *Quæſt.* 3. Græff *de Organis Mulier. cap.* 13. Verùm mulieres quoque genituram in ſe prolificam elaborare, & ad generationem ſuppeditare, Græff *l. c.* Warthonius *Adenogr. cap.* 37. & Horſtius *pariter l. c.* Laurentius *Anatom. l.* 8. *Quæſt.* 5. & Everhardius *de hom. brut. exortu p.* 26. & 27. ita probant, ut nullum hac de re dubium remaneat.

Ovipara animalia in ovario vitellum generant, in utero ſucco lacteo ſub forma albuminis inveſtiendum, quod ovum tam in ſuo rudimento, quàm jam perfectum, mas fœcundat ſuæ genituræ, vel potiùs ~ animalis, c. genitura excreti, attactu vel conſperſione, reliquis ovis omnibus infœcundis, communiter ſubventaneis dictis; unde etiam unus galli coitus ad aliquot menſes fœcundam reddit gallinam, ita ut omnia ova tunc excludat ſucceſſivè fœcunda, quamdiu illa vis à gallo communicata perdurat: vid. Harvæus *Exerc.* 39. & 40. *de Generat. Animalium.* Idem fit in piſcibus oviparis, v. g. in carpione, ubi der Rogen nihil aliud eſt, quàm ovulorum congeries: hæc ergo in coitu illarum, qui fit tantùm per partium poſteriorum quendam affrictum, à fœmella excluduntur, & à lacte vel genitura maris tantum aſperguntur, aut quaſi irrorantur. Quotquot igitur contacta ſunt ova, ſunt fœcunda, & ex iis fiunt piſciculi, quæ verò non irrorantur, ea fatiſcunt, & ceu infœcunda intereunt. Idem poteſt obſervari in papilionum genere, in ſpecie bombyce: hujus fœmella copioſiſſima generat ova, poſtmodum in coitu fœmella ova hæc excludit, quæ à tenui ſubrubicundo aut nonnihil flaveſcente liquore ſeu genitura maris reſperguntur, & quæ ita reſperſa ſunt, ſunt fœcunda, & dant novas erucas, hinc papiliones; quæ non adſperguntur, manent infœcunda.

Vivi-

Digitized by Google

Viviparas verò quod attinet fœminas, & has inter ſpeciatim mulieres, modernorum circa illarum genitalia Stenonis, Hornii, & præprimis Græffii & Kerkringii obſervationes teſtantur, & has reverà ova generare, quæ genituram earum conſtituant, ſeu ſemen earum ſint; ita quidem, ut veterum teſtes muliebres, aliorumque viviparorum, ſint reverà ovaria.

Per anatomen namque cognitum eſt, teſtium muliebrium ſubſtantiam, tam in homine quàm in brutis, eſſe craſſam ac firmam membranoſam & fibroſam, cum intercapedinibus ſeu alveolis quibusdam inde formatis, in quibus reperiantur quamplurimæ veſiculæ, quarum quælibet peculiarem ſuam habeat tunicam membranaceam admodum tenuem, neque cum alia cohæreat, repletaque ſit humore albicante lacteo, ita quidem, ut in talibus veſiculis, in ▽m ferventem immerſis, dictus humor mox coaguletur in formam albuminis vel vitelli ovi indurati, ut ita dictæ veſiculæ ſint reverà tot ovula, generationi deſtinata, quæ ſui proventus & augmentationis ratione nunc minora & imperfecta, nunc majora & perfecta, in ſpecie humana, piſi quantitate, inveniuntur. Conf. Græff *de Organis Mulier. cap.* 12. *Veſiculas* has Veſalius *de humani corporis Fabrica l.* 5. *c.* 15. Fallopius *Obſervat. Anatom. pag.* 421. Volterus Coiter *in Tab. internar. humani corporis partium*, Laurentius *l.* 7. *cap.* 10. Riolanus *Anthropol. l.* 2. *cap.* 34. Warthonus *Adenogr. cap.* 33. multique alii, jam dum olim obſervarunt; donec ex recentioribus Steno, Horne, Græff & Kerkringius ovariorum ſeu teſticulorum muliebrium ſtructuram inveſtigantes, horum veſiculas clarius explicantes, propter analogiam inſignem, quam cum ovis avium habent, ovula vocarunt.

Numerus harum veſicularum ſpermaticarum incertus eſt, pro diverſitate tàm ſpecierum animalium, quàm individuorum, & in homine earum ultra 12. imò 20. & 30. in uno ſæpiùs teſticulo muliebri reperiuntur, quia etiam unus teſticulus earum plures quàm alter habet: Vid. *Acta Haffnienſia Tom.* 2. *pag.* 213.

Bruta in cornubus habent fœtus, cùm in hæc ex teſtibus ſeu ovariis ova veniant.

Ovula hæc perfecta ſub coit° ardore à corpuſculo fibroſo (ovo ad exitum deſtinato, circa ambitū ac à poſtica parte accreſcente) expreſſa, ſuſcipiuntur à tuba uterina, ad teſtem uſque ſub ipſo fervore criſpata & contorta, & hac mediante ad uterum deferuntur; id quod imprimis confirmat obſervatio Ruyſchii, qui obſervavit in muliere recens imprægnata, à militibus interfecta, quam ſecuit.

1. In utero ovulum minutiſſimum, embryonem paucorum dierum.
2. In teſte autem dextro foramen excavatum; &
3. Tubam illius lateris incurvatam, & proboſcidis inſtar reflexam ad teſtem.

Prout hæc publicè demonſtravit die 15. Aprilis Anno 1673. perque tabulam ſpecialem explicavit.

Ovulorum horum nunc unum, nunc duo, prout vel ſimplex vel multiplex generatur fœtus, à ſpiritu genitali maris, ſui attactu & quaſi afflatu, fœcundum redditur, inſtar ~ genitalis galli fœcundantis ova gallinæ, ſive hoc ipſi in tuba adhuc exiſtenti eveniat, ſive jam in uterum excreto, ut in fœtum vivum ſucceſſivè formetur.

Quæritur ergò, qua ratione genitura maris & ovum fœminæ conſtituant ſemen perfectum? Reſpondeo: In viviparis ſub coitu fœcundo in ardore Venereo, uti genitura maris cum impetu irruens ſpiritibus animalibus turget, ita in mulieribus ſpiritus animales, affluendo ad teſtes, membranas eorum pungunt, & quoque liquori in iſtis contento ſe immiſcent, unde ſpumeſcunt, & cum magna voluptate foras prorumpunt; ſub qua actione ovulum genitura maris fœcundatur: Ovulum ergò, à ſpiritu genitali maris imprægnatum, verum dat conceptum. Quod ſi fiat, ut ovum ita fœcundatum in tuba uterina perſiſtat, præternaturalis iſta hominis conceptio turbaria, id eſt, talis conceptus, quos in tubis fœminæ habuerunt, qualis ante duos annos Pariſiis obſervatus fuit, accidit, matrique lethalis, quæ in brutis naturalis & ordinaria eſſe ſolet. Videatur Steno, Graff *de Organis Mulierum Generat. inſervientibus*, Hornius *in Prodromo Obſervat. circa partes Genitales*, item *Tabula* Ruyſchii, Elsholzius *Tractatu de Generat. Hominis in Tuba uteri.*

Ex his ovulis ſuperfœtationis obſcura aliàs doctrina clara eſt; ſi enim unum ovulum uno alterovè coitu defertur in uterum, fit conceptio ſimplex; ſi verò poſt aliquot ſeptimanas vel menſes ex repetito denuò coitu contingat, ut unum ovulorum talium poſt alterum fœcundetur, ſuperfœtatio fieri ſolet; unde partum primum aliquot ſeptimanarum vel menſium ſpatio alius partus vitalis ſupervenit. Quod ſi duo ſimul fœcundentur talia ovula, fiunt gemelli; quando tria fœcundantur ovula, fit trimellus; ſin plura, plures oriuntur fœtus, pro numero ſcilicet ovulorum, in uno aut pluribus ſe invicem ſubſequentibus congreſſibus à ſpiritu maris genitali fœcundatorum, & in utero retentorum. Quod ſi verò bina talia ova arctiùs propriis tunicis

ſibi fuerint connexa, ita ut integra & abſque laceratione ab invicem divelli nequeant, quin propter æqualem molem & æqualitatem, & imprimis talem conglutinationem, ovarii carceribus ſimul extruſa ſuſcipiantur, & hinc fœcundentur. Gemellorum etiam conceptionem fieri probabiliter aſſerit Schraderus *in Præfat. ad Obſervat. Harvæanas de Generat. Animalium*, de muliere quæ menſe ſexto ex abortu gemellorum interiit, obſervatis veſtigiis ſeu foraminibus duorum ovorum juxta ſe invicem conditorum. Conf. Kerkringius *de Geneanthrop.* Quod tamen etiam ex uno ſimplici ovo gemelli naſci poſſint, probabiliter reddit monſtrum illud biceps, de quo Brunnerus *peculiari diſſertat.* agit, quod reverà in ovo ſimplici genitum omninò videtur; hinc & gemelli nunc ſimplici, nunc duplici, involvi ſecundina obſervantur: Vid. M.A.N.C. *Ann.* I. *Obſ.* 39. *p.* 118. & *Ann.* 9. & 10. *Obſ.* 162.

Ita ut ovipara & vivipara animalia in hoc ſaltem differant, quod in oviparis ovulo, in ovario ſub forma copioſi vitelli genito, in utero copioſum affundatur albumen, à quibus, vitello nempe & albumine, ſufficiens ſuccus pro nutritione & auctione pulli in ovo formandi ſuppeditetur, & qui ſufficiat ad perfecti illius excluſionem; in viviparis verò, ſimplici ovulo in utero, vel ejus tubis, affundatur tranſudatione quaſi ſuccus nutritius, à quo ſuſtentetur fœtus ad ſui excluſionem uſque.

Sed præter hæc ovula, propriam nempe fœminæ genituram, obſervatur ulteriùs etiam in iis liquor, ſeu lympha quædam ſeminalis, cujus excretionem non tantùm ipſæ mulieres percipiunt in coitu, utpote in qua primaria eorum voluptas conſiſtit; ſed cujus præternaturali effuſione ipſâ etiam gonorrhœâ obnoxiæ ſunt. Analoga eſt hæc genitalis lympha iſti, quam mares in proſtatis conficiunt, cùm & in fœminis & ſimilibus glanduloſis corporibus, collum veſicæ ambientibus, generetur & excernatur: Vid. Graff *de Organis Mulier. cap.* 6. Quinimò ipſius uteri, & vaginæ ejus membranoſa ſubſtantia, cùm ad naturam glandularum proximè accedere videatur, ut non ineptè moderni aſſerunt, etiam ſui generis lympham non abſque voluptatis ſenſu effundere videtur, cùm non tantùm ipſa vagina perpetuo liquore moderatè madeat, ſed interdum adeo copioſè à quibusdam in congreſſu ſoleat effundi, ut ex iſtis proſtatis circa veſicam minimè omnis derivari queat.

Ut autem virilis ſexus, ſimul ac genituræ in eodem fit generatio, ſingulares ſuas patitur alterationes; ita & mulier ſimul atque genituram generare incipit, & ad generationem apta fit, circa annum circiter decimum quartum, inter cæteras mutationes corporis, quas cum viro habet communes, propriam habet unam, menſtruam nempe purgationem, quæ imprimis ſuam meretur conſiderationem, & à periodo, quâ ordinatè repetere ſolet, Fluxus menſtrui vel menſium nomine Latinis, Germanis **die Weibliche Zeit** appellatur, licèt aliquot proſtent exempla, à Zacuto Luſitano *l.* 2. *Praxeos Admir. Obſervat.* 102. Bartolino *Centur.* 5. *Hiſtor.* 32. Febr. *Tractatu de Abſinth. pag.* 138. & D. Michaëlis obſervata, etiam viris quibusdam periodo menſtruali ſimilem ſanguinem per penem effluxiſſe, non ſecus ac in quibusdam aliis hæmorrhoidum fluxus periodicus & menſtruus contingit; ſicut econtra Schenkius *in Obſervat.* aliique Autores exempla recenſent mulierum nunquam menſtruatarum, licèt fœcundarum, quæ viragines, ſeu virilis habitus mulieres vocantur. Sic Panarollus *Centur.* I. *Obſervat.* 15. refert mulierem quintâ vice prægnantem, nunquam tamen menſtruatam.

Repetere dixi hunc fluxum ſingulis menſibus, utut in quibusdam anticipet unum vel duos dies, in quibusdam verò per tot dies etiam poſtponat; unde illæ priores 13. hæ tantummodo 11. vicibus, in anno purgantur. Rarum namque eſt exemplum, quod Panarollus *Pentec.* 2. *Obſervat.* 41. refert de muliere, ſingulis menſibus bis menſtruata, ſine ſanitatis noxa; & Sennertus *l.* 3. *Praxeos pag.* 418. in muliere cum menſtruorum ordinario fluxu ſimilem ordinarium hæmorrhoidum fluxum, decimo quarto die poſt menſes ſupervenientem, obſervavit: nonnullis tamen ſingulis tribus ſeptimanis, nonnullis tardiùs, menſes fluere Practicorum obſervationes innumeræ teſtantur.

Incipit, ut dixi, hic fluxus menſtruus tempore pubertatis, dum habiles fiunt ad generationem, id quod fit ordinariò circa decimum quartum ætatis annum. Incipit nempe quaſi motu naturæ critico in ſecundo ſeptenario, & definit ſimiliter in ſeptimo ſeptenario, nempe Anno 49. quo tempore ſimul vis genitalis prolifica ceſſat; utut interdum circa duodecimum annum quædam mulieres & puberes & menſtruatæ fiant, & rarum ſit, quod citius inchoënt, ut diutiùs fluant, quorum exempla proſtant. Propria hoc in paſſu idioſyncraſia ſubjecti probè conſideranda eſt; nunc enim juniores, alacriores, ſpirituoſæ, vegetiores, diætâ lautâ utentes & ſalaciores citiùs patiuntur hunc fluxum; quæ verò ſe habent contrario modo, iisdem tardiùs erumpit. Rara ergò ſunt, & quæ ob id ordinario naturæ curſui nil derogant, quando refert Schenckius *in Obſervat.* de puella

Digitized by Google

puella novenni menſtruata ; ſicuti econtra nil derogat, quando iisdem menſes ulterius producuntur, qua ratione Hildanus *in Centur.* 4. *Obſervat.* 63. refert, menſes cuidam fluxiſſe ultra 70. annos. Fluunt quidem continuò, niſi quod ordinariò ſoleant ſupprimi geſtationis tempore, in quibusdam etiam tempore lactationis. Rarum eſt, quando imprægnatis etiam primis geſtationis menſibus iidem adhuc fluant. Aliàs curioſum eſt, quod mulieri ante matrimonium legitimè menſes fluxerint, qui poſt matrimonium pariter ſuppreſſi fuerunt, citra ullum tamen ſanitatis commodum, ut refert Platerus *l.* I. *Obſervat.* non minus obſervatu dignum eſt, quod idem Platerus *in Obſervat.* refert, quod in alia muliere menſes ſuppreſſi fuerint, quoties pueros lactaret; ſin verò puellas, hi liberè & ordinariâ periodo fluxerint.

Fluxus hujus materia excreta eſt ſanguis, iſque talis, qualis in vaſis ſuis promiſcuè fluctuat, & per arterias hypogaſtricas ad uterum, ejusque præſertim vaginam, defertur, per venas verò hypogaſtricas refertur ; nec eſt hic ſanguis excrementitius, aut malignus, uti veteres ſtatuerunt, quorum rationes recenſet Graff *de Organis Mulier. pag.* 134. quibus Helmontius alias ab experientia deſumptas adjungit. Verùm menſes ſanguinem laudabilem, & quantitate ſaltem peccantem eſſe, ex veteribus Sennertus, ex Neotericis modò citatus Graff *p.* 136. meritò defendunt; experimenta enim pro virulentia eorum allegata partim falſa & ridicula, partim de menſibus per ſtagnationem corruptis, intelligenda tantùm ſunt.

Quod ſi impura ſit maſſa ſanguinea, ſimul excretione iſtâ excrementa ſub turgeſcentiæ ſanguinis motu nonnihil ſeparata & præcipitata cum iſto ſanguine foras excluduntur: excluſus autem & extra vaſa effuſus ſanguis, ac circa uterum depoſitus, conſortio vitali ſpirituum privatus, ad corruptionem ſui tendit, & ita demum cadaveris naturam aſſumit. Vid. Helmontius *Tract. Lunare Tributum pag.* 732. & ſic non vitalis eſt cum reliquo ſanguine.

Obſervabilis eſt in ſanguine ſub qualibet menſtrua excretione ſingularis quædam fermentatio aucta, turgeſcentia & ebullitio extraordinaria, qua rapidius concitatus in ſuis vaſis detineri non poteſt, ſed vaſa hypogaſtrica circa uterum diſtendendo, & dilatando eorum orificiola per anaſtomoſin ſic effunditur. Hinc enim eſt, quod impeditâ iſtâ, quacunque ex cauſa, circa uterum excretione, ſanguis turgeſcens per alia varia loca, per mammas, oculorum canthos, per nares, per pulmones, per aures, per vomitum, &c. exitum periodicè moliri ſoleat. Hinc laſſitudo artuum tenſiva & gravativa, præſertim dolor lancinans & diſtendens circa lumbos, excretionem præcedere ſolet; non ſecus ac in aliis fluxus alvi crebrior, in aliis febris, in aliis alia ſymptomata, ex ſanguinis & reliquorum corporis contentorum commotione & turgeſcentia, tunc temporis auctâ, nata præcedere vel comitari ſoleant.

Hinc quorum ſanguis ineptus eſt plus minus fermentationi, etiam menſium obſtructionibus ſunt obnoxiæ. Hinc habitus cachecticus aut melancholicus ad menſium defectum diſponunt, non ſecus ac omnia acida & viſcida etiam remoram huic evacuationi imponere ſolent; ſicut & terror, triſtitia, mœror, metus, &c. fermentationem ſanguinis impediunt, & menſes imminuunt; cùm gaudium è contra, amor, iracundia, motus corporis intenſior, vini generoſi potus &c. ad hanc excretionem diſponant.

Turgeſcens ita ſanguis, & rapidiùs per vaſa circulatus, uteri vaginæ vaſa, horumq; oſcula præcipuè aperit, & per hæc effunditur, quia ad hæc loca uberiùs & concitatiùs movetur; id quod fit, quia irritatio quædam & ſenſilis, ſed voluptuoſa vellicatio, in dictis locis accidere ſolet, cujus occaſione & ſpiritus animales concitatiùs eò ferri, & his mediantibus ratione fibrarum aliqualis contracturæ, ſanguis copioſius ibidem colligi ſolet, donec apertis vaſorum oſculis pedetentim effundatur. Similis eſt hæc turgeſcentia orgaſmo venereo aliquatenus; nempe ratione hujus vellicationis tàm ante quàm poſt menſtruationem præ aliis temporibus ſalaciores eſſe ſolent mulieres; unde ſicut reſinæ purgantes, vellicando hæmorrhoidalia vaſa, facilem cruoris per hæc in conſuetis effluxum concitant; vel ſicut acria purgantia, inteſtina fortiùs vellicantia, dejectiones ſubinde cruentas efficere ſolent, ita occaſione ſingularis circa genitalia acrioris vellicationis turgeſcens jam ſanguis ibidem effunditur: ſicut aliàs pro ſtimulandis menſibus, præter purgantia, imprimis ex colocynthide, vel hujus acrior ſuffitus, vel hellebori nigri peſſus, vel ſimilia acria, genitalibus extrinſecus applicari ſolent â Practicis.

Turget autem ſanguis quâvis menſtruâ periodò intenſiùs, & ſimul vellicantur & quaſi titillantur ſingulariter genitalia, propter vim peculiarem fermentativam, ab uteri glandulis, beneficio ſanguinis & lymphæ ab iis refluis univerſæ maſſæ ſanguineæ communicatam, & etiam ipſi lymphæ ſeminali, uteri & proſtatarum conceſſam, à qua, uti acriores hæ factæ pruritum venereum inſolitum ferè excitant, ita ratione illius in ſanguine alterationis ſingulares iſtæ mulierum ſub pubertatis annis mutationes eveniunt; unde & men-

Digitized by Google

menſtruus fluxus non niſi evigilante vi generativa in mulieribus inchoatur, & hâc ſopitâ ille etiam ceſſat. Scilicet, uti ex parili ratione brutorum ſtato tempore venereus appetitus concitatur, unde & ferè eorum genitalia tunc acrius ſerum ſtillare ſolent; ita, ex parili fundamento, naturali ſtatu excretio menſtrua accidere ſolet, præternaturali verò impetu furor uterinus mulierum contingit.

CAPUT XXIII.

De

Conceptione Fœtusque Formatione.

DUm legitimè copulantur mas & fœmina, iſte emittit ſuam genituram, ſub ſeminis nomine cognitam; hæc verò ex teſtibus excludit ova. Illius ergò genitalis ſpiritus amico afflatu in utero vel ejus tubis ſe inſinuat ovulo muliebri, in eoque, ceu receptaculo appropriato, ſpiritui genitali concentrato fœminæ ſe ſociat, ita ut ex utriusq; copula & unione mutua fiat conceptio, hoc eſt, utriusque ſecus ſeminalis virtutis, in ſpiritu genitali fundatæ, in ovulo facta aſſociatio ad fœtificationem requiritur: vid. Velthuſius *de Generat. cap.* 7. *&* 4. item Rallius *de Generat. Animalium pag.* 168.

Nam tota generationis ratio dependet à ſpiritu iſto genitali, à mare quidem ſub craſſioris materiæ involucro excreto, & fœminæ ova fœcundante, iſtâ materiâ genituræ craſsâ nullo modo vel in utero ſubſiſtente, vel ceu materia fœtum conſtituente, ut demonſtrat Harvæus *de Generat. Animal. Exercit.* 6. 39. 49. 67. 68. &c. item Deuſingius *Exercit. de Geneſi Microc. Sect.* 2. *pag.* 25. à fœmina verò in ovo ritè conſtituto, & in quo ~ talis concentratus deliteſcit, ſuppeditato: qui ipſi ſoli ~ genitales in ovulo uniti conceptum perfectum, ſeu ſemen animale fœcundum conſtituunt; ita ut vis genitalis maris ſua genituræ communicatâ, efficientis ſaltem, non verò materiæ, rationem habeat, mulieris ovulo utrumque exhibente; unde omnia ex ovo eſſe ſeu generari, verè ab Harvæo dicitur.

In tali ergo generationis actu ſub conceptione ovum fœminæ ſe habet inſtar fomitis, wie Zunder/ qui in proxima potentia eſt, ut incendatur, modò tantilla ſcintillula accedat. Sic ſimiliter ovum muliebre fœcundum eſt actu primo; ſed excitatur hæc ejus fœcunditas in motum & turgeſcentiam à ſcintillula activa & ſpirituoſa maris. Spiritus hic genitalis maris habet ſe inſtar fermenti addendi, maſſæ fermentandæ, quo ritè fermentetur & alteretur.

Et exinde ſunt cæteræ differentiæ, quæ inter ovum fœcundum & ſubventaneum intercedunt, dum in ovo fœcundo jam fœtus generandi primordia & prima ſtamina obſervanda ſunt, ita, ut non primum fœtus ortum, ſed ſaltem emergentem ſucceſſivè partium ejus manifeſtationem in ovo conſiderare queamus, ut primus obſervavit Malpighius *Tract. de Format. Pulli ex Ovo*, item *de Ovo incubato*; cùm è contra in ſubventaneo ovo nil tale obſervari poſſit, adeò ut in fœcundo ovo pulli ſtamina præexiſtant, haud diſpari ritu, ac in plantarum ovis ſeu ſeminibus plantulæ fœtus jam inexiſtere ſolet. Ulteriùs ova fœcunda uſque ad decimum quartum diem ſub incubatu non putreſcunt vel corrumpuntur, ſed cocta eundem ſaporem habent cum recentibus; ſterilia verò de facili putreſcunt, & hinc horridum fœtorem contrahunt.

Spiritus iſte genitalis, uti ovulum in fœcundum ſemen ſeu conceptum alterat, ita quædam ejus ſubſtantia ſimul uterum muliebrem certo modo alterare, & ad conceptum retinendum, fovendum, & nutrimentum ipſi transmittendum, aptum reddere probabile ſit, non tantùm ex iis, quæ hunc in finem differit Deuſingius *in Geneſ. Microc. p.* 42. *& ſeq.* ſed etiam ex uteri illis poſt factam conceptionem alterationibus, quas obſervat Harvæus *Obſervat.* 68. Quinimo ſi conſideremus, quantum non raro mulieres quædam ex fœcundo congreſſu in toto corpore alterentur, non adeo abſona videbitur Stenonis ſententia, quam recenſet Caſpar Bartholinus *in Exercit. Miſcell. pag.* 45. quod ſemen virile in uterum injectum (non aliter ac medicamenta, aut alimenta aſſumta vires ſubtiliores ſtatim ad ſanguinem amandare videmus) ſanguini & forte etiam nervoſo generi communicetur, & ita univerſum mulieris corpus ſuo modo alteret. Hinc & purgantis aſſumti vis à mare in fœminam per complexum venereum transfunditur, de quo vid. Mœbii *Fundamenta pag.* 282. item Horſt. *Obſerv. Anat.* 410. hinc quædã mulieres mox à conceptu vomere omni manè, breviter pica corripi &c. ſolent, antequam retentus ſanguis menſtruus iſtas alterationes inferre queat; hinc etiam in nutricibus lac brevi à conceptione nova alterari & infantibus hoſtile fieri incipit: Unde etiam vis generativa maris determinata ſemel mulieri impreſſa etiam ad plures ſucceſſivas generationes ſuo modo ſe extendere obſervatum fuit. Vid. Beecher. *Phyſ. Subterr. lib.* I. *pag.* 241.

Poſt factam ita conceptionem, ovum ſeu conce-

Digitized by Google

conceptum fœcundum, ſi naturaliter procedat negotium, vel mox vel brevi poſt in utero apparere, omninò probabile eſt, & confirmant obſervationes à Kerkringio *in ſua Anthropogenia* notatæ. Nec obſtat, quod contrarium aſſerat Harvæus *Exercit.* 68. qui primo menſe in utero nihil ferè apparere aſſerit, in quantum ipſi ex ſectione brutorum viviparorum innotuit, ignarus nempe adhuc modernorum in ovis experimentorum; labente tamen primo menſe conceptum rejectum læpiùs vidit, ſimilem ei, quem ex tibicina excuſſum Hippocrates meminit, quíque fuit inſtar ovi excorticati. Ex prima ergò ovi fœcundati origine per ſucceſſiva incrementa pedetentim perfectus enaſcitur & increſcit fœtus: facto nempe congreſſu fœcundo carnoſior, craſſior & lævior evadit uterus, & ſucceſſivè liquor limpidus nonnihil lentus (reverà chyloſus, tranſcolatione iſtâ ita alteratus) in uterum deſtillat, à quo conceptus vitalis nutritio ac accretio ſucceſſiva materialiter dependet.

Jam, ut naturæ methodus in formando animali ex fœcundato ovo manifeſta evadat, imprimis ovorum gallinaceorum ſub incubatu inſtituatur inſpectio. Fecit hoc, poſt Hieronymum Fabricium ab Aquapendente, imprimis Harvæus *in Exercit. de Generat. Animalium.* Malpighius, item Velthuſius *de Generatione*, Deuſingius *Exercit. de Geneſi Microcoſmi*, Claudius de la Courve *de Nutrit. Fœtus in utero.* Ex quibus conſtat, in ovi vitelli tunica maculam ſingularem albam, perexiguam, lenticulæ ferè magnitudine, reperiri, quam ob ſimilitudinem cicatriculam appellitant. In hac cicatricula per incubatum primo die dilatata, & in circulos quosdam expansâ, mox primâ & ſecundâ die obſervatur liquor clariſſimè refulgens, quovis cryſtallino humore purior, colliquamentum ob id appellatus. In hoc colliquamento tertiò & quartò die linea ſanguinea purpuraſcens & punctum minutum, ceu veſicula, in medio colliquamenti, à parvo motu ſaliens, primum nempe cordis rudimentum manifeſtantur. Hinc circa punctum ſaliens craſſius & albidius quid, inſtar nebulæ & globuli rotundi, apparet, in duas partes diviſum, quarum major pars capitis rudimentum præbet, 4. veſiculis conſtans, quæ cerebrum, cerebellum, & oculos binos repræſentant, minor verò pars oblongata inferiùs inſtar carinæ protenſa, ſpinæ rudimentum eſt, ex qua brachia & pedes ſenſim protuberant, donec vaſis ſanguifluis viſcera ſucceſſivè quoque adnata, fœtum perfectum conſtituant: cujus formationis exactam hiſtoriam videbitis *in Exerc.* Harvæi, & *hujus Epitomatore* Schradero, item in Needham *Tract. de Formato Fœtu.*

Ex quibus Harvæi aliorumque nudo oculo factis ovorum inſpectionibus verè concluditur, ſanguinem inter partes liquidas, & cor inter ſolidas, ſub forma puncti ſaltantis eſſe partes primogenias. Sed obſtant hic accuratiores, & microſcopii acie inſtitutæ ovorum inſpectiones, Malpighii *Tract. de Format. Pulli in Ovo*, item *Tract. de Formato Fœtu*, quibus oſtendit, jam in cicatricula illa antè incubatum fœtum, incluſum eſſe, ita ut in ſaculo, in cicatriculæ colliquamento natante, velut in amnio, fœtus, ejuſque caput cum appenſæ carinæ ſtaminibus, manifeſtè conſpicuum ſit, ita ut pulli ſtamina in ovo jam præexiſtant, altioremque originem habeant, haud diſpari ritu, atque in plantarum ſeminibus, ſeu potiùs ovulis. Sicut enim in his tantum eſt gemmula quædam, ex qua planta naſcitur, quâ læsâ vel corruptâ perit omnis vis & ſpes generationis; eſtque nihil aliud, quàm delicatiſſima plantulæ delineatio, & inchoata conformatio; ita ſimiliter in ovo eſt macula ſeu cicatricula ſeu gemmula, in qua partes pulli omnes potentiâ inſunt, & ex qua ordine explicantur, & in qua fœcunda eſt utriuſque ſexus ſeminalis, cui Creator Altiſſimus poteſtatem conceſſit fœtum elaborandi. Unde cum Malpighio concludendum videtur, in ovo ante uberiorem colliquamenti collectionem, ejuſque motum, & in ſanguinem convertionem, carinam cum capitis, cerebri, ſpinalis medullæ, & alarum inchoamentis evidenter patere, & in ovo ſubeſſe pullum, cum partium ferè omnium conterminis ſurculis colliquamento innatantem, hujuſque naturam nutritivis & fermentativis ſuccis commixtis integrari, ex quorum ſuſcitata mutua actione ſanguis ſucceſſivè pregignatur, parteſque olim delineatæ erumpant, & ſucceſſivè adoleſcant.

Jam verò ſub ulteriori fœtus in utero progreſſu, obſervanda eſt diſtinctio ovorum in oviparis & viviparis. In oviparorum ovo albumen cum vitello ſimul inſunt pro nutrimento & augmento fœtus in cicatricula geniti, dum nempe vaſcula ſanguifera in cicatricula genita, & in funiculos umbilicales protenſa, tam ad vitellum quàm albumen diſtribuuntur, exque illo materiem pro partibus ſanguineis, ex hoc pro partibus nerveis nutriendis, abſorbent. In viviparis verò, quæ ſaltem ovulum generant abſque nutritii ſuccî conſortio, ſuccus lentus, limpidiſſimus, plus minus albidus, poſt factam conceptionem per uteri glanduloſam ſubſtantiam in ejus cavum deſtillans, ut ſupra monitum, per membranas fœtum ambientes, ſecundinas nempe & placentam, ad vaſa fœtus derivatur, & nunc immediatè pro partibus nerveis, veteribus ob id ſpermaticis dictis, nutriendis, cum ſanguine

Digitized by Google

distribuitur, nunc mediatè mediante sui in sanguinem conversione pro sanguineis partibus & visceribus augmentandis, hinc inde diffunditur.

Observandum ulteriùs, quod tertiò elapso gestationis mense, circa quarti principium contingat fœtus palpitatio & motus satis sensibilis, ipsò jam, quoad principaliores partes, ferè absolutò, reliquis vilioribus adhuc perficiendis: unde tempus gestationis à conceptu usque ad motum fœtus, tempus formationis, à motu usque ad partum tempus exornationis, appellatur. Pervulgata aliàs fert opinio, marium formationem perfectionemque citiùs, fœmellarum verò tardiùs fieri; cui tamen non suffragatur experientia, cùm constet, imprimis in brutis, sæpè plures in utero gestari fœtus, qui licèt sexu distincti sint, eodem tamen tempore & perficiantur & excludantur, ut fœtus ex ovis oriundos taceam, qui cujuscunque etiam sexus fuerint, nec seriùs nec tardiùs perfici, vel edi solent, nisi forsan alia causa obstiterit, de quo confer. Harvæus *Exerc.* 10.

Efficiens mirandæ hujus fabricæ est spiritus genitalis utriusque sexus, matris quidem in ovulo concentratus, & patris mediante geniturâ in congressu ejaculata promanans, qui licet originaliter sit duplex, in ovo tamen mutuâ coitione unitus, in eodem machinam corporis format, quod quomodo fiat, res est obscurissima & à priori indemonstrabilis. Cartesiani, & hos sequentes alii, ex solo motu particularum, per calorem excitato, fieri formationem volunt, mediante quo seminis particulæ agitatæ ob suas figuras, magnitudines, distinctas texturas, aliasque proprietates necessariò in germen animalis abeunt, eo modo, quo ex oblongis ☉ium particulis in ▽ vi caloris agitatis & inter se conjunctis, variæ determinatæ ☉ium figuræ & corpora efformantur, ut commentatur Regius *in Fundam. Physic. cap.* 10. Alii per ideas negotium hoc explicant, quæ anteà in spiritu confusæ, sed successivè & ordinatâ serie evolutæ, formatorem corporis, spiritum, dirigant & determinent, ut tale vel tale corpus, & fœtum parentibus similem, formet; de quo vid. Fernelius *Medic. Physiol. P.* 7. *cap.* 12. Gregorius Horstius *in Dissertat. de Causis Similit.* & *Dissimil. fœtus respectu parentum*, *Operum Medicor. T.* 1. *Dissertat.* 4. *in fine p.* 454. & speciatim Marcus Marci *de Ideis Operatricibus*, & ex hoc Backius *in suis Principiis.*

Sed re hac exactè consideratâ, major videtur difficultas, quomodo generentur rerum semina, quam quomodo ex his generentur corpora? cùm ex superioribus constet, in ovo ante incubationem jam inexistere fœtus rudimenta, sicut in plantarum ovis seu seminibus integra plantula in gemula jam conspici solet.

Cæterùm triplex fœtus formandi cum parentibus observanda similitudo, ratione scilicet

1. Speciei; quod scilicet homo generet hominem, gallina gallinas, quod fit ex identitate causarum; unde duplex genitura, duplicesque ~ genitales, duplici modo formatum dant fœtum, v. g. in mulo, &c.
2. Sexus; dum fœtus nunc est mas, nunc fœmina, nunc utrumque seu hermaphroditus.

Id quod fieri ait Velthusius *p.* 65. quatenus vis seminalis à mare aut fœmina prædominans alterius vim cogit in sui obsequium, quæ major vis alterius genituræ, in majori vel minori activitate & prædominio, ~ genitalis maris vel fœminæ, alteri prævalentis, consistere videtur.

3. Individui; dum fœtus nunc patri, nunc matri, vel in toto, vel in parte, e. g. naso, similis existit: quod ex amplexu mutuo spirituum genitalium utriusque parentis oritur; unde virtutes formativæ confusæ, successivè tamen denuò evolutæ, ita determinatè formationem dirigunt.

Sed de his similitudinibus fœtuum cum parentibus vid. Gregorius Horstius *Dissertat. de Causis Similitud. Fœtus cum Parentib. in fine Tom.* 1. *Operum Dissertat.* 4. item Marcus Marci *loco citato.*

CAPUT XXIV.

De *Vita Fœtus & Nutritione in utero.*

OVum uterinum duplici constat tunicâ, fœtum cingente & ambiente, internâ tenuiore, amnion appellatâ, in qua formatur fœtus & residet; externâ validiore, quæ totum conceptum ambit, chorion dictum. In chorio & amnio, liquores limpidi, plus minus albicantes seu lactei vel chylosi continentur, qui nullo modo cum veteribus pro urina vel sudore habendi, sed nutritius succus ipsius fœtus, dulcis & admodum suavis existunt. Nam urinæ continendæ inservit tertia membrana, allantoides dicta, homini olim ab Harvæo aliisque Autoribus denegata, nunc verò Needham *Tractatu de Formato Fœtu c.* 2. & Theodoro Aldes *in Epist. contra Harvæum*, denuò detecta, quæ ex vesica fœtus per urachum, excretam ☉m recipit, & ad tempus partus usque conservat.

Chorio adnascitur in homine, postquam fœtus jam ferè formatus est, carnea moles, hepatis æmula, ideò hepar vel placenta uterina dicta,

Digitized by Google

dicta, nata ex ſanguine per vaſa fœtus umbilicalia, uſque ad chorii extremitatem protenſa, effuſo & coagulato, in quam venæ & arteriæ umbilicales implantantur, ſicut etiam vena umbilicalis copioſos ramos per chorion & amnion ſpargit, in eorum cavitatem, humore limpido plenam, hiantes. Mediante hac mole carneâ fœtus utero demum adhæret & annectitur, cujus naturam deſcriptam videbitis in Warthoni *Adenogr. cap.* 35. item Hobocken *Anatom. Secund. Human.* Variant verò, quoad hanc partem, inſigniter animalia, dum alia placentifera, inter quæ eſt mulier, alia glandulifera, pauca cotyledonifera, de qua varietate, ut & quid propriè ſint cotyledones ſeu acetabula veterum, videbitis in Needham *c. l.* Placenta ergò hæc cum membranis poſt fœtum excluſa, & quaſi ſecundo partu edita, ſecundina appellatur, ſicut liquores iſti, dum in partu paulò ante fœtum erumpunt, ex ruptione membranarum, ob conatum fœtus, aquæ appellantur, quæ humectando & laxando partes genitales partum facilitare ſolent.

Quod ergò jam nutritionem fœtus formati attinet, partim per os nutriri fœtum, partim per umbilicum, nunc conſtat. Per os quidem nutritur, deglutiendo humorem limpidum, & albugineum in amnio contentum, ex utero per membranas, chorion & amnion, in hujus cavitatem transſudantem, & ita percolatum, qui chylificatur in ventriculo, unde etiam excrementa iſta in inteſtinis, Meconium dicta, oriuntur. Conf. Harvæus *in Exercit.* Claudius de la Courvee *de Nutrit. Fœtus in Utero*, imprimis *P.2. cap.* 11. 12. *&* 13. Præterea, cùm grandior fit fœtus, per umbilicum ſimul advehitur nutrimentum, tantum ſcilicèt, quantum, præter ejus per os nutritionem, adhuc neceſſarium eſt. Quod ſanguinem eſſe menſtruum maternum, in placentam ex vaſis uteri delatum, cum ſanguine fœtus, per arterias umbilicales ad placentam tranſcolato, miſtum, & cum vena umbilicali per canalem venoſum & epar ad venam cavam tranſmiſſum, aſſerunt; de qua antiqua Hippocratea ſententia vid. *Diſſertat.* Segeri *de Hippocratis orthodoxia & Democriti heterodoxia quoad doctrinâ de nutrit. fœtus in utero.*

Cæterùm elegantior & probabilior Deuſingii eſt ſententia qui *P.3. Sect.* 1. *Geneſeos Microcoſmi p.* 131. item in *Diſſertat. de Lacte*, in eo eſt totus, ut monſtret, fœtum tam in utero, quàm extra uterum, nutriri ſolo chylo vel lacte ad uterum delato, ſeu materia tali limpida & albuginea, qualis in amnio continetur, & in quo fœtus natare deprehenditur. Quæ materia albuginea, uti in uterum deſtillat pro augendo ovo ſeu conceptu, in quo formatur primitus fœtus; ita etiam poſtmodum per chorion & amnion tranſcolata fœtum per os nutrit, ſimulque defertur in placentam, in qua à vena umbilicali abſorpta, & miſta cum ſanguine, per arterias umbilicales fœtus eò allato, inde in venam cavam fœtus abit, tandemque perfectum in ſanguinem mutatur.

Materiæ hujus limpidæ & nutritivæ quod attinet ortum, eam ex abdomine, in ſpecie ex meſenterio, per ſingularia vaſa lactea ad uterum deferri vult Everhardus, Deuſingius *loco citat.* & Segerus *loco citato.* Sed cum vaſa iſta lactea incognita ſint, meritò iis adſtipulor, qui arteriis cum ſanguine nutrimenti chyloſi vehendi officium tribuunt, ita ut per arterias chylus limpidus ſanguini permiſtus, ad uterum delatus, in eodem probabiliter, mediante textura glanduloſo-membranacea, tranſcoletur, tranſcolatus nunc penetrando in amnion, per os immediatè fœtum nutriat, nunc abeundo in placentam, per vaſa umbilicalia mediatè cum ſanguine fœtum ſuſtentet: Vid. Needham *de Formato Fœtu c.* 1.

Plura, quæ talem nutritionem confirmant, videri poſſunt in Deuſingio *loc. citat.* & Courvco *in Tractatu de Nutrit. Fœtus in Utero*: Quibus addatur, quod nemo adhuc viderit veram connexionem placentæ, ejuſque vaſorum cum vaſis uteri ſanguifluis; ſed omnes ex præconcepta opinione hæc aſſerant. Placenta econtra, & caruncula in brutis, quibus connectuntur glandulæ, refertæ ſunt ſucco iſto albugineo & limpido, & compreſſæ dant ſuccum ovi albumini ſimilem, non verò ſanguineum; ut taceam, pullum in ovo ſine tali materno ſanguine perfectè nutriri & augeri. Illuſtrant hæc non tantùm crocus tingens fœtum in utero, de quo vid. Johannes Ferdinandus *Heertodt in Crocolog. pag.* 278. aliaque à matre aſſumpta, cum fœtu ſimul in partu edita. Videantur M.A.N.C. *Ann.* 3. *pag.* 483.

Officium ergo placentæ uterinæ dicitur, ut iſtâ mediante ſuccus iſte nutritius cum ſanguine, per arterias fœtus umbilicales allato miſceatur, & ita quaſi ſubigatur, ut faciliùs poſtmodùm cum ſanguine fœtus, per umbilicalem venam refluo, ipſi diſtributus conjungi & faciliùs in ſanguinem perfectum mutari poſſit. Sed cùm hic non niſi ſecundarius placentæ uterinæ & vaſorum umbilicalium ſit uſus, magis neceſſarius videtur iſte, quem non inelegantер explicat Mayow. *Tractatu de Reſpirat. Fœtus in Utero*: nempe placentam uterinam non jecur, ſed revera pulmonem uterinum eſſe, in quo ſanguis fœtus per arterias umbilicales eò delatus particulis nitro-aëreis, quibus ſuccus albugineus per uterum in placentam transſudans probabiliter imprægnatus ſit, imbuatur, quarum medio reſpirationis neceſſitas in fœtu ſuppleatur.

Digitized by Google

Ex dictis facilè concludi poteſt, qualem vitam fœtus in utero agat, & quod non vivat vitâ matris, hauriendo ab eodem ſpiritus vitales, ſanguinemque; ſed quod propriam degat vitam, elaborando ex ſolo humore albugineo, ſeu ſucco ſuo nutritio, intra conceptum concluſo, ſanguinem & ~ pro ſui ſuſtentatione; ſimili nempe ratione atque pullus in ovo propriam vitam eodem modo inſtituit; nec alio opus habet gallinæ adjumento, quàm blando ejusdem fotu & incubatu, ut caloris beneficio exſuſcitetur vis genitalis in ovo latens: Idem præſtat mater fœtui, dum etiam uterum fovet ſinu ſuo, & fœtum hoc modo ſervat & tuetur. Vitam autem plantæ vivere tantum dicitur fœtus primis menſibus, quatenus ſolummodò nutritur & augetur; ſequentibus verò etiam vitam animalis vivit, quatenus ſe movet; qui motus non niſi perceptionem quandam ſenſualem ſequitur, utut dormiat potiùs fœtus in utero, quàm vigilet.

CAPUT XXV.

De

Partu.

QUo grandior fit fœtus in utero, eò plus quoque uterus, ceu vas continens, in omnem dimenſionem extenditur, ſub qua extenſione valdoperè craſſeſcit & ſpiſſeſcit uterus, ita ut ultimis menſibus duos digitos craſſa fiat ejus ſubſtantia, id quod contingit ex imbibitione tùm ſucci lactei nutritii, tùm etiam ſanguinis in hiantibus & multùm diſtentis uteri poris, coacervati & lentè circulati, unde vaſa ſanguiflua ſenſim ſenſimque etiam majora & ampliora fiunt, ut hæc tandem circa partum, digiti minoris amplitudinem æquare dicantur.

Fœtus ergò valdopere auctus & grandior factus, proprio motu vel conatu exitum quærit, convolvendo ſeſe & invertendo capite deorſum verſus, unde & capite primò egreditur, qui motus partui eſt naturalis. Hoc motu membranæ jam diuturniore mora tenuiores factæ, facilè & tantùm non ſponte dehiſcunt, & rumpuntur; humorumque, qui in iis continebantur, fit efflu-xus. Huic fœtûs conatui accedit ſimul matris labor, & conatus voluntarius; tàm inſpirando, & diaphragma deorſum verſus movendo, quàm muſculos abdominis valide contrahendo, uterum comprimit, qui ſimul quoque tali occaſione diſtenſione irritatus, contractis ſuis fibris, fœtum excludit.

Plura quæ huc pertinent, & imprimis oſſium pubis ſeparationem, & ilei laxationem, videbitis in Deuſingii *Geneſi Microcoſmi P. 3. Sect. 2.* in Harvæo *Diſſertat. de Partu*, item in Courvee *p. 3. cap. 12. de Nutrit. Fœtus in Utero.*

Tempus partus contingit menſe poſt conceptionem utplurimùm nono, nempe circa hujus finem, vel in principio decimi interdum; ſed rariùs menſe ſeptimo, idque ferè ſaltem in primo partu in tenerioribus aut juvenculis, qui ſeptimeſtris partus ſæpè habet imperfectionis quasdam notas in naſo, auriculis, ore, pedibus aut digitis, quia hæ partes ultimò omnium perficiuntur, de quo Conf. M. A. N. C. *Ann. 8. Obſervat. 69. pag. 117.* Borellus *Cent. 1. Obſervat. 71.* Accedit tamen interdum, ut vel mater vetula, vel imbecillis, ultra decimum & undecimum menſem partum differant, ſicut interdum anticipant, & menſe octavo pariunt, quos non vitales eſſe fœtus, falſum eſt; cùm plurimi hoc menſe nati revera vixerint, teſte Schenkio *in Obſervat.* Nam vitales non rarò ſunt fœtus, qui ſeptimo menſe excluduntur. Si ergo ſeptimeſtres ſunt vitales, quare non Partus octimeſtris? Quod ſi verò moriantur octimeſtres, fit hoc, quoniam ex irritatione uteri, vel fœt⁹ vel ex alia cauſa non-naturali, fœt⁹ quaſi per abortum octavo menſe excludatur, qui nono menſe naſci debuiſſet; unde minus maturus, minusque vitalis exiſtit; de quo vid. Drelincurtius *Diſſertat. de Partu Octimeſtri*, item Paulus Zacchias *in Quæſtion. Medico-legalibus.* Raræ alias proſtant obſervationes fœtuum, quinto, ſexto, ſeptimo, decimo, item duodecimo & decimo quinto menſe natorum, quales videbitis in Schenckii *Obſervationibus*; utut fallacia conceptionis ſigna non rarò matres ipſas fallant, ut propterea erroneum ducant calculum, dum primum conceptionis tempus non adeò exactè obſervare ſolent aut poſſunt. Interim modò attentæ ſint mulieres, poſſunt certum terminum excluſionis fœtus habere, ſi nimirum attendunt primam, poſt imprægnationem, menſtruationem (ſive, quod interdum accidit, contingat eadem adhuc, ſive eam non ampli⁹ experiantur, ſufficit illius, quo ordinariè apparere debebat, annotaſſe tempus) usque ad eum diem, cui per naturæ conſuetudinem decima menſtruatio imminet, & ſic verum tempus partus exinde habere poſſunt; quia hoc, vel certè proximè ſequente menſe, parient, niſi forſan aut cauſæ externæ, aut morbifica matris vel fœtus conſtitutio, tempus partus conſuetum anticipent, adeoque fœtum immaturiorem excludant. Cæterum de legitimo partus tempore vid. Sennertus *Praxeos l. 4. Sect. 6. P. 2. cap. 1. pag. 386.* item Heinricus Arniſæus *Diſquiſit. de Partu huma-*

Digitized by Google

humano, item Sylvaticus *Centur.* 4. *Consil.* 64. ubi etiam quædam de partu quinquemestri.

Causa impulsiva vel stimulus, qui fœtum impellit & irritat, ut moliatur sui egressum, à variis profertur varius. Optima videtur sententia Deusingii *de Genesi Microcosmi*, & Rallii *de Generat. Animal. Sect.* 7. fœtum conari egredi propter defectum respirationis, cum in utero aquis immersus respirare nequeat, sanguis vero motu suo circulari sensim sensimque quodammodo circa præcordia hæreat, majorem volatilitatem & perfectionem urgendo, & ita anxietatem quandam circa præcordia fœtui inducat, unde etiam, quamprimum egreditur fœtus, respirat. Quod verò de fœtuum vagitu circumfertur, & cujus non vulgaria prostant exempla, ea, uti sunt rara, ita utplurimum sunt prodigiosa; cum non vagisse tantum, sed etiam articulatas voces emisisse infantes adhuc in utero inclusos, testantur observationes. Vid. Schenckius *in Observationibus*, Sperlingius *de Format. Fœtus c.* 7. *Quæst.* 2. & Sennertus *l.* 4. *Prax. p.* 2. *Sect.* 5. *cap.* 81. *pag.* 374.

Cum ergo non respiret fœtus, nec dilatentur pulmones, sine horum verò dilatatione nulla sanguinis ordinaria circulatio ex dextro cordis ventriculo fieri possit in sinistrum, propterea sanguis non simul per utrosque ventriculos transit, sed per alterutrum etiam; & propterea factæ sunt singulares vasorum anastamoses circa cor in fœtu, quæ post partum non solùm obliterantur, sed tandem planè evanescunt; dum una sanguinis pars per venam cavam ascendens, transit per foramen ovale in venam pulmonalem, & exinde in sinistrum cordis ventriculum, ex quo per aortam in totum corpus; altera verò pars ingreditur cordis dextrum ventriculum, ex hoc subit arteriam pulmonalem, ex hac per canalem arteriosum in arteriam magnam, ita ut non saltē sanguis unum cordis ventriculū permeet simul & semel, sed alterutrum tantum. Dum verò excluditur fœtus & respirat, subitò per pulmones rapitur sanguis, & foramen ovale propriâ sui ipsius valvula claditur, & ita exactè obturatur, tandemque coalescit, observante hoc Kerkringio *in spicileg. Observat. Anatom. Observat.* 94. *pag.* 179. Videatur etiam *Anatom.* Bartholini *cap. de Fœtu*; item Courvee *P.* 3. *c.* 4. Et propterea contingit, quod pulmones in fœtu mortuo ∇æ injecti fundum petant; in vivente verò, & post exclusionem mortuo supernatent; quia nempe in hoc jam rarefacti fuerint ex ♎e per respirationem attracto; & ex hoc fundamento proba desumitur, an scilicet fœtus mortuus, an vivus, natus sit, sed posteà vi interfectus: vid. Truston *de Respirat. p.* 102. *& seq.*

Fœtu ergo egresso sequuntur etiam membranæ cum placenta, cum hæ per funiculum umbilicalem adhæreant fœtui, & secundinæ propterea vocantur. Hæ ipsæ quantocyus post fœtum exclusum sunt extrahendæ, nisi sponte sequantur, ne coarctato denuò uteri interno orificio, earum egressus omninò impediatur, & ipsæ postmodum relictæ putredinem matri lethalem concilient. Opera etiam danda, ut omnes seu totæ sequantur, ne aliquantula placentæ pars relicta irritando uterum, contumacem & interdum lethalem ejus hæmorrhagiam inducat.

Sed, dum enormiter extensa uteri cucurbita denuò fibrarum suarum beneficio se contrahit, poros angustat, sicque, spongiæ instar compressæ, liquores partim ingestos, & gestationis tempore imbibitos, partim in & post partum uberiùs affluentes, hic exprimit, unde purgamenta uteri post partum, seu lochiorum fluxus, item Puerperia, succedunt mulieribus, non secus ac menstruus fluxus propri⁹; Effluit autem post partum sanguis duplex, primò cruentus humor seu sanguis purus, hinc prodit sanguis dilutus, copioso nempe aquoso & lacteo sero; tandem materia alba mucosa, quam esse reliquias succi nutritii fœtus in utero, cum Deusingio arbitror; hancque materiam ex utero solo effluere, certum est; unde in hujus retentione abdomen tumidum manet. An verò sanguis ex utero solo tunc effluat, & an non etiam ex vasis hypogastricis, collo uteri insertis, imprimis tunc elabatur, ut admodum probabiliter nonnulli statuunt, nondum adeò explanatum. Sanguinis hic fluxus contingit ex partus conatu, quo sanguis ad istas partes propulsus per distenta apertaque vasa effluit: fortan & fermentatio talis in sanguine contingit, qualis in menstruatione ordinaria evenit, ut multa tunc evenientia, & fluxum suppressum sequentia, persuadent symptomata: Vid. Deusingius *in Genesi Microcosmi p.* 219. Quantitas hujus purgationis & tempus quamdiu hic fluxus durat, varium est, pro varietate scilicet constitutionis ipsius puerperæ. Ut plurimum octo dierum spatio absolvitur, nonnullæ ad quindecim dies purgantur, aliæ citiùs, aliæ tardiùs, interdum post mensem demum purgatio hæc cessat; unde etiā in aliis copiosiùs, in aliis parciùs & lentiùs, succedit hæc purgatio: Vid. Sennertus *l.* 4. *Praxeos Sect.* 7. *p.* 2. *p.* 453. item Deusingius *c. l.*

Factâ hac purgatione uterus, in pyri formam contractus, exsiccatur, itaque ad novam imprægnationem denuò disponitur; & sic cum vitæ nostræ primordio Oeconomiam animalem finio.

Digitized by Google

INSTITUTIONUM MEDICARUM PARS II.

PATHOLOGIA CUM SIGNIS DIAGNOSTICIS ET PROGNOSTICIS.

CAPUT I.

De

Sanitate & Morbo, hujusque Subjecto.

COrpus noſtrum, dum ceu artificioſa machina, à ſanguine & ſpiritu vitali, tã inſito, quàm influo actuatur, movetur, & in eſſe ſuo ſuſtentatur, vivere dicitur. Conſiſtit enim vita formaliter in illâ corporis actuatione, ſecundum quam operationes debitas vel exercet, vel exercere poteſt, cujus privatio mors dicitur. Vitæ integritas eſt ſanitas, ejus verò labefactatio eſt morbus. Integritas iſta conſiſtit in legitimâ diſpoſitione ſeu conſtitutione partium quarumvis, machinam corporis componentium, per quam agere & operari, ſecundùm leges à naturâ præſcriptas, aptæ natæ ſunt, contrarium fit in morbis: adeò, ut in rigore theoretico ſtatus neuter vix admittendus videatur.

Non ergo in ipsâ vitâ morbi conſiſtunt, nec tamen corpori, niſi viventi competunt; mortui enim nec ægri dici poſſunt. Sunt media, vel prodromi mortis, adeoque vitam inſequuntur, & ex ejus radice ſuo modo ſuccreſcunt. Hinc iſtæ etiam læſiones, quæ corpori mortuo inſunt, v.g. vulnera, fracturæ, obſtructiones, quatenus tales, propriè vix morbi videntur, niſi in quantum vitale principium corporis viventis ſuo modo afficiunt, in actionibus debitis impediunt, adeoque tandem corporis primum movens labefactant.

Quoad ſubjectum morborum, totum ſane corpus, uti ſanum eſt, ita etiam idem ægrotare ſolet, adeoque & ſingulæ ejus partes ſanitatis ac morborum ſubjecta erunt, ut ut pro partium varietate diverſimodè. Primariò ſcilicet partes contentæ, ſpiritus & ſanguis, quatenus hæ ipſæ propius vitæ radicem attingunt, ſecundariò verò partes ſolidæ ſeu continentes. Ut enim vita in ſpiritu & ſanguine, radicaliter ſeu fundamentaliter conſiſtit, in partibus verò ſolidis, non niſi per denominationem, quod ſcilicet ſint viventes, quatenus ſanguine & ſpiritu irrorantur, ita etiam primarii morbi iſtis inhærebunt, & principale adeò morborum ſubjectum erunt; in his nonniſi ſecundarii, quæ ob id minus principale ſubjectum conſtituunt.

Certè ſicut omnibus patet, inſigniores, & ſucceſſivas iſtas corporis mutationes, quæ per ætatum viciſſitudines contingunt, ita, ut ultima ſenectus tandem & ipſa morbus evadat, tantum ratione maſſæ ſanguineæ mutatæ, & ſpirituum inprimis influentium diverſimodè diſpoſitorum evenire, & ſenſiles à teſtibus ſub pubertatis anno corpori inductas alterationes ratione eâdem corpus immutare, partibus ſolidis organicis, ſub omnibus iſtis mutationibus in eodem ſtatu perſiſtentibus, niſi in quantum ex ſanguinis variâ alteratione in nutritione forſan patiuntur; ita repentinæ corporis ſub morbis læſiones, & in actionibus mutationes, non niſi â diverſimodè, & præternaturaliter conſtitutâ maſſâ ſanguineâ, aut vitiatis ſpiritibus oboriuntur, adeò, ut iſtis morboſè affectis, tota machina non ritè, nec ſecundùm conſtitutas naturæ leges gubernata, in præternaturales actionum & operationum læſiones exorbitet.

Omnes ergo in genere & ſpecie partes, ſubjecta ſunt morborum, utut non rarus hic obſervabilis ſit circulus, ita, ut unius partis vitium affricetur alteri, & hujus hinc nata læſio illud prius erratum deterius reddat. Obſervandum ulteriùs in morbis internis, quaſi ſponte natura enatis, & in quibus cauſa materialis, ſeu humoroſa peccat, duplicem ſubjecti eſſe rationem, nempe dum diſtinguendum eſt ſubjectum inhæſionis, & ſubjectum radicationis ſeu fomitis, adeoque reſpectu vel cauſæ efficientis, vel materialis. Illius efficacia, ubi ſpeciatim & particulariter ſe exerit motu & effectu præternaturali, ibi morbi ſubjectum dicitur: hujus verò ſedes ubi prima eſt, aut ratione originis, aut ratione diſtributionis, eſt ſubjectum cauſæ ſeu fomitis morboſi, v. g. conſideretur epilepſia, vitio ſplenis enata;

in

Digitized by Google

in hoc morbo cauſa efficiens proxima eſt ſpirituum impetus, ſpaſmorum epilepticorum primus autor: hinc partes fibroſæ motu iſto ſpirituum præternaturali affectæ ſubjectum morbi ſunt inhæſionis: Materiæ verò iſtius acidæ ratione, quæ materialem cauſam conſtituit, & hoſtili vellicatione ſpirituum impetum provocat, in ſplene hærentis, hic fomes, ſeu ſubjectum fomitis, ſeu ſubjectum radicationis exiſtit. Sic ſtomacho à crapulâ malè affecto, vertigine caput rotatur, ſtomachus hic ſubjectum radicationis, ſeu fomitis, caput verò & in eo contenti ſpiritus, ſubjectum inhæſionis exiſtunt. Quod ſi cauſa materialis eandem occupet partem, quæ morbo ſpeciatim affligitur, morbus per eſſentiam appellatur, ſi verò in alio loco hæreat, morbus per conſenſum enaſcitur.

Res omnes præternaturales in morbum, & cauſam morboſam rectè dividuntur: morbus verò in partis affectæ læſam conſtitutionem, & exinde natam vitiatam actionem ſeu functionem, ſubdividitur, quæ læſæ functiones primaria ſymptomata conſtituunt, à quibus cætera ſymptomata in excretis, & qualitatibus mutatis dependent.

CAPUT II.

De

Cauſis Morborum.

CIrca cauſarum morboſarum conſiderationem differentiæ earum probè conſiderandæ ſunt:

1. Ratione cohæſionis cum effectu, cauſa morbi eſt vel immediata ſeu proxima, vel mediata ſeu remota.
2. Ratione coëxiſtentiæ cum corpore patiente, eſt vel externa vel interna, & utraque in ordine cohæſionis cauſarum cum effectu eſt.
3. Vel fortuita ſeu caſualis, vel neceſſariâ ſeu naturalis.
4. Neceſſariæ hæ ſunt vel res naturales, vel non-naturales, vel præternaturales, quas inter præternaturales eminent præſertim contentorum ſeu humorum vitia. Proxima cauſa interna dividitur porrò
5. In efficientem formalem & materialem: Efficiens formalis eſt ſpiritus impetum faciens, actionum, ut ſanarum, ita & morboſarum autor, adeoque cauſa proxima: Efficiens materialis eſt materia quædam vitioſa, quocunque modo peccans, ſpiritum impetum facientem irritans, & ad morbos provocans: ſtylo Helmontii, cauſa occaſionalis dicitur, v. g. in dolore dentis efficiens omnium ſymptomatum eſt ſpiritus impetum faciens, & cujus ratione pars ſentit ac dolorem percipit. Materialis verò ſeu occaſionalis, eſt acidum, in radice dentis hærens, cujus ſcil. occaſione dolor excitatur.
6. Materialis hujus cauſæ reſpectu eſt cauſa porro vel conjuncta, vel antecedens, vel procatarctica, prout nempe plures mutuâ conſecutione tandem unam cauſam materialem conſtituunt.

In ſpecie jam rerum iliarum, quæ ſub cenſum cauſarum morboſarum veniunt, nocendi artes conſiderabimus. Has inter primò ſe offerunt res fortuitæ, cæque omnes externæ, fortuito caſu, & per violentiam nobis occurrentes, quas inter imprimis ſunt eæ, quæ unitatem partium, mutuamque cohæſionem tollunt, adeoque vel contundunt, vel vulnerant, vel erodunt, vel adurunt &c. Omnia hæc, etiam ipſa vulnera, ſpontaneo naturæ motu reſtituuntur, modò impedimenta removeantur: quæ ſunt alimenti roridi & ſanguinis ſuperinductæ in parte læſâ alterationes, & ſucceſſivè corruptiones, præſertim in vulneribus ab aëre ambiente obortæ. Quas inſeparabiliter comitatur acor vitioſus, ex iſtâ corruptione natus. Hic vitioſus acor omnem ludit tragœdiam, totusque ſpiritui vitali balſamico, partisque conſervativo hoſtilis, inſtar fermenti peregrini, partis affectæ alimentum proximum multifariam alterat, illudque in pus, ſaniem, & ichores transmutat, unde tandem ulcera depaſcentia emergunt: fermento hoc corruptivo acido in vulneris, vel inde nati ulceris labiis continuò ulterius ſe multiplicante & ſerpente.

Modò E. vel præcaveatur, vel jam inducta ſubitò corrigatur vitioſa iſta aciditas, per remedia vel balſamica dicta, ſeu alcali temperato & oleoſo conſtantia, vel metallica fixa omne vitioſum acidum ſucceſſivè delentia, recentes læſiones ac vulnera citra ſuppurationem omnem, inflammationem & tumorem, facilè coëunt, & ulcera omnia, ac abſceſſus iſtis optimè mundificata, novâ carne facilè replentur. Hinc enim ſuccus nicotianæ aut plantaginis, & terebinthina, vel balſamus Peruvianus, vel & monrordicæ, vel, qui reliquis præfertur, balſamus Copayba recentia vulnera ſubitò ad conſolidationem perducit; hinc colchotar Oli abſorbendo acidum, omnem vulnerum & ulcerum corruptorem tollit; hinc Saturnus ulcera eorumque dolores ac inflammationes

curat,

curat, acidum omne ſui attactu dulcificans, & aluminoſam adſtrictionem inde acquirens: hinc ceparum ſuccus, aut cum eo dilutus ſapo Venetus aut cancrorum fluviatilium ſuccus ambuſtis, virtute alcalinâ, acidi colliquefcentis partes ſolidas deſtructivâ, reſiſtunt.

Sequuntur has res fortuitas res magis neceſſariæ,& quidem primò res naturales dictæ, quales ſunt ætas, ſexus, temperamentum, primariò idioſyncraſia unius cujuſque hominis, ſive hæc connata, ſive adventitia fuerit; ad illam pertinent iſta omnia, quæ ratione conſtitutionis ſeminalis parentum, hæreditario jure quibusdam eveniunt; ad hanc verò pertinent tàm quæ ex conſuetudine diuturnâ & hinc ſucceſſivâ factâ quarundam partium alteratione reddita ſunt corpori naturalia, quàm quæ ex ſubitâ quâdam alteratione, eidem ſingularem diſpoſitionem inducunt; prioris ratione ex ſucceſſivâ ſpirituum & ſuccorum alteratione uxoribus quibusdam ambra & moſchi odore hyſterica pathemata excitantur, quem tamen virgines optimè ferre poterant. Poſterioris ratione non pauci ex terrore ſubitaneo epileptici redduntur, ita, ut levi accedente terroris occaſione, paroxyſmi redeant. Idioſyncraſiæ hæ ratione ſubjecti variant, nunc in ſpiritu influo, nunc in ſpiritu cujusdam partis inſito, nunc in ſanguine, vel alio quodam contento naturali, nunc in ſolitâ quâdam parte (id quod ferè ratione ſpiritus inſiti accidit) radicaliter hæreant.

Succedunt his ſex res non-naturales, ita dictæ ex eo, quod nec principia, nec cauſæ corporis noſtri ejus partium conſtitutivæ ſint, ſed neutro modo, legitimo ſcilicet uſu, corpus ſanum conſervent, perverſo verò abuſu illud ægrum reddant, adeoque primariò quidem ad ſanam vel ægram, non verò ad longam vitam faciant, minime omnium autem vitam ad 120. Annos prorogant, ſicuti Deodato hoc placuit.

Res has inter non-naturales eminet aër, quem non tantùm continuo inſpiratu attrahimus, unde ſanguini in pulmonibus permiſtus, neceſſariò ejus ſtatum inſigniter alterat, & ſimul ſalivâ ac alimentis permiſtum ſimul ventriculo ingerimus, ſed etiam, quod præter hancce ſubſtantiæ ſuæ nobiſcum communicationem ulterius, quatenus nos ambit, variâ ſuâ temperie corpus noſtrum inſigniter afficit. Summa ſcilicet aëris ad vitam eſt neceſſitas, pro volatiliſatione, ac reſolutione ſanguinis, tam ad continuandam ſpirituum productionem, quàm ad promovendam excrementorum inſenſibilem evacuationem: idéque beneficio ſui ☉is Alis ☿roſi, veri ſalis Hermetici, omnia coagulata diſſolventis, & omnia fixa volatiliſantis, mediante inſpiratione nobis communicati. Prout ergo ſal hoc plus minus aërem imprægnat, aut copioſiori effluviorum aqueorum miſcela hebetatur, variat ſubinde aëris efficacia.

Accedunt his multifaria effluvia, plus minus fermentativa, ex omnibus corporibus continuò exſpirantia, & aërem largiter imprægnantia: hæc ipſa enim & inde mutatus aër, morborum epidemicorum ac endemicorũ familiares autores exiſtunt. Vernali tempore imprimis hoc manifeſtum eſt, unde etiam hac tempeſtate fermentantibus vegetabilium germinantium effluviis infectus, ſanguinem turgeſcere, & vehementiùs fermentare facit, unde quicquid heterogenei & excrementitii in eodem reperitur ſeparatum, foras qua data porta amandatur. Hinc febres, morbi cutanei, & ſimiles affectus, eo tempore frequentiores. Omnis enim varietas aëris tàm in ſubſtantiâ, quàm temperaturâ, aut ex corporibus inferioribus, aut ex ſuperioribus aſtris emanant; hinc enim & temporum,& climatum ac regionum, & hinc nationum iſta diverſitas. Aſtra an ſaltem per motum & hujus variam modificationem, mediante lumine, an verò etiam per effluvia corporea, aërem, & alia corpora ſublunaria alterent, res adhuc intricata eſt: poſterius nonnulli affirmant, & videtur confirmari ab iis, qui radios ſolares in pulverem ſubtiliſſimum rubrum per certa inſtrumenta concentrare, aut radios lunæ plenæ per ſpeculum in materiam lacteſcentem frigidam in ſpongiâ unire volunt.

Quoad alimenta, ſanis omnia ſunt ſana, modò ea ſtomachus appetat, & non abhorreat, eò, quod fermenta digeſtiva potenter quælibet in ſui ditionem trahant, & coërceant. Quantitatem & qualitatem in alimentis ſolus præſcribit appetitus, tàm in ſanis, quàm in ægris, cum appetita facilè digerantur à ſtomachi fermento, ſive aſſueta, ſive inſueta fuerint: nam, ſicut ab illis, licèt deterioribus, non facilè recedendum, dictitante Hippocrate, ita hæc, ſi appetantur intenſiùs, non facilè deneganda, utpote, cum dictante intus naturâ contingat, quæ ex alimento inſueto appetito ſæpius nullam noxam habet, ſed exinde non rarò remedium parat. Hinc carbones, & cineres, ac atramentum non affligunt mulieres picâ laborantes, ſicuti è contra vel caſeus, vel butyrum, in iis, quæ hæc abhorrent, non ſine noxa ſunt, & non raras lipothymias inducunt. Juſculum carnis optimum in ſtomacho febricitantis, qui illud abhorret, cadaveriſatur & corrumpitur, halec verò aſſumtus, quia appetitus, non nocet, ſed interdum ex inſperato febrem ſanat. Nempe regimen legitimum alimentorum

Digitized by Google

torum in duobus conſiſtit, ſobrietate & probâ maſticatione. Quantitas, non qualitas ciborum nocet, alii tamen aliis ſunt ſalubriores.

Per fermentationem reſolvuntur alimenta in chylum; quâ mediante gummoſa & viſcida vegetabilium ſubſtantia, in ſpecie cerealium ſeminum duo ☉ia, acidum & alcali, in receſſu habens, & cujus ſubſtantiæ gummoſæ ratione iſta nos nutriunt, reſolvitur in alimentitium ſuccum, & diſponitur ad promtiorem in ſanguine volatiliſationem ſubeundam. Nempe quælibet vegetabilia, inprimis ſemina cerealia in ſe habent gummoſam & viſcidam ſubſtantiam, quæ in vegetabilibus eſt objectum, in quod operatur ſtomachi fermentum, & ex quo parat chylum nutritivum, tanquam quoddam extractum. Apparet id in omnibus decoctis & extractis ſeminum & herbarum: Item in ſuccis fructuum, per humiditatis aquoſæ exhalationem inſpiſſatis. Relinquunt enim maſſam craſſam, viſcidam & gummoſam, plus minus copioſam. Subſtantiæ hujus nutritivæ fermentatio ut promoveatur in ſtomacho, arte prius fermentantur, in panificio & cereviſiæ confectione. In panificio quidem farinæ ſeminum reſolvi & volatiliſari incipiunt, ſed in ulteriore progreſſu, exſiccatione, & toſtione in clibano impediuntur, ita, ut non perfectus ſpiritus vinoſus, ſed tantum ſpiritus acidus volatilis (in receſſu tamen duplicatus) in iis generetur, facili igne per retortam ex iis deſtillabilis. Panes ergo aſſumti, liqueſcentes in cremorem, propter fermentum ſuſceptum, cibos alios, quibus cum maſticantur colliqueſcere cogunt, & ita quaſi quoddam fermentum ſunt, aliis cibis in adjumentum additum, ſalivæ beneficio in maſticatione exſuſcitandum, ob id theriaca alimentorum audiunt. Ratione etiam ſpiritus acidi amici ſtomacho, ejuſque fermento, nunquam panis, continuè licet commeſti, nos capit faſtidium, quin potius odor ejus debiliores recreat, ac nauſeam à medicamentis ingratis obortam, cohibet: & ſicut ægrotantes ejus ultimò nos tædet, ita reconvaleſcentes primò ejus recuperamus appetitum. Ut ergo ex pane ritè fermentato tot habemus commoda, ita ex eodem, vel planè non, vel non ſufficienter fermentato, mille imminent incommoda.

Idem uſu venit in cereviſiarum coctura, in quibus ſemina germinantia, h. e. occultè fermentantia toſtione ab ulteriore progreſſu inhibentur, quo poſt coctuam cereviſiæ peractam, principia fermentativa non penitus exhauſta, novam fermentationem efficere queant, quâ factâ, liquor perfectè inflammabili ſpiritu præditus remanet, una cum ſubſtantiâ gummoſâ facillimè reſolubili, & fermenteſcibili, in quâ ipſâ, pro acidi præmaturâ exaltatione, impedienda, aromatico quaſi condimento, lupulo v. g. ☉e volatili ☽ſo imprægnato præſervatur. Præmittitur autem inchoata germinatio, ut ea reſolvantur viſcidæ ſubſtantiæ compedes, & ita extricata ☉ia poſt coctuam melius fermentare queant, quia citra hanc, per coctuam paſta ſaltem tenax, facilè muceſcens (h. e. in plantulas progerminans,) non verò liquor dulcis fermenteſcens eliceretur.

Ut verò potus ex cerealibus ſeminibus ſunt cereviſiæ, ita iidem ex ſuccis fructuum parati ſunt vina, quo etiam ſaccharum & mel pertinent, fermentationis medio vina ſuppeditantia. His in potibus vinoſis, præter ſpiritum volatilem ope fermentationis productum, ſpiritus animales ipſi quaſi ſymbolizantes pro vario uſu diverſimodè afficientem, aciditas plus minus manifeſta eſt attendenda, nam & vina dulcia acido ſuo non ſunt ſpoliata, utut propter ſociatum copioſum alcali volatile pingue minus ſenſilis ſit iſte acor. Aciditas iſta vinoſa niſi probè ſub digeſtione corrigatur, aut à bile in duodeno in ☉ſum volatile transmutetur, (id quod fit in nimis copioſâ & inordinatâ ingeſtione, qua ſubcrudum per inteſtina diſtribuitur) mille malis ſui amatores mulctat: Aciditate enim volatili extra ſtomachum toti corpori hoſtili, in inteſtinis tormina colica, & exinde in artubus pareſes producit, in veſica ſtrangurias, in renibus ☉ ☐æ volatile aliquali putredine reſolutum in calculum coagulat, in artubus ſinoviam in tophos cogit, & partibus nervoſis & membranoſis torturas arthriticas, aliis in locis contracturas inducit, cum nil æquè hoſtile ſit nervis ac manifeſtum acidum.

Sicuti in vegetabilibus gummoſa eſt ſubſtantia, quæ nutritionis noſtræ ſubjectum ſeu materia eſt, ita in animalibus eſculentis, eſt eorum gelatina, quæ nos nutrit & ſuſtentat. In ſpecie quod attinet carnes, aliasque ex animalibus deſumtas partes, quo ſaniora ſunt animalia, eò & earum uſus ſalubrior: id quod & in lacte imprimis obſervandum, cujus bonitas ex beſtiæ ſanitate & paſturâ, quæ ſicca & ſalubribus herbis fœcunda ſit, judicanda eſt. Mediæ ætatis animalia, ſucco nutritio adhuc abundantia, &, quod hic ſit uberior, magisque temperatus, caſtrata præ cæteris conveniunt. Volatili copioſo urinoſo ☉le omnes animalium partes largiter abundant, temperato tamen eodem aliis particulis oleoſis, unde copioſum nutritivum ſuccum largiuntur. Indurata verò fumo, aut condita copioſo ☉e, & difficilis coctionis, & pauci nutrimenti eſſe ſolent.

Ut alimentum maſſæ ſanguineæ reſtaurationi, ita moderatus motus ejusdem aſſimilationi, & purificationi inſerviunt: adeoque dum

dum circulationem & inde vitalem ejus fermentationem auget, etiam alimentorum ipſi aſſimilationem, per univerſum corpus diſtributionem, & heterogeneorum ſeparationem ac præcipitationem promovet, quæ à ſeroſo latice abſorpta, nunc per urinâ ſub nubeculæ vel levis ſedimenti formâ, nunc per poros cutis tranſpirando evacuantur. Adeò, ut legitimum ſanitatis conſervativum & morborum præſervativum ſit motus, vicarius nempe omnis venæ ſectionis, purgationis, alteriusque cujusvis ſanguinis correctionis, quod ruſticorum & mechanicorum gens palàm teſtatur.

Ut excrementorum excretio, aut retentio varia, non infimum locum inter morborum cauſas retinet; ita & locus in ſpecie, ubi fit excernendorum ejectio, non ſemper negligendus eſt, in quo demonſtrando operoſus Boulton *in ſua Medicina Magico-Phyſica*, dum aſſerit, omnia noſtri corporis excrementa participare non-nihil de ſpiritu ejus vitali, & hoc mediante mutuam inter ſe retinere ſympathiam, adeò ut per foricas publicas ſupra terram, & matulas communes morbi contagioſi communicentur, propter putridam & contagioſam fermentationem. Contra ſi in campis ſupra herbas fortè ſalubres recrementa excernantur, ſanitatem per occultam ſympathiam firmari; ſi noxias in herbas & venenoſas purgantes, exulcerandi vi præditas, parilem corporis noxam præſtò eſſe, & vix curabilem, priusquam herbæ prorſus putredine fuerint conſumtæ. Notum magis eſt, quomodo qui in oleta dyſentericorum, aliove morbo correptorum ſua, dum iſta adhuc calent, exoneraverit, ſimili paulo poſt morbo inficiatur. Eodem modo comparatum cum ☿æ effuſione in matulas eorum, qui latentem fovent morbum ſeu nephriticum, ſeu alium, quem contrahi inde poſſe, metuendum eſt. Addit, quod pueri, in prunas qui ſæpius minxere, nephritici evaſerint; alii exulcerationibus moleſtati, lotio in venenoſas excreto herbas: Sicut dolor & ardor ani inducitur, ſi cineres calidi in excrementa ejus calida injiciantur. Quæ ipſa non eſſe penitus abſona, alia in naturâ obvia confirmant exempla: ut nihil jam dicam de pulvere ſympathetico ſanguinem, cujus guttas excepit, ſiſtente; mammæ mulierum, ex quibus in prunas candentes lac excretum, ſterileſcunt: linteum, ſanguine ex utero effluente tinctum, ſub cineribus calidis ſepultum, ſanguinem ſiſtit. Dyſentericorum excretio ſanguinolenta & purulenta ſuper ☉ Oli rejecta malum curat.

Animi denique motus ſeu affectus, valdopere nos alterant, morborumque ſæpe atrocium fiunt autores, quatenus diverſimodè ſub iisdem ſpiritus & humores agitantur & commoventur. Ira nempe & gaudium quoscunque motus humorum exaſperant, eorumque excretiones promovent: terror verò, tremor & pavor humorum motus ſupprimunt, & excretiones quasvis ſiſtunt: ſed de mirandis animi affectuum effectibus vid. Marcellus Donatus *in hiſt. Med. mirabili l.* 3. *c.* 13. & notum eſt, quàm facile graviores animi paſſiones gravidarum vel abortum inducant, vel vitioſo charactere infantes notent, non minus quàm ex ira, vel terrore nutricum infantes epilepſiæ fiunt obnoxii. Venena animalium ex perturbationibus oriri, irâ, terrore, furore, &c. paſſim inculcant moderni, ſpeciatim Helmont. *in ſuis ſcriptis*, adeò ut etiam hominis irati morſus malignus, & ſubinde lethalis ſit, teſte Zacuto Luſitano *l.* 3. praxeos admirandæ *Obſ.* 84. & Panarollo *Pentec.* 2. *Obſ.* 42. id quod de aliis animalibus ſimiliter verum eſt; cùm autore Celſo omnis feræ morſus habeat quoddam virus, idque ex affectu vehementiori, quo tunc percita eſt beſtia, oriatur.

Sed hi ipſi affectus non minoris ad ſanitatem ſunt efficaciæ. Gaudium equidem ſolum ex uſu eſſe ſalubri refert Fernelius, id quod veriſſimum, ac ſenibus, & iis, qui vitam agunt ſedentariam, inprimis convenit. Nihilominus tamen nec aliorum negligenda eſt ratio; ira moderata convenit iis, qui cachecticis obnoxii ſunt affectibus, item mulieribus, quibus non adeò commodè fluunt menſes. Ex vehementi & ſubitâ incandeſcentiâ curatam paralyſin vid. *in Valleriola l.* 2. *Obſ.* 4. item in Horſtio *Tom.* 2. *lib.* 3. *Obſ.* 15. Cùm enim paralyſin ſolvat ſuperveniens febris, teſte Hippocrate, ſanè ira, ceu febris quædam artificialis, & ſubitanea, non erit adeò incongrua. Terrore inducto hæmorrhagias periculoſas ſiſti, notum eſt, ſicut & quartanas contumaces, aliasque febres interdum tollit, & ſimilis terror ex projectione in aquam rabidos & maniacos reſtituit.

Sequuntur in ordine cauſarum res præternaturales. Nempe hæ ipſæ modò enarratæ cauſæ, ut plurimum remotiores eſſe ſolent, ſed immutando ſanguinem & chylum, & inde dependentes reliquos, corporis machinam gubernantes, liquores, proximos generant, & ita res p. n. dictas producunt: dum chylus & inde ſucceſſivè genitus ſanguis peccant nunc, idque rarius, in quanto, ſeu dum nimiâ copiâ abundant, unde plethora, nunc, idque frequentius in quali, dum à debitâ tali ſubjecto craſi deficiunt, unde cacochymia, quâ occaſione & cætera contenta humoroſa inficiuntur ſucceſſivè, & ſpirituoſa generantur nonniſi vitioſè. Peccant etiam hæc ipſa, ut & reliqua contenta humoroſa motu, tàm inteſtino, quàm locali: ſed iſte inteſtinus vitiatus motus præſupponit craſin materialem, per Cacochy-

Digitized by Google

cochymiam plus minus læſam, ob id localis inprimis conſiderandus venit.

Plethora dicitur, quod ſit duplex, vel ad vires, vel ad vaſa. Plethora ad vires eſt impoſſibilis, cum ipſe corporis vitalis vigor in ſanguine & ſpiritibus fundatus ſit, unde, niſi ipſas vires viribus vitalibus graves eſſe dicere velimus, etiam plethoram quoad vires aſſerere non poterimus. Nam, alia longè ratio eſt habitus athletici veterum luctatorum, qui ſaltim εὐτραφὴς & muſculoſus, adeoque robore artuum inſigni notabilis fuit, non niſi uberiori ſanguinis ſpirituoſi copia in vaſis cum inde uberiore ſanguineo nutrimento ſuſtentatus: ſicut obeſorum ſuperabundans pinguedo, nutrimenti chyloſi, circa membranas uberius congeſti, & blando acido coagulati congeriem ſequitur: nam athletici ſanguine obeſi chylo butyroſo abundant.

Videretur equidem etiam ad vaſa plethora abſurda, conſideranti chyli diſtributi, à copioſis alvi fecibus ſeparati, paucitatem, cum neceſſaria continuataque uberrima inſenſibili tranſpiratione, quam Sanctorius adeò copioſam obſervavit. Sed intemperantia otioſa, Medicorum nutrix, cum ſtomacho robuſto, ex alimentis copioſis & evpeptis largiorem laudabilemque chylum indeque oriundum ſanguinem ſuppeditans cum vitâ deſidioſâ minus inſenſibiliter diffiante, neceſſario ſanguinis abundantiæ, vaſis, citra vel ejus evacuationem, vel ſtagnationem vix coërcibili, fomitem continuum ſubminiſtrat. Unde & hæc plethora, præter lenta inediæ, laboris, vel exercitii frequentioris, aut fortioris, auxilia, ſubitaneam venæ ſectionis innuit opem, quæ ſola huic ſoli ſcopo, repente & ſufficienter ſatisfacit. Sed ob id non adeò frequenter eſt repetenda, cum rarò adſit talis plethora, quæ non commodè aliis mediis poſſit inhiberi, cum minore vitæ viriumque diſpendio.

Hujusmodi ſanguinis plethora ad vaſa eſt vel vera vel apparens; de illâ modò dictum fuit; hæc eſt, quando ſanguis febrili effervescentiâ, vel alio ſimili modo turgeſcens, inſtar vini generoſi adeò ebullientis, ut vaſis ora excedat, vel idem in partes diſſilire faciat, vaſa diſtendit, & frequenti, celeri, ac magno pulſu rapidè movetur, unde non raro aut inflammationes, ex ejus ſtagnatione, aut hæmorrhagiæ, ex vaſorum ab ejus impetu apertione ſuccedunt. Revocanda huc venit menſtrua mulierum turgeſcentia, & fermentatio ſanguinis, quâ ea partem iſtius, ceu lunare quoddam tributum ſolvendo, expurgant per genitalia, quod ſi non contingat, ſæpè per alia loca, per mammas, nares, vomitum, oculorum canthos, hæmorrhoides &c. ejus fit eruptio. In ſanguinis iſtâ turgeſcentiâ febrili aliâve ſimili non imitanda ſtatim effrænis Gallorum & Italorum licentia, copioſiſſimè & frequentiſſimè ſanguinem venæ ſectione detrahendo, ſed potius effervescentias compeſcentibus, fermenta vitioſa corrigentibus, & debitis diaphoreticis ſanguineam maſſam ventilantibus inſiſtendum.

Plethora ad vires vera ſupra fuit rejecta, interdum tamen etiam plethora ad vires apparens adeſſe videtur, quando nempe venæ ſectionibus, vel cucurbitulis ſcarificatis, vel aliis ſanguinis evacuationibus adſueti, tempore eo, quo iſtæ ſolitæ celebrabantur depletiones, quandam vaſorum diſtenſionem, laſſitudinem membrorum, pulſus mutationem percipiunt, cum ſuccedentibus interdum partium tumoribus vel hæmorrhagiis, vel aliis diverſis ſymptomatibus. In his certè per ſe ſæpè non adeſt plethora, ſed conſuetudine natura fuit immutata, & illa in hujus ſucceſſit locum. Hinc videmus, quod mulieres quoque venæſectioni præter menſtruationes adſuetæ, illis rectè licèt fluentibus, ſtatuto tamen tempore venæ ſectionem admittere cogantur, ut præveniant aliud malum, ex ejus omiſſione futurum. Determinato nempe ſanguinis quanto, per venæ ſectionem natura adſueta, aliàs per ſe indeterminata, ceu noxium, omne quod ſuperfluum eſt, reſpuit. In his caſibus, loco venæ ſectionum periodicarum, vel parcior victus & ſobrietas, vel exercitium frequentius aut vehementius, vel ſudor largior, arte provocatus, abunde ſatisfacere poteſt.

Cæterum non ſaltem ex continuâ ſecundum res non-naturales alteratione in maſsâ ſanguineâ hujus varia exſurgit indoles, ac inſignis non raro depravatio, fomes ac mater futurorum morborum: Sed etiam ut taceam inſpirata vitioſa, tam endemia, quam epidemica, ut & aſſumta plus minus medicamentoſa aut venenoſa, quin etiam contagia aliunde hauſta, præter hæreditaria morborum ſemina (quæ omnia generali receptorum nomine complectitur Helmontius, *Tract. Morborum Phalanx & Diviſio pag.* 452.) eminent in hac claſſe primario digeſtionum tam publicarum, quàm privatæ errores, & inde natæ ſordes recrementoſæ, cæque nunc relictæ, nec ritè excretæ, nunc ſucceſſivè diverſimodè transmutatæ, & vel per ſe, vel aliorum fluidorum aſſociatione variè alteratæ, nunc ad alias partes, ac digeſtionum officinas transmiſſæ, ubique naturalem corporis œconomiam, hoſtili ſua præſentia & moleſta impreſſione, turbantes (quæ omnia generali pariter retentorum nomine comprehendit Helmontius *loc. cit.*) His enim ex occaſionibus & frequentiores & graviores omnino morbos continuò ſuccreſcere, quotidiana loquitur experientia. Siquidem uti his ritè ſe habentib⁹ per nutritionem ſupplentur continui

naturales defectus corporis tam ſpirituum & humorum, quàm partium ſolidarum, ita his vitiatis & vitiari illa omnino neceſſe eſt.

Inprimis tamen hoc in negotio ratio vel maxime habenda eſt digeſtionis primæ in ſtomacho, & hinc ejusdem in inteſtino tenui perfectionis, quarum ratione ventriculꝰ rectè ſanitatis morborumq; limen dicitur; ſiquidem quævis ſuccorum in corpore fermentationes, ſunt ſaltem continuationes fermentationis in ventriculo inchoatæ. Eſt ſcilicet cacochylia fœcundiſſima mater cacochymiæ, & hæc cujusvis cachexiæ. Ponuntur nempe prima fundamenta ſani & ægri corporis in ventriculi digeſtione, & hujus errore tam chronicorum, quàm acutorum morborum ſparguntur ſemina. Cruditas ejus, ſeu alimentorum chylificandorum corruptio & depravatio innumerabilis eſt, acidæ & nidoroſæ cruditatis nomine generaliter comprehenſæ, ibi ſcilicet ad acidum, hic ad pingue urinoſum, utrinque vitioſè ſe habentia, reſpectu habito. Adeò, ut vix occurrat morboſus, etiam in remotiſſimo loco, in cujus cura non ſtomachi ſimul tam præſervativè quàm curativè habenda ſit ratio. Unde in cacochymiâ conſtituendâ primatum ducunt ſub chyloſi commiſſa errata. Conf. *hic de acido ſtomachi exorbitante multorum morborum cauſa* Helmont. *Tract. A ſede animæ ad morbos*; item Tachen. *in Clav. c.* 9. & us Paracelſi. §. 35.

Errores verò ſub digeſtionibus committuntur vel materiæ ex qua, vel efficientis fermenti, vel excretionis errore. Materiæ quidem ratione, quando hæc vel copioſior, vel vitiata fuerit, adeoque fermenti digeſtivi vim alterutro aut utroque modo ſuperaverit, ut ab eodem minus alterabilis exiſtat. Fermenta digeſtiva tam publica in ventriculo, & hinc vaſis ſanguiferis, quam privata in ſingulis partibus vel naturaliter deficiunt, unde ſenectus tandem ingruit, vel præternaturaliter variis occaſionibus vitiantur, aut in operando impediuntur; equidem vitia fermentorum à priori ſunt inexplicabilia, adeoque tantum à poſteriori ex effectibus, ſenſim notioribus, hinc ſecundùm Hippocratis ductum ex ſaporibus, horumque mille potentiis explicanda ac determinanda veniunt, quatenus fermenta vitiata & ſuis vitiatis ſaporibus vel potentiis Hippocraticis nos alterant, & ſimul contenta corporis inquinant, unde cacochymia horum ſupervenit. Hippocrates ſcilicet ſuperioribus iſtis & potentiis primario fermenta morboſa humorum corruptiva circumſcribit; ſecundariò verò & ipſorum contentorum vitiatam craſin ſeu cacochymiam per alterationem horum ab iſtis fermentis inductam delineat. Excretionis denique errores jam ſupra ſub Rerentis Helmontii patent.

Dixi fermentorum vitia p. n. à priori eſſe inexplicabilia, nam & eorum conſtitutio naturalis ſimili modo eſt imperſcrutabilis, & non niſi ex effectu ſe exerunt, mediante certo motu inteſtino, in materia conveniente excitato, cujus communia inſtrumenta ſunt acidum & alcali. Spiritus inſitus ſcil. quatenus nutrimenti aſſimilatione & agglutinatione nutritionem partium privatam perficit, fermentum digeſtionis tertiæ dicitur, ſicut influus in ventriculo digeſtionis primæ, & in venoſo genere ſecundæ digeſtionis eſt fermentum. Seminalis eſt potentia, qua ut primitus ſanguinem & partes ex materia aliena fabricant, & conſtituunt, ita eadem vi easdem conſtitutas per nutritionem & huic inſervientes digeſtiones conſervant. Vis iſta ſeminalis ſub creatione primitus nata immediatè ex mente divina profluxit, adeoque à nobis penetrari & formaliter vis ejus explicari nequit. Sin itaque fermentum tale digeſtivum quodcunque aliqua ſui parte, quacunque ex occaſione vitietur, aut aberret in digerendo, in p. n. degenerat fermentum, unde p. n. digeſtiones, vitiatæ aſſumtiones, p. n. humorum fermentationes, partium ſolidarum irritationes &c. ſequuntur, non prius ceſſantes, quam ipſum vitiatum fermentum, ejusque vitiatus ſapor alteratus & correctus fuerit, & hinc nata alia producta morboſa pariter emendata aut excreta fuerint.

Sic enim ex externo contagio chirothecæ vel nutrimenti vitio interno ſpiritus inſitus cutis fermentativus alteratur, ut nutrimentum in ſaniem ſeu ichorem acido-ſalſum convertat, unde ſcabies: Sic vitiatur v. g. iracundiâ digeſtio prima in paſtu, ut ſpiritus fermentativus ex parte alteratus & p. n. ſaporem quaſi acidulum volatilem contraheins, in maſſa ſanguinea cum chylo plus minus vitiato eo delatus, p. n. fermentationem acutam febrilem inducat, adeoque fermentum febrile formaliter conſtituat. Dum itaque fermenta vel naturalia vel p. n. in Pathologia ſub cauſarum morboſarum cenſum referuntur, intelligitur fermenti nomine agens mole minimum, adeoque ſubtile & penetrativum, hinc ſumme mobile adeoque volatile ac ſpirituoſum & potenter activum ſeu mediante determinata motus impreſſione ſpirituum & hinc humorum alterativum, ſicque ſimul ſui multiplicativum. Unde odorum inſtar ſubtiliſſimorum, ſummè tamen penetrantium, ferè ſe habere videntur, hinc & ab Helmontio odoris, à Tachenio auræ natione inſigniuntur. Uno verbo, id, quod naturali in ſtatu fermentum naturale conſtituit,

Digitized by Google

tuit, hoc p.n. in ſtatu degenerans ex parte, & plus minus fermentum p. n. exiſtit. Ab hoc enim aſſociatione ſui cum fermentis naturalibus ob ſymbolismum ſeu convenientiam radicalem dum turbatur in opere ſuo, & impeditur plus minus ſpiritus fermentativus naturalis, actionum læſio, & hinc variorum morborum origo ſubnaſcitur: donec correcto, p.n. & ſecreto, naturalis actionibus ordo, ex cauſarum naturali modo agentium ſerie, ſeu naturæ ſuper morbum triumphus ſuperveniat.

Unicuique ſanè peculiaris eſt in ſanguine & hinc cæteris contentis, craſis ex generationis primordiis exſurgens, unde & conſiſtentia, calor, cæteraque qualitates, tam ſenſiles manifeſtæ quàm non ſenſiles ſeu occultæ in unoquoque individuo variant. Quamdiu E. talem harmoniam retinet ſanguis, cæteraque corporis fluida, tamdiu viget valetque corpus totum, ſimul verò atque deficiat, vel degeneret, exſurgit cacochymia, ſparguntur morborum ſemina pernicioſos fructus tandem germinatura.

Vitia iſta contentorum corporis, cacochymiam conſtituentia, graphicè nobis depingit divinus *Senex l. de naturâ humanâ*, it. *integro Tract. de priſca ſeu veteri Medicinâ*, " dum inquit: non calidum non frigi„ dum humidum aut ſiccum eſſe, quod ma„ gnam agendi vim habeat: verum amarum, „ & ſalſum, & dulce, & acidum, & inſipidum „ & acerbum, & ſexcenta, ſeu infinita alia, „ quæ præ copiâ & viribus varias habent fa„ cultates. Et hæc quidem mixtione & mu„ tuâ inter ſe contemperatione, neque cer„ nuntur neque moleſtiâ hominem afficiunt: „ at ubi horum quippiam ſecretum fuerit, & „ per ſe extiterit, tunc & conſpicuum fit; & hominem moleſtiâ afficit. „ Hæc Hippocrates.

Non ergo ex qualitatibus primis definienda ſunt humorum vitia (calidum enim & frigidum effectus potius & producta ſymptomata, non cauſæ ſunt) cum non magnam habeant agendi vim, unde & Rolollæa à Paracelſo & Helmontio ficto vocabulo vocantur, ceu talia, quæ non procedant ex fermentis & ſeminibus rerum, indeque omni efficaci operandi virtute deſtituta ſint. Siquidem & fundamentum talis doctrinæ, nempe inane de quatuor elementis figmentum, & huic ſuperſtructa miſtionis, temperamentorum, qualitatum primarum, & humorum ex qualitatibus primis deſcriptorum doctrina, jamdiu deſtructa eſt.

Quæ Hippocratis elegans doctrina, non de morboſis humorum vitiis ſolummodo intelligenda, ſed de alimentis & medicamentis pariter, dum l. c. ſcribit: non calidum eſt, quod magnam vim habet, verum acerbum, & inſipidum, cæteraque de quibus dixi, tum in homine tum extra hominem: in iis quæ eduntur aut bibuntur, vel foris illinuntur, vel quâcunque formâ corpori admoventur. Adeoq; & alimentorum & medicamentorum vires ex iſtis dimetiendæ ſunt Hippocraticis potentiis: non ſecus ac ipſa dietot. & therapevtices methodus ab Hippocrate in iſtis textibus inſinuatur, dum ab iis potentiis temperatis, h.e. debitâ proportione & ſymmetriâ inter ſe agentibus, nos neque lædi, neq; moleſtiâ affici, aſſerit, adeoque per rerum non-naturalium uſum eò reſpiciendum eſſe, ut in ſtatu iſto proportionato conſerventur. Dum verò ab iis ſecretis, & per ſe exiſtentibus nos lædi affirmat, h.e. ab iis intemperatis & unum alterum præponderantibus, quid aliud faciendum monſtrat, quam ut potentiam iſtam, quæ excedit, corrigamus, & imminuamus, vel quæ deficit, additione ſimilis, augeamus, easque denuò harmonicas ac proportionatas reddamus: h. e. morboſas has cauſas & potentias non abuſivè phlebotomandas, aut nocivè purgandas, ſed contemperandas, & concoquendas, adeoque per ſapores, vel potentias, ſpecificè oppoſitas, corrigendas eſſe. Conf. *Diſcurſ.* Becheri *in Phyſica ſubterranea Lib.* I. *Sect.* 5. *cap.* I. *pag.* 366.

Hippocraticarum harum potentiarum, ſeu ſaporum vitioſorum, ſeu fermentorum morboſorum varietas, cacochymiam conſtituens, uti omninò eſt innumerabilis, oriunda ex particularum minutarum, præſertim ſalinarum variâ tum inter ſe, tum aliis concretis jam corpuſculis combinatione; ita etiam varietatem ingentem ſanguinis, chyli, lymphæ, bilis, aliorumque ſuccorum, à ſtatu naturali degenerantem conſtituit, non tantùm ex multitudine individuorum multifariam, ſed in eodem individuo, pro diverſitate ſexus, ætatis, temporum anni, vitæ generis &c. admodum, & quaſi in horas mutabilem. Quot namque aſſumtorum diverſi ſapores, tot diverſæ potentiæ, quæ ex variâ cum ſuccis corporis noſtri in primis viis & cum ſanguine unione, non vulgarem denuo inducunt diverſitatem, eò majorem vel minorem, vel prout magis vel minus ſunt alimentoſa, ſeu temperata, aut medicamentoſa, ſeu ſapore quodam excedentia, vel prout magis aut minus à ſtomachi fermento ſubiguntur & alterantur. Conf. *Miſcell. Curioſ. Med. Anno VI. p.7. in appendice.*

Et ex hoc fonte non tantùm quorundam individuorum certæ idioſyncraſiæ ex parte promanant, dum ab hoc vel illo aſſumto læduntur, vel juvantur, vel plus minus alterantur: ſed etiam ſpecificæ virtutes ſimplicium,

Digitized by Google

morbo huic vel illi appropriatorum ex hoc fonte derivandæ sunt, dum in quovis morbo particulari peccat specialis sapor, seu potentia Hippocratica seu speciale concretum ☉inum, seu singulare fermentum, cui in specie delendo simplicia quædam appropriata & experta sunt. Qualem effectum alia apparenter similia simplicia æquè præstare non possunt. Sic lapis cancrorum acido in vulneratis & contusis speciatim corrigendo aptus, est. Chelidonium majus specificè ictterum, china chinæ l. gentiana quartanas, visc° corvli epilepsiam, Mercurius luem ♀ eam speciatim curant, quatenus ista simplicia saporem seu fermentum morbosum, in tali morbo speciatim peccans, corrigere & destruere valent, indeque specifica seu appropriata tali affectui dicuntur. Sic cochlearia saporem scorbuti imprimis delet. Stercus pavonis vertiginem tollit. Papaver rhœas & bellis minor saporem pleuriticum tollunt: Scrophularia specificum in hæmorrhoidibus dolens acidum corrigit, myrrha variolarum causam temperat. Saturnus ulcerum acidum specificè absorbet &c. Omnia hæc operari videntur, quatenus certam & singularem proportionem obtinent, ad hoc vel istud materiale morbosum, saporem, fermentum &c. alterandum, & in istâ texturâ specificâ corrigendum, quibus concretis, h.e. temperatis factis, non amplius nocere possunt.

Hippocraticæ hæ potentiæ seu facultates (quarum in nobis quidem præsentiam omnia assumta pariter & excreta manifestò testantur) pro aliarum qualitatum ratione fundatæ sunt saltem in materiæ peccantis secundum minima materialia textura varia, in quâ constituendâ, ut aliis in concretis, ita & his particulæ salinæ acidæ & ⊡osæ, & illis undique sociatæ temperantes pingues seu oleosæ primatum obtinent, ratione quarum non tantum chyli & sanguinis intestinus fermentativus motus plus minus à naturali motu deviat, sed etiam quilibet corporis humores mutuâ sui determinatis in locis miscelâ, in diversas & subinde anomalas fermentationes & effervescentias erumpunt, unde & novæ vitiatæ crases, exindè geniti contenti tertii emergunt. Adeò, ut in debito vel naturali acidi & urinosi volatilium saturationis, & à pingui, temperationis puncto, sanitatis omne momentum consistere videatur.

Atque ex his ipsis positis fundamentis, emendanda venit, & accuratius paulo explicanda veterum de triplici cacochymia biliosa, pituitosa, & melancholicâ sententia, dum per biliosam sapores morbosi, de salso ♁so, volatili, subinde amaricante, plus minus corrupto participantes; per melancholicam sapores morbosi, vitiosè acidi, macri & fixi; per pituitosam, succi chylosi depravati intelligendi sunt: ut ita & veterum experimentis, & quoad rem facti veris assertis, utut in explicandi modo erroneis, sua constet veritas, & etiam chymicorum, præsertim modernorum, cum Galenicis concinnior possit institui conciliatio, & practicæ demum observationes, & experimenta utriusque sectæ probabilioribus rationibus & firmiori theoriâ illustrari possint. Cum enim humores Galenicorum, quibusdam non ineptè audiant vehicula chymicorum principiorum, considerentur in corpore duo primario contenta, sanguis & chylus, & horum activæ particulæ, acidum & alcali, cum communi vehiculo, sero, seu latice aquoso: Sic ex sanguine plethora, ex chylo pituita, ex acido volatili ♁so suo compari alcali volatili plus minus saturato, bilis, ex acido fixo, terreis particulis plus minus sociato melancholia, & consequenter quævis cacochymia explicanda venit.

Nempe cacochymia biliosa Galenicorum, seu amarum Hippocraticorum, seu acidum volatile oleosum alcali volatili plus minus saturatum secundùm nostram hypothesin, (unde bilis corporis balsamum) peccabit, vel in quanto, dum abundat aut deficit; vel in quali, dum aut nimis, aut minus acre existit; nimis acre redditur, particulis salinis, præsertim acidis turgescentibus & oleosis volatilibus junctis, hinc enim subtilior adeoque mobilior etiam redditur bilis, ad instar nempe oleorum destillatorum aromaticorum ex vegetabilibus. Minus acre redditur, ex particularum salinarum volatilium defectu, & oleositate minus volatili, sed quasi aquosiore abundante, unde inertior, & minus activa bilis evadit, ad instar oleorum expressorum aut infusorum ex vegetabilibus. Unde à prioribus bile vel copiosiore vel etiam acriore, cum acido concurrente, effervescentiæ sanguinis auctæ, indeque ardores plus minus intensi totius corporis, vel si in intestinis contingat talis effervescentia, phlogoses vagæ fieri assolent, it. diarrhœæ colliquativæ, nauseæ, choleræ &c. à posterioribus verò bile vel deficiente vel inerte decolorationes corporis variæ, sub cachexiarum, aut icterorum nomine notæ: fomes hâc ratione etiam existit, sustentans omnes morbos chronicos, minus scilicet corrigendo acidum viscidum, nec debitè perficiendo chylum, & hâc ratione isti defectus, quos epati, vel refrigerato, vel obstructo veteres adscripserunt, ab hoc amari biliosi, seu ☉is volatilis ♁si vitio revera dependent.

Quæ vel augent vel alterant hunc saporem, & inde productam bilem, sunt inprimis aër calidus, subtilis, tenuis, item alimenta

acria

Digitized by Google

acria aromatica, amara, potus vini generoſi, corporis exercitium crebrius, ira, amor, vigiliæ, ætas juvenilis vel virilis, tempus æſtivum vel vernum &c. omnia enim hæc aut copioſiorem, aut acriorem aut volatiliorem bilem amaram, & ſal volatile ♁ſum in corpore reddunt, ſimulque acidum in corpore imminuunt plus minus & deſtruunt. Sicuti, quæ contrario modo ſe habent, ☉ ☐oſum ſanguinis, & bilem corporis imminuere, hebetare, & plus minus inertem reddere ſolent. Hinc corrigunt hoc amarum ſeu bilioſum, cacochymicum, & quidem primum ejus vitium,

1. Omnia manifeſtò acida, acrimoniam volatilem infringentia, & præcipitantia, ut ſunt acetum, ſuccus citri & berberum, ſpiritus mineralium acidi, ità ſpecie nitri.
2. Nitrum ipſum, & omnia cum & ex nitro parata remedia.
3. Sulphura mineralia cum nitro fixata, figentia volatilem orgaſmum, & hebetando pinguedine ſuâ, unà cum recondito occulto acido, ejus acrimoniam volatilem, ut ſunt remedia antimonialia fixa, v. g. antimonium diaphoreticum, bezoarticum minerale, item ſulphura alia mineralia fixiora.

Poſterius ejus vitium, defectum nempe ejus vel inertiam, corrigunt omnia acria plus minus ♁ſa, augendo acrimoniam ☉inam & volatiliſando oleum, aut ☉ia volatilia ♁ſa, omnia aromata, & aromatica, abſynthium, gentiana, mentha &c. quâ ratione abſynthium hydropem, chelidonium majus icterum &c. curare ſolent.

Acidum Hippocraticum, cacochymia melancholica veterum Galenicorum, ſeu acidum fixius ex noſtra hypotheſi peccat vel in quanto, nimiâ copiâ aut nimia aciditate, vel in quali, ſapore peregrino, vel acore quodam alieno, v. g. ☉lico vel aluminoſo auſtero, vel alio quodam ſapore ſingulari, non ſemper à priore commodè explicabili, dum aliud acidum peccat in ſcorbuto, aliud in luê ♀ câ, aliud in dyſenteriâ &c. â quo acido in ſanguine coagulationes ejus & grumeſcentiæ, fermentationes nunc imminutæ, nunc depravatæ; ab eodem lympham inquinante, dolores partium modò fixi, modo vagi, item exulcerationes partium, coagulationes ſuccorum in ſcirrhos, qui ex effervescentiâ facilè abeunt in cancros; ab eodem acido, ſuccum pancreaticum inquinante, tormina inteſtinorum varia, excoriationes; ab eodem in ſtomacho, fames canina, pica, aſytia &c. proficiſci ſolent, & in genere omnia ea, quæ de melancholia & atra bile aſſeruerunt veteres, mutatis mutandis, optimè applicari poſſunt, cum ipſa melancholia â veteribus, ſpeciatim ab Hippocrate, acidus ſuccus appellari ſoleat.

Cauſæ, quæ augent, vel alterant hoc acidum in univerſo corpore, ſunt aër frigidus & hybernus, quæcunque aſſumta, vel manifeſtò, vel occultò acida; qualia occultè acida ſunt mel, ſaccharū, carnes fumo exſiccatæ, ut & omnia aſſumta in ſtomacho cruditate acidâ affecta, aut ante digeſtionem abſolutam è ſtomacho dilapſa, nimis adhuc aceſcentia. Item exercitium deficiens, pavor, mœror, & curæ, ætas ingraveſcens &c. adeoque corrigent in genere acidum hoc

1. Omnia urinoſa ſeu alcalia tàm fixa, ut ☉ cardui benedicti, abſynthii, quàm volatilia, ſp. ✱. cochleariæ &c.
2. Omnia concreta terrea & metallica, iſtud abſorbentia, aut potius invertentia; ut Martialia, Saturnina, corallia &c.
3. Partes animalium duræ, oſſeæ; item marina: ut lapilli cancrorum, ebur conchæ &c.
4. Oleoſa & pinguia, quæ obtundunt, & quaſi inviſcant aculeos acidi, ſive ſint expreſſa, ſeu, quod melius eſt, deſtillata; ut ☿ ♁ deſtill. caryophyllorum, macis; quò & caſtorina, item camphorata referantur.

Pertinet huc Paracelſi tartarus, qui nihil aliud eſt, quàm ſuccus acidus facilè coagulabilis, vel coagulatus, vitio primæ digeſtionis, h. e. ventriculi fermentationis, & fæcum vitioſæ ſeparationis, generatus: unde omnia coagula, ſcirrhos, calculos, podagricorum nodos, Venereorū tophos, â tartaro ſeu ſucco acido coagulabili, aut coagulato eſſe, dicere poſſumus: qui ſi minora & anguſtiora obſideat vaſa, eaque oppilet, obſtructionum autor eſt. Appellationis ratio deſumta eſt â ſucco iſto, ex vino ſeparato, & in ambitu circa dolium ſponte coagulato, ♁ communiter appellato.

Pituitoſa denique cacochymia Galenicorū, ſeu immediata chyli errata, inſipidi vel dulcis Hippocraticorum conſiſtit in vitio fermenti ſtomachalis, vel debilitati, vel acidi nimis fixi, non ritè alimenta digerentis, unde in liquamen vel paſtam, plus minus viſcidam, craſſam ac tenacem, ſæpe ex debitæ volatiliſationis defectu acidam abeunt, unde non tantummodò cumulatur exinde præternaturaliter cruſta inteſtinorum & ſtomachi pituitoſa, ſed etiam id, quod ſanguini infunditur, ineptum eſt, ut ipſi aſſimiletur, aut partes ſolidas nutriat; unde obruuntur quaſi principia maſſæ ſanguineæ activa, hæcque craſſeſcit, ſpiſſeſcit & imminutè fermentatur, tardèque circulatur, quin & viſcidior iſte chylus, dum

dum in poris partium circa vaſa capillaria ſubſiſtit, viſcera inſtar ſpongiarum impræ-gnat,& proprio acido coagulatus in ſcirrhos abit. Quæ mala eò ſunt pejora, quò acidior ſimul maſſa iſta chyloſa exiſtit, unde contumaces, & chronici quàm plurimi, in ſpecie cachectici oriuntur affectus.

Ad hanc labem diſponunt ſtomachi fermentum debilitatum vel vitiosè acidum fixum, cibi, vel copioſiores ingeſti, vel craſſi, viſcidi, duri, piſces, pinguia &c. quies & ſomnus vitaque ſedentaria, cura, mœror, &c. corrigunt etiam pituitam hanc præter evacuantia per os & alvum,

1. Attenuantia, & liquefacientia ☉ina temperata, ut cremor ♃i, ♃us vitriol. ☉ammon.
2. Reſolventia gummoſa, ut ſagapenum, maſtyx, myrrha, in ſpecie, gummi ammoniacum.
3. Aromatica, ſeu ☉ina volat. plus minus oleoſa, vulgò aperientia dicta v. g. fœniculum, angelica, abſynthium, roſmarinus, ſpiritus ♃i &c.

Addunt his ipſis modernorum quidam etiam cacochymiam ſeroſam, ratione nempe communis excrementi & alimenti vehiculi, laticis ſcil. aquoſi. Hic ergo ſive deficiat, unde vitiatus cæterorum fluidorum conſiſtentia, ſive nimis abundet, unde cætera fluida nimium fluorem obtinebunt, varii affectus inde oriuntur: inprimis autem læditur corpus, ſi vitioſo ſapore inquinetur, & acrimoniâ, vel ſalſâ, vel, quod pejus ſimulque frequentius eſt, acidâ imprægnetur, exinde enim quamplurimi affectus urinarii, & ex inquinatâ lymphâ glandularum, affectus catarrhales originem ducunt. Nam omnes morbi, quos ex ſeroſâ colluvie oriri voluerunt vel Piſo vel Schneiderus, optimè ex glandulis, ibique vitiatâ lymphâ deduci poſſunt. Defectus igitur ſeri curatur per potulenta aquoſa, abundantia per diuretica, ſudorifera, & hydragoga; acrimonia ſalſa temperatur oleoſis ſulphureis, adjunctis opiatis, acida per ſalia volatilia, viſciditas curatur attenuantibus, & incidentibus penetrantibus volatilibus.

Ex ſupra jactis fundamentis facilè erit multiplicem excrementorum per os, alvum, ☐am, ſudorem, aliave loca varietatem exactiùs indagare, eorumque fiendi, ac nocendi modum explicare, cum non formaliter, ſub tali nempe texturâ in corpore præextiterint, ſed materialiter tantùm, adeoque utplurimum producta morboſa ſint, modò conſideremus, oriri eadem

1. Ex multiplici contentorum, etiam naturaliter ſe habentium, undecunque factâ alteratione, vel corruptione multiplici; ſic enim ſanguis in pus, lac mammæ in grumum caſeoſum, ſinovia articulorum in calcem vel cretam podagricam, nutrimentum chyloſum inteſtinorum in variformem mucum ſub dyſenteriâ, ☐a in calculum, lacrymalis lympha in ſordes varias abeunt, qui omnes mutationes contentorum, naturaliter ſe habentium, ex aliunde undecunque etiam factâ immutatione oriuntur.
2. Ex multiplici aſſumtorum in ſtomacho & primis viis alteratione, & degeneratione: qua ratione ova frixa facilè in cruditatem nidoroſam abeunt; lac in caſeum, item infantes copioſiſſima flava ſubinde rejiciunt, quæ tamen non ſunt bilioſa, cum ceu dulcia devorentur avidè à canibus, ſed ſunt lac, ſub digeſtione in ventriculo, aut diſtributione per inteſtina corruptum, & ſucceſſivè in tale flaveſcens liquamen mutatum. Fructus horrei, fermentando in primis viis, quàm varia recrementa ſuggerunt. Pituita vitrea dicta, ex acido & pingui ferè originem ducit.
3. Ex multiplici liquorum diverſorum, quorum vel alteruter, vel uterque corruptus eſt, miſcela & confuſione: unde ſecundùm effervescentiæ & præcipitationis rationes, diſcrepantes novi emergunt liquores. Nempe bilis, & ſuccus pancreaticus, variè alterati, nunc ſeorſim, nunc cum bile permiſti excretorum per os & alvum varias larvas conſtituunt. Porracea, aut æruginoſa dicta bilis, ex acido nimio ſtomachi vel pancreatis, cum bile, vitioſâ effervescentiâ unito, & ita bilis colorem per præcipitationem alterante, oritur, quod manifeſtum eſt, ſi ſpiritus quidam acidus bili ex folliculo felleo extractæ commiſceatur, exinde enim viridis talis liquor emergit, unde & acidum ſpirant talia rejecta, & infantes tormina ex acido juncta habent, hinc etiam acidum corrigentibus cryſtallis, coralliis & ſimilibus temperantur. Pituita inteſtinorum acida, viſcidior chylus eſt, à ſucco pancreatico acidiore impræ-gnatus, ictericorum multiplices colores ex ſuccorum, in primis viis corruptorum, miſcelâ, & hinc factâ præcipitatione multiplici producuntur &c.
4. Ex multiplici à medicamentis contentis corporis inductâ alteratione, hinc enim Martialia, ritè operantia, excreta reddunt nigra: aloë tingit eadem inten-

Digitized by Google

intensâ flavedine, unde bilem ab illa evacuari vulgò æſtimant, colocynthis craſſa & viſcida emitti facit, quæ non ſunt pituita præternaturalis, ſed revera ſuccus nutritius, à malignitate laxantis corruptus, opuntiæ majoris ſuccus urinam rubram reddit, quam violaceo odore imbuit Terebinthina. Sudor luteus à Rhabarbari uſu obſervatus fuit, &c.

Ex quibus ſponte ſequitur, non in magna materiæ mole cauſam morboſam proximam eſſe quærendam, aut in humorum variorum colluvie inquirendam, ſed minima utplurimùm maximorum morborum eſſe initia, & cauſas materiales ſeu occaſionales, non ex mole corporis, quæ frequentiſſimè eſt minima, ſed poteſtate operationis, quæ ſubinde eſt efficaciſſima, eſſe æſtimandas; ſive humores contentos fermentando alterent, ſive partes ſolidas nerveas, vel fibroſas ſenſilius vellicent. Sicut enim tantillum eſt materiale, quod vel apis ſpiculo, vel ſcorpius caudæ adunco extremo, vel vipera dentis foramine infundit in partem læſam, inde tamen atrocia nihilominus adeò nocumenta: ſicut tantillus ſaltem eſt odor ex moſcho, qui fœminam hyſtericam tantum non exanimat; ſicut tantillus eſt halitus, quem ſcabioſæ manus chirotheca ſuo contactu communicat, aut quem ſcortum lue Venereâ inquinatum, ſui congreſſu alteri inſinuat: ſicut tantillum eſt, quod felis exſpirat, & tamen ob idioſyncraſiam, quosdam in periculoſiſſima ſymptomata conjicit: ſicut tantillum eſt de Antimonio, quod ſui in vinum infuſione totum abdomen & tantum non univerſum corpus conturbat: ſicut tantillum eſt acidi, quod odontalgiam intolerabilem cum inſigni hæmicrania, & febrilibus non rarò ſymptomatibus excitat: ita ſimili ratione tantillum eſt, quod frequentiſſimus atrociſſimorum etiam affectuum autor exiſtit, adeoque ob ſui potentiam in tantillo corpore meritò fermentum appellandum. Hinc rectè & notanter Tachenius *in Clav. p.* 237. *&* 242. acidum ſtomachale in corpore peccans, non inſtar torrentis, ſed inſtar auræ ſeu odoris, operari aſſerit.

Negotium hoc clarius pateſcit, ſi conſideremus ſpinam, etiam tantillam, digito infixam, adeò ab Helmontio hinc inde inculcatam: hinc mox dolor, ardor, tumor inſignis, ſuppuratio, & ſubinde gangrenæ periculum ſupervenit &c. non ſanguis hic eſt in inflammatione gangrænatâ, aut pars ſolida, quæ peccant, ſed ſpina, cujus hoſtili præſentiâ, omnia iſta gravia occaſionaliter concitantur pathemata. Hinc frequentiſſimè tantillula eſt ſpina, cujus tamen doloroſa aliave inimicâ impreſſione, mille mala concitantur, & in cujus ſpinæ perſpectione, & genuina evulſione, h. e. fermenti morboſi, aut ſaporis peccantis ſpecialis cognitione, ac debitâ correctione, totius praxeos negotium, unicè occupatum eſſe debet: v. g. In odontalgiâ vel arthritide, dolor, tumor, ardor, contractura, impetus febrilis ſocius &c. plura iſta mala, producta ſaltem ſunt morboſa, ab acidò ceu ſpinâ circa articulum infixâ, quâ evulsâ, ſeu correctâ, omnia iſta ſponte evaneſcent ſymptomata.

Unde ulterius probè obſervanda eſt diſtinctio, inter morbum ipſum, & inter productum morboſum, in corpore, occaſione cauſæ materialis, vel ſpiritus impetum facientis pronatum. v. g. Calculus ipſe in ſe non eſt morbus, ſed certa iſta ametria ſalium, quâ eadem facilè ſe mutuò coagulant, eſt morbus, lithiaſis dictus, cujus productum eſt calculus: & cachecticorum tumidi pedes, non ſunt morbi intemperiei humidæ, ſed ſunt tantùm producta morboſa cachexiæ, vitio ſanguificationis enata: ſæpius tàm in quartanâ, quàm ſcorbuto, aut malo hypochondriaco lien inflatus, tumidus, imò non rarò ſcirrhoſus deprehenditur, unde vulgo ipſum malum derivatur, cum tamen talis ſplenis affectus potius ſit productum morboſum, talibus affectibus invereratis digeſtionum vitio ſuperveniens, quàm radicales eorum cauſæ. Talia producta morboſa meritò etiam cenſentur incaleſcentia, & refrigeratio, tam univerſi corporis in febribus, quam peculiaris cujusdam loci in eriſypelate &c. ſic tumor, ardor, inflammatio, lacrymarum fluxus, non ſunt morbus ophthalmia dictus, ſed verè producta morboſa, occaſione illapſi pulviſculi acrioris illata.

Ad talia producta morboſa pertinet item calculus & flatus. Calculorum generatio fit per modum coagulationis, dum acidum vitioſum ex primis viis, inprimis ob ſtomachi errorem dilapſum, reliquis partibus communicatur, in quibus inveniens ☉oſum, purius, cum eodem ſe jungit, unde neceſſariò in unam maſſam ita coëunt, & quicquid conveniens, ac aptum unioni, ſimul apprehendunt, id, cum his duobus unà coagulum ſuſcipit, & calculorum varietatem ſic conſtituit. Cumque in renibus inprimis, hinc in veſiculâ felleâ abundantia reperiatur ☉is ſtiusmodi ☉oſi, propterea nullæ partes magis renibus, & deinde fellea veſicula obnoxiæ ſunt calculis: equidem, ut ex ☉â calculus generetur ab acido, neceſſe eſt, ut ☉a ſalſa, per aliqualem putredinis notam reſolvatur, ut ita ☉ſus ☉æ ſapor dividatur, id quod v. g. præſtat Aſparagus, ut ☉ ☉ſum volatile ſic purius fiat, quo cum acido congredi & coagulari poſſit, nunc in arenulas minores, quarum coagmentatione majores reſultant calculi; nunc verò mox in majora concreſcit ſaxea monſtra:

Digitized by Google

Fiunt hæc eo facilius in renibus, quò ſtomachi errores facilius iis communicari poſſunt per ☐am potus, ibique hanc peregrinorum coagulorum producere ſobolem: id quod ſimiliter de Podagræ nodis ſeu tophis intelligendum eſt, quatenus acidum Podagricum manifeſtum ita coagulat ſinoviam artuum.

Aliud productum morboſum, multarum tamen moleſtiarum autor, in ſpecie in abdomine, ſunt flatus, qui cum neque ad vapores neque ad exhalationes referri poſſunt, meritò ad tertiam quandam claſſem hujusmodi entium, nempe ad gas ſylveſtria, ſeu ſpiritus incoërcibiles revocantur ab Helmontio. Generatio eorum neque eſt à calore, neque à frigore per ſe, ſed tantùm ab acido, per vitioſam fermentationem, ex materia quâcunque, ut plurimum tamen aliquid viſciditatis aut glutinoſitatis in receſſu habente. Hinc in hypochondriacis, ſimilibusque vitio fermenti ventriculi, aut ſucci Pancreatici vitioſè acidorum copioſiſſimi generantur flatus, etiam quibuscunque ex cibis: non ergo formaliter rebus inſunt flatus, ſed fiunt tantum per vitioſam fermentationem; non ſecus ac farina, quocunque modo tractata, non parit flatus, ſi verò fermentetur, ſponte flatus eructat, ſimiliter ac muſtum, quâcunque ratione vexatum, ſine flatuum erit proventu, quod, ubi fermentationem conceperit, non ſine impetu eosdem copioſos exhalat. Et licet ſint alimenta quædam aptiora præ aliis producendis flatibus, flatulenta ob id appellata, non inſunt tamen his flatus, ſed hi gignuntur tantum ex illis, non quidem in omni ſtomacho, (nam robuſtus hæc ſine flatulentiâ digerit) ſed tantum in defectuoſo, aut qui aliis ſimul cibis copioſius ſe ingurgitavit, in hoc per vitioſam fermentationem exſuſcitantur flatus. Hinc aromatica flatuum ſunt medicamina, corrigendo acidum, & reſolvendo viſcidum: Ipſe, acidus licet, nitri ſpiritus, reliquis tamen præfertur, figendo erumpentes ſpiritus flatuoſos, & impediendo fermentationis motum, inprimis per ☿ dulcificatus & temperatus, nobisque ſic magis appropriatus redditus.

Tandem motu etiam locali, adeoque & loco peccare ſupra diximus iſta corporis contenta liquida, tàm naturaliter, quam præternaturaliter conſtituta, dum ſcil. naturales motus leges, vel exceſſu, vel defectu relinquunt, & inde aliena ad loca moventur, in quibus, vel ſubſiſtant, vel, per quæ penitus extra corpus effunduntur &c. Sed, ſi rectè rem hanc conſideremus, non tam cauſæ morboſæ, quam producta morboſa, hæc contentorum in motu & loco errata erunt, cum ſemper vel ſpiritus moventis præternaturaliter excedentem aut deficientem impetum, vel viarum, per quas moveri debent, impedimenta & vitia, vel propriam ad motum ineptitudinem, à vitiatâ crafi & texturâ materiali dependentem, & ita ſemper præcedentes defectus morboſos inſequi ſoleant: v. g. Odontalgiam inſequitur tumor maxillæ, ob ſtagnationem ſanguinis aut lymphæ, propter pororum anguſtiam, à fibrarum ſtrictura occaſione doloris factam: moventur vitioſè contenta in diarrhœis & dyſenteriis, ſed præcedente tam ipſorum contentorum alteratione præternaturali, quàm inteſtinorum & ſpirituum vellicatione, à causâ morbosâ: hæmorrhagiæ fiunt nimiæ, vel ſpiritus nimis moventis, vel vaſorum aut relaxatorum, aut exulceratorum vitio: ſunt enim humores quicunque in motu ſaltem paſſivè & alienâ agitantur vi, unde etiam, nonniſi alieno ex vitio, vel propriæ morboſæ conſtitutionis prævia occaſione, motu aut loco peccare poſſunt.

Cæterum, quævis hactenus enarratæ cauſæ efficientes materiales, quocunque ex rerum genere deſumtæ, ferè non-niſi occaſionales erunt, proximam efficientem formalem, ſpiritum influum, & hinc ſubinde inſitum præſupponentes. Hoc nempe impetum faciens Hippocratis, ut primo fœcundat ova & in corporis ſtructura maximè activum eſt, ita & poſtmodum in corpore vivente, actionum tàm naturalium, quàm præternaturalium unicus & primarius Autor exiſtit. Neque enim in cadavere morbus eſt, utut cauſa ejus occaſionalis ſuperſit, adeoque ab hoc principio, prout omnis motus, vita ac ſanitas, ita morbus quoque, & mors ipſa dependet: Et ſicut omnis morbus de vita plus minus deprædatur, ita in iis, vel ſubjectum, vel efficiens erit hic ſpiritus. Idem nempe efficiens eſt, actionum tàm naturalium quam præternaturalium, unde & omnia ſymptomata actionum læſarum, & ab his dependentia reliqua, in excretis, & qualitatibus mutatis, non-niſi ab hoc ſpiritu, ceu primario agente, originem ſuam nanciſcuntur. Conf. Helmont. *hinc inde in ſuis ſcriptis.*

Hoc, uti quoad morbos, ab internis cauſis enatos, ſatis manifeſtum eſt, ita etiam de iſtis, quæ ab externis fiunt, non minus evidens. Siquidem vulnus & fractura, quæ in cadavere æque, ac vivente corpore obſervari ſolent, non in illo, ſed in hoc ſaltem morbus dici ſolet, non-niſi ſpiritus hujus ratione, qui, ſive inſitus læſus, ſive influus præternaturaliter iritatus, ſymptomatum quorumvis, vulneri vel fracturæ ſupervenientium, autor exiſtit, & hujus ratione, corpus formaliter ægrotans, læſionis verò externæ reſpectu nonniſi occaſionaliter tale dici poteſt. Adeò, ut univerſalis, & formalis morborum efficiens cauſa, rectè ab Helmontio, ſecundùm Hippocratem τὸ impetum faciens, ſeu ſpiritus vitalis, tàm influus,

Digitized by Google

influus, quam ſubinde inſitus, hinc inde aſſeratur: cujus ob id tam pro cognitione, quàm curatione morborum, ratio exacta ſemper & omninò habenda eſt.

Confirmant univerſale hoc morborum efficiens ulterius morbi hæreditarii, à patre v. g. phthiſico, podagrico, nephritico, melancholico communicati, qui non, niſi ſpiritus genitalis ratione, à patre in filium transvehuntur, qui ſuo tempore à patre conceptam alterationem, ſive materialis, ſive idealis fuerit, explicans, ſimilem morbum in filio producit. Par ratio eſt in imaginationis operationibus, non tantùm in primâ corporis efformatione, ſed etiam morbosâ ejus alteratione, hujusque curatione: nempe imaginationis vi, tàm ſupra quàm infra potenter purgamur, V. Barthol. *Cent.* 5. *hiſt.* 64. *Miſcell. Acad. C. Anno* 3. *Obſ.* 152. *& A.* 6. *Obſ.* 238. hujus vi ſubinde morimur, teſte Henrico ab Heer *Obſ.* 71. it. Kerkringio *Spicileg. p.* 92. hujus vi orta fiducia in Medicum, vel remedium, graviores etiam curat affectus. Vid. Salmuth *Cent.* 3. *Obſ.* 81. Quicquid autem hæc præſtat, ſpiritus impetum facientis vi, & potentiâ ſaltem, & immediatè efficere valet. Ut taceam opium, maximè ad catholicas panaceas accedens auxilium, ſaltem omnium ferè ſymptomatum remedium, quod non, niſi ſpiritus impetum in morbis & ſymptomatis cohibendo, operatur. Nec aliâ ratione vel transplantatione inducti, aut ſympatheticè levati, aut ſimili ratione curati morbi, quàm ſpiritus hujus morbi & ſanitatis primi autoris virtute orti & curati fuerunt.

Meritò ſanè & rectè Helmont. principium hoc vitale in omni urget morbo, illud, ceu primum ſanitatis & morborum autorem conſiderans, à quo etiam omnia ſymptomata, tam immediatè, uti ſunt ſymptomata actionum læſarum, quam mediatè, uti ſunt ſymptomata in excretis, & qualitatibus mutatis, originem ducunt. Sed hæc ipſa non intelligenda ſunt excluſivè, quaſi contenti ſucci, & partes corporis continentes organicæ, ſimpliciter paſſivè ſe habeant, ſed potius incluſivè, ita, ut dictus ſpiritus, ceu elater in avtomato noſtri corporis unà cum reliquis rotulis, & partibus organicis, ſeu inſtrumentis, & partibus liquidis, ceu ſuccis fundamentalibus operationes ſuas exerat. Hinc dictus ſpiritus ſanguinem circulariter moveri cogit, ſed mediante organicâ cordis & vaſorum ſtructurâ: idem ſpiritus, ſpaſmos varios excitat, ſed mediante fibrarum certâ mechanicâ texturâ, & mediante irritatione partis cujusdam ſenſilis: idem ſpiritus hæmorrhagias excitat, ſed mediante vel anaſtomoſi, vel diæreſi vaſorum, hinc ſcorbutici hæmorrhagiis admodum obnoxii, non tam ſpiritus moventis vitio, quam ſanguinis ſeroſi acrioris culpâ &c.

CAPUT III.

De *Differentiis Morborum.*

A Duplici fundamento morborum differentiæ deſumi aſſolent: 1. A ſubjecti morboſi varietate. 2. A multiplici circumſtantiarum concurſu.

Priores conſtituunt differentias eſſentiales, poſteriores vero accidentales. Cumque ſuperius totum corpus ægrotare, adeoque morborum ſubjectum eſſe dictum fuerit, hoc ipſum verò compoſitione ſui mechanicâ ex triplici partium differentiâ coaluerit, etiam eſſentiales morborum differentiæ triplices erunt:

1. Morbi ſpirituum, ſeu impetum facientes.
2. Morbi contentorum humorum.
3. Morbi partium continentium ſolidarum.

Accidentales verò differentiæ pro circumſtantiarum circa cauſas, ſubjectum, ſymptomata, tempus &c. obſervabilium varietate, erunt tantùm non innumeræ.

Spiritus morboſi ſunt, quando deflectunt à naturali & requiſita conſtitutione, quæ ad corporis regimen in iis requiritur, ſive inſitus fuerit, ſive influus. Conſtituti autem ſunt morboſè & præternaturaliter ſpiritus influi,

1. Ratione quantitatis, quando deficiunt à debita copia ad corporis & ejus partiũ regimen requiſita: qua ratione influi deficiunt in inedia, aut diuturnos poſt labores; tunc enim ex defectu ſpirituum influorum univerſum corpus languet, & poſt hypercatharſes aut nimias ſanguinis profuſiones ſumma virium & quarumvis operationum vitalium deficientia ſupervenit. Inſitus deficit, dum vulnere, vel ulcere, vel frigore, vel paralyſi læſo membro, ille influi vegetativo influxu & ſocietate deſtitutus debilitatur, & ſucceſſivè imminuitur: hinc enim robur partis inæquale exſurgit, & ephemerides ægrorum tales exiſtunt partes, quasvis aëris mutationes perſentiſcentes.
2. Ratione qualitatis, ſeu ſubſtantiæ, dum vel vitioſè & à naturali conſtitutione deflectentes generantur, vel geniti aliunde vitiantur: v. g. Influi vitioſi generantur in ſcorbuto vel malo hypochondriaco, vel melancholia confirmatis; aliunde autem vitiantur ſeu alterantur v. g. in peſte, à miaſmate maligno, item à narcoticis & opia-

tis assumtis, item in gangræna, in quâ penitus ad destructionem sui usque vitiatur insitus. v. g. spiritus vini ex fermento, pomaceo, Rhenano, Gallico essentialiter est spiritus, differunt tamen inter se, ita & spiritus nostri; vel spiritus luminosus purus ab aliis admistis vitiosus redditur ad instar lucis in ligno putrido, flamma ejus carbone, eadem substantialiter lucida substantia pro aliarum particularum cohæsione distincta: Hinc spiritus in cholerico, melancholico, juvene, sene &c. multum differunt. Insitus vitiatus est, v. g. in ulcere; ibi enim ex contracto vitio nutritionem pervertit, & nutrimentum loco assimilationis in pus, vel saniem corrumpit; item alterationes vulneribus supervenientes in qualitate mutatum insinuant spiritum; hinc deficiente spiritu vulnus arescit &c. Qualitas & substantia hoc in negotio reipsa coincidunt, dum non differunt, quàm effectus & causa, signatum & signum; pro substantiæ ratione etiam se habent qualitates ex substantiæ naturalis textura formali oriundæ: Ergo vitia spirituum in substantia necessariò eorum mutatas qualitates post se trahunt, & vitia spirituum in qualitatibus mutatam eorum substantiam præsupponit: adeoque sive qualitatem sive substantiam mutari dicas, res eò recidit.

3. Ratione motus (spiritui influo speciatim convenientis) qui est vel elasticus vel irradiativus; ille narcoticis & somniferis in genere hebetatur, quo imminuto etiam radiativus ab illo suo modo procedens imminuitur; hic verò vitiatur in convulsionibus &c. De animalibus enim spiritibus in specie res clara est, quod per motum imprimis animales præstent functiones; hinc contingit, nunc torpidos nimis eos esse, minusque moveri, quando minus subtiles aut minus volatiles existunt, sive ab internis causis, v. g. in lethargo, & catalepsi tales fiant, sive ab externis opiatis aut narcoticis similibus vel assumtis vel applicatis tales evadant: nunc verò iidem nimis mobiles & agiles existunt, adeo ut à quacunque agitati causa in impetuosos & exorbitantes erumpant motus. Qualis v. g. in deliriis febricitantium aut phreneticis, item in epilepticis aut similibus convulsivis paroxysmis evidens est. Quod posterius vitium sæpius à causa occasionali materiali, mole licet minima, fibras quasdam sensiles vellicante, & intensiorem impressionem faciente, adeoque, ut vocant, irritante originem habere solet, v. g. dum spicula antimonii minima spirituum impetum ad vomitus violentiam in stomacho provocant, dum molesta calculi in renibus præsentia fibras nerveas vellicando, spirituum p. n. impetum ad colicam, alvi occlusionem, nauseam, interdum etiam vomitus provocat. Vitiatur tamen etiam spiritus insitus in motu elastico, & cum influo blandè collisivo; Num enim augetur, occasione irritationis sensilis, & hinc potentioris influi radii, & inde concitatioris utriusque fermentativi & collidentis motus; inde enim rubor, calor & ardor, dolor &c. & omnia ea pathemata, quæ ex archei furore & excandescentia derivat Helmontius; nunc imminuitur, v. g. in torpore, à nimio frigore, in moribundis, in senibus; item in terrore, vel pavore, dum spiritus influi sufflaminato plus minus radio, & insiti motus plus min⁹ cessat, hinc algor & tremor, nec non stupor extremorum: nunc depravatur, sub nutritionis vitiis, læsionem in crasi seu substantia supponentibus.

Ad morbos hos spirituum etiam archeales morbi, ab ideis nempe oriundi, Helmontii, & Marci Marci pertinent, dum sicut per ideas seminales dirigantur spiritus, in operationibus naturalibus, tàm in partium formatione, quàm formatarum usu, ita ab iisdem peregrinis, & eatenus morbosis perficiantur actionum depravationes præternaturales. Nam sicuti idea matris per imaginationem concepta determinat archeum spiritum, ut alio modo formet partem, quàm ipsius seminalis idea determinabat; ita etiam, si postmodum formatis partibus archeo aliæ superinducantur ideæ, potentiores ideis seminalibus ad usum partium destinatis, determinabitur ab iisdem spiritus ad præternaturales actionum læsiones: sive tales ideæ morbosæ ab extra adveniant, & cõmunicentur, v. g. per venena narcotica, per morsum animalium venenatorum, ut canis rabidi, tarantulæ &c. carne felis rabidæ &c. sive ab intra, occasionali quacunque causâ materiali excitatus archeus, diversas passionum exorbitantias, indignationis, furoris, terroris, favoris &c. concipiat, quarum ideæ vitiosè actiones ejus dirigant; ut per exempla res fiat clarior: Canis radibus morsu, vel salivâ hominem similiter reddit rabidum, ut non tantum se in canem mutatum existimet, unde omnes canum

Digitized by Google

num actiones imitatur, ſed propterea in ☐â talium ægrotorum, catulorum ſimulacra appareant, propter ideas ſcilicet canis ſeminales, inſalivâ ejus ſigillatas, & per morſum in corpus humanum traductas; quæ ideæ confuſæ, in corpore ſuo tempore evolutæ, archeum ſeu ſpiritum inſitum adeo determinant, ut homines tantum non in canes mutati videantur. Has ergo peregrinas ideas delere, & per conſequens morbum curandi modum docuit experientia; ſi ſcilicet tales rabidi ex improviſo aliquoties ſubmergantur in aquas, ibiſque aliquandiu detineantur; ſic enim pavore mortis & inde conceptâ fortiori idea, omnes iſtæ peregrinæ delentur & quaſi abſterguntur, ut impoſterum archeum determinare nequeant. Pariter in dyſenteriâ inteſtina dolent, criſpantur, & proprium ejus nutrimentum ſub immani cruciatu profunditur, idque omne ex furore ſpiritus inſiti, concepto ab hoſtili acido dyſenterico, curatur hic affectus per ſanguinem pavidi animalis leporis, â canibus agitati, & ſub iſto pavore mortis interfecti. Idea nempe ingentis pavoris in lepore moribundo ſpiritum ſanguinis ejus ſignat, ut hujus pavidæ ideæ intuitu, archeus inteſtinorum furens omnem furorem ſubitò exuat, & quaſi perterritus ab omni impetu quieſcat, dyſenteriaque ita ceſſet. Sed de his archealibus morbis, ex ideis morboſis videndus Helmont. *in ſuis ſcriptis*; item Marcus Marci in *Phil. Vet. Reſtit.* qui omnia venena, item vulgo vocatos occultarum qualitatum morbos, item actiones ſympatheticas, & curationes per magnetiſmum, & tranſplantationem, ex talibus ideis derivant. Quicquid ſit de hâc hypotheſi, ſanè imaginationis matris effectus, morbi patris hæreditarii, item imaginationis effectus in curandis morbis, & variis corporis alterationibus, item contumaciſſimi morbi, podagra, paralyſes, &c. citra materiæ ſuppoſitæ peccantis quamcunque excretionem, ſubitò per quendam animi affectum evaneſcentes, plus in receſſu habere hanc hypotheſin, verè oſtendunt.

Altera claſſis eſt morbotum humorum contentorum, primariò quidem ſanguinis, hinc & lymphæ, chyli, bilis &c. morboſi hi fiunt, & à conſtitutione naturali pro conſervatione corporis requiſita degenerant,

1. In quanto, dum deficiunt, aut excedunt, utrumque vel materiæ ex quâ vel efficientis, vel excretionis errore: adeoque commune hoc eſt vitium, quibusvis humoribus in corpore: ſpeciatim tamen ſanguis abundans conſiderari primariò ſolet.

2. In quali, ſeu ſubſtantiâ, dum deficiunt à craſi debitâ, unde & motus inteſtinus fermentativus illorum vitiatur, ſive abſolutè conſideretur, v. g. fermentatio in ſanguine, ſive reſpectivè, v. g. fermentatio chyli à bile & ſucco pancreatico. Vitiatur hæc craſis materialis, & cacochymica evadit, à peregrinis ſaporibus, vel fermentis, ſive ingeſtis, ſive intus genitis.

Cætera inter contenta liquida, primariam ſui conſiderationem ſanguis meretur, fundamentalis vitæ, ſanitatis, & morborum radix. Habet hanc vim ſanguis à determinatâ craſi, ſeu miſtionis particularum, ejus liquorem componentium, imprimis ſalium harmoniâ & proportione, unicuique ſpeciei animalium, & in ſpecie humanâ unicuique individuo propria, ex generationis primordiis exſurgente, unde & conſiſtentia, color, cæteræq; apparentes ejus qualitates, & hinc natæ in corpore unicuique ſingulares proprietates variant, omnibus licet exiſtentibus ſanis. Vitiata verò iſtâ craſi, uti non ritè fermentatur ejus maſſa, ita nec ritè aſſimilatur chylus, ut ita magis magisque à naturali craſi deficiat, tandem omninò inepta fiat, pro conſervandâ ulterius animali vitâ: Ergo morbi ſanguinis inſigniores, conſiſtent in vitiatâ ejus fermentatione, ob læſam craſin ejus materialem, unde febres cujuscunque generis, pleuritides, cachexiæ, ſcteri, ſcorbutus &c. ſucceſſivè emergunt.

Læditur autem iſta fermentatio variis modis, nunc cum quodam exceſſu, & periculosâ quâdã effervescentiâ, cujus ſignum ſunt pulſus magnus, celer, frequens, cum inſigni utplurimum corporis incaleſcentiâ, ſuntque ſemper acuti morbi; nunc cum quodam defectu, unde pulſus parvus, tardus, rarus & utplurimum corpori debitus deficit calor, omnesq; actiones torpent, ut in chronicis morbis præ cæteris apparet: nunc aliis modis eadem depravatur, unde pulſuum inſignes inæqualitates, & multæ variationes dependent, corpusque ipſum quoad alia accidentia diverſimodè afficitur; nunc calet, nunc friget, facies nunc rubet, nunc pallet &c.

Omnes hæ fermentationis læſiones materialiter, & hinc occaſionaliter ex vitiata craſi & proportione, ac harmoniâ particularum minutarum dependent, inprimis ſalium, (efficienter enim & formaliter à ſpiritu vitali, motus iſtius inteſtini primariô autore) ſive à rebus non-naturalibus, imprimis aſſumtis, ſive à vitio hæreditario (qua ratione ſenes generant imbecilles & morboſos fœtus) ſive ab extrinſecus inſpirato quodam fermento peregrino, aut hauſto aliunde contagio fermentativo eadem oriatur. Si enim ſalia

Digitized by Google

massæ sanguineæ ab aliis non ritè contemperentur, exinde acriora reddita, violentius inter se concurrunt, & effervescunt, ut in febribus ardentibus, item: Pleuritide, &c. si verò nimis eadem contemperentur, & quasi obruantur (quod v. g. fit à chylo crudo, nec ritè volatilisato, salino, qui tunc utplurimum vitiosè acidulus esse solet,) imminuitur fermentatio, ut in cachexiis tam virorum, quam mulierum obvium est. Si v. g. ista ☉ia à debitâ constitutione naturali declinent, ita, ut alterum alteri nimis præponderet, fermentatio ferè in totum aboletur; nam ab acido coagulatur massa sanguinea, ab urinoso verò eadem dissolvitur, ut experimenta infusoria probant. Si verò aliis modis tum inter se, tum cum aliis particulis se commiscendo depraventur, & quasi peregrinos sapores hauriant, scorbutus, malum hypochondriacum, icterus &c. in promptu sunt. Pertinent huc viscerum, inprimis stomachi, fermenta vitiata, eorumque succi, v. g. bilis aut lympha corruptæ, quæ hujusmodi dispositiones in sanguine, aut incboant, aut inchoatas fovent, cum ex sanguine semper regenerentur.

Tertia Classis tandem complectitur morbos partium solidarum, ceu secundarii morborum subjecti: In hisce partibus tria sunt consideranda.

1. Materia, ex qua coalescunt.
2. Huic superinducta certa conformatio, quoad fundamentum mechanica, quoad usum organica.
3. Mutuus earundem, isque debitus nexus, unio, & cohæsio.

Quoad Materiam, hujus varia à spiritu insito sub generatione & nutritione textura, secundum minima, diversos modos sensiles, in mollitie, tenacitate, duritie, colore, consistentia, &c. partibus tribuit, in quibus temperamentum elementale consistit, quibus à sanguine & spiritibus, tam influo, quam insito, temperamentum vitale dictum superinducitur, cujus vitiati ratione, morbi intemperiei, nempe vitalis, originem ducunt.

Cùm verò nulla materia sit sine extensione seu quantitate, hæc ipsa verò necessariam inducat figuram, secundùm quam materia dicitur organica, quatenus à figura seu materiæ conformatione habet, ut instar instrumenti seu organi, alteri inservire possit, ex læsione istius requisitæ figuræ, morbi oriuntur, quos vocant organicos, seu conformationis, qui in triplici sunt differentia; secundùm tres extensionis quantitativæ dimensiones, aut enim vitiatur longitudo secundùm lineam, aut rectam, aut curvam, unde ratione lineæ rectæ, pars vel nimis longa vel nimis brevis, ratione lineæ curvæ, pars vitiosè figurata, aut vitiatur latitudo, unde pars, vel nimis crassa vel nimis tenuis, vel vitiatur profunditas, quæ vel solida, vel concava, unde cavitatum & meatuum morbi, ad quos inprimis obstructiones pertinent.

Dictæ partes, quocunque modo conformatæ necessarium ad se invicem nexum, seu unionem, & cohæsionem etiam requirunt, unde etiam debitum ad se invicem situm, ex connexione istâ acquirunt: Quodsi itaque vitietur iste nexus, oriuntur morbi compositionis, quando nempe cohæsio mutua, & consequenter debitus partium ad se invicem situs, tollitur: ad hos morbos compositionis etiam morbi, solutæ unitatis dicti, pertinent, sive sint vulnera, sive ulcera, sive luxationes, sive fracturæ &c. ut ita tres sint morborum partium solidarum differentiæ. Nempe, morbi intemperiei, morbi conformationis, & morbi compositionis.

Intemperiei morbos quod attinet, temperiem vitalem læsam primariò, elementalem secundariò saltem consideramus, cum elementalis temperatura, sine vitali immutari aut vitiari nequeat, quia textura partium materialis, & inde nata temperies elementalis, à spiritu insito sub generatione & nutritione, illam constituente, & vi balsamica partem conservante, dependeat. Unde nec lædi illa, nisi læso prius plus minus spiritu insito, poterit, cujus læsi occasione nutritio vitiatur, unde variæ qualitates mutatæ, in temperatura exsurgunt, sicut extincto illo spiritu, partis gangræna, & per putredinem, omnimoda dissolutio præsto est. Intemperiei E. vitalis morbi, sunt vel universales, vel particulares: illi à spiritu & sanguine influo, in temperatura vitiatis originem ducunt, & ad morbos humorum pertinent; particulares verò à spiritus insiti vitio, hinc & partis nutritione vitiata, originem ducunt. Illius exemplum suggerunt inprimis febres: hujus verò e. g. brachii debilitas, atrophia, frigus, & ad quasvis aëris mutationes, sensilis alteratio à vulnere graviori olim accepto.

Ostendunt hæc, quid de inæquali viscerum intemperie habendum sit, dum nempe intemperies stomachi frigida, & epatis calida, in scholis quàm plurimorum morborum focus & origo habeatur. Nam quoad universalem intemperiem, est revera talis inæqualis intemperies non-ens, quia enim viscerum temperies æqualis omninò dependet à sanguine & spiritu vitali influo, qui æqualiter per sua vasa justitiâ distributivâ in partes effusus & circulatus ipsis debitam largitur temperiem, undè eodem æstuante in causo, & totum corpus ardet, eodem verò defervescente in senibus, totum corpus similiter tepet, unde & pisces ad tactum frigent, dum sanguis

Digitized by Google

ſanguis eorum & cor actu in iis viventibus frigeant, non minus quàm in ranis. Quoad particularem verò intemperiem, equidem debilior una pars eſt alterâ, ratione ſpiritus inſiti, pro cujus ratione etiam intemperies vitalis, à ſanguine & ſpiritu influo in parte iſtâ plus minus recipitur, unde & functionum defectus, ſubinde etiam earundem aberrationes contingunt, ſed formalis in operationibus aut proprietatibus contrarietas, ſive antipraxia viſcerum, & intemperiei inæqualitas, neutiquam obſervabilis eſt.

Inæqualis autem iſta putata intemperies, ſtomachi nempe frigida, & epatis calida, reverà nil aliud eſt, quam depravatio fermenti ſtomachici, quâ iſtud, nimis acidum, nec ſatis volatile exiſtit, ſæpius cum muco, vel materia viſcidâ, in ſtomacho & inteſtinis ſtabulante, junctum. Tales namque ægri conqueruntur imprimis de ructibus acidis. 2. Laborant apepſia, ſeu digeſtionis defectu. 3. Ab acidis læduntur. 4. Quæ evomunt cum levamine vel per artem, vel per naturam, ſunt acida aquoſa, & viſcida. 5. Tormina inteſtinorum, à pituitâ acidâ, eorum parietibus agglutinatâ, conjuncta cum flatibus, his ſunt frequentia. 6. Medicamenta, quæ hæc mala curant, ſunt, vel quæ acidum abſorbent, ut ♂lia & ♃ina, vel quæ idem corrigunt & immutant, ut ☉ia tam fixa, quam volatilia & ex vegetabilibus amara v.g. ☉ abſynthii, ~ ✻i, aromata, abſynthium &c. nam licet dicantur talia habere vim calefaciendi ſtomachum, hoc tamen falſum eſt; nam operantur tantum per ☉ſium A & acre, quod neque calidum, neque frigidum eſt in ſe, ſed tantum per appropriationem in noſtris partibus ab iis exſuſcitatur. Nam ſanguis, æqualiter circulatus per ſua vaſa & viſcera, omninò partibus debitam ſic dictam temperiem largitur, diſtributus ergo tam in ſtomachum, quam epar, & non impeditus, eodem modo, proportionaliter tamen calefaciet ventriculum, quam epar, unde viſcera hæc in proportionata conſiſtent temperie.

Quoad conformationis organicæ læſiones, ſeu morbos attendendum eſt ad organi operativi partem, ſeu ſubſtantiam fundamentalem, & huic conformationem mechanicam ſuperinductam; illa ſunt fibræ, hinc atonia commune malum quibusvis partibus organicis, h. e. deficiens tenſio, & robur, de quo tamen apud autores altum eſt ſilentium. Cùm enim omnes ferè partes, in ſpecie nerveæ, conſtent fibrillis nerveis, earum ſubſtantiæ diverſimodè intertextis, quarum tenſione & retentiones & propulſiones humorum fiant, quas aliàs facultatibus, attractrici, retentrici, & expultrici adſcribunt, & ipſæ partes certũ robur, & firmitudinem obtinent, quæ tonus partium vulgo dicitur: ità, ſi fibræ iſtæ à tenſione remittant, pars atonia laborat, ejuſque robur perditum eſt, eaque flaccida & mollis, ad quamcunque motionem obeundam inepta exiſtit. v. g. tono ventriculi, h. e. fibrarum ejus laxato ſeu læſo, ingeſta cum ſonitu, tanquam in vacuam lagenam decidunt, eaque non rarò leviter, aut nullo modo immutata non tam expelluntur per inteſtina, quàm ſponte in eadem dilabuntur, inprimis ſi liquida. Tono muſculorum brachii, ſeu fibrarum eorum laxato aut læſo, molle, pendulum & ad motum ineptum obſervatur brachium.

Atonia hæc diverſas habere poteſt cauſas, præ cæteris

1. Eſt nimis violenta partis extenſio, qua fibræ nimis extenſæ, & quaſi nonnihil laceratæ, in naturalem tonum redire nequeunt, v.g. ex nimiâ coacervatione & diuturniore retentione ☉æ, interdum læditur ejus excretio, quia fibræ veſicæ, nimis extenſæ, ſe contrahere neſciunt.
2. Eſt ſpirituum animalium defectus, à quorum copiâ, & expanſione ſeu vi elaſticâ, ſpatiola fibrillis interjecta, aliàs repleta, & expanſa, in continuâ tenſione fibras conſervant: Vel
3. Nimia fibrillarum, à ſero ſanguinis, ſeu ſuperfluâ lymphâ aliove tenui humore, humectatio, qua fibrillæ flaccidæ & laxæ fiunt, minusque contrahibiles & tenſiles.

Inter conformationis organicæ læſiones præ cæteris frequentes admodum numerantur obſtructiones, & oppilationes, tàm in ſchola Galenicâ, quàm Paracelſicâ, illa accuſante pituitam craſſam, aut humorem melancholicum, hac verò tartarum diverſimodè coagulatum. Sed ſi rectè rem penſitemus, tales obſtructiones meſenterii, epatis, lienis, pancreatis, & inde ortæ humorum ſtagnationes, ac putredines, quæ tantum non omniũ morborum, in ſpecie febrium, tàm intermittentium, quàm continuarũ, mali hypochondriaci, cachexiarum, icterorũ &c. ſtatuuntur cauſæ, ſæpius ignorantiæ ſunt aſyla. Unde etiam non pauci Practici dubitant valde, an reverà dentur tales viſcerum, imprimis meſenterii obſtructiones, de quo vid. Höferus in Hercule *Medico p.* 139. item Horſt. *Obſ. L.* 4. *p.* 239. & 240. aut ſi reperiantur nonnunquam, an eædem adeò ſint frequentes. In iis certè vaſis & viſceribus, quæ continuus liquorum tranſitus alluit, v.g. venis & arteriis, vaſis lymphaticis, item epate & liene &c. Obſtructio talis fieri nequit ſine liquoris contenti reſtagnatione & collectione, indeque partis tumore, vel laceratis vaſis, liquoris con-

Digitized by Google

contenti extravaſatione, quæ duo, tumor & extravaſatio, obſtructiones veras neceſſariò inſequuntur. Obſtructis hic vaſis ſanguifluis, indeque ſanguinis impedito motu, plus minus inflammatio partis accidit, impedito verò à tali obſtructione lymphæ motu, hydropes particulares, v. g. hydrocephalus, hydrocele ſunt in promptu.

Interim univerſaliter non negandæ ſunt obſtructiones, ſed abuſus tantum rejiciendus, & ſuperſtructis iis falſò morbis, aliud inveſtigandum fundamentum, & in quibus repertæ interdum obſtructiones, non tam radix ſunt talis morbi, quàm potius productum ejus morboſum. Nam & ductus choledochus, non minus quàm pancreaticus ſæpius reperiuntur infarcti, tubuli renũ itidem à calculo aliove ſubjecto ſubinde ſunt obſeſſi, lacteorũ oſcula, ubi hiant in inteſtina, obſtructa cœliacũ dant morbum. Meſenterii quoq; obſtructionum exempla recenſet Horſtius *l. c. pag.* 240. & ſcirrhi, item ſcrophulæ eandem cognoſcunt originem, dum ſcilicet in porulis viſcerum, aut partium, circa capillaria vaſa humores quidam crudi ſtagnant, unde viſcera ſenſim intumeſcunt, & inſtar ſpongiarum inflantur, qui viſcidi tumores ſucceſſivè indurati, in ſpecie ex acore vitioſo, eos ut plurimum imprægnante & coagulante, tumores tales duros, & tactui renitentes conſtituunt, qui in partibus ſanguineis ſcirrhi, in ſpermaticis nodi & tophi, in glandulis ſtrumæ, ſeu ſcrophulæ appellantur.

Quid autem de morbis, ex obſtructionibus vulgò derivatis habendum ſit, malo verbis Lindani in Collegio privato M. S. ſuper Hartmanni *Praxin pag.* 166. §. 2. & 3. de„clarare, qui ita inquit: Credite hoc mihi (fa„ciet vos vraxis videre) illi morbi & vitia, „quæ paſſim attribuuntur obſtructionibus „meſenterii, ſunt revera effecta ventriculi „imbecillis, & non benè habentis, laboran„tis cruditate vel corruptione, inprimis ſæ„pius in hoc caſu acida. Revocate hoc ad „animum, qui praxin aggredimini. Utinam „hoc Medici diſcerent, ut, poſtquam tot pur„gationibus nihil profecerunt, cogitarent, „non eſſe obſtructiones meſenterii: dein „poteſtne aliquid magis inſanum eſſe, quàm „velle tollere obſtructiones purgantibus? „quomodo enim intrare aut remeare poſſent „per obſtructas vias? Præterea in cadaveri„bus nunquam reperietis meſenterii obſtru„ctiones, niſi ſimul ſcirrhum & corpus, lon„gitudine morbi emaciatum. Ubi totus „ſanguis mirè corruptus, ſcirrhum meſen„terii & obſtructionem generat, quid igitur „purgantia poterunt? Corrigite, roborate „ventriculum, corrigetis omnem putatam „obſtructionem, tolletis omne malum. Natura cautè ſatis providet, ne vaſa meſaraicâ „poſſint obſtructui, ſcilicet accuratiſſimè fil„trando chylum per filamenta bombycina„„ unde videmus chylum per venas lacteas„„ inſtar limpidæ aqueæ materiæ tranſire, at „verò, quomodo ibi fieri poterit obſtructio„„ præſertim cum pateat, minores ramos de„ſinere in ampliores: atque obſtructio me„tuenda, ubi ex majori in minus vas defer„tur. Ego tales obſtructiones, affectus me„lancholicos, hypochondriacos &c. curo, „ curato ventriculo.„ Hactenus Lindanus.

Fuerunt hæ eſſentiales morborũ differentiæ; nunc conſiderandæ etiam accidentales, à circumſtantiis variis deſumtæ. Has inter, ratione afficiendi modi, ſunt morbi, contagioſi dicti, item epidemici. Ad fermentativos humorum morbos hi ipſi contagioſi & epidemici pertinent, qui ab effluviis fermentativis, cum maſsâ ſanguineâ aliisve contentis permiſtis, ſuamque ibi tragœdiam ludentibus, proficiſcuntur. Contagioſi quidem, ſi ab alio ægro procedat iſtud fermentum, ſimilem fermentando inducens ægritudinem: epidemici verò, ſi iſta effluvia, vel cum aëre inſpirata, vel cum alimentis ingeſta, fermentationes vitioſas inducant: Conf. *Sennertus lib.* 4. *de febribus c.* 3. *ubi de Contagio.* Contagium enim eſt inſtar particulæ fermenti in panificio, quod à fermentante farinaceâ maſsâ deſumtum, alteri farinaceæ maſſæ additum, eam fermentat: miaſma verò epidemicum eſt inſtar effluviorum florentis vitis in agro, à quo vinum in cellis contentum turbatur & fermentatur.

Miaſmata hæc morboſa, ut varii ſunt generis, de ſalium tamen naturâ multùm participare, eaque eſſe texturæ ☉inæ, multa perſuadent, adeò, ut ob id etiam ad ☉ia volat. eadem reducat Simon Paulli in digreſſione de febribus malignis. Non tamen omnia erunt ejusdem naturæ ſeu conditionis, quin potius quædam de acido volatili acriori, ut in febribus peſtilentialibus, poſt magnas clades, ex cadaverum putredine exhalantia, quædam de acido ſpecifico, v. g. in dyſenteria epidemica, variolis, lue ♀ea &c. participare videntur. Fermenta hæc morboſa non ſunt ejusdem poteſtatis, quin unum citiùs & potentiùs, v. g. in febre malignâ, alterum tardiùs & debiliùs, v. g. in lue ♀ eâ aut ſcabie, ſe exerit. Quin etiam haud æqualiter omnes afficiunt, ſed hunc magis, illum minus. Diverſitatis ratio inter alias non eſt ultima, convenientia ſubjectorum, quoad craſin in maſſa ſanguinea: hinc enim eſt, quod inter conſanguineos ſimilitudo craſeos, ſeu conſtitutionis ſeminalis aptiores eos reddat, ut faciliùs unus ſuſcipiat alterius morboſum effluvium. Singulare quid hic obtinet

Digitized by Google

obtinet rabies canina; cujus contagium ad aliquot annos in corpore latet, poſt morſum ſepultum, ſed etiam quod ipſum, adjunctâ aliquâ ideâ contagioſâ, archeum in mores caninos transplantare videtur. Pertinet huc & tarantiſmus, cujus morboſa ſemina, toto anni tempore latentia, tantummodò eô tempore evigilant, & ſe exerunt; quo æger à tarantulâ primo demorſus fuit.

Ratione partis affectæ vel per eſſentiam, vel per conſenſum morbi oriri & afficere dicuntur. Per conſenſum una pars ab alterâ affici, ſeu morboſa reddi dicitur, quando unâ parte aliquid præternaturale ſentiente, alia etiam ſentit, atque idem aut diverſum quid patitur, unde ſympathiâ etiam dici conſuevit. Fundamentum hujus conſenſus conſiſtit in connexione partium nervoſarum; ſive continuæ eædem ſint, quâ ratione in imminente vomitu tremor labii inferioris contingit, quia intima membrana in ſtomacho, gulæ & oris cavo, ipſiſque labiis continua eſt; ſive contiguæ, quâ ratione, qui ſtrangu riâ laborant, ſæpius etiam ad alvum exonerandam ſtimulantur, ſive per nervorum tantùm intermedios funiculos conjunctæ, quâ ratione dolores renum ex calculo comitantur tormina ventris, vomitus, dyſuriæ &c. ob nervulos ex plexu nervorum meſenterii communi, ad omnes has partes derivatos, iſto ergo nõ renali nervo plexu viciniore, ex dolore in convulſivas criſpationes irritato, reliqui ex eodem plexu, ſimiles convulſiones patiuntur. Sunt enim nervoſæ partes, quæ propriè conſentire dicuntur, quoniam earum ſtructura eſt talis, ut inſtar chordarum, vel membranarum tenſarum, ſpiritibus animalibus imbutarum, hinc inde ſint contextæ aut connexæ: unde tali chordâ vel membranâ, in altera extremitate compulsâ, aut illisâ, tàm ex continuitate tenſionis, & hinc fibrationis, quàm ex rapidiſſimâ ſpiritus animalis in parte impulsâ agitatione & motione, ſecundum partis talis nervoſæ continuitatem, aut contiguitatem, omnis iſte contextus & connexus ſimiliter movetur: hinc punctis cerebri membranis, ſubindo totum corpus paroxyſmo epileptico convellitur, & irritatâ narium intimâ membranâ thorax convellitur, unde ſternutatio, ob nervorum, ad membranam hanc tendentium, cum nervis intercoſtalibus connexionem.

Sunt hi veri partium conſenſus; quodſi verò fiat, ut per ſanguinis circulationem excrementa vitioſa ex unâ parte in aliam transferantur, & ita poſterior afficiatur, non poteſt propriè conſenſus appellari, ſed eſt metaſtaſis materiæ morbificæ, & morbus per devteropathian, non per ſympathian: quædam aliæ alterationes huc etiam pertinent, in corpore obviæ, ac conſenſus vulgò vocatæ, cum vel ex alteratâ totâ maſsâ ſanguineâ, vel ex imaginatione, indeque vario ſpirituum motu, vel aliâ ratione dependeant. Spectat huc v. g. conſenſus ſic vocatus teſtium cum pulmone, & aſperâ arteriâ; nam & tuſſis pulmonum in tumorem teſtium non rarò mutatur, & ex teſtium virilitate inſpiratâ, ſub pubertatis annis, alteratur arteria trachea, dum vocem graviorem, & magis ſonoram reddit. Epithema, ex ſucco ſemper vivi majoris cum aceto & ☉ teſtibus applicatum, fortiſſimam etiam ebrietatem citò diſſipat; ſimile epithema epati admotum hæmorrhagiam narium ſiſtit. Pedum plantæ refrigeratæ, ambulando ſuper pavimentum lapideum, aut alvũ laxant, aut ventris tormina inferunt, quibusdam caput dolere faciunt.

Ratione primæ originis morbi ſunt vel connati vel adventitii: Connatos inter morbos primatum obtinent hæreditarii ſic dicti, ſeu à parentibus, talibus affectis, in liberos transplantati morbi, qui tantum ſunt iſti, qui fixas habent radices, chroniciſque ſunt, & difficulter curabiles; v. g. lithiaſis, arthritis &c. quod attinet horum cauſam, ea non minus adhuc in obſcuro poſita eſt, quàm ipſa generationis ratio. Nam materiale aliquod fermentum, aut quidam, ſecundùm Paracelſiſtas, morboſus ♀, aliunde in ſemine ſanguineque reſidens materiale; horum morborum cauſa eſſe nequit, quod nihil materiale poſt coitum in utero remanere ſoleat; aut ſi quid remaneat, quâ ratione, ad adeò determinatam partem dirigitur, ut lithiaſeos ſeminarium renibus, podagræ articulis infigatur: aut ſi tale aliquod eſſet fermentum materiale, cur non pater v. g. nodoſus ex podagrâ ſimiliter generaret filium; in cujus articulis jam coagulati eſſent ſimiles nodi: Adhæc ſimiliter per lac nutricum, hæreditarii ſimiles infunduntur morbi, quale exemplum de lithiaſi à nutrice in infantem translatâ. Vid. in Helmont. *Tract. infantis nutritio ad vitam longam.*

Hic ergo Helmont. ut in aliis morbis, ad ideas ſuas delabitur. Mens ejus eſt hæc: cum morbi parentum chronici, v. g. podagra, graviter afficiat eorum ſpiritus, hinc ex dolore, vel aliâ ratione in his producitur character idealis iſtius affectus, quæ morbi idea, in ſpiritu characteriſata, in generationis actu una cum ideis naturalibus traducta, cauſa fit morbi, hinc tandem ſubnaſcentis hæreditarii. Statuit enim Helmont. latere morbum à parentibus traductum characteraliter in archeo ſeminali, cujus ſigillum in ſemine parentum antea depictum, ſub ſuâ dierũ maturitate erumpat: ſigillatus hic in ſpiritu ſeminali character tam diu dormit, & ſui maturitatem expectat, donec à cauſâ quâdam occaſionali expergefiat, ſuaſque jam olim conceptarum imagi-

num explicet ideas. V. *Tract. inventio Tartari* §. 21. it. *Morbi archæales* §. 15. it. *Volupe viventium* §. 7. 8. *&c.*

Aut saltem morbi hæreditarii consistent in spiritu influo, ab insito cujusdam partis diutius morbosæ alterato, & in crasi facilè degenerabili facto, qui per generationem à parentibus communicatus, & ex parte sub formatione fœtus partibus implantatus, tandem successivis mutationibus in præternaturalem alterationem intenditur, & ita similem ac in parentibus morbum in filio producit.

Ratione conditionis certæ causæ morbosæ, morbus vel malignus vel benignus dicitur. Malignum in sensu Medico istud dicitur, quod apparenter quidem, & quoad externa signa, aut externam formam non adeò malum videtur, utut in se sit pessimum, & quod vitæ periculum minatur, quâ ratione idem cum venenoso erit. Vitæ periculum minatur malignum, vel repentinâ symptomatum truculentiâ vel subitaneâ virium sine causâ manifestâ prostratione. Vires hæ, quas prosternit, sunt vel animales vel vitales, vel utræq; simul, adeoq; causa maligna vel sanguinem ejusque spiritum vitalem solum, vel spiritum animalem, nervorumque systema solum, vel utrumque afficit; adeoque non eadem malignitatis in quibusvis morbis malignis vel venenosis est ratio, aut conditio, tàm subjecti primò patientis ratione, quàm symptomatum hinc enatorum varietate. Alia enim ratio est dysenteriæ malignæ, alia variolarum, alia pestis, alia purpuræ puerperarum, alia morsus canis rabidi &c. unde pro affectuum varietate & symptomatum ubique diversitas emergit.

Speciatim febrium malignarũ cæteris morbis frequentiorum quod attinet rationem, earum natura admodũ adhuc intricata est. Sive enim singularem putredinem, sive sanguinis coagulationem, ut Willisius de febribus, sive ejus nimiam dissolutionem, ab alcali A acerrimo factam, ut vult Sylv. *in Praxi, ubi de febribus malignis*, it. *de peste*: sive verminosam putredinem velis asserere, uti Hauptmannus & Langius; nunquam tamen exactè rationem istarum explicare poteris, adeò abstrusa adhuc earundem nocendi est ratio. In genere tamen in febribus malignis maximè ferè laborare videntur spiritus, nunc quidem magis vitales cum massâ sanguineâ, unde cum subitaneâ virium prostratione, pulsus frequens, celer, parvus observari assolet, corpore adhuc ad sudorem disposito, nunc vero spiritus animales, nervosumque systema, à malignitate afficiuntur, unde agrypniæ, deliria, convulsiones, cum omnimodo ferè sudoris defectu affligere solent, ita, ut causa febrium malignarũ in destructione spirituum influorũ consistere videatur.

Tempora, seu potius gradus morborum in febribus, & quidem præsertim acutis, specialius observandi, prout nempe iidem exasperantur sensim, sensimque remittunt, à gradibus dependent fermentationis in sanguine, quam & sequuntur symptomata vel immediatè vel mediatè, & unde coctionis signa in salutaribus, cruditatis verò in lethalibus se manifestant. Conf. Kergerus *de Fermentatione sect. 2. c. 5. sect. 3. c. 3.* Est enim coctio excrementorum morbificorum per fermentationem in sanguine facta separatio, vel præcipitatio, instar fœcum vini per fermentationem ex eo separatarum, & præcipitatarum. Quorum excrementorum separatorum pars, à latice aquoso absorpta, & per ☉am excreta, in fundo matulæ sedimentum exhibet, coctionis factæ signum.

Hæc morborum tempora regulam & occasionem monstrant legitimæ praxeos. Aphorismus enim Hippocratis *sect. 1. aph. 22.* non tantum de purgantibus, sed quâcunque evacuatione sensili etiam per urinas & sudores intelligendus. Uti enim natura in statu demum post coctionem factam, criticas suas evacuationes instituit, ita & Medicus, circa principium & incrementum præcipitantibus inprimis, circa statum verò sudoriferis, aliisve evacuantibus insistere debet.

Inter res præternaturales supersunt adhuc symptomata, quo nomine nihil aliud intelligitur, nisi accidentia, quæ læsam partium constitutionem ex morbo tanquam umbra suum corpus insequuntur. Adeoque à morbis saltim, vel immediatè, vel mediatè dependent. Sunt in triplici differentiâ, & quidem primaria sunt:

1. Symptomata actionum læsarum, actionis nempe vel abolitæ, vel imminutæ, vel auctæ, vel depravatæ, quas actionum læsiones insequuntur. Ad secundaria autem pertinet
2. Symptomatum classis, nempe symptomata in excretis, uti &
3. Classis, symptomata in qualitatibus mutatis.

Non enim nisi ex læsis actionibus, speciatim digestionibus & hinc vitiatis distributionibus, vitia in excretis, aut mutatæ corporis qualitates oriri possunt.

CAPUT IV.

De *Signis Morborum Diagnosticis.*

CUm non sufficiat Medico morborum naturam, cum eorum fiendi modis perspectam habere, nisi etiam eosdem ritè cognoscere queat, propterea necessariò eorum diagnosis subjungenda erit. Nam, cum causæ morbosæ non minus quàm ipsi morbi, partesque

Digitized by Google

que affectæ in obſcuro lateant, ac ſenſibus directè non pateant, ob id per certa media, ſigna diagnoſtica dicta, perſcrutanda ſunt à Medico.

Signum eſt aliquid notum, alterum, quod ignotum, patefaciens. Notum hoc eſt aliquid in ſenſus incurrens, vim obtinens intellectui aliquid ſiſtendi, quod ſenſuum aciem effugit, quatenus eundem determinat, ut per ratiocinationem ex noto ſibi ignotum patefaciat. Vis autem hæc, quâ intellectui ex noto aliud ignotum patefit, fundatur in noti cum ignoto cohærentiâ, quæ, ſi neceſſaria, ſigna exinde emergunt neceſſaria, qualia ſunt pauciſſima, & alias etiam pathognomonica vocantur, ſin vero iſta cohærentia eſt tantum contingens, ſigna exinde fiunt probabilia.

Ea, quæ hoc modo cohærent, ſunt cauſæ & effectus, & contra, it. quæ ſe invicem, ſive per ſe, aut per accidens conſequuntur: it. quæcunque alio modo inter ſe connexa ſunt: ex quo connexionis fundamento, tres univerſales ſignorum fontes emergunt.

1. Ex conſequentibus ſeu effectis, quo omnia tria ſymptomatum genera pertinent, uti etiam pulſus & ☉a: imò & juvantia & nocentia.
2. Ab antecedentibus ſeu cauſis, tàm internis, quàm externis, tam communibus quam propriis: Ad hunc fontem pertinet etiam ſubjecti patientis conſtitutio, quatenus exinde diſponitur ad hunc vel iſtum affectum, tam nativa, ratione idioſyncraſiæ, proprietatum hereditariarum, ſexus &c. quàm adventitia, ratione ætatum, victus, vitæ generis &c.
3. Ab eſſentialiter inhærentibus, i. e. ab ipſo effectu præternaturali, ſenſibus ipſis interdum ſatis manifeſto.

Quæ à Medico ſub primo ad ægrum ingreſſu pernoſcenda ſint, aptè explicat Hippocrates l. de affectibus Textu 36. terminos quæſtionum præſcribendo, inquiens: Cum ad ægrum deveneris, interrogare oportet, quæ patiatur, & ex quâ causâ & quot jam diebus, & an venter ſecedat, & quo victu utatur. Cujus uberiorem explicationem vide in Kyperi *Inſtit. L.3.c.4.*

Signa inter hæcce, tàm quæ in diagnoſi, quam etiam prognoſi locum habent, primatum obtinent ea, quæ ex ☉â & pulſibus deſumuntur, cum hæc virtutis vitalis rationem in ſanguine fundatam immediatè deſignent.

Nam, ut ☉â potus monſtrat alimenti, in primis viis alterati, & digeſtionis ibidem peractæ conditiones: ita ☉a ſanguinis, monſtrat hujus conſtitutionem, ex particularum, ejus liquorem componentium, inprimis ☉inarum fermentatione oriundam, & prout ratione vel puritatis vel impuritatis cacochymicæ, ſubinde variat. Pulſus autem ipſius fermentationis vitalis in corde inſinuat ſtatum, diſtributionisque ſanguinis ex eo in omnes partes rationem.

Urinæ judicio utut vulgus multum tribuat, tamen ex urinarum inſpectione nihil aliud poteſt colligi, quàm

1. Ratio chylificationis, ſeu, quo modo fiat digeſtio in ſtomacho, ejusque inde perfectio in inteſtinis.
2. Status ſanguinis, prout ex fermentatione reſultat, indeque recrementa, vel naturalia ☉ina, vel præternaturalia multivaria ſeparat & præcipitat.
3. Conditio partium urinæ ſecretioni & emiſſioni dicatarum.

In ☉æ inſpectione duo ſunt conſideranda:

1. Ipſe liquor lixivialis continens.
2. Contenta in eo varia natantia.

Liquor exhibet

1. Conſiſtentiam craſſam aut tenuem.
2. Tincturam ſeu colorem, ad quam refertur etiam ejus perſpicuitas, & opacitas.

Conſiſtentia, ſalium oleoſorum probè cum liquore continente unitorum, majorem vel minorem copiam, conſequitur. Tinctura vero ſeu color ☉æ eſt ab ☍o, ſeu ♃e, cum ☉e volatili probè ſubacto, & unito, mediante acido ☍oi occulto, hinc eſt, quod acida ☉æ permiſta colorem intenſiorem, alcalia verò remiſſiorem concilient. Naturalis ☉æ tinctura citrina eſt, quæ præternaturalem colorem, tàm deficientem, albam, plus minus pallidam &c. quàm excedentem flammeam, croceam, viridem, rubram, nigram &c. tanquam norma determinat. Deficientes tincturæ, utplurimum cruditatem digeſtionis primæ, ejusque deficientem à bile perfectionem conſequuntur: Excedentes verò aut ſortem admodum lixivii per copioſa ☉ia ☍oſa ſaturationem, aut præternaturalem in ſanguine fermentationem, quâ ſubiguntur exactiùs ſalia cum ♃e & intimiùs liquori continenti quaſi incoquuntur ſeu uniuntur.

Contentorum ratione opaca interdum, interdum pellucida ſeu clara conſpicitur urina: hoc dependet ab exactâ unione particularum ☉inarum ☍oſarum, cum poris liquoris aquei, unde radii luminoſi æquali tractu ferè permeant, illud verò dependet ab eorum ſeparatione, & quaſi præcipitatione, quæ fit, vel ab aëre externo frigidiuſculo, poros liquoris conſtringente, & ita particulas imbibitas extrudente, vel ab internâ recrementorum cacochymicorum, ex maſsâ ſanguineâ mediante fermentatione, præcipitatione, & inſtar fœcum ſeparatione, unde radii luminoſi hinc inde impingentes, in tranſitu prohibentur.

Contenta in liquore lixiviali, ratione ſitus triplici modo diſtincta in nubeculam, in ènæorema ſeu ſublimamentum, & in hypoſtaſin, ſeu ſedimentum, in ſanorum urinis rarò occurrunt, & in his cruditatis chyloſæ, vitio digeſtionis primæ coacervatæ, ſanguini non aſſimilabilis, ſed à latice urinario abſorptæ indicium exhibent: In ſtatu verò ægritudinis, ſeu præternaturali, uti mille modis variant contenta, ita ex triplici fonte ferè originem habent: nempe vel ex primis viis, vel ex maſſa ſanguinea, vel ex viis urinariis: ex primis viis ſunt urinæ contenta: v. g. in diabeticis, quando aſſumta, cum urina inalterata exeunt, vel quando primarum viarum cruditates chyloſæ cum ☉a, excernuntur; ex ſanguine verò v. g. in ſcorbuticis, ictericis, febrientibus &c. ex viis ☉ariis, v.g. mictus cruentus vitia renum, urina purulenta vitio veſicæ &c.

Dum ex ☉a cognoſcitur ſtatus coctionis primæ, & hinc ſanguinis, prout hic ex fermentatione ejus reſultat, hoc ipſo ſigna cruditatis & coctionis ſuggerere dicitur. Quo in negotio probè diſtinguenda eſt ☉a cruda in ſtatu neutro, vel, quæ in morbis chronicis ut in cachecticis, mulieribus non-menſtruatis obſervatur, ab illa ☉a cruda, quæ in morbis acutis, & febribus conſiderari ſolet. Illa, ratione chyloſeos, hæc ratione hæmatoſeos ita dicitur: adeoque cruditas & coctio, quarum ☉a ſignum exhibet, eſt, vel reſpectu alimentorum, vel reſpectu materiæ morbificæ. Urina cruda, aut quæ cruditatis ſigna exhibet, iſta dicitur, quæ extra morbos acutos, aut febres obſervatur, & inſequitur deficientem digeſtionem alimentorum in ventriculo, & primis viis, & talis eſt omnis ☉a, quæ à ſtatu naturali deficit, v. g. Quæ tenuis, non ſufficienter tincta emittitur, utplurimum etiam clara eſſe ſolet, rarò turbatur, & tales ☉æ deficientem digeſtionem primam, ſeu cruditatem alimentorum digeſtorum innuunt. Quodſi verò ☉a emittatur in debitâ conſiſtentiâ, coloris citrini, aut nonnihil intenſioris, clara aut propter copioſa contenta nonnihil obſcura, talis ☉a cocta, ſeu coctionis alimentorum in primis viis ritè peractæ ſignum aſſeritur.

Non confundenda eſt cum modò dictis cruditas & coctio materiæ morbificæ, ejuſq; ſigna in febribus, morbisque acutis in ſpecie notanda. Cruditas enim materiæ morbifica conſiſtit in intimiori particularum, ſanguinis maſſam conſtituentium, ipſive admixtarum, etiam præternaturalium, craſimque ejus vitiantium commixtione, & impeditâ hinc earundem cum lotio ſecretione. Coctio è contra materiæ morbificæ eſt, quoties particulæ heterogeneæ, ſanguini arctius unitæ, ab eodem iterum ſenſim ſeparantur, atque cum urina ex parte excernuntur. Medium coctionis, quo cruda fiunt cocta, i.e. quo fit iſta ſeparatio, & præcipitatio ex ſanguine, eſt fermentatio quædam extraordinaria, indeque p.n. ſanguini inducta, mediante qua præcipitantur particulæ heterogeneæ, & ſanguis novam texturam acquirit. Illuſtrat negotium hoc vinum, quod, dum adhuc muſteum exiſtit, crudum eſt, ex arctâ partium unione, ſed fermentatione factâ, dum muſtum in vinum tranſit, hoc coctum eſt, factâ copioſâ fœculentiarum ſeparatione, & ad fundum præcipitatione. Medium, quo ſeparantur fœculentiæ ex muſto, ut ex eo fiat vinum, eſt fermentatio. Ex quibus patet, quæ ☉æ cruditatis aut coctionis ſigna exhibent. Nempe cruda eſt ☉a, quæ tenuis, intenſè colorata, clara vel turbida, ſed quæ talis permanet &c. Coctionis è contra materiæ morbificæ ſigna ſunt, ſi evadat craſſior, intenſius colorata, clara, ſed quæ nubeculam, aut Enæorema exhibeat, item quæ hinc ſucceſſivè fit turbida, ſed tandem materiam copioſam in fundum ſeponit, liquore claro ſupernatante. Cruditas iſta materiæ morbificæ, eſt ab acido vitioſo præternaturali. coctio verò ab acido ſtomachi fermentali; Sunt enim omnes ſuccorum in corpore fermentationes ſaltem continuationes fermentationis, in ſtomacho inchoatæ, adeoque ſtomachi digeſtio præeſt quibusvis aliis, & nubecula in ☉a ſignum eſt redeuntis in ſtomachum fermenti & redintegratæ digeſtionis, ut rectè aſſerit Helmontius. Unde, modò ægri ad ea, quæ afferuntur, ritè ſe habeant, & aliquantulum alimenti absque renitentiâ vel nauſeâ aſſumant, etiam in periculoſiſſimis, & acutiſſimis febribus bonum ſignum activitatis fermenti ſtomachalis, & hinc ſperandæ coctionis materiæ morbificæ. Sunt autem hæc ipſa intelligenda magis de febribus benignis, quam malignis, item de iis ſaltem, in quibus contenta corporis magis affecta ſunt. Nam, in quibus ſpiritus primario laborant, minus hæc applicari poſſunt, utpote, cum in talibus ſub periculoſiſſimo ægrorum ſtatu, ☉æ ſanorum ſimillimæ apparere ſoleant.

Arenulas ſæpe cum ☉a excerni notum eſt, ſed benè obſervanda earum varietas. Veræ enim arenæ duræ, & tactui reſiſtentes, nec friabiles calculi ſunt prodromi: Sæpe autem excernuntur cum ☉a, vel potius ubi hæc paulatim ſteterit, lateribus vaſis ſe affigunt, quaſi arenulæ, vel ſabulum rubrum & copioſum, idque facilè friabile, & hoc ſcorbuticis ferè proprium, & quaſi infallibile quoddam ſignum ejus eſſe videtur. Conf. Höferus *in Hercule Medico pag.* 181. item Horſt. *in manu-*

Digitized by Google

manuduct. p. 191. quæ ſcorbuti ſubſumtio eò magis confirmatur, ſi ſupernatet ☉æ cruſta quædam quaſi pinguis vel ℘oſa, ſed ad latus adſpecta, inſtar caudæ pavonis vel iridis, eleganti colorum varietate diſtincta, quam rectè Mœbius *Inſtit. p.* 358. ex ☉e acido, cum alcali miſto & volatiliſato, & in ſuperficie quaſi cryſtalliſato oriri ſtatuit.

Cæterùm uti non rarò fallax & incertum eſt ex ☉a judicium, de quo videatur Hildanus *Cent.* 3. *obſ.* 73. in ſpecie in febribus malignis, ita & pulſus non rarò valdopere fallit, non tantùm pro varietate affectuum ex variis circumſtantiis ortorum, ſed variæ etiam pulſuum anomaliæ & inordinationes naturaliter quibusdam contingunt, obſervante hoc Deodato in valetudinario *pag.* 67. adeò, ut quaſi uniuscujusque naturalis pulſus antea præcognitus eſſe debeat, priusquam judicium certum de eo in morbis immutato ferri poſſit: unde & pulſus peſſimi in febricitantibus mulieribus non rarò Medicos fallunt, teſte Panarollo *Pentecoſte* 4. *Obſ.* 48. item varii ſubinde pulſus, & diſtincti in eodem ſubjecto obſervantur, dum pulſus in dextro carpo optimus, in ſiniſtro peſſimus obſervatus ſit, idque ob ulcus & abſceſſum in pulmone illius lateris: teſte Bartholino *in vol.* 1. *Act. Hafn. pag.* 18. adeò ut in pulſuum cognitione & judicio omnia probè à Medico conſideranda ſint, utut raræ quædam mirandarum ex pulſu prædictionum hiſtoriæ, hinc inde etiam proſtent, quas vid. *in* Schenckii *L.* 2. *Obſ. p.* 286. *in* Barthol. *Cent.* 5. *hiſt.* 37. in quo ipſo mirum quantum excellunt Medici Sinenſes & Japonenſes, ita, ut mirificè excellent in diagnoſi & prognoſi morborum ex pulſu.

Ex pulſu ipſo duo ſaltem cognoſci & exinde prognoſis inſtitui poteſt, nempe

1. Status fermentationis vitalis ſanguinis in præcordiis:
2. Ex fermentante, & conſequenter plus minus ſpirituaſcente ſanguine, virium, vel robuſtiorum vel infirmiorum conditio. Pro quibus ritè cognoſcendis in pulſu pertendando quatuor requiſita attendenda ſunt:

1. Cor movens, ratione cujus in motu vigoris pulſus evadit vel vehemens, vel debilis, indeq; virium vel conſtantiũ, vel deficientium ſignum exhibet.
2. Sanguis mobilis, ratione ſuæ turgeſcentiæ fermentativæ, unde pulſus vel magnus, vel parvus, adeoque vel laudabilioris, vel defectuoſæ fermentationis in ſanguine, index.
3. Inſtrumentum ſeu organon, per quod fit ſanguinis motus, nempe arteria, pro cujus conditione pulſus vel mollis vel durus exiſtit, quæ arteriæ duri-ties nil aliud quàm ſpaſmus quidam, aut convulſiva fibrarum membranæ arteriæ contractio, indeque in diſtenſione renitentia exiſtit, & membranam, in quodam loco affectam dolentem aut ſpaſmo correptam innuit, uti in pleuriticis, it. nephriticis obviũ eſt.
4. Tempus, quod menſurat motus durationem, vel in unâ ſaltem pulſatione, unde pulſus vel celer, vel tardus; aut in pluribus ictibus, unde pulſus vel frequens, vel rarus: quæ temporis ratio à diverſa ſanguinis fermentantis conditione dependet, prout enim cor à ſanguine intenſiùs aut remiſſiùs fermentante, magis vel minus irritatur, etiam frequentiores aut variores, celeriores aut tardiores, hujus fiunt contractiones, & conſequenter pulſationes. Videatur hic optimus, quia perſpicuus, Sylvius *in Diſſertat. Med.* 3. §. 37. & *ſeqq.*

Simplices hæ differentiæ pulſum invicem collatæ, compoſitas dant differentias, quæ mutuo inter eas habito reſpectu, vel æquales ſunt, vel inæquales: ſicuti diaſtole arteriæ collata cum ejus ſyſtole, pulſum dat vel evrhythmum vel arhythmum. Omnes hæ differentiæ quo plus recedunt à ſtatu naturali, à conditione ægri, à ratione morbi & causâ morboſâ varia, eò ſunt pejores, quò minus, eò meliores. In ſpecie debiles, parvi & frequentes juncti ſunt peſſimi: in magnis tamen doloribus, ſi pulſus fuerit parvus, neminem terreat. Cont. *Bartholin. Cent.* 5. *hiſt.* 37.

Inter inæquales pulſus intermittens & deficiens ſolet eſſe terribilis Medico, quia ſæpe eſt lethalis ægroto, nihilominus quælibet ante omnia circumſtantiæ benè perpendendæ ſunt, antequam feratur judicium. Nam, ut taceam abolitum arteriarum pulſum, ad multos annos obſervatum fuiſſe à Ronſeo *Ep.* 11. *p.* 41. & Rhodio *Cent.* 2. *obſ.* 42. vel ſaltem eundem in quibusdam ſubjectis digito applicato non ſentiri, quale exemplum vid. in *Barthol. Cent.* 4. *Hiſt.* 42. certè interdum ex variis cauſis impedimentum occurrit, quò minus arteriæ pulſare queant, utut res careat periculo, modò benè cognoſcatur origo: ſic ob præſentem plethoram, indeque impeditum ſanguinis motum pulſum interceptum, vid. in Schenckio *L.* 2. *obſ. ubi de pulſu.* Sic ob tumores occultos, comprimentes in aliqua parte arteriam, impeditur ejus debita dilatatio, unde obſcuratur & deficit pulſus in una manu, qui eò erit manifeſtior in altera; vid. Panarollus *Pent.* 1. *Obſ.* 32. Cordis item auricula à materia craſſa & pituitoſâ referta dat pulſus inæquales, & intermittentes, teſte Riverio *Obſ.* 77. *Cent.* 2.

Digitized by Google

Inprimis tamen ſolet ſubinde intermittere pulſus minori cum periculo, in tribus caſibus, nempè

1. In febribus malignis.
2. In Pleuritide.
3. In malo hypochondriaco confirmato, aut ſcorbuto.

In quibus expertis nota eſt ingens in pulſu variatio, cum non rarà ejus intermiſſione, quæ tamen periculo ſæpe caret, ſubinde fortiter cum palpitatione cordis recurrente eodem. Conf. *Miſc. Curioſ. Anno* 2. *p.* 339.

Sicuti diagnoſis rerum præternaturalium ad Pathologiam pertinet, ita prognoſis ad therapiam. Cum enim non rarò plus arte medicâ valeat gravius malum, ſubinde neceſſe eſt, ut maturè artificioſa conjectura præcognoſcat Medicus, an & quo modo curabilis ſit affectus, adeoque & eventum morbi, & tempus eventus & modum eventus artificioſo prognoſtico eruat.

Neminem autem prognoſtico relinquat, quia nunquam omnia adeò manifeſta eſſe poſſunt circa ægros, ob ſpecialem uniuscujusque individui idioſyncraſiam, quin interdum hujus ratione miracula in Medicina fieri videantur, & ii, qui conclamati putantur, præter ſpem ſubinde convaleſcant.

Fundamentum legitimæ prognoſcos cujuscunque eſt circumſpecta conſideratio roboris naturæ, & violentiæ morbi, & utriusque collatio mutua: quorum, quod prævaliturum judicatur, & quomodo, eò vergit omnis prognoſis. Nempe proceſſus quaſi judicialis in prognoſi inſtituitur: reus eſt æger, actor eſt morbus, teſtes ſunt ſigna, in ſpecie, quæ à conſequentibus deſumuntur, nempe ex parte ægri, functiones, quæ adhuc ſunt naturales, ex parte morbi ſymptomata, advocatus eſt natura, judicis vicem obtinet Medicus vel condemnans alteram partem, vel judicium in re dubiâ ſuſpendendo, partes interdum ad ſupremum judicem, divinum Numen, ablegans.

Proceſſus hic inprimis ſub criſi evidens eſt, ſub quâ ſubitanea fit mutatio, eaque in manifeſto, vel melius vel pejus. Utut rarius apud nos contingant, cum corpora noſtra ſolidiora, victu craſſiori utentia, frequentius labe ſcorbutica infecta, ſanguine minus turgeſcente prædita, in climate min⁹ fervido, ineptiora ſunt, quàm ut criticas ſubeant alterationes: unde ſæpi⁹ evenit, ut negligatur criſis, partim quia bonus Medicus eam n::itur prævenire, partim quia ipſi dies minus certi exiſtunt, cum & extra ſeptenarios ſubinde criſes laudabiles eveniant. Vid. *de his Sanctorius in Comm. in Aphoriſm. Hippocratis* 20. item *in Methodo vitandorum errorum in Medicinâ pag.* 833.

INSTITUTIONUM MEDICARUM PARS III.

HYGIENA ET THERAPEVTICA.

CAPUT I.

De

Ratione Conſervandi Sanitatem per Præcepta Hygienes.

FUndamentum generale legitimæ diætæ pro ſanitate conſervandâ ſubminiſtrat Celſus *L.* I. *c.* I. *dicens*: Sanus homo, qui & benè valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis ſe obligare legibus debet, ac, neq; Medico neque Iatroalipta egere; h. e. nullis ſtrictis diæta regulis ſe alliget, ſed libertate ſuâ utatur, aliàs medicè vivere eſſet peſſimè vivere. Cùm verò ex Hippocrate conſuetudinis maxima ſit vis, & in aliam naturam transmutandi efficacia, hujus dictamen in rerum non-naturalium uſu eſt audiendum.

Specialiùs conſervandæ ſanitatis medium docet Hippocrates, inquiens: ſanitatis ſtudium eſt, non ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad labores: morbos verò præcavendi rationem idem ſubminiſtrat, dum docet: Quiete & abſtinentiâ multos magnos morbos curari. Hinc rectè ſobrietas ab Helmontio totius diætæ cardo vocatur.

Calor activum vitæ inſtrumentum & indicium vegeti plus minus principii vitalis, & conſequens, conſiſtens in motu celerrimo acidi volatilis oleoſi, gliſcit in infantibus, concitatiſſimè agitatur, & quaſi deflagrat in juvenibus, remittit motu, quia partim deficit, partim minus volatile eſt, in ſenibus ordinariò tepeſcentibus. Fundamentum ſpiritus influus & inſitus exiſtunt, qui ſunt iſtud naturale

Digitized by Google

turale acidum volatile oleoſum, cujus motu calor iſte tanquam ſignum eorum impetus ſequitur; in hujus ergo naturali conſervatione & temperatione, adeoque ſpirituum debita ad corpus habitudine conſervanda occupata eſt Hygiene.

Ætatibus quo magis minusque congrui ſint quidam morbi, etiam horum exactam rationem habendam ſuadet Hippocrates. Hinc infantum, quorum ſanguis, inſtar recentis muſti moderatè fermentat, & hinc facilè vitiari poteſt, ſanitas optimè conſervatur, modò impediatur lactis coagulum, vel ejus ſub digeſtione depravatio. Inſignis enim infantilium affectuum diverſitas, ut plurimum ex vitiato lactis coagulo, indeque oriundo muco acido & pontico, originem ducit, id quod excreta viridia, ſeu æruginoſa ſufficienter declarant. Hinc præter remedia aniſata, lac corrigentia, etiam terrea alcalina, acidum abſorbentia, lapilli ♋, corallia, C. C. imprimis ♎ia volat. v. g. Liquor C. C. ſuccinatus, item ſpiritus ✻ aniſatus tenellis impenſè conducunt, eorumque declinantem ſanitatem firmant. Poſt ablactationem verò habenda inprimis eſt ratio addiphagias ſeu nimiæ voracitatis, cujus occaſione ob cruditatem acidam, generatur pituita acida, viſcida: unde plures morbi puerorum dependent, & ad quam ferè ſemper in iisdem reſpectus habendus venit.

In ætate conſiſtente juvenum & virorum, dum ſanguinea maſſa inſtar vini generoſi in ſuo eſt vigore, ſummaque ſpirituaſcentiâ, obſervandum eſt, pro conſervanda horum ſanitate, ne vel nimias concipiat effervescentias, in periculoſos acutos morbos erumpentes, vel, ne citò nimis in ſuo vigore deficiat, ad præmaturam ſenilem debilitatem, idque aut per nimios corporis motus, aut per intenſiores & crebriores meditationes: unde per conſuetum, ſimul tamen moderatum rerum non-naturalium uſum, æquabilis ſanguinis motus & fermentatio conſervetur. In ſpecie in priori exceſſu ferocior ejus impetus fixioribus, imprimis nitratis, refrænandus, ſpirituumque nimius motus opiatis ſiſtendus: in poſteriori verò defectu ſpirituoſis volatilibus, & aromaticis conſervandus ſpirituum vigor.

Senes tandem langueſcentes, cum eorum ſanguis inſtar vini aceſcentis, vel ex rancore vappeſcentis ſit effœtus & ſpiritibus depauperatus, indeque ex acidi abundantia crudisque ſuccis craſſus, tardéque mobilis, quæ omnia ex deficiente ſtomachi digeſtione dependent, per generoſi ſpirituoſique potus & ciborum, vel condimentorum aromaticorum moderatum uſum ſunt reſtaurandi, quibus & moderatum gaudium, & blanda corporis diaphoreſis, per Rhob ſambuci vel juniperi conſervetur: accedat ſimul his moderatus adeoque cautus ambratorum uſus, quorum virtute fulciantur, non verò proſternantur ſpiritus.

Ergo in ætate accreſcente, gliſcens obruendo alimentis non extinguatur, in ætate conſiſtente in æquabili temperatura conſervetur, in decreſcente analogis excitetur.

CAPUT II.

De

Methodo Medendi.

LEgitimam curandi morbos rationem docet Therapevtica, dum legitimâ agendorum notitiâ, ſeu methodo medendi inſtructus Medicus ſalubriter ſuccurrit ægris. Notitia hæc curandi, vulgò Medendi methodus vocari ſolet, & innuit artem, cujus ope Medicus auxilia invenit, eaque legitimè applicat pro ſanandis morbis. Revera autem methodus hæc medendi conſiſtit in judicio Medici practico, fundato in judicio ejus theoretico, unde, prout hypotheſes Medicorum ſeu judicia variant, etiam variat medendi methodus; alia nempe eſt Galenica, Paracelſica, Poteriana &c. Quod judicium rationale, memoriæ contradiſtinctum, in œconomia animali particulari proximè, & in univerſæ naturæ notitia remotè fundatum eſt, quod revera ſagacem & prudentem conſtituit Medicum, & artem ejus conjecturalem, non ſuperficialem aut temerariam, ſed fundamentalem & accuratam conſtituit. Unde & propter caſuum in praxi varietatem, & circumſtantiarum inextricabiles nodos, morborumque novorum ſubinde, ex accreſcente hominum luxuria & contagiorum connexu vario proventu, judicioſus magis, quam memoria præditus conſuiendus Medicus, quatenus hic non niſi viſa ac audita, ille planè nova mentis acie penetrare valet.

Eſt equidem naturæ, morborum medicatricis, miniſter Medicus, teſte Hippocrate *in Epidem. l. 6. ſect. 5.* h. e. non agere poteſt aut debet, niſi quatenus nexus & ordo cauſarum corporis œconomiam conſtituentium & conſervantium permittit, quo in ordine, ceu prima cauſa eminent ſpiritus, impetum illud faciens Hippocratis, præſertim influus, ſicuti fundamentum hujus naturæ medicatricis conſiſtit primariò in fermentatione ſanguinis, prout ab acido & alcali peragitur, & præſupponit iſtam fermentationem, quæ in ſtomacho & inteſtinis præſtatur. Adeoque non conſiſtit natura in partibus externis, nec

nec in viscеribus seu partibus solidis, sed in contentis seu fluidis. Formaliter quidem & proximè in spiritu, fundamentaliter verò in sanguine ejusque motu intestino fermentativo. Sed observetur hic triplex naturæ status ab Helmontio, *Tract. Ignotus hospes morbus* §. 89. item *tract. Catarrhi deliramenta* §. 1. inculcatus, naturæ scilicet stantis, sedentis & jacentis: ubi Medicus imprimis duobus statibus solus est minister, naturam adjuvans & imitans, sed in tertio prostratæ naturæ statu Medicus potius ejus est patronus & rector, eam denuò erigens, & in libertatem vindicans: quod ipsum nonnisi adeptis, majoribus medendi arcanis instructis, concessum est.

Legitimè autem sanat morbum Medicus, qui tres hasce conditiones, ceu legitimæ curationis normas, observat: nempe ut citò, tutò & jucundè curet: citò, ratione temporis & citra moram; tutò, ratione effectus, citra recidivæ aut alius cujusdam periculi metum; jucundè, ratione modi, & cùm nulla, quantum fieri potest, eveniat molestia. Faciet hæc Medicus imitando legitimam functionum quarumvis naturalem rationem, temperatis imprimis insistendo remediis.

Media curandi inveniuntur tribus modis:

1. Per rationem in Philosophia naturali & œconomia animali fundatam, & vocatur aliàs indicatio.
2. Per experientiam in aliquot exemplis, jam olim observatis fundatam, quâ ratione medicamenta specifica dicta, quorum agendi ratio à priori non potest adeò exactè demonstrari, in usum vocantur.
3. Per analogismum in similitudine affectûs unius cum altero fundatum, unde medicamenta, affectui cognito appropriata, applicantur etiam in affectu altero incognito, priori tamen simili; id quod inprimis in novis, aliàsque incognitis affectibus usu venit. In his tribus inveniendi auxilia mediis, quasi modus argumentationis syllogisticæ, nunc perfectæ, nunc imperfectæ occurrit. Mediũ argumentationis, desumtũ à ratione, est indicatio, & dat syllogismum perfectum. Medium ab exemplis plurib⁹ æqualibus, est experientia, & dat inductionẽ: Quodsi medium sumatur ab alio exemplo simili, fit analogismus, & est argumentandi forma, quæ vocatur exemplum.

Ex his experientia primatum obtinet, dilucidata imprimis per rationem; nam omnis ratio in naturalibus sensuum præsupponit observationem, adeoque experientiam. Hinc omnis specificorum remediorum, quæ Helmontio appropriata dicuntur, efficacia, casu ut plurimum inventa, per experientiam confirmata, & hinc per rationis scrutinium, quantum fieri potest, illustrata sunt. Eosdem experimenta & ipsa specifica, in omnibus subjectis eandem vim nullo modo semper habere possunt, quin interdum & ipsa sint frustranea, idque propter idiosyncrasiam, uniuscujusque individui specialem, propter quam necessariò habitudo seu respectus, quem habet remedium tanquam agens, ad corpus ægrum, tanquam patiens, variat. Simili negotium illustro: Pulvis Jalappæ ad ʒj. hunc copiosè, illum planè non purgat, utut centum alios purgaverit: exinde tamen hujusmodi experimenta specifica statim tanquam nulla planè rejicere, insulsum est. Nam in rebus talibus contingentibus ea, quæ ut plurimum ita fiunt, necessarii affectus locum obtinent. Exinde exsurgit methodus dogmatica & empirica, quæ est duplex: Rationalis seu circumspecta, & audax seu temeraria. Semper nempe necesse est, ut omnis Medicus nonnihil sit empiricus, interim tamen in praxi nec sit tumidus, nec tamen etiam sit nimis timidus. Felix sit Medicus quoad eventum, non fortunatus, cum ratio à fortuna & casibus fortuitis longiùs absit, interim & hanc non planè rejiciat, cum & casu quidam interdum curentur, & etiam miracula in medicina fiant.

De cætero triplex quoad remedia curandi ferè est modus s. methodus: (1.) Per generalia saltem & universalia, quæ est communissima, & quò etiã Sylvii praxis pertinet. (2.) Per particularia seu specifica, causæ aut effectui singulariter oppositа, ut priapus ceti in dysenteria, chelidonium majus in ictero, viscus corylinus in epilepsia. (3.) Per arcana, seu sublimiora remedia, & quæ ad panaceæ fastigium plus minus assurgunt, quorum uno alterove pluribus & tantum non omnibus affectibus succurrere satagunt, dum simpliciter vires naturæ roborando & ejus inordinationes sistendo operari videntur.

Indicatio est ostensio auxiliorum, seu demonstratio agendorum, in se nempe, & absolutè considerata: respectu verò Medici indicatio est inventio remedii in Medico, pro curando affectu, ex eo, quod cognoscit ratione à priori tale remedium hanc habere potentiam, ut tollat talem affectum. Id ergo quod Medicum, ceu artificem dirigit, ut inveniat remedium, dicitur indicans; id verò, quod ipsi agendum indicatur, dicitur indicatum. Nexus causalis, inter indicans & indicatum, dicitur indicatio. Indicatio hæc, ratione ostensionis ab indicante factæ, est vel conservatoria rei naturalis, & dicitur indicatio vitalis; vel est ablatoria, rei p. n. nempe

Digitized by Google

nempe vel morbi, & dicitur indicatio curatoria, vel causæ morbosæ, & est indicatio præservatoria, vel symptomatum urgentium, & dicitur indicatio symptomatica: & totuplex etiam indicans & indicatum esse solet. Indicatum porro dividitur in quid agendum, & usum, seu in auxilii materiale & formale. Quid agendum, seu auxilii materiale, est ipsum medium seu auxilium indicatum, usus verò seu auxilii formale est legitima ejus usurpandi ratio, quæ pro circumstantiarum varietate multis admodum modis variat.

Fundamentum, ex quo Medicus ex indicante cognoscit indicatum, est ratio, fundata, tàm in historiâ naturali, quàm œconomiâ animali in genere: in specie tamen est fundamentum nexus vel respectus hujus inter indicans & indicatum, quod remoto uno ponatur alterum, & posito uno removeatur alterum. Medicus ergo per medium rationis, ex cursu causarum naturalium elicitæ, invenit id, quod valet removere illud præternaturale, ut permaneat, vel restituatur in legitimum statum, id quod est naturale. Hoc alii explicant per usitatum illum canonem, quod contraria contrariis curentur, similia similibus conserventur. Ubi non strictè contraria, neque tantum opposita intelligenda, sed omnia ea, quæ tali se habent modo ad se invicem, ut in corporis nostri œconomiâ simul esse nequeant, sed posito uno, alterum quâcunque ex causâ removeatur. Quâ ratione facilè hæc trita sententia conciliari potest cum iis, quæ habet Helmont. *Tract. Natura contrariorum nescia* §. 15.

Indicans est in genere illud, quod ostendit agenda, ut homini restituatur sanitas, quæ agenda sunt tàm vitanda, seu omittenda, quam usurpanda, seu applicanda. In specie, quid sit hoc indicans, facilè ex eo cognoscitur, quod Medicus sit naturæ minister. Hæc ergo totam ad se convertit medendi rationem. Hæc est internum principium, gubernans corporis œconomiam, inducens & sanans morbos. Natura ergo primariò indicabit, quid agendum sit Medico, ut conserventur vires, & curentur morbi, ut auferantur causæ, ut placentur symptomata. Circumstantiæ verò ipsæ naturales, ut sexus, ætas, vitæ genus, idiosyncrasiæ, climatis ratio, astrorum influxus, quatenus naturæ vires suo modo limitant, & etiam indicationem ejus primariam certâ ratione modificant, secundaria sunt indicantia, eaque nunc permittentia, nunc prohibentia dicuntur.

Quoad indicati usum, observetur illud effatum Epiphanii Ferdinandi: Inviolabili lege observandum est, ut quandoque à remediis abstineamus; nam interdum remedium est, nullum adhibere remedium, maximè quando natura, à multitudine medicamentorum, & diuturnitate doloris afflicta; tunc enim intermissionem facere juvat. Illustrat hoc in suâ *hist.* 54. *pag.* 168. exemplo doloris nephritici, in quo post novem dies, applicatis pluribus ferè frustra remediis, cum quietem fecisset per 10. & 11. diem, recreata natura, die 11. cœpit plures calculos emittere per vias urinarias. Unde rectè Borellus inquit *Cent* 3. *Obs.* 55. Medicus non minus est, qui remedia ægris admovere, quàm qui utiliter amovere scit.

CAPUT III.

De *Auxiliis.*

PRæsidia quod attinet, seu auxiliorum naturam, tam conservandi præsentem (in hygiena) quam recuperandi absentem, h. e. amissam, sanitatem, (in therapevsi) ex triplici fonte desumuntur. Nempe

1. Ex fonte chirurgico, per manuum armatarum artificiosam applicationem.
2. Ex fonte pharmaceutico, per medicamenta, ex tribus regnis, minerali, animali & vegetabili desumta.
3. Ex fonte diætetico per rerum non-naturalium varium, pro circumstantiarum diversitate, usum.

Præ cæteris auxiliis sui considerationem merentur ex fonte Pharmaceutico remedia, ceu maximè variantia, & præ cæteris quibusvis familiaria. Circa hæc observandum, quod illa in quasvis corporis partes operationem suam exerant, adeoque in spirituosas fluidas & solidas partes agant, idque distinctis modis, dum quædam in alterutram saltem illarum partium agant, altera intacta. Sic enim opiata aliaque similia narcotica inprimis in spiritus agunt, præsertim animales influos, horumque motus certâ ratione moderantur. Salia volatilia speciatim in fluida seu humores corporis operantur, eorumque crasin diversimodè alterant. Corrosiva denique, item purgantia antimonialia, adstringentia, sternutatoria &c. in solidas corporis partes primariò agunt: Quatenus tamen in machinâ nostrâ corporeâ quarumvis partium mutuus nexus & certa conspiratio est, evenit, ut rarò medicamentum unam partem afficiat, quin simul & alia illius medio afficiatur. Sic primaria objecta, in quæ remedia agere assolent, sunt spiritus & humores, quibus mediantibus & universum corpus remedii activitatem plus minus percipit, secundaria verò sunt saltem partes solidæ.

Remedii in genere quod attinet naturam, medium quid inter alimenta & venena rectè dicitur Sylvio *in Diſſertat.* 2. *Coroll.* 3. *& Praxeos L.* 4. *Tr.* 5. §. 50. Nam omnia ea, quæ aſſumuntur à nobis, vel corpori applicantur, ita apta ſunt mutari in corpore noſtro, ut in ejusdem ſubſtantiam, hujusque conſervationem aut reparationem abire poſſint, & alimenta dicuntur: vel inepta ſunt tali mutationi ſubeundæ, at contra apta potiùs, quæ corpus immutent, & quidem, aut in melius ſuo modo alterando, aut in pejus deſtruendo: illa, quæ in melius, adeoque in ſtatu imperfectiori, ſeu præternaturali, in naturalem ſtatum deducunt, medicamenta rectè dicuntur; illa verò, quæ pejus mutationem efficiunt, & ad corruptionem, ſeu deſtructionem ſtatus naturalis tendunt, venena dicuntur. Sed hoc ferè ſub latiori appellandi licentiâ, ſtrictè enim & propriè venenum innuit alterationem, ſeu immutationem ſummam, corporis conſequenter deſtructivam, ſub mole minimâ, idque per ſe, non per accidens.

Conſiderandum jam venit, quanam ratione operentur medicamenta: ſanè, quantum hactenus ſenſuum fide, & intelligibili ratiocinio penetrari potuit, per contactum corporalem, & miſcelam ſui materialem ſaltem operantur, virtuali radio, qui ideas morboſas archæi tollat, vel cujus intuitu ille novas cudat, prout Helmontius diſſerit, adhuc ulteriori conſiderationi relicto. Illa certè, quæ potentias morboſas Hippocraticas edomant, acidum abſorbent, acre temperant, amarum corrigunt, it. quæ partes ſolidas, quà tales, afficiunt, h. e. adſtringunt, vellicant, ſeu irritant, dolorem excitant, item movent, ſomnum inducunt, ſpiritus alterant &c. hactenus non niſi corporali ſui contactu, & materialis ſuæ texturæ ratione, & hujus medio, facta partium corporis alteratione, operari obſervata, & aſſerta fuerunt. Id quod vel iſtud confirmat ſufficienter, quod, prout materialis iſta textura & craſis ſeminalis ſub illa recondita plus minus immutatur, vel per præparationes, vel per compoſitiones, etiam plus minus immutentur ipſæ remediorum, etiam potentiorum vires, ut in opiatis, & purgantibus manifeſtum eſt, ut taceam & venena, arſenicum, ☿ ♎ &c. in ſalubria ex mutatâ texturâ converti remedia.

Materialem dum inſinuo texturam remediorum, & craſin ſeminalem ſub illâ, ceu optimum nucleum ſub cortice ſepultam, penitus removeo qualitates iſtas, tam primas, quàm ſecundas & tertias ac occultas, ratione quarum medicamenta operari, veteribus putata fuerunt. Erratum nempe in hoc fuit inſigniter, quod iſtæ qualitates, quæ medicamentorum operationes inſecutæ fuerint, ipſis medicamentis attributæ ſint formaliter & abſolutè; cum tamen non niſi effectivè inde procedant, & reſpectivè ſaltem ipſis conveniant, prout nempe ex applicatione talium ſubjectorum ad corpus noſtrum vivens, ejusque partes, & inde mutuâ actione & paſſione, tales qualitates, tanquam certi effectus inde procedant. Tantum igitur abeſt, remedia per ſe calida, frigida, purgativa, ſoporifera eſſe, quantum, quod ſol lutum indurandi facultatem habeat, qui ceram tamen liquefacit; quæ virtus ſanè, & inde nata operatio, non à virtute efficientis, ſed objecti, ſeu ſubſtratæ materiæ conditione unicè dependet.

Nempe textura materialis ſecundùm minima ſpecifica uniuscujusque remedii, ſeu ſeminalis mediante certo motu vel quiete, quæ in partibus corporis excitat, eſt id, in quo vis operativa conſiſtit, inſequuntur mediatè alterationes ſenſiles motum vel quietem illam inductam ex mutua quaſi conſequentia: Tales ſunt calores, purgationes, ſudores, &c. v. g. clavis ſeram aperit, non propter vim reſerativam formaliter talem, ſed ſaltem ex ſpecifica textura & ſuperinducta conformatione, qua non niſi huic feræ reſerandæ apta eſt, non alii: pariter piper calefacit ſub maſticatione linguam, non ob calorem, quem in ſe habet, ſed ob talem ſeminalem minimorum texturam, ex qua mediante motu ſimilis in lingua fit motus atque impreſſio, ut ab igneis particulis: unde ſimili ex effectu malè de ſimili cauſa argumentamur.

Sic medicamenta, pro variâ applicatione, modò caliditatis, modò frigiditatis, modò purgationis, modò ſudoris edunt effectus. Prout ergo v. g. ſpiritus nitri acidus aliam operationem in linguâ, aliam in oculo, aliam in cute, aliam in ſanguine, aliam cum ♀, aliam cum ♂e, aliam cum ♄, aliam cum ☉e ꝙi exerit, ſub cådem licet materiali texturâ, unde plures qualitates, ceu tot operativæ potentiæ ipſi tribui poſſint, quæ tamen ipſi non inſunt, ſed ex ejus ſimplici ſaltim, ſed in plura & diverſa objecta actione emergunt, ita ut remedia non habeant in ſe iſtas qualitates, & facultates, quas ſui uſu in corpus noſtrum exerunt, ſed iſtæ, ex ſolâ illarum texturâ materiali, ejusque diverſis partibus corporis noſtri viventis applicatione oriuntur. Sic ♄ refrigerat inflammationes, non frigoris efficaciâ, ſed ratione texturæ ſuæ materialis, quâ acida abſorbet, à quibus inflammationes, & rubores.

Unde etiam diſtributio qualitatum in certas manſiones ſeu gradus eſt planè futilis, non ſecus ac inveſtigandi ratio facultatum medi-

Digitized by Google

medicamentoſarum per guſtum, & hinc per alias proprietates externas, v. g. odorem, inflammabilitatem &c. pariter nullius pretii ſunt ex eo, quod corticem ſaltim medicamentorum, nucleum verò craſcos ſœminalis & emergentem hinc ſaporem ſpecificum, ſeu proprietatem ſingularem non attingant. v. g. amariſſima ſunt opium, colocynthis, abſynthium, aloë, fel animalium, & tamen in operationum reſpectu corporis noſtri varietate, toto cœlo differunt. Conf. Hofmannus *in Clave Schröder. pag.* 41. & quânam ratione ſenſus guſtus judicium ferre poteſt, de objecto alterius cujusdam, in vel extra corpus actionis & paſſionis. Guſtus judicio ſpiritus nitri eſt acidus, qui variis corporis partibus admotus, multiplices operationes exerit, quarum nullum planè augurium ex guſtu haberi poteſt.

Prout autem remedia applicantur corpori, ea vel externa, vel interna eſſe ſolent: externa operantur inſinuando ſe effluviorum ſubtiliſſimorum ſaltem formâ, ſeu odoris inſtar ſucceſſivè in poros, & ita vel immediatè alterando partem ſubjectam ſolidam, ejusque ſpiritum inſitum, vel mediatè afficiendo ſanguinem & ſpiritus influos, v. g. Unguenta purgantia epomphalica tàm irritando ſubjecta inteſtina, quàm alterando ſanguinem aliaque corporis contenta, laxant: Cantharides applicatæ & cutim ſubjectam erodunt, hincque veſicæ eſcharam intumeſcere faciunt, & ſimul, mediante ſanguinis circulo, & ſeri contenti alteratione, mictum ardentem, & interdum veſicæ exulcerationem inducunt. ☿ vivus plantis pedum licet illitus, ſalivationem tamen potentem, interdum & diarrhœam infert. Epithemata ex ſucco ſempervivi majoris ☉ & ☩o teſtibus applicata, ſanguinis orgaſmum compeſcunt, à largiori vini hauſtu illatum, non ſecus ac narium hæmorrhagiam à ſanguinis ebullitione refrænant. ♀ crocatus illitus vel applicatus ſanguinis grumos ſub cute ſolvit & diſcutit. Propterea remedia extra impoſita, quæ interiora verſus tamen operari debent, impoſito deſuper latere calefacto, quaſi animantur, & in operationis efficaciâ promoventur.

Internorum porro remediorum reſpectu, quouſque nempe activitatis ſuæ ſphæram extendunt, corpus commodè in tres regiones dividitur:

1. Primas vias h. e. œſophagum, ventriculum, inteſtina, ductus felleum & pancreaticum, ut & vaſorum meſaraicorum quorumcunque oſcula, forſan & ratione ☐æ potus vias ☐arias ſuo modo complectitur.
2. Maſſam ſanguineam & viſcera, quæ immediatè alluit, pulmonem, cor, epar, lienem, renes & etiam lympham ſuo modo ſimul comprehendit.
3. Cerebrum, & ſyſtema nervoſum, cum membris remotioribus, & habitu corporis, continet. Nempe, prout potentius vel debilius, volatilius vel fixius, magis vel minus alterabile fuerit remedium, etiam per ſe longius vel propius operationem ſuam extendit.

Per ſe dico, remedium operationem ſuam pro texturæ ſuæ ratione diverſimodè extendere, in ſe ipſo nempe conſideratum: Per accidens verò & prout reſpectu corporis conſideratur, etiam longius ſubinde remedii vis ſe extendit, etiam ultra propriæ activitatis ſphæram; idque duplici inprimis ratione:

Primò, ſi exactè attendamus, plura remedia in primis viis, præſertim in ſtomacho ſaltem, operationis ſuæ energian exercere, cujus tamen effectus ad longè inde diſſitas partes ſubinde ſe extendat, & ibidem perceptibilis ſit, quatenus nempe vitioſos ſapores Hippocraticos, ſeu fermenta, errore digeſtionis primæ enatos, ibique nidulantes corrigit, abſorbet, & invertit, à quibus ut longè diſſiti ſubinde generantur affectus, ita & iſtis remotis, iidem curabuntur. Sic enim cancrorum lapillus in ſtomacho abſorbendo acidum, ardorem, ruborem, ac inflammationem vulneris, etiam in pede ſiſtit, quæ pathemata vini vel aceti pauxillum admodum exaſperat: Oſteocolla, lapis fixiſſimus, calli generationem in oſſium fracturis mirè promovet. Cinnabaris ☿ii tam egregium in febribus malignis remedium diaphoreticum, anodynum, & antiepilepticum, ultra primas vias corporali ſuo contactu non pergit, adeoque operationem ſuam, quam per ſe exerit, haud longius extendit, & tamen epilepſiis, ac iſtis febribus ſubinde egregiè medetur. Auro ſuo diaphoretico fixo Poterius iſchiadem, item contumaciſſimas paralyſes optatò eradicat. Seduló ſanè hoc ad animum revocandum, maximam remediorum hactenus uſitatorum partem, ſaltem circa ſtomachum & primas vias propriam ſuam energiam per ſe exerere, utut exinde corpori vel univerſo vel remotiſſimis quibusdam partibus levamen maximum afferatur. Conf. Tachenium *in Clave cap.* 8. *p.* 194. item *c.* 9. *p.* 237. *& ſeqq.* item Helmont. *Tract. à ſede animæ ad morbos* §. 21. *& Tr. Confirmatur morborum ſedes in animâ* §. 14. *&* 17. & confirmant hoc plura, hinc inde circa remedia obſervabilia. Sic opium, etiam adhuc in ſtomacho exiſtens, vim ſuam ſoporiferam, & dolorem etiam in pedibus ſedativam exerit, teſte Williſio *Pharmac. rat. Vol.* I. *p.* 289. ſic cauſidicus apud Helmont.

Tract. Jus duumvir. §. 22. ex incautè aſſumto Hyoſciamo inſanus evadebat, ſemine illo adhuc intra ſtomachum exiſtente. Et C. C. uſtum ſudoriferum eodem modo ac ⊖ C. C. volatile, ultra ventriculum & primas vias pergere, & liquefaciendo maſſam ſanguineam ſudorem ciere, nemo facilè aſſeret. Fixa iſta concreta, corallia, ſpecificum febrile Strobelbergeri, ſimiliaque alia calcinata, quæ tamen febres intermittentes, & ſpeciatim rigorem optimè curant, ultra primas vias haud penetrare valent. Non ſecus ac hæmatites lapis, qui cum terra ſigillata hæmorrhagias narium habituales ſcorbuticorum, aliorumque item profuſiorem menſtruorum ſcaturiginem compeſcunt, ad loca, unde ſanguis emanat, haud pertingit, quin acria illa ſalia & ſcorbutica fermenta dictarum hæmorrhagiarum cauſas abſorbendo, illorum texturam invertendo, & ſanguinis hinc notas acrimonias præcavendo, dictis malis, etiam longè à ſtomacho diſſitis ſuccurrunt. Si enim ventriculus ſanitatis & morborum limes eſt, & ex ejus errato, & inde nato peregrino acido etiam longiſſ remotæ partes plectuntur, etiam ex illo acido primarum viarum correcto, vel alio vitioſo ſapore, ex illius loci cruditatibus genito, vel eò transmiſſo, immutato, evulſa quaſi radice, fructus morboſi ſponte evaneſcent.

Altera ratione remedii cujusdam operatio per accidens quaſi longius ſe diffundit, ſi corpus humanum, ut machinam quandam incredibili arte fabricatam, ſpectemus, unde tàm mirus partium etiam longè diſſitarum conſenſus obſervatur, ut pluribus & elegantèr hoc illuſtrat bombardæ ſimili Hamel *in affectibus corporum pag.* 383. hinc enim in pavimento lapideo frigido nudis pedibus ambulantibus aut alvi fluxus, aut capitis dolor ſupervenit: hinc hypochondriaci jejunantes vertigine corripiuntur, quam panis buccella ſiſtit: hinc parum pulveris Nicotianæ, vel liliorum convallium floris, narium intima vellicando, univerſam thoracis ſyſtema in convulſivas concuſſiones ſtimulat: hinc veſicatoria pedibus applicata, epilepſias & deliria, ex variolis retrocedentibus præcavent, interdum & curant. Unde in medicamentorum in corpore operationibus ſubinde etiam ad ſtructurã machinæ corporeæ reſpiciendum, & hujus ratione, medicamentorum operationes per mechanicam agendi, & hinc in diſtans ſubinde operationem, explicandæ.

Conſiderandum autem venit ulteriùs, quod, ſicut minima ſubinde moles eſt, quæ maximam in cauſis morboſis exerit potentiam, ita etiam minimum ut plurimum eſt, quod in remediis maximam exerit activitatem: quodque ſe, tanquam nucleum habet medicinalem, immediatè à craſi ſimplicis ſeminali profectam, cui altera corporea moles, ſaltem pro cortice, vel integumento inſervit: quantillum enim eſt, quod in vino emetico ☥ iali tantopere corpus perturbat: quantillum eſt, quod in duobus vel tribus opii grãnis virtutem ſoporiferam & anodynam exerit: quantillum eſt illius amari, in integro pomo colocynthidis, quod tam potenter purgat; ſicuti pauxilla eſt ſennæ mucilago, quæ parilem effectum exerit. Sic reſina ſaltem eſt in corpore Jalappæ, quæ purgat, quæ in ipſo pulvere ad ʒß. in eſſentia cum Ⱦ ad ʒj. dilatata exiſtit: ipſa reſina ad v. vel vj. gr. tantum, ſi non potentius operante. Quantum ℞i deſtillati ex ſalvia obtinetur vel mentha, in quo tamen medicinalis nucleus & craſis integra eſt radicata, cujus duæ vel tres guttæ, ʒj. eſſentiæ & ʒij. vel ʒiij. decocti æquivaleant. ℞ deſtillatum fœtidum ligni Guajaci vel ℈i ad guttas viij vel x. totidem unciarum decocto non cedunt efficaciâ: Volatilis iſta ſubſtantia cochleariæ, vel raphani ruſticani, quæ ſcorbuti eſt medela, quantâ corporis mole jacet obruta, quæ ipſa tota ex cenſu medicamentoſo præſcribitur, illis volatilibus partibus ſaltem in remedium adſcitis. Præſtant autem hoc remedia triplici modo:

1. Spiritus torpore aliave ſimili ratione afficiendo, ut opiata & narcotica.
2. Partes fluidas fermentando, & alterando, ut ſolutiva.
3. Partes ſolidas ſenſilius irritando, ut vinum emeticum.

Ubi in prioribus duobus modis vis ſubſtantiæ medicamentoſæ diffuſiva imprimis attendenda eſt; v. g. pulvis pyrius, thus, odores, olea deſtillata &c.

Interna remedia cum ordinariè per os ingerantur, & ita ſtomacho & primis viis immediatè applicentur, manifeſtum evadit, quælibet remedia certam, plus minus tamen alterationem & immutationem, tàm ratione fermenti digeſtivi in ſtomacho, quàm ratione confluentis bilis & ſucci pancreatici in inteſtino duodeno, ſubire, unde vel infringatur plus minus remedii vis operativa, vel exſurgat nova vis medicamentoſa in remedio ex miſcela ejus, cum illis liquidis, & inde novâ exſurgente texturâ.

In ventriculo ſanè fermentum digeſtivum, plus minus activum, plus minus acidum, quælibet ingeſta aggreditur, eaque in alimenti naturam transmutare ſatagit, quo magis ergo ſubiguntur medicamenta, eò magis alimentoſam naturam induunt, quo minus vero, eò magis medicamentoſa eſſe ſolent: hinc enim eſt, quod ejusdem remedii non tantùm in diverſis, ſed etiam in eodem ſubjecto diverſa

d by Google

verſa ſubinde ſequetur operatio; dum idem purgans nunc vehementius, nunc remiſſius operatur, prout ab acido ſtomachi plus minus infringitur: hinc enim melancholici adeò difficulter auſcultant purgantibus ob prævalens in horum ſtomacho acidum. Et ſanè quò debilior eſt vis ſtomachi digeſtiva (die einen ſchwachen Magen haben) eò ſenſilior quorumvis medicamentorum erit operatio: undeetiam remedia, quæ in ægris, & ſub defectuoſo ſtomacho perquam efficacia exiſtunt, in ſano tali parum vel nihil operantur.

Non omnem tamen penitus vim medicamentoſam, nec ſemper exuunt remedia, ſed de craſi concreti & textura ſui materiali ſub digeſtione plus minus retinentia adhuc operari aſſolent: unde non tantum alimenta quædam ſunt medicamentoſa, ut armoracia, naſturtium, ſinapi, ſed etiam lac nutricis, ex aſſumto purgante vim purgantem retinet, ac abſinthii uſus febribus intermittentibus ac hydropi optimè medetur, non ſecus ac chelidonium majus ictero: Terebinthina violaceo odore ☉am imprægnat, elaterium ac ſcammonium potenter purgant, hedera terreſtris hæmoptoicos vel ſuppuratos juvat, non ſecus ac ☿ volat. C. C. vel viperarum potentiſſimè ſudores movent.

Ex eo tamen, quod aſſumta remedia partim in ſtomacho alterentur, partim verò cum ſuccis in primis viis profluentibus miſceantur, & ita inſignem ac neceſſariò notabilem in texturâ ſuâ mutationem patiantur, certum videtur, quædam medicamenta in dictis locis demum vim medicamentoſam quandam acquirere, quam formaliter antea non habebant: non ſecus ac in operibus chymicis, naturæ imitatricibus ex combinatione quorundam concretorum, nova ſubinde fiunt producta & concreta, novis virtutibus prædita: ſic enim terra ſigillata, item creta, imbibitione ſpiritus ☉i ac ♃is ſaporem & vim adſtrictoriam aluminoſam acquirunt, quam formaliter antea non habebant. Ita talia aſſumta, attactu acidorum ſuccorum in ſtomacho vel inteſtinis, plus minus præternaturalium, vim potentius adſtrictoriam acquirunt, quàm ex ſe habere aſſolent: Sic ☿ia acida, ſpiritusque aſſumtos alterari in primis viis in ſuo ſapore, & conſequenter ex mutatâ texturâ novas ac mutatas vires acquirere, omninò evidens videtur: & alcalia, acidorum appetitiva in primis viis illorum abſorptione novum concretum conſtituere, hinc alias vires, quam nativas obtinere, extra dubium eſt.

Triplici ex fonte Pharmaceutica hauriuntur auxilia ſeu remedia, ut ſupra monitum fuit: ſed rarò nativâ ſub formâ ſeu, ut aliàs vocant, cruda adhibentur, ſed ut plurimum ferè præparata, h. e. arte ad uſum medicum melius accommodata: idque triplicem ob finem ſeu rationem:

1. Ut facilius vel aſſumi, vel melius corpori adaptari queant: ſic enim gelatina C. C. aut ☿ ejus volat. commodius & felicius ſubinde adhiberi poteſt, quàm C. C. crudum: loco ☉æ utplurimũ nauſeoſæ melius ☁☿☽ci uſurpatur, &c.
2. Ut vis eorum ſpecifica medicamentoſa, vel nimis occultata, vel aliorum concretione obruta, foràs eliciatur melius: ſic enim reſina vel eſſentia Jalapæ eſt ſola ſubſtantia ejus laxativa, cætero corpore inermi exiſtente. Sic ♁ deſtillata aromatum, macis, caryophyllorum, aniſi &c. præparantur, cum ſola hæc craſin medicamentoſam contineant, relicto corpore inerti: huc nempe ☁, eſſentiæ, extracta, & ſimilia præparata collimant, ut in his vis medicamentoſa, ſubinde ſub minimo recondita eliciatur ſeparata à cætero cortice non medicamentoſo.
3. Ut, ſi quid adſit virulentiæ nocivæ, vel caſtretur, vel corrigatur: hunc nempe in finem virulentia narcotica opii à quibusdam fermentatione cum ſucco Cydoniorũ, ab aliis ſolutione in ☩, ab aliis per ☿ ; i corrigitur, ut reſtitet ſolummodò vis anodyna exaltata: Non ſecus ac ſcammonium cum ſui correctione per fumum ♃is, helleborus niger per phlegma ☽li, eſulæ cortex per ☩ ☿♏ corroſivus per additionem cum ☿ vivo recenti corrigitur: præparationes ergo tales non ſint caſtrationes, aut inverſiones virtutum genuinarum ſimplicium, uti ſunt aloë lota, fœcula ari, magiſteria ex partibus animalium durioribus, alcalia fixa per acida coagulata, & ita in aliud eſſe mutata.

Equidem intricatum eſt negotium, quoad virulentiam ſeu venenoſitatem ſimplicium, in quo ſpeciatim hæc ipſa conſiſtat. Deus equidem Medicinam de terrâ creavit, non venena, h. e. omnibus ſimplicibus ſua ineſt ſeminalis poteſtas, unde proprietatum in concretis magna varietas, omnis ad ſuos fines à ſapientiſſimo Creatore ordinata, quæ, quod uni ſint amica, alteri vero hoſtilia, ipſis per accidens evenit, & quælibet nobis venena, ſimul ſingulares virtutes & potentias medicamentoſas geſtant ſub veneni tegmine abſconditas. Noſtrum ergo eſt margaritas è ſterquilinio ſeparare, & ex veneno medicamentum

tum utile elicere. Animalia quod attinet venena, hæc ex perturbationibus quidem, irâ, furore, invidiâ, horumque ideis oriri aſſeritur plauſibiliter à plurimis, anteſignano præſertim Helmontio, ſed experimenta Rhedi de viperâ, quicquid etiam in contrarium nitatur Charras, ferè jam conveniunt, etiam non absque corporali contactu, & certâ texturæ materialis ratione, ſubtilem per animalium morſus communicatam materiam, venenoſitatem ſuam exerere. Probabiliſſimum ergo & vegetabilibus ac mineralibus inprimis venenis conveniens videtur aſſertum Becheri *in Phyſ. ſubterran. Lib.* 1. *Sect.* 5. *cap.* 1. *pag.* 305. venena in certa quadam intemperie conſiſtere, adeoque alexipharmaca, venena non niſi temperando pellere, h. e. ut interpretor, venena talia in certa acrimonia ſubtiliſſima & continentibus partibus & contentis liquidis hoſtili, (illas quidem continuò & moleſtiſſimè vellicante, adeoque ad ſpasmos irritante, hos verò periculosè alterante) conſiſtere, unde talium correctio in temperaturâ, ſeu texturæ illius mutatione ſita erit. Hâc enim ratione & peſſima venena fiunt innocua remedia, interdum optima alexipharmaca: ſic enim per ☉ arſenicum corrigitur, ☿ vitæ aut flores ♂ii peſſimè cathartici per ☉ fiunt alexipharmaci, ob id ☿ ♎ri aſſumti alexipharmacum eſt lac, acrimoniam illam obtundens & demulcens, vel ♌ ☽i per deliquium acidum corroſivum immutans, vel cryſtallus mineralis iſtud abſorbens: arſenici medela in lacte copioſo, vel butyro ſuperingeſto conſiſtit: hinc ſpeciatim virulentia nociva purgantium, in acrimoniâ quaſi cauſtica conſiſtens, & in ſubjecto viſcido reſinoſo hærens, tam per acidum contrarium invertens, quam per ♎ ☽i texturam reſinoſam diſſolvens, cicuratur: Narcoticorum virus ſimiliter in amaritie ſingulari, in ſimili ſubjecto conſiſtens, iisdem ex eâdem ratione etiam mitigatur: ☉ volat. ♃ea & ☿ialia ſubjecta mineralia venenata corrigit, nunc ſub formâ alcalinâ ♃ea concreta immutando, nunc ſub ſpiritus acidi ratione, Mercurialia figendo &c. uti hæc ipſa in ♂ialibus inprimis obvia ſunt.

Sed ſub his præparationibus præſertim quæ chymico fiunt artificio, attendendum, quod ſubinde vires, ſeu proprietates nativæ plus minus immutentur, aliæque novæ ipſis concilientur, idque per ſyncriſin, diacriſin, metaſtaſin particularum minutiſſimarum, ad quas & fixorum volatiliſatio & volatilium fixatio referenda. Mutatio hæc virium nativarum tribus ferè evenit in caſibus:

1. Sub alteratione iſta, quam aſſumta in primis viis patiuntur, de qua jam ſupra actum fuit.
2. Præparatione, inprimis chymica.
3. Compoſitione.

Præparationem ergo quod attinet, notum eſt, quod pro varia præparationis ratione ♂ium ſit vel vomitorium, vel catharticum, vel ſudoriferum, vel ſanguinis depurativum, vel confortativum; quod aſarum vomitorium ſola in aqua coctione amittat hanc vim, & evadat ſaltem diureticum, ſecus ac ſi in vino coquatur: ♎ia fixa aut penitus, aut maximam partem de virtute ſimplicis ſui deflectant, non ſecus ac ♎ia volat. Sic ☉i alia longè eſt operatio, ſi vel per ſe adhibeatur, vel in forma ſpiritus acidi, vel in formâ alcali fixi: Vulcanus nempe chymicus, ignis, per inſignes iſtas in textura mutationes, quas experiuntur omnia illa, quæ ejus examini ſiſtuntur, in non paucis proprias vires deſtruit, in aliis verò novas per accidens inducit: hinc rectè Helmont. *Tract. Poteſt. medicaminum*, chymica potius artis, quàm naturæ vi nativa agere aſſerit.

Compoſitione denique plus minus ſimplicium vires immutantur, aut novæ inducuntur, partim ex eadem texturæ dictis iſtis modis per plurium arctum coalitum alteratione, partim ex ſola quorundam aſſociatione, ſeu nuda compoſitione: utrumque artificium ſclopetandi illuſtrat, ut enim ex ♎ium cum ☉i corpore arcto & haud diſſolubili coalitu emergit ☉ fulminans, quod attactu & adhæſione ſpiritus ♃is acidi ex texturæ mutatione obmuteſcit, ita ex ♃e ☉ro & ☽o per ſimplicem compoſitionem, & ſuperficialem miſtionem emergit pulvis ſclopetans, effectus adeò ſingularis, quem in nullo ingredientium ſimplicium, vel minimâ conjecturâ deprehendere queamus. Paria & in remediorum compoſitione ſæpius evenire, extra dubium eſt, ut adeo horum efficacia non ſimpliciter ab ingredientibus, ſed concreti texturâ, utplurimum derivanda ſit. ☿ nempe vivus ex ſpiritus acidi aſſociatione, cum in ejus ſublimatione cum ♎e communi ☉o & ♁ fit corroſivus & venenum peſſimæ notæ, nova ☿ii vivi facta additione ☿ fit dulcis, & optimum graviſſimis in caſibus purgans. ☐a & ♎ com. fiunt ♎ ✳ novum & diſtinctum medicamentum ab utroque ſimplicium, quod itidem cum quovis ♎e volat. & ☍u ♎is accidit: ♄ cum ✝ concretum dulce, quaſi Ooſum, ſingularis effectûs ſuggerit, & plurium iſta in theriaca farrago, non ſine ratione per decennium in fermentatione eſſe jubetur ab Arabibus, ut plurium talium per fermentationem nova miſcela, & hinc novum concretum, novarum itidem facultatum exſurgat medicamentum.

Felicem ergo illum prædicat Medicum Helmont. *Tract. Poteſtas medicaminum & na-*

Digitized by Go

& natura Contrar. neſcia §. 45. qui crudis ſimplicib⁹ morbos tutò & promptè tollere novit. Melius itaq; eſt, uti ſimplicibus, quoties, ſcopo intento ſatisfaciunt, quàm compoſitis: nec facile hæc adhibenda, niſi vel artificiosâ miſcelâ, & præparatione, in unum quaſi tertium coaluerint, ut veteres per theriacæ fermentationem intenderunt, vel affectuum, aut ſymptomatum complicatio pluralitatem quoque remediorum ſubinde efflagitet, in quo caſu tamen etiam ſedulò obſervandum, ne plurium talium concurſu, unum alterius craſin immutando, intentio Medici, & expectatio ægri fallatur, quin potius, quantum poſſibile, ſe mutuo exalteret: ſic v. g. malè acida, ſi qua talia expetantur, cum terreis abſorbentibus junguntur, benè autem terra ſigillata pro ſcopo adſtringendi ordinata, moderatè acidis miſcetur, cum ex utrorumq; concretione Oleoſum quaſi quoddam emergat, adſtrictoriam vim optimè complens.

Alias, ſi plura promiſcuè miſcere, & inordinatè componere ſit animus, periculum eſt, ne primo vires ſimplicium pervertantur, & novæ ita emergant;

1. Naturæ, ex talium ingurgitatione moleſtia, ex varietate multiplici, præſertim circa primas vias creetur; ſicut enim plura alimenta laborioſiorisſunt digeſtionis, quam ſimplex victus, ita multo magis medicamenta, ubi fixa volatilibus, acida dulcibus vel amaris, terrea o%ſis, &c. invicem ſunt permiſta, quorum impetum fermentativum & diverſos motus, vix poſſibile erit, ut natura, in morbis defatigata, gubernare queat.
2. Vires plurium ſimplicium adhuc minus, aut ſaltem nondum ſatis perſpectæ ſunt, eorum mutua ad ſe invicem, quoad actionem & paſſionem habitudo, ſeu reſpectus mutuus, nondum undique cognitus, adeoque metuendum, ne ex talium quorundam miſcelâ, aliquid novi plus minus ægro hoſtile emergat, unde loco ſperatæ ſalutis, majus potius morbi incrementum ſupervenjat.

Remedia ulterius ratione activitatis ſuæ operativæ, nunc in univerſale, nunc in particulare dividuntur: & hoc, vel ratione cauſæ occaſionalis materialis, vel ratione partis affectæ. Ratione cauſæ materialis, particularia ſunt remedia, aliàs communiter ſpecifica, Helmontio appropriata dicta, quæ operantur ſaltem in ſaporem morboſum, illorum naturæ proprium, ut applicat Tachenius *in Clave pag.* 263. h. e. quæ potentias iſtas Hippocraticas morborum, proximas materiales cauſas, immediatè corrigunt, temperant, enervant, aliove modo mitigant: hâc ratione cochlearia, naſturtium, trifolium fibrinum, ſunt ſpecifica antiſcorbutica, ſaporem vitioſum ſcorbuticum proximè corrigentia: hâc ratione chelidonium majus icteri eſt ſpecificum, fermentum ejus p. n. alterans. Hac ratione mater perlarum calcinata ſpecificum febrile antitertianarium Strobelbergeri, ſaporem ſeu potentiam febrilem corrigens; hâc ratione Priapus cervi, vel ceti dyſenteriæ eſt appropriatum, acidum dyſentericum proximè emendans; ☿ eſt genuinum ſeu ſpecificum luis ♀æ alexipharmacum, ſpeciale luis ♀eæ acidum enervans &c. de quibus ſupra in Pathologicis.

Prout autem ſummè proficua, & ob id præ cæteris æſtimata ſunt in praxi particularia hæc ſeu ſpecifica, ita è contra minus æſtimantur particularia, ratione partis affectæ, hoc eſt, quæ vulgo dicuntur cephalica, ſtomachica, epatica, uterina, cordialia &c. h. e. peculiari vi in has partes potius, quam illas agendi, prædita. Nam omne medicamentum, quodcunque iſtud ſit, quod ultra primas vias pergit, æqualiter in omnes partes, ſecundum circulationis leges fertur, & ubicunque materiam, quam immutare, ſaporem, quem corrigere, ſubſtantiam partis, quam in texturâ alterare aptum natum eſt, invenerit, eam immutat. Hinc obſervare datur, hæmatitem non minus uteri, quàm narium habitualem hæmorrhagiam, aut etiam hæmoptyſin compeſcere, myrrham mulieribus menſes, aliis ſputum cruentum, aliis narium fluxum proritare. Quin & cephalica appropriata, calamum aromaticum, roſmarinum, macerem, nucem moſchatam, juniperi baccas, æqualiter & ſtomacho & utero dicata eſſe, non ſecus, ac Ballamum ♃is terebinthinatum, & pectoris empyema, ac vomicam pulmonum, & epatis abſceſſum, & renum vel veſicæ ulcerationes curare. Adeò, ut ſi parti cuidam appropriatum magis præ alio videatur remedium, hoc non tam partis continentis ſolidæ, quam ſubſtantiæ peccantis fluidæ, potentiâ Hippocraticâ morboſè infeſtæ, in hâc vel iſtâ parte præſertim reſidentis, ratione contingere videatur.

Quoad univerſale remedium quorumvis morborum, ſeu Panaceas, ſpecioſum ſanè hoc nomen eſt, ſed propter vulgi ignorantiam, & ineptam applicationem, paſſim malè audire ſolet. Occaſio hujus eſt, quod plures remedii vires non ſatis æſtimando, nec ejusdem naturam à priori perſcrutando, effectibus ſingularioribus quibusdam in admirationem rapti, illud nimis extollendo, mox imprudenter ad univerſalitatis apicem elevarunt. Ut res pateat, ſobriè & caſtigatè

Pana-

Panaceæ vox interpretanda est, non quasi omnes in universum morbos, corporisque nostri defectus curare valeat, nam ista vitia, quæ manuali indigent operatione, v. g. luxata, vulnerata, tracta, malè per panaceam quamvis curare satagit Medicus: Ergo medicamentum tale universalius, seu pluribus in universum, h. e. maximæ parti morborum satisfaciens, non extendendum est, ultra istos effectus, de quibus Hippocratis aphorismus intelligendus venit: Natura morborum medicatrix: cùm vel naturæ vires roborando, vel causas occasionales naturæ vires & ordines turbantes corrigendo, operari soleant Panaceæ, unde internis morbis, vel ab internis causis saltem enatis succurrere solet universale tale remedium. Ad hæc de universali remedio, dum in curatione morborum fit mentio, non intelligendum id exclusivè, quasi quodvis remedium particulare, penitus hîc excludatur; sed saltem inclusivè, ita ut vel aliàs præmittenda generalia, etiam permittenda sint, ut sex res non-naturales, adeoque diætæ regulæ ritè observentur, ut ipsa universalia, pro individui, sexus, ætatis &c. ratione, additis plus minus aliis convenientibus, subinde quasi specificentur &c. ulterius etiam de remedio universali dum incidit quæstio, hoc non ita intelligendum est, quasi de necessitate & semper morbos curet; hoc enim nemo sanus postulabit, aliàs simpliciter omnes morbi essent curabiles: quin, quod positis requisitis, & circumstantiis debitis, nec naturæ vires invertentibus, nec remedii vim penitus enervantibus, curare solet quosvis ferè morbos, hoc saltem intelligendum: Confirmant hoc expertissima specifica, ob dictas rationes subinde fallentia.

Præmissis his, ad specialem remedii universalis vim & operandi rationem respiciendum est: Nempe morbus omnis gaudet causâ efficiente formali, & materiali, seu occasionali, quorum alterutrâ sublatâ & affectus seu morbus cessat. Efficiens proximum formale quorumvis morborum, est spiritus impetum faciens, principium istud vitale & sanitatis & morborum proxima primaque origo; nam ejusdem facultatis est, quæ actiones sanas perficit, etiam p. n. perficere, & destructo per mortem principio vitali & sanitas & morbus cessant, neutriusque particeps cadaver dici potest. Illud ergo principium vitale, ritè constitutum, benè & naturæ legibus convenienter omnia perficit; aut, lacessitum idem, aut ex turbis œconomiæ animalis ad præternaturales impetus stimulatum, morbosos insultus infert. Materiales verò & occasionales morborum causæ utplurimum sunt contentorum vitia, nempe facultates istæ & potentiæ ☉inæ Hippocraticæ, acidum, amarum, acre, dulce, acerbum &c. quæ, temperata si extiterint, omnia benè habent, sed intemperata si fuerint, aut secorsim extiterint, variis turbis totam œconomiam irritant & vitiant.

Adeoque remedia universalia, habito respectu ad duplex hoc causarum genus, duplici ferè modo operari observantur, sedando morbosos impetus spirituum, & roborando eos, ut sine tumultu præternaturali in ordinem redeant turbatæ functiones; sic enim præternaturalibus functionum vitiis cessantibus & spirituum vigore restaurato corriguntur, & eliminantur sponte naturâ occasionales causæ, & redit pacatus status universo corpori; simile huic destinationi apparet ferè in opio, plurium, imò omnium symptomatum urgentium sedativo, cujus debito usu, subinde istis (superficialibus licet) halcyoniis, & roboratur natura, & hinc sponte suâ hujus vigore, aut per sudorem, aut per ☉am, aut per alium modum eliminato nocivo, restituuntur morbi, utut non sine noxâ quadam stupefactivâ spiritibus suo modo inimicâ operetur, unde etiam minus radicaliter eo ipso, sed palliativè potius levari solent morbi: Pertinent adeoque huc remedia ista universalia, nempe ♃ ☉i ♀is anodynum Helmontii, ☿ ejus diaphoreticus, item panaceæ, quæ ex basi cinnabaris ♁ii confici solent, cujus vis anodyna satis cognita est.

Secundum genus remediorum universalium, operatur temperando & corrigendo causas istas morborum occasionales, & sedando istas Hippocraticas exorbitantes potentias: quæ universaliter quodvis acre temperando, & ita præternaturales contentorum intestinos motus, effervescentias, præcipitationes, coagulationes &c. sistendo, tantùm non omnium morborum internorum erunt solamina, præsertim si, quod fieri solet, diaphoretica vi simul instructa esse soleant, ceu naturalissimo correctorum succorum evacuationis genere: Simile hujusmodi panaceæ suggerit, v. g. Sylvii ☉ A ℞ium, ab eodem tantum non omnibus morbis adaptatum, temperans quodvis acre, & hinc sistens quosvis præternaturales humorum motus, potiùs vi diaphoreticâ blandâ sublevans universum corpus. Talia videntur quævis ☿ialia catholica, temperativa ratione ♃is sui extraversi omne acre, & hinc diaphoresi ejiciens, non secus ac alia ♃ea metallica, unde & idem Sylvius ♃ ♁ii fixum, ceu universale temperans, & tantum non catholicum laudare solet. Unde ♃ea talia metallica fixa, partim quatenus temperant universaliter, partim quatenus vi anodyna simul plus minus instructa sunt, panacearum apicem proximè attingunt: forsan huc etiam lapis ignis Basilii

Digitized by Google

Baſilii ex ♂io pertinet. Sic porro & univerſalia iſta ☉ia, ex aëre, rore, pluvia &c. parabilia, etiam à quibusdam Panacearum cenſui annumerantur, quatenus putantur partim ſpirituum ſummè confortativa, partim etiam humorũ quorumvis temperativa & reſolutiva.

Conſideravimus hactenus remedia per contactum corporalem, & qualemcunque texturæ ſuæ materialis miſcelam, aut applicationem ad corporis partes operativa, alium operandi modum remediorum, præſertim ſublimiorum, ſuggerit Helmont. talem ſcilicet, quo remedia ſine materiali ſui miſcelâ, ſaltim per influxum quendam idealem, adeoque radiativè medeantur morbis: exiſtimat ſcilicet remedia ſaltim operari in ſtomacho, idque ſaltem in ejusdem archæum, qui occaſione remedii varias ideas cudat, pro quarum ductu dirigatur in curâ morborum. Item, cùm ipſi Helmontio oriantur morbi tantum non omnes proximè ab ideis vitioſis, aut peregrinis in archæo, operari remedia ſaltem, vel iſtas ideas peregrinas archæi extinguendo, vel alias novas, iſtis in archæo præexiſtentibus contrarias, tanquam in ſpeculo repræſentando, quorum intuitu archæus reducatur in debitum operandi modum, ipſeque certò modo dirigatur in morborum medelâ. Confirmatur hoc ex eo, quod plurimi morbi placentur ſubitò, ſine omni ſenſili medicamenti effectu, vel materiæ occaſionalis morbificæ evacuatione, ſaltim per graviora animi pathemata, quarum idea archæum diverſimodè dirigat ad morborũ ſanationem; conf. præſertim ejus Tr. In verbis, herbis & lapidibus magna vis.

CAPUT IV.

De *Plethoræ Diminutione.*

FRequentes obſervationes loquuntur, quàm inſolitas natura interdum ſanguinis inſtituat evacuationes, ut à ſarcinâ ea molis tantæ ſe liberet. Ut, quando per inſenſilem porum in cute, circa epatis regionem apertum, ſe exonerare ſatagit, cujus illuſtre exemplum vide in Schenckio *Obſ.* 413. & 426. vel per porum in dextræ manus ſalvatella ſponte apertum ſanguinem evacuat, teſte Barthol. *Cent.* 5. *Hiſt.* 19. Taceo nunc menſtruorum excretiones (quæ non tantùm mulieribus, ſed etiam viris interdum contingunt, de quo vid. Zacutus *L.* 2. *Prax. admirandæ Obſ.* 102. it. Bartholin. *Cent.* 5. *Hiſt.* 32.) vel hæmorrhoidum fluxum, qui non viris tantùm eſt proprius, ſed etiam mulieribus non rarò vicarius menſtruorum deficientium, quibus ordinariis fluxibus ſuppreſſis; quàm variæ ſuccedant evacuationes, vel per vomitum, vel per mammas, vel per oculorum canthos, ut ſatis ſuperque notum eſt, ita exempla videri poſſunt in Schenckio *in L.* 3. *obſ. p.* 511.

Quidni ergo imitetur Medicus naturæ conatum, & ubi cognoſcit, eam aggregatam eſſe à ſanguine, hanc imminuat, ſive ſenſim abſumendo per inedias, exercitia, fonticulos, ſive confertim evacuando per hirundines, per cucurbitulas ſcarificatas, aut per apertam arte venam. Hæc enim per ſe nil aliud præſtant, quàm quod ſanguinem evacuent, cujus abundantia ſola venæſectionem indicat.

Tanta certè interdum venæſectionis eſt utilitas, ut ii, qui ex nimiâ plenitudine mori videantur, ſola ſanguinis miſſione ſanati fuerint. Vid. Schenckius *L.* 3. *obſ. p.* 417. & ex omiſsâ venæſectione in corpore ſanguine turgido, ſtagnationem ſanguinis, & inde ſuffocationem lethalem obſervavit Panarollus *Pentecoſt.* 1. *Obſ.* 13. unde qui conſueti ſunt ſemel venæſectioni, illam neceſſe habent quotannis repetere, niſi clinicam agere velint vitam, id quod continuare coacta fuit nobilis mulier, uſq; ad 80. annum teſte Trincavello in Schenckii *Obſ. p.* 417. quâ conſuetudine omiſsâ, obortam febrem cum eriſypelate in ſene 63. annorum, v. in Gabelchovero *Cent.* 6. *Cur.* 6. quâ obſervatâ alius à febribus acutis ſe præſervavit. Quare etiam venæſectioni adſueti, ſtatis vicibus in venâ, pungi ſolitâ, titillationem ſentiunt, naturâ quaſi ad ſolitas evacuationes monente, ut loquitur Bartholinus *Cent.* 5. *hiſt.* 19. Plura de venæſectionis neceſſitate vid. in *Methodo medendi* Hofm. *L.* 1. *c.* 13. & *diſſertationem* Mauritii Hofmanni *de venæſectionis neceſſitate.*

Per ſe ergo ut ſolummodò evacuationis ſcopo ſatisfaciat venæſectio, per accidens tamen interdum etiam aliis ſubvenit affectibus, quatenus vel hi à ſanguinis abundantiâ, vel exinde impedito ejus motu, aut fermentatione imminutâ, vel alià circumſtantiâ adjunctâ dependent. Hinc venæſectio in brachio inſtituta, inſtantes menſes proritat, ☾am remorantem pellit, abortum præcavet, partum difficilem promovet; teſte Borello *Cent. IV. Obſ.* 24. & 25. ſic mulierem, ex defectu menſium tabefactam, per ſectionem venæ repetitam curavit Benivenius, teſte Schenckio *l.* 2. *obſ. p.* 261. & extenuatum per venæſectionem curavit Zacutus Luſ. *L.* 3. *Prax. adm. Obſ.* 3. quod verò quidam in febribus ob id ſecent venam, ut refrigerent, abſonum eſt, cum calor tum excedens ex effervescentiâ ſanguinis ſit, quam ſanguinis tantilla detractio non temperabit, niſi velis, more veterum, ad animi uſque imminens deliquium venam ſecare, quod illi terminum ſufficientis evacuationis

tionis tunc ſtatuebant, cujus exemplum vid. in Amato Luſitano *Cent.3. Curat.31.* Sicque ægros tuos facillimè curares, quia occideres. De quà controverſia vid. Majatus *Conſiderationum Medic. Tom.1. part.2.*

Cor eſt fons, ex hoc ſcaturit ſanguis, & univerſum poſtmodum corpus ab eo pervagatur. Movetur indeterminatè per arterias ad partes, per venas verò ad cor, unde nunquam movebitur copioſius aut impetuoſius ad partem unam, quam ad alteram, neque pro correctione talis motus venæſectio ulla ſub nomine revulſionis, vel derivationis inſtitui poteſt. Sed tumet pars, à ſanguine reſtagnante, non irruente, h.e. ex ejus legitimo motu impedito, per porulos vel partium, vel vaſorum capillarium, ſanguis neceſſariò coacervatur in parte, indeque pars tumet: Quocunque ergo in loco evacues ſanguinem, nunquam corriges iſtum tumorem, niſi impedimentum illud, quod ſanguini, tanquam materiæ liquidæ, fluenti appoſitum eſt, removeas. Et poſito, irruere ſanguinem in partem, ex quâcunque causâ, niſi hanc cauſam removeas, non corriges eum motum, licèt vel centum venas in alio loco pertundas, & ſi vel maximè irruat, non poteſt copioſius irruere, quàm vaſa permittunt, quorum alveis coërcetur, ſin ergo aperta ſint omnia vaſa, viæque patulæ, ſanè eo motu, quo irruet in partem, ex eo etiam effluet, ob immutabilem naturalis circulationis legem. Quid ergo tum proderunt revulſoriæ vel derivatoriæ venæſectiones?

Notæ ergo hæ veterum fuerunt hypotheſes ſub tenebris ignoratæ ſanguinis circulationis. Ut ergo pateat, quo modo ſub certo ſenſu ſtare queant iſta veterum aſſerta, præſuppono, reſpectu cordis duplices eſſe regiones corporis oppoſitas, in quas emanat ſanguis, ſuperior ſcilicet ratione arteriæ adſcendentis, & inferior, ratione arteriæ deſcendentis. Quando ergo ſectâ venâ evacuatur ſanguis in quâdam parte, hoc ipſo ob majus & liberius ſpatium, promtius ex arteriis capillaribus influit ſanguis, quibus depletis, promptius influit ſanguis ex ramis, hinc ſucceſſivè ex truncis, adeoque ſic aliquo modo celerius, ob minora obſtacula influit ſanguis in iſtam regionem corporis, ex qua fit talis evacuatio, quàm in alteram, ubi non fit. Si ergo ſtagnat ſanguis in quâdam parte, ex impedito motu v.g. in capite vel oculis, datque inflammationem, quo major eſt talis ſtagnatio, eò periculoſior ſucceſſivè fiet inflammatio, ob ſuccedentem, & influentem continuô, non interruptô motu, ſanguinem. Si ergo aperitur vena in parte inferiori v.g. poplitæâ aut ſaphænâ, ſanguis evacuando

1. Imminuitur.
2. Ob liberius ſpatium in inferiori regione & ob impedimentum ſtagnationis in ſuperiori promptius movebitur ſanguis ad inferiora, ſicque duplex habetur commodum:

(α) Ut ſanguis non adeò copioſus ſuperiora verſus feratur (ſed hoc non durat diutius, quàm venâ apertâ ſanguis fluit, hâc enim denuò occlusâ, ſanguis brevi poſt denuo in omnibus vaſis æquali tenore & quantitate circulatur.)

(β) Ut ſanguis, dum quantitas ejus minuitur, ubi ejus motui injicitur impedimentum, non adeò copioſè ſtagnet, ſed depletis non-nihil vaſis, à vicinis promtius reſorbeatur, & ita ad cor revehatur, quod fit eò felicius, quò copioſius ſanguis detrahitur. Hoc modo explicata revulſio erit ſanguinis, in quâdam regione ſtagnantis, in contraria, vel oppoſita evacuatio, ut aliquomodo promtius ad hanc fluat, & imminutâ ejus quantitate impediatur minimum ſtagnationis incrementum. Hoc vocatur revulſio univerſalis.

Quodſi vel facta ſit talis revulſio, vel eâ non opus ſit, & ſtagnationis ſanguinis in parte incrementum non ſit adeò ingens, vel jam aliquo modo diminutum, ut hoc ulterius præcaveatur, aperitur vena in eâdem regione, quo ſic non ad locum ſtagnationis, ſed ad vicinum promtius ſanguis fluat, & magis adhuc imminuto ejus quanto, facilius per alia vaſa remeare queat, ne augeatur ſtagnatio; & hoc vocant revulſionem particularem, alii averſionem, evacuationem nempe ſanguinis, ex loco ejus ſtagnationi vicino. Quodſi verò incidantur venæ iſtæ, per quas ſanguis ſtagnans naturaliter aliàs refluere deberet, ut ſic adjuvetur, quantum fieri poteſt, ejus recurſus, quo reſtituatur in naturalem circulum, vocatur derivatio, ſanguinis ſcilicet per locum ſtagnationi proximum eductio. Quicquid ergo adjumenti afferunt revulſiones omnes & derivationes, eſt tantum accidentarium & cum ſanguinis evacuatione, i.e. virium diminutione conjunctum. Qui ergo conveniente ſudorifero præcipitante ſanguinem attenuare, reſolvere, & fluxilem reddere novit, vel qui appropriato topico irritationem partis, & hinc fibrarum criſpaturam ſedare novit, is naturalem ſanguini reſtituit circulum, omnem ſtagnationem tollit, omnibus iſtis venæſectionibus ſuperſedere, ac tales affectus citò, tutò, & jucundè curare poteſt, quod quotidiana in pleuritide abundè teſtatur experientia.

Supra dicta qui perpendit, facilè perſpicere poterit, quod, aut interceptionis, aut revulſionis humorum causâ, in parte quâdam applicata remedia ſint fruſtranea, quia ab iis ſperata

rata adjumenta aut ſunt impoſſibilia, ob inviolabilem circulationis neceſſitatem, aut admodum nociva, ob impeditum ſanguinis motum. Si enim collecti ſucci excrementitii, per degenerationem alimenti proximi partis, ſenſim coacervati ſunt, fruſtra intercipere aut repellere tentas, quod quotidie ſubnaſcitur, ſed radicem potius, depravationem ſcil. fermenti proximi corrige, & rectè ages. Sin verò vel ſanguinis vel lymphæ motum, aut intercipere aut revellere velis ex lymphæ impedito motu, quid, niſi tumores ſeroſos, ſeu hydropes particulares induces? ſi vero ſanguinis influxum impedire velis, intercipiendo arterias, neceſſe eſt adſtringas, & anguſtes, aliàs fruſtra laboras, & ſic partem vitâ privabis, ac gangrænam induces: ſin verò venas hoc modo anguſtes, ſanguinis refluxum tolles, & ita inflammationem induces, quam præcavere debebas. Quodſi ſanguinem, jam in partem effuſum & ſtagnantem repellere tentes, ea omnia, quæ hoc præſtare dicuntur, virtutes habent adſtringendi poros ac meatus, vel coagulandi ſanguinem effuſum, unde his applicatis, potius impedies ſanguinis motum, quam ut eundem promoveas, & ſanguinem refluentem ſiſtes, quem ſurſum pellere debebas. Unde etiam repellentia chirurgorum in inflammationibus, fracturis, vulneribus &c. applicata pleraque, in ſpecie acida tumores reddunt pejores, & inferunt periculoſa ulcera, aut lethales gangrænas: id cum in eriſypelate vel aniculis ſit agnitum, hæ, indoctæ licèt, ignorantes inſtruunt chirurgos, omnem humidorum prohibentes applicationem, quia talia chirurgorum ſunt repellentia, h.e. adſtringentia vel coagulantia. Hoc ergo in caſu loco repellentium, vel intercipientium vulgarium, applicentur vel refrigerantia dicta, ſeu alcali volatili temperato prædita, ut ſperma ranarum, vel diſcutientia, quæ penetrant, attenuant, reſolvunt, & fluxilem reddunt humorem impactum; ſic enim facilè in naturalem motum impeditos reſtitues humores, unde vel ſolus ♀ externè applicatus, tam inſignes poſſidet dotes, ut etiam eriſypelata feliciter curet: quibus ſi addas internum quoddã diaphoreticum, rectè curabis ægrum.

Judicium quod attinet de ſanguine venâ ſectâ emiſſo, hoc non immeritò rejicit Helmont. *Tr. Paſſiva humorum deceptio cap.* 1. ut & Cnœfelius *de febribus epidemicis p.* 54. *& ſeqq.* cum unusquisque homo peculiarem ſuum habeat ſanguinem, & in ſanitatis latitudine maxima ſanguinis ſit varietas, pro ratione quoque animi pathematum quotidie alteretur. Ut taceam vix prius judicium ferri de ſanguine, quam quando hic ad tempus ſteterit, & ab ambiente aëre, propriâque corruptelâ corrumpi, & putreſcere incipiat. Hoc interim jam à veterum tempore obſervatum fuit, quod ſanguis emiſſus, tardius aut nunquam concreſcens, ejus malignitatem denotet, extinctionemque caloris, ut vocant, vitalis: cujus rationem illi putarunt eſſe fibrarum defectum, & corruptionem; moderni verò cauſam in defectu acidi debiti, ejusque ſeminalis ſanguinis miſcelam & texturam minus cogentis rejiciunt: Conf. Pauli *in digreſſione de febribus malignis pag.* 14. *&* 21. qui ſanguinem impensè coloratum, venâ ſectâ emiſſum, morbi maligni ſignum eſſe aſſerit: Simile fatetur Bruno *Comm. in Jeſſenium pag.* 89. Graveolentiam ſeri & cruoris, licet raram, certam mortem denotare non ſine contagii ſuſpicione expertum eſt, & confirmatur à Schenckio *in Obſerv. p.* 418. utut contrarium videatur exemplum à Pauli *citato loco pag.* 13. *deſcriptum.* Superficies ſanguinis, ubi poſt ſubſidentiam marmoris inſtar eſt variegata, inſignem humorum in maſsâ ſanguineâ confuſionem, putredini obnoxiam diaphoreticis cohibendam teſtatur: Saniosa aut cinerea livescens, eruditatem malignam, ex impeditâ fermentatione, & ſpirituaſcentiâ natam, antiſcorbuticis ☉ volatili abundantibus tollendam arguit. Viridem veneni occulti indicium eſſe vult Cardanus *l.* 1. *de Venenis cap.* 26. & in lue ♀ câ ſanguinem cœruleum, vel ſubviridem apparere loquuntur Practici, id quod in ſcorbuto quoq; interdum contingit. De cætero non ſaltem ſanguis, qui primus poſt apertam venam nigricans emanat, ſub ſuo continuato efluxu floridus effluit, ſed & non rarò ſanguis emanans, diverſæ naturæ & conſiſtentiæ ſubinde obſervatur, præſertim in pleuriticis & peripneumonicis affectibus, pro inæquali nempe ipſius ſanguinis corruptione; de quo vid. Williſ. *in Pharm. Rat. Vol.* 2. *p.* 185. Sed plura de hujusmodi judiciis vid. in Jeſſenii *judicio de ſanguine venâ ſectâ emiſſo*, à Brunone *auctius edito.*

Ex dictis hactenus manifeſtum eſt, quinam ſint uſus ſanguinis emiſſionis primarii; vel, ut ſanguinis copia imminuatur, vel ut ejusdem motus circulatorius nonnihil determinetur. Quoad regimen, ſeu legitimum venæſectionis uſum, videtur, quantum poſſibile, licentioſa illa venarum apertio, & non, niſi urgente admodùm indicatione, aut evacuatoriâ, aut revulſoriâ vel derivatoriâ, inſtituatur, idque ſaltem permittentibus, nec contra indicantibus viribus, cæterisve circumſtantiis, vires determinantibus. Semper theſaurus vitæ in ſanguine reconditus conſideretur, unde ſi aliis modis ægro, vel ſine periculo, vel æquè commodè ſuccurrere poterimus, ſanguini parcatur: quibus ritè conſideratis, apparebit, rariores eſſe ſanguinis emittendi occaſiones. Tempus quod attinet, eſt hoc

vel neceſſitatis, vel commoditatis, hoc in ſanis præſervativè ſi inſtituatur, vernum inprimis convenit circa æquinoctium, autore Hippocrate *Sect.*7. *Aphor.*53. & hinc autumnale, eodem ſub cardine, idque luna creſcente potius, quam decreſcente, contra vulgatam opinionem, ut hoc oſtendit Trew in Practica univerſali **vom Aderlaſſen;** horis matutinis minimum onerato ſtomacho. Quoad neceſſitatis vero tempus, lege hoc ipſum caret: in chronicis equidem morbis per ſe minimè neceſſaria eſt V. S. in acutis verò cum febribus principio morbi, præmiſſis primas vias evacuantibus convenientiſſimum eſt, idque quò citius eò melius: adeò, ut in urgentibus anginis, vel plevritide, etiam veſpertinum vel nocturnum tempus, non obſtare queat, quod etiam in aliis acutis, absque febribus, apoplexiâ, catarrho ſuffocativo &c. locum habet, in quibus urgente affectu pro ſanguinis circulo conſervando, & aliis imminentibus malis ſuccurrendis, venæ ſectio per accidens ſubinde urgetur, adeoque prima occaſio, quantocyùs illa commodè adminiſtrari poteſt, optima cenſetur. Locum aperiendi venam ſcopus vel evacuatorius, vel ſanguinis circuli correctorius indicat. Doſin, vires ægri, cum affectus urgentiâ collatâ oſtendunt, tres vel quatuor, ad 6. uſque uncias ſufficiunt, & illa ipſa etiam an ſolitaria, an repetitis vicibus inſtituta V. S. conveniat, monſtrabunt.

Venæ ſectionis vicariæ ſolent ſubinde eſſe cucurbitulæ ſcarificatæ, & hirudines. Cucurbitulæ quidem ſcarificatæ (nam & absq; ſcarificatione interdum applicari ſolent, ubi averſorius vel derivatorius ſanguinis intenditur ſcopus) mediantibus vaſis capillaribus, univerſalis evacuationis ſanguinis locum ſupplent, & tunc ferè uſurpantur, ubi circumſtantiæ quædam, vel ratione virium ægri, vel ratione lipothymiæ forſan imminentis, vel ratione difficultatis ſecandi venas, V. S. non ſemper locum habet. Quin etiam revulſorio & derivatorio inprimis ſcopo, perquàm convenienter ſuccurrunt; nam & cruribus, cum & ſine ſcarificatione, in menſium vel lochiorum ſuppreſſione applicantur, & dorſo intra ſcapulas in capitis affectibus, & mammis in nimio menſium fluxu &c.

Par ratio eſt hirudinum, rarius tamen, præterquam derivationis, & interdum averſionis, & interdum averſionis gratiâ uſitatorum; qui ipſi non ſecus, ac ſcarificationes, hoc habent commodi, quod capillaria venarum pariter & arteriarum aperiunt vaſa, unde & deliberato conſilio interdum circa arterioſa loca hirudines applicantur: hinc inprimis temporibus in cephalæis, item nuchæ, frequentiſſimè hæmorrhoidibus applicantur à noſtratibus: apud exteros crebrior illorum uſus eſt, à quibus & naribus appenduntur, tanquam hæmorrhagiæ vicarii, & vulvæ labiis pro lochiis provocandis, monſtrante locum optimè vaſorum ſitu, pro derivationis ſcopo, ſemper obſervando.

His ipſis ſanguinis detractionibus etiam cauterium, & hujus medio paratus fonticulus accenſetur ab Helmontio, utut non absque limitatione intelligenda veniant effata ejus. Verum eſt, quod in ſanis æquè ac ægris excitati fonticuli pus plorent, idque inprimis ex ſanguine loci fonticulo exulcerati, in pus mutati, cum tamen præter pus & alia varia, ſanies ac ſordes ſubinde unà evacuari ſoleant, idque non rarò cum ſenſibili in morbis chronicis, præſertim ex colluvie ſeroſâ ac lymphæ vitiis natis, ægrorum levamine, altius quid ſubeſſe omnino veriſimile eſt. Per ſe nempe totum cauteri & inde factæ fontanellæ auxilium tantum in nutrimenti partis roridi & hinc cruoris minutulâ, ſed continuâ diminutione conſiſtit, adeoque propriè plethoræ tantùm convenit. Per accidens verò & à poſteriori ac palliativè etiam iis confert affectibus, qui à ſordibus quibusdam, vel vitio læſæ in ſanguine fermentationis, vel depravatæ cujusdam partis nutritionis aut functionis productis enaſcuntur, ita, ut labes illæ à priori, ob ſubjecti ineptitudinem, v.g. vel ob ſenium, vel ob menſes deficientes &c. non ſint corrigibiles: ſic enim unà cum ſanguine & nutrimento laudabili evacuatur ſimul id, quod eſt nocivum, & quia excrementitium in ſanguine ſuâ naturâ eſt proſcriptũ ab œconomiâ vitali, ut facilè hinc ſit alterabile & ſeparabile, eò facilius & promtius per fontanellam ſic evacuabitur. Simile fit interdum ab ipſa natura, dum hinc inde erumpunt ulcera, tanquam fonticuli naturales, quæ ſanata per artem, corpori non leves dant turbas, ſin verò denuò aperiantur, corpus eſt quietum. Vid. Scultetus *in armamentario Chirurgico obſ.* 55. & 57. item *in Miſcellaneis N. Cur. Anno* 2. *p.* 383. Hinc etiam vulnerati inſigniter ſæpè menſibus vel hæmorrhoidibus evacuantur conſuetis, quia quaſi per fonticulum ſanguis per vulnus, ſub puris vel ſaniei ſpecie erumpit. Adeoque in fonticulis præter ſcopum evacuationis nocivi ſub forma puris etiam ſcopus derivationis & averſionis interdum attenditur, unde præter crura & brachia, quibus veteres ſaltim fonticulos inuſſerunt, recentiores etiam nuchæ loco ſetacei, moleſtiſſimi illius remedii, in capitis præſertim, & oculorum affectibus, item intra ſcapulas & intra ſeptimam thoracis vertebram, item intra coſtas, pro vomica pulmonum, moderni inurunt fonticulos.

Pedetentim quod faciunt fonticuli, con-

fertim

fertim præſtare ſolent veſicatoria, adeoque ferè urgentiori in malo, & ubi præſentaneum magis indicatur auxilium, hæc ipſa in uſum vocantur, tam pro ſanguinis, ratione excitati doloris, aliquali revulſorio auxilio, ut in malignis febribus, ubi deliria, vel convulſiones imminentes; his ipſis interdum anteverruntur; quam pro ſcopo evacuatorio, ubi acrior lympha, aut vitioſo ſapore inquinatum ſerum evacuandum, & ex intimiore ſede evocandum eſt, quâ ratione & variolæ retrocedentes illorum medio, aut petechiæ retropulſæ revocari ſolent, quin etiam iſchiatico dolore urgente, vel articulari dolore torquente, per veſicatoria ægris ſuccurrere ſtudemus. Nuchæ præſertim, item ponè aures applicare illa frequentius mos eſt, tam in oculorum affectibus, per cacochymicos ſuccos corporis ſubinde exaſperatis, quàm pro cephalalgia ſopienda, & ſero acriori, membranas cerebri feriente, prope nucham vel aures avertendo. Moxæ omne huc pertinet auxilium.

Venas tantum aperire conſuetum eſſe, ex communi Practicorum experientia notum eſt, fit tamen, ut etiam arteriæ minores (nam in maioribus ob hæmorrhagiam, difficilemque ratione pulſus conſolidationem, & aneviſmatis ſuperventum res non caret periculo) interdum aperiantur, idque inprimis in affectibus capitis, in quibus arteriæ prope aures, vel in temporibus non rarò felici cum ſucceſſu aperiuntur: in hemicrania valdopere eam ſuadet Lindanus ſuper Hartmannum *l.*2.*c.*1.§.17. & intra biduum conſolidari poſſe ait, in ſpecie per terram vitrioli dulcem, cum terra ſigillatâ miſtam, ſolidariò vel cum albumine ovi applicatam. Eadem arteriotomia in cephalalgia probata eſt, teſte Tulpio *l.*1.*c.*48. uti & in ophthalmia contumaci, autore Fontano *Reſponſionum & Curat. Med. l.*1.*p.*30. in phreniticis arteriotomia temporum eſt optima. Vid. Panarollus *Pent.* I. *Obſ.*29. & quamplurimis morbis quàm egregiè hæc conducat, v. *in Miſc. N. Cur. A.*6.*p.*90.

CAPUT V.

De

Cacochymia corrigenda, & per Purgationem tollenda.

CAcochymia ſeu contentorum fluidorum dyſcraſia, in vitioſis ſaporibus & facultatibus Hippocraticis, ſeu potentiis ☉inis fundata, & ex vitioſis fermentis frequentiùs enata, per varias fermentationum & effervescentiarum inordinationes ſe manifeſtans, corrigitur, & ex præternaturali ametriâ in naturalem ſymmetrian redigitur, vel per alterantia, vel per evacuantia. Per alterantia quidem, quæ iſtud, quod per ſe extiterit, adeoque intemperatum fuerit, ut loquitur Hippocrates, temperant, deficientes particulas reſtituendo, auctas, adeoque acriores factas contrariorum appoſitione mitigando, aut obtundendo, aliisve ſimilibus modis in naturalem temperaturam, aut huic, quantum poſſibile, proximam, redigendo, & inde præternaturales orgaſmos in æquabilem naturalem fermentativum motum reſtituendo: v. g. in ſcorbuto peccat cacochymia acida ſeu melancholica in ſanguine, lympha, ſucco pancreatico, ſalivâ, &c. quæ enervat bilem, & depravat digeſtionem primam &c. Corrigitur hæc à priori quidem, fermentum digeſtionis primæ ad naturalem ſtatum revocando, quod cum haud æque facile præſtari queat, à poſteriori productus ſapor acidus vitioſus corrigitur per ♂lia, quæ illud imbibunt: per ☉ia volat. plus minus acria, quæ illud temperant, ☉ volat. in concretis corporis augent, bilem acuunt, & ita acidum cum alcali in debitam proportionem redigunt, & præter naturalem contentorum dyſcraſiam emendant: Per evacuantia emendatur cacochymia, quando id, quod heterogeneum, adeoque vitioſum, nec reliquis miſcibile, nec ritè corrigibile extiterit, adeoque vel quanto vel quali corpori inimicum fuerit, per convenientia loca & cribra transcolari & evacuari faciunt; ad imitationem naturæ, quæ & chyli continuo ſupplemento temperata conſervat quælibet corporis contenta, eorumque æquabilem fermentationis motum, & intemperatum ſi quoddam fuerit, illius medio ad temperaturam mediam redigit, & præternaturalem turgeſcentiam mitigat. Vel quicquid incorrigibile cæterisve impermiſcibile fuerit, per anum, vel per veſicam, vel totius corporis perforatam pellem eliminat.

Alterantia hæc ſunt vel generalia, vel ſpecialia: Illa, quæ ſaporem, vel fermentum morboſum, prout vel acidæ vel ☿oſæ eſt proſapiæ, corrigunt, & prout in ſubjecta materia vel viſcida ſeu pituitoſa, vel ſeroſa exiſtit, emendant, adeoque quadruplici iſti cacochymiæ generali, bilioſæ ſeu ☿oſæ, ♌oſæ, melancholicæ, ſeu acidæ, pituitoſæ & denique ſeroſæ occurrunt: de quibus jam ſupra in Pathologia ſufficienter, & quantum generalis requiſivit ſcopus, actum. Specialia verò ſeu ſpecifica, aut appropriata, quæ ſpecialem materialis cauſæ vim, ejuſque texturam ſpecifica contraria textura deſtruunt, ejusque ſaporem præternaturalem emendant, quatenus nempe in particularibus morbis

bis v. g. non acidum in genere, ſed hoc vel iſtud vel illud ſpecialis ſaporis acidum peccat. De quibus pluribus jam actum fuit.

Alterantia inter illa, quæ acidum tam generale, quàm ſpeciale ſeu ſpecificum, corrigunt, eminent præ aliis concreta terrea, ut lapis hæmatitis, creta, terrea ſigillata, lapis oſteocollæ &c. item marina, corallia, lapides ♋, conchæ, maxillæ lucii piſcis &c. item animalium partes duræ, oſſa, dentes & cornua, ebur, C. C. unicornu &c. item calcinata, ſalia fixa, C. C. uſtum, ſpecifica febrilia &c. eminent, & hæc præcipitantia vulgo, rectiùs à modo operandi abſorbentia, ab effectu invertentia, item figentia dicta. Neque enim præcipitatio propriè dicta, quocunque modo explicetur, & qualis frequentiſſimè in artificialibus obſervabilis eſt, locum in talium operandi modo obtinet, ſed ſaltem abſorbendo in primis viis acida, quæ ſui illâ actione ſolutivâ arctè iſtis uniuntur, & ita cum illis concretum tertium conſtituunt, adeoque impetum ſuum activum, vel corrodentem, vel efferveſcentem penitus amittunt, & ita fixa quaſi & inermia redduntur, operari aſſolent: Hac nempe ratione Mars morbis chronicis ab acido natis, creta ardori ſtomachi, ſpecifica febrilia, vel ☉ia fixa intermittentibus, Corallia vel ebur efferveſcentiis in primis viis, & inde natis phlogoſibus vagis, lapilli ♋ infantum torminibus, dens apri, vel maxilla lucii piſcis pleuritidi medentur, non præcipitando, ſed acidum peccans imbibendo, & ita ex mutata textura mutua illud invertendo, & figendo.

Sicut autem circa alterantia in genere obſervandum, ne nimiô eorum abuſu, ab uno extremo ad alterum fiat prolapſus, & ita uni⁹ affectus curatione alium oppoſitum inducamus, ob id inprimis pedetentim potius & ſucceſſivè, quàm confertim, aut una vice nimis alterando, eadem in uſum vocentur, & ſpeciatim, quantum poſſibile, temperatis inſiſtatur; ita in ſpecie, circa talia abſorbentia & figentia, non niſi debitâ cum cautelâ verſetur Medicus, ne plus obſit, quàm proſit; peccantem materiam morboſam, acido vitioſo imprægnatam, præter neceſſitatem nimis figendo, quæ ad alia loca ex primo nido ita transmiſſa, pertinaces alios affectus inferat: veluti v. g. accidit, ut propinatis hujusmodi vulgo præcipitantibus, revera figentibus epileptici motus quidem ſiſtantur, miteſcant etiam paroxyſmi intermittentium, ſed fomite morboſo ita fixato, alio in loco pertinax affectus inferatur. Quid enim frequentiùs, quàm ex intermittentibus, ſubitò talibus auxiliis ſuppreſſis, atrociores recidivas inductas, vel ſimplices in duplicatas aut triplicatas mutatas, aut tertianam in quartanam converſam fuiſſe, continuam ardentem in hecticam. Unde in talium uſu legitimo obſervandum,

1. Ne diutius, quàm neceſſitas revera efflagitat, nec majori doſi, quàm conveniat, eadem adhibeamus: attendendo ſedulò, ne acidum ſtomachi generale talium abuſu pellundetur, vel enervetur, cum inſigni detrimento ægri.
2. Ut talium poſt uſum & debitum effectum, tempeſtivè laxantibus, & primas vias abſtergentibus, relictum quaſi ☿ removeatur.
3. Ad volatilia plus minus aromatica poſt hæc præmiſſa fiat acceſſus, quorum medio reparantur vires, morbo antea exantlatæ.

Evacuatio eſt vel ſpontanea ſeu naturalis, ad quam pertinet etiam critica, vel medica, ſeu artificialis: utraque, præſertim artificialis, eſt vel univerſalis, vel particularis: illa, quæ univerſi corporis in genere; hæc, quæ certæ cujusdam partis aut regionis evacuationi inſervit: illa eſt vel purgatio, vel diureſis, vel ptyaliſmus ſeu ſalivatio: hæc eſt ſternutatio, ſputatio, clyſmatis injectio, quò etiam aliæ injectiones in uterum, in aures &c. pertinent. Purgatio ratione regionis ſeu loci, vel fit per ſuperiora, vel per inferiora; illa vomitus, hæc feceſſus ſpeciatim dicitur. Purgationem talem, ſeu humorum variorum, præſertim ex Medici ſaltem intentione cacochymicorum, adeoque excrementitiorum, tàm per ſuperiora, quàm inferiora evacuationem quod attinet, ejus doctorem ipſam habemus naturam, quæ non rarò, aut critico motu ſtimulata, nunc per vomitum, nunc per feceſſum morbum judicat, aut non criticè, ſpontaneas tamen ſalutares ſubinde inſtituit evacuationes, v. g. ſecundùm anni mutationes, verno aut autumnali præſertim tempore, item ſecundùm victus mutationes, dum v. g. in peregrinantibus, ſalutares frequenter inſtituit diarrhœas multorum morborum præcautrices: Vomitum, in intermittentium febrium paroxyſmis utiliter ciet, & per periodicos, aut ſanguinis, aut humorum excrementitiorũ variorum vomitus ſplenetici, aliique valetudinarii ſæpe inſigne levamen percipiunt. Conf. Schenckius *in Obſ. p.* 328. *&* 330. item Barthol. *Cent.* 3. *hiſt.* 36. Rhodius *Cent.* 2. *obſ.* 62. *&* 64. *&c.*

Quidni ergo imitetur naturæ motum Medicus, & vomitum inſtituat, ubi neceſſarius aut utilis videtur? Modus, quo fit vomitus, eſt, quando irritatur, vel moleſtatur ſtomachus, hinc primò pylorus ſe contrahit, mox ſyſtole totius ventriculi ab orificio inferiori ad ſuperius ſequitur, ac tandem œſophagi, ma-

Digitized by Google

materiam effundentis, id quod docuit autopſia Olai Rudbeck. *in obſ.* 20. Vid. *Meſſis aurea* Hemſterhuſii *pag.* 232. Eſt enim unus continuus fibrarum tractus per ſtomachum & œſophagum, quibus prope pylorum periſtalticè, ſed inverſè motis, ſuperiora verſus omnia per preſſionis modum rejiciuntur. Sed cum hoc ventriculi motu adhuc per conſenſum duo alii motus conſtrictivi conjunguntur,

1. Duodeni inteſtini, quod continuum pyloro, hoc contracto, etiam ſe contrahit, ſicque vellicat, & concutit ſimul ac irritat ductus, pancreaticum & choledochum, qui ſic copioſius ſolitò effundunt ſuos ſuccos, qui poſt vomitum, dum denuo ſe laxat pylorus, ſuperiora verſus in ſtomachum, ob contracturam jejuni adhuc durantem, irruunt, & ſentim de novo materiam, pro futuro vomitu, ſubminiſtrant.
2. Thoracis: Contrahitur enim valdopere & diaphragma & muſculi, exſpirationi inſervientes, & ſimul cum impetu aërem ex pulmonum fiſtulis elidunt, ratione cujus pulmonum & thoracis cavitate anguſtatâ, in vomitu unà non rarò cum impetu expelluntur aut phlegmata viſcida, v. g. in aſthmate humoroſo, aut materia purulenta, pulmones aggravans, ut in phthiſi &c. Contrahitur autem diaphragma, & per conſequens reliqui muſculi thoracis, ob conſenſum cum ſtomacho, natum ex nervo paris vagi, ad ſtomachum ramum diſtribuentis, & cum intercoſtali nervo motui thoracis inſerviente hinc inde plexibus mutuis conſpirantibus: unde fortius irritati, omnes junctas partes vehementiùs movent: accedit & contactus diaphragmatis & ſtomachi mutuus circa ſuperius orificium, unde ex ventriculo affecto, aut ſingultus, aut tuſſis, aut aſthma, ob diaphragmatis conſenſum, non ſunt rari.

Adeoque revera polychreſtus vomitûs erit uſus, utpote, cujus ope ſæpius cum impetu evellitur, quod alias communia purgantia non attingunt. Primariò conveniunt in ſtomachi, inteſtini duodeni, pancreatis, vaſorum felleorum & meſenterii affectibus eradicandis, indeque cæteris, remotioribus licèt, in partibus, ex primarum viarum tamen morboſo fomite enatis malis, tàm præſervandis quàm curandis: hinc radix curandarum febrium intermittentium, præſertim quartanæ, eſt vomitus, non ſecus ac in continuarū & malignarum principio eſt optimus. In hypochondriaco malo, aliisque huic cognatis chronicis affectibus, ex acido vitioſo primarum viarum natis, item melancholicis, & maniacis, nil utilius vomitu: ad præcavendos podagræ, aut nephritidis paroxyſmos, quorum ſpicula cuduntur in ſtomacho, vomitus eſt ſaluberrimus. In aſthmate humoroſo & phthiſi vomitus eſt ſingularis uſus; non ſecus ac in apoplexiæ principio: in partu difficili, aliis irritis, ultimum auxilium eſt vomitus. Conf. *Mœbius in Inſtit. p.* 445. it. *in diſſ. eleganti de naturâ & uſu vomitoriorum*; it. Angelus Sala *de ternario emeticorum*, ubi ſimul docetur legitimus vomitoria adhibendi modus, ac regimen; cum quo conf. Grüling. *in Florilegio Part.* 4. *c.* 19. & præſertim Mynſicht. *in Armamentario chymico p.* 15.

Quod ſi ex medicamento aſſumto per alvum ſequatur humorum excretio, in ſpecie dicitur purgatio: Sive humores iſti contineantur in vaſis, ſive ſint extra vaſa, v. g. aquæ hydropicorum, aut ſanguis in partibus externis extravaſatus & congrumatus. Utilitas hujus in legitimo, & dogmatico uſu per ſe clara eſt, utut illegitimo, & empirico abuſu, non levia etiam inducat damna. Legitimam ergo adminiſtrandi rationem addiſcere poſſumus in Sennerti *Inſtit. Lib. V. Part.* 2. *Sect.* 1. *c.* 5. *& ſeqq.* uti & in *Methodo medendi* Hofmanni *l.* 1. *c.* 7. *p.* 41. *ſeqq.*

Equidem optandum eſſet, darentur vera purgantia, h. e. quæ ex nominis ratione ſordes ſaltem excrementitias, aut heterogenea quæcunque præternaturalia ex corpore eliminent, citra utilium, nutritivorumque ſuccorum corruptionem ſimultaneam & depravationem. Verum, quæ vulgò purgantium nomine veniunt, non ſunt talia, ſed ſub ſpecioſo, & blandiente nomine virulentiam nocivam gerunt abſconditam, unde

1. Sanos & ægros æqualiter vexant, &
2. Tot ſordes, ſtercorum formâ, ad triginta, quadraginta, & plures ſedes evacuant, quos impoſſibile eſt citra vitæ periculum in corpore ſubſiſtere: unde &
3. Ægri, qui ex legitimâ purgatione deberent ſecundùm Hippocratem levari, inſigniter læduntur, unde & teſte experientiâ & *Helmont. Tract. Scabie & ulcera ſcholarum*; item *c.* 5. *de Febribus*, qui antea eſt ſanus, alacer, integris viribus, levis in ſaltu & curſu &c. poſt purgationem redactus erit ad maciem, trement genua, genæ collapſæ, vox rauca erit &c. perſiſtentibus
4. Nihilominus morbis, ſub antiquâ contuma-

Digitized by Google

tumacia, cum nullus purgantibus curari ſoleat; tetra quæ

5. Inferunt ſymptomata, tormina abdominis ſpasmodica, ſubinde in manifeſtas convulſiones terminantia, ac

6. Tetra ac pernicioſa hypercatharſis, non obſcuræ malignitatis nocivæ & virulentiæ ea arguunt, unde &

7. Additis correctivis tàm ſtudioſè hanc corrigere ſatagunt.

Sanè promiſcuâ virulentiâ, & putrefactivâ colliquatione indiſcriminatim, tàm recrementoſos, quàm alimentitios corporis ſuccos reſolvunt & colliquant, & quas non inveniebant ſordes, corrumpendo corporis contenta efficiunt, niſi eorum violentiam robuſtior paulò ſtomachus ratione acidi fermentativi plus minus correxerit. Simili ſcilicet ratione atque ☿ vel inunctus vel aſſumtus etiam ſaniſſimos non ſecus ac lue ♀ eâ infectos reſolvendo nutrimentum corporis chyloſum ſeu ſpermaticum, & colliquefaciendo hoc ipſum, in formâ muci ſalivalis, cum quo tamen & ſordes quæcunque, in ſpecie Venereo contagio alteratæ, unà evacuantur, transmutat, ita & purgantia ſimili ratione in ſordes transmutant ſtercoreas, quicquid ipſis obtigerit. Dum ergo ita indiſcriminatim operantur purgantia, certè etiam ipſi maſſæ ſanguineæ non leve incommodum inferent, ea ſcilicet, quæ ſunt vehementiora & fortiora, v. g. colocynthis, ſcammoniū, eſula, elaterium, helleborus albus &c. unde vehementes purgationes tàm gravia etiam nocumenta inſequi ſolent. Helleborum inſequi convulſiones, jam olim notavit Hippocrates *in aphoriſmis*. Jalapam hypercatharſis ferè lethalis, teſte Barthol. *Cent.* 5. *Hiſtor.* 69. uti & ſcammoniatum pharmacum, autore Helmont. *de Febribus c.* 5. §. 13. ahàs periculoſas accendunt febres, autore Gabelchovero *Cent.* 6. *Curat.* 26. & 27. Vi purgantis vehementioris gangrænam in corpore cacochymico introductam obſervavit Horſtius *L.* 9. *Obſ.* 25. hydropem, leucophlegmatiam & aſciten, à validis catharticis illatas refert Poterius *Cent.* 2. *Cur.* 29. deprædantur certè omnia purgantia de viribus, & ſubſtantiâ corporis noſtri, dum bonos pariter & malos corporis ſuccos, ſeu ſanguinem ipſum cum roridà ac alimentitiâ ſubſtantiâ partium colliquefaciunt, reſolvunt, unde tam horridi in excretis fœtores, execrabiles colores, ac proprietates aliæ, à malignitate medicamenti ipſis, per colliquefactivam corruptionem impreſſæ. Rectè ergo maligna ſtatuuntur, omnia propriè ſic dicta purgantia, (aloë forſan ſola cum rhabarbaro excepta,) quæ corrumpunt excrementitios pariter, ac vitales ſuccos, eoſque putrefactos excerni faciunt. Conf. Helmont. *Tr. poteſtas medicaminum*; item, *Scabies & ulcera ſcholarum*; item, *de Febribus. Adjungatur his* Cnoſelius *Tr. methodus medendi febribus epidemicis p.* 66.

Patebit hoc clarius, ſi modum, quo operari ſolent purgantia, conſideremus. Variâ ratione applicatâ licet, idem tamen ſequitur effectus. Notum enim eſt,

1. Quosdam ſolâ imaginatione, ex viſo ſaltem purgante, purgari: vid. Henric. ab Heer *obſervat.*

2. Alios ex ſolo purgantium ſuſcepto odore, vid. Schenckius *lib.* 3. *obſ. p.* 401. Panarollus *Pent.* 4. *obſ.* 28. Schneiderus *de oſſe cribriformi p.* 219.

3. Purgantia externè applicata operantur, v. g. Pilulis compreſſis, ſalivâ inunctis, & ventriculo applicatis, Abbatiſſa quædam ſufficienter purgata fuit. Vid. Schenckius *l.* 3. *obſ.* item, plantis pedum applicatæ pilulæ ſimiliter purgant Vid. Hœferus *Hercule Medico p.* 201.

4. Purgantia venis infuſa violentius operantur, quàm

5. Per os aſſumta.

6. Non ſemper per alvum, ſed etiam interdum per alia loca aſſumta purgantia operantur.

7. Non vegetabilia ſolùm, ſed vel maximè mineralia potentiſſimè operantur.

8. Levi adjectione, & detractione, omnis purgans vis tollitur, & ſuccedit, aut diuretica, aut diaphoretica. Id quod in aſaro, aquâ communi bullito, aut ♁ io, cum ☉o fixato manifeſtum eſt. Nihil dicam jam de purgatione artificiosâ per magnetiſmum, quæ fieri poteſt, quando ſine ullâ applicatione medicamenti tàm interni, quàm externi, purgatio inſtituitur, in perſonâ etiam longè diſſitâ.

In genere tamen purgantia duplici ratione videntur operari:

1. Forti inteſtinorum irritatione,

2. Sanguinis, & cæterorum liquorum fuſione, & quâdam colliquatione.

Priori ratione operantur, quæ inteſtinorum fibras irritant, easque in vermiculationes crebriores, ac ſic contentorum, aut parietibus affixorum, propulſionem cient, quodſi & ductuum, pancreatici & choledochi in inteſtina hiantium ora vellicantur ſimul, etiam humores in his contenti copioſiùs excerni faciunt. Hâc ratione videntur operari ♁ iata; minima enim horum, eaque aculeata, fortem purgationem ex inteſtinorum vellicatione continua excitant: id quod etiam verum eſt de reſinis vegetabilium, Jalapæ, Gummi guttæ &c. quæ glutinosâ ſuâ texturâ

Digitized by Google

texturâ pertinaciter adhærent inteſtinorum parietibus, hosque acrimoniâ ſuâ continuò vellicant, indeque facillimè hypercatharſes inducunt, item Arſenicalia aut ☿ ≏ aſſumta, hæc ſolâ acrimoniâ corroſivâ horrendos vomitus, & hypercatharſes periculoſas inducunt. Facit huc, quod vulgaria purgantia, ſub majore doſi, quâ fortius irritant, evadant vomitoria, ſicut vomitoria ſub minore doſi ſaltem cathartica per inferiora evadunt.

Poſteriori modo vegetabilia acriora, & hinc quædam Mercurialia inprimis operari videntur, quæ maſſam ſanguineam, cæteraque corporis liquida reſolvunt, fundunt, eamque ita colliqueſcere cogunt, & in talia liquamina alterant, quæ lege circulationis circumrapta, ſenſim ſenſimque per appropriatos poros certarum partium ſecerni, & expelli poſſunt: hâc ratione operantur manifeſtò per nares hauſta purgantia, infuſa item in venas, aut applicata exterius ambitui corporis, item plura interius aſſumta illuſtrant hunc operandi modum, in ſpecie fructus horræi, facilè fermenteſcibiles, & alterabiles: ut muſtum, uvæ, pruna &c. quæ ſimiles in maſsâ ſanguinea excitant præternaturales fermentationes & turbas, illam plus minus attenuant & colliquefaciunt, alvum copiosè movent, & non raras diarrhœas inducunt. Duplicem hanc purgantium operandi rationem confirmant ea, quæ quascunque purgationes ſiſtunt, in ſpecie hypercatharſes. Qualia ſunt non præcisè adſtringentia, ſed inprimis ea, quæ primò ſunt narcotica, & ita ſenſum irritationis tollunt, & inde natos quoscunque humorum motus ſiſtunt, ut opiata, theriacalia &c.

2. Ea, quæ vim habent diaphoreticam, in texturâ, plus minus terreâ, talia enim & acrimoniam colliquefacientem ſanguinis temperant, & per ſudorem particulas purgantium ex corporis liquidis eliminant. Talia ſunt ♆ ſigillata, cornu cervi ſine △e, ♁ diaphoreticum &c.

Ex dictis patet, quâ ratione operari ſoleant purgantia? Vegetabilia quidem irritando inteſtina & ſtomachum, ſenſibilia & ſimul liquida corporis contenta colliquando: Mineralia verò, ☿ialia ſimpliciter irritando, Mercurialia etiam fortiter ſtimulando, ſimul tamen etiam fluida corporis colliquefaciendo. Vegetabilium vis vellicans & colliquans, in reſinâ eorum fundata eſt. Reſina conſtat ex ♁ acri, quale aliàs per deſtillationem prodit, ab acido concentrato: docent hoc & ligna, ex quibus poſt extractam reſinam nullum ♁ deſtillando elicitur, & etiam ♁i deſtillati aniſi per ſpiritum ☉li in reſinam coagulatio. Concentratio ergo & coagulatio fit ab acido, in ♁ verò deſtillato eminet alcali volat. ♁oſum, unde etiam ejus acrimonia. Ergo reſina compoſitum eſt ex acri acido & ex acri ⊡oſo, intercedente ſubſtantiâ pingui ſeu ♁oſa, unde & texturæ viſciditas, & acrimonia intensè amaricans: adeoque nec in acido, nec in alcali ſimpliciter, ſed utrisque acribus antè unitis, & intercedente ♁oſo, certâ ratione modificatis, reſinæ acrimonia, & inde vis vellicativâ, uti & colliquativa derivanda. Acrimonia iſta inſignis in ſubjecti texturâ viſcidâ pertinaciter adhæret, & ita fortiter vellicat, textura vero ♁oſa à ſanguine ſolubilis, & intimè cum illo miſcibilis, colliquationem, & reſolutionem ejus quaſi putrefactivam, mediantibus ☉ibus junctis, efficit. Hinc enim & diſſolutæ purgantes reſinæ à vitelio ovi potentiùs longè & copioſiùs operantur, idque absque torminibus ferè, quàm per ſe in propriâ formâ aſſumtæ. Nempe ab ♁oſâ vitelli texturâ, diſſolvitur reſina, & ſub tali vehiculo permiſcetur promtè liquidis corporis contentis, ac intimè iisdem unitur, unde & fortior horum colliquefactiva alteratio, & copioſior operatio, & minor inteſtinorum ob breviorem in iisdem moram & tardiorem adhæſionem irritatio, ac torminoſa vellicatio. Ex hac textura oritur, quod tàm acida, quàm alcalia purgantia vegetabilia cicurent, acida quidem, ipſam texturam invertendo, & figendo ⊡oſum volat. & condenſando pingue, caſtrant & plus minus inermia reddunt purgantia. Alcalia verò tàm volatilia quàm fixa, texturam reſinoſam penetrant, ♁oſam diſſolvunt, hinc viſciditatem corrigunt, acidum hebetant, hinc nimiam acrimoniam temperant, & ita mitiora longè, minus vellicativa, magis reſolutiva, & quodammodò cathartico-diaphoretica reddunt purgantia.

Emergit hinc analogia ☿ii purgantis, cum dictis vehementioribus vegetabilibus; nam ſicut hæc conſtant ex reſinâ ♃ea, ſociata ☉i volatili acri, ex quorum texturâ coalcſcunt particulæ acres laxativæ: ita & in ☿io particulæ ♃eæ & Mercuriales ceu alcalinæ volatiles ſimul junctæ vim ♁ii catharcticam conſtituunt. Nempe hæc præcisè nec in ♃ea, nec in Mercuriali ſubſtantiâ conſiſtit, ſed utrisque ſimul combinatis: Hinc enim talis textura emergit, quæ acrimoniâ ſuâ, linguæ licet inſenſili, ſtomachum tamen ſufficienter vellicare, & hinc in ſpaſmos & vomitus ciere poteſt. Hinc enim cinnabaris ☿ii & ex eo ſeparatum ♃ eſt ſine vi catharticâ: ſicut è contra ſubſtantia Mercurialis in ☿io diaphoretico ex regulo parato, quatenus fixata, etiam inſons eſt. Pariter etiam ☿ialia atque vegetabilia tàm per acida, quàm alcalia corriguntur; nunc enim per alcalia cicuratur pro ♃e ejus & texturâ eliciendâ, nunc per acida Mercurialem partem figentia & in diaphoreticam mutantia. Pariter Mercurius vivus tan-

Digitized by Google

tanquam ſubjectum alcalinum metallicum, quatenus ♃e acido minerali inveſtitum & ita quaſi reſinoſum factum, acrimoniâ illâ tam vellicando, quàm fundendo & colliquefaciendo operatur: Utrumque patet ex litu cum Mercurio vivo facto, qui nunc diarrhœam, nunc ſalivationem intenſam excitat. Mercurius dulcis etiam tàm inteſtina irritando, quàm ſuccos viſcidos & glutinoſos liquefaciendo alvum laxare aſſolet.

Vomitoria non eſſe diſtincta à purgantibus, niſi ratione doſeos, aut minoris majorisve malignitatis ſeu acrimoniæ, rectè docere videtur Walæus *in Methodo medendi p.* 21. dum ſub majore doſi fortius ſtimulando, & ita citius ſe exerendo in ſtomacho, vomitum urgent, qui ſub minori quanto ſolummodò nauſeam proritant, quam poſt debitam diſtributionem ſequitur purgatio. Curioſum interim eſt, quod obſervatum fuerit à quibusdam, quædam purgantia pro variâ collectionis ratione, dum vel ſurſum, vel deorſum avelluntur, nunc per os, nunc per alvum purgare; vid. Schmuck *in Curationibus Magico-magneticis p.* 56. id quod de turionibus ſambuci, foliis aſari, radice ireos, radice eſulæ verum eſſe aſſerunt; vid. Agricola *in Chirurgiâ parva p.* 912. quam variam operandi rationem ab idea in imaginatione colligentis expreſsâ, & mediantibus hujus effluviis in plantam transplantatâ oriri vult Marc. Marci *in Phil. Vet. Reſtit.*

Promiſcuè ergo agunt purgantia in corpus, expurgando tàm utile, quàm vitioſum. Exinde ruit ſponte ſuâ diviſio purgantium in cholagoga, phlegmagoga, melanagoga & hydragoga, utut pro circumſtantiarum ratione nunc hoc, nunc iſtud purgans eligendum ſit, experientia inprimis magiſtra. Prout autem plus vel minus erunt efficacia, ſeu virulenta, etiam magis vel minus primas vias vel etiam ſanguinem, vel hoc mediante, corporis etiam continentes & ſolidas partes afficient. Unde triplex corporis regio à Veteribus in purgationis negotio aſſerta, ſaltem quoad majorem vel minorem purgantium efficaciam, & hinc activitatis eorundem ſphæram intelligenda erunt. Scilicet res ita ſe habere videtur. Si variæ fœculentiæ in inteſtinis ſtabularint, aut uberior bilis, ſuccive pancreâtici adſit proventus, hæc commodè vel lenioribus purgantibus, per moderatam inteſtinorum irritationem evacuari, aut vomitu blandiori exturbari poterunt. Quodſi craſeos ſanguinis, aliorumque contentorum læſio, ex heterogenearum particularum miſcelâ, harum evacuationem poſtulet, modò aptæ redditæ ſint, quæ eliminari queant, idque mediante coctione, ſeu ſeparatione, eò ducendæ ſunt, quò natura vergit, h. e. & corporis ratio, & conſuetudo, & ſordium ipſarum conditio poſtulant. Quodſi purgare velis, turbanda quidem erit nonnihil ſanguinea maſſa, ſed non nimis perturbanda, ut ſub tali motu irritationis inteſtinorum, & æqualis colliquationis contentorum corporis, quicquid heterogeneum eſt in ſanguine & à vitalitate proſcriptum, adeoque à remedio cathartico facilius alterabile, vel omne vel maximam partem ejiciatur, citra inſigniorem utilis aut nutritivi ſucci corruptelam: adeò, ut aliquot ſaltem ſedes, non verò quæ per decades numerari queant, ſufficiant. Aliàs propria ſanguinis ac totius corporis ſyſtematis purgamenta, ſunt ☐ & ſudor, per ſeceſſum verò quæ fiunt evacuationes, ſaltem ſtomacho, & inteſtinis evacuandis, & digeſtionis primæ neceſſariis fæcibus emittendis, dicata ſunt. Sanè unicus ſudor moderatus, plus purificabit, & totam maſſam ſanguineam, ac univerſum corporis habitum, quàm forſan 10. purgationes, & in chronicorum curatione, per ☐am quæ fit evacuatio, utplurimum convenientiſſima eſſe ſolet.

Indiſcriminatim ergo purgantia dum operantur, adeoque ſanos æquè ac ægros vexant, ſanè ſub omni purgatione aliqualis latitabit impoſtura, adeóque plures dejectiones plus nocebunt, quàm proderunt. Unde etiam inter purgantia, quà talia, nullus penitus ſelectus inſtituendus erit. Interim tamen cum quotidiana praxis varietatem operationis & effectus ex purgantium uſu diverſo oſtendat, ob id in legitimâ eorum adminiſtratione, aliqualis diſtinctio ſubinde facienda erit;

1. Propter purgantis remedii varietatem.
2. Propter purgandi ſubjecti diſtinctas proprietates; &
3. Propter materiæ evacuandæ conditionem & ſitum.

In remedio purgante quidem præter vim laxativam reſpiciendæ ſunt junctæ proprietates certæ, alterantes, aut evacuandorum liquaminum noxias qualitates diverſimodè emendantes. Hinc e. g. helleborus niger in hypochondriacis & melancholicis ſpeciatim proficuus, hinc colocynthis ex penetrantiori acrimoniâ colliquandis & reſolvendis viſcidioribus cruditatibus magis conducit. Hinc rhabarbarum viſceribus, aliquali atoniâ laborantibus, hepati ſpeciatim & renibus confert, hinc ☿ dulcis lue Venereâ correptis magis appropriatus eſt &c. Hæc & ſimilia ſubinde aliqualem ſelectum inter purgantia remedia faciendum inſinuant.

In

In ſubjecto purgando conſiderandum, an facilioris vel difficilioris ſit laxationis; item an aliis affectibus ſit obnoxium, qui per purgantia vel irritantur, vel exaſperantur. Prius quod attinet, ut aliquis facilius vel difficilius purgetur, oritur inprimis

1. Ex acido ſtomachi plus minus valido.
2. Ex ſuccorum corporis fluxilitate, & majore vel minore reſolubilitate, ſeu colliqueſcibilitate, quibus
3. Accedit nervoſarum partium major vel minor ſenſibilitas, & ita irritabilitas &c. quoad poſterius verò obſervandum, v. g. an ad colica, hyſterica ſimiliave pathemata proni ſint ægri; item an facilius vel difficilius animi deliquio corripiantur: item, an hæmorrhoidibus vel diarrhœæ ſint obnoxii &c.

Materiæ tandem evacuandæ conditio & ſitus attendendus eſt, pro purgantis remedii ſelectu. Nempe conſideretur an major vel minor ſit ejus viſciditas, ſeu glutinoſitas, indeque major vel minor ad evacuationem obſequentia. Hinc enim nunc acriora, nunc temperatiora eligenda erunt purgantia. Conſiderandus etiam ſitus, & in quâ corporis regione deliteſcat, cujus reſpectu nunc fortiora nunc debiliora ſeligenda purgantia.

Locus expurgationis ſunt inteſtina, in quibus cum non exiſtant ſolùm ea, quæ excernentur, vix enim capiendis illis ſufficerent, quæ interdum unâ purgatione prodeunt, eò feruntur ex maſsâ ſanguineâ, tàm per ductum choledochum & pancreaticum, quibus natura tam temporis quaſi abutitur, unde & quæ excernuntur, frequentiſſimè flavedine tincta conſpiciuntur, quam primariò ex vaſis meſentericis, mediantibus glandulis inteſtinorum, ex quibus per ſua vaſa excretoria copioſus ſuccus evacuandus in inteſtina deponitur. Priores viæ ſufficienter confirmatæ ſunt à Grafio *de ſucco Pancreatico* §. 196. *p.* 86. Poſteriores ſufficienter oſtendit Pechlinus *de purgantibus cap.* 36. & præſertim Peierus *Tr. de Glandulis inteſtinorum*. Aſſumtum ergo medicamentum purgans, irritando & acrimoniâ ſuâ viſcida pertinaciter vellicando inteſtina, horum ſpaſmos, & repetitas violentas contractiones, & contentorum excretiones excitat. Simul etiam hiantia orificia ductuum choledochi & pancreatici, & excretorii tubuli glandularum irritata, & vellicata, eructant uberius ſuâ contenta, adeoque proximè quod circa iſtas primas vias ſtabulatur, à medicamento aſſumto plus minus alteratum & attenuatum ejicitur. Interea ſubtiliores remedii partes, cum ſanguineâ maſsâ permiſtæ, eam reſolvunt, ejusque contenta, nunc laudabilia nutritiva, nunc excrementitia alterant, texturam horum in minimis diſſolvunt, & ita in liquaminis ſeroſi conſiſtentiam colliquefaciunt. Quæ ipſa, cum ſanguine hinc inde per vaſa circulata, in locis & partibus, quorum poruli, meatus & fabrica, tanquam cribra, vel filtra, vel colatoria appropriata reſpondent, ſucceſſivè ſecernuntur, reliquis maſſæ ſanguineæ partibus præterfluentibus.

Utut non tàm ſtrictè ad inteſtina determinata ſit purgantium operatio; nam, dum ſanguinis circulo per corpus rapitur vis medicamentoſa purgantis, hoc ipſo, pro adjunctâ ſibi facultate, ſimul vel nonnihil diaphoretica, vel diuretica &c. ut & pro certâ ſordium expurgandorum à medicamento colliquatorum alteratione & conſiſtentiâ, ipſorumque etiam viſcerum plus minus ad transcolationem diſpoſitorum conſtitutione variâ, nunc per ☉am, nunc per ſudorem, nunc per ſalivationem ſequitur cathartici operatio. Notum enim eſt, quod, ſi motu vel exercitio, à medicamento purgante aſſumto agitetur corpus, ſicque proliciatur ſudor, nihil aut parum per alvum evacuabitur, id quod ſimiliter non rarò evenit, ſi quis medicamento aſſumto ſuperdormiat: Sic Mauritius Hofmannus *diſſ. de Purgationis modo & viis*, ab aſſumtis pilulis cephalicis catarrhum obortum, copioſumque ſputum ore rejectum, ut & pruritum, à pharmaci uſu obſervavit: & à ſyrupo roſarum ſolutivo, pro alvi lenitione cuidam matronæ exhibito, copioſiſſimam ☉am, ſine alvi dejectione Patavii excretam fuiſſe, idem notavit. Sicut è contra ex lotio ſuppreſſo obortam diarrhœam, obſervavit Rhodius *Cent.* 2. *hiſt.* 84. Notum eſt quoque diverſimodè operari Mercurium pro medicamento tàm internè aſſumtum, quàm externè inunctum, qui nunc per diarrhœam torminoſam, nunc per copioſam ſalivationem, nunc per utramque ſimul curat luem Veneream. Ex quibus non difficilè eſt judicare, quare ab aſſumto purgante Veneris non raro ſequatur ſtimulus, conſideratâ ſimul purgantium facultate in ☿e volatili acri fundatâ; vid. exempla in Plateri *Obſervationibus L.* 1. *p.* 263. & 264.

Conſiderandum ulterius jam eſt, unde tàm variæ, & ſubinde tàm horridæ ſordes, quæ per medicamentum purgans evacuantur, originem trahant. Formaliter easdem in corpore non præexiſtere, ſed fieri demum ex actione remedii colliquativâ, & quaſi putrefactivâ, ex ſupra dictis notum eſt, niſi excipias iſta recrementa, quæ immediatè ex primis viis, per ſolum purgantis ſtimulum

evacuantur. Oriuntur ergo excreta iſta varia triplici ex cauſa:

1. Prout ſanguis, chylus aliiqúe corporis ſucci plus minus colliquantur à remedio, & ita ſordes plus minus tetras conſtituunt. Sic ſcammoniata admodum fœtida, colocynthis viſcida glutinoſa, Jalappa ferosa, acria rejici faciunt.
2. Ipſa remedia ſubinde tingunt & ita nauſeoſum aſpectum excrementis conciliant. Hac enim ratione aloë & rhabarbarum omnia flava rejici faciunt. Hac ratione quibusvis purgantibus ſociata ☿ialia omnia nigredine infecta repræſentant &c.
3. Ipſarum ſordium in inteſtinis miſcelâ mutua, tàm inter ſe, quàm cum bile, aut lymphâ Pancreaticâ, vel cum ipſo remedio aſſumto, & conſequenter diverſimodè horum ipſorum mutata textura, etiam variformia recrementa ſubinde ejici faciunt.

Purgantia ergo ſaltem cacochymicis ſuccis, hoc eſt, errore digeſtionum, per fermenta vel peregrina vel naturalia vitiata productis, adeoque non tàm cauſis morboſis corrigendis aut removendis, quàm productis eorum morboſis, ſubinde occaſionalibus aliorum morborum cauſis averruncandis conducunt: Sanè fermenta morboſa minima illa non attingunt, hinc ſubinde, poſt repetitum licet purgantium uſum, nihilominus morbi contumaces perſiſtunt; ut v. g. in febribus intermittentibus, hydrope, ictero, lue venerea &c. clarum eſt, adeoque potius humoribus peccantibus, cauſarum morboſarum productis propriè medentur, & ita à poſteriori ſaltem morbis ſuccurrere nituntur. Unde illorum fermentorum morboſorum reſpectu potius alterantia, præſertim ſpecifica, humorum verò per fermenta iſta productorum vitioſorum ratione, purgantia ſaltem conveniunt.

Cæterum, cum per purgationes in ſpecie vehementiores, omnia ferè in corpore turbari ſoleant, adeoque periculoſa ſubir de ſequantur ſymptomata, ob id exactè conſideret Medicus legitimam purgandi rationem, tàm in acutis, quam in chronicis affectibus. In acutis quidem legitimam purgandi methodum, ſeu optimum regimen præſcribit Hippocrates *Sect.* 1. *Aph.* 20. 21. 23. 24. & 25. in quibus cocta medicari docet, non cruda, niſi materia turgeat. Quæ medicationis vox non præciſè ad purgationem reſtringenda eſt, ſed in genere omnem notabilem per ſeceſſum, aut ☉as aut ſudores evacuationem innuit, in quibus omnibus, cum ſalutari ægri ſucceſſu inſtituendis neceſſariò coctio prius expectanda eſt, aliàs enim aut nihil evacuatur, utut totum corpus perturbetur, aut citra evphoriam ægri, potius cum nocumento ejus accidit. Monſtrat ſanè experientia nunquam naturam hujusmodi inſtituere excretiones, niſi primo ſubegerit & concoxerit materiam morboſam ſeu peccantem, unde & in ſtatu aut declinatione ſaltem morborum, non verò in incremento aut principio ſalubriter tales molitur evacuationes, niſi materia interdum nimis turgeat, hoc eſt, nimis effervescat, & rapidè moveatur, tunc enim irritata natura, etiam inſueto tempore molitur tales evacuationes, ſed cum coactim procedant, ſymptomaticas dictas, quæ rarò etiam ſolent eſſe frugiferæ, ſed ſæpius nocivæ.

Eſt ſcilicet cruditas humorum evacuandorum, talis eorum ſtatus, quo ſanguini permiſti & uniti, naturalem ejus fermentationem vitalem turbant, & in effervescentias febriles eam concitant, id quod inprimis particularum ☉inarum à debitâ craſi deficientium fit culpâ; coctio è contra eſt eorundem à reliquis particulis per fermentativũ motum ſeparatio, & quaſi præcipitatio, quo recrementa, & heterogenea ☉ia, ceu effœta, inſtar cujusdam ☿i à ſero tanquam alimenti pariter, ac excrementi communi vehiculo imbibita, per certa viſcerum cribra, & quaſi filtra commodè ſecerni, & hinc per naturæ vias conſuetas evacuari poſſint. Scilicet, ſicut novella cereviſia, aut muſtum turbidum, & heterogeneis fœculentis particulis reſpectu vini permiſtum, per quæcunque coletur inſtrumenta, eodem modo integrum tranſit, absque fœculentiarum remanentia, quod fermentando depuratum, ex excrementitiarum, aut heterogenearum fœcum ſeparatione & præcipitatione clarum tranſit per colatoria, & remanentias omnes relinquit & ſeponit: ita, quamdiu fœces recrementoſæ, per fermentationis motum ſeparatæ aut præcipitatæ non fuerint, tàm diu nihil vitioſè ſeparatim excerni, aut per quæcunque cribra ſeparari poteſt, cum invicem & homogenea, & heterogenea permiſta ſint. Unde etiam in tali ſtatu ☉æ ſunt crudæ, h. e. claræ, tenues, intenſè tinctæ: quodſi verò motus fermentativi beneficio partes ſanguinis homogeneæ, quæ naturaliter ejus componunt liquorem, turbatæ ſe denuò unire, partes heterogeneas extrudere, ſeparare, & præcipitare incipiunt, coctionis eſt principium, ☉æ fiunt craſſæ, turbidæ, aut ſublimamentum, vel ſedimentum leve monſtrant; quodſi hæ particulæ perfectè præcipitatæ fuerint, ſedimentum ☉æ copioſum, materiam omninò coctam, & declinationem morbi oſtendunt. Si verò effervescentia febrilis eò uſque procedat, ut diſſolutâ maſſâ ſanguineâ craſis ejus

omnino

Digitized by Google

omnino depravetur, animal tandem emoritur, permanentibus ⊡is crudis, aut quæ jam coctionis ſignum præmonſtraverant, denuò recrudeſcentibus.

Hæc, quæ modò dicta, monſtrant aphoriſmum illum Hippocratis, propriè de morbis acutis ab efferveſcentia febrili ortum habentibus intelligendum eſſe, in quibus tantum talis humorum eſt cruditas & coctio. Nihilominus ſimile quid etiam in morbis chronicis, ex vitiatâ ſanguinis craſi dependentibus obſervare datur, quibus ob id etiam non incommodè idem aphoriſmus certo modo applicari poteſt. v. g. in malo hypochondriaco, ictero incipiente, cachexiâ &c. ⊡æ ſunt pallidæ & tenues, aut tinctæ, ſed tenues; propinatis ergo tum temporis medicamentis purgantibus, etiam validioribus, exagitatur variè maſſa ſanguinea cum diverſis ſymptomatis, ſed fruſtra, cùm parum aut nihil promoveatur. Sin verò in ſubjectis ſucci plenis, ſuccedat larga evacuatio, hæc eſt ſine euphoria, potius cum damno. Propinatis autem medicamentis appropriatis, ⊡æ tales fiunt turbidæ, craſſæ, opacæ, & procedente tempore, lentè licet, copioſa deponunt ſedimenta &c. id quod ferè ſignum eſſe ſolet medicamentorum rectè operantium. Tuncque purgantia etiam leniora ubertim & quaſi ſpontè naturâ evacuant, ut non ſine egregio fructu & ſucceſſu uſurpentur. Ergo & in talibus coctio & cruditas certo modo reſpicienda, utut chronici tales morbi lento gradu abſolvant ſua tempora, quæ citò percurruntur ab acutis, unde & in chronicis ſubinde medicamenta purgantia interponenda ſunt alterantibus, quæ in acutis, circa declinationem tantùm uſurpanda: in his tamen in principio ferè purgatio quædam minorativa præmitti ſolet, idque ad abſtergendas ſordes, in primis viis hærentes, non verò ad evacuandam integram maſſam ſanguineam.

Fit tamen non rarò, in ſpecie in calidioribus regionibus, & ubi victus aliaque reſpondent, ut non tantum in acutorum principio & incremento materia morbifica ſit cruda, & hinc impetuoſè efferveſcat, ſed etiam quod ex Hippocrate ſit turgida, ſeu turgeat, i. e. quod abundans immoderatè nimis efferveſcat, & rapidè per vaſa moveatur, inſtar muſti, ex vino generoſo impetuoſè nimis ebullientis, quod vaſe nimis arcto concluſum, idem diſrumpit, & in partes, ſuâ turgeſcentiâ diſſilire facit. In tali caſu videmus in principiis vel incrementis morborum naturam interdum vomitus, aut diarrhœas aut hæmorrhagias ſymptomaticas ciere, eam aliquo modo levantes: hîc ergo imitandam naturam ſuadet Hippocrates, & in tali materiæ turgeſcentia, ubicunque convenit, evacuandum, ubi tamen cauto & circumſpecto opus eſt Medico, ne intempeſtivè irritentur crabrones.

Ex modò dictis patet, quare, ut ſupra dictum, in omni evacuatione coctio ſeu heterogenearum partium ſeparatio & præcipitatio expectanda ſit, quia alias nihil utiliter per partes, ceu per cribra aut filtra transcolari poteſt, & evacuari. Opus naturæ eſt ſimpliciter coctio, in quo ipſo etiam fermenti digeſtivi in ſtomacho, mediante aliquali chyli vehiculo & ſupplemento magna conſideranda venit efficacia. Remedia, quæ propinare interea debet Medicus, pro adjuvanda tali coctione, ſunt alterantia, & attemperantia, pro fermenti & materiæ morboſæ primariò peccantis diverſitate varia, in quibus ipſis cum ferè vitioſum acidum primariò peccet, hoc attemperantia, & abſorbentia, item producta hinc morboſa abſtergentia, ſunt optima, ac talia ferè ex ☉, ♁ io, C. C. &c. peti, & uſurpari ſolent. Quodſi malignior fuerit affectus, non tàm ad coctionem, quàm fermentum aut contagium malignum reſpiciendum eſt, adeoque potentibus & appropriatis alexipharmacis ac ſudoriferis mox in principio inſiſtendum, ut eliminetur in tempore fermentum malignum, ne totus ſanguis ab eodem corrumpatur, & ſpiritus influentes quoque tandem inquinentur, habitâ ſimul tamen ratione majoris vel minoris ſanguinis febrilis efferveſcentiæ.

Cæterum præter talem crudorum humorum ante purgationem, coctionem, etiam alii, non-crudi licet, humores præparandi ſunt vel digerendi, antequam evacuantur: notum enim, quod interdum in ſcorbuto, quartanâ, malo hypochondriaco, cachexiis &c. purgationes fiant admodum graves, cum torminibus, variis ſpaſmis, violenta humorum agitatione, inteſtinorum aut ani exulceratione, animi deliquio, & in mulieribus hyſtericâ ſuffocatione: interdum etiam omninò retinentur purgantia, eaque quandoque non ſine noxâ. Sicut ex medicamento purgante aſſumto non operante mortem ſubitaneam obſervavit Lotichius *l.* 4. *c.* 1. *obſ.* 3: & ex retentâ purgatione dolores hypochondriorum graves notat Gabelchoverus *Cent.* 2. *cap.* 37. Conf. pluribus Willis. *Pharm. Rat. Vol.* 1. ubi de purgantibus. Hæc omnia ſymptomata cum contingere ſoleant vel ex acrimoniâ, & corroſivitate nimiâ humorum evacuandorum, vel ex eorum craſſitie, viarumque exinde factis impedimentis, & hinc inde obſtructionibus, ob id per digeſtiva, uno vel altero die præmiſſa, vel cum purgantibus permiſta, acres humores imprimis acidi temperandi & edulcoran-

di, craſſi incidendi & attenuandi, factaque viarum impedimenta removenda ſunt.

Ergo pro tali ſcopo notum, quod non rarò præſcribantur noduli, in quibus ſimplicia digeſtiva cum purgantibus ſunt permiſta: deinde præ cæteris hic conveniunt temperata, ſeu ſalſa, ut ♀, ☿ ⊕latus, arcanum duplex Mynſichti, ☉digeſt. hypoch. ✱, ☉ abſinthii & ſimilia, quæ inprimis craſſa, & viſcoſa incidunt & attenuant. Sin verò ſordes evacuandæ ſint acidæ, aut in ægro purgando aliàs acida abundent, ☌ialia, ♄ina, teſtacea, ☉ia fixa & ſimilia, ceu præparantia digeſtiva conducunt. Quodſi materia peccans, fuerit naturæ pituitoſæ acidæ, qualis in chronicis, ferè eſſe ſolet h.e. ſi fuerit mucilago chyloſa, viſcida, tenax, acida &c. conveniunt digeſtiva, ex aromaticis, amaris, acribus, vulgo aperientibus dictis, v.g. fumariâ, abſinthio, centaurio, ſp. ☿i ſp. ✱ci. Modernorum quorundã methodus ſolet ad præcavenda periculoſa in purgatione ſymptomata, cum digeſtivis, vel etiam purgantibus miſcere opiata; ſic enim purgationes blandiores, & moderatæ, idque inprimis in delicatioribus vel hypercatharſi aut torminibus obnoxiis, aut ſucco melancholico ſeu acido abundantibus ſuccedere ſolent. Vid. Hoferus *Herc. Med. p.* 127. item Miſc. Acad. N. C. *A.* 4. *pag.* 22. Schneiderus *de Catarrh. l.* 4. *p.* 313. Quinimo etiamſi non ſuperveniant talia ſymptomata, nec metuenda ſint, tamen non inconſultum videtur, poſt ceſſantem ſeu finitam purgantis operationem blandum quoddam paregoricum propinare, ſaltem appetente nocte, ut ſedetur inteſtinus ille tumultus, per catharcticum concitatus, ad imitationem nempe Sydenhami.

CAPUT VI.

De

Cacochymia tollenda per Urinæ Excretionem.

JUxta alvi excretionem maximè naturalis eſt ea, quæ fit per veſicam, quæ eò magis neceſſaria videtur, quò etiam in fœtu jam celebrari eam, dum in allantoidem colligitur ☉a, notum eſt ex modernorum aſſertis. Aſt, quàm proficua ſit in morborum curatione, vel ex eo patet, quod natura critico motu per ☉as finiat morbos, aut pleuriticorum, vel etiam ſuppuratorum pulmonum pus, per urinas ſalubriter evacuet; vid. Schenck. *obſ. l.* 2. *p.* 243. & 252. Horſt. *l.* 3. *obſ.* 10. Borellus *Cent.* 1. *obſ.* 17. vel etiam ex abſceſſibus, aut ulceribus artuum purulentam materiam cum ☉â expurget. De quo vid. Hildanus *Cent.* 3. *Hiſt.* 39. quale exemplum etiam in ſcriptis Paræi obvium. Sic Lindanus *in Collegio ſuper Hartmannum* exemplum refert cujusdam fabri lignarii, ex caſu coſtam in thorace frangentis, qui potu vulnerario diuretico, ſanguinem, ex læſione in thoracem extravaſatum, unà cum ☉â ſalubriter excrevit.

Imitetur ergo & Medicus naturæ motum, & pro occaſione evacuet morborum cauſas materiales per ☉am, idque eò magis, quo jucundior ægro eſt talis evacuatio, & quò minoribus aut difficultatibus aut moleſtiis eadem conjuncta eſt: cum melior non ſit via, ſalia M. Sæ, aut ſuperflua, aut vitioſa ♀ea, & peregrina ex corpore eliminandi, quàm ut ſero ſoluta, lixivii ☉oſi formâ emingantur: hinc in ſcorbuto, malo hypochondriaco, cognatisque affectibus, item ictero nigro aut flavo, & in ſpecie, in quibuscunque lienis vel reverà talibus, vel ipſi ſaltem attributis affectibus optima ſunt diuretica. Vid. Laurentius *Inſtit. Anat. l.* 4. *quæſt.* 27. In his enim affectibus ☉æ atramento ſimile profluvium, aut cui copioſæ intermiſtæ ſunt arenulæ, ſeu potius ☉ia concreta & præcipitata, ſæpe inſigne adjumentum affert; quem in reliquis adhuc affectibus præſtant uſum, ad longum explicatum vid. in Hofmanno *de Meth. med. p.* 175.

Quod jam facultates diureticorum attinet, illa propriè dicta talia ſunt, quæ copioſam, aut ſaltem crebriorem ☉am reddi faciunt, ſine eo, ut copioſioris laticis aquoſi materiam ſuggerant: hæc quoad texturam materialem, in quintuplici ſunt differentiâ:

1. Acida, ♃us, ☁☉is, ſuccus citri, ſpiritus ☊dulcis, &c.
2. Alcalia tàm volatilia, quàm fixa, ut ☉♀i, geniſtæ, ſtipitum fabarum, ♅a, ♃i, & ex his parata lixivia &c. item, ☉ volat. ſuccini, ſpiritus ☉✱ ci aut ☉æ, lumbricorum terreſtrium.
3. Salſa, ſpeciatim ☊roſa, tam fixiora, quàm volat. ut ☊, millepedes, ſcarabæi, ſuccus lumbricorum, & plura diuretica vegetabilia, ſimul ferè vulneraria: vegetabilia ☊oſa: ut Intybacea, card. bened. fumaria.
4. Teſtacea, ſeu marina, & quæ calcinata corpus inſtar calcis vivæ relinquunt. Ut lap. ♋. teſtæ ovorum, cancri calcinati &c.
5. Sulphurea ſeu ☌oſa temperata, quaſi balſamica; ut terebinthina, juniperus, crocus, macis &c. de quibus vid. prolixior Williſ. *Pharm. Rat. Vol.* 1. *ſect.* 4. *c.* 1. 2. & ſeqq.

Quodſi in genere omnium horum conſideretur

Digitized by Goo

deretur operandi ratio, deprehendere ferè datur, quod ſapor ſalſus renum ſtimulativus (ad quem ſtimulum renum ſemper in quibusvis diureticis, plus minus licèt potentem, reſpiciendum,) vel acris vel temperatus oleoſus primatum in vi diureticorum obtineat. Quem, utut quidam non habeant, uti ſunt acida & alcalia, tamen hæc ipſa non ſine præviâ ſui in primis viis alteratione, & ita in alium ſaporem, plus minus ☉ ſum, immutatione, operationem ſuam diureticam exerunt: adeò, ut ob id de omnibus ferè diureticis Helmont. *in Tr. Aditus præcluſus ad condum viſcerum*, aſſerere videatur, ea talia fabricari in ſtomacho. Jam, utut ſint acida, quæ ☐as movent, v.g. ſuccus citri, ſpiritus ☉is, ☿, acidulæ &c. quæſtio tamen eſt de his, an ſub acoris ſui ratione operentur? quod ex eo videtur erroneum, quoniam aliàs ſemper ab his fieret ſtranguria, quod tamen experientiæ contrarium: An verò transmutata à bile in primis viis in ☉ſum ſaporem ſub hâc alteratione talem diureticam vim acquirant! quod poſterius ſane perquam probabile eſt. Alcalia verò, præſertim fixa, ac ipſa teſtacea, non ſine ſaporis ſui ab acido ſtomachi immutatione, & plus minus factâ ſaturatione abeunt in ſalſum quoddam abſterſivum & ulterius pro operatione diureticâ ablegantur. Confirmari hoc videtur ex eo, quoniam & ipſa diuretica, quæ abundant ☉e Aii, potentius operentur, ſi appoſitione acidi mutentur in ſalſa, ſive fixa, ſive volatilia. v. g. ☉ia lixivialia fixa vegetabilium per ſpiritum ☌i vel ☉is in ☉lſa abeunt, egregriè diuretica, uti & lap. ♋ vis in fuſione in acetum exaltatur. Nam & ipſa ☐a eſt ſalſa, & vegetabilia ferè omnia diuretica, quæ ſimul ſunt vulneraria, abundant ☉e alcali, ſed temperato ☉lo. Quare diuretica ſupra enumerata quæcunque ſapore ſuo ☉ſo inprimis ☐am promovere videntur.

Quod ſi in ſpecie pro multiplici eorum varietate operandi rationes paulò ſpecialiùs examinemus, omnes huc collimant, quod vel materiæ evacuandæ, vel organi evacuantis reſpectu, operationem exerant. In materia expurganda activa ſunt,

1. Quæ ſanguinem attenuant & reſolvunt, & ſpeciatim laticem ſeroſum in eo fundunt, & ita lotii copiam è toto corpore profundunt; v.g. millepedes, ſcarabæi, lumbrici, & quæcunque ☌ volat. continent, item quælibet ☉ſa, ☿ ea & ☌oſa & hujus ratione renes torpidos ſimul excitant.
2. Quæ laticem ſeu ſerum acrius reddunt, indeque abſterſivum & viſcidorum plus minus attenuativum, ac nonnihil colliquativum, hincque renum ſtimulativum, ut lap. ♋, herbæ diureticæ, vi alcali volatilis ferè operativæ; item, acidulæ ſpiritus ☉is. In organo verò evacuante, renibus nempe, & viis ☐ariis vim operativam exerunt,
   1. Quæ ſpeciatim renum, & viarum ☐ariarum tonum debitum conſervant, fermentum renale confirmant, & vim tranſcolatoriam hâc ratione non absque aliquali ſtimulo promovent. Qualia ſunt terebinthina, juniperus, crocus, rhabarbarum &c.
   2. Quæ acrimoniâ ſuâ volatili renes irritant & ſtimulant, & ita excretionem frequentiorem reddunt, v.g. cantharides, raphanacea &c.
   3. Quæ ex natura alcalinâ ſub digeſtione migrant in acredinem, vias ☐æ abſtergentem inſtar ſaponis, ſimulque fortuitò adhærentes ſordes incidunt, & blandè ☐aria loca ſtimulant. Cujusmodi ſunt teſtacea, it. alcalia diureticorum fixa &c. Conf. quoad hæc Helmont. *de Lithiaſi cap.* 5. §. 17.

Seri iſta & ſanguineæ maſſæ certa alteratio ad promovendam diureſin maximi momenti eſt, modò conſideremus, quod præter ſupra dicta, quâ cocta non cruda evacuanda diximus, in affectibus chronicis, inprimis cum ſcirrho vel epatis vel lienis conjunctis, ☐æ ſit pauca utplurimum excretio, utut tales ægri, ex Hippocrate, copioſi ſint ſalivatores, & poſtmodum per medicamenta ☉ina, ſanguinis craſin alterantia, impedimenta vel ſcirrhos viſcerum reſolventia, copioſus ☐æ diverſimodè affectæ ſequatur fluxus. Fieri hoc videtur ex eo, quod ex læſa viſcerum functione & vitiatâ ſanguinis craſi, talis hujus ſit compoſitio & textura arcta, ut nihil, aut parum poros renum glanduloſos & fibroſos ingredi, & per eos à reliquorum conſortio liberatum poſſit ſecerni: Unde, alterata iſta ſanguinis craſi, & renovata miſcela naturali, reſtitutoque viſcerum officio, particulæ heterogeneæ præſertim ☉inæ ab aliis ſeparatæ & præcipitatæ, & ſimul aquoſæ, eas imbibentes, ita diſponuntur, ut facillimè renum meatus ingredi, indeque ſub ☐æ copioſæ formâ cum euphoria ægri poſſint excerni.

Quoad uſum ac legitimum regimen diureticorum

1. Conveniunt magis diuretica in morbis chronicis, quàm acutis, pro ſcopo nempe diuretico.
2. Magis in morborum ſtatu & declinatione, minus in principio aut incremento: tunc enim fundendo ſanguinem, vel attenuando humores, aut ſtimulando intempeſtivè renes, ſubinde plus damni, quàm commodi inferunt.

3. Non,

d by Google

3. Non, nisi præmissis primas vias laxantibus, aut aliàs, si opus, cacochymiam non-nihil exturbantibus conveniunt: metus scil. est, ne præmaturo diureticorum usu præcipitentur nimis, seu copiosius moveantur ad ☉aria loca, corporis resoluti succi, ibique varia pathemata inferant. Hinc
4. Magis in affectibus ex colluvie serosa natis, vel his conjunctis, quàm aliis conveniunt. In genere etiam evsarcis, & succulentioribus subjectis magis conveniunt; phlegmaticis item, & sanguineis, quàm acrioribus, aut cholericis, & melancholicis, continuo præsertim usu, nescil. hi ad atrophiam vel extenuationem disponantur.
5. Nec nisi temperatis salibus, seri ☉arii vehiculo evacuantibus, diuretica conducunt, illis enim acrioribus, plus minus corrosivis existentibus, varia pathemata nephritica excitãtur. Hinc
6. Viis & meatibus ☉ariis patulis & apertis, nec obstructis & infarctis existentibus, illa porrigenda: aliàs pri⁹ aperiendæ eædem, & impedimenta removenda, nisi vel dolorem nephriticum, vel ischuriam pertinacem, vel alia periculosa symptomata inferre velis: id quod circa calculum renum inprimis observandum, in quo non nisi circumspectus & moderatus diureticorum convenit usus. Conf. circa hæc plurib⁹ Hofmannus *in Method. med. pag.* 173. *& seqq.*

CAPUT VII.

De

Cacochymia tollenda per Sudoris Evacuationem.

DUm continuò unâ die naturali per nassam corporis, porosam cutim, mediante insensibili transpiratione tantum evacuatur, quantum per alvum 15. dierum cursu, teste accurato Sanctorio *in Medicina statica Sect.* 1. *aph.* 60. non mirum, si tanta ejus est necessitas, ut ex impeditâ oriantur morbi, ex libera verò, aut artificiosè promotâ, præserventur vel curentur iidem. Unde & prudens mater natura non tantùm plurimos acutos morbos criticâ per sudorem transpiratione feliciter curat, sed etiam in intermittentibus febribus ordinariò paroxysmum fausto sudore finit. Imo in malignis febribus hoc totum ejus est negotium, ut per poros cutis heterogenea ex M. S. expellat, cujus vestigia non raro sunt petechiæ & pustulæ per corporis peripheriam disseminatæ, adeò, ut verissimum sit illud pronunciatum practicum, nullam omninò febrim tutò sine recidivæ metu posse dici curatam, nisi sudore maduerit corpus.

Sequatur ergo naturæ ductum Medicus, & provocet sæpius sudorem, quia sæpe hujus imminet necessitas, cum certum sit, tertiam morborum partem curari posse cum sudore, vel aucta saltem insensibili transpiratione. Ad minimum semper in praxi observetur, ut pori cutis serventur aperti, ne iis occlusis, aut augeatur præsens morbus, aut superinducatur ipsi novus. In genere à sudore hæc emergunt commoda:

1. Sanguis insigniter attenuatur & liquescit, indeque supervenit pulsus major, celerior & frequentior, cum insigni corporis incalescentiâ. Unde promptiùs fermentatur, & non tantum omnes ejus coagulationes, aliorumq; corporis contentorum, præcaventur, sed præterea quoq; partes ejus heterogeneæ ex massa ita attenuata uberius separantur, & facilius præcipitantur.
2. Attenuatus, & liquefactus sanguis, celerius & rapidius per vasa circulatur, unde & alia corporis liquida, quorum motus à sanguinis motu plus minus dependet, etiam velociori motu agitantur, sicque omnis contentorum in partibus stagnatio aut præservatur aut tollitur.
3. In tali sanguinis statu latex ejus aquosus etiam insigniter rarescit & attenuatur, unde ab eodem copiosius imbibuntur partes massæ sanguineæ heterogeneæ, separatæ & præcipitatæ, & per poros cutis apertos sub illius vehiculo ubertim evacuantur, sicque etiam omnia fermenta peregrina, & aliunde suscepta contagia, v. g. in febribus malignis, aut diarrhœis contagiosis, optimè eliminantur.
4. Idem latex penetrat simul undique in partes solidas, præsertim subcutaneas, sicque simul abluit & abstergit sapore suo salso, vi quasi saponariâ, partium istarum sordes, easque unà exportat: Ita, ut universale sanguinis & partium solidarum, & particulare peripheriæ corporis, in morbis nempe cutaneis, purgamentum sit sudor.

Modus, quo fit sudor, est hic: Occasione, vel causæ externæ, exercitii corporis, caloris ambientis &c. vel medicamenti interni attenuatur, & magis fluxilis fit sanguis, adeoque liquescit, & plus minus resolvitur; hinc velocius & celerius per vasa rapitur & circulatur,

Digitized by Google

tur, adeoque frequentiori per cor, & pulmones tranſitu, intenſius fermentatur, magis incaleſcit &c. in reſoluto, & liquefacto ſic ſanguine, & à concepto calore magis agitato, ſerum aqueum intermiſtum, & ipſum à calore attenuatum, imbibit copioſè particulas minus reliquis cohærentes, ſeu permiſtas, in ſpecie ☉inas: hinc ſudores nunc ☉lſi, nunc acidi, nunc alius ſaporis obſervantur, dumque tranſit ita liquefactus ſanguis, & attenuatum ſerum, per quasvis partes ſolidas, ſalſedine ſua imbibita hoc ſimul abſtergit quascunque ſordes, errore nutritionis ſubinde genitas, donec ſucceſſivè circa corporis habitum ſubintret copioſiſſimè conſitas glandulas intercutaneas, ex quibus per vaſa excretoria, corporis poros conſtituentia, emanat. Quodſi minus ſint aperti pori, interdum per urinam copioſior ſupervenit excretio.

Ad ſudorem ergo duo inprimis, ut debitè fiat, requiruntur;

1. Reſpectu materiæ excernendæ, certus ſanguinis, & ſeri, ceu communis nutrimenti, & excrementi vehiculi, ſtatus.
2. Reſpectu partium, per quas fit excretio, certa earum conditio.

Sanguinis ſtatus ſit talis, ut nec condenſatus nimium, nec nimis rarefactus exiſtat, adeoque in æquabili miſturâ ſeu texturâ, ac conſiſtentiâ ſit conſtitutus, quo rarefieri, & attenuari, & ſeri latex ex eo extricari commodius ac ſecerni, totaque maſſa expeditius per vaſa circulari queat: Nam in condenſato nimis ſanguine rarefaciunt quidem plus minus integram maſſam ſudorifera, ſed non, niſi repetitis vicibus exhibita, ſudoris effectum præſtare valent. In reſoluto verò nimis eodem, magis per medicamenta reſolutus ſanguis, tàm intimè ſerum & ſanguis miſta & juncta exiſtunt, ut nulla ſpecialis fieri poſſit ſecretio, quin magis attenuatus & liquefactus ſanguis, virium majorem proſtrationem, & fatiſcentiam inferat. Certè magnum momentum ſitum eſt in tali ſanguinis conſtitutione. Hinc enim fit interdum, ut conſueta ſudorifera parum operentur, quæ aceto vel ſimplici vel medicato diluta non ſine fructu ſolent propinari. Sic enim v. g. theriaca cum aceto propinata longè potentius operatur, minoriſque cum virium diſpendio, quàm ſolitaria uſurpata. Sic pariter tinctura bezoartica, & aliquam ſpirit⁹ ⊕ acidi partem recipit, quæ acidorum permiſtio, præſertim in remediis aromaticis, oleoſis, adeoq; calidioribus probè obſervanda venit.

Partium, per quas fit excretio, glandularum nempe intercutanearum, & fibrarum cutanearum, plus minus poros ſtringentium vel laxantium conditio in eo conſiſtit, ut non tantùm glandulæ apertæ & officio tranſcolatorio aptæ exiſtant, ſed, ut & fibræ, inprimis nerveæ, debitum habent tonum, adeoque nec laxæ nimis eſſe debeant, quod evenit v.g. in ſyncopizantibus, aut quibus aliàs vires jam deficere incipiunt, aut quibus ex vitiato corporis habitu, aliàs fibræ iſtæ laxiores & patentiores exiſtunt, in talibus enim non tàm excerni naturæ conatu, quam ſpontaneo motu effluere ſolet ſudor, & cum hoc ipſo ſimul ros nutritivus, pro partium ſolidarum nutritione hinc inde appoſit⁹: nec ſtrictæ nimis debent eſſe fibræ, ne occluſis hinc poris, & contractis meatibus intercutaneis, quævis ſudoris ſupprimatur excretio, & hinc major maſſæ ſanguineæ effervescentia, & ebullitio ſuperveniat, id quod quâcunque ex cauſa irritatis ſpiritibus & hinc continuato undiq; elaſtico impetu diffuſis, accidere ſolet, & non rarum eſt malignis in febribus, in quibus præcordiis à maligno fermento afflictis, & inquieti, & inſomnes ſunt ægri, & ex præfatâ cauſa, ſimul nulla ſudoris, ne coacta quidem, profuſio: Hinc tali in caſu opium tàm nobile audit ſudoriferum, ut & theriaces & Mithridatii compoſitiones, à tot annis adhuc famoſas, ceu ex primariis, ingrediatur, quatenus & irritationem moleſtam quocunque in loco ſiſtit, & ſpirituum impetum ſopit, & hinc fibrarum cutanearum ſtricturam, & quaſi ſpaſmum, & inde natam pororum occluſionem ſolvit.

Medicamenta ergo ſudorifera præter calorem externum, vel exercitium ſunt talia, quæ ſanguinem attenuare & colliquefacere poterunt. Conſiſtentia equidem ſanguinis eſt à mutua textura, & connexione partium minimarum, ejus maſſam componentium, dominantur tamen has inter ♁oſæ, utrasque ☉inas temperantes, & ita mutuo nexu cogentes. Speciatim texturam hancce conſtituunt ♁oſæ particulæ, ratione occultati acidi, hinc enim experimenta infuſoria docent, ab acido coagulari, ab alcali verò attenuari ſanguinis conſiſtentiam. Patet ergo ex his, quod ſudorifera operabuntur, quatenus hoc acidum plus minus temperant, vel activitatem ejus impediunt, ſuntque ratione texturæ materialis inprimis alcalia tàm volatilia, ut ſp. C.C. ſp. ✳ ci &c. quàm fixa, ut ☉ carduibened. ☉ centaurii minoris &c. caque tàm macra, quam pinguia: illa, ubi ſine caloris intenſione artificiali provocare volumus ſudorem hîc, ubi ſimul calorem intenſiorem reddere animus eſt, adhæc volatilia ♁oſa, in receſſu ☉ina, pari ratione potentia ſunt ſudorifera, ut ſp. volatiles, & ♁ deſtill. v.g. ſp. florum ſambuci, ſp. roriſmarini, item ♁a deſtill.

Digitized by Google

ut ℞um deſtillatum ♀i, ligni Guajaci, buxi &c. quæ cum nihil aliud ſint, quàm reſinæ vi ignis colliquefactæ, patet, quod hac ratione, etiam ipſa reſinoſa concreta vim ſudoriferam exinde obtinebunt. Hinc eſſentiæ lignorum, eſſentiæ theriacales, decoctum centaurii minoris, rorismarini, lignorum, it. compoſitiones theriacales ex aromaticis acrioribus, adeoque reſinoſis volatilibus ferè conſtantes. Quibus & ultimo accedunt fixiora tam terrea, quàm mineralia ♃ea, ut C. C. uſtum, terra ſigillata, unicornu foſſile, ♁ diaph. bezoardica mineralia, ☉ diaph. cinnabaris ♁ ii aliaque ſimilia &c.

Quoad rationem operandi, ſudorifera hæc ſunt in duplici differentia:

1. Erunt poſitivè talia v.g. iſta, quæ ſunt ſubſtantiæ ſolubilis, volatilis, penetrantis, adeoque ultra primas vias, etiam ad alias corporis regiones perveniunt. Uti ſunt ſpiritus & ☿ia volatilia, ℞ deſtil. eſſentiæ reſinoſæ &c. item, decocta vegetabilium, it. ☿ia fixa &c. hæc enim ceu alcalia vel pura, vel ℞oſa attenuant, & fundunt effectivè ſanguinem, & propriè ad ſudorem illum diſponunt.
2. Privativa, quæ fixioris cum ſint conſiſtentiæ, ultra primas vias haud penetrant, ſed ſaltem dictis in locis, acidum tam naturale, quam p. n. vitioſum abſorbent, imbibunt, & ita activitatem ejus in alias corporis regiones impediunt, v.g. ♈ ſigillata, maxilla lucii piſcis, lapis bezoar, C. C. uſtum ♁ diaphor. &c. dum enim ab his imbibitur acidum, & hoc ea aggreditur ſolvendo, ſanguis, ſuo quaſi coagulo vel orbatum, vel alio ſucco acido deſtitutum ex primis viis imprægnatus attenuatur, reſolvitur, ſicque tandem ſudor ſubſequitur. Conf. Becherus *in Phyſ. ſubterr. L. I. pag.* 394.

Hæc dum ita fiunt, æger non parum debilitatur, ex ſpirituum nempe diſpendio, & nimia maſſæ ſanguineæ diſſolutione, ut ergo citius ſe recolligat, poſt ſudorem peractum acida moderata, v.g. ex citro, berberibus, cydoniis, item ℞æ acidulæ bellidis, julebi aciduli cum ☽li vel ☉ propinantur, ut ab his attenuata ſanguinea maſſa, blandè denuò coëat, debitamque & naturalem conſiſtentiam, ſucceſſivè recuperet, indeque vires labefactatæ plus minus, denuò redeant.

Uſum tandem, & legitimum regimen ſudoris quod attinet, tàm in acutis, quàm chronicis convenit affectibus.

1. In acutis quidem evacuationis ſaltem gratiâ, h. e. ut heterogeneæ partes & fermenta evacuentur ex maſſâ ſanguineâ, quæ per poros naturaliter ſub fuliginum formâ evaporare ſolent, artificialiter verò ex aucto quanto in guttas, in ſtrias ſudoris abeunt; hoc ut utilius fiat, neceſſe eſt ſæpe, in ſpecie, ſi non ſit febris nimis maligna (utut in hac quoque coctionis ſigna ſemper ſoleant eſſe proficua) ut ſi materia iſta excrementitia peccans ſit cruda, i. e. non ſeparata, ſed potius vitioſè in ſanguine ebulliat, ut prius coquatur, i. e. præcipitetur & ſeparetur; alias enim vel nullus ſequitur ſudor, vel nudus latex aquoſus, cum copioſis ſpiritibus tantùm exhalat, ſine euphoriâ ægri, cum inſigni potius ejusdem damno: ad imitationem ſcilicet naturæ, quæ vel in declinatione univerſali morborum, vel particulari paroxyſmorum, tantùm ſudores movet, non ſec⁹ ac eadem variolas, petechias, non niſi poſt aliquot dierum febrim, ſalubriter & ſufficienter expellere ſolet. His ergo in caſibus vel præcipitantia, ſeu moderatè figentia præmittenda vel addenda ſudoriferis, imò non rarò poſt ſolum hujusmodi præcipitantiũ dictorum uſum, ſpontanei ſalubriter ſequuntur ſudores. Sed hæc non neceſſe eſt, ut rigorosè adeò obſerventur in morbis, ubi non eſt talis materiæ cruditas, non chronicis tantùm, ſed etiam acutis malignioribus, id quod per febres eryſipelati aut pleuritidi junctas illuſtratur. Adeò, ut hæc confirment ea, quæ ſuperius dicta circa aphoriſmum Hippocratis, de coctis evacuandis, tam de purgantibus, quàm diureticis, & ſudoriferis intelligendum eſſe: cùm certum ſit, & univerſaliter verum, nihil poſſe ſeparari ex liquore, cujus porulis intimè unitũ eſt, ejuſque componentibus particulis permiſtum, ſine præcedente præcipitatione ſeu ſeparatione, i. e. ex porulis extruſione.

In chronicis verò

2. Sæpius alterationis, interdum & evacuationis ſcopo inſtituitur ſudoris provocatio: ſic enim in paralyticis, iſchiaticis, arthriticis, lue Venerea laborantibus, tàm & ferè magis pro ſcopo alterationis, viſcidorum & acidorum attenuationis, celerioris ſanguinis circulationis, hincque coagulatorum aut ſtagnantium hinc inde ſuccorum reſolutionis gratia, quàm præcisè pro ſcopo evacuationis uſurpantur. Cum vero ſudores ſimul & vires attenuent, ſpirituum affluxu, & repetito uſu corpus emacient, roris nutritivi nimiâ reſolutione, & ſudoris formâ evacuatione,

Digitized by Google

tione, ob id, non niſi viribus adhuc conſtantibus, provocandi, & habito ſubjecti patientis, plus vel minus ſucculenti, reſpectu, crebrius aut rarius eliciendi. Obſervetur etiam ſedulò in quovis ſudore, ut primæ viæ ſint emundatæ, & à ſordium vitioſorum catervâ liberatæ, quin etiam repetitis evacuantibus, aut diureticis maſſâ ſanguinea nonnihil repurgata, idq; in chronicis præſertim affectibus, in acutis enim tàm cum, quàm absque febre aliud urget neceſſitas. Cum ſiticuloſi quoque admodum ſint ægri ſub ſudore, potus calidus magis ſudores promovet, ſed minus recreat, frigidus ferè nocivus eſt, ſed magis viribus conſulere videtur. Ratione ſudoris ergo potus calidus, ratione virium hauſtus vini in ſpecie confert.

CAPUT VIII.

De

Cacochymia tollenda per Salivationem Univerſalem & Particulares Evacuationes.

PEr copioſum ſalivæ fluxum ex ore, etiam cauſæ materiales morboſæ evacuari ſolent, idque tam univerſaliter, quando ex toto corpore per hanc viam inſtituitur evacuatio, in ſalivatione, ſeu ptyaliſmo univerſali quàm particulariter, quando ſaltem ex ore, & locis vicinis per ſalivã fit evacuatio, per apophlegmatiſmum dictum. Salivatio univerſalis mediante ☿io concitanda caſu primitus, ut plurima alia medicamenta, inventa fuit, quæ nunc ex inſtituto adminiſtratur in cura luis Venereæ, aliiſque chronicis morbis. Ex Arabũ nempe monumentis didicere veteres, ad ulcera contumaciora commendatum fuiſſe ☿ium: adhibuere ergo illum ulceribus Gallicis, hinc ex accidente & caſu ſubſecuta ſalivatio, & per hanc, tam ulceris, quam ipſius primarii morbi curatio. Nunc ergo ex inſtituto, & deliberato conſilio adhibetur in lue ♀ eâ, primus ferè autor fuit Joh. Carpus Medicus Bononienſis, qui hac luem Veneream curandi methodo, multa millia ſcutatorum lucratus fuit. In lue Venereâ ergo tentata cura ſalivatoria obſervata ſimul etiam fuit, aliis affectibus, cum lue Venereâ junctis proficua. Hac ratione epilepticus per 40. annos, lue Venereâ infectus, mediante ſalivatione ab utroque malo curatus fuit, non ſecus ac arthritis contumax evanuit, poſtquam æger lue Venereâ inquinat⁹ ſalivationem ☿ialem paſſus fuerit, quod etiam circa herniam aquoſam obſervatum. Hinc in ſcabie virulenta ſeu maligna, in ulceribus crurum cacoëtheis, in affectibus cutaneis gravioribus, in aſthmate humoroſo, aliiſque ſimilibus, ſalivatio ☿ialis proficua obſervata fuit: Quin & modernorum nonnulli, paralyticos ex apoplexia per ſalivationem curare ſatagunt, adeoq; in genere ſalivatio ☿ialis in quibusdam contumaciorib⁹ affectibus, ab humore viſcido, glutinoſo, acido oriundis, ſolidas præſertim partes nimis affligentibus, uſum ſuum obtinebit.

Salivationem hanc præſtat ſaltem ☿ius, quem adhibendi modus duplex eſt, Internus & externus. Externus per unguenta, ſuffitum, emplaſtra, cingula ſapientiæ dicta &c. Internè uſurpatur fere ☿ dulcis repetitis vicibus propinat⁹, præſertim in vitello ovi, it. ☿ ♒us, ſpeciatim cum ☽Di, alias arcanum corallinum dictus; it. Turbith minerale Crollii, cum ſpiritu ſulphuris paratum ad gr. iij. iv. quotidie repetendo, donec ſuperveniat fluxus: ſicut doſis arcani corallini cum theriaca in pilulis gr. ij. vel iij. ſequente die iv. hinc v. donec omnes doſes ſimul gr. xv. vel xix. compleverint, rarò plus requiritur. Externè uſitatiſſimum eſt unguentum ex ☿io vivo cum duplo vel triplo pinguedinis ſuillæ, in mortario lapideo, cum piſtillo ligneo paratum. Adduntur interdum & ℥ laurinum vel terebinth. &c. tali unguento plantæ pedum, tali genua, corpus & cubitus in graviori malo, in pertinaciori affectu etiam ſpina dorſi inungitur; continuatur aliquandiu, donec gingivæ & labia intumeſcere, parotides dolere, lingua inflari, & ita ſalivatio prodire incipit. Per ſuffitum inſtituitur ſalivatio, mediantibus trochiſcis, ex reſinis cum cinabari paratis, quibus incenſis æger conopæo incluſus ſuffitur, & ita ad ſalivationem diſponitur. Sed hic modus eſt peſſimus, qui ſubinde periculoſiſſima ſymptomata excitat. Cingulum denique ſapientiæ eſt pannus laneus ☿io vivo, cum pinguedine porcinâ ſubacto imprægnatus, quod lumbis applicatur, & hoc præſertim in malis levioribus: ſcabie, phthiriaſi &c. ubi non præciſè opus eſt ſalivatione, utut & hoc interdum ſalivationem excitet, id quod obſervavit Paulli in ſuo *Quadripart. p.* 75. A tali modo tractato ☿io ſuccedit fluxus ſalivæ primo tenuis, ſecundo mucilaginoſæ, denique viſcidioris & fœtidæ. Rarum eſt, quod in principio fluxus alvi torminoſus accidat, utut internè propinatus ☿ius ♑tus ſubinde vomitus in principio excitet. Galli plerumque ad 20. dies ſalivationem ☿ialem fluere permittunt: ſed legitimum ſignum ſufficientis ſalivationis eſt, ſi viſcidior & tenacior mucus, ſimul nonnihil fœtidus prodeat ultimò, talis enim non niſi in fine, cum perfectè operata eſt ſalivatio, prodire ſolet.

Modus, quo fiat à ☿io talis ſalivatio, intricatus eſt: optima videtur mihi Tacchenii

ententia in Hipp. Chym. adhærere ☿io ♁ externum ab ipſo ferè inſeparabile, volatile & naturæ quaſi arſenicalis, cujus acerrima acrimonia has turbas inferat, reſolvendo, & colliquefaciendo nutrimentum partium roridum chyloſum, cumque hoc ſimul vitioſa fermenta acida Venerea, aliaque, eaque hæc omnia ſub formâ ſalivæ foras educit, quatenus ita colliquefactus ſuccus ſic in ſuâ texturâ materiali eſt diſpoſitus, ut ſpeciatim per glandulas, earumque poros, ceu appropriata cribra, & ſpeciatim maxillares poſſit trajici. Patet ergo, hanc curam ſalivatoriam ſimul nonnihil eſſe deceptoriam, quatenus ex uſu ☿ii tam ſani, quàm ægri, æqualiter purgantur. Generat ergo tale liquamen in corpore ☿ius, quod ſub ſalivæ formâ emanat, utut cum eo vitioſa & præternaturalia recrementa ſimul evacuentur, & acida præternaturalia fermenta, à ☿io imbibita, ſimul eliminentur. Afficit autem in ſpecie partes ſolidas, minus liquidas, & in his magis nerveas, quàm ſanguineas, hinc etiam emaciantur & debilitantur non leviter ægri, unde etiam hæc cura, non, niſi aliis ferè irritis, aut ubi, alia non ſuffectura, eſt ſuſpicio, inſtituenda erit.

Quoad legitimum regimen ſalivationis ☿ialis, præmittenda ſunt inprimis purgationes ex appropriatis, item balneis ▽æ dulcis quotidie ſemel aut bis æger inſideat, ut horum medio emolliatur corpus, attenuentur & ad faciliorem motum diſponantur humores plus minus viſcidi, ſimulque aperiantur pori corporis, pro faciliore ☿ii penetratione. Sub ipſa ſalivatione utantur ægri diætâ tenui, potus ſit decoctum lignorum, non tamen nimis forte, ne ſudor ſequatur, qui ſalivationem impedit: Adjuvatur fluxus ſalivalis, tenendo in ore globulum ex ☿io dulci, cum tragacanthâ paratum: poſt fluxum purgatur denuò æger, & propinatur decoctum lignorum ſudoriferum cum ♁io & ☿io, ad eliminandas ſordes, hinc inde forſan reſtitantes, uti & ad penitus extirpandum ex corpore ☿ium. Quodſi nimia ſit ſalivatio, pro hâc compeſcendâ omne punctum complent opiata internè exhibita: ☉ etiam ſingulari amicitia ☿ium ex corpore evocat, & ideo ſalivationem ſiſtit, applicatur affricando externè, vel detinendo in ore: detentum albeſcit ex attracto ☿io, injicitur igni, depuratur, & iterum in os immittitur. Inſinuat ſe ☉o, tàm in ore, quàm affricto ☿ius, & ita ceſſat ſalivatio. Sufferre poſſunt hanc curam ſaltim ægri, quorum vires adhuc conſtant, melius procedit tempore verno & æſtivo, quàm aliis. Ab aëre libero, item à frigore ſedulò caveant ſibi ægri, cum aliàs facillimè tumores faucium lerhales ex ſuppreſſione ſalivationis incurrant. Citiùs vel tardiùs pro ægri conditione ſuccedit ſalivatio. Itali & Galli facilè ſalivant, cum humores illorum ſint tenues, & fluxiles, conſpirante aëre tenui, unde pori & meatus corporis patentiores. Nos & ſeptentrionaliores, difficilius ſic evacuamur, propter glutinoſiores ſuccos, corporaque ex aëre ſpiſſo compactiora. Cautus etiam apud nos aliosque boreales locos ſit uſus ſalivationis ☿ialis, propter ſcorbutum oris, quem ☿ius & omnia ☿ialia pertinaciter exaſperant, & ſpeciatim, graviſſima oris & dentium ſymptomata inferunt.

Inter particulares evacuationes ſit primo ſalivatio particularis, quæ ſaltim ſalivam moderatè per externum ſtimulum ex glandulis oris, locisque vicinis evacuat. Indeque caput conſequenter lymphâ p. n. onuſtum liberat. Unde etiam caputpurgia, aliàs apophlegmatiſmi, à phlegmate eliciendo, dicuntur. Cerebrum quidem, ejusque ventriculos immediatè non expurgat; nihil enim ex cerebro ad dicta loca deſtillat, ſed omne per membranas pituitarias, poſt quas inſignis eſt glandularum minutarum congeries, & hinc per oris glandulas derivatur: Recipiunt hæ glandulæ lympham ex ramis quibusdam arteriarum carotidum, quibus, per apophlegmatiſmum, ab uberiore lympha liberatis, uberior ad loca evacuata fit lymphæ fluxus, & conſequenter internæ capitis partes minus lymphâ uberiore gravabuntur.

Conveniunt ergo ſalivationes particulares in catarrhalibus capitis & vicinorum locorum affectibus. Item in gingivarum, maxillarum, dentium, vicinarumque partium doloribus. Operantur remedia, hanc ſalivationem particularem excitantia, ſimpliciter vi irritationis cujusdam dictarum glandularum, unde nunc ſimpliciter mediante maſticatione actuantur, & in conſiſtentiâ ſicca applicantur, & dicuntur in ſpecie maſticatoria. Nunc vero in formâ liquidâ, inprimis decocti, in ore aliquandiu detinentur, quo profundiùs penetrent, & meliorem effectum præſtent. Sic v. g. apophlegmatiſmus ſiccus, ſeu maſticatorium eſt radix zingiberis, pyrethri, it. gummi maſtiche, item nicotiana &c. in formâ liquidâ fit decoctum ex herbâ majoranæ, nicotianâ, radice pyrethri, ſemine ſinapi & ſimilibus, in vino vel ▽â aut ☩o decoctis, quale decoctum vel in ore calidum detinetur ad tempus, vel pro meliori effectu etiam gargariſatur.

Succedunt apophlegmatiſmo errhina & ſternutatoria ſeu ptarmica, quæ per nares lympham uberiorem ex viciniis oſſis cribriformis, & membranâ pituitariâ ſuperiore eliciunt. Ratione effectus differunt quoad magis & minus; quædam blandius irritant, & ita ſucceſſivè lympham ex naribus pluere faciunt,

Digitized by Google

faciunt, quædam acrius & ſubtilius vellicant, & hinc ſternutationes movent. Sternutatio talis affectus eſt diaphragmatis & muſculorum thoracis exſpirationi inſervientium, qui, convulſivo ſpaſmo contracti, ſubitaneo impetu aërem elidunt, & ita ſternutationem efficiunt. Cauſa talis convulſivi impetus eſt irritatio ſenſilior membranæ narium ſuperioris, quæ ſingularem conſenſum fovet cum nervo intercoſtali, quatenus ex hoc mox à ſuâ origine ſurculos quosdam recipit.

Duo ergo in omni ſternutatione conſideranda:

1. Ipſa irritatio narium, unde ſequitur afſluxus & effluxus lymphæ copioſioris, naturaliter inſipidæ, paulo ſpiſſioris, præternaturaliter acris, acidæ, ſalſæ, tenuioris, it. mucilaginis viſcidioris.
2. Motus iſte convulſivus exſpiratorius, cum quo impetu non ſolum eliditur ſpiritus, ſed ſimul concutitur totum abdomen, & violenter conſtringitur.

Ratione prioris conveniunt errhina & ptarmica, pro evacuandâ lymphâ, vel ſuperfluâ vel vitioſâ, aut muco viſcidiore in ſummitate narium hærentibus. Evacuata ſic lympha iſtorum locorum, conſequenter & caput reliquum, ab uberiore lymphæ influxu præſervatur, unde per accidens capiti convenire, & ſpeciatim memoriam confortare dicuntur errhina. Locus, per quem fit evacuatio, eſt partim ductus Stenonianus, partim membrana pituitaria ſuperior & anterior, in ſummitate narium, juxta os vomer ſita, & ad palatum nonnihil protenſa, quâ irritatâ glandularum ſeries, poſt hanc membranam conſita, copioſam lympham effundere ſolet. Ratione poſterioris, conveniunt errhina & ptarmica in paroxyſmis apoplecticis, epilepticis, hyſtericis, partu difficili &c. in quibus nempe cum impetu corpus concutiendum venit.

Medicamenta errhina & ptarmica ſunt omnia acria illa, quæ vellicare valent membranam narium internam ſenſilem, locaque vicina, unde horum quaſi convulſiva criſpatura, hujusque medio lymphæ nunc naturaliter, nunc præternaturaliter conſtitutæ excretio. Talia ſunt v. g. majorana, nicotiana, flos & radix liliorum convallium, helleborus uterque, ☉lum album & ſimilia.

Particulariter quod inteſtina evacuat, eſt clyſma, mundificans inprimis inteſtina craſſa, ultra quæ non penetrat, utut craſſioribus evacuatis, per conſenſum & tenuia irritata ſimul plus minus evacuantur. Nomen habent à κλύζειν, eluere, adeoque de quibusvis in genere injectionibus in uterum, aurem &c. dici poteſt, uſitatiſſimè ſaltem de iſtis, quæ in anum fiunt, dici ſolent. Uſus primarius eſt eluere inteſtina, & hinc removere quæcunque vitioſa; unde in alvo obſtructâ, in ileo, in teneſmo, in dolore colico, in flatibus, in paſſione hyſtericâ, in affectu hypochondriaco, in herniâ lumbricis, in febribus intermittentibus frequentis uſus eſſe ſolent.

Secundariò etiam aliis affectibus conducunt, quatenus cum partibus aliis vel connexa ſunt inteſtina, vel per conſenſum easdem afficiunt. Hinc etiam in lochiis ſuppreſſis, in facilitando partu, in affectibus nephriticis, apoplecticis, & ſimilibus multùm conferunt. In genere, cùm quamplurimi morbi aut originem ducant ex abdomine, aut ibidem ſymptomata inducant varia, clyſmatum uſus eſt latè patens, tam infantibus quàm adultis convenit, cautè tamen in gravidis iisdem utamur.

Inteſtina equidem ſaltim eluunt, & materiali ſui ſubſtantiâ ultra colon naturaliter non adſcendunt, impediente hoc coli valvulâ, nihilominus tamen ſubtiliora, volatiliora, & ſpirituoſiora miaſmata eorum, altius etiam intra corpus penetrant; unde non tantum ex vino cum aromatibus pro clyſmate injecto ebrioſum delirium obſervavit Rhodius *Cent.* 1. *Obſ.* 38. ſed & à ʒj opii, cum clyſmate injecto coma obortum notat Salmuth *Cent.* 3. *Obſ.* 97. per clyſma aliud ex vino Malvatico curatum. Sic, quibus clyſmatis Aquabenedicta pro fortiore ſtimulo additum eſt, interdum vomitus movet. Ipſemet obſervavi clyſmata, quibus terebinthina addita fuit, diutius paulò retenta, ☐am violaceo imprægnaſſe odore, interim tamen nullatenus nos nutrire poſſunt.

Regimen clyſmatis eſt facile, cum tutiſſimum ſit, modò diu retineatur, præſertim in affectibus inteſtinorum; ſive enim contenta inteſtinalia expurgandi, ſive inteſtina fortius ſtimulandi gratiâ, injiciatur, perinde eſt, modo aliquandiu retineatur. Quodſi diu nimis ſine effectu intra corpus hæreat, per ſuppoſitorium deſuper applicatum effectus accelerari poteſt. Si flatus impediant applicationem, partitis vicibus injiciatur &c. Conf. in his Mœbius *in diſſ. de Uſu Clyſmatum.*

CAPUT IX.

De

Spirituum Vitiis corrigendis.

SEcunda claſſis morborum complectitur morbos ſpirituum; nam ex fluidis generantur & reſtaurantur ſpiritus, ſicut ab iisdem conſervantur & nutriuntur ſolida.

Spiritus morboſi ſunt (1.) in quanto, quando

deficiunt, (2.) in quali, dum vitioſi ſunt, (3.) in motu, dum præternaturali motu moventur.

Nempe ſpirituum vel maxima in morborum tam theoria quam praxi habenda eſt ratio; cum ab his aut horum medio primariò oriantur & curentur morbi; hi nempe ſunt rota magna, pro cujus habitudine & diſpoſitione moventur cæteræ; e.g. in acutis, hi ſunt prima cauſa efficiens formalis, unde opiata acutos mitigant, & plus min⁹ eosdem leniunt. In chronicis tandem & ſpiritus alterati per circulum cauſarum mutuum hos eo diuturniores reddunt; id quod docent iidem, dum per hæreditatem paternam transferuntur ſpirituum ſaltem medio in filios. Fundamentum hic ſunt ſpiritus; parentis quidem genitalis influus, qui in prole fit inſitus, & cujus medio non niſi certis locis ſemina morboſa implantantur.

Intelliguntur autem hîc morbi ſpirituum influorum; nam de inſito infra, dum de partibus ſolidis ſermo erit. Iſti ergo ſufficient ſpirituum morbi; nam de idealibus ex Helmontii hypotheſi nil attinet dicere; quanquam enim ideas in virtute ſeminum formativa vel maximè admittendas cenſeam, id quod & origo ex idea divina, & permutatio ex idea humana imaginantis confirmat; attamen in morbis parum vel nihil lucis in theoria, nihil commodi in praxi affert, niſi ſubinde obſcurum per æquè obſcurum declarare ſit animus.

Therapevſin ergo morborum ſpirituum quod attinet, immediata in eosdem actio pauciſſimis eſt conceſſa remediis; ſaltem mediatè, alteratione ſcilicet humoribus inducta prævia, ſpirituum peccata morboſa corrigere licet. Sic immediatè agunt in ſpiritus e.g. vinum ratione ſpiritus, odores, camphora, opium, crocus, hinc aromata & in ſpirituoſam texturā perducta; mediatè verò borrago v.g. & bugloſſa ſpiritus exhilarare & refrænare dicuntur. Pertinent huc cordialia dicta quamplurima, item corroborantia, quæ non niſi mediante certâ ſanguini aliisve humoribus inductâ alteratione ſpiritus demum afficere & alterare ſolent. it. alexipharmaca volatilia, ut ~ & ⊖ A C. C. fuliginis; it. emulſiones amygdalarum dulcium, cum matre perlarum; liquores perlarum & coralliorum; quæ analeptica & virium reſtaurativa dicuntur.

Iſta ergo, quæ immediatè magis ſpirituum defectum reſtaurare & quantitatem augere ſolent, ſunt ſpirituoſa, odorifera, penetrantia, & ſpiritui influo promtius aſſociabilia. v. g. ~ in vino, qui non confundendus eſt cum V per deſtillationem prolectus. Ille enim longè mitior eſt, nobisque magis conveniens, quàm hic, qui alterationem in igne paſſus, magis concentratus, & ad oleorum deſtillatorum naturam propius accedit. Hinc menſura vini media longè potentius nos afficit vi analeptica, & ſui inebriativa, quam V ex illa menſura elicitus; ſpiritus enim in vino exiſtit purior, ſubtilior, partibus noſtris ſuo modo ſymbolizans, & facilius aſſimilabilis, imò vinum ipſum aſſumtum in ſubſtantia ſui media, dum in nobis ulterius fermentando alteratur, etiam ulterius in nobis ſpirituaſcit, & ſpiritus copioſos generat nobis aſſimilabiles. Præter vinum immediatè ſpiritus afficiunt cinamomum, caryophylli, coſtus, cubebæ, cardamomum, & hinc cætera aromata & aromatica, ambra, it. nervina plurima; meliſſa, roſa, chermes, flores liliorum convallium, tunicæ, moſchus, zibethum &c.

Hæc ipſa ergo nunc ſunt acriora, hinc calidiora, & ſpeciatim ex aromatis prolicita: nunc temperatiora; quorum omnia omnibus non conveniunt, ſiquidem alia ſubjecta acriora ferunt, non temperata, ut mulieres hyſtericæ; econtra literatis acriora iſta ſunt inimica & temperatiora magis conducunt, cum illa in talibus ſubjectis caput replere, obnubilare, cephalalgiam inducere, &c. ſoleant.

In genere tamen omnia hæc ſpirituum defectum utcunque reſarcire, motum tam elaſticum quàm radiativum promovere, ſicque vires reſtaurare ſolent.

Uſus eorum tam internus quàm externus eſt organa ſaltem ſenſuum afficiendo, in ſpecie nares & odoratum, qua ratione reſpirando attracta in ſpiritus vitales immediatè agunt.

Spiritus in quali ſeu in ſubſtantia peccant, dum à naturali & ſeminali, tali ſubjecto conveniente, craſi degenerant, adeoque functionibus convenienter exercendis minus conveniunt.

Vitia ſpirituum in quali & ſubſtantia coincidunt, & differunt tanquam abſolutum & reſpectivum: nam dum ſubſtantia ipſa eſt vitiata eo ipſo & dependentes inde proprietates, reſpectu ſubjecti alterius, quæ à nobis qualitates dicuntur, diſtinctæ erunt.

Sed hic inprimis cœcutimus: à priori naturam ſpirituum ſeu conſtitutionem eorum ex cauſis ignoramus, unde & vitia eorum p. n. pariter exactè definire conceſſum non eſt: unde & in cura eorum immediatè iisdem opitulari parum poſſumus, cum non niſi per ſimilem animalis ſpiritum immediatus contactus, mutuaque actio detur, niſi ſuo modo in curationibus transplantatoriis, unde & immediatè eorum vitiis mederi haud poſſumus.

Obſervamus quidem à poſteriori eos nunc magis nunc minus activos, fervidos, mobiles, ſubtiles, elaſticos, & contra eſſe; ſed à priori deter-

zed by Google

determinare, aut curare defectus tales, non eſt conceſſum. Cum verò ex ſanguine reſoluto & volatiliſato generentur, pro hujus craſi varia & ipſi variæ conſtitutionis erunt ſpiritus, unde & ſaltem ſanguinis dyſcraſias immutando, mediatè ſpiritibus in ſubſtantia vitioſis & quaſi peccantibus ſuccurrere poſſumus; e. g. Muſto fermentanti ſi vegetabilia quædam infundantur, acquiritur vinum & inde ſpiritus de proprietatibus infuſi una participantes, quæ nullo modo ſeparabiles aut alterabiles exiſtunt, citra deſtructionem concreti ſpirituoſi: Vel ſolvatur chryſocolla in ☿ cum ☁ ☉ imprægnato; cum ſolutione hac imprægnetur charta bibula, quæ exſiccata aut adhuc ſubmadida accenſa flammam viridem repræſentabit: in priori caſu pro materiæ ex qua varietate variat ſpiritus inde genitus, hinc ſimiliter in poſteriori pro ſubjecti incenſi textura variat flammæ color. Parili ratione & ſpiritus pro ſanguinis conſtitutione varia varii erunt; idque eò lubentius urgeo, ſive cum quibusdam ſaltem ſanguinem volatiliſatum, & ſalſos oleoſos ſpiritus, ſive cum aliis lucidos eſſe aſſerere velis: utroque modo ſequuntur ſpiritus ſanguinis ceu materiæ ex qua conditiones, & pro hujus alteratione varia etiam illi ipſi ſub therapevſi alterabiles exiſtunt: adeoque immediatè eosdem alterare non poſſumus, ſed ſaltem mediatè.

Ex tota materia Medica præter ea, quæ ſupra deficientes eosdem plus minus reſtaurare & in vigore exaltare poſſunt, pro iisdem alteratis corrigendis ſaltem camphora peculiarem videtur habere prærogativam, cùm hæc immediatè magis ſpiritus afficere, eorumque vitiatam craſin in genere emendare videatur. Nam

1. Spiritus contagio maligno affectos aut inquinatos mirè alterat, eosque præ aliis omnibus ab eodem immediatè magis liberat, & in naturalem craſin reſtituit, ut in peſte & febribus malignis.
2. Hinc & ſpiritum partium inſitum adeo potenter afficit, ut putredinem & gangrænas efficaciſſimè arceat.
3. Spiritus delirantes in morbis acutis in ordinem redigit.
4. Eosdem ſimili ratione in deliriis melancholicis, hypochondriacis & maniacis potenter alterat.

Denique in motu peccant ſpiritus, tam vitales, quam in ſpecie & primariò animales, tam elaſtico quàm radiativo, dum vel deficiunt vel excedunt, quo etiam perturbatus motus pertinet.

Deficiunt in motu, dum torpidiores & quaſi fixiores exiſtunt, unde affectus comatoſi, in omnibus actionibus languor; excedunt verò, dum volatiliores ac undecunque irritati perturbantur in motu. v. g. in quibusvis deliriis, & motibus convulſivis, furore uterino &c.

Medemur his malis nunc & potiſſimùm mediatè, dum ſanguinis vitiis aliorumque contentorum peccatis, unde illa oriuntur, ſuccurrere ſatagimus: nunc immediatè magis, auxiliis, quæ propius eos afficiunt. Motum ergo deficientem reſtituunt,

1. Omnia, quæ ſenſuum organa potentius afficiunt, & plus minus irritant; v. g. odores fortes, vellicationes extremorum, frictiones linguæ, vomitoria, ſternutatoria &c.
2. Omnia ſpirituoſa, penetrantia, odorifera, calida, acria, ſupra ſub ſpirituum defectu allegata.

Excedentem verò impetum refrænant & perturbativum motum plus minus corrigunt,

1. Indirectè, quæ objectum irritans temperant aut removent, vel partim irritatæ ſenſum demulcent.
2. Directè, quæ immediatè ſpiritus afficere & alterare valent.

Cum autem omnia narcotica reſpectu vitæ noſtræ hujusque principii ſint nobis hoſtilia, & quaſi venenoſa, ex pluribus iisdem papaverina & opium, & pro uſu externo hyoſcyamus nobis ſufficiant.

CAPUT X.

De

Morbis Partium Solidarum curandis.

TErtia claſſis morborum complectitur morbos partium ſolidarum, ex fluidis conſtitutarum, & conſervatarum, à ſpirituoſis animatarum. In his conſideratur

1. Materia ejusque textura, & hanc conſequentes proprietates plures, reſpectivæ, in ſe modales, quæ collectim ſumptæ temperamentum vocantur.
2. Ejusdem conformatio, organica, ſeu mechanica, ratione cujus certum uſum inſtrumentaliter in machina obtinent.

Quoad morbos, qui partibus ratione materiæ & texturæ competunt, præſuppono ex Phyſiologicis,

1. Spiritum parentum genitalem in fœtu conſtituere omnes partes.
2. Eundem ſpiritum non externum eſſe agens, ſed internum, & partibus conſtitutis intimè ſe implantare, id quod præter

Digitized by

præter affectus hæreditarios partium continuata nutritio & earundem à corruptione præſervatio balſamica confirmat, quæ non ab externo, ſeu influo, ſed interno ſeu inſito dependent. Nam influus eſt indeterminatus; ſub nutritione quoque in inſitum confermentando cum parte abit, unde inſitus & in fieri & operari ab influo dependet, ſicut influus in parte nil operari poteſt, niſi mediante inſito.

3. Eo ipſo quo conſtituit omnes partes materiales, eo ipſo etiam proprietatum quarumvis radix & fundamentum erit: unde & ejus ratione pars calida, frigida, humida, ſicca erit.

Præſuppono porrò ex Pathologicis,

1. Quamdiu ſpiritus hic inſitus in debito vigore vitali per influum conſervatur, etiam partem ipſam ſolidam convenienter vegetari, & debitas proprietates & temperiem obtinere; læſo verò plus minus ſpiritu hoc, etiam vegetationem, nutritionem, & hinc conſtitutionem accidentalem ac temperaturam lædi, ita ut à ſpiritu extincto gangræna & mortificatio ſeu putredo oriatur, ab eodem depravato nutritio vitiata & hinc temperaturæ morbi.

2. Intemperiem partium ſolidarum eſſe vel univerſalem, vel particularem; illa à ſanguine & ſpiritu influo dependet, & proportionaliter omnes partes afficit; de qua ſuprà, ubi de alterantibus; hæc fit à ſpiritu inſito, plus minus vitiato, unde nutritio læſa, & hinc temperatura partis cujusdã in ſpecie læſa.

In ſpecie quoad intemperiem calidam & hujus notabiliorem gradum phlogoſin, ſeu inflammationem, ſupra jam inſinuavi, quocunque modo explicetur ratio caloris iſtius, qui in corpore vivente noſtro eſt obſervabilis, haud alio modo concipi aut explicari aut in phænomenis practicis conciliari poſſe, quàm quod oriatur ab acido volatili temperato, ſeu oleoſeo, concitato motu agente in ſuum compos alcali; ſive conſideretur, quatenus cum ſanguine & ſpiritu influat in partes ſolidas, ſive quatenus in parte ſolida ratione inſiti ab influo actuati ſeu in motum ſimilem concitati jam inexiſtat.

Intemperies ergo calida partis omnis conſiſtet in intenſiori motu acidi ſpirituoſi, temperati ſeu oleoſi, unde intenſioris caloris ſenſus ſupervenit, e. g. ponam ſpinam digito infixam, hujus occaſione omnium primo excitatur dolor, hinc æſtus, hinc rubedo, hinc tumor; ſpina non eſt calida, adeoque nec intemperiei calidæ, vel ſupervenientis inflammationis cauſa efficiens formalis, ſed tantum occaſionalis, ratione irritantis læſionis intemperiem comitem trahens; quin potius ratione doloris aut irritationis concitatiùs eo movetur ſpiritus influus, ex cujus cum inſito concitatiori motu & quaſi utrorumque mutua colliſione tam aciditas occultata manifeſtiſſima redditur, quam calor intenſiſſimus oritur. Talis ſpina v. g. eſt in omnibus intemperiebus calidis particularibus, & inflammationibus, v. g. grumus lactis, acidum in pleuritide, acre ab ictu veſpæ, pulviſculus ſeu acris lympha in oculo. Nec eſt quod omnia hæc à ſanguine in tumore inflammatorio coacervato oriri dicas; nam

1. Ante ſanguinis coacervationem jam æſtus intenſus, & ſtante tumore eodem, v. g. in ſuppurationis negotio, tamen æſtus intenditur.

2. Sanguinis coacervatio ſeu reſtagnatio eſt ſymptoma ſuperveniens ex fibrarum ſtrictura propter ſenſilem ac doloroſam irritationem, unde evulſâ ſpinâ omnia evaneſcunt ſymptomata, & ipſa ſanguinis ſtagnatio mox reſolvitur.

3. Plures intemperies ſunt calidæ, citra inſigniorem ſanguinis in motu remoram, v. g. quando in febre maligna caput æſtuat magis, quam aliæ partes, it. in eryſipelate, ubi reſpectivè minimus eſt tumor, maximus eſt æſtus: & hæc pathemata ab acri plus minus acido irritante ſimpliciter oriuntur, aut à ſimili occaſione, quemadmodum calculus æſtum renum infert, &c.

Therapevſis ergo intemperiei calidæ eſt vel directa & à priori, vel indirecta & à poſteriori; illa in ſpinæ evulſione conſiſtit, h.e. in acris iſtius irritantis correctione, quo facto omnia reliqua evaneſcunt pathemata. e.g. in pleuritide acidum iſtud, quod pleuram vellicat, corrigatur & enervetur: acris lympha in oculis temperetur &c. Indirectè curamus, ſi motum naturæ promoveamus, & id quod corrigi à priori nequit, ſub tegmine puris plus minus alteratum removeamus; id quod praxis ſpecialis docet.

A priori acidum irritans temperant, & ⊖-ſum volat. tertium commutant, & hinc per inſenſilem tranſpirationẽ aut ſenſilem transſudationem evaneſcere faciunt ex regno minerali ♄ina & ☿; ex animali ranina & cancrina, urina, ſpiritus ⊖✳, hinc ſtercora animalium; ex vegetabili refrigerantia ſeu alcali volat. conſtantia: Internè abſorbentia, ut fixa animalia, mineralia & vegetabilia; ut & ſaturantia, ut ⊖ia volat. animalium.

Uti ergo ſpiritûs influi in inſitum impetus, & hinc concitatior motus, formaliter ex ſubnata aciditate ſenſiliori materialiter eſt fundamentum

mentum intemperiei calidæ, (id quod alii nomine furoris & excandescentiæ spiritus explicant) ita econtra defectus spiritº insiti, & hinc deficiens ejusdem motus cum influo intemperiem frigidam excitat.

Sicque omnia, quæ quocunque modo spiritum insitum labefactare aut eundem deficientem reddere possunt, sive sint injuriæ externæ, sive læsiones internæ, partis solidæ intemperiem frigidam efficiunt, & hinc robur partium inæquale constituunt. Frigidam quidem intemperiem, quatenus calor cum sanguine & spiritu influus haud æque recipi potest in parte solida, unde minus calida apparet. Robur verò inæquale, dum vi vegetativa partis sic enervata, teneriores reddentur partium fibræ, & non saltem ab objecto sensili externo faciliùs irritabiles, sed eidem etiam minus tono debilitato resistibiles, unde tali parte ægra facilius tempestatum mutationes externas sentiunt, quàm aliâ; facilius etiam ab interna causa læduntur, & alterantur, e. g. ponam membrum graviter vulneratum, hoc consolidatum licèt exactè, nihilominus tamen postmodum semper minus calidum, hinc flaccidius, & minus solidum, & denique debilius ac minus robustum, ut & facilius alterabile, quia debilitatus & absumtus ex parte fuit spiritus partis solidæ, insitus.

Therapevsis in genere per calefacientia, aromatica & balsamica fiat, necesse est, hoc est, ☿e volatili ab acido ♁so concentrato & temperato spiritui partis balsamico suo modo symbolizantia; talia sunt partim aromata & aromatica, partim vellicantia, & acrius irritantia, adeoque spiritus influi impetum per fibrillarum motiones & vibrationes fortiores ac crebriores eò provocantia. Priora v.g. sunt absinthium, salvia, majorana, rosmarinus, caryophylli, nicotiana, origanum, angeliac, castoreum, stœchas Arabica, lavendula, piper &c. & quilibet spiritus inflammabiles tam simplices quàm compositi, it. essentiæ ex istis cum spiritibus similibus elicitæ, it. ♁o destillatum terebinthinæ, succini, juniperi, balsamus Peruvianus, spiritº formicarum, gummi tacamahac. &c. Posteriora sunt acria v. g. semen sinapi, & hinc sinapismi, item semen erucæ; urticationes, it. ♃ plumosum litibus vel unguentis additum; dum fricantur, illinuntur & foventur partes.

Humidæ intemperiei fundamentum est spiritus insitus, quatenus

1. Deficiens nutrimentum dispensatum ex vasis sanguineis totum assimilare debitè nequit, unde pars potius infarcta & subtumida, quam debitè nutrita observatur, quin simul nutrimentum plº minus alteretur, aut vulnus vel ulcus copiosius ichor pluere soleat.
2. Quando spiritus insitus deficiens fibrarum debitum tonum debiliorem reddit, ita ut enervatæ, nec debito nutrimento & spiritu animatæ ad influi tensionem suscipiendam ineptæ sint, simili quasi modo ac fides optimè tensæ aëre humido alteratæ impressionem debitam haud suscipiunt; unde læso partis tono facilè fluida corporis contenta tam naturalia quàm p. n. subsistere possunt, & ita in tumores serosos ac œdematosos indolentes coguntur.

In therapevsi ergo omnia calefacientia, hinc attenuantia seu resolventia discutientia & denique moderatè adstringentia conducunt. Adeoq; patet, quod tantum non omnia, quæ frigidæ intemperiei dicata sunt, & hîc locum obtineant, nempe illa, quæ in prima illius differentia insinuabantur; saltem acriora nonnihil simul & paulo penetrantiora, pro discussione & hinc moderatè addita adstringentia pro fibrarum roboratione, utut revera calida aromatica simul tonum fibrarum multum firmare soleant. Præter illa ergo præterea aristolochiæ, fœniculum, chamæ-melum, crocus, baccæ juniperi, folia & baccæ lauri, quibus & ☿, ☉, quercus, it. excrementa animalium acriora & ferè ♁siora, ut caprillum, columbinũ it. ♃, petroleum, ♁♁ ♃æ, balsamus ♃, & emplastrum dia-♃, emplastra stictica, ad fracturas, & **Dörband** dicta, it. pulveres absorbentes vulneribus aut ulceribus inspergendæ, C. C. ustum, creta, lapis calaminaris, lac ☽, medulla saxorum, ♒ ♁ dulcis &c. Internè ferè diaphoretica tam vegetabilia, ex lignis, quàm animalia ex ☿ volatilibus præsertim oleosis sunt optima.

Intemperies sicca nutritionis defectum sequitur, & spiritus insiti vel deficientiam vel acrimoniam; Illa ut naturalis est sub senili ætate, sic cuicunque parti, si alio tempore contingat, p.n. esse solet, & cutis flaccidítate & rugarum superventu se exerit: hinc paralyses aut læsiones partium insigniores, contusiones, vulnera insequitur, ordinariò atrophia particularis tunc dicta, dum intercepto plus minus spiritus influi commercio cum insito, hic langueścit, fatiscit, & cũ nutritivo succo pedetentim transpirando absumitur, unde cessat nutritio, & pars aridior seu siccior redditur, quod ipsum interdum universaliter influi vitio accidit; hæc atrophia, quæ acrimoniam spiritus insiti, minus temperati seu oleosi, insequitur, rarò particularis esse solet, sed ferè universalis, & ex influi vitio insitum successivè alterantis dependet, sive nativa fuerit, ut in cholericis, sive adventitia, ut post febres acutas aut in hecticis, aut atrophia, quæ partis cujusdam internæ exulcerationem sequitur; ubi & objecti seu nutrimenti humectantis & efficientis, seu spi-

d by Google

ritus aſſimilando illud humiditatem partis conſervantis vitium ſimul ſubeſt; hæc in praxi ſpeciali, ubi de atrophia ac ſimilibus affectibus, tractatur.

Quoad illam particularem, utut & illa in ſpeciali Chirurgia, ubi de ſymptomatis vulneratis ſeu exulceratis ſupervenientibus agitur, imprimis tractanda veniat; attamen pauca hic monenda veniunt, eam qua talem à nobis incurabilem eſſe, quoniam ſpiritus inſiti defectum à priori reſtaurare impoſſibile eſt, cum à ſeminali principio oriatur; Ergo ſaltem vel fibras blandè humectando, & emolliendo, vel easdem irritando, vel ſpiritum inſitum, quantum poſſibile, confortando, intemperiei ſiccæ ſuecurrere poterimus.

Pro primo ergo ſcopo pinguedines aut temperatæ aut plus minus acres conveniunt, v. g. humana, taxi, canis, vulpis, anſerina, medullæ crurum vituli, cervi, it. cum & ex his parata unguenta analeptica ſeu reſumtiva dicta: item ♁ lumbricorum ♍ ſtrium, ♁ ranarum, &c. benè partem calefaciendo, & hinc deorſum verſus fricando.

Pro ſecundo ſcopo O plumoſum excellit ritè paratum, cum iſtis ſociatum.

Pro tertio verò convenit fotus cum cubili formicarum, item immiſſio partis in canem vel bovem recenter mactatum, quorum blando fotu & calido ſpirituoſo nativo ſpiritus inſitus, quantum poſſibile, conſervetur & roboretur.

His & ſimilibus modis reliquæ quoque intemperaturæ partis ſolidæ ex mutata textura partis qualicunque ſpiritus inſiti vitio natæ & explicari & debito modo tractari poſſunt: de primariis & aliàs notioribus hic egiſſe ſufficiat.

Morbi qui conveniunt partibus ſolidis ratione conformationis mechanicæ, mediante qua partes ceu organum inſtrumentaliter functioni cuidam inſerviunt, præſupponuntur, quod ſint vel conformationis, vel compoſitionis ſeu potius connexionis.

Conformationis vitia in trina dimenſione obſervantur, ſecundum longitudinem, latitudinem vel profunditatem: Longitudo & latitudo vel in exceſſu vel in defectu peccat; Profunditas ſolida plus minus cava vel poroſa eſt.

Quoad horum therapevſin pauca monenda ſunt in genere, cum pro caſuum & cauſarum varietate ſpeciali varient, & ferè aliorum affectuum comites & pediſſequæ exiſtant, pro quorum ratione & ipſorum cura varianda eſt, v.g. dum oſſe femoris introrſum luxato crus longius; extrorſum vero luxato, brevius quam alterum apparet; dum pars undecunque humida vel ex nutritionis ubertate & inde ſubinde nata excreſcentia particulari, vel ex transmiſſi fluidi retentione in magnitudine aucta eſt; ibi enim excreſcentiæ extirpatione, hic fluidi vel diſcuſſione vel ſenſibili evacuatione therapevſis inſtituenda: & ſic in aliis particularibus caſibus.

Profunditatem poroſam & plus minus cavam quod attinet, illa nunc anguſtatur, nunc ampliatur: ad illas pertinent imprimis repletiones & conſtrictiones, illæ à contento, hæ à continentibus fibris:

Circa obſtructiones moneo,

1. Illas non eſſe tam frequentes, nec morborum chronicorum authores, ac vulgo æſtimant.
2. Oriri eas vel à viſcido glutinoſo, vel à duro.
3. Therapevſin per incidentia & attenuantia peragi, non per purgantia.
4. Chronicos morbos, qui ex obſtructionibus derivantur, ex acido in ſubjecto materiali plus minus viſcido vitio digeſtionis primæ deficientis nato originem ducere, hinc ♂lia tam egregiè proſunt, & horum anteſignanæ acidulæ.

Dilatata profunditas ex nimia pororum, meatuum ac vaſorum apertione oritur, ſive per ſimplicem dilatationem, ſive per exeſionem eorum fiat. Cura conſiſtit utrobique in adſtringentibus, quæ & ſimul fibras ſtringunt, & acre erodens plus minus corrigere ſolent, quæ quia maximam partem ſimul ſunt vulneraria, de iisdem ſub horum titulo tractabitur.

Compoſitionis ſeu potius connexionis morbos quod attinet, ſunt hi vel primarii, quando partium nexus & cohæſio mutua tollitur, quo pertinent etiam, qui vocantur communiter morbi ſolutæ unitatis; vel ſecundarii, quando ex ſoluto nexu partium ex uno loco in alium prolabuntur, & ita notabiliter in ſitu mutantur; uti ſunt v. g. prolapſus ſinus pudoris, herniæ inteſtinales, omenti &c. qui cum ſint omnes affectus particulares, de his ſub generali therapevſi monendum nihil occurrit.

Sed quoad ſolutæ unitatis affectus, omnes fiunt à rigidis particulis, acutis, & ita conformatis, ut fibrillas tenuiſſimas diſcindere, intra particulas ipſas componentes penetrare, & ita eas ſeparare queant: ſive ſit ignis, ſive acre rodens, ſive gladius pungens aut ſecans.

Quoad horum affectuum therapeiam obſervandum:

1. Conſolidationem talium ſaltem eſſe nutritionem modificatam, & à ſpiritu inſito mediante influo efficienter, ex nutrimento rorido, quaſi gelatinoſo, ♎no, oleoſo, materialiter, & per hujus ab illo ſpecificam coagulationem formaliter fieri.

2. Ergo

Digitized by Google

2. Ergo ſolius naturæ opus eſſe, & artem nil aliud præſtare, quàm impedimenta removere.

3. Impedimenta ſunt acidum p. n. in labiis vulneris, vel ulceris, vel ambuſtionis natum, quod dolorem rodendo, ardorem irritando, nutrimenti partis læſæ corruptionem cum eodem fermentando & pro corruptionis gradu illud nunc in pus, nunc in ſaniem transmutando, & cætera quævis ſupervenientia ſymptomata excitare ſolet.

4. Oritur acidum hoc fermentativũ ex ipſa alteratione ſpiritus inſiti, ſimili ferè ratione atque in inflammatione partium; nempe aër in ipſa labia aut ſuperficiem læſam impreſſionẽ p. n. facit, ſanguis grumoſus, ichor collectus, feſtuca oſſis, & oſſis ſuccus nutritivus, ſub ambuſtione colliquatus, & ſimilia plura nova, peregrina, & hoſtili impreſſione partes læſas plus minº ſenſiles irritant, hinc doloris occaſione concitatiori impetu eò fertur ſpiritus influus, qui cum inſito vehementiori motu coëundo in loco læſo, adeoque in labiis vulneris vel ulceris formaliter calorem & ardorem inducit: materialiter verò occultatam antea aciditatem ſenſilem reddit, & ita fermentum corruptivum nutrimenti in pus ac ſaniem abit. Hinc enim quamdiu aliquid peregrini in ulcere vel vulnere ineſt, hoc conſolidari nequit, ſed aut recidivat, aut diu apertum manet; v. g. feſtuca oſſis fracti, tendo læſus & ſuppuratus; Sed quid de globulis plumbeis? Hi duplici ratione geſtantur à nobis ſine noxa; primùm ratione formæ externæ, dum rotundi minus lædunt, ſed ſine ſenſiliori impreſſione tolerari poſſunt; deinde ratione materiæ, dum plumbum quodvis acidum temperare & abſorbere, & ita nutrimenti corruptorem maturè alterare valet; quò minus pus & ichor & ulcus ſupervenire queant; e. g. recenti vulneri applicata turunda plumbea parum vel nihil puris generare permitrit, it. ſi ulceri manantí applicetur lamina plumbea multùm ſaniei effluxus imminutus obſervabitur: ſin econtra temperata linimenta aut unctuoſa applicentur, mox puris ordinarium profluvium ſuperveniet; Chirurgi tunc dicunt: **das Bley kühle und trockne.**

5. Ob id remedia his affectibus dicata vim obtinebunt, impreſſionem à quocunque objecto factam mitigandi, acidum fermentativum corrigendi, acredinem ejus nimiam moderatè infringendi, donec eo ſucceſſivè correcto nutrimentum haud alteratum à ſpiritu influo & inſito rectè ſe habentibus debitè aſſimilari, & ſic pars conſolidari queat.

6. Adeoque vi vel alcalina temperata, hincque plus minus oleoſa acidum temperare & in tertium ☉ſum mutare, vel vi acidum abſorbendi, & acrimoniam corroſivam infringendi inſtructa erunt: prius in malo mitiori, poſterius in graviori; prius in vulnere ſimplici, poſterius in ulcere; prius præſtant v.g. hypericum, nicotiana, plantago, momordica, balſamus Copayba, balſamus ♎; poſterius vero ♄na, ☉lata ex ♉, croci ♂, aloë, it. ſtyptica vegetabilia, ut quercus, pimpinella, burſa paſtoris, balauſtia, roſæ &c.

CAPUT XI.

De

Cauſarum Morbificarum Curatione generali.

REs naturales, quatenus morborum cauſæ fiunt, corriguntur conſuetudine, hincque ſucceſſivâ immutatione, ſicque per ætates & ſub harum viciſſitudine factas corporum mutationes; in quibus ante omnia conſiderandi ſunt pubertatis anni, & hinc ſenii incrementum, quod incipit, dum genitalis vigor deficit.

Res nonnaturales prout remotæ cauſæ morborum exiſtunt, non niſi debito regimine, quod diætam alias dicunt, corrigibiles exiſtunt. Lædunt autem res n.n. non immediatè, ſed mediatè, nempe mediantibus vitiis digeſtionum ab illis rebus plus minus vitiatarum, ſive ſint univerſales digeſtiones, ſive particulares: e. g. dum in loco uno vulnera & ulcera citius curantur quàm in altero; ratio ferè in aëris vitio ſubeſt plus minus clementis; hinc enim lunæ radii ulcera & vulnera corrumpunt, idque ſaltem ratione digeſtionis tertiæ, partis ſcilicet læſæ privatæ, pro cujus varietate & ſanatio vel facilior vel difficilior: Ergo diætes totius regimen ceu therapevſis cauſarum morboſarum remotarũ in eo conſiſtit, ut corrigantur ita res n. n. ut promoveant digeſtiones quaſvis, & adjuvent excrementorum ex neceſſitate materiæ genitorum excretiones quaſvis in genere: & hinc uni alterive digeſtioni plus minus deficienti ſuccurrant, & recrementis inde ſupervenientibus maturè emittendis inſerviant. Hinc v.g. in alimentis in genere non qualitas, ſed quantitas nocet; in ſpecie verò qualitatem alimentorum non regula aut effatum Medici, ſed dictamen ventriculi mediante appetitu determinato definit; nam quod ſapit, nutrit: Diſtinguendus tamen hic eſt appetitus à guſtu; ſudor interdum prodeſt, quatenus ſanguinis & fermentationi & depurationi & partium ſolidarum emundationi inſervit. Hæc ipſa generalia poſtmodum ſpeciali cuidam individuo in

ſpecie accommodanda veniunt, habito ſemper idioſyncraſiæ reſpectu, pro ratione ætatis, ſexus, vitæ generis &c.

Res præternaturales cauſæ fiunt morboſæ, eæque duplices;

1. Digeſtionum errata & inde nata vel fermenta vitiata vel per fermenta productæ vitioſæ ſordes, eæque non ritè excretæ, ſed vel ulterius per ſucceſſivas alterationes transmutatæ, vel etiam in aliarum digeſtionum officinas transmiſſæ.

Retenta Helmontio quæ dicuntur, à fermentis quidem vitiatis primariò, à productis verò materialibus per vitiata fermenta enatis ſecundariò morbi naſcuntur. e.g. errore digeſtionis primæ fermentum febrile intermittentium ſubnaſcitur, cujus producta morboſa per ſudores non ritè diſcuſſa, ſed fixata & quaſi ſuppreſſa hinc inde hepatis aut lienis infarctus, aut icterum, aut hydropem aſcitem poſt ſe relinquunt.

Aliunde ſuſcepta vitioſa contagia fermentativa vel aſſumta vitioſa plus minus medicamentoſa aut venenoſa ſunt: quæ quatenus ſpiritus inficiunt, digeſtiones turbant, & hinc pro ducta morboſa varia relinquunt, potentiſſimi morborum autores exiſtunt v. g. contagium in petechiis, in lue Venerea, ſcabie &c.

Therapevſis harum omnium quoad generalem quidem medendi rationem eſt ferè nulla. Nam fermentorum quod attinet intus genitorum vitia, non niſi per vitioſos ſapores à poſteriori determinabilia, curantur hæc vel alterantibus generalibus, vel ſpecialibus ſeu appropriatis; illa minus propria, hæc magis talia ſunt: illa ſupra in genere, hæc in praxi ſpeciali.

Quoad productas verò recrementoſas aut heterogeneas ſordes, hæ vel alterantibus attemperandæ, vel penitus, qua data porta, evacuandæ. Sic e.g. dyſenteriæ fermentum ſpecificum per priapum tauri, vel hepar viperarum vel ſemen plantaginis &c. corrigimus; producta verò morboſa acria per abſorbentia, corallia, C. C. uſtum, lac chalybeatum, & abſtergentia, tam rhabarbarina quam clyſmata corrigimus & evacuamus.

Quoad verò ſuſcepta extrinſecus fermenta, hæc ipſa pariter non niſi alterantibus appropriatis corrigenda veniunt, ſi à priori quidem iisdem mederi velimus: quod ubi non æquè ſemper conceſſum eſt, à poſteriori productis morboſis corrigendis & eliminandis ſaltem vacamus. Illud non niſi in praxi ſpeciali, hoc ſupra in alterantibus & evacuantibus generalibus jam præſtitum fuit. e. g. in lue Venerea propriū alexipharmacū conſiſtit in Mercurio, fermentum illud in ſpecie corrigens; per accidens ſalivatio juncta, evacuando producta morboſa, utut nutritivo ſucco unà colliquato, curat morbum: Econtra per diætam ſudoriferam producta morboſa acida viſcida, plus minus corrigendo & eliminando, quo vel ſponte natura malignum fermentum ſuperetur, vel una eliminetur: Nam diæta hæc etiam aliis chronicis commodè adhibetur, ut Iſchiadi, podagræ, &c.

CAPUT XII.

De *Symptomatum Urgentium Remotione Generali.*

AB ordinaria morbis medendi methodo, in cauſarum ablatione, & morbi ſedatione, non rarò deviare nonnihil Medicus neceſſe habet, dum ſcil. ſymptomata ſubinde contingunt adeò atrocia, ut ſpeciatim his ſuccurrere neceſſe habeat: Si ſcilicet ex horum violentiâ vitæ quoddam periculum vel mediatè vel immediatè immineat, quæ ſymptomata tunc urgere dicuntur. Qualia ſunt dolor, vigiliæ, deliria, fluxus alvi, vomitus, lipothymiæ, convulſiones &c.

Jam verò his omnibus legitimam medendi rationem docet praxis ſpecialis; habent enim omnia appropriata ſua remedia, mediantibus quibus iis mederi poſſumus. In genere tamen magnum jus ſibi hic vendicat opium, ut in morborum curatione, ita & in ſymptomatum urgentium mitigatione, adeò, ut nullum ferè ſit urgens ſymptoma, præter lipothymiam, idque ſaltem in quibusdam caſibus, quod non leniatur ab opii ſalutari facultate: Nam & univerſaliora remedia ex ♃ibus metallicis haurienda ſecundùm adeptos, non niſi certâ vi anodynâ operari videntur.

Experitur quidem opium commune fatum, dum laudatur ab hoc, culpatur ab illo: Conf. de ejus uſu & viribus autores, qui ex profeſſo de eo ſcripſerunt, ut Zwölferus *in Pharmacopœa Regia p.* 153. Wincklerus, Freitagius, Döringius, Hartmannus *de Opio*, Sala, *in Ternario Laudanorum*. Per ſe certè benedictum remedium eſt opium, nec ſatis laudandum, in genere nempe quoscunque ſpirituum motus, & conſequenter omnes humorum primariò locales, hinc etiam inteſtinos ſiſtit; unde ſymptomatum inde ortorum ceſſatio, & pacata quies, adeò, ut univerſalius longè ſit remedium, quàm purgantia vel ſudorifera. Conf. Mynſ. *in Armamentario Chym. p.* 71. it. Hœferus *Herc. M. p.* 157. & 158. Sed pro ſalubri ejus uſu tria ſunt notanda.

1. Ut ritè correctum, præſertim per alcalia, uſurpetur.

2. Ut

Digitized by Google

2. Ut legitimo tempore, & conſtantibus adhuc non-nihil viribus adminiſtretur, has enim aliàs debiles, ſpirituum motum ſopiendo, magis debilitaret; nec dandum, quando omnia jam deſperata ſunt, quia tunc inutile: In ſpecie non niſi rarò in principio morborum acutorum, ſed tantùm in incremento, in ſtatu verò nunquam uſurpetur, quia in ſtatu motum naturæ criticum aliàs impediret. In chronicis verò ſaltim confert pro paroxyſmis paulò atrocioribus mitigandis & ſiſtendis.

3. Obſervetur legitimus adhibendi modus, nunquam ſcilicet ſolum; ſed ſemper debitis ſociatum ſpecificis, affectuique ſimul appropriatis remediis propinetur, ne ſolo opio, palliando ſaltem morbos, horum recidiva vel pertinacior contumacia inducatur.

Mirandus hic opii & ſimilium, narcotica dictorum, eſt effectus, qui tamen ex eo, quod ſpirituum impetum & motum ſufflaminet, plus minus eorum volatilitatem & ſubtilitatem, indeque facillimam expanſionem, & mobilitatem figendo quaſi aut condenſando, explicari poteſt, quæ figendi opiatorum potentia conſiſtere videtur in principio ejus ♀eo, ☉ volat. acri juncto, adeoque ex aliorum principiis potius in calore quàm frigore: cum & alia, narcoticâ vi prædita, ut ☿, carbones incenſi, Gas liquorum fermentantium, de naturâ quodammodo ♀eâ volat. ex dicto principio ♀eo efficaciam ſuam mutuent.

APPENDIX.

HActenus ea remediorum genera, quæ corporali ſuo contactu & materiali cum partibus corporis unione operari ſolent, adeoque quorum agendi ratio & intelligibilior, & methodus eadem applicandi planior exiſtit, conſideravimus. Alia longè, eaque ſublimior ferè hoc in negotio, Helmontii eſt Philoſophia.

Ut enim hic ipſe rerum naturalium ortum, progreſſum, & interitum ex aquâ per ſemina rectè explicat, & in horum efficiente archæo, præter vim fermentalem (materiæ in tale corpus transmutativam) etiam vim directricem in corporis partium, ex determinata materia, formatione, earumque actione ac uſibus ſtatuit, quam in ideis (ob id à Marco Marci operatricibus, potius directricibus dictis) poſitam eſſe affirmant, etiam per talem proceſſum quaſi ſeminalem, morbos in nobis progigni aſſerit, dum archæus ſeu ſpiritus inſitus, occaſione quacunque ſpeciatim peccantis cujusdam materiæ occurſu irritatus, varias ideas furoris, excandeſcentiæ, pavoris, aliasque ſponte concipit, aut ſimiles aliunde ſibi communicatas ideas appropriet, pro quarum ductu & directione multipliciter actiones naturales vitientur & lædantur, ſicuti naturales corporis functiones, vi & potentiâ idearum ſeminalium perficiantur.

Remedia ergo hactenus uſitata, ſaltem à poſteriori, removendo cauſam occaſionalem aut producta ejusdem morboſa curare aſſerit, à priori verò nullatenus radicem morborum attingere, unde & tam plures morbi, ceu incurabiles à Medicis relinquantur, & quas ipſâ natura curare nequeat, etiam Medicos ceu ſimplices illius miniſtros removere non poſſint. Illuſtrat hæc non tantum per curas morborum, ſine ſenſili cauſæ materialis remotione, per ſola animi pathemata factas, ſed etiam per vires imaginationis, in generatione morborum & horum curatione, & remediorum determinatione perquàm efficaces. Ac ſanè veterum Galenicorum facultates toties irritatæ, actiones hinc pervertentes, nil aliud, quàm talia archæi pathemata, & hinc natæ præternaturales ideæ, eſſe videntur, loco quarum moderni ſpirituum animalium impetum, & præternaturales motus ritè ſubſtituunt, vim tamen motus determinativam non clarè ſatis explicant.

Pro genuinâ ergo curâ morborum hujusmodi archæalium (utplurimum ad morbos occultarum qualitatum relatorum) requirit remedia etiam idealiter ſaltem operantia, citrà materiæ, ut talis, quascunque conditiones, quæ ſcilicet ſaltim irradiativè inſtar luminis, ſolo veluti radio, ſuive adſpectu agant in ſopitum vel ſuccenſum archæum, unde demum in totum corpus ſpargatur hauſta in archæo vis radialis, & ſanitas inde ſuccedat, quatenus talium remediorum intuitu, archæus certo modo alteratus, morboſas exuat aut deleat ideas, vel aliàs illis contrarias ſuſcipiat, ut ita ceſſet præternaturalis actionum perturbatio, & naturalis pacatâ redeat quies, quæ ipſâ cruore leporis, dyſenteriam vel eryſipelata curante, illuſtrari poſſunt.

Pro hoc ſcopo ergo idealiter morborum radices curandi in archæo extollit inprimis ♀a metallica fixa, quibus correctis & perfectis, tota morborum cohors auſcultet. Speciatim ignem, ſeu ♀ Veneris fixum hic maximè prædicat, & mediante hôc elementô ignis Veneris, h. e. ♂oi è ♀ ♀ is paratum ☿ium diaphoreticum fixum, quæ duo omnia iſta præſtare ait, quæ Medicus vel Chirurgus deſiderare queant. Ad hæc ♀a & alia fixa ex metallicis parata remedia, tàm ſiccâ in conſiſtentiâ, quàm in liquidâ ☿arum liquidarum formâ, v.g. ♁ii, ☉is, &c. ſe exhibeant, pertinent:

tinent. Sanè, uti generationes rerum ex ſeminibus ſine talibus ideis vix explicari poſſunt, ita etiam in morborum productione & generatione hæ ipſæ ulteriorem conſiderationem merentur. ♃a autem hujusmodi metallica, & quæ ejusdem ſunt proſapiæ remedia, vi anodynâ ſingulari, & hinc vi antiepilepticâ pollere, clarum eſt ex cinnabari ☿ii, ut taceam alia ♃a & ℞as fixiores ☿iales, quæ citra ſui corporalem alterationem tàm activam, quàm paſſivam, & vi anodynâ, & hinc operatione diaphoretica ſunt ſummè æſtimanda. Horum loco commune ſaltem illud opium, utut non omni carens virulentiâ, etiamnum in primis viis exiſtens, laudatiſſimas non rarò operationes exerit.

Pertinent tamen huc & ad ſublimiores ac min⁹ uſitatas curandi ægros rationes curationes dictæ ſympatheticæ ſeu magneticæ, & tranſplantatoriæ. De his variæ autorum ſunt ſententiæ. Quidam eos affirmant, eosque vel admirantur vel ſcrutantur: quidam eos negant, quod, ſi experientia tales refutet, ad dæmonis pactum omne negotium transferunt: ſed blaſphemi hi ſunt in Deum, cujus miracula, in naturâ fundata, dæmoni adſcribunt. Primus talium autor fuit Paracelſus, ſequuti hunc ſunt alii, qui ſcriptis partim, partim experimentis negotium hoc ulterius confirmarunt; qui autores vid. in *Theatro Sympathetico.* Conf. ſimul Marci *in Phil. V. Reſt. part.* 5. item Tenzelius in *Medicina diaſtatica*, & Bartholin⁹ *Cent.* 3. *hiſt.* 66. *& Cent.* 6. *hiſt.* 53.

Cura ſympathetica eſt, dum citra remedii cum parte affectâ contactum, in diſtans fit cura, quaſi per occultum quendam cum parte affectâ conſenſum: dicitur etiam magnetica, quia eſt quaſi tractio quædam, inter partem læſam, & inter remedium abſens, quod debet ſanare. Sic ſympatheticè pulvis ☉li ♀is curat hæmorrhagias, vulnera & ulcera cruenta in diſtans, modò ſanguinem ex parte læſâ manantem contingat; item perſicaria per ☽am frigidam tracta, & contuſionibus gravioribus vel ulceribus impoſita, donec nonnihil intepuerit, hincque ut citius putreſcat, in locum tepidum ſepulta, dictos defectus curat. Conf. Meyſſonerius de pulvere ſympathetico annexo Digby *de Affectionibus corporum.* Item lac in prunas recens emulctum, ut vaccæ ubera inflammat, ita mulieris ubera ſterileſcere facit. Item ☉a icterici ſupra ſtercus equinum, dum calet, excreta, vel etiam ſuper acervum formicarum excreta, curat ictérum. Vid. Williſ. *in Pharm. R. part.* 2. *vol.* 2. *p.* 286. it. Miſcell. Curioſ. Med. *A.* 3. *p.* 146. item ſi ex ☉a ægri & lacte addito pane ſimilagineo fiat juſculum, quod propinetur cani, ſi canis exinde non moritur, nec homo morietur, ſed ita ab ictero convaleſcet. Pertinet huc unguentum magneticum, tam ſympathe ticum, quàm armarium, de quo vid. ſpeciatim Helm. *Tr. magnetica vulnerum curatio* §. 2. Conf. *Art. Med. Hafn.* Vol. II. *p.* 266. item faciunt huc verrucæ lardo contactæ, teſte Verulamio ſylva ſylvarum *Cent.* 10. *hiſt.* 997. it. clavi pedum affrictu pomi evaneſcentes, vid. Helmont. *Tract. Magnum Oportet* §. 29. it. contactus manus mortuæ, vid. *Act. Societ. Reg. Angl. p.* 156 ut & pilorum deciſorum cum relictis ſympathia, Barthol. *Cent.* I. *hiſt.* 41. it. aliquoties obſervavi, quod mater lactans in uberibus ſentiat ejulatum infantis abſentis.

Transplantatoriam quod attinet curam, hæc fit, quando ægritudines transferuntur, vel in animale vel vegetabile ſubjectum, ut exinde ſanetur corpus humanum. Fit talis cura, vel per contactum immediatum, & dicitur approximatio; vel per contactum mediatum, mediante quodam tertio, magnete dicto, & eſt propriè dicta transplantatio. Per approximationem panaricium curatum refert Riverius *Cent.* 4. *Obſ.* 19. *& obſ.* 63. Conf. *Miſc. Nat. curioſ. Ann. III. p.* 146. quò etiam pertinent applicationes canum Melitenſium, de quibus vid. Barthol. *Cent.* 3. *hiſt.* 66. *& cent.* 6. *hiſt.* 53. Per tranſplantationem autem curantur morbi, v. g. quando ſanguis ægri teſtæ ovi includitur, & gallinæ pro incubatu per 14. dies ſupponitur, hinc ſui famelicæ propinatur, exinde morbi, ex vitiatâ ſanguinis craſi oriundi, transplantando averruncari ſolent. Vid. Burggravius *in Biolychnio.* Item, atrophia curatur per ſanguinem ægri teſtæ ovi incluſum, acervo formicarum impoſitum, quod prim⁹ docet Hartmannus *in Praxi Chymiatricâ*, & tanquam à ſe obſervatum confirmat Boyle *in Philoſ. experimentali.* Sic canum magnetiſmus notus eſt, dum eosdem mediante pane, ſudore madente, nobis familiares reddimus; item, dolor dentium transplantatur in corylum vel ſambucum, mediante feſtucâ ex arbore deciſa; item, caro ſuilla in ☉a ægri recenti cocta objicitur cani devoranda, pro curâ morborum chronicorum, ſpeciatim febrium intermittentium: Scabioſus affectus, item podagra per linctum in canes transplantata legitur *in Miſcell. Nat. Curioſ. Ann. IV. pag.* 44. it. dolor crurum inveteratus per ☉am ægri, in quâ ovum ad duritiem coctum fuit & hinc ſepultum, curatus fuit; item caſeus recens pedibus podagricis applicatus, à cane comeſtus, claudum & contractum reddidit canem. Transplantationem podagræ in ſalicem, mediante ☉â & ſanguine ægri, prolixiùs deſcriptam videatis in Timæo *lib.* 5. *ep.* 8. *p.* 363. Quartanam per ſudorem in canem transplantatam vide *in Act. Med. Hafn. l.* 2. *p.* 271.

In

Google

In omnibus his curis tam ſympatheticis quàm magneticis, mediatè certa portio ſpiritus vitalis ex corpore ægro decita, ſive cum ſanguine, ſive cum ⊡â, ſive cum ſudore, ſive cum inſenſibili effluvio ſeparetur à toto, (hæc enim omnia aliquid de ſpiritu vitali demunt,) ineſtque iis participatio quædam vitalis, extra concretum naturale. Unde prout hic alteratur diverſimodè, ſequitur ſimilis in toto corpore alteratio, plus minus tamen prout vel citius vel tardius ad omnimodam ſui diſſolutionem & interitum, ac evaneſcentiam diſponitur, ac ita brevius vel diutius cum toto conſenſum ſuſtinet.

Mumiæ ſpiritualis nomine venire ſolet his in caſibus dicta ſpiritus vitalis portio, quæ à toto ſeparata, fundamentum dictarum curationum conſtituit. Utut enim propriè ſpiritui inſito tribui ſoleat hæc appellatio, ratione cujus etiam differentia ſit inter corpora violentâ vel naturali morte obeuntia, attamen hoc in caſu promiſcuè ſumi ſolet. Mumia hæc, ſin ſub formâ effluvii ſubtilioris, ex habitu corporis extrahi debeat, mediante quodã corpore tertio, magnete dicto, hoc fieri ſolet, quales magnetes recenſentur quatuor.

1. Ex ſtercore humano ſecundùm Paracelſum & Tenzelium in Medicina diaſtatica.
2. Eſt caro humana ſiccata, quæ applicata regioni cordis violento magnetiſmo attrahat, ſed neceſſe eſt, deſumta ſit à corpore humano violenter occiſo, & ſi poſſibile, adhuc calente.
3. Sanguis; ex homine ſano, quantum placet, ex ſanguine grumefacto decantetur liquor ſeroſus ſupernatans, & exſiccetur in umbrâ, humectetur ſucceſſivè iſto liquore, & ſiccetur denuò, donec ſanguis omnem imbiberit liquorem, & ſic ſiccatum aſſerva.
4. Stercus hominis ſani cum ⊡â ejusdem redige in conſiſtentiam pultis, adde, quantum habere potes ſudoris, ex hominibus ſanis collecti, linteo aut ſpongiâ, pone ſimul in loco mundo, donec ſiccentur in umbra. Hinc adde ſanguinem recentem, miſce, ſicca, & aſſerva uſui.

Pertinent huc philtra vera ad certam perſonam determinata, quorum vis in tali mumiali confermentatione conſiſtit, ut loquitur Helmont. *Tr. Magnetica vulnerum curatio*; h. e. in unione arctâ ſpiritus vitalis mumialis unius ſubjecti cum altero, ita, ut hujus ſpiritus quaſi tranſmutetur, & omninò ſubigatur ab iſta mumiâ, unde ſequatur propenſio naturalis in illam perſonam. Sed hæc pro excitandâ ſaltem curioſitate in talibus ſufficiant, &c.

FINIS INSTITUTIONUM MEDICARUM.

MICHALIS ETTMÜLLERI,
Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, &c.

TENTAMINA UROMANTICA.

PARS I.
HISTORICA.

Tentamen I.

Die 23. Septembris An. 1676. urinæ humanæ naturaliſſimè conſtitutæ, craſſæ, citrinæ, & quæ tantillum de eneorematis veſtigio continebat, inſtillavi ſpiritum ſalis ammoniaci vinoſum, & in momento color citrinus in intenſe rubrum mutabatur, agitata verò urina leviter turbida fieri videbatur, ſed parum erat; per noctem repoſita tinctura eadem intenſa, **hochgoldgelb / wie röthlich /** perſiſtebat, urinâ clariſſimâ apparente; ſedimentum verò paucum, albidum, leve, facili motu vitri diſſipabile ſepoſuerat, & quod facile diſſipatum cum liquore urinæ confundebatur, ſed facilè denuo fundum petebat.

Tentamen II.

Eodem die propriæ urinæ citrinæ ſpiritum vini rectificatiſſimum, parum de contagio præfati ſpiritus ſalis ammoniaci comprehendentem (ceu ex illo erat paratus, poſtquam ſpiritus ſalis ammoniaci vinoſus erat rectificando

eando ſeparatus) inſtillavi, ſed urina nullam mutationem patiebatur aliam, quam quod aliquantiſper turbari videretur, ſed leviter, ad eum modum nempe, ac turbidula evadit miſtura, ſi ſpiritus vini rectificatus aquæ infunditur.

Tentamen III.

Die 24. Septembris urinæ iſti citrinæ, cujus alteri parti heri ſpiritum ſalis ammoniaci vinoſum miſcueram, hodie lixivium forte cinerum clavellatorum inſtillavi, & ecce, ſimili modo ex improviſo citrinus color in intenſè fulgidum mutabatur, ſimili fere modo, atque heri, ſed cum hac differentia quod color fulgidus primò emergebat in fundo vaſis, qui heri priùs in ſuperiori liquoris loco apparuerat, dein quod minus intenſus erat color, **er war nicht ſo gar hoch**; utut poſt ſedimenti reſidentiam non tanta differentia appareret: nam turbida nonnihil mixtura primò fiebat, poſtmodum ſeparabatur ſubſtantia albida levis, diſperſa hinc inde, quæ poſtmodum in fundo matulæ ſub ſpecie ſedimenti farinacei ſubſideret, ſed facilè cum liquido confuſibilis: uno verbo; in omnibus ferè hæc mutatio cum alcali fixo coincidit cum illa, quæ brevi cum alcali volatili vinoſo obſervabatur, pauciſſimis leviculis circumſtantiis mutatis.

Tentamen IV.

Die 25. Septembris his ipſis urinis ita intenſè ab alcalibus tinctis inſtillavi acetum deſtillatum vini, & mox diluebatur intenſior color, ac naturalis citrina tinctura mox denuo emergebat, pari modo, atque ante alcalium additionem fuerat, jucundo ſanè ſpectaculo; hac tamen differentia, quod urina, cum ſpiritu ſalis ammoniaci vinoſo imprægnata, mox ſub parcâ etiam inſtillatione aceti deſtillati ad nativam rediret faciem, altera verò, per lixivium cinerum clavellatorum ſaturata, & copioſiorem aceti deſtillati infuſionem requireret, & minùs citò ad citrinum colorem deflecteret; In utraque urina nulla præcipitationis aut ſeparationis cujusdam vel ſubſidentiæ apparebant veſtigia.

Tentamen V.

Die 26. Septembris urinæ naturaliter conſtitutæ citrinæ infudi præfatum acetum deſtillatum, ſed nec poſt diei & noctis moram ullam alterationem obſervare potui: niſi quod forſan magis nonnihil, parum licèt, dilueretur color ejus citrinus, quantum forſan tantum aquæ ſimplicis inſtillatum minuiſſet colorem.

Hujus ipſius urinæ alteri parti inſtillavi ſpiritus nitri tantum, quantum pro ſenſibili etiam aciditate guſtanti urinam ſufficeret, & invicem miſcebantur, ſine ulla ſenſili alteratione aut tantilla etiam mutatione: ſed cum aliquandiu invicem miſta ita ſtetiſſent, ſenſim intendebatur hujus urinæ color in tantum, ut ex rubro fulgidum, **hochgoldgelb** acquireret, eundem revera cum illo colore adeo intenſo, quem præcedentibus diebus alcali vel fixum vel volatile ipſi conciliaverat, qui color ad alterum usque diem conſtans perdurabat, iſtâ cum aceto deſtillato non alteratâ.

Tentamen VI.

Die 27. Septembris accepi præfatas per acida imprægnatas urinas, & illi quidem, cui acetum deſtillatum erat permiſtum, inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum, quod ſuperius uſurpaveram: ſed nulla ſenſibilis ſuperveniebat alteratio, quin clara citrina permanebat urina, etiam ad ſequentem usque diem.

Urinæ verò iſti, quæ per ſpiritum nitri intenſè tincta fuerat, in duas partes diviſæ alteri medicati iſtud lixivium cinerum clavellatorum infudi, in tantum, ut etiam effervescentiam excitaret, ſed nulla ſuperveniebat alteratio in urina, quæcunque etiam fuiſſet ſenſibilis; tinctura quidem iſta intenſa remittebat, & diluebatur, ſed hoc potius ex phlegmatis copia, qua diluebatur, quam formali alteratione provenicbat: Ob id alteri medicati acetum deſtillatum infudi, ſed ſimiliter absque ulla alteratione urina perſeverabat, niſi quod tinctura imminueretur, ſed non aliter quam præcedens urina cum lixivio; nempe poti' àphlegmate copioſiore diluebatur, quàm formali alteratione mutabatur.

Tentamen VII.

Eodem die manè urinæ ſanæ optimè conſtitutæ citrinæ inſtillavi uni ejus parti ſpiritum ſalis ammoniaci cum ſale tartari paratum, alteri ſpiritum ſalis ammoniaci vinoſum, iſtum, quem ſupra adhibueram, & tertiæ lixivium cinerum clavellatorum, ſupra jam adaptatum, ſed non ſine inſigni admiratione ſtupens quaſi obſervavi, ab omnibus his nil immutari urinam, ſed potius etiam poſt aliquot horarum ac dierum moram ſine alteratione conſueta facie citrina apparere: ita ut ob negotia usque ad diem 2. Octobr. relicta urina ſine ulla ſingulari alteratione perſiſteret, niſi quod tantillum magis palleſceret, quia nempe iſtis liquoribus & ſpiritibus ratione phlegmatis magis diluebatur: deinde ſedimentum quoddam album, quod diuturna mora quaſi glutinoſum evadebat, ſeponebat; de cætero ipſa urina clara & optimè conſtituta apparebat.

Tenta-

Digitized by Google

Tentamen VIII.

Hoc infido experimentorum eventu nonnihil perturbatus accepi die 9. Octobr. urinam ex eodem homine ſano naturaliſſimè conſtitutam, & in tres partes diviſæ inſtillavi primæ ſpiritum nitri eundem, quem ſupra adhibueram, ſecundæ ſpiritum ſalis ammoniaci vinoſum, quem ſupra habueram; tertiam per ſe reliqui; eventus fuit, ut die ſequente urina iſta, cui ſpiritus nitri inſtillatus fuerat, ſucceſſivè intenſiori longè tinctura fulgere inciperet, atque ad ſanguineum colorem aſſurgeret, pari modo ac ſupra factum: Econtra illa urina, cui ſpiritus ſalis ammoniaci vinoſus inſtillatus, nullo modo alterabatur, imo notabiliter in tinctura remiſſior reddebatur; nam turbabatur nonnihil primitus, ita ut non probabile videretur, colorem iſtum in tantum remiſſum ſaltem à liquoris confuſi dilutione dependere, quin potius effectivè alteratam eſſe: deponebat ſimul copioſum ſatis ſedimentum album, inſtar puris ſe habens, fundo matulæ candidiſſimum inhærens, facili motu per urinæ corpus diſpergibile, quæ non eveniebant in tertia urinæ parte ſimul aſſervatâ. Accepi tinctam iſtam à ſpiritu nitri urinam, eique infudi urinam ſpiritu ſalis ammoniaci vinoſo imprægnatam, & expectavi ad aliquot horas aliquam alterationem, ſed nulla penitus exinde inſecuta fuit, urinâ iſtâ à ſpiritu nitri imprægnata eodem ſemper modo intensè tincta perſiſtente. Hinc

Tentamen IX.

Die 10. Octobris urinam ſimilem ejusdem perſonæ ſanam in tres partes diviſam tentavi: Primæ inſtillavi ſpiritū ſalis, qui permiſcebatur ſine ſenſili alteratione, ſed ſucceſſivè, cum ſtetiſſet per aliquot horas, intensè rubicundus, eodem modo ac de ſpiritu nitri jam monitum, evaſit, & ita ad 18. Octobris perſtitit: **recht hoch roth**: Secundæ parti inſtillavi lixivium iſtud cinerum clavellatorum, quod ſupra adhibueram, permiſcebatur optimè, ſed turbabatur nonnihil, & pedetentim color deficiebat, ita ut pallidior & ſucceſſivè minus tincta redderetur, cum ſedimento albo ſimili, atque in ſuperioribus caſibus factum fuerat: Tertia pars naturalis permanebat, legitimè conſtituta, ita ut eadem urina per ſpiritum ſalis tractata longè in tinctura excederet, per lixivium verò in tinctura deficeret, cum aliquali præcipitatione. Urinæ iſti à ſpiritu ſalis tinctæ infudi lixivium cinerum clavellatorum tamdiu etiam, donec omnis effervescentia ex ſalium illo concurſu ceſſaret, ſed etiamſi per biduum ita ſtetiſſet, nulla alia obſervari poterat alteratio, quam quæ à copia diluentis liquoris oriri poſſet, ratione cujus diluebatur illa tinctura. De cætero in duabus his urinis ita tam per acidum quam alcali tractatis obſervavi copioſa ſalia coagulata, eouſque, quo urina vitam attigerat, copioſè ad vitri parietes agglutinatas, quemadmodum in hypochondriacorum & ſcorbuticorum urinis conſpici ſolet; hac tamen differentia, quod in urina cum ſpiritu ſalis tractata copioſiora & clariora quaſi cryſtallina ſalia erant; in illa verò, quæ per alcali lixiviale erat tractata, eadem non copioſa aut ſpiſſa obſcuriora, quaſi liquamine albido viſcido ſeu ſedimento urinæ infectæ apparebant.

Tentamen X.

Die 12. Octobris urinam accepi ſanam, laudabiliter tinctam, intensè citrinam, craſſam &c. Hanc in quatuor partes diviſi: primæ inſtillavi ſolutionem nitri cum aqua pura factam, unde nulla penitus mutatio contingebat, quin ob liquorum inſtillationem tinctura nonnihil deficere viſa fuit, in tantum ſcilicet, quantum ſolutio nitri eandem diluerat. Secundæ inſtillavi ſolutionem aluminis, unde ſucceſſivè turbabatur liquor urinæ, ita ut pallidus, craſſus, turbidus evaderet, ſed altera clareſcebat ſucceſſivè, ita ut ſuperior ſubſtantia ferè ad naturalem tincturam & conſiſtentiam rediret, niſi quod aliquantulum turbidula videretur, ſed interior ejus ſubſtantia copioſum ſedimentum ponderoſum, ſpiſſum, album, æquale, difficillimè cum urina commiſcibile conſtituebat. Tertiæ inſtillavi ſolutionem vitrioli Martialis Salisburgenſis, & in momento craſſus, turbidus, opacus & pallidè-liveſcens evadebat urinæ liquor; aliquot diebus interjectis conſiderata hæc miſtura in ſuperficie habebat pelliculam, (qualis etiam ſed tenerior & delicatior ſupra ex aluminis liquore inſtillato ſupernatabat,) medius liquor ex flavo pallidè albidus, confuſus, nonnihil turbidus, inclinatione vitri aqueus apparebat; infima tandem lotii ſubſtantia conſtituebat copioſum ſedimentum craſſum, ponderoſum, ex albo lividum, æquale, &c. Quarta pars per ſe perſiſtebat, & benè ſe habebat. Cum hæc ita conſignaſſem die 18. Octobris, hac ipſa die pro ulteriore tentamine, urinæ alumine imprægnatæ inſtillavi lixivium illud cinerum clavellatorum; ſed nulla inde inſignis alteratio aut mutatio facta fuit, cum die 21. Octobris denuo conſiderarem, ſaltem copioſius ſedimentum depoſitum videbatur; ipſa verò ſupernatans urina naturali ſimilis apparebat, ſaltem tinctura nonnihil remiſſior erat, ob diluentes nempe inſtillatos liquores, eorumque vehicula aquea. Eodem tempore urinæ, cui ſolutio nitri inſtillata fuerat, inſtillavi de eodem lixivio, unde poſt triduum

Digitized by Google

conſiderata in tinctura & conſiſtentia nullam alterationem paſſa fuerat, ſed ſedimentum album, leve, inæquale, in mediocri, nonnihil copioſa quantitate ſepoſuerat, quod liquori facili agitatione denuo commiſceretur, ſed facilè iterum ſubſideret.

Tentamen XI.

Die 20. Octobris urinam ejusdem perſonæ ſanam & naturaliter conſtitutam accepi, & in tres partes dividi; primæ inſtillavi ſpiritum vitrioli, unde brevi poſt intensè tingi, & intra horæ quadrantem tanquam ſupra à ſpiritu nitri, in tinctura, & ad rubedinem quaſi ſanguineam exaltari cœpit: perſtitit ita per plures dies. Secundæ parti inſtillavi ſpiritum ſulphuris, per campanam, recentem & benè paratum, & rectificatum: permiſcebatur ſine ſenſili alteratione; ſed pededentim poſt plures horas nonnihil alterari & colore intendi occipiebat, quæ gradualis coloris exaltatio etiã poſt aliquot dies obſervabatur, in tantum aucta, ut iſti urinæ, quæ ſpiritu vitrioli imprægnata erat, omnino eadem & ſimillima videretur. Tertia urinæ pars aſſervata per ſe colore aureo nativo etiam ultra ʒ. vel 6. dies cum iſtis tinctis ita perſtitit. Illi urinæ, quæ cum ſpiritu vitrioli imprægnata fuerat, inſtillavi lixivium ex capite mortuo ſpiritus carminativi: unde ſine inſigni tincturæ mutatione, quin potius eadem rubedine perſiſtebat, aut nihil in nigredinem declinante ſedimentum præcipitatum fuit grumoſum, ex obſcuro viridi liveſcens ſatis copioſum: cum poſtero die conſideraretur. Idem experimentum tentavi cum iſta urina, quæ ſpiritu ſulphuris imprægnata fuerat, & de eodem lixivio aliquid inſtillavi, ſed nullus ſimilis effectus ſupervenit, nulla talis præcipitatio: nec tinctura inſigniter adeò immutabatur, quin eadem permaneret rubedo, niſi in quantum occaſione phlegmatis aliquantulum diluebatur. Hoc ipſo die accuratiùs paulo inſpexi urinam, cui ſolutio vitrioli inſtillata fuerat, & ecce in ſuperficie pellicula iſta eam obtegens, ad latus adſpecta, egregiè caudam iſtam pavonis Williſii in ſcorbuticis repræſentavit, & jucundis coloribus exhibuit.

Tentamen XII.

Die 1. Novembris urinam ejusdem hominis ſani optimè conſtitutam in ʒ. partes dividi; primæ lixivium iſtud ex capite mortuo ſpiritus carminativi inſtillavi: ſed per aliquot licèt dierum moram nihil alterata nec in colore nec conſiſtentia apparuit urina, quin potius eadem facie atq; naturalis apparuit; ſaltem quod albidum, pro more alcalium, ſedimentum, ſed non adeo copiosum in fundo ſeponeret. Alteri parti inſtillavi aquam calcis vivæ probè ſaturatam, eamque reſpectivè, ſatis copiosè, ſed nulla hinc in urina alteratio, niſi quod in tinctura minueretur, idque ob phlegmatis uberioris diluentis præſentiam. Tertia urinæ pars ſana erat, hinc continuo naturalis apparebat. Cum aliquot dies ita permanſiſſent urinæ, illi, cui lixivium capitis mortui ſpiritus carminativi inſtillaveram, addidi deſuper ſpiritum nitri, donec ſaturato utroque ſale effervescentia intenſa ceſſaret, quo facto ad aliquot dies relictâ urinâ, intendebatur in tinctura, ita ut in citrinitate flavescente admodum augmentaretur, **er ward hoch goldgelb** / reſpectu urinæ naturalis, **der war Citron-gelb**; ſed ad illam coloris intenſionem & rubedinem non aſcendebat, ad quam inſtillatus ſpiritus nitri per ſe tingere aliàs ſolet urinam.

Tentamen XIII.

Die 10. Novembris accepi urinam cruentam, intensè & obſcurè rubram, quaſi nigricantem, cum aliquali, ſed obſcuro in fundo ſedimento, huic primò ſponte reſidere permiſſæ liquori cruento loturæ carnium intensè tinctæ ſimili inſtilla vi lixivium ex capite mortuo ſpiritus carminativi, unde liquor obſcurus nonnihil, minus perſpicuus, ſed quodammodo opacus, mox attenuari, exactè perſpicuus fieri, & colore intensè rubro tingi cœpit, perquam perſpicuo & exactè ſanguineo, ſine ullo alius alterationis ſigno. Alteri liquoris hujus parti infudi phlegma nitri acidulum, ex rectificatione ſpiritus nitri acquiſitum, hujus inſtillatione facta, mox & ex improviſo turbari, obſcurus admodum reddi, copioſum ſedimentum ſeponere cœpit: ita ut poſt alterius diei inſpectionem liquor ex aliquali opacitate perſpicuus, aqueus, ſupernatare, ſed copioſum ſedimentum cinereum, furfuraceum in magna copia horridi aſpectus ſine ullo ſanguinei coloris veſtigio ſe viſui offerre conſpiciebatur. Tertiæ hujus liquoris cruenti parti infudi aquam calcis vivæ, benè paratam; unde liquor in rubedine diminui cœpit, & altera die mediæ inter opacam & perſpicuam conſiſtentiæ apparebat, nonnihil turbidæ, coloris flavi, ſed nonnihil intenſioris, absque ſedimento, niſi in quantum cremor calcis vivæ ſupernatans ſe poſuerat. Sedimento harum urinarum exactè cruento ſeu ſanguini coagulato in fundo inſtillavi ſpiritum nitri, unde copioſum mox ſedimentum præcipitari, coagulari, & in gryſeo-obſcurè rubeſcens & nigreſcens grumoſum corpus condenſari cœpit.

Tentamen XIV.

Die 14. Novembris urinæ meæ propriæ, ſanæ, ſed naturali tenuioris primæ parti infudi lixivium ex capite mortuo ſpiritus carminativi,

Digitized by Google

tivi, paulò copioſius; ſecundæ ſpiritum ſalis, tertiæ ſpiritum nitri, & conformia planè iſtis ſupra notatis obſervationibus inveni: ſpeciatim omnes hæ urinæ magis, quàm naturalis, tinctæ evadebant, ita quidem ut urina per ſe aſſervata citrina cum lixivio coloris aurei, cum ſpiritu ſalis, coloris intensè aurantii, cum ſpiritu nitri quaſi rubri aut ſanguinei coloris appareret, & ita graduatim quaſi aſcenderent coloris proprietatibus; mirabar, unde intenſior tinctura cum lixivio; ſed ſuſpicor, de nitro dum participat non parum iſtud lixivium; item dum de ſe ipſo ad flavum colorem inclinet notabiliter, hoc ipſo tingi per accidens urinam intenſiùs.

Tentamen XV.

Die 15. Novembris accepi urinam Studioſi, gravi ictero flavo periculosè decumbentis; ut ſolet, turbidam, obſcuram, intenſiſſimè tinctam, immerſa lintea admodum tingentem, cujus primæ parti inſtillavi phlegma nitri acidum, hinc aliqualis particularum quarundam extruſio & per totum liquorem perſpicuum (nam promtè miſcebantur, ſine opacitate inſigni) confuſio, ſed poſt aliquot dies ſedimentum mediocre fundum petierat, ipſo liquore ſupernatante obſcuro & apparenter ex viridi nigricante, aut de quo vix certum quoad colorem ferri poterat judicium; ad ſolis vero radios egregiè lucidos conſiderata miſtura ſedimentum viride ſepoſuerat, liquore ſupernatante ex flavo ad aliqualem virorem declinante. Eadem phænomena, ſed magis manifeſta apparebant in eadem urina; cui ſpiritum nitri inſtillaveram; ſic enim ſedimentum viride fundum occupabat, liquore ſupernatante craſſo ex flavo virideſcente nonnihil: Hi duo liquores cum ſedimentis confuſi & invicem uni vitro incluſi ad ſolis radios liquorem viridem exactè repræſentabant, in loco verò umbroſo obſcurum ad nigrum declinantem, & de quo vix quoad colorem deciſio, repræſentabant liquorem. Tertiæ parti inſtillavi ſpiritum ſalis, & turbabatur nonnihil liquor, dabatque præcipitatum elegans viride, cum liquore perſpicuo aurei coloris ſupernatante, quæ phænomena tam ad ſolis radios quam loco umbroſo ita ſe exhibebant. Agitato vitro confuſæ hæ ſubſtantiæ colorem & liquorem viridem in ſolis radiis offerebant, obſcurum in loco umbroſo, pari modo atque ſupra cum nitri liquidis factum fuerat.

Quartæ parti inſtillavi ſpiritum ſalis ammoniaci purum & hinc præcipitabatur ſubſtantia flava, inſtar cujusdam ochræ, ſupernatante liquore citrino, claro, craſſo, non intenſo, ſed quodammodo palleſcente.

Quintæ inſtillavi lixivium capitis mortui ſpiritus carminativi; præcipitata ſic fuit ſedimenti materia intensè lutea, quaſi ad colorem lateritium propius accedens, liquor ſupernatavit perſpicuus, clarus, aurei coloris, **hochgoldgelb.**

Tentamen XVI.

Die 20. Novembris permiſcui lac cum urina propria, ſana, ſed tenui; facilè hæc invicem permiſcebantur, & faciem lactis diluti ſine alia inſigniori alteratione repræſentabant: ſaltem in loco frigido poſt aliquot dierum moram lac ſuperiorem in urina locum occupare, videbatur, & aliqualiter coagulatum ſupernatare; agitatione facta permiſcebantur denuo exactè, ſed poſt aliquot dierum moram idem lac ſuperiora occupare craſſiori in conſiſtentia conſpiciebatur; ipſa urina in imo loco ex flavedine dilutâ, turbidâ nonnihil apparente.

Urinæ iſti cum lacte permiſtæ die 21. Novembris in duas partes diviſæ (maximam ejus cum lacte permiſtæ portionem pro aliis tentaminibus aſſervando) inſtillavi alteri parti phlegma nitri acidum, alteri vero lixivium ex capite mortuo ſpiritus carminativi: poſt aliquot dierum in loco calido aut ſaltem temperato moram, urina, quæ antea ex phlegmatis nitri inſtillatione aquea, craſſa, ſine ulla tinctura conſpiciebatur, ſucceſſivè grumos craſſos, ſpiſſos albidos ſeponere cœpit, & ipſa urina, in qua natabant, colore aureo, ſubrubicundo tincta apparebat, clara & perſpicua urina exiſtente; ſed miſtura in loco umbroſo conſiderata, ceu urina turbida ſubrubicunda, ſeu inſtar loturæ carnium apparebat.

Illa vero urina, cui cum lacte permiſtæ lixivium inſtillaveram, poſt aliquot dierum in illo loco moram oſtendit lactis grumos, ferè propè ſuperficiem urinæ corpori innatantes, paucis talibus ſedimenti corpus conſtituentibus: ipsâ urina flava, aliquantiſper turbidâ ſeorſim exiſtente, cui illi grumi partem maximam in ſuperficie inhærebant.

Tentamen XVII.

Die 10. Januarii Anni 1677. accepi urinam pueri 6. annorum, ex morbo acuto reſtituti ſanam & laudabiliter conſtitutam, citrinam &c. Hujus parti primæ inſtillavi phlegma nitri acidum, unde ſucceſſivè intensè colore ad ſanguineum uſque gradum elevato rubeſcere cum claritate cœpit urina, & ita per plures dies permanſit. Secundæ parti inſtillavi ſpiritum vitrioli, alii parti oleum vitrioli rectificatum; unde pedetentim color intendi cœpit ad inſignem

Digitized by Google

rubedinem, non tamen tantam, quantam phlegma nitri induxerat, ſepoſuerant nonnihil ſedimenti pulverulenti, quaſi ſalini, ſed parum, ſine inſigniori ſedimento. Alii hujus urinæ parti inſtillavi lixivium capitis mortui ſpiritus carminativi, & liquor nonnihil primò turbari videbatur, ſed poſt aliquot dies introſpectus ſedimentum candidum ſatis copioſum, nonnihil mucoſo-ſalinum fundum occupaverat: liquor ſupernatans, aureo citrino colore claro erat conſpicuus, æqualis ad minimum urinæ colori, qualis ante ſalis illius lixivialis permiſtionem fuerat.

Tentamen XIIX.

Urinæ viri ab arthritide vaga convaleſcentis, inſigniter tinctæ ac rutilantis intenſiſſimè parti uni inſtillavi phlegma nitri acidum, ſed exinde intendebatur non leviter ejus rutilus, rubicundus color, ita ut obſcurè ruber, h. e. intenſiſſima rubedine imprægnaretur, & ita perſiſteret: parti alteri inſtillavi lixivium capitis mortui ſpiritus carminativi, unde turbabatur nonnihil liquor, ſed leviter poſt aliquot dies ſedimentum candidum, mucoſo-ſalinum ſatis copioſum fundum occupaverat, liquor ſupernatans minus tinctus obſervabatur, ſed aureo ſeu citrino intenſiori colore imprægnatus, elegans.

Tentamen XIX.

Die 12. Februarii offerebatur urina ruſtici intenſè tincta, obſcura, rubra flavedine, craſſa, ferè inſtar icctericorum, ſed paulo remiſſius. Hujus medietati inſtillavi lixivium ſolutionis cinerum clavellatorum; unde tenuior, clara & perſpicua urina fuit reddita, obſcuro rubore in intenſam rutilantem tincturam abeunte, quæ tamen in inferiori gradu videbatur, reſpectu prioris intenſioris tincturæ.

Alteri medietati ſpiritum ſalis paulum inſtillavi, unde prior obſcurus color idem permanſit, ſi non obſcurior redditus fuerit, conſiſtentia ferè eadem fuit; ad latus & ſolem probè conſiderata tinctura, intenſè rubra, intenſior, quàm illa, cum lixivio obſervata fuit.

Tentamen XX.

Die 13. Februarii offerebatur urina ruſticæ, craſſa, turbida, coloris, **wie Iſabell-Farbe / doch nicht hoch gefärbt**; quæ per aliquot horas aſſervata lentè deponebat copioſum & craſſum ſedimentum: hoc apparente probè confuſam urinam in duas medietates diviſi: Primæ inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum; unde urina turbida ſubitò clareſcere, craſſa attenuari incipiebat, & color aureus moderatè rutilans emergere: durabat ita per aliquot dies; ſedimentum ſepoſuerat nullum aliud, quam quale urinæ claræ etiam ex alcalibus injectis fixis ſolent ſeparare, nempe paucum, leve, latum, candidum.

Secundæ medietati phlegma nitri acidum inſtillavi, non clareſcebat, ſed in antiquo, craſſo, turbato ſtatu permanebat, tota die, & ſucceſſivè ſeponebat ſedimentum: Tertia abhinc die conſiderata turbida, obſcurè tincta apparebat, cum ſedimento arctè in fundo in grumulos facilè diſſipabiles coagulato; ad latus & ſolem inſpecta intenſè rubicunda, in fundo quodammodo cum ſedimento nigricans conſpiciebatur.

Tentamen XXI.

Die 14. Februarii offerebatur urina ſtudioſi apparenter nephritici; erat confuſa, turbida, cum copioſis contentis ſaturata, pallida, **auch Iſabell gelblich /** tincta: medietas ejus per ſe aſſervata, altero die conſiderata ſepoſuerat copioſum ſedimentum, craſſum, incarnati coloris, **fleiſchfarbig /** quale interdum in febribus intermittentibus chronicis ſolet deponi, ſupernatante liquore claro, flavo, citrineſcente, mediocris, ferè tenuioris conſiſtentiæ.

Medietati alteri inſtillavi phlegma ſpiritus nitri acidum, unde in eodem turbido ſtatu permanebat, ſed videbatur citiùs ſeponere ſuum ſedimentum, idque forſan etiam copioſius: Altero die ſedimentum æquale obſervabatur illi, in priori medietate aſſervatæ, niſi quod magis coagulatum ſeu condenſatum, firmius invicem compactum, adeoque intenſius ad rubedinem aliqualem tinctum eſſet: Liquor ſupernatans clarus, perſpicuus, mediocris conſiſtentiæ, coloris intenſè tincti, rubri, quaſi ſanguinei.

Priorem illam ita aſſervatam medietatem dividi iterum in duas partes, & alteri medietati lixivium cinerum clavellatorum infudi: mutatio fuit, quod liquor clarus ſedimentis ſupernatans utrinque fuerit unus idemq;: ſed ſedimentum urinæ per ſe aſſervatæ ſupra dicto modo craſſum, ſpiſſum, incarnatum fuit: ſed quod ſubſedit in urina cum alcali tractata, hoc album, leve, ejusdem tamen cum altero quantitatis fuit, ita ut multum abluderet ab illo, quod per ſe ab alcalibus fixis ſubinde cadit, licet copioſius viſum fuerit.

Tentamen XXII.

Die 23. Februarii afferebatur urina ruſtici turbida, pallida, &c. hanc in duas partes diviſam alteri medietati lixivium cinerum clavellatorum inſtillavi; effectus fuit, quod prior pars, cui nihil additum fuit, pallida, turbida

Digitized by Google

turbida cum ſedimento candido, divulſo, ſed copioſo conſpiceretur; altera verò pars, cui lixivium inſtillatum fuerat, exhiberet ſupernatantem liquorem copioſum, perſpicuum, clarum, coloris inter citrinum & fulgidum medii, in fundo ſedimentum, magis album illo, ſed etiam paucius, evectum tamen & magis æquale, ſed quod levi motu tamen diſſiliret, conſpiciebatur; & ita cum lixivio urina imprægnata, magis tincta clara & perſpicua cum ſedimento quidem parciori, ſed apparenter laudabiliori conſpicua fuit.

Hinc illi medietati urinæ, cui nihil additum fuerat, inſtillavi phlegma nitri acidum, unde altero die inſpecta pallidum, albidum, aliquantiſper rubeſcens, loturæ carnium pallidæ ſimile phlegma copioſè ſupernatans exhibebat, ſed ſubſidebat copioſum, craſſum, ex rubro albeſcens, ſedimentum, longè copioſius, ſpiſſius, & alius coloris quam illud, quod vel prius erat, vel cum lixivio cinerum clavellatorum miſtum fuerat.

Tentamen XXIII.

Die 1. Martii urinam propriam naturaliter tenuem, ſed bene tinctam colore citrino accepi, & hujus medietati alteri acetum deſtillatum inſtillavi, altera medietate per ſe relicta: effectus fuit, quod urina ita per 3. vel 4. dies relicta, iſta pars quæ aceto erat imprægnata, eleganter quidem, ſed intenſius quam altera eſſet colorata, color quaſi aureus, ſed moderatus, reſpectu citrini conſpiceretur, illâ per ſe relictâ urinâ ſine alteratione ulla obſervabili.

Tentamen XXIV.

Die 20. Martii accepi urinam claram, craſſam, intenſè rubro fulgido colore tinctam, cujusdam tertianarii, quam dicebant brevi poſt cum copioſo ſedimento turbatum iri: hujus ergo, quia copia ejus aderat, parti uni ſpiritum ſalis, ſecundæ ſpiritum ſalis ammoniaci, tertiæ ſpiritum vini rectificatum affudi, quartam per ſe reliqui; effectus fuit, quod ex omnibus iſta pars, cui ſpiritus ſalis ammoniaci infuſus erat, citiſſimè turbaretur, & ſedimentum candidum ſeponeret, liquore claro intenſius naturali modo tincto ſupernatante: hinc urina per ſe aſſervata turbabatur, & ſedimentum ex albido rubeſcens ſeponebat, ſimili liquore ſupernatante; pariter hinc etiam, & eodem ferè tempore, **ein klein wenig nach einander** / turbabatur etiã iſta, cum ſpiritu ſalis quæ erat imprægnata, & ſeponebat ſpiſſius & denſius compactum ſedimentum, intenſius ad rubedinem declinans, liquore colore intenſè rubro claro ſupernatante. Tandem, & quidẽ ultimò & iſta cum ſpiritu vini imprægnata turbabatur, ſed parum vel nihil aberant ejus alterationes ab urina per ſe ſine additione alterius relicta: ut ita nullo horum præcipitatio & turbatio impediri potuerit.

Tentamen XXV.

Die 10. Auguſti accepi urinam ſoceri naturaliter conſtitutam, i. e. craſſam, citrino intenſo colore tinctam, claram, absque contentis: & parti inſtillavi ſpiritum nitri, unde color ſanguineus rutilans intenſè emerſit ſucceſſivè, urina clara & absque ſedimento ullo permanente: non ſecus ac urina ipſa illa per ſe aſſervata; ſed alteri parti inſtillavi ſolutionem ſalis tartari, ſcilicet capitis mortui ſpiritus carminativi, & breviter urina turbida evadebat, colore multum remiſſione, ad pallidiorem declinante, & poſt aliquot horas ſedimentum craſſum, album, reſpectivè copioſum ſeponebat, urinâ clarâ coloris citrini remiſſi, multum à priore colore declinantis ſupernatante.

Tentamen XXVI.

Eodem die accepi ſervi ſtabularii urinam tertiana intermittente ardente laborantis, erat craſſa, clara, intentè aureo colore tincta, cum nubecula per totum liquorem diffuſa. Hinc inſtillavi ſolutionem ſalis tartari modo inſinuatam, unde liquor turbari, color multum remitti, & ſatis copioſum candidum craſſum ſedimentum ſeponi cœpit, coloris citrini, urinâ clarâ mediocriter, aliquantiſper turbidulâ ſupernatante.

Tentamen XXVII.

Die 16. Auguſti accepi urinam famuli ex tertiana intermittente, ardente, imperfectè tamen judicata, reſtituti; urina erat naturaliter conſtituta, i. e. clara, craſſa, paulò intenſiùs tincta absque contentis: huic per 6. & plures horas absque ſenſibili mutatione ita quieſcenti inſtillavi ſpiritum ſalis ammoniaci cum cineribus clavellatis factum; hinc pededentim urina turbari, ſedimentum craſſum, æquale, copioſum, mediam ferè vitri ſeu urinæ partem occupantem demittere cœpit, urina ſupernatante clara, eodem fere ac prius colore tincta, & ita alcali volatile, non ſecus ac alcali fixum copioſum, quaſi chyloſum album ſedimentum præcipitavit.

Tentamen XXIIX.

Die 10. Auguſti modò dicti ſtabularii accepi urinam, quæ perfecta exhibens coctionis ſigna, ſedimentum perfectum ſeponebat, urinâ clarâ ſupernatante: nihilominus urinæ claræ filtratæ inſtillavi ſolutionem cinerum clavellatorum, unde nihilominus urina primò turbari nonnihil, hinc ſedimentum

candidum ſeponere & clareſcere ſupra incepit.

Tentamen XXIX.

Eodem die famuli mei dicti urinam collegi, quæ mediocris conſiſtentiæ & tincturæ, nonnihil turbida erat,& etiam ita permanebat; hinc in 3. partes diviſæ alteri ſpiritum ſalis, alteri ſolutionem cinerum clavellatorum inſtillavi, tertiâ per ſe aſſervata. Hinc urina, cui ſpiritus ſalis inſtillata, ſucceſſivè rubeſcere cœpit, ita ut tertio die poſt inſtar ſanguinis rubra apparuerit,perſpicua quidem cum aliquali ſedimento, quæ integro nihilominus die adhuc turbidula permanebat.

Urina iſta, cui ſolutio cinerum clavellatorum inſtillata, pallidior multo facta fuit, & copioſius ſedimentum depoſuit, præſertim circa latera vitri glutinoſum affixit, & turbidula perſeveravit.

Tertia per ſe aſſervata immutata perſtitit, quaſi media inter duas iſtas extremas.

Tentamen XXX.

Die 20. Auguſti offertur urina Studioſi juvenis turbida, cum copioſo ſedimento, quæ ante fuerat clara; hinc bipartitæ infudi ſolutionem cinerum clavellatorum, item ſpiritum ſalis: Urina, cui ſolutio cinerum clavellatorum erat infuſa, ſubitò clareſcebat, & eleganti colore & conſiſtentia naturali paulo intenſioribus erat conſpicua absque ullo contentorum veſtigio: manebat ita toto die; altero manè videbam, quod hæc ipſa urina copioſum craſſamentum parietibus vitri, quousque illud attigerat, affixerat, & etiam ſedimentum craſſius flaveſcens ſepoſuerat, urinâ probè tincta ritè conſtituta ſupernatante.

Illa vero urinæ portio, cui ſpiritus ſalis fuerat inſtillatus, turbida manebat; per 4. vel 5. horas,& tunc ſenſim cum intenſiori tinctura clareſcere, & penitus perſpicua evadere incipiebat: altero manè tinctura perſpicua ſanguinea fuit tincta cum pauco, ſed quaſi fabuloſo ſedimento, tàm fundum petente, quàm circa fundum parietes vitri nonnihil occupante.

Tentamen XXXI.

Die 15. accepi urinam ad malum hypochondriacum aliàs proni, quem pleuritide quaſi notha laborare putabam; urina erat craſſa,turbida,cum copioſis contentis imprægnata; hujus pars una ſibi relicta ſucceſſivè clareſcere, & urinam naturaliter ferè conſtitutam, ſed nonnihil intenſius tinctam exhibebat, cum ſedimento copioſo, molli, levi, quaſi lateritio.

Parti ſecundæ inſtillavi acre lixivium ſolutionis alcali cinerum clavellatorum, & ſalis tartari: hæc brevi poſt clareſcere & urinam optimè conſtitutam, ſed intenſiùs,quàm naturaliter debebat, aureo ſcilicet colore tinctam exhibebat, qui color etiam intenſior erat, quàm ille, quem modò dicta urina ſibi relicta, poſt ſedimenti ſepoſitionem repræſentabat: ſanè in hac urina alcaliſata ne veſtigium quidem contentorum aderat; in fundo leve quaſi ſedimenti candidulum veſtigium apparebat: de cœtero aliquali ſalina pellicula incruſtata apparebat urina; & toti urinali circumferentiæ, quousque urina pertigerat, ſalibus candidis cryſtalliſatis, quaſi conglaciatis erat obducta; quaſi ſcorbuticis, ſed candidis glaciei inſtar.

Parti tertiæ inſtillavi ſpiritum nitri probè rectificatum; liquor hinc ſeponendo copioſum ſedimentum clareſcere incipiebat, & intensè ſanguineo colore tinctâ apparebat, ipſum ſedimentum viſcidius, tenacius, & magis invicem concentratum, obſcurioris etiam coloris, quàm illud in urina ſibi relicta erat: undique etiam urinalis parietibus copioſa ſalia cryſtalliſata, ruffa, iſtis ſcorbuticorum ſimilia ſe affixerant, ſed non videbantur copioſa adeo, quia fundo urinalis copioſiora ſeceſſerant. Loco ſalium iſtorum in urina ſibi relicta, albida ſubſtantia, quaſi tenuis, viſcida cruſta urinale obduxerat.

Accepi porro hanc urinam per alcali clarificatam, & inſtillavi ſpiritum nitri, & ſine ulla effervescentiæ nota mox turbabatur urina, & exactiſſimè eandem repræſentabat faciem, quam habebat urina allata, antequam eam in tres partes divideram.

Urinæ verò per ſpiritum nitri ſupra imprægnatæ affudi alcali ſolutionis tartari, donec ceſſaret effervescentia: & ita omnes urinas per triduum reliqui. Effectus fuit, quod urina denuo per acidum turbida facta ſepoſuerit ſucceſſivè ſuum ſedimentum, & liquor clarus intensè tinctus ferè rubeſcens ſupernataret, nempe ab acido nitri.

Urina verò illa, cui alcali inſtillaveram, ad ſaturationem usque, ſedimentum ſuum ſemper retinebat, & liquor intenſiſſima ſanguinea tinctura tinctus, clarus tamen ſupernatabat, alcali, (quod mirabar) tincturam illam nil immutante.

Urina ſibi relicta, ſimul huc usque aſſervata, non mutata erat, niſi quod cruſta ſeu ſubſtantia albida, quæ parietes vaſis incruſtaverat, evanuiſſe videbatur, ejusque loco arenæ rubræ ſcorbuticæ, ſeu potius ſalia cryſtalliſata apparebant.

Tentamen XXXII.

Die 28. Decembris affertur urina puerperæ febre quaſi tertiana correptæ, ipſa jam quinta

Digitized by Google

quinta ſeptimana in puerperio exiſtente: Urina erat turbida, cum copioſo ſedimento craſſo, incarnato, &c. medietati infudi ſolutionem alcali tartari; unde brevi poſt clara apparebat, ſed ſedimentum non adeo copioſum, adeoque ne medietatem prioris ſedimenti exhibens, iſtudque leve, diſperſum ſeponebat: alteram medietatem fornaci impoſui, quæ caloris beneficio denuo inclaruit, ſedimentum etiam illius ferè cum modo dicta urina quantitatis, ſed lateritium ſepoſuit: Urinæ claræ ſupernatantes erant aureæ, ſed illa cum alcali intenſiorem tincturam exhibebat, quam hæc ſine alcali: nempe lateritius color ſedimenti poſterioris impregnabat urinam, quæ exinde tincturam illam intenſiorem accepit.

Tentamen XXXIII.

Die 26. Aprilis urina ſanguineo colore tincta affertur, craſſa cum ſedimento pauco quaſi ſanguineo, aut ſaltem incarnato: inſtillavi lixivium alcalicum ex capite mortuo ſpiritus carminativi, & ecce turbida paulatim, & contentum albidum excernere incipiebat, idque copioſum, quod pededentim ad fundum ſecedebat, & ſedimentum illi ſanguineo pauco ſedimento ſupernatans copioſum album conſtituebat, urina clara ſupernatante, etiam adhuc ſanguineo, ſed minus obſcuro, adeoque minus intenſo exiſtente: copioſa ſalia cryſtallina alba ſeu perſpicua incruſtaverant matulam; æſtus hujus noctis præceſſerat intenſiſſimus.

Tentamen XXXIV.

Die 27. Aprilis ejusdem perſonæ affertur urina, ſed non adeo intensè tincta, nec æſtus intenſus adeo fuerat illius noctis, per uſum nitri antimoniati & miſturam lapidum cancrorum, cum aceto infringente æſtum, erat clara, intensè tincta absque ſedimenti veſtigio; hinc inſtillo de eodem lixivio, & ſucceſſivè extrudebantur ex eodem contenta albida, modicè craſſa, quæ copioſum ſedimentum album compactum conſtituebant.

Tentamen XXXV.

Die 27. Aprilis, pueri febre lenta correpti, quæ tamen nonnihil remittebat, urina clara inſtillatione alcaliſati hujus lixivii extrudebat ſimiliter copioſam materiam albidam, moderatæ conſiſtentiæ, quæ copioſè fundum petebat, & copioſum, album, craſſum, & grumoſum quaſi ſedimentum conſtituebat.

Tentamen XXXVI.

Die 28. Aprilis ejusdem pueri urinæ in duas partes diviſæ, claræ, perſpicuæ, paulò intenſius tinctæ, inſtillavi alteri medietati lixivium alcaliſatum dictum, & exinde extrudebatur ſubſtantia albida, craſſa, quæ ſedimentum ſimile moderatæ quantitatis conſtituebat: ipſâ urinâ ſupernatante in tinctura aliquantulum remittente, altera urina, cui nihil inſtillatum erat, absque alteratione ita permanente: Poſt horas aliquot huic cum alcali præcipitatæ urinæ inſtillavi ſpiritum nitri, & ecce ſubitò hic ſpiritus viſibiliter egit in ſedimentum iſtud depoſitum, cum ex hoc copioſæ bullæ, effervescentiæ & roſionis teſtes elevatæ ſint, & diu duraverit hæc effervescentia, ita ut maximam partem ſedimentum hoc denuo in urinam obliteratum fuerit: reſtitit tamen aliquantulum ejus, etiam per repetitam ſpiritus nitri inſtillationem non reſolubile, aut abſorptibile. Mixtura autem hujus urinæ altero manè intenſiſſimè tinctæ ſanguineo erat colore, ob copioſiorem ſpiritus nitri affuſionem.

Tentamen XXXVII.

Die 29. Aprilis accepi urinam fœminæ febre tertiana correptæ, hanc mane poſt finitum paroxyſmum collectam, craſſam, turbidam copioſis contentis & ſedimentis variis impregnatam, & coloris conſequenter obſcuri ſeu non ritè agnoſcibilis in 3. partes diviſi:

Prima pars ſibi relicta ſucceſſivè ſedimentum ſepoſuit ferè lateritium, ſupernatante urinâ clarâ, aurei coloris, cum affixis copioſis parvis ſalibus ſcorbuticis: ſed hæc alteratio ſecundo demum die cognoſci poterat.

Alteri medietati adhuc turbidæ mox atq; acceperam, inſtillavi lixivium ex capite mortuo ſpiritus carminativi, & ſubitò clareſcere & perſpicua reddi cœpit urina, aurei coloris, qui iſti colori, quem modò dicta urina repræſentabat, non multùm abſimilis erat, ſaltem non inferior, ſedimentum turbidum ex parte reſorbebatur à liquore, non tamen totum, iſtud tamen, quod adhuc reſtabat, copioſum, album erat, nec ſimile iſtis, quæ in duabus cæteris medietatibus obſervabantur.

Tertiæ parti inſtillavi ſpiritum nitri; hæc urina tardiſſimè omnium ſedimentum perfectè præcipitabat; ſed poſt biduum cum iſtis exactè collata exhibebat ſedimentum primæ, ſibi relictæ urinæ, ferè ſimile, ſed ſpiſſiùs & quaſi magis concentratum; urina ſupernatans clara, intenſiùs cæteris tincta & ad ſanguineum colorem vergebat, pro acidorum inſtillatorum natura; cæterum nec hæc, nec ſecunda urina ſalia cryſtalliſata ſeu areniformia exhibebat, utut in hac ultima quædam ejus veſtigia apparerent.

Tenta-

Digitized

Tentamen XXXIIX.

Die 29. Aprilis ejusdem fœminæ colligi feci urinam, adeoque post diem intermissionis ante paroxysmum imminentem, hæc urinæ prioris diei similis in 2. partes divisa fuit; priori instillavi de eodem lixivio, & subitò omnis urina clara, perspicua, aurei intensi coloris facta fuit, quæ sequente die exactè considerata aliquale, sed paucum admodum & leve sedimentum candidum exhibuit, reliquo omni ab urina alcali beneficio denuo absorpto. Posteriori parti instillavi spiritum nitri; hæc tardius se alteravit, sequente die cum illa simul considerata exhibuit sedimentum debitæ quantitatis; sed, ut fiebat ab acidis, in unum quasi concentratæ, lateritiæ & obscuræ faciei, urina supernatante notabiliter & intensiùs tincta, & ad sanguineum colorem vergente.

Commutavi has urinas & illi, cui alcali instillaveram, sequente die instillavi spiritum nitri; effectus fuit, quod copiosa, crassa, grumosa contenta extruderentur, & sedimentum copiosum crassum constituerent.

Illi verò urinæ, cui spiritum nitri instillaveram, sequente die lixivium illud instillavi; effectus fuit, quod sedimenti maxima pars resorpta fuerit, & hinc flocculi crassi in urina clara saltem natarent, qui agitatione facta fundum sedimenti instar occupabant, non tamen hoc copiosum erat, atque ante alcali additionem fuerat.

Utriusque urinæ color videbatur idem, saltem cum ultimo acidum instillassem, nonnihil magis turbidula, adeoque quodammodo quasi obscurior videbatur, illâ, cui ultimo alcali instillaveram, clariore; sed in colore ipso notabilis aut insignis differentia nulla; adeo ut vel per alcali fuerit remissior factus color urinæ, acidulatæ antea, vel per acidum intensior factus urinæ alcalisatæ antea color.

Tentamen XXXIX.

Puellæ $5\frac{1}{2}$ annorum sanæ collegi urinam, moderatè, ut solet, tinctam, cum mediocri encoremate; instillavi medietati lixivium illud capitis mortui spiritus carminativi, unde copiosum sedimentum candidum, sed successivè & pedetentim admodum extrudi, & fundum petere cœpit.

Alteri medietati instillavi spiritum nitri, unde nihil præcipitabatur, urina autem successivè intensius tingi, & ad rubedinem colorari cœpit, non tamen adeo intensè, sed multò remissius, quàm adultorum, etiamsi per aliquot dies ita stetissent.

Tentamen XL.

Die 2. Junii. Allata est aliunde urina fœminæ gravidæ, scorbuto & morbo chronico laborantis, turbida, cum copioso sedimento, quasi incarnato, instillavi medietati ejus alcali istud solutum, quod supra adhibui, & sedimenta præcipitata manebant, urina clarâ aureâ supernatante, & nulla observari potuit differentia, nec resorbebatur à liquore contentum, saltem contentum præcipitatum incarnati coloris in album colorem abibat.

Tentamen XLI.

Die 3. Junii. Studiosi febre maligna petechiali in statu laborantis urinam collegi crassam, claram ex aureo intensè rubescentem & quasi rubescentem, sine contentis, saltem encoremalis aliquibus vestigiis; hinc instillavi spiritum nitri, & intensius in tinctura exaltabatur, & ad sanguineum colorem ascendebat successivè, & vestigia illa encoremalis delebantur. Alteri parti instillavi lixivium alcali consuetum, & successivè, sed lentè admodum seponebat sedimentum album, prout in tali casu fieri solet, quantitatis mediocris; ipsa urina clara, quæ supernatabat, tenuior, & intensius ad rubedinem, idque notabiliter tincta observabatur, cum urina sibi relicta crassior, & minus rubra, sed ad auri colorem magis declinans conspiceretur.

Tentamen XLII.

Die 6. Junii accepi urinam Studiosi febre maligna laborantis, petechiali, jam perfectè convalescentis, & in quo natura per parotidem se jam levaverat; claram, crassam, & quæ antecedentibus diebus se turbaverat, adeoque spontè præcipitabilem; eamque in 3. partes divisi.

Primæ instillavi alcali, consuetum, & sub instillatione turbabatur urina, sedimentum candidum copiosum præcipitabat, prout alias fecerat, urinâ clarâ supernatante.

Secundæ instillavi spiritum nitri, & etiam brevi post turbabatur urina, crassa, lactea evadebat, sed aliquot horis clarescebat denuo perfectè, & tincturam longè intensiorem ferè sanguineam repræsentabat; in fundo parum admodum sedimenti obscuri, quasi lutosi, ne vicesima pars illius per alcali præcipitati, observabilis erat.

Tertia sibi relicta etiam turbida facta præcipitabat tandem, inclarescendo denuo, sedimentum crassum, quasi conglobatum, lateritium, prout in talibus fieri solet: huic instillavi lixivium consuetum, & remansit urina eadem, saltem copiosius & candidum redditum fuerat sedimentum, simile illi quod N. I. præcipitaverat.

Tentamen XLIII.

Die 12. Junii propriam urinam manè collectam in duas divisi partes, quarum alteri lixi-

Digitized by Google

lixivium capitis mortui ſpiritus carminativi, alteri lixivium cinerum clavellatorum inſtillavi, & utrobique idem ſequebatur effectus, nempe præcipitabatur ſubſtantia candida, quaſi grumoſa, & ſubſidebat æqualiter circa fundum.

Parti iſti, cui lixivium inſtillaveram, ſuperaddidi ſpiritum vitrioli Philoſophicum, donec ceſſaret aliqualis effervescentia, quo facto ſucceſſivè imminuebatur ſedimentum, ita ut paucum & rarum ſaltem per inferiores urinæ regiones, diffuſum leviter nataret, maxima ejus parte abſorpta; & urina ipſa ſequente manè inſpecta, ſanguinei ferè, ſaltem intensè aurei conſpiciebatur coloris.

Tentamen XLIV.

Die 17. Junii æſtuoſiſſimo tempore accepi urinam naturaliter, ſed paulo intenſius tinctam, & conſtitutam, à quodã ægro transmiſſam: cujus etiam una pars per ſe aſſervata, intra 24. horas absque ſenſili alteratione durabat.

Secunda pars fuit cum ſpiritu nitri imprægnata, & hæc ſucceſſivè intenſiorem ad ſanguineum accedentem colorem acquiſivit, ſine ſedimento, ſaltem arenæ rubræ fundum occupabant, mobiles, & numeroſæ, non verò lateribus aut fundo vitri affixæ: & tales etiam in urina ſibi relicta, ſed pauciores multo obſervabantur.

Tertiam & quartam partem recepi, & alteri lixivium cinerum clavellatorum fortè, alteri ſpiritum ſalis Ammoniaci fortem ad ʒiß inſtillavi, effectus fuit idem; nam ipſa liberaliori inſtillatione turbari, & candidum leve contentum extrudere inceperunt, quod poſt agitationem ſedimentum album, leve, æquale conſtituebat, urina clara ſupernatante: ita ut alteratio utrobique ſimilis ſeu eadem, potius appareret, atque ita à meridie uſque ad noctem perdurabant; altero ſequente manè conſideratæ hæ urinæ in ſuperficie quaſi cruſtam pinguem habebant, & talis etiam parietes vitri, quouſque urina pertingebat, affricabatur: ſed illa urina, cui ſpiritus ſalis ammoniaci inſtillatus fuerat, clara coloris intensè aurei, ſed tenuis ſupernatabat liquori: illa verò, cui alcali fixum inſtillatum, nonnihil turbida, & ſemiopaca, minus intensè tincta erat: an avolationi ſalium volatilium ac æſtuoſo tempori, an alii circumſtantiæ adſcribam differentiam hanc, hæreo.

Tentamen XLV.

Ut certius ſcirem, an alcalia magis vel minus tingant; accepi urinam pueri undecim annorum claram, intensè tinctam ſine ſedimento, cujus medietati inſtillavi parum lixivii cinerum clavellatorum, & ſine ſenſili alteratione ita per aliquot horas duravit; equidem tantillum videbatur pallidior, ſed de quo certum quid colligere haud liceret; inſtillavi ergo plus de dicto lixivio, idque duabus ſucceſſivis vicibus, & more ſolito pedetentim ſedimentum candidum chyloſum ad fundum præcipitabatur, & liquor clarus ſupernatans manifeſto pallidior erat, quam illa altera medietas, per ſe quæ aſſervata fuerat, & hæc absque ſedimento permanebat, ſed illa cum alcali copioſum ſedimentum ſeponebat.

Tentamen XLVI.

Die 25. Septembris recipiebam urinam fœminæ benè ſanam, matutinam: & hujus ʒiiß inſtillavi ʒiß lixivii cinerum clavellatorum; unde mox ſeponebat ſedimentum candidum, moderatè copioſum, leve; reliqui ita per octo horas, & in colore non permutabatur, reſpectu urinæ ſanæ, ſaltem quod ſedimentum tale ſuppoſuerat: huic inſtillavi ʒß ſpiritus nitri: unde levi prævia effervescentia reſorbebatur denuo omne ſedimentum; reliqui ſic uſque ad alterum manè & urina eadem erat, naturali urinæ in colore & aliis proprietatibus ſimilis & tantillum ſaltem albi craſſamenti in fundo vitri obſervabatur; & ſuperficiem quaſi cruſta pinguis denſa oblinebat.

Urinæ ejusdem ʒiiß. inſtillavi ſpiritum ſalis Ammoniaci, cum cineribus clavellatis & eadem ſequebantur phænomena, hinc poſt 8. horas inſtillavi ſpiritus nitri ʒß. reſorbebatur ſedimentum maximam partem, ſed non omne, unde adhuc bina vice ʒß. ſpiritus nitri inſtillavi, antequam omne ſedimentum reſorpſerit: poſt primam inſtillationem ſpiritus nitri, nullus color mutatus etiam poſt aliquot horas notabatur; ſed poſt binas alteras inſtillationes ad alterum manè aſſervatas notabiliter citrinum colorem in aureum mutatum obſervavi; nulla cruſta ſupernatabat.

Urinæ ejusdem ʒiiß inſtillavi ſpiritus nitri ʒß & absque alteratione alia ſucceſſivè intendebatur color, & ad aureum ſeu aurantium aſſurgebat, notabilem, imprimis cum altero manè aſpiceretur, ſed craſſamentum pauxillum ponderoſum, quaſi arenulæ albidæ fundum matulæ obſidebant.

Ut ulterius promoverem hæc tentamina, urinæ huic ultimæ ſequente manè inſtillavi lixivii iſtius cinerum clavellatorum, ʒj & hora una alterave interjecta iterum ʒj. & ecce, turbari nonnihil, & ſucceſſivè ſedimentum candidum ſeponere incipiebat, ſimile illi, quod ex eodem lixivio dictæ urinæ ſimplici inſtillato cadere ſolebat, non tamen adeo copioſum, ut mihi quidem videbatur. Tinctura etiam intenſior aurantia remiſſior & aurea ſaltem reddebatur.

Urinæ illi priori, cui per lixivium præcipitaveram, per ſpiritum verò reſtitueram ſedimentum, inſtillavi denuo ʒj. lixivii illius, idque paulo poſt repetii, ſimili quantitate, & iterum turbari & ſimile ac prima vice ſedimentum

mentum candidum leve ſeponere incepit: & naturali reddebatur illi primo ſub tentamine ſimilis, ſaltem quod intenſior nonnihil, ferè aurea eſſet ejus tinctura, quam naturalis illa fuerat, quem majorem tincturæ gradum ex ſpiritu nitri die priori inſtillato contraxerat.

Urinæ illi ſecundæ per ſpiritum ſalis Ammoniaci præcipitatæ, ſed per ſpiritum nitri reſtitutæ, inſtillavi denuo bina vice lixivium cinerum clavellatorum ſimile, ſingulis doſibus ʒi. & ſucceſſivè idem ſedimentum album atque prius, & ut videbatur in eadem quantitate reddere incipiebat, imminuebatur etiam nonnihil intenſior à ſpiritu nitri contracta tinctura, & remiſſior reddebatur.

Hæc ultima præcipitationis poſt ſpiritum nitri experimenta, nondum penitus mihi ſatisfaciunt, quia lixivium iſtud impurius de terra ſua fixa ſimul reddere nonnihil videbatur.

Tentamen XLVII.

Die 1. Octobris accepi urinam juvenis tertiana duplicata per aliquot ſeptimanas laborantis, quæ craſſa erat, turbida cum copioſis ſedimentis incarnatis: Hujus in duas partes diviſæ, alteri medietati inſtillavi lixivium purum capitis mortui carminativi, & exinde poſt repetitam agitationem ſucceſſivè ſedimentum candidum copioſum ejusdem quantitatis atque antea fuerat, fundum petebat, invicem cohærens, urinâ clarâ, aurantii coloris, ſupernatante.

Alteri medietati inſtillavi ſpiritum nitri, & ſub ipſa agitatione intendi tinctura tam urinæ, quam ſedimenti videbatur, poſt quietem idem ſedimentum, quod ante fundum petierat, ſed intensè rubeſcens, longè magis rubicundum, quam ante inſtillationem fuerat: urina, quæ ſupernatabat, clara, ſed obſcuri ex rubeo ſanguinei erat coloris.

Poſtmodum huic ipſi medietati poſt aliquot horas lixivii præfati ex capite mortuo ſpiritus carminativi inſtillavi, effectus fuit, quod liquor in tinctura nonnihil remiſerit, & ſedimentum ex rubro colore multum albidius factum fuerit.

Tentamen XLIIX.

Die 8. Octobris accepi urinam fœminæ naturaliter conſtitutam, citrinam, ſed cum copioſo ſedimento, albo, raro, levi, pyramidali, laudabili, ipsâ nempe ſana exiſtente, ſed aliqualibus hyſtericis pathematis conflictatæ, hujus urinæ claræ copioſæ ſupernatantis, ſedimento cum parte urinæ relicto parti primæ affudi lixivium purum & clarum capitis mortui ſpiritus carminativi, & ſubitò ſedimentum candidum fundum petebat, ſimillimum illi, quod ſponte ſua deciderat.

Secundæ inſtillavi ſpiritum vitrioli philoſophicum, & nulla turbatio aut ſedimenti receſſio obſervari poterat, omnia potius clara permanebant, & urina pedetentim intendi quoad colorem incipiebat.

Hinc vice verſâ illi urinæ, turbatæ ab alcali, primo inſtillavi de ſpiritu vitrioli philoſophico, & omnia clareſcere denuo, & majorem, quam prius, claritatem recipere inceperunt, & ita perſiſtere.

Econtra per ſpiritum vitrioli philoſophicum urinæ claræ conſervatæ ſecundo inſtillavi lixivium iſtud, & ſubitò ac ſub ipſa inſtillatione turbari, & ſedimentum candidum ſeponere denuo incepit urina, ac ſi nihil acidi imbibiſſet.

Tertiò, urina clara decantata per ſe aſſervata absque alteratione permanebat.

Quartò, urinæ illi, cui poſt claræ decantationem ſedimentum reliqueram, inſtillavi lixivium præfatum, & ſedimentum iſtud permanebat, imò ferè augeri videbatur.

Adeò acida continent, ſolvunt, figunt, uniunt, mutuò coagulant contenta cum liquore in urinis: alcalia econtra præcipitant, ſeparant contenta ex liquore.

Quintò, urinæ claræ per ſe aſſervatæ ulterioris tentaminis ergo inſtillavi ſpiritum ſalis Ammoniaci cum cineribus clavellatis paratum, & pariter turbari, albeſcere & ſedimentū candidum ſucceſſivè deponere incipiebat.

Sextò, huic ipſi urinæ poſt aliquot horas inſtillavi ſpiritum vitrioli philoſophicum eundem, & poſt ſufficientem hujus inſtillationem, ſedatâ effervescentiâ, omne ſedimentum denuo abſorberi, & urina in naturalem faciem clareſcere incepit, ac naturali ante cujuslibet inſtillationem ſimillima reddita fuit.

Tentamen XLIX.

Die 9. Octobris accepi urinam viri, qui conflictabatur febricula continua lenta, cum virium proſtratione, faucium inflammatoria excoriatione, & uvulæ prolapſu, facilique alvi fluxu, in principio ad diarrhœam inclinante, & anorexia, hæc manè collecta intensè ſanguineo colore tincta, perſpicua, craſſa, cum nubecula per totam urinam diſperſa, à meridie reddita fuerat turbida, cum copioſo divulſo ſedimento, quaſi miliaceo, coloris Iſabellici, ſupernatante pauco liquore claro, intensè aureo colore tincto; huic veſperi in duas partes diviſæ inſtillavi

Primæ lixivium prædictum ex capite mortuo ſpiritus carminativi, & ſubitò ſub ipſa inſtillatione urina turbida clara & in antiquum ſuum colorem rutilantem reſtituta fuit: ſed cum poſt cœnam eam denuo conſiderarem, aliquale ſedimentum rotundum candidum ſepoſuit, urina clara, & ſimiliter, ut modò dicta, ſupernatante.

Secundæ ſpiritum vitrioli philoſophicum inſtillavi, & urina eadem manſit, craſſa, turbida, cum teterrimo ſedimento: etiam poſt cœnam denuo conſiderata.

Altero

Digitized by Google

Altero manè utrasque urinas conſidero, & invenio priorem cum alcali clarificatam, eodem modo ac veſperi ſe habentem, ſedimentum paucum, craſſum, candidum in fundo nactam: altera illa cum acido ſedimentum ſpiſſum, obſcurum ſepoſuerat: liquore rutilante intensè & craſſo ſupernatante: Videbatur horum ſedimentorum ea proportio quod candidum, & leve in urina alcaliſata medium ejus eſſet, quod craſſum, ſpiſſum, obſcurũ quaſi in duplo in urina acidulata fundũ petierat: (nempe & urina talis ſponte ſua ſpoſito ſedimento liquorem clarum ſupernatantem ſuggerebat.)

Pergebam, & urinam alcaliſatam decantavi à ſedimento craſſo, aliquantulo urinoſi liquoris adhuc diluto: & liquori decantato claro acidũ infudi, nulla alteratio, præterquã inſignis caloris intenſio cũ copioſiſſima ſpuma: reſiduo ſedimento etiam ſpiritum eundem inſtillavi, ſed ſedimentũ idem remanſit, & poſt agitationem denuo in fundum reſedit.

Urinam verò illam acidulatam parili modo diviſi, & parti claræ inſtillavi alcaliſatum idem lixivium, nulla alteratio, ſaltem tincturæ remiſſio, parti verò cum ſedimento relictæ inſtillavi alcaliſatum idem, & ſubitò omne ſedimentum evaneſcere & in liquore reſorberi cœpit, ita ut nullum ejus veſtigium appareret, & urina minus clara, ſed intenſius tincta redderetur, ac manebat talis ultra horam; poſt bihorium urina album ſedimentũ æquale ſepoſuerat; quod ſucceſſivè augebatur, ut ad veterem quantitatem rediiſſe tandem videretur.

Tentamen L.

Die 17. Octobris accepi urinam propriam, ſanam, citrinam, adeoque naturaliter conſtitutam, ſed, ut ſolebat, nonnihil tenuem; affudi medietati ejus ſuccum cydoniorum, benè maturorum, per reſidentiam ſpontaneam depuratum, & filtratum per chartam, altera medietate ſibi relicta; effectus fuit, quod medietas hæc ſub infuſione ſuccі nihil alteraretur, utut per 24. horas ſibi relicta, & denuo conſiderata urina multo intenſiorem colorem contraxerit, illâ urinâ purâ aſſervatâ, adeo ut hæc citrina, illa cum ſucco cydoniorum aurea exactè appareret; inſtillavi aliquantulum lixivii capitis mortui ſpiritus carminativi, ſed nulla in colore alteratio, niſi quod ſedimentum candidum aliquantulũ pro more præcipitaretur.

Tentamen LI.

Die 21. Octobris urinam accepi cujusdam poſt gravem gonorrhœam adhuc, ut videbatur, ulcere proſtatarum laborantis, urina clara mox intensè turbida, craſſa cum copioſo ſedimento incarnato fiebat.

Medietati lixivium capitis mortui ſpiritus carminativi inſtillavi; alteratio erat, quod ſedimentum poſt requiem album, leve, & per totum ſibi æquale, copioſum, præcipitatum maneret, urinâ clarâ ſupernatante.

Alteri medietati inſtillavi ſpiritum vitrioli philoſophicum, ſedimentum cadebat intensè rubrum, & urina ſupernatans clara intenſiſſimè, tanquam ſanguine, vel intenſiſſima rubedine tincta conſpiciebatur.

Tentamen LII.

Die 22. Octobris accepi urinam propriam, cum ob cephalalgiam & vomitus veſpertinos quaſi intra 22. horas nil comediſſem; Urina clara intensè aureo colore, quaſi aurantio tincta ſucceſſivè turbabatur, & ſedimentum craſſum ſubincarnati coloris ſeponebat; huic inſtillavi lixivium conſuetum, & ſubitò clareſcebat denuo urina, & in priſtinum ſtatum redigebatur, aliquantiſper tamen ſubturbida nonnihil videbatur omnis urina, quæ per alcali inſtillatum reſtituitur; & ſignum, quod ab alcali reſtituatur urina, eſt, quod ſub inſtillatione lixivium fundum petit in urina, & ſedimentum ſuperiora loca; ſin verò ſedimentum in imo loco manet, vel æqualiter per urinam diſpergitur ſub lixivii inſtillatione, non reſtituitur, ſeu clareſcit talis urina. Reſtituta urina hæc permanſit ita per aliquot horas, ſed cum altero manè eam denuo obſervarem, de novo aliquantulum ſedimentum, ſed candidum & æquale ſubſederat, quantitate priori illi ferè æquale, certè non plus, ſi non paucius.

Tentamen LIII.

Die 23. Octob. urinæ propriæ, ſanæ, ac laudabiliter conſtitutæ in duas partes diviſæ infudi primæ parti ſolutionem ſalis Ammoniaci filtratam, & limpidam, hinc cum per aliquot dies & noctes ita ſtetiſſet, nulla alteratio aut immutatio obſervari potuit.

Secundæ parti ſolutionẽ ſalis communis filtratam inſtillavi; & cum etiã hæc per aliquot dies & noctes ita ſtetiſſet, nulla alteratio, ne minima quidem aut immutatio obſervari potuit.

Ob id utrisq; inſtillavi lixivium clarum capitis mortui ſpiritus carminativi: Effectus fuit, quod ſub ipſa inſtillatione contentum candidum, quaſi lacteũ extrudi & præcipitari cœpit, quod repetita agitatione fundum petiit, & urinam claram, limpidam, naturaliter tinctam ſupernatare permiſit: In ſedimento ſaltem hæc obſervabatur differentia, quod ceciderat ex urina cũm ſale Ammoniaco imprægnata, groſſius, grumoſius & glutinoſius, magisque cohærens; illud alterum, quod ex urina cum ſale communi imprægnata, fundum petierat, rarius, levius, & æqualius, undique æqualiter diſperſum apparebat.

Poſtmodum his ipſis urinis ita præcipitatis inſtillavi ſpiritum vitrioli philoſophicum, & ſucceſſivè ac paulatim admodum, nec niſi copioſè inſtillato hoc ipſo ſedimentũ abſorptum denuo fuit, idque nec totum, utut nullus dubito, quin, ſi continuaſſem ſpiritum hunc affundere, totum deniq; abſorptum fuiſſet. Nec tamen à ſpiritu affuſo intensè adeo tingeban-

Digitized by Google

dem manſit tinctura, ac antea, aliquantiſper ſed leviter in claritate minui, & nonnihil, ſed pauxillum opacari videbatur, manè ſequente ſedimentum aliquale candidum ſepoſuerat, de cætero eadem erat.

Tentamen LVIII.

Die 6. Novembris oblata fuit urina nephritici, qui per 4. jam ſeptimanas decubuerat, idque probabiliter ex calculo renum, ſed in quo vel excoriatio vel exulceratio multum inchoata in renibus aderat, absque tamen febri; erat turbida, ob copioſa contenta in eadem agitata, coloris rubeſcentis, tanquam ſi rubrica fabrilis pulveriſata, vel bolus Armena in aqua eſſet infuſa, & agitata: ſubſidere eam paſſus ſum, & ſedimentum copioſum coloris incarnati vel rubri pallidi ſeu perſici ſubſidebat, ſupernatante claro liquore, intensè tincto, flammeo; hanc in tres partes diviſi, &

Primæ parti lixivium capitis mortui ſpiritus carminativi inſtillavi, unde mox ſub agitatione ſedimentum diſſolvi, penitus evaneſcere & intra poros liquoris reſorberi cœpit: ſed cum per horam & ultra ſtetiſſet ſucceſſivè ſedimentum quoddam denuo ſe exhibere & ſenſim fundum petere cœpit, unde ſequenti die inſpecta urina copioſum denuo ſedimentum, ſed candidum, & facile in parvos ac leves grumulos ſecedere, & per urinam totum hinc inde mobile exhibebat, urina ſupernatans perfectè clara aurei coloris apparebat. Sedimentum hoc videbatur copioſius, quàm in urina primitus fuerat; ſed dubito, an revera ita ſit, cum mollis quaſi & minus coacta cohæſio & lanæ inſtar carminatæ rara ac minus denſa ſubſidentia majorem quantitatem fortè ſimulare poterat.

Urina illa per alcaliſatum inſtillatum ſibi reſtituta, ſi directè ex oppoſito oculi in linea recta aſpiciebatur, nonnihil turbida & rubeſcens apparebat, elevato verò urinali & ex obliquo ab imo ad ſummum directo oculo, ita ut lux de feneſtra deſuper quaſi in urinale incideret, & oculus per fundum matulæ ſurſum aſpiceret, perfectè clara aurea apparebat.

Alteri medietati inſtillavi ſpiritum vitrioli philoſophicum, & ſub ipſa inſtillatione ſedimentum per concuſſionem agitatum multò magis condenſari, & in ramenta ac moleculas majores quaſi coagulari intensè rubras cœpit, tanquam ſi fruſtula rubricæ fabrilis ineſſent, quæ brevi fundum petebant, & in ſedimentum craſſum, compactum, rubrum coibant, & in funem invicem agglomerabantur, unde & apparenter paucius quam antea apparebant, urina ſupernatans rubra intensè clara, & ſanguinea erat.

Tertia pars ſibi relicta interea etiam ſponte ſubſiderat, ſedimentum extrinſecus, ubi matulam attingebat, ad rubrum incarnatum colorem accedebat; quod intus in urina agglomeratum exactè farinam laterum recentium, adeoque colorem intenſe croceum referebat: urina ſupernatans clara, flammea erat, adeoque coloris nonnihil intenſioris, quam illa prima alcaliſata, remiſſior verò longè quàm illa cum ſpiritu vitrioli acidulata.

Tentamen LIX.

Die 7. Nov. recipiebam urinam cujusdam, qui diu æger erat, quod febre quartana ſæpius recidivante laboraverat, evanuerat quidem febris, ſed conſueto nihilominus tempore aliqualem ſubinde imbecillitatem, & aliqualia æſtuationis cujusdam veſtigia ſentiebat: ſtomachus nondum rectè ſe habebat, cereviſias lupulatas penitus abhorrebat, &c. Hujus urina manè poſt talis paroxyſmi quaſi diem collecta, turbida, craſſa erat cum copioſo ſedimenti quaſi viſcido, rubicundo; examinata eadem, ac modò dicta ferè exhibebat phænomena, per alcali ſibi reſtituebatur, hinc ſucceſſivè candidum, leve, molle & rarum, ſed copioſum ſedimentum ſeponebat, ſupernatante urina clara aurea; cum ſpiritu vitrioli tractata citius ſeponebat copioſum, denſum, ac craſſum, rubrum ſedimentum, bolare, nec unquam clareſcebat ſub ſpiritus inſtillatione, cogebat potius ſedimentum, & poſt hujus reſidentiam urina clara ſanguineæ ferè rubedinis ſupernatabat: urina ſibi relicta ſedimentum rubicundum, ut dictum, ſeponebat, urina ferè aurea ſupernatante.

Tentamen LX.

Die 19. Octobris accepi urinam cujusdam quartana duplicata, ſed ferè declinante correpti, urina erat conſiſtentiæ mediocris, coloris ex rubro, ſed incerti, quia contenta jam ad turbationem & præcipitationem declinare videbantur; hanc in tres partes diviſi:

Primæ inſtillavi ſpiritum vitrioli philoſophicum & ſubito turbari & craſſamentum coagulatum per urinam rotari ſecundùm ſpiritus infuſi motum incipiebat, & craſſamentum hoc tandem totam urinam occupabat, & ſucceſſivè fundum petebat.

2. Urinæ alteri parti inſtillavi lixivium capitis mortui ſpiritus carminativi & pro more talium copioſè materiam candidam, craſſam æqualem in fundum ſeponere incipiebat.

3. Urina ſibi relicta ſucceſſivè turbari & ſedimentum craſſum ſeponere incipiebat; altero manè ſedimentum hujus urinæ & illius cum ſpiritu acido turbatæ conſiderans, ſedimentum ſibi relictæ urinæ obſervavi copioſum, aliquantiſper, ſed pallidè quaſi rubeſcens, æquale; illud ex acido coagulatum videbatur paucius, denſius conglutinatum,

Digitized by Google

& croceo colore lateritio intensius, quàm illud, tinctum, crassius & compactius; urina supernatans erat utrobique similis.

4. Urinis his duabus tàm per se quàm ab acido præcipitatis per filtrum à sedimento separatis, aurei coloris, pro experimento, quidnam præcipuè præcipitaretur, instillavi lixivium capitis mortui spiritus præfati, & pariter ac aliàs fieri solet, leve, candidum, æquale, sed paucum sedimentum seponere incepetunt, urina clara supernatante, quasi sanorum recenter emissæ urinæ ita præcipitarentur, aut tractarentur.

5. Urinæ isti sibi relictæ & sua sponte turbatæ ex parte sine filtratione asservatæ infudi lixivii præfati q. s. & exinde nullo modo clarescebat liquor, sed probè licet agitatus & plus lixivii fuisset infusum, tamen semper turbidus permanebat, & sedimentum brevi iterum cadebat, sed mutatum pro alcalisatorum more, nempe candidum, crassum & semigrumosum; non leve, æquale, subincarnatum, ut ante erat.

Tentamen LXI.

Die 29. Septembris collegi urinam fœminæ sanæ, probè tinctam, & crassæ consistentiæ.

Primæ parti instillavi spiritum nitri, & ecce brevi & successivè turbari, pallescere, & crassum divulsum sedimentum seu contentum in liquore, præsertim tamen circa fundum se exhibebat: mirabar effectum, aliàs non observatum; reliqui ita: altero manè observavi urinæ partem sibi relictam sponte sua turbatam esse, undè cessavit admiratio, nempe quæ sponte sua successivè turbantur, & præcipitantur urinæ, dum claræ adhuc sunt, ab acido instillato mox turbari & contenta præcipitabilia extrudi solent: sed cum hoc manè illam cum spiritu nitri imprægnatam observarem urinam, ecce claram denuò, & intensè aureo colore ad rubedinem vergente tinctam observavi, contentum anteà præcipitatum vix apparebat, tantillum albidi concentrati, sed levi motu dissipabile, & quod arenarum scorbuticarum instar in fundo deflueret, observabatur.

2. Urinæ sua sponte turbatæ, pallidæ, de eodem spiritu infundebam, quæ utut per plures horas immutata videretur, successivè tamen alterabatur, ita ut sequente manè considerata, clara, intensè aureo colore tincta, sedimento pauciſſimo, illi, quod modò in priori observatione notaveram, simili, in fundo se exhibente.

3. Urinæ instillavi lixivium ☿ spiritus carminativi: & more consueto copiosum candidum ad fundum seponebat, leve, æquale sedimentum: sed instillavi spiritum nitri, ad efferveſcentiæ usque cessationem, sed nihil ferè immutari videbatur, simili sedimento fundum occupante: ast altero manè crusta quasi pinguis, sed iridis aut caudæ pavonis instar colorata, salium nempe coagulum supernatare observabatur.

Tentamen LXII.

Die 17. Januarii 1678. urinæ propriæ benè constitutæ, in tres partes divisæ,

Primæ instillavi largiter spiritum vini rectificatiſſimum, & post 24. horarum spatium nullam aliam respectu partis sibi relictæ alterationem vel mutationem observare potui, quam quod nonnihil pallidior & aliquantisper turbidula appareret.

Secundæ parti instillavi ☿ spiritus carminativi, & pro more materia candida extrudi, & successivè subsistere incepit: hinc desuper infudi spiritum nitri, & mediante efferveſcentia absorberi denuo & absumi totum sedimentum cœpit; saltem levia quædam eneorematis vestigia supererant: sed de quibus ferè dubitabam, an ex sale fixo potiùs, quàm urina essent separata.

Tertia pars sibi fuit relicta.

Tentamen LXIII.

Accepi urinam fœminæ cum purpura icteroflavo symptomatico correptæ, quæ post curatam purpuram adhuc affectibus ictericis, licèt sine manifesta efflorescentia corripiebatur; hanc in 4. partes distribui, erat autem crassa, intensè tincta, coloris inter sanguineum & aureum medii, clara, sed videbatur nonnihil ad aliqualem turbationem dispositæ.

Primæ parti instillavi alcali fixum, lixivium spiritus carminativi;

Secundæ instillavi alcali volatile, spiritum salis Ammoniaci cum cineribus clavellatis paratum, effectus utrinque fuit, quod turbari urina & sedimentum candidum copiosum seponere cœperit, supernatante urina clara, mediocris consistentiæ, potiùs tenui, colore multò remissiori, aurantio: hac tamen cùm differentia, quod illa, quæ cùm volatili erat præcipitata, citiùs turbaretur, & copiosius sepositum sedimentum; istudque non adeò molle ac leve, quàm istud cum alcali fixo, & color supernatantis urinæ paulo etiam remissior esset, quàm illa cum fixo. Priori tum instillavi spiritum nitri, & sedata efferveſcentia sedimentum maximam partem resorberi cœpit, minuta ejus quantitate superstite in fundo; ipsa urina intensè tingebatur & sanguineum colorem induebat. Non autem erant perfectæ coctionis signa, quia subinde in morbo sponte recrudescebat, & acidum in primis viis abundabat.

Tertiæ parti instillavi spiritum nitri; unde

nulla

Digitized by Google

nulla in urina fiebat alteratio, etiam poſt 48. horas, ſaltem intenſius tincta comparebat, & tantillum flavi ſedimenti ſepoſuerat ad fundum: adeò nempe acida concentrant in urina contenta. Huic demum inſtillavi caput mortuum ſpiritus carminativi copioſum, nulla tamen alteratio ſuperveniebat, ſaltem poſt dimidiam demum horam turbari, & copioſum candidum ſedimentum ſeponere incipiebat, urina clara aurea ſupernatante.

Quarta urinæ pars ſibi relicta pedetentim turbari & copioſum ſedimentum craſſum ex albo-lateritium ſepoſuerat, cum arenulis quaſi ſcorbuticis hinc indè vitro affixis, urina clara, tenui, aurea ſupernatante. Huic tum inſtillavi ſpiritum nitri, & ſic ſedimentum omne abſorberi, & urina clareſcere cœpit coloremque intensè rubrum contraxit.

Tentamen LXIV.

Die 21. Januarii accepi urinam fœminæ, febre tertiana intermittente laborantis, & cùm jam primùm defeciſſet paroxyſmus, ſeu penitus evanuiſſet, adhuc turbidam cùm copioſo ſedimento collegi.

Primæ parti lixivium ☉ infudi: unde liquor attenuari, ſedimentum nonnihil apparenter quaſi reſorberi, ſeu potiùs ſaltem per totum liquorem diffundi, ſed deinde copioſius idem fundum petere candidum cœpit, ſupernatante urina clara, moderatè aurea.

Secundæ infudi ſpiritum vitrioli philoſophicum, & poſt 18. horas ſedimentum multò parcius, quàm in priori, in fundum ſeceſſerat ſpiſſius, & quod ne tertiam illius partem videbatur æquare, ruffeſcens: ipſa urina clara ſanguinea ſupernatante copioſis ſalibus ſcorbuticis undique vitrum incruſtante.

Tentamen LXV.

Eodem die ſingulare quid in fœminæ cujusdam urina obſervavi; laborabat hæc variis quaſi febrilibus ſymptomatis, ultimo geſtationis menſe gravida; urinam cùm copioſo ſedimento incarnati coloris ejiciebat, clara, aurea, ferè ſupernatante: claram hanc maſſam cautè decantavi, à ſedimento relicto, & inſtillavi eidem liquori lixivium ☉, unde adhuc pro more ſedimentum chyloſum præcipitatum fuit, copioſum: filtro mediante ſeparavi claram à ſedimento chyloſo, & reaffudi ſedimento illi ſpontaneò relicto incarnato, addendo adhuc plus de lixivio, ſed ſedimentum non niſi in colore alterabatur, quem album acquirebat, & conſiſtentia varius reddebatur: illi verò ſedimento chyloſo à filtratione relicto ſuperaffudi ſpiritum ſalis, ſeu vitrioli philoſophicum, putans, hunc ſedimentum iſtud reſorpturum, ſed fruſtra: manebat idem; & cùm poſt 18. horas easdem reviſerem, eodem modo eas obſervabam, ſaltem urina illa cum alcali intenſiùs longè tincta erat aurantio colore, illa cum acido remiſſius, vix aureo.

Tentamen LXVI.

Die 28. Januarii accepi urinam fœminæ, tertiana intermittente legitima correptæ, finito penitus paroxyſmo, quo tota die jejuna fuerat, collectam, copioſum admodum, leviter incarnatum ſedimentum ſuggerentem: huic infudi lixivium cinerum clavellatorū, & mutua agitatione facta urina clara (tantillum & vix ac ne vix quidem notabiliter turbidula) reddita fuit, & ſedimentum totum evanuit; permanſit ita ad diem ſequentem usque & inſtillavi medietati huic clarificatæ urinæ ſpiritum nitri; effectus fuit, quod turbida nonnihil hæc medietas reddita fuerit; ſed poſt 6. præter propter horas utrâque examinata, illa cum alcali clara, elegans, paucum, leve, candidum ſedimentum ſepoſuerat; hæc verò, cui ſpiritus nitri ſuperadditus fuerat, ejusdem ferè quantitatis, ſed nonnihil rufeſcens & quaſi liveſcens ſepoſuerat; urina clara aurea illa cum alcali medicata ſupernatabat, hæc verò cum ſpiritu nitri ſuperaddito turbidula nonnihil erat.

Atque his quidem modis alteram partem urinæ hujus tractavi: alteram verò permiſcui cum ſolutione ſalis communis in aqua, & nulla mutatio ab illa altera urina, cui nihil fuerat permiſtum, obſervari potuit, etiamſi ultra 18. horas ſtetiſſent.

Cùm verò huic cum ſale communi permiſtæ urinæ infudiſſem lixivium cinerum clavellatorum, tentaturus, an etiam abſorbere velit ſedimentum; fruſtra hoc factum fuit, quia ſedimentum, licet motum hinc inde, cum urina confuſum, attamen non diſparuit, ſed copioſè denuo, candidum tamen & leve, fundum petiit.

Tentamen LXVII.

Die 29. Januarii urinam copioſo craſſo ſedimento, quaſi incarnato onuſtam fœminæ accepi, quæ poſt paroxyſmum tertianæ intermittentis finitum collecta erat: huic ipſi infudi lixivium cinerum clavellatorum & breviter clareſcere tota urina, & totum ſedimentum diſparere cœpit, illaque admodum clara, perſpicua & aureo colore tincta apparuit: & etiamſi per 5. horas ita ſtetiſſet, eâdem tamen facie immutata perſtitit, niſi quod leve quoddam, paucum, ſed candidum eneorema in ea natare obſervaretur, quod fundum ſucceſſivè petiturum videbatur: diviſi taliter reſtitutam urinam in 2. partes, & alteri ſpiritum vitrioli philoſophicum inſtillavi: unde turbari denuo urina, & copioſum, craſſum, ſpiſſum, ſubru-

Digitized by Google

ſubrudicundum ſedimentum ſeponere denuo cœpit: urinæ altera parte reſtituta relicta, non mutata: perfectè hic alcali urinam reſtituit, acidum denuo turbavit, & præcipitavit. Altero ſequenti manè vidi illam cum alcali reſtitutam urinam ſedimentum candidum moderatè copioſum ſepoſuiſſe, ejusdem apparenter quantitatis, cum illo, quod ceciderat in urina cum affuſo deſuper ſpiritu vitrioli philoſophico turbata: ſed hoc rubicundius & grumoſius præ illo erat: interim & obſervavi, colorem ſupernatantium urinarum eundem ferè fuiſſe, adeo ut alcalia impediverint acidum, quo minus tincturam exaltare potuerit.

Tentamen LXIIX.

Die 29. Januarii accepi urinam ejusdem fœminæ *Tentam. LXVI.* commemoratæ, poſt diem à paroxyſmo vacuum collectam, admodum turbidam cum copioſo ſedimento; cujus

Parti I. inſtillavi ſpiritum nitri; copioſum, hinc mox grumoſum ſeceſſit ſedimentum: quod ſequenti die conſideratum denſum, ruſſum, fundum vitri occupaverat, urinâ ſanguinea ſupernatante.

Parti alteri inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum copioſum, & continuò omnia agitavi, ſed ſedimentum totum abſorberi non potuit, quin turbida urina manens copioſum candidum illud retinuit, & in fundum ſepoſuit, urina ex citrino aurea ſupernatante.

Tentamen LXIX.

Die 3. Februarii affertur urina viri ad febrem neſcio quam inclinantis, quæ poſtmodum tertiana intermittens facta fuit: hæc tota die clara, altero manè verò turbida cum copioſo ſedimento, raro, albido, nonnihil flavo, ſupernatante urina clara intensè aurea.

Hujus alteri parti inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum, alteri ſpiritum ſalis, tertiam perſe reliqui: Illa cui ſpiritum ſalis inſtillaveram turbida inſigniter manebat, ſedimentum grumoſum, rufum, in fundum præcipitans; urina clara ſupernatante, ſucceſſivè intenſius tinctâ, adeò ut altero manè ſanguinei eſſet coloris.

Illa, quæ cum lixivio cinerum clavellatorum erat tractata, exinde mox clareſcebat perfectè, adeo ut ne veſtigium cujusdam contenti vel ſedimenti in ea appareret; reddebatur clara intensè aurantio rutilante colore tincta; permanebat ita tota die, ſaltem tinctura ejus ſucceſſivè remittere videbatur; Die 5. Februarii paucum, leve, molle & encoremati ſimile ſedimentum ſepoſuerat, candidum, urina clara mediocriter aurea, minus tamen, NB. quàm urina ſibi relicta tincta.

Urina ſibi relicta idem ſedimentum copioſum, eandem tincturam & cætera retinuerat.

Tentamen LXX.

Die 4. Februarii idem vir urinam transmittit intensè tinctam, rubicundam, cujus medietati alteri inſtillavi lixivium iſtud cinerum clavellatorum, expectaturus eventum: ſteterunt ita tota die, ſine alteratione, utut illa, cui lixivium inſtillatum fuerat, ſucceſſivè minus tincta videretur: altero manè urina ſibi relicta turbari nonnihil incipiebat, illa cum alcali neſcio quale encorema candidum exhibente; ejusdem verò diei veſpera urina ſibi relicta manifeſtè copioſum ſedimentum ſeponebat, illa cum alcali paucum albidum quid circa fundum ſeponente: unde die ſequenti urina cum alcali tractata ferè aurea, clara apparebat, cum ſedimento candido, tenaci, quaſi membranaceo, ſed pauco admodum: illa altera ſibi relicta intensè aurantio colore tincta apparente, & ſedimentum copioſum, rarum, leve, ex lateritio nonnihil ruſeſcens obtinente: adeoque alcali ut remiſſiorem reddit tincturam, ita ſedimentum nihilominus ſeponi impedit.

Sed die 5. Februarii æger perfecto paroxyſmo tertianæ ex vitio ſtomachi pituita referti corripitur. Accepi urinam hanc ſibi relictam turbidam, & in 2. partes diviſi: alteri parti ſolutionem ſalis communis infudi, altera per ſe relicta; poſt 24. horarum moram, nullam notabilem, nec quoad liquorem, nec quoad ſedimentum alterationem potui obſervare.

Tentamen LXXI.

Die 20. Februarii accepi urinam tertianarii, intensè tinctam, aliquantulum turbidam; alteri medietati inſtillavi ☿ per ſe rectificatum, alterâ ſibi relicta; ſub infuſione nullam alterationem obſervare potui, poſt 3. horas, verò utraque æqualiter turbata cum æquali ac ſimili ſedimento, ita ut nullam differentiam advertere potuerim. Hinc accepi illam cum ☿ imprægnatam, & partem illius, quæ ſibi relicta fuerat, & lixivium cinerum clavellatorum inſtillavi, ſed ubique eadem mutatio; nempe ſedimentum non reſorbebatur, ſed in liquore ſaltem natabat: parti urinæ hujus ſibi relictæ ſpiritum nitri inſtillavi, & etiam ſedimentum non reſorbebatur, ſed magis condenſatum præcipitabatur.

Tentamen LXXII.

Pueri II. annorum tuſſi ſtomachali humorali cum febricula lenta veſpertina conflictati urinam cum copioſo ſedimento albo, craſſo, viſcido, examinavi, inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum, ſed ſine alteratione manebat, nec reſorbebatur ſedimentum.

Ten-

Tentamen LXXIII.

Vir tertiana, ferè maligna conflictatus urinam mittebat, quæ mox turbida facta copiosum dimittebat sedimentum, urina clara cocta supernatante: in tres partes hanc divisi, & instillavi

1. Parti spiritum nitri, unde concentrata magis & circa fundum uniri incipiebat sedimentum, urina clara sanguineo fulgore tincta altero manè supernatante.

2. Parti lixivium cinerum clavellatorum, undè mox clarescebat eleganter urina, & aurei inter. è coloris erat, sed brevi post idem sedimentum forsan copiosius candidum, leve, æquale, fundùm petebat: urina aurei intensè coloris supernatante.

3. Pars sibi relicta sedimentum quasi viscosius & magis incarnatum exhibebat, quàm illa cum alcali, & urina clara supernatans ferè minus tincta apparebat, quam hæc alcalisata.

Tentamen LXXIV.

Die 11. Martii urinam viri tertiana quasi continua laborantis intensè tinctam, rutilantem, crassam in tres partes divisi.

Primæ parti instillavi spiritum nitri, hinc pedetentim turbari incipiebat, æque acaltera sibi relicta; post 4. horarum spatium utraque urina & quoad sedimentum ruffum, & quoad liquorem supernatantem aureum omnino similis erat, illa saltem, quæ cum spiritu nitri erat imprægnata, sedimentum crassius & magis in parvulos grumulos coactum exhibebat.

Tertiæ instillavi lixivium cinerum clavellatorum, quæ diu inalterata ita perstitit, sed nihilominus & sedimentum album, rarum, copiosum præcipitavit, urina clara, sed intensius quam illæ priores, tinctâ supernatante.

Accepi urinam sibi relictam & ita sponte præcipitatam, instillavi lixivium cinerum clavellatorum, & ecce restituebatur subito perfectè, manebat ita per 4. horas & ultra, donec turbari denuo, & candidum sedimentum debitæ quantitatis seponeret.

Urinæ ab acido instillato præcipitatæ & jam ad intensiorem tincturam inclinanti instillavi idem lixivium, & subito perfectè restitui, & intensam tincturam clara & crassa urina acquirebat, tanquam si recentissimè emicta esset; permanebat etiam talis, sequente verò manè inspecta crustam albam tenaciter adhærentem, quousque contigerat vitrum, affixerat, vitro aliàs purissimo existente. Unde denuo instillavi spiritum ☿ ad effervescentiæ sedationem, & nullam alterationem etiam post aliquot dierum moram observare potui; saltem aliquale sedimentum, sed paucum & obscurum, vix satis cognoscibile inesse videbatur: urina crassa intensè sanguinea apparente.

Urinæ isti tertiæ per alcali medicatæ & successivè quoque præcipitatæ instillavi spiritum nitri, ad effervescentiæ sedationem: sed urina turbida manebat, & sequente manè inspecta sedimentum idem candidum, sed grossius, & magis grumosum præcipitaverat.

Tentamen LXXV.

Urinam fœminæ, quæ post usum chinæ chinæ recidivam tertianæ passa fuerat, intensè aureo colore tinctam, crassam, & ita persistentem in tres partes divisi:

Parti primæ spiritum nitri instillavi, nulla hinc alteratio, sed etiam post 24. horas considerata, crassa, plus quam sanguineo colore tincta, clara absque turbationis vestigio apparebat; saltem subtile flavescens sabulum, hinc indè mobile aut paucum tali sabulo simile sedimentum sepositum erat; vel potius tantillum quasi sedimentum ruffescens.

Secundæ instillavi lixivium cinerum clavellatorum, & hæc brevi post sedimentum extrudere cœpit, quod post 24. horas satis copiosũ album, leve, nonnihil quasi grumosum erat, urina clara existente, & supernatante, ejusdem coloris atque urinæ tertia pars, sibi relicta adhuc erat, saltem quod hæc sibi relicta crassior, illa ob sepositum sedimentum tenuior appareret.

Permutavi has urinas, & illi cum acido imprægnatæ instillavi de isto lixivio, ad cessationem effervescentiæ, sed post 36. horarum moram hæc tinctura remissior erat facta, crustam glacialem à salibus coagulatis undique vitro affixerat, & sedimentum quoddam candidum grumosum, sed paucum sepositum erat.

Illi verò cum alcali imprægnatæ infudi ~ ♁ ad effervescentiæ saturationem, & exinde colore sanguineo-rubro tincta simillima erat illi, quæ primum cum acido hoc fuerat tractata.

Tentamen LXXVI.

Die 3. Maji urinam viri paroxysmum tertianæ intermittentis secundum passi cum copioso subsequente sudore, intensè, quasi sanguineo colore tinctam, claram, & diu ita absque alteratione vel sedimenti vestigio permanentem in 3. partes divisi:

Hujus parti primæ instillavi lixivium ex ♀ ~ carminativi, & per plures horas absque alteratione illa stetit, tandem post 8. vel 10. horas observavi, quod sedimentum candidum, crassum, inæquale sepositum erat, urinâ aurei coloris supernatante, adeoque tinctura

erat notabiliter remiſſior, utut ſedimentum copioſum adeo non eſſet, tamen inſignis cruſta alba quaſi glacialis vitro undique, quousque pertingebat, affixa erat.

Parti ſecundæ inſtillavi ~ ☉ philoſophicum, alteratio hinc nulla, niſi tincturæ ſeu coloris inſignis admodum intenſio, & ad ſummam rubedinem exaltatio, urina clarâ ſupernatante: nec niſi altero die, quaſi ſcorbuticorum copioſæ arenæ rubræ ſeceſſum feciſſe videbantur, non tamen genuinæ apparebant arenulæ.

Pars tertia ſibi relicta eodem modo, ac ſupra dictum, ſemper perſtitit; hinc accepi urinam illam cum ~ ☉ philoſophico alteratam, & inſtillavi præfatum lixivium ad effervescentiæ præter propter ſaturationem usque: & effectus fuit, quod altero die conſiderata miſtura copioſum ſedimentum candidum ſepoſuerit, & urinæ color in aureum mutatus fuerit, adeoque ſimilis reddita illi urinæ, cui à principio alcali iſtud inſtillaveram, & arenæ quaſi ruffæ in candidas mutatæ fuerunt: hinc accepi urinam illam, cum alcali alteratam, & ei inſtillavi ~ ☉ philoſophicum, ſed nulla alteratio, nulla immutatio exinde facta fuit.

Tentamen LXXVII.

Die 3. Julii æſtuoſiſſimo tempore accepi urinæ propriæ, ſanæ, craſſæ ʒij & ʒv. His inſtillavi lixivii ☿ ~ carminativi acris ʒiij; effectus fuit, quod mox ſub inſtillatione ſedimentum candidum copioſum ſe præcipitaverit, & fundum petierit, urina clara ſupernatante; poſt 3. horarum moram inſtillavi ~ ☉ philoſophici præter propter ʒiij ad ℥ß. ſeu ad perfectam ſaturationem, & hinc ſucceſſivè non ſolum intendebatur urinæ color, ſed altero manè inſpecta urina de ſedimento nil exhibebat, quia omne reſorptum erat. Saltem nubecula levis circa fundum matulæ apparere videbatur, & arenæ ruffæ plures parvæ fundum matulæ occupabant; inſtillavi denuo lixivium præfatum, non ſaltem ut effervescentia aliqualis, quæ hinc exoriebatur, ceſſaret, ſed etiam amplius & denuo copioſum ſedimentum grumoſum præcipitari & fundum matulæ occupare inciperet.

Tentamen LXXVIII.

Die 4. Julii fœmina incipiente hydrope ex menſium ſuppreſſione laborans affert urinam; hujus in 2. partes diviſæ inſtillavi primæ lixivium ☿ ſpiritus carminativi acre; effectus fuit, quod mox copioſa contenta alba in fundum præcipitata fuerint, urinâ aurei coloris clarâ ſupernatante.

Alteri medicatæ ~ ☉ philoſophicum inſtillavi, effectus erat, quod turbida magis reddi, non tamen penitus opaca fieri videretur urina, ſed ſedimenti ne tantillum veſtigium.

Accepi iſtam priorem cum alcali dicto modo præcipitatam urinam, & ipſi ~ ☾ recenter paratum inſtillavi; effectus poſt ceſſantem effervescentiam erat, quod ſedimentum ferè totum evanuerat, ſaltem aliquantulum ejus, (vix quarta vel tertia apparenter pars prioris illius) in fundo ſubſidebat, liquore ſupernatante intensè admodum, tantum non ſanguineo colore tincto.

Hinc accepi illam alteram cum acido ~ ☉ philoſophico tractatam, & inſtillavi lixivium præfatum, & hinc mox copioſum candidum, nonnihil flaveſcens ſedimentum præcipitabatur.

Tentamen LXXIX.

Die 9. Julii accepi urinam Studioſi adhuc languidi naturaliter conſtitutam, ſed intenſiùs tinctam, ex febre intermittente malè curata; hujus ʒiij inſtillavi lixivii non adeo acris cinerum clavellatorum ʒiij. & mox copioſum, candidum, grumoſum ſedimentum præcipitavit, color idem permanſit; ejusdem ʒiiß inſtillavi ~ ☾ rectificati ʒj. nulla hîc præcipitatio, ſed inſignis in colore intenſio; cum copioſis arenulis rufis undique vitro adhærentibus: ſicut plures arenæ candidæ, & quaſi cruſta glacialis in illa cum alcali adhærebat.

Jam recepi illam urinam cum alcali præcipitatam, & ſucceſſivè inſtillavi de hoc ipſo ſpiritu nitri ad effervescentiæ usque ceſſationem, & amplius; & pedetentim reſorberi denuo omnia contenta illa, ac urina clareſcere, & intensè eodem modo ac prior illa tingi cœpit.

Tentamen LXXX.

Accepi urinam fœminæ febre continua lenta &c. conflictatæ; cum copioſo ſedimento lateritio; huic inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum & non reſorbebatur ſedimentum, ſed copioſius potius & album ſeu candidum reddebatur, ita ut mirarer copiam illam; ob id alteram medietatem recepi, & claram urinam exactè & cautè ſeparavi, relicto ſedimento omni in fundo, & cum urinæ huic claræ ſimiliter de illo lixivio inſtillaſſem, effectus erat, quod ſubitò quoque copioſum ſedimentum candidum craſſum ſepararet & præcipitaret.

Tentamen LXXXI.

Die 25. Julii accepi urinam cachectici, qui in pueritia olim hydrope aſcite affectus jam ad anaſarcam inclinabat, pedes intumeſcebant, reſpiratio aliquantiſper laborioſa,

Digitized by Google

rioſa, urinæ mictum cruentum ſæpius jam patiebatur inſignem, facies pallidè intumeſcebat; urina erat tenuis, pallida, ex levi citrino albida, clara quidem, ſed nonnihil lacteo colore turbida quaſi, absque contentorum veſtigio, uno nomine (ut alias dicitur,) ex vitio ventriculi digeſtionis & primarum viarum crudiſſima. Hanc in tres partes diviſi, &

Primæ parti inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum, ſed nulla exinde mutatio ſenſibilis fiebat: ſed altero ſequente manè inſpecta ſedimentum quoddam, ſed paucum, candidum, diſperſum in fundo matulæ ſepoſuerat: ipſa urina, quæ ſupernatabat, clarior, & ſenſibilius citrina apparebat, quàm urina ſibi relicta.

Secundæ inſtillavi ☁☉, & ecce ſub inſtillatione ſedimentum candidum fundum occupabat: continuavi aliquandiu inſtillationem, & ſepoſui; manè ſequente hæc ☐ copioſum admodum ſedimentum candidum viſcidum ſepoſuerat, triplo ad minimum ſuperans illud cum alcali. Urina ipſa clara ſupernatans intenſius tincta, ſupra citrinum ad aureum colorem ſatis notabilem accedebat; adeoque præ aliis duabus longè intenſius tincta erat, clara & perſpicua.

Tertia urina ſibi relicta eandem quam ſupra notavi obtinebat adhuc faciem: ſed cruſtam quaſi ſaponaceam vitro affixerat; candidam, craſſam, liquoris agitatione mobilem.

Experimentum idem tentavi ſecunda vice die 7. Auguſti, urina eadem erat, ac ſupra deſcripta, unde

Primæ parti inſtillavi lixivium idem cinerum clavellatorum, & poſt 24. horarum moram videbatur aliquantulum nubeculæ ſpiſſioris forma ad fundum præcipitatum, urinâ clarâ, citrinâ, intenſius aut ſaltem magis diſtinctè, quàm illa ſibi relicta, tinctâ.

Parti ſecundæ inſtillavi ☁☉ eundem, & idem ſe offerebat phænomenon, quod antea, ſub momento inſtillationis præcipitabatur chyloſa, copioſa materia, & poſt 24. horarum moram eadem copioſè fundum petierat, dum urina clara ſupernatans intenſiùs tincta, non tamen ad rubedinem, ſed aureum nonnihil colorem diſpoſita videretur.

Tentamen LXXXII.

Die 15. Octobris accepi urinam fœminæ laudabiliter conſtitutam.

Parti primæ inſtillavi ſolutionem minii cum + factam, & in momento copioſa materia candida ad fundum præcipitabatur, (calx nempe Saturni erat) poſt reſidentiam urinæ ſupernatantis color minus tinctus, ſed pallidior apparebat, quam illa, quæ per ſe aſſervata fuerat; inſtillavi huic ☁☉ q.ſ. &

& ſucceſſivè ſedimentum omne ferè diſparuit; altero die conſpecta urina ſanguineo claro rubore tincta intensè apparebat.

Parti alteri ſibi relictæ ſolutionem ☋ ♀, ſed non adeo puri, quin ſulphure carbonitio inquinati, inſtillavi, unde pro more candidum, rarum, leve ſedimentum præcipitatum fuit; ſequente die etiam ſpiritu ☉ inſtillato hoc maximam partem abſorptum, ſed color ſemper naturalis, nunquam intenſior redditus fuit, forſan alcali impediente, aut ☁☉ quantitate haud æque ſufficiente.

Tentamen LXXXIII.

Die 21. Octobris accepi urinam viri febre lenta laborantis intensè turbidam cum copioſo ſedimento. Phænomena ex inſtillato ☋ ♀ & ☁☉ erant, pro more utrobique præcipitatum copioſum alterabatur: partem autem urinæ hujus ſibi relictam filtravi, ut urinam claram hoc modo à ſedimento liberam obtinerem: huic inſtillavi præfatum lixivium ☋ ♀, & pro more ſedimentum candidum extrudebatur, ac præcipitabatur ſatis copioſum; remanentiam verò à filtratione ſedimenti urinæ cum affuſa ▽ ſimplici diluì, unde ſedimentum ab hac diſſolutum fuit, & liquor turbidus lacteus per 18. horas permanſit, huic inſtillavi lixivium ☋ ♀, clarescebat liquor, citrinus evadebat, & paucum candidulum ſedimentum in eo apparebat; huic inſtillavi ☁☉, ad effervescentiæ ſaturationem, effectus fuit, quod liquoris tinctura intendebatur, ita ut intensè aurea fieret, & omne ſedimentum penitus diſpareret, ſed obſervanda hîc venit circumſtantia, quod ſedimentum hoc à filtratione relictum copioſiori paulò tinctura diluerim.

Tentamen LXXXIV.

Die 22. Octobris transmittitur ☐ viri calculoſi craſſa, turbida inſtar ferè cereviſiæ, hujus pars prima ſibi relicta pedetentim contenta ſeponebat, quæ ſanguinis congrumeſcentis faciem repræſentabant, liquore obſcuri coloris mediocriter claro ſupernatante.

Parti ſecundæ inſtillavi ☁☉, facile & brevi poſt ſedimentum craſſum, feculentum, lividum, fundum petebat.

Parti tertiæ inſtillavi lixivium ☋ ♀. effectus fuit, quod ſucceſſivè ſanguinis grumi exactè condenſati coccinei, coloris fundum petierit, liquore exactè claro, aureo-ſanguineo rutilantis coloris ſupernatante.

Tentamen LXXXV.

Die 5. Januarii Anno 1680. accipio uri-

Digitized by Google

nam ſcorbutici claram intensè tinctam, hujus bipartitæ inſtillavi.

Parti primæ ſolutionem ☿~ carminativi, & copioſum ſedimentum album fuit præcipitatum, urina clara, ſed in tinctura priſtina multum remittente, ſupernatante.

Parti ſecundæ inſtillavi ~☾, nulla contingebat transmutatio, niſi aliqualis & ſucceſſiva tincturæ remiſſio; poſt 4. horas inſtillavi ſolutionem alcaliſatam præfatam, nulla hinc mutatio; ſed cum pergerem paulò largius inſtillando, tandem pedetentim extrudi cœpit ſedimentum, candidum, grumoſum, quod in ſequente die conſideratum ſatis copioſum erat.

Hinc parti primæ alcaliſatæ inſtillavi ~☾, & ſub ipſa infuſione intensè intendebatur color, ſedimentum verò ſucceſſivè reſorbebatur, ita ut parum ſupereſſet, non tamen omne penitus evanuit, etiam poſt reiteratam ~☾ affuſionem; quin aliquantulum, ſed paucum ejus ſuperfuit.

Parti ſecundæ inſtillavi iterum ~☾, unde ſedimentum etiam cum effervescentia denuo reſorbebatur, ſed parcius quam in priori; h. e. in hac urina plus & copioſius ſedimentum fundum occupabat, quam in priori illa.

Tentamen LXXXVI.

Die 6. Januarii urinam viri incipiente melancholia hypochondriaca laborantis accepi, & in 3. partes diviſi.

Primæ parti ~☾ inſtillavi, unde turbabatur ☉, ſed ſedimentum non deponebat, verum turbida permanebat, idque toto die: ſequente manè inſpecta ☉ clara & perſpicua & ſanguinei obſervabatur coloris: & in fundo quaſi arenacea corpuſcula collecta erant, ſimilia illis, ſed groſſiora, quæ in ſcorbuticorum ☉ interdum colligi ſoleat: ad urinalis motum facilè mobilia, eaque in moderata & reſpectu ſedimenti in cæteris hujus ☉næ partibus non adeo copioſa.

Pars ſecunda ſibi relicta turbabatur, & copioſum ſedimentum ſepoſuit, urina clara, citrina ſupernatante.

Parti tertiæ lixivium ☿ ſpiritus carminativi inſtillavi; effectus idem erat cum urina ſibi relicta, ſed ſedimentum longè copioſius, ita ut bis tantum de ſedimento ſepoſuerit, quantum ſibi relicta urina, ſub eadem licèt mole: & hoc plumoſius & longè candidius, quam illud urinæ ſibi relictæ; urina clara ſupernatante ejusdem coloris, cum urina ſibi relicta; certè non remiſſioris erat.

Item urinæ ~u ☾ ſaturatæ inſtillavi modò dicti lixivii q. ſ. & exinde turbari, hinc brevi poſt, ſucceſſivè tamen, copioſum ſedimentum candidum ſeponere incepit, urina clara intenſiſſimo aureo colore tincta ſupernatante.

Tentamen LXXXVII.

Die 14. Januarii offertur urina ictero incipiente laborantis clara, craſſa, intensè tincta, & lintea tingens, ſed quæ poſt aliquot horarum moram incipiebat turbari; Hanc in quatuor partes diviſi.

Parti primæ inſtillavi ~☌, unde urina jam turbida facta magis adhuc turbabatur, & ſedimentum craſſum tenax ſeponebat; urina ſupernatante non adeo perſpicua, utut tenui; ſequenti manè ſedimentum in unum coagmentatum erat, lividum, feculentum, & uno nomine ſtercoreum, urina ſupernatante tenui, nonnihil quidem clara, non tamen adeò perſpicua, ſed intenſius ad rubrum colorem tincta.

Secundæ parti inſtillavi lixivium ☿ ~ carminativi; unde urina turbida mox tota clareſcebat, & aurantium colorem aſſumebat, ſed quæ brevi poſt flocculos hinc inde copioſos extrudere, & pro more urinarum ab alcalibus alteratarum eosdem ad fundum ſeponere incipiebat, urina clara, perſpicua, aurea intensè ſemper eleganti ſupernatante, ſedimento non exactè albo, ſed ferè ad croceum colorem notabiliter vergente ſubſidente; ſicut etiam altero manè exactius hæc conſiderata, cruſta tenſa medietatem vitri alteram quouſque urina pertingebat, obducebat, intensè flava, non ſecus ac ſi floribus ♃ impregnata eſſet hæc ipſa.

Tertia pars urinæ ſibi relicta ſeponebat ſedimentum leve, æquale, copioſum coloris obſcuri, quaſi ad flavedinem declinantis, & quæ ſupernatabat urina, turbida mediocriter, non tamen exactè clara aut perſpicua coloris intenſioris præ naturali conſpiciebatur.

Quarta pars erat urina, quæ jam ſedimentum ſepoſuerat, per filtrum transmiſſa, & cui inſtillavi lixivii præfati q. ſ. Effectus erat, quod mediocre ſedimentum candidum leve, non tamen adeo exactè candidum, ſed ad croceam aut ♃eam flavedinem notabiliter inclinans præcipitaretur, urina exactè clara, & elegantis aurei coloris ſupernatante.

Tentamen LXXXIIX.

Anno 1680. die 24. Aprilis veſperi propè quintam horam corripiebar gravi horrore per trihorium, uſque ad octavam, hinc per bihorium æſtus & ſudor copioſiſſimus.

Altero die ☉ cephalalgia, laſſitudo omnium artuum, ſiccitas oris, humidi appetentia, fames nulla, alvus ſatis diarrhœæ aliqualis ad inſtar fluida, calor lentus, pulſus celer, frequens, debilis.

Die ☽ omnia eadem: jejunum totius diei, iisdem perſiſtentibus ſymptomatibus, ſaltem æſtu, faucium ariditate & virium imbecillitate

Digitized by Google

tate gravioribus; veſperi juſculum cum haulitulo vini generoſi; nox commoda: Ergo ſic metus à febri intermittente tertiana tunc epidemica, aberat.

Die ♂ omnia meliora, quoad vires, æſtum, pulſum &c.

Die ☿ omnia deteriora, major æſtus, inſignior virium debilitas, fauces ſqualidæ: ſenſus palpitationis circa præcordia in ventriculo: in meridie ſerum lactis bubuli recens ad menſuram ſemis haurio cum inſigni euphoria, loco cereviſiæ: veſperi idem facio; nox quieta, cum ſudore copioſo inſtar lactis ebutyrati, **wie ſaure Buttermilch**/olente.

Die 4 per omnia melius; unde ejusdem ſeri uſum adhuc continuo. Notabile hîc eſt, quod cum urina toto morbi decurſu intensè admodum tincta ultra aurantium colorem ad rubicundum tendens tincta fuiſſet, craſſa & quo mox intra horæ aut dimidiæ ſpatium turbida facta fuiſſet, cum copioſo ſedimento, albo, incarnato, craſſo, ponderoſo, cruſta ſubcœrulea, quouſque urina vitrum attigerat, iſtud inveſtiente, urina clara, pallida ſupernatante, quod quatuor horis à paſtu primo ſeri lactis collecta urina

1. In tinctura multum remiſerit, & ſupra citrinum quidem fuerit, ad aurantium tamen non adſcenderit.
2. Quod craſſa licèt eſſet, non turbaretur tamen aut præcipitaretur, ſed ad 24. horas immutata ita perſtaret.
3. Quod parti hujus urinæ inſtillatum lixivium ☿ ~ carminativi nullam tamen præcipitationem lacteam, aut aliam vel minimam alterationem effeciſſet, ſed quantum plus lixivii inſtillaverim, tantum magis tinctura remiſerit, pro quantitate, ut videbatur liquoris magis diluti, adeoque in tinctura minus ſenſilis, idque per moram 24. horarum.
4. Parti alteri inſtillatus fuit ~ ☉ communis; nullam etiam alterationem in eodem efficiebat, ſed ejus ſaltem tincturam inſigniter exaltabat, & ad ſanguineam rubedinem intendebat; & copiosè coagulata quaſi ſalia cryſtalliſata vitri parietibus affixerat; idque per moram 24. horarum.

Ex his notavi:

1. Quia (1.) calor corporis notabiliter minuebatur, à ſero lactis, (2.) ſenſus moleſtiæ & pulſationis circa ventriculum ſic remittebat, (3.) color urinæ notabiliter remittebat, quod hæc à ſero lactis fuerint, quatenus hoc acidum in primis viis vitioſum correxerat.
2. Quia nec ab acido, nec ab alcali turbabatur, aut alterabatur urina, perfectam ☉ſam hinc redditam fuiſſe, adeoque utroque extremo ſaturatam.
3. Quia ſedimentum ſimul omne defecerat, hoc ortum traxiſſe, non à copia materiæ, ſed ab acido vitioſo, nutritivum chylum & ſanguinem continua fermentativa alteratione immutante, & cum eodem ſe ſaturante, unde in urina præcipitata ſalia.

Nempe cùm metus tertianæ evaneſceret,

(1.) Ex mei corporis conſtitutione,
(2.) Antecedentibus mœroribus, & curis diuturnis, ob uxorem & filium decumbentes.
(3.) Adjunctis ſymptomatis, cum corpus deficere inciperet; metus inſignis hecticæ febris me apprehendebat, cujus conſideratione ſerum lactis vi alcalina oleoſa tam egregiam opem afferebat; ſaltem phænomena iſta notabilia in urina exhibuerat.

Cum nox antegreſſa per ſudores acidos quaſi lacteos fuiſſet transacta, & veſperi nil niſi juſculum avenaceum cum potu præfati ſeri aſſumſiſſem, manè collegi urinam, quæ reſpectu modò dictæ nonnihil craſſior & intenſioris coloris erat; Hinc inſtillavi parti ejus lixivium capitis mortui ~ carminativi, & more debito ſedimentum candidum, ſeu lacteum extrudere cœpit; roris chyloſi non totaliter aſſimilati, cum ſanguine, aut nondum totaliter alterati ab acido vitioſo indicium. Sicut hujus ita præcipitatæ parti urinæ inſtillatus ~ ☉is communis, poſt prævium effervescentiam omne hoc ſedimentum abſorpſit, & cruſta variegata denſa urinam obduxit.

Tentamen LXXXIX.

Die 7. Sept. fœminæ cum diuturna tertiana conflictantis urina affertur, quæ copioſum ſedimentum ſepoſuerat, quod, extrinſecus conſpecta matula, ſanguinei exactè erat coloris, & quaſi bolus ſubtiliſſimè pulveriſatus eſſet permiſtus; intus verò conſiderata lateritii intensè erat coloris: urina ſupernatante tenui, incerti ferè coloris.

Diviſi hanc in duas partes, quarum primæ inſtillavi lixivium capitis mortui ~ carminativi, ſecundæ verò ~ ☽li philoſophicum; effectus erat, quod altero manè iſta cum alcali ſedimentum perquam copioſum ex albo nonnihil ad flavedinem inclinans, craſſum & ponderoſum, ac quaſi farinaceum depoſuerat, ſupernatante urina intensè aurantio colore ſplendida.

Illa cum acido tractata ſedimentum concretum, ruffum aut ſanguinei potius coloris, in fundo ſepoſuerat, urinâ non adeo exactè clara, intensè tincta & ad ſanguineum colorem accedente ſupernatante.

Digitized by Google

Tentamen XC.

Die 13. Septembris affertur urina viri, cum quo die antecedente locutus eram, per omnia ſani, ipſe licet inſignis eſſet ſpleneticus, & ſcorbuticus, & omni manè largo ſudore diffluëret: hujus urina, cum optimè ſe haberet vir, ſaltem, quod iſta nocte non benè dormiviſſet, erat ſummè cruda, pallida, tantillum flaveſcens, conſiſtentiæ mediocris, aliquantiſper turbidula, ſed magis clara.

Parti primæ inſtillabam lixivium ♀ ~ carminativi, & ecce nulla contenti chyloſi ſeparatio fiebat, quin potius ſub ipſa inſtillatione clareſcere & intenſius tingi videbatur urina: Stetit per 24. horas, & revera naturaliter magis conſtituta apparuit, quatenus perfectè clara, conſiſtentiæ mediocris & elegantis, citrina, ſanorum ſimillima evaſerat, pauco ſedimento ſimilagineo fundum occupante. Nempe in turbidula urina acidum primarum viarum vitioſum dominabatur, quo ab alcali ſaturato & deſtructo naturalior evadebat.

Alteri parti inſtillavi ~ ☉li philoſophicum, nulla mutatio fiebat, quia tenuis erat urina, ſenſim tamen in claritate, & præſertim in tinctura intendi, ad ruffum aſſurgere & poſt 24. horas ad rubentem colorem intenſum, quantum conſiſtentia urinæ permittebat, vergere cœpit, eâdem clarâ ſine ſedimento arenulis ſubtiliſſimis, ruffeſcentibus, ſcorbuticorum inſtar parietes vitri incruſtantibus.

Tentamen XCI.

Die ſequenti 14. Septembris ejusdem viri urinam afferri curo, melius conſtitutam quàm heſterna: nempe cruda quidem erat, pallida, ad citrinum tamen vergebat, conſiſtentiæ debitæ, ferè craſſa, iterum quaſi ſubturbidula, adhuc tamen perſpicua, uno verbo, ſimilis illi priori, ſed ratione coctionis melior longè, non tamen perfectè ſana: Cum quieta ſtetiſſet, clarior evadebat, & flocculi chyloſi, inſtar encorematis per univerſum urinæ corpus diſperſi natabant, ſine eorum ad fundum receſſu: Urina clarâ hinc factâ,

Parti primæ inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum non adeo acre; effectus erat, quod poſt 8. vel 9. horas hæc urina longè clarior & intenſius, i. e. ſplendido citrino colore tincta eſſet; contentorum nil apparebat, fundum album quid, conſiſtens, leve, ſed tantillum occupabat, incertum, an ab urina, an verò ab inſtillato lixivio eſſet.

Parti ſecundæ inſtillavi ~ ☉, effectus erat, quod ſub inſtillationis momento urina turbaretur, & copioſum ſedimentum candidum præcipitaretur, uti aliàs in lixiviorum inſtillatione fieri aſſolet: poſt 8. vel 9. horas ſedimentum candidum, viſcoſum & glutinoſum, copioſum, æquale, fortiter cohærens fundum occupabat, liquore tenui, minus claro, ad incarnatum, pallidum colorem, **blaß leibfarbig/** vergente, ſupernatante.

Parti tertiæ inſtillavi phlegma ☉li notabiliter acidum, ſed nulla alteratio, exinde in urina eveniebat, utut ad ſequentem matutinam ita relinquerem: ſaltem tinctura intenſior longè facta fuerat: urina clara, perſpicua ſine contentorum veſtigio, perſiſtente.

Parti primæ alcaliſatæ infudi ~ ☉, & ſub effervescentia tanta ſpuma & bullæ elevabantur, ut vaſis ora excederent, & quidem in tanta abundantia, ut nunquam in omnibus experimentis talem ſpumoſitatem viderim: eratque ſpuma tenax, ut ſic dicam, nec facilè evaneſcebat, ſed etiam cum evanuiſſet, hinc inde glomeres ſpumoſi ſupererant, ſeque hinc inde pertinaciter vitro agglutinaverant, vel urinæ ſupernatabant; ipſa urina poſt punctum ſaturationis præcipitabat ſimilem mucum, atque à ſpiritu nitri ſolo factum fuerat: urinâ ſubturbidâ, tincturæ non adeo benè cognoſcibilis ſupernatante.

Parti ſecundæ ab acido præcipitatæ per ~ ☉, inſtillavi lixivium ☥ clavellatorum, effervescentia fiebat, etiam ſpumoſa, ſed ne tertia pars tantum ſpumæ, quantum præcedenti experimento; ſedata effervescentia & poſt ſaturationis punctum ☐ clara, perſpicua, craſſa, eleganter, ſed paulo intenſius quam naturaliter tincta apparuit, **war goldgelb/** ſine ſedimento vel contentis.

Tentamen XCII.

Eadem phænomena denuo apparebant in hujus viri urina, poſt aliquot dierum moram denuo collecta: urina ſalis naturaliter conſtituta videbatur, citrina, craſſa, ſed aliquantiſper turbidula: Sed

Parti primæ ~ ☉ inſtillatus ſimul ſedimentum viſcoſum caſeoſum præcipitabat: urina ſupernatante clara, ad rubicundum ſanguineum colorem, ſed turbida, aſcendente.

Parti ſecundæ ~ ☊is ammoniaci cum ☿ inſtillabatur; Effectus erat, quod mox ſedimentum quoddam candidum præcipitaretur, ſed paucum: urina clara ſupernatante, ejusdem tincturæ cum ☐ per ſe aſſervata, ſaltem quod cum ~ ☊is ammoniaci clara & eleganter perſpicua eſſet, tinctura vero intenſior, ſed falſo videbatur.

Parti tertiæ lixivium ☥ clavellatorum affundebatur; ſed nulla hinc alteratio, ſed altero manè erat ſimillima illi cum ~ ſalis ammoniaci tractatæ; in colore & ſedimento candido pauco; hoc ſaltem erat nonnihil craſſius.

Parti illi cum ~ ☉ imprægnatæ infudi lixivium cinerum clavellatorum, & poſt copioſam

Digitized by Google

pioſam ſpumam & efferveſcentiam omne ſedimentum reſorbebatur, & ☐ clara, craſſa, perſpicua evadebat, ſed intenſius quam naturaliter tincta, ita ut ad colorem rutilum aſſurgeret.

Parti cum ~ſalis Ammoniaci imprægnatæ, claræ, à ſedimento pauco decantatæ inſtillavi ~☉, & ſubitò in formam lactis exactè mutabatur ☐, contenta alba, craſſa, viſcoſa præcipitabantur, ſine aut cum pauciſſimis ſpumæ veſtigiis.

Parti cum lixivio cinerum clavellatorum medicatæ, & à ſedimento pauco decantatæ, inſtillavi ~☽, & etiam copioſum, craſſum, tenax, ſpiſſum ſedimentum extrudebatur. De cætero miſtura evadebat ſimillima illi, quæ cum ~☽ antea ſolum fuerat tractata; ita ut hic alcaliſatum nullam differentiam ſuggereret.

Tentamen XCIII.

Die 9. Novembris ejusdem viri urina affertur, prior mox à medio noctis collecta, naturaliter conſtituta, ſaltem nonnihil turbidula erat; poſterior quæ manè circa ſextam collecta erat, itidem naturaliter conſtituta, clara, craſſa, citrina erat.

Utriusque parti primæ inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum; nulla exinde mutatio, ſaltem quod utraque clara magis & perſpicua reddita fuerat, quin & in tinctura ferè nonnihil exaltata & ſalia ateniformia candida hinc inde ſe exhiberent.

Parti ſecundæ matutinæ inſtillavi ~☉, mox hinc turbari, lacteſcere, & copioſum grumoſum, ſpiſſum, candidum, tenax ſedimentum extrudi, & inde pedetentim ad fundum vitri agglutinari cœpit, urina clara, ad colorem loturæ carnium pallidæ ferè ſimilem accedente, ſupernatante.

Parti tertiæ urinæ matutinæ ~ſalis Ammoniaci cum cineribus clavellatis inſtillavi & brevi hinc turbari nonnihil, palleſcere, & ſedimentum chyloſum, candidum, leve, æquale extrudere cœpit, urinâ clarâ, ſed remiſſius tinctâ ſupernatante.

Parti primæ illi quidem matutinæ ~☉ ſuperaddidi, efferveſcentia, & ſpumarum copioſiſſimarum albarum incredibilis copia totum vitrum replens oriebatur: urina clara manebat, in colore multum intendebatur, ut ad aurantium aſſurgeret, & craſſior etiam evaderet; nullum præcipitatum, nulla turbatio.

Ergò parti nocturnæ cum alcali jam medicatæ ~☉ inſtillavi, efferveſcentia inſignis, cum copioſiſſimarum ſpumarum, coloris ferè nonnihil perſici proventu, totum vitrum replente, mox turbabatur, ſedimentū craſſum, obſcurum, viſcidum, unô nomine ſimillimum illi, quod à ~☉ ſolo cadit, cum ſimili urina ſupernatante, exactiſſimè ſimilis evadebat parti ſecundæ.

Parti ſecundæ ſuperaddidi de lixivio cinerum clavellatorum; hinc efferveſcentia inſignis cum bullarum ac ſpumarum copioſiſſimo proventu, coloris perquam elegantis inſtar florum perſici, qualem ſuavem colorem in ſpuma in nullo tentamine unquam obſervaſſe, contigerat: reſtituebatur interea perfectè urina, omne ſedimentum evaneſcebat, urina clara, intensè aurantio colore tincta, craſſa reddebatur. Erat ſimillima modò dictæ cum ~♁ medicatæ. Color iſte elegans videbatur oriri ex ſedimento, quod à ~☉ incarnatum colorem contraxerat.

Parti quartæ urinæ matutinæ nondum medicatæ inſtillavi ~♄ communem; nulla hinc alteratio, niſi quod tinctura urinæ citrina ad intensè aureum aſſurrexerat, nulla præcipitatio, etiam ſequente manè inſpecta.

Parti quintæ matutinæ urinæ inſtillavi ~♁i, eundemq; rectificatum; nulla hinc alteratio, quàm ſaltem tincturæ citrinæ in intensè aureum mutatio; nulla præcipitatio; ſimillima erat modò dictæ cum ~♄ medicatæ urinæ.

Porrò urinæ tertiæ claræ, ſed in tinctura imminutæ, à ſedimento cautè decantatæ inſtillatus ~☽, præcipitavit ſimile, ac ſupra dictum fuit, contentum; ſedimento verò relicto affudi ~☉ an reſorbere veliet, addita ſufficienti quantitate ▽ ſimpl. ſed fruſtra, potiùs conſiſtentia ſpiſſa, tenaci, cæteris præcipitatis ſimile erat.

Ulterius urinæ parti quartæ lixivium cinerum clavellatorum infudi, ad efferveſcentiæ ſaturationem usque & ultra, ſed nulla hinc alteratio, ſaltem in tinctura remiſſio, nulla præcipitatio, idem effectus fuit, cùm urinæ parti quintæ idem lixivium etiam ultra ſaturationis punctum affunderem. Tincturæ ſaltem remiſſio, nulla alia immutatio.

Porro urinæ huic quartæ & quintæ cum acido & alcali ita medicatis affudi ~☉, & mox ſub inſtillatione turbabatur, & præcipitabatur urina, ſimili modo ac ſi ſpiritum hunc nudæ urinæ inſtillaſſem, ejusdem faciei quoque urina clara ſupernatabat. Pariter hoc eveniebat, cum urinæ parti primæ, cui & ab alcali & ~♁i non alteratæ, ~☉ addidi, & ſimile ſpiſſum incarnatum ſedimentum præcipitatum fuit, non obſtante alcali cinerum clavellatorum aut acido ~♁li. Præcipitatis modo dictis urinis ſuperaddidi denuo ~♁, & alteri ~♄, obſervaturus, an hi ~ſint abſorpturi denuo ſedimentum, ſed nulla mutatio hinc facta fuit, ſedimentum idem, grumoſum, quali caſeoſum ſemper remanſit, & ☐æ ſupernatantis color inſtar loturæ carnium debilis ſeu minus tincta apparuit.

Tem-

Tentamen XCIV.

Aliquot abhinc menſibus ejusdem accepi ☉m craſſam, intenſius nonnihil tinctam, ſed ſimul glauci quid repræſentantem, h. e. quaſi ſapo exactè in illa diſſolutus eſſet; dividi in 2. partes.

Parti primæ ~ ☾ inſtillavi; eadem aderant cum ſuperiori phænomena, copioſum, grumoſum, candidum ſedimentum fundum petebat, quod ab aliquot dierum mora perfici erat coloris: Urina non adeo clara, ſed nonnihil turbidula ad ſanguineum ruborem accedente ſupernatante.

Parti ſecundæ ~ ☾ dulcem anticolicum inſtillavi; nulla hinc, ne minima ſenſilis alteratio, etiam poſt aliquot dierum moram clara, aurea, eodem modo in cæteris ſe habens ſupernatabat: tantillum ſedimenti veſtigium, rari, levis, albidi apparebat, ſed nullius ferè momenti erat: adeo nulla hîc alteratio, nulla quoad utrasque ☉s convenientia.

Tentamen XCV.

Die 15. Septembris accepi ☉m propriam ſatis laudabiliter conſtitutam, pro meo tunc ſtatu;

Parti primæ ~ ſalis ammoniaci cum ☿ ſine ſpiritu vini inſtillavi, & parti ſecundæ ~ ſalis ammoniaci cum ♁ clavellatis & absque ~ vini infudi, tentaturus, an differentia quædam hæc duo inter ſit conſpicua; ſed utrinque eadem ſe exhibuerunt phænomena: mox turbabatur urina, extrudebatur chylus candidus, qui ſedimenti inſtar æqualis & benè conſtituti fundum petebat: ſupernatans urina pallidior longè quam antea conſpiciebatur: ſedimentum erat æquale, benè albo colore tinctum, cohærens, mediocris conſiſtentiæ, planè diſtinctum ab eo, quod aliàs ab alcali fixo cadit.

Inſtillavi parti primæ ~ ☾, & in momento reſorbebatur quodvis ſedimentum, ac contentum, & urina in antiquum revertebatur ſtatum, pallidior tamen videbatur, quæ tamen poſtea ſucceſſivè in colore intendebatur, non tamen ad citrinum, ſed aureum: citrinus color erat urinæ ſibi relictæ, aureus hujus medicatæ.

Parti ſecundæ inſtillavi phlegma vitrioli, acidum, ſed nulla hinc ſenſibilis, ne minima quidem alteratio, acido forſan debiliori exiſtente.

NB. Cum ~ ☾ inſtillarem, nulla effervescentia, nulla bulla, ſaltem fumus copioſus replebat urinale, & in eodem circulabatur, hinc indè donec pedetentim evaneſceret.

Parti tertiæ inſtilla vi lixivium cinerum clavellatorum, ac turbabatur, & ſedimentum ſimile quidem prioribus iſtis, ſed craſſius nonnihil, & ſpiſſius: ipſa clara urina pallidiore nonnihil ſupernatante.

Tentamen XCVI.

Die 16. Septembris urinam hypochondriaci & ſcorbutici poſt mediam noctem collectam accepi, (nam alteram, quam manè collegerat, non tentavi, erat enim illa melius & naturaliter magis conſtituta, pro ſplenetico-rum more) craſſam, ſatis laudabiliter, adhuc tamen in defectu nonnihil tinctam, cum encoremate floccoſo & craſſo, per univerſam urinam ſparſo ſeu diſtributo.

Parti primæ inſtillavi ~ ☾, mox turbabatur & ſedimentum craſſum, viſcidum, grumoſum, tenaciter vitro adhærens extrudebatur, quale aliàs nunquam conſpexi, tenacius eo, quod ſupra notavi.

Parti ſecundæ inſtillavi ~ ſalis ammoniaci cum ☿: extrudebatur leniter ſedimentum, candidum, leve, æquale, paucum, (longè parcius, quam à ~ ☾ ceciderat) benè conſtitutum, urina clara ſupernatante, aliquanto pallidior videbatur, quam illa, quæ ſibi relicta fuerat; magis tamen clara erat.

Parti tertiæ inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum, & ecce nulla hinc alteratio, ſaltem tinctura aliqualis intenſio, & ad majorem citrinitatem exaltatio, clara etiam magis reddebatur hinc urina.

Tentamen XCVII.

Die 17. Septembris urinam matris ſcorbuticæ, craſſam, pallidam, ſeu minus tinctam & ſubrubidam accepi, & in tres partes diviſi.

Parti primæ ~ ☾ inſtillavi, unde tinctura ad ruſſum & rutilum intenſio, nulla alia mutatio; ſecundæ lixivium cinerum clavellatorum, tertiæ ~ ſalis ammoniaci cum ☿, effectus utrobique idem præcipitationis chyli, ſed chylus ab alcali præcipitatus compactus & craſſior erat, à ſpiritu verò æqualior & levior: urina clara à lixivio in tinctura intenſior videbatur, ipſo lixivio flaveſcente copioſius inſtillato, nam tardè ſequebatur præcipitatio, cum copioſis arenulis albis undique urinali affixis.

Tentamen XCVIII.

Die 19. Septembris accipio urinam ſororis, à tertiana duplicata ſcorbutica reſtitutæ, naturaliter conſtitutam, & inſigniter craſſam.

Parti primæ inſtillavi ~ ſalis ammoniaci cum ☿; præcipitabatur hinc ſucceſſivè chyloſum ſedimentum, urina tenuiori & pallidiore huic ſupernatante: ſed cum ab hinc aliquot horis inſtillarem huic urinæ ~ ☾, ſubitò omne præcipitatum reſorberi, & urina in integrum perfectè reſtitui cœpit, ita ut priori,

per

Digitized by Google

per ſe aſſervatæ omnino ſimillima eſſet; utut altero manè aliquantulum, ſed parum intenſius tincta videretur à ☌ ☉.

Parti ſecundæ inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum, non adeò acre; nullâ exinde alteratio per totam hanc mediam diem, ſed ſequente manè aliquantulum ſedimenti chyloſi ſeceſſerat, urinâ intenſius tinctâ, quàm naturalis, per ſe aſſervata & eleganter, intensèque aurea.

Parti tertiæ inſtillavi ☌ ☉, quæ nonniſi in tinctura immutari, & ad ſanguineum colorem adſcendere cœpit.

NB. Notabile eſt, quod urinæ cum alcali fixo tractatæ ſin ſuperfundatur ☌ acidus & contra, copioſiſſimam ſpumam effervescendo ſuggerant, plus minus conſtantem aut tenacem, prout plus vel minus urina chylo viſcido imprægnata fuerit, econtra ſi alcalium fixorum loco ☌ ſalis Ammoniaci, præſertim cum ☿ paratum recipias, pauca admodum ſpuma, potius fumus ſaltem emergere obſervabitur.

Tentamen XCIX.

Die 22. Septembris urinam propriam benè conſtitutam in 2. partes diviſi.

Parti primæ ☌ ☉ inſtillavi, partem verò ſecundam diviſi, & medietati ejus tantum ▽ communis addidi, quantum ſufficeret, ut priori medietati æqualis eſſet, & etiam tantum de ☌ ☉ infudi; effectus fuit, quod utrinque poſt bidui moram notabiliter tinctura aſſurgeret; ſed illa urina ſola cum ☌ ☉ ad intenſiſſimè rutilum ſeu flammeum colorem aſſurgeret, illa antea cum ▽ diluta non niſi aurantium attingente, adeo multum conſiſtentia urinæ ad tincturam vel intenſiorem vel remiſſiorem facit.

Tentamen C.

Die 24. Septembris urinæ propriæ benè conſtitutæ inſtillavi parti primæ ſuccum citri recens expreſſum, parte ſecunda per ſe relicta: effectus erat, quod urina prima nonnihil turbari, & inde ferè nonnihil in tinctura remittere videretur; ſtetit ita tota die, abſque alteratione alia: ſequente die hujus tinctura intenſior præ altera, ſibi relictâ urinâ, comparere, & hinc ſucceſſivè intendi cœpit: ita tertio die intensè fulvo tingebatur & craſſa evadebat, arenulis copioſis ruffis interea vitri parietibus ſe affigentibus: illa ſibi relicta eodem modo clara & ſubaurea exiſtente: quin & quarta die hæc turbari, palleſcere, & fœtere notabiliter incepit, illâ cum ſucco citri medicata abſque graviori odore aliave corruptionis nota perdurante; quæ etiam ſeptimo adhuc die ſine ulla corruptionis ac fœtoris p. n. nota ita perſiſtebat. Quia in tinctura quotidie increſcebat, ita ut intensè fulgidum & △ eum acquireret, illâ alterâ ſibi relictâ in putredine & fœtore pergente continuo; (1.) incepit nonnihil turbida fieri, (2.) palleſcere, (3.) intenſius & acrius olere, (4.) hinc ſucceſſivè fœtere, (5.) ſub fœtore cruſta albida viſcida plus minus quaſi pinguis vitri parietibus ſe affixit; aut ejus loco ſimilis pinguis pellicula non colorata ſupernatavit; aut ejus loco ſubſtantia pulverulenta quaſi, candida, mobilis, attamen invicem cohærens parietibus, adhæſit & ſupernatavit.

Tentamen CI.

Urinæ ſanæ naturaliter conſtitutæ hominis ſani tripartitæ parti primæ infudi limaturam ♃, parti ſecundæ limaturam aurichalci, partem tertiam per ſe reliqui per 6. dies: effectus fuit; quod urina cum ♄ o mox altero die alterari & ad ſui corruptionem tendere cœpit, turbari nempè nonnihil & palleſcere, & ita indies magis magisque pergere, fœtorem contrahere, cruſtam denſam undique lateribus vitri affigere &c.

Urina cum orichalco primo die & altero intenſius tingi, & ex citrino ad aureum colorem aſſurgere cœpit ſine ulla corruptionis aut alterationis nota: ſed die quarta & turbari & nonnihil palleſcere cœpit, longè tamen minus quàm cum ♄ o; cruſtam etiam quaſi pinguem in ſuperficie contrahere, & parietibus vitri affigere; cum fœtore, non tamen adeo intenſo ac illa cum ♄ no.

Urina ſibi relicta omnium conſtantiſſimâ ultimis quidem hiſce diebus etiam conturbari & ad corrup ionem tendere cœpit, ſed cum minore, reſpectu cæteratum, fœtore, minori etiam palleſcentia arenulas ruffas generaverat: quæ fundum petebant; adeoque maximè corrupta erat illa cum ♄ in omnibus: minus illa cum ♀, quæ in primis 3. vel 4. diebus colore intendi & omnium conſtantiſſima videbatur, ſed tandem deflectebat; minimè illa ſibi relicta, utut etiam ad putredinem tenderet, ſed absque cruſta aut pellicula, ſaltem turbari & hinc palleſcere incepit.

Filtro trajeci omnes tres urinas, & ſibi relicta, item cum ♀ tractata ſimiles utrinque apparebant, ferè naturaliter conſtitutæ; illa verò cum ♄ pallidior & ſubturbida reſpectu modo dictarum.

Inſtillavi omnibus ☌ ſalis Ammoniaci cum ☿: effectus in omnibus idem; ſedimentum candidum, leve, æquale, copioſum, fundum petebat, liquor clarus ejusdem tincturæ cum urinis ipſis erat, quaſi naturaliter conſtitutus, illa ex ♄ o clara & perſpicua ejusdem cum cæteris claritatis & coloris, imo ferè apparenter nonnihil quaſi intenſioris.

Jam urinæ ſibi relictæ cum ☌ ſalis Am-

Digitized by Google

moniaci cum ♆ præcipitatæ inſtillavi ~⊕, rectificatum, & ſubito reſtituebatur ſibi in integrum, ita ut urinæ ſibi relictæ omnino ſimilis eſſet.

Urinæ cum ♀ cum ſalis Ammoniaci ~ eodē modo tractatæ inſtillavi ~ ⊕ eundem; idem effectus, perfectè ſibi reſtituebatur urina, & alteri cum ♀ ſaltem infuſæ omnino ſimillima reddebatur.

Urinæ cum ♄ tractatæ, & cum eodem ~ ſalis Ammoniaci imbutæ inſtillavi ~ ⊖ rectificatum: Effectus idem reſtituebatur ſibi perfectè, & ſimillima evadebat urina eidem ante affuſionem ~ ſalis Ammoniaci.

Omnes tres ita relictæ manè ſequente intenſius nonnihil tinctæ apparebant, quàm urinæ iſtæ non medicatæ, ab acido nempe.

His cum acido ita tractatis urinis omnibus inſtillavi decoctum gallarum; in omnibus eadem phænomena, nulla differentia; permiſcebatur ſine ulla alteratione primitus, ſed hinc nonnihil turbidæ fiebant, ſed leviter, ita ut adhuc perſpicuæ maximam partem eſſent.

Recepi illas tres urinas adhuc puras, inſtillavi unicuique ſeorſim decoctum gallarum, ſed utrobique eadem ſthænomena, nulla differentia: turbabantur ſucceſſivè omnes, & ſedimentum copioſum, & obſcurum, nonnihil grumoſum, leve ſeponebant; in quo tamen nulla notabilis apparebat differentia, ex qua aliquid potuiſſet concludi, urina turbida coloris pallidi & craſſa, ac penitus opaca ſupernatante.

Saltem hic notabile eſt, quod urina cum acidis imprægnata non præcipitabatur, ab addito decocto gallarum, hujus alcali abſorpto ab acido fortiori, adeoque non præcipitante.

Urinis ergo ab acidis imprægnatis, & quibus jam decoctum gallarum permiſtum fuerat, inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum; & ſubitò turbabantur omnes, & copioſum ſedimentum præcipitabant, craſſum, grumoſum, leve, obſcurum, urina clara ſupernatante, illa cum ♀ e quidem coloris ferè brunei habebat ſedimentum, ſed revera non tanta hic intercеſſit differentia, ut aliquid ſingulare exinde concludere potuerim.

Urinis iſtis cum decocto gallarum ſine alio addito turbatis & præcipitatis iuſtillavi ſpiritum nitri, & ſub ipſo inſtillationis actu ſedimentum omne reſorbebatur, utut copioſum foret, & urinæ claræ, perſpicuæ, craſſæ, aureo colore intensè tinctæ reddebantur: altero manè elegantes erant, & tantillum erat, quod pulveris quaſi forma fundum petierat: de cætero nulla notabilis inter illas differentia.

Urinæ illæ tres poſt filtrationem non medicatæ, ſenſim quidem ad putredinem poſt aliquot dierum moram declinabant, ſed omnium maximè, quæ Saturno fuerat imprægnata, quæ omnium prima & celerrimè putreſcebat, illa, ſibi relicta quæ erat, præ omnibus conſtantiſſima, illa cum Venere medio modo ſe habebat.

Tentamen CIV.

Die 6. Octobris mea urina manè collecta copioſum chylum continebat & in fundo ſeponebat, urina clara ferè naturaliter tincta, ſed tenui ſupernatante, huic inſtillavi ſpiritum ſalis marini; & in continenti urina penitus absque ſedimento erat, & urinam naturaliſſimè conſtitutam & tinctam in omnibus proprietatibus repræſentabat: poſt aliquot horas aliquid ſeparari & extrudi videbatur, non tamen perfectè chyloſum, reliqui ita & altero manè, ac ſequentibus diebus urina clara, ſine contento aut ſedimento erat, intensè ſanguineo colore tincta, & copioſæ admodum arenulæ ruffæ & vitrum incruſtabant, & levi motu agitabantur. Inſtillo lixivium cinerum clavellatorum ultra ſaturitatem, & copioſus chylus mox extrudi cœpit: altero manè præter hoc ſedimentum chyloſum copioſiſſimæ arenulæ ſeu cryſtalli candidi undique vitrum obduxerant, cum leviſſimo nebulæ albicantis veſtigio, paucis nonnihil ruffeſcentibus arenis adhuc fundum vitri occupantibus.

Tentamen CV.

Urinæ propriæ, ſed convaleſcentis, laudabiliter conſtitutæ inſtillavi ~⊕, rectificatum, altera medietate ſibi relicta; illa à ſpiritu brevi in tinctura exaltabatur, ita ut etiam eodem die adhuc ſanguineum intenſum ruborem contraheret; quin & in tinctura hac ſemper magis magisq; exaltabatur, ſed ſimul copioſæ arenulæ ruffæ fundum occupabant, & motu caſis ſimul etiam movebantur: nulla in urina corruptionis aut alterationis nota, etiamſi per quinque dies jam ita ſtetiſſet; ſed illa altera ſibi relicta nullum arenarum veſtigium ne minimum ſuggerebat, quin altero mox die corrumpi, & hinc quotidie magis magisque putreſcere & fœtere incepit, atq; corrumpi.

Urinæ huic cum ~⊕ ita medicatæ & filtrando ab arenulis ſeparatæ inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum ad ſaturationem usque, nulla hinc præcipitatio, (~ enim erat rectificatus, & ex ⊕o antea probe depurato paratus) quin tinctura eadem permaneret; ſed altero & ſequente die remitti ſucceſſivè tinctura cœpit; in ſpecie altero die pellicula denſa & firma ſupernatabat copioſis ſtellulis hexagonis artificiosè quaſi intertextis eleganti perquam ſpectaculo hinc inde conſpicuis: alias arenularum ac cruſtæ vitrum obducentis nullum veſtigium; nec adhuc corruptionis nota in urina, utut jam octava dies eſſet.

Hinc inſtillavi plus de eodem lixivio, unde per crebram agitationem pellicula illa penitus evanuit, & ob alcali copiam ſucceſſivè materia

Digitized by Google

veriã candida chyloſa præcipitata fuit; relicta ita ⊡ per aliquot dies non alterabatur, nullam putredinem contrahebat; ſaltem præter præcipitatum chylum cruſtam nebuloſam candidam undique vitro affixerat, in cujus ſupremo ambitu ſeu prope urinæ ſuperficiem circulus ex ⊖bus candidis exiguis cryſtalliſatis obſervabatur.

Tentamen CIV.

Die 6. Octobris circa veſperam mitto urinam benè conſtitutam, ſed brevi poſt turbabatur & cryſtam glaucam denſam vitro affigebat, & ſedimentum lateritium copioſum ſeponebat. Inſtillo ~⊕ rectificatum; ſequente manè & altero abhinc die ⊡ intensè flammeo colore tincta erat, omnis cruſta penitus evanuerat, vitrum elegans & pellucidum ubique erat, veſtigium parvarum arenularum hinc inde quidem ſe exhibebant copioſarum, ſed ex quibus nil concludere valebam; fluctuabat in ⊡ ſedimentum paucum lividum; inſtillo lixivium cinerum clavellatorum, affundendo ſimul ob effervescentiæ impetum & copioſiſſimarum bullarum proventum aquam communem, ut diluerentur magis concentrata illa ſalia; idque continuando lixivii additionem ad ſaturationis usque, ut videbatur, punctum. Poſt aliquot dies inſpecta urina ad ſanguineum colorem tincta apparebat, ſedimentum viſcidum candidum paucum ante cohærens cum ſimili grumoſo pauco ſepoſuerat: ſed in ſpecie copioſi cryſtalli candidi, ſed parvi, vitrum inveſtiebant, & copioſiores adhuc in fundo fluctuabant, levi vitri motu hinc inde mobiles.

Tentamen CV.

Urinæ naturaliter conſtitutæ, hominis nempè ſani jam cum fœtore putreſcenti, & denſam cruſtam albam opacam urinali ubique affigenti inſtillavi ~⊖is communis: effectus poſt aliquot dies denuo inſpectâ urinâ fuit, quod cruſta multum intincta, & ut ſic dicam, tenuior, & ejus textura rarior facta fuerit, econtra copioſæ arenulæ cryſtalliſatæ, ruffæ, partim in fundo fluctuabant, partim etiam cruſtæ veſtigiis iſtis intertextæ erant, exiles & parvæ; urina turbida, intenſius longè quam ante ad rubedinem tincta ſupernatabat, fœtore & aliis putredinis ſignis penitus remittentibus.

Tentamen CVI.

Urinæ hominis ſani muſto veſpera prægreſſa uſi in tres partes dividebam:

Prima ſibi relicta immutata aliquandiu perſtitit, ſed ſeorſim ad putredinem ruit, ita ut die quarta jam cum fœtore, pallore, & turbatione putreſceret, interea verò elegantia ſalia cryſtalliſaverat, hinc inde circa vitri fundum mediocris quantitatis.

Partis ſecundæ ʒij ad ʒiiß de ~⊕, cum ♃ bene parati ʒij inſtillavi, per medium diei nulla hîc alteratio præ ſanâ apparuit, ſed ſucceſſivè hinc color intendi cœpit, ita ut die quarto conſiderata longè intenſioris quàm priùs eſſet coloris, & ex citrino mediocri in aurantium intenſum aſſurgeret: ſimulque arenulas ſeu ſalia ruffeſcentia apparenter copioſiora, quàm illa prior fundo matracii affixerat: de cætero nullum putredinis, fœtoris, aut corruptionis aderat indicium.

Parti tertiæ infudi limaturam Martis recentem, & etiam ita per aliquot dies reliqui; die quarto tenue decoctum gallarum inſtillavi, & ſubitò turbabatur urina, & obſcurum colorem acquirebat, non quidem nigrum, ſed purpureum, **recht Purpur-braun / oder dunckel braun**: & pedetentim ſedimentum purpureo-violaceum ſeponebat, liquore pallido ferè albo turbido ſupernatante.

Urinæ primæ ſibi relictæ & jam putreſcenti etiam de hoc ipſo decocto inſtillavi, turbabatur, ſed pallidum, ſeu potius lacteum quaſi colorem acquirebat, & ſucceſſivè ſedimentum candidum copioſum ſeponebat, liquore eodem modo, ac modò dictum, ſupernatante.

Urinæ tertiæ, quæ jam ſedimentum atropurpureum omne ſepoſuerat, inſtillavi ~☉, & breviter omne ſedimentum, tam imum, purpureum, quam commiſtum & ſupernatans chyloſum albidum reſorptum fuit.

Idem effectus ſequebatur cum urina quarta, poſtquam eidem ~☉ inſtillaveram; nam & ſic omne ſedimentum reſorptum fuit, in ambabus ſaltem paucum quoddam ſpiſſum ſedimentum, ſed paucum admodum reſpectu prioris ſedimenti relictum fuit; urina ſupernatans in ♂li urina pallida & ſubturbida, ſed in altera ſibi relicta clara & ad intenſiorem, quam naturalem tincturam ſenſim vergens obſervabatur.

Tentamen CVII.

Urinæ hominis ſani adeoque naturaliter tinctæ bipartitæ, parte primâ ſibi relictâ, parti ſecundæ infudi muſti recentis dulcis ad fermentationem jamjam ſe accingentis ſ. q. ſequente die collatæ urinæ, illa cum muſto non ſolum ſedimentum candidum copioſum ſepoſuerat, ſed etiam ſupernatans urina craſſior & longè aureo colore intenſius tincta erat, nihil horum in urina ſibi relicta apparente, & ipſum muſtum optimè cum urina ſe miſcuerat; interim intenſiori iſti colori non multùm tribuere poſſum, cum ipſum muſtum ſubrubicundi eſſet coloris, hinc facilè urina ejusque miſcela intenſiorem colorem concipere potuerunt.

Tentamen CIIX.

Urinæ hominis ſani, jamque ad putredinem ruenti, & quæ præter cruſtam glaucam denſam ſimul i : hac ſalia parva candida in mediocri quantitate cryſtalliſa verat, inſtillo ☽, & ita per biduum relinquo: ceſſat hinc fœtor, & cruſta ferè tota evanuit, ac tantillum ſaltem ejus veſtigium reſtitit; arenæ candidæ cryſtalliſatæ etiam evanuerant, loco quarum ☉ia arenoſa ruffa hinc inde vitro ſe affixerant; ſed maxima earum pars in fundo mobilis jacebat; colore urinæ intenſiore, turbido tamen exiſtente.

Tentamen CIX.

Die 19. Octobris manè emiſſa urina mea benè conſtituta copioſam & denſam glaucam cruſtam à meridie vitro affigebat, ipſa urina clara permanente; mirabar phænomenon, ſepoſito vitro altero manè cruſta tenuior apparebat, & cryſtalli ruffi copioſi conſpectui ſe offerebant; tertio die urina clara naturaliter conſtituta in vitro erat, cruſta penitus evanuerat, cujus loco copioſi cryſtalli ruffi vitro ſe affixerant, & copioſiores in fundo mobiles coacervati erant, adeo eadem eſt glaucæ cruſtæ & arenarum ſeu cryſtallorum materia.

Tentamen CX.

Urinæ propriæ eleganti & mediocris quantitatis encoremate conſpicuæ poſt hujus in ſedimentum receſſum & ſupernatantis maximam partem decantationem inſtillo ☽ ☉, cum ♀e paratum, & mox omne ſedimentum reſorbebatur, ſucceſſivè color urinæ intendebatur, & copioſæ arenulæ cryſtalliſatæ exiles ruffeſcentes matracio ſe affixerant.

Tentamen CXI.

Die eodem veſperi urina collecta poſt ægrorum viſitationem turbabatur & cruſtam denſam vitro affigebat, ſequenti manè omnem urin ã cum contentis effundo, vitro verò cúm reſtitante cruſta aliquantulum aquæ, medium reſpectu effuſæ urinæ affundo, inſtillando deſuper ☽ ☉ q. ſ. & ſubinde vitrum agitando, hinc omnis ſucceſſivè cruſta evanuit & altero die loco hujus arenulæ ſeu tartarus cryſtalliſatus moderatè ruffeſcens in fundo fluctuans, & hinc inde vitro affigi, quantitate tamen non adeo inſigni obſervabatur.

Tentamen CXII.

Sequenti die ab ægris antemeridiano tempore rediens mitto urinam, quæ erat craſſa, intenſius tincta, benè conſtituta, ſed brevi poſt turbabatur, & cruſtam denſam admodum, albam, matracio undique affigebat; relinquo ita per biduum; hinc ſedimentum lateritium fundum occupabat, urina benè conſtituta clara ſupernatabat, & cruſta evanuerat; loco cujus undique ſalia ruffa cryſtalliſata copioſè ſe vitro affixerant, qualia etiam ſub ſedimento mobilia copioſa conſpiciebantur.

Tentamen CXIII.

Die 22. Octobris rediens manè ab ægris emitto urinam craſſam, intenſè tinctam, claram, quæ brevi poſt turbabatur & cruſtam glaucam denſam copioſam undique parietibus vitri affigebat, cum ſedimento ferè albo, in fundum ſecedente, urina tandem clara eleganti ſupernatante, reliqui ita per triduum; interea obſervavi, quod cruſta ſemper tenuior fiebat, & hinc inde cryſtalli ſalini ruffi generabantur in eâdem: ita ut altero die manè conſiderata de cruſta nil amplius appareret, ſed ejus loco undique copioſiſſimis cryſtallis ruffis ☉nis vitrum denſè obductum eſſet, ſedimento eodem ſuperſtite.

Hinc ſeparavi per filtrum clarum liquorem ſupernatantem, inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum, tentaturus an præter ſedimentum exturbata urina ſponte ſecretum adhuc naturale chyloſum aliud ſit ſeceſſurum, & ſucceſſivè etiam turbabatur hæc urina, & ſedimentum chyloſum candidum conſuetæ formæ mediocris quantitatis ſeponebat, id quod ſequenti die manifeſtius apparebat.

Tentamen CXIV.

Die 24. Octobris miſſa poſt reditum ab ægris manè urina craſſa & intenſè tincta brevi poſt turbabatur & ſedimentum mediocris quantitatis, non tamen paucum ſeponebat, unà cum cruſta glauca, denſa, undique vitro obducta. Huic circa veſperam inſtillo ☽ ☋, ſed ſedimentum altero manè non erat abſorptum; cruſta verò tenuior facta erat; die 26. manè inſpecta urina omnem cruſtam amiſerat, cujus loco parvæ arenulæ ſalinæ cryſtalliſatæ ruffæ hinc inde lateribus vitri affixæ erant, paucæ, ſed earum copioſæ & grandiores in fundo vitri fluctuabant, ſedimentum evanuerat, urina craſſa ſanguinis inſtar tincta ſupernatabat.

Tentamen CXV.

Die 27. Octobris affertur urina viri febre catarrhali laborantis, craſſa, turbida cum copioſo ſedimento, hujus per reſidentiam depuratæ portionem claram maximam partem per filtrum trajeci, & in 2. partes diviſi. Hinc

I.) Urinæ turbidæ cum ſedimento agitatæ inſtillavi ☽ ☉, nulla hinc claritas, contentum copioſum idem manebat, & fundum occupabat, urina turbida, utut intenſius tincta etiam poſt aliquot horas manebat, & ita ſedimentum non abſorbebatur, ceu ſponte quod

deci-

Digitized by Google

deciderat; attamen poſt aliquot horas imminui,& copioſæ arenulæ ſalinæ cryſtalliſatæ vitro & fundo ſe affigebant; ita ut non adeo multum reſpectu prioris ſedimenti quantitatis ſupermaneret.

2.) Filtratæ urinæ parti I. inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum mediocris acrimoniæ, nulla alteratio, donec poſt copioſius injectum lixivium, idque ſucceſſivis vicibus, interjecto ſemper temporis quodam ſpatio copioſum ſedimentum chyloſum candidum ſe præcipitaret, ſed tardius nonnihil; erat autem urina craſſa, intenſius multo intenſo aurantii colore tincta ante lixivii inſtillationem: poſt aliquot horas inſtillo ~ ☽, & ſub ipſa infuſione perfectè ſibi reſtituebatur urina, & eadem facie, qua ante inſtillationem fuerat, exactè ſe exhibebat, increſcente ſucceſſivè tinctura: nullum ne minimum ſedimenti veſtigium ſupererat.

3.) Filtratæ urinæ parti 2. quia prior difficulter adeo ſedimentum ab alcali fixo deponebat, inſtillavi ~ ſalis Ammoniaci cum cineribus clavellatis paratum, & ſub ipſa inſtillatione mox turbari urina, & ſedimentum candidum copioſum extrudere cœpit, urina brevi poſt clareſcente, & omne ſedimentum deponente: tam inſignis & notabilis differentia alcali fixum & volatile inter obſervabatur. Hinc ipſi poſt aliquot horas inſtillo ~ ☽ eundem, & reſorbebatur quidem ſedimentum omne, ſed paulo tardius ac in ſuperiori urina factum fuerat, quin urina non adeo clara reddebatur, ſed ſubturbida manere videbatur, & inde etiam color non adeo intendi, quam illa cum fixo lixivio: nihilominus poſt 2. vel 3. horas claritas & color intenſior, rutilans, utrinque idem; attamen in urina cum ~ ſalis Ammoniaci tractata veſtigium quoddam, licet tenue & exile, mucaginoſi viſcidi ſedimenti vitro agglutinati, ſed pauci admodum, ſe exhibebat.

Sequenti manè inſpectæ denuo hæ urinæ, prima cum ~ ☽ tractata intenſiſſimè ſanguineo colore tincta erat; ſedimenti viſcoſi parum reſtiterat; econtra copioſiſſimæ arenulæ cryſtalliſatæ ruffæ tam vitri parietibus denſè agglutinatæ erant, quam in fundo etiam fluctuabant.

Illa cum ~ ſalis Ammoniaci ejusdem omnino coloris nullum ſedimentum, ſed arenulæ paucæ ruffæ hinc inde vitro affigebantur.

Illa cum lixivio minus quam cœteræ tincta erat, ob copioſius infuſum lixivium aurantii intenſè coloris: nullum ſedimenti, nullum vel minimarum arenularum aderat veſtigium.

Hinc urinæ cum nitro tractatæ inſtillo lixivium cinerum clavellatorum, quod etſi largius infunderem, nihil tamen exinde præcipitare potui, etiamſi copioſam ſpumam generaret; ſequenti manè urina intenſiſſimam ſanguineam tincturam referebat, perſpicua & admodum craſſa erat, & arenulas ſeu ſabulum ruffum mediocris quantitatis in fundo præcipitaverat.

Urinæ alteri cum alcali fixo tractatæ & per ~ ☽ reſtitutæ denuo de eodem lixivio infundo, & breviter urina turbari, & ſedimentum chyloſum extrudere cœpit, ſequente manè inſpecta tinctura multum remiſerat, aurantia erat, contentum chyloſum copioſum fundum occupabat, & cruſta glacialis ex ſalibus copioſiſſimis candidis coagmentatis & cryſtalliſatis denſa undique vitrum obduxerat, ſimilibus ſalibus candidis etiam urinæ ſupernatantibus.

Urinæ cum ~ ſalis Ammoniaci mediratæ & cum ☽ reſtitutæ inſtillo de eodem lixivio, nulla exinde toto ferè die alteratio: ſequenti verò manè tinctura remiſerat & media erat inter binarum modo dictarum urinarum colores inter ſanguineum & aurantium: ſedimentum album glutinoſum, paucum fundum occupabat, ſed cruſta glacialis denſiſſima ſalium alborum cryſtalliſatorum vitrum undique obduxerat, ſimili cruſta pelliculæ adinſtar ſuperficiem urinæ obtegente: copioſiora in hac quàm priora illa urina erant ſalia cryſtalliſata.

Tentamen CXVI.

Die 29. Octobris colligo poſt reditum ab ægris urinam propriam, craſſam, intenſè tinctam, quæ brevi poſt turbabatur, & ſedimentum copioſum candidum, nonnihil lateritium ſeponebat cum cruſta denſa glauca vitrum obducente: poſt aliquot horas inſtillo ~ ☽, & altero manè contentum omne abſumptum, cruſta evanuerat, hujus in loco copioſæ arenulæ ruffæ undique vitro agglutinatæ erant, iisdem quoque in fundo natantibus, urina clara, intenſè tincta ſanguineo colore, ſupernatante.

Tentamen CXVII.

Die ſequenti prope veſperam rediens ſimilem emitto urinam, ſimiliter ac illa alteratam, p. n. inſtillo ergo lixivium cinerum clavellatorum, ſequenti manè nulla hinc in urina alteratio, cruſta, ſedimentum, eadem, &c. urina ſaltem clara eleganti naturali citrino colore tincta, ſed remiſſiore, quàm ante turbationem fuerat, ſupernatante. Inſtillo deſuper veſperi ~ ☽; nulla hinc effervescentia: & ita ſepono. Sequenti manè ſedimentum evanuerat, aut ſaltem leve ejus ſpiſſi, pauci, veſtigium aderat, cruſta evanuerat, loco utriusque copioſiſſimæ arenulæ, cryſtalliſata ſalia vitrum incruſtaverant, & in magna copia in fundo

Digitized by Google

natabant, urinâ intenſiſſimè tinctâ ſanguinea, ut illa prior, ſupernatante.

Tentamen CXIIX.

Die 1. Novembris accipio urinam ſoceri, 69. ferè annorum, anorexia & apepſia inſigni laborantis, ita ut omne carnoſum vel odore tenus faſtidiret, juſcula aſſumebat, ſed ab eorum uſu ructus copioſi aliquandiu eum exercebant, podagricus & in ſpecie nephriticus erat, item ſcorbuticus: hujus urina manè collecta craſſa, clara, intensè tincta, & quæ præcedentibus diebus copioſa ſalia præcipitaverat, dividebatur in 2. partes.

Parti primæ ~ ☉l. inſtillavi, color hinc in urina multum intendi & ad ſanguineam tincturam exaltari ſucceſſivè cœpit, nullo ſedimenti veſtigio apparente: ſaltem arenulis ſubtiliſſimis ruffis ⊖nis fundum vitri & hinc inde latera occupantibus.

Pars ſecunda ſibi relicta aliquot abhinc horis turbari, palleſcere, & aliquale, divulſum, inæquale, non exactè album, ſed ſpiceum ſedimentum, non tamen adeo copioſum extrudere cœpit, urinâ ſpicea ſubturbida ſupernatante; inſtillavi alcali ſolutionis cinerum clavellatorum; nulla hinc alteratio, ſaltem ſedimentum candidum perfectius videbatur.

Tentamen CXIX.

Die 2. Novembris, urina ejusdem viri, cujus *Tent. CXV.* mentio facta fuit, affertur, craſſa, intenſius tincta, cum encoremate copioſo, & quam ſperavi, turbatum iri.

Parti primæ inſtillo ~ ☉, dum adhuc clara eſſet, effectus fuit, quod urina ſibi relicta ſucceſſivè turbaretur, ſed illa cum ~ ☉ ſub tinctura intenſiori minus; contentum tamen quoddam craſſum & ſpiſſum incerti coloris præcipitaſſe, non tamen perfectè videbatur, quod tamen ſucceſſivè evanuit, ita ut ſequente manè ſaltem craſſa, clara, intenſiſſimè tincta cum copioſiſſimis arenulis cryſtalliſatis ruffis appareret ſine contentis.

Parti ſecundæ quia ☉ tardè turbabatur, & præcipitabatur, lixivium ſolutionis cinerum clavellatorum inſtillavi, unde copioſum brevi poſt ſedimentum candidum, nonnihil flaveſcens extrudi, & fundum petere cœpit, ☉ clara ſupernatante.

Partem tertiam fornaci calidæ impoſui, & poſt aliquot horas denuo perfectè ſibi reſtituta fuit, & paucum ſedimentum leve naturale ſepoſuit, facilè fluctuando mobile: ſed ſequenti manè denuo turbida facta fuit, contentum albidum præcipitavit, & cruſtam denſam cum copioſis ruffis arenulis intertextis vitri parietibus agglutinavit.

Pars quarta ſibi relicta eodem manè conſiderata copioſum & multo copioſius, quam modò dicta ☉ ſedimentum ſepoſuit, & liquor turbidus adhuc ſupernatabat, cruſtam aliqualem, ſed vix conſiderabilem affixerat.

Tentamen CXX.

Die 6. Novembris urinam propriam copioſis contentis naturalibus ad fundum ſecedentibus imprægnatam decantavi à ſedimentis, ipſiq; inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum, & ab hoc extrudebantur adhuc partes chyloſæ contenti naturalis, debita ferè quantitate, urinæ utrique inſtillavi ~ ☉, & ſubito vel ſub ipſius inſtillationis articulo denuo clareſcebat & perfectè reſtituebatur ſibi ☉ cum ſedimento ſpontaneo, quod etiam faciebat illa, cui alcali ſuperaddideram, ſed hæc aliqualem poſtulabat moram, utut parvam, ob alcali prius ab acido ſaturandum.

Tentamen CXXI.

Die 7. Novembris accipio ☉m ſoceri, ejusdem cujus modo *Tent. CXIIX.* mentio facta; pars ejus prior circa mediam noctem collecta craſſa, turbida, coloris ſpicci erat, & ſine ſedimenti receſſu, in tali ſtatu toto die permanebat; ob id appetente veſpera in 2. partes eam diviſi.

Parti primæ inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum, & exinde perfectè ſibi reſtituebatur ☉, clara, intensè tincta, craſſa, quaſi recentiſſimè emicta apparebat; ſequenti manè ſimillima etiam erat; à meridie demum & die nono inſpecta aliquantulum ſedimenti mucoſi, viſcidi, albi, ſed parum fundo agglutinaverat: urina eadem, quæ modò deſcripta, intenſiſſimè aurantio colore tincta ſupernatante.

Parti ſecundæ inſtillavi ~ ☉, turbida manebat tota veſpera, & grumi denſiores videbantur primo in eadem natare: ſed manè ſequente ferè clara apparebat, à meridie nullum contentorum ſeu ſedimenti penitus veſtigium; loco hujus copioſiſſimæ arenulæ, cryſtalliſatæ, intenſiſſimè ruffæ in fundo erant: ☉ craſſa intenſiſſimo ſanguineo colore tincta, non tamen adeo exactè clara ſupernatante.

Tentamen CXXII.

Die 13. Novembris urina afferebatur viduæ, quartana diuturna correptæ, craſſa, turbida, & opaca, colore ad rubedinem vergente, cum ſedimento quantitatis mediocris tardè ſecedenti, & ferè integra die ita permanens, antequam ſedimentum ſeponeret.

Parti primæ inſtillavi ~ ☉, contentum hinc denſius mox coagmentari & ſenſibilius reddi & brevi poſt denſum, rubicundum fundum petere cœpit, urina intensè tincta ſupernatante.

Die

Digitized by Google

Die 15. inſpecta urina hæc craſſa, intensè ſanguineo colore tincta, clara cum ſedimento rubeo viſcido & quibusdam arenis ruffis in fundo apparebat, adeoque contenta non erant abſumta.

Pars ſecunda in fornace calida clarificabatur, & intenſum aurantium colorem acquirebat, ſedimento ex lateritio ad rubedinem tendente, p.n. imprægnata. Filtro clarum liquorem ſeparavi, ſed nihilominus ab aliquot horis turbavi denuo & ſedimentum illi ſimile extrudere cœpit; utramque ergo hanc urinam exactè filtro à ſedimento ſeparavi, & urinæ aureæ vel aurantiæ claræ lixivium cinerum clavellatorum inſtillavi, & adhuc copioſum ſedimentum candidum naturale præcipitabatur: Die hinc 15. ☉ hæc clara aurantia cum hoc ſedimento, inſtillavi ~☽ eundem, quem ſupra adhibueram, qui ſub ipſa inſtillatione ſedimentum omne abſorbebat, naturale ergo abſumſit, p. n. minus.

Parti tertiæ inſtillavi eundem ~☽, & fornacis calori expoſui, clarificata ☉ parum ſedimenti obtinebat, die tertio poſt inſpecta eundem colorem & conſiſtentiam habebat cum urina prima, ſed ſedimenti parum ſupererat, quin ejus loco copioſiſſimæ arenulæ ruffæ fundum vitri occupaverant.

Parti quartæ inſtillavi lixivium cinerum clavellatorum, reſtituebatur ☉, ſed minus perfectè, h. e. magis clara evadebat & perſpicua, non tamen adeo exactè, color tamen aurantius exactè conſpici poterat, contenta evaneſcebant, ſed non omnia, ſed rotari eorum particulæ quædam adhuc in ☉ obſervabantur, unde etiam non exactè clara reddebatur; in fornace ſepoſita clara exactè fiebat, ſed ſedimentum tamen candidum aliquale dimiſerat, quod tertio die poſt copioſum erat, & ☉ clara aurantia ſupernatabat; cum cruſta candida craſſa vitrum obducente.

Tentamen CXXIII.

Recepi urinam hominis ſani, ejusque parti primæ ad ʒij immiſcui ☽ depurati ʒß, altera parte etiam ʒij. ſibi relicta; effectus erat, quod utraque urina clara maneret, & eneorema contentum ſucceſſivè in ſedimenti locum ſecederet, ſed illa cum ☽ imprægnata ☉ in colore pedetentim intendi, & ex citrino in intensè aureum vel aurantium aſſurgere cœpit, idque intra biduum vel triduum, illâ ſibi relictâ, non alteratâ: ſed quarta die hæc ad putredinem ruere, octava verò die inſigniter putreſcere, fœtere, turbari, cum pellicula ſupernatante cœpit; illa cum ☽ tractata in ſemel acquiſita tinctura perſiſtente, non gradatim aſſurgente, prout ab acidis accidere obſervabatur, clara eadem ſine vel minimis putredinis in colore, odore, conſiſtentia aliisve proprietatibus indiciis.

Tentamen CXXIV.

Die 23. Novembris ☉m laudabiliter conſtitutam propriam accepi, partis primæ ʒij ʒij addidi ſalis Ammoniaci per ſe depurati ʒß altera parte ejusdem quantitatis per ſe relicta: Effectus fuit, quod utrinque nulla ſenſibilis alteratio aut differens unius ab altero mutatio facta fuerit, cum eneorema ſaltem in utrisque in ſedimentum ſubſideret, ſed quarta die iſta ſibi relicta nonnihil turbari & hinc ſucceſſivè ad putredinem cum fœtore tendere cœperit, iſtâ cum ſalis Ammoniaci nil tale exhibente: nihilominus tamen & hæc ſeptima præter propter die etiam mutari, & ad putredinem tendere cœperit: præſervat ergo aliquandiu à putredine ☉m ſalis ammoniaci, ſed non tam benè ac ☌ vel ☽, quin citius exinde ☉æ putreſcant.

Tentamen CXXV.

Die 24. Novembris ☉ propria benè conſtituta, ſed craſſior & intenſius tincta poſt reditum ab ægris antè prandium reddita aliquot abhinc horis turbida fiebat, cum copioſo ſedimento & cruſta glauca undique vitrum obducente. Infudi ☿ vini & ita per noctem reliqui; non videbatur primitus multùm alterari liquor, altero verò manè inſpectâ ☉, ſedimentum omne evanuit, ac reſorptum fuit, cruſta etiam non amplius comparebat, ſed horum loco copioſæ arenulæ ſubtiles ſeu exiles undique vitro ſe agglutinaverant, ubi cruſta antea fuerat, & etiam eædem copioſæ fundum vitri occupabant, eæque omnes ruffæ; Tinctura ☉æ de cœtero parum à colore, quem antè turbationem habuerat, mutata videbatur.

Tentamen CXXVI.

Die 12. Decembris domum redeuntis ☉ craſſa, crocea, bihorio poſt turbida reddebatur, cruſtam affigebat glaucam, non tamen adeo denſam, & ſedimentum farinaceum copioſum ſeponebat: infundo ☿ pingue, hinc pedetentim, ſed tardius abſumebatur ſedimentum ferè totum, cruſta evaneſcebat, & ſubtiliſſimarum arenularum continuata textura vitrum incruſtabat, color dubius adhuc in urina, quæ ſubturbida erat.

Tentamen CXXVII.

Die 9. Januarii cum veſperi præter morem vinum bibiſſem abſinthiacum faſſafrato permiſtum, die ſequente circa meridiem infudi ☉æ manè collectæ limaturam Martis puram, & reliqui ita crebrius agitando per 24. horas; quo tempore obſervavi vel levi vitri agitatione facta crebriores bullas ex Marte aſſurgentes, etiam plures Martis particulas ſecum

Digitized by Google

ſecum elevantes, idque ſemper, quoties vitrum cum contentis agitaſſem, manifeſtiſſimo indicio, actionis ☉æ in Martem.

Tentamen CXXIIX.

Die 11. Januarii urinæ hujus parti primæ decoctum lene & perſpicuum gallarum, ſeu potius infuſum ſupra fornacem per 24. horas retentum infudi, mox turbabatur, rubeſcebat, mox è purpureo nigreſcebat ☉, & pedetentim ſedimentum ex violaceo ad nigredinem vergentis coloris ſeponebat, liquore turbido, pallido ſupernatante, urinæ ſimili; ſed Marte non tractatæ inſtillatum infuſum idem gallarum præcipitavit ſedimenta candida grumoſa, non nigreſcentia.

Parti ſecundæ urinæ hujus cum Marte tractatæ inſtillavi ~ ſalis ammoniaci, cum ♆ recenter paratum; ſucceſſivè & pedetentim turbari nonnihil ☉, & contenta levia extrudere, & in ſedimenti ordinarii forma ſeponere cœpit, ☉ citrina clara ſupernatante, unde cum ſubſediſſet ſedimentum, ☉m ſupernatantem claram decantavi, & huic de decocto gallarum modo dicto infudi, unde ☉ colorem intensè rubrum, inſtar ſanguinis; ſed intenſum, & ob liquoris craſſitiem non niſi in vitro anguſtiori perſpicuum acquiſivit: ſimilis omnino videbatur urina atque eſſentiæ reſinoſæ vegetabilium craſſieres, & ipſæ intensè ſanguineo vix perſpicuo colore tinctæ, adeoque ferè nigreſcentes: reliqui ita hac die (nam à prandio inſtituebam hoc experimentum) & ſequente manè inſpecta hæc ☉ conſiſtentia craſſior aut ſaltem minus perſpicua, adeoque ex intenſo rubro ferè nigricans apparebat: ac ſedimentum obſcuri lividi coloris ſepoſuerat: ☉ non niſi inclinato vaſe perſpicua apparebat.

Parti tertiæ cum Marte impræguatæ inſtillavi ſolutionem cinerum clavellatorum benè acrem, ſed nulla hinc alteratio: ſaltem poſt aliquot temporis, horæ præter propter unius interjectum ſpatium contentum paucum tardè extrudi & ſucceſſivè fundum petere cœpit, colore albido, ſed non adeo perfecto aut intenſo.

Dividi hanc ☉m in 2. partes, &

Parti quartæ ſeu hujus parti primæ claræ inſtillavi idem decoctum gallarum ſine agitatione urinæ ulla, unde detrudebatur ſedimentum copioſum coloris lividi, quaſi ſtercorei, ſupernatante liquore vel nigricante, vel ex intenſo rubro proximè ad nigredinem vergente, qui tamen elevato & inclinato vitro perſpicuus intensè ex flavo ad rubedinem vergente colore tinctus videbatur; & etiamſi ſequenti manè agitaſſem mutuo ſedimentum cum ſupernatante liquore, attamen eadem facies & ſedimento & ſupernatanti liquori poſt ſubſidentiam apparebat.

Parti quintæ ſeu hujus parti ſecundæ cum ſedimento relicto de eodem decocto ſequente manè inſtillavi, probè agitando omnia, & ſedimentum ex rubro ad nigredinem vergens hinc ſubſidebat, liquor verò tenuis ſupernatans ad flavedinem intenſam vergebat.

His ita factis parti primæ in 2. partes diviſæ ſeorſim ~ ☿l. & ☽ alteri infudi, effectus utrobique idem, reſtituebatur ☉, ſedimentum diſparebat, & colorem clarum aureum quaſi nonnihil opacum liquor clarus acquirebat: attamen pulveris forma ſedimentum quoddam tantillum flaveſcens apparenter ſubſiderat, nulla hic differentia utrasque inter urinas.

☉æ ſimili, ſed Marte non tractatæ per decoctum tamen gallarum præcipitatæ ~ ☽ inſtillatus ſimilia penitus phænomena exhibebat, ſaltem tinctura præ modò dictis longè intenſior & aurantia apparebat.

Parti ſecundæ cum gallis etiam tractatæ ~ ☽ inſtillavi, ☉ clareſcebat & perſpicua evadebat, colore intensè ad ſanguineam rubedinem proximè accedente tincta apparebat, **recht durchſichtig/blutroth/ mehr dem ein Rubin**; ſedimentum vero ſeponebat obſcurum, grumoſum, divulſum, lividum, ad nigredinem vergens: propter cujus ſeceſſum ☉ nonnihil tenuior videbatur.

Parti 3. & 4. inſtillavi pariter ~ ☽, & effectus ferè idem cum priori; liquor clarus, tenuior factus ſupernatabat, & tinctura ſaltem intensè aurea rutilabat, ſedimento grumoſo ex albo liveſcente ſubſidente.

Tentamen CXXIX.

Die 2. Decembris urina viri juvenis craſſa, turbida cum ſedimento copioſo intenſiſſimè flammeo colore rutilabat recens emiſſa, ipſo ægro febre lenta, hecticæ non abſimili, cum ſeceſſibus crebrioribus afflicto.

Parti primæ ~ ☽, ſecundæ ~ ☿l. rectificatum inſtillavi; effectus utrinque erat, quod ☉ turbida talis maneret, & ſedimentum ſuum ſeponeret: ☉ ſupernatans intensè ſanguineo colore tincta erat, ſed illa cum ~ ☽ aliquantum intenſius tincta videbatur: clara perfectè in ~ ☿li, clara verò ſaltem ſuperiorem circa regionem, in ~ ☽, à medio ad imum uſque opaca, in imo utrinque ſedimentum inſpiſſatum cum copioſis arenulis ruffis: ita ut ~ ☿l. perfectius quam ~ ☽ præcipitaſſet, ſedimentum cum ~ ☽ viſcidum admodum, grumoſum, cum ~ ☿l. ſaltem viſcidum & glutinoſum erat.

Parti tertiæ lixivium cinerum clavellatorum non adeo acre; Parti quartæ lixivium ex ♀ & ☽ detonatis acre inſtillavi, effectus utrinque in omnibus idem; reſtituebatur mox ☉, ſed

Digitized by Google

ſed ut ſolet, non adeò exactè perſpicua evadebat; ab aliquot horis ſeponebant ſedimentum, ad croceum colorem vergens: ☉ clara exactè, aurei vel aurantii coloris ſupernatante, differentia nulla alia, quàm quod ☉ cum lixivio acri copioſas arenas albas ſeu candidas vitro undique affixerat; illa cum lixivio minus acri, nil tale exhibente.

Tentamen CXXX.

Die 16. Decembr. Urinam propriam matutinam naturaliter conſtitutam in ℥. partes diviſi: Partis primæ ℥ij - ℥ij. addidi ☾ depur. ʒß. Partis ſecundæ ℥ij - ℥ij. addidi ☿ communis ʒß. Partem tertiam per ſe reliqui: omnes ſepoſui.

In omnibus nulla quoad tincturam mutatio; ſucceſſivè etiam per aliquot dies inalteratæ ſtabant, tandem ſibi relicta ☉ putrefieri & fœtere incepit: minus illæ cum ſalibus medicatæ, utut illa cum ☿ communi magis etiam ad putredinem vergere cœperit, quam illa cum nitro.

Tentamen CXXXI.

Die 18. Decembr. ☉æ meæ, ut ſpero, ſanæ partem primam ſibi reliqui, alteri lixivium cinerum clavellatorum inſtillavi & ſepoſui: hoc præcipitabat contentum naturale, copioſum; hinc poſt aliquot dies illa ſibi relicta putreſcere & fœtere inſigniter cœpit, hæc cum alcali minus, utut hæc ſemper penetrantem ☉ſum odorem ſpiraret.

Tentamen CXXXII.

Urinæ propriæ, ſed tenuiori, in ℥. partes diviſæ, primæ ☾ ☽, ſecundæ lixivium acre ♀ ☾ carminativi, infudi, tertiam per ſe reliqui.

Repoſui ita, & expectavi 10. dies. Prima cum ☾ ☽ ſucceſſivè tingebatur, & tandem rutilantem acquirebat colorem, citra ullum fœtorem, aut putredinis aut corruptionis indicium.

Secunda cum alcali præcipitabat pedetentim ſedimentum leve, chyloſum, & hinc ſemper intenſum ☉ſum admodùm ſpirabat odorem citra turbationem, aut fœtorem, aut corruptionem ulteriorem.

Tertia ſibi relicta, utut per plures dies citra alterationem continuaſſet, ob ſubſtantiæ ſcilicet tenuitatem, tandem tamen turbari, ſitum contrahere, & fœtere adeoque putreſcere incepit; illis prioribus ne minimum ejus indicium præbentibus.

Tentamen CXXXIII.

Accepi ☉m propriam, bene conſtitutam, & infudi limaturam Martis, reliqui ad 28. horas & ultra in infuſo, in loco tepido, alterabatur ☉ more conſueto, agitatione leni copioſæ bullulæ emergebant ex fundo, roſionis indices. Poſtmodum hujus infuſi clari patti primæ infudi corticum fraxini infuſum, increſcebat ſucceſſivè miſtura, & poſt aliqualem temporis moram perfectam atramenti faciem repræſentabat, utut propter tenuiorem conſiſtentiã ſcripturæ ineptum eſſet perfectæ, literas tamen nigricantes ducebat.

Parti ſecundæ infudi corticum tamariſci infuſum; tardius turbabatur ☉, quæ ſucceſſivè intenſum ad nigrum vergentem colorem rubrum, perſpicuum tamen contraxit; ſed poſt 24. horas inſpecta denuò ſedimentum rarum, copioſum, nigrum præcipitaverat: ☉ clara dicto modo tincta ſupernatante.

Parti tertiæ inſtillavi infuſum corticum Guajaci, vix alterari videbatur ☉, quin ſucceſſivè ſibi relicta miſtura ſaltem colorem intenſè citrinum ſub conſiſtentia craſſa & perſpicua acquireret, & aliqualem, ſed paucum, rarum, vix notatu dignum ſedimentum deponeret.

Eodem tempore pro ſimili experimento infudi de eadem limatura Martis muriæ ſeu ▽æ communi ☿e communi ſaturatæ: notabiliter hæc in Martem operata erat, adeò ut poſt 24. horas crocus obſcurus ſuperficiem Martis occuparet; undè claro liquori de eisdem infudi infuſis.

Sed ex infuſo fraxini nulla notabilis alteratio, color ex rubro ad nigredinem vergens in liquore claro & perſpicuo videbatur, ſed ☉næ inſtillatum idem infuſum eandem alterationem inferebat, ita ut hi duo liquores urinæ, cui fraxini infuſum inſtillabatur, & muria Marte imprægnata ſimillima apparerent, & color ex liquore infuſo maximam partem eſſe videretur, ſcilicet ad modum decocti gallarum ☉ non præcipitabatur ab infuſo corticum fraxini: ſed hæc tamen erat differentia, quod licèt ad lucem conſiderati hi duo liquores ſimiles apparerent, illa muria Martialis non perſpicua, ſed opaca & inſtar atramenti nigra, ☉ verò eodem infuſo perſpicua ſubrubro ſuo colore conſpiceretur.

Muriæ Martiali tamariſcus aliquale ſedimentum, ſubtile, rarum, leve, parvæ quantitatis præcipitavit, liquore ferè perſpicuo, ſeu ſubobſcuro, ſed citrini coloris ſupernatante.

Ex Guajaco nulla alteratio.

Atramento iſti, ex ☉ Marte imprægnata per infuſum fraxini præcipitata inſtillatus ☾ ☽ ſubitò omnem colorem nigrum evaneſcere fecit, ita ut brevi poſt liquor perſpicuus, coloris aurantii, conſiſtentiæ craſſæ, cum pauco ex livido flaveſcente ſedimento appareret.

Miſturæ dictæ cum infuſo tamariſci præcipitatæ idem ☾ ☽ analogam alterationem induxit, quatenus liquor clarus, perſpicuus, intensè aurei coloris, craſſius evadebat, ſedimento pauco prædicto ferè ſimili ſecedente.

Digitized by Go

Tentamen CXXXIV.

Urinæ ſanæ in ʒ. partes diviſæ parti primæ ~ ☉, ſecundæ lixivium ♈ ~ carminativi inſtillavi, tertiam per ſe reliqui. Ex his ultima hæc die quarto incipiebat turbari, & ad fœtorem ac putredinem ſucceſſivè declinare, quæ die octavo manifeſtiſſima in ea erant, & ita ſucceſſivè corrumpebatur.

Iſta cum alcali præcipitabat contentum naturale & ſine putredinalis corruptionis nota, clara intensè perſpicua citrina permanebat, ſed ſemper fortem ☉ſium odorem ſpirabat: duodecimo die incipiebat aliqualiter turbari, & apparenter ad putredinem ſe diſponere.

Illa cum ~ ☉ intensè ſanguineum contrahebat colorem, & adhuc die duodecimo ne minimum alterationis corruptionisve putredinalis indicium exhibebat.

Aſſervavi has ☉s ita per tres ſeptimanas, & illa ſibi relicta fortè admodum putrefieri continuavit. Illa cum alcali ☉ſium fortem nonnihil, ſed obſcurè fœtentem odorem emiſit, ſed quod ad propriè ſic dictam putredinem rueret, obſervare non potuimus: alterata tamen magis & in claritate nonnihil imminui, ſed in tinctura aliquantulum exaltari videbatur: illa cum ~ ☉ intenſo ſanguineo colore citra aliam alterationem immutata continuabat.

Hæ ☉æ aſſervatæ ita ultra 6. ad minimum ſeptimanas, interea illa cum ~ ☉ eodem modo, ut dictum, ſine ulla alteratione alia perſtitit: iſta cum alcali verò perfectè clareſcebat, & aureum intenſum colorem acquirebat, odorem ☉ſium penetrantem ſemper ſpirans, ſed citra putredinis alias notas; Illa verò ſibi relicta copioſum ſatis ſedimentum flaveſcens ſepoſuerat, clara hinc reddita denuo, non adeo exactè tamen coloris ex aurantio ad rubrum vergentis, atque tunc odorem ☉ſum penetrantem, ſed perfectum quaſi empyrevmaticum expiravit; fœtore putrido in empyrevma mutato.

Tentamen CXXXV.

Urina viri crebrius vinum bibentis, craſſi & obeſi, & largo paſtu ſubinde utentis, cum parvo corporis motu, matutina, craſſa, moderatè tincta, & quæ copioſa ♁ia candida vitro affigebat.

Parti primæ inſtillavi ~ ☉, nulla hinc alteratio, ſaltem poſt aliquot dierum moram pedetentim color intendi, & poſt octiduum ad aureum intenſum ex blandè citrino colore aſſurgere cœpit.

Parti ſecundæ lixivium ☿ & ☉ calcinati acre inſtillavi; nulla hinc alteratio, ſed poſt aliquam moram demum pauci candidi lanuginoſi ſedimenti præcipitatio obſervabatur.

Parti tertiæ ~ ſalis Ammoniaci acrem cum Ψ paratum inſtillavi, brevi poſt copioſum ſedimentum candidum extrudit, & hoc ad fundum ſecedere & densè ibidem conſtringi & compingi cœpit, coloris & conſiſtentiæ in his duabus poſterioribus nulla alteratio.

Ex his infero:

1.) Alcali volatilis præ fixo potentiorem energiam eſſe.

2.) ☉æ hominis ſani ab acido vinoſo firmam eſſe texturam & unionem, quam nec fixum alcali diſſolvere potuit.

3.) Acidum patere ex ♁bus candidis cryſtalliſatis.

4.) Propter hanc texturam firmam benè ſaturatam nec ~m ☉ niſi tardè potuiſſe agere.

Tentamen CXXXVI.

Accepi ~ ☉æ per ſe poſt phlegmatis abſtractionem paratum, & infudi puræ limaturæ Martis: reliqui per aliquot dies: multum limaturæ in ſubtilem pulverem rodi videbatur; & quousque ~ pertingebat, circulus croceus vitrum ambiebat; hujus filtratæ infuſionis claræ, nonnihil citrineſcentis ſeu blandè flaveſcentis,

Parti primæ inſtillavi infuſum gallarum recens forte coloris aurei perſpicui, & ſub ipſa miſtione miſtura opacari, & ruberrimum colorem induere cœpit, poſt aliquot horarum moram miſtura craſſa, ſpiſſa, opaca, & non ſecus ac ſi copioſus lapis hæmatites exactè pulveriſatus commiſtus eſſet, apparebat.

Eidem infuſo gallarum ſimplici de eodem ♈ ſimplici infudi, miſtura craſſa, opaca reddebatur, coloris primo gryſei, ſequente manè obſcuri, ob opacitatem vix diſcernibilis, ad flavum tamen accedentis, & quæ cum illa priori in nullo penitus conſpiraret: quò diutius ſtabat, eò obſcuriorem lividum colorem acquirebat.

Parti ſecundæ inſtillavi infuſum corticum tamariſci, non recens ac debile; effectus erat, quod miſtura opaca ferè redderetur, non inſigniter obſcura, & ad nigredinem propius accedens, inclinato ſaltem vitro, ut radii lucis trajicere poſſent, perſpicua ex intensè rubro ad nigredinem vergens conſpiciebatur.

Eidem infuſo ſimplici ~ ☊ eundem ſimplicem inſtillavi, unde liquor ante aurei coloris eundem colorem retinere ſub perſpicuitate ſolebat, ſed aliquantulum tamen præcipitari videbatur, dum ſuperiorem in perexiguo vitro regionem liquor magis ad rubedinem vergens, & minus quàm reliqua pars perſpicua occupabat. Poſt aliquot dies intenſiùs tincta hæc miſtura craſſa & coloris intensè ſanguinei vix perſpicui facta erat.

Parti tertiæ ſimile debile & non recens infuſum

Digitized by Google

fuſum corticum fraxini inſtillavi, eadem & hic phænomena: ſaltem aliquid in fundo mediocris quantitatis præcipitatum apparebat, quod an ex infuſo corticis, an ex infuſo Martis fuerit, hæreo: quia infuſo ſimplici ~ ☉ ſimplex infuſus, eadem quidem phænomena, ac ſupra cum infuſo tamariſci exhibuit, ſed ſedimentum quoddam paucum illi priori ſimile fundum petierat.

Hinc parti primæ inſtillavi ~ ☿, unde efferveſcentiæ ſub motu peracto perfecta nigredo apparebat, ſed plus de ſpiritu eodem infuſo, liquor perſpicuus coloris ferè aurei reddebatur, ſedimento pauco, raro, levi, & quod ex gallorum infuſo videbatur, fundum occupante.

Parti ſecundæ de eodem inſtillavi ſpiritu, & primo nigreſcebat, perfectè atramento ſimillima facie; ſed cum poſt 24 horas plus infunderem, liquor clarus, citrinus, cum leviori & rariori & flaveſcente nonnihil contento, ſed copioſo eneoremate apparebat: hoc ex infuſo vegetabili eſſe videbatur.

Parti tertiæ ~ ☉ inſtillavi, hinc poſt efferveſcentiam atramentum, ſed copioſiore inſtillato ſpiritu color perſpicuus elegans aurantii coloris reddebatur, cum pauco & levi ſedimento.

Hiſce per ſpiritus acidos clarificatis urinis lixivium detonationis ☿ & ☉ inſtillavi, ad efferveſcentiæ ſaturationem: unde

Prima cum gallis ſedimentum copioſum obſcurum, nigrum ſeponebat, liquore tandem claro eleganter viridi ſupernatante: qui color viridis tertia adhuc die ſaltem citrinus erat.

Pars ſecunda cum tamariſcis copioſum ſedimentum flaveſcens ex livido ſepoſuit, liquore claro intensè aurantio ſupernatante.

Pars tertia cum fraxino dicto modo ſimilis, ſed ſedimentum parcius, & liquor vix adeo intenſæ tincturæ.

Tentamen CXXXVII.

Dies 18. Martii Anno 1681. pœnitentialis erat & totus jejunio tranſigendus: manè ergo ☉ mea emiſſa erat laudabiliter conſtituta, cum eneoremate: circa XI. horam emiſſa craſſa, intenſius tincta, poſt 3. vel 4. horas turbabatur, illa priori non turbata: hora 4. pomeridiana, cum adhuc jejunus eſſem, emiſſa ☉ ſecundæ ſimilis horâ unâ abſolutâ turbabatur, ob id ad ſequentem usque diem aſſervata vix matutino tempore perfectè clara reddita fuit, ſedimento ſepoſito: die ergo 19. à meridie urinæ hujus agitatione confuſæ

Parti primæ ~ ☉ inſtillavi ſucceſſivè, & pedetentim clareſcebat liquor, & perfectè ſibi reſtituebatur, citra aliam alterationem.

Parti ſecundæ lixivium ☿ & ☉ detonati infudi, & in momento ſub ipſa inſtillatione perfectiſſimè ſibi reſtituebatur; adeo ut poſt aliquot horas demum illa cum ~ ☉ hujus ſimilis redderetur: de cætero ſic ſimillimæ exiſtebant, ut ovum ovi: manè ſequente inſpectæ hæ miſturæ, illius cum ~ ☉ tinctura intendi incipiebat, & ita ſucceſſivè pergebat, liquore clariſſimo exiſtente: illa verò cum alcali aliquale ſedimentum candidum ſepoſuerat, ipſa ☉ clara naturali ſimillima ſupernatante, in tinctura non mutabili: hic alcali perfectiſſimè ☉m reſtituit.

Diebus ſequentibus pari modo ☉ manè emiſſa laudabiliter conſtituta, circa meridiem quæ reddebatur, craſſior, & intenſiùs tincta, turbabatur aliquot abhinc horis, illâ priori non turbatâ.

Urinæ ergo tales turbatæ ante perfectam ſedimenti ſubſidentiam in ʒ. partes diviſæ.

Parti primæ lixivium ex ☿ & ☉ calcinatis inſtillavi: unde ſub ipſa inſtillatione clareſcebat, & perfectè ſibi reſtituebatur ☉: & poſtmodum, ſed tardè ſedimentum candidum paucum in fundum dimittebat; ☉ ſibi perfectè reſtituta ultra ʒ. dies ita perſtante: tunc enim abjiciebatur.

Parti ſecundæ ~ ☉ per ſe paratum inſtillavi, effectus penitus idem, etiam ſub inſtillatione clareſcebat, & ſedimentum ſucceſſivè album ſimile, ſed tenacius & firmius apparenter cohærens dimittebat.

Parti tertiæ ~ ☉ infundebam, ſed ſine alteratione per plures horas, ita permanebat, donec altera manè clara & intenſiùs longè tincta ſine ſedimento appareret: ſaltem ſabulum ruffum fundum occupabat.

NB. 1. Sedimentum in alcali medicatis urinis non idem cum illo, quod in ☉ turbida ceciderat; hoc copioſum, minus candidum, & cum ☉ turbidula ſupernatante: in his verò ☉ reſtituta paucum & naturale ſeponebat, ☉ ſimillima naturali ſupernatante.

NB. 2. Acidum abſorpſerat & retinuerat omne contentum, ſaltem cum ♃ eis craſſioribus particulis coiverat in ſabuloſum quaſi concretum.

Idem experimentum aliquoties reiteratum eundem ſucceſſum ſemper habuit.

Tentamen CXXXIIX.

Urina affertur viri hydropici aſcitici pauca, craſſa, rutilans, quæ mox turbabatur, & ſedimentum copioſum lateritium & farinaceum ſeponebat.

Parti primæ inſtillavi lixivium ☿, & ☉ calcinati, ſed turbida manebat ☉, ut tenuior apparenter & minus opaca redderetur;

altera die clara aurantia ſupernatabat, ſedimentum ex candido nonnihil ad flavedinem ♃eam inclinans ſepoſuerat copioſum, grumoſum &c.

Parti ſecundæ ☁☉ inſtillavi, ſucceſſivè mutabatur eadem, ita ut ſupernatans ⊡ non adeo perſpicua, ſed ferè opaca redderetur, & ad rubedinem videretur inclinare; imo verbo: loturam carnium intenſius tinctam referebat; ſedimentum ſpiſſum, tenax & glutinoſum tenaciter fundo adhærens ſepoſuerat, ex rubeo quaſi liveſcens, &c.

Aliquot abhinc diebus mutabatur ⊡ & excernebatur ita, ut copioſum contentum quaſi naturale ex albo nonnihil flaveſcens ſubſideret, ⊡ clara, craſſa intensè tincta aurantii coloris ſupernatante, quæ tamen aliquot abhinc horis etiam turbari incipiebat.

Hujus ergo ægitatæ ⊡æ ante ſupernatantis liquoris perfectam turbationem in 3. partes diviſæ.

Parti primæ inſtillavi ☁☉, intendebatur ſucceſſivè color, qui cruentus evadebat, non clareſcebat perfectè, ſedimentum ruffeſcens coactũ & condenſatum fundum occupabat.

Parti ſecundæ inſtillavi lixivium & ☿,& ☉ detonatis; non reſtituebatur liquor, utut aliqualiter ad perſpicuitatem aliqualem tendere videretur: tandem ſedimentum ſimile ⊡ ſibi relicta ſeponebat, idque duplex I. copioſum ex albo ad croceum tendens, huic ſupernatabat 2. ſtratum album quaſi chyloſum: eadem phænomena in urina ſibi relicta: ſaltem cum alcali tractata perfectè perſpicua ſupernatabat, illa ſibi relicta ſubrubida apparente, & ſedimentum in alcaliſata levius & rarius, illud in ⊡ ſibi relicta ſpiſſius & denſius compactum apparebat.

Tentamen CXXXIX.

Urina viri ex vitio ventriculi & iracundia frebre lenta cum tabe affecti cum tuſſi & materiæ vitioſæ non adeo copioſæ rejectione, craſſa, intensè tincta brevi poſt turbabatur, & ſedimentum copioſum, Iſabell-Farbe/ ſeponebat, liquore claro, aurei coloris ſupernatante.

Pars prima ſibi relicta taliter comparuit.

Pars ſecunda ☁☉ impræġnata non alterabatur, ſed turbida & confuſa manebat, ſed pedetentim in urina ita turbida aliquid ſubſidere videbatur, ſed ſequente die ⊡ clara, intensè ſanguineo rubore tincta, absque ullo ſedimento, apparebat, loco cujus ſabulum ruffeſcens paucum fundum occupabat.

Pars tertia, cui lixivium ex ☿ & ☉ ana detonatis inſtillabatur, mox turbida & opaca, clarior & magis ad perſpicuum tendere cœpit, non tamen perfectè erat perſpicua, nec ſedimentum reſorbebatur, ſed diſperſum fluctuabat, & pedetentim denuo fundum petebat, coloris ex albo nonnihil citrineſcentis: urina clara aurantia ſupernatante.

Hinc parti primæ ſibi relictæ poſt omnimodam ſedimenti ſeparationem decantatam partem accepi, & lixivii prædicti q. ſ. inſtillavi, unde adhuc ſedimentum naturale præcipitatum fuit.

Parti ſecundæ lixivium prædictum etiam inſtillavi, & hinc ſedimentum quoddam etiam extrudi cœpit, liquore claro, ſed in tinctura multum remiſſiori ſupernatante.

Tentamen CXL.

Fœminæ tertiana intermittente legitima correptæ jam in ſummo ſtatu ⊡ coctionis ſigna perfecta exhibebat; cum ſedimento ruffeſcente, copioſo, liquore claro, intensè tincto, aurantio ſupernatante.

Parti primæ ☁☉ inſtillavi, quæ diu turbida permanebat, & pedetentim ſedimentum deponebat, ſpiſſum, ruffum intensè, ipſa clara, craſſa, perſpicua ſanguineo rubore tincta ſupernatante.

Parti ſecundæ lixivium ☿ & ☉ inſtillavi; effectus erat, quod reſtituebatur urina, ſed imperfectè, & brevi poſt ſedimentum ex albo ad croceam flavedinem vergens ſeponebat denuo, urina minus perſpicua, ſed tamen aurei coloris ſupernatante.

Pars tertia ſibi relicta clara rutilans ſupernatabat, ſedimentum, ut ſupra dictum, ſeponebat.

Tentamen CXLI.

Vir tertiana ſimplici, hinc duplicata, ſæpius recidivante per 14. vel 15. ſeptimanas conflictatus corripitur poſt ceſſantem febrem doloribus inteſtinorum & ventriculi convulſivis, contundentibus, & lacerantibus graviſſimis: ⊡ erat intensè ſanguineo colore tincta, clara, ſed ob craſſitiem & coloris intenſionem vix exactè perſpicua, ita ut ſuperficialiter conſideranti tantum non nigra appareret: aciditate ſcorbutica ex omnium contentorum dyſcraſia acida poſt febrem diuturnam relicta, ita urinâ quoque liquorem tingente.

Pars prima ſibi relicta dicto modo conſtituta per aliquot dies perſtabat, encoremate aliquali in ⊡ fluctuante.

Parti ſecundæ inſtillavi lixivium ex detonatione ☿ & ☉ natum, acre, & hinc palleſcere cœpit ⊡ & ſedimentũ copioſum ex candido potius, ſeu magis flaveſcens ſeponebat, ⊡ tenui, perſpicua exactè, aurantio aut aureo colore tincta ſaltem ſupernatante.

Parti tertiæ inſtillavi ☁☉, unde ⊡ minus mutabatur; quin conſiſtentia, color omnino intendebantur, ita ut perſpicuitatem omnino perderet, & nigra ⊡ appareret, aut

quæ

Digitized by Google

quæ ſaltem in loco exactè opaco accuratè obſervata vix craſſa & intensè ſanguinea appareret: ſepoſuerat hæc ☉ ſimul ſedimentum aliquale, ſed paucum, ex obſcuro liveſcens, multo minus præ illo, quod ☉ cum alcali tractata ſepoſuerat.

Obſervandum exinde,

1.) Quid ☉ nigra, & unde?

2.) Aureus, aurantius, ſanguineus, niger color, quo gradu & quo efficiente differant?

3.) ☉ taliter tinctæ unde contenta tam naturaliter retineant.

4.) ✝dum intendit concentrando, alcali minuit reſolvendo texturam urinæ.

5.) Qualis ſtatus contentorum corporis poſt diuturnas intermittentes: nam appetitus utcunque conſtabat, & niſi turbarent tormina, comedebat ſufficienter: flatus copioſi & ructationes aderant; crepitus ventris plures: & excreta tam ſpontanea quàm artificialia ferè viſcida: dolor acutus rodens quaſi urens circa orificium ventriculi: hinc poſt ructus exhalantes aciditatis ſenſilis obſervatio in ventriculo & ore.

Ergo recipiebam partem tertiam & ei addidi duplum ▽ communis, & reddebatur ☉ ſimilis parti ſecundæ, ſaltem quod contentum præcipitatum non adeſſet, & ob id craſſior appareret; item: parti ejus addidi ad minimum ana ▽ communis, & reddebatur hæc ☉ ſimilis parti primæ ſibi relictæ.

Tentamen CXLII.

Urinam meam jejunus divido in ʒ. partes, prima ſibi relicta erat craſſa, intensè tincta, ☉ea; ſecundæ addidi ⊖ commune, tertiæ ☽, per aliquot horas nulla differentia; ſed ſequente die manè illa cum ⊖ communi tractata erat turbida, & copioſum ſedimentum ſepoſuerat: cæteris ſibi adhuc ſimillimis exiſtentibus.

Hanc diviſi in 2. partes æquales, & parti primæ ~ ☽ inſtillavi, qui ſedimentum omne reſorbebat, tincturam intendebat, & ſanguineam reddebat; lixivium verò ♀ ~ carminativi parti ſecundæ inſtillavi, unde copioſum candidum ſedimentum præcipitabatur, ☉ clara citrina ſupernatante: ergo contentum erat naturale, quod hoc modo præcipitatum fuerat, licet non adeo perfectè nec omne: nam abundè reſorbebatur, quod ab alcali perfectè præcipitabatur.

Die tertio duæ cæteræ, ſibi relictæ & cum ☽ tractatæ etiam turbari & palleſcere incipiebant; tempus tum erat æſtivum & fervidum.

Tentamen CXLIII.

Tempore æſtivo ☉m meam veſperi collegi, craſſam, intensè tinctam hujus parti primæ ⊖ communis q. ſ. addidi, parte ſecunda ſibi relicta; utrobique eadem exactè ſemper facies, & ſucceſſiva alteratio, & ad fœtorem & corruptionem progreſſio: adeo ⊖ commune ☉m non alterat, nec ejusdem alterationes impedit, quinimo nec putredinem arcet.

Tentamen CXLIV.

Urinæ meæ probè coctæ eodem tempore collectæ, ſed manè ſequente in 2. partes diviſæ parti primæ q. ſ. ☽, ſecundæ q. ſ. ⊖ communis addidi; ſteterunt ita utræque per triduum, citra ullam alterationem, eadem facie, nec ab ☉ ſibi relicta, nec à ſe invicem vel minimum differentes; die quinto vero ☉ cum ⊖e turbari, ſitum contrahere in ſuperficie, & fœtere nonnihil incepit: illa cum ☽ clara adhuc & citra alterationem apparente, ſaltem quod in ſuperficiei quodam loco ſitum etiam contrahere cœpiſſet, citra tamen aliud alterationis ſignum: adeoque ☽ ☉m magis condit & conſervat, quam ⊖ commune.

Tentamen CXLV.

Menſe Julio, æſtuoſiſſimo tempore, ☉m meam manè collegi bene conſtitutam, eamque in ʒ. partes diviſi, primæ ~ ⊖ communis, ſecundæ ~ ⊖ dulcem infudi, tertiam per ſe reliqui: effectus fuit, quod

Pars prima cum ~ ⊖ tractata ſucceſſivè in colore intendi & ad ruborem ferè ſanguineum aſcendere cœperit; & ad ʒ. ferè ſeptimanas citra aliam alterationis aut putredinis notam duraverat, ſaltem quod paucum grumoſum ruffum ſedimentum depoſuerit.

Pars ſecunda cum ~ ⊖ dulci mixta nihil mutabatur, unde colorem & conſiſtentiam retinebat: ſaltem aliquot abhinc diebus nonnihil, ſed parum colore intendi cœpit, & ex aureo ad aurantium accedere citra aliam alterationis aut corruptionis notam: etiamſi tamdiu ac prior aſſervaretur; ſedimentum priori ſimile, ſed paucum ſepoſuerat.

Pars tertia putreſcere jam notabiliter, turbari, fœtere, lanuginem contrahere, ſedimentum album copioſum &c. ſeponere cœpit.

Tentamen CXLVI.

Pueri 2 ¼ annorum, variolis, **Spitz-Pocken** dictis, laborantis ☉æ cum copioſo ſedimento albido agitatæ.

Parti primæ ~ ☽ inſtillavi, turbida manebat, ſed poſt biduum omne ſedimentum evanuerat, ſabulum rubrum fundum occupabat, ☉ clara, ſanguinea, craſſa apparebat.

Parti ſecundæ lixivium ex ♀ & ☽ detonatis inſtillavi; reſtituebatur perfectiſſimè ☉, & citrina craſſa reddebatur, & ita durabat; ſed ſequentibus diebus ☉ eadem ſimili ſub facie nihilominus candidum ſedimentum naturale ſepoſuerat mediocris quantitatis.

Digitized by Google

Analoga his ☉æ phænomenis ſunt illa in cereviſia, v. g. menſe Octobri cereviſiæ noſtratis raſtrum dictæ parti primæ ☾~☉, parti ſecundæ lixivium cinerum clavellatorum acre inſtillavi, ibi cereviſia jam ſua ſponte acceſcens nonnihil eadem facie & conſiſtentia ſemper perſiſtebat, citra ſui mutationem, ſaltem quod tantillum fæcum ſubſederit, id quod etiam in cereviſia ſibi relicta factum fuerat: Ex cereviſia vero cum lixivio præcipitabatur brevi poſt copioſum ſedimentum, ex flavo liveſcens ad inſtar fecum cereviſiæ: liquor clarus intensè ſanguineo colore tinctus ſupernatabat: ♁ia quædam grandiuſcula hinc inde vitro adhærebant.

Paria phænomena cereviſia Wurzenſis recens, ſed benè fermentando defecata ſuggeſſit, quæ ab acido ☾~☉ citra mutationem ſubſtitit: feces enim, quæ ſubſiderant, etiam per ſe ſubſidere ſolebant: Aſt inſtillatum lixivium prædictum copioſas feces præcipitavit, & copioſa ♁ia cryſtalliſata undique vitri parietibus affixerant, & liquor craſſus, tamen perſpicuus ruber fecibus ſuperſtabat: Has inter duas cereviſias per alcaliſatum præcipitatas talis obſervabatur differentia, quod noſtrâs copioſiores feces reddiderat, tenuior erat, & magis perſpicua: Wurzenſis copioſiora ♁ia hinc inde affixerat.

Jam inſtillavi his per alcali præcipitatis ☉is ☾~☉ eundem; & mediante effervescentia ſolvebatur denuo omne præcipitatum: aut ſaltem parum ejus reſtare videbatur; liquor clarus, perſpicuus, ſed in tinctura remiſſior ſupernatabat.

Tentamen CXLVII.

Die 13. Novembris Anno 1681. manè rediens ab ægris collegi ☉m, intensè tinctam & craſſam, & neceſſario turbandam; hujus partem primam per ſe reliqui; ſecundam in vitro in fornace calefacta ſepoſui: illa brevi turbabatur, hæc nullo modo, etiamſi per 24. horas ita ſtetiſſet; hinc die ſequenti eadem exemta, & in loco frigido collocata, ſucceſſivè turbari cœpit, more illius prioris; cum perfectè eſſet ita turbata, veſperi denuo in fornace ſepoſui, & ecce brevi poſt clarificabatur denuo, & reſtituebatur ſibi, & talis erat etiam ſequenti die: manè ergo exemi eam, & in loco frigido ſepoſui, & brevi poſt denuo turbabatur, eodem ac priori modo.

Tentamen CXLIIX.

1.) Urinæ fœminæ ſcorbuticæ paulo intenſius tinctæ limaturam Martis infudi: per biduum reliqui; hinc infuſum gallarum inſtillavi, turbidus liquor obſcurum colorem ad brunneum declinantem contraxit, & intra biduum obſcurum, ex rubro & nigro medium, adeoque brunneum ſedimentum exhibuit: liquore turbido ex pallido quaſi flaveſcente, craſſo exiſtente cum contentis albidis, vix exactè cognoſcibilibus.

2.) ☉a propria manè collecta ſimili infuſo & præcipitato examinata eadem exhibuit phænomena: ſaltem ſedimentum brunneum minus obſcurum ſeu minus ad nigredinem vergens præ illo exhibuit.

3.) Eadem limatura eodem tempore ♁ infuſa rubeſcebat ſucceſſivè, hinc eodem tempore eodem gallorum infuſo facto mox atramentum perfectum emergebat, & poſt ſimilem moram in duas quaſi medietates diviſum notabatur: ſuperior tenuior perfectum atramentum: inferior ſpiſſior vix tamen à ſuperiori illo diſcernibilis apparebat.

4.) Eandem limaturam eodem tempore &c. ▽ communi infudi, ſed poſt infuſum gallarum nulla in liquore alteratio, ſaltem quod dilutè flaveſceret, in tantum nempe, quantum infuſum gallarum rubeſcens dilutione ſui colorem ſubminiſtraret.

5.) ~m ☉æ per ſe ex ☉ evaporata maximam partem paratum ſimili modo tractavi, mox intenſiſſimam rubedinem ad nigredinem vergentem contraxit liquor: poſt eandem moram bipartita videbatur miſtura; ſuperior pars tenuior, nigra ex obliquo ſpectata intenſiſſimè ſanguineo rubore tincta conſpiciebatur; inferior ſpiſſior, manifeſtius præ ſuperiori nigra rubore tincta videbatur; quaſi copioſiſſimus & ſubtiliſſimus lapis hæmatites intimè permiſtus eſſet; in genere proximè videbatur miſtura accedere ad illam cum ♁ ſupra No. 3. factam.

6.) ~m ſalis Ammoniac. ♆ ſimili modo tractavi: ſed quia limaturæ Martis de Venere quid commiſtum fuerat, ſolutio ſapphirina Martis ſupernatare obſervabatur: poſt inſtillationem gallarum liquor turbari, ex nigro ad viriditatem vergere, & perquam inſpiſſari cœpit, poſt biduum vel triduum liquor ſupernatans clarus niger ex obliquo ſanguineo ruberrimus apparebat; ſedimentum copioſum ex livido viridescens rarum, leve ſubſederat.

7.) Spiritum ☉æ per ſe ſupra No. 5. cum eodem infuſo gallarum miſcui, & liquor intensè ad rubrum colorem vergens emergebat, hinc cum cæteris poſt aliquot dies examinatus, liquor intensè tinctus, obſcuri ad nigredinem apparenter vergentis coloris ſupernatabat, & copioſum admodum ſedimentum craſſum, ex livido albeſcens fundum vitri, imo ultra medietatem ferè ejus occupabat.

8.) ~m ſalis Ammoniaci cum ♆ eundem, quem No. 6. cum eodem infuſo gallarum tractavi, ſub miſtione emergebat, miſtura perſpicua

Digitized by Google

ſpicua elegantiſſimi aurei ſeu aurantii coloris: quæ poſt aliquot dierum moram magis opacum & obſcurum colorem contrahere cœpit: ita ut tandem opaca ferè ad nigredinem vergens, ex obliquo verò ſpectata ſanguinei ruboris perſpicuus eſſet liquor ſimillimus medietati Num. 6. ſupernatanti.

9.) ☉ per ſe relictam eodem infuſo tractavi; phænomena ordinaria exhibuit, ſedimentum copioſum albeſcens extrudendo; liquor verò ferè perſpicuus ex albo leniter flaveſcens ſupernatabat.

Continuavi porro hæc experimenta, & parti primæ ☋ ♁ is non adeò rectificatum, parti ſecundæ ☋ ☉ rectificatum inſtillavi; effectus utrobique idem: clareſcebat liquor, & omne ſedimentum abſorptum diſparebat: miſtura econtra ex aurantio ad rubedinem vergens nonnihil turbida emergebat, & tantillum leve, flaveſcens ſedimentum in fundo occupabat: hinc iſtis inſtillavi lixivium ex ♁ ☿ & ☉ ſimul detonatis: efferveſcebat, & turbidus liquor evadebat, & utrinque copioſum brunneum ſedimentum, quaſi hæmatites pulveriſatus injectus eſſet, ſed obſcurioris adhuc coloris apparebat. NB. Longè obſcurius hoc & magis violaceo-purpuraſcens erat, quàm illud, quod in miſtura 1. & 2. apparebat.

Parti tertiæ & ☋ ☉ & ☋ ♁ inſtillavi, perfectiſſimè clareſcebat liquor, citra tantillum ſedimenti veſtigium; color erat viridiuſculus, in liquore exactè perſpicuo: huic utrique inſtillavi præfatum lixivium, & mox ſub efferveſcentia atramentum denuo emergebat, & utrinque aterrimum aſpectuiſe præbebat.

Miſturæ quintæ inſtillatus ☋ ♁ liquorem perſpicuum dedit, aurei coloris, cum ſedimento grumoſo, mobili, pauco, ex livido flaveſcente: ſuperadditum lixivium præcipitavit copioſum ſedimentum grumoſum, ex rubro nigreſcens, liquore perſpicuo, claro, citrini coloris ſupernatante.

Mixturæ ſextæ inſtillatus ☋ ☉ præcipitatum livido-virideſcens & nonnihil nigreſcens ſuppeditavit, liquore claro citrino ſupernatante: inſtillatum præfatum lixivium præcipitavit copioſius ſedimentum grumoſum, rarum ex brunneo nigreſcens liquore claro aurantii coloris ſupernatante

Eodem tempore exercitii gratia recepi tinctutam iſtam ſapphirinam Num. 6. & parti 1. lixivium ☿ & ☉ detonatorum inſtillavi, nulla hinc alteratio, niſi in quantum diluendo à fluido addito videbatur remiſſior tinctura. Parti ſecundæ infuſum iſtud, de quo ſupra, gallarum inſtillavi, & liquor inde totus opacus reddebatur, poſt aliquot dierum moram craſſus & opacus liquor videbatur, diffi-culter licèt cognoſci poterat, in ſuperiori medietate tenuior & ex obliquo ad lucem conſideratus ſanguineo intenſo rubore imprægnatus: inferior pars ob æqualem liquoris & craſſitiem & obſcuritatem diſtinctè cognoſci non poterat. Eidem infuſo gallarum ſimplici inſtillavi lixivium idem ex ☽ & ☉ detonatis. Effectus erat, quod turbaretur liquor, & præcipitaretur, & poſt aliquot dierum quietem ſedimentum copioſum ſpiſſum ex albido liveſcens ſeponeret, ſupernatante mediocri quantitate liquoris, coloris ob obſcuritatem ex nigro rubeſcentem non cognoſcibilis, ſed qui inclinato vaſe conſpectus ex aurantio intensè rubeſcebat.

Superaddidi his acida, puta ☊ ☉, & quidem Num. 1. mox omnis, prævia aliquali efferveſcentia, delebatur, tinctura & liquor aqueus ac limpidus penitus reddebatur: ſed ex ſuperaddito lixivio eodem denuo obliteratus emergebat cœruleus color, ſed non adeo ſapphirinus, quin potius ex cœruleo virideſcens: & fiebat ſimul præcipitatio materiæ raræ nonnihil flaveſcentis.

Parti ſecundæ inſtillatus idem ☋ ☉ efficiebat poſt debitam moram ſecretionem, ita ut liquor perſpicuus craſſus ſanguineo colore rutilans ſupernataret, ſedimento lividi ſtercorei coloris ſubſidente.

Parti tertiæ, nempe miſturæ infuſi gallarum & lixivii prædicti etiam idem ☋ ☉ ſuperadditus fuit, emerſit poſt aliquot dierum moram liquor clarus perſpicuus intensè aurantii coloris, ſubſidebat paucum ſedimentum lividi-ſtercorei coloris, &c.

Tentamen CXLIX.

Anno 1682. 25. Auguſti redux ab ægris collegi ☉m, intensè aurantio colore tinctam, craſſam, quæ horâ abhinc turbabatur, partim ſibi relinquebatur: ſedimentum ſeponebat Iſabell-Farbe/ ☉ clara naturali ſupernatante. Parti ſecundæ lixivium acre ☿ & ☉ detonatorum inſtillavi: clareſcebat mox liquor, ſed ſucceſſivè nonnihil, non tamen perfectè turbari, ſed ſaltem contentum iſti priori apparenter, copia æquale, album, in fundum ſeponebat, ☉ naturali, ſed priori intenſius tinctâ ſupernatante.

Partem tertiam ☋ ♁ inſtillatus turbidam inalteratam tota die relinquebat, manè ſequente tota clara, intenſiùs ad ruborem tincta cum ſabuloſis ruffeſcentibus quaſi ſedimentis apparebat. Accepi pulverem gallarum, eumque ▽æ ferventi infudi, & poſt ſufficientem extractionem & refrigerationem filtravi, & liquorem craſſum, fere opacum ex aureo pallidè flaveſcentem acquiſivi: reſiduum cum aqua communi denuo decoxi fortiter, & poſt filtraturam ex viridi intensè cœruleſcen-

Digitized by Google

ruleſcentem, non tamen adeò craſſum, ut priorem, nec adeò opacum acquiſivi; recepi hinc infuſionem ſpiritus urinæ cum limatura Martis pura, & hujus infuſi partem admiſcui infuſo gallarum; præcipitabatur hinc miſtura, & ex rubro liveſcebat; & poſt aliquot dierum moram ſedimentum lividum copioſum, grumoſum, cum ſupernatante liquore primum perſpicuo, ex rubro ad nigredinem quaſi declinantem.

Decocto gallarum idem infuſum permiſtum paucum admodum ſedimentum ſepoſuerat, liquore ſupernatante ferè omni, in loco lucido perſpicuo, ex aureo ad rubedinem nigricantem declinante.

Tentavi ſimilia cum ☁ ☉næ, eodem ſimplici citra Martem, & hic ☁ inſtillatus infuſo gallarum paria phænomena inducebat. Hinc cum lixivio ex detonatione ☿ & ☽, perquam acri, ſimilia tentare aggreſſus ſui, & ecce hoc inſtillatum infuſo grumoſum, craſſum, copioſum, per totum liquorem diffuſum ſedimentum ſeu contentum præcipitavit, ad eum ferè modum, quo idem vel ſimile ♌ ♃ p. d. præcipitando ♁l. facit: poſt aliquot dierum moram ſedimentum livido-obſcurum fundum petit, liquore pauco claro ex rubeo intensè flaveſcente in loco claro & lucido, in umbroſo quaſi nullo diſcernibili colore, potius nigredine prædito apparente.

Idem lixivium decocto gallarum inſtillatum liquorem poſt aliquot dierum moram limpidum & in lucido loco perſpicuum aurantium ſubminiſtravit, dum ſedimentum pauciſſimum leve & plumoſum in fundo ſubſediſſet; in loco umbroſo liquor ferè ex obſcuro aureus apparebat.

Cum acidis varia tentavi, ☁ ☉ non adeo fortiter rectificatum inſtillavi infuſo; hoc turbidum manebat, modò non magis turbidum reddebatur; ſenſim tamen craſſius quoddam ſedimentum deponere videbatur; tandem poſt aliquot dierum moram liquor citrinus perſpicuus ſupernatabat, pauciſſimo ſedimento, ex flavo liveſcente & quaſi albeſcente, ſubſidente: decocto verò inſtillatus idem ☁ ♁, mox ruberrimam perſpicuam ſanguineam tincturam acquirebat, ſine ullo ſedimenti veſtigio: ſed tinctura hæc ſanguinea pedetentim remittebat, ita ut poſt aliquot dierum moram ad aureum intenſum ſaltem colorem declinaret, ſedimento vel nullo, vel pauco ejus veſtigio ſe exhibente.

Proſequendo hæc tentamina infuſo cum ☁ ♁ medicato de præfato lixivio inſtillavi, & mox turbabatur liquor, & colorem tannetinum ſeu ex violaceo purpureum contrahebat: hinc pedetentim mutabat colorem, ita ut ab aliquot diebus ob contentum præcipitatum in eo hærens vix colore exactè cognoſcibilis eſſet; attamen in umbroſo loco ex viridi & nigro liveſcere, in lucido ex flavo vireſcere videretur.

Decocto verò inſtillatum idem lixivium mox ex brunneo intensè nigricantem conciliabat colorem, ſed ab aliquot diebus, qui in loco umbroſo opacus & ferè nigricans, in lucido ex aureo intensè rubeſcens obſervabatur, cum ſedimento grumoſo mediocris quantitatis coloris haud facilè dignoſcibilis præcipitato.

Infuſo cum lixivio medicato inſtillavi ☁m ☽ ad ſaturationis punctum & contentum idem copioſum, ſed obſcurius & magis adhuc liveſcens liquore pauco claro in loco lucido ex aureo intensè rubeſcente ſupernatante.

Infuſo cum ☁ ☉æ medicato inſtillavi eundem ☁m ♁is ad ſaturitatem & aliquot abhinc diebus ſedimentum grumoſum incerti coloris præcipitatum fuerat, liquore claro aurei coloris ſupernatante.

Tentamen CL.

Anno 1602. mensè Septembri ♂ juvenis iracundia perciti altero abhinc manè collecta craſſa, turbida cum copioſiſſimis contentis permiſtis obſervabatur. Ejus

Parti primæ ☁ ♁ non adeo exactè rectificatum inſtillavi: unde liquor turbidus manebat, ſed qui altero manè clarificatus aureo intenſo erat colore ferè aurantio, & copioſum ſabulum rufum, parietibus & fundo vitri ſe agglutinaverat.

Parti ſecundæ lixivium prædictum acre inſtillavi, unde mox liquor clareſcere & intensè tingi videbatur, non tamen perfectè, quin ſubobſcura ſemper remaneret; unde ſedimentum præcipitabatur denuo, non tamen adeò copioſum, ac antea contentum in ☉ turbida apparenter videbatur, & ☉ clara intensè ſanguineo colore tincta, intenſior longè quàm illa cum acido medicata ſupernatabat.

Hic alcali colorem præ acido intenſiorem reddidit, ſed 1.) cum per plures dies ita ſtetiſſent, ſenſim intendebatur color ☉ cum acido, donec etiam poſt aliquot dies ad ſanguineum adſcenderet colorem. 2.) ☉m exiſtimo, recenter excretam, fuiſſe talis coloris, ut ut conſiſtentiæ forſan nonnihil craſſioris, unde per alcali reſtituta non ſecus ac calore furni vel carbonum eundem colorem ſub reſtitutione ſui recipere ſolet. 3.) non imminuebatur ☉æ color ab alcali, ob copioſum per iram commotum acidum, ☉m vitioſa textura (inter paſtum irâ excanduerat) quod impregnaverat, cum hoc ſe ſocians alcali & contenta p. n. forſan una colligans tincturam non remiſſiorem reddiderat, ſed eandem conſervaverat, non ſecus ac acidum additum ſucceſſivè etiam in colore aſſurrexerat.

TEN-

Digitized by Google

TENTAMINUM UROMANTICORUM
PARS II.

§. I.

IN ſtatu morboſo aut ſaltem neutro declinante corporis noſtri urinæ ad ſtatus naturalis regulam Lesbiam examinatæ nunc intenſiùs nunc remiſſiùs tinctæ advertuntur. Quoad tincturam intenſiorem obſervatur hæc vel cum febre, vel ſine febre: Illud in febribus benignis, tàm acutis, quàm lentis, quales in ſpecie phthiſicos comitari aſſolent; hoc in hypochondriacis & ſcorbuticis plerisque, hisq; cognatis affectionibus pluribus; ut ictericis & hydropicis quibusdam. Quoad febres malignas, in quibus utplurimùm urinæ ſanorum ſimiles ſunt, nihil hic, quod ad præſens negotium faciat, monendum occurrit, ſufficit, earum fiendi rationem eſſe altioris indaginis, & eo ipſo quod urinæ minùs ſenſiles mutationes inducant, hoc ipſo innuere, minùs humores corporis ab iis affici, quin immediatè ſpiritus adoriantur, & eorum debitam craſim & inde dependentes functiones plus minus deſtruant. *conf.* Velthuſius *Tract. de Liene.* Remiſſius tinctæ apparent urinæ omnium frequentiſſimè in morbis quamplurimis chronicis, ut cachexia, chloroſi, urinæ ſuppreſſione, anaſarca, morbis lentis poſt acutas vel intermittentes febres diuturnas, malè aut ægri culpa aut Medici errore curatas, adhuc durantibus, &c. Nam utut in febribus ipſis nunc in principio, nunc in ſtatu minus tinctæ præter morbi naturam interdum urinæ appareant, attamen hujus conſideratio ſub coctionis & cruditatis materiæ, ut vocant, morbificæ conſideratione infrà commodius ventilabitur.

§. II.

Quod ergo ☉as intenſiùs p. n. tinctas attinet, omnes, ſi ſecundùm Tentaminum ſupra propoſitorum ductum easdem conſiderare velimus, vel ab acido copioſiori aut ſaltem acriori intimiùs concentrante, vel à contentis copioſioribus fortiùs concentratis vel utroque ſimul originem ducent. Equidem ſi dicendum, quod probabilius videtur, & quod plus una vice in urina, præſertim neutrorum declinantium me obſervaſſe viſus ſum, intenſior tinctura ſi ex acidi efficientis ſimpliciter prædominio oriatur ad rubrum plus minus, h. e. flammeum, ruffum, ſanguineum vergit, ſin verò contentorum ex copia coloris intenſio primariò proveniat, ab acido debito aut mediocri condenſatorum, flavus, aurantius, croceus ferè emergit; id quod tamen vel obiter ſaltem hic attigiſſe ſufficiat, ulteriori adhuc experientiæ ſuffragio confirmandum. Hypochondriaci equidem & ſcorbutici, qui ſubinde (non ſemper, nec in omnibus; ut enim affectus hi ſymptomatum varietate ſubinde ludunt, ita in ſpecie ☉ non ſemper eâdem facie apparet,) urinas plus craſſas, intenſè tinctas, claras, quaſi ſplendentes, id eſt, ut aliàs vocant, inſtar lixivii acrioris ac ſaturatioris tinctas, & utplurimùm cum copioſis concretis areniformibus ruffis excernunt, cum quibus ſi nulla aut ſaltem non tanta, quanta ☉s tales alias inſequitur, febrilia adſunt ſymptomata, ex certiſſimis affectionum harum, præſertim ſcorbuti habentur indiciis, quin acido p. n. plus minus acri aut plus minus fixo abundent, vix ulla harum affectionum ſymptomata, juvantia ac nocentia ac antecedentia conſideranti dubium videbitur, utut probabilis unà plus minus peccantis & vel acrioris ac volatilioris, vel inertioris & oleoſioris, ibi quidem ſanguis & contenta fluida reliqua ad diatheſin ſulphureo-ſalinam, hic verò ſalino-ſulphuream, ut Williſius *in Specimine Pathologiæ Cerebri & nervorum Tract. de ſcorbuto cap. I. p.* 233. loqui amat, hoc eſt, communi ex loquendi conſuetudine, vel bilioſam vel melancholicam accedunt, contrahere videantur; in quibus bilioſis hypochondriacis & ſcorbuticis ſupradictæ urinæ ferè aut frequentiùs ſaltem obſervari ſolent. Ab acido ergo tali p. n. ex primis viis ſcaturiente & hinc in chylo ac inde genitis fluidis reliquis ſubinde luxuriante urinæ intenſiorem tincturam dependere probabiliſſimum eſt, pro cujus confirmatione accedunt & ☉læ iſtæ, ruffæ, ſubinde perquam copioſæ, ab acido intenſiori coagulatæ, ſecundùm ſupra recenſita Tentamina, ut & pelliculæ variegatæ apparentes, talium in urinis ſalium ab acido tamen dominante concentratorum (hinc cruſtulam ☉ fluidi non inconcinnè dicitur *Charletono de ſcorbuto, c. 2. art.* 10. *p.* 35.) Ut taceam promtam urinarum talium in vaſa plumbea vel ſtannea activitatem, ſupra inſinuatam. Ita ut in acido quaſi formaliter tingente contentis verò cæteris materialiter concurrentibus intenſio iſta lixivialis talium ſubjectorum oriatur, quæ eo erit magis graduata, quo copioſiora hæc contenta fuerint, & quo arctius eadem ab eodem acido concentrata & in texturam ſalinam mutata fuerint. Adeò ut Williſio *loc. cit. cap.* 3. *p.* 256. teſte, ſi talis ☉ ad ignē exhalet, reſidentia ſalina in ſubdupla liquoris quantitate remaneat. Ac ſanè dum digeſtio prima in omnibus ta-

libus plus minus defectuoſa ſit, adeò ut debita alimentorum volatiliſatio non niſi plus minus imminuta accidat, particularum fixiorum ☉no-terrearum abundantia ☉am talium imprægnabit, & ſi clara permaneat, ab acido ita ſoluta concentrata erit, unde eò intenſior tinctura, eò largior arenarum ſeges, eò denſior pelliculæ coloratæ, aut cruſtæ glaucæ conſiſtentia.

§. III.

Ex dictis porrò pro uſu therapeutico confirmantur remedia, experientia magiſtra hactenus uſurpata, qualia ſunt præter moderatum & circumſpectum in talibus Martialium uſum imprimis abſorbentia ex animalium tàm terreſtrium quàm potiſſimùm marinorum familia, non minus ac ſaturantia ſalia ex iisdem elicita, volatilia macria, & horum anteſignanus ~ ſal. Amoniaco, (ut nihil de alcaliſatis vegetabilium dicam) non ſecus ac ſerum lactis alcali temperato, naturæ ſimul quaſi nitroſæ dives, tandem & ipſum lac. Omnia talia acidum acrius, ſalſius, bilioſius temperare, & vel mox in prima corporis regione enervare, vel altius penetrando in cæteras corporis regiones, in ſalſum tertium convertendo ad facilem per ☉m ac per ſudorem excretionem diſponere valent. Certè vel ex ſolis his modò enarratis mox polychreſtus ☉ium volatilium non niſi ab inſulſis Medicis neglectus patet uſus, ſaltem in noſtro & ad boream magis vergentibus regionibus, ſive macra illa fuerint, quæ inter eminent ☉ volatile & ~☉æ, aut ſal Amoniac. ſive oleoſa reddita, & ita magis temperata, adeoque promptius nobis ſine inſigniori alteratione, noſtrisque conſtitutivis, præſertim fluidis particulis aſſociabilia, & bilis balſamum roborantia exiſtant: modo ita parata fuerint, ut ſine lactescentiæ nota, oleoſi ab alcali ſecedentis indicio, cuivis uſitato nobis potulento permiſcibilia exiſtant, id quod vel aquæ ſimplicis ope facile obtineri poteſt: hoc enim modo promptiſſimè & amiciſſimè humoribus corporis noſtri ſe aſſociando, temperaturam æquabilem conſervare, acidi verò cujusvis vitioſi ſapores delere & enervare continuato uſu poterunt: ſanè in concretorum illorum tartareorum in urina correctione nil præſtantiùs his ipſis aut ſimplici ſaltem ~ ſal. Ammoniac. cum ~cochleariæ juncto obſervare licet. Modò Martialium aut marinorum, & oſtracodermorum ope in primis viis fons acidi prius alteratus fuerit.

§. IV.

Aſciticorum propriè talium & ab anaſarca laborantibus diſtinctorum urinæ paucæ, craſſæ, rubicundæ, ſeu ut alii vocant, lixivioſæ omnium Practicorum ſuffragante experientia pariter ex Tentaminibus iſtis aliquid lucis fœnerantur. Scilicet ex ſuperioribus conſtat, urinas contentis benè ſaturatas & potiſſimùm particulis ſalinis tàm acidis quàm urinoſis, iisque arctè unitis ſeu confermentatis ebrias & craſſas, & intenſè tinctas exiſtere. Jam verò cum paucas emittant urinas aſcitici, ita ut ſub vehiculi aquoſi penuria eò denſius ſalinæ particulæ unà cum aliis contentis agglomeratæ totum hoc negotium expedire videantur, attamen dubium eſt, quare claræ permaneant ſub tanta ſarcinarum copia urinæ, nec turbentur aliarum more, quare tam paucæ exeant, & tamen craſſæ ſint, nec vehiculi proportioni reſpondeant contenta? h. e. unde tam firma laticis aquoſi cum ſalinis aliisque contentis unio, & ſub pauco quanto craſſities? Renes ſolos hic accuſaſſe non ſufficit, morbo præſertim, quod frequentiſſimum eſt, aliis quamplurimis viſcerum læſionibus ac affectibus, p. n. ſuperveniente: v. g. dum ictero, menſibus tàm inundantibus, quàm ſuppreſſis, quartanis malè tractatis, tandem ſupervenit, ut de eodem per colliquationem nato nihil dicam, in quibus non tàm renum vitio, quàm ſanguinis ex læſa crafi & textura urinæ paucitas derivanda videtur; utut renum vitium qualecunque ſimul concurrere, in ſpecie eorum & partium membranoſarum abdominis convulſivam tenſionem omninò exiſtimandum ſit. Ob id Williſius *in Pharm. Rat. Part. II. Sect. II. cap. 3. pag. 315.* ſanguinis craſin nimis ſtrictam à ſale fixo & ſulphureo exaltatis & ſimul combinatis exiſtere aſſerit. Nempe firmior particularum ſalinarum (probabiliter ſaltem plurimis in caſibus fixiorum nec ſatis volatiliſatarum ex digeſtionum defectu) in ſalſum admodum concretum nexus & hinc aliarum particularum tàm oleoſarum quàm terrearum ſimultanea concentratio & cum aquoſo vehiculo pauciori, quantum ſcilicet concreto ſalino ſolvendo ſaltem requiritur, indeque intimior unio, difficiliorem urinæ ex ſanguine ſecretionem & tardiorem per renes transcolationem reddit. Quibus ex cauſis etiam ſudoris difficultas aſciticorum, corporis econtra citra modum ſiccus habitus, utut non absq; moleſto pruritu, quin & interdum ſcabies ſicca derivanda veniunt. Salſum iſtud inexhauſta mediis in undis hydropicorum ſiticuloſitas confirmat: quin & Mercurii vitæ etiam ad 6. grana propinati correctio talis in iisdem, ut ſaltem per inferiora purgando operetur citra vomitionis perturbationem ſalſedinem modò dictam fixiorem illuſtrare videtur, *vid.* Señert° *lib. III. Prax. P. VI. Sect. 2. c. 3. p. 729.* Effect° qui alias ex diuturna cũ ☉is cõmunis tritura,

(cum

Digitized by Google

(cum quo reverà coincidit per ☉is communis redintegrationem inſtituta correctio Maxvelli *de Medicina Magnetica lib. II. cap. 2. pag.* 63.) obtineri ſolet & præter experientiam plurium Practicorum vel Freitagii *in Catalog. teſt. Veritat. teſt.* 3. luculenter confirmatur. Salſo autem in tali concreto, tàm volatili, quàm in ſpecie, & quod noſtri magis videtur negotii, fixiori, quodnam mixtionis eſt aliud vinculum, quàm acidum, pro cujus ductu & ☐ſi & ☿ei & aliarum forſan connexarum particularum concretio plus minus firma omninò contingit, Chymicâ Scholâ id teſtante. Ut taceam, miſtionis in ſanguine naturalis (par ratio firmioris ejusdem, licet p.n.) vinculum in acido ſui generis, ac tali præſertim ſubjecto ſpecifico conſiſtere. Neq; urgebo acidi p. n. in hydropicis peccantis veriſimilia argumenta. Sanè dum aceſcentiæ cujusdam participem eſſe aquam collectam in anaſarca aſſerit Willisius *in Pharm. Rat. Part. II. Sect. II. cap.* 5. *pag.* 362. quare idem de aqua aſciticorum parili ratione quoque non aſſerendum videtur? præſertim cum ſudor aut tranſpiratio inſenſibilis aſciticæ lac coagulaſſe acoris virtute referatur à Borrichio *in Act. Med. Hafn. Vol. IV. p.* 172. Sanè ☌lia in hydrope, præſertim incipiente obſervata proficua non niſi acidi correctione, quod aperire aliàs etiam dicitur, operari videntur. Ita quoque remedia, quæ extrinſecus reſolvendo & diſcutiendo tumori dicata ſunt, ad alcalium naturam accedere, & eorum ope imprimis activa exiſtere perſuadent ▽ ♆æ, lixivia, ſtercora animalium, limaces & cochleæ, aut harum loco cancri fluviatiles contuſi applicati, &c.

§. V.

Ictericorum ☐næ jam conſiderandæ veniunt, & quidem illæ, quæ in ictero non ſymptomatico, ſed qui per ſe morbum conſtituit, & hepatis ac veſiculæ vaſorumque choledochorum vitio oriri dicitur, & conſiſtentia craſſa colore intenſiore, ex flavo & rubro obſcurè ferè nigricante lintea intenſo croceo colore tingentes excernuntur. Harum ſupra inſtitutum examen innuit, non differre eſſentiâ, ſeu ſpecie icterum flavum, nigrum, viridem, &c. adeoque diviſionem ejus in flavum & nigrum non eſſe adæquatam, ſed ex præconcepta ſaltem hypotheſi natam, cum vel ex bile flava, vel melancholia, ille hepatis, hic lienis vitio oriri debeat, quin tot dicendæ ſunt differentiæ icteri, quot colorum; quibus corpus tingitur, varietates: adeoque pro acidi plus minus vitioſi, unà luxuriantis conſtitutione varia, & inde recrementi ex ſanguine ſecreti, & tàm per renes, quàm per habitum corporis excreti textura multipli-

ci ſecundùm ſolutionum & coagulationum ac præcipitationum leges tincturam ejus tam multiplicem emergere: pari modo ac in urina eorum acida inſtillata condenſando colorem talem intendere, alcalia verò diluendo partim, partim chyloſum contentum naturale unà præcipitando, colorem tàm urinæ quàm ſedimenti imminuere, illa ex flavo ſuo more ad viriditatem, hinc nigredinem, quin & ſtercoream obſcuritatem tendere, hæc ad flavum & ochreum plus minus remiſſum vergere obſervatur. Undè facilem aſſenſum acquirit aſſertum Jodoci Willichii, *de Probat. urin. cap.* 24. §. 1. *Craſſa & viridis urina morbum arquatum aut præſentem oſtendit, aut futurum minatur, præſertim in morbis, qui non ſunt ſine febri.* Unde ulterius ſequitur, bilem in ictero ſolam præter nigrum etiam in flavo non peccare, quin activè acidum vitioſum, & ſubjectivè chylus p. n. alteratus unà peccare videantur. Acidum quod attinet, idque ex ventriculo ſcaturiens, p. n. hujus veſtigia legere, licet in ☐ tinctura & conſiſtentia, utrisque non niſi ab acido intenſiori contenta ☐æ plus minus concentrante oriundis; quo per alcalia enervato, ut præſertim in Tentamine II. patet, aureus ſaltem, clarus, &c. urinæ liquor apparet, & contenta ſaltem flava ſeu lutea plus minus exhibentur. Sanè bilem ex ſolius obſtructionis occaſione tàm copioſam regurgitare poſſe, ut urinam craſſam, turbidam & intenſè tinctam reddere valeat, minus veriſimile videtur, uti hoc argumentum pluribus urget Helmontius *Tract. Scholæ Humoriſt. paſſiv. decept. cap.* 5. idque ſine notabili amaritici ſenſu, indelebili ferè alias bilis charactere. Sanè ▽ communis ℥ j. addita bilis tanta, quanta ſufficit, ut urinæ naturaliter conſtitutæ colore plus minus fiat ſimilis, intenſum amarorem repræſentat, ſecus ac in Ictericorum urina. Saliva ex oppoſito ſine flavedine tàm intenſè tamen amaricaret ab admiſta bile? Cùm urinæ naturaliter conſtitutæ admiſtum bilis tantillum ſaporem ex dulci amaricantem adhuc repræſentat, ſicut ſimili urinæ immiſſa bilis in tantum, ut ſenſilem & horridum amarorem eidem conciliaret, parum quidem turbidior reddita, longiſſimè tamen ab iſta conſiſtentia & colore, quem Icterici repræſentant, abſit, nec linteum immiſſum tingit, ut tentanti mihi alia ſub occaſione innotuit. Sanguis Ictericorum qualis ſit, experiri haud licuit; Sylvio equidem expertiſſimo aliquando in ictérico mortuo ſolito acidior obſervatus fuit, *L. I. Prax. cap.* 46. §. 61. *pag.* 813. quod tamen ceu paradoxon in medio

Digitized by Google

relinquo. Dubium ſanè eſt, quomodo bilis ſanguini aut ſaltem urinæ ictericorum perfuſa hos liquores tingat, concentrata adeò flavedine, ſine inſigni amaritie, ut præter Helmontium urget pertinaciſſimus ejus ſectator Thomſonus *in Epilogiſm. Chym.* §. 63. *pag.* 43. cum in bile variis experimentis facilius longè color quàm ſapor vel extingui, vel modificari, vel obtundi ſaltem queat, unde nec ab urina ſaporeque ejus falſo obtineri poterit. Quin ſuſpicari licet, ab acido vitioſo contenta urinæ ictericorum ſive bilioſa, ſive ſaltem chyloſa fuerint, (p. n. licet conſtituta) condenſata in urina tincturæ & conſiſtentiæ illi originem præbere; quæ aliàs vel non adeò intenſè tincta eſſent, vel etiam longè pallidiora, uti ex alcalicis ſuperadditis & liquoris & contenti præcipitati colorem infringentibus apparet: Saltem Martialia, item hæmatites ictericis quibusvis proficua, præſertim in principio, hinc & volatilia urinoſa, vel nativa plus minus nitroſa, vel artificialia macra cæteris paribus ſummè appropriata ictericorum remedia, acidorum in genere deſtructiva: ſicut acidulæ Martis armis efficaces deſperatos interdum Ictericos curant, teſte Williſio *Pharm. Rat. P. II. p.* 284. ſicut iisdem relictam poſt Icterum diuturnum adhuc ſubinde recidivam minitantem vel humorum dyſcraſiam, vel viſcerum atoniam, vel utramque curatam novi. Acidũ ergo p. n. eſt, quod in Ictero quovis primario & non ſymptomatico efficienter plus minus, vel ſolum vel unà cum bile peccat: cui & ſociandum eſt chyli in primis viis non debitè elaborati vitium: id quod ex Tentaminibus patet, dum ultra contentum p. n. alcali fixum, adhuc contentum naturale præcipitaverit, ſed non album, prout alias vel per ſe exiſtere vel ab alcali ſaltem mutatione texturæ præcipitari ſolet, cum hoc ipſum & lateritia & bolaria ſedimenta candore plus minus perfectò alias imbuere ſoleat, quin luteum adhuc ſeparatum fuerit, ſimilis coloris cruſta vitrum pariter inficiente. Indelebilis ergo & ab alcali incorrigibilis character, quem chylus ſub digeſtione vitiata prima contraxit, cum vitioſo acido & bilis vel in motu vel in ſubſtantia errato in Icteri conſideratione imprimis attendendus eſt.

§. VI.

Ad febres accedimus, in quibus benignis (nam in malignis urina ſæpius ſanorum eſt ſimilis uſque in declinationem morbi, interdum verò, imprimis in quibus intenſior junctus eſt æſtus, ſeu, ut vocant, in quibus cum malignitate inſignior humorum putredo ſeu efferveſcentia, intenſius etiam ſanguineo ferè rubore tincta obſervatur) urinæ intenſè tinctæ ordinariò excerni ſolent, idque (in ſalubribus) proportionali ferè ad æſtuationis gradus reſpectu; niſi alius affectus ſociatus ultra ardoris febrilis rationem urinas intenſius tingi faciat; id quod in complicato ſcorbuto, item phthiſi ſociata familiariter contingit. Hinc non ſolùm per experientiam edoctus Sylvius *Lib. IV. Prax. tr. V.* §. 348. *Quoties notabile in corpore urget incendium, tingi magis & rubere ſolito magis urinas* obſervavit. Sed etiam ex oppoſito vulgus, medicaſtrorum præſertim ferax, quoties urinam intenſius tinctam claramque ab ægro emiſſam conſpicit, mox gravi æſtu eundem correptum eſſe, tanquam ex tripode Apollinis vaticinatur. Id quod pariter in contentis earum p. n. ſpontè ſeparatis locum habet, quo diuturnior eſt febris, & quo graviùs urget æſtus in paroxyſmis, eo contenta ab albo colore magis ad rubrum accedunt, ita ut præter intermedium lateritium crebrius ad rubrum plus minus, bolo Armenæ, item vulgari rubro ſimilem tincturam aſſurgat: Quodſi phænomena ſuperiùs in Tentaminibus obſervata etiam hîc applicare velimus, dicendum foret, etiam in febricitantium urinis tincturæ talem tàm urinæ quàm ſedimenti intenſionem ab acido primariò oriri; imò ſi ſecundùm ſupra allegatam caloris corporis & ruboris urinæ proportionem cum Sylvio *loc. cit.* colligere velimus, à primaria caloris in corpore aucti cauſa pendere quoque urinarum ruborem: ſequeretur etiam caloris febrilis incendium in corpore ab acido primariò excitari.

§. VII.

Equidem latiſſimus excurrendi hîc ſe aperiret campus, ſed ne latiùs, quàm par eſt, digrediar, arctis, quantum poſſibile eſt, limitibus negotium hoc circumſcribam. Præſuppono autem, omnem ſic dictum calorem formaliter in motu celerrimo expanſivo, ſeu à centro ad circumferentiam reciproco atque in ſeſe reflexo quaſi rotante, ſubjectivè in talis motus ad fibras nerveas continuatione & applicatione, indeque nata caloris ſenſatione; materialiter in acidi talis agitatione plus minus quaſi efferveſcente conſiſtere, id quod per inductionem ſaltem quoad manifeſtiora experimenta, in cæteris per probabiliſſimam applicationem, adeoque per experientiam cognitum eſt, ſicq; calorem rerum ſpontaneum, h. e. qui non eſt ab extrinſecus admotis jam calidis, aut excitatore quodam externo, ubiq; in genere motum inteſtinum particularum minutarum ſub dominio præſertim acidi

Digitized by Google

acidi agentis in ☿eum plus minus ☉ſum, inſequi. Unde etiam unus idemq; eſſentiâ eſt calor in omnibus ſubjectis calidis, ſive cœleſtis fuerit, ſive igneus, ſeu elementalis, ſive animalis ſeu mollis, ut ex Verulamio *Tr. de forma calida p.m.* 196. & ſeqq. ferè innoteſcit: mirari ergo ſatis non poſſum Helmontium, acutum iſtum Scholarum cenſorem, qui *ſolis radios lumen verè igneum eſſe* rectè contendit, *Tr. form. ortus* §. 36. & *Tr. in ſole Tabernaculum*; *colorem item quadrupedum ac volucrum ſeu animalium calidorum eſſe de natura lucis ſolaris*, *Tr. Form. ortus* §. 87. & *Tr. Blas Humanum* §. 15. aſſerit, & tamen hunc eſſe igneum negat; unde vel ſol non erit igneus, ſi calor vitalis de ſolari natura, vel calor vitalis non erit de natura ſolari; unde & *Tr. in ſole Tabernaculum* fateri cogitur; *Lumen vitale habere aliquam cum ſole ſimilitudinem, partemque igni calcinario conformem*; h. e. ut ſupra inſinuavi, omnes hi calores eſſentialiter in formalitate calidi conſpirant, accidentaliter verò differunt. Imo dum citato tractatu *per ſpiritus vitæ ſalſi & ſulphuris vitalis ſanguinei in theca cordis per pulſus confricationem mutuam* (*ſicut per ſilicis & chalybis contritionem aliàs ignem excutimus*) *accendi lumen formale cum calore in ſpiritu vitali* aſſerit, revera igneam quandam incenſionem reipſa, invitus licèt, adſtruere videtur.

§. VIII.

Jam verò in ſpecie calor animalis eſt, qui noſtræ conſiderationi ſubjicitur, tam p. n. ſeu febrilis, quàm naturalis: hic enim illius norma; cum omne vitioſum ſeu p. n. præſupponat aliquid non vitioſum, (reſpectu cujus ita dicitur) ſeu naturale, ſicut aliàs rectum eſt norma curvi; & ejusdem facultatis opus ſit, tam naturalis functio, quàm p. n. ejusdem aberratio. Calor ergo febrilis ſeu p. n. eſſentialiter idem erit cum naturali, accidentaliter ſaltem in gradu & inde dependentibus effectibus differens; non ſecus ac idem color eſt, qui fortis in infante, acris in juvene, debilis in ſene: qui in otioſo gliſcit, in laborioſo tantum non ardet, in perterrefacto langueſcit, in iracundo verò flagrat. Illuſtratur hoc commodè per calorem p n. particularem, dum v. g. ex ſpina infixa digito, Helmontii ut utar exemplo, quod paſſim acutè & rectè in ſuis ſcriptis urget, calor partis affectæ multùm intenditur, ita ut à ſpina nec calida nec calefaciente æſtus inflammatorius ſuperveniat, adeoque calor hic æſtuans non inducitur à cauſa externa, ſed oboritur ſimpliciter à cauſa interna, & revera idem cum naturali, ſed intenſiùs graduato, unde etiam in vivente ſaltem, non verò in cadavere oboritur. Jam finge talem ſpinam, h. e. retentum aut transmiſſum, aut genitûm noxium, infixum eſſe hepati, vel pleuræ, vel pulmoni, vel faucibus, vel mammæ, it. Lactis grumos, habebis inde inflammationes cum febre continua acutâ comitatas, ſimillima in pluribus cauſo. Spina talis metaphorica eſt, v. g. acidum ſpecifici ſaporis, quod intra pleuram ſepoſitum pleuritidem, in febre acuta intra articulorum tendines, ardorem eryſipelaceum podagricum cum febre continua minus aucta junctum, &c. conſtituit, in quibus febribus calor p. n. ſed univerſalis eodem modo ſe habet, ac ille particularis digiti; cum eadem cauſa eademq; agendi ratio, nec niſi ſubjecti ex patientis occaſione diſcrimen adſit, unde etiam febrilis hic calor univerſalis, ſed p.n. idem erit eſſentialiter cum eodem naturali; præſertim cùm febris quælibet & ejus conſequens calor p. n. plus minus acutus, modò ritè omnes attendantur circumſtantiæ (non ſecus ac quilibet alius morbus) naturæ ſaltem conatus & motus extraordinariè modificatus ſit, in ægri ſalutem & cauſæ hoſtilis remotionem inſtitutus. Sanè non putandum, v. g. in pleuritide præexiſtere ſemper vel excernendorum ex ſanguine colluviem, vel hujus diatheſin acidam ad promtam grumeſcentiam, aut lentorem ejus nimium ſtagnationi aptum; utut enim ſubinde hoc evenire certum ſit, tamen recidiva facilis ejusdem pleuritidis non ſanguinis ex vitio, ſed ex feſtucis (ut metaphoram continuem) ſpinæ infixæ poſt curam relictis quacunque occaſione in parte affecta coñotis eandem tragœdiam ludentibus, ſicut in vulneribus aut abſceſſibus tantillum fermenti acidi vel in parte molli vel dura, ut carie oſſis, reſiduum certam recidivam minatur, aut ſicut crus ſemel eryſipelate gravius affictum, nec exactè curatum, vel ex terrore vel ex iracundia recidivam mali patitur cum notabilibus febrilibus ſymptomatis ac gravi æſtu ſubinde oriri videtur, adeo ut lentorem ſanguinis extravaſati cum pellicula ſupernatante tenaci & viſcida, vel ejusdem in grumeſcentiam proclivitatem non tam cauſam pleuritidis quàm effectum ejusdem acidi, quod pleuræ infixum, inſtar ſpinæ, pleuritidis occaſionalis cauſa exiſtit, ſeu productum morboſum exiſtimandum videatur. Scilicet differentia hic accidentalis in febribus his comitatis obſervanda venit, ita ut febris nunc ſit eſſentialis, cujus ſymptoma ſuperveniens, tanquam effectus, ſit inflammatio, v. g. pleuræ, nunc verò eadem ſit ſymptomatica, inflammationi ſuperveniens, ut tectè hic diſtinguit Ballonius *Epid. lib.* 2. *p.* 204. *&* 208. Prioris exemplum ſubminiſtrat Zacutus Luſitanus *lib.* 2. *Medic. Princip. Hiſt.* 19. *p.* 203. Poſterius verò docent crebriores pleuritidis malè, idque in ſpecie per V. S. frequentiores

curatæ, recidivæ, eæque non rarò anniversariæ. *Conf.* Holterhoff, *Error. Medic. cap.* 2. §. 2. *p.* 25. in quibus febris acuta juncta pariter est, ac in essentiali, ita quidem, ut motus febrilis inflammationis progressum & tempora proportionabiliter imitetur, sive discutiatur, sive (ubi manifestius hoc patet) suppuretur, adeoque spinæ talis pleuriticæ occasione tantum febris gignatur & superveniat. Jam verò febrilis caloris in universali hac symptomatica par est ratio, atque in illa essentiali; cum ergo ibidem sit saltem naturalis, sed p. n. modificatus, & exorbitans, ita & hic omnino talis erit, cum nulla distinctionis faciendæ adsit ratio. Cum verò primariæ febres, v. g. causus, aut alia similis continua comitatis modo dictis, saltem quoad symptomata febrilia primaria simillimæ existant, probabile omnino est, etiam caloris p. n. seu febrilis similem, imo eandem rationem esse.

§. IX.

Jam verò naturalis calor in quo consistat, ex supra dictis differendum videtur, quod formaliter in motu celerrimo, materialiter acidi subtilis sive volatilis sive spirituosi, sed specifici, hoc est, seminalis ac à priori secundum speciales proprietates inexplicabili consistit. Sanè modò quasvis de sanguificatione, sanguinis spirituascentia & spirituum ac sanguinis incalescentia ceu controversiis connexis ratione nempe causæ & fiendi modi hypotheses, præsertim modernorum, utpote quantum possibile experientiæ innitentium, consideremus, eæ omnes ad binarum, & ex hoc bipartito ad quaternarium facile redigi possunt, cujus tamen radix videtur acidum volatile æstuationem inducens. In genere nempe scriptores Medici vel cordi primatum tribuunt, vel sanguini, utrisque tamen aëris inspirati necessarium supplementum præsupponentibus. Qui cordi; vel singulare fermentum istarum alterationum effectivum in corde statuunt, vel flammulam quandam vitalem seu biolychnium, jugiter in sinistro cordis ventriculo gliscentem præsupponunt, quæ sanguine ceu pabulo sustentetur, & à qua sanguis continuo incalescat. Qui verò ex opposito cor ceu musculum saltem considerant, sanguini primas deferunt; & hi ipsi vel sanguinem sulphureum, ab inspirato aëre ☉so incensum, incalescere & spirituascere asserunt, vel ipsum sanguinem particulis fermentescibilibus turgidum ab inspirato aëris nitro attenuatum & resolutum ex particularum sulphureo-salinarum sanguinis & nitrosarum aëris inspirati & fermentativa turgescentia incalescentiam istam concipere statuunt. Sed qualiscunq; harum hypothesium eligatur, (nam nostrum non est, tantas decidere lites, sub instituto præsertim minus convenienti, sive ab alio incendi, sive effervescendo plus minus sanguinem incalescere velis, vix præterquam ex particularum motu celerrimo, sub primatu tamen acidi volatilis calorem produci, concipi aut commodè explicari poterit. Omnis qui in igne, rerumque hinc natis incensionibus percipitur calor, à motu acidi quod dependeat, ab aliis jam probatum fuit. Quæ verò sub effervescentiæ vel fermentationis motu spontaneo excitatur incalescentia, ab acido quod dependeat primario, ex eo probabilissimè concludi potest, quod pro acidi vel intensione vel enervatione promoveri vel impediri plus minus soleat: non minus quàm quod apertam in flammam subinde prorumpant, sub cujus schemate acidum calorificum imprimis activum existere, ex aliorum experimentis hactenus innotuit. In hoc saltem ignis ab aliis lucentibus, non tamen calidis corporibus, v. g. carne, pisce, ligno putrescentibus, adamante, noctiluca artificiali & illa naturali seu cicindela differt, quod calorem junctum luci habeat: qui non nisi ab acidis particulis unà commotis dependet, lucis sociæ alia planè ratione existente. Accedit hisce & caloris particularis, essentiâ ejusdem cum universali, sed gradu saltem intensioris p. n. modificatio, per juvantia, seu intensiorem ejus gradum temperantia, quæ vix alio modo quàm vel positivè texturâ & particulis de natura urinosa seu alcalina acidi correctivâ proficua esse, vel privativè, texturâ acidi promtè absorptiva refrigerare observantur: priùs in aqua ista benedicta chirurgorum, calcis vivæ, in sperma te ranarum, item succo cancrorum fluviatilium, posteriùs in Saturno & ♁o, & inde paratis variis tam epithematis, quàm unguentis & emplastris patere arbitror: quæ omnia præter hoc, quod spinam suo modo evellendo, seu causam occasionalem ordinario, si interna fuerit, in acido vitioso fundatam, corrigendo juvent, etiam ipsum æstum partis extra sedem propriam acidi morbosi latius diffusum & gliscentem efficaciter mitigant. Ex quibus à posteriori auctum istum calorem p. n. materialiter in acido volatili, seu spirituoso, sed intensiori & acriori & vehementius moto, econtra naturalem similiter in eodem, sed remissiori seu temperato magis ejusque blando motu consistere colligi, aut saltem ceu hypothesis, quæ clarius conceptibilis, & theoriæ & praxi Medicæ facilius applicabilis in tanta adhuc rerum naturalium caligine concedi potest. Unde omnino sequitur, & febrilem istum calorem, ceu ordinarium aut saltem principalius concomitans febrium symptoma similiter in acido subtili & spirituoso plus minus

minus acri materialiter, ſed celerius & p. n. moto formaliter conſiſtere. De ſubjecto materiali acidi hujus animalium calorifici, an ſpiritus, an verò ſanguis, & hic vel ſolitarius vel aliis ſociatus fluidis exiſtant, plura monere non poſtulat inſtituti ratio, ne occaſione hac ulterius aut latius extravagari, aut prolixius aliena pertractare neceſſe habeam, cum præter intentionem jam paginæ excreverint, cum ſuccinctius talia perſtringere ſufficiat. Paucis ſaltem, quod probabilius videtur, ut exponam, omnino ſanguinem ſubjectum caloris univerſalis tam naturalis, quàm p. n. eſſe arbitror, ſpiritibus, eorumq; motu, ceu primo machinæ noſtræ corporeæ motore efficienter ad coloris in ſanguine conſervationem, hinc & ſecundum gradus intenſiores vel remiſſiores modificationem omnino præſuppoſito: Adeoque ſpiritus non ceu ignei aut flammei, in ſe calidi erunt, ſed potius prout motu inteſtino in ſanguine acidi cum aliis particulis colliſiones vel efficiunt, vel adjuvant, caloris tam naturalis conſervationem, quàm p. n. intenſionem inducent. Nam ab eorundem ſpiritum & ſanguinis motus inteſtinus hujusque fluiditas primario dependet, qui vel in vivente extra vaſa vel in mortuo in vaſis condenſatur & grumeſcit. Hinc quo magis ſenſilis eſt pars, eo inflammatio ejus intenſiorem febrem comitem ducit. Sic enim ſpina tendini & articulo cuidam infixa intenſiorem, quàm in parte muſculoſa; in pleura, quàm meſenterio febrem inducit. Deinde altera ratione, dum productum morboſum ſanioſum aut purulentum, plus minus acre ſeu acido-ſalſum fluida corporis univerſalia, ſanguinem vel lympham inquinando, ejusque texturam vitiando, hinc motum inteſtinum turbando, febrem ferè lentam ſeu hecticam ſecundariam infert: hinc enim quo majoribus vaſis pars ita affecta eſt implicata, & quo parcior vel copioſior eſt ſanies, intenſior vel remiſſior eſt febris.

§. X.

Confirmat modò dicta non leviter conſideratio cauſæ occaſionalis mutati acidi naturalis temperati & determinatis motibus concitati in p. n. impetum & acrimoniam, & inde concitatæ æſtuationis inſignioris in febribus, quæ ſemper eſt acidum p. n. volatile, utut plus minus tale, adeoque plus minus fermentativum & alterativum, uti per omnium febrium inductionem facilè patet, præſertim ſi juvantia & nocentia unà conferantur. h. e. acidum p. n. non facit calor per ſe, ſed quatenus ſanguini commiſtum, craſin & naturalem motum inteſtinum pervertit, & in p. n. vitioſum, auctum & depravatum infert, quem motum inſequitur caloris ſenſus. Breviſſimis hæc delineatio hoc loco facienda erat, cum in infra dicendis notitia eorum omnino requiratur. Acidum tale p. n. ut ſic dicam, febrificans nunc afficit partes ſolidas & externas & internas, ut in ulcere, vulnere, abſceſſu, inflammatione, unde febres ſecundariæ ſymptomaticæ, ut & quibusdam ſic dictæ comitatæ, idque duplici modo, dum doloris ferè occaſione concitatius moti ſpiritus influi, ceu prima machinæ rota, & reliqua corporis fluida celeriori motu tam locali quàm inteſtino agitant, unde & ſimul acidi volatilis concitatiori impetu calor febrilis concitatur. Hinc quo magis ſenſilis eſt pars, eo inflammatio ejus intenſiorem febrem comitem ducit. Nunc p. n. acidum vel ſimpliciter vel ſecundum quid tale (illud frequentius in febribus, ſcilicet à natura ad heterogeneæ materiæ ſeparationem comitatis, hoc rarius, in iſtis ſcilicet caſibus, in quibus ex mutatione inſigniori in rebus n. n. prægreſſa ſanguis febrilem ebullitionem concipit, quatenus hujus medio in novum ſtatum ſe immutet, (ut eleganter hoc videtur diſcernere Sydenham, *Tr. meth. cur. febr. pag.* 15. *& ſeqq.*) inquinat humores univerſales, ſanguinem aut lympham, unde in ſanguine vitiatâ temperata ejus texturâ & craſi vitiatur plus minus acidi volatilis ſpirituoſi (ceu fermenti ſanguinis) cum cæteris particulis motus inteſtinus, tam fermentativus quàm elaſticus, ut & expanſivus, aliàs naturalibus legibus limitati, ut ob acrius & copioſius acidum in p. n. plus minus quaſi effervescentem impetum concitatus producat febres primarias, tam intermittentes quàm continuas. Nunc verò morboſum tale acidum ſpiritus ipſos inquinat influos, eorumque texturam alterando, hinc & eorum motum & fermentationem contentorum & colorem corporis plus minus immutando febres omnium periculoſiſſimas, malignas dictas inducit.

§. XI.

In hujus ergo morboſi acidi correctione & vel in naturalem cum aliis particulis texturam & craſin reductione, vel ſaturatione & excluſione, totius naturæ medicatricis negotium in febribus conſiſtit. Id quod & nocentia & juvantia confirmant, quibus illius opus vel turbatur, vel promovetur, ab ejus miniſtro Medico. Febribus in ſecundariis ſymptomaticis acidum hoſtile vel in ipſa parte affecta ſubnatum, v. g. grumus lactis in mamma ex terrore, vel aliunde tranſmiſſum, v. g. in angina aut pleuritide ex menſium ſubitanea à frigore externo ſuppreſſione, ſin in ſalſum tertium ſaturatione facta vel inſenſibiliter

Digitized by Google

ſibiliter diſcutitur, ſubtilius & volatilius ſi fuerit, vel ſub puris ſalſi tegmine occultatur, fixius aut craſſiori vehiculo irretitum ſi fuerit. Unde in ſymptomaticis ut acidorum volatilium quivis uſus, hinc & vini & aceti, penitus proſcribitur, ita lapidum cancrorum, lapidis oſteocollæ, medullæ ſaxorum, ſalium fixorum &c. crebrior uſus admittetur, quo acidum ex primis viis ſcaturiens plus minus vitioſum cohibeatur nonnihil, ne excedendo aut p. n. ſapore tinctum dolorem, ardorem, eroſionem aliaque in parte affecta ſymptomata, & inde dependentem febrem intendat, quod illorum ex abuſu contingere ordinario, vel lippis & tonſoribus notum eſt; dum ipſi parti affectæ abſorbentibus, Saturninis, vitriolaceis, creta, lacte lunæ, & hinc temperantibus occultè urinoſis ex plantagine, hyperico, alchimilla, momordica, aut denique confortantibus innatum balſamum oleoſis temperatis, balſamicis dictis, ex alöe, myrrha, terebinthina, balſamo copayva, & de Peru &c. ſuccurrimus. Quæ ipſa uti de ſymptomaticis ex partium externarum læſionibus imprimis intelligenda videntur, ita etiam mutatis mutandis illis ipſis internorum viſcerum abſceſſibus ſupervenientibus ferè lentis & hecticæ acido-ſalſi purulenti pariter reſpectu typum referentibus applicanda ſunt; cum eadem interna abſorbentia, vulneraria, decocta alterantia & ſulphurea mineralia & antimonialia quaſi & vegetabilia balſamica ſimul corrigentia utramque quoque hic abſolvunt paginam. In comitatis verò animalium partes duræ, ſalia volatilia quælibet, excrementa animalium &c. præſertim pro ſymptomatum urgentia opiatis ſociata pro refrænando ſpirituum impetu, & hinc dependente contentorũ reliquorum motu, plus minus concitatiori ac febrili corrigendo & ſaturando acidum & diſſolvendo grumoſum mediante ſudore, diſcutiendo inflammationem per experientiam cognita ſunt. Quoad febres primarias ſeu in humoribus radicatas origo acidi vitioſi in his peccantis eſt ex primis viis ob digeſtionis vitium, in quibus aliàs eſt fons & ſcaturigo cujusvis acidi, tam naturalis quàm p. n. in toto corpore; hoc enim chyli & hujus quoque plus minus vitioſi & loco ſalſi volatilis ſaporis occultè vitioſè acidi ſub tegmine ad agrum vitalem ſanguinis delatum ſub ſui aſſimilatione hujus texturam pervertit, adeò ut motus ejus inteſtinus moderatus & naturalis vitietur in p. n. ebullientem, aut efferveſcentem plus minus commotionem, &c. Unde & febris in promtu eſt, eaque pro acidi illius occaſionalis ratione vel magis vel minus acris, magis vel minus volatilis, & quæ aliæ ſimiles ejus probè obſervandæ ſunt circumſtantiæ, aut continua aut intermittens, pro ſubjecti chyloſi condi-tione, vel acuta vel lenta: in hac poſteriori viſcidiori p. n. ſubjecto acidum nonnihil obruente & quaſi figente. Nam quò magis acidi motus impeditur, eò lentus magis calor, & lenta magis febris; ut in pituitoſis ſubjectis: quò verò magis promovetur, eò aucta magis, ut in bilioſis. Sanè non differunt eſſentiâ continuæ & intermittentes febres benignæ, cum non ſolum complicari videantur, in continuis periodicis, ſed etiam crebrius permutabiles ſint, ut ex continua fiat intermittens, & hæc econtra degeneret in continuam; id quod earum in radice conſonantiam oſtendit, adeo ut non niſi cauſæ occaſionales ex conditione varient. Correcto ergo & ſaturato acido tali p. n, & ex cœterorum fluidorum conſortio ſaturato & hinc excreto, idque in ſpecie ſub ſudoris forma, febris ſalubriter finitur: ſin minus hoc accidat, & acidum p. n. dominetur, & maſſæ ſanguineæ textura & craſis penitus vitietur, totius animalis œconomiæ perverſio, caloris vitalis extinctio, & mortis invaſio. Hos naturæ motus ut adjuvet ejus miniſter, Medicus, in continuis equidem auctis ſubminiſtrat vel animalium partes duras, C. C. ſine igne, acidum peccans abſorbentes, earumque ac alia ☉ia volatilia, illud in ſalſum ſaturantia, vel antimonialia fixata, ut bezoardicum minerale, illud ceu exhauſta imbibentia, vel nitrata, ut ☿ antimoniatum, ☿ ☿ dulcis, illud figentia. In continuis verò lentis hæc ipſa pariter locum inveniunt, modò viſcidi plus minus unà peccantis, & acidi magis acido-ſalſum in ſaporem degenerantis ſimul habeatur ratio; unde illius reſpectu ſalia ſalſa, hujus verò temperata oleoſa ſimul adhiberi ſolent; item in intermittentibus ☿ ſalis Ammoniaci, ☉ia fixa, illud ſaturantia, calcinata & terrea illud avidè abſorbentia primatum ducunt. Obſervando ubique, ut ad naturæ imitationem liberior diaphoreſis conſervetur, in continuis quidem ſub toto morbi curſu, in intermittentibus verò in paroxyſmo ſaltem & præſertim ejus fine. Sanè ſexcenta iſta ad febres intermittentes tam rationalia quam empirica remedia, eaque (nam evacuantia primas vias ſive per ſuperius ſive per inferius operentur guttur, ubique præſuppono) alterantia & in ſpecie ſic dicta ſpecifica ſeu febrifuga trium horum modorum activa videntur, ut ☉ia volatilia, ☉ia fixa, calcinata v. g. ſpecificum Strobelbergeri, ſtyptica, ut cortex Peruvianus, viſcus quercinus, aluminoſa, marina & oſtracoderma, corallia, lapides cancrorum, pulvis concharum, & oſtrearum teſtæ &c. vel formitem materialem plus minus viſcidum attenuando & reſolvendo ac abſtergendo, ut gummata, in ſpecie Ammoniacum, item ſalſa, ut ſal Ammoniacum, ☿ ☉atus, arcanum duplicatum, ♆ foliata ☿, cremor

mor ☿ &c. vel acidum oleoſum volatile naturale conſervando, ut amara quælibet, ſpeciatim carduus benedictus, gentiana, centaurium minus, item aromata, ut caryophyllus, piper album ac aromatica noſtratia, ut chamomilla, abſinthium, aſarum &c. Hæc ipſa ſanè tertiæ claſſis æſtum febrilem notabiliter quidem intendere, ſed febrem, aliàs de facili diuturnam, breviorem reddere obſervantur: ſicut ex oppoſito ~ ſalis Ammoniaci mirificè æſtum intermittentium coërcere obſervatur, & ardentes in frigidas alterare, id quod crebrius me obſervaſſe memini: acidum nempe febrile ſaturando, & in tertium ſalſum immutando: ſicut aromatica illa per reſinam acidum volatile oleoſum intendere, augere, ſed acidum p. n. fixius volatiliſare, fomitem verò attenuare & excretionem per ſudorem promovere. Hinc in cura horum, in ſe facili, ſaltem quale remedium ex tribus modo diſpoſitis claſſibus eligendum ſit, attendat Medicus, ea imprimis ſeligendo, quæ pluribus iſtorum modorum ſatisfaciunt; v. g. ☉ fulminans, ☿ dulcis, item præcipitatus, qui quo fixior, eò melior, &c. hoc enim & incidendo & abſtergendo viſcidum, & ſpecificum ſaporem morboſum abſorbendo, primaria febrifuga erunt, Riveriano antiquartio ex Mercurio præparato hoc atteſtante. Acida ſi interdum tam vegetabilia quàm ſpeciatim mineralia in uſum vocentur, ut ſæpius in acutioribus uſu venit, non tam radici morboſæ extirpandæ, quàm ſymptomatibus ſaltem levandis, præſertim ſiti clamoſæ, & præcordiorum æſtuationi conferunt, idque ferè incidendo & abſtergendo nidoroſas viſcidas ibidem febris occaſione progenitas ſordes. Haud enim putandum eſt, acido ſub ſuo ſapore penetrare extra primas vias alterius, cum ſanè quodvis acidum manifeſtum extra ſtomachum toti corpori ſit hoſtile; ſed dum ſapore tali acido in primis viis, ventriculo præprimis activa exiſtunt, alterantur ſimul & in tertium ſalſum abeunt, & ulterius ita pergendo fermentum febrile volatilius nonnihil figendo, aliquid auxilii ulterius conferre videntur. Malignæ denique febres in multis quidem cum benignis, in ſpecie continuis conſpirant cum intermittentes benignæ, tertianæ, interdum degenerant in continuas malignas, cujus metamorphoſeos aliquot tragica exempla Anno 1679. hîc obſervare contigit, febribus tertianis ſimplicibus tunc epidemicè graſſantibus, in quibusdam ſub quarto paroxyſmo in continuas, easque mox maligniſſimas degenerantibus, ſemper, quantum mihi quidem hactenus conſtitit, lethales. Præterea quoque continuæ benignæ acutiores, proximè ferè, ſaltem quoad ſymptomatum atrociam ad malignas accedere videntur; ſicut econtra malignæ, minus acutæ, quales in ſpecie petechiales, benignarum larvam non rarò inducunt. Prout ſcilicet ægrorum ſunt idioſyncraſiæ, & fermentum febrile nunc magis humores, nunc magis ſpiritus, nunc pro ſui quoque multiplici conſtitutione utrumque alteraverit: ipſaque corporis fluida plus minus cacochymica ſimul fuerint. Speciatim tamen in his fermenti maligni, & quidem, ut ſuſpicor, acidi volatilis acerrimi, vel intus geniti, vel extrinſecus, aut per contagium aut inſpiratum hauſti, cujus afflatu plus minus ſiderati ſpiritus in textura ſua vitiantur, ac partes inter cœteras ventriculus ſpeciatim irritatur, & gravius affligitur, habeatur ratio. Hinc præter auxilia iſta ſuperius ad continuarum benignarum curam propoſita, præſertim ☉lia fixata, in ſpecie camphorata, quæ immediatè magis ſpiritus efficere videntur; item gas ♁is ſpirituoſum, liquoribus connexum potulentis adeò conducunt in iisdem: volatilia pariter nunc macra, ☾na urinoſa, nunc oleoſa aromatica, quorum farrago in theriacalibus compoſitionibus imprimis notatur, conferre in iisdem experientia docuit: modò ab omnium illorum uſu largior diaphoreſis promoveatur, qua non ſuccedente vel periculoſior, vel ſaltem præter ſui naturam diuturnior affectus reddi aſſolet.

§. XII.

Hiſce ita, quàm breviter commodè fieri potuit explicatis, ad urinæ tincturam in febribus intenſiorem multò naturali regredimur, cujus fiendi modus ex ſupra & hactenus dictis vel ſponte patet. Illud ipſum nempe acidum volatile plus minus naturale, quod p. n. impetu concitatum intenſius æſtuat, illud ipſum inteſtino cum aliis particulis motu ſucceſſivè attritum quaſi, & aliis ☾nis ☐ſis ac ♆eis cum cohærentibus undique pinguibus arctius ſociatum & in ſalſum oleoſum temperatum mutatum, ſeroſo latice abſorptum intenſioris tinctura erit origo. Idque eo magis, quo ex ſupra dictis 1.) acrius idem extiterit, ac volatilius, 2.) vehementiori ac diuturniori inteſtino motu cum aliis concitatiùs agitatum, ac ita iisdem intimius unitum fuerit, ut & 3.) contentis vel naturalibus vel p. n. una ſolutis & firmiter concentratis ſeu motu illo inteſtino ſubactis imprægnatum urinam craſſiorem reddiderit. *conf.* Fernelius *pag.* 228. Hinc nempe dilucidatur proportio iſta calorem inter corporis & urinæ tincturam, quæ, in ſanis pariter pro temperamentorum, ætatis, vitæ generis diverſitate, quàm in

ægris, præsertim febricitantibus, observatur. Unde in febribus malignioribus, in quibus minus humores contenti, quàm spiritus impetum facientes afficiuntur, minor hinc etiam acidi æstuantis motus, minor pariter, quàm aliis in febribus & observatur calor, & minus ⊡ alterata, sed potius naturalium subinde similis excernitur, pulsu licet admodum febrili frequentiùs existente. Econtra in quibus vel fermentum malignum unà humores inquinaverit, vel in quibus impurior seu dyscratiâ affectus sanguis extiterit, ita ut talibus sub circumstantiis & æstus intensior accensus fuerit, urinæ intensissima tinctura conspicitur, adeò ut rectè *in malignis non semper urinas sanorum simillimas, sed revera immutatas, item in peste* asserat Reusnerus, *Comment. in Willis. pag.* 265. Nimirum in quacumque febre longe graviora & etiam insolentiora observantur symptomata, cum ⊡ laudabili seu naturaliter constituta, illam semper malignam esse, & spiritus primariò affici, concludi potest, sed non contra in omni maligna necessariò ⊡ naturaliter constituta requiritur. Hinc etiam sequitur ulterius, quare in malignis cum excretione quacumque critica, vel huic simili, inprimis cutanea junctis, v. g. variolis, purpura, petechiis, calor auctus p. n. junctus, modo non nimio orgasmo turgeant humores, faustius omen subministret, quàm si iste deficiat, quatenus mediante aucto intestino sanguinis motu hujus quasi despumatio aut certè heterogeneorum separatio & præcipitatio, & hinc facilior exclusio contingat, in quem scopum aromaticæ istæ & calidiores (ab effectu) compositiones theriacales tanti usus sunt, etiam maligniori sub febre opii additamento notabili spirituum p. n. impetum nonnihil refrænante, ut supra jam insinuavi. Ut itaque intensior in febrientium ⊡ tinctura ab acidi acrioris concitatiori motu concentrante alias particulas & subigente dependet, ita etiam sedimenti tam spissior compages, quàm intensior plus minus ruffescens ac bolaris rubedinis color eidem causæ est in acceptum referendus. Tale rubrum sedimentum à calore perassante & perurente oriri asserit Willisius *de urina pag.* 242. Tentamina verò supra allegata ab acido illud fieri insinuant. Adeoque & hic ab acido, in sanguine motu febrili urente arctè particulas separatas confermentando secum uniente, & ita consistentia subspissiori colorem (supra dictis modis) intendente dependebit. Sicut ex oppositio alcalia attenuando & dissolvendo chylosa præcipitantur, seu præcipitata tincta in colore imminuuntur, & ingluviei dediti, infantes pariter ac cachectici, acido volatili minus activo existente, candida plus minus, quasi lacteo-caseosa præcipitant contenta. Quod uti in genere quoad febres observare licet, ita in specie quoad humorales primarias id evidens est, in quibus quo intensior æstus, adeoque aucta magis febris, eò intensior ⊡æ in tinctura exaltatio: quo remissior verò idem, & quo lenta magis febris, eò minus intensa (respectivè) urinæ coloratio: Sic enim tertianarii coloratiores præ quartanis emittunt urinas; & causone correpti flammeas ac rutilantes reddunt, cum lentis in febribus ac hectica primaria aurea aut aurantia tinctura solet notari. In secundariis res pariter clara est; quæ enim externarum partium læsiones sequuntur, febres symptomaticæ, ferè mitiores sunt, & minus urinæ tincturam intendi faciunt; quæ verò internas partes affligunt, præsertim sensibiliores aut nobiliores, cum intensiores febres sibi adsciscant comites, etiamsi intensius tinctas & sæpius crassas reddi urinas faciunt. Speciatim Phthisici confirmati, & qui ex visceris cujusdam ulcerosa corruptela pulmonis, hepatis, renum, mesenterii tales redditi fuerunt, sive ex sanguinis & lymphæ dyscrasia acriori v. g. ex læsæ digestionis primæ vitio quocunque, ex scorbuto, ex lue Venerea vitium istud contraxerint, sive ex prævia inflammatione, aliove tumore suppurato ita affecta fuerint, ordinario urinas rutilantes & ferè rubicundas reddunt, idque eò magis, quò sensibilior aut acrior calor per febrim comitem lentam seu hecticam secundariam simul exsuscitabitur. In talibus enim præter præviam sanguinis & lymphæ plus minus acrimoniam sanies ulceris acris acido-salia plus minus viscida texturam sanguinis ita alterabit, ut depravato ejus motu intestino acrior imprimis idem factus, ex dulci oleosa in diathesin acido-salsam cum consistentia plus minus gelatinosa abeat, unde copiosiores & acriores particulas salinas aliorum contortio minus temperatas omnino concitatiori motu intestino agitari, arctius hinc sibi uniri, & alias particulas nutritivas unà firmiùs sibi implicare necesse erit: unde præter intensiorem urinæ tincturam & consistentiam crassiorem sequitur ex tali sanguinis acrioris compage & motu intestino vehementiori depravata chyli (minus debitè ex eadem causa antea digesti ventriculi digestionem & intestinorum separationem vitiante ex lymphæ simili contracta labe) assimilatio,

Digitized by Goog

milatio & vitiata unio, quin ejusdem plus minus alterati partim cum ⊙ sub copiosorum contentorum p. n. facie excretio, partim per sudores nocturnos copiosa effusio.

§. XIII.

Hactenus dicta cum istis supra collata vel manu nos ducunt ad contentorum in febrientium urinis considerationem & inde desumendam rationem coctionis vel cruditatis materiæ morbificæ in massa sanguinea, à quibus eventus febris vel salutaris, vel lethalis, tempus eventus breve vel longum, & modus eventus criticus vel lentus omnino dependent, unde & prognostica signa ex tali fonte primario hauriuntur. Nam ex coctionis signis in urinis naturæ victoriam certam hariolari licet, sicut ex cruditatis indiciis morbi dominium & ferocia prædominans. Indicia mutationum talium in sanguine submınistrat urinæ color, consistentia & contenta p. n. scilicet ☽. tempora, seu potius gradus, in negotio coctionis distinguenda sunt. Quamdiu clara & tenuis, moderatè tincta aut saltem sanorum similis excernitur in febriente urina, cruda est & dicitur. Quando verò coctio fieri incipit, primò gradu seu principio urina intensius tincta, præter naturam crassa, & adhuc clara emittitur. 2.) Hinc eadem facie emissa, aut rubicundior & crassior reddita turbatur, turbida manet, & sedimentum quoddam plus minus copiosum seponit, & coctionis incrementum seu secundus gradus est: ☽.) Denique urina talis emissa brevi turbatur, copiosum sedimentum seponit, ipso urinæ corpore seu liquore claro, benè & plus minus intensè tincto, consistentia mediocri supernatante, ita quidem, ut quo magis ad proprietates sedimenti naturalis accedat hoc p. n. eò melioris perfectiorisque meritò indicium habeatur, estque tertius gradus, coctionis scilicet status, ejusque complementum, quod urinæ successiva in naturalem constitutionem redintegratio excipit, idque eò citius, quo magis ægri tunc convalescentes cum appetitu comedunt, & feliciter digerunt; ex quibus ita relatis patet: 1.) Quod cruditas in febribus denotet intimiorem particularum quarumvis sanguinis fluidum componentium commixtionem & unionem; & impeditam hinc salinarum & contentorum aliorum cum urina secretionem. 2.) Coctio verò particularum vitiosarum & eatenus heterogenearum arctiùs antea connexarum separationem. ☽.) Comitem secum ducat particularum separatarum à latice aquoso imbibitarum per urinam (& plura alia loca) excretionem.

§. XIV.

Dubitatur autem adhuc, 1.) de natura materiæ per coctionem separandæ, 2.) de vinculo unionis, in massa sanguinea adeò arctæ, seu de causa cruditatis, & ☽.) demodo seu medio illius separationis seu causa coctionis; circa quæ considerandum, quantum pro earum evolutione tentamina supra proposita inserviant. Quod attinet heterogeneum istud per febrilem motum separandum, quod contenta, horumque principalem hypostasim constituit, de hoc jam supra monitum, esse illud partim contentum naturale, sed plus minus p. n. alteratum, partim chylum, vel vitiosum, vel vitiosè assimilatum, vel utrumque, hoc est, chylum crudiorem, vitiosè in ventriculo digestum & hinc sanguini imperfectè assimilatum, partim partes chyli & sanguinis laudabiles, sub turgescentiæ febrilis impetu vitiatas, à crasi nativa degeneres factas & plus minus corruptas. Sanè non probabile est, tantum partium heterogenearum in naturalem crasin debitè non miscibilium, indeque plus minus excrementitiarum præextitisse antea formaliter in corporis humoribus, quantum postmodum sub febrium intermittentium v. g. cursu interdum diuturno excernitur, aut sub continuarum motu sub incremento & statu morbi cum urina emittitur, ut nihil dicam de illa mole, quæ per sudores adeo perfusos interdum effluit, aut critico motu sub declinatione per determinata emunctoria transcolatur. Quin potius asserendum, quod sicut sub excretionibus symptomaticis v. g. diarrhœis in incremento aut principio febrium v. g. acutarum aut sudoribus in iisdem colliquativis per degenerationem chyli & cruoris etiam optimè constitutorum (pari modò, ac sub evacuationibus talibus artificialibus) talia excrementa producuntur de novo, ita & sub febrili sanguinis turgescentia & commotione p. n. fermentationi intensiori aut effervescentiæ, in sensu non adeò stricto acceptis similium talia plura ceu producta morbosa de novo fiunt, sive ex chylo noviter distributo, & plus minus assimilato, sive ex ipso sanguine ejusque particulis ob immutatam per p. n. motum intestinum texturam heterogeneis factis. Quod licet ita se habeat, non tamen ad symptomaticas aut saltem nocivas excretiones tales urinæ plus minus coctæ emissio referenda venit, cum potius ad criticas excretiones pertineat, quia sub materiæ illius

Digitized by Google

illius plus minus corruptæ tegmine ipſum fermentum corruptivum ſeu p. n. alterativum ſaturatum & enervatum unà excluditur.

§. XV.

Alterum dubium, cruditatis cauſam, quod attinet, ſeu intimæ iſtius particularum ſanguinis tam vitioſarum quàm naturaliter conſtitutarum unionis, unde vitiata ſanguinis textura dependet, ratione cujus uſibus, quibus à natura deſtinatus eſt, minus inſervire valet, & cujus occaſione naturalis motus inteſtinus blandus neceſſariò in p. n. concitatiorem & vitiosè depravatum ſeu febrilem degenerat, urinà verò clara, plus minus tenuis, plus minus quàm naturaliter tincta, adeoque cruda & ſine contentis excernitur: conſtat 1.) in urinis intensè tinctis, ut & craſſis, ſed perſpicuis, idque eò magis, quò magis talibus, & quales in principio febrium, dum adeſt cruditas aut ſaltem primum coctionis rudimentum, excernuntur, acidum particularum ſalinarum contenta omnia cum iisdem concentrans, dominari; nempe urinæ, quæ ab alcali & acido invicem miſtis ita concentrantur, ut intensè tinctæ, craſſæ, claræ tamen ſint, cruditatis & incipientis coctionis naturam nonnihil repræſentant. Conſtat 2.) in ſtatu ſano contenta naturalia ab acido in urina retineri, ab alcali verò ex oppoſito ſeparari & præcipitari, ab acido dehinc denuo abſorberi, ita ut in urina clara præſertim intensè tincta acidi dominium pateſcat, quo infracta per ſaturationem ab alcalibus ſecedat. Conſtat 3.) acida nunquam urinas claras, ſaltem nunquam in febribus turbare aut præcipitare, ſed quà tale, claras conſervare, quin & ſponte turbatas plures denuo reſorbendo ſedimentum nitori priſtino reſtituere, niſi in certis caſibus, in quibus urinæ ſponte ſua turbandæ ab acidis per accidens adjuventur. Oſtenſum 4.) fuit pariter ſupra per experientiam mechanicam, & ab acidis denſari texturam ſanguinis, & ſpiſſari ejus concretum, quod ab alcalibus attenuetur, & reſolvatur. Denique 5.) per analogiam non adeo longe petitam, illuſtratum fuit, vinculum iſtud, unde ſanguinis mixtura primariò dependet, in acido volatili ſui generis ſive ſpecifico ſive ſeminali conſiſtere, pro cujus ratione & varietate & plura ſanguinis phænomena varient. Ex quibus tanquam præmiſſis plana ad concluſionem eliciendam patet via, adeo ut illud ipſum vitioſum acidum febrile ſpecificum acrius plus minus in ſanguine alias cohærentes particulas in arctiorem texturam colliget, cum iisdem inteſtino motu (præſertim ſi acrior ſalſiorque fuerit ipſa maſſa ſanguinea ac minus oleoſis temperata) arctius ſe uniat, totum concretum ita magis condenſet, & hoc ipſo heterogeneorum tam naturalium quàm p. n. tam ſalinarum, urinæ liquorem eſſentialiter ingredientium, quàm contentorum aliorum ab ipſis ſolutorum ſeparationem & ſecretionem inhibeat, ac adeo cruditatis in febribus cauſa exiſtat formalis ſeu efficiens, quæ inde nata cruditas eò major erit, quò viſcidior vel craſſior vel glutinoſior ſimul ſanguis fuerit, ob chylum ſimilem ipſi aſſimilatum, idque ex perverſo diætæ ſeu ſex rerum n. n. regimine, in quo materialis cauſa ferè cruditatis reſidet; quibus ita ſe habentibus à ſeroſo vehiculo pauciores particulæ ſalinæ raraque contenta imbibi poterunt, ob arctam omnium concentrationem; unde neceſſariò tenuiores, claræ, plus minus tamen intensè tinctæ prodibunt urinæ.

§. XVI.

Coctionis ergo cauſa vi oppoſitorum haud longè petenda venit, ſuperius præmiſſa ſi & hîc applicare velimus. Acidi nempe vitioſi in ſanguine dominantis & febrilem motum in particulis ejus minutis concitantis ſaturatio, in ſalſum tertium plus minus oleoſum contemperatio, & ita texturæ ejus activæ enervatio omne hîc fert punctum, unà cum viſcidarum tenacis materiæ particularum ſimultanea inciſione ſeu attenuatione, & ita particularum quarumvis ſub tali tegmine arctius cohærentium reſolutione. Laxior enim hac ratione ſanguinis fit compages, liberiori motu agitantur ejus particulæ, quo debito ordine & ſitu in novam talique ſubjecto debitam redeant texturam, & æquabilem temperaturam, in qua omne ſanitatis fundamentum ſecundùm Hippocratem de Veteri Medicina conſiſtit. Acidum verò ante dominans partim in æquabilem cum cæteris redit miſtionem, partim cum particulis ſaturantibus plus minus vitioſis vel antea talibus exiſtentibus, vel ſub tumultu febrili demum genitis ſecundum ſupra dicta, præſertim viſcidioribus & tenacioribus, vel ob figuræ vel magnitudinis & molis, vel ob ponderis rationem minus aliis commiſcibile extruditur; parili fato atque aliis particulis antea quidem plus minus ſanguini unitis, nunc ob easdem cauſas ſeparatis contingit, quæ omnia ſeroſo vehiculo diluta excernuntur, & con-

Digitized by Google

contenta ac ſedimenta iſta copioſa in urinis febrientium coctis conſtituunt. Saturatio iſta à ſalibus urinoſis volatilibus, item à terreis fixioribus fit particulis, contemperatio à pinguibus ſeu oleoſis, partim quidem in ſanguine præexiſtentibus, partim verò à reſtaurata plus minus chyloſi denuò ſuppeditatis; viſcidæ verò materiæ ſimul ab illis ipſis in ſalſum plus minus perfectum coaleſcentibus, & ita inciſivam & attenuativam texturam acquirentibus, oritur. In ſanguine taliter febrientium minus volatilium urinoſarum particularum inexiſtere videtur, ſi ſupra allegatis fides habenda eſt, quin fixiores ☿-eæ ſint copioſiores, quarum attritu & ſocietate ſub commotione illa febrili, & hinc ſitu, ordine, & textura mutua particularum notabiliter mutata, ſaturetur illud acidum exorbitans, ipſis oleoſis particulis in tali ſanguinis textura ſtrictiori minus quoque reſolutis aut volatiliſatis, ſed magis cum cæteris concentratis, adeoque partim cum ſalinis particulis pertinacius cohærentibus, unà ſub textura mutata excluſis, partim reſolutis & attenuatis, ac quaſi æſtu febrili liquefactis, in novam & naturalem cum cæteris harmoniam ac proportionem coëuntibus, unde ex hisce tales, ut ſic dicam, coaleſcent moleculæ, acido-ſalſæ oleoſæ, quæ ex ſupra inſinuatis cauſis minus in ſanguinea maſſa retineri poſſunt, quin facili receſſu ſeparentur. Hinc enim qui intermittentium poſt paroxyſmos ceu tot particulares febres emittitur ſudor, motu naturæ critico, coctum quod fuerat excernentis, vel ſalſus, vel acido-ſalſus notabiliter obſervatur. Non ſecus ac ſupra dixi, in ☐is febrientium perfectè coctis ſedimentum nec ab acido nec alcali multùm alterari, ſaltem non diſſolvi, cum ceu ſaturatum ſibique ſufficiens ſalſum neutrius conſortium amplecti queat. Multùm hîc confert exaſſumtis, vel potulentis, vel eſculentis noviter effluens chylus, ſi non præciſè ad coctionis talis negotium promovendum, cum ſub incremento & ſtatu febrium parcior cibatio & deficiens fiat chylificatio, ſaltem ad craſin ſanguinis naturalem redintegrandam & debitum in ſtatum reſtituendam, idque imprimis ſub morbi declinatione, particulis ſalſis, oleoſis temperatis volatilibus, dyſcraſiam præviam aut plus minus relictam optimè corrigentibus.

§. XVII.

Medium coctionis ſeu talis acidi vitioſi per ſaturationem ac contemperationem correctionis, & hinc inſequentis partium non miſcibilium & hactenus heterogenearum & excrementitiarum ſeparationis eſt commotio febrilis in ſanguine, quam ſive fermentationem ſive effervescentiam ſive ebullitionem ſive turgeſcentiam ſive rarefactionem appellare velis, cum neutra harum motionum inteſtinarum ſecundùm minuta corpuſcula, plus minus licet ſimplicia aut compoſita, ſub ſtrictiori & accuratiori acceptione ſanguinis motui naturali aut p. n. febrili applicari commodè queat, mihi perinde eſt, modò talis intelligatur motus, ſub quo unà cum motu totius maſſæ progreſſivo, utut circulari, celeriori & rapidiori ſecundùm majorem vel minorem pulſus frequentiam minuta corpuſcula ſeu particulæ fluidum ſanguinis certis ſub quantitativis, & hinc dependentibus qualitativis, uno nomine, mechanicis legibus contexentes, concitatius & extra conſuetum modum invicem agitantur, ut mutatô hinc ſitu, ordine, nexu, &c. priſtinis ſucceſſivè maxima earum pars ſecundum leges Mathematico-Mechanicas (nam ubique Deus & natura geometrizant) de novo in æquabilem, ſeu temperatam, & naturæ & conſtitutioni ſanguinis primogeniæ & ſeminali talis ſubjecti plus minus analogam texturam denuò coëant, & ſuavi nexu debitè cohæreant, ut functionibus debitis ritè inſervire queant, dum interea aliæ particulæ ſtructuræ mechanicæ ex ratione minus proportionatæ excludantur, quæ novo nexu & ſibi invicem plus minus cohærentes in moleculas & corpora nova coaleſcant, ſed ob deficientem cum cæteris nexum mediante communi ſeri vehiculo per colatoria appropriata ſeu quorum pororum & meatuum ſtructura iſtis molecularum ſeu novarum concretionum conformationibus mechanicis pro facili tranſitu concedendo optimè quadrant, excluduntur & excernuntur. Sub motu ergo tali extraordinario dyſcraſia ſanguinis plus minus morboſa corrigitur & acidum vitioſum ſaturatur, & temperatur, ejusque medio ſub uniformi ſanguinis textura connexæ naturales pariter ac p. n. ſeu vitioſæ particulæ chyloſæ & ſanguineæ, præſertim viſcidiores, ſoluto vinculo minus aliis reſpondentes liberantur, & cum acido illo plus minus coaleſcentes contenta p. n. in urina, cocta tunc dicta, conſtituunt. Vigere talem motum in ſanguine ſub febrili tumultu, vel pulſus ſaltem magnitudine & celeritate notabiliter ſemper mutatus & auctus (ſalubri quidem in febre) unà cum juncto æſtu plus minus intenſo & ſecretione tam variæ materiæ cum urina, ſufficienter perſuadent. Non differt eſſentiâ hic ipſe à motu ſanguinis naturali, ſub quo idem vel ſimpliciter ſpirituaſcit, & chylum ſanguificat, unà cum partium crudarum ceu heterogenearum excluſione, de quo ſupra, vel ſaltem has functiones

illius plus minus corruptæ tegmine ipſum fermentum corruptivum ſeu p. n. alterativum ſaturatum & enervatum unà excluditur.

§. XV.

Alterum dubium, cruditatis cauſam, quod attinet, ſeu intimæ iſtius particularum ſanguinis tam vitioſarum quàm naturaliter conſtitutarum unionis, unde vitiata ſanguinis textura dependet, ratione cujus uſibus, quibus à natura deſtinatus eſt, minus inſervire valet, & cujus occaſione naturalis motus inteſtinus blandus neceſſariò in p. n. concitatiorem & vitiosè depravatum ſeu febrilem degenerat, urinà verò clara, plus minus tenuis, plus minus quàm naturaliter tincta, adeoque cruda & ſine contentis excernitur: conſtat 1.) in urinis intensè tinctis, ut & craſſis, ſed perſpicuis, idque eò magis, quò magis talibus, & quales in principio febrium, dum adeſt cruditas aut ſaltem primum coctionis rudimentum, excernuntur, acidum particularum ſalinarum contenta omnia cum iisdem concentrans, dominari; nempe urinæ, quæ ab alcali & acido invicem miſtis ita concentrantur, ut intensè tinctæ, craſſæ, claræ tamen ſint, cruditatis & incipientis coctionis naturam nonnihil repræſentant. Conſtat 2.) in ſtatu ſano contenta naturalia ab acido in urina retineri, ab alcali verò ex oppoſito ſeparari & præcipitari, ab acido dehinc denuo abſorberi, ita ut in urina clara præſertim intensè tincta acidi dominium pateſcat, quo infracta per ſaturationem ab alcalibus ſecedat. Conſtat 3.) acida nunquam urinas claras, ſaltem nunquam in febribus turbare aut præcipitare, ſed quà tale, claras conſervare, quin & ſponte turbatas plures denuo reſorbendo ſedimentum nitori priſtino reſtituere, niſi in certis caſibus, in quibus urinæ ſponte ſua turbandæ ab acidis per accidens adjuventur. Oſtenſum 4.) fuit pariter ſupra per experientiam mechanicam, & ab acidis denſari texturam ſanguinis, & ſpiſſari ejus concretum, quod ab alcalibus attenuetur, & reſolvatur. Denique 5.) per analogiam non adeo longe petitam, illuſtratum fuit, vinculum iſtud, unde ſanguinis mixtura primariò dependet, in acido volatili ſui generis ſive ſpecifico ſive ſeminali conſiſtere, pro cujus ratione & varietate & plura ſanguinis phænomena varient. Ex quibus tanquam præmiſſis plana ad concluſionem eliciendam patet via, adeo ut illud ipſum vitioſum acidum febrile ſpecificum acrius plus minus in ſanguine alias cohærentes particulas in arctiorem texturam colliget, cum iisdem inteſtino mot ſertim ſi acrior ſalſiorque fuerit ip ſa ſanguinea ac minus oleoſis te ta) arctius ſe uniat, totum con ita magis condenſet, & hoc ipſo geneorum tam naturalium quàm p. ſalinarum, urinæ liquorem eſſer ingredientium, quàm conten torui rum ab ipſis ſolutorum ſeparationem cretionem inhibeat, ac adeo crudi febribus cauſa exiſtat formalis ſeu ens, quæ inde nata cruditas eò erit, quò viſcidior vel craſſior vel noſior ſimul ſanguis fuerit, ob ſimilem ipſi aſſimilatum, idque e verſo diætæ ſeu ſex rerum n. n. r ne, in quo materialis cauſa ferè cr tis reſidet; quibus ita ſe habentibus à vehiculo pauciores particulæ ſalinæ que contenta imbibi poterunt, ob a omnium concentrationem; unde nec tenuiores, claræ, plus minus tamen i tinctæ prodibunt urinæ.

§. XVI.

Coctionis ergo cauſa vi oppoſit haud longè petenda venit, ſuperius pr ſa ſi & hîc applicare velimus. Acidi pe vitioſi in ſanguine dominantis & lem motum in particulis ejus minutis citantis ſaturatio, in ſalſum tertium minus oleoſum contemperatio, & ita turæ ejus activæ enervatio omne hîc punctum, unà cum viſcidatum ac darum tenacis materiæ particularum ſi tanea inciſione ſeu attenuatione, & it ticularum quarumvis ſub tali tegmin ctius cohærentium reſolutione. L enim hac ratione ſanguinis fit comp liberiori motu agitantur ejus partic quo debito ordine & ſitu in novam que ſubjecto debitam redeant textura & æquabilem temperaturam, in omne ſanitatis fundamentum ſecun Hippocratem de Veteri Medicina c ſtit. Acidum verò ante dominans pa in æquabilem cum cæteris redit miſtion partim cum particulis ſaturantibus minus vitioſis vel antea talibus exiſte bus, vel ſub tumultu febrili demum g tis ſecundum ſupra dicta, præſertim v dioribus & tenacioribus, vel ob figuræ magnitudinis & molis, vel ob ponderis tionem minus aliis commiſcibile extru tur; parili fato atque aliis particulis ar quidem plus minus ſanguini unitis, nunc easdem cauſas ſeparatis contingit, quæ mnia ſeroſo vehiculo diluta excernuntur

c

Digitized by Google

contenta ac ſedimenta iſta copioſa in urinis febrientium coctis conſtituunt. Saturatio iſta à ſalibus urinoſis volatilibus, item à terreis fixioribus fit particulis, contemperatio à pinguibus ſeu oleoſis, partim quidem in ſanguine præexiſtentibus, partim verò à reſtaurata plus minus chyloſi denuò ſuppeditatis; viſcidæ verò materiæ ſimul ab illis ipſis in ſalſum plus minus perfectum coaleſcentibus, & ita inciſivam & attenuativam texturam acquirentibus, oritur. In ſanguine taliter febrientium minus volatilium urinoſarum particularum inexiſtere videtur, ſi ſupra allegatis fides habenda eſt, quin fixiores ☿-cæ ſint copioſiores, quarum attritu & ſocietate ſub commotione illa febrili, & hinc ſitu, ordine, & textura mutua particularum notabiliter mutata, ſaturetur illud acidum exorbitans, ipſis oleoſis particulis in tali ſanguinis textura ſtrictiori minus quoque reſolutis aut volatiliſatis, ſed magis cum cæteris concentratis, adeoque partim cum ſalinis particulis pertinacius cohærentibus, unà ſub textura mutata excluſis, partim reſolutis & attenuatis, ac quaſi æſtu febrili liquefactis, in novam & naturalem cum cæteris harmoniam ac proportionem coëuntibus, unde ex hisce tales, ut ſic dicam, coaleſcent moleculæ, acido-ſalſæ oleoſæ, quæ ex ſupra inſinuatis cauſis minus in ſanguinea maſſa retineri poſſunt, quin facili ſeceſſu ſeparentur. Hinc enim qui intermittentium poſt paroxyſmos ceu tot particulares febres emittitur ſudor, motu naturæ critico, coctum quod fuerat excernentis, vel ſalſus, vel acido-ſalſus notabiliter obſervatur. Non ſecus ac ſupra dixi, in ☉is febrientium perfectè coctis ſedimentum nec ab acido nec alcali multùm alterari, ſaltem non diſſolvi, cum ceu ſaturatum ſibique ſufficiens ſalſum neutrius conſortium amplecti queat. Multùm hîc confert exaſſumtis, vel potulentis, vel eſculentis noviter effluens chylus, ſi non præciſè ad coctionis talis negotium promovendum, cum ſub incremento & ſtatu febrium parcior cibatio & deficiens fiat chylificatio, ſaltem ad craſin ſanguinis naturalem redintegrandam & debitum in ſtatum reſtituendam, idque imprimis ſub morbi declinatione, particulis ſalſis, oleoſis temperatis volatilibus, dyſcraſiam prævium aut plus minus relictam optimè corrigentibus.

§. XVII.

Medium coctionis ſeu talis acidi vitioſi per ſaturationem ac contemperationem correctionis, & hinc inſequentis partium non miſcibilium & hactenus heterogenearum & excrementitiarum ſeparationis eſt commotio febrilis in ſanguine, quam ſive fermentationem ſive effervescentiam ſivè ebullitionem ſive turgeſcentiam ſive rarefactionem appellare velis, cum neutra harum motionum inteſtinarum ſecundùm minuta corpuſcula, plus minus licet ſimplicia aut compoſita, ſub ſtrictiori & accuratiori acceptione ſanguinis motui naturali aut p. n. febrili applicari commodè queat, mihi perinde eſt, modò talis intelligatur motus, ſub quo unà cum motu totius maſſæ progreſſivo, utut circulari, celeriori & rapidiori ſecundùm majorem vel minorem pulſus frequentiam minuta corpuſcula ſeu particulæ fluidum ſanguinis certis ſub quantitativis, & hinc dependentibus qualitativis, uno nomine, mechanicis legibus contexentes, concitatius & extra conſuetum modum invicem agitantur, ut mutatô hinc ſitu, ordine, nexu, &c. priſtinis ſucceſſivè maxima earum pars ſecundum leges Mathematico-Mechanicas (nam ubique Deus & natura geometrizant) de novo in æquabilem, ſeu temperatam, & naturæ & conſtitutioni ſanguinis primogeniæ & ſeminali talis ſubjecti plus minus analogam texturam denuò coëant, & ſuavi nexu debitè cohæreant, ut functionibus debitis ritè inſervire queant, dum interea aliæ particulæ ſtructuræ mechanicæ ex ratione minus proportionatæ excludantur, quæ novo nexu & ſibi invicem plus minus cohærentes in moleculas & corpora nova coaleſcant, ſed ob deficientem cum cæteris nexum mediante communi ſeri vehiculo per colatoria appropriata ſeu quorum pororum & meatuum ſtructura iſtis molecularum ſeu novarum concretionum conformationibus mechanicis pro facili tranſitu concedendo optimè quadrant, excluduntur & excernuntur. Sub motu ergo tali extraordinario dyſcraſia ſanguinis plus minus morboſa corrigitur & acidum vitioſum ſaturatur, & temperatur, ejusque medio ſub uniformi ſanguinis textura connexæ naturales pariter ac p. n. ſeu vitioſæ particulæ chyloſæ & ſanguineæ, præſertim viſcidiores, ſoluto vinculo minus aliis reſpondentes liberantur, & cum acido illo plus minus coaleſcentes contenta p. n. in urina, cocta tunc dicta, conſtituunt. Vigere talem motum in ſanguine ſub febrili tumultu, vel pulſus ſaltem magnitudine & celeritate notabiliter ſemper mutatus & auctus (ſalubri quidem in febre) unà cum juncto æſtu plus minus intenſo & ſecretione tam variæ materiæ cum urina, ſufficienter perſuadent. Non differt eſſentiâ hic ipſe à motu ſanguinis naturali, ſub quo idem vel ſimpliciter ſpirituaſcit, & chylum ſanguificat, unà cum partium crudarum ceu heterogenearum excluſione, de quo ſupra, vel ſaltem has functiones

ctiones insigniter adjuvat, undecunque etiam primitus dependeat, sed modus saltem novus est motus talis intestini, qui quo propius ad naturalis accedit normam, eò felicior eventus, & contra expectandus venit; prout autem misturæ & concretionis sanguinis fert ratio, etiam fermentationis hujus febrilis separationis multiplex observatur varietas; quo acriores enim sunt particulæ, invicem commotæ, eò intensior motus, eò acutior morbus; quò temperatior verò, contrà: quò fluidior & serosa magis massa sanguinea, eò facilior & brevior motus; quò viscosior seu crudis chylosis particulis magis infarcta, eò difficilior & longior naturæ conatus, &c. De cætero nil obstare videtur, quò minus propter similitudinem aliqualem cum fermentationibus artificialibus, commodioris etymi defectu fermentationes hos motus appellare queamus, licet sub latiori vocis hujus acceptione: idque eò commodius, aut saltem intellectui pro theoriæ physicæ & praxeos Medicæ faciliori applicatione conceptibilius, si proximè seu immediatè acidarum particularum cum urinosis volatilibus ac ☿cis fixioribus, simulque intertextis pinguibus & omnia hæc certa proportione diluentibus ▽cis agitationem talem vel naturalem simpliciter, vel diversimodè modificatam, adeoque plus minus naturalem asseramus, adeò ut etiam hîc acidum & alcali, ceu duo mechanica naturæ instrumenta mediantibus solutionum & coagulationum legibus utramque hîc facere paginam videantur; obstetricante hic Chymia præsertim, utut artificiosa pro naturalibus incautè interdum subministrante. Ita ut medium coctionis seu separationis talis materiæ morbificæ motum fermentativum sanguinis in p. n. impetum febrilem modificatum esse dicere queamus.

§. XVIII.

Modus denique separationis talis particularum sanguinis heterogenearum per motum fermentativum factæ consistit in præcipitatione spontanea, seu spontaneo quasi secessu earundem, ita ut ea, quæ antea invicem connexa & plus minus commista fuerant, nunc saltem invicem confusa sint; & quæ antea tanquam soluta & cum menstruo arctius juncta ad illius structuram & motum dirigebantur, nunc superata spontaneô impetu sub fermentationis nempe febrilis motu p. n. dum id quod nil aliud quàm præcipitatio, solutioni opposita dici potest. Corrigitur acidum vitiosum hoc & attenuatur viscidum utrumque & sub saturatione sui vel cum aliis sociis particulis in naturalem crasin redigitur, vel cum particulis chylosis & sanguineis, sed vitiosis, sive formaliter, sive materialiter saltem talibus intimius jungitur, hæ acido-salsæ oleosæ talem exinde texturam mechanicam acquirunt, cujus ratione cæteris in renovatam texturam & tali subjecto naturalem crasin coëuntibus unibiles & intimè miscibiles amplius non sunt, quin figuræ, magnitudinis, ponderis, &c. ratione spontè secedant, &, restaurata in massa sanguinea fluctuent, tamdiu, donec seroso latice solutæ & imbibitæ qua data porta eliminentur.

§. XIX.

Negotium hoc simili (pro more talium licèt claudicante) illustrare placet. Consideretur mustum recens, quod clarum, crassum, pellucidum, in quo texturæ materialis ex firmitate omnia contenta ante invicem unita sunt. Hoc sub fermentatione vinosa turbatur, & sub fermentationis impetu, particulis ejus pluribus sub acidi regimine in novum concretum vinosum mutuò coëuntibus, aliæ iisdem non miscibiles ob conditiones mechanicas spontè præcipitantur, facilè à vino claro per colatorium hoc separabiles. In musteo tali concreto ab acido primario texturæ ejus robur dependet, quin & ab eodem commixto motus fermentativus primariò oboritur; non secus ac partium quarundam vi texturæ vinosæ nova concretio, aliarum non unibilium secretio, ab eodem in specie dependet. Hinc enim acido quodam addito musto, in debita quantitate, sine texturæ alteratione mustum fermentare nescit ex arcto nimis particularum coalitu; alcali tartari verò eidem addito, & saturato sic plus minus acido, mutatâ hac ratione texturâ præcipitantur mox quædam concreta, utut enervato nimis acido fermentatio in vinum pariter penitùs deficiat, & liquor subdulcis musteus ferè restitet: Cruditatis adeoque statum in sanguine mustum recens exhibuit, sicut motus iste concitatior intestinus fermentativus sanguinis turgescentiam febrilem nobis repræsentat, sub qua partim novi concreti textura, partim secum tartarearum præcipitatio coctionis medium & modum & earundem facilis à vino transcolationis aut filtrationis medio separato materiæ coctæ per renum cribra à sanguine secretionem sistat.

§. XX.

Hæc ipsa ulterius docent, quibus in febribus urinæ inspectio pro coctionis & cruditatis signis colligendis necessaria sit, in illis scilicet primariò, quas primarias, easque humorales supra diximus, seu quæ vel sanguinis vel lymphæ vel utriusque ex vitio aut prima-

Digitized by Google

primaria saltem alteratione originem ducunt: quo tàm intermittentes, quàm continuæ, & hæ tàm simplices quàm compositæ periodicæ, tàm auctæ quàm lentæ pertinent. In hisce enim talis sanguinis status est, qui febrili fermentatione depurandus per heterogenearum & disproportionatarum particularum exclusionem & in laudabilem crasin restituendus, per renovatam temperatæ &, ut sic dicam, æqualis texturæ constitutionem. Hinc secundariò etiam in secundariis istis, comitatis dictis, in quibus præter partem solidam primariò laborantem in symptomaticis hisce febribus, cum sanguis ac lympha unà affici soleant, idque eò magis, quo vel per se magis à debita crasi declinent, & cacochymici, ut vocant, existant, vel per accidens, quando partis solidæ affectæ nobilioris ejusque functionis sic plus minus læsæ ratione vitiantur, ut v. g. in inflammatione hepatis, quin interdum ex horum vitio, aut alteratione prævia saltem in iisdem essentialibus, partis vel nobilis vel sensibilis inflammatio & febris nunc oriatur, nunc resuscitetur, imò cum non rarò observatum fuerit, morbos hujusmodi ex inflammatione & febre acuta complicatos per motum naturæ Criticum excretorium fuisse solutos, cujus gratia omninò coctio materiæ ut præsupponitur, ita indicia ex urina desumuntur; sicut ex oppositò si incipientis plus minus coctionis signa subitò disparent in urinis, grave periculum dictis in morbis denotari soleat? Nam quod Hippocrates in *Coacis de Peripneumonia* asserit: *Quod quibus urina crassa & cocta appareat, circa quartum verò attenuetur, lethale sit*, id etiam de aliis sanè tàm pectoris quàm aliarum regionum inflammationibus hujusmodi erysipelaceis vel insignioribus, vel partium sensibiliorum, adeoque nervosarum, vel partium nobiliorum omninò verissimum est, ita ut naturali similis existens urina dubium omninò, eadem cruda malum, excocta plus minus recrudescens periculosum, vel delirii gravioris, vel incrementi morbi, vel alius novi affectus, aut saltem ejusdem in alia parte epigenescos, vel mortis ipsius indicium existat. Causas itaque propter dictas in hisce comitatis febribus & urinæ inspectio subinde requiritur, præsertim si essentiales fuerint; nam in symptomaticis minus eadem requiritur, cum tanti ponderis non sint ejus indicia, quanti in istis primariis febribus, cum in his secundariis ex inflammationis conditione & mutatione & inde dependentis materiæ peccantis vel occasionaliter antecedentis, ut v. g. in erysipelate critico vel effectivè ceu productum morbosum consequentis, ut sputi in pleuritide in temperaturam æqualem mutatione seu particulari coctione & vel sensili vel insensili excretione primaria prognostica desumantur signa. (Attamen *in pleuritide gratia febris coctio urinæ certum est ad salutem præsagium*, ait Zacutus Lusitanus *lib. II. Prax. Hist. cap. 3. pag. 304.*) Sic enim Helidæus Paduanus in Observationibus dicit: *Nota, aliquando urinæ in pleuriticis sunt malæ, cum sputis bonis & liberantur, natura critice*, (minus convenienter hoc dici videtur) *expellente materiam; contrà verò est periculosum, si urina sit bona, cum sputo malo, ex quo in hoc morbo majus sumitur indicium, quàm ex urina.* Quoad alteram classem febrium secundariarum, nempe symptomaticarum, in his urinæ inspectio non necessaria est, cum simpliciter à partis affectæ alteratione plus minus p. n. & inde productis morbosis, illud v. g. in febribus vulnerariis, hoc in ulcerariis, hinc superveniens febris dependeat, & ita coctionis & cruditatis signa nulla exhibeat; de cætero verò, ex urina nullius partis solidæ, qua talis quocunque modo affectæ indicium nec diagnosticum nec prognosticum haberi queat, adeoque omninò frustranea, saltem inutilis est quævis his in affectibus qua talibus uroscopia, nisi interdum per accidens sanguis aut lympha à naturali crasi deficientes occasione commotionis talis febrilis mutationes quasdam plus minus p. n. subeant, earumque indicia quædam in urina exhibeant. Idem quoque concludendum omninò est de febribus malignis, spirituum dum hæ existant hostes, quos occupant, quorum affectorum nullum in urina indicium, unde & naturalibus similes per se in malignis esse solent urinæ, adeoque non rarum est, queri subinde veteres Practicos de urinæ fallacia, qua optimè existente, nihilominus talibus in febribus intereant ægri. Prout tamen vel secundùm febrium malignarum differentias, vel contentorum corporis quorumvis dyscrasiam cum febre maligna per accidens licet junctam subinde affici massa sanguinea unà plus minus solet, urinæ pariter inspectio locum aliqualem inveniet, quo mutationes ejus tàm quoad colorem, quàm quoad contenta à naturali statu deviæ pro suis scopis observari queant. Sanè ut in malignis, quà talibus, nulla coctio, aut ejus in urina manifestatio expectanda, & urina naturalis nec bona nec mala in talibus febribus dici potest, ita ex oppositò si coctionis debitæ signa in iisdem febribus superveniant, semper pro fausto indicio accipi debet.

§. XXI.

In illis ergo primariis humoralibus febribus

bus & hinc comitatis eſſentialibus neceſſaria ſummè eſt urinæ inſpectio pro cruditatis & coctionis ſignorum diagnoſi, & eventus morbi ejusque motus prognoſi, quæ ab iſta dependet. Adeò ut nulla harum febrium ſine coctione & excretione materiæ ſic dictæ morbificæ ſeu peccantis (ſive formaliter ſive ſaltem materialiter talis fuerit, de quo ſupra) tuto curata dici queat; quin illarum defectu vel mors ordinariò febrim finiat, vel recidiva certò expectanda ſit, vel diuturni languores cum functionum plurium læſionibus tandem reſtitent. Uti enim coctionis medio in debitam texturam & temperatam craſin redit ſanguis, ſub quali ſtatu viget univerſum corpus, ut ſupra inſinuatum, ita hujus defectu vitiata plus minus ejus textura, & hinc pro functionibus naturalibus inepta reddita eadem, unum ex tribus modo recenſitis conſequi neceſſarium eſt. Mors quidem ultimam ducit lineam, vel quando acidi, quocunque modo vel quanto vel quali vitiati, tanta vis, ut p. n. ſanguinis concentratio & texturæ inverſio accidat, vel quando partium in ſanguine heterogenearum, crudarum, viſcidarum, vel aliis modis vitiatarum tanta eſt copia, ut extricari ſe activæ particulæ, iſtasque corrigere & ſeparare nequeant, unde utroque in caſu deficere tandem motum inteſtinum ſanguinis, ſpirituaſcentiam ejus ceſſare & machinæ conſequenter totius motum penitùs deficere neceſſe eſt, quod mori alias dicitur. Illius indicium ſuggerunt urinæ claræ, plus minus craſſæ, nunc naturaliter, utplurimùm intenſius tinctæ; hujus verò conſequens ſunt urinæ craſſæ turbidæ, & quæ tales manent, ſive ſedimentum retineant, ſive ſeponant. Quodſi verò vel oppreſſo naturæ conatu febrili, v. g. per anodyna plus minus narcotica, vel ſufflaminato cauſæ morboſæ occaſionalis motu & impetu per figentia citra coctionem ullam vel ſaltem non perfectam finiatur morbus, nunc renovato naturæ motu fermentativo recidivat eadem febris, ut ex Chinæ Chinæ uſu, vel potius abuſu, tantum non ſemper accidit, vel impedito hoc ipſo ex reſtitante dyscraſia maſſæ ſanguineæ, hinc cæterorum ex hac generandorum humorum, utplurimùm acido-viſcida, unde imminuitur ejus motus inteſtinus, ipſe ſpirituaſcentiæ debitæ exiſtit ineptus, enervatur inde genita bilis, ſeu glutinoſa, minus acris, minusque volatilis evadit, inertior redditur lympha, adeoque diuturni languores, plurium, primariò naturalium ſeu vitalium, hinc quoque animalium functionum læſiones ſuperveniunt, per aromatica volatilia, præſertim ſimul amara iſtam ſanguinis dyſcraſiam reſtituentia emendanda. Crebriori ſanè obſervatione mihi hactenus conſtitit, quod quoties curata febri humorali quacunque, aut eadem potiùs ceſſante, adeoque ſub hujus declinatione urina naturali ſimilis ſucceſſivè non fluit reddita, ſed eadem adhuc craſſa, quæ ſucceſſivè turbata ſedimentum deponit, excreta fuerit, metum recidivæ infallibilis ſubeſſe, quamdiu urina talis reddatur, ſicut ex oppoſito ſani, qui tales urinas excernunt, neutraliter decidunt, & ad febres omninò diſpoſiti exiſtunt, tàm continuas, quàm ſpeciatim intermittentes, nec liberi exiſtere poſſunt, ab hoc metu prius, quàm urina naturalem in ſtatum denuò fuerit reſtituta. Utrobique ſcilicet digeſtionis primæ ſubeſt vitium, cujus defectu chylus defectuoſus ferè vitioſè acidus, plus minus viſcidus, ſubminiſtratur, qui ex vitioſa aſſimilatione & hinc texturæ ſanguinis depravatione febrem neceſſariò futuram infert, vel jam præſentem fovet, vel præteritæ recidivam inducit.

§. XXII.

Naturæ ergo opus eſt omnis febris, ad totius animalis œconomiæ integritatem reſtaurandam per coctionis beneficium inſtitutum. Viget hic labor primariò in febribus primariis benignis & comitatis eſſentialibus; obſervatur tamen etiam per analogiam in ſecundariis ſymptomaticis, in quibus principale naturæ negotium eſt temperare acidum, & in ſalſum tertium plus minus oleoſum mutare, & puris hinc producti ſub forma eliminare. In malignis pariter in corrigendo & temperando, adeoque ſimul figendo fermento maligno una cum vehiculo plus minus corrupto aut alterato nunc ad peripheriam corporis extrudendo, v. g. in petechialibus & variolis malignioribus, nunc ad certam partem transponendo, ut in parotidibus, bubonibus & carbunculis peſtilentialibus tota ipſa occupata eſt. Unde hoc in arduo negotio, quale Medici officium ſit, naturæ ſcilicet medicatrici quales miniſtras porrigere debeat manus, (nam ejusdem Rectorem & Patronum eſſe pauciſſimis hactenus contigit,) vel ſponte patet. In ſpecie coctionis quoad negotium iſtud, cujus phænomena in urina apparent, & inde febrium primariarum eventus vel ſalubris vel lethalis dependet, nil aliud Medico agendum ſupereſt, quàm vel naturæ rectè agenti impedimenta removere, vel eidem vitioſè operanti frænum injicere. Prius præſtat alterando, & evacuando, poſterius impetus p. n. cohibendo. Acidum

ergo

Digitized by Google

ergo dum efficienter primariò peccat, materialiter verò viſcidum, illud temperantia, hoc attenuantia convenient auxilia. Illa vel generalia ſunt, acidi cujusvis aut abſorptiva, ut partes animalium duræ, & terræ minerales; aut ſaturativa, ut ſalia urinoſa tàm fixa, quàm volatilia; aut mitigativa, ut oleoſa emulſionum forma propinata, &c. vel ſpecialia; ſpecifici ſaporis acidi plus minus volatilis iſtis in febribus correctiva, uti ſunt præprimis antimonialia fixata, quæ ceu exhauſta & ſulphure acido volatili ſpoliata corpora ſaturantur denuò, & acidum illud peccans promptè imbibunt, & alcalia quaſi textura præſertim ratione reguli ceu concreti Mercurialis ritè præparati, uti vel vulgo per nitrum fieri aſſolet, illud corrigunt & temperant: ut de ſulphure ejus fixiori cujusvis acris temperativo & in ſpecie anodyno & ſomnifero hîc loci nihil moneam. Sanè vel ex ſcoriis ejus (tacco nucleum in vitro ejus concentratum) ſulphur tale paulo, non tamen abſolutè, fixius præparari poteſt, quod pro objecti ratione, quod in primis offendit viis interdum blandè emeticum, per ſe vero ordinario ſomniferum & ſudoriferum exiſtit: Expertus ſui ejus vim, v.g. in ſufflaminanda pertinaci quartana, cujus paroxyſmos aliquando penitus ſuppreſſit, (utut hoc palliativum ſaltem eſſet,) cum inſigni ægri ſomnolentia, ſicut illud ipſum in infantum epilepſiis mirabile pariter obſervavi. Intricatum eſt negotium, quomodo talia fixiora in parva aliquot granorum doſi tàm inſigniter operativa exiſtant, cùm de opio quæ probabiliter hic inſtituitur theoria minus huc quadret. Poſt antimonium Mercurius eſt imprimis, & hinc metalla vel mineralia, in concreto ſuo magis Mercurialia, quæ acidorum, præſertim acriorum & volatilium exiſtunt correctiva, fixata præſertim & ita diaphoretica reddita, quod vel obiter attigiſſe ſufficiat. Viſcidæ verò aut tenacioris ſubjectæ materiæ quæ ſunt inciſiva, exiſtunt imprimis ſalſa, quæ attenuando & blandè parietes partium continentium irritando hoc ipſo ſimul abſterſiva exiſtunt: Item acida & ipſa inciſiva tàm nativo ſub ſapore, quem primis ſaltem in viis applicant, quam ſalſa ſub textura, quam, altius penetrando intra corpus, ſordes viſcidiores reſolvunt, ut ſpiritu ♃ & ☌, in ſpecie hoc dulcificato notum eſt, quibus & gummata ſe aſſociant, non niſi chronicis in febribus & glutinoſiori ex fomite natis, adeoque intermittentibus præprimis proficua. Hisce modis impedimenta motum naturæ coquentis plus minus ſiſtentia alterando removere ſatagit Medicus, idque ſpecificis ſeu ſapori morboſo corrigendo ſpecialiter appropriatis inſtructus ſi fuerit. Evacuando verò ſuo fungitur munere, conatus naturæ excretorios vel non ſufficientes promovendo, vel deficientes provocando. Cynoſuræ inſtar inſerviunt hoc in negotio Hippocratis aphoriſmi 20. 21. 22. 23. 24. & 25. *ſect.* 1. ubi cocta per loca convenientia ſaltem evacuanda monet. Ita ut τὸ φαρμακεύειν, qua hoc in loco utitur voce Hippocrates non præciſè ad purgationem in ſpecie ſic dictam, per inferius guttur, qua inſtituitur, reſtringendum, ſed ad quamvis per quæcunque corporis emunctoria evacuationem extendendum veniat. Niſi enim coctio præceſſerit evacuationem, aut nihil evacuabitur, utut totum corpus perturbetur, aut citra euphoriam cum inſigni potius ægri nocumento & virium notabili diſpendio illud contingeret. Quomodo enim inutile & recrementoſum evacuabitur, dum ab utili nulla adhuc ejus ſeparatio facta fuerit. Naturam imitari ubique debet Medicus, quæ nunquam inſtituit ſpontaneas adeoque criticas excretiones, niſi prius ſubegerit & concoxerit materiam morbificam, unde & in ſtatu aut declinatione ſaltem morborum, non verò in incremento aut principio ſalubriter tales molitur evacuationes; niſi interdum materia nimis turgeat, hoc eſt, fermentum morboſum nimis ex acrimonia intenſiori & penetrantia volatiliori cum cæteris corporis contentis efferveſcat, vel partes ſolidas plus min⁹ irritando vexet, vel utrumq; ſimul præſtet, invitam quaſi cogat naturam, ut intempeſtivas licet, adeoque ſymptomaticas inſtituat evacuationes, rarò adeò frugiferas. Sub tali adeoque perturbato naturæ ſtatu Medicus nunc ſpectatorem agat motus illius, quamdiu modum non excedunt, partim ſinendo, partim blandè promovendo; ſin verò exceſſerint, ita ut exorbitante planè impetu ferantur, opem maturatam ferat is ipſe, acre iſtud peccans corrigendo, & in ſpecie anodynis tàm vegetabilibus papaverinis, quàm mineralibus ſulphureis impetum ſpirituum & hinc contentorum orgasmum & continentium irritationẽ ſenſiliorem maturè ſopiendo, quo id, quod coquendum reſtat, pacato ſic magis ſub œconomiæ animalis ſtatu maturetur, & hinc demum quâ datâ portâ eliminetur.

§. XXIII.

Equidem triplex urinarum, quæ turbidæ factæ ſedimentum plus minus deponunt, differentia obſervanda venit; dum vel in ſanis adhuc, vel ægris, & his vel febricitantibus, vel non-febricitantib⁹, ſed alio plus minus chronico morbo correptis, ut cachecticis, ictericis, talis obſervatur. De febrientium præcipitato ſedimento hactenus, de iſto in morbis chro-

Digitized by Google

nicis paulo poſt, de hoc verò, quod in ſanis obſervandum, quod equidem extra febrilem corporis perturbationem non rarum ſit, in ſanis quoque vel reverà talibus, vel reconvaleſcentibus aut declinantibus urinas intenſiùs ferè tinctas & craſſiores plus minus emiſſas turbari, cum ſedimenti dimiſſione, urinæ ipſius liquore claro naturaliter conſtituto, vel turbido adhuc ſupernatante. De his quid habendum ſit, jam ſupra inſinuatum eſt. In omnibus nempe his ſub praxeos negotio obſervare contigit, vitium digeſtionis primæ partim à naturali norma deficientis, partim ad depravationem chyli p. n. deflectentis ſubeſſe, & vel fermenti ſpirituoſi digeſtivi impotentiam vel ejus p. n. alterationem in ſaporem vitioſè acidum tali p. n. urinæ immutationi occaſionem ſuggerere. Impotens eſt digeſtivum fermentum vel abſolutè, ut in ſenibus, in quibus non rarum, turbari earum emiſſas urinas, etiam tenues, licet emiſſas; vel reſpectivè, voracioribus tàm junioribus, quàm adultis, in quibus ex acidi digeſtivi, talis objecti reſpectu, inſufficientia nec ſubigi debitè ſub chylificatione alimenta, nec ſub hæmatoſi cum liquore urinæ, menſtrui defectu uniri poterunt; id quod ex caloris coquentis defectu vulgo fieri & rectè dicitur, h. e. ex acidi ſpirituoſi vitalis debilitate, nec debitè digerentis, adeoq; nec ritè unientis contenta cum ſalinis continentibus particulis; ſed de his jam minus ſumus ſolliciti. In iſtis verò urinis talis alteratio vel prioris morbi recidivam, vel novi, in ſpecie febris, imminens periculum certè prænuntiat, imprimis ſi ſine clarificatione turbida urina permaneat. Clareſcens enim denuò urina & naturaliter ſic conſtituta, ut ſedimentum copioſum ſepoſuerit, ſpem facit, diætæ benè ordinatæ beneficio, quicquid ſubeſt p. n. in corpore ejusve partibus vitii, penitùs correctum iri, cum naturæ per motum ſanguinis inteſtinum vitioſum ſecernentis exactè & retexentis laudabiliter contenta fluida, h. e. perficiendæ mox penitus digeſtionis primæ & ſecundæ ſignum ſubminiſtret. De cætero tàm in his quàm in iſtis ſemper vitium radicatur in primis viis, chyliq; ibidem depravata digeſtione & perfectione, ita ut acidum p. n. ſaporis, plus minus fixius ibidem peccet, quod ipſum acrius & minus ſpirituoſum ſeu volatile potenter aſſumta quidem diſſolvat, & potius corrodat, ſed inde enatus cremor ob bilem inertiorem minus perficiatur, in tenuibus, minusque perfecta chymi laudabilis à ſcoriis feculentis ſecretio fiet, unde particulis crudioribus, h. e. fixioribus, groſſioribus, acido p. n. imprægnatis permiſtus chylus ad ſanguinem delatus, ineptus redditur, qui debitè eidem aſſimiletur, & cæteris ejus conſtitutivis particulis uniatur, & cujus crudiores particulæ ritè cum ſeroſo urinario latice ſubigantur, quin portione ejus plus minus copioſa ob texturam ſui propter acidum p. n. unà cohærens ſpiſſiorem intra urinæ menſtruum retineri neſciunt, quin ſponte ſua excidant & ſedimẽtum conſtituant, reliqua portione utcunque ſoluta, ſed imperfectè hærente, unde ſitu ex inordinato ejusdem intra urinæ poros hujus continua perturbatio. Unde conſtanter hoc notavi, quod ab acidi p. n. correctivis, vel ſaturantibus, ſalibus fixis, vel abſorbentibus Martialibus, coralliis, C.C. ebore, &c. propinatis, urina brevi poſt clara & absque p. n. talibus contentis reddita fuerit. Illuſtrat dicta hactenus juvenis vegetus, qui ab abuſu vini emetici antimonialis incurrebat pertinacem plurium dierum hypercatharſin, perquam copioſam, qua tamen per eſſentiam theriacalem cum eſſentia opii ſedata, nihilominus urinam turbidam & copioſo ſedimento ſaturatam emittebat; ſimulque crebrius de acido intenſiori, quod partim in ore, partim in ventriculo perciperet, etiam non rogatus querebatur, qui pariter uſu pulveris ex C.C. uſto, coralliis, ☿ ſigillata, extracto tormentillæ breviter urinam abſque turbatione & ſine contentis talibus emittendo convaluit.

§. XXIV.

Mutationes iſtæ urinarum, quæ coctionis & cruditatis ſubminiſtrant indicia in febribus primariis humoralibus & comitatis eſſentialibus imprimis obſervari ſolent, pro fundata magis partim colligenda prognoſi, partim methodica magis inſtituenda praxi. Nihilominus tamen eadem urinæ phænomena, uti mutatis quibusdam circumſtantiis etiam in chronicis morbis obſervabilia ſunt, ita etiam ex eadem cauſa fiendique modo dependent, & iisdem quoque uſibus modo dictis inſerviunt. Devolvimur itaque ad ſecundam claſſem affectuum ſupra inſinuatorum, eorum ſcilicet, in quibus urina minus tincta obſervari ſolet, quales ſunt in ſpecie plures morbi chronici, cachexiæ quælibet, quam cachexia in genere ſic dicta, quam menſtrua & virginea ſeu chloroſis, ut & hypochondriaco-ſcorbutica (ſalino-ſulphurea ex ſupra dictis) anaſarca, leucophlegmatia, aſthma humoroſum, &c. In omnibus his ⊡ minus tincta, & utplurimùm ſimul tenuis, interdum quoque craſſa, & tamen pallida eaq; nunc clara, nunc turbidula obſervatur. Illa glauca & claropa à Fernelio *p.* 228. hæc verò lactea non inconciñè appellatur. *Conf.* Zacutus Luſitanus *p.* 417. ſub curſu verò morborum ſalubri analoga cum acutis phænomena in urina, ut modò inſinuatum, pariter ſe exhibent.

d by Googl

bent. Quodſi enim ſub tali urinarum facie & ægrorum ſtatu morboſo debitis auxiliis naturæ opem ferat Medicus, ſucceſſivè melius tinctæ, quin & craſſiores reddi, pedetentim quoque turbari incipiunt: quodſi fiat, medicamentorum ritè operantium ſignum haberi rectè ſolet. Non ſecus ac in Ictericorum urinis, ſi craſſæ, ſplendidæ, quales primitus emitti ſolent, ſine ſplendore appareant, & turbidæ fiant, ſolutionis morbi indicium eſſe, Lindanus docet, ſicut aqueam urinam in eodem ictero hydropem, portendere, ait Plempius *fundam. lib. V. ſect. 3. cap. 5. pag.* 316. Hinc procedente ulterius naturæ motu ſedimenta quoque copioſa, utut tardè admodum reſpectu motus acutorum ſeponunt, donec pariter his ſucceſſivè evaneſcentibus illæ naturalem faciem denuò exhibeant. Ita ut & his quoque in morbis cruditatis & coctionis phænomena, & juxta hæc quatuor iſta morborum tempora ſeu rectiùs gradus obſervanda veniant. Adeoque ſimilis ſibi ubique in operibus ſuis exiſtit natura. Quantum ergo his quoque in morbis quoad urinam, ejusque contenta nobis inſerviant tentamina iſta, jam inquirendum reſtat.

§. XXV.

Viſcerum obſtructiones abdominis, quæ aliàs ordinariò accuſari ſolent, ſunt partim nullæ, partim non cauſæ talium affectuum. Quoties in melancholicis ſic dictis affectibus, malo hypochondriaco, ſcorbuto, quartanis, ictero nigro, melancholiâ lien inſons, & ſine labe omni notabili obſervatus fuit? Non ſecus ac hepar in cachexia, hydropis ſpeciebus, tertiana &c. Ita ut aſylum potius ignorantiæ cauſæ morbificæ, modique fiendi, exiſtant hujusmodi obſtructiones, quàm veræ ac genuinæ cauſæ. Quæ verò interdum in chronicis iſtis affectibus viſcerum obſervantur obſtructiones, & his ſupervenientes ſcirrhi, non cauſa, ſed productum morboſum, ut infra dedeclarabitur, exiſtimandi ſunt. Non enim adſunt in talium morborum principio, ſed confirmatis demum iis ſuperveniunt. Quin potius ſi ritè omnia circa tales ægros obvia attentius paulò conſideremus, ſymptomata & juvantia pariter ac nocentia trutinemus, vitium omne in læſa chyloſi radicari deprehendere licet; quæ latiori ſub ſignificatu tantum non omnes morbos chronicos comprehendit, quorum vel adjunctum vel conſequens neceſſarium exiſtit. Primariò ſcilicet ab acido p. n. intenſiori minus ſpirituoſo, ſed fixiori primarum viarum, ſecundariò ab inertia bilis dependent chronici iſti affectus, unde debitæ fermentationis ac volatiliſationis & ſcoriarum ſeparationis, & ab his dependentis futuræ pneumatoſeos in chylo defectu loco cremoris ſalſo-oleoſo-dulcis volatilis paſta acida viſcida plus minus glutinoſa ſeu pituita acida generatur, quæ ſimilem dat ſanguinem, in qua ratione acidi arctior unio & ſpiſſior conſiſtentia, (**da ſiehet das Blut gantz ſchwartz aus / und iſt ſchwer Geblüt/**) ratione viſcidi particularum activarum minor extricatio & imminuta operatio, ab utraque particularum ſeparandarum firmior retentio; quæ acoris ratione formaliter, materiæ verò viſcidæ occaſione materialiter morborum iſtorum chronicorum efficiens & fomes, unà cum bile, non perficiente chylum exiſtit. Quæ ipſa acido-viſcida maſſa intra mæandros & anfractus tàm viſcerum quàm glandularum hinc inde ſubſiſtens & proprio acido ſucceſſivè concentrata & quaſi coagulata tumorum, præſertim ſcirrhoſorum prima origo eſſe ſolet. Hinc enim vel abſorbentia imprimis Martialia, ratione acidi, vel alterantia aromatica, amara, acria & præſertim ſalia volatilia oleoſa tàm ratione bilis acuendæ, quàm ratione pituitæ attenuandæ, & denique pro eodem ſcopo incidentia ſalſa & gummata ceu perfectum tertium, interpoſitis ſubinde blandè laxantibus & diureticis omnem illorum in curia abſolvunt paginam.

§. XXVI.

Præſuppono autem hic ſuperius explicata: Tincturam & conſiſtentiam & his adjunctum perſpicuitatis modum, materialiter à ſalſis oleoſis particulis intimè invicem unitis, probeque ſubactis, unà cum contentis chyloſis firmius iſtis ſociatis, formaliter à ſpeciali hinc emergente textura, efficienter denique ab acido dependere. Jam verò ad arctam talem unionem plurium partium corpuſculorum requiruntur omninò tria: (1.) Partium uniendarum in minima ſui confractio, ſeu ſubtiliſatio, quò enim ſubtiliores & minutiores ſunt partes, quæ miſcentur, eò propiùs ad ſe invicem accedere, & totæ totis, ut ſic dicam, ſe applicare poſſunt. (2.) Harum particularum minimarum apta figura, ſeu conformatio, ratione cujus invicem cohærere, ſeque vel invicem ſubire, vel uncis quaſi aut ramuſculis aut anſulis mutuo ſe implicare, uno verbo mutuis amplexibus ſe firmiter retinere queant. (3.) Motus primariò quidem & immediatè inteſtinus, ſecundariò & mediatè localis, mediante quo invicem exactè miſceri, aptè ſituari, & locari, & intimè ita particulæ tales uniri ac ſociari ſolent. Altero horum enim deficiente vel nulla unio eveniret, (ut in defectu tertii requiſiti) vel imperfectè & minus

Digitized by Google

cohærens ſeu minus firma ac conſtans erit, (ut in ſecundo requiſito deficiente) vel ſimplex ſaltem confuſio ſuperficialis, (ut in primi requiſiti abſentia) emerget. Hæc ipſa in arcta plures particulas miſcente textura urinæ pariter omninò concurrant, ita ut ſi moderatè, h. e. ex naturæ legibus fiant, naturaliter conſtituta urina emergat, iisdem verò excedentibus, h. e. per motum inteſtinum nimium ſeu auctum particulis minutius adhuc confractis & inutuò attritis, aptiſſimè ſibi adoptatis & intimè incuneatis, tinctura intenſior, conſiſtentia craſſior ſub perſpicua claritate obſervanda erit, id quod in morbis acutis cum febribus & omnibus in febribus uſu venit: Sicut deficientibus iisdem, i. e. nec confractis debitè, nec proportionaliter figuratis, nec debitô motu ſubactis deficere urina in requiſitis naturalibus obſervabitur, id quod in chronicis, cachecticis affectibus locum habere videtur. Sub urinæ ergo in ſanguine generatione omnia iſta concurrunt, ſub univoca ſanguificationis actione & motu, qua & chyli transmutatio, ſanguinis generatio, & recrementorum ſeparatio, ſimplici ſeu uno eodemque actu perficiuntur. Præſupponit autem hæc ipſa prægreſſam debitam chylificationem, cum hac rectè ſe non habente impoſſibile ſit, ut illa ritè peragatur, ſicut chylificatione ſub bona utplurimùm laudabilis ſit hæmatoſis. Sub chylificationis enim negotio pro novo concreto chylo contexendo & miſcendo pari modo per fermentum ſpirituoſum aſſumta penetrantur, diſſolvuntur, & in particulas minutas ſubtiliſantur, h. e. volatiliſantur, ſeu ita attenuantur, ac talem texturam delicatam acquirunt, ut poſtmodum movente quocunque concitatæ penitùs ſine corporali remanentia evaneſcere, & ſenſibus ſe ſubducere queant; ſimulque hoc ipſo actu, concurrente unà ſpeciali fermentativo motu per mutuam eorundem attritionem, colliſionem, &c. tàm aptè conformantur, ut eodem, determinato tamen pro ſubjectorum varietate motu, facilè coire, & ita chylum, ceu ſpeciale concretum conſtituere queant, utut perfectionem ultimam quoad tertium in ſpecie requiſitum in inteſtinis, demum per bilis & lymphæ pancreaticæ auxilium acquirat.

§. XXVII.

His ita præmiſſis urina chronicorum & cachexiarum examinandæ ſunt. Quæ quidem tenues emiſſæ, ſi minus tinctæ ſint, materiæ tingentis defectu ob deficientem excrementitiarum particularum in ſanguine ex neceſſitate materiæ genitarum ſecretionem, id fieri manifeſtum eſt, unde etiam tales urinæ arte cum ∽ nitri tractatæ levem quoque in tinctura exaltationem & interdum loturæ carnium leviter tinctæ ſimilem ſaltem faciem acquirunt. Sed dum craſſæ excretæ nihilominus pallidæ exiſtunt, plus minus lacteſcentes, aut ſaltem ſpiceæ, hoc ipſo contenta chyloſa minus exactè ſubacta & cum ſalinis particulis unita oſtendunt, quin & ipſas ſalinas particulas inertiores, ac in ſpecie acidas minus activas inſinuant, alias his vel copioſioribus, vel acrioribus, vel volatilioribus, vel magis activis exiſtentibus, non ſolùm firmior eorum & exactior combinatio, ſed etiam contentorum probè diſſolutorum intimior ſecum concentratio, hinc & tincturæ intenſio cum exacta perſpicuitate urina emergeret ſecundùm ſupra dicta: quæ eò manifeſtiora ſunt, ſin turbida ſimul plus minus reddatur urina. Ex quibus phænomenis ferè concludendum videtur, in cachecticis iſtis affectibus vel parum admodum ſecerni, ex ſanguine vitioſo, vel quod ſecernitur, recedere in eo à ſecretis naturalibus, quod ſalinæ quidem particulæ minus acres, ſed quaſi irretitæ aliarum complexu ſimul minus volatiles, adeoque minus activæ, ſeu ut alias loquuntur, minus exaltatæ, ſed inertiores exiſtant, contenta verò chyloſa minus ſubacta & attenuata, ſed viſcidiora aut glutinoſiora exiſtant. Prima horum defectuum origo ſecundùm ſupra dicta petenda erit ex primis viis, ibique digeſtionis chylificatoriæ læſione.

§. XXIIX.

Cruditas ergo acida chyli ſeu pituita acida vitio fermenti digeſtivi genita, defectu bilis minus correcta eſt cauſa occaſionalis iſtorum in urina chronicorum morborum phænomenon; ut & quorumvis ſymptomatum, eſt materia iſtorum cum urina tàm ſponte ſua quàm remediorum auxilio excretorum, eſt objectum totius curæ, vel alterando corrigendæ, vel evacuando removendæ. Sanguis hinc generabitur pariter crudus, pituitoſus, lympha viſcidior & glutinoſior, bilis iners minus oleoſa minusque acris ſalina. Quodſi acidum dominetur primariò, talis particularum quarumvis in ſanguinis concreto erit cohæſio, & quaſi coagulatio, ut imminuto ejus motu inteſtino fermentativo parum vitioſi ſecerni, & cum urina excerni queat: ſin verò minus exceſſivo ſub acido adhuc fiat ſecretio aliqualis vitioſi ex ſanguine, erit his circumſtantiis iſta urina cum ſupra inſinuatis phænomenis; ſin verò enervato vitiato acido & alterata maſſa ſanguinea & acuata bile per amara & aromatica, & attenuata pituita per ſalſa & gummo-

Digitized by Google

gummoſa, reparetur chylificatio, reſtauretur imminuta ſanguinis fermentatio, copioſiorum recrementorum ſecretio, hinc urinæ cum coctionis ſignis excretio, & ita reſtituta ſanitas: iisdem planè modis ac ſupra de coctionis ac cruditatis in febribus negotio actum fuit. Saltem activum magis ac volatilius, quod ibidem peccat acidum, in hiſce chronicis fixum, & mucoſis particulis irretitum omnino exiſtit, unde & tardior horum motus, ac longior duratio.

§. XXIX.

Acidum autem licèt primariò peccet dictis in morbis, non tamen intenſius exinde urinam tingi, nec ſenſibilius eosdem incaleſcere obſervantur effectus, quos ex acido ſupra circa febres tam in naturali quàm p. n. ſtatu oriri inſinuavimus. Acidum nempe minus volatile eſt, quod in illis peccat, & (reſpectivè loquendo) fixum, quod ſub chyloſi alimenta quidem diſſolvere & penetrare, ſed in minutias attenuare, ſpecifici motus impreſſione fermentare, & convenienter volatiliſare haud valet. Unde paſta chyloſa viſcida plus minus acida exinde generabitur, in qua texturæ ex ratione ſalinæ oleoſis terreisque implicatæ, nullis debitè reſolutis aut evolutis, activæ & ſubtiliores particulæ nec extricare ſe, nec motu inteſtino fermentativo agitari, debitè ſe mutuò ſubigere, & hinc in ſalium oleoſum tertium exactè unire haud poterunt, unde & tinturæ urinæ defectus, & conſiſtentia plus minus tenuis. Quin etiam tardiori ex motu acidi talis torpidioris, viſcidæ maſſæ plus minus implicatæ minor caloris ſenſus imprimitur, niſi in quantum acrius paulo inordinatè cum ingeſtis vel contentis in primis viis interdum efferveſcendo vagas phlogoſes, breviter denuo tepeſcentes excitet, ut hypochondriacis ac ſcorbuticis melancholicis ſubinde evenire ſolet.

§. XXX.

Porro quæ ſupra circa putrefactionem & inde ſubnaſcentem teterrimum fœtorem urinæ tentata fuerunt, anſam ſubminiſtrant, fœtoris urinæ originem & ominoſam ex illa prognoſin ſcrutari. Sanè eo ipſo, quod non niſi putredinis ſub articulo urina contrahere fœtorem obſervatur, (urina enim per ſe fœtens, non verò quæ ex ingeſtis aut adminiſtris purulentis talis eſt, hic conſideratur) hoc ipſo fœtida illa excreta, aut brevi poſt fœtorem contrahens putredinis ſui concreti, ſeu partium à ſe invicem ſeceſſus & miſti diſſolutionis indicium ſubminiſtrat evidens. Uti autem miſtionis & texturæ illius ratio ab acido illo ſpirituoſo ex primis viis oriundo, mediante fermentativa particularum concentratione primo oritur, unde & acida analogica ratione putredinis motum & hinc fœtorem nunc ſiſtunt, nunc impediendo præcavent, ita putredine tali non niſi acidi iſtius vitalis aut deficientiam aut inertiam inſequitur; quin potius facilem ad putredinem inclinationem (mortis ut comitem, ita hîc ejus ominoſum prodromum) idque propter digeſtionis tam primæ quàm ſecundæ defectum contentorum quorumvis minus firmam, minusque naturalem texturam & neceſſariam hinc functionum vitalium ab iſtis dependentium inſignem læſionem, certò innuit. Hinc peſſima inter ſigna urina fœtida habetur à Medicis; & in febribus acutis exitialis. Hinc quò citiùs eadem poſt emiſſionem fœtorem contrahit, eò pejus eſt indicium, quò tardius, eò melius; (hinc urinâ morientium ſalſedine carere Tacchenius *Hipp. chym. p.* 91. aſſerit.) Febribus hinc præſertim in malignis ſubinde obſervari hoc ſolet, iisque ſemper periculoſioribus. Inde etiam in peſte ultima Londinenſi, in qua Anno 1665. Londini ſaltem 68596 ejusdem truculentia ſuccubuere, obſervavit Hodges *Tr. de Peſt. Londinens. p.* 162. *quod interdum urinæ peſte correptorum graveolentiam vix ferre potuerint inſpectores: hoc ſeronimis quidam ſapiens Medicus expertus eſt, qui matulâ arreptâ fœtorem fœtidiſſimum hauſit, mox malè ſe habuit, & ſpatium intra triduanum occubuit.* Adeo verè ergo Fernelius, lumen illud inter ſui temporis Medicos, in Pathol. *lib.* 3. *cap.* 12. *fœtida urina* (talis de qua loquimur) *putredinis ſemper eſt index; eaque putredo, aut in humoribus, aut in partium ſubſtantia conſiſtit. Si recens eſt fœtor, & repentè natus, in urina craſſa, turbida, humor,* (de qua urina fœtente nos imptæſentiarum) *ſin vetus ac diuturnus, in urina tenui ac perſpicua, partis cujusdam ſubſtantia putreſcit.* Conf. Plempius *fundam. lib.* 4. *cap.* 4. *ſect.* 3. *p.* 314.

FINIS TENTAMINUM UROMANTICORUM.

(o)

Digitized by Google

MICHAELIS ETTMÜLLERI,
PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS, PROFESSORIS PUBLICI, LIPSIENSIS, AC FACULTAT. MEDIC. ADSESSORIS,

COLLEGIUM CHYMICUM,
HABITUM ANNO 1671.

PROOEMIUM.

CHymiam in compendio tractaturus, nolo inhærere communi Scriptorum methodo, qui certa Chymiæ tyrocinia ordine ſcholaſtico pertractarunt, quia in quibusdam ſubinde incongrua, imò ſuperflua, continentur; ſed ſaltem ea tradam, quæ pro fundamento Chymiæ ſufficiunt Medico, quibus ceu filo Ariadnæ ducimur ad perfectam ac intimam cognitionem corporum naturalium. Cùm autem primarium locum ☉ia ſibi vendicent, ideò jam, bono cum Deo, primo loco ſiſtam doctrinam ☉ium, ubi primò de principiis Chymicis in genere quædam præmiſerim.

Theophraſtus Paracelſus ſuperioribus jam ſeculis quinque introduxit corporum naturalium principia, eaque diſtinguit in activa & paſſiva: activa nominavit ſal, ſulphur & Mercurium; paſſivorum nomine inſignivit phlegma & caput mortuum. Per Caput mortuum aliàs, propriè tamen loquendo, nihil aliud intelligitur, quàm omne iſtud reſiduum, quod poſt virium & principiorum extractionem remanet: communiſſimè tamen remanentiam vitrioli ſignificat. Hæc principia paſſiva Paracelſi, phlegma ſcilicet & caput mortuum, tandem dicuntur eidem Rerollæa, i. e. viribus inſignibus deſtituta; quia omni activâ virtute ſpoliata ſunt: ſic quoque invenimus hoc vocabulum rerollæum uſurpatum de aëre & aqua apud Helmontium *Tract. Natura Contrar. neſcia & alibi.*

Hæc principia activa, ſal, ſulphur & Mercurius, utut frequentiſſimè omnium apud Paracelſum reperiantur, eorum tamen non exiſtit primus primariusque autor, utpote qui ex ſe fuit indoctus, accuratioremque philoſophiam neglexit, ſed à Baſilio Valentino, tum temporis Chymico non contemnendo, mutuò accepit; & cùm jam dictus Baſilius Valentinus in Metallurgicis probè fuiſſet verſatus, ſtatuiſſetque, omnia metalla conſtare ſpiritu, anima, & corpore, ea poſtmodum explicuit, per ſpiritum Mercurium, per animam ſulphur, per corpus ſal eſſe intelligendum: Sic quoque ab Iſaaco Hollando & Arnoldo Villanovano, ut & Raimundo Lullio, non pauca ſubtraxit, eaque, ſuppreſſo veri autoris nomine, ſua fecit. Sed cum jam multi multa de his principiis, alii tamen ſic, alii aliter de iisdem ſentientes, ſcripſerint, ideò non abs re facturi erimus, ſi paulo accuratiùs adſpiciamus principiorum Chymicorum naturam.

Per ſal hoc loco nihil aliud intelligitur, quàm tales particulæ materiales, quæ facillimæ ſunt ſolutionis in ▽, & ſæpiùs linguam afficiendo guſtus paſſionem inferunt. Hæ particulæ magnæ ſunt conſiderationis, quia ex his, ceu principiis materialibus, corpora fiunt naturalia maximæ efficaciæ. Jam, cùm latiſſimum ſit ſalium regimen, ante tot ſecula divino illi Coo jam cognitum, qui eadem ſalia ſub ſaporum nomine, vendidit; hoc loco dicemus, ſal in genere eſſe duplex: univerſale & particulare. Univerſale eſt illud, quod in prima creaturarum productione per hoc univerſum mundi ſyſtema diſperſum, vulgariter audit ſpiritus mundi; qui, dum in aëre volitat, à quibusdam avicula Hermetis dicitur; in ☿æ viſceribus dum latitat, pro vegetandis tam variis vegetabilium ſpeciebus, vocatur ſal ☿æ centrale. De hoc mundi ſpiritu intelligenda venit ſecundùm nonnullos tabula illa Hermetis ſmaragdina, ita ſonans: Verum ſine „ mendacio, certum & veriſſimum: quod eſt „ inferius, eſt ſicut id, quod eſt ſuperius, & vice „ verſâ, ad perpetrandum miraculũ rei unius- „ cujusque: Et ſicuti res omnes fuere ab uno, „ mediatione uni⁹, ſi omnes res natæ ab hac re, „ adoptatione: pater ejus eſt ☉, mater ejus ☽, „ portavit illud vent⁹ in ventre ſuo: nutrix ej⁹, „ ☿, pater omnis teleſmi totius mundi eſt hſc: „ vis ejus integra eſt, ſi verſa fuerit in ☿m: ſe- „ parabis ☿m ab igne, ſubtile à ſpiſſo, ſuaviter „ cum magno ingenio: adſcendit autem ☿ ad „ cœlum, iterumque deſcendit in ☿m, & reci- „ pit vim ſuperiorum & inferiorum.„ Vid. Nollii Phyſica Hermet. *pag.* 701. Ab hoc ſale univerſali in diverſis matricibus generantur ſalia particularia.

Hæc

Hæc in genere ſunt duplicis generis, vel acida, vel alcalia ſeu urinoſa; & ex his duobus mutuâ conjunctione tertium compoſitum, ſcilicet ſal ſalſum emergit, neutrum ex iſtis, de utroque tamen participans: ſic v. g. ſpiritus vitrioli eſt ſal acidum, ſal tartari eſt ſal urinoſum; ex quibus duobus invicem conjunctis ſal tertium ſalſum exoritur.

Notandum autem, quod nomine ſalis non ſemper intelligenda ſint ſalia in forma ſalis ſiccæ; duplex enim eſt ſtatus ſalium; nunc enim ſunt reſoluta, nunc coagulata. Reſolutorum nomine veniunt ~, per coagulata autem intelliguntur ſalia in forma ſicca.

Acida ſalia in omnibus tribus regnis reperire facillimum eſt. Primò quidem in regno minerali multa acida dantur, ante reliqua acidum ♃is eminet, utpote ex quo reliqua mineralia ſuum habent acorem; nam à ſulphuris acido ⊕ ſuum habet acorem. Ab hoc ſpiritu ſulphuris acido ſuos deducit natales (quoad acorem) alumen, ſal commune, &c. Inter metalla ☉ ſuam aciditatem ab acido ♃is adeptam habet, cujus aciditas hoc modo probatur: auro fuſo ſi extremitas bacilli immittatur ferrei, ferrum in momento vertitur in ſcoriam ſeu rubiginem, non aliter, ac ſi cum ſulphure accenſo concrematum eſſet: conf. Tacchenii clavis Medic. Hippocraticæ. In Marte tàm copioſum eſt acidum, ut in ♎ reſolutus humido, ſuum proprium corpus corrodat in rubiginem, quæ Chymicis dicitur crocus Martis. In Venere conſimiliter copioſum adeſt acidum: nam per humectationem, internum acidum reſolventem, ſponte excreſcit ⊕, ſeu crocus viridis ſubtilis, factus per proprium acidum corroſivum.

Regnum vegetabile quod attinet, nec hîc ſua vegetabilia deſtituuntur aciditate, ſed occultiori & temperatiori: nam in fructuum maturatione natura procedit ab acido auſtero ad ſaporem ſubdulcem ſuccedentem, tandem ultimo maturationis tempore ad ſaporem dulciſſimum. Sic quoque vegetabilium acidum teſtantur varia ♁a, ex fructibus mediante fermentatione producta: ut nihil jam moneam de iis, quæ naturaliter tota ſunt acida, v. g. ribes, berberes, &c. ſed urgeo tantùm, quoscunque ferè vegetabilium ſuccos beneficio fermentationis acetoſum nobis exhibere liquorem. Sic ſuccus uvarum dulcis, pomorum, pyrorum, &c. ante maturitatem acidus ſeu auſterus obſervatur, propter inſufficientem fermentationem; ulteriori autem & concitatiori fermentatione dulcis quidem fit, ſed tandem dat ♁: quin & ſaccharum, ſal illud omnium dulciſſimum, ſi deſtilletur in ∴, dabit ſpiritum acidiſſimum. Quod etiam ſemina vegetabilium dent acidum, clarum certumque reddit panis ex ſeminibus confectus; ſic enim moderato igne fundit ſpiritum acidum volatilem, brevi tempore, abſque Vulcani adjumento, & Veneris & Martis ℞as extrahentem, & corallia & hæmatitem ſolventem, & in nonnulla corpora mineralia potentiùs ferè agentem ipsâ ▽ forti. Huc meritò referendum ♁ ex cereviſia, aliisque quibuscunque ex infuſis oriundum: omnis enim planta decocta in ▽ ſimplici, & in loco calido vel ad ☉em poſita, aceſcit. In omni ligno latitat acidum: quodcumque enim lignum ſi deſtilletur, acidiuſculum inde ſuggeret ſpiritum, qualis eſt ~ ligni juniperini, ſaſſafras, &c. Imò ipſa fuligo, ſi deſtilletur per ☽am, ſpiritum acidum præbet ſubtilem, & ſal volatile copioſum ſatis.

In animali regno pauca ſunt acidorum veſtigia, quia ſunt acida occulta, & ſub tegmine oleoſi corporis ſeu ♃is latent; hinc ex omnibus ſalibus urinoſis cum pinguedine, ratione occulti acidi, conficitur ſapo: vid. Tacchenii *Hippocrates Chymicus*. Quare omnia oleoſa, ex animalium partibus deprompta, fovent acidum concentratum, quæ cum urinoſis ſi conjungantur, dant tertium ſalſum. Interim formicæ acidiſſimum fundunt ſpiritum, qui priſtinâ ſuâ aciditate à ſubjectis ab eo corroſis abſtrahitur: imò jamdum Brunsfeld, Bauhinus, & Tragus obſervarunt, quod flores cichorii, cumulo formicarum immerſi, colorem ſuum cæruleum cum rubro mutent. De acido ſtomachi ſecundùm naturam non eſt, quod dicam multa, cùm de ejus præſentia vix ullus dubitet. Rejecta quoque præternaturalia ex ventriculo ſuam ſæpè produnt aciditatem, pelvium ænearum ſubſtantiam corrodendo; ut taceam de ulcerum acido corroſivo, quod ipſa quoque oſſa ſubinde corrodendo in cariem vertit.

Hæc fuêre acida.

Hoc adhuc notetur, quod ubicunque dentur acida, ibi etiam ſint urinoſa: ita tamen, ut modò dominetur acidum, ſubjugato urinoſo; modò urinoſum Imperii faſces teneat, ſuppreſsô acidô.

Salia urinoſa ita appellantur, quod referant ☊æ ſaporem deguſtanti. Hæc duplicia autem ſunt: Volatilia ac fixa.

Salia volatilia ſunt, quæ aut ſponte exhalant, aut levi calore in auras elevata avolant, imò vix in vaſis, licèt probè munita ſint, conſervari poſſunt: tale quid eſt ~ ⊖ ✳ ci.

Salia verò fixa ſunt, quæ in △ examine non avolant, ſed illum cum conſtantia ſuſtinent: talia ſunt omnia ex cineribus elicita v. g. ſal ♈i, ⊖ abſinthii, fumariæ, centaurii minoris, &c.

Salia volatilia omnium frequentiſſima ſunt in regno animali; quælibet enim pars, etiam abjectiſſima, v. g. ſtercus, ☊, pili, ſudor, cornua,

Digitized by Google

nua, imò aves & piſces, per deſtillationem copioſum reddunt ☉ volatile, relicto in capite mortuo aut nullo prorſus, aut pauciſſimo ☉e fixo: *Vid.* Zwelfferus *in Animadverſ. in Pharmacop. Auguſtan. pag.* 274. 277. & *Pharmacop. Reg. pag.* 221. & 226. ut dubitem, an ex integro homine calcinato 3 j. ☉is fixi haberi queat. Salia hæc in animalibus volatiliſantur partim per digeſtiones fermentativas, partim verò per continuam ♎is inſpirationem.

Aſt non ſolùm regnum animale hac laude claret, verùm etiam è vegetabilium regno proveniunt ſalia urinoſa eaque actiora, e.g. in armoracia, cepaceorum familia, naſturtio, piperitide, & ſimilibus antiſcorbuticis & hypochondriacis. Quædam autem habent talia ☉ia volatilia temperata ab adjuncto oleoſo, qualia ſunt aromatico odore prædita, mentha ſcilicet, ſalvia, rosmarinus, omniaque aromata, quæ conſtant ☉e volatili urinoſo, ab oleo temperato: quædam vegetabilia obtinent ☉ia volatilia occultata, qualia ſunt vulneraria, quæ utplurimùm inſipida deprehenduntur; quorum tamen ☉ ab effectu nobis manifeſtum evadit, quod revivificet Mercurium ſublimatum vel Mercurium ♒atum. Transformatur enim Mercurius in varias formas, beneficio ☉ium acidorum; qui ſi miſceatur cum herbarum vulnerariarum ſuccis ad ebullitionem, acidum iſtud, Mercurium in varias formas vertens, ab alcali vulnerariraũ plantarum abſorbetur; quo deſtructo, ☿ priſtinæ ſuæ libertati reſtituitur. Verùm utut hæc etiam manifeſta ſint, ſunt tamen quidam, qui dubitant de horum vegetabilium ☉ibus volatilibus, inter quos etiam eſt Zwelfferus *in Pharmacop. Reg. p.* 215. & 216. & Mœbius *Fundam. Medic. c.* 10. *p.* 190. dicuntque, non dari in iis ☉ volatile ſimplex, nec arte elici poſſe. Hos tamen ſenſus ipſi evincunt: *Conf.* Schrœckii *Animadverſ.* in Zwelfferum *p.* 525. & 526. Videmus namque, quod ex fuligine ☉ volatile urinoſum, ſicut ex abſinthio ſibi acquirant quidam, de quo vid. Horſtius. Alio modo ex abſinthio exſiccato ♋æ indito, aut quod præſtat, forno preſſorio Glauberiano indito, ac incluſo, elicitur & ☁ & ſal volatile urinoſum copioſum ſubtiliſſimum. Sic ex vegetabilibus putrefactis non fermentatis (nam ex plantis fermentatis accipitur ☁ ardens inſtar ♅) elicitur ☁ urinoſus; imò ex ſalvia, nicotiana, &c. mox in prima deſtillatione ſal volatile in forma ſicca collæ ♋æ & recipienti adhæreſcit: maxima ſalis volatilis copia ex ſeminibus, e.g. fraxini, rutæ, &c. △e ∴æ deſtillatur, parietibus recipientis adhæreſcens cum oleo penetrantiſſimo. Ex pane per deſtillationem comparatur ☁ ardens, & ſi rectè procedatur, ſal volatile elegantiſſimum; ut nihil dicam de tartaro, ex vegetabilibus oriundo, ex quo ♎atur ſal volatile maximæ efficaciæ, in ſpecie ſi ex fecibus vini eliciatur: *Vid.* Ludovici & Wedelius *de ſale volatili tartari & plantarum*, item D. Bohn *in Exercit. Phyſiol.* 7. *de ſanguine in Corollariis*, ubi ex frumentis & pipere ſal volatile copioſiſſimum & penetrantiſſimum prodire teſtatur.

De ſale volatili in regno minerali teſtatur ♒ nitroſa, ☉ ipſum, quod probè depuratum, & cum nitro fixo miſtum odorem urinoſum, fortiter nares ferientem, ſpirat: ſicut & argilla per ♋ã deſtillata liquorem urinoſum fundit.

Salia fixa, producuntur ex vegetabilium cineribus, & reperiuntur imprimis in regno vegetabili; nam in animali regno talia ſunt vel nulla vel pauca. In minerali proſtant pauciſſima, ſc. ſal nitri fixum; & quæ mediantibus ſpiritibus acidis ex metallis producuntur, ſunt nil aliud, quàm ☉la, conſtantia corpore metallico, cum ſpiritu acido corroſo & cryſtalliſato; quæ igne fortiori iterum ſeparari & reduci poſſunt. In vegetabili regno ſunt, exempli loco ſal fumariæ, abſinthii, rutæ, carduibenedicti, ononidis, &c. Hæc non ſunt nativa, qualia fuêre acida in regno minerali; aut volatilia urinoſa: ſed ſunt artificialia, & fiunt ab ignis regimine, ex colliquatione & unione acidi & urinoſi volatilis in planta, ita, ut clarior horum generandi modus ſit hic: Sub concremationis plantæ, dum colliqueſcunt particulæ concreti, ſal plantæ volatile partim inter avolandum arripit partem ♃is concreti, cum eodem ſe unit & figitur in alcali, partim quando colliquantis ♃is amplexus auffugit, abit in auras, & conſtituit fuliginis corpus. Hinc eſt, quod vegetabilia, quo magis oleoſa, copioſa dent ſalia fixa; è contra oleis per deſtillationem ſeparatis longè minorem copiam. Ex lignis copioſiora ſalia fixa, ſeu cineres clavellati parantur hoc modo: Lignum pini ſi crematur clauſo vaſe aut loco, volatile ♃ ejus arripit, & fixantur in alcali artificiale compoſitum; ſin verò cremetur in ♎e libero, paucos dabit cineres, & per conſequens pauciſſimum ſal fixum; flamma enim liberâ & apertâ ſalia volatilia propter celerrimum hujus motum, nimium diſſipantur. Leniſſimo ergò, quantum fieri poteſt, igne incineratio fiat: hac ratione quadruplo ſalis fixi acquiritur, quàm ex plantis exſiccatis & fortiori igne. Sic ligna putrida, fortiſſimo quamvis urgeamus igne, nullum dant ☉ fixum, quia in putredine omne ☉ volatile cum ♃e abſceſſit; hinc plantæ ſcorbuticæ acres, e.g. cochlearia, &c. quorum ſal volatile adeò liberum eſt, parum; vegetabilia autem viridia non exſiccata multum ſalis fixi præbent, quia per

Digitized by Google

per exſiccationem maxima pars ſalis volatilis avolat. Vegetabilia verò multa habent ſalia fixa, imprimis horum generationem oſtendit ſal nitri fixum: ſi ☉ ſolum cremetur igne, abit in auras; ſin verò addatur parum ♃is, relinquitur perfectum ſal nitri fixum, eôque copioſius, quò plus ♃ additur. Fundamentum fixationis videbitis apud Helmontium *in Tract. Blas Humanum*, & Tachenium *Hippocr. Chymico.*

Hæc ſalia fixa dicuntur lixivialia, quoniam inſtar lixivii vel ex lixivio extrahuntur: Alio nomine, & quidem Arabibus, dicuntur Alkalia, à Kali, herba Ægyptiaca, creſcente ſecundùm nitroſum flumen Nilum, ſapore nitroſo, quæ à veteribus Ægyptiis concremata, & ex eadem copioſum elicitum fuit ſal fixum, quod Ægyptii dixêre Kali, & propoſito articulo al, ortum eſt Alkali. Hæc herba hodienum reperitur apud Seburgum, & eſt ſpecies ſedi. Hoc latiùs fuit extenſum ad omnia ſalia vegetabilium: ſed cùm obſervatum eſſet, quod, tàm volatilia quàm fixa Alkalia eſſent contraria acidis, factum eſt, ut latiori adhuc ſenſu omnia ſalia, quæ contraria ſint acidis, ſeu urinoſa, tàm volatilia quàm fixa dicta ſint Alkalia. Unde vocabulo Alkali impoſterum ſemper utemur pro omni ſale urinoſo, tàm volatili quàm fixo.

Prædicta ſalia, acidum nimirum & alcali, dum invicem congrediuntur; ſal compoſitum tertium, nimirum ſalſum conſtituunt, quod, neque eſt acidum nec urinoſum, ſed compoſitum ex utroque ſalſum appellatum. Hæc eſt genuina ſalis ſalſi natura, ut ſcilicet participet de duplici ſale. Sed Zwelfferus uſurpat ſal ſalſum ſæpius pro ſale urinoſo, quod tamen falſum; unde cautè legenda ejus ſunt ſcripta.

Salſa, juxta naturam alcalium, quæ cum acidis combinantur, ſunt vel volatilia vel fixa. Salſum volatile eſt, quando cum acido ſe unit alcali volatile; & tale eſt, quod in △ tortura evaneſcit, e.g. ſal ammoniacum. Salſum fixum eſt, quando cum acido ſeſe conjungit alcali fixum, v. g. ſpiritus vitrioli & ⊖♀. Hæc ſalſa ſunt naturæ hermaphroditicæ, ſeu participant de utroque, ita tamen, ut acidum deſtruat alcali & regnet, aut alcali ſubjuget acidum, imperiumq; gerat. Quamvis autem videamus, quod acida cum urinoſis ſe ſine effervescentia non commiſceant, nihilominus ſalſa ſine ulla pugna atque activitate cum urinoſis & acidis ſeſe maritant. Pugnam illam ſeu effervescentiam obſervabitis, ſi ~ vitrioli acidus ⊖♀, tanquam lixivioſo, affundatur; illi enim magno cum ſtrepitu effervescunt, & uniuntur tandem in ⊖ ⊖ſum, quod vocatur ♄ ☉latus ſaporis vix ſenſibilis, vel parum amaricantis.

Sal Ammoniacum eſt ⊖ ⊖ſum volatile: Noſtrum quidem ſal Ammoniacum non eſt idem cum ſale Ammoniaco veterum; hoc enim fuit nativum, noſtrum verò artificiale eſt. Veterum fuit enatum ſub ∴ in regione Lybiæ juxta Aμonis Oraculum, unde etiam nomen ſortitur. Ibidem loci fertur, in more fuiſſe mercatoribus ſub camelis iter ſuſcipere; unde cum ⊡ camelorum confermentata ♒ produxit ⊖ Ammoniacum nativum veterum. Noſtrum ⊖ Aμoniacum conſtat ex ſale communi, qui diſſolvitur in magna copia ⊡æ humanæ, vel urinæ camelorum, aut aliorum animalium, additâ pauca fuligine: (ut ſit centeſima præter propter totius portio) hæc forti igne coquuntur ad certam conſiſtentiam, poſtmodum in loco frigido concreſcit ⊖ quoddam candeſcens, quod dicitur ⊖ **Ammoniacum.**

Compoſitionis ſeu generationis modus eſt hîc: ſal volatile ⊡æ & fuliginis ſub coctione iſta, dum evaporat phlegma ſe conjungit cum acido ⊖is communis, & ambo concreſcunt in maſſam ſalſam.

Uſus ſalis Ammoniaci eſt duplex: vel medicus, vel alchymiſticus. Quod attinet uſum medicum, eſt ſtomachicum ſingulare, tergens ſordes ſtomacho adhærentes, unde in ἀντιψίᾳ, ſi conjungatur cum aromatibus, cinnamomo, pipere, ſpeciebus diatrion pipereon, vel cubebis, vix datur melius ſtomachicum hoc ipſo. Deinde quoque eſt antifebrile nobiliſſimum in febribus intermittentibus, ſi præmiſſis præmittendis, per horam unam ante paroxyſmũ exhibeatur à gr. xv. ad ℈j. mitigat febres quartanas, & melior expectandus eſt ſucceſſus, ſi miſceatur cum lapillis cancrorum.

Aliàs quoque potens eſt diureticum cum lapillis cancrorum aſſumptum, præcavetque calculi proventum, abſtergendo renum tubulos: Unde in iſchuria, tàm à ſanguine congrumato, quàm ab alia cauſa quacunque, egregium præſtat effectum.

Præparatur pro uſu medico depurando tantùm. Depuratur autem hoc modo: ſolvitur in aqua ſimplici, filtratur, & poſt tenuiſſimi phlegmatis exhalationem in loco frigido concreſcit in ſtrias ſaliniformes.

Sal ammoniacum ſolutum in aqua ſimplici, vel ſolum ♎atur in flores, vel cum limatura Martis; tunc enim in igne acidum ⊖ ✶ci rodit Martem, & ☉ conſtituit cum eo; ſal volatile verò avolat in auras: fortiori tamen igne adſcendunt flores ſalini, ſed Martiales longè poſteriores, non quidem contemnendi, ſed multùm diverſi ab ipſo Ammoniaco.

Uſus Alchymiſticus ſalis ammoniaci eſt pro volatiliſatione ſulphurum fixorum metallorum & mineralium. Docet hoc Baſilius Valentinus, cujus verba ſunt: **Der Salmiac iſt**

Digitized by Google

iſt nicht der geringſte Schlüſſel auffzuſchlieſſen die Metallen/ darum er auch von den Alten einem flüchtigen Vogel verglichen wird. Er kan außführen die Farben und Tincturen der Mineralium und etlicher Metallorum, und mit ſeinen geſchwinden Federn biß auf das Gebürge Hyperboreas führen. Unde etiam vocatur aquila alba, aquila cœleſtis. Sic lapis hæmatites, qui eſt naturæ Martialis & Saturnæ, ſi probè ſubigitur cum ☉ ammoniaco, ambo adſcendunt in flores rubeos, in uſu medico excellentes; in ſpecie in omnibus febribus conveniunt: Sic ſublimationem ſolis cum ſale Aᾱoniaco docet Zwelfferus *in Mantiſſa Hermetica*, corallia, quorum ♃ aliàs fortiter miſtum eſt cum ſuo concreto, nihilominus tamen cum ☉e Aᾱoniaco ♎antur in flores rubeos; ſubinde novâ ♎ation magis fortificandos, ex quibus poſteà ℞ elegans confici poteſt. Sic quibusdam ſingulare artificium eſt, dum caput mortuum vitrioli Veneris probè calcinatum, & exactè edulcoratum, miſcent cum ☉e Ammoniaco, & ♎ant in flores coloris aurantiorum; ſub quibus multa latent, in ſpecie virtus blanda hypnotica in iis reperitur. Imò non abſimili modo Marcus Marci ♎avit ☉ pro lapide Butleri Helmontii.

Ut autem ſeparatio acidi ab urinoſo volatili in ☉e Ammoniaco fiat, addantur ſalia alcalia, v. g. ſal tartari, cinerum clavellatorum, aut calx viva: ſic enim fit, ut hoc ☉ alcali fixum conjungat ſe cum acido ☉is cõmunis, in ☉e Aᾱoniaco contenti, ☉ volatile contentum ſe extricat ex compedibus, & in naturali forma adſcendit, vel in forma florum, vel in forma ſpiritus: Sal tartari enim vel cinerum clavellatorum in fundo concurbitæ ☉i communi, à ☉e Ammoniaco relicto, junctum remanet, ita ut ☁☉✳ci de ☉e fixo addito nil participet; ſed ſi △ ultimò fortius augeatur, notabilis ☉✳ci portio in flores elevatur. Modi deſcribuntur à Glaubero *Furnor. Philoſoph. Tom. 2. cap.* 87. Zwelffero *in Append. ad Pharmacop. Auguſtan. pag.* 53. & Schrœdero *in Pharmac. lib.* 3. *pag.* 482.

Quare autem acidum ☉is Aᾱoniaci libentiùs ſe conjungit cum alcali fixo, & ſalſum volatile dimittit in liberum aërem; ex eo fit, quod fixa fixis libentiùs ſeſe maritent, naturâ illorum ita jubente. Præterea quoq; alia ſubjecta, præter alcalia, junguntur acido in ſpecie ☉✳ci, v. g. limatura Martis, minium, & à Glaubero *l. a. cap.* 86. lapis calaminaris & marcaſita: Idque, quia hæc corpora metallica nondum ſaturata abſorbent acidum ☉✳ci & ejus ☉ volatile liberæ relinquunt voluntati, , ut vel in forma ☉is, vel ☁ urinoſi aſſurgat. Notetur, quod ☁☉✳ci cum ſale tartari, cinetibus clavellatis, vel aliis alcalibus fixis deſtillatus ſit ☉ſus volatilis, & acido conſtet, quia coagulat ſe in flores ſiccos, & cum ſpiritu vini in offam albam condenſatur, ſicut ☁ ☿æ cum ſpiritu vini; cum ♆a autem deſtillatus eſt penetrantiſſimus, nunquam coagulatur, & ſemper fluidus exiſtit.

Ordinariè ſpiritus ☉✳ci eſt coloris albi, facilè tamen ipſi poteſt conciliari color aureus cum ♃e cummuni, ſi

℞. ☉✳ci
♃is comm. ȝ v.
♆e ♓ ß.

Hæc pulveriſata miſceantur, & deſtillentur per retortam, prodit ſpiritus coloris aurei, ℞ ♃is quibusdam dictus, odoris fœtidi ratione ſulphuris; in collo retortæ ſimul adhæreſcent flores ſulphuris albicantes.

Sed notandum, quod alcalia volatilia, ubi inveniunt ſubjecta ſulphurea, ex utrorumque conjunctione oriatur color ruber, unde quis rationem rubedinis in ſanguine facilè reperiet.

Spiritus ☉is Aᾱoniaci excellens eſt ſudoriferum, quia penetrat fortiter corporis intima. Doſis ejus, prout fortis vel debilis, erit à guttis XXX. XL. ad L. habitâ ratione ſubjecti; & eô ipſo, dum eſt ☉ volatile, deſtruit omnia acida ſuperflua in corpore, & transmutat in ſalſa, quæ partim per ſudorem, partim per urinam evacuantur: Hinc egregium eſt nephriticum, & præcavet calculum, ſuâ penetratione reſolvit maſſam ſanguineam, eamq; fluidam reddit ac tenuem, unde in quibuscunq; inflammationibus, v. g. in eryſipelate, pleuritide, ubi acidum vitioſum ſanguinem coagulans dat inflammationes, egregium eſt remedium. Id quod confirmat experientia; ſi enim cani ſpiritus ☉✳ci injiciatur in venam, ſanguis fluidus evadit.

Spiritus ☉✳æq; ac ☉✳ eſt egregium antifebrile: Unde etiam Dn. D. Michaelis ſpiritum ☉✳ci in genere vocavit ſpiritum antifebrilem & antiquartium. Omnia enim ſymptomata, in curſu febrium intermittentium urgentia, beneficio hujus ☁, nunc ſimplicis nunc oleoſi, maturè tolluntur & compeſcuntur.

In cardialgia flatulenta, anxietatibus præcordiorum, & ipſa ſuffocatione hypochondriaca & uterina, in paroxyſmo non tantùm naribus admotus, ſed etiam internè in ▽ meliſſæ, pulegii, &c. exhibitus, optimum eſt medicamentum, per ſudorem cauſam eliminans morboſam. In cœliaca, ubi obſtructus eſt folliculus felleus ſeu ductus choledochus, in colica convulſiva, &c. eſt optimum remedium, nec non catarrho ſuffocativo vitio nervorum, lipothymia ſubitanea, &c. in paroxyſmo. In affectib⁹ chronicis, ſcorbuto malo hypochondriaco,

Digitized by

driaco, & in ſpleneticis, aut in genere in iis affectibus chronicis, vulgò ab oſtructionibus derivatis, egregium hîc ſpiritus præſtat effectum: ſi permiſceatur cum ſpiritus volatilibus appropriatis, tàm in forma ſicca quàm liquida, tàm externè quàm internè; non ſolùm dolores podagricos lenit, deſtruendo acidum Podagricorum juxta articulos reſidens, ſi miſceatur cum ſpiritu vini camphorato, ita, ut ſumatur dupla pars ſpiritus vini camphorati, & una pars ſpiritus ☋✳ci; & applicetur; ſed etiam hîc ~☋✳ci artificiosè à Glaubero per certum inſtrumentũ in menſium obſtructionibus fœminis cum ſucceſſu adhibetur.

Spiritus ☋✳ci ſi conjungatur ritè cum ſpiritu vini, (nam ſi ſpiritus vini miſceatur cum ſpiritu ☋✳ci, ſe coagulat in maſſam quandã, ſeu, ut Helmontius dicit, in offam craſſam) habebit menſtruum egregium pro myrrha extrahenda, item pro Elixyre proprietatis ſine acido, fœminis deſtinato: hoc etiam modo parari poteſt ~☋✳ci aniſatus, qui in Colica convulſiva, paſſione hyſterica, malo hypochondriaco, ſuffocatione hypochondriaca, & ſingultu, ſpecificè convenit: eadem miſtura ſpiritus vini cum ſpiritu ☋✳ci ſolvit terram foliatam tartari in eſſentiam auream, optimam in malo hypochondriaco, teſte Zvvelffero: limaturæ Martis affuſa, dat eſſentiam Martis optimam in morbis chronicis.

Caput mortuum ſp. ſalis ✳ci ſi ſolvatur in ▽calida, filtretur & coaguletur, dat ſal ſalſum, optimum digeſtivum, in virtute tamen varians pro ratione eorum, cum quibus ☋✳ junctum deſtillatur. Sic v.g. ſi ☋✳ cum cineribus clavellatis junctum deſtilletur, ejus caput mortuum dabit ☋, quod optimum digeſtivum eſt in malo hypochondriaco, ad ℈j exhibitus; item in ſcorbuto convenit: Sylvius utitur hoc ☋ loco digeſtivi in quartana, inque omnibus intermittentibus febribus, felici cum ſucceſſu. Si paratur cum calce viva, ex capite mortuo paratur ☋, lithontripticum ad ℈j, in ▽ appropriata propinandum. Idem caput mortuum, ſi ſolvatur in ▽, & affundatur limaturæ Martis, eundem rodit in crocum Martis optimum, & ſanè meliorem eô, qui fit cum ☋ibus.

Tacchenius in Hippocr. Chymico *pag.* 66. cum bolo ſpiritum acido-ſalſum deſtillat, quem ſpiritum ☋✳ci acidum vocat. Alium modum habet Zwelfferus in Mantiſſa *ſpagyr. pag.* 338. qui autem nil aliud eſt, quàm ~☋is communis non adeò acris, quia acidum in Marte relinquit: ſubdulcis eſt, quia de Marte participat.

Tartarus vitriolatus eſt ☋☋ſum ex ſale tartari & ſpiritu vitrioli conſtans, & ſi rectè ſaturationis punctum repertũ, abit in ſaporem vix ſenſibilem, parùm amaricantem. Hunc tartarum vitriolatum rectè vocat Hartmannus digeſtivum univerſale: præterea eſt ſtimulus optimus purgantium, ſi modò conjungatur cum purgantibus; & tum quarta pars purgantium ſufficit: ſed neceſſe eſt, ut ~ vitrioli ſit probè rectificatus & ſeparatus à particulis Venereis metallicis, quas ſecum rapit ſub deſtillatione prima, aliàs nauſeoſus exiſtit tartarus vitriolatus. Hinc optimum eſt diureticum & urinam ciens, & concrementa aclatitantia circa vel intra vaſa ☉ria abſtergens.

Doctrina ☋ium manu quaſi nos ducit ad coagulationem, quæ fit, quando res liquidæ ad ſolidam ſubſtantiam per humidi privationem rediguntur; eſtque duplex, frigida nempe & calida. Res enim quædam in calido ſolutæ, in frigido coagulantur; v.g. ſalia eſſentialia in calido liqueſcentia coagulantur in locis frigidis; ☽ in ▽ calida ſolutum in frigido coagulatur ac cryſtalliſatur iterum. Quædam verò in frigido ſoluta concreſcunt in calido; v.g. ſalia cinericia ex lixiviis cinerum parata, in loco frigido ▽æ inſtar fluentia, in calido concreſcunt. Fundamentum diverſitatis conſiſtit in ſpirituum præſentia vel abſentia: ſic ſalia, magnam ſpirituum copiam in deſtillatione de ſe promentia, in calido ſolvuntur, & in frigido coagulantur, v.g. nitrum, ♄, ☉, ☋ commune, &c. & ſic econtra: Vid. Libavius *lib.* 2. *Epiſt.* 7. de Coagulatione.

Pertinet quoque huc congelatio & cryſtalliſatio; illa ſatis nota eſt pharmacopœis & coquis, quando parant ex ſuccis fructuum & partibus animalium nutritivis Gelatinas. Cryſtalliſatio autem propriè competit ☋ibus, quando poſt evaporationem proportionatam liquoris ſolventis ☋ia latiùs antea diſperſa, congregantur & invicem uniuntur. Liquor hîc cryſtalliſandus loco frigido vel cellæ exponitur, ſic pori menſtrui conſtringuntur, & ☋ia in certam figuram, pro texturæ particularum varietate, concreſcunt. Notandum autem in cryſtalliſatione, ut humiditas evaporet ad pelliculam usque, ſolutioni ſupernatantem: aliàs ☋ia nimis diſcontinuata non cryſtalliſantur; ſin autem nimia liquoris quantitas evaporet, loco cryſtallorum ☋ia in forma mellis in fundo remanent. Salia cryſtalliſationi apta ſunt ſalia ☋ſa, ſeu alcalia, certâ proportione acidi ſaturata; unde ☋ia alcalia fixa communiter, aſt malè, cum ♃e calcinantur, aut cum ſpiritibus acidis irrorantur, quia nec ſola acida, nec ſola alcalia, cryſtalliſari poſſunt; maximè tamen acida, vel corpore metallico quodam, aut ſalibus alcalibus ſaturata, ad cryſtalliſationem faciunt.

Dictum hactenus fuit, quod, ubi acidum concurrat cum urinoſo, in motum ambo cieantur non levem; quia in acidi & alcali actione duo veniunt conſideranda: quod

(1) Se mutuò deſtruant; &
(2) Iſte concurſus ☉ium fiat per inſignem motum & agitationem amborum.

Primum quod attinet, hoc non ita intelligendum eſt, ac ſi acidum ceſſet acidum eſſe, ac urinoſum amittat naturam urinoſi; ſed quod ex mutua miſcela hæc ſalia ita ſe attemperent, ut acidum, qua acidum, non amplius ſe exſerat, nec alcali, quà alcali, ſuas patefaciat actiones, quando ex ambobus fit tertium compoſitum ſalſum, neutrum ſimpliciter abſterſivum.

De ſecundo, quod non ſine effervescentia agant acidum & alcali, ulterius diſpiciendum. Nam videmus quod in horum combinatione oriatur nunc effervescentia, nunc fermentatio, pro duplici ſtatu ☉ium, in quo ſolet eſſe conſtituta: nam quando ☉ia ſunt pura, & non permiſta cum aliis particulis, miſtum componentibus, fit effervescentia; ſin verò ☉ia ſint impura & aliis particulis aſſociata, tunc ſolet fieri fermentatio. Ratio eſt, quia ☉ia, ſi non ſint temperata ab aliis particulis materialibus, propiùs ſe contingunt, & efficaciùs in ſe agunt, & fit effervescentia; ſin verò inter hæc ☉ia aliæ particulæ materiales intertextæ ſint, impediunt ☉ium proximiorem ſui concurſum, & fit fermentatio. Effervescentiæ exemplum videre eſt in ☉ e ♑i cum ſpiritu vitrioli volatili; item, ſi miſtura fiat ex ſpiritu acido quocunque, cum ☉ e volatili; tunc enim inſignis oritur effervescentia: contrà in muſto, cum ☉ia ejus duo conſtitutiva intertexta ſunt multis particulis materialibus, conſpicua fit fermentatio, unde muſtum per fermentationem alteratur in Vinum; generatio vini oſtendit modum effervescentiæ & fermentationis: nam ☩ eſt ☉ acidum vini purum; item ☉ ♑ eſt ☉ vini purum: ſi combinentur, excitant effervescentiam; dum verò Vinum degenerat in ☩, fit per fermentationem, dum acidum & alcali vini, interpoſitione particularum aliarum, miſtum conſtituentium, in motu effervescentiæ impediuntur, ut minus liberè & citò in ſe invicem agere queant.

Propriè effervescunt ☉ia pura, acidum & alcali: v.g. ſpiritus vitrioli ſi miſceatur oleo terebinthinæ deſtillato, effervescentiâ dabit intenſiſſimam cum ardore ſummo, ſic oleum tartari per deliquium affuſum alumini, effervescentiam excitat non levem: in calce viva affuſâ aquâ ſit effervescentia propter urinoſum, quod acidum aggreditur, & ſe uniendo effervescit.

Præter alcalia manifeſta ſubinde quoque corpora terreſtria dantur, quæ abſorbendo acidum, effervescentiam blandam excitant, & ita etiam ad alcalia referuntur: Quò pertinent corpora metallica, in ſpecie Mars & Saturnus, quæ effervescunt propter partes terreſtres, acidum abſorbentes: hæc ſi alcalibus adnumerentur, altioris erit indaginis. Hinc corallia affuſo ſucco citri vel limonum effervescunt: ſic creta cum acidis effervescit: item marmori ſi affundatur ☉is, effervescentiæ motum præ ſe ferret: Marti ſi affundatur ſpiritus vitrioli, cum intenſo calore effervescit: ſi ſpiritus nitri ſeu ▽ affundatur Martis limaturæ; cui Miſturæ, ſi affundatur ♁ ♑i per deliquium, tanta fit effervescentia, ut vitra rumpantur. Notum eſt, quod partes animalium duræ, v.g. dens apri, cornu cervi, lapilli cancrorum, conchæ perlarum, & omnia conchylia, cum acidis effervescant, quia in his abſconditum alcali volatile eſt, quod deſtillatione ſe prodit. Ratio autem, cur alcali & acidum invicem commiſta validè agitentur, notetur: in quibusdam effervescentiam oriri cum intenſo ardore, in quibusdam verò frigidam percipi, vel non intenſam. Effervescentiæ calidæ fiunt cum ☉ibus fixis à ſubjectis ♃eis elicitis, aut ☉ibus volatilibus oleoſis; effervescentiæ verò frigidæ fiunt, quando ☉ volatile purum cum acidis puris concurrit: hinc ☉ ✳ci cum ſpiritu ſalis, item ſpiritus urinæ & ☉ ſalis, concurrit citra inſignem effervescentiam. Cur verò effervescant dicta ☉ia, in cauſa eſt conformatio mechanica particularum ☉inarum, dum nempe ita ſunt conformatæ, ut ſubjecto fluido permiſtæ propter figuræ diverſitatem & ſingularem inæqualitatem in ſe impingant, unde unum trahit alterum; acidum rodit alcali, alcali abſorbet acidum, & hoc tamdiu fit, donec tandem concurrant inæquali ſituatione, & mutuò cohæreant. Ut feliciùs percipiatur hic effervescentiæ modus, imaginandum eſt, quod ☉ium acidorum partes ſint conicæ & acuminatæ, partes verò ☉ium alcalium ſint fiſſæ, unde inter hæc pugna tamdiu continuatur, donec acidum ſubeat alcali fiſſuras, & uniant ſe in ☉ ſalſum tertium, neutrum ex his.

Quod attinet fermentationem, dixi, eam talem eſſe motum, in quo acidum & urinoſum concurrendo ſimul alias particulas miſtum componentes in motum cient: nam à ſale dependet miſtionis vinculum; quamdiu enim ſalia ſunt unita, & ſimul tenent alias particulas miſtum componentes, corpora manent in ſuo naturali ſitu; ſin verò reſolvantur, miſtum brevi fatiſcit, & dum commoventur illæ particulæ, fit fermentatio. Sub hac fermentatione vel particularum motione inſignis miſti fit alteratio, quia ☉ia ſub iſto motu de novo ſe unire geſtiunt, & quasdã particulas in unionis conſortium rapiunt, alias verò non benè unibiles ſeparant, quæ, ſi leves ſint, ſupernatant, graves verò ad fundum ſecedunt, & ſecum nomine veniunt. Sic in muſti fermentatione, dum concurrit acidum & alcali, nova fit fermentatio vel alteratio liquoris, qui dicitur, Vinum, quod ulteriori fermentatione, quâ acidum exaltatur, urinoſum verò ſup-

Digitized by Google

ſupprimitur, rurſus alteratur, novaque fit miſcela, quæ dicitur acetū: Hæc fermentatio fit tamdiu, donec ex diuturna actione acidum & alcali ſuam perdant naturam, & tandem in aquoſa liquami na, ſeu ens primum & ultimum aquā redeant, niſi forſan accedente novo ſeminio nova fermentatio inchoëtur: ſic fructᵘ auſteri per fermentationem moderatam ſuavem dulcedinem acquirunt; illâ autem protractâ & continuatâ, aceſcunt: item ſucci vegetabilium potiſſimorum per aliquot ſaltem ☌ fermentati, per deſtillationem ſpiritum ♀eum inflammabilem fundunt; quod ſi verò fermentatio ad aliquot ſeptimanas protrahatur, in ✝ acerrimum degenerant. Unde Baſilius Valentinus rectè fermentationem clavem omnium mutationum dicit, eò quod per hanc particulæ corporum activæ, aliis hactenus involutæ, agitentur & commoveantur, & ſic crudiores eorum partes magis matureſcant & volatiliſentur.

In his operationibus aëris ſumma eſt neceſſitas, adeò, ut primaria hîc fermentationis exſtet cauſa. Certum eſt, quod v. g. muſtum in dolio concluſum non fermentet propter defectum ♒is, aut ſi fermentet, ipſum continens diffringat. Ratio hîc eſt vis ♒is elaſtica, unde ♒, dum ſe immiſcuit ☉ibus, virtute ſuâ elaſticâ ſe expandit, & ☉ia magis magisq; commovet, unde fermentatio acceleratur. Illuſtrat hoc Dn. Boyle *in Tract. de vi aëris elaſtica*; quando coralliis affundit ſuccum limonum, quem deinde potuit in recipiens ♎e exhauriendum, unde leves effervescentiæ factæ ſunt, poſtmodum orta ingens effervescentia, quia ♒, exhauſtâ virtute elaſticâ, liquores exagitare & effervescentiam excitare potuit.

Ex his videmus, quanta ſit convenientia inter fermentationē artificialem cum ea, quæ fit in corpore humano. Dixi ſuperiùs quod acidum & alcali ſeu urinoſum ſe mutuò deſtruant; unde illud nobis ſeſe ſuggerit principium practicum, quod ſi unum eorum præternaturaliter corpus afficiat, contrariis quoq; in corpore deſtrui & eliminari debeant: ſic in ſoda ſeu ardore ventriculi, ubi peccat acidum cum bile regurgitante, aliovè alcali effervescente, bono cum conſilio uſurpantur creta, lapilli cancrorum, ebur uſtum, farina laterum, &c. quia hæc ipſa abſumunt & abſorbent acidum, & effervescentiam compeſcunt: Mulieres, quando cereviſia aceſcit, immittunt cretam, quæ non ſine effervescentia acidum abſorbet & præcipitat, unde dulceſcit denuò cereviſia: ſic in dyſenteria, ubi acidum vitioſè effervescens exulcerat inteſtina; proſunt corallia, cryſtallus præparata, priapus ceti, cranium humanum præparatum ſeu calcinatum, &c. quæ omnia acida abſorbent, & ulteriorem corroſionem impediunt: hoc quoque facit crocus Martis adſtringens: Dolores ſtranguriæ ſunt ab acido, quos compeſcunt lapilli cancrorum, ut qui & ✝ edulcorare faciunt; quod etiam præſtant cortices aurantiorum, & ♁ deſtillat. eorundem, quia ☉ volatile oleoſum acidum temperat ac corrigit: In pleuritide peccat acidum, quod coagulat ſanguinem, unde inflammatio, & effervescendo cum ☉e volatili febrem continuam excitat: hic ergò proderunt ☉ia volatilia, v. g. ſal volatile cornu cervi, fuliginis, item maxillarum lucii piſcis, quæ acidum abſorbendo affectum hunc ſine venæſectione curant: In malo hypochondriaco acidum omnium optimè abſorbet ♂, & inde parata remedia, hinc ☨ laceam vim acquirunt hæc remedia, & acida abſorpta per alvum aut per ⊡m eliminant, unde videmus excrementa ab uſu talium nigro tincta colore. Ratio eſt, quod Mars abſorpſerit acida, quæ poſteà ♒antur à bile, & ſub forma atramenti rejiciuntur: In ſcorbuto peccat acidum rancidum, qui curatur per volatilia; ubi verò acidum hoc ſcorbuticum rancidum nimis contumax eſt, ☉ia hæc volatilia noxas inducunt, dolores nempe vagos, ſpasmodicas convulſiones, &c. propter fermentationem nimiam ☉ium volatilium cum acido rancido: Febres intermittentes, in quibus quoque acidum peccat, in ſpecie in quartana, curat ſpiritus ☉ ✶ci, item ☉ia præparata vegetabilium, aut corpora fixa metallica calcinata, item ſpecifica febrifuga, quatenus acidum deſtruunt, & per ⊡m eliminant: In febribus ardentibus, ubi acidum volatile oleoſum ſeu bilis peccat, & vitioſè fermentando aut ebulliendo ardorem, deliriaq; cauſantur, ratione contrarietatis acida potentiora conducunt, v. g. ſuccus ribium, berberū, item acida mineralia, v. g. ſpiritus ☉lis, nitri, vitrioli, clyſſus antimonii ♃eus, &c. hæc acida enim bilem nimis oleoſam ſeu acidum ejus volatile corrigunt & deſtruunt, quo deſtructo ceſſat effervescentia: proſunt quoque juxta hæc nitroſa, ☽ per alcali deputatum, ut ejus acidum maneat ſalvum, item nitrum antimoniatum. Non incommodè huc quoq; in uſum trahi poſſunt vulneraria, quæ acidum abſorbent (vulneraria enim habent in ſe alcali temperatum) ſive in primis viis, ſive in maſſa ſanguinea reperiatur, hinc etiam Mercurium reſuſcitant, & ex hac cauſa, quatenus nimirum tollunt acidum, ſiſtunt quoque effervescentiam: Unde vinum ratione acidi vulneratis prohibetur, ne effervescendo in parte læſa dolorem, & hinc majorem vulneribus inducat noxam: aſt cum lapillis cancrorum ſi exhibeatur, ſaporē urinoſum referens prodeſt Vinum abuſu ſuo infert podagrā, arthritidem vagam, calculum, pareſes, colicas, & alios affectᵒ, quibus optimè convenit ſpiritᵘ ☉is ✶ci; quia deſtruit acidum, illudq; modò per ſudorem, modò per ⊡m, evacuat. Notum eſt, quod vi-

num Rhenanum cum ſpiritu ☉is ammoniaci ſi miſceatur, ſapore ſuo privetur; unde ad omnes affectus ab acido propullulantes ſpiritus ☉is ammoniaci eſt optimus.

Quod attinet fermentationem in corpore humano, tàm naturalem, quàm præternaturalem, de hac plura eſſent dicenda: ſed pauciſſima tantùm ſubnectam: Notum eſt, quod naturalis in corpore humano ad mortem uſq; vigeat. In ſtomacho fermentatio naturaliter ita procedit: Acidum ſtomachi concurrit cum ☉e volatili alimentorum quibuscum ſe maritat, & tandem ambo in ☉ſum degenerant volatile: quod ſi præternaturaliter inſtituatur fermentatio hæc, & chylus adhuc nonnihil acidus elabatur extra ventriculi limina, (nam extra ſtomachum omne acidum corporis eſt inimicum) adeſt bilis, corrigens hunc vitioſum chylum, eumque transmutat in ☉ volatile. Si ulterius proceſſerit chylus adhuc acidulus, & inteſtinorum cameras intraverit, acidum concurrens & fermentans cum viſcido chylo & bile, excitabit flatus, uti fit in hypochondriacis. (nam notum eſt, quod in fermentationibus artificialibus ſemper præſtò ſit Gas ſylveſtre) Quos ergò ut curemus, in uſum vocanda ſunt aromatica, acidum corrigentia, & fermentationem vitioſam inhibentia. Maſſam ſanguineam eſſe in continuo iſto fermentationis motu, ejusque præternaturales anomalias, demonſtrant exinde enati pulſus; unde, ſi præter naturam fermentet aut ebulliat, febres inde oriuntur: In ſpecie fermentationis & ebullitionis nimiæ ſignum in febribus ardentibus eſt pulſus magnus, frequens & celer; contrà verò in cachexia eſt pulſus rarus & tardus ex defectu fermentationis naturalis, unde etiam ſigna ☉æ ex gradibus fermentationis dignoſcuntur. Ubi enim particulæ excrementitiæ minus utiles cum ☉ rejiciuntur, ☉ erit craſſa: ſic in principio febrium acutarum ☉ eſt clara, tenuis; ſucceſſivè verò turbida cum ſpe ſalutis evadit. Sub menſtruationis tempore inordinatam ſanguinis fermentationem declarant dolores circa lumbos, febris, aliaque ſymptomata.

Uſus Pyrotechniæ Chymicæ in medicamentorum præparatione & metallorum melioratione maximè conſiderandus eſt; eum autem in finem præparamus crudiora ſimplicia, ut eorum ἐνέργεια per totum concretum diſperſa quaſi concentretur, & malignitates adjunctæ corrigantur.

Correctionem dico, non caſtrationem; quia interdũ & nomine correctionis remedia caſtrantur potiùs, quàm corriguntur: deinde eligo correctionẽ veram, non verò palliativã.

Vera correctio conſiſtit in eo, ut ſublatâ virtute noxiâ aut virulentâ vis medicamenti genuina maneat illibata atque ſalva. Notum aliàs eſt, quod vulgò correctionis ergò purgantibus validioribus miſceantur aromata: e.g. ſcammonio zedoaria, turbith maſtix & zingiber, colocynthidi cuminum, euphorbio amygdalæ dulces & crocus, jalappa cum fœniculo, &c. quæ tamen correctio per aromata eſt palliativa, i.e. non tollit malignitatem venenoſam ſimplicis, ſed ejus noxam tantùm quodammodo ſedat. De vera itaq; nobis potiùs agendum eſt. Purgantium correctione, qua in genere ſummopere indigent quædam, ut & opiata & narcotica nonnulla ex ſe virulenta & maligna; quod ſymptomata, eorum uſum inſequentia, arguunt; nam de Napello aliisque in ſpecie tacebo.

Purgantia uſitatiſſimè corrigunt per acida mineralia: Verùm talia acida non tantùm deſtruunt ſal illud acre purgans, e.g. ſcamonii ſed & omni energia caſtrant & ſpoliant: id quod de omnibus purgantibus ferè valet. Vegetabilia purgantia per acida plus minus virtute ſuâ exuuntur: v.g. helleborus per ſpiritum vitrioli aut phlegma vitrioli ſuâ privatur efficaciâ: ſic quoque gummi guttæ, item eſula, ſcammonio vicina, per acida, orbantur virtute purgante.

Sic ſcammonium ſulphuratum, mitigatur quidem quoad virulentiam ſuam, ſed non ſine virtutis ſuæ purgatricis caſtratione. Fundamentum hujus correctionis in eo eſt, quod ♀ incenſum emittat ſuum ſpiritum, qui ſe inſinuat in ſcammonium, ejusq; ſal volatile temperat, & ſucceſſivè prorſus deſtruit. Prout verò plus vel minus ſulphuratum ſcammonium, etiã plus vel minus retinet de ſua vi purgante. Hinc notandum, ne in præparatione hac ſcamonium liqueſcat; dum enim liqueſcit, fumus ♀is ſe inſinuare nequit in ejus ſubſtantiã, unde in eadem vehementia ſubſiſtit: potiùs pulveriſandum eſt, ut leniter ſe inſinuet fumus ♀is, & ita ejus virulentia quodammodo corrigatur.

Simili cenſurâ dignum eſt magiſteriũ ſcammonii per acidum præparatum. Si nihilomin' per acida corrigendum, accipiantur potiùs ſucci vegetabilium acidi mitiores: ſic ſcamonium cum ſucco cydoniorum dat diacridium: Alii ſolvunt ſcamonium in ſucco citri vel limonum, mitiusque obtinent ſcammonium.

Et ex hoc fundamento eſt, quod purgantia pro diverſitate ſubjectorum plus minusve operentur, prout magis minusve acidũ eſt fermentum ſtomachi, in hoc vel illo ſubjecto, quod probatur exemplis: ſi in hoc individuo nimis acidum ſit fermentum ventriculi, aut ſtatim poſt aſſumptam purgationem hauriantur acida, exhibita purgantia minùs operantur; idque in melancholicis verum eſt, quod difficillimè à purgantibus moveantur: item quod hypochondriacos purgantia parum moveant, propter exceſſum acidi in hypochondriis ſtabulantis, loquitur experientia.

Cani-

Digitized by Google

Canibus fortiſſima quamvis infundantur purgantia, parum vel nihil eosdem movent, adeò, ut vitrum antimonii ad plura grana ſine operatione adſumant; cùm tamen in venam canis inciſam immiſſa citiùs operentur. Ratio patet, quia fermentum ſtomachicum canum nimis eſt acidum.

Quod dictum fuit de purgantibus, idem valet etiam de opiatis: hæc enim per acida correcta blandiùs operantur. Sic communiter corrigitur opium per ♆ea, & ſpiritum ſalis aut vitrioli, aut etiam per repetitam cum aceto ſolutionem; quæ tamen acida opii virtutem plus deſtruunt quam corrigunt: nam vis opii conſiſtit in ſale volatili oleoſo, vel ſociatum eſt cum ♆e copioſo admodum fœtido; unde quidam *opium* lento calore exhalare, & ſic ſulphur ejus hypnoticum ex parte evaporare præcipiunt. Uti verò opiata & purgantia per acida mitigantur, ſic econtra per ſpiritum vini eorum vires exaltantur; ſicut notum, ſpiritum vini elicere & exaltare reſinas purgantium, ut in pauca doſi purgent.

Sed miſſis his correctionibus conſtrativis, vera potiùs attendenda, quæ conſiſtit in genere, vel in fermentatione, vel per ſalia alcalia correctione.

Quod attinet fermentationem, in hac tota concreti craſis invertitur, unde fermentatio eſt clavis reſerans venena vegetabilium. In ſpecie purgantia ſi conſideremus, in eis, quid præſtet fermentatio, patebit, v. g. elaterium fermentando omninò cicuratur. Superiori anno accepi ſuccum cucumeris aſinini, eumque recentem fermentavi & inſpiſſavi, habui inde rob amariſſimum prorſus innoxium; quia correctus erat per fermentationem, ita ut grana xxij. ſine noxa aſſumerentur, cùm extractum elaterii aliàs ultra grana xv. vis tutò exhibeatur. Sic colocynthis, vehementiſſimũ purgans, legitimè fermentatum de ſua virulentia multum amittit. Fermentatio autem ejus tali eſt: Poma colocynthidis infunduntur cum ſuccis vegetabilium, in ſpecie cum ſucco pomorum Borsdorffianorum: hæc miſta buliant, poſteà admiſceatur parũ fecum cereviſiæ, ut cõmodiùs ad fermentandum diſponantur. Ubi ſufficienter fermentaverit (id quod cognoſcitur, ſi ſpirat odorem amariſſimum) ad extracti conſiſtentiam inſpiſſetur, quod cum menſtruo appropriato extrahatur, & iterum ad debitam conſiſtentiam redigatur.

Extractum hoc ad ℈j. propinatum purgat non tàm violenter, quamvis non ſine torminibus.

Ad hunc modum etiam ſcammonium cum ſucco cydoniorum felici cum ſucceſſu tractari poterit.

Opium quoque per fermentationem, ſi cum ſucco aurantiorum, aut ſecundùm Helmontium cum ſucco cydoniorum, vel cum ſucco pomorum Borsdorffianorum fermentetur: ſubigitur in illis ſuccis, ſi prius ſolutum parum evaporaverit, & poſteà fermentetur, & inſpiſſetur; qualem modũ etiam Langelott. *in Epiſt. ad Naturæ Curioſos* deſcribit: ſic enim grana iij. mitiùs operantur, quam aliàs gr. j.

Dum ita opium fermentatur, ſpirat odorem inſtar papaveris; idque facit etiam ☾ opii per fermentationem paratus. Hæc correctio Helmontii eſt optima. Conerdingius, Archiater Ducum Lüneburgenſium & Brunſvicenſium, utitur laudano opiato hoc modo præparato:

Recipit opium, adjicit Extractum caſtorei cum ſpeciebus dia-calaminthæ, & pauco lapidis Bezoar: miſcet & propinat in omnibus affectibus, in hyſterica quoque paſſione.

Utut hæc opii per fermentationem correctiones ſatis bonæ ſint, tamen præſtant, quæ fiunt per Alcalia: nam colocynthis per fermentationẽ correcta retinet vim venenatam, & tormina commovet; correcta verò per alcalia ſine noxa eſt. Alcalia talia nunc ſunt fixa, nunc volatiliſata: cum his optimè corriguntur quorumcunque vegetabilium malignitates, ita ut napellus cum ſale ☽i fixo, ſed volatiliſato, levi digeſtione correctus, & in uſum tractus, exſtet innocuus: Vid. Boyle *Experim. Philoſoph. p.* 136. Sed cùm non cuivis datum ſit adire Corinthum, nec omnibus ſint notæ & cognitæ volatiliſandi alcalia fixa encheiriſes, ea interim correctio, quæ cum ſpiritu vini ☽iſato peragitur, ſufficit. Aliàs quoque ſalia fixa corrigunt purgantia. Talia uſitatiſſimè deſumuntur ex tartaro & nitro: ſal tartari eſt optimum opii & purgantium correctorium: poſt hoc eſt nitri ſal cum carbonibus alcaliſatum. Hoc nitri ſal fixum lixivii formâ digeſtum cum vegetabilibus, virtutes eorum nocivas corrigit. Meliùs eſt pro opii correctione, ſi ☉☿ fixum conjungatur cum oleo deſtillato terebinthinæ; ſic enim verus eſt corrector, tàm opiatorum, quàm virulentorum helleborinorum. Denique terra foliata tartari, poſt tartarum optimum eſt correctivum vegetabilium, in ſpecie ſcammonii; vel loco hujus vinum generoſum Rhenanum cum tartari ſale imprægnatum, pro opii & vegetabilium aliorum, in ſpecie ſcammonii, correctione maximè ſufficit.

Uſus opii correcti eſt, ut ex opio narcotico tutiſſimum evadat anodynum, nunquam nocivum, in multis morbis aſylum, ſi nunc cum fixis cinnabarinis ♂alibus, nunc verò cum ſalibus volatilibus, ſuccini & cornu cervi, debitè conjungatur: unde priori modo in morbis malignis; poſteriori modo in morbis chronicis, in ſpecie in hyſterica paſſione, epilepſia, &c. optima remedia concedit.

Purgantia hoc modo præparata depoſitâ virtute ſolutivâ, ſubinde evadunt diuretica, ſubinde etiam diaphoretica, aut ſi aliquid de virtute

Digitized by Google

virtute purgandi retineant, hoc tamen adeò cicuratum eſt, ut citra ſtomachi morſicationes & inteſtinorum tormina, citò, tutò, & jucundè operentur. Sic rhabarbarum cum ſale tartari digeſtũ omnem purgandi vim amittit; Aſarum verò in ▽ ebullitum diureticum evadit egregium, tartarum febrium remedium.

Pergimus ad ſalia mineralia, quæ in genere ſunt quadruplicia, ut

(1.) Sal commune.
(2.) Compoſita ſalia, ut nitrum.
(3.) Vitriolum.
(4.) Alumen.

Hæc pro natura mineralium, ſunt reſolubilia in menſtruis aquoſis; teſtatur hoc Gaſſendus, qui exhibet experimentum, quo diverſiſſima corpora ſalina in una eademque ▽ reſolvit: ſcilicet recipit aquam communem, in ea diſſolvit primò ſal cõmune, quantum poteſt recipere: hæc ▽ ſaturata ſale communi, nihilominus adhuc recipit quantitatem proportionatam ſalis nitri: hæc miſtura ulteriùs recipit tertiò quantitatem juſtam vitrioli: & ſi adhuc quartò addatur aluminis portio, ſolvet & illud. Jam verò, uti magnam ſalia cum aquoſis habent convenientiam, ita ingentem cum oleoſis ſeu ſulphureis gerunt inimicitiam, ut propterea nullum ſal poſſit ſolvi in ☿ benè rectificato; qui neque ſaccharum, concretum illud tartareo-ſalinum, hanc ob rationem ſolvere poteſt. Hæc ſalia, ſi deſtillentur, dant ſpiritum acidum, varium tamen, pro varia uniuscujusque ſalis textura, particularumque conformatione.

Quod ſalia ſicca reddant ſpiritum humidum, fit duplici modo: partim per ſalinarum particularum inverſionem, partim per humoris in corpore adjecto, & ♎is ambientis immiſſionem. Particularum ſalinarum inverſio in eo conſiſtit, ut agitatæ particulæ ſalinæ ſub △ tortura à ſe invicem diſcerpantur, & motu impetuoſo à ſe mutuo diſſipentur: hinc etiam eſt, quod in forma nebulæ aut fumi cum impetu irrumpant in receptaculum, ibique invicem aſſociatæ, cum humido, ſeu aquoſis atomis ♎eis, coëant tandem in liquorem. Ad iſtarum particularum ſalinarum inverſionem confert corpus illud terreſtre, rebus deſtillandis adjectum, v.g. argilla, bolus, &c. quod additur, ne liqueſcant ſalia deſtillanda. Propter hanc particularum ſalinarũ inverſionem fit, ut ſal commune per repetitas ſolutiones & coagulationes poſſit redigi in puram putam ▽m; de quo vid. elegans Orat. *de ortu & progreſſu Chymiæ* Olai Borrichii.

Sal commune eſt: aut marinum, aut fontanum, aut montanum; fontanum, illud eſt, quod ex fontibus ſalinis excoquitur, inſpiſſaturque: in cujus coctione, ut citiùs granuletur, ſalinarii addunt fel vel ſanguinem bubulum. Fundamentum conſiſtit in hoc, quod ſal volatile in ſanguine ſeu bile bubula concurrat cum acido iſto in ſale cõmuni, ac cum eodem ſe unit, ſal marinum per ſimilem ▽æ admixtæ exhalationem paratum, granula longè majora habet, longeque duriora & cryſtallos elegantiores, quàm ſal fontanum.

Uſus ſalis marini maximè ante reliquos omnes eminet, tàm in Chymicis quàm alchymiſticis laboribus, ☾ quoque ſalis marini longè præcellit ſpiritum ſalis cõmunis & foſſilis. Præterea reperitur ſulphur vivum perfectum, ardens & inflammabile, in ſale marino, qui in rectificatione ſtriatim ſe prodit, unde ejus quoque ♀eus percipitur odor. Alchymiſtæ vocant hieroglyphicè hoc ſal marinum: **das beſte Gewürtz/ das niemand entbehren kan.** Eſt itaque ſal marinum, pater & ſalis communis & foſſilis. Nam ſal marinum cum aqua marina ſive per modum transcolationis centrum ♁æ petat, ibique in vaporem reſolvatur, vaporque hic à centro ♁æ ad circumferentiam tendat, & in ▽m denique fatiſcit ſemper aliquid perdit de ſua acredine (acidum enim ejus infringitur) & hinc debilior redditur ▽ fontana ſalſa ipsâ ▽ marinâ; ſicuti, ubi hæc aqua marina in aliqua terræ cavitate ſubſiſtit, oritur ſal foſſile, quod paulo præſtantius eſt ſale communi. Hæc ſalia communia ſunt ſalſa, compoſita ſcilicet ex acido præpollente & urinoſo. Probat hoc reſolutio repetita ſyntheſis, ſi recipiatur ſpiritus ſalis, & affundatur alcalibus v. g. ſali tartari, vel cineribus clavellatis, convenienti proportione ſolvatur, & debitè inſpiſſetur, evadet perfectiſſimum ſal commune. Simile fit, ſi ſpiritui ſalis communis affundatur ana calcis vivæ, & deſtilletur, acquiritur quoque ſingulariſſimum ſal ex capite mortuo elixiviato, ſimillimum ſali communi.

Quod ſpectat præparata ex ſale communi, deſtillatur hoc in ſpiritum acidum; ſed ante deſtillationem decrepitatur ſeu calcinatur hoc modo: ſcilicet immittitur ſal commune in catinum, ubi à flamma exardeſcit, crepitus edit; qui crepitus oriuntur à particulis aquoſis concentratis in ſale reſtitantibus, quæ ubi ſal ab △ tortura nimium cogitur, cum impetu proſiliunt. Sal autem commune ante deſtillationem decrepitatur, ne ſcilicet in deſtillatione cum impetu erumpentes particulæ ſalinæ cum aquoſis diſrumpant vaſa.

Ad decrepitationem hanc etiam pertinet Fuſio, quando ſal decrepitatum igne fortiſſimo funditur, quod per deliquium ſolutum, ▽m ſalis aracelſi P conſtituit.

Ut autem deſtilletur ſpiritus ſalis, addi ſolet communiter in duplo, triplo aut quadruplo bolus, aut argilla, ∴ ſeu lutum, lateres, aut ſecundum alios O uſtum, cum ſale in globulos formata, ne ſi diutiùs in igne ſubſiſtat, liqueſcat & fundatur. Quidam ad promovendam partium ſalinarum ſeparationem addunt vitriolum,

Digitized by Google

vitriolum, quamvis alii id improbent, aſt ſine cauſa; utut enim corpora diverſa ſalina deſtillentur, unus tamen & ſolus prodit ~ ſalis, relicto propter gravitatem ſuam in fundo vitriolo, quod hoc modo probatur:

℞. Sal commune;

Eidem affundatur ~ ☉li, & deſtilletur per ⚹ aut ♋m vitream, prodibit loco ☉li ~ ſalis perfectus & genuinus, ac remanebit in fundo ſal album cryſtallinum ſaporis elegantis, à Glaubero ſal mirabile dictum.

Zwelfferus quidem arenam, lateres, argillam & bolum rejicit ob hanc cauſam, quod ~ propulſi additamenta dicta corrodant, & deſtruantur: Vid. *Animadverſ. in Pharmacop. Auguſtan. pag* 425. Verùm experientia teſtatur contrarium; utut terrea aliquid de ſpiritibus his abſorbeant, unde etiam in fine fortiſſimus adhibetur △, ut abſorptio hæc impediatur.

Modus ille, qui fit cum ſolle per retortam tubulatam, eſt periculoſus, ex duplici ratione:

(1.) Periculum eſt, ne, dum frigida ▽ injicitur in vas valde calefactum, ex impetu ſpirituum erumpentium rumpatur vas.

(2.) Quia ſal, dum fluit, interdum penetrat fundum ♋æ, & abit ad carbones, indeque finem deſtillationi imponit.

Longè convenientior modus eſt, quem commendat Glauberus, qui recipit carbones ignitos, eos imbibit ▽, in qua ſolutum eſt ſal commune: hos exſiccatos carbones deſtillat in furno quodam peculiari vel ipſis prunis ſalia injicit; unde horum calore ſal reſolutum in forma ~ acidi per canalem adaptatum intrat receptaculum præpoſitum. Sed dupliciter culpandus eſt hic modus:

(1.) Quia fuligines ♃ei carbonum cum ſpiritu ſimul aſcendunt, & ſpiritum inquinant.

(2.) Quia calcinatione iſtâ dant ſal lixivioſum fixum, quod deſtruit acidum ~ ſalis, unde debilior hoc modo acquiritur ~ ſalis: ut taceam multos ~ à carbonum cineribus, lateribus atque luto deſtrui.

Optimus ergò eſt modus, qui fit per ♋m igne aperto, calore continuo & nunquam intermittente, graduali tamen. Aliàs etiam per ∴m ~ ſalis deſtillari poteſt.

℞. Salis decrep. ℔ j.

Solvatur in ſ. q. ▽æ communis: addatur ana ~ ☉li, deſtilletur per ⚹ aut ♋ ex ∴, & prodit ~ ſalis, cujus ſedem occupat ~ vitrioli.

Uſus ſpiritus ſalis communis Medicus eſt, quod deſtruat omnia ſalia alcalia oleoſa, vel bilem in corpore prædominantem: unde efferveſcentias febriles compeſcit: hinc in julapiis commodè quoque præſcribi ſolet: ſitim porenter compeſcit, non tantùm febricitantium, ſed & hypochondriacorum. Inſuper maximè diureticum eſt medicamentum, quare quoque in hydrope ſerum per ⊡m eliminando non parum prodeſt: hinc, ſi ~ ſalis cum alcali fixo concentretur in ſal falſum, diureticum exiſtit non contemnendum. Convenientiùs additur elixyrio proprietatis præ reliquis ſpiritibus acidis, v. g. ſulphuris aut vitrioli. Præterea putredinem quamcunque tollit, e. g. gangrænam, ſi ducatur cum ſpiritu ſalis circulus in confinio partis ſanæ, progredi malum ulterius prohibet. Prodeſt quoq; ſi cum melle roſaceo ad aliquot guttas permiſceatur in ſcorbutica gingivarum putredine.

Verùm quia nimius ejus acor non ſemper tutò intus poteſt propinari propter metum roſionis inteſtinorum, ideò Chymici parant ſpiritum ſalis dulcem, qui communiter fit ex ſpiritu vini rectificato, & ſpiritu ſalis communis, anaticâ portione mixtis, & aliquoties bis vel ter cohobatis: unde horum ingredientium unio dat liquorem admodum ſuavem, qui vocatur ~ ſalis dulcis; egregiumque eſt ſtomachicum, appetitum dejectum, cruditates nidoroſas, vomitum & nauſeam corrigens atque compeſcens. Datur in vehiculo appropriato ad guttas x. vel xv. imo ad plures extenditur, ratione circumſtantiarum variarum. Interdum loco ♈ recipitur ſpirit. aliquis appropriatus, e. g. ſpiritus theriacalis, quo cum fit egregius ſpiritus ſalis, in peſte plurimum valens.

Quidam volunt ſpiritum ſalis ſimpliciter rectificare, & per ſe, abſque alterius additione, dulcificare, per lentam & diuturnam digeſtionem in calore blando; quod tamen vix ac ne vix quidem poteſt fieri. Ut enim per ſe dulceſcat ~ ſalis, neceſſum eſt, ut omnino invertantur ejus particulæ acidæ omnes, & mutatâ figurâ eorum ac texturâ novum oriatur concretum, ex quibus novæ quoque vires dependebunt.

Deceptoria quoque eſt dulcificatio iſta, qua additur ſal tartari primæ deſtillationi ſalis communis: nam ♁ tartari abſorbet acidos ~, unde loco ~ ♁is dulcis prodit phlegma limpidum acidulum.

Uſus ♁is alchymiſticus non minus eſt eximius. Spiritus enim ſalis concentratus ſeu rectificatus optimũ menſtruum dat pro ſolvendo auro: imo ſi ita rectificetur, ne partes acidas deperdat, non ſolùm ſolvet ☉, ſed & ſecum in altum rapiet, & in flores abit; de qua re vid. Zwelfferus *in Mantiſſa Hermet. pag.* 322. Ejus præparatio talis eſt:

℞. Lap. Calaminaris pulveriſ.

Imbibatur c. ~u ♁is, deſtilletur, & prodit phlegma inſipidum, quod ſi miſtum caput mortuum c. ∴ △e fortiori urgeatur, prodit ~ acidiſſimus concentratus.

Hic ~ ☉is concentratus ſolvit omnia ferè corpora mineralia & metallica, exceptis ♃e & lunâ.

E ☉e communi & ejusdém ſpiritu elegans Poterius parat artificium, quando ex capite mortuo poſt deſtillationem ~ ☉is relicto parat cryſtallos, affundendo eidem ſpiritum vini, ex uvarum racemis tempore vindemiæ collectis deſtillatum: miſturam deſtillatam fimo equino committit, & poſt hanc digeſtionem ad aliquot ♂♀ inſtitutam ponit in loco frigido, ubi elegantes oriuntur cryſtalli dulces, grati ſaporis, quique ſunt ſtomachicum magni momenti.

Sal montanum ſeu foſſile alio nomine vocatur ſal gemmæ, quia ſub forma gemmarum utplurimum eruitur è fodinis. De hoc notandum, quod in fodinis ſit leve, aëri verò expoſitum, inſigniter grave. Utplurimum in forma dura apparet: in Calabria verò reperitur molliuſculum, ita ut eidem variæ figuræ imprimi poſſint; & ubi ♎i exponitur, concreſcit in corpus ☉inum.

Uſus eosdem habet hoc, quos fontanum, niſi quod virtutes illius ſint efficaciores quàm hujus, unde quoque diureticum eſt egregium: quod ſi cum ſale communi beneficio ſalis gemmæ & ſalis volatilis ſuccini miſtura fiat cum aqua vinoque, potus erit admodum diureticus, quique fortiter pellit calculum, & ∴as renum & veſicæ. Aliàs quoque clyſteribus additur ad ʒj ad emollienda ſcybala indurata, quo de Foreſtus videatur.

Spiritus ſalis compoſitus paratur quoque ex ana nitri & ☉is communis aut gemmæ. Hic ~ ☉is conſtat primariò ex ſpiritu nitri, hinc particulis ~ ☉is communis: unde patet, quod ſit vera aqua regis pro ſolvendo auro. Hoc conſideratione dignum, quod ſpiritus ſalis nitri ſimplex probè rectificatus ſolvat omnia metalla, aurum verò non tangat; e contrariò ſi acuetur ſpiritus nitri cum ſale communi aut ejus ſpiritu, tunc perfectè ſolvit ☉, ☽m verò dimittit ſalvam intactamque. Tanta eſt amicitia in ſole, & ☉e minerali communi, cum reliquis verò inimicitia.

Nitrum eſt ſal mirabile ſulphureæ naturæ, conſtans ſulphure admodum volatili inflammabili. Nam originem ſuam capit in ♒ quadam pingui, ex qua excoquitur & elixiviatur: Et talem pinguiuſculam materiam pro matrice habet, quæ humectatur ab excrementis animalium, ab ♉ ſcilicet & eorum ſtercoribus. Horum enim ☉ volatile urinoſum cum copioſo ♃e impræ gnatum, ſenſim ſenſimque à ☉e acido ♒æ centrali ſubigitur, alteratur & immutatur, donec hæc duo ☉ia concreſcant in unum tertium ☉ſum.

Tale nitrum ex omni terra conficere licet, ſi ſcilicet terra quædam coacervatur in cumulum, modò à ☾e & pluvia arceatur, & impræ gnetur ♎ vel animalium vel humana, fiat lixivium, & poſt humiditatis evaporationem conſpectui ſe ſiſtet perfectum nitrum. Terra hæc nitroſa, ex qua ☉ elixiviari ſolet, deſtillationi per ſe ſubjecta, ſpiritum fundit acido-ſalſum ſingularis odoris, & ſpiritui ♀i admodum ſimilem, qui ſuper alcali fixum cohobatus, planè urinoſus evadit: in capite mortuo remanet ☉ quoddam fixum, quod beneficio ▽æ extrahitur. Spiritus hic volatilis urinoſus non ſolùm dependet ab excrementis animalium, quibus terræ ejusmodi ſtercorantur & impræ gnantur, ſed ab ♎e quoque accedit; quia ex aliis terris, quas animalia vel horum ſtercora nunquam contigerunt, e. g. terris argillaceis, ~ volatilis urinoſus deſtillari poteſt. Sic quoque habemus nitrum efflorescens & adhærens lapidibus & muris: Nam in muris iſtis antiquis ab exhalatione ſpiritus ſeu ſalis acidi ex terra, ſal calcis vivæ, quo cum incruſtantur muri, ſenſim ſenſimque ſolvitur, alteratur & ſubigitur: ſal autem calcis vivæ participat de alcali, cui ſpiritus acidus ſe jungit exhalans è terra, & ambo uniunt ſe in ſal nitri, unde non mirum videri debet, quod Becherus nitrum præparet ex lumbricis: Et ſingularis planè modus eſt, quo Glauberus ☉ ex vegetabilibus parat per furnum preſſorium, quem videbitis in ejus ſcriptis.

Nitrum ergo eſt ☉ ſalſum, conſtans ex acido ſulphuris, & ſale alcali, invicem junctis. Hoc exinde patet: ſi recipiamus ☉ fixum, aut nitrum cum carbonibus alcaliſatum, aut ☉ ♀; & cum ſpiritu jam acido conjungatur, abit in perfectum ☉, quod totum ferè in ſpiritum acidum deſtillari poteſt, ſine aut cum pauca ☉is fixi remanentia. Sic quoque fit, ſi ☉ ♄i affundatur ~ nitri, & aliquoties cohobetur; exinde emergit verum ☉, figuram tamen ☉is communis cubicam retinens. Hoc ☉ componitur ex acido ♃eo & urinoſo ♃eo, quod ♃ eſt admodum volatile, ut cum acido ſimul in auras erumpat, adeò, ut ex ſpiritu nitri acido cum alcali quodam fixo fiat ☉ inflammabile.

Nitrum hoc, prout in medicum aut chymicum uſum vocandum eſt, neceſſariò liberandum eſt à ſale ſuo heterogeneo, quem nitri reſinatores vocant den Schalck/ & eſt ☉ commune, quod cum urina & ſtercoribus permiſtum, poſtmodum in generatione nitri ei fuit permiſtum: Et hoc ☉ heterogeneum, reperitur & datur in illo tantum nitro, quod eruitur & invenitur in illis locis, ubi homines ſua deponunt excrementa, in aliis locis non item. Proba autem, an nitrum multum habeat de hoc ☉e heterogeneo, conſiſtit in deflagratione nitri: v. g. recipiantur carbones igniti, imponatur iis nitrum: ſi purum ſit, deflagrat nitrum,

trum, nihilque remanet; ſi verò impurum, aliquid ☉is albi & cauſtici remanet.

Uſum medicum quod concernit nitri, crudum egregium eſt medicamentum, ſi verò depuratum adhibeatur, proderit imprimis in febribus ardentibus, tam benignis quàm malignis ad ℈j, vel nitrum ♁atum ad ℈ ß adhibitum: ſic in potu ordinario nitrum depuratum ab ʒß ad ʒvi in febribus continuis, & æſtuante maſſa ſanguinea commodè poterit uſurpari. Convenit quoq; in ſiti à quacunque cauſa, etiam in ſiti hydropicorum; eſt namq; diureticum optimum. Ad compeſcendam ſatyriaſin ſingulare eſt remedium, ſi crebriùs uſurpetur, Dein ad hæmorrhagias quascumq;, imprimis *ab Anaſtomoſi* ortas, expertum eſt, tàm externè quàm internè adminiſtratum. Hoc tamen notari velim, quod ſtomachi & inteſtinorum tonum laxet atque debilitet.

Nitrum autem depuratur communiter cum ſulphure, & dicitur inde lapis prunellæ. Verùm hoc modo præparatus lapis prunellæ, parum aut nihil valet, utut contrarium totus mundus chymicus ſtatuat. Ratio hæc eſt; quoniam nitrum fuſum injectione ♃is deflagrat, & tunc ~nitri acidus ♃eus totus exhalat, & remanet ſal alcali, ſeu ☉ fixum: Vid. Tacchenii *Hippocrat. Chymicus. pag.* 30. & 41. Hoc ſal fixum ſe ſaturat ab acido ♃is adjecti, quod imbibit, & fit ſal ſalſum tertium.

Aliàs nitrum cum ſulphure purificatum & calcinatum ſemper amittit aliquid de viribus, idque eò magis, quò ſæpiùs cum ♃e deflagratur: & licèt nitrum fluat in △ tortura, nihil tamen exhalat; ut primum autem addatur aliquid ♃is, mox totum evaneſcit, relicto in fundo ſale tertiò. Optima omnium nitri depuratio Kesleri eſt, quæ fit per alcalia fixa: fit lixivium fortiſſimum vel ex ☉♀, vel ex cineribus clavellatis: coquitur in hoc ſal, ut ſolvatur: ſic alcali fixum arripit omne acidum vitioſum, omneque corroſivum & excrementitium, quod eſt in nitro: Unde poſt levem humiditatis abumptionem ſeu exhalationem excreſcit ſal in cryſtallos depuratiſſimos: vid. Tacchenii *Hippocrat. Chymicus cap.* 8.

Ex nitro cum carbonibus fixato cum aceto deſtillato, & tandem cum ſpiritu vini rectificato, ♆ foliata parari poteſt, que ſimilis eſt ♆æ foliatæ ♀i,

Inter præparata eſt ſpiritus nitri, qui deſtillatur per retortam adjecto bolo communi, vel argilla calcinata, aut ſimili materia, ne fluat; aliàs retorta diſſiliet. Hoc tamen obſervandum, quod, quo plus addatur boli vel argillæ, eò copioſior acquiratur ſpiritus: hic ~ nitri, ſicum ☉ ♀ miſceatur, perfectum exhibet ☉, uti ſuprà dictum.

Uſus ~ nitri eſt in febribus malignis in julapiis: & ſanè hoc loco magis præſtat, quàm reliqui ~acidi minerales: convenit quoque in colica flatulenta, it. in tympanitide: nec non in nephritide & calculo. Verùm, quia nimis eſt corroſivus ſpirit⁹ nitri crudus, propterea dulcificatur: ideò miſceri ſolet ♆ vel alius ~ vegetabilis: v. g. recipiatur pars una ſpiritus nitri optimè rectificati, cum dupla vel tripla parte ſpiritus vini vel alterius; miſta deſtillentur per retortam in ∴, præcedente aliquot dierum digeſtione; ſic enim evadit temperatior, & valdè utilis in medicina. Doſis ſp. nitri dulcis eſt à ʒß ad ʒj in vehiculo appropriato. Notetur autem, quod miſturâ horum ſpirituum, ingens excitetur efferveſcentia, adeò, ut niſi ſenſim ſenſimque permiſceantur, interdum flamma erumpat, & vaſa rumpantur.

Huic medio innixi ſunt, qui tanquam per ſecretam encheiriſin volunt ſal volatile ex ſpiritu vini elicere: recipiunt ſcilicet ♆, & permiſcent pedetentim cum ℥j ſpiritus nitri, donec ceſſet omnis ſtrepitus & efferveſcentiæ impetus; tunc per retortam leniſſimo igne abſtrahitur liquor, & remanebit ☽ ſaporis aciduli, quod eſt ſal volatile ſpiritus vini, fixatum à ſpiritu acido nitri, quod ſal additione alcali fixi facilè poteſt deſtillari in ſpiritū urinoſum.

Hic ſp. nitri dulcis vocatur ſp. Anticolicus, ſi ♆ prius abſtractus ſit à chamomilla Romana, aut plantis aromaticis carminantibus, valde convenit in colica humoroſa, bilioſa, & ſcorbutica: optimum eſt carminans vel flatus diſcutiens ad ʒj. In tympanitide & omnibus flatulentis corporis affectibus non habetur par remedium: eſtque ſingulare antipleuriticum, quam curat per ſudorem, ſi præſertim ♆ abſtrahatur à plantis antipleuriticis. Miſtus hic ~ nitri dulcis cum julepis prodeſt in angina, & omnibus febribus ardentibus & ſymptomaticis, cum partium inflammatione conjunctis; eſt enim ſudoriferus, & in pleuritide ʒj in ▽ carduibenedicti aſſumatur. Denique in nephritide, eſt expertū remedium, hauſtum cum vehiculo appropriato, pellit ☾m, exturbat ſabulū, longèq; præferendus ſpiritui nitri acido.

Aliàs nitrum & ejus ſpiritus eſt baſis omnium aquarum fortium, & regiarum. Parantur more communi ▽æ fortes ex nitri p. j. Vitrioliq; p. ij. Hæc miſta deſtillentur per retortam, & fit ▽, quæ nihil eſt aliud quàm ~ nitri; utut enim additum ſit ♁, tamen de vitriolo nihil prodit. Hinc tantum præſtamus cum ſolo ſpiritu nitri quàm cum aqua forti: ſic ~ nitri rectificatus ſolus ſolvit ☽am inſtar ▽: ſic ſi permiſta ſunt ☉ & ☽, & affundatur mixturæ ſp. nitri, ſolvit ☽m, ☉ autem intactum relinquit; ſi autem aliquid ~ vitrioli ſpiritui nitri addatur, etiam ſimul in ☉ agit, quod ▽ ſola non præſtat.

Aqua Regis conſtat ex nitro & ☉e communi, vel Ammoniaco: nam quotiescunque ad-

Hic ~ ☉is concentratus ſolvit omnia ferè corpora mineralia & metallica, exceptis ♆e & lunâ.

E ☉e communi & ejusdém ſpiritu elegans Poterius parat artificium, quando ex capite mortuo poſt deſtillationem ~ ☉is relicto parat cryſtallos, affundendo eidem ſpiritum vini, ex uvarum racemis tempore vindemiæ collectis deſtillatum: miſturam deſtillatam fimo equino committit, & poſt hanc digeſtionem ad aliquot ♂ ☌ inſtitutam ponit in loco frigido, ubi elegantes oriuntur cryſtalli dulces, grati ſaporis, quique ſunt ſtomachicum magni momenti.

Sal montanum ſeu foſſile alio nomine vocatur ſal gemmæ, quia ſub forma gemmarum utplurimum eruitur è fodinis. De hoc notandum, quod in fodinis ſit leve, aëri verò expoſitum, inſigniter grave. Utplurimum in forma dura apparet: in Calabria verò reperitur molliuſculum, ita ut eidem variæ figuræ imprimi poſſint; & ubi ♎i exponitur, concreſcit in corpus ☉inum.

Uſus eosdem habet hoc, quos fontanum, niſi quod virtutes illius ſint efficaciores quàm hujus, unde quoque diureticum eſt egregium: quod ſi cum ſale communi beneficio ſalis gemmæ & ſalis volatilis ſuccini miſtura fiat cum aqua vinoque, potus erit admodum diureticus, quique fortiter pellit calculum, & ∴as renum & veſicæ. Aliàs quoque clyſteribus additur ad ʒj ad emollienda ſcybala indurata, quo de Foreſtus videatur.

Spiritus ſalis compoſitus paratur quoque ex ana nitri & ☉is communis aut gemmæ. Hic ~ ☉is conſtat primariò ex ſpiritu nitri, hinc particulis ~ ☉is communis: unde patet, quod ſit vera aqua regis pro ſolvendo auro. Hoc conſideratione dignum, quod ſpiritus ſalis nitri ſimplex probè rectificatus ſolvat omnia metalla, aurum verò non tangat; e contrariò ſi acuetur ſpiritus nitri cum ſale communi aut ejus ſpiritu, tunc perfectè ſolvit ☉, ☽m verò dimittit ſalvam intactamque. Tanta eſt amicitia in ſole, & ☉e minerali communi, cum reliquis verò inimicitia.

Nitrum eſt ſal mirabile ſulphureæ naturæ, conſtans ſulphure admodum volatili inflammabili. Nam originem ſuam capit in ♒ quadam pingui, ex qua excoquitur & elixiviatur: Et talem pinguiuſculam materiam pro matrice habet, quæ humectatur ab excrementis animalium, ab ♉ ſcilicet & eorum ſtercoribus. Horum enim ☉ volatile urinoſum cum copioſo ♆e imprægnatum, ſenſim ſenſimque à ☉e acido ♄æ centrali ſubigitur, alteratur & immutatur, donec hæc duo ☉ia concreſcant in unum tertium ☉ſum.

Tale nitrum ex omni terra conficere licet, ſi ſcilicet terra quædam coacervatur in cumulum, modò à ☾e & pluvia arceatur, & imprægnetur ♎ vel animalium vel humana, fiat lixivium, & poſt humiditatis evaporationem conſpectui ſe ſiſtet perfectum nitrum. Terra hæc nitroſa, ex qua ☉ elixiviari ſolet, deſtillationi per ſe ſubjecta, ſpiritum fundit acido-ſalſum ſingularis odoris, & ſpiritui ☿i admodum ſimilem, qui ſuper alcali fixum cohobatus, planè urinoſus evadit: in capite mortuo remanet ☉ quoddam fixum, quod beneficio ▽æ extrahitur. Spiritus hic volatilis urinoſus non ſolùm dependet ab excrementis animalium, quibus terræ ejusmodi ſtercorantur & imprægnantur, ſed ab ♎e quoque accedit; quia ex aliis terris, quas animalia vel horum ſtercora nunquam contigerunt, e. g. terris argillaceis, ~ volatilis urinoſus deſtillari poteſt. Sic quoque habemus nitrum efflorescens & adhærens lapidibus & muris: Nam in muris iſtis antiquis ab exhalatione ſpiritus ſeu ſalis acidi ex terra, ſal calcis vivæ, quo cum incruſtantur muri, ſenſim ſenſimque ſolvitur, alteratur & ſubigitur: ſal autem calcis vivæ participat de alcali, cui ſpiritus acidus ſe jungit exhalans è terra, & ambo uniunt ſe in ſal nitri, unde non mirum videri debet, quod Becherus nitrum præparet ex lumbricis: Et ſingularis planè modus eſt, quo Glauberus ☉ ex vegetabilibus parat per furnum preſſorium, quem videbitis in ejus ſcriptis.

Nitrum ergo eſt ☉ ſalſum, conſtans ex acido ſulphuris, & ſale alcali, invicem junctis. Hoc exinde patet: ſi recipiamus ☉ fixum, aut nitrum cum carbonibus alcaliſatum, aut ☉ ☿; & cum ſpiritu jam acido conjungatur, abit in perfectum ☉, quod totum ferè in ſpiritum acidum deſtillari poteſt, ſine aut cum pauca ☉is fixi remanentia. Sic quoque fit, ſi ☉ ♑i affundatur ~ nitri, & aliquoties cohobetur; exinde emergit verum ☉, figuram tamen ☉is communis cubicam retinens. Hoc ☉ componitur ex acido ♆eo & urinoſo ♆eo, quod ♆ eſt admodum volatile, ut cum acido ſimul in auras erumpat, adeò, ut ex ſpiritu nitri acido cum alcali quodam fixo fiat ☉ inflammabile.

Nitrum hoc, prout in medicum aut chymicum uſum vocandum eſt, neceſſariò liberandum eſt à ſale ſuo heterogeneo, quem nitri reſinatores vocant **den Schalck**/& eſt ☉ commune, quod cum urina & ſtercoribus permiſtum, poſtmodum in generatione nitri ei fuit permiſtum: Et hoc ☉ heterogeneum, reperitur & datur in illo tantum nitro, quod eruitur & invenitur in illis locis, ubi homines ſua deponunt excrementa, in aliis locis non item. Proba autem, an nitrum multum habeat de hoc ☉e heterogeneo, conſiſtit in deflagratione nitri: v. g. recipiantur carbones igniti, imponatur iis nitrum: ſi purum ſit, deflagrat nitrum,

Digitized by Google

trum, nihilque remanet; ſi verò impurum, aliquid ☉is albi & cauſtici remanet.

Uſum medicum quod concernit nitri, crudum egregium eſt medicamentum, ſi verò depuratum adhibeatur, proderit imprimis in febribus ardentibus, tam benignis quàm malignis ad ℈j, vel nitrum ♁atum ad ℈ß adhibitum: ſic in potu ordinario nitrum depuratum ab ʒß ad ʒvi in febribus continuis, & æſtuante maſſa ſanguinea commodè poterit uſurpari. Convenit quoq; in ſiti à quacunque cauſa, etiam in ſiti hydropicorum; eſt namq; diureticum optimum. Ad compeſcendam ſatyriaſin ſingulare eſt remedium, ſi crebriùs uſurpetur, Deinad hæmorrhagias quascumq;, imprimis ab *Anaſtomoſi* ortas, expertum eſt, tàm externè quàm internè adminiſtratum. Hoc tamen notari velim, quod ſtomachi & inteſtinorum tonum laxet atque debilitet.

Nitrum autem depuratur communiter cum ſulphure, & dicitur inde lapis prunellæ. Verùm hoc modo præparatus lapis prunellæ, parum aut nihil valet, utut contrarium totus mundus chymicus ſtatuat. Ratio hæc eſt; quoniam nitrum fuſum injectione ♃is deflagrat, & tunc ~nitri acidus ♃eus totus exhalat, & remanet ſal alcali, ſeu ☉ fixum: Vid. Tacchenii *Hippocrat. Chymicus. pag.* 30. & 41. Hoc ſal fixum ſe ſaturat ab acido ♃is adjecti, quod imbibit, & fit ſal ſalſum tertium.

Aliàs nitrum cum ſulphure purificatum & calcinatum ſemper amittit aliquid de viribus, idque eò magis, quò ſæpiùs cum ♃e deflagratur: & licèt nitrum fluat in △ tortura, nihil tamen exhalat; ut primum autem addatur aliquid ♃is, mox totum evaneſcit, relicto in fundo ſale tertiô. Optima omnium nitri depuratio Kesleri eſt, quæ fit per alcalia fixa: fit lixivium fortiſſimum vel ex ☉ ☿, vel ex cineribus clavellatis: coquitur in hoc ſal, ut ſolvatur: ſic alcali fixum arripit omne acidum vitioſum, omneque corroſivum & excrementitium, quod eſt in nitro: Unde poſt levem humiditatis abumptionem ſeu exhalationem excreſcit ſal in cryſtallos depuratiſſimos: vid. Tacchenii *Hippocrat. Chymicus cap.* 8.

Ex nitro cum carbonibus fixato cum aceto deſtillato, & tandem cum ſpiritu vini rectificato, ♆ foliata parari poteſt, que ſimilis eſt ♆æ foliatæ ☿i,

Inter præparata eſt ſpiritus nitri, qui deſtillatur per retortam adjecto bolo communi, vel argilla calcinata, aut ſimili materia, ne fluat; aliàs retorta diſſiliet. Hoc tamen obſervandum, quod, quo plus addatur boli vel argillæ, eò copioſior acquiratur ſpiritus: hic ~ nitri, ſi cum ☉ ☿ miſceatur, perfectum exhibet ☉, uti ſuprà dictum.

Uſus ~ nitri eſt in febribus malignis in julapiis: & ſanè hoc loco magis præſtat, quàm reliqui ~acidi minerales: convenit quoque in colica flatulenta, it. in tympanitide: nec non in nephritide & calculo. Verùm, quia nimis eſt corroſivus ſpirit⁹ nitri crudus, propterea dulcificatur: ideò miſceri ſolet ♅ vel alius ~ vegetabilis: v. g. recipiatur pars una ſpiritus nitri optimè rectificati, cum dupla vel tripla parte ſpiritus vini vel alterius; miſta deſtillentur per retortam in ∴, præcedente aliquot dierum digeſtione; ſic enim evadit temperatior, & valdè utilis in medicina. Doſis ſp. nitri dulcis eſt à ʒß ad ʒj in vehiculo appropriato. Notetur autem, quod miſturâ horum ſpirituum, ingens excitetur effervescentia, adeò, ut niſi ſenſim ſenſimque permiſceantur, interdum flamma erumpat, & vaſa rumpantur.

Huic medio innixi ſunt, qui tanquam per ſecretam encheiriſin volunt ſal volatile ex ſpiritu vini elicere: recipiunt ſcilicet ♅, & permiſcent pedetentim cum ℥j ſpiritus nitri, donec ceſſet omnis ſtrepitus & effervescentiæ impetus; tunc per retortam leniſſimo igne abſtrahitur liquor, & remanebit ☽ ſaporis aciduli, quod eſt ſal volatile ſpiritus vini, fixatum à ſpiritu acido nitri, quod ſal additione alcali fixi facilè poteſt deſtillari in ſpiritū urinoſum.

Hic ſp. nitri dulcis vocatur ſp. Anticolicus, ſi ♅ prius abſtractus ſit à chamomilla Romana, aut plantis aromaticis carminantibus, valde convenit in colicà humoroſa, bilioſa, & ſcorbutica: optimum eſt carminans vel flatus diſcutiens ad ʒj. In tympanitide & omnibus flatulentis corporis affectibus non habetur par remedium: eſtque ſingulare antipleuriticum, quam curat per ſudorem, ſi præſertim ♅ abſtrahatur à plantis antipleuriticis. Miſtus hic ~ nitri dulcis cum julepis prodeſt in angina, & omnibus febribus ardentibus & ſymptomaticis, cum partium inflammatione conjunctis; eſt enim ſudoriferus, & in pleuritide ʒj in ▽ carduibenedicti aſſumatur. Denique in nephritide, eſt expertū remedium, hauſtum cum vehiculo appropriato, pellit ☐m, exturbat ſabulū, longèq; præferendus ſpiritui nitri acido.

Aliàs nitrum & ejus ſpiritus eſt baſis omnium aquarum fortium, & regiarum. Parantur more communi ▽æ fortes ex nitri p. j. Vitrioliq; p. ij. Hæc miſta deſtillentur per retortam, & fit ▽, quæ nihil eſt aliud quàm ~ nitri; ut-ut enim additum ſit ♁, tamen de vitriolo nihil prodit. Hinc tantum præſtamus cum ſolo ſpiritu nitri quàm cum aqua forti: ſic ~ nitri rectificatus ſolus ſolvit ☽am inſtar ▽: ſic ſi permiſta ſunt ☉ & ☽, & affundatur mixturæ ſp. nitri, ſolvit ☽m, ☉ autem intactum relinquit; ſi autem aliquid ~ vitrioli ſpiritui nitri addatur, etiam ſimul in ☉ agit, quod ▽ ſola non præſtat.

Aqua Regis conſtat ex nitro & ☉e communi, vel Ammoniaco: nam quotiescunque ad-

ditur nitro ſal, ſemper evadit aqua Regis. Unde aqua regia Baſilii Valentini fit, quando deſtillantur nitri p.j ☉ ✶ ci p.j. ſilic. contuſ. vel ♁æ p.iij l. jv. unde prodit ~ nitri acutus cum ammoniaco ☽c. Vel

℞. ☽i,
☉ *ci ā p. æqv.*
ſilic. contuſ. p. iij.

Mixta deſtillentur per retortam,

Elegantiori adhuc encheiriſi præparari poteſt aqua fortis & aqua Regis, v.g.

℞ ~ ♄*li,*
cui addatur
☉ *in* ▽ *communi ſolutum.*

Hæc miſta deſtillentur in ♁. per retortam, prodit perfectus ~ nitri; cui ſi quid addatur ☉is communis, fit ℞.

Vel ℞. ~ ☽*i aut* ▽ p.*ij.*
☉*is mar. decrep. aut* ☿*æ fuſ. p. j.*

Deſtillentur per retortam ad ſiccitatē pro ℞.

Vel ℞. ☉*is comm.* ♅ ß.
ſolvatur in
▽ *ſimpl. p. ii.*
addatur
▽ ♅ ß. *M.*

Item ℞. ▽ *vel* ~ ☽*i p. iij.*
☉ *ci p. j. M.*

Item ℞. ~ ☉*is* ℥ *xvj.*
☉*i* ℥ *xx. M.*

Dixi in ▽ forti nihil ſupereſſe de vitriolo, idque ex mente Glauberi: aſt hoc tamen certum eſt, quod ~ nitri particulas metallicas Veneris ſecū rapiat; ſi enim ▽æ forti bullienti immittas cultrum, tunc mox rubedinem contrahit; quia particulæ acidæ & exhalantes ex ▽ forti corrodunt ferrum. Unde pannorum tinctoribus ſpiritus nitri ſimplex nihil prodeſt, ſed ſaltem ▽, & quidē ex æ̃a nitri & vitrioli tantùm parata: ut taceam, diverſa vitrioli genera diverſam quoque ▽ operationem conciliare pro pannis tingendis. Quod ſi tamen ▽ deſideretur purior meliorque, addatur loco vitrioli alumen, quod talibus partib⁹ metallicis planè caret. Aqua fortis dicata eſt ſolutioni ☽æ, econtra aqua Regis dicata eſt ſolutioni ☉is.

Caput mortuum ♆ ex ana ♁ & ☽ conſtat ex acido vitrioli & alcali nitri, quod calcinatum, inq; ▽ communi elixiviatum dat ſal album ex inſipido amareſcens, quod vocatur omnium rectiſſimè nitrum vitriolatum. Hac in miſtura alcali nitri arripit acidū vitrioli, ♆at metallum, ſimul aggreditur partem vitrioli metallicam, & extrahit de ſulphure ejus fixo, & ſic coagulatur in ☉☉ſum tertium: unde notum eſt, quod hoc ☽♁latum, vel, ut aliàs quoq; appellatur, arcanum duplicatum Mynſichtii *in Armament. Chym. pag.* 10 habeat ſplendam virtutem anodynam ſeu ſomniferam in vigiliis diuturnis aliiſque affectibus.

Uſus nitri vitriolati eſt optimus in omnibus affectibus chronicis, in quartana aliisq; febribus intermittentibus ardentibus, malo hypochondriaco, ſcorbuto; lymphæq; vitia corrigit. Datur ante paroxyſmum ad ☽j, & eſt egregium ſtomachicum; unde quòque fuit baſis pulveris ſtomachi D. D. Michaelis: ſic in menſib⁹ ſuppreſſis miſceantur grana vj. myrrhæ, & feliciter ſuccedit operatio. In ſpecie in affectibus melancholicis, in mania, &c. ſi propinetur cum camphora, non exiguum dabit cōmodum. Præterea quoq; quia ſomnū inducit ratione ♃is, è corpore metallico vitrioli eliciti, in his maximopere conducit affectibus. Vocatur ☉ antifebrile, quia in febribus extirpandis optimum eſt, tam loco digeſtivi in diebus intermiſſionis, quàm horâ proximâ ante paroxyſmum ad ☽j propinatum.

Notum omnibus eſt communiſſimum illud Chymicorum dicterium: ſolve & coagula; quo encheiriſes totius artis Chymicæ innuuntur, imò ipſius lapidis Philoſophici compoſitio intelligitur, quæ per frequentes coagulationes, & elixiviationes peragitur.

Solutiones, peraguntur liquore quodam, qui vulgò dicitur menſtruum, quæ alio nomine claves dicuntur, quia iis mediantibus recluduntur corpora, & ex iis eſſentia optimaque pars elicitur. Cum menſtruo fit extractio & ſolutio, quæ differunt inter ſe ut magis & minus. Nam in ſolutione totum concretum maximè in ſua minima reſolvitur, in extractione verò non totum, ſed nobilior ejus tantùm pars, nunc ♃ea, nunc ſalina, nunc utraque ſimul, extrahitur, reliquis intactis relictis: v.g. lixivium cum ☉, aloën ſolvit in ſua mini-

ma; ▽ verò ſimplex ejus tantùm partem mucilaginoſam extrahit.

Menſtrua ſunt duplicia; vel univerſalia, vel particularia.

Univerſale menſtruum, alcaheſt aliàs vocatum, dicitur id, quod omnia corpora indiſcriminatim in prima ſua principia, absque corroſione viriumque ſuarum attritione & perditione, ſolvit. Particulare verò eſt, quod quædam ſaltem ſibi proportionata corpora ſolvere poteſt; imò ſæpiùs partem tantùm aliquam eorum ſolvit aut extrahit, quorum menſtruorum operationē multùm promovet △. Nam ab igne particulæ menſtrui agitatæ, inque motum concitatæ fortiùs ſe in corpus ſolvendum inſinuant illudque reſolvunt; unde digeſtionum in facilitandis ſolutionibus apparet utilitas.

Particularia menſtrua varia ſunt, unum tamen potentius altero, v.g. acetum deſtillatum probè rectificatum, eſt fortius acero ſimplici; aceto deſtillato fortior eſt ~ vitrioli; cui potentior ~ ♁. Dictum eſt, menſtrua particularia eſſe varia: non enim omne corpus ſolvitur à menſtruo quolibet; quia recipitur certa proportio inter menſtrua ſolventia & ſubjectum ſolvendum; ita tamen, ut hæ duo in radice con-

Digitized by Google

conveniant; aliàs nunquam hæc ſuccedet operatio. Ratio convenientiæ in radice eſt, quod reperiatur proportio quædam inter particulas menſtrui ſolventis & poros ſubjecti ſolvendi, ita ut ſibi invicem reſpondeant, ſeq; invicem inſinuent & uniant, quod tamen in particularibus menſtruis tantùm locum habet, v.g. ſaccharum in ▽ ſolvi poteſt quàm promptiſſimè; nunquam verò ſuccedit cum ☿; Ratio hæc eſt, quia ſaccharum eſt naturæ ſalinæ; jam verò, quod naturæ ſalinæ eſt, facilè ſe conjungit cum aquoſis: econtrà ☿, utut ſit longè penetrantior & volatilior, ſi ſit rectificatus non ſolvit ſaccharum; quia eſt naturæ ♃æ, quæ repugnat ſalium conformationi. Item contingit tale in extractionibus; v.g. jalappa ſi infundatur in ▽m ſimplicẽ, nunquam ejus virtus purgans extrahetur, econtrà ſi infundatur cum ſpiritu vini, citiùs in leni calore extrahitur ℞ rubicunda, quia virtus purgatrix reſidet in parte jalappæ reſinoſa, quæ menſtruum requirit ♃ eum ſeu oleoſum.

Non aliter ſeſe res habet in regno minerali; Mercurius cum ☉e ſe promptiſſimè unit, qui tamen cum aliis metallis, e.g. Marte, aut non aut difficulter conjungitur. Ratio videtur hæc ſubeſſe, quod aurum in ſe foveat Mercurium puriſſimum; unde Mercurius vivus propter proportionem & conformationem texturæ utrorum facilè ſe cum Mercurio ☉is combinat ac unit, Martis verò corpus, quod multum obtinet ſalis & minimum Mercurii (unde etiam tàm difficulter liquatur) difficulter ingreditur.

Menſtrua hæc in triplici differentia ſunt: ſcil. aut aquea, aut ſulphurea ſeu oleoſa, aut denique ſalina.

Aquea menſtrua dicuntur omnes liquores, ſubſtantiæ omnis ſalinæ atque ♃eæ expertes, hincque inodori atque inſipidi. Inter hæc ſe offert

Aqua, quæ imprimis convenit ſolvendis aut extrahendis ſalibus, v.g. tartaro, alumini, vitriolo, &c. & aquoſis aut mucilaginoſis. Quando autem Williſius *de Ferm. c.* 9. dicit: "Aquam communem tenuiora quoque ☿æ "corpuſcula recipere & complecti, non niſi "ratione ſalis terreis aut metallicis particulis conjuncti contingit, quod v.g. in ☿i vel vitrioli ſolutione obſervatur, ex qua per ☿ationẽ particulæ hæ terreæ fundum petunt. Deinde aqua conducit pro ſolvendis & extrahendis vegetabilibus quibuscunq;, modo non ſint reſinoſa: unde hujus beneficio parantur decocta & infuſa, item ℞æ vegetabilium felicius extrahuntur, imprimis ſi aqua centaurii minoris cum ſale tartari, ſive illud ſit ſimplex lixiviale, ſeu ejus cremor, jungatur. Hoc modo extrahuntur & corriguntur quoq; purgantia, quorum vis in mucilaginoſa, non verò in reſinoſa parte conſiſtit, v.g. ſenna, rhabarbarum, &c. Ulterius ſimplex uſurpatur pro extractione animalium, imprimis accedente coctura; hinc fiunt omnia juſcula animalium, eorumq; partium, & gelatinæ; hinc inſtituitur calcinatio Philoſophica ſine igne cornuũ & oſſium.

Ros majalis, qui turget ſale volatili nitroſo, deſtillatus dat phlegma ſalinũ, quod eſt egregium menſtruũ pro extrahendis eſſentiis aut extractis vegetabilium præparandis, & præfertur non rarò ipſi ☿, cujus caliditas & inflammabile ♃ multis eſt ſuſpectum; imò Ros majalis ritè præparatus ☉ ſolvit, elegantemque ejus extrahit eſſentiam; hinc ex ſale roris majalis deducenda eſt virtus vegetans vegetabilia.

Aqua Martia, imprægnata eſt copioſiſſimis virtutibus ſeminalibus plantarum, aliarumq; rerum terreſtrium, præterea quoq; acuata eſt copioſo ſale volatili, exhalante è rebus terreſtribus, & imprimis ex vegetabilibus propter vim progerminativam. Hæcce deſtillata dat menſtruum elegans pro extrahendis virtutibus vegetabilium: Unde ſunt, qui ex aqua Martia volunt parare menſtruum univerſale: Id quod in ſpecie tentavit Burrhus, qui non tantùm menſtruum univerſale, ſed etiam lapidem Philoſophicum voluit præparare ex ea, quod ſit imprægnata influxu aſtrali, & fæta ſpiritu mundi univerſali ſeu Mercurio Philoſophorum. Sed res non proceſſit, quia accepit loco menſtrui univerſalis menſtruum ☾oſum, quo potuit ſolvere ☉em.

Nix dicitur quibusdam inſervire pro menſtruo, quod tamen non facilè conceſſerim. Error exinde eſt, quia putatur, in ſe continere ſal nitroſum, de quo tamen non pauci dubitant. Contrarium quidam exhibere volunt, dum ex nive parare ſtudent ſulphur, & quoddam oleum, ſed paucum, quod curioſum ſatis: *Vid.* Bartholin. *Centur.* 3. *Ep.* 99. *p.* 628.

Et quidem menſtrua dicta aquoſa rorem majalem, ▽m pluvialem & nivalem, plures particulas activas, quam ▽m ſimplicem continere, confirmat Helmontius, qui rorem dulci ſaccharo divitem, ſe per ignem edoctum eſſe dicit; cujusque commentator, Grembs, ▽m pluvialem deſtillatam nullis ſeculis putreſcere, teſtatur, eò quod ex æquore vaporetenus aliquid ſalis continuò adſcendat, & in primam æquè materiam convertatur. Huc ſpectant obſervationes & experimenta quæ Thomas Henshavv, Eques Anglus, circa rorem majalem tentavit, & Societati Regiæ Anglicanæ communicavit: Nempe aquam hanc nec calore ℔, nec radiorum ☉arium, putrefieri, ſed potiùs ab iisdem incorruptam præſervari, & magis magisque clareſcere; in loco verò umbroſo de ſe ipſo corrumpi. Imò ejus putrefacti roris magnam quantitatem evaporatam, notabilem portionem ☿æ cinereæ reliquiſſe, quæ in ☾ vitrea igne

Digitized by Google

vehemente mox colliquefacta ſit in maſſam ſimilem illi, quæ ex ſale & ♄e colliquatis apparet, & ♁m fontanam purpureo colore tinxit; ejusdemque ♆æ ♄i j. repetitis calcinationib⁹ & ſolutionibus ℥ i j. ☉is demum albi exhibuerint: *Vid. Actor. Angl. Ann.* 1665. *p.* 24. & *Ephemer. Erudit. T.* 2. *p.* 148. *ſeq.*

Inter menſtrua ♄ea & oleoſa, eminet ♅, extrahens ℞s ♄eas & oleoſas. Huc quoque faciunt ~ vegetabilium ardentes, ♄ei dicti, item ℥a deſtillata, quæ ſunt nihil aliud, quàm ☉ia volatilia, beneficio pinguis acidi concentrata, & hæc quoque ſolvunt ♄ea. Huc etiam ſpectant aromata, quæ conſtant ☉e volatili oleoſo ſeu ♄eo, quæ promptiſſimè ſe uniunt cum menſtruo ♄eo. Huc trahuntur reſinæ, ut ſuccinum, benzoë, &c. quæ ſuas exhibent cum ♅ rectificato ℞s. Quandoque & metallorum ſulphura aggreditur ſpiritus vini rectificatus: hac tamen cum conditione, ut hæc prius per aliud menſtruum fortius (acetum deſtillatum nempe) fuerint optimè corroſa, & particulæ metallicæ intimè per calcinationem fuerint ſeparatæ. Olea deſtillata, ut ℥ terebinthinæ, baccarum juniperi, aniſi, &c. non ſolùm ſolvunt ſulphur commune, (id quod apparet in præparatione balſami ♄is,) ſed etiam ♄ antimonii; cujus ſubſtantia admodum eſt ♄ea. Sic cum oleo deſtillato aniſi ex ſulphure antimonii fit ſolutio elegans in balſamum antimoniale: itidem cũ oleo deſtillato aniſi ex nitro tentant quidã extrahere ſulphur volatile: *Vid.* Glauberus.

Pertinent huc & terebinthina & vitellum ovi, quæ loco menſtruorum interdum inſerviunt: & quidem illa ſolvit gummata, e.g. hederæ, myrrham, opoponacem, galbanum, &c. quæ ab aliis per ☩ ſolvuntur: *Vid.* Zwelfferus: Vitellum ovi ſolvit terebinthinam, e.g. ut cum aqua pro potiunculis & clyſteribus miſceri poſſit; item reſinam jalappæ, & balſamum Peruvianum.

Succedunt demum menſtrua ſalina, tàm acida quàm urinoſa, & ex his mixta ſeu ſalſa; ſed diverſi generis, pro diverſis regnis. Ex regno vegetabili uſurpatur menſtrui loco ſucc⁹ citri, berberum, cydoniorum, &c. item omnia ☩a ex ſuccis iſtis per fermentationem parata, ut & ſp. acidi lignorum. Hæc menſtrua acida ex regno vegetabili ſunt temperata, ac non tàm corroſiva, ac mineralia, quare utplurimùm ad ſubjecta poroſiora adhibentur; v. g. ad lapillos cancrorum, corallia, conchas, teſtas, item ad Martem: Horum enim poroſitas facilè admittit menſtruorum vegetabilium introitum, taliaque facilè à ſimilibus ſolvuntur.

Hæc menſtrua acida, quando ſolvunt ejusmodi poroſa alcalia corpora, plerumque excitari ſolet effervescentia; quia in hiſce alcali latet occultum volatile.

Acetum deſtillatum primatum obtinet inter menſtrua vegetabilia; adeò enim operatur, ut & metalla (calcinatione tamen prius reſerata paulum) ſolvat. Sic ex vitro antimonii cum aceto deſtillato fit tinctura antimonii: ſic acetum deſtillatum ſolvit Saturnum ſeu minium in ſal ſaccharinum: ſimiliter Martem in crocum convertit utiliſſimum: idem acetum deſtillatum Venerem transmutat in æruginem, ex qua prodit ~ æruginis ſeu viridis æris, ſecretum Zwelfferi, ⊕ namque paratur, quando laminæ Veneris miſcentur cum vinaceis in loco calido; ſic enim fit, ut vinacea fermentando eructent ſpiritum acidum, qui Veneris laminas corrodit in æruginem. Hæc ærugo cum ſpiritu tartari deſtillatur in ſpiritum acidum egregiè penetrantem, qui longè potentior, quàm alius quispiam. Aliô modô hic ~ deſtillatur ex cryſtallis ⊕; modum videbitis apud Zwelfferum. Hoc de ſpiritu ⊕ notandum, quod agat in ſolvendo ſine reactione, cùm tamen econtrà alia menſtrua ſolvendo ſuam amittant virtutem, ita planè, ut poſſit ſæpiùs pro tali ſolutione adhiberi idem ſpiritus.

Ex regno minerali deſumuntur menſtrua ſalina acida, qualia ſunt: Aqua fortis, aqua regia, ſp. ☉is, nitri, ♄is, vitrioli, &c. quæ ſunt menſtrua corroſiviſſima, corpora compactiſſima ſolventia, in ſpecie ☉em & ☽m, aliaque, pro diverſitate ſolvendorum. Hoc autem conſiderandum, quod aqua fortis, licet etiam ſit corroſiviſſima, nihilominus tamen non omnia ſolvat metalla, propter diverſitatem texturæ: Aurum non ſolvit, niſi addatur ſal commune vel ☉ Amoniacum. Stannum non ſolvitur aceto deſtillato in ſaccharum vel ☉ Joviale, niſi priùs probè ſit calcinatum; econtrà citiſſimè Mars diſſolvitur. Hæc enim menſtrua ſunt corroſiviſſima, quia duriſſima corpora reſolvunt.

Ex regno animali menſtruum acidum præbent formicæ, quarum ~, quoad aciditatem, cum ſpiritu ⊕ convenit; quia cum his ſaccharo ♄ ni parato, priſtinâ ſuâ aciditate abſtrahitur; ☩ econtrà aciditatem ſuam planè immutat.

Jam quæritur: an dentur menſtrua inſipida? ſunt qui negant, inter quos reperitur B. Rolfinccius, Billichius & Angelus Sala. Aſt affirmativa ſententia verior eſt, experientiâ munita: Nam corroſivitas, qua talis, non ſolvit corpora; ſed eatenus, quatenus in menſtruo ſunt particulæ pungentes, quæ ſeſe inſinuant in poros ſubjecti ſolvendi: Jam quid repugnat, cur non adſit talis figura particularum in menſtruis inſipidis, quæ eâdem corpora ſolvenda penetrare poſſit? Mercutius vivus guſtu teſte eſt inſipidus; attamen ſolvit ☉em: Oleum commune ſolvit Martem, ſolvit quoque ☽m ſi ☽ diu-

Digitized by Google

☽ diutiùs in eo contineatur; eſt tamen ferè inſipidum. Laurembergius per experientiam affirmat in Aphorismis, ſe vidiſſe menſtruum inſipidum, in quo ☉ liquefactum fuerit, inſtar nivis à ☉e.

Quod attinet menſtrua ſalina urinoſa, horum duæ obſervantur ſpecies, fixa & volatilia. Inter fixa ſunt lixivia fortia ex cineribus clavellatis, ♁ ☿, &c. Quibus accedit lixivium ♆ æ; quæ omnia ſolvunt ſulphurea, imò & ipſa eliciunt metallorum ♃a: ut taceam de ſolutione ♃is communis in præparatione lactis ſeu magiſterii ♃is, pro qua lixivium ♁ ♀ convenientiſſimum eſt. Hoc autem præſtant, quia in radice conveniunt cum ♃eis; ſalia enim fixa (ex quibus utplurimùm lixivia conflantur) fiunt demum in calcinatione corporum ex ſale volatili, & ex acido, quæ duo abeunt in ♁ tertium ♁ſum; unde propter hoc ♃eum principium reliqua ſolvunt quoque ſubjecta ♃ea: *Vid.* Helmontius *Complex. atque Mixt. Element. Figment.* item *Blas Human.* quam ſententiam etiam defendit Polemannus *de ♃e Philoſoph. cap.* 2. Sic lixivium calcis vivæ ſolvit antimonium in ſulphur antimoniale: lixivium ſalis tartari ſolvit ſulphur crudum.

Verùm non tantum in mineralia, ſed etiam vegetabilia & animalia, menſtrua alcalium agunt, quando v. g. decoctis & infuſis ♁☿ additur, & ☉ fixum ungulam alcis, quæ aliis menſtruis vix cedit, omnium optimè ſolvit.

Non infrequentia quoque ſunt menſtrua urinoſa volatilia, ſeu ſpiritus urinoſi ex animalium partibus & excrementis producti, quæ varia ſulphurea & fixiora quodammodo poſſunt elicere. Sic ex ſpiritu urinæ, ♁ ✳ci, &c. fit menſtruum pro tinctura Veneris & Solis: ſic ſp. vini, acuatus cum ſale volatili urinoſo, dat egregium menſtruum, tàm pro vegetabilium quàm mineralium partib⁹ ♃eis eliciendis: ſic ex ♃e aut floreb⁹ ſulphuris cum ſpiritu cornu cervi, vel deſtillatione cum ſale Ammoniaco ♆ & ♃:, ℞ elicitur. Huc pertinent alii ~ vegetabiles, naturæ ſulphureæ, ut ~ juniperi, terebinthinæ, qui ipſum ♃ antimonii extrahere poteſt.

Jam videamus paucis, an detur menſtruum univerſale, quod omnia corpora ſolvere poſſit? Multi negant, & præprimis Rolfinccius *in Chymiæ l.* 2. *c.* 4. Conringius *de Hermet. Medic. l.* 2. *c.* 8. & Morhoff. *de Transmutat. metallorum*, qui neminem vidiſſe ſcribit, qui talem liquorem omnia ſolventem aſſeverare potuerit: quamvis non pauci ſint, qui ipſum lapidem Philoſophorum viderint. Qui tamen in ſubliminiori Chymia verſati ſunt, affirmant. Primus omnium hoc affirmavit Paracelſus, quemque ſecutus eſt Helmontius, Starckey, Bortichius *in Vindic. contra Conring. l.* 2. *c.* 6. Ludovicus *de Comitib. de liquore alcaheſt*, Beccherus *Phyſicæ ſubterran. l.* 1. *ſect.* 3. *c.* 4. & alii. Hoc menſtruum univerſale hi laudati Autores vocabulo technico vocant alcaheſt. Derivatio hujus eſt incerta: Sunt qui ab alcali deducunt, quaſi ex alcalibus præparandum ſit menſtruum univerſale: Alii volunt, quod dicatur Algeiſt. Sed utut ſit, alcaheſt Helmontio eſt liquor, qui ſolvit omne corpus indiviſibile uſque ad imam craſin ſeminalem, ob id quoque vocatur ▽ gehennæ. Et de alcaheſt vulgare ſonat proverbium illud Chymicorum: Vulgus concremat per ignem, nos per aquam. Ita alcaheſticum menſtruum hujus eſt virtutis, ut licèt ſolvat omnia corpora; tamen agat ſine reactione, & ſeparari vel mille vicibus poſſit à ſolutis ſine facta ſui debilitatione: unde corpora ſolvit ſine κράσεως ſeminalis deſtructione; operatur namq; per ſolam penetrantiam, imò ſummo artificio tandem omnia corpora in aquam elementarem convertit. Sed utut omnia diſſolvat corpora, à Mercutio tamen abſtractus eum figit, ut mallei vehementiam ſuſtineat. Liquoris hujus alcaheſtici fiendi modus penè omnes latuit hactenus; propiùs tamen acceſſit Starckius inſignis Chymicus, qui tanquam poſſeſſor hujus docet, eſſe corpus ſalinum apparens in duabus formis, eſſe corpus neque volatile, neq; fixum totum, ſed utrumq; eſſe unum radicaliter, & in eſſentia, ſed apparere deſtinatum in duas diverſitates.

Clarior eſt Beccherus, qui dicit, eſſe corpus ♁mum, & ex Mercuriali terrâ, tertio metallorum principio, conſtans, quam ☿m Mercurialem in ♁e communi reperiri dicit: Ridendus interim eſt Glauberus, qui ex nitro voluit componere menſtruum univerſale: Qui non habet verum alcaheſt, dicat volatiliſare ſal tartari fixum, & habebit ſuccedaneum liquoris alcaheſt, ſeu menſtrui univerſalis. Volatiliſationis hujus modi dantur varii: Alii volatiliſant ſal tartari cum ſpiritu vini rectificatiſſimo; alii cum aceto deſtillato & ſpiritu vini; alii per aërem. Vid. Zwelfferus & alii.

Proportio menſtrui pro diſſolutione aut extractione, utut adeò accuratè determinari non poſſit, communiter tamen requiritur quadruplum, ſextuplum & octuplum, pro ratione ſubjecti ſolvendi aut extrahendi.

Poſt ſolutionem peractam fit ſeparatio corporis ſoluti, & dicitur præcipitatio, quæ eſt frequentiſſimus chymicæ ſecretionis modus, & opponitur ſolutioni. Nam ſolutio eſt abſorptio & imbibitio ſubjecti ſolvendi facta à menſtruo ſolvente. Præcipitatio autem ſeparatio particularum ſolutarum ſeu corporis ſoluti ex menſtruo ſolvente; hinc ſolutio anteà clara turbatur, ac tandem id, quod ſeparatum eſt, vel ſub pulveris forma ad fundum vaſis ſecedere cogitur, vel in liquore fluctuat.

Ratio

Digitized by Google

Ratio eſt duplex: Primo, ≋atio fit propter porulorum ſeu ſpatiolorum in menſtruo ſolvente repletionem ac anguſtiam, ut particulas contentas non ampliùs poſſint retinere: ſecundò, propter gravitatem particularum ſolutarum, quatenus ipſæ particulæ contentæ ineptæ redduntur, quæ in liquore pendere aut contineri queant. Utriusque modi ſunt exempla ſequentia: Fiat ſolutio jalappæ aut vegetabilis cujusdam cum ſpiritu vini; hæc extractio præcipitatur cum aqua communi, quia affuſa ▽ ſe inſinuat in poros ♆, quibus anguſtatis extruduntur particulæ reſinoſæ à ♆ ſolutæ, & ≋antur ad fundum. Sic ex benzoë cum ſpiritu vini Tinctura fit non inelegans, quæ egregium eſt pectorale: Hæc tinctura ſi miſceatur cum aqua communi aut ▽ roſarum, fit liquor lacteus, quatenus aquoſæ particulæ ſe promptè uniunt cum ♆, ut ex iſta impletione porulorum ♆ particulæ contentæ præcipitentur ad fundum. Solvatur ☉ in aqua regis, & addatur ☿, mox ad fundum præcipitabit aurum; quia ☿ ſe conjungit cum particulis auri, & ambo propter pondus nimium ad fundum ſecedunt: Aut ſi inſtillatur ♁ ☿, ☉ ≋tatur ad fundum, quia ♁☿ adhæret particulis acidis cum auro, quod ſaturatum tantum pondus acquirit, ut non ampliùs poſſit contineri: ſic ♁is ≋tat ☽ & Venerem, cum ſpiritu nitri vel aqua fortì ſolutã, quatenus ♁is cum ſpiritu nitri ſe conjungit, ut hic particulas metallicas continere non poſſit.

Præterea præcipitatio eſt vel ſpontanea vel violenta: Spontanea eſt, quando ſuâ ſponte ſecedunt particulæ ſolutæ ex menſtruo. Sic ſi ſolvantur perlæ vel corallia in ſucco citri, ſolutio eſt clara; poſtmodum fit ſeceſſio ſpontanea partium ſolutarum ad fundum: Violenta fit, quando ſolutioni additur tertium quid. Exemplo ſit magiſterium nephriticum, quod fit ex ſpeciebus nephriticis, quæ ſolvuntur in ſpiritu ſalis compoſitò; quæ ſolutio, accedente tertio, vitrioli ſpiritu, violento modo ≋atur ad fundum: quibus accenſenda omnia magiſteria officinalia; item aurum fulminans; ♃ antimonii ☉atum; magiſterium antimonii diaphoretici, quod poſt hujus edulcoratione ex ſolutione nitri ♂ati ≋atur; lac ♃is, &c.

Præcipitatio porrò eſt vel totalis, vel partialis. Totalis eſt, quando particulæ ſeparatæ totaliter cum impetu ≋antur ad fundum: Partialis quando particulæ ſolutæ non ſeparantur ad fundum, ſed tantummodò aliquantisper ex poris menſtrui extruduntur. Sic ſi ⊡æ inſpergatur parum ſalis, tunc partes ſalinas ⊡ extrudit particulariter tantùm; item ſi ſolutioni radicis jalappæ aut ſcammonii cum ♆ affundatur aliquantulum ▽æ ſimplicis, tunc tinctura rubra anteà perſpicua ſubitò palleſcit & albeſcit, nec reſina ≋atur in fundum; ſin verò ſufficiens quantitas affundatur, reſina eorum fundum petit.

Ut notior fiat & clarior doctrina ≋ationis, notum eſt, quod lac per omnia acida ac auſtera, e.g. acetum vel alumen, præcipitetur; quia hæc omnia vim habent craſſum lactis corpus coagulandi, unde anguſtantur ſeri lactis pori & agglomerantur, unde perfectam in lacte caſei faciunt ſeparationem. Hinc omnia alcalia lacti permiſta impediunt ejus congrumeſcentiam; ratio eſt, quia alcalia attenuant lacteum humorem craſſiorem, unde pori dilatati non permittunt, ut fiat ſui coagulatio. Sæpè fit, ut ℞æ & eſſentiæ quædam vegetabilium in loco calido eleganter perſpicuæ ſint & coloratæ, ut primùm exponuntur aëri frigido, fiant turbidæ & opacæ: Ratio hæc eſt, quia calor attenuat poros menſtrui, ut perfectè abſorberet particulas ſoluti corporis in ſe; in frigore ſubit adſtrictio poros menſtrui, quibus adſtrictis, particulæ ſolutæ aliquantisper extruduntur, unde hoc modo fit ≋atio particularum. Sic, e.g. urina, quando ab ♑e frigidiore condenſatur, propter adſtrictos poros turbatur, & contenta ſua, per minima antea juncta, dimittit; blando autem calori iterum expoſita, eadem mox commiſcentur, & ⊡ iterum clareſcit.

Omnes ſolutiones factæ cum acidis, per alcalia præcipitantur; econtrà ſolutiones inſtitutæ per alcalia, præcipitantur acidis. Solvatur ☉ in ℞, ſi inſtilletur ♎ ♀ per deliquium, exinde præcipitatur non ſine ſtrepitu in pulverem gryſeum, qui dicitur aurum fulminans. Sic ſulphur ☉atum antimonii ſolutum per alcalia, ſcilicet per lixivium ♁☿ præcipitatur cum ſpiritu vitrioli vel aliis quibusvis; ſic ♃ ſolutum cum lixivio ♁☿ præcipitatur cum acidis, hinc ⚸ lacteſcens in fundo ſubſidet, qui dicitur lac ſulphuris. Et hac ratione, utut rarò fiant magiſteria ex vegetabilibus, quæ primùm à Mynſichthio & Zwelffero in medium prolata ſunt: ſic fit magiſterium abſinthii, ſcordii, petroſelini, rutæ, &c. ſcilicet:

℞. *Abſinthii, ſcordii*, &c. qu. v.

Coquatur in *lixiv. c. alcali, l. ciner. clavellat. l.* ♁☿ impræguato: Colaturæ filtratæ inſpergatur ☽ pulveriſatum, aut ſolutio aluminis cum aqua facta, & ſic præcipitantur partes ſolutæ ad fundum, vegetabilis colorem præ ſe ferentes.

Hoc etiam modo præparatur Lacca Florentina, quæ nil aliud eſt, quàm ſolutio granorum chermes in lixivio, cum alumine præcipitata & edulcorata. Ratio præcipitationis eſt, quia acidum aluminis ſe conjungit cum alcali lixivii, undè neceſſariò partes vegetabilis ſolutæ præcipitantur. Verùm hîc obſervandum, quod in hac præcipitatione

cum

Digitized by Google

cum alumine ſimul præcipitetur ejus terra fixa : quia omne alumen ex ſulphure acido & terra petroſa conſtat, unde talia magiſteria ſemper fiunt compoſita. Ratio autem, cur alcalia præcipitent acida? & contrà, eſt, quia hæc ſalia mutuam ſui exoptant unionem, unde factâ eorum combinatione, neceſſariò partes ſolutæ vel pondere dilabuntur, vel vi præcipitantur. Ex hoc fundamento fit atramentum, & omnes ℞æ artificum, v. g. ſi ſolutioni vitrioli claræ addatur decoctum gallarum clarum, itidem miſta dabunt liquorem atrum imperſpicuum ; quia alcali volatile gallarum abſorpſit & ſe conjunxit cum acido vitrioli, unde ♁ ex ſe dimittit partes ſuas metallicas Veneris & Martis, hinc talis turbidus liquor : Sic ſi permiſceatur ſpiritus vitrioli cum ſpiritu ſanguinis humani, exinde fit miſtura viridis ; quia alcali volatile in ſpiritu ſanguinis humani acidum vitrioli abſorpſit, & præcipitat particulas mineræ Veneris, quæ extruſæ dant colorem viridem: Porrò ſolvatur ☽a in ▽ forti aut ſpiritu nitri rectificato, huic immittantur laminæ Veneris, apparebit, quod menſtruum aggrediatur Venus, & dimittat ex ſe lunam, ☽que ita inſtar pulveris albi ad fundum præcipitatur, & ▽ intereà ſolvit Venerem, Venerisque ſe impræegnat particulis : Quod ſi huic ▽æ forti ſolutionis Veneris immittas bacillum ferreum Veneris, ſolutum iterum inſtar pulveris ad fundum præcipitatur, & ▽ intereà ſolvit Martem : Quod ſi huic Martis ſolutioni affundatur zincum, vel aliud corpus metallicum terreſtrius calcinatum, tunc mox ▽ arripiet & hoc corpus, & ♂ ≍abitur ad fundum ſub forma pulveris.

Cæterùm præter hoc, quod acida præcipitent alcalia, & vice verſâ alcalia præcipitent acida, etiam acida præcipitant acida; nempe fortia acida præcipitant debilia : e. g. ſolvantur corallia in aceto deſtillato, ſolutio præcipitabitur per ♌ ♃is : ſolvantur lapilli cancrorum in ſpiritu nitri, hæc ſolutio præcipitabitur per ſpiritum vitrioli. Ratio hæc eſt, quia fortiora acida ſe inſinuant in poros phlegmatis, & hos replent, & adoriuntur particulas terreas corroſas, ſicque cùm iis conjunguntur; unde fit, ut non tantùm fiant particulæ graviores, ſed & pori fiant anguſtiores, unde neceſſariò inſequitur præcipitatio.

Hac ratione dictum eſt fieri magiſteria ex omnibus tribus regnis. Notandum tamen eſt de animalium partibus, quod ab oſſibus & cornubus prius gelatina extrahatur, tàm per calcinationem actualem, quàm quod meliùs, vaporoſam ſeu Philoſophicam dictam. Verùm talia magiſteria nihil aut parum valent, quia ita ſimplicium craſes per ſolutionem acrioris menſtrui omninò deſtruuntur, & ipſa fiunt calces inſolubiles, quia utroq; ☉e ſunt ſaturata, hincq; nullius operationis. Hinc meritò talia magiſteria rejicit Glauberus *P. 2. Furnorum cap. 9. p. 54.* & vocat magiſteria combuſta ; quia neque Gelatina ex iis elici, nec ſal volatile aut ☁ ex iis deſtillari poteſt. Defendere quidem vult magiſteria Schroeckius contra Zwelfferum, allegando C. C. uſtum & ☉ ☿, omnibus particulis gelatinoſis & volatilibus orbata, quæ tamen nihilominus vim medicamentoſam poſſideant. Sed diſtinguendum eſt inter ſalia fixa, & C. C. uſtum, tanquam terreum, nondum ab acido ſaturata, & inter magiſteria à menſtruo ſolvente & præcipitante ſaturata: C. C. enim uſtum, & ſalia fixa, licèt particulis volatilioribus careant, tamen deſtruendo acidum in corpore multùm valent. Ideò præparata ſanè his præferenda magiſteriis, quia illis ſemper particulæ acidæ menſtrui corroſivi adhærent, & centies licèt eadem magiſteria eluerentur, eæ tamen non ſeparabuntur : Et probatur harum acidarum partium præſentia, quia magiſteria poſt edulcorationem ſemper ponderoſiora ipſo nudo ſimplici ante corroſionem ; unde eſt, quod talia magiſteria à nullo ampliùs menſtruo, neque ▽ forti neque ℞, denuò ſolvantur, nulloque igne calcinentur.

Ex modernis Zwelfferus introduxit magiſteria ſolubilia, ita dicta, quod in quocunque liquore ſolvantur. Parat eadem ſine ≍ atione, per ſolius ☁ viridis æris affuſionem, ejusque abſtractionem & edulcorationem. Hæc magiſteria præſtant vulgaribus illis, quia ſunt blanda planè acida, quibus deſtructa ſunt ſolvenda, quamvis & hæc non parum deſtructa. Nec vegetabilium magiſteria omni uſu medico carent, cùm eorum ſubjecta non deſtructa, ſed tantùm ☿ aluminis ≍antis, acidum abſorbens, admixta ſit ; unde etiam Zwelfferus feculis eadem præfert.

Hæ ſunt ≍ationes artificiales & mechanicæ; ad quas ultimo pertinent præcipitata impropriè dicta, quæ nullo menſtruo ≍ante fundum petunt, ſed meræ calces ſunt. Accedamus nunc ad naturales.

Videmus, quod in fermentatione feces ad fundum ſecedant ex liquore fermentante: id quod fit, quando v. g. in muſto, vino, cereviſia, &c. ſalia concurrentia intimiùs particulas terreas extrudunt, vel elabi ſinunt ad fundum, qualis ſeparatio fecum conſiſtit in ≍ atione beneficio fermentationis. Quod ſi fiat, ut impediatur fermentatio, vel propter prædominans acidum, aut corporis heterogenei admiſtionem, mox oboritur præcipitatio ; unde cereviſiæ acidæ factæ ≍antur per cretam, ♆am, alia-

Digitized by Google

aliaque ; ſic ſeparatur omne acidum, & ſimul cum creta ad fundum ſecedit: Cereviſia nova fermentans addito alumine ceſſat ab omni fermentatione, ita, ut mox potari poſſit: Vinum ex tartaro ſuperfluo interdum aceſcit, quod ♒atur à putaminibus ovorum, propter acidum ponderoſum: Sic vini fermentatio læſa corrigitur per additionem fixorum alcalium, v. g. pumicis uſti, aut per lixivia aliarum calcium, quoniam hæc alcalia recipiunt acidum in ſui amplexum; & ſecedunt unà fundum verſus.

Præcipitationem talem ſi non planè eandem, attamẽ probabiliter æqualem reperimus in corpore humano: id quod in febrib⁹ ardentibus imprimis apparet, ubi maſſa ſanguinea inquinata ſcoriis heterogeneis, easdem per modum præcipitationis foràs eliminat. Hoc videntes, ſolemus afflictæ maſſæ ſanguineæ auxilio eſſe medicamentis ♒antibus, quæ heterogenea ex maſſa ſanguinea ſeparata vel per ☉m, vel per ſudorem, vel per alvum excludant.

A tali præcipitatione dependent ſigna coctionis urinæ & pulſ9. Nam ☉æ in incremento morbi claræ in ſtatu multum habebunt ſedimentum; quoniam verò ebullitio fit in maſſa ſanguinea ab alcali volatili ſeu ſale volatili oleoſo in febribus ardentibus, adhibenda ſunt acida: econtrà ubi p. n. fermentata maſſa ſanguinea ab acido præternaturali, uti in febrib⁹ intermittentibus contingit, uſurpanda ſunt alcalia, quæ acidum ex maſſa ſanguinea abſorptum ſeparant. Hæc ſunt propriè dicta ♒antia. Impropriè præcipitantia ſunt, quæ vim habent acores vitioſos invertendi; quia ab his φλόγωσις & variæ in partibus variis ebullitiones oriuntur: Unde falſò hæc dicuntur ♒antia, potiùs abſorbentia aut figentia dicenda; qualia ſunt Martialia omnia, quæ tantùm abſorbent acida in hypochondriacis & ſcorbuticis, non verò propriè ♒tant: ſic creta in ſoda ♒are dicitur, cùm tamen figat acidum vitioſè effervеſcens in ventriculo: ſic dens apri in pleuritide dicitur ♒are, cùm tamen corrigat maſſam ſanguineam, abſorbendo ejus præternaturale acidum.

Calcinatio eſt corporis compacti in minutiſſimas ſui partes corroſio & diſſolutio, qua metalla aut mineralia in calces, & vegetabilia in cineres rediguntur, aut ſaltem corpus friabile redditur. Differunt tamen calcinatio & incineratio, ut genus & ſpecies: ita ut omnis incineratio ſit calcinatio, ſed non vice versâ: ex cineribus enim mediante aqua elixiviantur ſalia fixa, non autem ex calcibus metallicis & animalibus. Omnis autem calcinatio fit vel igne actuali, vel potentiali. Calcinatio igne potentiali fit plerumque per liquores acidos aut menſtrua acida, & ſuccedit duplici modô: Aut enim igne potentiali tantùm ſuffumigantur calcinanda; aut eidem, ſcilicet menſtruo acido, immerguntur. Exemplum calcinationis igne potentiali per ſuffumigationem exhibet præparatio illa in vulgus nota ceruſſæ: ſic animalium oſſa & cornua veſicæ alembico ſuſpenſa per vaporem ▽æ ſimplicis aut appropriatæ ebullientis ſuffumigantur, donec molleſcant, & exſiccata pulveriſari poſſint, quod vocant calcinationem ſine igne, aut philoſophicam. Pertinet hûc ea ſuffumigatio, quæ fit vapore ſicco Mercurii & ♃is, quando ſcilicet Mercurius aut ♃ cucurbitæ aut crucibulo immittitur, hujus autem ſuperiori parti ♑æ, Veneris, atque Martis lamina applicatur, ut per Mercurii aut ſulphuris fumum friabile fiat; quâ ratione etiam ☉ cum Saturno calcinari ſolet.

Porrò immerſiva calcinatio eſt vel in via humida, vel in via ſicca. Calcinatio immerſiva in via humida dicitur corroſio, & fit quando calcinandæ res immittuntur in menſtruum ſolvens ſeu calcinans: v. g. ſi ♀ immittitur in ſpiritum nitri, ſalis, &c. aut ♄ in ♌, uſque dum corroſum fuerit; hinc vel decantatione, vel evaporatione, vel præcipitatione calx in fundo apparet, & hæc calcinatio eſt immerſiva: ſic oſſa & cornua animalium philoſophicè calcinando loco vaporationis in aqua communi coquuntur ad molitiem, ut ſcindi, & exſiccata pulveriſari poſſint. Quò etiam pertinet calcinatio per illinitionem, quando e. g. oleum aut ♏ vitrioli vel ſulphuris, laminæ vel bacillo ferreo illinitur pro croco Martis. In via ſicca contingit amalgamatio, ſeu corroſio metallorum per Mercurium, quod fit, quando duplum Mercurii in crucibulo caleſcit, donec fumare incipiat, cui ſolis, lunæ, Jovis aut Saturni laminæ tenuiores intenſè caleſactæ immittuntur, ſimulque tamdiu agitantur, donec ambo in maſſam quaſi unctuoſam & manu tractabilem abeant, amalgama dictam, quo metallum in minima redigitur. Ut autem à Mercurio iterum ſeparetur, aquæ frigidæ injicitur, & per corium Mercurius exprimitur, in quo metallum ſubtiliſſimum remanet, quod à reliquis Mercurii particulis per evaporationem, vel per ſe vel cum duplo ſulphuris, liberandum. Sequitur calcinatio ea, quando fit S. S. S. cum re calcinanda, & dicitur propriè cementatio ſeu ſtratificatio, locumque imprimis habet in metallis calcinandis, quæ in lamellas diducuntur, & cum ſalinis pulveribus, vel in forma ſicca, vel cum aceto, ☉ &c. in pultem redactis, viciſſim locatur miſtura hæc in pyxide terrea

Digitized by

terrea vel cementatoria, aut in crucibulo committitur igni fortiſſimo, ut ſalia reſoluta emittant ſuos ~ acidos, qui rodunt additum metallum. Et hæc cementatio quoque in auro per cornu cervi, ☽æ per Mercurium ſublimatum, Martis per ♁ & ♆am, aliisque metallis adhibetur. Huc pertinet Calcinatio detonatoria, Granulatoria, & extinctio; Detonatio eſt, quando mineralia, e. g. antimonium, vel pro præparatione croci metallorum, reguli antimonii, & antimonii diaphoretici, cum nitro, tartaro, &c. corbiculo per vices committitur, ut ſulphur ſuperfluum partim avolet, partim mineralia ab additis figantur: Granulatoria calcinatio in quibusdam metallis locum habet, quando e. g. pro croco Martis parando laminis Martis probè ignitis magdaleones ſulphuris admoventur, donec Mars à flamma inſtar ceræ liqueſcat, & in aquam frigidam ſuppoſitam ſub granulorum friabilium forma decidat, quæ lævigando in crocum Martis extinguuntur: Extinctoria eſt, quando e. g. corallia, cryſtallus, ſilices, aliique lapides calcinandi aliquoties igniuntur, & in liquore quodam extinguuntur, donec friabilia fiant.

Fuit hactenus facta calcinatio igne potentiali in via ſicca per ſalinos ☿res: ſequitur calcinatio igne actuali, quæ dicitur calcinatio κατ' ἐξοχὴν vel ignitio, quâ flammâ carbonum vel liquorum res comburitur: in qua notandum, quod △ in primo principio non ſit nimius, ſed ſucceſſivè augeatur, ne particulæ volatiliores nimis avolent, ſed cum aliis colliqueſcant & figantur, ut in alcalibus fixis patet; nec materia calcinanda colliqueſcat, & calcinatio impediatur, quod v. g. in vitro antimonii, & vitrioli calcinatione contingit. Pertinet huc calcinatio reverberii, qua corallia, aliaque ſimilia ita calcinantur; ut flamma illa undique ambiat vel lambat. Huc quoque ſpectat calcinatio per radios ſolares, mediante ſpeculo uſtorio concentratos, qualis calcinatio à Bartholeto *de Reſpirat.* Cœlica & Phyſica, à quibusdam magica, dicitur, & quibusdam pro calcinatione antimonii in uſu eſt, ut in Poppii, *Baſil. Antimon.* & Feburi *Chymia* patet. Item huc ſpectat decrepitatio ſalis communis, de qua ſuo loco dixi.

Vitriolum per calcinationem quandam in ♀æ viſceribus ſequenti modo generatur: Minera Veneris vel Martis corroditur à ſpiritu acido ♁is, qui cum eadem coagulatur, & ita concreſcit in corpus unum, quod dicitur vitriolum. Propriè vox vitrioli ſpectat vel ad Martem, vel ad Venerem: nihilominus tamen alia metalla ab acido diverſo ſoluta, impropriè & abuſivè dicuntur vitriolum: e. g. Saccharum Saturni dicitur quibusdam ♁ Saturni: ſic cryſtalli ☽æ optimè purgantes dicuntur nonnullis ♁ ☽æ & ſimiles aliæ coagulationes; ſed abuſivè.

Si igitur minera Veneris corroſa ſit, oritur ♁ colore cœruleo; ſi Martis, elegans virideſcens acquiritur ♇; ſi utraque de minera conſtet ♇, participat quoque de duobus coloribus.

Aliàs Cyprinum maximè eſt cœruleum; Ungaricum itidem, quia de Venere participat; Romanum viride apparet, quia de Marte participat: ſic quoque viride eſt Goslarienſe, quod ex Marte potiſſimùm conſtat. Generationem vitrioli nativi egregiè illuſtrat artificialis productio vitrioli, nativo per omnia ſimilis, v. g. recipitur ſpiritus ſulphuris vel vitrioli, miſcetur & diluitur cum aqua, additurque Mars vel Venus, unde ~ acidus ♁is corrodit adjectum Martem vel Venerem: factâ hâc calcinatione corroſiva, materia hæc calcinata evaporet poſt filtrationem, & in loco frigido concreſcunt cryſtalli vitrioli Martis vel Veneris. Hoc vitriolum artificiale adeò eſt ſimile naturali in omnibus ferè; ut ovum ovo non ſit ſimilius, præferendum eſt illi, quod cum ſpiritu vitrioli conficitur.

Alio modo, & quidem elegantiori, & magis utili, componitur vitriolum artificiale, ſi recipiantur laminæ Martis vel Veneris, & fiat S. S. S. cum pulvere ♁is; quæ permiſta in crucibulo committantur igni, ut cementando fiat calcinatio; nam in igne, dum inflammatur ♁ ſtratificatum, prodit ~ acidus, qui corrodit ſubſtantiam vel Martis vel Veneris: Facta hâc calcinatione miſtura hæc committitur ▽æ ſimplici, quæ tunc virideſcit, ſi ♂ corroſus; ſi ♀, cæruleſcit: Hâc poſt filtrationem evaporatâ ad juſtam quantitatem in fundo concreſcunt cryſtalli egregiæ. Hoc vitriolum artificiale idem eſt cum nativo, eundem habet uſum, eosdemque dat effectus ſeu producta, quæ dat vitriolum nativum. Nam ſi recipiatur vel artificiale vel naturale, præmiſſis præmittendis deſtilletur, acquiritur primò phlegma inſipidum, ſecundò acidus ~ ſimillimus ſpiritui ſulphuris communi: Remanens caput mortuum cum borrace calcinatum, verum dat ⊖ Martis aut Veneris; unde rectè dicunt Chymici quidam: quod vitriolum conſtet ex minera metallica, in ſpecie Martis vel Veneris corroſâ à ſpiritu ſulphuris acido: *Vid.* Angelus Sala *in Anatom.* Vitrioli, ex quo Kircherus fideliſſimè omnia ferè exſcripſit,

Digitized by Google

quæ de vitriolo habet, ſuppreſſo veri autoris nomine.

Vitriolum nativum reperitur in ♒, vel ſub forma vitrioli, vel ſub forma lapidis ♀ei, pyritis dicti. Lapis hic pyrites participat de Marte vel Venere, & ſimul de ♀e, ex quo Goslarienſis ſuum conficiunt ⊕ hoc modô: Contunditur hic lapis, calcinatur, & calcinatus ita ♎i exponitur: Hoc dum fit, vel ſponte efflorescit ⊕, vel cum ▽ elixiviatur. Fundamentum hujus præparationis hoc eſt: dum lapides hi de Marte vel Venere participantes calcinantur cum ♀e, ſub △ vehementia ♀ inflammatum prodit ſuum ſpiritum acidum, qui aggreditur ſibi adjunctum metallum, idque corrodit; undè, dum poſtmodum ♎i exponuntur, ♎is humiditates ſenſim ſenſimque inſinuant ſe, cumque acido ♀is ſe conjungunt, hoc reſolvunt, & ita ſenſim in ⊕ abit. Pyrites hic, ſi per deſcenſum deſtilletur, magnam ♀is quantitatem fundit; ex remanentia verò demum ⊕ elicitur, ob rationem jam dictam.

Vitriolum aliàs rarò reperitur purum ſeu ſimplex, ſubinde tamen Cyprinum & Ungaricum ſua gaudent ſimplicitate: Romanum verò & Salzburgicum utplurimùm mixtæ ſunt naturæ. Jam ut pro uſu medico habeamus purum vitriolum, interdum cum Venere vel Marte conjunctum ita ſolent ſeparare. Solvitur nempe hoc diverſæ naturæ ⊕ in ▽ ſimplici, & dum ſuper ignem ebullit hæc ſolutionis ▽, eidem intruduntur bacilli ferrei; ſic enim Venus ♒atur ad fundum, quoniam acidum in vitriolo aggreditur Martem, & relinquit Venerem, & ſic oritur purum ⊕ Martis.

Hæc manu nos quaſi ducunt ad cognitionem acidularum naturalium. Hæ autem nihil aliud ſunt, quàm minera Martis à ſpiritu acido ♀is embryonati reſoluta: Fiunt enim hæ, uti quibusdam accuratioribus naturæ ſcrutatoribus obſervare licuit, quando ♒qua, quæ cryptas & meatus terræ tranſit, imprægnatur à ſpiritu quodam ſalino, ſeu uti loqui amat Paracelſus, & cum eo Helmontius, quando modò dicta ▽ imprægnatur à ſpiritu acido eſurino ſulphuris embryonati. Hæc aqua ita prægnans, quando fluit per venas metallicas, imprimis ferreas, redditur acida ſeu parum amaricans; ſi verò à minera Veneris imprægnata, ſaporem communicat nauſeoſum. Confirmat hæc omnia propriâ experientiâ Rochas, ſcriptor Gallicus, *Tr. Chymico*, qui ſanè curioſus fuit in indagandis aquis mineralibus. Hic, ut perveniret in perfectiorem ▽arum ſubterranearum ſeu acidularum cognitionem, videns aliquam ▽m acidam, fodit ♒in, donec ad ejus originem perveniret, reperitque, quod ▽ ♁ina ſubacidâ, quæ in tranſitu ſuo permeat per venam Martis aut Veneris, lambat illam, corrodat & abſorbeat, & ſic ſub exortu ▽m medicatam præſtet. Ex quibus virtutes acidularum patent: nam ratione ſpir. acidi ſulphuris embryonati hæ ſub varia præparatione variè in ſuas vertuntur texturas atque naturas, ſunt ſaporis penetrantis, inciſivi, reſolutivi, egregieque diureticæ; ratione venæ Martis corroſæ vim habent ſalia ſylveſtria in corpore aberrantia, acida, auſtera, aut alio modo corpori nociva corrigendi, inque viis primis ſtabulantia abſorbendi, imprimis in hypochondriacis & ſcorbuticis, & ſimilibus affectibus: Nam ſimul atque potantur acidulæ, accurrunt ad terreſtrem venam Martialem in acidulis exiſtentem ♁ia vitioſa corporis, cum ea ſe uniunt, abſorbentur, perque alvum redduntur. Excrementa autem nigra rejiciuntur propter ♒atam venam Martialem cum ♁ibus ſylveſtribus.

Porrò acidularum aciditates penetrant venas meſenterii, omnesque meatus reſerant, abſtergunt, corpuſque univerſum purificant: Hinc in morbis chronicis conducunt, in ſcorbuto, malo hypochondriaco, ictero nigro, in quibus deficiunt vires, & ubi ad acidulas, tanquam ad ſacram anchoram, confugimus.

Potandi ratio requirit, ut gradatim adſcendamus, & fiat progreſſus à parva doſi ad mediam, tandem ad maximam. Saltem obſervandum:

1. Quod acidulæ ſtomachum validum requirant; aliàs deſtruendo ſtomachi tonum, nocent magis.
2. Ratione ⊕laceæ naturæ nocent iis, qui metuunt phthiſin: unde tales continuato uſu acidularum hydropici moriuntur.

Dixi, quod ſp. acidus acidularum rodat mineram Martis, quam abſorbet, & præcipitantur ambo ad fundum in pulverem ſeu terram nigram, & hoc contingit ſemper, ubi acidulæ in vaſe diu in loco continentur. Hæc materia ſubſidens nihil eſt aliud, quàm minera Martis, quæ abſorpſit acidum, & ♒atur ad fundum, ac ſuperſtes inſipida exiſtit. Hoc quoque notandum, ne acidulæ ex loco naturali transmittantur in alienum: Ratio ex ſuperioribus patet.

Et hæc de acidulis nativis. Ubi deficiunt hæ; artificiales ſubſtitui poſſunt. Harum variæ præparationes ſunt, omnium tamen fundamentum eſt ♂. Quidam extinguunt Martem ignitum in vino Rhenano, & propinant in cachexia virginum: Alii recipiunt limaturam Martis, eamq; miſcent cum aceto deſtil-

Digitized by Google

deſtillato hydromelitis, cui admiſcent parum vitrioli, & diluunt cum ſufficienti quantitate aquæ, adhibentque in morbis chronicis. Elegantiores longè ſunt, quæ fiunt ex phlegmate vitrioli acidulo, ſeu ex deſtillato vitriolo tamdiu, donec aceſcere incipiunt guttæ: hoc phlegma affunditur limaturæ Martis, & propinatur cum ſucceſſu. Optimus modus eſt, quo cryſtallos vitrioli Martis in proprio phlegmate diluunt cum vino, & fiunt acidulæ egregiæ. Uſus obtinuit, ut Clyſſus, ex antimonii & nitri anatica proportione cum dimidia parte ♃is deſtillatus, nomine acidularum veniat: ſed nihil eſt, cum minera *Martis* deficiat. In febribus autem morbisque acutis, refrigerii eſt inſtar, & ☲ans medicamentum; pro quo ſcopo etiam cum clyſſo conficiuntur ℞æ vegetabilium, coloris ſanè perelegantis. Tinctura nephritica Ammelungii nihil eſt aliud quàm clyſſus quidam ſecundùm ſe, cujus his eſt modus:

℞. ♁ *ii.*
♋ *i*
Silic. ☉*ar. à qu. v.*

Pulveriſentur omnia debito modo: Poſtmodum recipiatur nitrum, ſolvatur in ▽æ tepidæ calidæ q. ſ. ſolutum addatur prioribus ſpeciebus, ut fiat miſtura in forma craſſa, reponatur in cella per aliquot ſeptimanas, poſt deſtilletur per retortam tubulatam; unde acquiritur ~ urinoſo ⊖inus, qui ſanè egregium præſtat commodum in calculo.

Sed ut ad vitrioli præparata redeam, vitriolum deſtillando ſuggerit.

1. ex MB phlegma tenue inſipidum, aliàs ros vitrioli dictum, mediante quo materialiter concurrente cryſtalliſatio vitrioli fit.
2. Cucurbita hæc igni ♋æ vel aperto commiſſa dat phlegma acidulum copioſius, quod tamdiu colligendum, donec nullæ guttæ amplius ſtillent.
3. Dum vitriolum cinerei & flavi coloris in cucurbita relictum pulveriſatur, & retortæ immittitur, aucto igne erumpunt nebulæ, quæ in phlegmate proprio coagulatæ conſtituunt ſpiritum.
4. Poſt oritur oleum vitrioli nigricans, & ſic finitur deſtillatio.

Neceſſaria eſt vitrioli calcinatio ante deſtillationem: vitriolum enim colliqueſcens ſub phlegmatis deſtillatione ſpiritum nullum fundit, & retortam rumpere facit, quod notandum contra Brendelium *in Chimia pag.* 27. Non opus eſt, ut vitriolo pro fluore coercendo, uti in deſtillatione ſpiritum ⊖is, nitri, &c. corpus aliquod terreum addatur; cùm ▽æ metallicæ tantum contineat, quantum ſcopo huic ſufficit, & ſemel calcinatum & pulveriſatum colliqueſcere nequit.

Oleum & ſpiritus vitrioli non differunt, niſi ratione majoris & minoris aciditatis. Nam oleum vitrioli, ultimâ vi ignis deſtillatum, rapit particulas metallicas ſecum, unde craſſities ejus & coloris obſcuritas. Spiritus enim vitrioli miſtus eſt copioſiori phlegmati, unde aciditas ejus imbecillior eſt præ aciditate olei vitrioli, quia magis concentratum habet acidum; unde etiam rigoroſiori △ examine opus habet. Hoc probatur exinde, ſi rectificatur fortiter & accuratè ~ vitrioli, ita ut leniſſimo igne phlegma evocetur omne, tunc remanet ſpiritus ejusdem actimoniæ ac conſiſtentiæ, ac eſt ♁ vitrioli, ſi verò oleo vitrioli corroſivo infundantur partes ▽æ ſimplicis, & deſtilletur rectificando, ſicut ſpiritus vitrioli, tunc ♁ vitrioli ſub forma ſpiritus prodibit. Optimè rectificantur in capella vacua; non quidem ut ſeparetur phlegma, ſed partes metallicæ, quas ſub △ tortura ſecum vehit. Quo minus ♁ de ſubſtantia habet metallica, quale eſt Anglicum & Hungaricum, eò major copia ſpiritus acquiritur; unde ſi vitriolum depuretur, & ~ copioſior deſideretur, à ☲ ochrea priùs liberetur.

Caput mortuum vitrioli eſt nigrum ſubinde, interdum fuſcum; quandoque apparet nigrum, & tunc omni privatum eſt ſale, ubi verò eſt fuſci coloris, tum ſale adhuc turget. Ex capite mortuo ſoluto in aqua communi elicitur ⊖, quod eſt acidum, cum aliqua mineræ parte conjunctum. Iſtud caput mortuum vitrioli, ex quo elixiviatum eſt ⊖ fixum, dicitur ♃ vitrioli dulcis, eſtque nihil aliud, quàm Crocus Martis adſtrictivus, ſeu eſt pars reſidua mineræ metallicæ poſt ſeparationem ~ ♃is, à cujus corroſione tranſmutatum fuit metallum in vitriolo; ſeparatô verò hoc ſpiritu, remanet minera à ſpiritu corroſa.

Caput mortuum vitrioli prunei coloris, ut & nitri, ſpiritibus ſuis per deſtillationem orbatum, ſi exponatur ♎i libero, ita tamen, ut neque à pluvia, neque à radiis ☉aribus alteretur, poſt aliquot tempus novo eodemque penetrantiore, imprægnatur ſpiritu; hoc tamen fit certo tempore, menſibus ſcilicet vernalibus & autumnalibus; in æſtate & hyeme nil attrahit.

Jam quæritur: an ~ ille in capite mortuo vitrioli denuò ex ♎e attractus, ſit unus idemque cum ſpiritu vitrioli? an verò materialiter alius & novus ex ♎ regeneratus? Reſp. utraque ſententia habet ſuos patronos. Certum eſt, quod ſpiritus vitrioli regeneratus quodammodo ad naturam nitroſam

Digitized by Google

inclinet: nam ſi perfectè extrahatur omnis ☁ ex capite mortuo nihil ex ♎e attrahet ☁, quamvis per plures annos ipſi expoſitum eſſet: Conf. Williſius *de affect. Hypochondr. contra Highmorum pag.* 67. Mediâ nos incedimus viâ, dicentes, quod ſpiritus vitrioli regeneratus ſit omninò acidum quoddam, quod latuit in capite mortuo, & hoc ☿ ſimul ex ♎e attrahit acidum nitroſum, unde Spiritus regeneratus evadit ex his duobus tertius quaſi, qui eſt naturæ intermediæ inter ſpiritum vitrioli & ſpiritum nitri. Nam metallica quoque, eaque valdè multiplicativa, effluvia per atmoſphæram fluctuare, & ab iisdem certa corpora imprægnari, diverſis obſervationibus comprobari poſſet. Sic Petrus Alcinus *in Chronico Miſnenſi Miner. Tit.* 16. item Matthelius *Sarept. Conc.* 3. referunt, Bismuthi venam effoſſam, quæ ne granulum argenti continebat, ♎ari per aliquot annos relicta ſæpiùs nobilioris hujus metalli notabilem quantitatem coctoribus exhibuiſſe: In Anglia quodam jugo Mentictheo obſervatur antiqua quædam Molybdæna, in qua ante ſeculum omne Saturnus excoctum atque extractum, quæque ſcoriarum nomine rejecta fuit, hæc temporis tractu novo ab incurſu ♎is plumbo imprægnata conſpicitur, hocque in igne copioſiùs dimittit: huc quoque facit experimentum Digbæi, quod Borrichio retulit de ♎ Arcevienſi, quæ ♎ eri liberiori ſaltem commiſſa, & ▽ pluviali per aliquot Menſis irrorata, diverſa mineralia & metalla producit; ſicut idem ab aliis tentatum & deprehenſum fuiſſe idem Borrichius de ortu & progreſſu Chymiæ *pag.* 149. & 150. teſtatur. Illuſtrat regenerationes hujus Spiritus vitrioli ♎ei minera Martis ☉aris, ſive Haſſiaca ſive Thuringica, quæ ♎i per aliquod tempus expoſita ♎e quodam vitriolico circum circa non ſaltem obducitur, ſed poſt longiorem temporis tractum tota ferè in vitriolum reſolvitur; quod vitriolum, poſtquam cum aqua fuerit ſolutum & inſpiſſatum, & deſtillationi commiſſum, ♉ relinquit, quod nihil aliud eſt, quàm crocus Martis, & in verum Martem liquari poteſt. Sicut igitur omne illud Vitriolum, quod ex minera Martis ☾ari per ▽am elicitur, ab ♎e ſubſtantialiter & corporaliter non attrahitur, ſed maximam potiùs illius partem in minera hac jam dum materialiter, licet nondum ſub forma vitrioli, latuit, quæ per ♎is nitroſi acceſſum in vitriolum reſolvitur, quatenus ♃is latentis acidum ab ♎e extraverſum & commorum in Martialem hujus mineræ ſubſtantiam agit, & eam pari modo, ac aliàs in vitrioli, tàm naturalis quàm artificialis, præparatione fieri ſolet, in vitriolum rodit; ita & ſpiritus vitrioli regeneratus à capite mortuo materialiter ex ♎e non attrahitur, ſed acidum vitrioli in capite mortuo adhuc latens à nitro ♎eo reſolvitur, quod ☿ metallicum in novum vitriolum quaſi rodit, aut novo ſpiritu imprægnat. Ex minera enim Martis ☾aris aëri nondum expoſita, ſub △ tortura ♃ copioſiſſimum ♎atur, quæ ♃e ſuo hoc modo privata in nullum amplius vitriolum reſolvitur, licet per multos annos aëri exponatur. Aërem autem acidum ſuum nitroſum ad ♎ hujus regenerationem ſimul contribuere, regeneratio nitri illuſtrat, quod in alcali nitri fixo, omni ſpiritu acido per deſtillationem exhauſto, aëri per proportionatum tempus expoſito, regeneratur: imò ☉is aut nitri aërei acceſſum concurrere, comprobare videtur tritura illa ☾is Langelotti per molam Philoſophicam, ſub qua per hoc ſimili modo, ac per ♀, ☉ aliàs ſplendidiſſimum in pulverem fuſco-ſubnigrum corroditur: Vid. Langelotti *Epiſt. ad Naturæ curioſos, in M. A. N. C. Ann.* 3. *Obſervat.* 59.

Sed jam reliqua vitrioli præparata conſiderationi quoque noſtræ ſubjiciemus, cùm & Paracelſus ex vitriolo quartam partem Pharmacevtices conſtituerit, utut eorum non imitemur phantaſiam, qui ipſum lapidem Philoſophorum ex vitriolo eruere laborant, decepti verſiculo illo vulgari: *viſitabis interiora terræ, rectificando invenies optatum lapidem veram medicinam*; horum literæ initiales exhibent vocabulum Vitrioli, qui tamen verſus longè alio ſenſu interpretandus eſt.

Vitriolum autem, dum igne examinamus, afferre primo phlegma, hinc ſpiritum cum oleo, ſupra dictum. Quod attinet phlegma vitrioli, hoc, utut vulgò rejiciatur, elegans tamen & perutilis in eo latitat medicina; turget enim ſulphure vitrioli Martis non ineleganti: unde etiam ſaporem acidulum poſſidet, & interno uſu adhibitum, gratum eſt refrigerium in æſtu viſcerum, maſſamque ſanguineam rorulentâ ſuâ ♃eitate egregiè refocillat, unde externè in doloribus & ardoribus capitis inſtar epithematis fronti admotum, valdè confert, cùm omnes dolores mitiget. Phlegma hoc cohobatum aliquoties à vitriolo, & per digeſtionem exaltatum, optimum prædicatur remedium in phthiſi & tabe, è corruptione viſcerum enata, in ſpecie in vomica pulmonum, quo in affectu cum ſucceſſu uſurpat Helmontius junior; quin & omnes inflammationes viſcerum, & inde ortos abſceſſus, potenter tollit.

Per-

Digitized by Google

Pertinet hûc aqua cœleſtis Baſilii Valentini, quam in teſtamento nobis reliquit, quæ nihil eſt aliud, quàm phlegma vitrioli ♃eum, ſeparatum à ſpiritu vitrioli cum ſale tartari, quod utut tanquam inutile ſubinde rejiciatur, in modò enarratis affectibus tamen laudata eſt medicina.

Quod ſpectat ſpiritum & oleum vitrioli, præter varios uſus in chymia in ☲atione ☿ii maximi uſus eſt. In Medicina optatum edit effectum in affectibus ſtomachicis, ſi in vehiculo appropriato ad aliquot guttulas exhibeatur, imprimis ſi immiſceatur tribus vel quatuor partibus elixyris proprietatis vel menthæ, in ἀπεψίᾳ, ἀνορξίᾳ, aliisque affectibus. Paracelſus dicit, quod ♒ vitrioli Veneris adeò roboret ſtomachum, ut ferrum ſtruthiocameli inſtar concoquere poſſit. Hoc, utut ſapiat hyperbolem, verum tamen eſt, quod non ſit contemnendum remedium in febribus ardentibus, quo julapia, potusque ordinarii, acidulentur. Præprimis vi ſuâ adſtrictoriâ viſcera corroborat & firmat, renum ſordes abſtergit, & ſabulum nephriticum eliminat, teſte Panarollo, aliisque Practicis. Præſtat tamen pro uſu hoc, ſi coaguletur, à quodam alcali; omne enim alcali abſorbet acidum, & abeunt ſimul ambo in ſalſum tertium diureticum; unde propter hanc vim diureticam magis convenit ♒ vitrioli coagulatus. Intereà tamen, ut ſuprà quoque dixi de acidulis, pulmonibus nocet, propter aciditatem & liquamen metallicum Veneris vel Martis, pulmonibus inimiciſſimum. Dentibus porrò nocet; hoc enim habet vitri, ut affrictus cum unguentis dentibus, emittat ex ſe mineras corroſas, quæ ☲atæ dentes nigredine afficiunt, unde loco ſpiritus vitrioli hoc in caſu eligatur ſpiritus ♁is. Teſtibus inimicus quoque obſervatus eſt; virilitatem enim extinguit: unde crebrò ejus uſu maſculi emaſculantur, inſigniterque debilitantur teſtes.

Dixi, quod ſpiritus vitrioli ſecum gerat particulas metallicas, quas ſecum abripuit per retortam. Hoc exinde patet, quod niſi exactè rectificetur, utut primitus ſit egregiè clarus, ſi ad tempus ſteterit, flaveſcat, & terræ ochræ inſtar ad fundum dimittat materiam, quæ nihil aliud eſt, quàm pars vitrioli metallica deſtillata. Hæc tamen arctè infixa cohærent ſpiritui atque oleo vitrioli, ut vix ac ne vix quidem eadem ſeparetur, & tamen ſi huic ſpiritui inſtilletur ſpiritus ☉æ vel ſanguinis humani, protinus in colore viridi apparet, propter ☲tatas particulas metallicas ♀eas.

Spiritus è vitriolo eliciti differunt, prout vel ex vitriolo Martis vel Veneris ortum trahunt. Sic quidam, ut acquirant ſpiritum vitrioli hermaphroditicum: recipiunt vitriolum Martis & Veneris artificiale, deſtillant, & acquirunt ſpiritum duplicis naturæ, qui vulgò commendatur in affectibus mulierum: unde ab Hartmanno ad præparationem Elixyris uterini Crollii adhibetur. Hic tamen ♒ hermaphroditicus non multùm differt à ſpiritu vitrioli vulgari, cùm ♁ vulgare rarò ſit ſimplex, ſed utplurimùm participet de Marte & Venere.

Spiritus, ☌, & phlegma ſimul concurrunt in unum recipiens tempore deſtillationis, quæ ſolent vulgò à ſe invicem ſeparari & rectificari. Hanc autem ſeparationem & rectificationem ſpiritus ab oleo & phlegmate non vult approbare Zweifferus, quia cum phlegmate vitrioli dum ſeparatur, ſimul adſcendit ſpiritus vitrioli volatilis ♃eus; quô ablatô, relictus ſpiritus vitrioli nobiliori parte defraudatus eſt.

Spiritus vitrioli vulgaris propter corroſivam ſuam vim quibusdam ſuſpectus eſt, unde allaborant, ut eum dulcificent, id quod volunt quidam præſtare per ie; ſed res eſt difficilis. Quod verò ſit prorſus impoſſibile, vix credendum; nam digeſtiones & cohobationes mutando corporum texturas multùm valent in alterandis corporum qualitatibus; unde digerendo & cohobando in tantum ſpiritus vitrioli immutatio fit, ſed res eſt multi laboris. Vulgò palliativè dulcificant ſpiritum vitrioli cum ♅ digerendo & cohobando: alii hoc præſtant imbuendo caput mortuum proprio ſpiritu, & iterum deſtillando, quod caput mortuum abſorbet exactiſſimè ſpiritum affuſum, & poſtmodùm phlegma ſaltem, non verò ſpiritum recipiunt, cùm hic, ceu dixi, fortiter in capite mortuo concentretur: Alii recipiunt Martem & ☉m humanam, & ſuper hæc deſtillant ſpiritum vitrioli; ſed hæc operatio eſt deceptoria; nam Mars in deſtillatione abſorbet ſpiritum acidum erumpentem, ☉ verò mutat eum in ♁ſedinem; unde phlegma ♁ſum acidum acquirunt. Aliàs certum eſt, quod, quando ſpiritus vitrioli ex vitriolo Martis artificiali paratur, habeat aliquam dulcedinem; ſapor enim adſtrictorius eſt à Marte nativo, nauſeoſus verò à Venere in ſpiritu vitrioli dependens utplurimùm obſervatur.

Pertinet huc ſpiritus aperitivus Penotti, de quo vid. Schroederus *in pharmacop. pag.* 489. Paratur ex vitriolo calcinato cum ſilicibus calcinatis, & quarta parte ☿i ad albe-

Digitized by Google

albedinem calcinati, mista, in cellam reponuntur fermentationis causa, postmodum rigoroso igne urgentur, destillanturque, quæ dant paucum spiritum acidulum, rectificando acuendum. Hic spiritus Penotti mitior est spiritu vitrioli, quia propter admistionem tartari & silicum acor vitrioli destruitur nimius, & est nihil aliud, quàm ~ vitrioli, sed qui propter additum tartarum fit ex se debilis, nisi abstractione phlegmatis roboretur.

Spiritus vitrioli vulgaris minus arridet sublimioribus Chymicis, qui conantur eundem volatilisare. Hic spiritus vitrioli volatilis vulgò commendatur à Paracelso ad curam epilepsiæ, multisque laudum encomiis ab eo, suppresso licèt laborandi modo, extollitur, diciturque **der 9. mahl von seinem** capite mortuo **übergetrieben ist.** Hic ~ non est non ens, cujus notæ sunt; ut

1. Facili igne elevetur in altum, & striatim, ut ♀, per alembicum adscendat.
2. Cùm ~ vitrioli vulgaris non sit admodum ♃eus, naresque non adeo feriat, hic ~ vitrioli volatilis adeo penetrantissimus est, naresque non sine gravi molestia afficit, quare propter suam volatilitatem à multis anxiè desideratur, ejus tamen præparationes tot sunt, quot capita.

Attamen, qui cupit eum præparare, has sequentes observet encheirises:

1. Paretur è vitriolo non calcinato: nam in calcinatione nobilior ejus pars cum phlegmate avolat.
2. Ignis non nimis sit vehemens, ne ~ vulgaris fixus prodeat, qui spiritum volatilem figit.
3. In præparatione dum calent vasa, removendum est receptaculum, aliàs ~ volatilis reintrat in ♉, figitur ibidem, & nihil postmodum acquiritur.
4. Non omittenda est digestio, cum semel expulsus cum phlegmate proprio aliquandiu sit digerendus, & à capite mortuo cohobandus, quia volatilisatur magis, idque tamdiu, donec tandem per vasa altissima destilletur.

Parum quidem dat, & aliquot libræ sp. vitrioli vulgaris vix drachmas duas exhibent spiritus volatilis: ast est nobilissimi usus.

Porrò aliàs volatilisare conantur quidam spiritum vitrioli vulgarem cum spiritu vini hunc in modum, & fit spiritus vitrioli epilepticus: scilicet recipiatur caput mortuum, quod ab incubatu in ♃e aliquandiu denuò fuit imprægnatum: hoc destillant, & acquirunt spiritum vitrioli volatilem, regeneratum dictum; huic spiritui admiscent p. ij. ♀, digesti cum speciebus epilepticis, digerunt per aliquot ☌☿, postmodum mistruram hanc destillant per retortam, & prodit ~ antiepilepticus, qui in affectibus capitis per consensum est nobilissimus. Sic quoque eodem planè modo præparavit Dn. D. Michaëlis spiritum suum vitrioli cephalicum: recepit spiritum vini cum herbis cephalicis digestum & ab iis abstractum: hunc affudit vitriolo Martis ad albedinem calcinato, seu capiti mortuo vitrioli in ♃e denuò imprægnato, destillavit blando igne per retortam; sic enim prodit ~ vitrioli cephalicus, qui optimus est in morbis malignis cum convulsionibus, & omnibus capitis affectibus.

Alius modus volatilisandi est cum urina humana, autore Quercetano, qui commendatur ab Hartmanno: caput mortuum vitrioli digeritur cum octuplo ☉æ, & destillatur per retortam: prodit primò phlegma, quod est anodynum in podagricis doloribus; nam acuatum est ☿e ☉æ & ♃e vitrioli, unde mirè prodest hoc phlegma primo prodiens: succedit phlegma subtilius, quod dicitur optimum ophthalmicum, teste Minderero, constans ex phlegmate, acuato cum ☿e volatili urinoso pauco, quod abiit in ☿ penetrans tertium: hic liquor ad omnes ferè oculorum affectus, in specie ad cataractas, suffusiones, ungues oculorum, &c. mirè deprædicatur: Succedit tandem vitrioli spiritus, ab urina mutatus in sal tertium volatile, qui in epilepsia infantum egregium præstat usum. Hæc de spiritu vitrioli.

Post ~ & olei destillationem remanet caput mortuum vitrioli, quod vocant colcothar, ficto vocabulo, à Paracelso ita inditum. Utut autem caput mortuum omnem remanentiam post destillationem significet, propriè tamen id denotat, quod post sp. & olei vitrioli destillationem remanet. Hoc caput mortuum si prunei aut atro-purpurei sit coloris, affusâ aquâ communi calidâ elixiviatur sal vitrioli, quod crystallisandum est. Hoc sal vitrioli nihil aliud est, quàm perfectum & purum ☉, quod nondum fuit destillatum ab igne: nam si fiat lixivium cum hoc ☿e, & igni exponatur, fit verum ☉; si enim spiritus vitrioli à capite mortuo suo aliquoties cohobatur, ☿ hoc totum in spiritum vitrioli abit, ita ut nihil, præter ♆m insipidam metallicam remaneat. Sal hoc ab ♃e solutum in capite mortuo prodit ♆am metallicam, & ☉ regeneratum constituit.

Hoc ☿ vitrioli habet vim inducendi nauseam & vomitum, unde tanquam optimum vomitorium commendatur ab Angelo Sala, adeo, ut vocitet id mannam vitrioli vomito-

Digitized by Google

mitoriam. Doſis eſt à ℈j ad ʒß. Verum cautiſſimus ſit hujus uſus: Ego enim religioni *mihi* duco exhibere ☉ vitrioli vomendi cauſa, quia hujus ☉is vitrioli natura dependet à ♀enere, quæ ventriculum debilitat, ejusque tonum deſtruit; imò, ſi plicis ejus ſe inſinuet, nauſeam pertinaciſſimam, & inanes vomendi conatus per aliquot ſeptimanas infert, ſicque totalem ſtomacho cauſatur ruinam. Præterea nocet quoque ipſis pulmonibus, teſte Minderero, qui ejus uſum omnibus diſſuadet. Notandum autem, quod ſolum ſal vitrioli Veneris vomitus ciet; ſal vitrioli Martis hoc nunquam præſtabit, & ſine tali metu propinari poteſt. Ubi & hoc ſal ex capite mortuo ſublatum eſt, remanet terra inanis, quæ dicitur terra vitrioli dulcis balſamica, qualis etiam ex vitriolo ♉ari poteſt cum immaturo quodam metallo, v. g. quando per ſe digeritur in MB.

Terra vitrioli hæc dulcis balſamica nihil eſt aliud, quàm crocus Martis, vel eſt Mars, vel cuprum ad ſummum calcinarum. Hæc ♉ rite edulcorata, & ſubtiliſſimè pulveriſata, internè & externè adhiberi poteſt in affectibus omnibus, quæ adſtrictione opus habent. Dicitur terra Balſamica, quod quaſi balſamicam in ſe reconditam habeat virtutem ad curanda vulnera & ulcera; unde quoque cum balſamicis vulnerariis miſceri ſolet utiliter, unde unguentum fuſcum ſelicis Würzii ratione hujus ♉æ egregium eſt in vulneribus curandis. Fundamentum hujus præparationis eſt, quod exhauſta hac terra vitrioli omni acido evacuata ſit, unde egregiè abſorbet omnes acidos acores ac ſapores vulnerum, eos edulcorat, ſimulque adſtringit, & labia vulnerum coarctat, ut promptius à balſamo naturali ſanentur. Externè adhibetur ad quascunque hæmorrhagias partium. Aliàs ſimilis quoque ♉ ſub præparatione ☽i ☉lati Tacchenii, ad fundum cadit, quæ internis uſibus æque ac ♉ vitrioli ex capite mortuo vitrioli, aut crocus Martis quilibet adſtringens, inſervit.

Ex hac vel illa terra vitrioli balſamica paratur communiter ℞ iſta Martis adſtrictoria, quæ aliàs falſò dicitur ℞ ſulphuris vitrioli, quæ nihil eſt aliud, quàm tinctura Martis, quæ itidem in omnibus partium hæmorrhagiis certiſſimum eſt remedium. Paratur ex capite mortuo vitrioli Martis, aliàs vomitus facit:

℞. ♀ ☉*li* ♂*is, ſ.* ♉ *dulcis balſamicæ q. v.*

Affunditur eidem ∾ ☉is communis, ſeu ∾ ☉is cum alumine aut nitro compoſitus, ſolvitur dein, filtratur & abſtahitur per ∴m ad mellis conſiſtentiam: remanens materia extrahitur cum ♀ rectificatiſſimo in ℞m egregiè rubentem adſtringentem, quæ filtratur, & ♀ aliqua pars, ad ☽aginoſitatem ſcilicet, abſtrahitur.

In omnibus hæmorrhagiis, dyſenteria, item diarrhæa, ſputo ſanguinis, optimi eſt ſucceſſus. Doſis à *guttul.* 20. *ad* ʒ0. in vehiculo appropriato. Dicitur ℞ ♃is vitrioli, quaſi eidem ineſſet ♃.

Hujus ratione quoque videamus ♃ vitrioli dulce anodynum, à Paracelſo primò & poſt ab Helmontio commendatum. Dicitur ita, quia habet vim anodynam, dolores & furores inordinatos archæi ſedandi. Hoc ſulphur ex vitriolo Veneris nihil aliud eſt, quàm ſulphur Veneris fixum. Paratur non immediatè ex Venere, ſed ex vitriolo Veneris, quando in corroſione à ſpiritu ſulphuris acido in ☉ fuit benè reſeratum; ita enim promptiùs ejus ſulphur extrahi poteſt. In Marte, & vitriolo Martis analogum latet ſulphur, quod patet

1. Ex fœtore ♃eo, qui inter calcinandum adſtantium nares ferit.
2. Flammam cœruleam in igne ſpargit.
3. Sublimatur ♃ verum in collo retortæ per deſtillationem diutiùs continuata. Et
4. Ab oleo vitrioli & terebinthinæ deſtillatis tandem verum & inflammabile ♃ in collo retortæ ♎atur.

Sed ♃ hoc ☉li Martis non tàm efficax eſt in medicina, quàm ♃ vitrioli Veneris.

Helmontius deſtillat hoc ſulphur Veneris in oleum viride, melle dulcius, quod vocat Elementum ignis Veneris. Hoc oleum viride (adjecto Mercurio ♎ato rubro illo diaphoretico, à quo liquor alcaheſt abſtractus eſt) fixatur per liquorem alcaheſt, conſtituitque ☉ ejus horizontale: Vid. Helmont. *Tract. Lithiaſ. cap* 8.

Ex hoc vitriolo Veneris, & inde parato ♃e, procedit Dryf Helmontii, ſeu ſuccedaneus lapis Buttleri Helmontii, dum lixivio microcoſmico ♃ vitrioli Veneris eluitur à concreto: Vid. Helmontius *l.* 2. *Buttler.* Verùm cum non omnibus liceat adire Corinthum, vulgò parant analogum huic ſulphuri fixo vitrioli: alii enim per ana ☉is Ammoniaci ♎ant caput mortuum vitrioli Veneris rubicundum, vel terram ejus ochream ſeu metallicam probè edulcoratam, per ∴m, ignem ſenſim augendo, donec cucurbita ferè candeat: ſublimatum intensè flavum eximunt, & ſi nimis adhuc palleat, cum reſiduo denuò miſcent, & de novo ♎ant; quod verò aurei coloris, iterum per ſe ♎ant, & egregium acquirunt remedium. Ex his cum ſpiritu vini ℞elici poteſt. Inter

alios eſt Starckius, qui coquit ☉ ♀, & ebullire ſinit cum colcothare vitrioli Veneris, ſic etjam putat fore, ut alcali fixum propter convenientiam ♃is in radice attrahat ad ſe ſulphur Veneris, quod poſtmodum volatiliſat, & optimum prædicat remedium. Sed eſt hoc difficile, quia paucis datum eſt volatiliſare ☉ia fixa. Dn. D. Boyle, qui tribuit multum fidei ſcriptis Helmontii, componit flores ex ſulphure vitrioli Veneris, cum ☉e Ammoniaco ♒atos, quos ceu ſacram anchoram in malis ſtomachi veneratur: recepit ſcilicet ſal Ammoniac. junxit cum capite mortuo vitrioli Veneris exactiſſimè edulcorato (aliàs medicamentum præparatum habet ſaporem vitriolicum) ſublimat, ac ſolvit in ▽, & edulcorat, atque ita acquirit flores aurantii coloris, quos vocat primum eus Veneris. Hiſce floribus tribuit vim anodynam, dicitque, quòd ſint in rachitide certi effectus experimentum, item antiquartium expertum.

In capite mortuo vitrioli Veneris latitat vis pulveris ſympathetici, curantis vulnera aliosque affectus, magneticâ virtute: de quo vid. Papynius *de pulvere ſympathet. Quæſt.* 2. & Digby. modus præparandi eſt hic: recipiunt vitriolum, imprimis Veneris, exponunt in diebus caniculatibus radiis ☉aribus, ut calcinetur ad flavedinem, (notandum eſt, non exponendum radiis ſolis nimis æſtuantibus, aliàs vis hæc ſympathetica, quæ nihil aliud eſt, quàm ſulphur Veneris, evaneſcit; nec admittenda eſt pluvia, aliàs alteratur ♍ in verum ♁) fundamentum curæ ſympatheticæ conſiſtit in ſulphure vitrioli Veneris, quo vulnera in diſtans ſanantur. Calcinationem hanc per radios ☉ares Zwelfferus in *Mantiſſa ſpagyr. pag.* 389. rejicit, quaſi eâdem ratione, ac ☉ ex vegetabilibus particulas volatiliores evocat, etiam ☿ parte ſuâ volatili privaret. Sed manis metus eſt, cùm in calcinatione per radios ☉ares non magis avolet, quàm igne actuali. Vegetabilia autem purioris, mineralia verò & metallica compactioris ſint texturæ. Alii ♃ vitrioli aliter parant: ſcilicet recipiunt vitriolum Veneris, vel ♁ commune, ſolvunt in ▽ ſimplici, ſolutionem filtratam per aliquot ♂♀ in loco calido exponunt, ſic ſponte ♒ vitrioli ochrea fundum petit; vel ♒ant c. ☉ ♀, & vocant ♃ vitrioli dulce; ſed falsò; eſt enim minera metallica vitrioli: nam ſal tartari abſorbet acidum vitrioli, & minera metallica pondere ſuo cadit ad fundum, unde nihil valet ſulphur hoc modo præparatum. Liquor autem poſt ♒ationem filtratur, & ad pelliculam usque evaporatus, cryſtalliſatur in loco frigido in tartarum ♁latum Tacchenii.

Alumen vitriolo cognatum eſt; nam ſicut ♁ ex ſpiritu acido ♃is & metallo corroſo, ita ☽ ex eodem conſtat ſpiritu acido ſulphuris & petroſo terreo corpore, à ſpiritu ſoluto, ac in pellucidam ſubſtantiam unito. Hinc eſt, quod ex alumine quoque deſtillari poſſit talis ſpiritus acidus, qualis prodit ex vitriolo ſub △ tortura, qui tamen eſt pauciſſimus, nec adeò acidus, ut ſpiritus vitrioli. Ratio eſt hæc, quia corrodendo corpus petroſum, textura particularum ~ acidi ſub tortura △ à corpore terreo-petroſo immutata ferè eſt, ut antiquam qualitatem atque aciditatem non amplius obtineat. Hoc ut clarius pateat, recipiatur ſpiritus ſulphuris per campanam paratus, ſolvatur in eo terra ſigillata, & protinus concreſcit concretum aluminoſum; ſi diſſolvatur eodem ſpiritu ♂, fit ♁: hæc duo concreta per ☽am deſtillata, non dant eosdem exactè ~, ſed iſte, qui fit cum Marte, eſt paulò acrior eo, qui è ♀ ſigillata deſtillatur.

Sæpiùs fit, ut ex pyrite calcinato generetur vitriolum: ex eodem quoque ſubinde fit ☽; dum enim ſub corroſione pyritis ~ acidus ſulphuris corroſione metalli dat ♁, corroſione adjecti terreſtris corporis dat ☽: & certum eſt, quod ibi plus reperiatur aluminis, ubi generatur ♁ aut ſulphur.

Dixi, quod caput mortuum vitrioli exhauſtum omni ferè ſpiritu, ſi exponatur aëri libero, imprægnetur novo ſpiritu ex aëre: hoc quoque verum eſt de capite mortuo aluminis.

Species aluminis variæ ſunt: Nam rupeum, Gallis roches, veteribus fuit incognitum, quia ars pyrotechnica iis fuit occulta. Hoc crebris ſolutionibus ac calcinationibus præparatur; veterum verò alumina liquida nobis ſunt incognita. Aliàs alumen plumoſum vulgò datur blandum ſatis ac non tàm aſperum, ac eſt alumen rochæ. Hoc ſæpiùs confunditur cum amiantho; hæc tamen intereſt differentia:

(1.) Alumen plumoſum eſt friabile, & adſtrictorii nonnihil ſaporis; amianthus eſt inſipidus.

(2.) Alumen plumoſum △ rigore examinatum comburitur, & jacturam tandem in igne ſubſtantiæ ſuæ facit; amianthus verò eſt invincibilis ab igne.

Ex hoc amiantho in fila texto fiunt marſupia, in quibus ☉ liqueſcit ſalvo marſupio in igne, qualia marſupia videre mihi licuit apud ingenioſum Septalium.

Quod attinet ipſum ☽, imprimis roche, hujus vis adſtrictoria eſt admodum nota; unde in vomitu pertinaci, diarrhœa, &c. cum appropriatis aliis convenit; item in menſium fluxu nimio ☽ rochæ ad drachmam ſemis quo-

Digitized by Google

quotidiè usurpatum, comprobatum est: sic quoque in febribus intermittentibus ☉ singulare est remedium, præmissis præmittendis; sic enim paroxysmos citiùs redeuntes retardat atque compescit.

Verùm ☉ hoc conjunctam habet pinguedinem quandam excrementitiam, quæ, priusquam in usum medicum vocetur, ab eodem est separanda: depuratur autem hoc modo:

℞. Alumin. qu. v.

solvitur aqua calida; huic affunditur ☐ humana; sic enim fit, ut pingue illud aluminis excrementum ad fundum secedat, & ☉ purum reddatur.

Præferendum tamen alumini crudo magisterium aluminis in febribus intermittentibus; item dulcedo seu saccharum aluminis. Magisterium pro usu febrili præparant hoc modo: calcinant more consueto in olla; huic alumini calcinato, cùm adhuc candet, adjiciunt ☿, ut ita solvatur: solutionem filtratam evaporant in loco frigidó in crystallos elegantes, quorum usus ad ℈ j. decantatus est satis in febribus intermittentibus, scorbuto & epilepsia.

De phlegmate & spiritu dictum est superius. Ulterius paratur ex alumine saccharum aluminis, hoc est, ☉ crebris proprii phlegmatis abstractionibus & imbibitionibus in tantum inversum, ut depositâ omni acrimoniâ insipidum fiat: videatur Poterius *in Pharmac. Spargyr. l. 2. pag. 424. cap. 42. de Alumine, & de febribus l. 2. c. 22.* Hoc saccharum aluminis est specificum in dysenteria, item in hectica expertum ab autoribus: vocant quoque mannam, item primum ens aluminis.

Externè ☉ crudum dissolvitur in lotionibus vulnerum, in ulceribus sinuosis profundis aut malignis. Hinc quoque ad sophisticationem virginum & mulierum post partum adhibetur; item in uvula laxata cum decocto prunellæ solutum ☉ cum sale Ammoniaco optati est successus; item in laxitate gingivarum scorbutica cum appropriatis feliciter adhibetur. Ingreditur quoque ℞ am laccæ, quæ decantatissimi est effectus in ulceribus, & gangræna gingivarum scorbutica.

Quidam ex alumine parans suppositoria, & omnium primus hoc tentavit Angelus Sala, & à modernis continuatur hic usus. In ariduris membrorum, quæ ex vulneribus partium membranosarum contingunt, valdopere laudatur: scilicet recipiatur alumen probè calcinatum, dissolvatur in ▽ communi, sic ≠abitur ♃, qui cum ♅ edulcorandus, & postmodum cum unguentis appropriatis miscendus; sicut idem & hoc modo præparatum contra malum ischiaticum externè cum successu usurpatur.

Sed hæc de ☉ibus, tàm vegetabilium quàm mineralium.

Pergo jam ad secundum Paracelsistarum principium hypostaticum, nempe sulphur.

Hîc non minores, quàm de ☉ino principio, oriuntur disceptationes inter Chymicos, quæ non aliunde natæ sunt, quàm ex Paracelsi Paracelsistarumque bonæ literaturæ ignorantia. In genere per sulphur, sulphureaque concreta, nihil aliud intelligitur, quàm pinguedo facilè inflammabilis: & talis pinguedo sub vario bituminum, resinarum, &c. tegmine latet: quæ, cùm in ♃e crudo præprimis inveniatur, ab hoc, tanquam à potiori, facta est denominatio. Cùm verò oleosa corpora, tàm naturalia quàm artificialia, imprimis sint pinguia & facilè inflammabilia, factum est, ut olei vox pro principio sulphureo usurpetur, ita ut oleum & sulphur hoc in passu coincidant. Pinguedo talis sulphurea nusquam est solitaria; sed cum aliis particulis variis concreta, & quasi in unum coagulata; unde non tàm primum & hypostaticum erit rerum principium, quàm potiùs principiatum, ex rerum virtute genitum. Particulæ autem, ex quibus hoc sulphur concrescit, sunt acidum, quod in omni sulphure & corporibus sulphureis deprehenditur, & à parte sulphurea contemperatur. Sic in sulphure communi acidum reperitur, uti & in antimonio: succinum & bitumina suum habent acidum, resinæ pingues, omnes cum pinguedine sulphurea habent aciditatem; unde in picis & terebinthinæ destillatione primo loco prodit ⌒ acidus, quem subsequitur pinguedo sulphurea: hinc sunt, qui volunt ex fuligine, quæ nihil aliud est quàm sulphur vegetabilium sublimatum, evocare fortiori igne spiritum, nec frustraneo conatu; operatio enim succedit: unde ligna, quò pinguiora, eò copiosiorem spiritum acidum suppeditant, & ℅; carbones constant sulphure, ex quo suam combustibilitatem habent, ex acido & oleo composito, ut mineralia; unde per alcalia fixa sulphur carbonum extrahitur, quando alcali sulphur eorum imbibit & acidum destruit, conveniunt enim in radice: myrrha utut amara, destillata acidum tamen exhibet saporem: oleum commune fortem habet acorem; unde etiam ♂ in rubiginem corrodit, quin & lunam & Venerem in lamellas diductam corro-

dit in rubiginem: ut taceam acidum penetrans ex oleo communi artificialiter elui poſſe; aciditas olei communis patet, ſi gutta unica hujus olei in oculum incidat, vehementiores excitat dolores, quàm ipſe ſuccus acidus citri: nec ☌ lini deſtituitur ſuo acido: olea deſtillata ſuâ quoque conſtant pinguedine, & nova ſunt producta, concreta per ignem; materialiter quidem inſunt ſubjectis, non autem formaliter: hæc, utut in radice ſint ☉ia volatilia, tamen non deſtituuntur pinguedine ſulphureâ, cum acido concentrata. Talis pinguedo concentratur quoque per ☉ia volatilia in concreta nova: hinc olei acidum concentratur à ſpiritu ☉is Ammoniaci, quando hujus alcali volatile aggreditur illius acidum, & coagulantur mutuò. Aromatum olea deſtillata ſuo nec deſtituuntur acido: imò cinnamomum ipſum, ſi blando exactoque △ regimine deſtilletur, phlegma acidum primò prodit, & poſtmodum ☌ ſubſequitur. Animalium pinguedines ſuum quoque habent acidum; ſi enim horum pinguedini conjungatur alcali fixum, producetur ſapo: notum enim eſt, quod pinguia & aquoſa miſceri non queant; ſi verò alcalia cum pinguedine jungantur, abeunt in corpus craſſum ſaponiforme. Cur verò ſe conjungant ☌ vel pinguia cum alcalibus, ratio eſt, quia alcalia imbibunt acidum in pinguedine laritans, quæ ita conjuncta vertuntur in ſaponem. Imò credo, quod in ſpiritu vini acidum ſubſit, ☁ enim inflammabiles ſunt ☌a fermentando volatiliſata, & ☌ deſtillata ☉ia ab acido concentrata: Imprimis hoc patet, quod ſubjecta, quæ nullam ſuſtinent fermentationem, dent copioſa ſatis olea; ſin verò fermententur, exhibeant ſpiritum ardentem, paucum verò vel nullum ☌; unde probabile eſt, olea ſubjectorum fermentatione volatiliſari in ſpiritum ardentem. Confirmare hoc videtur Beccherus, dum profitetur, ſe ſcire modum ☌a vertendi in ſpiritum ardentem. Ut nihil dicam de Chymicorum quorundam opinione, quâ colores omnes à ſulphure deducere conantur: imò & ℞as corporum ratione ſulphuris efflorescere aſſerunt, quod ♅, tanquam ſubjecti ♃ei, beneficio eadem ℞æ extrahantur.

An verò in metallis verum detur ſulphur? affirmare nequeo; adeò ſi forſan extrahatur ſulphur inflammabile, hoc fit non niſi diuturnas poſt præparationes ſubjectorum, ubi dubium eſt; an non ſit novum productum artis? Certum quidem eſt, quod corpora metallica, non prodant de ſe ſulphur, niſi aliis mediantibus. Cum autem videamus corpora quædam facilè fieri inflammabilia propter copiam ♃is; econtrà autem videamus in præparatione antihectici Poterii, agitatione materialium paulò nimiâ Jovem concipere flammam; probare videntur, eſſe perfectum ♃ in corporibus metallicis. An verò ℞æ metallorum (quod tamen huc non ſpectat) ſint extractiones ♃um veræ? an verò ſolutiones partium quarundam metallicarum, aliorum judicio relinquo. Ego poſterius affirmarem.

Sulphur commune in duas dirimitur ſubſtantias, quæ tertium dant concretum; quarum prima eſt pinguis, bituminoſa, & inflammabilis; ſecunda eſt acida ſalina; utraque exhibetur in △ regimine. Nam in igne ardet pinguis illa ſulphuris portio, dum interea ☁ acidus in forma vaporis ferit nares, pectusque coarctat, quique per campanam quoque concentrari poteſt in verum liquorem ſpirituoſum.

Et poteſt componi ♃ artificiale ex ſubſtantia ſeu ſubjecto oleoſo, pingui & acido; nempe, ſi miſceatur terebinthinæ ☌ deſtillatum cum dimidia parte ☁ vitrioli; hæcque deſtillentur cautiſſimè per ☋am, acquiritur poſt deſtillationem in collo retortæ ſulphur perfectum inflammabile, quod oleoſitatem ſuam habet ex oleo terebinthinæ, aciditatem ex ſpiritu vitrioli.

Ratione originis, ſulphur aliud eſt nativum, aliud arte productum. Nativum ſulphur quoque datur (quamvis rarò) in fodinis quibusdam, & dicitur ſulphur apyrum, quod in uſu Medico eſt optimum; quia integerrimum & ſimpliciſſimum: artificiale fit, quando vel ex pyrite ſulphur excoquitur, vel ex aquis ſulphureis inſpiſſando elicitur. Pertinet huc aqua ſulphurea Hauptmanni, de qua vid. Tractatus Chymicus *de Thermis Wolckenſteinienſibus*, ubi refert de aqua limpida ex petra exſtillante, quæ in ♎e in ſulphur abierit. Subinde contingit, ut, cùm excoquitur ♁ ex minera, tunc etiam verum ſulphur effluat & emanet.

Pro uſu medico ſulphur eligendum puriſſimum. Depuratio autem ſulphuris vario fit modo, imprimis autem cum ▽ ſeu lixivio calcis vivæ aut alterius alcali; in hoc enim ♃ commune probè ebulliens ab omnibus ſordibus probè depuratur: vid. Thurneyſerus de aquis mineralibus. Aliàs non inconveniens eſt modus, quo cum urina humana depuratur: Coquitur ſcilicet cum urina humana, & levi aceti inſperſione brevi depuratur. Nec inelegans depuratio inſtituitur cum cera, dum ſulphur permiſce-

Digitized by Google

miſcetur anaticæ portioni ceræ, quæ in vaſe, ne tamen flammam concipiant, funduntur, dumque adhuc fervent, infunduntur in ▽m, ut purum ab impuro ibidem ſeparetur: *Vid.* Zwelfferus *in Mantiſſa ſpagyr. pag.* 397. Huc pertinet depuratio per ♃is ♎ationem, quæ optima.

Depuratio ſulphuris, quæ fit cum ☿, manu nos ducit ad originem thermarum. Fiunt enim thermæ ex mineris ſulphureis beneficio efferveſcentiæ, à quibus ardor iſte thermarum excitatur; virtus verò medica à ſulphure dependet. Hanc generationem thermarum eleganti declarat exemplo Rochus *in Scrutin. Thermarum*: Hic enim effodiendo thermas, pervenit ad originem earum, ubi deprehendit ſcaturiginem ▽æ frigidæ ſaporis ſalſi, quæ permeando mineram ſulphuris, cum ſulphure efferveſcentiam concepit, ex qua poſtea calor & virtus thermarum. Thermæ artificiales fiunt ex aqua, calce viva & ſulphure: Recipiatur nempe ſulphur, & triplum ☿æ, qu. pl. His miſtis affundatur ▽ communis, bulliant, donec ▽ rubeſcere incipiat, quod ſignum eſt ſoluti ſulphuris, & hæc ▽ commodiſſimè pro thermis naturalibus adhiberi poteſt, imprimis ſi vegetabilia nonnulla aromatica & nervina eidem ▽æ incoquantur. Calorem ex efferveſcentia; virtutem verò ex ſulphure, dependere dixi: hinc eſt, quod thermæ conducant in morbis chronicis, externis ulceribus, fiſtulis, affectibus partium nervoſarum, paralyſi, ut & in eryſipelate exulcerato, in gangræna imminente. Elegans quoq; ſunt coſmeticum, quod ſcabiem contumaciſſimam, lentiginem, herpetem, & alia optimè curat.

Inter reliqua ſulphuris præparata primò ſe offert ſublimatio ſulphuris, quæ vel per ſe, vel cum aliis inſtituitur. Omnium optima eſt ſublimatio florum ſulphuris ſimplex, ſub qua alembicus, cùm in hoc calefacto propter ignem diutiùs continuatum illi facilè fluant, ſine luto adaptetur, ut flores interdum extrahi, & mox alius apponi iterum poſſit, ne ♎is acceſſu ſulphur incendatur. Solent nonnulli addere ſal decrepitatum, alumen uſtum, & juxta Paracelſum caput mortuum, ſeu colcothar vitrioli, quod idem præſtat ac O uſtum: idque eum in finem, ne ſcilicet in igne fluat ſulphur, indeque pauciores exſurgant flores: *Vid.* Zwelfferus *in Pharmacop. Auguſtanam.* Notandum autem, quod colcothar vitrioli exactiſſimè ſit calcinandum, aliàs flores ſulphuris fiunt corroſivi, tincti acido corroſivo vitrioli; cumque deberent balſamum eſſe pulmonum, fiunt eorum venenum. Inanis autem metus eſt, quem de ſulphuris liquefactione concipiunt; cùm vix flores ſublimentur, niſi ſulphur in cucurbita liqueſcat: *Vid.* Beguin. *Tyrocin. Chymicum pag.* 337. Sunt, qui faciunt flores compoſitos cum thure, aloe, myrrha, &c. ſed nihil valent, quia ſolùm contritum ſulphur ♎atur, reliqua verò, tanquam fixiora, ♎ationi inepta ſunt, & facilè ſolent comburi in fundo, & acquirere empyrevma, atque colorem depravatum: Benzoe, cum per ſe in flores ſublimetur, addi poteſt. Aliàs componunt flores ſulphuris ſaccharinos, ſed peſſimo itidem conſilio; ab igne enim ſaccharum comburitur, unde flores ♎ti fœtorem ſpirant, ſaccharumque in fundo combuſtum relinquunt; quod quidem ſpiritum acidum ſuggerit, cum floribus ♃is tamen haud commiſcibilem. Alii parant flores ſulphuris coralliatos, miſcent ſcilicet corallia cum ♃e trito, committuntque igni; ſic fieri putant, ut acidum ♃is corallia aggrediatur, & in ſui ♎ationem ſecum in ſublime rapiat partes volatiles coralliorum. Verum quoque eſt, in ♎atione ♃is exhalare tantum acidi ♃is, quantum ſufficit pro ſolutione coralliorum: ſed tamen nihil de coralliis in ſublime tollitur, quin fruſtranea hæc eſt florum ♃is ♎atio.

Uſum florum ſulphuris quod attinet, notum eſt, quod ſulphur optimum ſit pectorale, adeò ut à Chymicis dicatur balſamum pectorale ſeu pulmonum: Verùm hoc intelligendum eſt de parte ♃is pingui; acida enim pars ♃is nocet pulmonibus. Sed cum ab acida parte difficillimè ſeparari poſſit pars oleoſa, propterea fiunt infuſiones variæ ſulphuris cum oleis variis, ut inde balſama ſulphuris varia fiant: ſic fit e. g. balſamum ♃is terebinthinatum. Nam certum eſt, quod pulmonum corruptelæ quæcunque, ſive in abſceſſus ſive exulcerationes degenerarint, optimè curentur per vim ſulphuris balſamicam, quia & aliarum partium, præcipuè renum, affectus feliciſſimè curat ſulphur, non ſecus, ac notum eſt, quod in ulceribus cacoëthicis, in ſpecie mammarum, aliisque, optimum ſit remedium; unde in catarrhis egregii quoque eſt effectus ſulphur, corrigit enim lymphæ acorem ac acredinem, hinc in tuſſi aliisque pectoris morbis, à lympha acida oriundis, optimè proſunt flores ſulphuris, imprimis è benzoë præparatis, cum poſt ♃ non detur melius remedium, quàm benzoë: in colica ab acido orta ♃is effectus quotidiè laudatur; ad ʒ ß. enim exhibitum, expertum eſt remedium. Polemannus *de Sulphure Philoſoph. cap.* 12. flores ♃is in phiala leni igne per aliquot ☒es digerit, & ita fixantur, ut ſuam combuſtibilitatem amittant; imò, antequam ad illum fixitatis gradum flores ♃is hi pertingant, & per 6. ſaltem ſeptimanas in digeſtione continua

Digitized by Google

aſſervati fuerint, certa maturationis ſigna exhibere, dicit: Solvit nempe partem hujus ♃is digeſti in oleo, & aliam partem non ſufficienter digeſti: & hujus ſolutionis maximum fœtorem, inſtar balſami ſulphuris communis; perfectè digeſti verò ſuaveolentiam aromaticam apparere affirmat, quod Nobili colicâ, ab acido ortâ, afflicto præſenti fuit auxilio.

Quod attinet uſum externum, ♃ optimè mundificat & vulnera & ulcera, tàm maligna, quàm benigna, ut & dyſepulotica, facilè aliis admiſtum curat: Et ex hoc fonte peſtis veneno inſigniter adverſatur, ab Hippocrate jamdum commendatum; unde flores ♃is omnium antipeſtilentialium poſſunt eſſe baſis. Ulterius in morbis mulierum, in menſibus movendis, fœtu & ſecundinis provocandis, ſuam confert opem, in ſcabie unicum ferè eſt remedium: nec timenda eſt retropulſio veneni ſcabioſi, ſed feliciter adhibetur balſamum ♃eum, imprimis ſi acuetur cum alcali quodam, in ſpecie cum oleo ♀i, & miſtum unguentis applicetur, nunquam fallet; & licet malum ſcabioſum in lepram gravioremque degeneret affectum, ſi internè viperina aut ♁ alia adhibeantur, externè ♃ata applicentur, nihilominus effectum videbitis optatiſſimum.

Poſt ♒ationem ♃is ſequitur ſolutio; ſolvitur autem ſulphur,

1. Per alcalia fixa; quoniam hæc ex ♃e in concremationc oriuntur.
2. Per olea deſtillata; quia ſunt naturæ ♃eæ.

Ex ſolutione ♃is per alcalia prodit lac ſulphuris; ſic enim per lixivium ♆æ, ♁♀, cinerum clavellatorum, &c. coquendo ſolvitur ♃, fit reſolutio ruffeſcens, quæ poſterior cum aceto, prior cum urina adhuc calida, ♒atur, & fit inde cum ſummo fœtore liquor lacteus, qui ▽â ablutus in pulverem colligitur. Uſus hujus decantatur in quamplurimis affectibus, ſed nihil valet; eſt enim magiſterium hoc nihil aliud, quàm calx iners. Nam deſtructâ ♃is naturâ per conjunctionem ♁ium cum ♃e, ipſoque ſulphure, partim cum alcali partim cum acido unito fit ens novum fixum, nullius fere pretii, quod in menſtruis oleoſis vix ampliùs diſſolvi poteſt, imò ♒atum vix tertiâ ſui parte in flores elevetur; & plus operetur ʒ ß. florum ſulphuris quàm ʒ j. lactis ſulphuris. Alii imbibunt lac ♃is cum ſpiritu ſalis, ut inde fiat maſſa conſiſtentiæ craſſioris: hanc maſſam pultaceam deſtillant per retortam, & acquirunt lac ſulphuris, quod prodeſt in hydrope & peſte. Optimum & egregium fit lac ſeu magiſterium ſulphuris, quando balſamum ♃is ad extracti liquidioris conſiſtentiam inſpiſſatum, cum ſpiritu vini rectificato extrahatur, & cum aqua ſimplici præcipitetur.

Præter alcalia fixa ſolvitur ſulphur in oleoſis, & dicitur balſamum ſulphuris. Ordinariè fit balſamum cum oleo deſtillato terebinthinæ; alii cum oleo aniſi pro pectorali; alii cum oleo deſtillato ſuccini pro cephalico & hyſterico uſu; alii cum oleo baccarum juniperi, parant. Optimus modus eſt, ut ♃ priùs cum ana ♁♀ liqueſcat; ſic abeunt in maſſam rubicundam, ♃is dictam, quod poſtmodum cum oleo extrahendum. Alii compoſitos faciunt balſamos, addendo ſulphuri myrrham & benzoën, atque cum oleis deſtillatis balſamum ſibi comparant egregium. Aliàs ſumunt quidam loco ♃is communis ſulphur antimonii auratum, quod etiam ab oleis ſolvitur, & majorem, quod credo, ſperant effectum. Rulandus cum oleo rapiſtri & lini ſuum fecit balſamum ♃is externum. Nonnulli his balſamis addunt camphoram, & habent penetrantiores, & in affectibus malignis magis appropriatos balſamos. Balſamus ♃is, à ♁♀ recluſi & cum oleo quodam deſtillato ſoluti, ſi deſtillatur, prodit menſtruum, manetque in fundo coagulum, quod cum ſpiritu vini probè rectificato extrahi poteſt in tincturam ſulphuris non inelegantem.

Uſus balſami ſulphuris eſt ad ulcera & corruptiones viſcerum internorum, præcipuè pulmonum; hinc in phthiſi commodè adhibetur, ſed cum cautione. Hæc cautela autem obſervatur hôc modô: Primò non ſolô aut crebro utendum eſt hoc balſamo, ſed addito balſamo Peruviano & ſaccharo Saturni; ſic enim fieri poſſunt rotulæ, quæ in tuſſi aliisque inveteratis pectoris affectibus valent. Si aliquoties balſamum ſulphuris cum doſi laudani opiati nocturno tempore adhibeatur, in tuſſi inveterata & pertinaci, aliisque catarrhalibus affectibus, laudandum dabit effectum. In ſpecie in dyſenteria maligna valdè conducit balſamum ſulphuris. Ante quinquennium, cùm graſſaretur dyſenteria, optimè ſe curarunt & præſervarunt patientes cum balſamo ♃is; ulcera namque inteſtinorum balſamum ♃is cum ſaccharo Saturni certò & citò curare dicitur. Externè ad ulcera & vulnera in caſibus chirurgicis optimè adhibetur: Tumores, præcipuè carbunculos, mundificat & maturat, ne degenerent in ulcera maligna. Ideò etiam paratur balſamum ſulphuris pro uſu externo cum oleis expreſſis, v.g. raparum, lini, nucum, &c. unde balſamum ſulphuris ad extra Rulandi. Mammarum ulcera, quæ aliàs periculoſa ſunt, nihil meliùs curat, quàm balſamum ſulphuris cum oleo momordicæ, quod ſibi in tali caſu non habet par remedium. Panaritium

affectum

Digitized by Google

affectum satis molestum, curat balsamum sulphuris, teste Rulando. Cum balsami Peruviani ana mistum vulnera recentia citò curat, inveterata ab exulceratione præservat.

Ex balsamo sulphuris paratur ℞, quando ab illo ♁ abstrahitur, & residuum cum spiritu vini rectificatissimo extrahitur: Alii

Recipiunt ☽*i* p. jv.
♃*is* p. j.

Pulverisata & mixta in crucibulo detonant, ignem augendo & continuando, donec in massam rubicundam abeant: quam in mortario calido pulverisatam cum spiritu vini extrahunt.

Vel liquescat sulphur cum ana ☉ ☿, & dicto modo extrahatur. Extrahi quoque flores sulphuris possunt in ℞m.

Huc etiam pertinent resina & crystalli sulphuris; resina sulphuris paratur abstrahendo leni igne balsamum sulphuris, cum oleo destillato baccarum juniperi vel terebinthinæ, aut horum ana, paratum, ad consistentiam piciformem in ℣, quæ pulverisata, & in scabie cum C.C. sine igne & antimonio diaphoretico mixta, egregia est. Crystalli sulphuris fiunt, quando ℞ ex balsamo sulphuris parata ad medietatem abstrahitur, sic in loco frigido ceu cella concrescunt crystalli, quæ aliquoties cum spiritu vini rectificato solvendæ, & ad tertiam partem abstractæ, de novo crystallisandæ, donec fœtorem deponant.

Hæc de parte sulphuris pingui dicta sunto.

Altera ejus pars substantialis dicitur spiritus sulphuris. Verùm hic spiritus vix separari potest sine parte sulphuris pingui, nisi per flammam. Ut ergò fiat ~ acidus, singulari encheiresi hîc opus est. Modus destillandi communis est hic.

℞. *Sulphuris*, qu. v.

Inflammetur, & super flammam justô interjectô spatiô applicetur vas amplum vitreum, quod dicitur campana, quæ omnes vapores adscendentes excipit, qui sensim concrescunt in guttas, decidentes tandem in subjectum vas vitreum, & abeunt in spiritum acidum sulphuris.

Verùm parum acquiritur, ♄j. enim vix dat ℥ j. reliquum omne, cùm non nisi in libero ♃e destillari possit, abit partim in auras, partim in Gas incoërcibile, uti loquitur Helmontius. In destillatione hac notandum:

1. Ut campana cum aqua aliquantum humectetur, ut promptè uniat se pars acida cum aquosa, & ab eo in spiritum acidum, utut evadat phlegmaticus; potest enim rectificari.
2. Ut destilletur die nebuloso ac pluvioso; sic citiùs atque copiosiùs colligitur: unde etiam in cella destillatio hæc commodè institui potest.

Spiritus hic sulphuris est acidum universale omnium mineralium, estque cognatus ☉i ♃æ centrali, utpote qui proximus est ab ejusdem origine. Cum hoc & ♃ petrosa fit ☌; cum minera Martis & spiritu sulphuris fit vitriolum Martis; & ita hic ~ certas accipit modificationes, pro varietate subjectorum, quibuscum conjungitur. Hic ~ sulphuris cum spiritu vitrioli easdem habet virtutes, nisi quod spiritus sulphuris non habeat admixtas particulas metallicas, quas habet vitrioli ~. Spiritus hic in frigido loco aquâ dilutus dat crystallos saporis aluminosi, teste Billichio, quem penes sit fides. Notum est, quod fumus sulphuris vinum ab omni corruptione servet immune: Hoc advertentes Chymici, omnes succos crudos per fumum sulphuris à corruptione præservant. Ab hac encheiresi processit ulteriùs Helmontius, & commendat potus sulphuratos ad tussim & alios pectoris affectus, sed modum pro more consueto reticet; hic tamen est modus:

Recipit lagenam potu semiplenam: postmodum fila ♃ea incenduntur, indunturque lagenæ potu semiplenæ ut ardeant, donec eorum fumus repleat omne vas: tunc protinus claudatur & agitetur, ut liquor cum Gas sulphureo forti agitatione uniatur, unde postmodum Gas hoc disparet, & potus nil sulphurei sapit.

Hic potus maximopere valet in affectibus malignis: nam in peste nupera Londinensi, ubi uno die plus 900. hominum succubuêre, hoc medicamentum magnæ fuit utilitatis.

Post sulphur commune non datur in toto regno minerali magis sulphureum subjectum, quàm antimonium, quod est subjectum minerale, naturæ metallicæ finitimum, compositum, secundùm corporum metallicorum synthesin, ex copioso admodum sulphure, eoque minerali: hinc ex Mercurio metallico, hocque copioso; & denique ex substantia ☉ina terrestri alcalina.

Antimonii pars sulphurea, est cognata sulphuri communi, utut magis digesta, magisque ex parte fixata: ob id ad naturam sulphuris aurati accedere dicitur à quibusdam, ex eo, quod usu chymico compertum sit, ☉ colore suo ac tincturâ orbatum, fusione per antimonium denuò suum antiquum splendorem & tincturam recuperare; sed utut hæc dicant, probatio tamen non omnibus sufficit. Potest enim fieri, ut auro deficiat color propter varia heterogenea, quæ ejus claritatem & ℞am ad tempus occultant, postquam verò illud funditur cum antimonio, absor-

abſorbet hæc heterogenea, & ſic redit, ſublatô impedimentô, aureus color atque ℞. Quicquid ſit, tamen certum eſt, quod ſulphur antimonii nobilius ſit atque elegantius ♃e communi, & non parum ad ♃ ſolare accedat; ex hoc enim virtus antimonii corroborativa, cephalica, epileptica, & variis venenis reſiſtens, originem ducere credunt. Sulphur hoc antimonii minerale probant omnes operationes atque præparationes, quæ ex antimonio conficiuntur: hinc inflam̃abilitas cum odore ♃eo & Gas acido; hinc cum nitro & tartaro detonationis effect⁹; hinc ℞æ antimonii per alcalia extracta (alcalia enim promptè attrahunt mineralium ſulphura) hinc ex Mercurio ſublimato & antimonio oritur butyrum antimonii, quod maximè ſpirat ♃eum quid; hinc ex Mercurio vulgari cum ſulphure antimonii elaboratur cinnabaris perfectiſſima; unde eſt, quod ex antimonio poſſit elici copioſiſſimum ſulphur, ſulphuri communi ſimillimum, niſi quod non adeò flaveſcat, ſed nonnihil virideſcat.

Tale ſulphur minerale duplici modo elicitur ex antimonio:

1. Per deſtillationem; quando ♁ pulveriſatum cum ſpiritu vel oleo vitrioli ad tempus digeritur, & poſtmodum forti igne deſtillatur; ſic in fine deſtillationis ♎abit ſe ♃ in collo retortæ.
2. Per ſolutionem; ſi ſolvatur ♁ in ℞, cui ſi dein affundatur ▽ communis, ſeparabitur ♃ perfectum antimonii nonnihil virideſcens. Ut taceam non ſecus, quàm cum ♃e cõmuni per ♌ deſtillata, aut ♌a expreſſa, extrahi ♃ antimonii, & cum eo fieri balſamum ♃uris, quod melius eſt vulgari.

Dixi, quod antimonio quoque inſit Mercurius copioſus, ſed metallicus, qui participat de natura Saturni, & hic Mercurius eſt, qui à ♃e ſeparatur in præparatione reguli antimonii, inque regulum ſe conglobat. Dixi, quod ſit naturæ Saturninæ; hinc eſt, quod Baſilius Valentinus docet regulum antimonii mutare in perfectum Saturnum; hinc antimonium vocat naturæ hermaphroditicæ, quod ſit partim metallum propter Saturninam portionem, partim mineralis naturæ propter ♃ aliaque ☋ia ſuperflua. Aliis propterea, quia ♁ participat de ♃e ☉ari, dicitur ☉ leproſum, nondum ad perfectam ☉is adductum fixitatem. Aliis dicitur lupus, quia inſtar lupi voracis omnia fermè metalla, præter ☉, devorat: Nam ſulphur antimonii minerale abundans in fuſionis igne omnia metalla abſumit, ſeque cum iis ſaturat, cùm in proprio corpore non ſaturetur, ☉ autem intactum relinquit, partim propter firmiſſimam compactionem, partim propter amicum ♃is antimonii & ♃is ☉aris conjunctionem. Voracius eſt ſulphur antimonii ipſo Saturno; quia Saturnus abſorbet reliqua metalla, excepto ☉e & Luna, ♁ verò ſolum ☉ in capella relinquit, reliquis devoratis. Denique dicitur Protheus, proter ſui mutabilitatem variam. Omnes enim colores & ſapores ineſſe antimonio, affirmãt Chymici omnes: id quod teſtantur flores antimonii, qui modò albi, modò flavi, modò rubri, ♎antur: ſic quoque fiunt vitra varii coloris ex antimonio.

Pro uſu Medico eligendum eſt illud antimonium, quod eruitur ex aurifodinis; tale enim eſt perfectiſſimum, habetque ♃ copioſius, magisque eſt naturæ ☉aris: Unde antimonium Ungaricum optimum eſt, cùm notum ſit, quod ibidem loci dentur multæ aurifodinæ. Nota verò bonitatis eſt, ut habeat ſtrias albicantes, inter quas diſperſa ſint puncta rubra, quæ indicant copiam ſulphuris, ſtriæ verò abundantem Mercurium & Regulum.

Quod attinet uſum antimonii, crudum interne adhibitum nullam habet efficaciam, nec vomendo, nec purgando. Sunt quidam Neoterici, qui ♁ crudum ad gr. iij. commendant ad epilepſiam, imprimis ſi aliis ♒antibus ſit appropriatis admixta: Alii decoquunt ♁ crudum in decoctis ſudoriferis pro cura luis Venereæ, quale decoctum in nodulo ligato habet Borellus & Zwelfferus: Brutis ♁ crudum aliquot vicibus propinatum, eorum ſanguinem purificat; unde porcellis leproſis communiter cum paſtu propinatur ad 3ß. cum fructu; quod jam ſuo tempore obſervavit Baſilius Valentinus: Moderni in *Ephemer. Gallicis* experimentum fecêre in equis & porcis, quos uſu antimonii crudi pinguefecêre.

Accedamus nunc ad antimonii præparationes inter quas primum locum obtinet calcinatio: Hæc fit vel per ſe, vel cum aliis. Per ſe fit calcinatio, quando ♁ groſſo modô pulveriſatum calcinatur in ſcutella argillacea ampla, ſuper carbones ignitos, ita, ut ſucceſſivè ♃ copioſum exhalet, & ♁ in forma pulveris gryſei remaneat. Quod in tali calcinatione exhalet ♃, inde patet, quod reperiuntur copioſi & candidiſſimi antimonii flores in collo camini. In hac calcinatione antimonii quædam notandæ ſunt encheiriſes:

1. Ut antimonium in crucibulo continuè ſpatulâ ferreâ agitetur, ne coaleſcat & fundatur; ſic namque nunquam calcinabitur. Calcinatio hæc tamdiu continuetur, donec nil fumi amplius exſurgat: ubi autem ♁ jam calcinatum eſt,

Google

eſt, tunc novum illi ſuperaddi poteſt ♁ pulveriſatum, & calcinari denuò ſine ullo fuſionis metu; ſic enim unum alterum impedit, ne poſſit liqueſcere; calcinatum quippe non liqueſcit propter præſentiam antimonii crudi; poſtea iterum aliquid antimonii crudi addatur, & ita continuetur. Signum perfectæ calcinationis eſt, quando particulæ antimonii immiſſo baculo ferreo non amplius fumum de ſe ſpargunt; quod remanet, eſt calx antimonii. Præter hanc calcinationem ſuperiùs memini calcinationis per radios ſolares inſtitutæ, & omnes conſentiunt, quod gravius fiat ex hac per ☉em calcinatione, quàm communi modo calcinatum. Antimonium quoque per ☉em calcinatum fit blandum vomitorium ac diaphoreticum, quod Bartholetus vocat Bezoardicum ſtupendarum virium.

2. In hac calcinatione antimonii (imò in omnibus ejus præparationibus) vitandus eſt fumus antimonii, quia corroſivus & ſordibus ☌calibus impregnatus eſt, unde nocet valdoperè laborantib⁹. Hoc ut evitetur, aſſumendum eſt ante præparationē butyrum cum pane; hujus enim pinguedo temperat vim corroſivā fumi antimonialis: Sic quoque radix zedoariæ in ipſo labore maſticata, malignitatem antimonii ſolet coërcere.

Per ſe quoque calcinatur antimonium, ut fiat vitrum, ſi ſcilicet hoc ♁ prius calcinatum in crucibulo ſpatio quadrantis vel dimidiæ horæ forti igne fundatur, donec totum purum appareat; poſt fuſionem crucibulum eximatur, & poſtmodum effundatur in patellam aut porphyritidem, aut tabulam cupream, tunc concreſcit in loco frigido in vitrum hyacinthinum; interdum rubicundum. Pro fuſione facilitanda Matthiolus aliquid antimonii crudi addit: Rectè autem monet Schrœderus, quod pelluciditas hac ratione depravetur. Vitrum quoque antimonii ex antimonio crudo, aut hujus regulo, conflatur. Calx autem antimonii ultra unum vel ultra duos ♂ non aſſervanda, ſed mox in vitrum fundenda; ab ♎e enim ita immutatur, ut in vitrum diaphanum & ſplendidum redigi nequeat. Hîc autem obſervanda temporis tum quantitas, tum qualitas: Quantitas, ut ſufficienter fluat antimonium; quod cognoſcendum, ſi intruſo baculo ferreo in maſſam fluidam non ampliùs fumet, illudque, quod ipſi adhæret, ſit perſpicuum ac clarum, tunc enim ſufficit fuſio pro vitro antimonii; ſi non, ulteriùs continuetur fuſio, quin etiam borrace addito promoveatur fluiditas vitri antimonii: Qualitas obſervetur, ut dies in hanc rem eligatur ſerenus; ſic enim vitrum pellucidum & elegantis evadit coloris: Id quod non tantum in vitrificatione, ſed etiam in aliis antimonii præparationibus probè obſervandum, nempe in præparatione reguli, ☌ation antimonii, &c. Diaphaneitatem maximè juvat, ſi antimonio fluenti injiciatur aliquid ſulphuris citrini fruſtulatim, ut in præparatione nitri tabulati ſeu ſulphurati fieri ſolet, ſic ♁ mox depuratur, ejusque color rubicundus exaltatur: Schrœderus adjectionem borracis commendat, quâ tamen vitrum non fit hyacinthinum, ſed flavum: Quidnam ☌ addunt, quod rectè rejicit Schrœderus *pag.* 423. *Num.* 4. Alias ſi antimonium fundatur cum additione alicujus, v. g. cum duplo aut quadruplo borracis Venetæ, facilè emergit antimonii vitrum colore flavo; quale etiam ☿ vitæ per ſe, item caput mortuum butyri antimonii, forti igne in crucibulo fuſa ſuggerunt. *Vid.* Wintherus *Pharmac. Ration. P.* I. *pag.* 62. Imò, ſi cum octuplo borracis calcinetur ♁, vel vitrum aliàs antimonii, exſurgit vitrum Smaragdinum.

Vitrum hoc in ſubſtantia minus tutò uſurpari poteſt, propter vim vomendi nimis vehementem, dum ſubinde grana ij. vel iij. ſufficiunt pro hypercatharſi lethali: Ob id in infuſo melius in uſum vocatur, & quidem vix crudum, quin potius correctum. Corrigitur autem vitrum antimonii imprimis per acida; ſi enim vitrum antimonii pulveriſatum ſæpiùs imbibatur aceto deſtillato, aut ſpiritu vitrioli vel nitri, exinde cicuratur, ut aut catharcticum, aut blandum vomitorium evadat. Idem fit, ſi cum ſpiritu ☉is miſceatur: Nam ſi aliquot unciis affundatur ∾ ☉is ad eminentiam digiti, prodit beneficio △ liquor craſſus, qui nihil aliud eſt, quàm butyrum antimonii, quod per affuſionem ▽æ dat pulverem, qui ad grana iij. vel jv. propinari poteſt. Optima eſt correctio, quando vitrum antimonii pulveriſatum acetô vini extrahitur in menſtruum rubrum; quo decantato remanet ♁, cui affundatur ☿, digerantur aliquandiu, & ſpiritus vini deflagretur ſuper materiam, quæ in regulum ſeu vitrum △ beneficiô cogenda, ſic retinet vitrum antimonii vim blandam vomitoriam. Quidam etiam præparant vitrum ex ☉e & antimonio compoſitum, quod vocant vitrum antimonii ☉are, quod cum encheiriſibus deſcribit Zwelfferus *Mantiſſæ ſpagyr. p.* 363. Vitra antimonii optima dant infuſa vomitoria cum vino; hæc enim ſunt potentiſſima remedia in morbis chro-

Digitized by Google

abſorbet hæc heterogenea, & ſic redit, ſublatô impedimentô, aureus color atque ℞. Quicquid ſit, tamen certum eſt, quod ſulphur antimonii nobilius ſit atque elegantius ♃e communi, & non parum ad ♃ ſolare accedat; ex hoc enim virtus antimonii corroborativa, cephalica, epileptica, & variis venenis reſiſtens, originem ducere credunt. Sulphur hoc antimonii minerale probant omnes operationes atque præparationes, quæ ex antimonio conficiuntur: hinc inflam̃abilitas cum odore ♃eo & Gas acido; hinc cum nitro & tartaro detonationis effect⁹; hinc ℞æ antimonii per alcalia extracta (alcalia enim promptè attrahunt mineralium ſulphura) hinc ex Mercurio ſublimato & antimonio oritur butyrum antimonii, quod maximè ſpirat ♃eum quid; hinc ex Mercurio vulgari cum ſulphure antimonii elaboratur cinnabaris perfectiſſima; unde eſt, quod ex antimonio poſſit elici copioſiſſimum ſulphur, ſulphuri communi ſimillimum, niſi quod non adeò flaveſcat, ſed nonnihil virideſcat.

Tale ſulphur minerale duplici modo elicitur ex antimonio:

1. Per deſtillationem; quando ♁ pulveriſatum cum ſpiritu vel oleo vitrioli ad tempus digeritur, & poſtmodum forti igne deſtillatur; ſic in fine deſtillationis ♎abit ſe ♃ in collo retortæ.
2. Per ſolutionem; ſi ſolvatur ♁ in ♈, cui ſi dein affundatur ▽ communis, ſeparabitur ♃ perfectum antimonii nonnihil virideſcens. Ut taceam non ſecus, quàm cum ♃e cõmuni per ♋ deſtillata, aut ♋a expreſſa, extrahi ♃ antimonii, & cum eo fieri balſamum ♃uris, quod melius eſt vulgari.

Dixi, quod antimonio quoque inſit Mercurius copioſus, ſed metallicus, qui participat de natura Saturni, & hic Mercurius eſt, qui à ♃e ſeparatur in præparatione reguli antimonii, inque regulum ſe conglobat. Dixi, quod ſit naturæ Saturninæ; hinc eſt, quod Baſilius Valentinus docet regulum antimonii mutare in perfectum Saturnum; hinc antimonium vocat naturæ hermaphroditicæ, quod ſit partim metallum propter Saturninam portionem, partim mineralis naturæ propter ♃ aliaque ♑ia ſuperflua. Aliis propterea, quia ♁ participat de ♃e ☉ari, dicitur ☉ leproſum, nondum ad perfectam ☉is adductum fixitatem. Aliis dicitur lupus, quia inſtar lupi voracis omnia fermè metalla, præter ☉, devorat: Nam ſulphur antimonii minerale abundans in fuſionis igne omnia metalla abſumit, ſeque cum iis ſaturat, cùm in proprio corpore non ſaturetur, ☉ autem intactum relinquit, partim propter firmiſſimam compactionem, partim propter amicum ♃is antimonii & ♃is ☉aris conjunctionem. Voracius eſt ſulphur antimonii ipſo Saturno; quia Saturnus abſorbet reliqua metalla, excepto ☉e & Luna, ♁ verò ſolum ☉ in capella relinquit, reliquis devoratis. Denique dicitur Protheus, proter ſui mutabilitatem variam. Omnes enim colores & ſapores ineſſe antimonio, affirmãt Chymici omnes: id quod teſtantur flores antimonii, qui modò albi, modò flavi, modò rubri, ♎antur: ſic quoque fiunt vitra varii coloris ex antimonio.

Pro uſu Medico eligendum eſt illud antimonium, quod eruitur ex aurifodinis; tale enim eſt perfectiſſimum, habetque ♃ copioſius, magisque eſt naturæ ☉aris: Unde antimonium Ungaricum optimum eſt, cùm notum ſit, quod ibidem loci dentur multæ aurifodinæ. Nota verò bonitatis eſt, ut habeat ſtrias albicantes, inter quas diſperſa ſint puncta rubra, quæ indicant copiam ſulphuris, ſtriæ verò abundantem Mercurium & Regulum.

Quod attinet uſum antimonii, crudum interne adhibitum nullam habet efficaciam, nec vomendo, nec purgando. Sunt quidam Neoterici, qui ♁ crudum ad gr. iij. commendant ad epilepſiam, imprimis ſi aliis ♒antibus ſit appropriatis admixta: Alii decoquunt ♁ crudum in decoctis ſudoriferis pro cura luis Venereæ, quale decoctum in nodulo ligato habet Borellus & Zwelfferus: Brutis ♁ crudum aliquot vicibus propinatum, eorum ſanguinem purificat; unde porcellis leproſis communiter cum paſtu propinatur ad ʒß. cum fructu; quod jam ſuo tempore obſervavit Baſilius Valentinus: Moderni in *Ephemer. Gallicis* experimentum fecêre in equis & porcis, quos uſu antimonii crudi pinguefecêre.

Accedamus nunc ad antimonii præparationes inter quas primum locum obtinet calcinatio: Hæc fit vel per ſe, vel cum aliis. Per ſe fit calcinatio, quando ♁ groſſo modô pulveriſatum calcinatur in ſcutella argillacea ampla, ſuper carbones ignitos, ita, ut ſucceſſivè ♃ copioſum exhalet, & ♁ in forma pulveris gryſei remaneat. Quod in tali calcinatione exhalet ♃, inde patet, quod reperiuntur copioſi & candidiſſimi antimonii flores in collo camini. In hac calcinatione antimonii quædam notandæ ſunt encheiriſes:

1. Ut antimonium in crucibulo continuè ſpatulâ ferreâ agitetur, ne coaleſcat & fundatur; ſic namque nunquam calcinabitur. Calcinatio hæc tamdiu continuetur, donec nil fumi amplius exſurgat: ubi autem ♁ jam calcinatum eſt,

Digitized by Google

eſt, tunc novum illi ſuperaddi poteſt ♁ pulveriſatum, & calcinari denuò ſine ullo fuſionis metu; ſic enim unum alterum impedit, ne poſſit liqueſcere; calcinatum quippe non liqueſcit propter præſentiam antimonii crudi; poſtea iterum aliquid antimonii crudi addatur, & ita continuetur. Signum perfectæ calcinationis eſt, quando particulæ antimonii immiſſo baculo ferreo non amplius fumum de ſe ſpargunt; quod remanet, eſt calx antimonii. Præter hanc calcinationem ſuperiùs memini calcinationis per radios ſolares inſtitutæ, & omnes conſentiunt, quod gravius fiat ex hac per ☉em calcinatione, quàm communi modo calcinatum. Antimonium quoque per ☉em calcinatum fit blandum vomitorium ac diaphoreticum, quod Bartholetus vocat Bezoardicum ſtupendarum virium.

2. In hac calcinatione antimonii (imò in omnibus ejus præparationibus) vitandus eſt fumus antimonii, quia corroſivus & ſordibus ☾calibus impregnatus eſt, unde nocet valdoperè laborantib⁹. Hoc ut evitetur, aſſumendum eſt ante præparationē butyrum cum pane; hujus enim pinguedo temperat vim corroſivā fumi antimonialis: Sic quoque radix zedoariæ in ipſo labore maſticata, malignitatem antimonii ſolet coërcere.

Per ſe quoque calcinatur antimonium, ut fiat vitrum, ſi ſcilicet hoc ♁ prius calcinatum in crucibulo ſpatio quadrantis vel dimidiæ horæ forti igne fundatur, donec totum purum appareat; poſt fuſionem crucibulum eximatur, & poſtmodum effundatur in patellam aut porphyritidem, aut tabulam cupream, tunc concreſcit in loco frigido in vitrum hyacinthinum; interdum rubicundum. Pro fuſione facilitanda Matthiolus aliquid antimonii crudi addit: Rectè autem monet Schrœderus, quod pelluciditas hac ratione depravetur. Vitrum quoque antimonii ex antimonio crudo, aut hujus regulo, conflatur. Calx autem antimonii ultra unum vel ultra duos ♂ non aſſervanda, ſed mox in vitrum fundenda; ab ♎e enim ita immutatur, ut in vitrum diaphanum & ſplendidum redigi nequeat. Hîc autem obſervanda temporis tum quantitas, tum qualitas: Quantitas, ut ſufficienter fluat antimonium; quod cognoſcendum, ſi intruſo baculo ferreo in maſſam fluidam non ampliùs fumet, illudque, quod ipſi adhæret, ſit perſpicuum ac clarum, tunc enim ſufficit fuſio pro vitro antimonii; ſi non, ulteriùs continuetur fuſio, quin etiam borrace addito promoveatur fluiditas vitri antimonii: Qualitas obſervetur, ut dies in hanc rem eligatur ſerenus; ſic enim vitrum pellucidum & elegantis evadit coloris: Id quod non tantum in vitrificatione, ſed etiam in aliis antimonii præparationibus probè obſervandum, nempe in præparatione reguli, ☆ation antimonii, &c. Diaphanéitatem maximè juvat, ſi antimonio fluenti injiciatur aliquid ſulphuris citrini fruſtulatim, ut in præparatione nitri tabulati ſeu ſulphurati fieri ſolet, ſic ♁ mox depuratur, ejusque color rubicundus exaltatur: Schrœderus adjectionem borracis commendat, quâ tamen vitrum non fit hyacinthinum, ſed flavum: Quidnam ☾☉ addunt, quod rectè rejicit Schrœderus *pag.* 423. *Num.* 4. Alias ſi antimonium fundatur cum additione alicujus, v. g. cum duplo aut quadruplo borracis Venetæ, facilè emergit antimonii vitrum colore flavo; quale etiam ☿ vitæ per ſe, item caput mortuum butyri antimonii, forti igne in crucibulo fuſa ſuggerunt. *Vid.* Wilhius *Pharmac. Ration. P.* 1. *pag.* 62. Imò, ſi cum octuplo borracis calcinetur ♁, vel vitrum aliàs antimonii, exſurgit vitrum Smaragdinum.

Vitrum hoc in ſubſtantia minus tutò uſurpari poteſt, propter vim vomendi nimis vehementem, dum ſubinde grana ij. vel iij. ſufficiunt pro hypercatharſi lethali: Ob id in infuſo melius in uſum vocatur, & quidem vix crudum, quin potiùs correctum. Corrigitur autem vitrum antimonii imprimis per acida; ſi enim vitrum antimonii pulveriſatum ſæpiùs imbibatur aceto deſtillato, aut ſpiritu vitrioli vel nitri, exinde cicuratur, ut aut catharcticum, aut blandum vomitorium evadat. Idem fit, ſi cum ſpiritu ☉is miſceatur: Nam ſi aliquot unciis affundatur ~ ☉is ad eminentiam digiti, prodit beneficio △ liquor craſſus, qui nihil aliud eſt, quàm butyrum antimonii, quod per affuſionem ▽æ dat pulverem, qui ad grana iij. vel jv. propinari poteſt. Optima eſt correctio, quando vitrum antimonii pulveriſatum acetô vini extrahitur in menſtruum rubrum; quo decantato remanet ♁, cui affundatur ☤, digerantur aliquandiu, & ſpiritus vini deflagretur ſuper materiam, quæ in regulum ſeu vitrum △ beneficiô cogenda, ſic retinet vitrum antimonii vim blandam vomitoriam. Quidam etiam præparant vitrum ex ☉e & antimonio compoſitum, quod vocant vitrum antimonii ☉are, quod cum encheiriſibus deſcribit Zwelfferus *Mantiſſæ ſpagyr. p.* 363. Vitra antimonii optima dant infuſa vomitoria cum vino; hæc enim ſunt potentiſſima remedia in morbis

Digitized by Google

chronicis. Modi infuſorum ♁ alium ſunt varii. Notus eſt calix Rulandi, qui fit ex ligno juniperino, cui implicatur pix, & huic ⅓ vitri antimonii: huic ſi affundantur vinoſa, non autem ſpirituoſa (calida autem ſint) vim vomendi ex antimonio attrahunt. Pertinet huc annulus vomitorius ex particulis reguli antimonii annulo incluſis, qui vino vel alii liquori immiſſus, egregium dat infuſum vomitorium & vel millies infuſus, nunquam ſuâ virtute privatur.

Rigoroſa nimis Helmontii de uſu ♁ alium animadverſio eſt, qui dicit, quod quamdiu ♁ vomitum creet, non ſit boni viri remedium. Cui enim vomitoriorum certis in caſibus non perſpecta neceſſitas? de multijuga ut taceam purgantium, juſto tempore adhibitorum, utilitate. Neminem item latet, quàm difficile ſit antimonium eò deducere, ut per inferiora ſaltem purget; & utut quidam magnam adhibuerunt in hujus elaboratione operam, optato tamen defraudati ſunt effectu. Ratio eſt hæc, quia virtus purgandi conſiſtit in ſulphure antimonii non nimis volatili; quod dum figimus, evadit diaphoreticum; & quo magis figitur, eò magis per diaphoreſin agit; quo minùs, eò magis purgat. In his enim medium invenire quia difficile, hinc rarus proceſſus antimonii per inferiora tantùm purgantis.

Cum aliis etiam calcinatur ♁, imprimis cum nitro & tartaro. Sic ſi antimonii & nitri ana in crucibulo detonentur, acquiritur maſſa ad rubedinem vergens, dicta hepar antimonii, ▽ calidâ edulcoranda. In hac detonatione ♃ antimonii inflammatur, ☉ hoc cum ♃e antimonii figitur in alcali, & illud alcali elicit hoc ♃ antimonii, unde materiæ hujus rubedo. Hoc hepar antimonii ſi ſolvatur in ▽ communi, dilabi ſinit ad fundum pulverem obſcurè flaveſcentem, qui dicitur vulgò crocus metallorum. Crocus dicitur ratione coloris; metallorum, quia ex antimonio (quod omnium quaſi metallorum eſt mater) oritur. Hic crocus antimonii cum ana nitri factus, eſt verus crocus metallorum Rulandi, mitiùs operatur, quàm vitrum antimonii, licèt non deſtituatur ſuâ malignitate. Citior & felicior eſt operatio, ſi recipiantur antimonii, nitri & ☿i ana: ſic hepar antimonii acquiritur optimum, propter tartarum, qui figit vim antimonii catharcticam. Quidam loco ☿i vel nitri ſumunt ☉ abſinthii, ut Mynſychthius, unde crocus metallorum abſinthiacus; ſed fruſtrà: quoad enim hujus uſum, ☉ia fixa urinoſa omnia ſunt ejusdem naturæ, ejusdemque effectus; tutiùs tamen in uſum medicum vocari poteſt. Bartholetus *Tractatu de Reſpiratione*, mentionem facit croci antimonii, „ ſublimatione facti, qui, moſchi odorem refe-„ rat, & cum ſpiritu vini radicaliter ſolutus, at-„ que ad ℈i propinatus, egregium ſit purgans „ per inferiora, ſine ullius vomitionis metu.„ Nemo offendatur, quod Bartholetus dixit, hunc crocum moſchi referre odorem: Nam Finckius *in ſuo Encheiridio Chymico* fecit flores antimonii, ſimilis odoris.

Hic crocus metallorum, ſi in infuſo propinatur, vomitus ciet, mitiùs tamen quàm vitrum. Ut tamen corrigatur, Locatelli recipit crocum metallorum, cui affundit ☿, digerit aliquamdiu, & tandem deflagrat ☿. Hæc ſanè correctio eſt optima: nam in ea partes volatiliores croci inſenſibiliter diſperguntur, & cum ☿ avolant, remanentibus fixioribus. Vitrum & crocus antimonii ſunt baſis infuſi vomitorii, ſive cum vino, ſive cum oxymelite, ſive cum aliis inſtituatur. Hîc tamen obſervandum, quod dicit Walæus: In præſcribendis infuſis antimoniali-„ bus non attendendam eſſe ſubjecti ſolvendi „ doſin, ſed ſolventis ſeu liquoris; vis enim an-„ timonii eſt inexhauſta.„ Pertinet huc ſapa vomitoria Tilemanni & Sylvii: Recipiunt ſuccum cydoniorum vel muſtum recens, infundunt huic vitrum antimonii, poſt filtrationem inſpiſſant ad conſiſtentiam mellis, de quo ad grana aliquot cum ſucceſſu exhibent. Aliàs infuſa ♁ alia in oculorum affectibus ſunt optima remedia, v.g. vitrum, hepar antimonii in ▽ florum cyani, cichorii, euphraſiæ, &c. dant ophthalmicum optimum. Alii præferunt ♉ butyri antimonii pulveriſatum, quod infundunt in ▽ quadam ophthalmica, & adhibent feliciter.

Quod attinet regulum antimonii, miraculoniſſimum ſubjectum à Baſilio Valentino dictus eſt. Ille regulus nihil aliud eſt, quàm nobilior pars antimonii metallis cognata, ſeu eſt Mercurius antimonii concentratus & collectus, qui ſeparatis ſcoriis in calice fuſorio fundum petit: *Vid.* Angelus Sala *Anatom. Antimon. P.* 2. *c.* 1. ita tamen, ut adhuc ſufficiente ſuo gaudeat ſulphure. Et cum iſte Mercurius antimonii ſit naturæ ♄inæ, propterea regulus antimonii erit quaſi imperfectum ♄: Fundamentum præparationis reguli antimonii conſiſtit in hoc, ut ſequeſtretur ſuperfluum ſulphur antimonii per addita alcalia ☿i & nitri, ut, hoc ſeparato, pars metallica Mercurialis poſſit congregari in unum concretum, nempe regulum. Hoc, ceu dictum, fit per alcalia, quæ intimè cum ſulphuribus metallorum ſe conjungunt, unde hæc ſaturata antimonii ſulphure, alcali arripit ſulphur antimonii, & regulum ſeu Mercuri-

alem

alem partem intactam ad fundum dimittit. Regulus antimonii est vel simplex vel compositus. Simplex fit communiter hoc modo:

℞. ♁ *ii.*
☉ *i* ☿ *i, ana part. æqu.*

Detonentur simul in crucibulo: massa tamdiu detineatur, donec perfectè fluat, tunc effundatur in calicem fusorium calefactum & sevo priùs inunctum, & in fundo se sistet regulus, calicem inter fusionem aliquomodo agitando; qui à scoriis separatus, &, si adhuc impurior videatur, pulverisetur, & vel solus, vel cum dimidia sui parte nitri & ☿i denuò fundatur, ac prædicto modo procedatur.

Detonatio hæc est eadem actio, ac est vis sclopetans pulveris pyrii. Nam uti in pulvere pyrio est ☉, sulphur, & alcali carbonum, quæ conjuncta incensa fragorem excitant; ita hîc habetur sulphur antimonii, nitrum, & alcali in sale tartari; quæ tria exhibent istam detonationem. Sub ista autem regulum ingredientium detonatione ☽ & ☿ comburuntur in alcalia, quæ prout sunt acria, corrodunt ♃ antimonii, quo absorpto regulus præsens in fundo coni fusorii se sistit. Scoriæ, quæ in suprema parte reperiuntur, sunt nihil aliud quàm alcalia, ♃e antimonii tincta & saturata.

Compendiosiùs quidam parant regulum, miscendo vel solùm ⊖☿, vel sal alcali cum antimonio, quæ in calcinatione rodunt ♁ per separationem sulphuris antimonii. Verùm hæc falia sunt nimis caustica & corrosiva, & nimis imbibunt de sulphure antimonii, ut in præparatione reguli non tantùm omne absumant sulphur antimonii, sed & (nondum scilicet saturata) ipsum quoque regulum suo spoliant ♃e; unde, ne hoc fiat, sunt qui addunt pulverem carbonum, ne ⊖ia (nitrum scilicet & ☿) nimis promptè arripiant ♃ ♁ ii, sed ♃ carbonum, sic v. g.

℞. ♁ *ii.* ♄. *iij.*
☉ *i.*
☾ *i à* ♄ *j ß.*
pulv. carbon. ♄ jv ß.

Ex his more consueto præparatur regulus ponderosior & copiosior ob dictam rationem, utut hic regulus sit fœculentior & impurior reliquo, communi modo præparato: de quo modo vid. Zwelfferus.

Dixi, quod alcalia rodant sulphur, non tantùm antimonii, sed & carbonum: hac ratione notum fit, acquiri posse ♃ carbonum inflammabile, v. g.

℞. *Carbones frustulatim inciſi.*

Fundantur cum ⊖☿, postmodum dissolvantur in ▽, unde hoc alcali imbibit ♃ carbonum, quod beneficio aceti destillati ♒atur ad fundum.

Hoc sulphur carbonum interdum acquiritur inflammabile, interdum minus inflammabile. Ratio est hæc, quando ♃ carbonum cum aceto nimis acri ♒atur, privatur inflammabilitate, quia nimis fixatur ejus volatilitas; sin verò ♱ minus acre adhibeatur, retinet inflammabilitatem suam.

Alii præparant regulum antimonii cum pice vel colophonio; scilicet,

℞. *Colophon.* p. ij.
♁ *ii.* p. *iij.* vel *part. æqual.*

Fundantur in crucibulo, sic copiosè satis & nitidus acquiritur regulus.

Ratio copiosi & nitidi acquisiti reguli est hæc, quia in communibus reguli antimonii præparationibus pars ♃is antimonii volatilior partem Mercurii antimonii simul absumit, & sic paucus acquiritur regulus; in hac verò pinguedo colophonii imbibit cognatum sibi sulphur antimonii, unde fit, ut pars metallica antimonii in regulum secedat.

Aliàs etiam solum antimonium probè calcinatum, & à ♃e separatum, sine additione aliorum vi ignis abit in regulum. Sed, uti dixi, ♁ debet esse probè calcinatum.

Et hi sunt simplices reguli antimonii. Sequuntur compositi, quando unum vel alterum metallum additur, & simul detonantur: imprimis notissimi sunt reguli antimonii Martialis, Jovialis, solaris, &c. In cujuscunq; præparatione quædam encheirises probè sunt notandæ; nempe antimonium & Mars non possunt benè simul fundi: Nam ♁ facillimè, Mars verò difficulter, in igne funditur, quin potiùs diu satis candescit, quàm funditur. Ut autem regulus fiat legitimus, priùs immittatur igni Martis limatura, vel aliud corpus Martis, hoc ad ℔ß. vel ʒviij. probè in crucibulo candefiat ad summum usque gradum: huic tandem permisceatur antimonium pulverisatum ad ʒxvj. vel xviij. aliis tamen ʒxij: Hæc duo fundantur simul, ut abeant in unam massam igne aucto. Ratio hujus conjunctionis est, quia sulphur Martis cognatum est in radice cum sulphure antimonii, unde se uniunt: huic deinde massæ fluenti immittatur ☉ pulverisatum calefactum, ad ʒjv. vel v. vel nitri & ☿i à ʒij. vel ʒiiß. per vices injiciendum denuò, quando strepitus cessaverint; ita erumpente flammâ funditur contenta massa, quæ forti igne ultra horæ quadrantem in fluore detineatur in regulum; citò autem postmodum hæc massa fundenda in conum fusorium, aliàs scoriæ in densam abeunt crustam, quæ fusionem impedit. Hic regulus Martialis, si non fuerit probè purgatus, semel vel bis, imò tertia vice, cum dicta nitri quantitate iterum,

Digitized by Google

iterum eſt fundendus, ut politus & elegans ſtellaque conſpectior fiat.

Pro regulo antimonii Joviali:

℞. *Reg.* ♃ *ii*, vel ♃ *ii crudi*, ♃ *is*, *ā part. æqu.*

Fundantur in maſſam nigricantem, quæ poſtmodum cum nitro in regulum ferè argenteum redigitur, pro antihectico Poterii neceſſarium.

Pro regulo antimonii ſolari fundatur aurum cum p. jv. vel ſextuplo antimonii, ſic regulus in fundo reſidebit, qui à ſcoriis ſeparandus, & ſi forſan aliquid auri in ſcoriis relinquatur, addatur his pars dimidia antimonii crudi, iterum fundatur, addendo, cùm fluxerint, parum limaturæ Martis, & in regulum effundatur.

Simili modo etiam poteſt fieri regulus antimonii ☽ris, aut ex pluribus metallis compoſitus, qui vulgò electrum Majus dicitur.

Scoriæ, quæ in regulorum præparatione in ſuperficie coni fuſorii reperiũntur, nihil aliud ſunt, quàm alcalia, quæ abſorpſerunt ♃ antimonii. Jam ut ex his ſcoriis ſeparetur ſulphur antimonii, neceſſe eſt, ut ſolutis ſcoriis in aqua calida, affundantur acida, in ſpecie ☩ deſtillatum. Hoc tamen notandum, quod prima ſcoriarum ſolutio cum aceto præcipitata det ſulphur antimonii auratum obſcuri coloris: quod purgat per feceſſum, & non fit inflammabile propter ♁ia acida adjuncta: altera & ſequentes præcipitationes exhibent ſulphur magis fixum; & ſi ab ultimæ ≈ationis certo modo inſtitutæ, ♃e ſpiritus vini deflagretur, optimum eſt diaphoreticum, & epilepticũ, quod dicitur pulvis epilepticus ♃ alis. Huic ſcoriarum ſolutioni, ſi affundatur ∽ vitrioli vel nitri, horrendum excitabit fœtorem, & ſulphur acquiritur magis diaphoreticũ; cùm notum ſit, quod acida corrigant vim antimonialium catharticam.

Solutio ſcoriarum reguli, aliàs lixivium dictum, inſigniter prodeſt in menſium obſtructione, ſi ſuffitus formâ in genitalia excipiatur. Hinc idem lixivium eſt egregium in lotionibus ulcerum cacoëtheorum, quæ purificat, & ſordes abſtergit; nam in ea parte, ubi gangræna incipit affligere, mirè prodeſt, ſi pars totaliter affecta immittitur ſemel, bis vel ter, tali lixivio, tunc extrahi dicunt materiam craſſam, quâ extractâ, partem priſtinam ſanitatem recuperare. In ſcabie ab acido quoque prodeſt. Sed notandum, nequid addatur acidi, aliàs cuti imprimet maculas flavas ſatis diuturnas. Sic quoque commendatur in clyſteribus pro fecibus alvi emolliendis, nec eſt infrequentis uſus.

Antimonii diaphoretici eadem eſt præparatio, quæ croci metallorum. Funditur autem ♃ cum tripla nitri portione, & figitur in medicamentum diaphoreticum: Vid. Schrœderus, Zwelfferus, aliique. Differentia tamen eſt in eo, quod in præparatione croci metallorum ſumatur anarica portio; in antimonii verò diaphoretici tripla nitri, & una pars antimonii; ſic enim fit, ut figatur ♃, unde amittit vim catharticam, & fit diaphoreticum: maſſa fuſa ſolvitur in ▽, in qua ♃ in forma pulveris fundum petit, ☉ verò ▽æ permiſcetur.

Hoc antimonium diaphoreticum, ſi ſteterit aliquandiu, interdum emeticum fit: quatenus nempè ſub præparatione ſulphur antimonii ab acido nitri non perfectè imbibitur, adeò, ut textura ſulphuris ♃ alis cum ſubſtantia regulina denuò emergat & quaſi revivificetur. Hoc autem ne fiat, quædam obſervandæ ſunt encheiriſes:

1. Paretur ♃ diaphoreticum non tàm ex crudo antimonio, quàm ex regulo antimonii; ſic enim nunquam timendi vomitus, quia ſulphur antimonii ſub reguli præparatione per alcali nitri ♀i ſcoriarum formâ ſequeſtratur, ſicque revivificari non poteſt.
2. Poſt paratum antimonium diaphoreticum probè eluendum eſt ▽ calidâ ut omne nitrum ſeparetur: Poſtmodum affundatur ſpiritus vini, quo cum digeratur, & tandem ſuper antimonium diaphoreticum deflagretur; ſic optimum evadet medicamentum.

Antimonium diaphoreticum ex regulo antimonii paratũ alio nomine dicitur ceruſſa ♃ alis, quæ præter vim diaphoreticam ſalivationem movere dicitur.

Dum calcinatur ita ♃ cum nitri triplo, tunc ☉ in igne deflagrando dimittit ſuum ſpiritum; unde quidam præparant antimonium diaphoreticum in retorta tubulata, in quam ingredientia cochleatim immittuntur: ſic enim candefacta retorta calcinatur, & figitur ♃ in diaphoreticum medicamentum, & nitri ſpiritus capitur in receptaculo appoſito, cum quo tranſit ſimul aliquid de ſulphure antimonii, ut ſit ∽ clyſſiformis: maſſa exempta ſolvitur in ▽, eluitur ut ſuprà, & ſervatur.

Aqua, in qua maſſa antimonii diaphoretici ſoluta, dat nitrum antimoniatum duplex: nam maxima pars abit in cryſtallos ♁ſas amaricantes; pars quædam in cryſtallos nitriformes: in fundo autem remanet craſſior materia, quæ eſt alcali, in medico foro parum, in alchymico verò plus utilitatis referens.

Uſus antimonii diaphoretici eſt inſignis. Doſis à ℈ß. ad ℈j. vel etiam ʒß. in malignis morbis, petechiis, &c. item in febribus intermittentibus, in quibus plus confert, quàm ſpecificum

Digitized by Google

cum febrifugum Strobelbergeri aut Crollii, imprimis cum ☉e Ammoniaco ſi propinetur; unde cùm acidum deſtruat, feliciter quoque in pleuritide, erysipelate, & morbis à grumoſo ſanguine ortis, item in ſoda ructibusque commodè adhibetur: porrò in ſcabie, ut & in lue Venerea ♁ diaphoreticum non eſt contemnendum remedium. Nitrum verò antimoniatum, in febribus ardentibus, tàm benignis quàm malignis, in menſura cereviſiæ aut alius potus ad ʒj vel ʒij; per ſe verò ad ℈j. non ſine fructu adhibetur.

Unum adhuc moneo: quod ſi lixivio, in quo ſoluta maſſa antimonii diaphoretici inſpergatur acetum deſtillatum, præcipitabitur pulvis, qui dicitur magiſterium antimonii, cujus dimidia dotis plus valet, quàm integra antimonii diaphoretici.

Ex regulo antimonii cum additis aliis Metallicis variæ exſurgunt compoſitiones: v.g. Regulus antimonii cum Jove dat antihecticum Poterii. Proceditur legitimè hoc modo; (nam deſcriptio Poterii non procedit.)

℞. *♃is part. v.*
Reg. ♁ii part. jv.

Fundantur in crucibulo: poſteà detonentur cum triplo nitri per integram horam, ut omne ſulphur inflammabile ſeparetur, fiatque album; communiter cæruleſcit, ſed malè; hic enim color cæruleus oritur à ♃e Jovis nondum fixato, quod tamen levi encheiriſi in igne ſeparandum. Prodeſt in hectica, affectibus uteri, purpura, febribus ardentibus & malignis.

Antimonium diaphoreticum anticachecticum fit ex Marte, & ana antimonii: vulgò ex regulo antimonii; ſed malè: v.g.

℞. *limat. ♂is.*
♁ii crudi ā part. æqv.

Miſceantur hæc, & cum triplo nitri fundantur, calcinenturque per integram horam: tandem hæc ſolvantur in ▽ communi, & pulvis anticachecticus fundum petit: valet in ictero, cachexia virginum, & ſcabie: vid. Ludovici *Pharmac. pag.* 330. & M.A.N.C. *Ann.* 8. *pag.* 108.

Cremor ex hoc medicamento miſcetur cum ana Mercurii ♎ati, & fit liquor inſtar butyri antimonii.

Caput mortuum hujus ſolvitur in ▽ communi, fitque viridis & acidula, poteſtque loco acidularum artificialium ſubſtitui; conſtat enim ex antimonio & Marte, à ſpiritu ☉is corroſis; unde viridis color à Marte, aciditas à ſpiritu ☉is, & optima ſunt medicamenta.

Et hæc de calcinatione antimonii: jam ſequitur ſublimatio antimonii.

Sublimatur ♁ tùm per ſe tùm cum ☉e Ammoniaco, in flores, ſive in cucurbita cum multis alembicis ſibi invicem applicatis, ſive in cucurbita tubulata. Omne artificium conſiſtit in legitimo △ regimine, qui, ſi debilior fuerit, non ♎antur flores; ſi intenſior, funditur maſſa, & nihil dat florum; unde præſtat per cucurbitam tubulatam, aut cum triplo ∴æ, miſcere ♁ pulveriſarum, ut impediatur ejus colliquatio; ſic enim ♎abitur totum ♁ in flores, ita ut nullum ⊕ remaneat, niſi ∴ addita: & quidem in ſummo adhærent flores albi, qui admodum maligni; in medio flavi; in infimo rubri, qui ſunt ſalubriores, quia fixiores: vid. Schroederus *Pharmac. l.* 3. *pag.* 431. Zwelfferus *Mantiſſa Spargyr. P.* 2. *cap.* 8. *pag.* 365. Keslerus *Centur.* I. *pag.* 40. Hi flores cùm ſint partes volatiles antimonii, non ſine noxa aſſumuntur, in ſpecie flores albi; propterea corrigendi ſunt per acida, uti aliàs corriguntur omnia ☉ia volatilia. Conſtant flores antimonii ex parte ♃ea, quæ ſecum abſtulit partem Mercurialem, parte ☉inâ alcalicâ in fundo relictâ; unde cum ☉☽, vel alio alcali fixo, & nitro, in priſtinum antimonii corpus reduci poſſunt. Eſt ergò palliativa tantùm præparatio.

Iſti flores ſi ♎entur per ☉ ☿, cum ſingulari inſtrumento & encheiriſi, fit, ut ſimul cum albis & flavis etiam rubri acquirantur, qui ſunt optimi in cachexia, aliisque quamplurimis affectibus. Doſis eſt à gran. viij. ad xij. per diaphoreſin ſaltem operantur. Dicuntur hi flores antimonii rubri tinctura antimonii ſicca, qua feliciter uſus fuit D. Gramannus, Practicus Hallenſis. Apud Paracelſum, ejuſque ſectatores, mentio fit florum antimonii cheiri, à colore florum cheiri ita appellatorum, qui nihil aliud ſunt, quàm flores ex antimonii regulo ſæpiùs ſublimati, atque fixati, ut in flavos & rubros ita abeant; de quibus vid. Baſilius Valentinus. Ex hiſce floribus rubris cum ☉e Ammoniaco ſublimatis fit quoque tinctura illa antimonii, Lilium antimonii dicta: de cujus virtutibus vid. Paracelſus & Hartmannus. Finckius *l. a.* flores antimonii moſchum redolentes ♎at, ex parte unâ ſulphuris antimonii ⊙ati, & ☊✳ci part. iij. qui ▽ calidâ edulcorandi, & ♈ ab iis aliquoties cohobandus. Maximè commendat in affectibus melancholicis.

Ordine nunc proponam deſtillata ♁ alia. Deſtillatur autem antimonium vel per ſe, vel cum aliis, ipſi loco vehiculi inſervientibus. Per ſe deſtillatur minera antimonii nondum ignem experta, ex retorta in liquorem ſeu ſpiritum acidum, paucum, & vix conſideratione dignum, utut in medicina perutilem;

Digitized by Google

unde rædioſa eſt hæc deſtillatio. Vocatur aliis hic ~ acetum antimonii, eſtque nihil aliud, quàm fœtus ſulphuris antimonii, ſeu ſpiritus ſulphuris acidus mineralis; dixi, quod ex minera antimonii nondum ignem experta deſtilletur hoc acetum antimonii: in calcinatione enim perit hic ~ acidus. Semel deſtillatus hic ſpiritus, novæ iterum mineræ affundendus eſt, digerendus aliquamdiu, & denuò deſtillandus; ſic copioſior & acidior acquiritur ſpiritus, hocque repetendum, quamdiu placuerit. Notandum, quod pro hujus ~ ſeu aceti antimonii deſtillatione carbones vegetabilium non ſufficiant, ſed foſſiles requirantur. In ♎ ation antimonii per ſe per alembicum roſtratum etiam hujus aceti aliqua quantitas colligitur: Vid. Poppius in Baſil. antimonii. Alii ſine forti igne parant ſpiritum hunc, 'dam mineram antimonii candefactam extinguunt in ▽, idque aliquoties repetunt, donec tandem exinde fiat ▽ acidula, quæ dephlegmata ſpiritus antimonii exhibet parum. Juxta deſcriptionem Baſilii Valentini mineræ antimonii lævigatæ ℔ vj, aquæ pluvialis deſtillatæ ℔ xiv. affunduntur, quæ in vaſe clauſo tamdiu digeruntur, donec minera effervеſcat, & in ſuperficie ▽æ ſpuma appareat, qua apparente ▽ affuſa deſtillatur, quæ acidula eſt: imò ▽ communi ſublatâ, aucto igne ſubſtantiæ ♁ alis aliquid ſimul ♎ abitur: Hoc capiti mortuo iterum admiſcetur, ▽ prior reaffunditur, & cohobatio toties repetenda, donec ▽ inſtar aceti deſtillati prodeat; quæ novæ mineræ reaffunditur, & labor illis circumſtantiis abſolvitur, quales Kerkringius in notis ad Baſilii Valentini currum ttiumphalem annotavit.

Uſus aceti antimonii eſt ſatis amplus: commendatur in febribus malignis ad æſtum febrilem compeſcendum, item ad lumbricos enecandos: ſed tamen loco menſtrui univerſalis adhiberi nequit, uti quidam volunt. Error exinde ortum traxit, quod putarint, ♁ eſſe omnium metallorum radicem, unde exinde menſtruum univerſale elicere voluere; ſed falsò. Nihilominus eſt optimum menſtruum pro tinctura antimonii, in ſpecie ex vitro antimonii hyacinthino extrahenda: Nam canon Chymicorum dicit, quod menſtruum cujusque proprium melius extrahat penetretque in ſui ipſius ſubſtantiam propter convenientiam in radice, & orta particularum menſtrui cum porulis ſolvendis proportione.

Cum aliis quoque deſtillatur antimonium, nempe cum iis, quæ corpus antimonii corrodunt, reſolvunt, & reſolutum unà, dum per ignem adſcendunt, ſecum rapiunt, & ita per retortam ♁ velutur. Modus communis eſt, quando ſaccharum additur; hoc enim deſtillatione dat ſpiritum acidum, qui rodit & ſecum vehit ♁, unde oritur ſpiritus antimonii ſaccharatus.

Pertinet huc oleum antimonii mellitum, ſi ♁ miſcetur cum melle & deſtillatur (quod notandum) lento igne; aliàs enim tàm ſaccharum quàm mel ebullit, & cum impetu in receptaculum proruit; unde labor eſt fruſtraneus. Uſus horum eſt chirurgicus, & externè in ulceribus carnem luxuriantem abſumunt; hinc quoque ulcera cacoëthea optimè mundificant. Plura videbitis apud Baſilium Valentinum, & Schrœderum.

Quidam ♁ pulveriſatum cum pane miſtum deſtillant per retortam, & ſpiritum antiepilepticum acquirunt optimum. Ratio eſt, quia panis dat ſpiritum acidum volatilem (hic ſpiritus acidus præter alios uſus chymicos promptè extrahit tincturam antimonii, quibusdam in ſecretis habitam) qui corpus antimonii reſolvit ſub △ tortura, ſecumque per retortam rapit.

Deſtillatur quoque ♁ cum additione ☉is communis; aut aliorum ex ☉e communi præparatorum, v. g. cum ſpiritu ☉is, aut Mercurio ♎ato. Deſtillata hæc per Mercurium ♎atum, cùm ſint craſſa & viſcida, vocantur butyrum antimonii, item antimonii ♁ glaciale, item ſpuma venenatorum draconum, quo nomine ♁ & Mercurius ♎atus venire ſolent. Operatio eſt hæc: Antimonium & Mercurius ♎atus anaticâ proportione in lapideo mortario exactè miſcentur, & ex retorta ampli & longioris colli in ⁂, primò igne mediocri, deſtillantur, ut prodeat butyrum antimonii. Quod ſi fortè in collo retortæ concreſcat, admodum cautè carbone liquefiat: Ubi autem omne butyrum exierit, urgetur △, detur inſuper △ ſuppreſſorius, ut ſublimetur, & in collo retortæ concreſcat cinnabaris antimonii: vid. Schroederus *l. a. l.* 3. *pag.* 409. & Zwelfferus *in mantiſſa Spagyr. pag.* 367.

Fundamentum hujus præparationis eſt hoc: ſpiritus ☉is acidus, qui eſt in Mercurio ♎ato ignis beneficio reſolutus rodit partem Mercurialem ſeu metallicam antimonii, & corroſam ſecum rapit in receptaculum, & cum eo abit in liquorem craſſiuſculum, odoris ſummè ♃ei, propter ſulphur antimonii reſolutum; qui liquor ob formæ convenientiam butyrum antimonii dicitur: Mercurius verò vivus ſic à ſpiritu ☉is, partem metallicam rodente, derelictus, & ab ejus compedibus liberatus, partim in viva forma cum butyro antimonii prodit, partim conjungit ſe cum ♃e antimonii, & hæc duo corpora abeunt

Digitized by Google

abeunt in tertium demum compositum, cinnabarin antimonii.

Circa hanc tamen præparationem Butyri & ♁ antimonii, notanda sunt quædam encheirises:

1. Quod, si plus ♁ antimonii acquirere volumus, quàm butyri antimonii, sumamus tunc duplum Mercurii ♎ati ad unam antimonii partem; sin verò plus butyri antimonii cupiamus, quàm cinnabaris, tunc anaticam proportionem esse recipiendam; vel capiti mortuo butyri antimonii novum Mercurium ♎atum in sufficienti quantitate esse addendum; sic enim totum antimonii corpus in butyrum abit.
2. Sumendum esse ♁ non striatum, sed magis sulphureum pro majori copia ♁; multum enim diversa antimonii species valet juxta Boyle *Tentamin. in Physiol. pag.* 48.
3. Mixtura antimonii & ☿ ♎ti altero statim die destilletur: si verò fluidius butyrum antimonii volumus, massam compositam prius in cellam ad aliquot dies reponendam esse, ut species humectatæ butyrũ liquidius exhibeant.
4. Ignis fortissimus mox in principio administretur pro majori ♁ quantitate juxta Beguinum: Confer. Faber in *Univers. Sap. l.* 4. *Arc.* 5. & Rolfinccius *Chymiæ l.* 5. *cap.* 6.
5. Porro, qui in igne suppressionis destillant, recipiant retortam ampli colli; aliàs rumpitur, & butyrum & ♁ abeunt in auras; collum retortæ non sit nimis breve, aliàs pauca vel nulla acquiritur ♁.
6. Mercurius ♎atus sit purus, non verò adulteratus arsenico. Hic ut meliùs cognoscatur, probatur hoc modo: Mercurio ♎ato affundatur gutta una vel altera olei ♍i per deliquium; si fiavescat, est bonus; sin verò nigrescat, arsenico est adulteratum.

Quæritur: cujusnam sit naturæ butyrum antimonii? an Mercurialis, an verò antimonialis; Billichius; Angelus Sala, aliique statuunt, quod sit Mercurialis naturæ; sed contra rationem. Etenim

1. Potest butyrum antimonii parari mediantibus solis ☉ibus, sine additione Mercurii ♎ati: v. g. si loco Mercurii ♎ati recipiatur ♒ sălis, & hoc imbibatur ☿ antimonii, potest destillari butyrum antimonii; sed, quod observandum, sine tamen cinnabari, propter defectum Mercurii: vel si ♁ aut vitrum antimonii misceatur cum nitro & vitriolo, &, ad impediendam nimiam liquescentiam, adjecto pulvere laterino, & destilletur, tunc ♒ ☉is communis in △ tortura susci tatus rodit antimonii corpus in liquorem crassum, nempe butyrum antimonii: Vel.

℞. ♁ *ii part. j.*
☉*is decrep. part. ij.*
☉*li ad albed. calcin. part. jv.*

Misc. & destillentur per retortam; & acquiritur solum butyrum antimonii, sine cinnabari, propter defectum ☿ ii.

2. Mercurius vitæ, qui est productum butyri antimonii, in crucibulo fusus, abit in antiquum corpus antimoniale, aut in regulum, aut vitrum antimonii. Conf. Tenzelius *exeges. Salæ Ternar. Bezoardicorum*, Zwelfferus *Mantissâ spagyr. p.* 367. & Boyle *Chym. Scept. pag.* 336.

Est itaque butyrum antimonii nihil aliud, quàm regulus antimonii à spiritu salino in liquorem crassiusculum corrosus. Cur verò ♒ ☉is relinquat corpus Mercuriale, & se conjungat cum antimonio, ratio est, quia mineralia se libentius cum metallis conjungunt. Cùm ergò ♁ sit corpus semimetallicum, acida mineralia malunt ejus connubium, quàm Mercurii, quem relinquunt.

Ex præparatis quoque ♁ alibus parari potest butyrum antimonii, nempe ex regulo, ex vitro, ut & ex antimonio diaphoretico; hac tamen cum differentia, quod si ex regulo antimonii cum Mercurio ♎ato destilletur butyrum antimonii, item si vitrum antimonii, aut ♁ diaphoreticum cum Mercurio ♎ato destilletur, acquirimus quidem butyrum antimonii eò tutius, & benignius, & ex hoc mediante ♒ationc Mercurium vitæ; sed nullam Cinnabarin; quoniam in præparatione reguli & antimonii diaphoretici per detonationem, in præparatione vitri antimonii per calcinationem, ♃ omne deflagraverit, ut cum Mercurio in cinnabarin coire nequeat. Caput mortuum remanens est verus antimonii regulus, quod per repetitam ☿ ♎ti additionem totum in butyrum destillari potest, nihil autem cinnabaris suppeditans. Loco reguli antimonii simplicis sumi etiam potest compositus, & destillatur butyrum compositum majoris usus in medicina.

Usus butyri antimonii tùm chirurgicus tùm medicus est tam internus quàm externus. Externè adhibetur in abscessibus & ulceribus desperatis putridis, & imminente jam gangræna; commodissimè adhibetur pro fonticulis excitandis, si calamus scriptorius appli-

Digitized by Google

applicetur cuti ejusdemque cavitati immittatur butyrum antimonii, & calamus ita commodè convenienterque deligetur: sic enim fit, ut sensim sensimque subjectam cutim & carnem corrodat butyrum antimonii, & in fonticulum transmutet, qui postmodum lege artis est tractandus. In gangræna, vel potiùs sphacelo, laudandum præstat effectum; pars quippe mortua butyro hoc illita sponte à viva secedit; quo facto, locus affectus balsamo sulphuris inungendus, aliaque ulcus purificantia adhibenda. In aperiendis abscessibus malignis in specie, ut in bubonibus & carbunculis pestilentialibus, in corporibus durioribus adhibitum, mirum præstat auxilium. Illinitur summitati bubonis, unde fit eschara, facilè postmodum aperienda, & convenientibus tractanda remediis: Pro separanda parte mortua à sana circumducatur circulus inter partem sanam & mortuam. Vid. Agricola *Commentar. in Poppium*; ratione enim acidi concentrati impedit ulteriorem progressum. In delicatis verò subjectis buboni applicatur magnes arsenicalis, exque eo emplastrum arsenicale, aperitur inducta eschara, mundificatur & consolidatur.

Componitur autem magnes arsenicalis ex ana antimonii, sulphuris & arsenici, in igne ♁æ in crucibulo fusis: hæc optimè uniuntur in magnetem Arsenicalem causticum, qui quoque amuleti instar in morbis malignis, ipsaque peste, adhibetur.

Internè vix adhibetur butyrum antimonii, ob vim corrosivam ex adjunctis salibus acidis dependentem. Nihilominus fuit quidam, qui in quartana ad guttulas duas cum successu adhibuit: factum enim est, ut quartanarius ter vel quater purgaretur; hoc notato, propinavit *gutt.* ʃ. & purgatus, probèque sudans convaluit. Hoc mirandum sanè, quod butyrum antimonii internè exhibitum non moveat vomitus: ratio forsan est, quod acida in butyro coërceant vim volatilem in Mercurio vitæ, quando destillatur butyrum antimonii, vel etiam, quando præcipitatur ☿ vitæ, simul solet progredi ☿ vivus ex ♎ato, quod antimonio additum fuit. Hic oriundus ex butyro antimonii, si leviter evaporet in igne, solet post se relinquere aliquot grana auri, quæ ☿ ex antimonio extraxit; quoniam habet ens primum auri: vid. Glauberus, & Marcus Marci.

Præparatur ex butyro antimonii pro usu interno tùm Mercurius vitæ, tùm bezoardicum minerale. Mercurius vitæ fit, si butyrum antimonii rectificatum infundatur ▽æ communi frigidæ; sic enim liquor anteà limpidus lactescit, & successivè in fundum secedit ♁ albus, per filtrum separandus & edulcorandus, qui communiter ☿ vitæ vocatur, vomitorium nobilissimum, utut satis violentum. Quidam ♒ant Mercurium vitæ loco ▽æ communis cum ☾i aut nitri alcalisati liquore, & acquirunt mitius vomitorium. Injuriam faciunt Mercurio vitæ, qui pro Mercurio mortis eum proclamant, eo innixi fundamento, quod butyrum antimonii sit productum Mercuriale.

Usus Mercurii vitæ est nobilissimus: In febribus intermittentibus justo tempore exhibitus, insignem navat operam: in affectibus melancholicis, in specie mania, non sine fructu adhibetur: Billichius in partu difficili triduano felicissimum ejus expertus est usum: quem Billichii morem imitatus est D. D. Ganzland, qui in desperato pariendi conatu eundem summo cum successu adhibuit: Porrò conveniens est vomitorium in paralysi linguæ, in difficultate deglutiendi, in apoplexia, (in quibus casibus vel poterit inflari ori, vel unum aut duo grana linguæ imponi) jucundum provocat vomitorium, teste experientiâ. Verbo; Mercurius vitæ est vomitorium nobilissimum, & facilè omnibus antimonialibus palmam præripit. Datur ad gr. ij. in substantia, in infuso ad grana v. infunditur in vino per noctem, manè filtratur & exhibetur ab ʒj ad ʒiß, ad summum ʒij. Et tutius quidem est in infuso quàm in substantia exhibere; cum metuendum sit, ne aliquid plicis ventriculi adhæreat, lethalesque inducat hypercatharses.

Est autem antimonii, hinc ☿ ii vitæ, vis inexhausta, dum vel millies citra sui immutationem infundi posse dicunt. Sed quæritur, unde hic in Mercurio vitæ thesaurus? Dicunt quidem, ♁ operari per actionem radiativam; quod tamen vix percipi potest. Certum verò est, aliquid ab ejus substantia decedere; cùm acor vini subtilissima quædam, adeoque insensibilia ramenta abradat, quorum poris vini aut aceti particulæ iterum se insinuant, unde nullum pondus decedere videtur.

Violentum est vomitorium Mercurius vitæ; sed mitior evadit, si fiat ex regulo antimonii simplici vel Martiali; quia, dum à ☉ibus calcinatur, ejus sulphur subtile ♎ando maximâ ex parte separatur, & hoc sulphur volatile antimonii à sulphure fixiori Martis corrigitur: quin in tantum potest domari Mercurius vitæ, ut per interiora tantùm purget, si scil. ☿ vitæ ex butyro (quod ex regulo antimonii Martiali fuit destillatum) præcipitatur per lixivium ☽i, & postmodum leniter edulcoretur, modò butyrum antimonii ritè fuerit rectificatum: sic

Digitized by Google

ſic quoque per inferiora tantùm purgat Mercurius vitæ, ſi ab eodem ſpiritus vini tartariſatus aliquoties abſtrahatur. Hinc clarum evadit, quod ♁ia alcalia faciant Mercurium vitæ per inferiora purgantem. Sic, ſi nitri ℥ij. blando igne fuſis adjiciantur ℥ij. Mercurii vitæ, evadet catharcticus; ſi ℥j. tantùm Mercurii vitæ, evadet ſudoriferus, ſic quoque ſi ſextuplum ♒ nitri abſtrahatur à Mercurio vitæ, acquiritur bezoardicum minerale, optimum ſudoriferum. Porrò, ſi Mercurii dulcis gr. xv. & Mercurii vitæ gr. ij. miſta probè terantur, fiet purgatio tantùm per inferiora; quia ♒ acidus in Mercurio dulci figit Mercurium vitæ, ut per inferiora tantùm purget: item, ſi Mercurius vitæ teratur probè cum ♁e communi, idque aliquoties repetatur, evadit Mercurius vitæ mitis, tutumque per inferiora purgans, utpote ab acido ♁ communis fixatus. Unde ratio peti poteſt, cur in hydropicis non operetur Mercurius vitæ? etenim ▽ ♁ſa hydropicorum corrigit figitque Mercurium vitæ.

Paratur ex Mercurio vitæ roſa vitæ minerális Angeli Salæ, ſi ſcilicet ſumatur eſſentia ſantali cum ſpiritu vini facta, ad mellis conſiſtentiam inſpiſſata, eidemque addantur guttæ aliquot olei caryophyllorum, item aliquot grana ambræ atque moſchi, tandem admiſceatur Mercurius vitæ, & probè ſubigatur.

Aqua illa acida, ex qua ♒andus eſt Mercurius vitæ, ſi deſtilletur & à phlegmate ſeparetur, exhibet ſpiritum acidum, qui vulgò dicitur ſpiritus vitrioli Philoſophicus, quaſi in ♒atione Mercurii aliquid de vitriolo ſimul adſcenderet, quod tamen falſum eſt: eſt enim potiùs ſpiritus ſalis communis, qui ſub deſtillatione butyri antimonii roſit regulum antimonii, particulis aquoſis dilutus, easdem cum hoc habens virtutes.

Bezoardicum minerale fit communiter, ſi butyro antimonii affundatur ſpiritus nitri rectificatus guttatim, donec nulla effervescentia percipiatur, & ♂ flavus ad fundum ♒atus fuerit, à quo ter per ∴m abſtrahendus ſpiritus nitri novus ad ſiccitatem usque, qui ſpiritus nitri bezoardicus vocari ſolet; ſicque remanet ☿ fixus, ſuper quem leniter calcinatum ♈, continuò agitando, deflagrandus. Breviùs, minorique cum apparatu, bezoardicum minerale componi poteſt ex croco metallorum per ternam cum nitro calcinationem in furno anemio igne fortiſ. Sic quoque, ſi croco metallorum ſexies ſpiritus nitri fortis igne abſtrahitur, fit bezoardicum conveniens.

Et hoc eſt bezoardicum minerale ſimplex, quod eſt optimum remedium ſudoriferum in morbis malignis, peſte, ſcabie maligna. In nuperrima peſte Neapolitana multorum cum commodo fuit adminiſtratum doſis gr. vj. ad viij. Notatu dignum eſt, quod refert Roſencreuzerus, ſe curaſſe nobilem hydropicum ex potu fontis veneno infecti, cui propinavit doſin bezoardici mineralis, unde æger eminxit 6. araneas vivas, & priſtinæ ſanitati fuit reſtitutus. Sunt & compoſita bezoardica mineralia, quæ aliorum metallorum additione fiunt, in ſpecie ☉is, ☽æ, Martis, Jovis, &c. quorum compoſitiones videri poſſunt apud Beguinum, Crollium, &c. In compoſitione bezoardici ☉aris & ☽ris notandum, ut recipiatur ſol & ☽ ab omni Venere libera; nam ſi ☉ adhuc participat de Venere, bezoardicum non erit perfectè diaphoreticum, ſed propter admixtam Venerem excitabit vomitus; ſaporemque habebit vitriolicum; e. g. ſit bezoardicum ☉are:

℞ *butyr.* ♂ *ii.* ℥*jv.*
affundatur guttatim
♒ ☽*i rectif.* ℥*jv.*
addatur
☉*ri à* ♀ *per* ♂ *depurat.* ℥ß *ad* ℥*i.*

Confuſa deſtillentur per retortam ex ∴ ad ſiccitatem: reſiduo ♒ ☽i recentis dimidia pars præter propter affundatur, & abſtrahatur, quæ cohobatio cum novo ſpiritu nitri repetatur, ignem ultimò intenſiùs urgendo.

Zwelfferus *in Mantiſſa Spagyrica* edulcorare jubet; ſed malè: quia cum particulis ♁inis etiam particulæ ☉ares ab his ſolutæ eluuntur. Potius ergò maſſa leniter calcinetur, ut partes ♁inæ, ſi adhuc hæreant, evaporent.

Eadem ratione etiam bezoardicum lunare confici poteſt, ſolvendo ☽am depuratam in ♈ ſeu ſpiritu nitri: ſi ☽ non ſufficienter depurata erit, bezoardicum evadit viridiuſculum.

Bezoardicum Martiale fit ex ſcoriis Martis & antimonii optimi: dum ♂ ignitur, additur ♁, & ſecundùm artem funduntur in ſcorias, quæ cum part. ij. Mercurii ♎ti deſtillatæ, dant butyrum antimonii Martiale, quod cum ſpiritus nitri more ſolito miſtum, dabit pulverem rubeum, bezoardicum antimonii Martiale dictum; quod ſanè optimum eſt in hydrope & cachexia, & inde orta ſcabie: item in diarrhœa & dyſenteria epidemica, quam ſiſtit feliciter. Doſis gr. xvij. l. xviij.

Compendioſiori methodo parari poteſt, extrahendo è croco Martis cum butyro antimonii ℞m, quæ cum ſpiritu nitri præcipitetur, abſtrahatur, &c.

Bezoardicum Joviale paratur ex butyro antimonii Joviali; quod fit ex regulo antimonii Joviali cum ana Mercurii ♎ati, ♒ando cum

Digitized by Google

ſpiritu nitri. Melius fit Bezoardicum Jovialejuxta modum Beguini.

℞. ♃ *is* ℥iv.
☿ ♎ *ti* ♄ ß.

Ex miſtis probè, butyrum deſtillando eliciatur. Hoc non cum ▽ communi, ut vult Beguinus, ſed cum ſpiritu nitri ♒atum & fixatum, dat bezoardicum Joviale; ſingulariſſimum in affectibus mulierum. In paſſione hyſterica, in febribus continuis ardentibus, purpura puerperarum alba, in affectib⁹ mammarum exterioribus, ex terrore ortis, in tumoribus earum, item ad impediendum lactis coagulationem, ne abeat in tumores ſcirrhoſos aliosque; item ubi poſt hæmorrhagiam narium copioſam hydrops aut cachexia metuitur, bezoardicum antimonii Joviale laudandum eſt remedium.

Cinnabaris antimonii pro uſu medico aliquoties eſt ſublimanda, ut perfectè rubeſcat, & omnes ſordes ac ſuperfluũ de ſe ponat. Depurata ita ♁ antimonii eſt remedium polychreſtum, unde conſtituit baſin ſpecifici cephalici D. Michaelis, vel pulveris cephalici Hartmanni.

Eſt hæc cinnabaris ſingulare remedium pro partibus ſpermaticis ſeu nervoſis, unde in affectibus convulſivis non habet ſibi par remedium, quorum cura ex ſolis cinnabarinis petenda eſt remediis. Quapropter etiam Crato, ſuo jam tempore vocavit cinnabarin nativam magnetem epilepſiæ, quod elogium ſimili jure cinnabari antimonii debetur, quia cinnabari nativæ non cedit; unde in tremore manuum, e.g. aurifabrorum, ex fumis metallicis, aliisque artuum affectibus, optimum eſt remedium. Hinc quoque illis, qui in mineris & metallis laborant, morbosque incurrunt nervoſarum partium, ſcilicet contracturas, convulſiones, tremores, &c. vix poteſt melior exhiberi medicina, quàm ex cinnabari antimonii depurata. Porrò in morbis malignis ipſaque peſte, non eſt contemnendum remedium. Poterio eſt ſudoriferum antipeſtilentiale, à ♃ ß ad ♃ i adhibendum, unde hoc medicamentum in febribus malignis tàm adultorum quàm infantum, in variolis infantum cum epilepſia, & ubi jam ægri delirant, adjunctis ☉ibus volatilibus, in ſpecie C. C. aut ſuccini, optato cum ſucceſſu adhibuit. Porrò in affectibus ſenũ catarrhalibus capitis aliarumque partium, ſi recipiantur partes duæ ſalis volatilis ſuccini cum parte una cinnabaris antimonii exhibeantur, optatus inde ſequitur effectus. Gravidis terrore affectis, unde frequentiſſimè oriuntur abortus; item morbis malignis laborantibus, non tàm ut curentur ipſæ quàm ut fœtus præſervetur ab epilepſia, exhibetur. In eryſipelate capitis, cinnabaris antimonii, provocato cum ſalibus volatilibus ſudore, perfectam ſui invenit curationem. Id quoque maximè verum eſt de ſcabie maligna & lue Venerea, imprimis verò ſcabie maligna, quam provocato ſudore, cinnabaris antimonii feliciter ſæpè eradicat. Boyle recipit cinnabarin antimonii, & in Amphoram Vini Rhenani ſuſpendit, quo mirabiles vires medicamentoſas in caſibus chirurgicis contumacioribus expertus eſt. Dolor vagus articulorum ex ſcorbuto ortus, & qui vulgò à defluxionibus oriri ſtatuitur, arthritis vaga ſcorbutica, optimè curatur per cinnabarin antimonii, quando hyſtericâ paſſione aliisque doloribus abdominis atque nephriticis vel ſola; vel opiatis, vel cum camphoratis, mixta, optato ſuccurrunt ſucceſſu, imprimis in adultis; in infantibus enim non æque tutò exhibentur opiata.

Depuratur autem optimè â Mercurio vivo ſulphur antimonii beneficio alcalium; unde ſi cinnabaris antimonii ebulliat in lixivio alcalico, v.g. lixivio ſaponariorũ, lixivio ☉☿, &c. alcali arripit ♁ antimonii, & ☿ fundum vaſis petit, & tunc lixivium iſtud ♒ari poteſt cum aceto in ſulphur antimonii.

Poſt deſtillata varia antimonialia ſequuntur nunc extracta; quæ inſtituuntur plerumque eum in finem, ut eliciatur ſulphur antimonii per ſe, quod quodammodo exaltatum, & cum menſtruo unitum, dat ℞m antimonii, cujus ratione reliquis præſtant ☉ alibus, magnique uſus ſunt in mrdicina: ſulphur enim nobilitat non tàm cinnabarim antimonii, ſed & ejusdem ℞as. Tales autem extractiones fiunt vario modo, communiter per alcalia. Communiter dico: Nam modernorum quidam ſolent extrahere ℞am antimonii per acida, ſolvendo per ▽℞ aut deſtillatum ♁ vitrioli: quomodo etiam verus & vivus elicitur ☿. Imprimis celebris eſt modus Angeli Salæ, quem habet in *anatom. antim. P.* 2. *cap.* 2. quando truſtula antimonii minora cum aqua Regia digeruntur. Verùm ſulphura hæc per acida ſecreta non fiunt per extractionem, ſed per ſolam ſubſtantiæ Mercurialis corroſionem; unde ſulphur, quod à menſtruo acido intactum relinquebatur, huic ſolutioni partim ſupernatat, partim antimonii fruſtulis inſtar cruſtæ adhæreſcit. Sic ☉ cum oleo vitrioli per aliquot ſeptimanas digeſtum, ſulphur ſuum per repetitas deſtillationes prodit, igne ♃æ partim recipienti, partim retortæ collo adhæreſcens: vid. Boyle. Per alcalia paratur ſulphur, aut per viam humidam aut ſiccam: per humidam viam, quatenus antimonium vel crudum pulveriſatum, ſeu ejus minera, cui plus ſulphuris externi adhæreſcit, vel ſimilia coquuntur per aliquot ♂ in lixivio acri, quod plerumque conficitur ex ☉♀, ♆, vel ex cineribus clavellatis; novum ſemper lixivium aut ▽m ſaltem affundendo loco illius, quod exhalavit. Hoc in extractionis

actu

Digitized by Google

actu fit, ut alcali extrahant ſulphur antimonii, quod cum iisdem dat extractum rubicundum, filtrandum, ac calore leni aliquomodo evaporandum, poſtmodum in loco frigido detinendum, ſic ſulphut antimonii ſua ſponte ſubſidet, reliquum verò, quod per ſubſidentiam nondum ſeparatum, cum aceto deſtillato ſicut in lactis ſulphuris præparatione, ☵andum & edulcorandum: non ſecus atque in via ſicca fieri videmus in præparatione reguli antimonii, quâ ♁ beneficio calcinationis cum tartaro & nitro dat ſcorias, exque his exhibet mediante ☵ationecum acidis, in ſpecie cum aceto deſtillato, copioſum ſulphur ♁ale ☉atum, coloris rubicundi; quod ex ▽, in qua epar antimonii ſeu crocus metallorum primâ vice edulcoratum fuerit, ſimili modo ☵ari poteſt; vel ♁ cum duplo ☿i crudi, aut ana ☉ ☿, per aliquot horas calcinatur, cum aqua calida ſolvitur, & vel per ſubſidentiam, vel per ☵ationem cum aceto deſtillato ſeparatur ſulphur, quod edulcorandum. In ebullitione autem antimonii cum alcalibus fit, ut rodant alcalia ♁, ejusque eliciant ſulphur, partim, quia ipſa alcalia in radice conveniunt cum ſulphure antimonii, partim, quia in ſulphure antimonii latet occultum acidum, quo cum ſe conjungunt alcalia, ſulphur extrahunt, unde poſtmodum, ubi ☿ inſtillatur, hoc ſe combinat cum alcalibus, & ſulphur antimonii fundum petit.

Hæc ſulphura per alcalia extracta non ſunt pura & antimonii ſola, ſed partim ſunt miſta cum particulis reguli antimonii ſolutis, partim cum ☉ibus lixivii, partim cum ☉e acido menſtrui ☵antis. Hoc probatur exinde:

1. Quia ſulphure hoc, mediante fuſione cum borrace, poteſt acquiri priſtinum antimonii corpus in forma reguli.
2. Sulphur antimonii eſt diaphoreticum; hoc verò per alcalia paratum vomitus movet, qui omnino partibus regulinis erunt adſcribendi, niſi per acidulum quendam liquorem præcipitetur & figatur in diaphoreticum.
3. Omni ſulphuri competit inflammabilitas, quâ cum hoc deſtituatur, manifeſtum eſt, adjuncta ſibi ☉ia habere. Sic ſulphur commune in ſe eſt inflammabile; quando verò reſolvitur in alcalico liquore, & cum acido ☵atur in lac ſulphuris, tunc amittit ſuam inflammabilitatem, propter ☉ia nimirum adjuncta, ejus volatilitatem figentia, ejusque inflammabilitatem immutantia.

Dum paratur regulus antimonii, facillimo labore & unâ operâ etiam præparari poteſt ſulphur antimonii & tartarus tartariſatus antimoniatus, ſi ſcilicet ſolvuntur reguli ſcoriæ in ▽ ſimplici calida, & filtrantur, & loco aceti deſtillati cum cremore tartari præcipitetur ſulphur antimonii: liquor verò ipſe ſupernatans inſpiſſatus abit in cryſtallos, qui vocantur vulgò ☿ ☿iſatus antimoniatus. Cryſtalli hæ conſtant ex acido cremoris ☿, qui imbibit ☉ia ex ſcoriis reguli antimonii, ex parte antimonii, non exactè ☵ati. Uſus hujus inſignis eſt in febribus intermittentibus, ſi præmiſſis præmittendis ante paroxyſmum exhibeatur. Doſis à gr. xv. ad ℈ j. l. gr. xxiv. Has ſcorias reguli antimonii non ☵at Starckius, ſed volatiliſat cum alcalibus volatilibus, ſicque acquirit ſulphur antimonii exaltatum, magnarum virium.

Ex cinnabari antimonii purius acquiritur ſulphur (utut non ſeparaſſe præſtet) vel per alcalia, vel per limaturam Martis. Per alcalia elicitur ſulphur, ſi ♁ antimonii in lixivio acri aliquot horas ebulliat; ſic enim fit, ut alcalia abſorbeant ſulphur antimonii, unde Mercurius ad fundum ſecedit, vel inſperſo aceto deſtillato facilè ☵atur in fundo ad formam grumorum. Sed labor hic eſt nimis pretioſus.

Poppius ſulphuri antimonii præcipitato affundit ſpiritum vini rectificatiſſimum, digerit, & per retortam deſtillat, ſic acquirit primò ſpiritum vini, menſtruum affuſum; poſtmodum ſubſequitur, oleum rubicundum ſaporis dulcis, magnarum virium, & majorum, quàm cinnabaris antimonii. An procedat experientia, nondum probatum habeo: ſi tamen vera ſunt, ſatis utilitatis inde redundaret.

Per limaturam Martis ſeparatur ſulphur antimonii, ſi

℞. *Cinnab.* ♁ *ii part. ij.*
limat. ♂ *is part. j.*

Miſta per retortam deſtillantur, prodibit Mercurius vivus, & remanet ſulphur, junctum cum limatura Martis. Hoc, quod in retorta relinquitur ♇, ſubigendum eſt cum ☉e ammoniaco, inque flores ♓andum; tunc enim ſulphur antimonii cum ☉e ammoniaco ſimul aſcendit in flores, qui ſolvendi in ▽, & ☵andi cum aceto deſtillato; ſic ſulphur ad fundum recedet, & optimum habebitis medicamentum.

Quod attinet tincturas antimoniales, componuntur illæ hunc in finem, ut ſulphur antimonii fixius eliciatur & cum conveniente menſtruo conjunctum ſeu unitum, ſub tincturæ forma promptius in corpus noſtrum agere queat. Sed veram hîc & genuinâ intelligo ℞m antimonii, cujus labor ſi ſucceſſerit, unus eſt ex optimis totius artis ſpagyricæ laboribꝰ; de qua ℞ refertur, quod ejus ʒß lunæ ʒxx debeat tingere in ☉, quia ♃ antimonii dicitur participa-

Digitized by Google

re de natura ☉is. Ex genuina illa tinctura antimonii Basilius Valentinus parat suum lapidem △ antimonii, qui nihil est aliud, quàm tinctura antimonii per retortam destillata & probè fixata. Hic lapis particularis (ad differentiam universalis Philosophorum) lunam in solem mutat, reliquis omnibus metallorum corporibus relictis, & quidem quinque partes tingere dicitur. Vid. citatus Autor, cui meritò tanquam fide dignissimo hisce in rebus fidem habendam censeo, veraque quæ de lapide △ asserit, esse crediderim.

Consistit autem ℞æ ♁ alis præparatio in duobus:

1. Ut fiat per debitam sulphuris solaris extractionem; &
2. Per extracti decentem exaltationem.

Illa ut plurimum fit ex vitro antimonii per menstrua acida, in specie per aceetum destillatum, per spiritum ⊕, spiritum panis, &c. Caput mortuum in verum regulum abit. Exaltatio scilicet instituitur beneficio digestionis cum ☿, & subsequentis artificiosæ destillationis. Sic extrahitur tinctura antimonii vulgariter per acida: hæc figunt sulphur antimonii, ut vim emeticam penitus amittat; curatur enim hoc modo ejus violentia emetica quàm optimè, ut fiat jucundum sudorifeum. Et si cum spiritu vini postea ad tempus digeratur, per inferiora purgabit; si verò cum spiritu vini priùs exaltetur antimonialis sulphuris vis, digerendo virtus ejus emetica (quæ in volatilitate consistit) potiùs exaltatur magis, quàm ut figatur, & sudorem moveat.

Tincturæ antimonii præparandæ præ reliquis inservit vitrum antimonii, à quo sub præparatione sulphur maximâ ex parte avolavit, & tandem sulphur ☉are antimonii relictum commodissimè est extraversum, unde etiam colorem acquirit hyacinthinum. Hanc ob causam etiam Basilius Valentinus vitrum antimonii pro paranda sua tinctura eligit; item pro parando suo artificiosissimo lapide ignis. Sic & Helvetius, ex vitris metallorum solet parare suas tincturas, quas habet experientissimas: sed menstruum silentio involvit; putarem tamen, quod ex spiritu Veneris & crystallis procedat.

Meritò miratur Willisius *Tract. de Fermentatione*, concretum antimoniale analogum, *dum ejus partes aliquæ sint adeò faciles extractu, ut fiant ex antimonio tincturæ cum oleo terebinthinæ; item cum oleo lini, è contra quædam sint adeò fixæ, ut nec ab aqua forti solvantur*, ut opus habeamus ℜ. Dicta hæc scopum nostrum collimant. Tincturæ istæ vulgares sunt tantummodò superficiales, quæ per menstrua corrosiva præparantur, nihilque aliud quàm corrosiones superficiales totius corporis in partes minutissimas, & proinde exiguæ æstimationis. Contrà verò legitimæ tincturæ nihil aliud sunt, quàm portio aliqua substantiæ propriæ corporis idoneo menstruo extracta & exaltata, cum concentratione coloris & virtutis. In specie ℞æ metallorum, in quibus ipsum metalli ♃ essentiale, idoneo menstruo solutum, à sublimioribus desiderantur Chymicis, multumque effectus pollicentur, valdeque tales laudantur à Basilio Valentino. ℞æ istæ per olea destillata, v. g. terebinthinæ, non sunt genuinæ, sed superficiales & vulgares: in sulphur enim antimonii fixum non agunt oleosa, sed salia, quæ ☉m resolvunt: vid. Basilius Valentinus de ℞ sua antimonii, in cujus tamen descriptione singula probè attendenda, quia singularem quoque continent encheirisin. Paracelsus habet præparationem antimonii, & quidem certum modum ejus flores fixandi, ex quibus fixatis postmodum extrahit tincturam; sed autores in diversas abeunt sententias, occulta namque est, uti quam plurimi Paracelsi arcana. Loco talis ℞æ sublimioris adhibendæ sunt communiores, quæ utut non constent ♃e intrinseco, sed saltem extractiones & secretiones ♃is externi, hinc ignobiliores sint, tamen non contemnendæ. Inter has est tinctura antimonii tartarisata, ex antimonio cum ana tartari calcinato, ita ut fluant in crucibulo: continuò autem calcinandum, donec mistura exactè flavescat: hæc postea eximenda, & ▽ calidâ solvenda: ♁ relictus cum spiritu vini extrahendus, & tinctura ad debitam consistentiam inspissanda. Prodest insigniter in morbis chronicis, in cachexia, in febribus intermittentibus, in scabie, aliisque morbis intercutaneis, in mensibus remoratis, & aliis fœminarum affectibus, purificat sanguinem, & sordes in massa sanguinea præcipitat, easque per urinam educit

Vulgò parant tincturam antimonii ex scoriis reguli antimonii, quas contundunt, & cum spiritu vini rectificato extrahunt, mediante digestione; sed hæc ℞ potiùs est salium, quàm antimonii: nam ▽ infusus super ☉ia alcalia, promptè se tingit colore rubro, quem habet solum ex digestione, ceu videre est in præparatione ℞æ ☽i, unde etiam parum de antimonio participat. Omnium optima est, quæ cum spiritu vini & aceto destillato præparatur, & rectè dicit Freitagius, quod qui eam habeat legitimam, aliis non opus habeat.

Occasio-

Digitized by Google

Occaſione tincturarum ☉ alium, pauca quædam adhuc de tincturis dicam.

Tincturæ nomen derivatur à tingendo, & à colore, quo tingitur menſtruum in extractione atque præparatione, unde etiam lapis Philoſophorum dicitur ℞, quatenus ignobiliora metalla tingit in nobiliora. Tales verò Tincturæ ſunt vel univerſales vel particulares: Univerſalis eſt illud myſterium Philoſophorum, quo de videantur autores & defenſores ejus: Particulares, quæ in unum vel in alterum ſubjectum ingreſſum dant; tale quid eſt lapis ignis Baſilii Valentini, in proportione quintupla tingens ſubjecta ſibi idonea. Particulares tincturæ rurſum vel in Alchymia locum habent, vel in Medicina. Nos illis miſſis, harum conſiderationem ventilabimus, dicendo tincturam eſſe extractum liquidum, coloratum; vel eſſe extractionem nobilioris ſubſtantiæ concreti in tincturã. De tincturis vegetabilium res facilis eſt: Sic ex aromatibus cum ſpiritu vini elicitur tinctura eorum (quæ ſubinde quoque eſſentia dicitur) omnemque imbibit ſubjecti virtutem, ita, ut reliquum corpus omni nobilioris virtutis ſpoliatum maneat efficacia. In tincturis verò metallorum, mineralium, & ſimilium, admodum deſudant Spagyrici. Tales ℞s metallorum nihil aliud eſſe dicunt, quàm metalla in tincturam liquidam transmutata, & ita quidem, ut nequeant per artem reduci. Decantatiſſima eſt tinctura ſolis vera, & ℞ ♄is Veneris Helmontii; item tinctura antimonii per ſe.

Quæritur autem, an poſſit vera & genuina tinctura ex metallis & gemmis elici? Pro ſolutione hujus quæſtionis notandum, quod ſupponant Chymici virtutem & colorem conſiſtere in ejus ♄e: quod tamen pro ſuo accipiunt ſenſu, nec probant, ℞as oriri ex ♄ibus metallorum.

In præparandis itaque tincturis metallorum neceſſarium eſt:

1. Ut ſulphur purum metallorum eliciatur, & reliquum ejus metalli, cujus eſt tinctura, ſulphure ſuo ſit ſpoliatum.
2. Ut nequeant in antiquum corpus metallicum reduci.

Multi conſiderantes firmiſſimam metallorum concretionem, negant poſſe genuinas ex metallis extrahi ℞as, cujus ſententiæ quoque Beccherus eſt. Sanè non ſufficit, quod corpus reſiduum non ſit ejusdem cum ℞ coloris. Deinde omnes tincturæ, quæ cum acidis fiunt, facilè reducuntur per alcalia & vice versâ; gemmarum verò & nonnullorum lapidum ℞æ, ſi non planè impoſſibiles, certè ſunt difficillimæ, ut non immeritò dixerim, omnes hujusmodi tincturas gemmarum, coralliorum, &c. eſſe meras ſophiſticas, ortas aut ex corporum beneficio digeſtionis transmutatione, aut à menſtrui virtute. Sic tincturæ ſolis ſunt ſolutiones auri, aſt non veræ; hoc enim utut abeat in pulverem album, & poſſit manere album, neque reſolvatur ab ☿, non ſufficit: in tantum enim in igne transmutatur, ut ſuſtineat quæcunque, reducitur tamen in priſtinum corpus metallicum.

Par eſt ratio de tinctura coralliorum, quæ utplurimùm originem ſuam debet menſtruo. Sal tartari calcinatum cum ☿ dat ℞m rubeam, quam vocant ℞m ☽i, ſed falſò; ſpiritus vini enim ſuper alcalia effuſus, tingitur colore rubicundo: Deinde ℞ hæc ☽i mera tantùm eſt imbibitio; dum enim imbibit ♒ vini feces ☉is ☽i, ſe tingit colore rubeo; fortè enim calcinatione præcedente ☉☽ abit in feces ſine ulla efficacia & uſu.

Tertium Paracelſiſtarum principium eſt Mercurius; nihilominus tamen, uti in aliis ſeu reliquis principiis ingens eſt confuſio, ita in Mercuriali principio non minus eſt litigium adeò, ut ipſi vix intelligant, quid per Mercurium intelligendum ſit? Nam in vegetabilibus phlegmata facilè igne ſeparabilia, in animalibus partes ſpirituoſas, ☉ibus contradiſtinctas; in mineralibus, quod liquabilitatem, fuſibilitatem, & malleabilitatem iis largitur, pro principio Mercuriali agnoverunt. In genere principium Mercuriale eſt, quod concretis dat volatilitatem, mutabilitatem & facilem alterabilitatem, atque ex uno materiæ modo in alium transmutationem, v. g. è duro in liquidum. Cùm verò confuſum adeò, atque intricatum aut planè nullum ſit principium Mercuriale, operæ non videtur eſſe pretium, in extricando eo fruſtrà tempus conſumere, ſed progreſſus facio ad tractationem.

De Mercurio vulgari ſeu Argento vivo.

MErcurius hic argentum vocatur, tum ob colorem, tum quia (ut quidam dicunt) luna eſt ☿ fixatus, & ☿ eſt luna liquida, quod tamen alii de Saturno intellectum volunt, argentum vivum vocatur ob mobilitatem, fluiditatem & ſummam volatilitatem, ita ut nulla arte vulgari poſſit perfectè fixari.

Aliàs triplex datur ☿, (1) vulgi ☿, (2) Mercurius corporum, & (3) Mercurius Philoſophorum. Mercurius vulgi cognitus eſt & notus: Mercurius verò corporum eſt nihil aliud, quàm Mercurius ex metallis perfectis & ſemimetallis productus. Ingens lis eſt, imprimis inter non adeò peritos: num ex metallis perfectis verus elaborari poſſit Mercurius vivus currens? Quidam negant, quidam

Digitized by Google

dam affirmant. Illa ſententia communior: Hæc veritati magis conſentanea. Certum namque eſt, dari Mercurium vivum ex metallis extractum. D. Michaelis dicebat: ſe vidiſſe ejusmodi Mercurium, ex ☽ extractum. Boyle fatetur, ſe ex nullis metallis faciliùs acquirere poſſe Mercurium, quàm ex luna. Major adhuc controverſia eſt: an Mercurius hic corporum eliciatur, ut pars componens atque conſtituens concretum? An verò ut novum productum artis beneficio generatum? Priùs Helmontiani credunt, ſtatuentes, ♃ metallorum coërcere tamdiu Mercurium, donec eô ſeparatô ☿ vivus prodeat. Sed hoc minus videtur veriſimile; potiùs artificialiter producitur per varias artis Chymicæ præparationes adhibitas.

Mercurius Philoſophorum eſt decantatiſſima illa materia pro lapide Philoſophorum. Hic ☿ Philoſophorum ex nullo perfecto metallo elaboratur; ſed proximè ex ente metallorum primo, ſeu ex radice metallorum producitur, ibique quærendus. Utut Philoſophi dicant, materiam lapidis hujus eſſe ubique, latere in ſtabulis, quemlibet ſecum portare, &c. hæc tamen non tàm de materia lapidis proxima ſunt intelligenda, quàm de remota, ſpiritu nempe mundi: hic enim in potentia remota conſiſtit, dum metallicum ſemen diſponit ad perfectionem metalli, & tunc eſt in potentia proxima.

Quod attinet Mercurium vulgi, hic nihil aliud eſt, quàm liquor metallicus Saturninus ſolaris. Sed controvertitur, cujusnam ſit naturæ? in ſpecie, an ſit corpus ſimplex indiviſibile & indeſtructibile? an verò ſit heterogeneus, exque diſtinctis particulis conſtet, in quas reſolvi poſſit? Priùs affirmant Helmontiani *ex Tractatu ejusdem: Tria Princip. Chymicor.* dicto. Verùm ſi cum hoc aſſerto conferamus, quæ dicit Beccherus longè aliud apparebit, hic enim inquit: *Quod omnis Mercurius ſit amalgama ſeu compoſitum corpus metallicum, tàm perfectum, quàm imperfectum, reſolutum à fumo ſubterraneo, à quo ſit amalgama, & unde Mercurius vivus.* Et hoc ejus aſſertum eſt valdè probabile; quo collimat vulgi probatio: an ☿ ſit purus nec ne? Dum enim Mercurium effumare ſinunt in cochleari, ſi relinquat obſcuram maculam, dicunt Mercurium participare de Saturno; ſi flavam, de auro; ſi albam, de luna. Naturam fugitivam ☿ ii confirmat Helmontius; fixatio enim ejus eſt impoſſibilis, niſi fiat per ♃ corporis metallici puri, adeoque fiat metallum purum. Beccherus confirmat experientia, qui componit cum ſulphuris ſubterranei fumo amalgama compoſitum. Aliàs Mercurius dicitur ſervus fugitivus, propter nimiam ejus volatilitatem; ſemper enim ignem expertus avolat. Diſtinguendum tamen inter Mercurium fixatum & coagulatum: Mercurius fixatus eſt, qui conſtans permanet in igne, ut inſtar metalli fundi queat & tractari: Mercurius coagulatus eſt, qui coagulatur in corpus duriusculum, quodammodo malleabile, & non ampliùs apparet in forma fluida. Hic verò parari facilè poteſt: Nempe coagulatur Mercurius cum fumo Saturni; v. g.

Rec. *Saturnus,*

fundatur in crucibulo, poſtmodum reponatur in loco frigido, ut parum frigefiat: ſublatâ cruſtâ huic imprimunt in medio foramen, cui immittitur ☿, qui mox in ſubſtantiam coagulatur conſiſtentem.

Aſt hic Mercurius coagulatus nihil aliud eſt, quàm concretum Mercuriale Saturninum; quia particulæ ☿ ii ſeſe inſinuant in ♄ i corpus, & fit tale concretum. Idem præſtat ♃ quanquam cum plumbo feliciùs procedat operatio. Alii recipiunt ovum, effuſo albumine immittunt Mercurium, obturant foraminulum, & huic ovo affundunt liquefactum Saturnum, & hôc modô coagulatur ☿. Perfectè quidem ☿ figi nequit, niſi cum ſulphure metallico fixo. Talem Mercurium fixatum qui poſſident, vocantur Adepti, cum habeant, quo ſe ad mortem lautiſſimè ſuſtentent. Sæpè quidem ☿ eò uſque quaſi figitur, ut ignis examen ſuſtineat, & in eo aliquantulum perſiſtat; tamen ſæpiùs etiam avolat, & ſi non avolat, reſuſcitari poteſt in priſtinam formam per alcalia, vel etiam per limaturam Martis: Nempe cum ☿ per acida coaguletur, reducitur beneficio deſtillationis per ☽m per alcalia, item limaturam Martis, quæ abſorbent & deſtruunt acida, quibus ſeparatus ☿ vivus apparet.

Eruitur Mercurius nunc in forma fluida, in ſpecie in Carinthia: dicitur aliàs Mercurius virgineus, quia nondum ab igne defloratus & ſulphure ſpoliatus eſt: nunc & ſæpiùs ex terra minerali (quam cinnabarin vocant) vi △ evocatur, deſtillando ſcilic. additis alcalibus: ♁ enim ex ♃e communi & Mercurio vivo componitur, unde ſi adduntur alcalia, abſorptô acidô ♃is, ☿ vivit. Hic notandum, quod foſſores cinnabaris fiant plerumque tremuli propter Mercurium, unde ſi contingant manu vas aliquod aureum, ſtatim albeſcit; hoc tamen mirandum, quod non conquerantur de ſalivatione, quæ tamen aliàs aſſumpta Mercurialia ſubſequi ſolet.

Magna Mercurio cum metallis intercedit amicitia, maxima cum ☉e, minima cum Marte. Talis eſt amicitia cum ſole, ut licet ſit metallum compactiſſimum & fixiſſimum, Mercurius molliſſimus, illud tamen ſubitò penetret & albefaciat, ita ut quaſi calcinatum appa-

Digitized by Google

appareat. Aurum hoc modo à Mercurio calcinatum dicitur Amalgama Solis, ſeu ☉ à Mercurio penetratum. Talia ääáta fiunt ex omnibus metallis; hinc Beccherus dicit: ***Metalla omnia nihil aliud ſunt, quàm talia amalgamata,*** *(ex omnibus metallicis)* ***reſoluta à fumo terreſtri; unde amalgamata talia non ſunt tractanda in metallicis cochlearibus,*** quia ☿ ſe conjungit cum metallis, modò faciliùs cum hoc, difficiliùs cum illo. Mercurius hic vulgò variat ratione puritatis & adulterationis. Modus ex ſupra dictis patere poteſt. Uſus ejus eſt magnus & perfectus in mundificatione ſanguinis, in lue Venerea, in ſcabie aliisque affectibus cutaneis, in vermibus, &c.

Sæpiùs fit, ut poſt aſſumptionem ☿ii, vel inunctionem Mercurialem in lue Venerea concitetur inſignis ſalivatio admodum moleſta, tremor artuum, nonnunquam paralyſis, dentium vacillatio: quos affectus, ab uſu ☿ii oriundos, curat Zacutus Luſitanus cum unguento ex auro, quod applicatum extrahit vagabundum Mercurium ex corpore, & hoc ſublatò, homo ſanitati reſtituitur. Idem præſtat nummus aureus in ore detentus, qui ex tempore dealbatur: hic Riverius in dolore capitis graviſſimo, ex ☿ii noxa oborto, aureum applicavit nummum, cumque curavit. Præterea, uti dictum eſt, in Mercurio perfecta curatio luis Venereæ conſiſtit, ſive uſurpetur ſub forma ſuffitus, ſive forma linimenti, ſive forma pulveris; v.g. turbith minerale.

Notum eſt, quod internè adhibitus ſalivationem moveat. Ratio ſalivationis eſt fundata in malignitate Mercurii arſenicali; ☿ enim vulgi adjunctum habet ♤ peregrinum volatile, de naturali ☌cali, à quo exoritur ſalivatio, quatenus ſuâ volatilitate & penetrantiâ reſolvit tàm utiles, quàm inutiles humores, eosque ſubtiliſatos per glandulas maxillares exterminat. Ab hoc ſulphere fit, ut Mercurius in igne abeat per ſe in pulverem rubicundum. Quod verò virus ejusmodi ſit in Mercurio vulgi, exinde probatur, quia Mercurius extractus ex corporibus metallorum non inducit ſalivationē, ſed intra corpus adhiberi poteſt ſine noxa. Notum eſt quoq;, quod in ſcabie, ſimilibusque affectibus cutaneis, tàm in forma linimenti quàm cinguli, exactiſſimè adhibeatur: ſed cautè hæc uiurpanda, ne præter hæc adducta ſymptomata cutis corrugationem inducat, & vacillare faciat dentes. Præterea vermibus maximè adverſatur Mercurius, unde aqua Hermetica Augenii exinde parata valdoperè in vermib⁹ conducit. Schrœderus dicit; Mercurium „ poſſe redigi in pulverem cum ſucco aliquo „ vegetabili, qui nullus alius eſt quàm ſaccha-„ rum, qui Mercurium redigit in pulverem,„ quod certum eſt remedium in vermibus.„ Scorbutici caveant ſibi à Mercurialibus medicamentis: cum enim ☿ per ſe infeſtus ſit gingivis, & eæ in ſcorbuto ſint corroſæ, propterea facilè malum exaſperabitur, & ulcera maligna & cancroſa inducet. Aliàs ☿ per ſe eſt innocuus, adeò, ut ad ℔j. ſine noxa fuerit aſſumtus, in ſpecie in morbo iliaco; ſi verò noceat alicui, fit ob adjuncta ⊖ia corroſiva, quibuscum ♎atur; & propter ♤ peregrinum de natura arſenicali.

Mercurius utut in ſe & ſuâ naturâ ſit maximè homogeneus, eſt tamen non omninò indiviſibilis; varias tamen atque diverſiſſimas artis ope induit larvas, non quidem quod per ſe ex Mercurio ▽, ſpiritus, ♁ & ſulphur elici poſſint: id enim qui tentant, non immeritò Sophiſtæ Helmontio dicuntur; ſed quod aliorum additione in varias figuras transmutari poſſit, quibus tamen per addita alcalia rurſus in totum ſpoliatur, ut redivivus iterum emergat.

Ut verò præparationes Mercuriales in ſcenam redigam, notandum:

- Præparata Mercurialia eſſe vel
  - ſicca, quæ iterum ſunt vel
    - præcipitata, vel
      - 1. per ſe; per additionem aliorum ⊖ium nempe acidorum.
      - 2. ſimplicia; cum metallis compoſita
    - ſublimata.
      - Cum ſalibus, quando cum his in concreta varia convertitur, v. g. cum vitriolo, nitro, & ⊖e communi fit ☿♎: ſic aliter quoque fit ☿ dulcis.
      - Cum ſulphure: ſic enim ex ♤e & Mercurio fit ♄.
  - fluida, & fiunt vel
    - per deliquium,
    - per reſolutionem,

In

Digitized by Google

In genere in harum præparationum Mercurialium uſu cautiſſimi ſimus, ne plus noceamus, quàm proſimus, memores illius Helmontii, qui, quam diu revivificari poſſit Mercurius, non ſit boni viri remedium, aſſerit: idque propter virus malignum, de natura arſenicali, aut ſulphur Mercurii externum arſenicale, quod ſulphuri ejus nativo adhæret.

Nervis Mercurius eſt inimiciſſimus, ita ut tremores manuum, paralyſes, contracturas, &c. aurifabris ſubnaſci quotidie obſervemus: ut nihil dicam de attenuatione corporis à ſalivatione nimia Mercuriali excitata, aliisque ſymptomatis. Unde, ut ſine metu noxaque adſumi poſſit Mercurius, ſummè neceſſarium erit,

1. Ut debitè præparetur.
2. Præparatus cautè & circumſpectè in uſum vocetur.

Inter præparationes ☿ ii occurrit primo loco depuratio à ſordibus craſſioribus Mercurio adhærentibus, fitque communiter vel per lotionem cum aceto & ſale, aut cum lixivio ♆æ; vel expreſſione per corium, qui modus & ipſis aurifabris eſt notiſſimus. Circa hanc tamen depurationem per corium notandum, quod non ſemper ſufficiat pro omnibus impuritatibus aut mineralibus amalgamatis à Mercurio ſeparandis: Metalla enim propter intimiorem conjunctionem cum Mercurio corium ſæpè ſimul penetrant: *Vid.* Schrœderus *in Pharmac. l.*3. *c.*15. & Borrichius *in Actis Haffnienſ. T.*1. *c.*77. Alias recipitur ☿, cique affunditur in lagena ♆, & agitatur benè, unde fit, ut tandem ♆ nigreſcat, qui poſtmodum pro cingulo ☿ ii in ſcabie adhiberi poteſt. Operatio hæc toties repetitur, donec ☿ ſatis ſit depuratus. Melior modus eſt, ſi ex Mercurio ſublimato reſuſcitatur Mercurius, deſtillando illum cum part. ij. alcali cujusdã, aut ♆ & ♃ i calcinati ana part. æqual. per ♋am; ſic enim puriſſim⁹ Mercurius ſe manifeſtat in receptaculo, cui aliquid ♁æ frigidæ infuſum. Optimus modus eſt, qui ex cinnabari, vel nativa vel vulgari elicitur, addendo limaturæ Martis & ♆æ ana, per ♋am deſtillando, ut jam dixi: Proba Mercurii puriſſimi eſt, quod carbonibus impoſitus totus effumat, metallis autem adulteratus non niſi cum ſtrepitu exhalet.

Poſt depurationem Mercurii ſequitur præcipitatio, ſeu calcinatio, eſtque nihil aliud, quàm Mercurii corroſio. Ordinariè præcipitatur Mercurius cum ſpiritibus acidis, ſpiritu vitrioli, ♃is, nitri; item cum aqua forti: Hæc Mercurio affuſa eum ſolvunt, ſolutio abſtrahenda, & remanebit ♄, qui dicitur ☿ ♁.

Si fiat præcipitatio Mercurii cum ſpiritu ſulphuris, fit Mercurius præcipitatus albus: ſi cum ſpiritu vitrioli vel oleo vitrioli, fit flavus; qui vocatur turpethum minerale: ſi cum ſpiritu nitri aut aqua forti, remanet in forma pulveris rubicundi. Proceſſum habet Schrœderus *Pharmac. l.*3. *p.*400.

Colorationes hæ ☿ ii non dependent à ſpiritibus, quibus cum præcipitantur, ſed à proprio ſulphure Mercurii extraverſo & ſeparato à reliquo ſui concreto; undè ſi ☿ cum ſpiritu nitri ♁atur, fit ruber: Ratio eſt, quia ♒ nitri, ut ♒ ſulphureus, admodum ferit & extravertit ♃ ☿ ii ſeparabile, unde rubeſcit. Idem fit cum ▽ forti.

Ex hoc manuducimur ad miram illam præcipitationem Mercurii per ſe: Recipiatur nempe ☿ vivus, qui immittatur cucurbitæ plani fundi & ſtrictiſſimi orificii, cujus figuram habet Zwelfferus *in Mantiſſæ ſpagyr. P.*1. *c.*7. *p.*353. imponatur ♎æ; unde lento igne ſucceſſivè & longo temporis intervallo ☿ ſpontè abit in pulverem rubrum, qui dicitur ☿ ♁ per ſe. *Vid.* etiam Schrœd. *l.*3. *p.*399.

Quæritur nunc à quonam in tàm lenta digeſtione calcinetur Mercurius, ut hic fluidus in præcipitatum rubeum abeat? R. Hoc beneficio externi ♃is heterogenei ſeparati contingit, quo ipſo ☿ tingitur colore rubeo: Unde quia Mercurius corporum caret iſto ſulphure externo heterogeneo ſeparabili, calcinari hoc modo nequit, utut diutiùs in igne digeratur. Hinc alii præpararunt analogum auri Mercurium, eundem hoc dicto modo tractant, unde acquirunt Mercurium ♁atum per ſe, ſed ☉arem, qui poſtmodum cum ſpiritu vini digerendus eſt, & deflagrandus, datque diaphoreticum Mercuriale ſingularum viriũ in lue Venerea, lepra, ſcabie maligna, &c. Reliqua præcipitata omnia Mercurialia ſive per ſe, ſive cum ſpiritibus mineralibus acidis præparata violentos movent vomitus atque feceſſus, niſi figatur Mercurius; ſic enim poſtmodum ad aliquam diaphoreſeos virtutem accedit.

Sic quoque in doſibus Mercurialium non ſimus nimis largi, ne periculum famæ incurramus. Hæc præcipitata fixantur, ſi aliquoties ab iis per cohobationem abſtrahatur ſpiritus acidus anteà affuſus, & poſtmodum itidem aliquoties ſuper ea deflagretur ſpiritus vini, licèt hæc tamen palliativæ tantùm ſint fixationes. Optimus modus eſt, quando ☿ cum ▽ forti (quæ ex vitriolo, alumine uſto, & nitro conflatur) præcipitatur, & ab eo dictum illud menſtruũ aliquoties cohobatur, poſtmodum ſepties cum ♆ digeritur, & hinc ipſe ♆ toties deflagratur ab eodem, tandem cum ▽ ⊖ ☽ probè edulcoretur; ſic acquiritur ☿ rubeus fixus, diaphoreticus.

Alii ♁ant Mercurium cum ℞ ſmiridis, magnum inde expectantes miraculum. Modum videbitis apud Schrœderum. Sed eſt impoſtura; falſo enim nituntur fundamento: ſupponunt quippe, quod in ſmiride ſit Martiale quid,

Digitized by Google

quid, cujus ratione ſmiris aptus ſit ℞ in elicere ex metallis, & coagulare Mercurium: ſed ☿ examen hoc fundamentum ſubvertit; utplurimùm enim tali modo ☿ præcipitatus igni commiſſus avolat cum colore, ♄ verò fixus reſiduus eſt à ſmiride.

Mercurius præcipitatus externè tutius in cutaneis affectibus, ſcabie, lue Venerea, ulceribus cacoëthicis, & iis, quæ jam ad gangrænam inclinant: meliora non dantur, niſi Mercurialia unguentis miſta. Cum autem tàm per ſe, quàm cum ſpiritibus acidis paratus, ſit periculoſus pro interno uſu, inde quidam parant Mercurium ♒atum compoſitum cum aliis metallis; *in ſpecie* cum ☉e, qui comuniter aurum vitæ dicitur: Nempe ſolvunt ☉ cum ♈, Mercurium verò cum ▽ forti: ſolutiones conjungunt, deſtillant, & aliquoties cohobant; ſic exſurget ♄, qui edulcoratus cum ♅, nunc tanquam vomitorium in lue Venerea, nunc verò tanquam catharcticum in hydrope ſummopere prodeſt. Et hoc eſt ☉ vitæ Hartmanni *ſuper Baſilic. Crollii p.* 49. Keglerus *Tr. de Peſte* cum Mercurio depurato & ☉ro facit amalgama, aquam fortem de hoc abſtrahit, & pulverem relictum ſub tegula calcinat; uti habet Sennertus *in Inſtit. l.* 5. *P.* 3. *ſect.* 3. *c.* 18. Interdum additur regulus antimonii, quod communiter panacea vocatur; cujus deſcriptionem videbitis apud Sennertum *l. a.* Simile etiam per ſe, ſine ▽ forti & ſpiritibus corroſivis, fieri poteſt, præparando nempe ex ☉is per ♁ depurati ℥ß. & ☿ ii purificati ℥jv. amalgama, quod per lotionem cum ſale & aceto ab omni nigredine depurandum, per linteum exprimendum, & modô ſupra allegato per aliquot ♐ leniter digerendum. Huc quoque referunt quidam ſpecificum antiquartanariũ Riverii, quod præcipitatum compoſitum ex Mercurio, auro & regulo aut vitro antimonii viâ ſiccâ putant: verùm cum ♒ata hæc, paucorum granorum doſi, nimiâ violentiâ ἄνω κὰτω operentur; Riverius econtrà *in Append. Cent.* 3. *Obſerv.* Antiquartium ſuum tanquam medicamentum blandum & mite, nec magis, quàm formulæ ex ſenna & thabarbaro compoſitæ, alvum movens deprædicet; imò à ♃ j. ad ʒß. & ♃ i j. quartanariis propinaverit, potiùs credo, quod ſit compoſitum ex Mercurio dulci, auro fulminante, & ♃e antimonii: quibus, tanquam quartus athleta, additur ſcammonium præparatum; quod compoſitum perſeceſſum & ſudorem egregiè, interdum etiam, materiâ in primis viis hærente, per vomitum operatur. Præcipitatur quoque Mercurius cum Venere, unde oritur Mercurius præcipitatus viridis, de quo vid. Schrœderus, Sennertus *l. a. p.* 1444. & Hartmannus *in Crollium p.* 44. Hoc certum eſt remedium in gonorrhœa virolenta ſeu maligna, cujus uſus licet primâ fronte exaſperare videtur malum, certò tamen curat.

Huc quoq; pertinet arcanum corallinum Paracelſi, purgans optimũ, & febrium & podagræ verum remedium. Dicitur ita à colore rubeo, coralliorum faciem æmulante. Præparatio ejus clara eſt in ſcriptis Paracelſi: ſolvitur ſc. ☿ in liquore alcaheſtino, & abſtracto rurſus liquore abit in pulverem fixum ſine alteratione aut imũtatione: Pulvis relictus cum ▽ albuminũ ovorum elicitur & abſtrahitur, ſic tandem abſtracto liquore rubeſcit, & coralliorum formam ſeu potiùs colorem refert. Cùm verò ☿ vulgi à ſpiritu nitri ♒atus etiam rubeſcat, factum eſt, ut & hic quoq; arcani corallini nomen acquiſiverit, propter ſimilitudinem coloris: ſed malè; toto enim cœlo differunt. Hoc vulgare ☿ ii ♒atum vix tutò internè, ſed potiùs externè in cutaneis affectibus adhibetur. Pertinet hoc quoque calcinatum Majus Poterii, ut & chaos magnum ejusdem: Illud eſt nihil aliud, quàm ☿ ♒, in ▽ forti ſolutus, & cum ▽ ♁a ♒atus: ex quo deinde chaos ejus magnum præparatur, ſingulare remedium. Vid. ſcripta Poterii. Optimus ☿ ♒ ſeu turbith mineral, fit ex ☿ ♎ato, in ▽ ſoluto, filtrato & cum ♃ ♀ ♒ato: qui ♄ in fundo ſubſidens edulcoretur, & ſuper eam ♅ aliquoties deflagretur: Vid. Mynſichthius *Armament. Medico-Chym. p.* 18. & Ludovici *in Pharmacia.* Quidam ▽m, qua ☿ ♎ ſolvitur cum aliquot guttis ♏ is acuunt.

Quod ♎ationem ☿ attinet ſublimatur ☿ partim cum ♁ibus corroſivis, partim cum ſulphure: Ibi ☿, ♎ hic ♁ oritur.

Cum ſalibus ſublimatur ☿ ſequenti modo: v. g.

Rec. *☿ ii, in ♆ part. ij. ſolut.*
☾li exſicc.
♁is decrep. à part. æqu.

(vel loco ♁is decrepitati nitri part. dimid.) Miſcentur exactè, & ♎antur ex cucurbita humili: cucurbitæ hujus orificium in principio non adeò firmiter clauditur, ut phlegma ♁iũ adjunctorum exhalare poſſit: quando autem vapores ſeu nebulæ albicantes elevantur, firmiſſimè claudatur, △que gradatim augeatur: ita adſcendet Mercurius ſublimatus in forma ♁is cryſtallini.

Hîc notandum, quod ſi ☿ cum duplo nitri & vitrioli calcinati igne forti ſublimetur, elevatur ☿ rubeus non corroſivus, ejusdem ponderis, atque fuit ante miſtionem cum ♁ibus; ita ut adjuncta ♁ia nihil ponderis eidem tribuant, ſed ♃ nitri agit in Mercuriale ♃, à quo ☿ calcinatur in pulverem iſtum rubicundum. Quod ſi verò ☿ cum adjuncto ſale communi ſublimetur, adſcendit ☿ corroſivus, & pondere augetur, quantum ſcil. ipſi de ♁e communi accedit; nihil enim ſecum evehit, quàm ♁ commune, & ab hoc habet vim ſuam corrodendi. Minori labore & temporis jactura ☿ ♎ari

☿ ♎ari poteſt, quando in ▽ ſolvitur, & hac abſtractâ △ ultimò augeatur; ſic in forma cryſtallina adſcendit ſine additis ⊖ibus.

Si ☿ ♎ti partibus tribus addantur novi ☿ ii vivi partes duæ, terantur in mortario lapideo, donec ☿ vivus amplius conſpici nequeat, hinc in ☋, vel cucurbita, ſeu phiola parva, Scheidē-Kölbgen, ſublimetur, ignem circa finem non adeò intenſè augendo, fit exinde ☿ dulcis. Nam quando ☿ vivus adjicitur, ⊖ia iſta corroſiva in tantum disjunguntur, ut corroſiva ☿ ♎ti vis temperata remedium exhibeat dulce. Vocatur aliàs, etiam draco mitigatus, item panchymagogum minerale; quia ☿ dulcis egregium eſt purgans minerale ad ℈ j. aliis purgantibus additus, v. g. extracta hellebori nigri, extracto panchymagogo Crollii, &c. Hoc modo curat egregiè luem Veneream, cachexiam, lepram, hydropem, catarrhos, &c.

Notetur hic, quod purgantia Mercurialia meli⁹ naturis phlegmaticis quàm bilioſis conveniant, quin his poti⁹ noceant; & contrà antimonialia medicamenta conveniunt cholericis; nocent verò phlegmaticis & humidis. Unde ſi ☿ dulcis cum extracto elaterii miſceatur, & exhibeatur in forma pilulari in hydrope multi eſt uſus. Mercurius vitæ cum duplo vel aña ☿ ii dulcis mixtus, blandum evadet purgans, in multis affectibus egregiũ medicamentum, utut ☿ vitæ in ſe ſit vomitivus.

Commodè quoque ☿ dulcis externo uſui dicatur. Ingreditur imprimis aquam phagedænicam decantatiſſimam, quæ fit ex ▽ ♆ æ, in qua ſolvitur portio certa ☿ ii dulcis, & adduntur pro ratione circumſtantiarum aliquot unciæ ♅, fitque inde ▽ compoſita in curatione & præſervatione gangrænæ utiliſſima. Si adſit fortaſſis ardor aut inflammatio, addi poteſt ſuccus cancrorum fluviatilium optimo conſilio. Uſus externè quoque eſt in ſcabie, tinea capitis, pediculis abigendis, in ſpecie ſi cum unguento de nicotiana miſceatur.

Revivificatur Mercurius ſublimatus, ſi in vaſe ferreo bulliat in ▽ communi; ſic enim fit, ut ♂ abſorbeat ⊖ia acida corroſiva, unde his abſorptis ☿ in viva forma ſi manifeſtat. Idem quoque fit per additionem alcalium, quæ rodunt ejus ⊖ia acida; unde dum hæc in ſublimo rapiuntur, ☿ vivus prodit. Hic ☿ in quocunq; acido ſolutus, inſperſo ſpiritu ♃i abit in pulverem album: ſi cum oleo tartar. per deliquium præcipitatus, evadit in pulverem coloris flavi, non ſecus, atque ☿ ſublimatus: In ▽ communi vel roſarum vel alia deſtillata ſolutus ♒atur cum oleo ♃i per deliquium in pulverem ſubrubeum, qui vocatur turbith minerale, ad differentiam vegetabilis. Ita ſi cum alcalibus volatilibus præcipitatur, emergit color candicans; ſin verè cum alcalibus fixis ♒atur ☿, oritur pulvis coloris cineritii fuſci, prout magis vel minus fuerint fixa.

Dictum ſupra, Helmontium eos vocare impoſtores, qui ex Mercurio per ſe volunt elicere ▽m, ſpiritum, ♋, & ⊖: id quod verum eſſe ſtatuo, utut ſint, qui volunt elicere ex Mercurio ▽m inſtar liquoris alcaheſt; iſte tamen proceſſus non ſuccedit, aut ſi acquiritur ▽, eſt illa ex ♎e ambiente. Modum deſtillationis videbitis apud Zwelfferum, utut nihil unquam ▽æ ex Mercurio acceperit.

Mercurius ſi ſublimetur cum ſulphure, dat cinnabarim: ♎atur autem, ſi

Rec. ☿ *ii vivi* ♄ ß.
♃ *is comm.* ʒ ii j.

Miſta hæc ♎antur, & exſurgit cinnabaris artificialis.

Res ſanè mira, quod ex corpore Mercuriali albo, & ſulphure flavo, tertium oriatur rubicundum, ita ut hujus operationis phænomena optimè confirment doctrinam de coloribus clariſſimi Boyle & aliorum, quod ſcilicet colores oriantur ex mutata particularum textura, quæ recipit vim refringendi radios ☉ares.

Fundamentum præparationis cinnabaris eſt hoc: Acidum ♃is in igne corrodit Mercurium, eumque ſecum unit & evehit in altum, ut exinde tale concreſcat corpus cinnabarinum. Fieri hôc modô cinnabarin, patet inde, quia beneficio alcalium, aut cum limatura Martis, ex cinnabari reſuſcitari poteſt Mercurius vivus; ſi ſcilicet recipiatur ♁, & cum alcalibus deſtillatur, prodit ☿ vivus per ☋am, quando alcalia abſorbent acidum ♃is, inde ☿ à compedibus acidis liberatus, in forma viva ſe ſiſtit. Idem fit cum limatura Martis.

Sunt qui volunt præparare cinnabarim cœruleam,

Recipiendo ♃ *is part.* ij.
☿ *ii vivi part.* iij.
⊖ ✳ *ci part.* j.

Hæc miſta & ♎ata dant corpus cœruleum, ſicut ☿ cum ♃e communi dat corpus rubicundum.

Productio hæc cinnabaris mechanica, & artificialis manu nos ducit ad conſiderationem & generationem ♁ nativæ, quæ eruitur ex minera propria. Hæc enim minera ♁ nihil aliud eſt, quàm ♃ cum Mercurio vivo & ♒ lapidoſa, in terræ viſceribus in corpus rubicundum concretum, quæ minera pulveriſata & ♎ata, dat cinnabarim ejusdem planè naturæ cum vulgari. Hæc cinnabaris nativa variat pro varietate minerarum, ex quibus elicitur: prout enim variat ♃ in ſua minera cum Mercurio, ita quoque variant hinc præparata ♁. Optima minera eſt Ungarica, quæ abundat auro & ☽, unde quoque ♁ inde eruta participat de ſulphure nobiliori participan-

Digitized by Google

ticìpante de natura auri. Viliores ſunt omnes reliquæ mineræ.

Quæritur: An cinnabaris nativa poſſit tutò intra corpus aſſumi? Non immeritò dubitant nonnulli, quibus ſuſpectum eſt ♃ ☌cale, quod plerumque in mineris ſe ſolet aſſociare; propterea rejiciunt cinnabarin nativam, & præferunt cinnabarin antimonii, & quidem tutius. Nihilominus tamen, ſi placeat uſurpare cinnabarin nativam, corrigatur de virulentiâ ſuâ, partim ♎ation e, partim cum ☿ deflagratione.

Per repetitam ſublimationem corrigitur cinnabaris, quando ♃ ejus ☌cale avolat, & feces nocivæ ſegregantur, uti quoque fit in cinnabari antimonii. Quod ſi verò non detur occaſio ♎andi, recipitur ♄ nativa pulveriſata, coquitur in ♈ fervente aliquoties, poſtmodum pars purior ſupernatans ſubigitur cum ☿, & deflagratur ſuper eam: ſic quoque pura acquiritur ♄ nativa.

Alii parant cinnabarim artificialem ☉arem ex amalgamate Mercurii cum ſole: hæc cum ♃e communi ♎ant, & legitimo modo tractant, & ſic acquirunt cinnabarim artificialem ſolarem, de quo vid. Greiffius *Tractatu de Ther. Cœleſti*. Uſum cinnabaris nativæ videbitis in cinnabari antimonii, de quo ſuperius, ubi de ♄ alibus dictum: conveniunt enim in virtute.

Sed ad tria regna naturæ eſt progrediendum, & quidem primo de regno minerali.

De metallis acturus ſuppono, quod metalla ſint corpora mixta, compoſita ex materiis diſtinctis, è quarum mixtione exſurgit corpus tertium, metallum nempe, ita tamen, ut coaleſcant principia materialia in corpus maximè homogeneum indeſtructibile, & eſſentialiter indiviſibile.

Chymici, ut exactius metalla eorumque phænomena explicent, docent, quod illa conſtent ex Mercurio, ſulphure & ſale; quæ doctrina eſt antiquiſſima, & jam olim à Raimundo Lullio recepta.

Intelligenda verò per hæc tria principia, ſal, ſulphur & Mercurium, non vulgaria illa corpora; ſed ſulphur, ſubſtantia acido-pinguis, à qua metalla facilem habent ignitionem & excandeſcentiam: Per Mercurium humiditas radicalis metalli, ſeu principium tale, à quo habent facilem fuſibilitatem: Nomine ſalis ſubſtantia metalli fixior, ferè de natura alcalium ligans ſulphur & Mercurium, & cum iis in ſubſtantiam metallicam fatiſcens. Hæc principia inter ſe agnoſcunt quandam proportionem juſtam; ita, ut ſal ſit principium paſſivum, quod det metallo corpus, ſulphur largiatur formale, & τὸ eſſe ſpecificum metallorum; Mercurius verò conferat, ut ſulphur & ſal hoc medio eò meliùs & firmiùs ferruminentur & coëant.

Convenit hæc explicatio cum illo Chymicorum, quando nimirum metallis corpus, animam & ſpiritum tribuere, per corpus intelligendo ſal, per animam ſulphur, per ſpiritum Mercurium, qui extrema quaſi conglutinet atque confirmet conſtringatque. Hæc ſi velim applicare ad Philoſophiam corpuſcularem, tunc per Mercurium intelligendæ ſunt particulæ, quæ in igne ſunt facilè mobiles, inde facilis metalli fuſibilitas oritur; per ſulphur particulæ materiales, quæ in igne facilè flammam concipiunt, inde metalli excandeſcentia; per ſal particulæ illæ materiales, quæ ſulphur metalli figunt, ne avolare poſſit. Ita expoſita Chymicorum principia, commodè nobis metallorum naturam ſiſtunt. Nullo verò modo ita intelligenda ſunt, ac ſi verum aliquod ſulphur tanquam pars eſſentialiter conſtituens, atque reverà ante reſolutionem exiſtens, & ſal atque Mercurius talis in metallis reperiatur. Nam licet ex metallis ſulphur inflammabile, item Mercurius vivus, nempe Mercurius corporum, item ſal perfectum, aut etiam vitriolicum, haberi per artem queant: ea tamen actu ante transmutationem non infuêre, ſed fiunt demum ſub chymicis laboribus, atque ſunt nova artis producta, quæ anteà non inexiſtebant.

Sic quidam copioſum oſtendunt ♃ ☉are, quod tamen non eſt ex ☉e, ſed noviter productum ex conjunctione metallorum aliorumque corporum. Sic ☿, qui ſæpè ex corporibus metallorum elicitur ſæpè ſub forma viva, eſt novum ens, ex conjunctione metallicum aliis corporibus productum. Eadem cenſurâ dignæ iſtæ vulgares metallorum & mineralium ℞æ, quas Chymici quidam pro genuinis obtrudere non erubeſcunt.

Modum generandi metallorum quod attinet, certum eſt, quod ex profundo terræ exhalent fumi quidam (**die Witterung**) pingues volatiles, qui in corpore quodam lapideſcente (**den Quartz**) coërciti atque intercepti, abeunt ſuccedente tempore in metalla? Hi fumi in defectu ♁æ talis ſubinde abeunt in flores, item in ſtrias varias, pro varietate metallorum.

Inter principia metallorum præ reliquis conſiderari meretur ſulphur, utpote à quo nobiliores in medicinam derivantur virtutes. Hoc ♃ in ſe continet acidum, idque eò copioſius, quò magis metallum fuerit ♃eum. Imprimis abundat hoc acidum in ſole & Marte, quæ nobiliora habent ♃a, quia fixiora. Hoc exinde probatur: ſi auro liquefacto intrudatur bacillus ferreus, hic corroſus apparebit ab acido ſulphuris ſolaris excedente ſatis: ſic Mars quoque abundat ſatis copioſo

acido, ſolubili in quovis aquoſo : unde etiam ab igne corroſus abit in crocum : Stannum inſigniter eſt ſulphureum, unde ſi cum nitro in igne agitetur, flammas exhibet. Ab hoc ſulphure eſt, quod metalla guſtui communicent quandam acetoſitatem vitriolicam, teſte Hartmanno.

Omnia metalla conveniunt quidem in radice, & ex iisdem conſtant principiis; differunt tamen

1. Ratione majoris vel minoris maturationis.
2. Ratione ſingularis proportionis principiorum, quà debitè inter ſe invicem concurrunt.

Ratione maturationis dividuntur infixa, matura & nobiliora, quorum ♃ eſt perfectè fixatum & maturatum, ut ☉ & ☽; & minus fixata ſeu immatura & ignobilia, quæ & fixitate & proportione debita principiorum deſtituuntur. Hæc ſunt vel mollia vel dura. Mollia ſunt, quæ conſtant Mercurio copioſiori, minusque temperata ſunt à ♁e & ♃e, & hæc facile liquantur & funduntur in igne, ſed minus facilè igniuntur : talia ſunt ♄ & ♄. Duria ſunt, quæ conſtant ♃e copioſiſſimo & pauco Mercurio, facileque ob ♃is copiam igniuntur, & difficulter funduntur ob defectum principii Mercurialis. Diſtinguenda probe ſunt denſa à duris: Ferrum & chalybs licet æquè dura, non tamen æquè denſa ſunt: ☿ quandoque fit denſiſſimus metallorum, tamen molliſſimus : Aurum quamvis denſiſſimum, vitro tamen mollius ; quod auro longè rarius & levius. Ratione proportionis quædam perfecta ſunt, quædam imperfecta.

Jam videamus, quare Saturnus in purificatione ſolis & lunæ reliqua metalla abſorbeat, ſole & luna intactis? Ratio eſt, quod ♄ copioſo abundans alcali volatili, cupiat ſaturari: Verùm cùm ☉ & ☽ corpora nimis ſint compacta, indeque inepta ♄ aggreditur metalla potiùs ignobiliora, Venerem, Martem & Jovem, ceu magis terreſtria, eademque abſorbet : quibus abſorptis ☉ & ☽ tunc in teſta probatoria relinquit intacta.

Dixi, quod omnia metalla conveniant in radice, quod inde patet, quia unum metallum de altero participat, & imprimis ignobiliora de nobilibus: ſic in Saturno ſemper datur aliquid de argento : in ☽ rectè tractata ſemper aliquot grana ſolis reperiuntur: Marti ineſt ♃ ☉are, cum quo etiam nonnulli figere ſolent ♃ antimonii: in cupro eſt primum ens lunæ, unde ſemper ♀ & ☽ ſimul conveniunt in radice ; unde quoque eſt, quod ambo hæc metalla exhibeant ℞m ſapphirinam, amboque vomitus excitent ſat violentos: in Jove eſt adhuc aliquod ens auri.

Cum itaque metalla in radice conveniant, & non niſi gradu & perfectione differant, facile patet, quid de transmutatione metallorum ſit ſtatuendum ? nempe non repugnat, metalla imperfectiora, ignobiliora & immaturiora, ad majorem gradum perfectionis, nobilitatis, & maturationis, perduci poſſe. Notum enim eſt, quod ♄ mutetur in ☉, teſte Helmontio; aliaque metalla in ☉ tranſeant, teſte experientia.

Res certa eſt. Non enim differunt formaliter, ſed tantum maturitate; inde ſi maturationis debitum acquirunt gradum, abeunt in verum ☉. Ita luna ſi figatur perfectius, evadit aurum, ſaltem ut eidem deficiat tinctura, quam mutuatur à Venere, cum hæc de ente ſolis participet. Huc quadrant verſiculi illi Baſilii Valentini:

Innen bin ich blau und weiß;
Wenn ich erlang den fixen preiß/
So kleidet mich Venus zur Hand/
Mit Scharlach und Purpur-Gewand.

Uſum metallorum quod concernit, quæritur: an metalla cruda aliquam in corpus noſtrum habeant efficaciam ? Reſp. nihil operari poſitivè : eſt enim eorum compages durior, ut ſicut ingeſta ſint, rejiciantur; ſed privativè ſuam exerunt utilitatem, quatenus patiuntur quid, i. e. quatenus ſalia acida vitioſa irruendo in metalla aſſumpta, eademque ſolvendo, acrimoniam ſuam amittunt ; Sic v. g. Mars crudus pulveriſatus aſſumptus, licet poſitivè nihil juvet, utilis tamen eſt in iis morbis, in quibus acidum eſt in primis viis, dum nempe ♁ia hæc acida corrodendo Martem acrimoniam ſuam perdunt, eidemque adhærentia per alvum exitum quærunt. Dicta hæc valent quoque de Saturno, qui Paracelſo quarta chirurgiæ columna dicitur: ex eo enim præparato, cancroſis ulceribus applicato, iisdem medentur, quando ſalia acida Saturno ſeſe aſſociantia dulceſcunt. Idem valet de cupro, quod humores præter naturam per vomitum educat.

Aſt quæritur: quomodo operentur? modus operandi iterum eſt controverſus. Vis illa irradiativa Helmontii, qua archæum excitant, dirigunt & ad ideas certas ac amicabiles exſuſcitant, ſi labefactatæ fuerint, ut ad conſervandam aut reſtituendam ſanitatem in corpore humano ad earum ductum operentur, eſt imperceptibilis. Hæc ingenium, ſpeculationibus deditum, quidem lactant & mulcent, ſed Practicorum non explent deſiderium. Ego, ſi quid dicendum, aſſererem, metalla operari per contactum corporalem : certum namque eſt, quod omnia hactenus nota ex metallis parata remedia ſint tantum corroſiones ſuperficiales corporis metallici totius in partes minutiſſimas, adeoque operationes ſuas mediatè & per accidens,

Digitized by Google

cidens, ſuccos in primis alterando, edant; ſicut etiam eadem facilè reduci poſſunt.

Alia verò res eſt de genuinis tincturis, aliisque præparatis metallicis ſecretioribus, quæ de eſſentiali ♃e metalli participant; pro quibus nempe parandis non ſufficit mutua ſolutio per menſtrua corroſiva, ſed ſublimior requiritur præparatio. Metalla enim ſi ſolvantur, ut tota compages diſſolvatur, & miſtionis vinculum diſuniatur, ut non ampliùs poſſint reduci, vera erunt potabilia, & ſtupendos edere effectus, apud Helmontium *Tract. in Herbis, Verbis, & Lapidib. magna virtus*, videmus. Hæc operantur effectivè, & virtute anodyna, agendo in ~: hîc ſulphur antimonii & Veneris inſignem habet virtutem anodynam tam humorum vitioſorum, quàm ſpirituum irregulariter tumultuantium ſedativam; qui ſedati naturæ præſtant obedientiam.

Metallorum ſub peregrino habitu latentium reductio perficitur mediantibus alcalibus, in ſpecie cum ſale tartari vel borrace: nam quæcunque tincturæ cum menſtruo acido præparatæ reducuntur per alcalia. Hæc enim cum acido concurrendo tandem ſe uniunt; unde corroſum, ex acidi vinculis liberatum, pondere ſuo fundum petit, & hoc modo inſtitui poteſt δοκιμασία Rarum, an veræ, an ſpuriæ? medium itaque, quo fit Mercurius corporum, ſunt alcalia fixa, imprimis ſal tartari, & hinc Ammoniacum, quæ exinde chymicis dicuntur ſalia reſuſcitativa.

In ſpecie metalla quod attinet, initium faciam de Marte.

Conſtat ♂ primariò copioſa terra quaſi alcalina ſeu principio ☉ino, pauco Mercurio, ſeu fluido alcalino volatili, & ſulphure forti ſeu potenti, & admodum acido, ſed pauco; eo tamen quodammodo fixo; unde proximè ex omnibus metallis ♂ ad ☾em accedit: & cum hoc ♃e Martis quidam transmutationem particularum inſtituere volunt. Paucus Marti ineſt Mercurius, inde difficulter funditur, ut potiùs adjecto Mercurio hunc defectum compenſare poſſimus: ob ♀æ copiam difficulter eſt malleabilis, niſi priùs benè fundatur: ab hac ♀ eſt, quod malleo percuſſus in ſquamulas facillimè abeat, ob firmam hujus terræ texturam: & quod Mars: omnia acida tàm prompte imbibat: inde oritur medicamentorum Martialium vis adſtrictiva.

Convenit cum ferro chalybs, nec niſi duritie differunt. Fit verò chalybs ex ferro artificialiter: nempe Mars in lamellas redactus, & cum carbonibus pulveriſatis, aut cornubus bovinis raſpatis ſtratificatus, fortiſſimo igni committitur; ita ♂ depuratur & induratur. Fundamentum hujus indurationis conſiſtit in eo, quod acidum copioſum in Marte exiſtens, in ſtratificatione illa arripiat ☉ia alcalia, tum fixa carbonum, tum volatilia ex cornubus, à quorum concurſu conſtringitur magis principium terreſtre, & in majorem duritiem excreſcit Martis corpus. Sic quoque indurat Martem aqua ex lumbricis, & ▽ radicis raphani & porri. In his aquis, ſi extinguatur ♂ ignitus, fit, ut ☉ia volatilia, quæ imprægnant hanc ▽m, ſe inſinuent in Martem candentem, & ſic acidum maximè ſaturatum duritiem Marti conciliet.

Ferrum ignitum, ſi pinguibus, v. g. cera, oleo, ſevo, &c. inungatur, denuò molleſcit, imò ſi hac ratione emollitur, aliquoties igniatur, & in ▽ extinguatur, conficiendis cataphractis, quæ globulis ſclopetariis validè reſiſtunt, aptiſſimum eſt. Quomodo alias ita attemperare poſſit, ut clypeis, clauſtris, aliisque inſtrumentis mechanicis conficiendis inſerviat, vid. Boyle *de Coloribus*, *P.* 1. *c.* 2. *pag.* 7. *&* 8.

Marti vulgò duplex attribuitur virtus; una adſtringens, altera aperiens: illam partibus Martis terreſtribus atque fixis; hanc volatilibus, adſcribunt: unde crocum Martis adſtringentem paraturi, eousque calcinant Martem, donec abſumptis partibus volatilibus, remaneant fixiores. Sed falsò innititur hæc vulgi hypotheſis fundamento. Mars enim eſt corpus homogeneum, perduratque ſub æquali tenore in △ tortura. Error & diſtinctio illa inde nata, quod practici viderint, Martialia non exiguum uſum præſtare in morbis, quorum cauſam ab obſtructionibus & infarctu craſſorum humorum deduxerunt, ut in cachexia, quartana, obſtructione menſium, malo hypochondriaco, ictero, &c. unde virtutem aperitivam illi adſignarunt. Cum verò etiam in dyſenteria, diarrhœa, aliisque fluxibus præternaturalibus prodeſſe obſervarint, exinde vim ejus adſtrictoriam notarunt. Sed falſum eſt, quod ſuprà dicti affectus oriantur ab infarctu & obſtructione craſſorum humorum; certum contra eſt, quod Mars ſemper adſtringat per ſe, & terra magis ſtyptica adſtrictoriam tantum habeat virtutem: id quod omnia ex Marte parata demonſtrant medicamenta, quæ guſtui ſaporem adſtringentem miniſtrant. Aperit verò Mars tantum per accidens, quando nimirum intra corpus aſſumptus reperta in corpore ☉ia ſylveſtria & facilè coagulabilia (à quibus induci ſolent obſtructiones) abſorbet, abſorptaque ſecum per alvum educit: unde hoc modo ſublata cauſa, tollitur obſtructio. Hinc eſt, quod poſt aſſumpta Martialia feces utplurimum nigro colore tinctæ ſint, uti hoc ipſum à

Digitized by Google

potu acidularum contingit. Et ſanè malum eſt, ſi poſt aſſumpta Martialia non tingantur feces colore nigro; ſignum enim eſt, Martem non abſorpſiſſe ☋ia vitioſa, corpori noxam minantia.

Ob virtutes jam dictas Mars dicitur optimum melancholiæ digeſtivum; item alexipharmacum malihypochondriaci, â Zacuto Luſitano; item panacea cachexiarum, tàm virorum quam mulierum & virginum, tàm ſimplicium quàm ſcorbuticarum. Hinc eſt, quod omnes ♃res cachecticos ordinariè Mars ingrediatur, qui, quo ſimpliciores, eò præſtantiores: ſic ſolus pulvis ex ſolo croco Martis cum cinnamomo, & aliquot granis ambræ, magni eſt uſus, utut ſimplex.

Notandum hic, quod poſt aſſumpta Martialia corpus ſit movendum, atque convenienter agitandum; item omnia acida poſtmodum, ſive in cibo ſeu in potu vitanda; quia Martem ſaturant, unde poſtmodum acidis his ſaturatus, vitioſa ☋ia acida relinquit intacta.

Quæritur; an limatura Martis cruda commodè adhiberi internè poſſit? Reſp. diſtinguendo inter illos, qui habent ventriculum validum, & qui debilem. Illis conceditur; his verò denegatur: quia periculum eſt, ne ♂ in ventriculi fundo ſubſiſtens, illum peſſundet, ructus nauſeamque excitet, & appetitum dejiciat. Et refert Panarollus, ſe poſt mortem eorum, qui uſi fuerint Martialibus, in ventriculo limaturam Martis adhuc crudam reperiſſe, quia ventriculus fuerat debilis.

Præparata Martialia vel ſub forma liquida exſtant, vel ſub forma ſicca: illa tincturæ, hæc croci nomine veniunt. Et ſanè liquida Martialia ſiccis vel crocis præferenda eſſe putarem, quia in iis ♂ magis eſt diſſolutus, in his magis compactus, majoresque ventriculo parat labores & dolores.

Crocus Martis dicitur à colore, quem exhibet, ſubflavo. Eſt autem nihil aliud, quàm Mars in rubiginem ſolutus. Dividitur vulgò in duplicem; adſtrictorium & aperitivum: ſed falſò; Mars enim, ut ſuprà monitum, per ſe ſemper adſtringit, aperit verò tantùm per accidens: vid. Tacchenius, & ſuprà.

Crocus Martis adſtringens paratur calcinando Martem in igne forti, in qua calcinatione abit in pulverem ſubrubicundum. In hac alcinatione Mars in pondere ſuo augetur, ut ℔j poſt calcinationem unciis duabus ferè aucta appareat. Hoc augmentum ponderis Marti accedit ab acido carbonum ſeſe in Martem inſinuante. Alii compendioſiori modo crocum Martis paraturi, pulverem rubicundum leviſſimum & impalpabilem, baculis ferreis adhærentem, (qui in furnis chymicis adhibentur) abſtergunt cum pede leporino, crocumque non incommodum acquirunt.

Uſus hujus croci eſt in illis affectibus, qui opus habent adſtrictione, in omnibus fluxionibus, tàm ſanguineis, quàm excrementorum, in dyſenteria, diarrhœa, &c. Externè ingreditur pulverem ſtypticum Crollii, item emplaſtra vulneraria & ſtyptica chirurgorum, & Opodeldoch Paracelſi. Summoperè prodeſt in ulceribus, in curanda eorum corroſivitate, quod præſtat, dum abſorbet eorum acidum corroſivum. Crocum Martis facilè parabilem habet Mindererus *in Medic. Milit. pag.* 270.

Convenit cum hoc croco Martis in omnibus terra vitrioli dulcis, quæ nihil eſt aliud, quàm crocus metallorum, ſive Martis ſive Veneris: & haud immeritò dixerim, terram vitrioli dulcem nobiliores adhuc, quam crocum Martis ſimplicem, præſtare effectus.

Crocus Martis aperitivus, commodiùs forſan alterativus diceretur, quia poſt uſum hujus craſis maſſæ ſanguineæ redit, & quatenus, abſorptis ſalibus vitioſis, digeſtionum errores ſponte curantur. Inde protinus patet, quod omnes croci Martis aperitivi non ſint parandi cum nimis acidis; alias ſaturantur cum *iis*, & in corpore ſtabulantia acida, (quia jam antè ſaturati) intacta relinquunt. Mars enim facillimè ab omnibus acidis, tàm mineralibus quàm vegetabilibus, corroditur: propterea pro ſcopo alterativo præparandus eſt vel blandis acidis, vel planè inſipidis, Martis corpus durum leniter aperientibus. Quidam laminis Martis probè ignitis magdaleones ♃is admovent, ut illæ liqueſcant, & forma granulorum in ▽m ſuppoſitam decidant, quæ in pulvetem conterunt: verùm crocus hic nullius uſus eſt. Magni æſtimatur ſequens præparatio:

Rec. limatura Martis:

Huic affundatur parùm ▽æ ſimplicis, & exponatur radiis ☉aribus in diebus canicularibus: tunc intra paucos ♂ eadem limatura vertitur in crocum, & ingens excitatur effervescentia.

Fundamentum hujus operationis conſiſtit in eo, quod acidum copioſum in Marte exiſtens ab ▽ diſſolvatur, & poſtmodum accedente ☉is calore proprium corrodat corpus, & in crocum talem convertat, qui eſt maximè aperitivus; quoniam nihil acidi externi acceſſit, quô ſe ſaturaſſet.

Sic quoque Mars aëri expoſitus, ab eodem humectatus, abit in rubiginem; ab acido enim in ♎e exiſtente, & in Martis corpus ſe inſinuante, illudque in rubiginem corrodente, oritur crocus hic: unde optimè

præ

Digitized by Google

præcavetur hæc rubigo per alcalia, in ſpecie per ♁ ☋i per deliquium, quia alcalia deſtruunt acida. Contra rationem etiam gladii aliaque inſtrumenta ferrea oleo communi inunguntur, ut hoc modo à rubigine præſerventur: notum quippe eſt, quod ♁ commune ſcateat copioſo acido, quod potius corrodit quàm præſervat; unde potiùs cum alcalibus talis cura inſtituenda erit.

Quidam ut præparent crocum Martis aperitivum, aquam ſimplicem acuunt cum alcalibus, in ſpecie cum ſale abſinthi fixo, eamque in loco tepido limaturæ Martis aliquoties affundunt, ſicque acquirunt crocum Martis aperitivum ſeu alterativum. D. Michaelis, paravit crocum Martis aperitivum cum lixivio ex cineribus herbarum dictarum aperientium, ut fumariæ, abſinthii, geniſtæ, fraxini, &c. facto; item ſpiritu ☉ ✶ci, affundendo crebriùs horum lixivium limaturæ Martis, & vocatur crocus Martis aperitivus cum ſalibus; vid. Sennertus *Prax. l. 4. P. 6. Sect. 1. cap. 2.* Verùm crocus hic cum ſalibus præparatus parum valet; quam primùm enim ☉ia in lixivio contenta cum Marte commiſcentur, ea (dum cum Marte concurrunt) abeunt in corpus calciforme, prorſus pro hoc ſcopo inutile: utcumque enim coquatur Mars cum ☉ibus alcalibus, nunquàm tamen idem alteratus deprehenditur: ſed in tali præparatione ▽ tantùm ſolvit acidum Martis, ☉ibus interea nihil facientibus, ſunt qui præparant crocum Martis aperitivum cum vino, non inelegantem.

Pertinet huc tartarus Martialis, qui fit, dum ſolvitur tartarus in ▽ ferrariorum: huic ſolutioni additur poſtmodum ana limaturæ Martis; unde acidum tartari rodit Martem, poſtmodum filtratur & evaporatur, ſolvitur denuò, & in loco frigido generantur Cryſtalli, quæ egregiæ ſunt in morbis chronicis, in ſpecie in menſibus deficientibus. Huc vocari poſſet præparatio illa ſecretiſſima Williſii de fermentatione, quam quoque videre poteſtis *in Epiſtol.* Bartholini, & fit cum ana cremoris ☋i, & ♆; quod certum eſt.

Damnantur meritò & exploduntur omnes præparationes cum nimiis acidis, e.g. cum ▽ forti, ſpiritu nitri, vitrioli, ☉is, ♃is & aceto factæ; item calcinatio illa fuſoria cum magdaleonibus ♃is, quia cum acido ſaturatæ in corpore nullam habent efficaciam. Similem etiam cenſuram meretur crocus Martis cachecticus Zwelfferi, qui cum nitro præparatur.

Tincturæ Martis dividuntur vulgò in adſtringentes & aperientes, quamvis quid de hac diſtinctione ſentiendum, ex præcedentibus videre ſit: talis adſtringens ℞ eſt ℞ ♃is vitrioli, &c. Pro ſcopo aperitivo acquirimus tincturas aperitivas, ſi extinguatur Mars ignitus in menſtruis ſub acidulis vegetabilibus, aut liquoribus alcalicis. Nam ▽ ferrariorum eſt egregia pro ſcopo adſtringente in dyſenteria, &c. Pro fine aperiente in cachexia & ictero. Sic quoque ſi ♂ ignitus in menſtruis ſubacidulis vegetabilibus aut liquoribus alcalicis extinguitur, ℞ inde alterans prodit non contemnenda.

Tincturæ enim Martiales, nimiis acidis præparatæ, parum æſtimantur; quia jam extra corpus ſaturatæ, intra corpus aſſumptæ parum aut nihil operantur; ſi verò cum alcalibus aut blandis acidulis præparentur, ſuam merentur laudem. Melius igitur proceditur, ſi limaturæ Martis affunditur Vinum; tunc enim fit, ut acidum vini rodat Martem & imbibat; unde tale vinum cum pauco cinnamomo propinatum miros præſtat effectus in cachexia & morbo hypochondriaco, aliisque fœminarum morbis: vid. Panarollus qui cum ſucco cichorii ſolvit limaturam Martis, paratque exinde tincturam Martis egregiam. Hic quoque ſpiritus panis acidus volatilis promptè ſolvit Martem in ℞am rubineã, miros in affectibus chronicis exhibentem effectus. Ad tincturas aperitivas pertinet illa tinctura vitrioli, Martis Zwelfferi, quæ paratur ex vitriolo Martis cum ſpiritu vitrioli, aut per calcinationem cum ſulphure parato, & partibus duabus terræ foliatæ tartari ritè paratæ; quæ ſanè multi eſt commodi: vid. Zwelfferus *in mantiſſa ſpagyr. pag.* 337. Sub præparatione ℞æ hujus vitrioli Martis Zwelfferi ſæpè evenit, ut conjunctione vitrioli Martis & ♆æ foliatæ ♂ è vitriolo cadat; unde ℞ hæc magis eſt tartarea, quam Martialis: hinc loco ℞æ hujus quidam eam in forma ſicca præparant ex ana ♆æ foliatæ tartari & vitrioli Martis: quam miſturam exſiccatam, & in pulverem ex nigro rubeſcentem redactum, vocant ☉ Martis compoſitum, aut magiſterium Martis ☉latum.

Nec ſuo uſu caret eſſentia Martis tartariſata Ludovici, quæ fit, quando recipitur vitrioli Martis & cryſtallorum tartari ana, ſolvuntur & inſpiſſantur ad mellaginem, poſtmodum affundunt ♆, & acquirunt eſſentiam Martis ☋iſatam, quæ optima eſt cœliaca mucum abſtergendo & affectibus renum & veſicæ; item ☉æ medetur.

Vitriolum Martis paratur aut per calcinationem cum ſulphure, donec deflagrarit; aut per corroſionem cum ſpiritu ♃is aut vitrioli cum tribus partibus aquæ ſimplicis diluto, affundendo limaturæ Martis, & ſolvendo: ſolutio filtrata in loco frigido cryſtalliſatur; alium modum conficiendi ☉ Martis videbitis in Medic. Milit. Mindereri *pag.* 271.

Per-

Digitized by

Pertinet huc quoque Vitriolum Martis Riverii, qui

℞. ~☉*li rectific. part. j.*
♀ *part. ij.*

Infundit in vas ferreum, digerit, & in frigore ad crystallisandum reponit.

Hi crystalli magni sunt usus, quoniam acidum Martis additione ♀ mitigatum & edulcoratum fuit.

Huc annectenda venit ℟ seu liquor Martis ☉aris, quando nempe minera Martis ☉aris in ♎e efflorescit in ♁, quod cum sufficienti quantitate Roris Majalis destillati, vel alius ▽æ appropriatæ, solvitur & filtratur. Ex hac, cum ana liquoris terræ foliatæ tartari, fit ℟ Martis extemporanea rubicundissima.

Ad Martialia aperientia liquida pertinent noduli alterantes ex vegetabilibus, cum limatura Martis vino infusis, qui valdè convenientes sunt in morbis chronicis, in quibus quoque infusa Martialia non sunt contemnenda.

Cum similibus blandis & simplicioribus, menstruis etiam ℟æ Martis fiunt; quidam enim tincturam Martis parant cum succo acetosæ, alii cum succo tamarindorum, alii cum musto, alii cum succo berberum, Rolfinccius in chymia cum vino malvatico. Optima tamen est, quæ fit cum succo pomorum Borsdorffianorũ; solutio inspiſſatur, cui postmodum affunditur ~ proprius, vel vini ♃i-fatus, vel alius conveniens, & fit elegantissima essentia Martis, conveniens affectibus chronicis contumacibus, in specie in quartana.

Denique ad præparata Martialia in forma sicca etiam pertinent flores Martis, de quibus & exinde paratis medicamentis vid. Zwelfferus qui lectu dignissima super hunc locum profert: Mars nimirum cum ana ♎is Ammoniaci per cucurbitam terream vitreatam sublimatur in flores, qui cum massa, in fundo cucurbitæ relicta, commisti, & ♎i humido aliquamdiu expositi, cum parte dimidia ♎*ci junguntur, & de novo in flores rubeos ♎antur: acidum enim salis Ammoniaci corrodit Martem, & partes Martiales secum in sublime rapit. Ex his cum spiritu vini vel alio appropriato ℟ flava potest extrahi, quæ abstractione ~ ad medicitatem rubicunda apparet. Flores hi à ♎e Ammoniaco edulcorati dicuntur anodyni: vi fulminante gaudere quidam dicunt; sed falsò.

Chymici curiosiores conantur producere Martem fulminantem, qui utut à quibusdam in dubium vocetur reverà tamen datur, modò encheiriſes quædam observentur. Fundamentum Martis fulminantis in convenientia ♃is Martialis cum sulphure ☉is, consistere dicunt: sed utut ☉ & ♂ in radice conveniant, eadem ratio, ac suprà de auro fulminante dictum, subesse, adeoq; pariter in displosione quadam, ex ♎inarum particularum dissociatione & disgregatione orta, consistere videtur. Paratur autem Mars fulminans, si ♂ solvatur in ▽ & præcipitetur cum oleo ☿i per deliquium, in hac præparatione notandæ sunt sequentes encheiriſes.

1. Observandum est exactè punctum saturationis: hoc nisi fiat, omnis spes fulminandi perit.
2. Ne præcipitatio nimis fit subitanea: si enim effervescentia oriatur nimia, vix fulminabit.

Bezoardicum Martiale paratur ex regulo antimonii Martiali in butyrum destillato, & cum spiritu nitri ♒ato: vid Rolfinccius. Usus ejus est in hydrope, hinc in cachexia & ictero; in specie in hydrope optimum esse, testatur Rosencreuzerus.

Venus seu cuprum est metallum ratione principiorum & compositionis Marti affine, utut nobilius. Constat sulphure copioso, ex parte fixiori, quàm est sulphur Martiale, hinc de Mercurio plus participat quàm Mars, terrestreque principium copiosius est in cupro, quàm ferro; hinc quoniam plus de Mercurio & sulphure habet, citiùs funditur quàm ferrum, promptiusque inflammatur: sic cum ♎e Ammoniaco Venus potest inflammari, quatenus ♎ Ammoniacum extrahit internum sulphur Veneris, illudque extravertit, ut eò citius flammam concipiat: item ratione Mercurii copiosi Venus optimè misceri potest cum sole & luna, ita, ut eorum fusibilitatem non impediat. Contrarium fit in Marte & reliquis metallis, quæ non misceri cum ☉e & ☽ possunt, quin eorum impediant liquefactionem, solubilitatem & ductibilitatem.

Imprimis in cupro consideratione dignum est sulphur, de quo Basilius Valentinus dicit, quod tingat lunam in solem; de ♃e Veneris elegantem conscripsit tractatum Polemannus. Quod verò in Venere sit sulphur illud benedictum, ex quo Helmontius oleum seu ignem Veneris paravit, extra omnem dubitationis aleam est: vid. tractatu *in herbis, verbis & lapidibus magna virtus*; item *Buttler*; beneficio hujus sulphuris Veneris curationes magnetico-magicæ fiunt.

Ex hoc sulphure Veneris fit, ut caput mortuum vitrioli Veneris curet dysenteriã, si scilicet excrementa dysentericorum super ♆ vitrioli Veneris emittantur, & mox fluxus ille periculosus sistetur. Hoc secretum fuit D. Cnœffelii.

Sulphur & Mercurius in æquali sunt proportione in Venere, unde emergit Veneris volatilitas, quæ tanta est, ut si fortiori subjiciatur igni, exhalante parte Mercuriali, terream quoque secum abripiat, Venere ferè totâ in auras abeunte.

Insignis

Digitized by Google

Insignis affinitas Veneri cum luna intercedit, adeo, ut rarò unum sine altero effodiatur, hinc quoque utraque exhibent colorem sapphirinum, item ex hac convenientia radicali est, quod ambo vim habeant purgantem. Sic datur ☽ hydragoga, in hydrope multum conferens. Ita & Venus tam vim cathartica, quàm emeticam, satis superque ostendit: unde periculosum est, Venerea intus exhibere, propter nauseam, vomitus, & secessus lethales, quos excitat.

Cuprum cum lapide calaminari mistum constituit orichalcum; nempe Veneris part. C. & lapidis calaminaris part. XXX. miscentur, fortique igne agitantur, ut fiat inde orichalcum.

Acida quæcunque si fuerint fixa & fortiora, rodunt Venerem in vitriolum; sin volatiliora & blandiora, in ⊕. Hic notatu dignum est, quod alcalia volatilia solvant Venerem, Martem verò relinquant intactum. Ratio est, quod promptius alcalia aggrediantur sulphurea; jam verò Venus plus sulphuris in se continet, quàm ♂: v.g. spiritus ☉æ tingit Venerem in colorem ultramarinum seu sapphirinum, qui color est index ♎is metallici ♀ interni; reliquæ vero Veneris solutiones per acida factæ, sunt virides. Polemannus, aliique ejus sectatores, innuunt sulphur ex Venere eliciendum esse per salia volatilia, seu per alcalia fixa volatilisata.

Calcinatur aliàs in crocum cum sale aut nitro, quo superficies tantùm exterior laminarum corroditur; quæ ▽ edulcoratæ crocum quidem, sed in parva quantitate, suggerunt. Per stratificationem autem cum sulphure totum ♀ in crocum redigitur, qui edulcoratus nil valet: est enim corpus ab acido ♎is saturatum: post calcinationem autem cum acido ♎is, mediante ▽ in ⊕ cæruleũ crystallisari potest: vid. Crollii *Basil. chimica*, & Beguini *Tyrocin. Chimicum*. Fit verò ærugo, si cum lamellis Veneris & vinaceis fiat S. S. S. Misturæ postmodum affunditur

℞ *pars j.*
☉æ *pueror. part. iij. l. jv.*

Reponuntur ad tempus in loco calido, tandem eximuntur, & ita laminæ omnes à volatili vinaceorum aciditate (quam aciditatem vinacea eructant propter blandam effervescentiam aceti & ☉æ) erunt corrosæ, & fatiscent in æruginem, **Grünspan.**

Hoc viride æs lege artis destillatum, dabit spiritum volatilem acido-⊖sum, ex vinaceis, urina & aceto destillato ortum, quem pro liquore alcahestico vénditat Zwelfferus. Tachenius verò nihil aliud hunc spiritum esse dicit, quam simplex ☿ (quanquam multum ab aceto destillato differat hic ☁ plurimaque in eo latitent singularia. Fit verò hic ☁ duplici modo, vel ex crystallis ⊕, aut ⊕ simplici: uterque instar ☿ inflammabilis est. Quoad primum

Rec. ⊖:

solvunt in ☿, filtrant & crystallisant; sic acquirunt crystallos virides, quas destillant per ♋am igne aperto, & prodit ☁ acidus, qui rectificatus multis affectibus proficuus est.

Melior tamen modus est secundus, dum

Rec. ⊕
sabuli l. ∴æ à part. æqu.

Mixta destillantur; sic prodit ☁ volatilis præstantissimus, qui egregium præstat tàm in medicina quàm alchymia effectum.

In specie valdè convenit hic ☁ in lethargo & similibus affectibus soporosis.

Ex hoc ⊕ cum Gummi Ammoniaco paratur spiritus acidus compositus, qui dicitur ☁⊕ cum gummi Ammoniaco:

Rec. ⊕ *part. ii.*
G. ☿ *i part. i.*

Misceantur & destillentur, & prodibit ☁ acidulus optimus.

Vel melius:

Rec. ⊕ *part. iij.*
G. ☿ *ci part. ii.*
♎*is citr. part. jß.*

Misceantur, destillentur, & prodibit ☁ acidus volatilis, qui in affectibus asthmaticis optimum est remedium. Est ☁ asthmaticus D. Michaelis.

Alias ⊕ crudum nullam utilitatem & efficaciam habet in medicina, nisi quod externè in chirurgia adhibeatur; unde basis esse solet unguenti Ægyptiaci, item unguenti Hildani, &c. quæ in ulceribus cacoëtheis aliisque periculosis magni sunt auxilii. Hic quoque externè pro basi concurrunt in compositione ▽rum viridium dictarum in ulceribus scorbuticis, Gallicis malignis, &c. Aliàs de Venere vix aliquid tutò adhiberi potest internè, nisi ejus sulphur anodynum prius fuerit extractum.

Sequuntur nunc metalla molliuscula, scilicet Saturnus & Jupiter. Hæc multum possident principii Mercurialis, unde facilè fluunt. In specie in Saturno Mercurius inest copiosus, ob quem facilè fluit in igne; & quidem Mercurius hic Saturni est immaturus, & non ritè fixatus, unde fit, ut calcinatus perdat quid de pondere suo: huic Mercurio parum adjunctum est sulphuris, quantum scilicet sufficit pro coërcendo Mercurio, minimum verò ⊽æ salinæ inest Saturno: unde ♄ ratione principiorum in compositione contrarius est Marti.

Ratione abundantis in Saturno Mercurii fit, ut ♄ omnia metalla, præter solem & lunam,

Digitized by Google

nam, abſorbeat. Nimirum in cupella probatoria Saturnus omnia metalla abſorbet, exceptis ſole & luna; quia ☿ ejus ſeu alcali volatile cupit ſaturari ♆ ⊖ inâ reliquorum metallorum, cujus ipſe ♄ minimum poſſidet. Cum verò ☉ & ☽ nimis compacta ſint corpora, inepta ſunt, quibus ♄ ſaturetur, adeoque ea relinquit intacta. Aliàs magnam habet ♄ convenientiam cum luna, unde in calcinatione Saturni, ſi non ſemper, ut plurimum tamen reperitur luna.

Quidam aſſerunt, quod ſi Saturnus calcinetur beneficio ſpeculi uſtorii per radios ſolares, loco lunæ aliquot grana ſolis exhibeat; ita & luna in ſolem mutata ſit. Fides ſit penes expertum.

Præparata Saturnina quod attinet, purgatur Saturnus ad modum Schroederi.

Calcinatione reverberatoriâ abit primo in calcem cineream, continuatâ in ochram flavam factitiam, Bleygelb / & tandem in minium, quod cum ſale Ammoniaco ♎ atum denuo albeſcit. Notandum, quod minium augeatur in pondere: v. g. ſi recipiatur Saturnus crudus ad ℔ j, poſt calcinatiònem erunt ʒxiij. ratio petenda eſt ex ♃e carbonum; particulæ enim acidæ ♃js carbonum in igne exhalantes, jungunt ſe cum ♄i ſubſtantia ipſique adhærentes augent minii pondus. Ex minii part. ij. & ſilicum calcinatorum parte j. in crucibulo fuſis, donec colorem inſtar rubini acquirat, fit vitrum Saturni, quod ſuper tabulam æneam effundatur. Alium modum habet Glauberus *in Furnis Philoſoph. P.2. pag.* 151.

Cum omni acido ſe conjungit ♄, & ſolvitur imprimis ac expetit acidum aceti volatile, à quo ſolvitur anteà calcinatus, & acquirit ſaporem dulcem: aliàs ſi conjungatur cum acido, augetur pondere. Ut plurimum autem cum alcalibus, verbi gratia ♆, cum borrace, &c. funditur; tunc enim alcali abſorbet acidum, & ♄ priſtinum reaſſumit corpus.

Per calcinationem immerſivam redigitur Saturnus in calcem ut plurimum dulcem, dictam ſaccharum Saturni: nimirum ſolvitur calx ♄i, ceruſſa, minium, aut lithargyrium cum aceto deſtillato, vel ſpiritu ⊕, aut formicarum acido, ſolutio decantatur, filtratur, & abſtractâ humiditate ad cryſtalliſandum reponitur: cryſtalli hæ depurandæ crebris ſolutionibus, & tandem abeunt in ſaccharum Saturni. In hac præparatione notandum, quod non omne omnino ✝ abſtrahendum ſit à ſoluto; quia aliàs periculum imminet, ne fulminet ♄, quod non raro contingit, teſte experientiâ propriâ. Similiter cryſtalli fiunt ex minera Saturni cum aceto deſtillato, acuato ſpiritu nitri; hoc modo ſolvit mineram, & in cryſtallos corrodit. Saccharum hoc Saturni iuterno uſu quodcunque acidum abſorbet. propterea in malo hypochondriaco, in ſpecie melancholia hypochondriaca, ſingulare eſt remedium: item in quartana contumaciſſima ante paroxyſmum quidam fuit, qui propinavit, ſed in doſi ſolito majori, ſcilicet ad ℈ ij. Ceterùm cum lapillis cancrorum ad gr. xv. in eadem quartana ſi exhibeatur, multi erit uſus. Porro in phlogoſi, ex effervescentia ſalium vitioſorum exorta, multum prodeſt; item in eryſipelate, ſcorbuto cum vitio ſplenis enato, ſingulare eſt experimentum. Hinc in dyſenteria ratione virtutis ſuæ aluminoſæ & adſtrictoriæ multum præſtat commodi.

Quæritur: an ſaccharum Saturni ſine ſterilitatis metu poſſit intra corpus aſſumi? negant, qui Saturni mineralis cum Saturno cœleſti convenientiam magni faciunt, quippe qui infœcundas dicitur reddere: ſed vanum eſt, & ſine fulmine fulgor. Ex ſacchari ♄i part. iij. cum vitrioli Martis depuratiſſimi part. j. mediante ſpiritu vini ☽iſato extrahitur tinctura illa antiphthiſica D. Michaelis; quæ valdè adſtringit, eſtque commodum ſatis remedium in conſolidandis pulmonum ulceribus renum, aliarumque partium exulcerationibus.

Saccharum Saturni cum vitriolo Martis ſi deſtillatur per retortam, ſublimatur Hæmatites artificialis, hæmatiti nativo, qui ex ſuis eruitur fodinis, quam ſimillimus: unde facilè colligi poteſt, ex quibus principiis hæmatites conſter.

Calcinatio Saturni vaporoſa dat ceruſſam, quæ nihil eſt aliud quàm Saturnus calcinatus vapore aceti: & quidem pro uſu medico ♄ cum aceto, vel potiùs cum vapore aceti, calcinatur in loco calido, ad modum Zwelfferi *in mantiſſa Spagyr. pag.* 347. pro alchymiſtico vero cum aceto deſtillato, in quo ⊖ Ammoniacum ſolutum fuit; ſic enim pulcherrima & ſubtiliſſima habetur ceruſſa.

Uſus Saturni externus tantus eſt, ut Paracelſus quartam chirurgiæ columnam conſtituere dixerit: nec immerito; abſorbendo enim acidum vulnerum ulcerumque egregiam navat operam, unde plurimorum emplaſtrorum, v.g. albi, ceruſſæ, ſimplicis & camphorati, de minio, &c. baſis eſt: item emplaſtrum de ceruſſâ cum aqua ſpermatis ranarum abſorbet acidum, quod inflammationem excitat, in eryſipelate prodeſt: item in cancro occulto medicamenta Saturnina valdè proſunt, unde quoque Medici vulgares & chirurgi præcipiunt, ut præparentur omnia unguenta ♄ina in mortario plumbeo, ut ramenta ♄i mortarii commiſta unguentis eò meliùs abſorbeant mali cauſam: ſic in ulceribus ſcorbuticis & malignis, item in ſcabie Saturnus, & ex eo parata remedia, multi ſunt uſus. Ad maculas faciei, in ſpecie gutta ro-

Digitized by Google

ta roſacea, ac varis, lentiginibus, & in genere in omnibus cutaneis affectibus, dicta Saturni remedia poſt Mercurium dulcem ſunt optima, imprimis verò ceruſſa: quia corrigunt acidum ſub cute, ex prohibita inſenſibili ratione collectum: ſic ceruſſa cum aqua ſpermatis ranarum, item aqua calcis vivæ, cum ſaccharo Saturni in ambuſtionibus abſorbendo acidum optimè conducunt. Pertinet huc unguentum nutritum de Saturno, quod fit ex ſolutione Saturni cum ſufficienti quantitate olei olivarum aut roſacei, tamdiu in mortario agitando, donec acquirant conſiſtentiam unguenti. Cum oleo olivarum fit albicans; cum oleo roſarum verò luteum redditur: aciditas enim aceti in ſaccharo Saturni concentrata latentem rubedinem in oleo roſarum reſuſcitat.

Porro ſi ſaccharum Saturni deſtillatur per retortam, prodit

1. Spiritus volatilis ardens.
2. Oleum duplex; primò nempe rubtum, poſt nigrum empyrevmaticum.

Hunc ſpiritum ardentem vulgò dicunt eſſe ex ſubſtantia Saturni, ſed eſt impoſtura; revera eſt ſpiritus aceti, quo cum præparatum eſt ſaccharum Saturni, nihilque aliud quàm ſpiritus vini, ab aciditate liberatus & regeneratus. Certum enim eſt, quod in aceto incluſus lateat ſpiritus vini, dum jam partes fixiores aceti rodunt Saturnum, eique adhærent, volatiliores ejus partes in deſtillatione fiunt ſui juris, & leni prodeunt igne: ubi verò △ intenditur, partes ſimul Saturni rapiuntur per ☌am, quæ abeuut in corpus oleoſum. Patet itaque, quanti ſophiſticus ſit habendus, hinc omnes affectus, quibus mederi debebat, coincidunt.

Certum eſt, quod uti ex omnibus metallis, ita etiam ex Saturno per ſe, ſine additione aliorum, nihil liquidi poſſit deſtillando acquiri, quin potius, ſi aliquid eliciatur ex iis, fit hoc additione aliorum, unde hoc modo novum erit productum; aliquam tamen partem igne fuſionis ſurſum vergere, fumigatoria ☿ ij per hoc calcinatio docet. Occaſione hujus deſtillationis recenſendus quoque venit modus deſtillandi butyrum Saturni: v. g.

℞. *Minera* ♄ *i*, (*non vulgari, ſed volatilis*, ein flüchtig Bleyertz/ *quæ ſubinde ex Ungaria apportatur*)
☿ ♎*ti à part. æqv.*

Pulveriſata miſceantur, & deſtillentur per ☌am; ſicque acquiritur liquor craſſiuſculus, conſtans ex ſpiritu acido ⊖is communis, in ☿ ♎ato contenti, & particulis ♄ inis, quas ſpiritus ⊖is unà ſecum per ☌am vehit. Præterea in collo ☌æ reperiri ſolet aliquid ♁, quæ conſtat ex Saturno & Mercurio. Butyrum hoc Saturni conſueto modo rectificandum eſt, & poſtmodum cum ▽ ſimplici, eodem modo ac ex butyro Antimonii ♉ari poteſt Mercurius vitæ, ita ex butzro ♄ i ♉atur ℥ albus ♄ inus ſeu magiſterium Saturni, qui eſt ejusdem uſus ac ſaccharum ♄ ni, laxat blandè.

Fit quoque ex butyro hoc bezoardicum Saturninum: nimirum butyrum ♄ i ♉atur cum ſpiritu nitri, & hujus tripla adſtractione, edulcoratione & calcinatione fit bezoardicum ♄ inum ſimplex, utpote quod non participat de antimonio, uti alia bezoardica metallica, & eſt egregium remedium in peſte, & febribus malignis peſtilentialibus, item in morbis ſaturninis dictis, v. g. in malo hypochondriaco, &c.

Solet deſtillatione butyri hujus ♄ i aliquid ſimul de Mercurio vivo prodire, ſed eſt tantùm vulgaris, reſuſcitatus ex ☿ ♎ato. Cæterum, butyrum hoc rectificatum ſi affundatur ſuper novam mineram ♄ i, & denuò deſtilletur per ☌am, tunc dicunt fieri, ut perfectus ☿ vivus ♄ mus acquiratur; quod tamen novum erit productum, anteà non exiſtens.

Quidam parant magiſterium Saturni, ♉ando ſolutionem ♄ i aut cum oleo ♀ i, aut cum ſpiritu ⊖is, vel vitrioli; quod magis convenit pro uſu interno quàm externo.

Quod anteà de ſpiritu ♄ i dictum, id valet etiam de floribus. Nempè Saturnus per ſe nullos præbet flores, quia ratione copioſi ☿ ij facilè in igne liqueſcit, unde non poteſt ♎ari. Vulgò faciunt S. S. S. ex Saturno & ♁e, cujus acidum in igne rodit ♄ i corpus; poſt addunt ana ⊖is decrepitati, & duplum boli communis: mixturam committunt ☌æ duobus tubulis conſtanti, die auf beyden Seiten einen tubulum hat/ oben aber keinen/ uni opponitur receptaculum, alteri verò follis; ſic deſtillatur ☜, & fortiori igne per follem aucto flores in retorta collo colliguntur, qui nihil aliud ſunt, quam pars Saturni à ſpiritu ⊖is corroſa, quique benè edulcorati in medicina multi uſus ſunt. Ex hiſce floribus cum ſalibus reſuſcitativis alcalibus, poteſt reſuſcitari ☿ corporum, ſcilicet Saturni.

Dictum ſuperiùs, quod ſaccharum Saturni valdopere conveniat in morbis chronicis; unde ſunt, qui faciunt balſamum Saturni ex hoc ſaccharo Saturni per extractionem: nempe ſacchari ♄ i ʒj affundunt olei deſtillati terebinthinæ vel juniperi, vel alius ʒij, digerunt ſimul in ⁂, donec abeant in colorem rubineum inſtar baliami ♁is. Sed hæc miſtura invicem probè agitanda eſt, alias non colorabitur. Nec tamen hic color eſt à Saturno, ſed tantummodò beneficio digeſtionis

ſtionis ſuper corpus Saturninum extractus. Quidam huic balſamo addunt camphoræ ʒij, & per noctem ulteriùs digerunt, ut camphora diſſolvatur. Aliàs ſi debitè oleum tale cum ſaccharo Saturni uniri poſſet, eſſet balſamum non inefficax in morbis chronicis. Certum eſt, quod acquirant nil aliud, quàm ℥ ſimplex antea affuſum ſaccharo Saturni, juxtà modum quorundam. Quin ex hoc fundamento patet falſitas olei deſtillati ♄i dicti, hoc enim non Saturni, ſed additorum refert proſapiam; ut plurimum nihil aliud eſt, quàm acidum concentratum ſaccharo Saturni affuſum, ex quo poſtea per deſtillationem fit oleum Saturni falſum.

Item fit de tincturis ♄i judicium: ♀ promptè imbibit adjunctum ℥, & nihil de ♄i corpore recipit; unde certum eſt, quod omnes tincturæ Saturni, quæ ubertim proſtant in Schroedero, nihil prorſus valeant; Hoc enim metallum eſt nimis Mercuriale, parùm verò de ſulphure participans, unde quoque parum vel nihil cum ſpiritibus oleoſis ♃eis extrahi poterit. Si verò balſamica oleorum balſamicorum virtus cum Saturno conjungi debet, cum nullo hoc alio Saturni ſubjecto fieri poterit, quàm cum ſaccharo Saturni. Et tunc etiam fieret balſamus ♃is valdè temperatus in affectibus internis multi uſus, & majoris efficaciæ quàm vulgaris, qui in quibusdam pectoris affectibus, v. g. phthiſi, hectica, &c. vix tutò adhibetur; cùm tamen, ſi cum ſaccharo Saturni præparatus ſit, commodè illis proſit. Hic externè quoque, ſi fortè hic balſamus ſit nimis acris, commodè miſcetur cum ceruſſa, aut balſamo Peruviano, & erit remedium non inefficax.

Stannum cognatum eſt plumbo; interim in multis ab eo diſcrepat. Dicitur quibusdam etiam plumbum album; ſed malè: nam apud veteres datur metallum, quod dicunt ♄ candidum, deinde quoque ♃, quæ tamen maximè ſunt diſtincta. Veteres per ſtannum intellexere plumbum cinerum noſtrâs ſeu bismuthum, ita ut habeamus triplex ♄: nigrum in vulgus notum, candidum, & cinereum. Nigrum eſt vulgò notum; candidum eſt, quod nos dicimus ♃; cinereum juxta nonnullos eſt bismuthum. Bismuthum ſtatuitur metallum certi generis; quibusdam verò dicitur ſemimetallum, ut & antimonii minera: argento ſtatuitur bismuthum eſſe cognatum, unde à nonnullis vocatur argenteum metallum.

Conſtat verò ſtannum ratione principiorum ex Mercurio reſpectivè copioſo & puriore, magisq; maturato, quam eſt Mercurius Saturni, non tamen perfectè fixato; unde mollior eſt & fugacior, quàm in metallis perfectis. Purior eſt, ſed paucior, quàm eſt in Saturno; unde eſt, quod Saturnus ſit ponderoſior quàm ſtannum, hic verò minùs malleabilis, ob defectum principii Mercurialis, quàm ille. Contrà verò luxuriat in ſtanno ſulphur copioſum, volatile admodum, & minus ſubactum, minusque cum terra ſalina ſatis copiosè miſtum, adeò ut ſtannum ſit omnium metallorum poroſiſſimum, propter deficientem intimiorem unionem: quam ob cauſam fit quoque, ut cum aliis metallis mixtum difficulter rurſus ab iis ſeparari poſſit: v. g. cum Saturno ſi miſceatur, inque igne fundatur, difficulter poſtmodum ab eo ſeparabitur; unde à quibusdam ſtannum dicitur diabolus metallorum, quia reliqua metalla, ſi non planè deſtruit, eadem tamen valdè alterat.

Præ cæteris inſigniter alterat Venerem, quam friabilem reddit, quia utrumque metallum eſt ♀ eum; unde ♃ cum Venere miſtus agitatusq; in igne, flammam concipit. A ſulphure hoc eſt, quod ſtannum colorem præbeat cœruleum: ab eodem eſt quoq; quod remedia Jovialia moveant vomitus, niſi omne ſulphur iis ſit detractum: ab hoc eſt, ut quidam dicunt, quod ſtannum in aqua forti accendatur; item quod ſtannum cum nitro, accedente quodam alcali, inſtar pulveris pyrii fulminet.

Uſus Jovis crudi rarior eſt, utut quidam eundem uſurpent in hyſterica paſſione, ſed methodo modoque ridendo; unde præparandus priùs eſt, & poſteà in uſum vocandus.

Calcinationes Jovis variæ in chymicorum poſſunt videri libris, quæ tamen omnes non ſine difficultate fiunt.

Granulatur ♃, ſi cum ☉is decrepitati ana indatur pyxidi cretâ illitæ, & benè agitetur; ſic ♃ abibit in granula minima, quæ ab acidis quibuscunque facilè corrodentur; omnia enim acida ſolvunt Jovem, tamen blanda quàm fortiora acida; hinc ex Jove cum aceto deſtillato fiunt cryſtalli.

Ad eundem modum, quo ex minio ſaccharum Saturni, ex Jove quoque granulato ſaccharum fit Jovis, quod non ſolùm in affectibus hyſtericis internè propinatur, ſed & in aliis quibuscunque, in quibus ſaccharum ♄i, commendatum fuit. Ridiculum verò eſt, ſaccharum Jovis cum oleo aliquo umbilico, ad evertendam hyſtericæ paſſionis moleſtiam, applicare, quod tamen quibusdam valdè familiare.

Ex minera Jovis præparantur cryſtalli laxantes, in hydrope & cachexia mulierũ perutiles:

℞. *Minera ♃is pulveriſ. qv. v.*

Solvatur in ſpiritu nitri, aut, quod præſtat, in aceto cum ſpiritu nitri acuato: ſolutio filtretur, & factâ evaporatione juſtâ ad cryſtalliſandum reponatur.

Optimè fiunt cryſtalli Jovis cum ſpiritu vitrioli aliquoties rectificato, ſi ſcilicet cum vitrioli

Digitized by Google

vitrioli ℥ij. Mineræ Jovis ℥j. & duplo ▽æ fontanæ miſceatur; ſic ſolutione & evaporatione debitâ factâ cryſtalli proſurgent egregiæ, quæ blandè educunt ▽s hydropicorum perſecceſſum doſis ad gr. iij.

Ex Jove cum Mercurio ſublimato fit butyrum Joviale, & cum ſpiritu nitri bezoardicum Joviale ſimplex, quod excellens eſt medicamentum in febribus malignis; item in purpura puerperarum, tàm alba quàm rubra. In his & ſimilibus affectibus uſurpari quoque poſt bezoardicum Joviale compoſitum, de quo in Chymicorum libellis. Hiſce affine eſt ſudoriferum maximum Petri Johannis Fabri, ex Jove & Mercurio ſublimato beneficio deſtillationis paratum, excellens remedium ubi ſudore opus eſt, de quo vid. Faber *in Pantolog. & Panchym.* Celebre quoque ex Jove medicamentum eſt antihecticum Poterii, cujus deſcriptionem videbitis apud Autorem.

Quæ aliàs præter jam dicta ex Jove proſtant medicamenta interna, non merentur attendi; in ſpecie tincturæ Joviales, quæ vulgò exſtant, nullius ſunt momenti;

Et hæc de metallis ignobilioribus dicta ſufficiant: Sequuntur nunc nobiliora quæ ſunt ☉ & ☽.

Conſtat ſol ex principiis metallicis defecatiſſimis, iiſque maximè inter ſe unitis, & quidem ex terræ fixæ ſalinæ mediocri quantitate, ſulphure defecatiſſimo quidem, ſed pauco & Mercurio itidem puriſſimo, arctiſſimo ſibi invicem nexu unitis. Ex arctiſſima hac auri compage oritur ejus fixitas, quod ſit metallum fixiſſimum, item ejus indeſtructibilitas, quam vetus illud ſpagyricorum dicterium confirmat: Nempe faciliùs eſt aurum conſtruere, quàm deſtruere; quod Baconis effatum Helmontius urget contra eos, qui ſua crepant aura potabilia. Unde quamdiu eſt auri indeſtructibilitas, tamdiu incerta manet & dubia ejus potabilitas: Licet enim centies, vel igne vel menſtruis, tàm inſipidis quàm acidis corroſivis, calcinetur aurum, tamen reduci facilè poteſt. Stante hâc auri indeſtructibilitate, manifeſtum evadit, nullum ex auro uſum neque in medicinam neq; in alchymiam redundare. Medici quidem, dum auri folia variis miſcent medicamentis, majorem iis gratiam conciliant, & pretium augent, ſed virtutibus nihil addunt. Qui aurum candefactum in aqua appropriata extinguunt, id quidem obtinent, ut liquor inſpiſſatus flaveſcat, & pulvis flavus in fundo ſubſideat, qui à Locatello *Theatro Chymicor. Arcanor.* in ictero valdopere commendatur: Vid. Burrhus *in Epiſt. ad Bartholinum*: Verùm pulvis ille nihil aliud eſt, quàm atomi aurei, ob compactiſſimam ſui unionem nihil operantes, & facilè in aurum reducibiles.

In Alchymia quoque eſt pauciſſimi uſus, ut ideò gravius errent, qui ex auri corpore metallico lapidem Philoſophorum elaborare contendunt; qui tamen non ex metallis perfectis, ſed ex radice potiùs metallorum eſt quærendus.

Præparata ☉aria varia vulgò proſtant, nulla tamen Medici exſpectationi ac intentioni exactè ſatisfaciunt. Tincturæ ☉ares à plurimis negantur, e.g. Libavio, Angelo Sala qui *Tract. de ſeptem Planetis terreſtr.* ſulphur ☉are reliquis illius partibus eſſentialibus ita alligatum, & inſeparabiliter unitum eſſe dicit, ut hoc ſine illius ſubſtantia reliqua à nullo menſtruo imbibi poſſit; Unde concludit, quod ℞æ ☉is vulgares nihil aliud ſint, quàm ſuperficiales corporis ſolaris in minimas particulas corroſiones, in verum ☉ facilè reducibiles, plus minusvè, quo plus minusvè convenienti menſtruo ſoluta fuerit auri compactiſſima moles: cui opinioni quoque favet Zwelfferus *in Append. ad Pharmacop. Auguſtan. pag.* 59. quam quidem *in Mantiſſa ſpagyr. P.* 1. *c.* 1. *p.* 322. iterum revocavit, quando ♃ genuinum à Mercuriali auri corpore verè ſecerni poſſe, ita ut hoc album remaneat, aſſerit. Interim probè notandum, quod utut ☉ varias induat larvas, inque varias redigi poſſit formas per varia menſtrua & operationes, nihilominus maneat indeſtructibile; quod ipſe fatetur Langelott *de ſua Triturat. & Deſtillatione*, auri nempe reſiduum pondere equidem imminutum beneficio borracis in corp° auri verum redigi poſſe. Sic ☉ fit medicamentum ſclopetans, quam formam habet ex ſe cum menſtruo alterata: ſic evadit volatile, ſi ſcil. ſolvatur in menſtruo appropriato, & imbibatur à charta bibula, quâ incenſâ ☉ ſimul avolât. Melius ſuccedit modus ſequens, ſi ſcilicet tale ☉ ſolutum inſpiſſatum cum ſpiritu vini imprægnetur, qui incenſus ☉ ſuum in auras rapit; ſed tamen eſt ☉: ſic ſunt, qui exhibent pulverem quendam ſolarem rubeum, quem dicunt verum eſſe auri ♃, quemque flamma arripiens in auras vertit, quod tamen adhuc verum eſt ☉, beneficio reductionis, quæ fit per alcalia, demonſtrabile, ſaltem quod per artis auxilium eò redactum fuerit, ut larvâ indutum artificiali, mentiretur ☉is ♃. Nec de corpore ☉ari deſtructo & auri ♃e extracto ſufficienter probari poteſt, quando opponunt, reſiduum auri corpus exiſtere album & minus malleabile; cùm teſtante Angelo Sala *c.l.* per fuſionem cum antimonio vel ſimili, in priſtinum colorem & ductilitatē reſtituatur: Dum enim auri corpus à menſtruis corroſivis ⊖inis corroditur, pro varia mutatione particularum in textura etiam color & malleabilitas variare poteſt, donec particulæ ⊖inæ à menſtruo relictæ, & auri tex-

turæ commiſtæ, per ignem expellantur: multò minùs Zwelfferi ratio de ♀e extracto aliquid probat; Mercurialia enim aurum facilè dealbant, adeò ut in ſalivatione Mercuriali moneta aurea in ore detenta mox albeſcat. Aſt verò ad veram & radicalem auri ſolutionem nulla admittuntur menſtrua corroſiva, ſed inſipida; qualia an dentut? in utramque diſputatur partem. Affirmativa videtur verior, & experientiâ munita. Sunt qui cum ſpiritu roris Majalis duriſſimam auri compagem ſolvere tentant: Alii ex nive, alii ex ▽ nivis, &c. menſtruum tale eruere conantur: Meierus *de Meſſe aurea cap.* 10. teſtatur, Americanos menſtruo quodam inſipido ☉ ita mollificare, ut ceræ inſtar digitis tractari, eique gemmæ inſeri pro lubitu queant: Sic Laurembergius *contra Salam* affirmat, ſe vidiſſe talem ▽m inſipidam, in qua ☉ inſtar glaciei in ▽ calida liquefactum fuerit: Chymicum novi quendam cujusdam Archiepiſcopi ▽m albicantem inſipidam habere, qua ☉ ſpatio 6. horarum in liquorem rubicundiſſimum in igne non congelabilem ſolverit. Nullum ergò dubium, dari talia menſtrua inſipida, & ℞as ☉ares veras; ſed non cuivis datur adire Corinthum. Interim has quoque confirmat Timplerus ad Prævotium *in Hortulo medico*, qui folia auri in mortario vitreo tam diu terit, donec in pulverem nigerrimi coloris & ♀ redolentem abeant, quem nullo modo in ☉ reduci poſſe dicit: quo etiam pertinet experimentum Ahaſueri Paynck Borrichio communicatum, qui folia auri cum ſaliva ſubacta per ♂ 14. in mortario terit, donec in pulverem nigrum odoris ♀ei, nares fortiter ferientis, abeat: vid. Borrichius *Apolog. contra Conringium.*

In præparatione medicamentorum ſolarium probè obſervandum, ut aurum, quantum fieri poſſit, puriſſimũ & defecatiſſimum recipiatur, ne forſan ob adjunctam Venerem nauſeam vomitusque deteſtandos creet.

Purificatur aurum, & à Venere cumprimis liberatur:

1. Per Saturnum; cujus part. iij. vel jv. cum auro in crucibulo vel ſuper teſtam probatoriam fuſæ adjuncta huic metalla imperfectiora aggreditur, iisque ſe ſaturare geſtit; quibus aut cum Saturno evaporatis, aut in ſcorias redactis, ☉ intactum ad fundum dimittitur; cujus tamen aliquid ♄ rapit, nec ſemper ☽m ab auro ſeparat: Ideò minus tuta depuratio auri eſt.
2. Per calcinationem cementatoriam; quando laminæ ☉res cum cemento regali, (quod paratur ex ⊖e cõmuni, Ammoniaco & ☿ ≏ato, addito duplo vel triplo farinæ laterum ad fluorem impediendum) mixtæ ſtratificantur, ignique commituntur; ſic hæc ⊖ia metalla ignobiliora corrodunt, comburunt & abſumunt, auro puro intacto. Hac ratione etiam ex auro Rhenano & coronato ☽ ſeparari, & ☉ depurari poteſt: Vid. Schrœderus *in Pharm. ubi de auro*, & Rolfinccius *in Chymia p.* 87.
3. Per antimonium; cujus ♀ acidum omnia adjuncta metalla, etiam ipſam lunam, rodit & abſorbet, ut poſtmodum ☉ remaneat depuratiſſimum: v. g.

℞. ☉*ri part.* j.
♂ *ii part.* jv. aut vj.

Miſta fundantur in crucibulo, tandem adjicitur aliquid mixturæ, ex nitri part. jv. & limaturæ Martis parte j. paratæ, ſic cum ſtrepitu valido & conſueto flores capitellum ♎atorii conſcendunt, & parietibus poſt detonationem ſub alcohol ſubtiliſſimi & purpurei ſpecie adhæreſcunt, qui ab omnibus ſalium vinculis liberantur cum ſpiritu vini, cum ſale ⊡æ acuato: tandem apparebunt varii colores, qui dicuntur oculi perdicum. Poſt longam ſatis fuſionem effundantur in calicem fuſorium, & regulus remanebit in fundo. Scoriæ iſtæ iterum fundendæ cum limatura Martis, ut, cum quid auri ſuperſit, percipiatur. Regulum hoc modo præparatum denuò fundunt igne fortiſſimo, ſemper augendo ignem; ſic omne ♂ avolabit, remanente auro puriſſimo. Hæc depuratio eſt optima, utpote quâ color auri ſummè exaltatur; cum contra fuſione cum Saturno pallidior evadat.

Vulgares auri ſolutiones menſtruo corroſivo fieri ſolitæ, non niſi ſalis communis additione peragi poſſunt. Si aurum cum luna fundatur, tàm plenaria atque intima horum metallorum fit compactior commixtio, ut vix parem concipere poſſimus.

Separabitur verò luna ab auro, vel in aqua forti, vel in aqua regis, ſolvendo maſſam illã: illa lunam ſolvit, ☉ verò ſub calcis cujusdam minùs ſolubilis formâ in fundum vaſis dimittit; hæc ☉, intactâ lunâ. Obſervari meretur, quod niſi lunæ partes iij. & ☉is pars j. ſumatur, aqua fortis maſſam non probè corrodat, ſolvatque: ſi ergò ſol ☽ am antecellat, ℞ ſumatur, ad partem unam auri ſolvendi, partes duæ vel tres ℞, & ☽ ſub calcis albæ fundum petit. Aurum ſolutum, inque menſtruo ſic hærens, in priſtinum corpus reducitur vel per Mercurium, vel per ⊖✳, vel per alcalia, in ſpecie cum ſpiritu ⊡æ vel oleo ♑i ♒atur: aut menſtruum à calce ☉ari abſtrahatur, quæ per fuſionem in verum ☉ reduci poteſt ſequenti modo: Calx ☉is cum aqua ſimplici probè edulcorata & exſiccata, in crucibulo probè candefiat, hinc cum pauco borra-

Digitized by Google

borracis injecti igne auctiori fundatur, & effundatur: ſi verò calx ☉is cum ſale ammoniaco aut ☋☿ ☲ata fuerit, vim fulminantem acquirit; ideò hæc ante reductionem prius cum floribus ♃is, aut ♃e tantùm communi, deſtruatur, ut infrà patebit. Per Mercurium verò reducitur, quatenus hic cum omnibus auri atomis ſe conjungit, & beneficio ääätis in fundum ſecum rapit; igni verò admotus in auras avolat, & ☉ in fundo relinquit. Solvit quoque aurum ſpiritus ſalis concentratus, ut videre eſt apud Zwelfferum; item ſpiritus nitri bezoardicus: ſic quoque ☁ nitri cum proprio ☋e, aut etiam ☁ nitri cum ſale communi ſolutus ſolvunt ☉. Nec ſolùm ſalia reſoluta ſeu ☁, ſed etiam ſicca ſalia & coagulata aurum ſolvunt, de quibus videatur Zwelfferus *in Animadv. ad Pharmacop. Auguſtan. pag.* 466. & *Mantiſſa Spagyr.* 319. Hinc enim ſolvit ☿, ☾ & ☽ in ▽ ſimplici, in qua poſtmodum diſſolvit ☉, & cum oleo tartari ☲at in crocum rubicundum, qui ſanè vobis ad omnia præparanda medicamenta ☉aria ſit commendatiſſimus.

Quæritur: An ſalia volatilia urinoſa habeant vim calcinandi & diſſolvendi aurum? Affirmatur cum limitatione: ſi ſcilicet ☉ debito modo fuerit calcinatum, tunc ſpiritus vini ſale volatili urinoſo impræg̃natus optimè ſolvit ſolem; quod etiam faciunt reliqua ☋ia volatilia. Sic paratur C. C. ſolare ope ſalis volatilis C. C. quod Schrœderus *l. a. p.* 365. ex Agricola deſcribit: Si ſcilicet fiat S. S. S. cum laminis ☉aribus & cornu cervi, donec adimpleatur crucibulum, quod in furno figulino reponitur, & eò usque calcinatur, donec appareat color purpureus. In hac calcinatione ☋ volatile cornu cervi rodit em in pulverem purpureum, medicamentum in febribus malignis & peſtilentialibus, in ſpecie in purpura mulierum, optimum & probatum eſt.

Aurum quoque ſolvitur per ääätionem cum Mercurio: nempe,

℞. ☿*ii puriſſ. part.* vj. vel viij.
cui calefacto immittatur
☉*ri laminati & calef. pars* j.

& cum ſtylo ferreo tamdiu agitetur, donec ☉ colliquatum à Mercurio abſorptum fuerit: Hoc äää mox ab igne remotum ▽æ infundatur, & cum ſale ac aceto ſæpiùs lavetur, donec omnis impuritas tollatur. Ut autem Mercurius ab auro iterum ſeparetur, exprimatur per corium, & ſic maxima ejus pars ſeparatur; aut per ☽am deſtilletur, quo ſic ☿ colligi, & ad alios uſus aſſervari poteſt. Amalgamatio hæc auri cum Mercurio quo ſæpiùs inſtituitur, eò ſpongioſius ☉ redditur, ut per ſe in alcohol ſubtiliſſimum redigi poſſit.

Ad has calcinationes pertinet aurum fulminans: ſcilicet reſolvitur ☉ per ♄ depuratum in ☿, ☲atur cum oleo♀i per deliquium vel ſpiritu ☋✱ci, aliquantum edulcoratur, & calore leni & hypocauſti exſiccatur. Verùm in hac præparatione notandæ quædam ſunt encheireſes:

1. Ut ſolvatur aurum in aqua regis, præparata aut cum ☋e communi, aut ☋e Ammoniaco.
2. Ut in præcipitatione probè attendatur punctum ſaturationis; hoc enim niſi fiat, & plus debito modo inſtilletur, vis fulminandi perit.
3. Notabilis ▽æ copia huic mixturæ affundenda.

Fundamentum virtutis hujus fulminantis non conſiſtit in ſulphure auri, ejuſque cum ſale nitroſo concurſu, uti Tacchenius putat; ſed in diſploſione quadam, ex particularum ☋inarum, calci ☉ari firmiſſimè adhærentium, diſſociatione & disgregatione: Conf. Williſius *de Ferment. cap.* 10.

Quæritur à quibusdam, quî fiat, quod dum pulvis pyrius igni admovetur, fulmen ſuperiora verſus emittat; contrà verò aurum fulminans deorſum utplurimùm fulminet? Dico utplurimùm: nam ex Williſii obſervatione conſtat, ☉ ſurſum verſus fulmen ſuum evibraſſe. Reſp. Hoc fieri propter gravitatem & pondus auri. Quod verò ♃ pyrius ſurſum verſus fulminet, hoc fit propter ♃ minerale nimis volatile inflammabile, ſuperiora petens: Contrà aurum fulminans non eſt inflammabile, ſed ſaltem incandeſcit, & proinde ſolum fumum ſurſum, fulmen verò propter adjuncta ☋ia ſub diſploſionis actu deorſum cum impetu emittit. Patet id, ſi in cochleari quodam metallico ☉ fulminans accendatur, tunc ♄ flavus in cochlearis margine remanet, qui non potuit avolare.

Hic pulvis ſi intra corpus exhibeatur non edulcoratus, reſolvit, abſtergit & laxat; ſi verò optimè edulcoretur, ſudorem pellit. Aurum hoc fulminans egregium eſt epilepticum & carminativum, tàm in puerorum quàm adultorum flatulentiis, feces reddit nigerrimas propter ☲ationẽ auri in inteſtinis.

Vis fulminandi eidem adimitur per acida, imprimis per ſpiritum vitrioli, ☋is, aut ♃is, ſi hic ab illo cohobetur, aut ☉ fulminans per aliquot horas cum aceto continuâ agitatione coquatur; item ſi

℞. ☉*ri fulmin. part.* ij.
flor. ♃*is*, aut ♃*is comm. p.* j.

Miſta fundantur, tunc non fulminat, ſpiritus enim acidus in fuſione ſe exerens, impedit, ne poſſit ☉ fulmen ſuum emittere.

Ex

Digitized by Google

Ex auro fulminante, imò ex auro per amalgamationem calcinato, & ♃e cicurato & ☿ digesto Poterius suum facit autum diaphoreticum, quod diversis in locis, imprimis in *Pharmacop. Spagyr. l. 2. cap. 14.* & *in append.* diversimodè describit, usitatissima est præparatio sequens: nempe,

Rec. ☉*ri fulminant.* aut *calc.* ☉*is per amalgam. factæ pars* j.
flor. ♃*is* aut ♃*is citr. part.* ij.

In mortario lapideo optimè miscentur, cavendo tamen, ne fortiori trituratione incalescat & fulminet: mixtura hæc in crucibulo in pulverem purpureum calcinatur, qui cum spiritu vini rectificatissimo blandissimo calore per ♂☌ 15. digeritur, posteà ☿ hic aut per MB abstrahatur aut ♁ accendatur.

Sine calcinatione quoque cum floribus ♃, sed sola auri ääti digestione Poterius & Zwelfferus ☉ diaphoretic. parant, quod tamen ille per 4. saltem ♂☌; hic autem per aliquot septimanas digerit in pulverem rubicundum, huncque tandem Poterius cum spiritu vini in fimo equino ulteriùs per 15. ☌ circulat.

Porrò ex auro fulminante fiunt flores auri purpurei hoc modo:

Rec. ☉*ri fulmin. qu.* v.

Affundatur ☿ ab omni phlegmate depuratus, imponatur campanæ vitreæ, ut fieri solet in destillatione olei ♃is: sic accenso ☿ fulmen, quod aliàs inferiora petit, adscendet, & ♃ simul aureum elevabit in flores, qui optimum sunt sudoriferum.

Ex eodem auro fulminante ♋am per tubulatam quoque flores, si scilicet in ♋ aut cucurbitam tubulatam, vel cupream, vel, quæ melior, argenteam, probè in capella candefactam, imponantur grana ij. auri fulminantis, sic fulminando elevabuntur flores rubicundi, qui partim in recipiente amplo præposito, partim in ♋ collo, aut alembico, colliguntur, idque repetitur tamdiu, donec florum sufficiens quantitas collecta fuerit: Conf. Boyle *in Chymista sceptico T. 2. p. 4.* qui parvæ ♎inæ cujusdam substantiæ à se præparatæ quantitate, ☉ facilè in formam crystallorum rubicundorum mediocris longitudinis ♎ari posse scribit.

Ad volatilisationem auri facit ejus sublimatio. Aurum per se non sublimatur, cum butyro verò antimonii elevatur supra alembicum. Hic quoque ☜ nitri bezoardicus ☉ in altum evehit; item ♎ Ammoniacum sublimat aurum in flores, qui denuò capiti mortuo sunt commiscendi, ut eò copiosiores & efficaciores acquirantur flores. Modum & encheireses videbitis apud Zwelfferum. Dantur quidem, qui cum spiritu fuliginis volunt aurum ♎are; sed res est altioris indaginis, nec cuivis obvia.

Superest adhuc ☉is extractio, ut nimirum totum ☉is corpus fit solutum, & in sua principia redactum: Vulgares enim tincturæ neutiquam pro vero auro potabili habendæ sunt. Paracelsus requisita veræ tincturæ auri proponit duo: (1.) dicit, aurum debere ita fieri volatile, ut nunquam posteà sit reducibile. (2.) Si ita est volatilisatum, debere cum ☿ mutari in ☉ potabile. Certum est, quod spiritus vini sale volatili urinæ vel cornu cervi acuatus, optimum sit menstruum pro solvendo extrahendoque auro, mediante quo etiam ex floribus solis ex auro fulminante paratis ℞ extrahi potest; aut præparandus crocus ☉is, ex quo postmodum confici commodè potest aurum potabile. Hoc modo D. Hegewald suam composuit tincturam ☉arem ex auro cum sulphure priùs calcinato, & cum spiritu vini extracto.

Alii beneficio ☜roris Majalis ℞m eliciunt ex minera auri Ungarica, in silicibus reperta, & probè calcinata. Tales in defectu meliorum interim substitui possunt.

Vulgares ☉is tincturæ per salia corrosiva parvi sunt momenti, quia aut meræ & superficiales tantùm sunt corporis ☉aris corrosiones, quæ facilè reduci possunt, quæque utplurimùm fæces alvi, factâ scilicet corporis ☉aris ☲ atione, & à menstruo in intestinis separatione, nigerrimo tingant colore; aut oriuntur à solis menstruis, aurum quidem intactum relinquentibus, quæ tamen per digestionem & cum aliis combinationem, exaltantur & colorantur, ut infrà de ℞ ♃i dicam.

Argentum alterum metallorum nobiliorum, nobile respectu metallorum ignobiliorum, est ipso tamen auro ignobilius.

Ratione principiorum argentum constat terrâ salinâ copiosâ & maturata, cui se associat Mercurius minus copiosus, & paucum sulphur. Ob horum principiorum minus proportionatam inter se mistionem fit, ut luna minus sit fixa & indestructibilis. Quod si tamen figatur, ita ut ignis vehementiam sustineat, tunc facilè tinctura solis ei communicari potest, vel per Venerem, vel per ♁: Nam in luna semper aliquid solis reperitur. Ob Mercurialis principii inopiam minus fluida est, minusque ponderosa quàm aurum.

Quod attinet usum medicum, capiti dicata est ☽, & cerebro sympatheticè respondet, unde memoriæ debili, melancholiæ, epilepsiæ, & apoplexiæ medetur. Crudum intra corpus assumptum argentum vix ullius est efficaciæ, sed potiùs continuò rursus egeritur; quare necessum est, ut ad usum medicum prius præparetur. Cùm verò sæpissimè luna & Venus combinata sint, adeò ut non rarò in una eademque minera reperiantur, necessum erit, ut hæc duo probè priùs ab invicem separentur,

Digitized by Google

rentur, niſi ab uſu ☽rium medicamentorum enormes expectare velimus vomitus.

Separatio illa Veneris à luna fit partim ſolvendo lunam in aqua forti, partim fundendo cum Saturno. Priori modo ▽ aggreditur ☽m & Venerem ad fundum dimittit: Poſteriori ♄ metalla ☽æ admiſta abſorbet, ipſam verò ☽m intactam ad fundum dimittit.

Inter præparata ☽ria ſe offert primo loco calcinatio, nunc immerſiva, nunc cementatoria. Immerſiva calcinatio fit vel per ſpiritum nitri, vel per aquam fortem. Per ſpiritum nitri, benè rectificatum commodiſſimè ſolvitur ☽, ſicut per ſpiritum ☉is aurum; quæ aut ſolâ menſtrui abſtractione, aut injectione laminæ Venereæ, vel cum muria, ≍atur in calcem albicantem, quæ edulcoranda. Si ☽ in ſpiritu nitri rectificato ſolvatur, & ab affuſo ſpiritu ☉is ≍etur ad fundum in calcem albam, dicitur luna cornea, quod probè edulcorata & exſiccata cornu inſtar deflagret, & in auras abeat; in phiola calore proportionato in maſſam pellucidam & flaveſcentem liqueſcat.

Luna cum ▽ vel ſpiritus nitri partibus tribus vel quatuor ſoluta, & ad dimidium evaporatâ, concreſcit in cryſtallos ſeu vitriolum, magni uſus in excitandis fonticulis, & Gallis familiares cum primis, qui vocant lapidem infernalem. Recipiunt nempe lunam, ſolvunt in ſpiritu nitri vel ▽ forti: Poſt ſolutionem menſtruum abſtrahunt, reſiduum fundunt in crucibulo magno moderato igne; nam cryſtalli efferveſcentia rumpitur crucibulum, niſi amplum ſatisfuerit, unde gradus quoque △ accuratè obſervandi, ut ſucceſſivè fluere incipiant: quando fluunt, infundunt in alvearium fuſorium, **in den Einguß**/ ſicque parata materia eſt pro fonticulis eleganter excitandis. Proſunt quoque tales cryſtalli lunæ in ulceribus putridis, in carne gangrænoſa ſuccreſcente, putredinem corruptivam coërcent, ne longiùs ſerpat. Vis eorum maxima dependet à ſpiritu nitri, in luna concentrato. Ex Marte quoque & Venere talis lapis infernalis parari poteſt; ſed intercedit differentia inter hunc, & illum, qui ex ☽ conficitur: Ille facilè fluit in igne; hic verò minùs.

Simili ratione purgantes quoque cryſtalli ex luna præparantur, ſeu luna purgans. Solvitur ſcilicet ☽ in ▽ forti vel cum ſpiritu nitri, ſolutio abſtrahitur, inſpiſſaturque ſucceſſivè blando igne ☵æ, inſtrumento quodam agitando, ut æqualiter evaporet ~ nitri. Hæ cryſtalli ſunt inſtar abſinthii amaricantes, itidem ſi hæ cryſtalli cuti applicantur, maculam ei imprimunt per aliquot hebdomadas perdurantem. Cryſtalli tales cum ana nitri commiſtæ in ▽ ſolutæ, & iterum cryſtalliſantur, quæ in vaſe aperto continuò agitando leviter & ſine fuſione calcinentur, donec fœtor nitroſus exhalarit: Poſteà cum mica panis vel ſucco liquiritiæ in pilulas redactæ, ad grana jv. exhibitæ, commodiſſimè aquas hydropicorum educunt; præterea in cachecticis & catarrhalibus affectibus conveniunt. Frequentiſſimo in uſu ſunt Anglis, & cum felici ſucceſſu ab iis in uſum vocantur. Hoc tamen obſervandum, quod tonum laxent ventriculi; unde commodiùs his pilulis miſcentur Martialia, quæ laxitatem & tonum ventriculi integrum reſtituunt. Cryſtalli hæ ſunt grilei coloris.

Singulares quoque ſunt, quas habet Tackius *in Chryſogonia*, viridis coloris ex luna, beneficio nitri artificialis ex ♆ & ☉e communi. Mirum ſanè, has viridi ſe oſtendere colore; cum tamen omnia alia medicamenta ☽ria ſint cœrulea; item quod ſub præparatione harum cryſtallorum vitrum tàm frigidum deprehendatur.

Ulteriùs ex ☽ fit color ille pretioſus ultramarinus; uti lapis lazuli & Armenus ſuppeditant quoque talem colorem.

Cementatoria calcinatio fit, ſi ☽ cum duplo ſulphuris vel florum ſulphuris miſta ſepties juſto △ regimine ♎atur, ♎atum ſemper reſtanti materiæ addendo, ultimâ verò vice ♎atum abjiciendo. Si plus de ☽ additur, & minus de ſulphure, hæc comburitur, nec ſufficienter calcinatur. Schrœderus *in Pharmacop. l. 3. cap. 10. p. 374.* addit ☉ commune, ſed fruſtra. In hac cementatione fit, ut acidum ſulphuris ☽am rodat, & quaſi in corpus ☾laceum transmutet: Huc affunditur ▽ cephalica in affectibus capitis; in ſpecie pro avertenda epilepſia ▽ liliorum convallium vel aqua cerebri humani; pro cura maniæ ▽ hyperici; in memoriæ debilitate ▽ ſophorum Crollii, quæ ad cochlear unum bis in die ſumenda maximè commendatur, doſin variando pro varietate ætatis, & copia menſtrui. An autem has vires contineat? dubito.

Ad calcinationem quoque pertinet lunæ amalgamatio cum quadruplo ☿ii, eodem modo, ut ſuprà de auro dixi, inſtituenda.

Poſt calcinationes ☽æ aliàs pro ſimili uſu fit magiſterium lunæ, ſi ſolutio ☽æ in ▽ forti ♒atur per ♋ qi per deliquium, quod probè edulcorandum; aliàs vomitus excitabit. Acidum melancholico-maniacum ſpecialiter cotrigit, unde etiam quibusdam **das Mar-ren-Pulver**/ vocatur.

Sequuntur extractiones, unde tincturæ lunares, quæ omnes eleganti colore cœruleo intuentium ſeſe oculis commendant. An verò hic cœruleus color ſit à ☽, an potiùs à Venere? incertum. Poſteriùs affirmavetim, inductus intima lunæ & Veneris conjunctione, licet

Digitized by Google

per fuſionem cum Saturno, aut cineritium, depuretur; & quia tales ℞æ ☽ares utplurimùm cum ⊖e ammoniaco fieri ſoleant, quod ⊖✳ aliàs propter ſpiritum ☉æ Venerem in cœruleum rodit colorem: ſic quoque ⊖ Ammoniacum, vel ſal volatile urinæ in forma ſiccа, ex luna cœruleum producit colorem, ſi ſcilicet ⊖ volatile ☉æ immittatur in pyxidem argenteam; ſic fit, ut ⊖ volatile ☉æ ☽ rodat in crocum quendam, qui cum ♆ extractus dat ℞am ☽æ, non quidem veram, ſed quæ ſolummodò eſt extractio partium ☽rium corroſarum ſuperficialis. Alii recipiunt ☽m cum acidis, v. g. ▽ forti, &c. ſolutam, & cum ſpiritu vini, ſale Ammoniaco acuato, extrahunt tincturam cœruleam. Alii ☽am cum ſale Ammoniaco ſublimatam extrahunt, cum ſpiritu vini, ⊖e Ammoniaco acuato, extractum inſpiſſant ad juſtam tincturæ conſiſtentiam. In hac extractione ſubinde fit, ut ℞ ſuum amittat colorem, qui eidem reſtitui poteſt beneficio ⊖is Ammoniaci. Alii ℞am ☽æ inſtituunt per ääätionem cum Mercurio.

Omnes verò hujusmodi cœruleæ tincturæ ſuperficiales tantùm ſunt corporis ☽tis à menſtruis ſalinis ſolutiones, non à ☽æ proprio ♃e, quod album eſſe ſaniores Chymici dicunt; ſed à Venere, ☽æ utplurimùm juncta. Unde pro menſtruorum varietate ℞æ variant, dum virides à menſtruis acidis, & cœruleæ ab alcalicis conſpiciuntur; quæ facilè beneficio alcalium reduci poſſunt, unde veræ tincturæ tàm lunares, quàm ſolares adhuc deſiderantur.

Occaſione metallorum acceſſum facio quoque ad gemmas, utpote quarum unica virtus à principio ſulphureo metallico dependet. Conſtant verò gemmæ ex aqua ſimpliciſſima & depuratiſſima coagulata, & ⊖e ſibi proprio, vel alio ⊖e coagulante.

Sunt verò gemmæ vel coloratæ, vel non-coloratæ. Non-coloratæ conſtant ex aqua ſimpliciſſima, à ſale ſimpliciter coagulatæ: id quod docet geneſis glaciei, quæ ex ▽ coit in gemam glacialem elegantiſſimam: ut nihil dicam de illo Helmontii, qui beneficio alcali cujusdam omnes gemas & lapides potuit reducere in puriſſimam aquam elementarem. Talem quoque geneſin eſſe credo lapidum reliquorum, quorum particulæ comminutæ pulveriſataque per microſcopium intuenti apparent maximè perſpicuæ, inſtar cryſtallorum. Coloratæ gemmæ colorem ſuum ſortiuntur à principio metallico: Id quod patet, dum fluores tales ſeu vitra conjunguntur cum metallis, ex quibus in igne fuſis emergit color varius pro vario adjuncto. Unde geneſin gemmarum coloratarum hanc puto eſſe: Dum ▽ talis ⊖ina tranſit per loca metallica, in quibus reſidet ens primum metallorum, ſub forma liquida eidem reſiſtit, illudq; abſorbet, & ſecum coagulat ramenta illa metallica colorata, unde exſurgit color in gemma. Declarat hoc egregiè Keslerus *in ſuis proceſſibus*, ubi oſtendit modum præparandi artificiales gemmas, & exinde deducit colorem gemmarum naturalium ex principio metallico, unde rutilantes gemmæ, v. g. rubinus, &c. colorem ſuum debent ſulphuri ſolis, gemmæ cœrulcæ, v. g. ſapphirus, &c. cujus ♃ eſt à primo ente ☽æ; & colorem ſuum acceptum debent Veneri; Gemmæ virideſcentes, qualis eſt ſmaragdus; uti & gemmæ coloris fuſci vel flaveſcentis, v. g. chryſolithus, granatus, topaſius, &c. ex Marte colorem ſuum nanciſcuntur; Mars enim duplicem dat colorem; per ſe rubrum, & ſi attingatur acido, viridem. Granato aliàs ſulphur ☉are attribuitur: Verùm Boyle *de Gemmis Sect.* 1. dicit: Se menſtruo quodam minus corrodente ex granatis ℞am rubicundiſſimam extraxiſſe, quæ infuſioni gallarum inſtillata, hanc nigram reddiderit; unde principium ♂ale patet.

Uſum gemmarum medicum quod attinet, variè torquentur gemmæ à Pſeudo-Chymicis, ut ex iis volatiliſatis ℞as eliciant. Quilibet jactat ſuas ℞as gemmarum, quod fatum etiam corallia experiuntur. Non equidem totaliter pernego tales gemmarum tincturas; ſed dico ſummè difficiles eas eſſe, crudas gemmas intra corpus aſſumptas nihil operari, ſed eâdem, quâ aſſumptæ, formâ vel per vomitum, vel per alvum, rejici certum eſt; exceptâ tamen cryſtallo ob mollitiem ſuam: hæc enim adhibita omne acidum, à quo facilè ſolvitur, & quod effervescentias in corpore excitat, abſorbet, & ſecum è corpore educit.

Ridiculæ ſunt ſpecies gemmarum dictæ, ridendaque gemmarum ſuper porphyritem lævigatio: nam propter duritiem lapidum vel gemmarum abraditur ſimul aliquid de porphyritide vel mortario, in quo ſubinde præparatio inſtituitur; ut tantū ſit, ac ſi ♁ vel arena admiſceretur pulveriſatis gemis. Cujusnam erunt ergò talia compoſita efficaciæ?

Nec tamen omni gemmæ defraudatæ ſunt virtute, utut internè adhibitæ parum ægrotis afferant ſolaminis; experientiâ quippe confirmatum eſt, eas externè amuleti inſtar non rarò optatos præſtare effectus: Sic Jaſpis in hæmorrhagia, tùm narium, tùm uteri, appenſus optatum attuliſſe viſus eſt auxilium; ſapphiro ſi ducatur circulus circa carbunculum peſtilentialem, eundem brevi nigrefactum excidere facit: quo de vid. Marcus Marci *Tract. de Philoſoph. veterum reſtituta*: Præterea ophthalmicus eſt ſapphirus, in lippitudine, aliisque oculorum affectibus conducibilis, hinc multi quoque uſus eſt in variolis & morbillis, ſi cum eo ducatur circulus circa oculi περιφέρειαν, ne lædatur; Lapis nephriticus externè appenſus multum prodeſt

Digitized by Google

deſt in calculoſis affectibus : Unde apparet, non eſſe de nihilo vim gemmarum amuleticam, quæ à gemmis exoritur per radioſam diffuſionem quandam.

Sed quæritur: unde diffuſio illa radioſa in gemmis? Reſp. à ſulphure metallico, à quo quoque gemmæ habent ℞am; quia in iisdem locis, ubi gemmæ eruuntur, diverſæ metallorum mineræ obſervantur, à quibus tincturas ſuas acquirunt.

Hoc ſulphur metallorum puriſſimum multos adduxit, ut omni ſtudio tincturam gemmarum elicerent; quod tamen difficillimum:

1. Quia ſulphur tingens gemmis ineſt pauciſſimum, ita ut v.g. granatus, utut ſic rubicundus ſatis, ſi pulveriſetur, albicantem exhibeat pulverem.
2. Utut quibusdam copioſum inſit ſulphur, illud tamen adeò eſt coagulatum & concentratum, ut vix ſeparari queat. Hinc apparet, quod omnes tincturæ gemmarum tantùm ſint ſolutiones metallicæ, & quæ vulgò in officinis jactantur, tantùm ſint ſuperficiales, non verò totius eſſentiales ſolutiones.
3. Sic tincturæ, ſi quem exhibent colorem, eum menſtruo debent: unde pro varietate menſtruorum varios mentiuntur colores.
4. Aliæ quoque ℞æ impertiri poſſunt colorem, quod falſò ſulphuri metallico adſcribitur, v.g. Tinctura Smaragdi ex Smaragdo in mortario ferreo contuſo cum ſpiritu ☉æ & ☿ extracta, mentitur colorem ſulphuris metallici: Color enim reverà eſt à particulis Martis, contundendo abraſisi, quæ cum ☿, ſpiritu ☉æ imprægnato, extractæ colorem viridem repræſentant.

Sic quoque quidam tincturas gemmarum faciunt ſublimando cum ⊖e Ammoniaco in flores ſubrubentes, quos extrahunt cum ſpiritu vini. Verùm utut aliqualis hæc appareat ſolutio, ⊖ Ammoniacum tamen radicaliter gemmarum ſulphur extrahere nequit, ſed ſuperficialiter easdem tantùm lambit: Unde etiam hæ tincturæ non magnam promittunt utilitatem.

Abſolutio regno minerali, acceſſum nunc facio ad vegetabile regnum, in quo breviſſimè ea pertractaturus ſum, quæ ad intelligenda principia chymica ſufficient.

Hoc autem in regno facilè primam & potiſſimam conſiderationem meretur vinum, unde ejus geneſin, ejusque producta & cognata, & varias mutationes, paulò uberiùs lubet perſcrutari.

Quæ de vino ejusq; productis variis, aceto, tartaro, & ſpiritu vini jam dicam, applicari & accommodari facilè tùm ad reliqua vegetabilia, tùm & cumprimis ad liquores vinoſos ex fructibus expreſſos; item mel ejusque vinum, ſpiritum, ☩, &c. poterunt, ut ita ſpecialem ſingulorum tractationem hic inferre, à propoſito noſtro planè foret alienum.

Eſt autem vinum nihil aliud, quàm ſuccus uvarum expreſſus, per fermentationem depuratus & exaltatus: Hujus anatomen docet Tackius *de Conſanguin. auri, ſacchari,* & ☿, Tacchenius *in Hippocr. chymico cap.* 18. Depuratur, dum ſub fermentationis actu deponit feces; exaltatur, dum fermentando ſpirituaſcit & volatiliſatur. Fermentatur autem muſtum, dum concurrentibus invicem acido & alcali partes heterogeneæ excluduntur, miſcibiles verò retinentur; unde fit muſti in vinum degeneratio, orta ex mutata textura muſti per fermentationem. In hac vini geneſi obſervantur quædam partes ſubtiliores ♁eo-ſalino-volatiles, quæ in talem abeunt materiam, quæ dicitur ☿.

Obiter hîc notanda concentratio muſti, item quarundam cereviſiarum Glauberiana, cujus ſcopus fuit, ut tales potiùs abſtractione phlegmatis per navigia inſtar mellis in aliena loca poſſint transvehi, & ibidem affusâ ▽ rurſum in priſtinum transmutari potum. Verùm res non ſucceſſit Glaubero, neque aliis hoc ipſum tentantibus, ſed maſſa talis dephlegmata in vermes abiit: Dum enim phlegma muſto vel cereviſiæ ſubtrahitur, particulæ reliquæ tàm arctè invicem uniuntur, ut nullâ ▽ diſſolvi aut divelli ab invicem queant, unde non potuerunt quoque rurſus fermentari; quia ſalia non agunt, niſi in liquido diſſoluta: Et licèt eidem denuò affundatur vinum, evadet concretum novum alieni & ingrati ſaporis. Potiùs dicerem, uvas paſſas eſſe muſtum, concentratum: Ex his quippe affusâ aquâ & ſaccharo componitur liquor vinoſus per fermentationem, vino Hiſpanico non abſimilis; ex quo ☁-copioſus inflammabilis deſtillari poteſt: Ex uvis paſſis cum ſucco pyrorum moſchatellinorum mediante fermentatione exſurgit vinum compoſitum, egregium ad corrigendam δυσκρασίαν maſſæ ſanguineæ, utile in affectibus cachecticis, ſic & cum ſucco pomorum Bordorffianorum fit vinum artificiale, & in affectibus hypochondriacis & melancholicis proficuum. Ut verò ad muſtum ejusque fermentationem revertar, dictum anteà quod fermentatione particulæ muſti volatiliſentur & exaltentur in ſpiritum; unde patet differentia inter muſtum & vinum.

Muſtum intra corpus aſſumptum, ob particularum heterogenearum pugnam facilè diarrhœas, dyſenterias aliosque morbos inducit; vinum verò hoc non facit, ſed aſſumptum inebriat ob ſpiritum vini, qui partim figit, partim in anomalos motus ſpiritus noſtri

Digitized by Google

corporis concitat, hinc insaniam illam voluntariam, scilicet ebrietatem, inducit: contrà mustum, copiosè licet ingurgitatum, tamen non inebriat; quia in eo particulæ adhuc confusæ cum spiritu vini nondum exaltatæ sunt.

Porrò per fermentationem separantur quædam particulæ heterogeneæ & nonnihil miscibiles, unde fex vini.

Notatu quoque dignum, quod injecta limatura Martis mustum non fermentet amplius, cujus ratio esse videtur, quod particulæ acidæ musti agant in corpus Martis, illudque rodant; unde cum agant in Martem, non congrediuntur cum particulis sibi contrariis vel alcalicis, & ita fermentatio cessat. Hoc modo non inelegans Martis essentia cum musto præparari potest.

Aliàs anatome vini circa tria occupata est juxta Beccherum:

1. Circa spiritum vini,
2. Circa terram tartaream fixam; &
3. Circa partem vini acidam seu acetum.

Spiritus vini est nihil aliud quàm sal volatile oleosum, copioso phlegmate dilutum, seu oleum fermentando exaltatum, & in spiritum transmutatum: Nam oleum arripit secum ☿ volatile, hæcque sub fermentationis actu volatilisata exhibent spiritum. Hic spiritus ratione partis oleosæ continet in se acidũ volatile, temperatum tamen ab oleositate: adeoq; est spiritus vini sal volatile oleosum dissolutum, qualem spiritum omnia vegetabilia ☿e volatili prædita, & aromaticum odorem spirantia, mediante fermentatione in △ examine exhibent, sed parum aut nihil olei; Unde liquet, quod ♆ aliique sint novum ens, per fermentationem productum ex vino vel aliis simplicibus, realiter jam differens ab illis, quibus antea uniebatur essentialiter; adeò, ut detur nullus spiritus ardens per se existens, sed fiat ex quodam corpore mediante fermentatione. Si ergò destillatur vinum, acquiritur ♆. Sunt autem nonnulli, qui recipiunt ♃, frigidoq; in loco cogunt ad fermentationem, unde novum inde acquirere nituntur spiritum volatilem, & quidem cum lucro magno.

Spiritus vini probè rectificatus vulgò vocatur spiritus vini alcoholisatus. Est verò probè rectificatus, si gutta supernè in ♆m effusa eandem non attingit, sed in auras dispergitur & evanescit; item si ☁ vini cum pulvere pyrio accensus totus deflagret, nec sui relinquat vestigium; ut & si linteum aut charta ♆ madefacta & accensa, arida planè & sine phlegmate relinquatur. Non verò confundendus est ♆ alcoholisatus cum ♆ ♀isato: solet enim ♆, ut probè rectificetur & defecatus fiat, bis vel ter abstrahi à sale tartari, vel sale cinerum clavellatorum, aut tartaro probè calcinato; item ♆ ☽, quod ☿ phlegma (si quod adhuc cum ♆ conjunctum sit) retinet, & spiritũ vini purissimum dimittit: Nam ☿ia nunquam junguntur cum spiritu vini ♃eo, aut aliis ♃eis, sed in abstractione spiritus vini à ☿♀ intercedente digestione ♆ particulas quasdam ☿♀ secum rapit, fitque hoc modo efficacior, & vocatur spiritus vini tartarisatus. Est menstruum optimum pro extrahendis vegetabilium virtutibus, & corrigenda eornndem malignitate.

Per vesicam tàm ex vino ipso, quàm ex fecibus vini, destillatur spiritus vini ob partes ☿inas volatiles, quas secum evehit; vulgari itidem est penetrantior, atque ad extractionem vegetabilium commodior. Nota est destillatio spiritus vini sine igne Paracelsi, qui facit congelascere vinum in frigore; sic in medio reperitur ♆ simplicissimus, qui vocatur spiritus vini philosophicus, vulgari longè præferendus, qui alterius sanè est naturæ, quàm vulgariter destillatus ♆: Vulgaris enim in destillatione facilè empyreuma contrahit, unde mutatur ejus textura; spiritus vini verò Philosophicus, per congelationem paratus, multò purior & volatilior est.

Usum vini medicum quod spectat, is certè nobilissimus & saluberrimus est. Cum verò duplex in vino sit substantia, una spirituosa & volatilior, altera acida paulò fixior ratione partis spirituosæ recreat ☁, corporis nostri incolas, & quæcunque fixa in corpore nostro volatilisat; unde à non nemine ☉ vegetabile potabile salutatur, quia magis confortat corpus nostrum, quàm aliàs ☉ potabile. Paracelsus vocat vinum principem vegetabilium, & nectar terræ. Dein etiam ratione partis suæ spirituosæ insignem vim habet temperandi humores acidos in corpore stabulantes, uti videmus spiritum vini acidos minerales ☁, v.g. spiritum vitrioli, ☿is, nitri, &c. conjunctione sua, vi ipsius ☿is volatilis ♃ei, dulcificare, & inde enatos flatûs egregiè dissipare: Unde in julepis refrigerantibus & medicamentis aliis ☁ nitri vel alius, cum duplo aut triplo ♆ dulcificatus longè utilior adhibetur, quàm ☁ dicti nimis acidi, à quibus aliàs massæ sanguineæ coagulatio esset metuenda. Sic in anorexia, ructibus acidis, Venere languida, &c. conducit ♆: item in solvendis vegetabilibus & mineralibus ♃eis, &c. Porrò propter substantiam suam penetrantem perniones suo illitu curat, corruptivæ resistit putredini, &c. unde in ulceribus recentibus & inveteratis, item malignis, & ad gangrænam pronis, vel per se cum theriaca, vel aliis mixt°, & cum filamentis impositus, insigne adfert levamen: In imminente gangræna, ut & in carie ossium, nil melius est ♆ rectificato, tumores resolvit, & acidum resolvendo quamcunque inflamma-

Digitized by Google

flammationem & erysipelas curat, qui modus in Gallia & Italia compertus; imprimis si cum rob sambuci mistus parti affectæ illinatur. Cum camphora imprægnatus est eò nobilior, & in morbis malignis, & externis vulneribus desperatis, partibusque gangrænosis, multò penetrantior, & in doloribus podagricis insigne mitigativum. Nimio autem abusu vinum dissipat facultatem, ut veteres loqui amant, animalem, quatenus figit spiritus; unde somnolentia post nimiũ vini abusum suboritur.

Ratione partis acidæ vinum valdè gratum est stomacho, affectibusque stomachicis confert; item ratione acidi conducit in febribus ardentibus, in quibus tutissimè potest propinari. Vulgò clamant vinum calefacere; sed certum est, plus quandoque prodesse, tàm in febribus intermittentibus quàm continuis, quàm julepi & alia operosæ compositionis medicamenta. Sit tamen modus in rebus; abusu enim vini nimio non levis corpori noxa imminet: ex nimio vini abusu oriundos vidi calculos: ab hoc acido immodicè ingesto arthritis producitur, quatenus acidum vini continuosui usu ventriculum debilitat, quo debilitato elabitur ex primis viis, atque cum massa sanguinea ad partes nervosas sensilesq; translatum, ibidem arthriticos, aliosque dolores inducit: ab eodem acìdo dependet paretis, stupor membrorum, contractiones partium, &c. Nam omne acidum nervis est inimicum: vid. *Medic. Hippocrat. Chymica cap.* 3. §. 5.

Acidum vini est basis totius concreti, & hujus beneficio fit aceti generatio. Hoc Galenici per putrefactionem generari statuunt, ideoque ☩ vini vinum corruptum seu cadaver vini appellant: dicunt enim, quod calor vini à calore ♎is resolvatur, unde ejus igneæ & ♆eæ particulæ evanescant, remanente substantiâ ☉inâ, quæ propter harum defectum tantam aciditatem contrahant; quod & neotericorum multi adhuc defendunt. Sententiam autem hanc primus omnium refutavit Zabarella, postea à plurimi modernorum, inter quos imprimis est Billichius *de Ferment. Platon. cap.* 1. *qui c.* 6. ☩ per fermentationis quandam speciem, & in *observat. chymicis l.* 1. *cap.* 2. simili modo ex succis vegetabilium fieri dicit, atque fermentum ex farina; cui opinioni Willisius, Kergerus, & Zieglerus *de fermentat.* adstipulantur. Contingit nempe aceti generatio, quando in fermentatione vini partes ☉inæ volatiles sensim sensimque ab acido vini subiguntur, seu acetum fit, quando acidum vini exaltatum subjugat atque figit partem propriam oleosam seu spirituosam. Non enim separatur ab aceto spiritus vini, sed tantum subjugatur & figitur. Id quod probo: nam si in vase optimè clauso deponitur debitò vinum, fit aceti generatio, utut nihil ~ vini exhalare queat: Ex aceto quoque fit spiritus vini, quod patet ex saccharo Saturni: item si affundatur ☩ corallis, fit ut dulcescat, quatenus ab iis concentratur acidum, & pars volatilior emergit: ut taceam vina in ☩ degenerantia nonnunquam in vinum verum & bonum resuscitari.

Quo generosius est vinum, eò fortius acquiritur acetum. Sic, ut fortius fiat ☩, quidam addunt subjecta quædam ☉e volatili copioso prædita, ut semen sinapi, erucæ, piperis.

Cum ☿ in aceti generatione ab acido fixatus sit, in destillatione aceti primò prodit phlegma, subsequitur demum ☩: contrarium fit in destillatione spiritus vini. Fit autem aceti dephlegmatio in balneo Mariæ, donec guttæ acescere incipiant; tunc ☩ dephlegmatum per ∴am ad siccitatem unâ vice destilletur, quo sæpiùs enim rectificatur, eò debilius evadit; econtrà ▽ in cado, in quo conservatur ☩, evadit ☩. Verùm, teste Helmontio & Febure *in sua chimia*, lentô opus est igne, ne ~ em pyrevma contrahat.

Acuatur acetum pro extractionibus cum Ammoniaco sale, si scilicet aceti ♅ jv addatur ☉ ✳ ci ℥ß. & destilletur, & sic fit acetum acerrimum pro dissolvendis metallis & mineralibus quibusdam convenientissimum. Sic quoque si ☩ abstrahitur à nitro & ☿æ, fit ut ☩ secum rapiat horum ~, & in virtute sua insigniter exaltetur.

Acor aceti est volatilis & singularis, planè discrepans ab eo, qui est in spiritibus acidis mineralibus, qui concentratur cum soluto, idque valdè constipant atque constringunt, v. g. spiritus ♃is aut vitrioli, &c. Contra aceti acor est volatilis, penetrans & dissolvens, adeoque spiritibus mineralibus acidis præferendum omninò & juxta hunc ~ ⊕.

Quod attinet usum medicum aceti, est alexipharmacum optimum in peste, cui magis fidendum, quàm theriacæ; unde tot præstant ☩ bezoardica in peste maximè proficua. Corrigit acetum vegetabilium virulentiam, in specie opii & purgantium: si quis excessivam opii dosin hauserit, post usum aceti in integrum evadet. Noxium gas carbonum aceti tollit usus.

Quæstio est supervacanea: an acetum sit calidum, an frigidum? Acor stipticus aceti, item dum sanguinem coagulat, ☩ refrigerare quodammodò probant; ast cum constet partibus spirituosis volatilibus inflammabilibus, facilè patet, cujus sit naturæ? præterea acetum in sanguine coagulato resolvendo percelebre est remedium, imprimis si cum lapillis cancrorũ propineturinam lapilli cancrorum,

Digitized by Google

perlæ, corallia, &c. commodiſſimè propinantur cum aceto, quia hoc concreta talia quodammodo aperit, ut commodius operationem ſuam exſerant. Sed & noxâ ſuâ acetum non caret ſine judicio adhibitum; nocet enim partibus nerveis, propter acidum penetrans: item hypochondriacis propter acidum per ſe ſatis corroſivum. Sic quoque hyſtericis minus convenire videtur, quia efferveſcens in illorum inteſtinis paroxysmos ſolet inducere hyſtericos.

Reſtat, ut videamus tartarum, fœtum vini (eſſato Paracelſi) matre nobiliorem, cujus geneſin optimè depictam videbitis apud Helmontium *Tract. de Tartaro vini.* Dictum ſuperius, quod acidum vini ſit baſis totius concreti. Hoc acidum, uti vino ſuum dat eſſe, ita quoque eidem ſuum dat alterare. Nimirum acidum hoc, dum fecem vini rodit; fex vini ſe imprægnat copioſo ☿e volatili, unde fit, ut acor vini poſtmodum cum particulis ſolutis ☿inis ſeſe coagulet, & ſuâ coagulatione ita partes fecum terreſtres ſimul conſtringat, fitque ex horum unione & ☿ium coagulatione tartarus vini.

Feces vini generantur, dum beneficio fermentationes pars terreſtris heterogenea ad fundum ferretur. Hæ tamen feces in totum non ſunt feculentæ ac terreſtres, ſed habent ſua principia propria ſalina, copioſum ſcilicet acidum & alcali, quæ in complexu ſuo detinet partes quasdam ſatis volatiles ſpirituoſas. Nam ex fecibus vini deſtillari poteſt ſpiritus ardens elegantiſſimus; item ex iisdem fecibus exſiccatis, ac per retortam igne aperto deſtillatis, ſi ritè procedatur, acquiritur ſal volatile in forma nivis; ſpiritus item volatiliſſimus, cum acidis non adeò potenter & impetuosè efferveſcens.

In ambitu verò dolii concreſcit tartarus duplici ex ratione.

1. Quia vinum circa ambitum dolii eſt magis acidum. Id quod patebit, ſi dolium vino repletum hyberno tempore exponatur frigori, tunc vinum in ambitu ſuo in glaciem converſum apparebit, ſpiritu vini intra medium ceu centrum dolii pulſo adhuc ſalvo. Itaque dum ♆ à frigore ad medietatem pellitur, acor circa vaſis latera erit major, quàm in medio.
2. Quia ſalia, quando debent coagulari, neceſſe eſt, habeant ſubjectum firmum, ad quod concreſcant. Tale autem ſubjectum eſt lignum quernum, quo ut plurimum conſtant ejusmodi cadi vinarii.

Aliàs vox tartari tripliciter ſumitur;

1. Pro acido vini, ab omni vino inſeparabili, nunc magis nunc minus fixo: quorundam enim vinorum acidum tranſcendit alembicum, & liquorem inſipidum relinquit, ut fit in vino Hiſpanico; quorundam autem vinorum acidum eſt fixius concretum cum partib⁹ terreſtribus fixioribus, inde fit, ut dum partes volatiles avolant, fixiores calciformes relinquantur in fundo: id quod patet in vino Jenenſi, quod effuſum in tabulam per noctem, manè monſtrat tartarum in tabula, qui in vino fuit. Hoc acidũ in vino ſe manifeſtat, ſi illi immittatur ovum; ſic poſt diem unum vel alterum apparebit vitreis quaſi cryſtallis tectum; quod fit, quatenus acidum vini rodendo teſtam ovi, & imprimis ejus alcali, cum eo abit in ſalſum cryſtallinum. Hinc quoque fit, quod lapilli cancrorum infuſi vino, ejus omnem ferè adimant aciditatem, imbibendo ſcilicet acidum.
2. Pro fecibus vini, de quibus ſuprà.
3. Propriè voce tartari illud venit concretum ☿ino-cryſtallinum, quod dolis circa latera adhæret; de quo hîc.

Tartarus talis eſt vel ruber vel albus, prout eſt vel vini rubri vel albi fœtus, ejusdem tamen uterque virtutis & efficaciæ. Conſtat autem principiorum ratione ex copioſo ſale acido vinoſo plus minus fixo, juncto cum ſale urinoſo vel alcali itidem copioſo: quibus duobus ſalibus intertextæ ſunt partes terreæ fixæ, cum liquore quocunq; ſolubiles, oleoque quodam omnes concreti partes firmante, & quaſi ferruminante: unde patet, quid de ℈i virtutibus in medicina ſit habendum. Cum enim ſit ex acido & alcali ſalinum, ita tamen, ut præpolleat acidum volatile, hujus ratione erit optimum inciſivum & abſterſivum muci, in ſtomacho & inteſtinis ſtabulantis. Alvum laxat, in ſpecie, ſi, ℈j vel ʒß cremoris ℈i jungatur cum granis dnobus vel tribus diagrydii; hinc eſt, quod ſi cremor tartari poſt purgantia adhibeatur, commodiſſima eorum promoveatur operatio. Præterea inſigne eſt diureticum, abſtergens optimè tubulos renales. Stomacho quoque gratum eſt medicamentum, quodque ad corrigendos ejus affectus cum optato ſucceſſu adhibetur uſitatiſſimè.

Cæterum, cum in omni tartaro ſit pars terreſtris & feculenta, quæ à ſtomacho noſtro digeri nequit, ſed calcis inſtar in fundo ejus ferratur & ſubſidet, præparandus eſt prius tartarus, atque partibus terreſtribus liberandus; quod fit per ſolutionem, colationem per Manicam Hippocraticam, & iteratam coagulationem, ex quibus conſurgunt cremor & cryſtalli tartari: vid. Schroederus *libr.* 4. *Pharmacop. Medico-Chymica*, & Zwelfferus *animadv. in Pharmacop. Auguſtan. pag.* 462. Quidam, ut puriores acquirant cryſtallos, crebriùs ſolvunt & coagulant; ſed malè: nam quo ſæpiùs ſolvan-

Digitized by Google

olvantur, eò debiliores evadunt, ſemper enim in ▽ pars quædam volatilis acida remanet, & multum virium hoc modo decedit. Hoc ne fiat, unica vel ſolutio vel cryſtalliſatio ſufficit. Alii ut acquirant majores & candidiores cryſtallos, in ſolutionem immittunt parum aluminis; ſed peſſimo conſilio: quippe cùm cryſtallos expetant laxativas, acquirunt ſtypticas & adſtrictorias.

Tartarus verò non in omnibus convenit affectibus, propter acorem quibusdam nocivum. In tali itaq; caſu adhibentur cryſtalli tales cum ☉e tartari fixo, aut fermentantur cum proprio ☉e, cujus fermentationis beneficio ☿ abit in cryſtallos ☉ſas, longè efficaciſſimas & magis fructuoſas, quàm ſunt cryſtalli ☿i acidi. In fermentatione enim iſta cryſtalli proprio ☉e probè ſaturatæ ſunt, inde abſtergunt, inque affectu hypochondriaco, hydrope, cachexiis, ſcorbuto, &c. multi ſunt uſus. Modum cryſtalliſandi & alterandi tartarum cum vegetabilibus videbitis apud Zwelfferum *in mantiſſa ſpagyrica*. Aliàs cum limatura Martis ☿ conjunctus abit in cryſtallos, in morbis chronicis efficaciſſimas. Proſtant in officinis noſtris cremor ſeu cryſtalli tartari rubicundæ. Hepaticum rubrum Dreſdenſe dictæ, quæ valdè conveniunt in æſtu, æſtivo tempore corrigendo; item in febribus tertianis aliisque, cum ardore multo conjunctis, & ſiticuloſis: in crapula pellenda diſcutiendaque multi quoque ſunt uſus, cui tam præſervando, quàm curando proſunt.

Tartarus ſi deſtilletur aperto igne, prodit ſpiritus phlegmaticus acido-ſalſus, quem ſubſequitur oleum fœtidum, remanente in fundo retortæ capite mortuo nigro, ex ſale alcali & partibus terreſtribus conſtante.

Quæritur: cum tartarus ſit naturæ acidioris, ubinam in deſtillatione remaneat acor? Reſp. quærendus ille in oleo. Cùm enim ☿ ex alcali & acido conſtet, ex horum in igne concurſu, & formali inde orta effervescentia, excitatur gas ſylveſtre, quod minimè coërceri poteſt, &, niſi per rimulas quasdam patulas exitum inveniat, omnia diffringit. Sub hoc concurſu ambo concentrantur; & accedente corpore pinguiabeunt in ☍: id verò quod remanet, aucto ſenſim igne abit in ☉ alcali fixum.

Spiritus ☿i ab oleo ſeparandus, & poſtmodum aliquoties rectificandus eſt, ut tandem repetita rectificatione abeat in ſpiritum volatilem. Nec tamen hoc modo perfectè volatilis acquiritur ~, qui conſtet ex alcali, ab omni acido liberrimo: id enim altioris eſt indaginis, & chymicorum ſublimiorum exercet ingenium. Hoc ut obtineant, varias varii inſtituunt deſtillationes: Quidam ut acquirant ſpiritum tartari volatiliſatū, rectificant ſpiritum ☿i ſuper ♉ proprium, vel alcali proprium, aut aliud, alii ſuper ♀am; ſic enim alcali fixum abſorbet acidum in ſpiritu adhuc reſiduum, & prodit ~ alcalicus puriſſimus, ſatis volatilis, rejicit quidem hanc ~ ☿i ſuper alcali fixum rectificationem. Tacchenius *in Hippocr. chymico cap.* 18. ſed fruſtra: Quidam ☉ tartari cum alumine crudo deſtillant, & ſpiritum volatilem urinoſum acquirunt, quem pro ſpiritu ☿i volatili venditant; ſed malè: quia ~ hic volatilis urinoſus eſt ex alumine; portio nempe iſta ☉æ humanæ, quæ alumini pro meliori cryſtalliſatione addita fuit, ibidem continetur. Optimus modus eſt, ſi ☿ crudus fermentetur cum ☉e proprio, unde ſi rectè procedatur, acquiritur ~ volatiliſſimus, & ☉ volatile, ſummarum in Medicina virium. Talis ~ recipiendus pro mixtura ſimplici Paracelſi, & inde nata ℞ bezoardica D. Michaelis, quarum baſin cum camphora ☉ſum volatile, ex hoc & vitrioli volatili ſpiritu compoſitum, conſtituit: Nempe

℞. ~ ☿*i volat. part. iij.*
☉*li volat. part. i.*
theriacal. camphor. part. jv. l. v.

Miſceantur, & rectificentur.

Virtutes ſpiritus volatilis tartari tantæ ſunt, ut verbis vix exprimi poſſint. Cùm enim conſtet alcali volatili urinoſo, omne acidum abſumit ac dulcificat, unde in affectibus hypochondriacis aliisque ſalutare eſt remedium. In arthritide & podagra curanda nullum perfectius certiusvè datur remedium, quàm ♀, & ejus ☉ volatile; cujus uſu fit tartarus volatiliſatus: ratio patet, quia ☉ volatile ☿i lymphæ acidum, nervos infeſtans & tendines pungens, abſorbet, corrigit & emendat, coagulationem in tophos impedit, internè aſſumptus vel externè applicatus. Deinde prodeſt tartari probè præparatus in podagra propter convenientiam, quàm habet tartari podagricorum cum tartato vegetabili, ita nempe provido naturæ conſilio unum idemque & peſtem minatur articulis, & ſalutem promittit. Tartarus quippe ex aſſumpto copioſiùs vino in ſtomachi cavo cumulatur, & ex eo in alias corporis partes delatus, ſi partes offenderit nervoſas, dolores excitat podagricos: quibus idem tartarus à vino in dolio ſeparatus, ſi debitè præparetur, certâ experientiâ medetur. Nec enim quodlibet volatile cuilibet acido adverſatur, ſed hoc alcali illi acido ſpecificè contrariatur. Spiritus tartari volatilis, cùm omne acidum ferè deſtruat, in affectibus chronicis quibuscunque ſalutarem promittit operam, in ſpecie & in malo hypochondriaco, pareſi ex colica, quæ in Moravia eſt endemia; item in pleuritide, hydrope, &c. ſummi erit emolumenti; quos affectus partim per ♉m, partim per ſudorem, eorum eliminando cauſam continentem, curat.

Poſt

Digitized by Google

Poſt ſpiritum in deſtillatione ☿i prodit oleum fœtidum, quod eſt alcali ab acido pingui concentratum; quod, uti quibusdam in more poſitum, non eſt rejiciendum, ſed aliquoties ſuper C. C. uſtum rectificando ſuæ claritati redditum optimi eſt effectus ſine fœtore ſenſibil. Eſt namque ſummum ſudoriferum, cujus guttæ ij. vel iij. in morbis malignis, ubi ſudor, ſubinde difficulter promovetur, potentiſſimè cum fructu movet ſudorem; unde eandem ob rationem in colica, & quæ ejusdem eſt naturæ, in hyſterica paſſione, utut fœteat, eſt auxilii præſentis. Itidem in doloribus podagricis, ut ſuprà jam dictum, externè adhibitum, ut & in calculo renum, maximè convenit. Bubones peſtilentiales optimè maturat, abſtergit & curat. Sic ſi oleo tartari fœtido ſpiritus vini affundatur, tetro ſqualori ſuccedet odor rori marino ſimilis.

Supereſt adhuc ex deſtillatione ☿i ☿ nigri coloris, & in eo latitans ſal ☿i fixum, quod omnium fixorum princeps exiſtit & dominus, ſingulares tàm in medicina quàm alchymia præſtans effectus. Menſtruorum egregiè intendit virtutem, ſi cum ſpiritu vini impræegnetur, ſeu cum menſtruo aquoſo ſolvatur, unde in decoctis & infuſis purgantibus, in ſpecie ſennæ additum, miros exhibet ſui fructus, & operationem accelerat & facilitat. Deinde eſt ſummum diureticum & diaphoreticum, in febribus apprimè conducibile. Inter coſmetica facilè primum locum occupat. dum in affectibus externis cutaneis certa exiſtit curatio, in ſpecie ſerpiginibus, varis, puſtulis, guttæ roſaceæ, &c. egregiè medetur. In ſcabie unguentum de ceruſſa cum oleo tartari per deliquium parato eſt expertiſſimum: ratio eſt, quia acidum præternaturale ſubcutaneum abſorbetur ab oleo ☿i alcalico, unde ceſſat affectus morboſus.

In alchymia eſt optimum menſtruum pro ſolvendis ferè omnibus mineralibus, eorumque ſulphure extrahendo. Optimè quoque convenit in reſuſcitandis metallis, eorumque Mercurio elaborando, unde dicitur ſal reſuſcitativum.

Ex hoc ☉☿, cum acido volatili aceti ſufficienter ſaturato, elaboratur terra foliata tartari, quæ nihil eſt aliud, quàm tartarus regeneratus. Eam deſcribit Zwelfferus *in Apolog. contra Tacchen. l. 2. cap.* 10. ſub nomine ſalis eſſentialis; ante eum tamen Locatelli deſcripſit. Sal hoc ☿i ♌ o ita impræegnatum ſolvitur in ♆, ſolutio abſtrahitur, donec remaneat corpus laminatim ſibi invicem ſuperjacens, hinc ♍æ foliatæ nomen accepit. Ex hac ♍ foliata eadem pariter, ac ex tartaro, per retortam produci poſſunt; ſpiritus nempe, phlegma, oleum, & ſal fixum, quæ nullo modo differunt à productis ☿i communis: idem quippe ſpiritus eſt in vino, aceto & tartaro, ſaltem quod ſub diverſo diverſi concreti tegmine lateat. Terra hac facilè liqueſcit, qui liquor ſingulare eſt ſtomachicum & inciſivum, polychreſti uſus in malo hypochondriaco & affectibus nephriticis, morbisque virginum: vid. Schwalbe *de acido & alcalip.* 131.

Pertinet huc ☿ ☿iſatus, qui paratur ex ☉☿, ſoluto in ▽ ſimplici, vel pluviali, vel rore majali: ſolutioni inſpergitur tartarus crudus pulveriſatus tamdiu, donec non amplius fermentent: liquor filtratus blando igne coagulatur vel cryſtalliſatur.

Cæterum ſublimiores chymici non contenti ☉☿ fixo, eo ſuum dirigunt ſtudium, ut ☉☿ fixum volatiliſent. Aliud verò eſt ſal volatile ex fecibus vini, & aliud ſal tartari volatiliſatum. Hoc opus, hic labor eſt. Ratio autem, cur tàm anxiè quærant chymici, eſt, quia Helmontius dicit, quod ejusmodi ſal fixum volatiliſatum ſit loco menſtrui univerſalis in alchymia; item quod remediũ ſit penetrantiſſimum, usque ad limen quartæ digeſtionis penetrans, vi ſuâ ſaponariâ, omnes totius corporis ſordes abſtergens, & illud purificans.

Modi volatiliſandi inſtituuntur varii: ſunt, qui cum aceto deſtillato & ♆ volatiliſare tentant, ut fit cum ☿i ♍ foliata; ſed acidum hoc in ☉☿ concentratum ſuggerit tartarum regeneratum: alii cum ♆ per repetitas digeſtiones & cohobationes, uti fit balſamus ſamech Paracelſi & Helmontii; ſed ♆ eſt inſufficiens: ſunt, qui cum oleo tartari fœtido periculum faciunt ſecundum Helmontium, ſi ☉ vegetabile cum proprio oleo conjungatur; ſed hoc modo ipſum ☉ mediante ☉☿ recluditur, unde ☉ vol. non ex ☉e fixo: ſed oleo fœtido elevatur: alii volatiliſationem ſalis tartari fixi cum aëre tentant, qui modus multum habet in receſſu. Riſum verò meretur Zwelfferus, qui in cella liquefaciti ☉☿, puratque hoc modo cum ☉e, quod eſt in ♎e conjunctum, volatiliſari; ſed fruſtrà: nam epicriſin videbitis in Ludovici præfat de ☉☿, item in Beckii *Meditat. & Experim. circa rerum natural. Princip. p.* 155.

Ex ſale tartari fixo cum ſpiritu vini rectificato extrahi creditur tinctura tartari; ſed falsò. Nam in igne ☉☿ transmutatur in corpus calciforme cœruleum vel rubrum, quod affuſo ſpiritui vini rectificato facilè largitur ℞m rubram: hinc patet, quod ☾☿ fixum redigi queat in ♍m planè inſipidam. Ea igitur tinctura non eſt à ſale tartari, quia caret partibus ♎eis, quæ ſi ineſſent, per intentam hanc calcinationem penitus expellerentur: potiùs pinguedo ſeu ſulphures ♆ ſubſtantia ab alcali hoc exaltata & reſoluta ℞m rubram acquirit; qualem etiam cum nitro vel ſimilibus ſalibus

Digitized by Google

bus alcalisatis calidè digestus contrahit. Quod si tamen quis velit parare talem ex sale tartari tincturam, ea cum ☿ rectificari partibus tribus, & ♒ tartari parte una extrahenda, sicque pro usu medico efficax obtinetur ℞.

Pergo jam ad reliqua vegetabilia, eorumq; crases atque virtutes summatim, quantum quidem propositi nostri ratio permiserit, perlustraturus, atque ad chymicorum principia restricturus. Vulgò per calidum, frigidum, humidum, siccumque, plantarum qualitates exprimuntur, ac si per gustum, v.g. per saporem mordentem, varius coloris gradus dignosci possit; chymici tamen commodius simplicium qualitates scrutantes, eas variis salium mistionibus adscribunt: ita, quando Galenici ea, quæ acria sunt, dicunt esse calida, Chymici dicunt, constare ☉e volatili acri: unde qualitates istæ primæ, & ex his secundæ, &c. paucæ erunt utilitatis in usu medico; unde quoque à Paracelso vocantur retollæa: quin potiùs totius simplicis crasis consideranda probè, quâ intellectâ multum sanè in medicinam redundabit.

Quæritur: an in vegetabilibus ante incinerationem detur sal fixum? Resp. contra Paracelsum, Taackium *de Resurrect. rerum*, & Willisium *de Fermentat. cap.* 2. cum Beckio *Experim. circa rerum natural. Princip. pag.* 99. Grew *de Mixt. pag.* 48. & 49. & Schwalbe *de acido & alcali p.* 121. Fixum reverà in nullo vegetabili sal est, sed fit demum per incinerationem, pro cujus diversa ratione quantitas quoque alcali fixi variat; quod non fieret, si ☉ia fixa plantis ante incinerationem formaliter inessent. Dum vegetabilia ustulantur, unionis vinculum solvitur, & tum demum acidum & alcali arctiori copulâ, & promptiori actione, jungi possunt; exurente verò igne ambo fixantur in cinere, & sub eo in ☉ fixum transmutantur. Ex herbis & lignis putridis nullum, ex vegetabilibus arefactis in aëre non ità copiosum, elicitur sal fixum, utut diu satis crementur; quia ☉ volatile, acidum & alcali, avolavit, aut in totum, aut ex parte ante incinerationem. Si recentia adhuc & igne lenisori exurantur, plus salis provenit. Nihil ☉is fixi fuisse in ligno, priusquam computruerat, exinde evincitur, quod aliàs remansisset. Si △ nimium urgeatur, alcali meracius exsurgit; si liquefactivo urgeatur igne, exuberat alcali acido abacto.

Ut verò ordine procedam, & paucis multa dicam, plantas omnes in ♃. destribuam classes.

Classis I. continet plantas aquosas & ferè insipidas, quales sunt portulaca, semper vivum, lactuca, endivia, &c. Omnes ejusmodi plantæ constant sale volatili temperato & occulto, ratione cujus refrigerare dicuntur, quatenus scilicet phlogoses & inflammationes ex acido ortas sopiunt atque compescunt. Plantarum harum occultum alcali exinde patescit, quia essentiæ earum Saturnum in aceto destillato solutum præcipitant; dum nimirum alcali refrigerantium talium herbarum secum acido menstrui conjungit, & ita Saturnum solutum ex poris menstrui ♒at: vid. Tacchenius.

Prostant in officinis ex plantis his ▽æ destillatæ & succi inspissati seu Rob. Quæritur: an aquæ plantarum destillatæ sint alicujus efficaciæ? Resp. Helmontius nudos vocat herbarum sudores, quibus pauca insit virtus medica: Id quod verum est de insipidis & inodoris, quæ nil retinent de totius concreti crasi. Illa autem, quæ odore & sapore simplex suum referunt, omninò alicujus sunt virtutis; quales sunt, quæ per digestiones repetitasque cohobationes præparantur; reliqua verò nullius sunt valoris.

Classis II. comprehendit plantas aquosas, sed acidas, quales sunt omnes species acetosæ, acetosellæ, & omnes aliæ, quæ acidum habent saporem, quarum acidum tamen ab alcali occulto continetur. Hæ plantæ aquas dant, sed inertes. Melius earum succi in usum vocantur, inprimis succ. acetosæ rubeus, & gratum habens saporem. Plantæ hæ pergratæ sunt stomacho, & in febribus ardentibus, temperando bilis æstum valdoperè prosunt. Succus plantarum harum inspissatus dat verum tartarum seu sal essentiale crystallinum, ejusdem ferè saporis & figuræ, qualis est ☿ vini.

Classis III. eas exhibet plantas, quæ sunt saporis amari citra odorem. Tales in recessu habent sal subtile nitrosum, quasi tartareũ, quales sunt cichorium, carduus benedictus, carduus Mariæ, lupulus, fumaria, centaurium minus, taraxacum, &c. Ex eorum quoque succis parari potest sal essentiale per coagulationem & inspissationem, quod per lixivium depuratum concrescit in ☉ inflammabile; unde ratione nitri plantæ hæ erunt absterſivæ, diureticæ & sudoriferæ virtutis, convenienter in affectibus chronicis, dum sordes abstergunt, & crasin massæ sanguineæ restituunt. Ex his commodè parantur decocta, utpote quibus promptè virtutes suas communicant; item in nodulis alterativis, diureticis, &c. felici adhibentur cum successu.

Classis IV. ostendit plantas acres & penetrantes, constantes sale volatili admodũ acti, ut sunt nasturtium, cochlearia, sinapi, armoracia, raphanus, eruca, piper, & quæ sunt aliæ sapore acri præditæ. Vulgò hæ plantæ dicuntur antiscorbuticæ, & adhibentur ad corrigendum in corpore acidum, v.g. in malo hypochondriaco, cachexiis, &c. ubi hæ sunt utilissimæ & efficacissimæ: aquæ harum plantarum in destillatione secum rapiunt aliquid

de ſale volatili acri, cujus ratione alicujus omninò erunt efficaciæ. Per fermentationem hæ plantæ dant ſpiritum, qui tamen in ſimplicibus ante fermentationem reipsâ non exiſtebat, ſed fit demum artis operâ per fermentationem, quatenus particulæ ſalinæ junctæ cum oleoſis volatiliſantur, & ulterioris fermentationis ope abeunt in ſpiritum.

Quæritur: an tales plantæ ſale volatili copioſo præditæ pro eliciendo ſpiritu volatili ſint fermentandæ? ut inde habeatur ~ volatilis nec ne? ſunt qui negant, ſunt etiam qui affirmant. Qui negant, dicunt, quod in fermentatione talium plantarum minimum ☉is volatilis recluſi exhalet, in quo tamen totius plantæ energia conſiſtat. Nam antiſcorbuticarum plantarum, dum fermentantur, odor ad aliquot ædes poteſt percipi, propter ☉ia volatilia copioſè exhalantia. Qui affirmant, dicunt, quod fermentatione optimè recludantur mixta, & volatiliſentur ea, quæ anteà fuerunt fixa; quod verò ſub fermentatione iſta exhalat, paucum eſt, & vix conſideratione dignum: accedit, quod ☉ia iſta tam firmiter invicem ſibi ſint connexa, ut vix quidem avolare queant: Ita ſpiritus cochleariæ per fermentationem paratus eſt acerrimus, acrior longè illo, qui fit per abſtractionem. Sunt tamen, qui dictas herbas deſtillant, & deſtillatum à novis herbis abſtrahendo, egregium acquirunt ſpiritum.

Claſſis V. affert plantas odoratas & aromaticas, quales ſunt ſalvia, rosmarinus, abſinthium, pulegium, thymus, ſerpillum, leviſticum, angelica, ſemen aniſi, fœniculi, cumini, &c. conſtant hæ plantæ ſale volatili oleoſo, & dant deſtillatæ aquas, quibus oleum ſupernatat; quod in quavis planta concentratum exiſtit: ſal fixum in capite mortuo remanet. Plantæ hæ fermentatæ quoque ſpiritum exhibent: ſed præſtat olea ex iis elicere, quia in his virtus plantarum minus eſt alterata. Sunt verò hæ plantæ, quoad virtutes, cephalicæ, ſtomachicæ, nervinæ, uterinæ, analepticæ, &c. unde omnes ▽as apoplecticas epilepticasque baſeos loco ingrediuntur, propter ☉ volatile aromaticum per ▽ elevatum, partibus nervoſis apprimè conducibile. Ratione virtutis oleoſæ conducunt in affectibus flatulentis, quia impediunt fermentationem præternaturalem, indeque obortos flatus.

Poſt herbas ſequuntur Flores, qui in tres claſſes diſtribui poſſunt: Claſſis I. continet flores inodoros, ut ſunt flores nymphææ, antirrhini, aquilegiæ, cyani, &c. hi flores inodorati dant aquas, ſed inertes. Poſt ▽as exhibent ſuccos inſpiſſandos, qui non ſemper rejiciendi. Claſſis II. habet flores odoratos, ſed tantùm ſuperficietenus, v.g. liliorum convallium, roſarum, violarum, jasmini flores, hyacinthi, &c. quorum odor facilè diſſipatur. Olei ex his per deſtillationem odorati vel parum vel nihil acquiritur: ergò ſi quid odorati habere velimus, neceſſum eſt, ut per infuſionem id tentemus: v.g. ex floribus jasmini fiat S. S. S. cum oleo been; ſic hoc ℔ imbuetur fragrantiâ jasmini florum. Olea hujusmodi majoris ſunt in coſmeticis, quàm medicina momenti: vid. Tobias Aldinus *in horto Farneſiano*, cujus libri verus autor eſt Petrus à Caſtro.

Claſſis III. odoratos aromaticosque prodit flores, quorum vis eſt concentrata, ut ſunt lavendula, thymus, ſerpillum. Flores hi ejusdem cum plantis aromaticis ſunt virtutis, ſcilicet nervinæ. Deſtillari ex iis poteſt oleum, & cum ſpiritu vini dant verum ſpiritum vini aromaticum.

Poſt flores conſiderationem merentur ligna. Hæc, ut partes duræ, omnia ejusdem ferè ſunt naturæ, & ſub ignis tortura exhibent.

1. Aquam ſimplicem.
2. Spiritum acidum.
3. Oleum craſſum fœtidum empyrevmaticum.
4. In Capite mortuo ſal fixum cum terra nigra reperitur.

Spiritus lignorum conſtat ex acido & ſpiritu volatili ardente; ſi enim ille coralliis aliisque corporibus fixis terreis affundatur, tunc hæc arripiunt, & detinent ſecum acidum ſpiritum, & in deſtillatione dimittunt ſpiritum ardentem volatilem, qualis ferè eſt ſpiritus vini. Spiritus lignorum egregium præbet ſudoriferum. Doſis à ʒß ad ʒj. Nam in hoc omnia penè conveniunt ligna, quod ſudorem moveant, ſive decoquantur, ſive ex iis paretur eſſentia aut ~ In ſpecie in affectibus cutaneis & catarrhalibus eſſentia lignorum multùm valet.

Poſt ſpiritum ligna dant oleum, quod eſt ſudoriferum potentiſſimum, multi uſus in bubonibus peſtilentialibus, ulceribus, lue Venerea & ſimilibus.

Ex lignis procedit fuligo, quæ nihil eſt aliud, quàm ſpiritus acidus ex lignis avolans, compoſitus ex acido volatili, & ſale volatili urinoſo. Eadem dat producta, quæ dant ligna, ex quibus productis fuligo conſtat: ſcilicet

1. Phlegma,
2. Spiritum
3. Sal volatile,
4. Oleum,
5. Caput mortuum.

Spiritus fuliginis movet ſudorem, & eſt antipleuriticum optimum, ad ʒj exhibitus. Externè unà cum emplaſtro ex terebinthina & fuligine egregiè convenit in febribus chronicis, pulſibus applicatus; item in ulceribus cancroſis, ratione ☉is volatilis ☉ſi, optimi eſt uſ℣.

Reſtant

Digitized by Google

Reſtant denique ſemina, quorum alia nutritiva, alia alterativa ſeu medica: illa ſunt temperata; hæc vel in ſapore vel odore excedunt. Commodè verò ſemina omnia ad tres revocari poſſunt claſſes.

Claſſis I. continet ſemina, quæ tùm ſapore, tùm & potiſſimùm odore excedunt, ſuntque carminativa, quæ conſtant ſale volatili oleoſo, ut ſemen aniſi, fœniculi, carvi, cumini, dauci, &c. Sal hoc oleoſum volatile interdum per veſicam deſtillando elicitur, interdum exprimi poteſt; & ab hoc ſale volatili oleoſo vis carminativa ſeu flatus diſpulſiva dependet: unde hæc ſemina infuſa in vino optimè flatus in corpore diſpellunt. Nervina quoque ſunt, & convulſionibus, vulgò in corpore halitibus acribus adſcendentibus adſcriptis, medentur, easdem ſopiendo. Talia ſemina dant deſtillando ▽as & ♁a, in quibus oleis vis earum tota reſidet.

In Claſſe II. ponuntur ſemina in ſapore quàm maximè excedentia & guſtu acerrima, ut ſunt ſemen ſinapi, cochleariæ, piperitis &c. hæc gaudent ☉e volatili acri copioſo, acido pauco tamen adhuc juncto; unde in ſcorbuto, ubi dominatur acidum illud rancidum vitioſum, valdè conducunt; item mucilaginem in inteſtinis hærentem abſtergunt, inque affectibus renum, nec non vertigine, apoplexia, &c. valdopere proſunt. Ex ſe nulla dant præparata, niſi quod fermentando exhibeant ſpiritum.

In Claſſe III. ſe offerunt ſemina temperata, & ſunt potiſſimum nutritiva, quæ in ſe habent mucilaginem quandam, in qua vis reſidet. Iſta mucilago nunc magis eſt aquoſa, ut in ſemine pertroſelini, fænugræci, ſeminibus quatuor frigidis majoribus & minoribus; nunc magis oleoſa, ut in ſemine lini, 4. calidis majoribus & minoribus, amygdalis dulcibus, &c.

Ex ſeminibus his exprimitur oleum, in quo vis nutritiva, & ſtimulans Venerem deprehenditur. Et talia ſemina etiam poſſunt ſubtiliſari ſeu volatiliſari, ut exhibeant ſpiritum, qui in potu inebriativo, ex hordeo vel tritico parato, evadit manifeſtus: Quin ex iis beneficio fermentationis elicitur ſpiritus ardens inflammabilis, & inſigniter inebriativus.

Ex ſeminibus hiſce nutritivis componitur panis, quando ſcilicet illorum principia fermentativa in volatiliſando impediuntur, & acida fixa unà cum reliquis particulis coguntur in maſſam.

Panis præparatio in legitima cum primis conſiſtit fermentatione, quâ, adjectione fermenti acidi volatilis, farinæ aufertur viſciditas, & reſolutæ partes ☉inæ & ſulphureæ quædam aliarum particularum implexu aliquantiſper ſe extricant, fermentando volatiliſantur, & in ſpiritum volatilem ardentem transmutantur; antequam verò totæ hoc modo volatiliſentur, clibano impoſita maſſa torretur, unde pars volatiliſatorum ſalium in ſpiritum avolat, ſuavi odore omnia replens, quibusvis perlarum aquis in virtute confortativa præferenda: vid. Beccherus *in Phyſica ſubterranea l.* 1. *Sect.* 5. *c.* 2. §. 144. cujus colligendi modum docet Kergerus *de Fermentat. l.* 3. *pag.* 181. *cap.* 1. pars verò altera ☉ium nondum perfectè volatiliſata, impedito fermentationis per exſiccationem motu, à reliquis particulis implicata detinetur, facili tamen Vulcano in ſpiritum ſubacidum volatilem per retortam ſeparanda, à quo ſubtilis panis aciditas dependet: vid. *Medic. Hippocrat. cap.* 3. §. 4.

Et hæ ſunt virtutes vegetabilium generales, prout quædam horum ſunt aromatica, alia acida, alia abſterſiva. Hæ tamen virtutes non confundendæ cum ſpecifica cujuslibet vegetabilis virtute, quæ in totius craſi conſiſtit & fundata eſt. Sic multæ plantæ in ſapore acri conveniunt, qua tamen ratione ſpecificæ & individualis ſuæ virtutis à ſe invicem, experientia teſte, differunt: Ita abſinthium & centaurium minus utraque amara & ☉ina ſunt, in eo tamen differunt, quod illud languentem conſoletur ſtomachum; hoc ſpecificè febribus adverſetur: ſic in ſpecie ſabina menſtruum revocat.

Quod de plantis dicitur, id quoque de omnibus earum partibus verum eſt: ſic flores liliorum convallium epilepſiam curant; paralyſeos & anthos paralyſin fugant; crocus menſibus fœmellarum dicatus obſervatur. Ligna omnia in eo conveniunt, quod ſudorem movent; quoad ſpecificam verò facultatem lignum buxi eſt ſummum anodynum, corylinum antiepilepticum, ſaſſafras anticatarrhale, guajacum antivenereum. Semina aniſi, fœniculi, erucæ, ſinapi, &c. in ſapore quodammodo conveniunt, ſpecificâ verò virtute ſemen ſinapi ſtomacho, erucæ ſemen aſthmati, aniſi flatulentis & mammarum affectibus, fœniculi oculis ſuccurrunt.

In animalibus non magna in univerſum eſt differentia, quoad producta eorum chymica, utpote quæ in ſale volatili eorum omnia conveniunt, niſi quod inſecta ſingulare quid præ reliquis habeant. In genere autem animalia omnia, eorumque partes, tam ſolidæ quàm liquidæ, conſtant copioſo ſale volatili, cum primis oleoſo, quod ignis beneficio elicitur. Ita ex pilis, cornubus, oſſibus, ſanguine, quin & excrementis, copioſum lege artis prolicitur ſal volatile oleoſum. Prædominans itaque in animalibus principium eſt ſal urinoſum, acido tamen ſuo ſaturatum;

ita ut pauca ſint, in quibus acidum prædominatur, quæ inter ſunt majores formicæ, quæ & ipſæ contuſæ ſaltem odorem acidum ſpirant; & ex his præparat Laurembergius aquam ſuam magnanimitatis dictam. Per ignis examen formicæ hæ dant ſpiritum acidum, qui ♂ rodit, & in rubiginem convertit; aciditas tamen hæc formicarum temperata eſt ab alcali quodam ſibi debito: id quod exinde appareret, quia ex tali formicarum ſpiritu elici poteſt ~ urinoſus alcalicus. Sic ſi ſpiritus formicarum miſceatur cum calce viva, & addatur parum aquæ frigidæ, obortá effervescentiâ acquiritur ſpiritus urinoſus: aliâ quoque ratione ſeparatur ~ urinoſus ab acido, ſi in vitro clauſo formicæ ad putrilaginẽ redigantur, tunc ſubiguntur acidum & alcali, alteranturq; in urinoſum ſpiritum, de natura alcalium.

Sal hoc volatile animalium, dum adhuc ſuo gaudent vigore, eſt falſum, ex acido & alcali volatilibus conſtans, quæ duo conjuncta dant ſal volatile falſum, ita tamen, ut prædominetur urinosũ: id quod apparet in ſpecie in excre mentis animalium, quæ conſtant acido & urinoſo, ambobus volatilibus converſis in ☋ tertium, nempe ☋ſum. Modum ſeparandi acidum ab alcali videbitis apud Tacchenium.

Si animalia, eorumque partes, ignis ſubjiciantur examini, prodit

(1) Phlegma, ſed ſpirituoſum. Non enim ſimplex eſſe phlegma exinde patet; quod ſi deſtilletur, ſtriatim prodeat, quas ſtrias ſolis competere ſpiritibus, vel tyroni in chymia eſt notiſſimum.

(2) Succedit ſal volatile copioſum, receptaculi lateribus adhærens. Hoc ipſum figurâ ſuâ ſuum non rarò refert concretum: id quod non tam in C. C. videre eſt, ſed obſervatum quoque fuit in ▽ ſpermatis ranarum; quod parvulas repræſentarit ranulas.

Hoc ſal volatile animalium tam ex duris, quàm mollibus eorum partibus, elicitum variat pro varietate animalis. Sic in animalibus ſylveſtribus ſal hoc acrius eſt quàm in domeſticis, in maribus multò volatilius & penetrantius, quàm in fœminis: in caſtratis temperatius eſt, quàm in non caſtratis, propter fermentum teſtium deficiens, quod maſſæ ſanguinis infuſum eam reddit acriorem.

Quæritur: cùm ſal volatile animalium viventium ſit falſum, cur in deſtillatione prodeat ſal volatile urinoſum pauco acido ſtipatum? Reſp. acidum illud partium animalium ſub △ examine arripit ☋ volatile urinoſum, & cum eo coagulatum conſtituit.

(3) In deſtillatione animalium prodit oleum, quod nihil eſt aliud, quàm ſal volatile ab acido pingui concentratum. Acidum verò ineſſe oleoſis, exinde probatur, quod ♌ deſtillata animalium cum ☋e volatili proprio conjuncta, tractu temporis abeant in corp' ſaponiforme, in ſignũ conjunctionis mutuæ acidi & alcali, ex qua combinatione oritur ſapo.

(4) Remanet caput mortuum nigrum, terra iners, omni activitate orbata, in quo nihil reperitur ſalis fixi; quoniam per fermentationem, & continuam ♎is inſpirationem omnia ſunt volatiliſata, ut ita nihil ☋is fixi haberi queat; utut animalia ſubinde cum aſſumptis ☋ commune aſſumant, & talia comedant, quæ aliàs ex hibeant ☋ fixum. Si tamen quandoque ſalis fixi aliquid ex animalibus obtineatur, illud non eſt fixum ſal animalium nativum, ſed eſt ſal eſculentum, quod non potuit ſuperari à fermento ventriculi; id quod exinde patet, ſi tale ☋ fixum cum bolo deſtilletur, prodibit ~ acidus, ſpiritui ☋is ſimillimus. Caput mortuum utplurimum eſt nigrum, forti tamen calcinatione evadit album; quod fit ex varia texturæ in igne mutatione, de qua vid. Boyle *de Colorib. P.* 2. *Experim.* 3. *pag.* 139.

Videamus nunc quoque inſecta, quæ conſtant ſale volatili, ſed non oleoſo, verùm nitroſo. Certum hoc eſt, quod ſal volatile inſectorum multò volatilius ſit & penetrantius, quàm reliquorum animalium ſalia volatilia. Beecherus ex putrefactis lumbricis nitrum perfectum conatur elicere; unde talia inſectorum præparata habent inſignem vim diureticam, præprimis eorum, quæ in locis ſubterraneis, cellis, muris vetuſtioribus, &c. vitam degunt, v. g. lumbricorum, aſellorum, buſonum, &c. qui ſingulare ☋ diureticum in ſe continent.

Partes animalium molles per putrefactionem totæ quandoque abeunt in liquorem ſpirituoſum: v. g. ſecundina humana, ſi detractâ cuticulâ inciſa in ♍ putreſcat, deſtillando tranſit tota in liquorem ſpirituoſum: ſic cerebrum animalium in digeſtione ſervatum ſub △ exámine tranſit itidem in liquorem ſpirituoſum: lumbrici terreſtres putrefacti in totum abeunt in ſpiritum exceptis pelliculis; exponuntur nempe in vaſe modeſtè clauſo (ne ſcilicet vas rumpatur) calori ☉ari, unde fit, ut in tres reſolvantur ſubſtantias:

1. In fundo ſubſidet terra nigra;
2. In ſuperficie innatant pelliculæ; &
3. In medio pendet copioſus liquor coloris aurei, qui ſeparandus è reliquis particulis.

Pelliculæ verò illæ lumbricorum, quod mirum eſt, ſi defodiantur ſub terra, fit, ut denuò vivi enaſcantur lumbrici copioſiſſimi. Similem generationem lumbricorum videbitis apud Mœllenbrockium de varis.

Uſum productorum chymicorum ex animalibus quod attinet;

(1) Phlegma ſpirituoſum, per ſe rarò uſurpatur, ſed unitur cum ſale volatili, & tunc vocatur ~ eſſentificatus: v. g. phlegma ſpirituoſum C. C. ſi miſceatur cum ſale volatili

Digitized by Google

latili cornu cervi, vocatur ſpiritus eſſentificatus cornu cervi.

(2.) Sal volatile cùm ſit de natura alcalium, omni acido præternaturali erit contrarium, adeò ut ſalia talia ratione ſuæ penetrationis etiam acidum præternaturale in partibus remotioribus abſorbeant atque corrigant, & ita diſponant, ut per corporis poros eliminari poſſint; unde podagricis doloribus ſummi erunt emolumenti: Sic quoque grumoſum reſolvunt ſanguinem, & inde enatas inflammationes diſſipant egregiè: ſic quoque ſudorem movent; unde in eryſipelate, pleuritide, aliisque affectibus per ſudorem curandis, in tempore adhibita ſperatum certo certius præſtabunt auxilium: eadem ex ratione in febribus malignis, in ſpecie in variolis & morbillis, item in purpura mulierum, multi ſunt uſus; in purpura autem, ſi talia ☉ia volatilia cum myrrha propinentur, ſingularia erunt inde commoda: Porrò in doloribus vagis ſcorbuticis, quatenus acidum dolorificum deſtruunt, egregiè proſunt: in apoplexia, epilepſia, paralyſi, &c. præmiſſis præmittendis vix ulli cedunt remedio: in proliciendo ſudore nullum convenientius certiusque datur remedium.

Oleum utut inſuave, tamen non rejiciendum, ſed aliquoties ſuper caput mortuum rectificandum, ut abſorbeatur aciditas ejus, & odor ſaporq; inſuavis emendetur. Ita præparatum in paralyſi, tremore artuum, &c. externis commodè jungitur: ſic quoque in tumoribus duris ſcirrhoſis multum præſtat utilitatis, ſudorem egregiè promovet, & ſatisfaciunt huic ſcopo guttæ iij. l. v. aſſumptæ.

(4.) Caput mortuum omni activitate orbatum, adhuc tamen hoc habet commodi, quod ceu vacuum & ſitibundum corpus omnes humiditates abſorbeat, imbibatque, & ita per acidens egregios tàm internè quàm externè in ulceribus præſtet uſus. Quod verò caput mortuum omne abſorbeat acidum, patet exinde, ſi ~ vitrioli affunditur capiti mortuo cornu cervi, omnem promptè amittet acorem. In ſoda itaque, ubi acidum vitioſum in viis primis redundat, ejusmodi caput mortuum, v. g. cornu cervi uſtum, inſigniter proderit. Uſtio verò hæc non confundenda cum calcinatione philoſophica, eaque vel vaporoſa, quando partes animalium oſſeæ in igne beneficio vaporis aquei, vel immerſiva, quando per ſimplicem coctionem friabiles redduntur, quâ ratione etiam gelatina acquiritur. In tali enim calcinatione philoſophica, utut jactura fiat alicujus ſalis volatilis, non tamen omne aufertur: id quod patet, ſi C. C. tali modo calcinatum deſtillatur, tunc prodibit ℞, ~, & ☉ volatile in certa quantitate.

Hæc in genere de productorum Chymicorum ex animalibus virtutibus. Sunt verò & aliæ virtutes ſpecificæ dictæ, ob quas hoc ſal volatile hujus animalis conducit in hoc affectu meliùs, quàm alius animalis. Ita ſal volatile C. C. in febribus malignis multum præſtat commodi; ſal volatile viperarum in affectibus cutaneis & lue Venerea appropriatum celebratur remedium; ſal volatile bufonum optimum & potiſſimum eſt diureticum & antihydropicum; ſpiritus & ſal volatile lumbricorum optimum & certiſſimum antiarthriticum eſt, quod acidum arthriticum promptè abſorbet, & per ☉m eliminat; unde eſſentia arthritica ex vegetabilibus arthriticis cum ſpiritu lumbricorum & ſpiritu C. C. præparari ſolet; ſal volatile ☉is ammoniaci experientiſſimum eſt antiquartanarium; ſal volatile lapillorum cancrorum optimum antipleuriticum & vulnerarium, unde decoctum cancrorum in vulneribus & ulceribus magno cum fructu propinatur; cancer enim ſcatet ☉e volatili acri vulneribus dicato. Porrò medicamenta cancrina in ambuſtis mirè conferunt: ut taceam de virtutibus cancrorum in morſibus canis rabidi, jam Galeni tempore notis: ipſi quoque lapilli cancrorum conſtant ☉e volatili, quod cum acido adjuncto effervescere ſolet. Nec hoc judicandum tantùm de partium ſolidarum, ſed & de mollium ☉e volatili: ſic ☉ volatile ſanguinis humani differt mirum quantum à ☉e volatili ☉æ humanæ; ille in epilepſia, hic in calculo unicè confert: ſic cranium humanum præparatum dyſenteriæ reverà audit antidotus certiſſima, ſicut uſnea omnem ſiſtit hæmorrhagiam, quæ quaſi baſis eſt unguenti armarii ſeu ſympathetici: Sic cerebrum humanum per putrefactionem dat ſpiritum, optimum, teſte Grasbeccio, epilepſiæ remedium: ſecundina humana beneficio putrefactionis exhibet ſpiritum in pellendo fœtu, tàm vivo quàm mortuo, certiſſimum, propinariſque poteſt ad guttulas 30. vel 40. in cereviſia miro cum effectu; ſic quoque in lochiis ſuppreſſis, item in doloribus poſt partum valdè affligentibus uſitatiſſimum & efficaciſſimum eſt medicamentum, unde eſſentia ad partum ex hoc quoque conflatur ſpiritu: ſanguis menſtruus multa gerit occulta; certum namque eſt, quod linteum tinctum ſanguine menſtruo virginis, applicatum loco eryſipelaceo, eidem magno ſit commodo; ſic quoque externè applicatum, dolores podagræ ſiſtit, curatque: Retulit mihi quidam amicus, quod viderit aliquot tertianarios curatos per tale menſtruo ſanguine tinctum linteum. Plures ſanguinis hujus admirandos effectus videre poteſtis apud Schmuckium, Starckium, Theophraſtum Paracel-

Digitized by Google

racelſum, & alios. Sic priapus cervi in dyſenteria ſpecificè confert, imprimis ſi ejus decoctum propinetur cum hepate viperarum & cryſtallo præparata; ſperatus exinde erit ſucceſſus: Idem judicium eſto de priapo ceti, optimo antipleuritico. In ſtercoribus animalium magna quoque latet virtus medica, ratione ſui ☉is volatilis: ſic in ſpecie ſtercus porcinum omnes hæmorrhagias ad miraculum ſiſtit, in quibus non datur magis certum tutumque remedium, ſive adhibeatur in forma ſicca pulveris ad ʒj. ſive in forma ſyrupi ſtercus equinum ſummum eſt itidem remedium in paſſione hyſterica, etiam colicis doloribus, ſi exprimatur ſuccus, & cum vino vel cereviſia propinetur: ſic quoque conducit in variolis & morbillis infantum, propinatum cum cereviſia calida, quas optimè per ſudorem expellit; ut taceam de effectu, quem præſtat in pleuritide, laudando.

Præparationes medicamentorum hunc habent ſcopum, ut

1. Virtutes ſimplicium puræ extrahantur & exaltentur.
2. Ut virtus eorum nociva aut auferatur, aut corrigatur, aut alteretur.

Vix enim ſimplicia cruda pro uſu medico ſufficiunt, obſtantibus in regno vegetabili excrementis terreis, in minerali ſulphure ☍cali narcotico: Præparatione itaque ubique opus eſt.

Quæſtio jam eſt de medicamentis chymicè præparatis, quæ intacta huc uſque ab omnibus Medicis (excepto Helmontio & Boyle, qui eandem in medium producunt) remanſit, ſcilicet

1. An præparata chymica virtute adhuc nativâ operentur? An verò
2. Novam artis beneficio obtineant?

Reſp. Pauca ſunt remedia chymica, quæ poſt △ examen virtutes ſimplicium incolumes ſervant, pleraque aut novas acquirunt, aut nativas alteratas inſigniter obtinent; quales alterationes contingunt propter mutatam ſimplicium talium texturam nativam, partim per addita, partim per operationum varietatem, ita, ut quo magis compoſita ſint medicamenta aut magis operoſa, pro varia ſui operatione variè mutatas habeant nativas virtutes.

Exempli loco ſit ☉ fulminans: aurum per ſe nunquam fulminabit, ſed tantùm per addita hoc virtutis acquiſivit; ſicut & pulveris pyrii ingredientia ſeorſim ſpectata, ſcilicet ſulphur, ☽ & carbones, ſeorſim nunquam ſclopetabunt, ſed conjuncta fulminis inſtar accenſa tonant: Sic luna per ſe non purgat, conjuncta verò cum ſpiritu nitri egregiè ſeroſos humores expurgat in ☽ hydragoga, & ab eodem rurſus artificioſè ſeparata reducitur in priſtinum corpus ☽re, & ab omni purgante virtute ceſſat: Hinc varia combinatio varias compoſitis largitur virtutes. Sic in elixyre proprietatis Paracelſi virtutibus exponendis non ſingulorum ingredientium virtutes examinandæ ſunt; v. g. quod aloë ſit optimum abſterſivum per ſe viarum primarum; myrrha per ſe ſit balſamica, omnemque arcens putredinem; quod crocus exhilaret; ſed totum compoſitum conſiderandum, cum ingredientium virtutes à menſtruo vel exaltari vel alterari potuerint. Paracelſo comuniter attribuitur, cùm tamen ſpecies hujus elixyris ſub eadem proportione ingrediantur pilulas peſtilentiales Avicennæ, qui longè ante Paracelſum vixit. Elixyr hoc deſcribit *l.* 8. *Archidox. No.* 6. omiſſo tamen menſtruo, de quo variæ lites exortæ ſunt. Vulgò, & in officinis pharmaceuticis, extrahitur cum ♆, acuato cum ſpiritu quodam acidulo, v. g. ſulphuris, vitrioli, ☉is, &c. ſed præſtat ſpiritus ſalis communis, ita tamen, ut ingredientia ſingula ſeorſim extrahantur, poſteà conjungantur, filtrentur, & extractum ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſetur. Hoc Elixyr valdè conducit in corrigendo ſtomacho, ſi is copioſo muco, imprimis acido, repletus ſit, quem potenter abſtergit, unde humidis magis convenit, quàm ſiccis: à putredine tàm interna quàm externa præſervat, vermesque inde enatos enecat. In affectibus mulierum magis prodeſt, ſi præparetur cum alcalibus, quæ quoque promptè ſolvunt hæc ingredientia, ſive ſint fixa, ſive ſint volatilia. Si fixa lubet, tunc

℞. ☿i & ☽i *ana part. æqu.*

Detonentur unà; ſic enim fit, ut coëant in △ tortura in alcali urinoſum, ex quo per deliquium fit alcaheſt Glauberi; melius cum ▽ ſimplici fiat lixivium: Vel loco hujus recipiatur lixivium ☉☿: Huic infundatur aloë, myrrha & crocus; ſic ſimul cum ſubſtantia aloës & myrrhæ mucilaginoſa, reſinoſa quoque ſolvitur: ſolutioni ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſatæ addatur ♆ iſatus, ut ſpecies dictas extrahat.

Egregium hoc eſt elixyr in cruditatibus acidis, infantibus, in affectibus mulierum, in ſpecie in cachexia, menſium & lochiorum ſuppreſſione, quæ ſine amarore eſt, nec cum vehiculo aqueo ≈atur. Vocatur elixyr proprietatis ſine acido.

Per alcali volatile componitur Elixyr proprietatis, quando ſcilicet ſpiritus ſalis ammoniaci artificioſè cum ſpiritu vini (quod cùm calce viva procedit) paratur; ſic ☍ ☉ ✳ci conſueta elixyr proprietatis ingredientia extrahit, & medicamentum conſtituit optimum in morbis malignis, ubi præprimis volatilia

Digitized by Google

latilia prosunt; item in præservatione variolarum, in specie ad prætervandam purpuram insigniter commendatur, ut & in scabie, & aliis affectibus luem Véneream comitantibus.

Placet & præ omnibus modus iste, quando spiritus vini loco spirituum acidorum acuitur per terram foliatam tartari, & speciebus affunditur, sic easdem optimè extrahit, sitque medicamentum convenientissimum in suprà dictis affectibus; imò ratione virtutum ferè elixyr Paracelsi æquiparare solet.

Idem hoc menstruum est egregium quoque diureticum elegantis saporis. Egregiè quoque Elixyr proprietatis tartarisatum sequenti modo paratur.

℞. ☉*i*
☿*i à q.s.*

Detonentur: sal fixum solvatur in ▽ simplici, vel pluviali, vel rore Majali: solutioni inspergatur,

☿*i crudi* tantum,

donec hæc duo non ampliùs fermentent, & liquor rubicundus inde emergat, cum quo elixyr proprietatis præparari potest.

Aliàs in præparatione elixyris proprietatis varia Medici intentio consideranda, prout vel alterans solum, vel simul laxans aut purgans expetit. Pro scopo alterativo sufficit extractio cum spiritu vini acidulato. Sin verò laxare debeat, extrahenda venit Aloë cum aqua, tantillo sale tartari acuata; sic enim mucilago purgans commodissimè extrahitur: Reliqua postmodum ingredientia cum ☿ extracta cum priori conjungenda, & omnia ad justam consistentiam redigenda, aut additione rhabarbari exaltanda.

Hæc erant elixyr proprietatis vulgares præparationes. Nam quod quidam inter quos est Sala, volunt, quod Paracelsus elixyr proprietatis extraxerit cum spiritu vini terebinthinato, falsum est; præparat enim cum circulato majori, seu cum suo menstruo universali seu alcaheste: scilicet,

Recipit *Aloën*,
Myrrham,
Crocum, *â ad* ℥ j.

Affundit ana circulati majoris, clauso vase digerit, donec liquescant, hocque fecit blando igne, ut abeant in verum ☍: hoc ☍ circulat per mensem unum, extrahit, inspissat ad legitimam consistentiam, ceu videre est in ejus scriptis, quæ consulenda.

Quomodo Helmontius elixyr proprietatis præparet, & quantas eidem debito modo præparato virtutes, præprimis in quartana, adscribat, ex ejus scriptis videre licet. Eadem nempe ingredientia circulat ad aliquot tempus in vase capaci, admodum temperato igne (nam si remittatur gradus, labor non succedit; sin verò intendatur, rumpuntur vasa) hocque continuandum, donec in vase appareat nebula hinc inde vagans, quæ abeat in ☍, reliqua verò in corpus piciforme: quo oleo apparente affundit ▽m cinnamomi, & adhuc per unum mensem digerit, & postmodum destillat.

Sed ut revertar ad id, unde digressus fui, dixi paulò antè, quod præparata chymica aut planè novas acquirant virtutes, aut nativas insigniter alteratas obtineant, partim per aliorum additionem, partim per artificiosam variamque præparationem. Alterantur autem utplurimùm simplicia in solutionibus cumprimis atque extractionibus; omnes namque solutiones aut extractiones cum fiant per menstrua, semper aliquid in extracto & soluto corpore remanet de menstruo; unde mutatâ texturâ mutatur quoque virtus concreti.

Videmus hîc varias mutationes, quæ omnes sine virtutis nativæ alteratione non contingunt: Hocque si fit in vegetabilibus, quid non fiet in mineralibus, ubi per menstrua corrosiva & solutiones & extractiones instituuntur? Talia enim vix ac ne vix quidem à soluto corpore separari perfectè poterunt, firmoque adhuc stat talo canon ille chymicorum, quod omnia menstrua corrosiva coagulentur & figantur cum corpore solvendo, à cujus perinde conjunctione non potest non alterari ejus virtus nativa. Fermentatio quoq;, quas non in productis causatur mutationes? Per hanc tàm animalium partes quàm ipsa vegetabilia alterantur; (ut ut animalia potiùs putrescant in operibus artis, vegetabilia verò fermentent.) Nam in fermentatione misti crasis tota resolvitur, ipsaque totius textura prorsus invertitur, ut avolantibus volatilibus fixa in fundo subsideant, virtutibus suis plurimum spoliata. Purgantia satis vehementer alioquin operantia si fermententur, minus purgant, imò quandoque vix laxant. Idem esto judicium de opio fermentato, hyoscyamo, aliisque, quæ nonnihil de virulentia suâ perdiderunt. Fermentatione fiunt spiritus, qui antea tales non extiterunt in concreto; sed sunt producta igne & arte, & eo ipso, quo sunt producta nova, suam virtutem debent artis beneficio. Sic quoque fiunt olea, quæ non sunt nativa, sed per ignis beneficium ex diversis principiis materialibus ☉inis coguntur in corpus tale oleiforme, & actu anteà in simplicibus non extiterunt, sed nova sunt ignis producta: Unde olea talia quoque differunt à simplicium suorum virtutibus, dum

1. Magis penetrant;
2. Stomacho molestiam creant: Id quod testantur ructº satis diuturni post talium usum

uſum, quod pinguedo eorum acida concentrat ☉ volatile, quò minus digeri poſſit.

Digeſtio inſigniter alterat ſimplicia eorumque craſes; figit volatilia, v. g. Mercurium figit in pulverem rubicundum; ☉ia fixa volatiliſat, ut ulteriùs cum ☿ poſteà volatiliſari queant, idque omne facit beneficio ignis, qui mille artifex in varias ſimplicia transformat figuras. Unde manifeſtum evadit, quod producta chymica novam quaſi induant naturam, quodque in medicamentorum virtutibus examinandis non ingredientia ſingula ſeorſim ſint examinanda, ſed totum productum ponderandum, & præparatio advertenda erit, id quod etiam in conſideratione theriaces patet.

Priusquam laboribus noſtris chymicis ultimam imponamus manum, non abs re erit, non-entia quoque nonnullorum obiter ſolùm meminiſſe, quæ à Pſeudo-Chymicis & fumi-vendulis paſſim venditantur, quaſi reverâ artis & △ ope produci poſſint.

In non-entium verò dignotione cautè admodum diſpiciendum eſt, ne temerè aliquid, quod tale non eſt, pronunciemus. Etenim

1. Non omnia negamus omnes; nec ſtatim quod ego, iſte, ille, &c. non vidit, pro non ente proclamandũ, vel quod iſtâ nobis formâ non apparuit: variant namque artifices in ſuis operibus, ut nova producant, nondum nobis in hac figura viſa.
2. Diſtinguendum eſt inter extractionem rei veram & novam productionem; e.g. de Mercurio metallorum quæritur: utrum ille haberi poſſit ex metallis? Non quæſtio præciſè eſt: an ex metallis extrahi queat ☿ vivus currens: Quod teſtatur experientiæ teſtimonium, imprimis Zwelfferi, Beccheri & Langelotti; quorum prior *Mant. ſpagyr. p.* 349. ex Saturno, & *p.* 383. ex antimonio, Beccherus *in Phyſica ſubterran. p.* 126. ex jam dictis, & Langelott *in Epiſt. ad A. N. C.* ex antimonio verum Mercurium ſeparari poſſe docent: ſed quæritur; an præexiſtat in metallis tanquã pars componens? An verò artis ope ipſum metallum transmutatum fuerit in Mercurium vivum per novam generationem?
3. Itaque in examine non-entium illud fundamenti loco ſupponendũ: Non-entia habere debere contrarietatem in radice; e. g. impoſſibilem convenientiam habet ☿ vivus mineralis ſeu metallicus cum Mercurio vegetabilium, unde hac ratione dico: quod Mercurius vivus ex ſanguine animalium ſit non-ens. Nam utut ex ſanguine elicitus fuerit ☿ vivus verus, is tamen non productus fuit ex ſanguine, ſed vivus infuit ſanguini; quia homo, cujus erat ſanguis, fuerat aurifaber; unde facilè ☿, manibus quotidiè tractatus, potuit ſe in ejus corpus & ſanguinem inſinuare: Vidi juxta Mediolanum vallem, ubi herbæ creſcunt, ex quibus ☿ vivus facili artificio poteſt elici; hic verò ☿ non conſtitutivum herbarum iſtarum principium eſt, ſed mineræ Mercurialis, quæ intra vallem hunc reperitur, ſoboles; unde ratio in promptu: Sic & ☉, quo vites & uvæ, aliæque partes, in Ungaria reſplendere dicuntur, non eſt de eſſentia vitis, quin potius, quia copioſiores ☉is mineræ ibidem reperiuntur, ex his mineris aureæ atomi vitis permiſtæ ſucco nutritio, cum eo, tempore ſuccreſcentium uvarum, fermentantur maturanturque in veras vitis partes; non tamen eſt ☉ de natura vitis, ſed de effluviis ☉aribus ſuam ducit originem.

Homunculus Paracelſi, quem ſine patre & matre artis chymicæ beneficio producere conatur, eſt non-ens: vid. Paracelſus *lib.* I. *de rerum natural. generatione*, Rolfinccius *in chymia*. Quintæ verò eſſentiæ, utut paſſim pro non entibus proclamentur, à multis tamen chymicis operosè & ſpeciosè ſatis adſtruuntur: cùm nempe quælibet corpora naturalia ex ☽. principiis conſtare putent, tribus activis, duobus paſſivis; ex his, imprimis verò activis, per quæ ☉, ♃ & Mercurium volunt, conantur partem ſimpliciſſimam puriſſimamque extrahere, quam vocant quintam eſſentiam: & certum eſt, quod dentur tales eſſentiæ. Vidi enim apud amicum quendam eſſentiam, cujus, guttulæ iij integrum vini cantharum impræg nabant. Tales componi debent, ut ☉ volatile ſimplicis, per putrefactionem inchoatam paratum, cum ſpiritu proprio inflammabili, per fermentationem elicito, cohobatione uniatur; dein ambo cum oleo deſtillato impræg nentur, ſitque inſtar camphoræ penetrans. Talis præparatio ſatis eſt artificioſa, nec à quolibet ſtatim acquiri poteſt; emergit enim genuina quinta eſſentia, nullo liquore ☿abilis.

Transmutatio metallorum non eſt non-ens, quicquid in contrarium plerique omnes ferè chymicorum aſſerant: Etenim

1. Si

Digitized by Google

1. Si metalla omnia ex una eademque radice trahant originem, & tantùm gradu fixitatis & maturitatis differant, utique poterunt perfici, volatiliora fixando, & immatura artis beneficio ad maturitatem perducendo.
2. Videmus quoque quotidie vegetabilia inter ſe transmutari, ſicut triticum in uno eodemque agro degenerat ſæpiſſimè in avenam; ſecale in lolium; ſiſymbrium in mentham; quia in radice conveniunt inter ſe, atque principiis materialibus. Quidni idem quoque de metallis affirmari poterit, ut quæ eandem ſingula habent radicem, & ſolùm maturitate differunt.

Tandem ut de lapide Philoſophico aliquid commemorem, totum myſterium lapidis Philoſophici in hoc conſiſtit, ut ☉ vel ☽ vel aliud ſubjectum metallicum in ☿io univerſali diſſolvatur, ad primam uſque ſui materiam, & ita ☿lia quaſi fiant corpora, ut ♀ iſtorum corporum perfectum vel imperfectum digeſtione continuata, h.e. ſolutione, ♎ation, circulatione, deſtillatione, continuatâ cum Mercurio exaltetur, & primo quidem ſpirituale reddatur, tandemque mutuo figantur, & coagulentur in pulverem fixum, quaſi lapidem, ſed friabilem, utplurimùm rubeum: Mercurius univerſalis ſemper & ubique requiritur, ♀ ſolaris naturæ etiam, quod nunc ex ☉ ipſo, nunc ex alio corpore ſimili, v.g. ♂, quidam ex ♁ non inconcinnè petunt: Hinc in ☿ eſt, quicquid quærunt ſapientes, nempe univerſali, ♎eo; hic præparatus & corporificatus eſt gluten aquilæ, quod uniendum cum leone rubeo ſeu ♀ ☉ri: Hinc liquor alcaheſt ſuo compari ♀eo ſubactus dat ☿ duplicatum Philoſophorum, ſeu Rebis: Hic ☿ ubique reperitur, diverſa licet ſub forma, diverſisque in ſubjectis; hinc ⊕ conſtans lapis non niſi ex ☉ conſtanti ratione maris ſeu ♀ elicitur: Hinc quod ſuperiùs, eſt ſicut quod eſt inferiùs, hinc mas & fœmina caleſiunt in △ humido, i. e. fimo equino. Cæterum ☉ vulgi hic vix intelligendum, quia mortuum; ſed ☉ Philoſophorum, h. e. vivum minerale, vel quod ex ſubjectis ♀eo-☉ibus, in ſpecie ex metallis inferioribus, ſpecialiter ex ⊕lo ♀ ex ♂e elaboratæ educitur, quod dat tincturam ☉ philoſophicam; cum hoc ſulphure junctus ☿ dat ☿m Philoſophorum, quibus pro fermento corporeo additur ☉ perfectum.

Utut autem lapis ſit unus, materia proxima ſit una, nempe ☿ duplicatus, labor ſit unus, tamen via, qua tentant acquirere hunc ☿ium, & modus ad eum perveniendi, & materia, ex qua eum elaborare ſatagunt, multiplex & varia eſt.

SOLI DEO GLORIA.

FINIS COLLEGII CHYMICI.

MICHAELIS ETTMÜLLERI,
MEDICINÆ DOCTORIS, &c. &c.

TENTAMINA CHYMICA
MANUALI EXPERIENTIA COMPROBATA.

I. Spiritus panis.

PAnis exſiccatus & in micas contritus, retortæ inditus & per ♆ deſtillatus dat ~ parum flavescentem, ſubacidum, ſubſequente oleo fœtido rubro, gravi empyreumate nauſeoſo. Rectificatus ~ infuſus limaturæ Martis crudæ extrahit vel potiùs tingitur in tincturam elegantem ſanguineam cum remanentia materiæ in philtro inſtar croci cujusdam obſcuri: Hæc tinctura eſt adeò ſubtilis, & penetrans, ut in vitro, charta & vesica bene munito tamen ſenſim ſenſimq; exhalet, adhærentibus lateribus ſtriis rubris ſanguineis, in fundo verò ſubſtantia Martis anteà ſoluta inſtar craſſamenti nigri remanente, quæ exſiccata pulveriſari poteſt.

II. Tinctura ſulphuris volatilis.

Ad imitationem Boyle *de coloribus pag.* 243.

℞. *Sulph.*
♁✳ *ana* ℥ v.
Calcis viv. ℥ vj.

Pulveriſata omnia miſceantur exactè, indantur retortæ vitreæ, & deſtillentur per ♆ ultimo

Digitized by Google

mo fortiſſimo igne; ſic prodit liquor rubineus, *A.* odoris valdè penetrantis, urinoſi inſtar ☉✳ volatilis, cum adjuncto fœtore nauſeoſo inſtar medicamentorum ♂lium, v. g. ♃ ☉ti ♂, qui fœtor ſulphuri debet originem.

Agitatus recipiens emittit fumum nebuloſum album, ejusdem odoris ac iſta tinctura.

Lateribus recipientis & retortæ copioſæ affiguntur flores, coloris flaveſcentis, ſaporis ſalini ammoniacalis ex ſulphure nauſeoſi: Tales flores etiam effloreſcunt ex ſuperficie capitis mortui, cui adhuc firmiter affixi ſunt, idque ob gradum ignis non ſatis intenſum in fine deſtillationis ſubminiſtratum: hi pulveres in principio ſpirant odorem urinoſum, ſucceſſu temporis evaneſcentem. *B.*

♈ nigro-gryſeum friabile & pulveriſabile leviter ſaporis cauſtici urinoſi ex aëre humido facilè humeſcens ſolvebam in ▽ fontana calida, ſolutionem filtrabam, erat coloris flaveſcentis, ſulphurei quaſi odoris, urinoſi volatilis, ſaporis lixivioſi cauſtici. *C.*

Tinctura *A* infuſione acidi, v.g. ☾☊l. philoſophici valdè turbeſcebat, ex rubinea fiebat flava, opaca, &c. ad aliquot dies perſtabat in iſto ſtatu, donec exhalantibus volatilibus particulis ſubſidebat ad funoum ſedimentum craſſum, album, leve, liquore ſuperſtite albo, perſpicuo & claro: cui in ſuperficie innatabant foliola tenuia ſubrubra, qualia ſunt flores ex elyſſo ♂ ſublimati. *D.*

Liquor *C.* licet videretur de natura urinoſorum, attamen inſtillato eodē acido ex ☾☊ philoſophico nil alterabatur, nec turbabatur, at inſtillato ☾ volatili urinoſo, ☾ nempe ☉✳ volatili, turbabatur, ac dicto citius ad fundum mittebat materiam albam, levem, ſimiliter in folia alba concretam. *E.*

Unde etiam idem liquor *C* inſtillatus in tinctura ♃ *A* eam præcipitabat, & ab ea præcipitabatur ſenſim ſenſimque in corpus album, leve proximo ſimile.

Flores *B.* ſoluti in ▽ ſimplici tandem ſub forma pulveris & foliorum alborum ſubflavorū ſubſidebant, unde ſeparabantur per filtrationem, aqua *F*, quæ tranſierat per filtrum, ferè inſipida & pauciſſimè flaveſcens, permiſta cum liquore *C*, ſe invicem præcipitabant in pulverem album levem, ſupernatante liquore diaphano parumper ſalſo.

Hæc ipſa aqua *F.* ex infuſione ☾☉✳ volatilis nullam alterationem patiebatur, ſed infuſo ☾ ☉li philoſophico acido, levi prægreſſa efferveſcentia ſubitò rubebat, ex rubore pallebat, hinc luteſcebat, & ſubſidebat in fundo crocus luteus, inſtar ♃ ☉ti ♂, imò in efferveſcentia & poſt erumpentes fumi eundem odorem habebant, atque ſi ex ſolutione ſcoriarum reguli antimonii præcipitatur per acidum ſulphuris: hæc omnia erant eò manifeſtiora, ſi in hunc liquorem ſucceſſivè nunc ☾☉✳ volatilem, nunc ☾☊l. philoſophicum inſtillabantur.

Id quod ex floribus poſt filtrationem aquæ *F.* remanſerat, erat ſulphur, communi ſimile, niſi quod plus ſolito palleſcebat, inſipidum, & itidem quaſi in foliola aut laminulas concretum.

Liquor *C.* in vitro aſſervatus leviter albeſcebat, & lateribus vitri affigebat cruſtam quaſi ſalinam albam; ſupernatante quaſi pellicula alba. Hic liquor à ſolutione cinerum clavellatorum in ▽ communi præcipitabatur in floccos quaſi niveos, aut laneos; poſt filtrationem præcipitati remanebat pulvis albus in filtro, in igne fixus, nec deflagrabilis; cum cætera ſulphura tàm cum ☉✳ ſublimato adhuc conjuncta quàm ſolvendo in ▽ communi ab eo ſeparata levi flamma liqueſcebant, & deflagrabant.

III. Præcipitationes factæ cum ſpiritu urinæ & ſolutione Saturni.

(1.) Phlegma urinæ in arena prolectum cum ✳ vel ☾☊ miſtum efferveſcit, ſed ſe mutuo uniunt, ut liquor clarus exinde emergat: item ☾⊡ poſt phlegma prodiens cum ✝ vel ☾☊ miſtus eadem facit.

(2.) Solutionem Saturni ſeu minii in ✳ factam ▽ communis turbat paulatim & ſucceſſivè, ſed lentè pulverem album ſubſidere facit; idem phlegma urinæ, etiam ☾⊡ faciunt, ſed hæc intereſt differentia, quod quo potentius, i. e. copioſius vel acrius alcali eſt in liquore auffuſo, ut v. g. ☾urinæ, eò citius & promptius pulvis ſubſidet, & eò celerius liquor lacteſcit, ſupernatante liquore claro, ferè inſipido: quo verò minus potens eſt alcali in liquore affuſo, eò tardiùs aut turbatur, aut præcipitatur pulvis, & liquor ſupernatans magis vel minùs de adſtrictoria dulcedine retinet, i. e. plus in ▽ communi, minùs in phlegmate urinæ.

(3.) Confuſo in parvo vitro ſpiriru nitri cum phlegmate urinæ acriori, oriebatur efferveſcentia cum copioſis parvis bullulis, ex fundo adſcendentibus, quarum bullularum motus multo tempore continuabat, ſed admoto orificio digito, eoq; arctè clauſo, bullulæ valdè imminuebantur, & ſuperſtitum motus tardior fiebat; ſed remoto digito eædem & coſe & celeriter emergebant.

(4.) Si miſceatur ☾☊ iſte cum ☾⊡ à ♆ ſublimato, miſtura iſta efferveſcendo elegan-ter purpuraſcit perſpicuaq; manet; ſed quando per diem præter propter ſteterat, ſenſim circa fundum vitri ſubſident pulveres pauci, tenues, & leves, ſed nigri; liquor verò ad perſpicuitatem antiquam aqueam ſenſim redit.

IV. Armo-

Digitized by Google

IV. Armoracia.

Tentaturus elicere ☉ volat. ex radice armoraciæ, radices in minutas particulas partim concisas, partim rasas in floccos, aquæ, in qua sufficiens quantitas ☉ comm. soluta erat, injeci, ita ut ▽ tota radicibus imprægnata quodam modo pultem crassiorem referret: reliqui per 14. dies vas vitreum bene obturatum, in digestione super fornacem hypocausti tempore hyemali: post liquorem transcolatione per linteum & forti expressione salinum, & leviter acrimoniam armoraciæ sapientem à reliquo crassamento acris adhuc odoris & saporis, vix tamen dimidiam partem tantùm, quantùm naturaliter esse solet, separatum per alembicum ex MB destillavi, & accepi ▽ limpidam odore leviter armoraciam, potiùs rapam communem referentem, gustatæ verò ejus aliquot guttæ acrimoniam armoraciæ sensibiliter satis linguæ imprimebat. *A.*

Hæc ▽ utut sapore satis fortiter, odore tamen mediocriter videretur referre armoraciæ sal volatile, attamen solutioni Saturni in ✳ factæ instillata claram eam & perspicuam sine tantillâ alteratione aut obscuratione aut præcipitatione reddebat; ut ita ab ▽ communi etiam superetur in hoc tertio; mistura hæc solutionis Saturni & hujus ▽æ clara & perspicua odore armoraciæ phlegma, sapore etiam idem refert, parum mutatum.

Residuum destillationis empyreuma redolens instar syrupi dilutioris, consistentis & rubescentis, saporis salini miscui cum sale fixo cinerum clavellatorum, & per retortam vitream primo lento, post nonnihil fortiori igne destillavi & ecce prodiit liquor in receptaculum quasi ebulliens, copiosis bullis magnis & multa spuma supernatante; & per juncturas retortæ cum recipiente subtiles copiosi vapores exhalabant, utut exactè commissuræ clausæ essent, odor exhalationum erat instar rosarum empyreuma contrahentium, vel instar panis recenter ex furno extracti.

Refrigeratis vasis in receptaculo spuma jam evanuerat, & liquor rubicundo-flavus ipsi inerat, circa fundum crassus & opacus: odorem habebat instar ☌ ☿, ut ovum ovo similius esse non posset, sapor erat aquosus empyreumaticus urinosus. *B.*

In retorta remanserat caput mortuum nigrum compactū odoris instar capitis mortui ♀, ex quo oleum omne nondum separatum est, modò etiam solutione per aquam calidam facta liquor per filtrum transiens obscurè rubens, crassus, odoris instar olei ♀ ferè, saporis leviter urinosi empyreumatici erat: Liquor per filtrum transiens præcipitabat solutionem istam Saturni, quàm phlegma supra non præcipitaverat. Ipsi instillatus ☌ ☐æ nihil alterabat; ☌ ☉ benè rectificatus isti copioso liquori instillatus leviter effervescebat, sed in liquorem crassum v. fœdum coibant, cui quasi crusta mucilaginosa nigricans incumbebat, liquor ita obscurè nigricabat, & per digitum attactus minutarum bullularum congeriem monstrabat, ex effervescentia ejus etiam ☌ ☉ enatarū; & ubi fiebat instillatio, copiosæ bullulæ grandiores circa infusionem apparebant.

Accepi destillatum liquorem *B.* eiq; sufficiens quantū cinerum clavellatorum addidi, & in ♈ temperato igne destillavi; accepi phlegma flavescens, odore empyreumatico leviter urinoso, instar ☌ ☿, saporis etiam similis *C.* caput mortuum empyreumaticum & amarum abjeci.

Hinc recepi solutionem minii per ☌ ☽ copiosa aqua dilectum factam, eiq; filtratæ infudi liquorem *A.* sed sicut supra factum, sine alteratione; superinjeci liquorum *C.* & ecce copiosè & celeriter præcipitatum lacteum factum: quod etiam solutio nuda cum hoc liquore mista præstitit. Idem liquor *C.* cum ☌ ♎ copiosa aqua diluto mistus levem effervescentiam cum erumpentibus minutissimis bullulis & vitri lateribus adhærentibus effecit.

Cum filtratem istam solutionem Saturni per chartam bibulam literis impressam, literæ nigræ post filtrationem transparuere, ex adversa chartæ facie omninò albæ instar cretæ, albidiores ipsâ chartâ, ipsis literis in facie chartæ recta vel legitimo latere adhuc nigricantibus. Suspicans ergò esse præcipitationem Saturni istam albedinem, per alcali literatum coloris nigri factam, affudi ☌ ☽ copiosa aqua dilutum, & ecce subitò literæ nigræ denuò ex adversa chartæ facie denuò factæ sunt: tentavi idem in literis nondum humectatis, easque solutione Saturni humectavi, & subitò ex adversa facie etiam albæ redditæ sunt: qui tamen albus color facile ex applicatione ☌ ☉ diluti seu aquosi disparuit, & antiqua nigredo rediit.

Hæc Saturni solutio, quæ per liquorem istum *A.* non poterat præcipitavi, instillatâ aquâ simplici lactea facta, & ita præcipitata fuit.

Accepi istum ☌ ☽, & cum eo miscui liquorem *C.* & mistura quod ammodo purpureum liquorem acquirebat, sed cum per diem stetisset, color iste sensim evanescebat, & terra levis obscura aliquantisper purpurascens fundum petebat, hæc terra ergò ex ☌ ☉ esse videbatur.

Similiter huic ☌ ui ☉ injeci ☌ m ☐æ, ut supra per se factum, & elegantissimum purpureum seu tanneticum colorem acquirebat, jucundissimum aspectu, sed sensim sensimq; similem terrā, ut modo dictum præcipitans, tandem color sensim pallidus factus fuit.

Similia tentavi cum solutione ☉ li, seu cum ☉ virideſcenti Goslarienſi cum ▽ ſimplici ſoluto,

Digitized by Google

luto, & filtrato; liquor hic ☉li infuſione ▽ ſimplicis leviter & parum turbabatur, & ex perſpicuo aliquantiſper glauceſcebat, ſed cum ad tempus ſtetiſſet, ad fundum ♆m flavam adjecit levem, & ad antiquam claritatem rediit.

Inſtillato phlegmate urinæ ſalino, ſubitò & copioſè flaveſcebat, & corpus flaveſcens in ſuperiore parte hærebat & ſeparabatur à fundo claro: aſt cum ad aliquot dies ſtetiſſet, ſenſim copioſa ♆ea lutea materia fundum petiit.

In deſtillato ☾urinæ ſuper calce viva rectificato ſubitò quaſi corpus grumoſum butyroſum ex albo virideſcens fundum petiit: Senſim verò ſuperiores ejus partes flaviores factæ, infimis ex viridi flaveſcentibus.

Infudi eidem ſolutioni liquorem armoraciæ *C.* & ſucceſſivè turbata ſolutio in fundum dedit ♆m ſimilem iſti, quæ cum phlegmate ☊no urinæ præcipitata fuit, ſed non adeò copioſum, nec adeò intenſè flavum, nec adeò craſſum, ſed leviorem.

Infudi eidem ſolutioni liquorem armoraciæ, lit. *A.* ſed ſine ulla alteratione in antiquo perſtitit ſtatu.

Præcipitatum ſecundùm cum phlegmate urinæ ſalino, filtratum exhibebat aquam ſaporis adhuc aliquantiſper vitriolacei. Ergò filtraturæ ☾m urinæ inſtillavi, à calce viva rectificatum, & ſubitò materiam craſſiuſculam, ex albo leviter virideſcentem, non tamen adeò craſſam, nec adeò ponderoſam, atque ☾⊡ iſte immediatè in vitrioli ſolutionem inſtillatus: nam ſuprà hærebat, nec adeò facilè fundum petebat.

V. Vegetabilia.

Hujus ſuccus ex planta recenti & ſucculenta expreſſus & per filtrum trajectus coloris ſubaurei apparet, cui affuſa ſolutio Saturni per ♆, in momento præcipitatur in pulverem album, ſupernatante liquore albo perſpicuo; ſi ſuccus iſte filtrando inſtilletur in ſolutionem Saturni ☾tu ☽ debili factam, idem evenit, ſed liquor ſupernatans flavus quodammodo apparet. Si inſtilletur ſolutioni ☉li viridi, turbatur liquor & brevi poſt præcipitando ſubſidet ſedimentum craſſum, viridiuſculum, ſupernatante liquore obſcuro flaveſcente.

Hujus ſucci deſtillata ▽ per alembicum nullam ex his ſolutionem præcipitat, ſed tàm ☉li quàm Saturni ſolutionibus ſine ulla alteratione clara ſupernatat, & commiſcetur.

Si ſolutio Saturni ♆ facta inſtillatur ſolutioni ☉li, præcipitatur ſolutio Saturni in pulverem album. Sin ſolutio iſta Saturni ♆ facta miſceatur cum ſolutione Saturni cum ☾☽ debili facta, nulla alteratio ſuccedit.

NB. Multum ſucci requiritur ad hoc, ut ſolutiones præcipitentur, eoque copioſiùs, quò acida magis ſolutio: Unde ſi parum ſucci addas, lentè & ſucceſſivè, ſi verò multum, celeriter & confertim fit præcipitatio. Succus ex acetoſa vulgari expreſſus eleganter rubicundus & ſuaviſſimi ſaporis inſtillatus ſolutioni Saturni per ♆ factæ, ſubitò præcipitat Saturnum in formam farinæ albiſſimæ ſubtilis, ſupernatante liquore limpido & albicante.

Idem ſuccus inſtillatus ſolutioni ☉li abſque ulla mutatione ſenſibili ſe ipſi permiſcuit, rubedine ejus aliquantiſper obſcuriùs reddita, perſpicuo tamen rubro liquore ex utriusque permiſtione reſultante: altero mane ruber color nonnihil diminutus videbatur, & circa fundum craſſiora nonnulla farinacea ſubflava corpuſcula apparebant: Ita parum admodum aut ferè nihil ex ☉lo præcipitat acetoſæ ſuccus.

Succus taraxaci ſeu dentis leonis expreſſus, obſcurus, poſt filtrationem aureus, amarus, permiſtus cum ſolutione Saturni per ♆ facta dat præcipitatum quodammodo flaveſcens, groſſæ farinæ ad inſtar, ſat copioſum. Idem ſuccus permiſtus cum ſolutione ☉li primò turbatur, & fit obſcurus, ſed ſucceſſivè & lentè deponitur ſedimentum groſſum, medii inter album & viride coloris.

☿ ♎ vulgaris ſi ſolvatur in ▽ communi non deſtillata dat ſolutionem lacteam: hinc experimentis præcipitatoriis ineptam; nam ▽ communis lacteam facit, aut ſaltem turbat inſigniter ſolutionem Saturni, quamcunque ſolutionem ☽☌ in ♆, ſolutionem etiam ☉li: Ob id diſſolvi ☿ ♎ in ▽ chelidoniæ majoris deſtillata, unde ſolutio limpidiſſima & perſpicua facta fuit.

Hanc ☿ ♎ti ſolutionem inſtillavi ſucco acetoſæ limpido, rubineo, qui primò vix alterari viſus eſt, ſed paulò pòſt turbari nonnihil & palleſcere cœpit, tandem poſt aliquot horarum ſpatium ad fundum ſubſedit pulvis quidam, ſupernatante liquore denuò clareſcente & rubeſcente, ſapore acidulo ſed nauſeabundo ☿li imprægnato: Pulvis iſte, qui ſubſederat, erat extra vitrum conſideratus albidus & gryſeus; ſed cum effunderetur liquor, pulvis apparebat ſubrubeus, **faſt etwas Pfirſch-blütig.**

Eadem ☿ ♎ ſolutio inſtillata ſucco taraxaci aurei coloris, ſine alteratione ulla ſe commiſcuerunt, ſucco claro & limpido perſiſtente: ſed poſt aliquot horas nonnihil turbari viſus eſt, altero manè adhuc magis turbatus apparuit, ita tamen ut ſoli objectus radii penetrarent, ubi nihil ſeparatum & præcipitatum apparuit.

Accepi opuntiam majorẽ, ſeu folium ficus Indiæ,

Digitized by Google

Indiæ, exq; hoc expreſſi ſuccum viſcidum, albidi, ſed ſimul herbacei coloris; hic ſuccus lento paſſu filtrum perreptans, clarus, limpidus & perſpicuus eſt: hinc inſtillavi ſolutionem Saturni cum ✠ factam, & ſubitò coierunt ſimul in offam albam craſſiuſculam, & ſucceſſivè craſſiora farinacea alba ſubſiderunt, ſupernatante ▽ tenui & limpida.

Inſtillavi eidem ſucco ſolutionem ☉i viridiuſculam, quæ ſine ulla alteratione ſucco ſe permiſcuit, niſi quod color viridis ab intermiſto ſucco, nonnihil dilueretur, & minus intenſus fieret: poſt 6. vel 7. horas parvi quaſi flocculi in toto liquore ſe repræſentarunt, donec altero manè hi flocculi in fundo vitri præcipitatum leve in conſiſtentia mediocre, paucum & albidum conſtituerent, ſupernatante liquore perſpicuo flaveſcente; eidem ſucco inſtillavi ſolutionem ☿ ≏ quæ miſtura ad aliquot horas abſque ulla alteratione apparuit; donec poſt 6. vel 8. horas nonnihil turbida appareret, & altero die quodam̃odo lacteſceret, vix tamen tantum, quantum ſi ▽ communis ipſi inſtillata fuiſſet: & ita permanſit.

Succus bugulæ expreſſus, amarus & nauſeoſi nonnihil ſaporis obſcurus, & ſubniger, poſt filtrationem aureus obſcurus, infuſione ſolutionis Saturni in ✠ ſubitò abit in coagulum album, non tamen perfectè, quin obſcurum nonnihil & quodammodo flavum appareat, & brevi poſt pulvis groſſus ſimilis coloris ſubſidit.

Inſtillata ſucco ſolutio ☉li dat miſturam obſcuram, lutulentam, craſſam & opacam, & una alterave interjecta hora ſubſedit ſedimentum pultaceum, butulenti ad aliquid albi inclinantis coloris ſatis copioſum.

Inſtillata ſolutio ☿ ♎ti, turbantur quidem & in colorem tetrum abeunt, ſubſidere etiam videtur nonnihil, ſed nihil notabile eſt, & parum admodum, & potius craſſamentum quoddam ſucci, quæ pulois ☿lis eſſe videtur.

Accepi ſuccum acetoſæ, eumque affudi oculis cancrorum contuſis, & copioſæ minutiſſimæ bullulæ in ſuperficie ſe manifeſtarunt, ipſeque ſuccus ruberrimus ſeu atro-rubeus, in claro tamen ſolis lumine perſpicuus eſt factus: facta filtratione ſuccum hunc atro-rubentem permiſcui cum ſpiritu urinæ, à calce viva rectificato, & hinc ſolutio rubra obſcura nigraque facta fuit, & tota turbata ſucceſſivè ſeparavit copioſum ſedimentum albidum, ſupernatante liquore, primùm aureo perſpicuo, pòſt omnino rubro perſpicuo facto.

Succo huic acetoſæ filtrato puro rubineo inſtillavi ☁☊✳♀eum, & altero in vaſculo ☁⊡æ à calce viva rectificatum, & utroqut in loco atro-nigerrimus factus fuit, ſeparavitque ſe ſucceſſivè craſſamentum albicans nonnihil ſeu flaveſcens, fundo vaſculi adhærens, ſed ſedimentum illud ſucci, qui ſuper oculos cancrorum ſteterat, longè copioſius erat; deinde & hæc erat differentia, quod ſuccus, cui inſtillatus ☁☊✳♀eus, erat obſcurior longè, ſeu magis turbatus & opacus cum ſedimento copioſiore, quàm iſte ſuccus, cui inſtillatus ☁⊡æ; qui erat minus turbatus, coloris magis rubri, & ſedimentum ſeponebat parcius; nam & ☁☊✳♀eus tertia vice volatilior & rectificatior erat ☁tu ⊡æ.

Succo chelidonii majoris addidi ☊ communis q. ſ. & ultra 14. dies ita in loco tepido repoſui, hinc addidi cinerum clavellatorum ana ratione illius ſalis communis, & per retortam in ⁘ deſtillavi, unde factum, ut tota maſſa non absque impetu in receptaculum prorumperet; ſuppreſſo ergò igne omnino denuo retortæ impoſui, & levi igne accepi liquorem limpidum, odoris nonnihil ⊡ſi, quem in MB. ad dimidium rectificavi; hic liquor utut ferè ſimilis aquæ ſupra deſcriptæ chelidonii per ſe deſtillatæ, utut fortius oleret & ſaperet, permiſtus Saturni ſolutioni cum ✠ factæ, eam turbidam & lacteam reddidit, ſubſidente ſucceſſivè ſubtiliſſimo pulvere albiſſimo. Infuſa aqua ſolutionis ☿ ≏, eam ſimiliter lacteam reddidit, ut ſubitò flocci in eodem hinc inde natare viderentur, qui etiam brevi poſt in flocculos niveos grandiuſculos leviter cohærentes copioſè ſubſidebant: eadem aqua inſtillata ſolutioni ☉i eam nihil alterat, ut tempore interjecto pulviſculus paucus ſubflavus ſeu luteſcens fundo vaſculi affigeretur.

Succus cochleariæ expreſſus & qui jam per noctem vaſe aperto ſteterat, ita ut omnis ejus acrimonia volatilis tota exhalarit, inſtillatus ſolutionibus iſtis tribus, Saturnum ſubitò in offam quaſi conglobabat, & ſubſidebat copioſum craſſiuſculum ſedimentum ex albo ad viride nonnihil inclinans: ☿ ♎tum ſubitò itidem præcipitabat in ſedimentum leve, gryſei nonnihil coloris, ſatis copioſè; ☉um turbabat, ſed tardius, tandem præcipitabat hoc in ſedimentum leve, nonnihil conglobatum, obſcurum admodum, ſupernatante liquore obſcuro, quaſi virideſcente.

▽ Cochleariæ per ſe in ⁘ ex retorta deſtillata fit empyrevmatica, copioſo oleo empyrevmatico ſupernatante, rectificata in MB. ejusdem adhuc eſt tenoris, utut multum olei remaneat: hæc ſolutioni ☿ ≏ miſta primò leniter hanc turbat, hinc albeſcit, tandem lacteſcit; altera die ☿ præcipitatus in fundo ſubſidet, nonnihil gryſeus, nec adeo ſubtilis, ſed inſtar farinæ craſſiuſculæ, miſta hæc ▽ ſolutioni Saturni cum ✠ factæ, eam nec alterat, nec turbat, ſed ea clara ſemper remanet, utut probè permiſceantur. Miſta cum ſolutione ☉i eam primo nihil alterat, hinc leviter eam turbando obſcuram reddit, diei unius

Digitized by Google

interjecto ſpatio flaveſcit ex obſcuro, ſed perſpicua fit, & pulvis paucus & ſubtiliſſimus ad fundum ſubſidet, qui an revera ex ☉o ſit, ferè dubitari poteſt.

VI. Piperitis.

Hæc planta benè maſticando contrita ſaporem acerrimum revera inſtar piperis poſt ſe relinquit: ſuccus ex plante inciſa expreſſus, absque odore & ſapore penetranti tali coloris viridis obſcuri, ſaporis & odoris herbacei inſtar reliquorum ſuccorum ex herbis aliis nil ſingulare præ ſe ferentibus percipitur.

Succus hic inſtillatus ſolutioni Saturni, eam ſubitò coagulat in offam craſſam & lacteam, ſubſidente ſubito copioſo albo, craſſo & quaſi grumoſo ſedimento.

Inſtillatus ſolutioni ☉i, eam ſubito opacat & nigricat, & ſubſidet ſedimentum craſſum, grumoſum, ex flavo virideſcentis coloris.

Inſtillatus ſolutioni ☿ ♎ eam turbidam & lacteam reddit, ſubſidente pulvere copioſo, albo & parieti affixo vitri, non grumoſo, ut in ſuperioribus.

Deſtillata ex hac herba inciſa & minutim contuſa (dum contunditur, inſtar armoraciæ odorem acrem inſigniter oculos morſicantem exhalat) in MB dat aquam penetrantiſſimi odoris, qui inſtat ~ ♎ ✳, auſteriuſculi tamen nonnihil odoris potentiſſimè nates ferit, oculos ad ſtillas cogit, & mirum in modum volatilitate ſua acri eas vellicat: ſaporis eſt non adeo penetrantis, aut auris, ſi tamen aliquot ejus guttæ linguæ admoveantur, primò tantum aquam ſimplicem paululum acriuſculam repræſentant, aſt ſuccedente brevi poſt acerrimo ſapore os & fauces ſicut herba viridis, & inſtar piperis vellicant.

Hoc ergò acris aqua & apparenter ſale volatili acerrimo imprægnata inſtillata ſolutioni Saturni cum eadem permiſcetur ſine ulla alteratione.

Inſtillata ſolutioni ☉i, cum eadem permiſcetur ſine ulla alteratione & in utraque & liquori ſapor, & miſturæ penetrans piperitis odor ſalvus permanet, donec ſpontè tandem exhalet.

Inſtillata verò ſolutioni ☿ ♎ti primò ſine ulla alteratione erat, aſt brevi poſt miſtura turbata lacteſcentem adhuic, attamen perſpicuum exhibebat liquorem, qui ad unum alterum vè diem ita perdurabat, donec ſubſidendo pulvere pauco, albo, ſubtili, parieti vitri & fundo affixo, ſolutio denique perfectè clareſceret & ita ex ſolo ☿ aliquid præcipitaret.

Aquam hanc piperitidis ſapore & odore acrem permiſcui ✳, phlegmati ☽ & ſpiritui ☽ acidiſſimo, ſine omni ſenſibili alteratione; ſaltem quod in ✳ gladioli minuti concreviſſe, & hinc inde in liquore cum ſplendore quodam natare viderentur, qui in liquore quieto lateribus vitri adhærebant: permiſcebatur etiam ſolutioni ♄ cum ✳, item ſolutioni oculorum 69. cum ✳ ſine alteratione; ſaltem ☉ ♂ in ▽ ſimplici ſolutum hujus inſtillatione leniter turbida & obſcuriuſcula reddebatur, & pedetentim ochram paucam, levem, flaveſcentem ſeponi faciebat; ſeu præcipitabat ad fundum.

VII. Elaterium.

Succus expreſſus ex toto elaterio, foliis nempe & fructibus, & fermentatus adjectione fermenti cereviſiarii nullum dat ſpiritum; filtratus hinc & inſpiſſatus in amariſſimo permanet ſapore, omni tamen purgandi virtute eſt ſpoliatus, adeo ut ego ejus ſucci inſpiſſati gr. x. famulus gr. xxij. in ſyrupo roſarum ſimplici ſine ulla alteratione vel laxatione aſſumſerimus.

VIII. Papaver.

Papaveris ſuccus expreſſus ex foliis & capitibus vix fermentari poteſt propter viſciditatem, hinc ▽ ipſi adjicienda, aliàs enim craſſam pellem & corium inveſtit ejus ſuperficiem, tubere in medio ejus extuberante, & ſub iſta pelle putreſcendo corrumpitur; ſed aqua dilutus & fermento cereviſiæ ſeu fecibus ejus permiſtus fermentatus, donec acidum ſpirare incipiat, leniter abſtractus parum ſpiritus phlegmatici dedit, & hinc omnis acidus odor abolitus fuit, filtratus ergò & inſpiſſatus dat rob, absque gravi ſapore & odore, ſimili rebus ab igne inſpiſſatis virtute ſoporifera præditum, & per ſpiritum vini in tincturam rubram extrahendum.

IX. Hyoſcyamus.

Hujus ſuccus ex tota planta expreſſus horrendum & teterrimum ſpirat odorem, adjectione ſecum vini fermentavi, nonnihil, ſed cum diutius ſtetiſſet, ſitum contraxit, & craſſam atq; tenacem pelliculam recepit; per filtrum ergò ſeparatus à ſitu & muco, & demum ſecibus commiſtus, denuo nonnihil fermentavit, & omnem tetrum ac gravem odorem ſimulq; ſaporem nauſeoſum ſepoſuit, & liquor clarus perſpicuus ſubrubeus, ut ſolent tales ſucci, ad flavum inclinans, factus eſt, qui inſpiſſatus dat rob ſimilis planè odoris aut ſaporis, niſi qualem ab inſpiſſatione ſuper igne acquirunt, amaricat leviter.

X. Primum ens Veneris.

Hoc ipſum præparavi exactè ſecundum deſcriptionem Boylei in Uſefulneſſe of experimental philoſophiæ duobus modis: primò ex vitriolo Goslarienſi cœruleſcente, in crucibulo benè calcinato & aliquoties optimè aquis calidis eloto, donec terra inſipida ruberrima reſtaret: deinde etiam ex ♀ vitrioli poſt deſtillationem ejus ſpiritus nigerrimo & inſipido relicto, utrumque ſublimando dedit præter ~ ♎ ✳ volatilem paucum ſublimatum, ſeu

Digitized by Google

seu flores flavescentes elegantes: sed hac differentia, quod ii, qui ex vitriolo in crucibulo calcinato elevabantur, erant coloris intensioris, exactè instar corticis aurantiorum, saporis admodum vitriolacei, qui ad tempus asservati pallidi fiebant, & intensum citrinam flavedinem tantum præsentabant: ex ♀ verò elevati minus colorati erant, sed tantum instar intensi corticis citri flavescebant, & procedente tempore magis pallescebant, & quodammodo spadicei reddebantur, minusque ⊕, magis ⊖✳ sapore referebant.

♀ in aëre subito humescebat, illud ergo in cella collocatum diffluxit in liquorem, qui filtro à crassamentis separatus erat coloris intensissimè aurei, saporis adstringentis, admodum ⊕acei: crassamentum relictum elegantis erat rubri coloris.

Liquor aureus separatus cum solutione ⊕i in ▽ destillata promtè absque alteratione se uniebat, nisi quod secundo post commixtionem die parvi crystalli salini albidi saporis ⊕acei in fundo coagulati conspicerentur.

Liquor aureus cum spiritu vini promtè se permiscet, retento colore, perspicuitate &c. nisi quod leviter turbetur, i.e. aliquantulum de perspicuitate amittat; sapor ejus est ferè instar ℞æ ♃is ⊕i, adstringens & imprimis in principio dulcis, sed post adstringens, & hinc ⊕laceus nauseosus.

Idem liquor præcipitatur in instanti, & in offam subrubram, croceam inspissatur, ac coagulatur ab infuso ☁tu ⊡æ debili per se parato.

Idem liquor permistus cum ☩, in quo solutus Saturnus, se mutuo præcipitant, & in offam tenuem subalbidam coëunt, sed in fundo subsidet pulvis albidus, qui est de Saturno, parum enim saporis de ⊕o obtinet, quin consistentia, color &c. eundē esse ♄m præcipitatum persuadent. Supernatat huic præcipitato liquor tenuis, perspicuus, rubicundissimus, admodum elegans, saporis adstringentis, & moderatè ⊕acei.

Huic liquori rubro instillatus ☁ ⊡, ut supra, se mutuo præcipitant, & coagulant in offam moderatè spissam ex rubro imprimis flavescentem, cum grumis ⊕aceis, ut in supra allegata præcipitatione.

Simile omnino evenit, si solutionem Saturni talem miscueris cum solutione ☾ vulgari in ▽ destillata simplici: hinc enim præcipitabitur pulvis Saturni: supernatabit verò liquor clarus & perspicuus elegantis rubri coloris: qui filtratus saporis adstringentis ⊕acei similiter infusione ☁ ⊡æ simplicis, præcipitatur in grumos seu crassamenta albicantia instar ⊕i solutionis per se præcipitatæ à ☁ ⊡.

XI. Sal volatile oleosum.

Præparavi ex spiritus vini rectificatissimi & à ⊖♀ abstracti ʒiij. ♌ ♍ti juniperi ʒß. Hæc mista & benè agitata lacteum acquisiverunt colorem, & albedinem: his addidi ⊖✳ volatile, in forma sicca ʒvj. invicem mista cohobavi quinquies, & ita fuit prima vice paratum. Sed enchirises sunt:

(1.) Spiritus vini videtur parum, pro tanto sale volatili, nisi partem ejus velis studio habere in forma sicca.

(2.) Cucurbita, ex qua fit destillatio, non sit nimis alta, quic sic promtius sibi invicem succedunt, & melius uniuntur ingredientia.

(3.) Ignis regimen sit moderatum, successivè ascendendo, ut ita ⊖ volatile, quod primò ascendit, à spiritibus volatilibus potius subsequentibus, quàm aucto nimis calore liquescat, & in receptaculum cum iis conjunctim promoveatur, donec in fine, dum fumi crassiores ascendunt, quod est oleum, & in stirias crassiores ac majores se uniunt, ignis intendatur.

(4.) Cucurbita eadem non est bis usurpanda, nisi probè purgata, ab adhærente materia spissa ex oleo colophoniæ ad instar: potius quod fuit recipiens una vice, pro cucurbita altera vice inserviat; sic etenim & laborum & spirituum, aliàs evolantium, dispendium arces.

XII. Nitri optima præparatio.

Pro usu interno est, quæ fit per alcali, dum scilicet in lixivio v. g. cinerum clavellatorum ebullire, solvi & coqui permittitur, tam diu, donec guttula in ferro frigido instar sevi coaguletur; tunc in loco frigido eleganter parcæ & nitidissimæ concrescunt striæ, hæ, quia adhæret ipsis nonnihil alcali, unde urinosè sapiunt, denuo solvendæ sunt in aqua, & pauco ☩, aut tantillo ☁ ☉ insperso, ut separetur partim & corrigatur adhærens alcali, denuo solutio evaporata in loco frigido concrescere permittenda est; sic minores adhuc, leretes striæ elegantissimæ copiosè concrescent, & sic ☉ ita præparatum egregium erit in febribus ardentibus remedium; juxta hoc optimum est ☉ ♁ tum, istud scilicet, quod concrescendo à suo alcali ♁ to separatum & repetita solutione depuratum est.

Ut periculum facerem, an etiam ⊖♀ corrigeret ♁, feci

XIII. Mercurium vitæ.

Rec. butyrum ♁, instillavi guttatim de solutione ♀ ad albedinem calcinati acri & benè saturata in ▽ com̃. tamdiu, donec omnis strepitus

Digitized by Google

pitus & effervescentia cessaret; reposui ita ad locum calidum per noctem, manè liquorem supernatantem clarum per filtrum separavi, ☿ m vitæ, qui restabat in filtro, creberrimè ▽ frigida edulcoravi, seponendo super fornacem, donec multoties (ultra 20. vices) edulcoratus per filtrum separaretur & exsiccaretur, & erat ☿ vitæ primus.

▽m istam claram, quæ à præcipitatione supererat, & gustum adhuc habebat acidulum, recepi & guttatim supra dictum liquorem ☿ denuo instillavi, unde nova facta effervescentia præcipitavit denuo se pulvis albus, sed non adeo subtilis, nec adeo candidus, sed paulo grassior, & respectu prioris nonnihil subflavescens: donec omnis cessaret strepitus: hinc facta omnium subsidentia liquorem supernatantem separavi, & pulverem album creberrimè edulcoratum exsiccavi, nomine ☿ vitæ secundi.

▽ ista à præcipitatione hujus ☿ separata' licet insipida ferè appareret, attamen ubi de modo dicta alcalisata solutione denuo nonnihil inspersissem, adhuc tertia vice pauc⁹pulvis, vel potius flocculi albicantes lateri vitri adhærere, tandem per filtrum separandi, sub nomine ☿ vitæ tertii.

Dedi famulo, aliàs stomacho robusto gr. iij. ☿ vitæ primi in substantia, & hinc brevi post faciles vomitus ʒ. vel 6. & alvi dejectiones totidem citra insignem molestiam, utut non absque virium imminutione secutæ fuerunt, donec per haustum vini compescerentur.

Dedi fœminæ bonæ constitutionis de ☿ vitæ secundo gr. iij. & illa nullum effectum neque supra neque infra percepit, sed brevi post assumtionem insignes anxietates, **es ist ihr sehr angst und bange worden**; donec & hæ cessarent.

Hinc recepi ☿ vitæ primum, affudi ♈ rectificatum, huncque desuper deflagravi, pro correctione ☿ ii, vocavique ☿ vitæ ignitum, seu deflagratum.

Infusum hujus ☿ vitæ deflagrati ad ʒij. in vino, viro consistentis ætatis dedi, qui tamen exinde ʒ. vomitus, sed nullum secessum habuit.

Dedi ☿ vitæ primùm ad gr. v. viro-juveni, qui eum infudit in ʒijß vini Rhenani, & 4. vel ʒ. vomitus exinde habuit.

Dedi ☿ vitæ primi gr. ij. item secunda vice gr. iij. hortulano, qui exinde nullam operationem neque per superiora neque per inferiora percepit.

Dedi ☿ vitæ gr. iv. viro robusto, qui exinde nullam commotionem sentiit, neque sursum neque deorsum.

XIV. Pilulæ foliorum quercus, & excrementum quercûs fungosum.

Vid. Bauhinus *Hist. Plant. Tom.* 1. *lib.* 7. *p.* 85. 86.

Pilulæ foliorum quercus observatæ vel virides vel siccæ, in omnium centro reperiebatur vermiculus, si erant virides, vel musca perfecta parva, dum essent siccæ, ad evolandum parata. Excrementum fungosum quercûs aliquando ultimo Aprilis Anno 1674. in sylva decerpsi, & hoc dissecans per medium erat saporis acido-austeri, cujus succus ferro polito illitus maculam nigram post se relinquebat, ex aliquali corrosione: solutioni ♁ ♂ instillatus perfectum dabat atramentum; sed ejus figura erat hæc:

Si per medium dissecta à basi ad apicem introspiciatur: distinctius hoc apparebat, si frusta dissecta per 24. horas in aëre libera jacuerint; tunc enim in omnibus cellulis patentioribus conspicui erant vermiculi minuti, **wie kleine Maden**/ vix oculo aperto sufficienter considerabiles, adjumento tamen microscopii **konte man ihre schwartze Köpffe/ und aus** annulis lamellatis **bestehende Cörper eigentlich erkennen/ wie andere grössere Maden**; quemadmodum in nucibus avellanis.

XV. Spiritus salini aromatici.

Spiritus vini rectificatus affunditur aromatis q. s. v. g. præter propter:

Cinamomi ʒiij.
Caryophyllorum ʒij. ʒv.
Macis & nucis moschatæ ana ʒi. ʒij.
Croci ʒß.
Pulveris seminis anisi ʒj.
Spiritus vini rectificati ʒxxvj.

stent in digestione ad tempus: hinc ℞. *Tincturam, affunde*

♆ ♍ *jß.*
☉✳ ʒix.

Quæ pulverisata misceantur, pellantur per retortam, lento △e, ascendendo successivè; sic enim prodit ~ salinus aromaticus odore, colore aureo, eleganti, idque imprimis circa finem. ♍ ubi adhuc de volatili nonnihil oleat, affundatur, seu potius irroretur spiritu vini probè rectificato, & per retortam ex ⁘ denuo destillentur, & acquiritur sic ~ elegans salinus volatilis, qui est egregium menstruum pro extrahenda ♄ ♂, castoreo, myrrha, succino, camphora in momento.

~ prior aromaticus si non sufficienter tinctus & odoratus appareat, affundatur denuo aro-

Digitized by Google

aromatibus, & elegantem atro-rubentem egregii ſaporis & odoris tincturam elicit, dum poſt aliquot dierum curſum priùs aliquot ſordes depoſuerit.

Conjunctus ~ aromaticus cum modo dictis ſpeciebus aromaticis & per retortam deſtillatus prodit aureus, ſed in fine contrahit empyreuma, & incipit ſe elevare copioſum ☉ volatile, in forma ſicca: poſt empyreuma ~ omninò intenſè ex nigro rubeſcit, & copioſum ☉ volatile in fundo vitri ſubſidet; odor tunc & ſapor eſt inſtar ~ C. C. ſpiritus iſte empyreumaticus cum aliquot guttis, non tamen nimis multis ℞ ℈t caryoph. & cinamomi agitando ſe unit, & gratiorem acquirit odorem, attamen aliquantiſper turbatur, citra tamen præcipitationem.

XVI. Tentata correctio opii, ſcammonii & colocynthidos per alcali.

Recepi poma colocynthidos in fruſtula diſcerpta, item ſcamonium pulveriſatum, item opium pulveriſatum, hiſce affudi lixivium ſalis tart. ſeu ▽m, in qua quantum poſſibile, ſal tart. diſſolutum fuit, & ſuper fornace tempore hyberno tamdiu in digeſtione leni reliqui, donec ex pomis colocynthidis (idem etiam procedit cum ſeminibus) omnis amaror eſſet extractus, & pulpa reſtitans inſipida probè maſticari poſſet; & licèt menſtruum filtrando ſeparatum, ſaporem colocynthidos nauſeoſum amaricantem retineret, attamen diuturna digeſtione etiam hunc amiſit; item donec ſcamonium totum à menſtruo ſolutum, liquorem perſpicuum rubicundum conſtitueret, & ſaporem non adeò ingratum haberet, & donec opium totum ſolutum, ſimilem atque ſcammonium liquorem citra gravem adeò aut ſaporem aut odorem conſtitueret, rubicundum.

Solutiones has poſt 8. vel 9. ſeptimanarum digeſtionem ſupra fornacem, tandem blando calore inſpiſſavi in conſiſtentiam mellis, unde ſapor gravior iis rediit. Mellagini affudi ſpiritum vini, benè rectificatũ, & à ☉ e tartari abſtractum, qui promptè tincturas rubineas ex opio & ſcammonio, auream ex colocynthide extraxit, ita ut ☉ tart. flavum in fundo reſtitaret, ſupernataret verò mucilago quædam viſcida, neque in ☿ neque in ▽ amplius ſolubilis, tetri & horridi & ex amaro auſteri & quaſi acidiuſculi ſaporis.

Tincturas ☿ extractas in ⁘ abſtrahendo ☿ ad conſiſtentiam elixyris craſſioris ſeu ſyrupi ferè dilutioris redegi.

Hujus elixyris ex colocynthide amari dedi 40. guttas ancillæ ſtomacho robuſto, quæ quædam tormina alvi, ſed nullam omninò ſedem, nec aliam corporis commotionem ſenſit: hinc caſu fracto vitro nullum experimentum ampliùs facere potui.

Hujus tincturæ ſpiſſioris ex ſcammonio dedi 40. guttas juveni 18. præter propter annorum, & exinde ne tantillam quidem alterationem percepit in corpore.

Hujus tincturæ ſcammonii ſpiſſioris dedi plusquam ʒij. ferè ʒijß. juveni pro ſcopo purgationis, ſed hic exinde ne minimam alterationem, nedum evacuationem paſſus eſt; niſi quod poſt aſſumtum remedium anxietas quædam & horror eum prehenderet, id quod non tam ex remedio, quàm ex horrore ab omnibus purgantibus vel auditu ſaltem perceptis eveniebat.

Hujus tincturæ colocynthidis de novo paratæ inſigniter inſpiſſatæ & admodum amaræ dedi nutrici ʒß. quæ nauſeam exinde inſignem ob gravem amarorem percepit, ſed nulla tormina, nullas ſedes planè habuit.

Adoleſcenti dedi hujus tincturæ ʒiij. nullam quoque ſedem, nulla tormina ſentiit.

Hæ tincturæ ex ſcammonio, item ex opio paratæ commodè ▽æ ſimplici permiſcentur, quam tantum tingunt eleganti ſuo colore, citra præcipitationem ullam.

Reiterata vice tentavi cum opio, item cum colocynthide, felici cum ſucceſſu.

Opium ita paratum in elixyr dat egregium anodynum, & ſomniferum, idque optimè correctum medicamentum.

Tentavi experimenta Langelottiana circa opium & optimo cum ſucceſſu; in digeſtione fermentativa calor reſpectu digeſtionis ſatis intenſus acquiritur.

℞. *Opii* ʒj.
☉☿☽ij.
Sacchari ʒij. ☽ij.

Succi ʒx. ſed hæc omnia in triplo, hinc cum ☿ extraxi, & tàm in forma liquida nonnihil inſpiſſata, quàm in forma extracti aſſervavi: Eſſentiæ liquidæ 6. vel 7. guttæ in hauſtu cereviſiæ veſperi hora quinta aſſumtæ mihi catarrho & tuſſi laboranti ſuaviſſimum conciliavit ſomnum.

Simili modo tractavi ſcammonium, recipiendo hujus ʒj ß. & reliqua ingredientia omnia debita proportione: Terendo probè cum ſucco ſubegi ſcamonium, unde lacteam conſiſtentiam & colorem paulò obſcuriorem acquiſivit; hinc in digeſtione eleganter fermentavit, ſed parcè, nec adeò inſigniter, aut impetuoſè, unde cum acidum ſpirare inciperet, filtravi & inſpiſſavi, ad conſiſtentiam electuarii, ſaporis cydoniati, grati, ſed in fine acris & fauces quaſi adurentis; nomine electuarii cydoniati laxativi. De hoc cepit famulus meus gr. xxxvj. & inde brevi poſt cum nauſea ſexies per inferiora copioſè, facilè cum leviſſimis torminibus fuit purgatus:

gatus: Item alius vir cepit gr. xxjjx. & totidem etiam vicibus, ſed cum majoribus torminibus fuit purgatus.

Ex hoc inſpiſſato ſucco potuiſſem cum ♆ tartariſato parare eſſentiam vel extractum purgans, mitiùs ſanè & elegantiùs.

Amicus quidam poma colocynthidos conciſa & diſcerpta cum ſucco pomorum Borsdorffianorum etiam fermentavit, addendo ſaccharum; ſuccum filtratum poſt fermentationem inſpiſſatum dedit mihi gr. xx. hinc ſatis, ſed cum gravibus torminibus fui purgatus; ipſe dictus amicus cepit ʒo. ſed parum alteratus, aut commotus fuit; Ex his ergò duobus fermentatis ♆ facilè eſſentiam catholicam purgantem extraheret, infuſione corticum citri, aurantiorum, & cinamomi perficiendam.

XVII. Formicæ examinatæ.

Acidum hæ ſpirant per ſe; unde & deſtillatæ per alembicum per ſe, ex ⁘ vel quod melius △e aperto per retortam dant ſpiritum acidum penetrabilem, inſtar fortis aceti, corrodentem promptè ferrum; & ſimul ☁ empyreumaticum admodum fœtidum.

Accepi formicas tales, iisque affudi ♆ rectificatum, ut probè humectarentur, ſpiritus tamen non emineret, ſteterunt ſuper fornacem in calore tepido per totam hyemem; poſtmodum modicam formicarum partem cum ♆ per ſe deſtillavi, recepi ⁓ volatilem nonnihil fœtidum, propter ☁ ſimul tranſiens: qui rectificatus aliquoties ⁓ volatilem ſubtilem, parum admodum ſubtilis acoris repræſentantem dedit; hic albus ad tempus dum ſteterit, eleganter citrineſcit.

Spiritus formicarum hujus altera medietas cum ♆ miſcebatur cum ana ♆ pulveriſatæ; miſturæ affundebatur parum ▽ communis, & cum deſtillarentur ex ⁘ manifeſta efferveſcentia & ebullitio, quaſi citatior fermentatio quædam percipiebatur manifeſtè, prodibat ⁓ omnino ⊡ſus ſine oleo: qui rectificatus à ſuo phlegmate ⁓m ⊡ſum volatilem & ſapore & odore referebat.

Denique accepi formicas, easq; in lagena ſemiplena chartis multiplicibus probè munita & clauſa ſepoſui; ut per ſe & ſponte citra additionem cujusdam liquoris putreſcerent, hinc factum, ut ad aliquot menſes cum ſtetiſſent, ſitum contraherent, & fœtorem emitterent, qui tamen urinoſo aculeo in fine nares feriret: reliqui adhuc ad aliquot menſes, poſtmodum per ſe ex ⁘ tantilla ▽ communis addita, propter empyreuma, deſtillavi, & prodiit ⁓ ⊡ſus volatilis egregius, quem rectificatum cum dimidia ſui parte miſcui cum ⁓ formicarum, cum ♆ per ſe deſtillato, primo, phlegmatico, & tanquam nullius uſus, repoſito: hinc miſtura, anteà inſtar aquæ cum eſſent claræ & limpidæ utrique ſpiritus, lacteſcebat, & turbata colore lacteo ità perſiſtebat: rectificabam bis, ter, ut ſemper de craſſamento lacteo aliquid remaneret; tandem adhuc una vice ex cucurbita anguſta, ſed reſpectivè altiori rectificans, elegans & copioſum ⊖ volat. candidiſſimum ſtriarum & acuum forma XX denſe incruſtavit, quod poſtmodum à ⁓ proprio ſolutum denuò diſparuit, ipſo ſpiritu perſpicuo, repoſito ad tempus etiam citrineſcente.

XVIII. Tentamina circa purgantia.

℞. *Colocynthidos* ϑj. gr. v.
Sacchari ʒj. ϑij.

⊖♀ ϑij. M. in pulverem redegi, ▽ humectavi, probè terendo in mortario lapideo & ſuper fornacẽ exſiccando, iterum humectando, terendo, exſiccando, idque tertia vice, ut probè ſubigeretur ⊖♀; reliqua ita: ſed cum maſſa exinde admodum viſcida fieret, ob id pulveriſationi inepta, facilè eam in pilulas redegi; de quibus ℞. gr. xxjv. quæ habent ſacchari ϑj. c ☌ocynth. gr. v. ⊖♀ gr. viij. M. dedi juveni 18. annorum, naturæ ſalubris, qui 7. ſedes cum mediocribus torminibus, exinde habuit dedi eandem doſin nutrici, quæ exinde levia quædam tormina & duas ſaltem ſedes poſt meridiem demum habuit.

Eandem philarum doſin viro robuſto, qui à meridie unam vel 2. ſedes habuit non laxantes, citra ullum torminum ſenſum.

Eandem doſin dedi juveni alii, qui levem motionem circa præcordia poſtmodum ſenſit, ſed nulla tormina, nullam operationem per alvum.

Dedi nutrici, quam nullæ pilulæ neq; elixyr coñoverat pulverem ex ſacchari ϑj. & colocynthid. crudi gr. v. eadem doſi, qua in pilulis, quæ exinde ſeceſſus copioſos 6. cum gravibus torminibus & crebriori nauſea, & quaſi vomituriret, habuit.

Accepi pulverem jalappæ ʒj.

⊖♀ ϑij. M. irroravi ▽, & probè terendo in mortario lapideo ſubegi, exſiccavi, denuò humectavi, ut probè corrigeretur jalappa, à ⊖ tartari. Dedi hujus pulveris compoſiti gr. xxv. quæ habent jalappæ gr. xv. ⊖ tart. ϑß. viro ſuperiori, qui exinde ne minimam commotionem ſenſit.

Dedi ejusdem pulveris ϑj. qui habet jalappæ gr. XIII. ⊖ tart. gr. viij. famulo meo facilioris ſolutionis; qui exinde à meridie demùm unicam ſaltem excretionẽ laxativam habuit; tormina nulla, ſed copioſos flatus percepit.

In utroque tentamine pauca nimis ⊖ tart. fuit doſis; in jalappa quidem ratione ponderis; in colocynthide reſpectu magnitudinis, non tamẽ dubito, correxiſſe hoc ſal purgantia.

XIX. Suc-

Digitized by Google

XIX. Succinum.

Accepi ☉✳ ℥ v j.
Succini ℥ j v.
☿ ♄ j.

Hæc omnia ſeorſim minutiſſimè trita commiſcui probè, affundendo ☿ præter propter ♄ j. deſtillavi per retortam ex ⁘ igne gradatim aucto, donec tandem retorta in fundo frangeretur: prodiit primò ☿, cum ~☉ ✳, hinc ſucceſſivè liquor prolectus erat coloris flaveſcentis, odoris & guſtus penetrantiſſimi, ſuccinum potenter referentis, in fundo ejus erat pars olei ſuccini reliquis impermiſta: Liquorem ſpirituoſum ab oleo ſeparavi, & voco liquorem ſuccinatum, qui brevi poſt ſucceſſivè colorem ex flavedine obſcuriorem ad rubedinem inclinantem accepit, ratione olei ſuccini contenti.

Hunc ſpiritum affudi myrrhæ pulveriſatæ, feci extractum ſeu eſſentiam, quàm voco eſſentiam catarrhalem.

XX. Crocus ♂.

Præparavi crocum ♂ ad præſcriptionem Zwelfferi, *Mantiſſ. ſpagyr. p.* 337. & optimè ſuccedit negotium, modo non nimis confertim ingeratur limatura, nec nimis intenſè augeatur ignis, acquiſivi egregium alcali ☾, & crocum Martis ex obſcuro rubeſcentem.

XXI. ☿ *latus Tachenianus.*

℞. ⊕l. Goslarienſ. ſeu ex viridi albeſcentis, ſolvi cum ▽ ſimplici, & cum ſemper participet de ♀, infudi limaturam ♂ q. ſ. ut ♀ à ♂ præcipitetur, & poſt filtrationem purus ♂ ſuperſit; filtraturæ puræ inſtillavi lixivium ☿ guttatim, & maxima pars materiæ albidæ craſſæ grumoſæ cecidit, ut opus fuerit ▽ com. affundere: Filtravi, id quod de prima filtratura in filtro manet, probè ▽ ſimplici elotum aliquoties in ochram intenſè flavam, ferè rubeſcentem, inter ♁ ſigillatæ ferè linguæ adhæreſcentem abiit; reverà autem eſt crocus ♂ aperitivus: Hic per ~☉ affuſum ſolutus dedit ſolutionem adſtringentem fortiter, poſt liquoris evaporationem cum ☿ in ℞ m ♂ ſeu ut vulgò vocatur, ℞ ♃ ⊕l. adſtringentem exaltandus. Inſignis autem efferveſcentia & ebullitio accidit, quando ~☉ affunditur: Idem ♂ crocatus ~☉ dulci imbutus & exſiccatus dat crocum ♂ adſtringentem optimum, ſeu ut dicunt, ♁ m ♂ adſtringentem.

Liquor qui filtrum tranſiit, nondum ſufficienter præcipitatus, denuò repetita alcali affuſione perfectè præcipitandus eſt, donec clarè tranſeat filtrum & remaneat. Id quod cadit, vix puto interno uſui æque convenire, cum minùs etiam flaveſcat, & impuriùs ſit: Ut ideò externè edulcoratum non inconveniens eſſet.

Liquor perfectè præcipitatus ſuper △ ſucceſſivè exhalandus, concreſcit in cryſtallos parvos elegantiſſimos, & claros, ferè aluminoſæ figuræ.

XXII. Ferrum.

(1.) Omnia ejus præparata in forma liquida ſaporem ſubadſtringentem plùs minùs obtinere.

(2.) ♂ præcipitatus ex ☉lo ♂ per ♌ ☿ & edulcoratus eſt ochra ſubrubra, flaveſcens, manifeſtè linguæ admota adſtringens & adhærens, inſtar ♁æ ſigillatæ, unde cum acidis (1.) efferveſcit, (2.) facillimè ab omni acido diſſolvitur, (3.) ſemper exinde ſolutio fortiter adſtringens primo guſtu parum acida, tandem dulcedinem blandam ſaccharinam relinquens, id quod cum ✳ & cum ~☉ tentavi.

(3.) ~☉ affuſus in pauca quantitate limaturæ ♂, hanc non diſſolvit, lenem tamen ſtrepitum in principio cum bullulatum minutiſſimarum ex fundo altum verſus emerſione: Quodſi ſteterit paululum, liquor ſupernatat clarus, & aqua ſaporis primo guſtu inſipidi, hinc manifeſtè dulcis ſaccharini ſuaviſſimi, relinquens tamen etiam aliqualem poſt ſe, aſt ſenſibilem adſtrictionem.

(4.) ♂ limatura abluta ▽ ſimplici, & poſt hujus decantationem exſiccanda ſepoſita brevi effloreſcit in crocum flaveſcentem ſubtilem, eò copioſiorem, quò tardiùs exſiccatur prædicta limatura: dicitur crocus ♂ cum aqua.

(5.) Annon optimus fiat crocus ♂ aperitivus, ſi per ▽ ſimplicem in crocum verſus ſimplicem, poſtmodum vel continuata tritura ſubigatur cum cremore ♀, vel infundatur in ▽ ferventem ſolutionis cremoris ♀; & poſtmodum ambo exſiccentur; fiatque quaſi ♀ chalybeatus, vel inſtar ♂ Williſii?

(6.) ~☽ affuſus limaturæ ♂, eandem aggreditur cum inſigni ardore, & incaleſcentia, adeò ut vitrum ita incaleſcat, ut illud vix manu continere queas: hinc iſtud diſſolvit, ut inſtar membranæ ſupernatet, ſolutio ex corroſivo iſto acore ſaporem habet acrem pungentem paululùm, nullo modo acidum, ſed dulcem ſaccharinum elegantiſſimum.

(9.) Croco ♂ Zwelfferiano affuſus ~☉ iſtum lentè diſſolvit, & nonniſi intercedente longo tempore, idque parum, tantillum ſaltem ejus tingitur ſucceſſivè colore intenſe rubro, inſtar ſanguinis, ſed ſapor eſt horridè ⊕lico adſtringens potenter & quidem ut ma-

Digitized by Google

nifeſtàm adhuc, infractam licèt nonnihil, retineat aciditatem.

(8.) Spiritus ☉ affuſus ♂ limaturæ ſolvit eum in crocum intenſè rubentem inſtar pelliculæ ☒no ſupernatantem, dulcem inſtar ſacchari, & blandè adſtringentem: ☁☾ verò in crocum flavum ejusdem ferè ſaporis & qualitatis.

(9.) ☿ affuſum Marti per ☁☉ antè corroſo tingitur ſucceſſivè colore intenſè rubro, ſed ſaporem acidi-uſculum retinet: idem ☿ affuſum limaturæ ♂ crudæ, diſſolvit eandem, in ſpumam levem; ſubſiſtente ſimul pulvere flaveſcente; liquor eſt ſubflavus, ferè inſipidus, leviter dulcis, leviſſimè adſtringens.

(10.) Pro feliciori indagine repetii præparationem ☿☉lati Tacheniani, ſed cum tribus vicibus diſtinctis præcipitarem ♂tem; prima vice ♂tem præcipitatum edulcoratum decantatâ ▽ ſepoſui in chartam emporeticam, pro exſiccatione, ſed loco croci obſcurè rubentis reſtabat ▽ flaveſcens inſtar ochræ, linguæ adhærens inſtar ▽æ ſigillatæ, idem fiebat, cum ſecundùm præcipitatum exſiccarem in charta, ſed cum tertium non in charta, ſed in patella ▽ea exſiccarem, hic crocum obſcurè rubrum ſubminiſtrabat; cum verò has tres diſtinctim ☁☉ diſſolverem, omnes ſolutionem adſtringentiſſimam dederunt, ſed duæ priores flavam, tertia verò rubertimam.

(11.) Præparavi bezoardicum ♂le Ludovici, ex ſcoriis, & præter præcipitatum poſt edulcorationem obſcuri nonnihil coloris, etiam recuperavi meum ☉, quaſi ♁ tum ♂le; cui effuſus ☁☾ nullam ſolutionem vel tantillam ſaltem ex aliquali ejus flaveſcentia exhibebat, ipſo in antiquo ſapore acido perſiſtente; decantatus liquor & exſiccata remanentia, ſaporem acidum, ſed nullam adſtringentem obtinebat dulcedinem.

(12.) Limaturæ ♂ puræ affudi lixivium ☿, ejus ☾e ſaturatè tinctum, ſed nullò modò, licèt ultrà 14. dies ſtetiſſent ſolvebatur ♂, alcali, ut arbitror, impediente ♂ acidum, pro ſui corporis ſolutione: quin & affundendo ▽ ſimplicem, & elixiviando alcali poſtmodum aliquoties ▽ ſimplici irrorando, nulla ſequebatur corporis Martialis ſolutio, quin ♂ incorruptus diu perſiſteret.

(13.) Econtrà ♂li matura irrorata ▽ ſimplici ſeipſam promptè corrodit in crocum nigrum admodum ſubtilem, qui eſt crocus ♂ per ▽m.

(14.) Pro tentamine ulteriori affudi ☿ & croco ♂ per aquam, & etiam Marti alcali iſto imprægnato integro; intra biduum ſolvebatur utrumque corpus, ſed Mars cum alcali eodem modo atque aliàs limatura Martis cruda ✝ irrorata ſolvebatur in crocum intenſè flaveſcentem, quodammodo ruffeſcentem, ſapor ſolutionis erat ferè inſipidus, tantillum, ſed ſenſibilem tamen dulcedinis ſaccharinæ repræſentans ori; cum ☿ croco per aquam affuſam hunc ſolvebat in crocum ex flavo nigricantem, aut admodum obſcurum ſaporis ſuaviſſimè & ſenſibiliter dulcis, leviter adſtringentis, imò ſolutio croci per aquam repræſentabat ſimul quaſi obſcurum quid acidi, ſecus atque in ſolutione ♂ alcaliſati fiebat, quæ acidum primo guſtu exhibebat in dulcedinem manifeſtam deſinens.

15. ☁☾ affuſus croco ♂ per ▽ & alcaliſato, ſolvit eosdem in pallidos admodum colores; Martem equidem cum alcali in pallidum flavo albeſcentem, interdum citrinum; crocum autem per ▽ in pallidum obſcurum flaveſcentem: Sapor ſolutionis eſt primò inſipidus, hinc dulcis, & in eo per ▽m ferè ☉licus nonnihil, ſed cum alcali eſt actis in fine, & ferè pungens, quaſi acrimonia vegetabilium ſubtilis in antiſcorbuticis. Color eſt perſpicuus inſtar aquæ.

(16.) Croco ♂ per ▽m & Marti cum alcalibus imprægnato affudi ☁☉: qui cum alcaliſato Marte imenſè efferveſcebat & acerrimè, eructando fumum, & incaleſcendo inſigniter: Solebat etiam Martem ferè totum in laminas & ſcorias, & crocum variformem, ut fieri ſolet: Eadem omninò eſt operatio, idem etiam effectus; adeò ut alcalia Martis adjuncta nullam in eo alterationem nec diverſitatem in ſolutione effecerint: Solutio filtrata erat perſpicua pallida, nonnihil flaveſcens: magma ſolutum ex nigro virideſcebat; ſed aëri expoſitum elegantem flavum ſeu aureum crocum reddebat. Sed ſolutio horum duorum filtrata ex croco per ▽m eſt rubicundior, illa ex ♂ alcaliſato flavior: Tandem poſt 24. hor. ambæ jucundiſſimam tincturam obtinuerunt. Econtrà affuſus idem ☁☉ croco ♂ per ▽m fermentationis ciebat motum, cum levi incaleſcentia, nullo verò modò efferveſcebat: Unde & nec totus crocus ſolvebatur in laminas & pulverem, totum liquorem implentes in conſiſtentia ferè offæ ſpiſſæ, ut fiebat in præcedenti caſu cum ♂ alcaliſato: ſed licèt agitatione invicem confunderentur, attamen non diu permiſta hærebant, ſed liquor flavedine rubeſcente tinctus ſupernatabat; cùm in principio confunderentur, fermentatio erat elegans, qua copioſæ ſucceſſivè elevabantur bullæ, modò majores, modò minores, & denuò ſubitò concidebant,

Digitized by Google

bant, aliis ex imo emergentibus, ut in fermentatione ☿ omnino fieri ſolet: parum de croco infuſo ſolverat, ut etiam nihil ferè nili pulvis paucus nigricans in filtro hæreret, omnino reliqua materia in fundo vitri hærente: ſolutio quæ tranſierat, erat flava ſeu pallidè citrina; odorem ſpirabat ♎ eo acrem penetrantem, qualis ♒☉ ſpirare ſolet, cum præcedens ſolutio ♂ alcaliſati nullum odorem habuiſſet.

Sapor ſolutionis Martis alcaliſatæ erat acris ſeu potius pungens ſed dulcis; ut fit, quando ♂ ſolus ſolvitur: ſicut & ipſe crocus corroſus humidus adhuc, pungentem ſimilem, ſed tandem dulcem habebat ſaporem. Sed ſolutio croci per ▽m facti habebat ſaporem manifeſtè & inſigniter acidum, & ſimul horridè & vehementiſſimè adſtringentem, adeo, ut os, lingua, labia, quicquid attigerat eam guſtando, fortiſſimè adſtringerentur, & contraherentur, ipſi dentes ſtupore afficerentur; erat ſanè ſapor ſimilis ſolutioni ☿æ ♂ ex ☉ præcipitatæ, cum ♒☉ ſolutæ; æque quidem adſtringens ſed magis acidus, quod mirabile eſt.

17. Accepi omnes has ſolutiones filtratas, iisque pro ulteriori examine inſtillavi ♒♎☿: unde omnes præcipitatæ fuerunt: iſtæ cum ✣ factæ primò præcipitabantur in colorem obſcurum, fœtum, lutoſum, qui ſucceſſivè abibat in crocum eleganter flaveſcentem; ſed qui ex croco per ▽m erat intenſioris coloris; ſolutiones cum ♒♎ fiebant primitus craſſæ inſtar offæ, ex viridi albeſcentes, obſcuræ, tandem aëris afflatu ſuperius crocos intensè flavos exhibebant, ſubſiſtente materia craſſa, ex albo obſcureſcentæ, procul dubio per aërem etiam elegantior futura. Sed quæ cum ♒☉ facta fuerat ſolutio, ea quæ roſerat ♂ alcaliſatum affuſione ♒♎✳ efferveſcebat nonnihil, & præcipitabat craſſamentum obſcurum grumoſum, quod efflureſcebat in ſuperficie, in colorem flavum mediocriter, remanentè in fundamento craſſa, copioſa, grumulenta, albicante materia.

Sed quæ facta erat ſolutio croci per ▽m, ut ſupra in & poſt ſolutionem ſe mirabilem exhibuerat; ita & hic: nam ſubitò atque inſtillaretur ♒☉, mox ſubſidebat crocus ☉eus, elegantiſſimi coloris, & continuata inſtillatione tanta oriebatur turgeſcentia, & fermentativus ſtrepitus, cum bullarum ſucceſſiva elevatione, ut metus eſſet, ne vitro excedat materia: tota materia turgeſcens elegantiſſimè ex flavo rubeſcebat, tandem ſufficienti facta inſtillatione & tota maſſa turgeſcente & ruffeſcente eadem ſucceſſivè ſubſidebat in corpus tamen ſpongioſo- & ſpumoſo-ruffum, & leve, unde aqua affuſa iſtud diluendum erat: in qua copioſus crocus eleganter aureus & ruffus ſubſidebat.

XXIII. Mars cum Tartaro.

Accepi ſolutionem ♂ aliqualem, factam cum ſolutione cremoris ♀, quæ erat coloris citrini, ſaporis ex inſipido tandem dulceſcentis ♂lis. Hinc inſpiſſatæ per exhalationem, donec intensè aurei eſſet coloris, inſtillavi.

1. ♒♎✳ cum cineribus clavellatis paratum, unde liquor intenſiorem & rubicundiorem magis acquirebat colorem, ſine ulla alia ratione.

2. ♌♀ per ſolutionem in ▽ ſimplici, unde liquor primitus obſcurari nonnihil videbatur, ſed tandem ex admiſtione liquoris tartarei colorem ſuum perſpicuum remiſſius tinctum nonnihil acquirebat.

3. ✣, unde liquor turbari & ſedimentum copioſum in fundum dimittere cœpit: tantum ✣ inſtillavi, donec hujus acor minus temperaretur; liquor ſupernatans erat perſpicuus, flavus.

4. ♒☉, qui turbabat ſubitò liquorem, & copioſum deponebat ſedimentum inſtar parvorum granorum tartari, liquor ſupernatans turbide nonnihil ruffeſcebat.

5. ♒♎, unde & copioſum præcipitabatur ſedimentum, ſimiliter tartareum liquore ſupernatante inſtar ſanguinis rutilante, donec copioſiori inſtillato ♒♎, copioſiori depoſito ſedimento, liquor ſuperſtans flavus & perſpicuus eſſet.

6. Filtratos hos liquores & ſeparato ſedimento per filtrum accepi: & iis claris & flaveſcentibus egregiè inſtillavi ♌ tartari per ſolutionem in aqua ſimplici; unde

7. Cum ✣ facta antea præcipitatio perſpicuè quodammodo ex flavo intensè vireſcebat & turbabatur, ſucceſſivè deponens ſedimentum obſcure-ſubvirideſcens, leve, & ſatis copioſum, liquore ſupernatante perſpicuo, ſubobſcuro, nonnihil flaveſcente.

8. Cum ♒☉ facta deponebat admodum copioſum ſedimentum viride, & ſubalbido, cœruleum.

9. Cum ♒♎ factâ ſimile deponebat ſedimentum.

10. Interrogatus à me chymicus quidam, quid nam putaret, quod his præcipitationibus caderet? dixit in præcipitatione facta per acida reſidere imprimis tartarum, quaſi regeneratum, reſorbente in ſe fortiori ✝do ♂em à tartaro nonnihil ſolutum: unde ſi huic inſtillatur alcali, præcipitari demum ♂ ante ſolutum, qui licet obſcurè vireſcat, exſiccatus tamen abeat in crocum flavum.

11. Recepi cremoris tartari à me parati & limaturæ ♂ ana, affudi ▽ ferventem ſucceſſivè, & igne ebullitionis decoxi; ut ſolutus ♀ ſimul roderet ♂m, quod & factum; nam ſolutio primitus facta colore intensè aureo, ſapore nonnihil tartareo apparebat, quæ forti-

Digitized by Google

ter inſpiſſata ad nigredinem vergebat, ſub eodem ſapore; affudi poſtmodum magmati reſidenti craſſo & turbido denuo ▽m, & coxi benè, unde denuo ſimillimam accepi ſolutionem, minus tamen tartarei ſaporis, ſed magis ♂lis; cum verò ſemper præter ♂is partem in fundo reſidentem maſſa craſſa, turbida ex pallido cœruleſcens ſupernataret, hanc tandem, cum copioſas jam ſolutiones haberem, in filtro collegi, quæ primò ex albido cœruleſcens & quodammodò virideſcens, tandem exſiccatione flaveſcebat, & in pulverem flavum abibat. Quod reſiduum de Marte adhuc integro in olla erat, abjeci.

12. Examinavi hæc: cum Mars fortius ab acido penetratus videretur quàm prior ſuperior, ob id neque inſtillatione ♃ neque ~☉, neque ~⊖ tantillum alterabatur, ſed omnia acida hæc ſine ulla immutatione ſe ipſi permiſcebant.

13. Idem etiam faciebant alcalina, tam ⊖✳ quàm ♌ ☿; quæ absque alteratione ſe permiſcebant: adeo, ut prædicta ſolutio perfectè falſa eſſet.

14. Sed cum dictis cum acidis additis miſturis alcalia adderem, & inſtillarem, v.g. ♌ ☿ p. d. poſt levem effervescentiam præcipitabat ſe materia grumoſa, & groſſa, inſtar ♂ ex ☉o per alcalia præcipitati.

15. Examinavi pulverem flaveſcentem Th. XI. deſcriptum, qui affuſis iſtis ~bus acidis ſucceſſivè, ſed non ex toto, (forſan ob parvam ſpirituum affuſorum quantitatem,) ſolvebatur; ſolutio cum ~☉li erat flava citrini coloris: ſaporis aciduli ☉lacei, ſed in fine ſenſibilis Martis dulcedo ſe offerebat: cum ♃ ſolutio inſtar ſanguinis rutilabat ſapor ♃dulus ſubadſtringens, ſed dulcedo Martis in fine: cum ſpir. ☿ morem ſuum penetrantem pungentem retinebat: unde & ſolutioni cum ſpiritu ☉ factæ inſtillatum ♌ tartari p. d. præcipitabat cum effervescentia grumos obſcuros, tandem virides, ſicut ☉♂ præcipitabatur; non albidos, ſupernatante liquore nigricante aut ſaltem intensè viridi; ſolutioni cum ♃ inſtillavi ſimile ♌ tartari p. d. præcipitabatur crocus flavus virideſcens leviter, ſupernatante liquore ☉eo.

16. Limaturæ ♂ & cremori tartari ana ſubtiliſſimè invicem tritis affudi ▽ ferventem, ut parum emineret in patella lata, ſepoſui in cameram fornacis (in die Ofen-Röhre) tempore hyemali, pro ſolutione, & cum exhalatione liquoris inciperet exareſcere miſtura, affudi recentem ▽ probè frigidam, reponendo in locum calidum; unde cum miſtura intensè incaleſceret, & agitaretur, copioſæ parvæ bullulæ quaſi ex effervescentia è fundo emergebant, ſignum forte agentis tartari in Martem, unde & liquor niger, ſpiſſus, omnino ſaporem dulcem Martialem præ ſe ferebat; continuavi hæc, donec arbitrarer, Martem omnino à tartari ſolutum eſſe, in forma pulpæ ſpiſſæ, craſſæ, nigræ, ſubdulcis, quam exſiccavi, inque pulverem nigro-virideſcentem redegi, nomine Martis tartariſati.

17. Marti huic tartariſato affudi ♃, item ⊖ & ☿ ſpiritum, & optimè exſpectationi ſatisfecerunt; ♃ rubicundiſſimam elicuit ℞m, ſuaviter dulcem; ſpir. ⊖ flaveſcebat ☉eo colore, & ſapore nauſeosè dulci, utut copioſus affuſus fuiſſet; quin & his duabus ſolutionibus filtratis inſtillatum lixivium tartari præcipitavit copioſa ſubtiliora viridia ex ♃, ſed albicantia, virideſcentia, groſſa, grumulenta ex ſpiritu ⊖. Spiritus ☿ intenſam effervescentiam excitabat, ℞m rubicundiſſimam eliciebat, & totum corpus Martis tartariſati ſolvebat in ☿ quodammodò flaveſcens, ſed ſapor ſolutionis erat inſipidus primò, hinc dulciſſimus, ſed admodum adſtringens.

18. Hinc Marti tartariſato affudi etiam ♌ tartari p. d. ſeu lixivium tartari, hoc turbatum colorem opacum obſcurum ſemper retulit, tandem filtratus liquor craſſus aureus intensè apparebat: huic inſtillavi ♃ quod ſucceſſivè & pedetentim præcipitavit copioſam materiam flaveſcentem, levem, ipſo liquore claro rubeſcente ſupernatante; inſtillatus alteri parti ~⊖, mox turbabat totam, ſed ſpiritus ⊖ tandem omnia in ſe abſorbebat, citra ullam præcipitationem, quia forſan copioſius affuſus erat, & liquor aureus ſeu citrinus apparebat; unde inſtillatum ♌ tartari p. d. præcipitavit copioſa grumulenta, ea ſcilicet, quæ oleum tartari ex Marte antea abſorpſerat, liquore aquoſo ferè inſipido ſupernatante.

19. Iſtis remanentiis ex ſolutione ſpiritus ⊖ & ♃ §. 17. quia nondum totæ ſolutæ apparebant, affudi denuo eadem ſolventia, quæ quidem tardè, ſed tamen reverà eadem tandem ſolverunt, & extraxerunt denuo: v.g. ♃ intensè rubeſcebat dulce, ~⊖ ex acore manifeſtè dulceſcebat, nam & ♌ tartari p. d. iis inſtillatum ea copiosè admodum præcipitavit; tam copioſum ♃dum eſt, quod ♂ ſui corpore & attactu edulcorare poteſt; id quod etiam tertia vice factum fuit, ſed ſemper tardius, & minus acor fuit correctus.

20. Hoc miratus fui, quî fiat, ut cum ſolutioni ♂ cum tartaro factæ in ebullitione mutua §. 11. 12. utut ab inſtillatis neque ♃dis neque ☐ſis mutarentur, attamen, ſi poſt inſtillata acida poſtmodum infundebam lixivium tartari, ecce cum effervescentia inſigni præcipitaretur liquor antea clarus, & ſubſideret copioſum ſedimentum, pro acidi ratione nonnihil varians, quod aliunde niſi ex Marte eſſe nequit.

21. Mars cum duplo tartari bene tritus, hinc

Digitized by Google

hinc affuſione ▽æ ferventis in calore mediocriter intenſo aſſervatus dabat ſolutionem auream, evaporatione facta nigreſcentem, huic licet inſipidè dulci ſeu Martialis ſaporis inſtillavi ♁ tartari p. d. unde ſucceſſivè eadem turbata præcipitavit materiam albicantem ſubtilem levem, ♂m antea nempe corroſum, adeo ut in dicta ſolutione adhuc prædominaret acidum.

22. Remanenti ex ſolutione modo dicta maximam partem Marti adhuc integro, affuſus ☁ ☉ vel ☾, aut ♁ brevi poſt omnino dulceſcebant, ſpiritu ☽ & ☌ elegantem tincturam ruberrimam eliciente: adeo ut hic Mars eſſet ſimilis Marti tartariſato: ob id & eum Martem duplo tartari præparatum appellavi.

23. Solutioni Martis cum tartari vel ana vel duplo tart. factæ ad obſcurum colorem inſpiſſatæ, cum ita aliquandiu ſtetiſſent, inſtillavi ♁ tartari p. d. turbabatur liquor antea clarus, & præcipitabat copioſum ſedimentum, ex albo flaveſcens, ſupernatante liquore rubro, ex ſolutione cum ana tartari, ſed flavo ſeu aureo, ex ea, quæ cum duplo tartari facta; ita ut acidum adhuc in his ſolutionibus præponderaret.

24. Dictas cum tartaro ſolutiones inſpiſſavi ad ſiccitatem, & corpus ſpiſſum ſuperius nigrum, inferius flavum remanebat: hinc affudi ☌, quod blanda cum copioſis parvis bullulis facta effervescentia extrahebat tincturam ruberrimam, dulcem, ferè inſipidum, quæ inſtillato oleo tartari p. d. ægrè dimittebat ſedimentum flaveſcens leve; ſpiritus ☽ effervescebat inſignius cum bullulis flavis copioſioribus, eliciendo intensè rubrum colorem, ſed ſaporem acidum non deponebat, ut ut inſigniter mitigatus appareret; hinc & tincturæ huic inſtillatum ♁ tartari effervescentia impetuoſa, vitri ora excedente virideſcebat obſcurè dicta ℞, & copioſum obſcurum ex nigro virideſcens ſedimentum ſeponebat: hinc didici, ut hæc acida in ipſa ſolutione promtè ſe permiſcerent eidem, citra alterationem, quod tamen Mars ab acido tartari non omnino ſit ſaturatus, quia concentratus per humidi evaporationem eadem ulterius arripiat acida.

25. Ea quæ ſupra §. 17. dicta, iterum tentavi, & eodem modo ſucceſſit negotium; miratus verò ſum, quod ſpiritus ☉ mox ſub miſtura acorem exueret & omnino dulceſceret, idque ſæpius repetita affuſione; tantum ♃ corrigere valet Mars: extrahebat tincturam ſanguineam inſtar ſyrupi craſſam, eleganter dulcem: ſpiritus ☽ exuto acore ipſe etiam dulceſcebat, ſed horridè adſtringebat; præcipitata tinctura cum ſpiritu ☉ facta per ♁ tartari p. d. dedit præcipitatum ex albo virideſcens, hinc in aëre libero obſcurè flaveſcens inſipidum, modicè adſtringens.

26. Cum ergo Mars & per ♃da & per alcalia fixa eſſet examinatus, tentavi tandem per alcalia volatilia, adeoque accepi ☁ ☉ ✳ cum ♄ clavellatis paratum, & affudi limaturæ Martis puræ recenti, probè & ſedulò agitando, aliàs firma & pertinaci cohærentia in fundo invicem cohærent; & obſervavi alcali hoc non ſolum ſolvere Martem, ſed revera cum eo effervescere, ita ut turgeſcentia inſignis & manifeſta cum bullis copioſis & grandioribus ſubinde ſe manifeſtaret, variis coloribus inſtar pavonis caudæ depicta; & licet agitatione & concuſſione repetita ſubinde reſideret omnis turgeſcentia, attamen altera die ſimiliter omnino exurgebat; & quicquid ſub agitatione cucurbitulæ parietibus adhæſerat, colore hinc inde aurantio, frequentius ſubviridi, ut & albicante ſe repræſentabat; in fundo materia craſſior ex albo gryſea ſe manifeſtabat.

27. Cum ultra ʒ. menſes ita ſtetiſſent in tepore hyberno fornacis, tandem omnem liquorem abſtraxi, & calidæ adhuc materiæ ſpiritum vini à ☉ ♃ rectificatum affudi, an forſan ℞m accipere valerem, ſed fruſtra; nam ne tantillum ☁ tingebatur.

28. Cæterum ☁ abſtractus urinoſus quidem erat, odore & ſapore, ſed in ſapore ſingularem adhuc proprietatem croceam obtinebat, qua calendulæ odorem perfectè referebat; & quoties aperirem aliàs vitrum ante occluſum, pro ſcrutinio miſcelæ, aut pro uberiori ☁ affuſione, toties imprimis in principio odorem iſtum calendulatum perfectum obſervavi exactiſſimè.

29. Accepi ergo Martem ita corroſum, ciſtum nempe, cui poſt ☁ ☉ ✳ abſtractionem nullum ♈ affuderam) & ſeparatim corpus gryſeo-albicans, & ſparſim aurantii coloris lateribus vitri adhærens examinavi, uti & corpus ex obſcuro flaveſcens in fundo remanens.

30. Ultrique ☍ ☽, item ☁ ☉ affudi, & obſervavi exactè, quod poſt effervescentiam ſatis acrem, ſed cum minutis copioſis bullulis mox evaneſcentibus, quibus affuderam ☁ ☉, quod flava intensè ſolutio evaderet, & iſta, quæ materiæ in fundo fuerat affuſa, ſaporem ferè inſipidum, in fine manifeſtè dulceſcentem Martialem, leviſſimè adſtringentem obtinebat; quæ verò materiæ albicanti ſuperiori aliquid ſubtilis acoris, in fine dulceſcentis, ſed atramentosè adſtringentis obtineret.

31. Ex affuſo vero ☁ ☽ minus intensè colorata erat ſolutio, ſed utraque intensè & acriter acida; cum horrido adſtringentiſſimo ſapore; ſed materia, quæ in fundo remanſerat, magis

magis acidum deſtruebat, minus, quæ lateribus fuerat affixa.

XXIV. Liquor C. C. ſuccinatus.

Paratur hic ex ana ♁ volatilis C. C. & ♁ volatilis ſuccini, probè depurati, miſtis, & cum ſ. q. ſpir. C. C. affuſa, qui ſolvit & ſecum unit ſalia, relinquit verò in fundo ſubſtantiam nigram, craſſam, abjiciendam.

XXV. ~ ♁ ✳ aniſatus.

Rec. ♁ tart. & ♁✳ ana ʒix, permiſce ℥ deſtillati aniſi ʒiij, ſuperfunde ▽ tartariſ. q. ſ. ad aliqualem mollitiem, ſtent ad aliquot menſes in miſtura, hinc deſtilla ſpir. admodum elegantem.

XXVI. Sanguis draconis.

Examinavi hoc ipſum, quod ab autoribus valde commendatur pro ſcopo adſtrictorio, & à Sylvio cum ✚ pro ſiſtendo ſanguinis quocunq; fluxu miſcetur. Affudi pulveriſato ✚, unde, quod mirabar, excitabatur effervescentia ſenſibilis, blanda tamen, & quaſi fermentatio cum bullis copioſis, ſuper liquorem multum eminentibus; continuabat hoc ad tempus; ſed tandem ſubſidebant omnia, pulvis tuber petebat fundum, liquor perſpicuus albicans ſupernatabat; quibus examinatis ✚ poſt aliquot dies perdiderat omnem acetoſitatem, fortius aëre attracto ſpirabant odorem non ingratum, ſed admodum ſuavem; ipſe ſubſidens pulvis ſaporem habebat gratũ, ſubdulceſcentem; ſed omni adſtrictione deſtitutum. Ergo dubito 1. an tantum proſit in adſtrictoria virtute, 2. an genuinus habeatur ſanguis draconis.

XXVII. Magneſia ♉ata.

De hac vid. Glauberus *part. 2. furnor. cap. 11. pag. 60.*

1. Deſtillavi hujus in fruſtula minora contuſæ ʒvj. ʒvij. in retorta vitrea lutata, igne aperto, & prodierunt primò guttulæ paucæ, hinc nebulæ ſpirituoſæ, ſed brevi poſt evanuerunt: & ſulphur perfectum flavum inflammabile emanavit guttatim, & concrevit in receptaculo, poſtmodum forti igne cum omnia eſſent deſtillata, ♉ ponderavit ʒv. ʒiß. reliquum totum in forma ſulphuris prodierat, liquor nullus erat, tam paucus, ut ſaltem alembicum humectaverit, ſaporis tamen aciduli, blandi, qualis ſpir. ♎ eſſe ſolet. ♉ ipſum coloris erat cœruleſcentis obſcuri, ſeu ex atro purpuraſcentis, elegantiùs tamen, friabile, fruſtula tamen ſicut immiſſa fuerant, integra, linguæ non adhæreſcebant, ſine omni ſapore.

2. In aëre libero detenta humidiuſcula fit, & in ♉ perfectum viridiuſculum efflorescit: hinc affunditur ros majalis deſtillatus, pro ſolutione, ſolutio filtratur & aſſervatur: ▽a ſolutione remanens denuo aëri expoſita, iterum in ♉ efflorescit, elixiviandum.

3. Magneſiæ cum ☉ fuſæ in crucibulo, ſi poſtmodum affundatur ſpiritus vini, extrahit ℞m auream elegantem; hæc inſpiſſata affuſione ▽ ſimplicis ſolvitur in ℞m ejusdem elegantis coloris, ſaporis ferè nullius, **doch faſt auf die Art/ wie die Schweffel**-labores **Schmecken/** huic inſtillatum ſpir. ♉ effervescit, & præcipitat materiam flavescentem, opacam; eſt aliàs hæc ℞ egregia in calculo ad pellendam urinam.

4. Magneſia hæc cum ♁☿ & ſimilibus alcalibus in △ fuſionis examinata, nullum ſuggerit metallicum corpus ♂le, aut aliud, quacunque etiam ratione tractetur.

5. Magneſiæ huic recenti affundatur ▽ ſimplex: ſtent in digeſtione, aut etiam decoquantur, nunquam tamen aliquid ▽ exinde ſolvet, aut extrahet, ſed colore aureo, antiqua duritie ſine alteratione perſtabit.

6. In patina vitrea concava ſi diutius aëri expoſita jaceat, tandem præter efflorescentiam ♉aceam, liquor in medio ejus confluet, ♉aceus, qui lignum ipſi aliquandiu injectum inſigniter indurat, **daß es faſt gantz ſteinhart wird.**

7. ♉ primæ iſtius deſtillationis ſub num. 1. brunneam cum ſpir. vini tartariſato dat ℞m, elegantem aurei coloris.

8. ♉ huic ipſi affundatur ſpir. ☉, qui effervescit fortiter, ſed brevi ceſſat motus iſte, ſuperſtat ſpir. pellucidus ſine ullo colore ſapore adhuc acidiuſculo adſtringente, ſed cum ♁ tart. vel alio alcali acquirit colorem elegantem, **ſchöne Iſabell-Farbe:** præcipitaturque crocus elegans ſimilis coloris, inſipidus, quaſi ▽eus, ut aliàs fieri ſolet.

9. ♉ huic ipſi affunditur ſpir. ♁, qui ſine alteratione ſenſibili aliquandiu ſuperſtat, aliquot tamen diebus leviter ad viriditatem inclinare videtur, ſaporemque acquirit dulcem, inſtar ♂; ſed ſi calori digerenti exponuntur, fortiſſimum & vehementiſſimum odorem ♎eum largiter ſpirat, ſpir. dulceſcit, & affuſione alcali tart. præcipitat corpus album, craſſum, breviter obſcurè virideſcens: hinc filtratione ſeparatum, exſiccatum abit in crocum ex nigro flaveſcentem, ut alii croci ♂ ſpiritu ♁ parati.

10. ♉ huic affudi denique ✚, quod elegantem ℞m rubineam ex acore manifeſto nonnihil dulceſcentem elicuit, ſed in omnibus his extractionibus copioſum ♉ nigrum ▽eum remanſit.

11. Rec. magneſiam hanc recentem, nec ab △ alteratam, ipſiq; affudi ſpir. ☉, & ecce ingens brevi poſt & impetuoſiſſima excitabatur effervescentia, qua vitrum intensè incaleſcebat, & fumi nitroſi rutilantes vitrum replebant;

Digitized by Google

bant; simulq; per chartam solidam triplicem vitro superligatam manifesto penetrabant: bullæ quæ copiosissimæ ex imo emergebant, ex porulis & meatibus in ipso magnesiæ corpore excavatis sensibiliter, imprimis per microscopium consideratæ prodibant: sub hoc effervescentia particulæ sensibiles & insignora sulphuris flavi ramenta ex concreto separabantur, & in ipso liquore fluctuare conspiciebantur: ita ut repetitis spir. uovi affusionibus totum corpus magnesiæ absumeretur, restitantibus solis dictis ramentis ♃eis flavis, liquor per filtrum separato, claro & intensè aureo rutilante colore transeunte.

12. Ramenta hæc ♃ea edulcorata albescebant magis quàm ♃ commune digitis verò attrita manifestum ♃ spirabant, & candelæ, admota mox flammam cœruleam odore acri, ut aliud ♃ commune, concipiebant, donec post efflagrationem, solitam ♃is pinguedinem viscidiorem relinquerent, copiosiorem tamen nonnihil.

13. Solutio verò cum ☜☉, præcipitata cum ♁☿ l. cum alcali ☉ dedit crocum elegantem, **Isabell-farbe**/ simillimum quoad omnia attributa illi, qui ceciderat ex extractione ♉ brunnei supra §. 8. commemorata; sapor tamen extractionis semper acidus, & horridè adstrictorius erat sine odore.

14. Eidem crudæ & recenti Magnesiæ affudi ☜♁, hic aliquot dierum mora nil alterabatur, nec ipsa materia; tandem calori digerenti exposita, flavedinem contrahebat mediocriter citrinam; separato ☜tu per filtrum qui semper antiquam obtinuerat ♃eam aciditatem, materiæ restitans eadem erat, quæ prius ante affusionem spiritus, eædem particulæ, nullatenus diffractæ, color idem aureus, cum omnibus reliquis proprietatibus, ita ut nihil omnino alteratæ apparerent; attamen spiritui instillatum ♁☿ p. d. hunc primitus turbavit & lacteo colore imbuit, donec saturatis omnibus sedimentum paucum, leve, album fundum peteret.

15. Ut de natura Martiali essem certior, examen magnetis instituì; equidem crudam & recentem Magnesiam, nec contritam nec pulverisatam magnes quacumq; ratione movebat, nihilq; quasi adhærebat: ♉ verò brunneo §. I. admotus, grossè primùm in pulverem contuso, movebat illud, & particulæ se erigebant, & ad motum magnetis se vertebant, etiam sensibiliter & aliquo modo copiosè ipsi adhærebant, non tamen adeo fortiter, aut copiosè, ut limatura ♂ perfecta solet: hoc tamen observavi, quod dictus pulvis impositus ferro, e. g. clathris ferreis ante fenestram, longè citius & fortius se moveret, ad approximantem magnetem, simulque copiosius adhæreret, quàm si alii cuidam objecto v. g. chartæ fuisset impositus.

16. Accepi magnesiæ ab aëre libero per aliquot annos resolutæ, & ut videbatur omnino in ☉ commutatæ ℥iij, huic affusi ▽ destillatam simplicem, & elixiviavi, postmodum cum filtra essent separata, materia exsiccata ponderabat ℥i, ℥v. ℈iiß. & gr. ij. ita ut, quantum elixiviando separavi, fuerit ℥j. ℥ij. gr. viij. quod remanebat, erat instar calcis seu terræ cujusdam gryseæ, insipidæ, aut saltem subdulcis, apparebant etiam hinc inde particulæ aureæ, crudæ scilicet, nec adhuc ab aëre resolutæ, inde denuo aëri fuerunt expositæ.

17. Liquorem hunc elixiviatum accepi, & per alcalia præcipitationes instituì, & quidem instillavi alteri ☜☊✳ & alteri ♁♑ p. d. in utroque turbatur in momento liquor, præcipitavit primò grumosa albicantia, quæ successivè obscuriora & ex viridi nigricantia reddita fuerunt; utut superficies tandem aëri sub integente aqua exposita elegantem croceum acquisivit colorem intensiorem, quæ erat præcipitata cum ♁☿ p. d. remissiorem, quæ cum ☜☊✳, non secus an ☉♂ vulgare facit, si cum dictis præcipitetur, edulcorata præcipitata & filtro separata, hinc exsiccata crocum flavum instar ochræ intensioris dederunt, sed flavedo tamen intensior ex ♁☿ ceciderat.

18. Accepi nodulum ex linteo, cui inclusera limaturam ♂, hunc immissi in solutionem istam, unde consequenter turbatus fuit nonnihil liquor, & bullulæ copiosæ externè nodulo adhærescebant, & successivè cecidit crocus elegans flavus, in fundum vasculi, quia acidum liquoris rodebat Martem noduli, undè istæ bullulæ, & ita dimissæ particulæ antea ab eo retentæ in fundum subsiderunt: quæ per filtrum separatæ crocum intensè flavum subtilissimum exhibuerunt: liquor qui filtrum transierat, acorem ferè omnem perdiderat, tantillum adstrictionis primo gustu referebat, in manifestissimam dulcedinem Martialem suavem desinentem: & cum stetisset aliquandiu, sponte talem crocum in fundum ulterius dimisit; nodulus exemptus flavissimus erat, & limatura contenta arrosa aëri libero exposita in crocum flavissimum abibat, in pulverem terendo redigendum: liquor hinc insipidus tanquam dulcissimus.

19. Accepi magnesiam supra §. 16. & destillavi △e aperto, ad morem ☜♋i in pauca tamen quantitate, ex retorta vitrea loricata, & prodiit primò phlegma, hinc spiritus nebulosi, sed pauci, tandem sulphur vivum ex retorta extillabat, & in receptaculo agglutinabatur, non tamen dimidio tantum, quantum exstillasset, si non aëri esset exposita, scilicet hoc, quod nondum ab aëre resolutum erat; odor, cum invicem

Digitized by Google

ſepararentur vaſcula, horridè & tantum non intolerabiliter ſulphureus erat volatiliſſimus; liquor ſulphureus acidus inſtar ~ ♁i non rectificati, ſed non adeo copioſus, proportione tamen ferè conveniens, atque ſi ♁ ipſum deſtillaſſes, & hoc parum ſiggerit, ſulphureum gas in vaſculo vitreo moderatè clauſo perſtitit, odor graviſſimè ſulphureus feriebat caput, & cephalalgiam moleſtam mihi inferebat, ſapor acidus, exactè erat ♁icus.

20. ♀ hujus deſtillationis ſimile ♀ §. 1. examinavi cum magnete, & obſervavi ſimilem naturam ♂lem, à magnete attrahibilem, atque §. 15. ſed multo interiorem, nec tam promtè movebantur particulæ iſtæ, nec tam copioſæ adhærebant ipſi, ſed magis inertes & quaſi ſemi mortuæ aut languidæ jacebant.

21. Hoc ♀ trivi cum ana ♁✳ & probè invicem & diu miſcui, ac exurgebat ſub miſtura odor ♆ea fœtidus, admodum ſenſibilis, ſimillimus illi, qui ex ♁ libus exſpirat, quando cum ♁bus tractantur, v. g. ex ſcoriis reguli ♁ blando acido præcipitatis: ſimilis etiam erat, non tamen adeo fortis, atque exſpirat ex ſpiritus ♁ cum ♀ iſto, ut ſupra §. 9.

22. Miſturam hanc per retortam vitream igne ſublimationis gradatim adhibito tractavi, & paucæ guttæ liquoris flaveſcentis intensè inſtar croci, quæ unitæ auream rubedinem exhibuerunt, prodierunt: hinc ſucceſſivè cum odore admodum ſulphureo, probè licet cum veſicis munitis vaſis, in collum retortæ ſe ſublimavit ſublimatum candidum, leviter admodum & parum flaveſcens odore ♆eo, quod linguæ impoſitum inſtar butyri liqueſcebat; nam erat admodum molle per ſe & tanquam glacies impoſita frigoris blandum ſenſum inferebat; in fundo retortæ ♀ nigrum inſtar cinerum remanebat, leve, friabile, in cujus ſuperficiæ efflореſcebat ♁✳ forti igne ſeparatum, & quidem quod ſummitates occupabat, erat ſicut id, quod in collo retortæ erat, molle, tenerum, liqueſcibile ſuper lingua & frigidiuſculum, ſed coloris elegantis carnei, infra hoc immediatè ſitum erat ♁✳ antiqua forma ſtriata, candida, duriuſcula ſublimatum, ♀ poſt hoc erat nigrum quaſi cauſticum, ſulphurei odoris.

23. Accepi fruſtulum hujus, cui affudi ~ ☉, hinc efferveſcentia ingens, fumus copioſus, flavus, ♆eo-☉ſus cum impetu evolabat, cum ingenti ſpumeſcentia, donec ceſſante efferveſcentia color flavus chartam circumſitam coloraret, & quod reſtabat, ex blando acore adſtringentiſſimi erat ſaporis, ſimili particulæ affudi ~ ♁, & efferveſcentia longè blandior excitata fuit, color hinc in ambitu viridiuſculus oriebatur, & ſapor dulcis ♂is; corporis relicti color viridiuſculus ſenſim intenſam flavedinem aſſumſit.

24. Croco eleganti per præcipitationem §. 13. cum ~ ☉ parato affudi poſt edulcorationem ✳ & hoc lentè admodum colorem Iſabellinum, tandem rubrum acquiſivit, ſapore nonnihil acidulo reſtitante, & cum tincturam præcipitarem cum ☍☿ p. d. color præcipitati ſimillimus erat præcipitato §. 13. ſcilicet Iſabellinus, ſed maxima croci pars ab ✳ intacta in fundo hæſit.

25. Occaſione tentaminis in §. 18. accepi limaturam ♂ puram eique affudi irrorando ſaltem liquorem ♂ ☉rem, quo exſiccato novum liquorem affudi, unde ſucceſſivè & crocus ex liquore attactu Martis præcipitatus & ipſe Mars ab acido liquoris corroſus in crocum ſimilem flavum abierunt.

26. Huic croco affudi ✳, quod ſucceſſivè omni depoſito acore dulce factum fuit perfectè, ſed antiquam perſpicuitatem citra coloris extractionem retinuit, huic per filtrum ſeparato inſtillatum ☍☿ p. d. præcipitavit ſubito pulverem craſſum, album paulo poſt in ſuperficie viride redditum: unde non dubito, etiam alios ~ acidos eodem croco reddi dulces.

27. Accepi liquorem §. 19. ex ♁o in ♎o reſoluto, deſtillatum, & phlegmatis in ♈ per retortam abſtractione rectificavi, & remanſit liquor elegantiſſimi aurei coloris, ſaporis acidi, ſubadſtringentis, non tamen adeo intenſi, atque eſt ſapor ~ ♁i, ſed longe blandioris, & omnis liquor ſeu ~ erat paucus.

28. Liquor aureus rubicundus §. 22. prolectus ſe miſcet promtè cum aqua, ſed evaneſcente ſpiritu ſalino-volatili ſucceſſivè liquor inſtar lactis albeſcit, & ſupernatant ei folia craſſiuſcula materiæ candidæ ſeu albæ, quæ etiam parietibus vitri pertinaciter adhærent: odor erat tunc inſtar ſolutionis ſaponis; ſicut etiam recipiens, in quo ~ hic fumoſus collectus fuerat, poſt ejus effuſionem ubique ferè lacte tinctum apparuit, & odorem ſolutionis ſaponis exactè retulit.

29. Accepi ♀ deſtillationis, ipſique affudi liquorem ♂ ☉ris, ſed nil immutatum ♀ permanſit, ipſe liquor affuſus exhalando nonnihil ſuum liquidum in ſuperficie acquiſivit cruſtam ſalinam; ſed & in ambitu vitri ſupra liquorem concrevit elegans ♁ cryſtallinum, ſubinde nonnihil flaveſcens, quaſi ſublimaretur inſtar ♁✳, quod ♁. ſaporis ex adſtringente dulcis erat perfectè inſtar liquoris ſoluti: fuit perfectum ♁. ♂le.

30. Si liquor nonnihil inſpiſſatus in loco frigido relinquatur, abit in cryſtallos ♁aceos ex quibus ♅ rubicundiſſimam elicit tincturam: ſed tandem remanet à cryſtallorum repetita coagulatione liquor craſſus butyri inſtar & pinguis, & nulla arte coagulabilis, qui tamen cum ♅ elegantem dat tincturam.

31 Mi-

31. Minera ♁ Haſſiaca in proba de ☉ & de ☽. ſimul participare ſolet.

32. Liquor ♆ fol. tart. affuſus mineræ huic imprægnatæ per aërem, ſubito extraxit ℞m rubicundam elegantiſſimam, ejusdem planè naturæ & ſimilis ſaporis, minus tamen blandientis atque ℞ ♁ ♂ Zwelfferi: quod & fit, ſi ipſa ♈ foliata ♀ in forma ſicca miſceatur probè terendo cum ana mineræ hujus imprægnatæ; ſic enim ſub ipſa miſtura intensè rubeſcunt, & in ♎ libero diffluunt in ℞m rubicundiſſimam; ob id accepi cryſtallos ♀ ex fermentatione tart. crudi cum ♑ ☿ in aqua ſoluto paratos, qui ſoluti in liquore dant ſolutionem flavedinis ferè aureæ; hæc permiſta liquori huic Martis mox intensè rubeſcebat, cum aliquali perturbatione; ſed diei unius alterius vè mora ſeparat in fundum ſedimentum quaſi cryſtallorum ſalinorum, & ſimilis cruſta ſalina coagulata etiam ſupernatat: hinc ſeparatus liquor intensè rubicundus & perſpicuus relinquit tale ſedimentum ♑num: ſolutioni verò ſeu ℞æ rubicundæ inſtillatum ♌ ☿ nil præcipitat; ſicut etiam tunc liquor ♂ ☉ris ſine alteratione ipſi permiſceri poteſt: ſedimentum iſtud ſalinum eſt revera ♀eum ſeu ♀ regeneratus, ſubſidens: hinc enim affuſa aqua frigida non diſſolvitur; aut eſt quaſi tartarus quidam ♁atus.

33. Idem evenit cum liquore ♆ fol. tart. qui permiſtus cum liquore ♂li in momento ℞m rubicundam conſtituit, ſed præcipitat ſedimentum ad fundum flaveſcens, à quo decantata ſupernatans ℞ rubicunda probè poteſt miſceri cum novo liquore ♂li, cum augmento rubedinis, ſine ullo præcipitationis veſtigio; id quod præcipitatum erat, affuſa aqua frigida ſolvebatur ſubito, ſaporis erat ſubſalſi, & ita ♀eum potius erat, quam ♂le; coloris flavi aurei, unde & de ♂ forſan aliquid ſed tantillum conjunctum obtinebat.

34. Licet vaſe clauſo mineræ affuſa ♈ ſimplex vel ♌ tart. p. d. nullam in eadem vel minimam fecerunt alterationem; attamen mineram hanc in fruſtula minuta contuſam irroravi leniter ♌ tart. p. d. & in vaſe patulo ita aëri libero expoſui; hinc factum fuit, ut efflorverit ſucceſſivè elegans crocus rubicundo flavus, Martialis, ita ut tota fruſtula cteberrimus obduceret, ſed partes ♃eo-aureæ intactæ manſerunt, & planè inalteratæ, etiam ipſa mineræ fruſtula ſatis dura, utut ratione ſubſtantiæ ♂lis copioſius efflorſceret crocus ex irrorato iſto oleo tart.

XXVII. Fermentatio muſti.

1. Muſtum clarum per chartam bibulam filtratum, hinc ſepoſitum, & altero die pauco ſacchato addito animatum, primò turbari cœpit, (nam quamdiu clarum eſt, non fermentat) hinc ſucceſſivè bullulæ ex imo elevabantur, (ſimiles iis, quæ oriri ſolent, quando acidum ♈eo, vel minerali vel alcali fixo affunditur, dum roſio & mutua actio intercedit) hinc augeri ſucceſſivè illæ bullulæ & turbari muſtum cœpit; in tantum etiam bullularum copioſiſſimarum proventus ſucceſſivè auctus fuit, ut notabilis ſtrepitus & futurrus audiretur: Hæc dum fiebant, ſucceſſivè materia quædam fundum petere & ſenſim augeri cœpit, interim continuabat quaſi iſta ſtrepitoſa effervescentia, & materia in fundo augebatur, donec pedetentim ceſſarint bullæ, clareſcebat liquor, evaneſcebat ſtrepitus, & quæ obſcurabat liquorem quaſi undique diſperſa nubes, ſucceſſivè fundum petere, & viſibiliter gradatim à ſummo ad ima deſcendere, & hinc liquor clarus, perſpicuus, citrinus ſapore & cæteris proprietatibus vinoſus ſupereſſe cœpit; peracta fuerunt hæc ſpatio 8. dierum, in hypocauſto moderatè lepido.

2. Muſti hujus parti jam fermentati per biduum inſtillavi lixivium ☿ ~ carminativi, & ecce ſub inſtillatione copioſæ bullæ emergere incipiebant, ſed ſub ipſa inſtillatione continuata evaneſcebant, intermittebat omnis fermentatio, & in ſepoſito hoc muſto feculentiæ quædam ad fundum ſecedebant; ſeponebam cum priori illo in eodem loco, & intra biduum fermentari denuo incipiebat, iisdem cum phænomenis, quæ antea in illo priori muſto obſervabantur, inſtillabam denuo prædictum lixivium, & ſub inſtillatione, idem quod prius, apparenter intendebatur fermentatio; ſed quæ mox remittebat, & hinc novæ feculentiæ fundum petebant, clareſcebat ſucceſſivè liquor, & abſque ulteriori fermentationis progreſſu penitus ceſſante clareſcebat; ſed reſpectu vinoſi liquoris ex illo priori muſto, craſſus, aurei coloris, & ſaporis dulcis muſtei, ſed cum alcalino ſapore ſenſibiliter intermiſto percipiebatur.

3. Muſto eidem mox per chartam filtrato addidi C.C. uſtum tam nonnihil groſsè pulveriſatum, quàm integris fruſtulis; effectus fuit, quod muſtum ſub permiſtione dictorum occulte efferveſcere, copioſas bullulas emittere, etiam ſepoſitum tales ex imo protrudere cœpit; ſed tertia die muſtum antea turbidum clarum omnino reddebatur, paucæ bullulæ nec niſi ſub vitri agitatione ex imo emergere cœperunt, & liquor clarus albido-flaveſcens ſupererat, feculentiis quibusdam in mediocri quantitate ex liquore claro ſeparatis; fundum, ubi C.C. uſtum, petentibus: putabam, omnia ſic permanſura; ſed quarta præter propter die turbabatur denuo muſtum; hinc manifeſto fermentabat, &

eodem modo, ac muſtum iſtud num. I. ac iisdem phænomenis non obſtante C. C. uſto, mediocri quantitate addito, fermentationem abſolvebat, at longius paulo, nempe tardius inceperat, eam protrahebat, ſed parum hoc erat; color, ſapor, odor, conſiſtentia erat eadem, cum illo num. I. ſed ſapor ſaltem aliquid extranei à C. C. contraxerat, non facile explicabile, nempe ſicut C. C. uſtum, ſolitariè guſtatum, neſcio qualem ſaporem exhibet, ita & hunc hoc vinum repræſentabat.

4. Eodem tempore limaturæ ♂ affudi muſti per filtrum colati partem, hinc bullæ paucæ emergere cœperunt, ſequente die muſtum clarum omnino, ſed fuſco nonnihil & obſcuro colore tinctum videbatur, & mediocres feculentiæ fundum petebant, quod ſaltem in illis fiebat muſtis, quibus tale corpus acidum abſorbens inſtillabatur, (nam muſtum ſibi relictum, non niſi ſub ſucceſſivo fermentationis motu feces ſeponit,) ſed tertia vel quarta die eodem modo ac dictum num. 3. turbabatur, nigreſcebat, & aperte fermentare incipiebat, ſub qua fermentatione indies magis nigreſcere, copioſius feces ſeponere obſervabatur; protrahebatur autem diutius, quàm modo dictum muſtum, fermentatio, etiam per aliquot dies, quod bullularum adhuc in nigro licet atramentario obſervabatur liquore proventus; vinum hinc proveniens coccineo ſeu ſanguineo nigrum ſaporem habebat ♂lem dulcem quaſi auſterum, abſque omni adſtrictione.

XXVIII. Sanguis humanus. Ova.

Duorum fratrum laudabiliter conſtitutorum ſanguini ante 4. vel 5. horas ex vena emiſſo inſtillavi ~ ☉i, unde apparebat mox obſcurus color in ambitu, ſed efflorescebat in ſuperficie color albus, qui nil aliud erat, quàm ſpuma ſubtiliſſima; ſucceſſivè fundum petebat ſub ſpuma albeſcente, fovea intensè nigra, craſſa cum ſanguinis coagulo nigerrima.

Idem planè fiebat cum ~ ☿.

Spiritus ☾ infuſus in momento ſubjectam maſſam turbat, copioſos fumos effumare facit, albidos, color aderat albus, ſed qui partim coagulum ſeri eſt, partim ſpuma inſignis ſuperficiem occupat; colores hi ſucceſſivè liveſcunt, in ſpecie in ambitu, ubi circulum cinereo-lividum conſtituunt; pars ita alterata à reliquo grumo ſeparata, tota ſolida, coloris luridi, ex cinereo liveſcentis, apparebat horridè.

Inſtillatæ guttæ ☿☾ in ▽ ſoluti, item ☿ alcali ☽, in ▽ ſoluti dat colorem intensè coccineum, rutilitantem, cum efflorescente in ambitu circulo eleganter coccineo, id quod ſupererat, videbatur eſſe ſimilis elegantis coloris & conſiſtentiæ vel æqualis, vel quod probabilius, magis fluidæ, quàm reliquus grumus.

Inſtillatus ~ ☿✳ parum vel nil alterat, ſaltem colorem obſcuriorem quodammodo & præſentare, & maſſæ ſubjectæ conciliare videtur; conſiſtentia vel non, vel ſaltem in fluidiorem paulo mutata.

Sero ſupernatanti cruento tunc demum decantato inſtillavi ~ ☽, qui hoc præcipitavit & coagulavit ſubito, in conſiſtentiam quaſi caſeoſam, aut grumoſam, primò albidam, ſucceſſivè magis magisque ſpiſſeſcentem, ac ex cinereo liveſcentem inſigniter.

Eidem ſeparatim inſtillavi ~ ♁, & exinde liquor ex rubro nigricantior longe evadebat, donec ſucceſſivè etiam, minus tamen quàm in præcedente experimento ſpiſſeſceret, & grumulos craſſiuſculos obſcuros & quodammodo ex carneo albidos ſupponeret; liquore obſcuro ſupernatante.

Aliquot ſeptimanis interjectis in ſanguine ancillæ V. S. emiſſo, cui poſt grumi reſidentiam copioſa ſupernatabat lympha, ſeu ſerum, quodammodo flaveſcens, inſipidum; tentavi in hoc exactè ſeparato per decantationem, ita ut nihil ſanguinis intermiſtum eſſet, ſequentia.

Ipſi infudi guttatim ~ ☽, & ecce, ubicunque incidebat, grumeſcebat, liquor in momento in ſedimentum quaſi caſeoſum, candidum elegans, probæ conſiſtentiæ; continuabam inſtillationem hanc, & totus liquor condenſabatur, in tale coagulum, ſupernatante pauco liquore limpido, guſtu acido, quem decantavi; grumo huic caſeoſo, copioſo, candido, firmo, aliquoties ▽ ſimplicem affudi, ut ſi quid eſſet ſuperfluæ aciditatis, hoc ipſo qu. ſi elueretur; & ita per noctem reliqui: manè ▽m hanc exactè totam decantavi & ſeparavi: grumo caſeoſo nullatenus mutato, in quodam loco ad certum terminum affudi ſolutionem ☽ fixi, exactè alcaliſati ſeu urinoſi, & nulla viſibilis alteratio intercedebat, ſed pedetentim & ſucceſſivè, magis magisque albus color obſcurabatur, & ad cinereum, quodammodo ſublividum vergebat, ipſo grumo reliquo in eodem candore perſiſtente: ipſa etiam iſtius ab alcali obſcuratæ partis conſiſtentia firma deſtructa, & mollior, liquidior inſtar cujusdam mucilaginis, aut liquidior & obſcurioris gelatinæ facta videbatur: alteri loco grumi caſeoſi candidi ſuperaddidi ~ ☿✳ cum ⊣E clavellatis factum, non adeo tamen acrem, & pedetentim ſimiles mutationes atque cum alcali ☽ factæ erant, intercedebant: non adeo tamen intensè, i. e. color non adeo inſigniter liveſcebat, & obſcureſcebat, nec conſiſtentia adeo inſigniter liquefacta erat.

San-

Digitized by Google

Sanguinem viri V.S. emiſſum, dum ex vena adhuc efflueret, incidere curavi in patellam vitream, cui ℞ deſtill. terebinthinæ ℥ j. infuderam, ita ut ſangniuis ad minimum ℥ß. vel ʒvj. illaberentur : ſanguis fundum petebat, ſed brevi poſt denſius coibat, & perfectè coagulabatur, ſanguine illo, qui in pelvi per ſe aſſervatus erat, fluido adhuc & tenui exiſtente; & ſanè mirabar non leviter, talem brevem & omnimodam ſanguinis grumeſcentiam, absque ſeri veſtigio; ipſo ſanguine in ſuperficie hinc inde bullulas emittente, quæ bullulæ ſucceſſivè abibant in corpuſcula rotunda, alba, tenacia, tanquam parvæ perlæ dimidii piſi magnitudinis; ſanguis verò in ſuperficie lividus admodum tenax & tetri coloris evadebat, in fundo craſſus, ſpiſſus, ſed rubeus; cruſta iſta livida & tenax admodum erat.

Sanguinem bubulum recentiſſimè collectũ in MB poſui, ut phlegmatis partem ſepararem: hoc facto accepi ſanguinem, quaſi in parenchyma concretum, & ejus duas æquales ad lancem expenſas partes deſtillavi; primã partem mox forti arenæ igne ad ſummam uſque calcinationem deſtillavi, & abjecto oleo ſpiſſo, tenaci, picis inſtar in fundo vaſis cohærente poſt ſeparationem per filtrum aqua humectatum rectificavi liquorem, & tum in ⁘ adhuc per altam phiolam deſtillavi, & ☿ volat. puri ſeu ſinceri ʒ i i j. ℈ß. accepi. Alteram partem in fruſta confractam & diſcerptam in patella lata charta ſaltem contectam putreſcere permiſi, donec fœteret, & vermes generaret; hoc facto ſimiliter deſtillavi, & ſub primo △ ſenſu animalcula hæc omnia in receptaculum protepſerant, quæ inſequebatur phlegma, ~ & oleum; quæ penetrantioris & acutioris omnia videbantur odoris & ſaporis, quàm priora iſta, oleum liquidum & fluxile & molle cum vermibus ſeparavi à liquore per filtrum : phlegma ~oſum deſtillavi pro rectificatione, liquorem rectificatum per phiolam deſtillavi, & accepi ita ☿ volat. ʒ v. & ita ultra medietatem plus quàm ſub prima deſtillatione. ☉ utraque calcinavi, & ☿ fixum elixiviavi, urinoſum, candidum, ſed quod multum quoad acrimoniam cederet ☿bus fixis vegetabilium, nec tàm promptè liquefceret in ☁, ſaltem tempeſtate pluvioſa, delicatius longè, & levius ac quaſi lamellæ aut bullulæ tenues eſſent.

Fœminæ ſanguis V.S. emiſſus copioſum ſerum flavum ſupernatans habebat. Huic ſero inſtillatus ſpiritus vini, per ſe rectificatiſſimus turbavit & coagulavit illud in coagulum albidum, moderatè craſſum, ſupernatans liquori limpido.

Eidem ſero inſtillatum phlegma ☽ acidulum in momento coagulavit hoc in offam craſſam, ſpiſſam, albam; poſt biduum coagulum hoc colore flavo tinctum fuit, eodem nempe modo atque ~☉ ſolet tingere: coagulum hoc quaſi caſeoſum & firmum, flavum, ſupernatavit liquori flavo tenui in fundo vaſis hærenti.

Ob experimenti analogiam eundem ſpiritum vini, qui modo coagulaverat ſerum, affudi albumini ovi recentis, & ecce ſub ipſa inſtillatione albumen ovi condenſabatur, ſeu potiùs præcipitabatur in corpus album, opacum, tenax, foliaceum, & membranaceum, donec inſtillatione iſta continuata, copioſum coagulum caſeoſum, tenax candidiſſimum totam vitri capacitatem inæqualiter replens ex albumine iſto emergere cœperit, cui ſimile vix memini me vidiſſe, forſan lac acido præcipitatum tale coagulum ſubminiſtrat. Interſtitia hinc inde liquor tenuis limpidus replebat, à ☿ ut videbatur natus.

Tandem vitello iſtius ovi inſtillatus & permiſtus idem ☿ denſabat iſtud in corpus ferè ſpiſſius, quàm in albumine factum erat, quaſi friabile; unô verbô: **Es ſahe aus wie gerührte Eyer;** Saltem quod color minus flavus, ſed ad albedinem inclinans obſervaretur.

Supradicto ſero ſanguineo inſtillavi ~ ☿✳ vinoſum, ſeu cum ☿ & ☤ factum, unde admodum turbabatur liquor, ſed æqualiter per totum ſui; hinc poſt biduum conſiderata mixtura in corpus ſolidum, non fluidum inſtar gelatinæ perfectiſſimæ coaluerat, diviſibile, & cujus portiones etiam in ſolida conſiſtentia permanebant; ipſum integrum ad capacitatem vitri confotmatum ſolidam gelatinoſam obtinebat conſiſtentiam; color ex albo aliquantiſper flaveſcere videbatur.

Pro ulteriori ſcrutinio cum ovo tentavi ſequentia: Albumini ovi inſtillavi phlegma ☽ acidulum, ſupra inſinuatum, à quo poſt aliquot dierum inſpiſſationem coagulatum obſervavi in corpus craſſum, ſpiſſum, flavum, ſimile ferè, ſed denſius & magis flavum, quam ſupra cum ſero ſanguinis factum fuerat, ſupernatans liquori tenui, limpido in fundo; coagulum eſt quaſi friabile.

Idem phlegma inſtillatum vitello ovi coagulavit illud, ſed cum copioſa minimarum bullularum eruptione in corpus denſum, quod poſt aliquot dierum inſpectionem erat denſum, flavum, ſed color nativus vitelli remiſſior, odore inſtar ſevi rancidi nonnihil, & conſiſtentia unctuoſa.

Albumini permiſtus ~☿✳ cum ☿ paratus turbavit & in corpus lacteum ſpiſſius illud denſavit, poſt aliquot dierum inſpectionem gelatina candida perquàm ſpiſſa & tenax ab eo congelata fuit.

Idem ☵ ☉✳ cum ♆ vitello ovi permistus post aliquot dierum inspissationem corpus densum; tenax, spissum admodum & minùs tractabile exhibuit, colore instar ceruminis aurium, sed magis aurei.

Ex omnibus his elegantissimum concretum fuit albumen ovi cum ♆ coagulatum.

Cum mactarentur sues, accepi sanguinis hujus sinilli, dum ex vasis circa collum incisis actu flueret, vitrum phiolæ figura, ferè plenum; huic permiscui pulveris ☉✳ tantam quantitatem, quantam putabam sufficere; omnia probè partim cum baculo, partim per agitationem vitri miscui, & ita sepositi: vitro cum vesica & charta probè clauso.

Effectus fuit, quod sanguis diu fluidus à colore nativo ex intensè rubro obscurè nigrescente nihil declinans asservatus fuit, sine ullo corruptelæ signo, nisi quod propè sanguinis superficiem in lateribus vitri subinde parvi grumi sanguinei se affigerent; qui separato ab iis omni sanguine fluido non-corrupto & ita extravasato in aliud vitrum, nihilominus in superficie subinde denuò se repræsentabant ac de novo fiebant.

Durabat sanguis ita integer ultra medium annum, sed abhinc ad corruptionem vergere ex odore putrido fœtido ☐so, ferè instar stercoris humani percipiebatur, in cæteris qualitatibus idem nihil mutatus accrescebat indies hic fœtor, sine ulla alia notabili sanguinis mutatione, donec admodum horridus evaderet: ob id dimidiam sanguinis hujus partem asservavi usque ad 13. mensem; ubi in vase amplo charta acu perforata munito radiis solaribus pro ulteriori tentamine exposui.

Alteram præfati sanguinis medietatem cum ♆ communi pro ulteriori putredinis progressu inhibendi miscui, sed ecce sub ipsa ♆ infusione & mistione sanguis antea fluidus & tenuis & obscurè nigricans apparenter saltem, mox condensari & in grumos coagulari incipiebat, eosque rubros, non tamen adeò intensè, sed carnis instar dilutioris apparere incipiebat. Perdurabant hi sanguinis condensati grumi sine ullo corruptionis indicio, etiam priori gravi fœtore penitùs destructo, sine ulla alteratione cum grato ♆ odore diutissimè, donec mense Martio radiis ☉bus pro ulteriori tentamine exposuerim.

Mactabatur taurus anno 1675. mense Novembri, cujus sanguis ex jugulo inciso effluens excipiebatur vitro ♆ semipleno: Unde subitò sanguis coagulabatur, in consistentiam spissam, & grumosam, ita ut integer grumus unus totum vitrum repleret, coloris carnei, sine ullo seri separati vestigio; duravit hoc ita usque ad annum 1677. die 14. Februarii, tum stylo tractatus mollis deprehenditur, coloris rubri absque putredinis aut fœtoris ullo indicio: saltem exactius naribus investigatus odor, nescio quid horridi, aliquantisper fœtentis odoris objicit.

Eodem tempore ex eodem tauro exceptus fuit successivè etiam sanguis vitro, in quo lixivium ☉ cinerum clavellatorum ad medium ferè inerat: hinc sanguis exceptus benè agitatus fluiditatem suam conservabat, & tenuis, sed niger instar atramenti apparet. Per æstatem vitrum aliquando adspiciens, deprehendi superiorem ejus medietatem vacuam spuma cum ingentibus bullis repletam, motus cujusdam fermentativi indicium: non tamen aperui liquorem: tandem penitùs evanuerunt hæ bullæ, saltem vestigia glutinosa lateribus vitri ferè hexagona adhæserunt, ab ista spuma relicta: dum vitrum aperui, liquor fluidus, nigricans, sed stercoris instar fœtidus fuit observatus.

Anno 1676. mense Januario mactabantur sues; accepi ergo 2. vitra, alterum portione ☊ pulverisati refertum, alterum ☉o cum ▽ soluto ad medium ferè repletum: Utrique sanguinem ex jugulo porci per siphonem immittere, & benè invicem agitare curo. Effectus fuit, quod sanguis, qui cum ☊ soluto junctus fuit elegantem & coccineum colorem acquisiverit; sed successivè color hic floridus in nigricantem atramenti instar mutatus fuit, & 1677. 14. Februarii eodem modo adhuc in tenui fluiditate se habuit: sed aperta vitra odorem fœtentem similem priori isti sanguini exhibebant.

In omnibus tamen his fluidis sanguinibus in superficie prope vitri parietes aliquid grumosi hinc inde in orbem adhærere observabatur, & etiam circa fundum spissior paulò sanguis esse videbatur.

XXIX. Semen Sinapi vel Erucæ & Coriandri.

Acre hoc & sale volatili acri turgidum pro hujus scrutinio examinatum fuit. Recepi hujus contusi ℔j. ♆ pulverisatæ minutissimæ ℔ij. miscui, & ex cucurbita, igne arenæ gradatim & cautè, ne cucurbitam diffringeret, adhibito destillavi; prodibat ▽ limpida, ♆m spirans, in fine admodum acris odoris; saporis moderatè acris pungentis; rectificavi hunc liquorem, bis per ℳ & ita is parte præter propter hujus collecta habui liquorem admodum acrem, volatilem, pungentem & linguam quodammodo adurentem, naresque suo olfactu fortiter ferientem: per alembicum majusculis prodit striis: instillatus liquor solutioni ☊li in ▽ simplici, hanc in momento præcipitat, in parvos obscuros grumulos, primitùs ferè ad modum ☵ ☉✳: sed hi subsederunt tandem in sedimentum ex obscuro

obſcuro-flavum ſeu luteum, ſupernatante liquore limpido, intenſè cœruleo ſeu ſapphirino: nam ſolutio ☉l. erat ex ☉l. ♀, ſed pellucido; nam & liquor hic poſt primam rectificationem adeoque copioſo adhuc phlegmate dilutus præcipitavit etiam lente ☉l. in præcipitatum flavum, rarum & flocculorum molliorum inſtar ſubſidens, liquore pellucido nigro ſupernatante, ſeu potiùs ex viridi obſcuro colore prædito.

Tentavi idem cum ſemine Coriandri, & quidem effœto nec adeò recenti, ſed propter copiam ♆ nimiam & ▽ affuſæ paucitatem minus feliciter; accepi tamen ▽ cum ♁ pauco ſupernatante, acris & penetrantis odoris, ſaporisque: affudi eam cum copioſiore addita ▽ remanentiæ, & ſortiori △ arenæ deſtillavi; quod poſteà per filtrum chartaceum ▽ communi imprægnatum transcolatum in B. lampadis rectificavi, & ita accepi ☁ non adeò adhuc rectificatum, licèt paucum, ob ſupra dictas conditiones, ſapore tamen acri, penetrante, & ſuaviter & eleganter aromatico, odore admodum acri & penetrante; qui ſolutioni ☉li ♂ affuſus in momento eam præcipitavit, in obſcurum nigrum præcipitatum, ſupernatante alio colore rubro, ſeu **Iſabel-Farbe**: miſtus ☁ cum ☁ ☽ aut ☉l. ſenſibiliter quidem non adeò efferbuit, denſum tamen & album fumum elevari fecit.

Ex iſtis judicandum relinquo, quid fieret ex miſtura ſeminis ſinapi, ♆, ☿✳ & ♅; per retortam deſtillatis.

XXX. Bilis.

1. Recepi bilis bubulæ ℥ ij. & lactis bubuli ℥ jv. hæc invicem permiſta ita obliterant bilis ſaporem, ut ferè inſenſibilis guſtu aut leviſſimè ſaltem eſſe ſoleat: quod ſi ebullierint, vel moderatius ad aliquot horas, vel fortius per horam, ad imitationem Mearæ, idem effectus eſt experimenti, qui Lowero contigit, nempe nulla rubedo.

2. Lacti ita bile imprægnato ante ejus coctionem inſtilla parum ☿, non adeò fortis, & lac in grumos præcipitabitur; idque ſine ſaporis aut coloris albidi alreratione, quin potiùs ſerum, quod ſupernatat, poſtmodum limpidum, inſipidum, aut moderatiſſimè dulce deprehenditur; ſed poſt binos vel ternos dies relictum ſine alteratione in colore nihilominus denuò ſenſibiliter amareſcere cœpit.

3. Aquæ ſimplici inſtillentur ejusdem felis bubuli guttæ & permiſtæ liquorem limpidum, vix tantillo turbidulum exhibebunt, ſapor tamen amarus bilis ſenſilis in eo eſſe deprehendetur: quodſi huic ipſi ☿ non adeò fortis parum inſtillaveris, mox liquor turbabitur, & lacteus candidus turbidus evadet, cujus tamen aliquot guttæ exactè guſtatæ adhuc amarorem facilè tamen tranſeuntem conſtituunt; ut primo ferè inſipidus appareret.

XXXI. Acida cum ♁is deſtillatis.

Accepi ♁ pinguedinis humanæ cum ☥bus deſtillatum, idque volatiliſſimum, & penetrantiſſimum, ferè inſtar ☉ cujusdam volatilis, recens coloris ex flavo citrini ſeu aurei; affudi guttatim ☁☽ probè rectificatum, non tamen recentem; excitatus exinde fuit fumus candidus, ſatis craſſus, & pedetentim color liquorum mutatus eſt in intenſiſſimam rubedinem; ſed cum aliquandiu ita ſtetiſſent, corpus ex rubro obſcurè nigreſcens fundum petiit, craſſum, viſcidum, tenax, imò perfecta reſina inſtar aſphalti, ſed molliuſcula eadem & levi manus digitorum tractatione molleſcens, in frigore denuò dureſcens, quæ etiam candelæ admota ſubitò flammam conciperet, & celeri deflagratione tandem carbonem relinqueret.

Accepi oleum deſtillatum aniſi ritè paratum, & quaſi guttatim ♁ ☉l. acidiſſimum, quod prout guttatim incidebat, ita etiam proportionaliter coagulabat ♁ iſtud deſtillatum in momento in reſinam denſam, ſpiſſam, primitus rubicundiſſimam, poſtmodum obſcurè nigreſcentem, denſam, ſapore acido igneo, pro ratione ♁ ☉li cum miſcerentur invicem hæc olea, calor intenſus nonnihil producebatur, ſine ullo tamen motus effervescentiæ veſtigio: credo quod olea utraque condenſata non potuerint nimis effervescere, defectu phlegmatis ceu vehiculi. Idem ſucceſſus quoad coagulationem etiam fuit obſervatus cum ♁ deſtillato carvi, chamomillæ, &c.

Cum conſtitiſſent ☁ ſeu ♁ ☉ol. & aniſi mutuo, in talem ſpiſſam conſiſtentiã, pro eluendo acido nimio, affudi ▽m ſimplicem, & elui probè, & liquor exinde ex flavedine turbatus fuit, & odorem ferè myrrhæ inſtar ſpiravit, relicta in fundo ſubſtantia ſolida, flaveſcente modicè, ▽æ non commiſcibili, quæ probè elota & exſiccata guſtu in lingua & dentibus examinata ſaporem ferè nullum utut glutinoſitatem viſcidam dentibus reſinæ inſtar adhærentem exhibuerit: examinavi eam ſubjiciendo △i flammæ candelæ, & quidem fumum ſparſit, & tandem carbonem reliquit, ſed propriè inflammabile minus extitit. Cum verò exactè exiccatum fuiſſet, flammæ admota reſina flammam concepit; quin etiam guſtata ita, inſipida planè & iners, ſed nonnihil glutinoſa apparuit; quæ tamen brevi poſt acrimoniæ rodentis ſenſum

Digitized by G

ſum in faucibus reliquit, ad inſtar reſinarum purgantium, blandum tamen ſeu mediocrem. Accepi etiam hanc reſinam, & affudi ☿ probè rectificatum, non tamen ☐ſatum, & ecce hic inſtar ▽æ limpidæ cum fuiſſet, brevi poſt flavedinem intenſam contraxit, & ita dictam reſinam extraxit, quin etiam ſapore aliquid aniſati manifeſto repræſentavit, in fine acriuſculum, reſinis proprium; hinc eſſentiæ cum ☿ paratæ infuſa ▽ ſimplex turbavit eam, & denſè lacteam reddidit, ut alias fieri ſolet.

Accepi ♁ ☊tum terebinthinæ, ▽ inſtar ſimplicis, & inſtillavi modo dictum ♁ ☉l. unde intenſiſſimus æſtus & efferveſcentia excitabantur, ita ut in tantum vitrum incaleſceret, ut manu non poſſim tenere; ♁ verò ipſum permiſcebatur, cum ~ ☉l. & evadebat corpus obſcurè rubeſcens, hinc inde liquidum inſtar rubræ reſinæ vitro adhærens, & denuò defluens: liquida tamen adhuc in conſiſtentia, utut quàm ♁ in ſe ipſo longè ſpiſſiore, denſiore & opaca.

Ob id candelæ cereæ admovi vitrum, his ♁ ſemicoagulatis refertum, quæ cum incaleſcerent, inſignis ſtrepitus, efferveſcentia & continuata incaleſcentia ſequebatur, cum copioſo fumo exhalante, ſimillimo odore & reliquis qualitatibus atque ſolet eſſe fumus ex ♃ incenſo exhalans. Miratus ſum hunc fumum, cui nil præterquam ♃is incenſi halitum comparare potuerim. Et cum aliquandiu ita ebulliiſſent, & efferveſcentia concitata fuiſſet, refrigerata maſſa longè ſpiſſior & tenacior, obſcurior etiam, gryſei coloris fuit, adhuc tamen liquida, nec in debita conſiſtentia, adhuc nempe fluida.

Ob id accepi ▽ ſimplicem frigidam, & inſtillavi aliquantulum hujus liquoris coagulati, & ▽ exinde notabiliter incaluit, in fundo verò hæſit concrementum gryſeum obſcurum, ▽ turbida ſupernatante, ob id cùm pennâ omnia agitarem, cuncta aquæ exinde commiſta fuerunt, imperfectè tamen, ita ut grumuli hinc inde coagulati vitro ſe affixerint; tandem tamen omnia ▽æ permixta fuerunt, ita ut ſolutio etiam per filtrum obſcura tranſierit: ſed tàm firmiter omnia juncta fuerunt, ut etiamſi ♁ ☿ p. d. inſtillaverim, nihilominus ceſſante etiam ad ſaturitatem uſque efferveſcentia, nulla præcipitatio, nec hujus ne veſtigium quidem obſervari potuerit: Factum hoc etiam cum ſuperiori ♁ aniſi cum ♁ ☉l. coagulati ſolutione; hæc enim cum ▽ ſimplici, ut ſupra dictum, facta nullum veſtigium præcipitationis per ♁ ☿ inſtillatum præſtitit, ſed ſine confuſione etiam ſaturata perſtiterunt.

Accepi idem ♁ deſtillatum Therebinthinæ ▽ inſtar clarum. & pellucidum: & inſtillavi guttatim ~ui ☉ probè rectificato, ſed non adeò recenti, ſed ſine ulla alteratione ♁ pellucidum ſupernatabat ~ui, & etiam ita relictum mutuò perſtabat: unde candelæ tenui flammæ pedetentim admovi, exinde cum incaluiſſent vitrum & contenta, mirus ſtrepitus, ebullitio, & amborum contentorum efferveſcentia inſecuta fuit, tanta, ut etiam cum inſigni ſonitu ſubinde impetuoſæ elevarentur bullæ; & integrum vitrum bullis undique repletum eſſet. Etiam materia ebulliens diu poſt remotionem à candela adhuc efferveſcendo vitri oris excederet, & undique longè diffluereet; refrigeratis omnibus bullæ in vitro quæ deciderant, in reſinam pellucidam rubicundam eleganter, tenacem, unô verbô, perfectam terebinthinam odore & ſapore coaluerant: iſtud quod bullæ non fuerat, in liquida adhuc forma perſtabat: Vitrum verò extrinſecus, quouſque defluxerat ebulliens maſſa poſt refrigerationem quaſi terebinthinâ perfectâ ubique obductum eſſet: tenax, viſcidum, & tactui pertinaciter adhærens, deprehendebatur: ita ut dicerem: ex oleo terebinthinæ hoc modo per ~ ☉ perfectam terebinthinam regeneratam fuiſſe.

Accepi ♁ deſtillatum aniſi & ei inſtillavi eundem ~ ☉, unde ♁ quidem ſupernatabat, ſed ~ ☽ ex pellucido nonnihil lacteo-turbidus evadebat, ipſum verò ♁ flavum moderatè perſpicuum pedetentim ſpiſſiorem conſiſtentiam, denſiorem opacitatem & colorem magis magisque rubeſcentem acquirebat; ſed cum moræ impatiens poſt 4. vel 5. horas candelæ admoverem vaſculum, & contenta, cum incaluiſſent, leviter ex calore ebulliebant, ſed ſine propriè ſic dicta efferveſcentia, ♁ autē ipſum craſſius & ſpiſſiùs ſemper evadebat, fum⁹ verò qui exhalabat, aniſū ſenſibiliter ſpirabat; magis magisq; poſt iteratas incaleſcentias condenſabatur oleum, ita ut etiam nigrum colorem, craſſam & ſpiſſam conſiſtentiam acquireret, & cum agitarentur invicem, ipſum ♁ fundum petebat, ſpiritu ☉, quantum adhuc reſtabat, idque maximam partem oleo ita condenſato ſupernatante; oleo ipſo utut ſatis ſpiſſo, adhuc tamen fluidam, mediam inter fluidam & non-fluidam conſiſtenriam obtinente; ſapor verò ejus, guſtatus leviter, primo gratus erat aniſatus, ſed qui ſubitò facies & linguam acerrima acrimonia mirè vellicaret, & pungeret: jurares lac eſulinum vel tithymalinum in ore habuiſſe; imò refrigerata hæc invicem cùm poſtmodum conſiderarentur & odore & conſiſtentia genuinum balſamum Peruvianum referebant: Hæc ulterius examini △ ſi ſuppoſita fuiſſent, magis in conſiſtentiam reſinæ perfectæ inſpiſſata fuiſſent; ablui hoc liqua-

Digitized by Google

liquamen remanens cum aqua ſimplici, aliquoties, incommiſcibile erat, & ſemper in fundo hærebat, aqua acidulum ſaporem contrahente. Qua decantata prædictum balſamum Peruvianum quaſi remanebat; quod igni ulteriùs expoſitum levi fumo inſpiſſabatur in perfectiorem magis conſiſtentiam.

Accepi ſemen anili & ☿ & addita aqua deſtillavi; prodiit cum phlegmate & pauco ♒ ☉oſo oleum: quod per filtrum ſeparatum coloris erat citrini; ſed aliquot dierum intervallo in colorem aurantium mutabatur: hoc ab ♁ ☉l. mox, ut ſupra monitum, coagulabatur; ♒☽ nullum jus in iſtud habere videbatur.

Accepi cubebas & eas ſimili modo cum ☿ deſtillavi; accepi cum copioſo phlegmate ♁ deſtillatum penetrantiſſimum, candidum: huic ♁ ☉l. (ſed apparenter non adoò bonum, atque ſuperiùs iſtud fuerat) inſtillavi, denſabatur oleum in coagulum liquidum, rubicundi ſeu ſanguinei coloris, ſupernatante liquore oleoſo, temperato; glutinoſum erat iſtud coagulum, & quod lateribus vitri lente & viſcidè adhærebat, & pedetentim defluebat, ſed in ſiccam aut ſolidam ferè conſiſtentiam non redigebatur.

Huic oleo etiam ♒☽ addidi, ſed oleum ſupernatabat, incommiſcibiliter; ſed crebra agitatione & aliquot dierum morâ oleum aliàs candidum, intenſè rubrum perſpicuum adhuc nonnihil, ſpiſſiorem tamen multo, quàm naturalis erat, conſiſtentiam, ſaporis adeò acris & alieni à naturali ſapore, ut multis modis acrimoniam ſuperaret, adeò cauſticum ferè ſaporem repræſentabat: Ipſe in fundo hærens ♒☽ ex conſiſtentia aquea & ipſe conſiſtentiam apparenter ſpiſſiorem nonnihil, colorem flaveſcentem ferè citrinum acquirebat.

Deſtillavi etiam cubebas per retortam igne à renæ in lampadis furno & acquiſivi ♁ nonnihil empyreumaticum, flavum, ſaporis & odoris genuini; hoc cum ♒ ſeu ♁ ☽l. commiſtum, eadem ac modo dictum exhibuit phænomena.

XXXII. Liquor betulæ.

Deſtillavi per retortam mundam in ⚱ liquorem betulæ recentem ex truncò collectum: Retorta ſola pendebat ℔j. ʒ ij. Eadem retorta liquore repleta pendebat ℔ iij. ʒ x i i j. Hinc acquiſivi liquoris aquei deſtillati ℔ i j. ʒ x$_{\frac{1}{2}}$. Retorta cum pauco magmate relicto ponderabat ℔j. ʒ ij. ʒ i i j. nempe hæ ʒ i i j. erant magma reſiduum, cujus tantillum erat, quod imprægnaverat iſtum liquorem, vimque medicamentoſam conciliabat: Et hæc omnia pondere civili fuerunt æſtimata: adeoque ſaltem ʒ j. deficit de liquore deſtillato facilè hinc inde transfundendo deſiderabilis.

Liquor ergò betulæ deſtillatus tàm copioſam ▽ ſimplicem, ab elementari non differentem; magma iſtud gummi erat, ſaporis exactè inſtar rob ſambuci, ex baccis inſpiſſati. In aëre libero liqueſcebat in ſuperficie & diffluebat; Hinc cum ſpiſſum eſſet admodum præfatum gummi, affuſione ſ. q. ▽ ſimpl. ad ʒ i i j. præterpropter diſſolvi, ſolutio erat intentè & obſcurè rubra craſſa, &c. paucum empyreuma, ut videbatur, paſſum, fundo retortæ pertinacius adhærebat, quod affuſione lixivii pluris quam modo dictæ aquæ etiam maximam partem diſſolvi.

Illa ſolutio cum ▽ ſimplici mirè tingebat ▽m, ita ut tantillum ejus inſtillatum æquali quantitati ▽æ ſimpl. fontanæ, atque erat liquor deſtillatus ▽eus mox eodem planè colore & conſiſtentia imprægnaverat integram hanc ▽æ maſſam, atque liquor fuerat, ante ſui deſtillationem, utut tantillum ſolutionis illius, quæ ▽æ dictæ inſtillabatur, ne quinquageſima pars eſſet illius ſolutionis, ita ut magma inſpiſſatione iſta vim tingendi 50. majorem acquiſiverat, quam antèà habuerat; id quod inſignem tincturæ Philoſophicæ in tingendo efficaciam illuſtrat.

Solutio paucæ remanentiæ illius minimæ in mole cum lixivio facta magis adhuc & copioſius ſeu diffuſius ▽æ æqualem cum illa proportionem tingebat; utut non adeò exactè hic examen inſtitui: an quod per majorem inſpiſſationem & concentrationem efficacius redditum fuerat, an quod vehiculo ⊖is in lixivio magis per ▽m ubique diffuſiva facta fuerat.

Solutio illa magmatis reſidui cum ▽ ſimplici facta in vitro patentioris orificii non adeò probè tecto aſſervata inſpiſſabatur ſponte in melleam, ſpiſſam, obſcurè tingentem, ſed quoad guſtum, dulcem inſtar rob juniperi vel ſambuci conſiſtentiam, ſed poſt aliquot menſes ſitus efflorеſcere & mucore obduci incepit, hinc abjecta fuit.

Liquorem betulinum recenter collectum in tria diſtincta vitra ♃. ʒ. præter propter unciarum capacia indidi, & uni vitro aliquantulum de ♒☽ inſtillavi, hinc charta mediocriter clauſum ſepoſui; alteri vitro ☤ inſtillavi, & ſimili modo ſepoſui; tertio verò lixivium ⊖ ex ☿ & ☽ detonatione nati inſtillavi, & ſimili modo ſepoſui.

Ex his per tres vel quatuor menſes aſſervatus liquor cum ♒☽ ſine alteratione aut ulla corruptela permanſit, parum ſaltem ſubſtantiæ flavæ præcipitavit: De cætero ſine alterationis veſtigio, acidulo ſapore ſe exhibuit incorruptum.

Digitized by Google

Conſideratus verò liquor cum ♀ miſtus, ſucceſſivè poſt aliquot menſes (evaporato, ut ſuſpicor ſpiritu vini) incepit in fundo vaſculi efflorescere in ſitum circularem albidum: hinc poſt aliquot ſeptimanas conſideratus ipſe liquor copioſiore ſitu in fundo & vicinis vitri parietibus fingi incepit: apertum vaſculum leviter charta obſeratum acidulum ſpiravit odorem, quin etiam intinctâ pennâ guſtatus liquor manifeſto acidum linguæ exhibuit ſaporem, aceti inſtar mediocris.

Conſideratus liquor cum lixivio ☿eo miſtus intenſiùs primis diebus flaveſcere incepit hinc pedetentim aliquantulum, ſed parum albidæ materiæ ſeponere, hinc liquor ipſe flavus nonnihil turbari tandem, idque longè citiùs, quam vel minima alteratio in reliquis conſpiceretur, ſitu nigro, obſcuro, graviter olente, in ſuperficie obduci incipiebat, & cum unà cumcæteris examinaretur, ſapor ejus iners, inſipidus, parum in fine ab admiſto alcalinus percipiebatur.

XXXIII. Lapides cancrorum.

Solvi lapides cancrorum in ~ ☉, qui aliqualem, levem, terream ſubſtantiam reliquit, ſolutio igne lampadis acidula abſtracta; capiti mortuo affuſa ▽ communis inſignem incaleſcentiam, cum bullarum copioſarum & effervescentiæ motus notis inſignioribus exhibuit, denuò abſtracta aqua nullum ☉ volatilis veſtigium dedit. Tandem ☉ denuò aquâ affuſâ ſeparatum à vitro nullam vel levem incaleſcentiæ notam dedit.

XXXIV. Oſſa ſepiæ.

Idem omninò feci cum oſſibus ſepiæ; quod magnam acidi partem absque inſigni effervescentia ſaturavit, menſtruum abſtractum acidulum, ſed minùs, quàm illud à lapidibus cancrorum fuit: Caput mortuum affuſa aqua inſignem & intenſum admodum fervorem in vitro cum copioſis bullis & effervescentiæ notis mediocribus dedit.

XXXV. Calx viva.

Calcem vivam crebriùs lotam denuò in crucibulo calcinavi forti igne, ita ut crucibulum candereт, huic affudi ▽ ſimpl. & nullam vel obſcuriſſimam effervescentiam ac æſtuationem potui percipere, adeò ut dubitarim, an hæc fuerit omninò in illa.

Huic ♆ ita paratæ ~ ☽ cum ▽ ſimpl. dilutum affudi, & inſignis, ſtrepitoſa cum magnis bullis hisque copioſiſſimis facta fuit effervescentia & æſtus ſenſilis vitrum penetrans & manum fortiter afficiens.

Calci vivæ huic calcinatæ de novo, cui nempe nullus ~ ☉ adhuc affuſus erat, affudi ▽ ſimpl. & aliquot dies ita ſepoſui, hinc factum fuit, ut cruſta albicans ſalina huic ſupernataverit more ſolito.

Calci vivæ ſimili penitùs affudi lixivium cinerum clavellatorum, & utut parili tempore cum illo ſtetiſſet, nulla tamen cruſta talis unquam apparuit, leve ſaltem quaſi pinguedinis hinc inde ſupernatantis veſtigium ſe exhibuit, ſed quod nullius videbatur momenti. Idem etiam jam antea in hac ipſa ♆ lota denuò calcinata obſervaveram, & ~ ☽ affudi, hinc & effervescentia & æſtus, & cruſta denſa alba, dulcis; alterâ parte, cui lixivium ♄ clavell. affuſum fuerat, nullum cruſtæ cujuscunque veſtigium exhibente.

Accepi ſolutionem iſtius ♆ lotæ, cum ~ ☉ factam, & filtratam per retortam deſtillavi, & ſimplex inſipidum phlegma accepi, id quod remanſerat caput mortuum, candidum, leve, inſtar aluminis uſti elevatum, linguæ admotum ſenſilem æſtum, linguam quaſi adurentem, cum ſapore nauſeoſo, amarulento quaſi repræſentavit, huic affudi ▽ ſimpl. & mox inſignis ardor & calor, quem manus vix tolerare poſſet, ſe exhibuit; totum vitrum intenſè incaleſcebat, & bullarum copioſarum emerſio viſui, ſtrepitus effervescentiæ auribus manifeſtus erat.

Calci vivæ etiam uſtæ affuſa ▽ ſemper ſolet in ſuperiori tegmine cruſtam quaſi ſalinam generare, quæ ſeparata aliam denuò prodit, idque ſæpiùs; ſed ſi ſolutionem alcali fixi loco ▽ communis affundas, nullam ampliùs cruſtam obſervare poteris, etiamſi diutiùs repoſita fuerint; imò etiamſi poſtmodum decantetur liquor, & ▽ ſimplex affundatur, nunquam etiam repetitis vicibus cruſta apparebit: ſin verò ~ ♁ dum affuderis, ſemper cruſta regenerabitur, etiamſi eo ſeparato ▽ ſimplex affundatur.

XXXVI. Cancri fluviatiles.

Idem eodem modo ſucceſſit cum cancris fluviatilibus, calcinatis, quorum alteri parti affuſa ▽ ſimplex cruſtam ſalſam copioſè ſemper ſupernatare fecit; etiamſi ſeparata, ſemper tamen repullulans; ſed cui affuderam alcali ſolutionem, nunquam ne veſtigium quidem cruſtæ apparuit.

Accepi cancros ad albedinem calcinatos, odoris & ſaporis penetrantis, longè potentioris quam ♆: & hinc affuſa ▽ effervescentiæ aliquales notas, ſed ſine æſtuatione exhibebat; & hinc pedetentim cruſta albicans ſalina illis ſimilis ſupernatare cœpit.

XXXVII.

Digitized by Google

XXXVII. Vinum.

Vini noſtratis, cujus menſura & ampliùs in hypocauſto ſponte deferbuerat, parti uni ☿ ſpiritus carminativi, alteri ~ ⊖ ✳ cum ☥ clavell. inſtillavi. Effectus fuit: Quod utrinque color pallidiſſimus, ferè aqueus vini in intenſè aureum fuerit commutatus, & utrinque ſedimentum candidum, tenax, glutinoſum, ſed copioſius & divulſum, ex fixo parcius; ſed viſcidius & quaſi glutinoſiſſimum ex volatili alcali fuerat præcipitatum.

XXXIIX. Liquor ſtypticus.

Liquor famigeratus iſte, ſed ſecretus galli ad hæmorrhagias ſiſtendas externè adhibitus, nil aliud eſt, quàm ſolutio ⊕l. ♂ debilis, in qua ☉ ulteriùs diſſolutum; quod docet mechanica, dum ſolutioni ⊕l. ♂ ☉r. ex minera debili ulteriùs pro ſolutione addidi ☉, quo diſſoluto liquorem colore, ſapore & injectione ⊖☿ in præcipitatione & effervescentia ſimilem ferè iſti per omnia deprehendi. Aliquid tamen vegetabilis ſimul ineſſe ei arbitror, quia liquor iſte galli facilè ſitum contrahit, & quia tàm copioſè crocum ſeu ochram ubique præcipitat.

FINIS TENTAMINUM CHYMICORUM.

MICHAELIS ETTMÜLLERI,
PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS, &c.
DISPUTATIO
DE
FERMENTATIONIS ET PUTREDINIS CONVENIENTIA.

§. I.

MAjores Phyſicarum & Medicarum rerum ſcriptores, uti in quamplurimis, nunc re ipſa, nunc nominetenus diſcrepant, illis authoritatis magis nixis pondere, his experimentorum fretis evidentia; ita & in doctrina putredinis & fermentationis evenit. Veterum ſcripta ubique multa de putredine tàm in univerſa natura quàm in œconomia animali, etiam vitali differunt, calidum & humidum, uti generationis, ita & frequentiſſimæ corruptionis ſpeciei, putredinis, aſſerentes authores, de fermentatione contra parum aut nihil planè ferè; tàm altum ubique de hac obſervatur ſilentium. Recentiores ex oppoſito ſcriptores, poſtquam per ignem philoſophari inceperunt, fermentationes & fermenta ubique induxerunt, & putredinis paucam mentionem faciendo, hanc vel neglexerunt, vel minùs accuratè à fermentatione diſtinxerunt. Ex eo ergò, quod multa phænomena naturæ à veteribus putredini adſcripta, moderni veriùs per fermentationis motum declarent, & quod non pauca fermentationis operationi adſcribantur à modernis, quæ reverà putredini propriè competunt, ſuſpicari licet, non levem hos inter duos motus & inde natas materiæ corporum mutationes intercedere convenientiam, cum tàm facilè confundi, aut minùs effectus per alterius motum explicari ſoleant.

§. II.

Nempe & in fermentatione & putredine obſervatur motus minimorum ſeu minutarum particularum, ex quibus concreta naturalia aut quocunque modo miſta proximè coaluerunt, ſub quo motu materia corporis certam & notabilem ſubit immutationem, pro diverſa *συγκείσεως, διακείσεως & μετακείσεως* minimorum ratione. Quæ minima, utut varia & proximè ſub tanta corporum varietate innumerabilia videantur, adeò ut ob id determinatum pro concretis corporibus elementorum numerum ſtatuere ferè impoſſibi-

Digitized by Google

possibile sit; attamen sub generali conceptu & non inconcinna secundùm distinctas proprietates in illis analogia hæc ipsa minima quinario numero, minimorum nempe acidorũ, alcalinorum, pinguium, aqueorum & terreorum quodammodo comprehendi possunt, ex quibus materialiter, variè licèt sub proportione & numero, &c. corpora mundi hujus sublunaris proximè per motum nunc determinatum seminalem, nunc indeterminatum quasi accidentalem coalescant, & contexantur, & ex quorum mutata textura per metastasin eadem alterentur, & tandem soluto texturæ vinculo per diacrisin denuò fatiscant, & in antiquum chaos redeant, abstrahendo hac vice, an primigenia, an verò, ut probabiliùs longè est, ex alia priori materia secundò genita, adeoque nunc composita, nunc decomposita sint hæc materiæ minima.

§. III.

Sequitur ex modo dictis, non nisi corporibus compositis, aut diversimodè mistis materiis convenire fermentationis & putrefactionis negotium, nullo modo simplicibus, aut ad horum naturam proximè accedentibus; hinc nec ∇ simplex ad fermentationem aut putrefactionem apta existit, quin pura si fuerit, diu inalterata vel incorrupta sive in vase clauso, sive liberiori aëri exposita asservetur, etiam ad omnimodam usque exhalationem perstabit; sin verò alienis quisquiliis vel aliorum corporum forte confusorum admiscela, vel ab ambiente susceptis effluviis fermentativis aut putrefactivis inquinata fuerit, facile ipsa simul alterari & apparenter nunc fermentare, nunc putrefieri poterit.

§. IV.

Motus iste minimorum in fermentatione & putredine observabilis dependet proximè & effectivè ab acido & alcali, quæ ceu duo mechanica, vel, ut aliis appellare libet, pugilica naturæ instrumenta, (aliàs generali ⊖ium nomine venientia, quatenus ex his unitis ⊖ salsum perfectum & propriè dictum constituitur,) ut in cæteris ferè omnibus corporum mutationibus, ita & in fermentatione & putredine primarium locum obtinent, sive ab alio Superiore, ceu Rectore gubernentur, sive à materia omnia pertranseunte subtili in motum concitentur, sive proprio elatere dissoluta & non impedita in motum prorumpant. Diluuntur hæ ipsæ particulæ ab aqueis, temperantur, & ceu internuncio connectuntur à pinguibus, & firmantur, certo modo à terreis. Cum ergò pinguia minima ceu iis proximè sociata & utriusque impetum tàm suscipientia, quàm certo modo inhibentia aut determinantia, sub fermentatione & putredine non levem subeant una cum toto alterationem, ob id post ista acria horum pinguium simul his in negotiis magna habenda est ratio.

§. V.

Cum autem motus fermentationis & putrefactionis effectivè à ⊖nis particulis derivatus fuerit, de his autem verum sit axioma: Non agunt ⊖ia, nisi dissoluta; manifestum evadit, ad hosce motus humidum diluens & plus minùs dissolvens simul requiri, aliàs effœta jacebunt ⊖ia, & sine mutua activitate languescent: Hinc aridioris quæ sunt constitutionis, aut durioris compagis, hisce mutationibus suscipiendis inepta sunt; v.g. ossa humana nec fermentationem nec putrefactionem (nisi in loco humido concluſa fuerint, in quo humiditate loci sensim fatiscente eorum textura dissoluta ⊖ia tandem ad putredinem fracedine loci adjuta properant) sustinent; sic trunci arborum aretacti nec fermentant, nec putrescunt, & ob id metalla omnium minimè his motibus obnoxia sunt. De cætero humiditas debita & moderato in quanto respectu particularum activarum ⊖linarum, uti fermentationem promovet, ita excessiva hæc ipsa si fuerit, magis ad putredinem disponit: hinc corpora quo magis humida, eò faciliùs sunt putrescibilia: ut & in animalibus eorumq; partibus & etiam fructibus horæis patet: dum enim ab humido aqueo, ceu magno quodam dissolvente, & appellatur Willisio, penetratur ubiq; textura seu mistio concreti, necessariò dissolvitur hoc intimius; unde vinculo concretionis destructo (quod quidam in acido non ineptè collocant) ad putredinẽ ruit mistum. Hinc enim nimia aquæ quantitate affusa fermentationes impediri solent, teste Kergero, quæ non obstat in putrescentibus, quin parum vegetabilis & animalis substantiæ in magna aquæ quantitate putrescit, & totam aquam sui contagio mirificè inficit. Quapropter etiam veterum dogma humidum calidum ambientis, ceu primariam ferè putredinis causam inducit. Nam sub fermentatione minùs alteratur mistum, & semper aliquid de suo concreto proprio plus minùs supereſt, secus ac in putrescentibus.

§. VI.

Cæterum cum in motu minimorum consistat formalis ratio fermentationis & putrefactionis, sponte patet, quod ambientis calor multum promoveat has ipsas, quatenus hic non nisi in motione celerrima particularum minimarum consistit, unde ambientis particulæ motæ facile sui motionem partim fermentandis & putrescendis imprimere, partim jam inchoatum motum insigniter promovere poterunt, quatenus in specie ♃ ea minima à calo-

Digitized by Google

à caloris motu liquefacta ad motum & ipsa sic statim mutantur; hinc enim cerevisia frigidis in cellis reconditur, ne maturata fermentatione acescat, acetum vini verò propè locum calidum aucta fermentatione magis & acrius acescere solet; cadavera mortuorum promtissimè tempore æstivo, difficilius sub rigore hyberno putrescunt.

§. VII.

Dicta jam modo, si omnia rectè stant talo, si non apodictiræ veritatis, saltem probabilissimæ hypotheseos, sponte concludere possumus, fermentationem & putrefactionem in radice & fundamento formâ remotâ, quæ in motu consistit, minimorum acrium, subjecto, causa efficiente remota, causis adjuvantibus & fine generali, qui est corporis seu subjecti insignis plus minus mutatio planè convenire: ne verò idem, quod supra in aliis rejecimus, & nobis eveniat, ut consequenter fermentationem & putredinem confundamus, ob id ad differentias earum pergamus, quæ in proximis eorum attributis & proprietatibus toto cœlo, quod dicunt, differentes observabuntur.

§. IIX.

Minimorum acrium seu acidi & alcali diximus motum, fermentationem & putredinem, ritè tamen si omnes circumstantiæ & mutationes, quæ in his contingunt, considerentur, facilè manifestum fit, in fermentatione acidum, in putredine verò alcali principalis agentis seu motoris vices obtinere. Ita ut fermentescentia etiam sub acidi dominio vel acore plus minus se exaltent, alcali vero quasi deprimant, vel sub acidi jugo certo modo coërceant, putrescentia verò alcali evehant, & acidum infringant. Utriusque verò communis quasi leno cum existat ♁ eum pingue, in quo tamen familiariter radicatur acidum, ob id necessario hoc in fermentatione simul cum acido evectum volatilisabitur magis, in putredine verò ab alcali eminente resolutum fatiscet, & hinc mutatum insigniter in specie ingratum odorem seu fœtorem naribus repræsentabit. Accidentaliter igitur, non verò essentialiter differunt utræque, in essentia enim conveniunt; nam efficientis subjecti formæ, effectûs saltem aliqua modificatione, vel secundum magis & minus aliave ratione differunt, ratione cujus variæ proprietates etiam distinctæ emergere possunt; idque patet ulterius, quod subinde fermentationem sequitur putrefactio, quod non fieret, si essentialiter differrent.

§. IX.

Cum ergò sub vexillo acidi vigeat fermentatio, sed sub signo alcali putredo, hæc duo autem inter ☉ia talis sit subordinatio, ut acidum agentis, seu maris, alcali verò patientis seu fœminæ vices ferè in naturali corporum mutatione obtineat, consequitur exinde facile, fermentationis effectus proximè magis ad corporum constructionem, & alterationem, putredinem verò magis ad eorundem destructionem terminari. Item sequitur ulterius, non rarò in ordine naturæ hos dius motus se invicem comitari, ita ut prægressam fermentationem frequenter putredo insequi soleat. Putrefactio est quidem rei corruptio, sed quasi naturalis.

§. X.

Rem ita se habere consulenti naturæ exempla in propatulo erit. Res enim quo magis acida sive manifestè sive occultè, eò facilius, positis omnibus requisitis, fermentantur, & alia facilè putrescibilia à putredine præservant; sicut econtra quò minus acido gaudent, eò facilius in putredinem ruunt; adeoque alcali minus coërcetur. Vegetabilium molliores partes, speciatim fructus, aut succi quicunque expressi facile fermentationem vel sponte vel levi accedente occasione, concipiunt, & ex acidi dominio successivè mutato sapore acescunt. Quodsi inhibeatur fermentativus impetus in putredinem ruunt, modo omni sapore spoliatæ inertem, languidum, ex dulci nauseosum, tandem insipidum, acido longè contradistinctum acquirunt saporem. Fructuum progressus rem eleganter illustrat, Byra dum primò succi nutritivi impulsu intumescunt, inertem plus minus austerum saporem obtinent, dum succus uberior sub incremento colligitur, austerum saporem manifestè præsentant, exferente se quodammodo acido, quod si tunc temporis decerpantur sine fermentatione & putredine obantagonistæ alcali minimam oppressionem corrugata exarescent successivè; quodsi relinquantur in ramo, successivè dissoluto alcali à succo nutritivo de novo allato & colore ambienti excitato motu, acidum agit in alcali, hoc in acidum, unde excitata blanda fermentatione, mutua collisione & attritu in novam abeunt cum pinguibus interpositis texturam, unde totum concretum temperatum, dulcem plus minus sub dominio tamen acidi saporem repræsentat; unde tunc, dum quasi in æquilibrio naturali stant dicta salia, in statu & vigore, adeoque natura dicuntur: & huc usque sub acidi dominio activo per fermentationis motum fructuum ad maturitatem facta fuit exaltatio. Stant ergo ita in æquilibrio dicta salia, & quamdiu acidi vigor durat, sponte corrumpi nesciunt, sin verò successivè acidi vis remittat, alcali verò minus coërceatur, hoc magis

gis magisque se exerit, pyrum mollescit, sapor gratus successivè deficit, & ita ad putredinem ruit; unde & aqua ex pomis putridis ob alcali blandum nobile chirurgis est remedium ad ulcera mali moris & cacoëthea mitiganda, in quibus fermentum acidum omnem ludit tragœdiam. Hinc fructus hi ipsi quo magis austeri, eo duriores, coque diuturnioris sunt in longam hyemē durationis, ob salium partim impeditam activitatem & motum, partim ob acidi præpollentiam; quo molliores verò & dulciores, eò corruptibiliores ob acceleratum resolutorum salium impetum, & acidi minorem potentiam. Farina quoque secalina ex se inepta est & ad fermentationem & ad putredinem, dum verò aquæ affusione excitatur ejus acidum, ad fermentationem sponte se disponit, quæ addito sale communi partim exaltatur, partim ab aliena alteratione præservatur, ita ut exinde fermentum pro alia massa fermentanda aptissimum emergat.

§. XI.

Animalium mortuorum partes molliores facillimè in putredinem ruunt, cum alcali superabundanti constent: imprimis aquatilia minus sulphurea, adeoque minus acidi, alcali coërcentis obtinentia, promtissimè putrescunt, ut pisces, cancri fluviatiles &c. quorum temperatum alcali, ratione cujus refrigerare dicuntur, notissimum est. Econtra acida præservant hæc ipsa à putredine, hinc enim carnes animalium sale in recessu acidissimo condiuntur, ut sufflaminato alcali impetu, putrefactio inhibeatur; hinc carnes tempore æstivo ut asserventur melius, aceto macerantur; vel ubi jam putredinis inchoamentum contraxerint, coqui saporis & odoris vitia additione aceti, ceu alcali prædominanti contrarii, corrigunt & emendant. Hinc ubicunque in animalibus viventibus observatur fermentatio, hoc sub regimine acidi agentis in alcali, & determinantis hoc ipsum fieri videtur: in stomachi fermentatione digestiva, acido fermenti hoc ipsum mediante fieri, jam vix amplius dubitatur. Quæ in sanguine viget fermentatio, ratione acidi sub copioso ejus oleo seu sulphure occultati cum alcali volatili concurrentis fieri, vero simillimum est. Quæ in abscessibus sub sanguinis in pus mutatione fit fermentatio, ab acido p. n. effervescente cum alcali sanguinis oleoso excitatur, donec ambo in sallum tertiū coëant, albo colore ex acido præcipitante solutionem sulphuream, ab alcali volatili factam, qualis est sanguis alterante emergente. Quale acidum adhuc in ulceribus superstes alimentum proximum partis alcalinum oleosum transmutat & fermentando in pus degenerare cogit. Notabile circa hoc negotum est culinare experimentum, dum jusculа decoctionis carnium a stivo tempore promte acescunt; adeoque, ut ex ante dictis constat, fermentant; id quod non leve est testimonium, quale acidum in succo animalium nutritivo per decoctionem in aqua elicito vel actu vel proxima lateat potentia: quo emergente in partibus, & apostematum & ulcerum similiumque cutaneorum affectuum obscuræ natales dilucidari possunt; sed brevi post mutatur scena, & emergente horrido talium jusculorum fœtore, mutato in inertem & languidum, tandem ferè insipidum nauseosum sapore, putredo corruptiva, emergente & fatiscente quoque tandem alcali, supervenit. Rectissimè ob id Helmontius *Ti. calor effic. non diger. sed tantum excit.* §. 17. 18. dicit, quod in febrientium stomacho absente acido fermento, jura &c. intus facile putreant, nidorem contrahant, & cadaverentur, & nidorosos ructus excitent, quos si acidi subsequantur, bonum signum fit.

§. XII.

Ex dictis patet, cur haleces, aliique pisces sale & inde facta muria conditi præserventur à facili putredine. Item etiam in vegetabilibus locum habet, dum cappares aceto, item sale communi condiri solent, ut à corruptione & putredine præserventur; non minus quàm olivæ sale conditæ minus putrescere valent; flores quoque calendulæ aureæ facile putrescibiles, contusi tamen & sale conditi, diu & integrum per annum eodem colore & odore conservantur ab omni putredine, butyro pro coloris elegantia condiendo adhuc aptissimi: econtra alcalia sunt, speciatim fixa v. g. sal Tartari, vel sal alcali absinthii, quæ fermentationes potenter inhibent: si enim v. g. succo cuidam vegetabili de facili fermentescibili v. g. musto, aut rubi idæi, injicias tale sal, hoc dissolutum, ut varia præcipitat, ita in specie fermentationem planè prohibet, quæ si tandem emergat, ubi forsan parum dicti salis additum fuerit, additione pluris talis alcali denuo compescitur, & ita fermentatio ejus plenarie impeditur; alcali nempe destruendo acidum, activitatem ejus in alcali & inde natam fermentationem supprimit, & consequenter integram misti texturam insigniter simul turbat. Nec abludit hic aliud experimentum, si nempe limaturæ Martis affundatur mustum, vel succus vegetabilis acidulus, v. g. pomorum Borsdorffianorum, acetosæ, &c. in parando extracto & tinctura Martis, licet effectu languida, mista hæc fermentare nesciunt, acido rodente Martem, & eodem se ipsum saturante, unde negligit proprium debilius alcali, adeoque absque fermentatione liquor hic persistet. Non ignotum hoc est

zytho-

Digitized by Google

zythopolis, qui ut cereviſiarum maturam acesſcentiam per fermentationem oriundam præcaveant, lupulo eam condiunt, ut aromatica hujus amarities (texturæ quidem inſigniter compoſitæ) virtute quaſi alcalina refrænet nonnihil præmaturam acidi exaltationem: qua nihilominus ſucceſſivè emergente injicere ſolent acesſcenti cereviſiæ cretam, ut hæc abſorbendo acidum (utut non ſine repentinæ effervesſcentiæ impetu) iſtud ſecum ad fundũ rapiat, & ita cereviſiæ acesſcentiam nimiam corrigeat; quanquam hoc ipſum ſine inſigni iſtius depauperatione non eveniat, quia ſi aliquoties reiteretur, tandem cereviſiæ texturâ deſtructâ iners potus & admodum languidus, ſapore ferè omni exhanſto, ſuperſit.

§. XIII.

Vegetabilium molliores partes, flores & folia, quo magis acidum in receſſu habent, eò aptiores fermentationi exiſtunt, quo debilius verò hoc obtinuerint, eò facilius putredinem ſubeunt: aromaticæ dictæ plantæ, odoratæ ſuaviter, & ſapore plus minus acri dotatæ, & texturæ ferè ſiccioris, calidæque temperaturæ fermentari poſſunt optimè, vel ſine hac exſiccantur facile citra putredinis noxam; acidum pingue nempe coërcet alcali; ſed plantæ reliquæ minus aromaticæ odore pauco vel nullo præditæ ſimulque utplurimum humidioris texturæ & frigidæ naturæ vix à putredine defendi poſſunt, acido debiliori facilè ſuppreſſo, unde alcali agens ad putredinem properat.

§. XIV.

Ex conſideratis modo fundamentis ulterius patet, qui fiat, ut unum idemque objectum vegetabile nunc fermentari, nunc putrefieri poſſit, & unde ibidem acidi uberior proventus & quaſi augmentum, hic alcali copioſior emerſio contingat; nempe ſi fermentantur v. g. vegetabilia aromatica contuſa & aqua macerata, addito pro lubitu ſubjecto, acidi emerſionem, & ut ſic dicam, fluorem promovente, emergit magis magisque occultatum acidum, ſponte ad acesſcentiam intenſam properat, ita ut acetum exinde facile fieri poſſit: ſin verò pauca vel nulla humidi adjectione eadem ad putredinem recentia invicem in vaſe clauſo coacervata diſponantur ſuppreſſum antea alcali, devicto & deſtructo plus minus acido eminet, adeo ut ex talibus facilè ſpiritus volatilis urinoſus inſtar ſalis volatilis Ammoniaci per retortam deſtillando elici poſſit: v.g. ex chelidonio majore abſinthio, mentha &c. idem obtinere ſuo modo videtur in animali regno; nam lumbrici v. g. per ſe deſtillati phlegma & oleum empyrevmaticum copioſum, ſpiritus & ſalis volatilis urinoſi patum ſuggerunt; ſin verò putredine prius reſolvi permittantur, utut horridum fœteant, attamen copioſum poſtmodum & ſpiritum urinoſum & ſal volatile ſuppeditant. Idem etiam locum habet in ſanguine humano, qui exſiccatus & in aëre nonnihil putrefactus, adeoque pinguedinis ſulphureæ acidæ vinculis exſolutus copioſius longè ſpiritum & ſal volatile urinoſum concedit, quàm recens: ſecundinæ humanæ eadem eſt ratio, quæ putrefacta, & hoc medio in liquorem limpidum tota, quanta quanta fuerit, exceptis membranaceis texturis, reſoluta, ſub intolerabili ferè fœtore deſtillata copioſum ſpiritum urinoſum & ſal volatile fundit, ad proprios mulierum affectus, & hinc ad epilepſias nobilia remedia. Idem manifeſtius patet in urina humana, quæ recens deſtillata dat phlegma, magma verò reſiduum demum in cineribus vel alio alcali ſubactum, ut hoc imbibat acidum pingue, ſuggerit demum igne acuto ſal volatile, ſive in forma ſicca, ſive, adhæſione phlegmatis, humida hoc fiat: ſin verò urina collecta fermentationem, & hac brevi ceſſante putrefactionem paſſa fuerit, alcali ſic à reliqua ſubſtantia, imprimis acido-pingui ſe extricante mox in principio ante phlegmatis proventum absque ullius alcali fixi admiſtione leniſſimo, igne aſcendere ſolet. Formicæ acidum ſpirant, narium & linguæ teſtimonio, unde & acidum, ferrum potenter rodentem fundunt ſub ignis examine ſpiritum, ſed acervatæ ſi putredinem, & inde natum ſitum contrahant, inde ſufficientis aquæ affuſione modicè humectentur, ſuggerunt urinoſum ſpiritum & ſal volatile admodum elegans, putredine mediante diſſoluta & ex miſto liberata.

§. XV.

Lac ex animalibus deſumtum, facilius fermentationem ſubit, & acesſcit, quàm putreſcit. Potenti enim ſatis acido occultato, licet ſub butyroſæ pinguedinis tegmine, pollet, partim ex ipſis, ex quibus materialiter conſtat aſſumtis, partim ex ſtomacho digerente oriundo: cui an & acidum quoddam ex glandulis mammariis accedat præterea, nondum adeo manifeſtum eſt. Emergente ergò hoc acido altius in lacte & adjunctum copioſum alcali ſubigente magis, acorem manifeſtat & dictum alcali cum reliquis craſſioribus particulis in coagulum præcipitat; ſicut idem lac ante acesſcentiam ſpontaneam à coagulo ſimili in juniorum ventriculis coagulato in caſeum abit, qui copioſo alcali turgidus, indeque ardoribus podagricis ſolamen ſenſile ſuggerens, ob id fermentari aut acesſcere neſcit, ſed potius ex oppoſito ad putredinem ruit; & qui prius dulcis & ſuavis erat, breviter emergente alcali, & inde acriori reddito ſaporem & odorem ex fœtido urinoſum ſeu alcalicum reddit;

Digitized by Google

reddit; unde & ita putrefactus retortæ incarceratuus addendo parum salis tartari, quod coërceat, quicquid adhuc pinguedinis acidi supersit, sal volatile urinosum perfectum destillando reddere cogitur.

§. XVI.

Hæc quidem in regno animalium & vegetabilium clara sunt; sed de mineralibus res magis intricata videtur, an & quomodo fermentatio & putrefactio in his locum obtineant. Equidem forte in metallicis ♃ris acidi cum Mercuriali materia coagulū quemcunque minimorum motum, nisi qui violento △ ab extra imprimitur, respuere videtur; sin tamen per aliqualem analogiam & certum respectum has mutationes his ipsis tribuere velimus, minus repugnantē eorum naturam observabim⁹, certè limaturæ Martis puræ affusus ~ ☉✳ pur⁹ debita quantitate, ut aliquantisper supernatat in mistura, ad aliquot dies seposita, manifestam turgescentiam & in medio elegantem convexam emergentem protuberantiam cum copiosis hinc inde insignibus & conspicuis rotundis cellulis, revera ampliоribus bullis oculis objecit, cum odore eroci vegetabilis aut saltē calendulæ intensiori, aperto vase expirante. Quæ facta concussione utut evanescerent, attamen clauso vase post aliquot dies denuo se præsentabant, & fermentationis vegetabilis intensioris, utut magis lentæ, accuratum schema exhibebant. Alcali spiritus affusi agente in acidum ♃eum Martis, quo tamen præpollente ex actione & reactione, ut vocant, amborum talia schemata apparebant. Imo si consideramus generationem metallorum in fodinis, eorumque sequentem corruptionem, ibi non levia fermentationis, hic putrefactionis, vestigia apparere videntur. Dum generantur metalla à ♃eis acidis, Mercurialem sibi occurrentem substantiam coagulantibus, & concentrantibus, nunc quidem solitariè in perfectioribus metallis, nunc junctim cum ♄. quasi alcalica in imperfectioribus, hæc ipsa vix sine motu reciproco utriusque substantiæ & ita fermentatione fieri videntur, non secus ac acidum pingue in fructibus alcali occulto fermentativo motu cogit in sui obsequium. E contrario dum corrumpuntur metalla, & successivè mineræ deficiunt, adeoque, ut vocant, exhalant, hoc ipsum sine agentis sulphuris deficientia, & inchoata destructione, ideoque Mercurialis partis liberiori activitate vix fieri potest, atque sic putredinis analogicam similitudinem & in his obtinebimus. Thermæ non sine effervescentiæ impetu, qui summus fermentationis gradus est, oriuntur, teste Helmontio, ☉e acido fontium in marcasitarum lixivialem materiam primam agente, *Tract. de febribus cap.* 9. §. 25. & confirmante eam Rochas oculari experientia, *Tract. de ▽ Mineral. cap. de ▽ ♃eis seu thermalibus.*

§. XVII.

Equidem multa reperiuntur in sublimiorum chymicorum scriptis de putrefactione & fermentatione eorundem, pro ℞ metallorum universali. Sed alio sensu hæc ipsa accipienda, & non nisi sub analogia certa, eleganti tamen & tali subjecto accommodata interpretanda sunt. Putrefactionem, quæ eorum solutionem præcedit, vel potius includit, alio nomine corruptio dictam, sub qua materia eorum, deposito omni grato colore, obscuram nigredinem contrahit, adeoque ob hujus coloris similitudinem caput corvi appellant, eam vocant, quando Mercurius eorum cum sulphure auri invicem juncta in cubili matrimoniali coëundo, se mutuo subigunt, & humidum penetrando siccum, siccum absorbendo humidum, invicem se penetrant & analogia fermentationis & putrefactionis ex eo nonnihil declarari potest; quod ♃ acidi, ☿ alcali vicem gerat, adeoque illud fermentando construat metalla; hoc verò solvendo eadem putrefaciat; nempe alcalia sunt, quæ sulphura metallica solvendo, Mercurios corporum efficiunt: hinc dum ☉ in opere philosophico per Mercurium eorum solvitur, putrefactionis nomine apud Philosophos venit, ut ☉ animam suam tingentem prodeat pro majori perfectione, quæ anima postmodum emergens sub variorum colorum apparentia alcali Mercuriale denuo subigit, figit, & ita fermentando quasi lapidem constituit: hinc enim & obscurus color nigrum seu caput corvi dictus, fœtor etiam &c. tribuuntur subinde misturæ in opere philosophico. Fermentationis verò nomine intelligunt, dum universale eorum metallorum semen, addito appropriato metallo, & invicem probe associato, specificatur hujus medio, ut sub projectione Mercurium vel Saturnum &c. transmutet præcise in tale metallum, quale ceu fermentum determinans, ipsi additum fuerat: hinc enim fermentativam quasi vim specialem acquirit, secundum quàm subjectum projectionis, ceu fermentum farinaceum massam fermentet, & in tale metallum exinde transmutet.

§. XVIII.

Cæterum inter alias proprietates, sensibles, quibus fermentationis & putrefactionis invicem discriminantur actiones, primaria est odoris molestia, quæ in putredine excelliva observatur, unde & fœtoris nomine

Digitized by Google

nine venit, cum fermenteſcentia acidum plus minùs ordinariò ſpirent. Adeò ut ob id etiam quibusdam putredo dicatur fermentatio cum fœtore conjuncta. Putredo ergò per ſe incipiens odorem gravem & tandem horridum fœtorem ſemper conjunctum habet; fermentationem verò ſi inſequatur, mutat ejus odorem & ſaporem acidum ſucceſſivè, & quo magis hoc evenit; eò magis fœtor emergit. Rationem hujus phænomeni ut evolvamus, neceſſarium videretur, odorum abſtruſam evolvere naturam, quod ad præſentem tamen minùs faceret ſcopum. Sufficiat ſaltem inſinuaſſe, odorum fundamentum conſiſtere in minimis concreti pinguibus ſeu oleoſis, quæ prout variam ſubeant texturam cum reliquis, in ſpecie ⊖nis utrisq; ,particulis, multiplicesque texturæ mutationes, ita & varias in odoratus organum impreſſiones facere aptæ natæ redduntur, adeoque odoriferæ ſeu odorabiles vel odor appellantur.

§. XIX.

In ſpecie ut odorum differentiam, quæ fœtor appellatur, & ad præſens inſtitutum pertinet, cognoſcamus, exempla quædam fœtorum artificialium pernoſcenda ſunt, ut eorum medio ad naturalem ejus originem perveniamus. Notiſſimum autem eſt iis, qui antimonialia parant remedia, quod dum ſcoriæ à regulo ſuperſtites, ex alcalibus ſulphure antimonii ſuperabundanti quaſi turgidis conſtantes in aqua ſolvuntur, & ſolutioni ſpiritum aceti vel ſpiritum vitrioli inſtillant, quod hoc ipſo immenſus emergat ocyſſimè fœtor omnibus gravis. Non ſecus ac ſulphur commune in lixivio ſalis tartari ſolutum & aceto in magiſterium præcipitatum gravem ſub hac præcipitatione fœtorem exhalat. Qualia exempla docent, fœtores tunc emergere ex ſulphuris ſeu olei ab alcali facta reſolutione, ita quidem, ut dicta reſolutio, ſi fiat ab alcali fixo, hoc liget fortiùs ſulphur ſolutum, unde fœtor non niſi ab acidi alcali ſaturati potentiùs, & ita ſulphur ſeparantis additione emergat; ſin verò ab alcalibus hoc eveniat volatilibus, in his ipſis etiam ſine alio adjumento fœtor potenter ſatis ſe manifeſtet. Hinc ſpiritus animalium urinoſi & ſalia volatilia intenſum fœtorem ſpirant, ex alcali volatili, olei partem pertinaciter ac poſt aliquot rectificationes junctam retinente; unde limpidi etiam & planè aquei, interjecto tamen aliquo temporis ſpatio, denuò flavent, tandem intenſè rubent, ex oleo ſucceſſivè magis magisque ab alcali diſſoluto & pedetentim ita emergente; ſin verò dictis ſpiritum ſalis, quantum ſufficit pro ſaturatione, affuderis, acquiris ſal ammoniacum, quod cum alcali fixo revivificatur in ſal volatile & ſpiritum volatilem urinoſum quidem, & ita impoſterum quoad colorem & odorem impermutabilem, inſtar ſpiritus ſalis Ammoniaci, non tamen fœtentem; dum ſcilicet acidum ſalis communis, firmiùs jungendo ſecum alcali volatile, ſeparat oleum volatile, quod cum phlegmate, ſalia antea diluente, exhalans odorem fœtidum ſimul aufert. Olea econtrà animalium, eorumque partium deſtillata quàm miſerè & horridè fœtent, non ſecùs ac oleum deſtillatum tartari; dum nempe torturâ ignis ſub gradu hujus intenſiori, dum ultimo prodeunt, fortiùs colliquatur alcali volatile cum ſulphurea pingui ſubſtantia, quæ ob id concentrata intimius in oleoſam craſſam & obſcuram texturam transmigrant, ſed ex alcali ſulphur intimiùs penetrante & ſolvente intenſus fœtor iſte emergit. Facit huc alius labor, ſi ſcilicet ebur per retortam in arena deſtillaveris, igne paulò fortiori, addendo ipſi ſpiritum ſalis, tunc ſub labore & poſtmodum etiam ex liquore aqueo & oleoſo tàm horridus fœtor exſpirat, ut à nemine ferè tolerabilis ſit, longè ſuperans fœtorem, quem præfatus dens per ſe deſtillatus pro more talium ſubjectorum expirare ſolet: Scilicet alcali copioſum dum diſſolvitur ſub igne, tàm proprium dentis, quàm aventitium ſpiritus ſalis ſulphur fœtet inſigniter, ſed dum acidum ſpiritus ſalis ſulphur vel ſolutum jam, vel dum diſſolvitur ex alcali denuò nonnihil præcipitat, eò intenſiùs, ut in ſuperioribus patet, fœtet, quod experimentum etiam cum aliis animalium durioribus partibus ſimili modo procedere vix dubito. Ex hoc ipſo ferè ambigo, an fidem mereatur aſſertum Glauberi, per ſpiritum ſalis vel ſimplicem vel concentratum corrigentis olea hæcce empyreumatica vegetabilium vel animalium; in ſpecie cum ab alio exercitato in igne chymico jam intellexerim, falſum eſſe dictum aſſertum, cum crudeliter fœteant olea cum dicto ſpiritu permiſta, tàm in- quàm poſt præparationem; de quo tamen fides ſit penes authorem. Tandem vegetabilia aromatica placido Vulcano per Mariæ balneum vel veſicam deſtillata juxta phlegmata exhibent olea deſtillata ſuavis, grati ac jucundi odoris; conflata quidem ex alcalibus volatilibus

sulphure seu oleo occultè acido concentratis, sed sine insigni unius in alterum activitate destructoria. Sin verò talia subjecta retortæ inclusa vel per arenam intensiori ardore, vel etiam aperto igne urseris, juxta phlegmata oleum empyreumaticum perditè fœtidum obtinebis: nulla hic intercedit differentia, præterquam in ignis gradu, qui intensior agilius movet objecti particulas, adeoque occasionem præbet, ut alcalia volatilia cum sulphure arctius colliquata partim in alcali concentrentur fixum, partim nondum ita fixa in olea crassa, obscura, & ob intimiorem alcali in oleum penetrationem acidi ejus inchoatam destructionem & pinguis adjuncti fortiorem dissolutionem fœtida degenerent.

§. XX.

Hæc ipsa explicant, quare odor plerumque horribilis & fœtor detestandus comitetur putredinem, scilicet dum alcali agit in sulphuream seu oleosam misti substantiam, hoc ipsum simul penetrat adjunctum oleosum, hocque penitus dissolvit, & ita mutata ejus textura hoc ipsum tetrum fœtorem naribus exhibet, eò graviorem, quò magis à reagente interim acido hoc pingue ex alcali subinde plus minus denuo occultè præcipitatur, qui tamdiu durat, donec ab alcali destructo acido pingue tandem partim exhalaverit, partim principii seminalis formantis defectu, in aquam (ut probabilissimè asseritur à Tachenio, & hinc à Davide von der Becke) redierit simplicem. Hinc enim est, quod ea, quæ suavem integra exhalant odorem, ut vegetabilia aromatica, eadem sub putredine hanc gratiam penitus perdant, & mutata pinguedinis oleosæ textura fœtorem contrahant: qui tamen tam diu saltem durat, quamdiu actio alcali in acidum pingue vigeat; hac enim tandem cessante, devicto acido, fœtor aut quilibet odor etiam cessare solet. Hinc etiam caseus recens inodorus, vel potius dulcem & lacteum languidum odorem spirans, putredine affectus horridè fœtet, agente alcali superabundante in adhærens pingue.

§. XXI.

Hæc pariter manu quasi nos ducunt ad palpandam fœtoris rationem in recrementis animalium, in specie humanis, an & hîc à putredine originem ducant? Basilius ille Valentinus Chimicorum princeps *in curru triumphali Antimonii* sulphuri recrementorum originem dicti odoris adscribit, quo effato cum modò diductis collato sponte patescit, per putredinis certæ hoc fieri rationem. Observationes vulgi testantur, quod cæteris paribus ex cibis lautioribus, epulis pinguioribus, & multiplici alimentorum varietate recrementa alvi, eorumque prodromi ventris crepitus olidi magis & fœtidi reddantur. Dissoluta enim hæc ipsa ab acido stomachi etiam naturali modo, multo magis si in eruditatem nidorosam degenerent, & plus minus in salsum transmutata in intestinis obvios habeant succos felleum & pancreaticum, uberius tunc effusos, à quibus perficitur hic chylus ultimò & à recrementosis feculentiis, id quod nutritivum in eo est, separatur, in specie à bile in salsum volatile perfectum transmutatur, simulque balsamico ejus sale volatili oleoso eleganter pro futura perfecta hæmatosi tingitur. Feculentiæ verò, postquam cum portione bilis eas adhuc imprægnantis ulterius pergunt, per intestinorum tubulos sui juris fiunt, & dum acidum eorum à bile insigniter infractum est successivè, alcali emergit, & massam totam ad aliqualem putredinem disponit, indeque pinguedinem seu sulphur alimentorum in recrementis separat, hocque in stomacho resolutum, fæces ipsas subinde plus minus viscidas reddentem dissolvit, sed occurrente adhuc ocultato plus minus in ipsis acido denuo aliquali præcipitatione dimittit, unde ex hisce fœtor adeo intensus exurgit. Sin alcali huic, præfatum sulphur intimius dissolventi, occurrat p. n. acidum, fermentativum equidem, non tamen stomachale ordinarium, lucta & motus fermentationis reciprocus emergit, sub quo dicta salia cum parte pingui ac dissoluta in has volatilisantur, & ipsum intensè fœtidum, adeoque sulphureum, crepitus ventris nomine notum: ratione cujus sulphurea volatilisatæ naturæ & ipse de facili candelæ admotione inflammabilis existit, ut iis, qui ludicris delectantur, perspectum est.

§. XXII.

Explicata superius subministrant ulterius clavem pro alio referando phænomeno; quî nempe fiat, ut putrescentia, in specie vegetabilia (minus enim hoc contingit in animalibus) tam intensè incalescant, dum sunt in incremento putredinis, & quasi ad statum properant? qua ratione observavi chelidonii majoris recentem plantam in vase quercino reconditam, leviter superimposito oper-

Digitized by Google

operculo; in tantum incaluiſſe, ut etiam incaleſcentia ipſa ſenſibiliter vas ipſum penetraret, & applicatam manum inſigni calore afficeret. Et in vulgus notum eſt, vegetabilia in fœnum exſiccata, humidiuſcula adhuc, ut motus ſalium per diſſolutionem promoveatur invicem congeſta in tantum putreſcendo incaleſcere, ut etiam flamma concepta ædificiorum ſequantur incendia. Nempe conſiſtit calor realiter in motu minimorum ſulphureorum, ſeu pingui-acidorum, qui quo intenſior aut remiſſior, ipſaque ſulphurea minima copioſiora vel pauciora, eò etiam gradualiter differre ſolet color, ita ut ſub ſummo motus copioſiorum ſulphureorum minimorum gradu tandem apertam flammam præſentet. Dum ergo diglandiantur quaſi alcalia cum acido-pinguibus, fit, ut horum celeriori excitata motione & liberiori ſulphuris reſolutione nunc caloris impreſſionem in nobis faciant, nunc catervatim evolando flammam conſtituant. Minus hoc fit in animalibus, quia horum acidum & reſpectivè paucius & magis occultatum eſt à copioſioribus pinguibus, unde ſub putredinis reſolutione intenſius equidem fœteant vegetabilibus, ſed ratione obtuſioris acidi, adeoque deficientis validioris quaſi attritionis cum alcali pinguia minus agitata, minus calorem exhibere valeant; licet verò ſimus equinus in cumulos congeſtus inſigniter incaleſcere ſoleat, rectè tamen Helmontio *de febribus cap.* 2. §. 11. 12. 13. *& ſeqq.* videtur hoc ipſum ſimul tribuere permiſtis granis ab animali devoratis: activa ergo ſalia vegetabilis cum ſulphure animali in recrementis facile calorem & ardorem mutuo conflictu ſub incipiente putredinis reſolutione excitare valent. Obſervandum hic eſt, calorem & æſtum in incremento motus rerum ad putredinem tendentium obſervari, in ſtatu verò, & dum maximè putredine corpus reſolvitur, eundem deficere, adeoque non à putredine proximè dependet; quin potius grana ſibi invicem incumbentia & calorem concipiunt; & germina protrudunt, adeoque fermentant, non ſecus ac ſub effervescentiis non rari ſunt æſtus. Ergo hinc ſequitur, fermentationi, potius intenſiori & dum jam alcali uberius emergere, indeque fortius cum acido congredi & pingue diſſolvere intenſius incipit, dictam incaleſcentiam adſcribendam eſſe: vinacea hoc confirmant, quæ ſibi invicem ſuperincumbendo intenſum calorem concipiunt, quod nemo alii cauſæ præterquam fermentationi adſcribet, utut exantlata fermentatione & acido enervato putreſcere incipiant, & calor ſenſim remittat.

§. XXIII.

Occaſione hac non immeritò penſitanda venit, obiter licet & tranſitoriæ ſaltem, quid de eorum habendum ſit ſententia, qui purgantia propriè dicta quæcunque vegetabilia, putrefactiva vocant, & quod non niſi putrefaciendo & colliquefaciendo maſſam ſanguineam & reliquos indè derivatos ſuccos adeoque corrumpendo in varia liquamina operationem ſuam perficiant. Equidem dum acria purgantia conſideramus, I. eorum acrimoniam alcalinam, ſubinde cauſticam, in reſina plus minus acri fundatam, adeoque ex oppoſito acidum facile deſtructibilem, cum 2. liquaminum, quæ eorum ope evacuantur, copia, horridâ formâ, pernitioſo fœtore, & virium inde inducto notabili decremento, & quod ſanos pariter ac ægrotos æqualiter vexent, niſi in quantum acidum ſtomachi ea plus minus caſtrando & deſtruendo, in quibusdam impedit, vix aliter judicare poſſumus, quàm talia effata, per tot quotidiana experimenta confirmata, non eſſe de nihilo. Quia potius probabiliter æſtimemus, alcali eorum acre pro ratione majoris vel minoris acrimoniæ, indeque natæ in operando vehementiæ, deſtruendo acidum quodcunque corporis, in ſpecie ſtomachi (unde anorexiæ & gravis ſitis) & hinc quaſi cauſticum, texturam maſſæ ſanguineæ inde inſigniter mutare, eam reſolvere, & deſtructo ex parte vinculo primario texturæ eam inſigniter colliquefacere, quæ partes reſolutæ ita & liquefactæ, reliquæ maſſæ illibatæ impermiſcibiles amplius, deficiente principio uniente, à ſero tandem imbibuntur & per convenientia cribra ſeu filtra, in ſpecie ubi irritatio ſenſilis in quodam loco percipitur, quod hinc in inteſtinis fit, (ratione particularum quarundam purgantis, membranas horum vellicantium) deponuntur, ac tandem foras ejiciuntur; fœtor imprimis execrabilis & color deteſtandus talium rejectorum corruptionis ab alcali purgantis factæ, & ita conſequenter putredinis ſanguinis & reliquorum ſuccorum inductæ ſufficientes teſtes eſſe poſſunt.

Declarata modò occaſionem ulterius ſuggerunt, meditandi, quare in morbis auctis, uti imprimis ſunt febres, ardentes aut ma-

malignæ, alvi rejecta fœtida exceſſivè, ceu ſiniſtri ominis habeantur; aut quare copioſior alvi fluxus, copioſorum fœtidorum liquaminum cum corporis tabeſcentia & ſubitanea virium proſtratione, colliquativus ob id à practicis dictus, ceu peſſimum habeatur ſignum, multo maximè ſi in principio aut ſaltem recentis morbi incremento obveniant? eò ipſo nempe, quo per talem fluxum colliqueſcere videtur corpus, & vires ſenſibiliter truncari, ſimilem quandam, ac à virulentia laxativorum vegetabilium fit, alterationem intrinſecus in liquoribus machinam corporis moventibus tum accidere, veroſimile eſt. Ita ut hoc ipſo robur accedat eorum ſententiæ, qui talibus, in ſpecie malignis in febribus, alcali volatile inſigniter acre, primariò peccare & conſequenter reſolvendo primariò acidum pingue vitale ſanguinis ſeu, ut veteres loqui amant, deſtruendo calidum ejus & humidum innatum, cui tota ſubſtantia contrariatur, maſſam iſtam, alioſque corporis ſuccos, quin & ipſam forſan partium coagulatam pinguedinem, aut roridum ſaltem nutritivum ſuccum exinde inſigniter colliqueſcere cogat, (cum conſiſtentia ejus & miſtionis textura ſit ab acido, plus minus manifeſto) quæ liquamina alcali peccante plus minus tincta, in inteſtinis confluentia activitate alcali in pingue continuata, præter alias peregrinas proprietates & inſignem fœtorem imprægnata prodeant. Quod autem diſſolutio hæc miſti fiat, quatenus principium ejus ſulphureum, ceu commune vinculum deſtruitur, ex hoc confirmatur quod ignis omnia deſtruat, adeoque rerum mors artificialis dicatur ab Helmontio; nempe in nullum minimorum concretorum potentius agit ignis quàm in aquam & ſulphur; in illam quidem, eam ſimpliciter diſſipando; in hanc verò, eam colliquefaciendo, & per celerrimum concremationis aut accenſionis motum penitus diſſolvendo, deſtruendo, & invertendo. Unde non adeo inſulſa eorum eſt ſententia, qui revera talibus in affectibus putredinem certam in corporis partibus liquidis ſeu contentis excitatam ſubeſſe affirmant. Unde & Helmontius, acutus iſte & ſupercilioſus ſcholarum cenſor, his ipſis accedit, dum in febribus malignis materiam peccantem putredinem incipientem adjunctam habere aſſerit *tractatu de Febribus cap.* 2. §. 8. Hinc enim theriaca, aliæve ſimiles compoſitiones ſeu potius multorum congeſtiones cum aceto aſſumtæ & ad hypercatharſin à laxativo crudeliori excitatam & ad febrem talem malignam, ut tramque per ſudorem levandam propinantur ulitatiſſimè.

§. XXIV.

Commune denique putreſcentibus eſt, ut ſub curſu eorum mutationis deſtructivæ coincidat generatio quædam, ita ut nunc novum concretum, vegetabile, ſitus appellatum, nunc verò animale, multiplices nempe vermes emergant. Situm quod attinet tam animalium quàm vegetabilium putredinem inſequitur, eſtque plantulæ cujusdam delicatiſſimæ efflorescentia, docente hoc microſcopio per experimenta facta ab Hoock *Microſoph. curioſ.* quæ ipſa tamen in omnibus non videtur eſſe eadem propter diverſam conditionem ſoli ſeu ſubjecti putridi, ex quo enaſcitur, id quod & nudo oculo obſervabilis differentia confirmare videtur. Plantula ergò cum ſit ſitus, capitulo rotundo, poſtmodum in floſculum quaſi expanſo protuberans adeoque determinatam habeat conformationem, ex determinato enim ſeminio etiam oriri, nullum eſt dubium: cum ſolus fracedinis odor, & inde natum fermentum quodcumque, per ſe indeterminatum ſit, ut ſine ſeminis certi interventu certam plantulam producere poſſit. Sed major urget difficultas de inſectis & vermibus in putrido gentis, an hi per fracedinem putredinis, adeoque, ut vocant, generatione æquivoca, an verò generatione æquivoca ex determinato & ſuæ ſpecici proprio pronaſcantur ſeminio: prior hypotheſis planè inanis eſt, cum nulla ſeparatio, propter quàm præciſe minora animalcula, ſimili, ſi non majori artificio, quàm grandiora animalia conſtructa citra ſeminium proprium generari queant, non autem majora, de quibus nemo ſanæ mentis unquam hoc obſervavit. Sed omnem controverſiam hanc optimæ decidit nobiliſſimus Redi *in experimentis & obſervationibus de inſectis*: ubi ſufficienter confirmavit omnes, qui ex putridis generantur vermes non niſi à ſeminio ſeu ovulo animalis in ſpecie ſimilis in ſubjecto putreſcente vel in putredine depoſito generari, cum rebus ad putreſcendum ſepoſitis, ita ſaltem contentis, ut ſub libertate aëris inſectis denegetur introitus, nullus unquam vermis in rebus putreſcentibus generatus, obſervatus fuerit. Confirmarunt mihi hanc per experimenta optimè ſtabilitam ſententiam bufones, qui conciſi vivi & va-

Digitized by Google

vaſculo in ſummitate hinc inde frequenti acicula pertuſo, obſerato incluſi pro alio ſcopo putrefacti ſunt, horribili cum fœtore absque ullo cujuscunque etiam vermiculi veſtigio; cum aliàs unicus ſaltem bufo mortuus in vaſe aperto ad putreſcendum aëri expoſitus inſignem erucularum candidarum fœturam exhibuerit. Idem & in cancris fluviatilibus obſervavi, qui contuſi & cucurbitæ vitreæ obſeratæ incluſi, putredinem facilè contraxerant, & hac mediante tota earum ferè ſubſtantia teſtaceis veſtimentis excluſis in liquorem tenuem, inſtar aquæ turbidæ abierunt, ſine ullo vermis ſic geniti vel minimo veſtigio. Ratum ergò arbitror, quæcunque in rebus putreſcentibus generantur inſecta, ea ex ſeminio extrinſecus illato originem ducere: Frequens equidem loquitur experientia, in viventibus etiam corporibus eorumque liquoribus generari varia inſecta, & in ſpecie præter lumbricos, inteſtinorum incolas, in ſanguine malignè febricitantium, in pure ulcerum, variolis, ſcabie, &c. quam plurimos minutiſſimos reperiri vermiculos, item bubonibus peſtilentialibus, ut taceam ſirones, ſeu dracunculos juniorum infantum: Sed utut ipſi in viventibus reperiantur, attamen in mortuis diu ſupereſſe poſſint viventes, equidem dubito: cum obſervatum ſit, moribundos frequenter deſeri à pediculis, v. g. qui catervatim aufugiunt, non ſecus ac lumbrici, in malignioribus morbis, ſponte nunc ſuprà nunc infrà prodire ſolent; probabile itaque videtur, & talia inſecta ex ſpecifico licèt ſeminio progenita mortuo tamen cadaveri, in quo vivente prius ſubſiſtebant, haud diu vel ſine ſui diſtinctione inhærere poſſe. Dum autem putreſcunt corpora, inſecta libenter ova ſua in ea tanquam in uterum deponunt, propter uberrimum ſcilicet alcali oleoſum nutrimentum, quo ipſo ſemina fœcunda excitantur, & principium in iis agens evigilat, ut loci commoditate & nutrimenti ubertate corporis animalis fabricam maturet, ut exinde brevi poſt animal in ſua ſpecie perfectum emergat.

§. XXV.

Hæc ipſa declarant nonnihil, quomodo fructus horæos, imprimis aquoſos, inſipidos, aut ex inſipido dulces, v. g. cucumeres, melones, &c. immoderatius aſſumtos ſubinde diarrhœa aut cholera ſubſequatur. Nempe omnes hi fermenteſcibiles admodum, & poſtmodum facillimè putreſcibiles exiſtunt, ita quidem, ut niſi à fermento ſtomachi coërceantur, & mature ſuperinducta ſingulari alteratione quaſi ſub jugum mittantur, non absque inſigni in corpore alteratione aſſumi queant. Obſervatur hoc inter fructus, qui fermentando potus vinoſos ſuggerunt, adeoque acido plus minùs abundant, (ſi cætera ſint parca) copioſos flatus & ventris murmura ac inde erumpentia ſpiramenta inducant, minùs tamen ad diarrhœam diſponunt, ut ſunt uvæ, poma, pyra, cydonia, (quæ potiùs ſiſtunt alvum) ceraſa, ribes, &c. Hæc utut ſub fermentationis impetu in inteſtinis liberam & facilem alvi excretionem reddant; in potus tamen vinoſos per artificioſam fermentationem redacta, depoſito copioſo alcali, cum fecibus & dominante ſolum acido, ſine ventris turbatione copioſè etiam aſſumi poſſunt. Quæ verò tali acido uberiori deſtituta ſunt, adeoque brevi ceſſante fermentatione ex dominio alcali in putredinem ruunt, hæc ipſa promtiſſimè diarrhœas inducunt, quæ inter eminent pruna quæcunque ferè, in ſpecie cerea, & hinc præcocia, item majora, die Marrunckten / item mala Perſica, mori fructus, & quibus ob facilem putreſcibilitatem meritò adduntur cucumeres, & melones, ſimiliaque. Hæc ipſa utut primitùs fermenteſcant, hac tamen brevi ceſſante, in putredinem abeunt, ob abundantiam alcali copioſo phlegmate diluti, adeoque hinc ſtomachi acidum imprimis deſtruunt, unde ulteriùs in nidorem abeunt, poſtmodum & maſſæ ſanguineæ inſtillata hujus fermentationem & texturam immutant, ac ubi bilem attigerint, hanc turbant, & acrimonia præternaturali acuunt, adeoque purgantium inſtar copioſè laxant. Donec devicto alcali, contrario denuò emergente acido vel natura vel arte, & inquinamento iſto putrefactivo per ſudorem imprimis excluſo redeat corpori ejusque contentis pacata quies. Omnibus ſanè expertum eſt, nidoroſos ructus comeſtionem cucumerum inſequi, qui vel abſentis vel devicti acidi & inde natæ aſſumtorum quaſi putredinis locupletes teſtes ſunt. Nec ullum latebit, quas noxas inconſideratus horum uſus inferat? Unde & diarrhœas tales à fructibus horæis inductus, & ſi exceſſiva fuerit violentia choleras, per theriacalia vel ſudorifera fixa cum vehiculo acidulo aſſumta non ſecùs ac purgantium hypercatharſes ſiſtere ſolemus. Carnes animalium recentes, v. g. pedibus aut aliis locis applicatæ ſubitò putredinem & fœtorem concipiunt, ſed in ſtomacho ſano hoc non fit, ubi ſine putredine conficiuntur, & alterantur, in cremorem; ratio eſt præſentia acidi fermentativi ſummè vitalis cujus activitate præſervantur à corruptione, & con-

Digitized by Google

vertuntur in aliud eſſe; hinc defectu hujus in aliis locis iſta admota ſubitò putredinem concipiunt; ſicut talia in ſtomacho febrientium ſimili ratione abſente fermento in corruptionem nidoroſam & inchoatam adeoque putredinem ruunt.

§. XXVI.

Conſideravimus hactenus formam putredinis cum cauſa proxima, nempe motum minimorum ſub alcali dominio inductum, cum adjuncto primario, nempe ſulphuris diſſoluti fœtore, aliisque phænomenis: pergendum jam ad cauſas remotas, ad putredinem res diſponentes, quæ ſunt omnia ea, quæ quacunque ratione texturam corporis putreſcibilis ſolvere, ejusdem minima, ſpeciatim ſalina corpuſcula, in motum ciere, & imprimis acidi infractionem, alcali verò majorem emergentiam adjuvare valent. Hæc ipſa pro varietate texturæ corporum, adeoque diverſo reſpectu ad aliorum corporum ſtructuram, & reſultantem inter ea relativam vim activam & paſſivam, admodum ſunt varia, & perquam multiplicia, diverſo etiam & multiplici planè modo operantia. Dividi tamen commodè poterunt, reſpectu ad ipſum corpus immutandum habito, quod ſint vel interna ipſi corpori inexiſtentia, & ceu inquilini hoſpites proprium diverſorium devaſtantia, vel externa, iſtud ambientia. Interna ſunt inſenſibilis tranſpiratio cohibita. Nempe communis corporum quorumcunque ferè, majorum pariter ac minorum affectio videtur eſſe, ut ſemper minutiſſima de ſe radient effluvia, adeoque in ambitu ſuo certam atmoſphæram conſtituant, quæ cum in plerisque minùs ſenſus ferire ſoleant, inſenſibilis tranſpiratio vocatur. Hac libera tenuioribus, ſubtilioribus ac mobilioribus, ſpeciatim aqueis, in concreti compagem nondum adeò firmiter coalitis, partibus evaneſcentibus corpora exſiccata areſcunt, indeque rugas contrahunt, & minimis fixioribus firmius unitis, &, uti vocant, concentratis omnis fermentativus & putrefactivus motus ceſſat, niſi debita aquæ quantitate diſſoluto concreto & relaxatis ſalibus, iidem motus de novo ſuo modo tamen redintegrentur. Dico, ſuo modo; cum enim prægreſſa exſiccatione textura miſti ſub iſta generatione ſimul nonnihil mutetur, diſſoluta eadem de novo non præciſè easdem planè fermentationis aut putrefactionis motus, & eodem modo repetent, unde etiam aſſertum Glauberi de concentratione muſti & cereviſiæ, & factâ horum diſſolutione redintegratâ fermentatione inanè falſum deprehenſum fuit. Idem enim ſub hoc negotio accidit, ac gramini aut fœno madido, quod diſperſum & aëre imprimis calido perflabile exſiccatur promtè, ſub libertate expirationis, coacervatum verò hujus retentione putredinem concipit. Coërcitæ enim iſtæ exhalabiles particulæ, ſubtiles, volatiles & aqueæ copioſæ reſolvunt ſalia, quæ adjutæ ab aliis volatilioribus in motum excitantur, & cum ſub vegetationis opere ſucceſſivè attritum quaſi ſit acidum, magis emergit alcali, adeoque ad putredinem ruunt.

§. XXVII.

Externa ſunt aër ambiens præſertim vi ſui ſalis reſolventis, cui ſuppetias ferunt ejus vel humiditas vel caliditas; ob id contuſio externa aëris acceſſum facilitans, ac tranſpirationem cohibens, dum non minùs in vegetabilibus quàm animalibus partem contuſam comprimit, ejusque ſubſtantiam in ſe ipſam cogit, & minimorum ſitum dislocat, indeque poros infarcit aut delet, occaſionem præbet, ut in loco contuſo, impedita exhalatione inſenſili putredo ſequatur. In fructibus res nota, qui contuſi aut compreſſi facilè in loco læſionis putreſcunt. Non ſecus ac graviores contuſiones in animalium partibus loci putredinem inferunt, niſi maturata inſenſili tranſpiratione præcaveatur. Unde & inflammationes inſigniores oleoſis & unctuoſis poros oblinentibus tractatæ in gangrænam ruunt. Hinc mortuo in cadavere, inſenſili exhalatione naturali ſuppreſſa, hujus in interioribus pronata putredo ſupervenit.

§. XXVIII.

Spectat huc contagii putrefactivi ſuſceptio, nempe ſicut experientia loquitur, fermenta nunc in corporea mole, nunc miaſmatum minimorum forma alia objecta adæquata afficere, & ita contagioſa eſſe, ita ſimili ratione obſervantur putreſcentia alia ſibi adæquata objecta inquinare. Pomum putridum, ſi aliud pomum vicinum attigerit, hoc ſimili putredine inquinabit; gangrænoſa corporis particula putreſcens niſi maturè enſe recidatur, periculum eſt, ne pars ſincera trahatur, & ſerpente ulterius putredine contagii modò integram partem afficiat, & maſſam ſanguineam inquinando citatam mortem inferat. Forſan ex hoc fun-

Digitized by Go

fundamento obſervarunt ſcriptores putredines corporum inſigniores, in ſpecie humanorum, poſt obſidiones, clades bellicas, &c. inhumatorum, morborum popularium & febrium malignarum, ſubinde peſtilentialium dediſſe origines. Rationem omnes ſuggerunt, infectionem nempe aëris ab effluviis talibus, ex putreſcentibus cadaveribus expirantibus. Quem aërem, cum occultum vitæ cibum contineat, ſi hic enervetur à dictis effluviis, quid miri, occultum necis ſomitem ſic inſpirare: Cujus autem naturæ erunt effluvia hæc, quæ ex tabo talium effluunt corporum, & cœcorum odorum inſtar nos inquinant? Ex ante dilucidata putredinis natura haud difficile erit concludere, alcalicæ volatilis oleoſæ eſſe naturæ, quæ inſpirata & vel immediatè ad ſanguinem, vel mediatè (idque ut probabiliſſimum videtur) cum ſaliva infecta ad ſtomachum delata, ubique acidum nunc ſincerum, nunc pingue enervando & deſtruendo febres malignas cum virium ſubitanea proſtratione, anorexia & nauſea, fluxibus alvi colliquativis & fœtidis, urinis fœtidis, &c. inferant. Quibus ipſis quodammodò illuſtrari poſſit illorum opinio, qui malignitatem in febribus talibus fundamentaliter in ſale volatili acri radicatam eſſe æſtimant. Nec ignotum eſt ex tumbis mortuorum antiquis, aut etiam ſepulcris aut cryptis defunctorum improviſo etiam poſt diuturnam annorum ſeriem apertis exhalantes halitus ſummè nocivos & ſæpiùs lethales extitiſſe.

FINIS DISPUTATIONIS DE FERMENTATIONIS ET PUTREDINIS CONVENIENTIA.

MICHAE-

Digitized by Google

MICHAELIS ETTMÜLLERI,
PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ
DOCTORIS, &c.

COLLEGIUM PHARMACEVTICUM,
IN
JOHANNIS SCHROEDERI
Pharmacopœiam Medico-Chymicam.

ANtea quàm nos accingamus ad medicamentorum compositionem artificialem, operæ pretium erit singula vulgò dicta ingredientia aut simplicia enucleatè proponere, ut ex cujusvis natura probè perspecta, deinceps de ipso composito remedio rectius judicare possimus.

Universa autem materia medica tribus communiter regnis absolvitur:

I. Minerali,
II. Vegetabili, atque
III. Animali.

Hinc, juxta autoris nostri ductum à primo, nempe minerali regno, jam initium faciendum esset, utpote quod reliquorum ferè fundamentum est: Cùm verò regnum vegetabile, ex quo medicina primordia sua traxit, sit omnium facilius, nec vulgares sint reconditæ virtutes sub simplicibus vegetabilibus, multumque in recessu habeant, à Phytologia incipiemus.

PARS PRIMA
DE
MEDICAMENTIS SIMPLICIBUS
SECTIO I.
Tradens
PHITOLOGIAM
Seu
REGNUM VEGETABILE.

UT generalia quædam consideremus, quoad ortum patet, ex Seneca, quod medicina notitia fuerit primo quorundam simplicium & plantarum; uti ex Dioscoride videre est & Galeno, Mesue, Matthiolo, Lusitano, &c. qui commentariis suis Dioscoridem explicavêre. Verùm, quamplurima sunt superaddita, objiciet quis, & exoticorum multa accessêre? Resp. plurima quidem circumferuntur, sed ab agyrtis, aniculis, &c. quæ incerta, dubia sunt, & fallacia. Imò, quid si juniperum, sambucum, buxum, corylum, &c. præferrem ligno Guajaco, Sassafras, Chinæ-chinæ, sarsæparillæ? lapidibus bezoardicis calculum humanum præponerem? & cognitio hæc, quod cum reliquis artibus succesſivè sumpserit incrementa, non est negandum.

Antequam autem ipsas plantas consideremus, quædam in genere monenda erunt de scriptoribus partim botanicis, partim & variis vegetabilium generibus.

Scriptores, qui studio huic botanico ex professo operam suam locarunt, sunt duplices: vel veteres, vel recentiores.

Inter veteres primus omnium vegetabilium historiam systematicè proposuit Dioscorides, quem secutus est Galenus, omnia ferè ex prædicto Dioscoride exscribens. Hunc Arabes postmodum excepere. In Dioscoridem illum posteà commentarium scripsit Matthiolus, animadversiones verò Amatus Lusitanus.

Inter recentiores botanicos 2. classes invenire licet:

1. Est eorum, qui grammaticè tantùm de vegetabilibus scripserunt, appellationibus nudis & formis externis contenti, ut Bauhinus, Clusius, Cornutus, Lobelius, Alpinus, &c.

2. Est

Digitized by Google

2. Est eorum, qui medicè de iisdem egerunt, vires imprimis & facultates earundem scrutantes: ex quibus clarent Tabernæmontanus, copiosus quidem, sed confusus & incertus autor; Simon Paulli, qui est elegans, & simul tamen copiosus, atque cum judicio scripsit; Caspar Hoffmannus *in Tr. de Medic. officinalib.* qui de nomine, specie & usu multa in ordinem reduxit, quæ alii confusè tractarunt, sed more Galenicorum, cum fuerit purus Galenicus; Karrichterus *in Botanico German.* commendandus, qui vestigiis Paracelsi insistens, modum colligendi & asservandi ostendit accuratum, quod nemo antè eum fecit: Quin ipse Paracelsus *Herbarium* concinnavit, sed parvum, modum tamen inibi ostendens verum, studium hocce perscrutandi, & quomodo vires simplicium sint cognoscendæ.

Facultates aliàs simplicium horum plerumque à qualitatibus primis, calliditate, frigiditate, &c. ut & aliis occultis determinantur; sed minùs rectè: Hâc enim ratione omnes virtutes specificæ occultæ jacerent, & prorsus latèrent, quæ tamen maximam partem in curando absolvunt.

Rectiùs virtutes vegetabilium determinandæ sunt à mistura materiali seu textura minutissimarum particularum, non vi radiativâ & ideali: Nam amuleta, v. g. etiam per emanationem effluviorum actionem suam in spiritibus nostris perficiunt, quicquid agunt. Radix scilicet & fundamentum omne consistit in tali textura, quâ mutatâ mutatur & effectus: sic purgantium texturâ per acida variatâ, variatur etiam facultas purgatrix; sic antiscorbutica per exsiccationem castrantur, ob mutatam particularum texturam.

Inter particulas autem hasce primatum obtinent subtiliores & volatiliores ☉inæ & oleosæ: inde enim est, quod per sapores & odores subinde sese manifestent vegetabilia nobiliora: v. g. Cinnamomi virtutes, quas obtinet in ☉e volatili oleoso copiosissimo, in eo contento fundatur, hinc vis analeptica, stomachica, calefaciendi, &c. His enim per destillationem exhaustis cortex iners est, omni ἐνεργείᾳ carens. In cochlearia vis antiscorbutica est, ob ☉ volatile acre.

Prout autem variat hæc textura materialis, ita & variant vegetabilium vires; hinc longè alia virtus sæpè est in foliis, alia verò in radice unius ejusdemque plantæ. Sic in sambuco, quod integrum pharmacopolium potest implere, alia vis sese exserit in foliis, alia in cortice, alia quoque in radice. Radix scilicet purgat hydropicos; juli faciunt vomitus, flores lac procreant; succus autem inspissatus dysenteriæ & erysipelati prodest, & sudorem pellit: Gentiana convenit in quartana, myrrha in menstruis deficientibus & similibus.

His præmissis jam propiùs ad vegetabilia accedamus, quæ doctrinæ melioris gratiâ secundùm omnes illarum partes distinguemus, harumque simul texturam materialem, & ex his producta varia pharmaceutica, considerabimus.

Inter partes vegetabilium sunt 1. radices & ligna cum suis corticibus, quæ in genere convenium, & vim suam debent sali acido volatili: Hæc ipsa enim igne chymico examinata, in vase clauso dant

1. Phlegma inersum.
2. Spiritum acidum volatilem, qui in recessu habet ☉ volatile, cum quo prodit.
3. Oleum penetrans, sed empyreumaticum.
4. Relinquunt pro capite mortuo carbones.

Quod si verò igne aperto comburantur, ☁ & ♨ sub forma flammæ evolantes condensantur tandem in fuliginem, ex qua phlegma, paucus ☁ acidus, copiosum ☉ volatile oleosum & oleum empyreumaticum, sed penetrantissimum, obtineri per destillationem potest: remanet ♉, ex ▽ & ☉e fixo constans, quale ♇ sub nomine cinerum etiam post istam lignorum deflagrationem remanere solet.

Observandum autem, quod omnia hujusmodi producta copiosiora longè habeantur ex corticibus, utpotè magis resinosis, quàm ipsis lignis; uti speciatim in ligno guajaco manifestum est; cujus cortex longè magis impregnatus est particulis medicamentosis activis, unde ista producta Chymica oriuntur, quàm ipsum lignum.

Porrò ex his lignis, & hisce congeneribus durioribus corticibus & radicibus, mediante ☿ essentia resinosa extrahi potest, quæ copiosa ▽ ▽ata pulverem copiosum in forma sicca exhibet; vel abstracto spiritu in extractum redigi potest: Caput mortuum verò seu ligna ista, ex quibus essentia ista extracta fuit, destillando suggerit adhuc egregium spiritum acidum, sed nullum vel paucum admodum oleum; adeò ut talia ♌ destillata nil aliud sint, quàm resinæ, vi △ in oleosum corpus colliquatæ. Præter essentiam resinosam, cum spiritu vini extrahendam, etiam mediante ▽ per coctura extractum gummosum elici potest, dum ▽æ medio resolvuntur ☉ia in lignis, & horum medio simul junctum ipsis elicitur ♌ resinosum,

ſum, à quibus decocta lignorum vim adeò potentem ſudoriferam obtinent.

II. Poſt ligna conſiderentur ipſæ plantæ ſeu herbæ, earumque caules, folia, &c. Hæ ipſæ ratione texturæ materialis, & inde productorum chymicorum commodè in quinque differentias poſſunt diſtribui.

Prima claſſis eſt illarum, quæ ſunt ſuculentæ, ferè inſipidæ, adeoque abundant phlegmate, & temperatum alcali volatile continent; Quales ſunt lactuca, parietaria, portulaca & ſedum majus. Hæ in anatome chymica pro uſu medico ſubminiſtrant ∇as deſtillatas, & ſuccum expreſſum in Rob blandè inſpiſſandum. Plantæ tales vulgò frigidæ aut refrigerantes dicuntur atque humidæ.

Secunda eſt earum, quæ habent ſaporem acidulum & blandè adſtrictorium, gaudentque ☉e eſſentiali tartareo, & phlegmate copioſo mercuriali, & ſunt absque odore. Tales ſunt omnes ſpecies acetoſarum, &c. ſubminiſtrant hæ ∇m, ſed minùs efficacem; in ſucco enim remanet ☉ eſſentiale cryſtallinum inſtar ☽i, ejusdem figuræ & ſaporis, in quo earum efficacia quaſi concentrata eſt.

Tertia eſt earum, quæ habent ſaporem amarum, ſed citra odorem, adeoque conſtant ☉e nitroſo quaſi tartareo. Tales ſunt carduus benedictus, fumaria, cichorium, lupulus, & ſimilia. Hæ ipſæ ſubminiſtrant ∇m, & ☉ eſſentiale, quod rectificatum ſuper proprios cineres ſimillimum erit nitro, tàm in figura quàm in guſtu, & ardet etiam inſtar nitri.

Quarta eſt earum, quæ ſaporem habent admodum acrem & mordicantem, quales ſunt omnes ſpecies naſturtii, cochlearia, ſcordium, cherefolium, ſpecies de ſinapi & piperitis, in genere omnia raphanacea, cepacea & antiſcorbutica, &c. quæ abundant ſpiritu ſeu ☉e volatili paulò acriori, ♃eo tamen. Hæ recentes ſi ſunt, ſubminiſtrant ſine fermentatione cum ∀ affuſione ſpiritum volatilem acrem; nam ſub fermentationis motu magnam aliàs ☉is volatilis jacturam patiuntur. Sin verò paulò maturiores fuerint, & poſt florem ad ſeminificationẽ ſe diſponunt, commodè fermentari poſſuut, ſicq; ſuggerunt ſpiritum inflammabilem, de ſapore & odore ſimplicis plus minùs participantem: quin etiam ex his ſub tali ſtatu ſimplici deſtillatione oleum acre deſtillatum penetrantiſſimum elicitur, quod aliàs nullâ arte ex talibus elici poteſt. Huc refertur trifolium ∇ticum, ſummum antiſcorbuticum, Anglis maximè in uſu, & quidem pro arcano habitum.

Quinta denique claſſis eas continet plantas, quæ abundant ſubſtantiâ volatili ♃eâ ſeu oleoſa quaſi reſinoſa, & hinc odorem fortem habent & penetrantem, ſaporem verò nunc amaricantẽ, nunc ſuavem; comuniter etiam aromatica dicuntur; quales v. g. ſunt abſinthium, majorana, rosmarinus, ſalvia, thymus, origanum, & omnia aromatica. Hæc ſimplici deſtillatione ſubminiſtrant ∇as nonnihil ſpirituoſas, & ♁a, ſicuti fermentando ♎ ardentes volatiles; ſed tunc nullum ♁: Nempe fermentatione mediante attenuatur & reſolvitur ♁ in ſpiritum, adeò ut ♁a deſtillata plantarum ſint nihil aliud, quàm ♒ concentrati, vel reſinæ ab igne colliquefactæ; ſpiritus verò inflammabiles ſint ♁a eſſentialia ſuo phlegmate reſoluta: Tandem calcinata hæc ipſa recentia ☉ fixum, ſicut plantæ quamplurimæ aliæ in cineribus reliquunt. Ut autem hæ ipſæ plantæ fermentando ♒, ita putreſcendo dant ☉ia volatilia, non ſecus atque reliqua omnia vegetabilia putrefacta; quædam tamen plus, quædam minùs talis ☉is ſuggerunt, quâ putrefactione abſolutâ perfectè, nullum ☉is fixi veſtigium ſupereſſe ſolet.

III. Quoad flores plantarum, hi ſub triplici iterum claſſe continentur: ſunt enim vel

Sine odore, v. g. flores antirrhini, nymphæx, &c. in quibus latet alcali ſeu ſal volatile blandum. Hi dant ∇m blandam, & ſuccum inſpiſſandum in rob.

Vel habent odorem ſuavem, ſed ſaltem ſuperficialem, & facillimè evaneſcentem, uti ſunt Narciſſus, flores jasmini, liliorum alborum, violarum, & ex parte etiam roſæ. Vis eorum conſiſtit in parte Mercuriali volatili, unde non poſſunt ſufferre vel minimum calorẽ, quin eorum odor, ♈, ac conſequenter virtus & penetrantia evaneſcant: Propterea chymici mediante oleo Been vel amygdalarum dulcium, faciendo S. S. S. cum floribus, v.g. jasmini, &c. odorem & virtutem eliciunr.

Vel habent odorem fortem penetrantem & aromaticum, ut ſunt flores roriſmarini, &c. Hi dant ∇ ſpirituoſas, & cum his ♁ deſtillata; item per fermentationem ♒ inflammabiles; quin etiam mediante ∀ affuſo & ſæpiùs abſtracto

Digitized by Google

ſtracto vis eorum elici & in forma ſpirituoſa exhiberi poteſt, uti v. gr. ∇ Reginæ Hungariæ, ſeu ſpiritu vini ſæpiùs à floribus anthos abſtracto, notum eſt.

IV. Flores ſequuntur fructus. Fructus medicinales imprimis ſunt ſucculenti dulces, vel acidi, ut ribes, berberes, citrus, &c. vel acido-dulces; quorum vel

1. Succus expreſſus per reſidentiam depuratus per ſe aſſervatur, aut ♃ando eos, aut oleo olivarum muniendo, v. g. ſuccus cydoniorum, &c.

Vel

2. Succi fermentantur & ſuggerunt potus vinoſos; qua ratione ex ſucco uvarum vinum, item pomaceum, pyraceum, &c. item vinum ex fructibus rubi idæi, vel vinum ex paſſulis cum ſucco pomorum Borsdorffianorum fermentando paratur;

Vel

3. Inſpiſſantur in rob phlegmatis evaporatione; uti in rob ſambuci, juniperi, ſorbi, &c. notum eſt.

Succi dulces aut acido-dulces ſunt temperati nutritivi, & quæ nec calore nec frigore nobis infenſi ſunt; acidi econtrà, ob acidum intenſius, nec à nobis aſſimilabile, potiùs figendo, & contenta corporis plus minùs condenſando, refrigerant.

V. Sequuntur ſemina, quorum in vegetabilibus maxima vis eſt, quæ vel

1. Turgent ſucco mucilaginoſo, qui concentrat eorum virtutem, qualia ſunt ſemen cydoniorum, lini, pſyllii, &c. ex quibus menſtrui aquei beneficio mucilago elici poteſt.
2. Continent copioſum ♁, ſed aquoſum, per expreſſionem facilè elliciendum; aut etiam cum aqua appropriata in emulſionis formam redigi poſſunt; uti ſunt ſemina pæoniæ, papaveris, amygdalæ dulces, &c.
3. Sunt ita temperata principiis activis, ut commodè fermentari poſſint, quo mediò ∿ volatilis ſeu ardens elici poteſt; uti ſunt non tantùm ſemina quædam cerealia, v. g. ſecale, triticum, &c. ſed etiam illa ſemina, quæ ſaporem acrem & penetrantem habent, ut ſemen ſinapi, &c.
4. Habent odorem ſuavem aromaticum & ſaporem gratum, & continent copioſum ♃ ſeu oleum volatile, & dant ∇m & ♁ deſtillatum, uti ſunt ſemen aniſi, fœniculi, carvi, &c.

Tandem inter producta vegetabilium ſunt reſina & gumminata, de quibus infrà Claſſe 2.

SCHEMA,

Generalem herbarum notitiam comprehendens.

Herba in ſtricto ſignificatu ſumta ut docet Theophraſtus *de cauſis plantarum*, & Galenus *de antidotis*, quartum genus plantarum conſtituit. Græcis βοτάνη & πόα à βόσκω & πάω, ceu volunt, dicta.

Definitur planta, quæ ſine caudice & radice foliata provenit, potiſſimumque caule ſemen profert. (Subintelligenda autem illa duo folia ſunt, non quæ cunctis communia, & ex ſeminis pulpa transmittuntur, ſed quæ præter hæc à radice primò conſurgunt & emittuntur.) Negatur tamen à Scaligero contrà Cardanum, caulem de eſſentia herbarum eſſe; ſunt enim quæ eâ carent, ut capilli Veneris prima ſpecies.

Conveniunt cum frutice ſtipitum multitudine nonnunquam, ut in vincetoxico, hyperico, &c. cum cremore, ut in braſſica, lactuca, &c.

Ad eſſentiam propiùs facit, quod mollior, quàm arborum & fruticum earum ſubſtantia ſit.

Degenerant tamen ſæpè in frutices, ut ſalvia, ruta, hyſſopus, &c. quemadmodum & fruticum quidam in arbores; altitudine ad arborum longitudinem quædam ex his adſcendunt. Cauſæ ſunt ſoli & culturæ diverſitas.

Ex partibus eſſentialibus componuntur duabus. Alter locum formæ obtinet, & anima eſt vegetativa, unde miſta animata ſeu viventia dicuntur: Eradicata, v. g. è ♁ allium & aloë herba vitam ſuperſtitem non modò habent, ſed & iterum ♁æ immiſſa germinant. In nonnullis ſenſus & motus quædam veſtigia adſunt, ut in herba Chriſtophoriana, noviter ex Indiis allata. Materia pars eſſentialis altera eſt, quam corpus repræſentat; quod iterum conſtat partibus vel ſimilaribus; ſpirituoſis, quæ ruptis folliculis, ut in coluthea veſicaria, & in ipſa eruptione ſeminum, ſe manifeſtant; humidis, quæ vel aqueæ, rubræ, luteæ, &c. ut in eſulæ, lactucæ, cichorii, ſanguinis draconis, &c. ſucco, cum vel ſine expreſſione; ſolidis, quæ ſimilares, ut caro, fibræ, membranæ, &c. vel conſtat partibus diſſimilaribus, tùm perennantibus tùm deciduis, ut ſunt folia, caulis, flores, fructus, ſemina, baccæ, &c.

Differentiæ ſunt vel Phyſicæ vel Medicæ.

Phyſicæ aliæ ſunt eſſentiales, petitæ vel à materia, ut quædam molles, duræ, macræ, pingues, &c. vel à forma, eâque (1.) internâ, unde aliæ calidæ, ut abſinthium, &c. frigidæ, ut roſa; humidæ, ut portulaca; ſiccæ, ut beta; temperatæ, ut aſparagus. Quo pertinent

Digitized by Google

tinent virtutes peculiares, ex tota ſubſtantia agentes, v.g. contra calculum, vermes, peſtem, ad promovendos ſ:es, confortandos ~, &c. (2.) externâ, ex parte quantitatis, coloris, figuræ, &c. dum aliæ ſine foliis, ut anblatum, &c. aliæ binis, pluribus & pauciori-bus, cum vel ſine caule, proveniunt. Videatur *Methodus hiſtor. ſtirpium* Dodonæi, Cæſalpini, Spigelii, Sennerti, &c. Herbas enim in certas Claſſes dividere velle, quæ ſingulas comprehendant, inter ἀδύνατα à Botanicis refertur.

Phyſicæ aliæ ſunt accidentales, petitæ vel à loco; quales ſunt montanæ, ▽ticæ, ſylveſtres, peregrinæ, domeſticæ; vel ab ætate, dum germinant, florent, ſemen proferunt; vel à ſexu, ut in Mercuriali, veronica, &c. laqueo accerſuntur.

Differentiæ plantarum Medicæ ſunt vel Theoreticæ, vel Practicæ: Theoreticæ cum Phyſicis conveniunt; à quibus tamen differunt, quod maximâ ex parte ἐικοτεμαὶ, non acroamaticæ ſint, & methodi medendi finisque medicinæ ultimi inducendi gratiâ expetantur; ratione cujus

1. Certi reddimur de plantæ alicujus ſpecie, quam veteres uſurparunt in hoc vel illo affectu, v.g. de abſinthio Pontico, origano, hyſſopo, majorana noſtrate, &c. Utrum cum veterũ illarum deſcriptione & viribus conveniant?
2. Ut queamus unam alteri ſubſtituere, v.g. Cinnamomum Caſſiæ, & caryophyllorum aromaticorum carpobalſamo, acorum verum calamo aromatico, &c.

Practicæ reſpiciunt virtutem, quam ad vires, cùm totius tùm partium, conſervandas, vel morbos, aut univerſales aut particulares hi ſint, abigendos habent; cujus gratiâ aliæ ſunt alimentares, quæ maximâ ex parte ſuâ ſubſtantiâ corpus noſtrum nutriunt; quædam medicinales, quæ qualitate & formâ præſertim nos afficiunt, ſive ſenſibiliter ſive inſenſibiliter illud fiat: ſunt enim, quæ medio modo ſe habent, nutrientes & alterantes, ut lens, blitum, &c.

Utræque iterum dividuntur, & quidem primò alimentares, in κατ' ἐξοχὴν tales dictas, & ſunt tùm frumenta & olera, tùm legumina, præterea boni & mali ſucci; ſecundò in non-alimentares, ut lolium, atque omne zizaniæ genus.

Ad alimentares aromaticæ referuntur, ut nardus, rosmarinus, item ſalvia, majorana, & quæ ſalſamenti loco menſæ apponuntur, ut cochlearia, naſturtium, &c.

Medicinales reſpiciunt:

1. Partes, easque tùm collectivè, tùm diſtributivè, ſumptas.
2. Ipſarum vires, dum agunt qualitatibus modò manifeſtis primis, ſecundis, &c. modò occultis; unde aliæ calefaciunt, ut allium; aliæ refrigerant, ut pſyllium, roſæ, violæ, nymphææ, &c. quædam medio modo ſe habent, quæ digerunt, & præparant, ut hyſſopus, fumaria; quædam cordialium nomine ſpiritus confortant, & exhilarant, ut odorata, roſæ, caryophylli, crocus, &c. lac augent, ut fœniculum; genituram augent, ut orchis; apoplexiam & epilepſiam reſpiciunt, ut lilium convallium, herba paralyſeos, radix pœoniæ; venenis reſiſtunt, ut allium, ſcordium, zedoaria, angelica, &c. legantur Weckeri *antidot. generale*, Danielis Sennerti *Inſtit. Medicæ l. 5.* Samuelis Schœnbornii *Man. practic.* Tilemanni & Macaſii *Mater. Medica, & Promptuar. Medic.*

Secundùm quarum ordinem & viam vivum herbarium concinnari poſſet, ſervato numero alphabetico. Aliis probatur alphabetico ordine plantas officinales recenſere, ut habet Autor noſter. Qui tamen Phyſicæ unà contemplationi ſe addicunt, ſint contenti methodo Dodonæi, Cæſalpini, Sennerti, & quæ catalogo Cantabrigienſi ſub finem expreſſa eſt. Nam herbarum aliæ ſunt:

1. Bulboſæ, ut lilium cruentum.
2. Tuberoſæ, ut aſphodelus, ſcrophularia, &c.
3. Umbelliferæ, ut fœniculum, anerhũ, &c.
4. Verticillatæ, ut Cardiaca, marrubiũ, &c,
5. Spicatæ, ut Lyſimachia ſpicata, aquatica, purpurea, &c.
6. Scandentes, ut convolvuli, clymena, &c.
7. Corymbiferæ, ut Tanacetum.
8. Pappifloræ, ut taraxacum, erygerum, &c.
9. Capitatæ, ut jacea, ſcabioſa, &c.
10. Campaniformes, ut campanula.
11. Coronariæ, ut armerius, majorana, & rosmarinus, &c.
12. Rotundifoliæ, ut aſarum, caryophyllata ▽tica, &c.
13. Nervifoliæ, ut plantago, helleborina, &c.
14. Stellatæ, ut Gallium, matriſylva, &c.
15. Cereales fruges, ut frumẽta & legumina
16. Ἀείζωα, ut ſedum, telephium, &c.
17. Graminifoliæ, ut graminum ſpecies.
18. Oleraceæ, ut endivia, blitum, ſpinachia, &c.
19. Spinoſæ, ut Cardui.
20. Linifoliæ, ut linum, linariæ ſpecies, &c.
21. Tomentoſæ, ut gnaphaliũ Americanũ.
22. Saxatiles, ut ſaxifragia aurea, melilotus, &c.
23. Lactiferæ, ut eſula, cichorium, &c.
24. Tri-

Digitized by Google

24. Trifoliaceæ, ut fragaria, medica trifolia, &c.
25. Repentes, ut nummularia.
26. Narcoticæ, ut ſolanum, papaveracea, &c.
27. Filiceæ, ut filix, polypodium, &c.
28. Muſci, ut terreſtris, coralloides, caliceus, &c.
29. Aquaticæ, ut hydropiper ſeu perſicaria ▽tica, nymphæa, &c.
30. Marinæ, ut fucus, alga, &c.

Hæc erant generalia de vegetabilibus præmittenda: jam ad ſpecialiora, nempe ipſas plantas, progredimur, adeoque ad ductum autoris noſtri totum negotium certis claſſibus includemus.

PHYTOLOGIÆ
Classis I.
DE
ALTERANTIBUS PRIMARIIS,
quæ ſunt Plantæ, harumque Membra.

A.
ABEL MOSCHI.

SEmen hujus ob odorem fragrantem in ☿, nodulo incluſum, infunditur.

ABIES.

Hæc duplex eſt, alba & rubra, differentia eſt in forma externa, & exilis; nec multum refert, ſi omninò negligatur: hujus enim folia in utroque latere; illius in altero tantùm ſerratim ſunt poſita. Abies hæc rubra vocatur etiam imprimis picea, quæ non debet confundi cum propriè ſic dicta pino. Inter arbores reſiniferas primatum tenet, & in receſſu habet acidum occultum volatile blandum; tota enim arbor, ejusque omnes ſpecies, reſinâ balſamicâ, ejusdem penitus cum terebinthina naturæ, turgent: Unde etiam ex conis abietis adhuc recentibus conciſis & contuſis, per veſicam affusâ ▽ deſtillatis, prodit cum ▽ ~ oleoſus ſeu oleum ſubtile inſtar olei terebinthinæ, à quo etiam reverà nil differt.

Primarius uſus eſt in ſcorbuto, decoctum tantum foliorum, imprimis in Batavia; in ſpecie autem, ubi ſcorbutus membra externa affligit, & vel arthritidem vagam, vel paralyſin notham, vel contracturam partium, infert: unde abies, picea & pinus, à nonnullis κατ' ἐξοχὴν vocantur arbores antiſcorbuticæ, ratione olei balſamici, alterantis acrimoniam ⊖is acris ſcorbutici, & per ſudorem auſpicato illud eliminantis. Veteres parum aut nihil ſciverunt de virtute ejus antiſcorbutica, ſed ſuperioribus tantum annis illa innotuit, tunc temporis, cùm Uladislaus IV. Rex Poloniæ, bellum contra Moſcovitas gereret; tunc enim morbus talis epidemicus in caſtris graſſatus fuit, in quo militibus pedum nervi & crura ita contracta fuerunt, ut incedere non valuerint: hinc milites fuerunt curati à D. Erbenio, tunc temporis exercitus illius medico, per decoctum ſummitatum pini: etiam ſimul deprehenſum poſtmodum fuit, quod tales contracturæ fuerint ſcorbuticæ; unde poſtmodum ad ſimiles ſcorbuticos partium externarum affectus, decoctum hoc ſtrobilorum pini fuit adhibitum. Ab iſto tempore picea & pinus in uſum antiſcorbuticum fuerunt tractæ, pro quo etiam D. Michaelis, aliique, commendant; nec ſine cauſa; tota enim ejus natura eſt balſamica: id quod teſtatur pinguedo & ♁ balſamicum, quo viret perpetuâ fronde, ita ut aſperrimas hyemis inclementias negligat. Uſurpatur & in corrigenda lympha acida, & affectibus catarrhalibus.

Loco ſummitatum præcipuè uſurpantur cortex, & coni ſeu ſtrobuli juniores, **die kleinen zarten Zäpfgen**/ tactu admodum reſinoſi ac viſcoſi, & adparent adſperſi quaſi farinâ flavâ. Hi ipſi ſtrobili, ſi non præterendi, ſaltem æquales ſunt ſummitatibus pini. Colligendi ſunt in fine Martii & initio Aprilis, qui contuſi, vel ſolitarii, vel cum raſura ligni ſaſſafras aut juniperini, aut cum radice chinæ, coquuntur in ▽ ſimplici, vel cereviſia, vel utriusque ana, ad medietatem. Decoctum hoc ſaporem amaricantem quaſi terebinthinatum exinde acquirit, quod matutino tempore hauſtum in ſcorbuto, præſertim quando lympha ſenſibilius in hoc ipſo alteratur, & genus nervoſum ac artus affligit, adeoque dolores, contracturas, paralyſes, arthritidem vagam, ac ſimilia gravia pathemata infert

Digitized by Google

uſitatiſſimum eſt pro ſcopo ſudorifero, quem potenter movet, ʒiij vel iv. ad vj bibendo ante paſtum; quas vires antiſcorbuticas videbitis in Moellenbroccii *Tractatu de variis* hinc inde, præſertim *p.* 117.

Externè coni & folia aliàs uſurpantur in balneis ad contracturas & paralyſes ſcorbuticas externas: ſic Brunnerus in conſiliis commendat pediluvium ex ſtrobulis abietum ad ciendos fortiter ☒es mulierum.

Ex his ſtrobulis pini junioribus per fermentationem artificialem elicitur ☁, qui habet odorem inſtar cumini: & cum hoc ſpiritu poſtmodum paratur eſſentia pini, quæ eſt egregium remedium antiſcorbuticum, in ſpecie in arthritide ſcorbutica vaga, & in paralyſi ſcorbutica, v.g.

℞. *Strobil. tenell. rec.*
conciſi & contuſi coqv. inſ. q. ▽æ ſimpl. donec omnis ſapor & vis medicamentoſa ſit elicita: tunc addatur

Cereviſia recens pro fermentatione,

& deſtillando prodit ☁ ardens ſuavis, qui eſt elegantis ſaporis, & odoris ferè inſtar cumini & aniſi: affuſus novis ſtrobilis eſſentiam extrahit.

Alii decoctum ſtrobilorum pini aut abietis fortiter expreſſum ad conſiſtentiam rob ſeu mellis ferè ſolidioris inſpiſſant: cui proprium, vel cochleariæ ſpiritum, vel alium antiſcorbuticum affundunt, & pro eſſentia digerunt: vid. Moellenbrock *de variis c.* 13. *pag.* 211.

In quibusdam locis, præſertim Dresdæ, in uſu eſt ▽ cymarum ſeu ſummitatum ſtrobilorum abietis aut pini ſpirituoſa, & paratur hoc modo:

> Cymæ contunduntur (quidam ſuccum exprimunt) additur dimidia pars vini malvatici, vel additur ▽ cichorii aut veronicæ ana part. æqual.

blando calore digeruntur, usque blandè fermentent; deſtillentur: poſt deſtillatum affunditur ſtrobilis abietis aut pini recentibus, & hinc abſtrahitur, abſtractū ad uſum ſervatur.

Vel tempore verno, ingruente Aprili, cymæ ſuccoſæ ex abiete colligendæ (quæ tunc temporis ſcatent reſinâ odoris & ſaporis terebinthinati; unde officinis, ſed falsò, terebinthina Veneta dicitur: vid. *Rajus Curat. Plantar. Anglic. P.* 1.) & inſtrumento ferreo diſcindendæ, exque his ſacculis incluſis ſuccus exprimendus: hujus ſucci recipiantur Menſ. viij. vel xij. includantur vaſi ligneo quercino, quod 16. vel 18. præter propter menſuras capit, indatur ſimul cymarum contuſarum tantùm, donec dolium ferè repletum fuerit, addendo ſimul aliquid ▽æ communis vel vini, relinquantur in loco temperato, donec aliquali factâ fermentatione ſpirituoſum odorem emittant, ſi agitentur: hinc mox per MB. deſtillentur: aquæ deſtillatæ cymæ contuſæ indantur, in eodem dolio aſſervantur, & dicto modo aliquoties procedatur, donec acquiratur ▽, ſufficienter ſtrobilorum viribus imprægnata.

Aqua hæc eſt egregia in atrophia ſcorbutica, arthritide vaga, aliisque affectibus ſcorbuticis & catarrhalibus, temperat quamcunque acrimoniam acidam.

Juxta hos ſtrobulos etiam cortex arboris egregius ſcorbuticus ac diaphoreticus exiſtit.

Cæterum in abiete interdum viſcus reperitur, ſed rarò; hic eſt ſingulariter expertus in arthritide, ſi pulveriſatus à ʒß ad ʒj. ſingulo matutino tempore propinetur. Certè maximè convenit in affectibus podagricis, non adeò inveteratis.

Rarum, ſed veroſimile eſt, quod habet Major *in Delic. Hybern. Mem.* 2. quod nempe nuclei pini maſticati vim habeant inebriandi.

Dixi in minoribus iſtis ſtrobilis ſubinde reperiri farinam quandam ſeu pulverem flavum adſperſum, qui eſt revera ♃ aliquod vegetabile; nam ſi colligatur iſte ☿, incenditur levi igne inſtar ♃is communis; unde vulgò vocatur ♃ pini inflammabile. Sic, quod obiter noto, in muſco terreſtri itidem maturationis tempore ſimilis ☿ flavus ſemper reperitur, qui pariter eſt inflammabilis: & quidem ſi indatur cochleari argenteo, & admoveatur candelæ, inflammatur cum tanto ſtrepitu, ac ſi ſclopetum adeſſet, inferiora tamen verſus, uti ⊙ fulminans.

Fit interdum, ut exedantur abietes à vermibus ſeu carie: pulvis iſte vocatur **Wurm-Meel**, & admodum commendatur contra intertriginem infantum, ſi inſpergatur parti quodammodo corroſæ & exulceratæ.

Plura qui cupit de abiete & pino, eorumque virtutibus antiſcorbuticis, videat Crugeri tractatum, **den Chymiſchen Tannenbaum**: *Pauli Quadripart. Botan. pag.* 539. & Mollenbroccium *de Arthritide Vaga c.* 13.

ABROTANUM.

Abrotanum, eſt duplex: mas anguſtifolium majus; & fœmina foliis incanis, quod male inter abſinthia refertur à Bauhino *in binace Potanico*, qui vocat abſinthium ponticum; ut & abrotanum fœmina foliis teretibus, viridibus, & etiam incanis, ſeu cupreſſus herba, de quibus ſuo loco. Dicitur **Stabwurtz**, ex eo, quod in ſurculos majores robuſtos ſoleat excreſcere. Mas hujus eſt loci, penetrantem ſpirat odorem, camphoræ ferè ſimilem: nobis tamen minus eſt in uſu, quod dolen-

Digitized by Google

dolendum & mirandum, utut veteribus frequentiſſimo in uſu fuerit contra quævis mala, ex hepatis oppilationibus & obſtructionibus oriunda, & conſequenter in ictero & febribus chronicis, in quibus multum ſanè præſtare ſolet. Nam odor ac ſapor ejusdem inſigniter penetrans & elegantèr aromaticus innuit, ſal quoddam volatile non vulgare in hoc eſſe, plus habere in receſſu, quàm vulgò ipſi attribuitur; adeò ut etiam commendetur ad morbos malignos, ipſamque peſtem. Præterea ratione odoris inſtar chamomillæ, ut credam, adducor, hoc eſſe egregium carminativum ſi nempe gemmæ ſeu ſummitates collectæ, ſive in decocto ſive eſſentia, internè aſſumantur. Affectibus chronicis, in ſpecie mulierum, optimè ſuccurrit; hinc in ſuffocationibus mulierum, hisque cognatis, nec non urinariis in affectibus, frequenter adhibetur. Validum eſt diureticum in calculo, unde abrotani coma pulveriſata ad ʒj cum tantillo nitri iis commendatur, quibus ob calculum ⊡ ſupprimitur: vid. Simon Pauli *in Quadripart. Botan. pag.* 182. Unde arbitror, quod cum abſinthio optimè ac cum ſucceſſu continuari ac ſociari queat. In affectibus capillorum, ſpeciatim eorum defectu, eſt in uſu nobis; refertur enim inter plantas capillares, ac defluvio capillorum dicatas, in ſpecie decoctum ejus pro lotione capitis ad generationem & incrementum capillorum commendatur; in quem finem baſin conſtituit unguenti bucretii Uratislavienſis, ſecreti & experti contra capillorum defluvium ac defectum. Deſcriptio ejus eſt hæc:

℞. *fol. abrot. maris*
capill. ♀ *is à M. j.*
favi mellis,
ladani à ʒ*j.*
myrtill. ʒ*j.*
ſem. fœnugr.
lini ā ʒ*iij.*
ſo amygd. dulc.
Vini albi gener. ā ʒ*iij.*

Facta infuſione per 24. horas bulliant ad humiditatis conſumptionem, poſt exprimatur. S.

Haar-Sälblein.

Creſcente ☽ fit inunctio cum eodem, & decreſcente ☽ abluitur caput; poſt lotionem adſpergitur vino rubro adſtringente, ut firmentur capilli: continuatur tamdiu, donec ſufficiens quantitas capillorum provenerit, & adhibetur ſine ullo capitis ſymptomate. Aliquoties à me eſt expertum.

Vinum infuſionis abrotani in ſupradictis affectibus ſummè confert.

Per fermentationem ∽, & hinc eſſentia aromatica elicitur.

Oleum deſtillatum credo inſigne carminativum, ſi externè umbilico illinatur, & partibus à flatibus diſtentis; ſcrobiculo cordis in inflatione ſtomachi.

Oleum abrotani coctum miſtum cum melle, & illitum, commendatur ſimiliter ad generationem capillorum.

ABSINTHIUM.

Abſinthium duplex eſt: vel vulgare ſeu ruſticum latifolium, vel anguſtifolium Ponticum ſeu Romanum. Dicitur quaſi ἀπίνθιον, quod præ amarore vix bibi queat, Germanis **Wermuth** ab effectu, quod calorem nimirum intendat.

Quoad vulgare, uſurpantur imprimis folia & ſummitates. Planta eſt reverà polychreſta vis ejus conſiſtit in ☉e volatili acri admodum oleoſo; hinc & deſtillando ſuggerit ℞ copioſum, calcinando verò ſal copioſum fixum. Saporis eſt penetrantis amaricantis cum levi juncta adſtrictione, bilem mirificè corrigit, eamque quocunque modo vitiatam in debitam craſin reſtituit, ſimulque tonum viſcerum plus minus laxatum, ſpeciatim epatis & lienis, blandâ adſtrictione firmat & reſtituit: hinc uno nomine analogum & ſuccedaneum quaſi bilis eſt, adeò ut quem uſum præſtat bilis balſamum in corpore noſtro, hunc ipſum & abſinthium ſub uſu medico inferre ſolet. Bilem hoc evacuare falſum eſt, quin potiùs illam acuit & auget, quia defectibus bilis & ictero ipſo ſuccurrit, imprimis ſi illi addatur chelidonium majus; unde in quibusvis cachexiis multi uſus eſt, tàm incipientibus quàm confirmatis, hydrope, aſcite incipiente, ejusque fomite removendo, & leucophlegmatia, in quibus inter vegetabilia vix melius habetur remedium abſinthio, & meminit D. Michaelis, ſe aliquot hydropicos etiam deſperatos medicamentis ex abſinthio, in ſpecie eſſentiâ abſinthii potui inſtillata curaſſe; unde etiam Matthiolus & Eraſtus ſolo abſinthio hydropicos ſe reſtituiſſe aſſerunt. Bili ergo acuendæ inſervit, & putredini reſiſtit, hinc ad emendandum ſanguinem corruptum, ſeu, uti vocant putridum, egregium eſt abſinthium. Quin & reliqui ejus effectus ex ſale volatili oleoſo deducendi: hinc enim ſtomachicum & hepaticum dicitur egregium, quatenus ſale ſalſo ſuo volatili oleoſo & quodammodo nitroſo potenter incidit & abſtergit mucum, & quascunque in ſtomacho ac inteſtinis cruditates, uti & quodcunque in corpore vitioſum acidum corrigit & emendat, craſſosque ſuccos incidit & atte-

Digitized by Google

attenuat: appetentiam dejectam ex cruditatibus decoctum ejus cum centaurio minori egregiè corrigit, & tamen quaſi caninam conciliat. In affectibus porrò ſcorbuticis, & in ſpecie quibuscunque febribus intermittentibus chronicis, egregiè convenit, imprimis febribus tertianis, cujus integra curatio, præmiſſo vomitu, in abſinthio conſiſtit, è quo ſuccus recens expreſſus ægris propinari poteſt. Commendatur etiam in affectibus ſpleneticis ex acido vitioſo & mucilagine craſſa obortis; item in morbis chronicis ex epatis intemperie frigida vulgò derivatis, qui revera ex bilis dyſcraſia derivantur, conveniens remedium eſt: imò vix eſt affectus chronicus, cui non medeatur abſinthium, in ſpecie, ſi affectus ſit vel oriatur ex vitio primæ digeſtionis: in colicis torminibus, tam virorum quàm mulierum, vel in paſſione hyſterica, convenit egregiè; in ſpecie quando mulieres ex eſu dulcium, quod ſæpè fit, patiuntur paſſionem hyſtericam, optimum remedium eſt hoc ipſum abſinthii decoctum, vel eſſentia ejus, uti amara omnia quacunque ratione uſurpata. Imò ad omnia ea, ad quæ commendatur aloë peregrina & centaurium minus, ad eadem ſpondeo vobis uſum abſinthii æque ſalutarem; utut abſinthii & centaurii minoris vis laxativa quoddammodo ſit minor, & amarities in centaurio minori magis ſit macra, in abſinthio verò magis pinguis, i. e. guſtatu quidem dulcedinem, in receſſu verò amarorem præ ſe fert, non ſecus ac quævis fellea: fibræ ejus corticem conſtituentes ſaltem ſunt amaræ, medulla verò ſeu nucleus intra fibras corticales eſt dulcis. Inde, dum centaurium acuit bilem, hocce abſinthium auget eandem, ſeu deficientem ac acriorem oleoſitate dulcificat, à qua oleoſitate volatilioti ~ animales nonnihil afficiuntur, indeque aliqualis torpor iisdem induci ſolet, unde vis etiam anodyna ac ſenſuum ſtupefactiva, hinc blandè ſomnifera, dependet: unde etiam in vigiliis ſenum, ſæpiùs ex cruditate ſtomachi ortis, abſinthium & ejus eſſentia conveniunt. Amaritie ſuâ enecat lumbricos, ſive internè uſurpetur, ſive externè ♁ abſinthii umbilico inungatur, eorumque fomitem eliminat, ita ut meritò quoddam pauperum pharmacopolium dici debeat: pauperes enim, præmiſſo vomitorio, ſucco ejus ex apicibus expreſſo in febribus ſe curant. Cæterum obſervetur, quod abſinthium ratione ☉is ☉ſi & quodammodo nitroſi abſumat ſuccum nutritium corporis, quod vocant exſiccare; aſperum enim illum reddit, quo minus nutrire vel aſſimilari queat: unde emaciatis & phthiſicis, & in re Veneréa impotentibus, prohibetur abſinthii uſus. Quantum capiti, & in ſpecie oculis, infeſtum ſit, videbitis in Boyle *de Specific. & Medicam. ſingular. p.* 115.

Propter hujusmodi ergò multiplicem uſum variis modis remedia ex eodem eliciuntur. Inter præparata ex abſinthio habet Autor ſpiritum, qui paratur vel per fermentationem, vel per ☿ Prior melior eſt, cum poſterior per ☿ nihil ferè ſit, quàm ☿ abſinthites. Verùm Finccius *in Enchelrid. Dogmat. Hermet. pag.* 95. habet egregium ſpiritum abſinthii viridem ſeu cœruleum per fermentationem ex planta ipſa & ſemine, farina ſecalina & fecibus cereviſiæ paratum, quem miris modis commendat ad quamplurimos ſtomachi affectus: quin & per putrefactionem egregius ~ urinoſus aurei quodammodo coloris ex abſinthio per retortam igne aperto, cum copioſo ☉e volatili deſtillatur, ſaporem & odorem, adeoque integram craſin abſinthii, referens.

℞. *Abſinthium Viride*:

Quod in magna copia cum ſemine conciſum congeratur in vaſculum, ut ſic incaleſcat ſponte & nonnihil putreſcat, ſed moderatè quaſi: ſub medio putredinis progreſſu, antequam fœtere incipit, dum odorem & ſaporem concreti retinet, tunc omnia igne aperto per retortam terream amplam deſtillentur, & ſic copioſiſſimus liquor acquiritur. Hic per alembicum igne ♎ rectificatus abit in ſpiritum urinoſum, ☉ volatile urinoſum admodum elegans, ſed valde amarum, in receſſu habentem.

In uſu etiam eſt ſuccus inſpiſſatus, vinum abſinthites, extractum ſeu eſſentia. Vinum abſinthites paratur ita:

℞. *Abſinthium recen*,

& miſceatur cum muſto, ut cum hoc fermentet.

Hoc optimum eſt, & maximè commendatur febricantibus. Huic ſi infundantur trochiſci alhandal, ad ♃j, bulliant, & poſtmodum filtrentur; tunc fit vinum catharcticum egregium pro aliquot doſibus; quod vinum phlegmata craſſa ac acida imprimis ex ſtomacho & primis viis efficaciter evacuat.

Eſſentia elegans fit juxta modum Drawizii *de ſcorbuto p.* 164. Melioradhuc fit, ſi ſpiritus proprius affundatur plantæ nonnihil exſiccatæ, & ita fiat extractio: eſſentia extracta filtratur, in qua diſſolvitur ulteriùs ſuccus abſinthii inſpiſſatus, ſeu ejus extractum craſſum, denuò filtratur, & ita perfecta fit eſſentia.

Et hoc modo omnes fieri debent eſſentiæ

Digitized by Google

tiæ: quæ eſſentiæ abſinthii in affectibus ſtomachi, item in febribus intermittentibus eſt egregia.

Horſtius *in Epiſt. Med.* 4. *pag.* 59. habet modum ſecretum parandi eſſentiam abſinthii, in qua præparatione adſcendit ☿ volatile abſinthii in ipſius abſinthii forma: nempe circa menſem Auguſtum colligatur abſinthium, quantum ſufficit, ſummitates & folia abrupta indantur cucurbitæ vitreæ, deſtillentur per cineres leni igne, & ▽ cum pauxillo olei viridiuſculi provenit: aqua per chartam filtretur, ♁ verò remanens aliquoties in cucurbita vitrea rectificetur; in fundo quæ ſemper remanet ſubſtantia ſpiſſior, colligenda & reſervanda; hæc enim ſi leniter per cineres deſtilletur, ☿ volatile ſtatim in alembicum adſcendit, & formam herbæ abſinthii inſtar ☉is cryſtallini eleganter præſentabit; aucto verò igne reſolvitur in liquorem, qui in vas recipiens deſtillabit ſapore ferè inſtar ſalis ⊡æ. Poſtea calcinentur ſcorſim prius aſſervati caules abſinthii, extrahatur ☿ fixum, ad cryſtallinam puritatem redigatur, ſolvatur in ▽ abſinthii rectificata, poſt digeſtionem aliquot dierum filtretur, idque repetatur, donec ▽ nullius ferè ſaporis prodeat, & ☿ ejusdem volatile cum fixo ſit unitum: tum eximatur, phiolæque indatur, & addatur ſupra dictum ☿, vel liquor volatilis ſenſim inſtilletur; ſedato ebullitionis tumultu, addatur priùs rectificatum ♁ abſinthii, & in phiola probè lutata per menſem ſuper cineres ſecundum △ gradus coaguletur, & habentur ex abſinthio tria principia purificata & unita.

Uſus hujus Medicinæ eſt varius, præſertim contra quartanam, aliasque febres intermittentes. Doſis ℈j horâ ante paroxysmum: Vid. Sachſius *in Ampelogr. Append. pag.* 68. Wedelius *in Tractatu* 2. *de ☿e volat. plantarum, in Append. ad annum* 4. *M. A. N. C. pag.* 237. habet eſſentiam ſeu tincturam Martis abſinthiacam: liquor, quem inſtillat, eſt ex capite mortuo florum ♁*ci Martialium vel hæmatitis.

Extractum abſinthii inſpiſſatum ſubinde præſcribitur in pilulis ſtomachicis, cùm ſtomacho egregiè conferat.

Secretum de ſyrupo abſinthii videbitis in Borello *C. I. Obſervat.* 41. *pag.* 49.

Oleum abſinthii ſtillatitium umbilico illitum vermes necat: hinc fit unguentum ex felle tauri, aloe & oleo abſinthii, quod applicatur umbilico, & ita infantibus egregiè enecantur lumbrici. Idem ♁ ſtillatitium illitum regioni ſtomachi potenter medetur rigoribus febrilibus.

De ☿e abſinthii fixo duplici, eoque nunc alcaliſato, nunc verò ſalſo, prout ſcilicet in calcinatione diverſus △ gradus adhibetur, vid. Tacchenii *Clavis Medic. Hippocraticæ*: nempe ☿ ☿ſum non ſolùm integram abſinthii craſin maximam partem retinet, ſed deſtillando etiam ſpiritum acidum ſuggerit, quod alcaliſato ☿i eſt impoſſibile. Aliàs ſal fixum abſinthii propinatur in febribus intermittentibus tanquam digeſtivum, item ante paroxysmos febriles ad ℈j vel ʒß. Quidam hoc ſal fixum imbibunt cum ſpiritu vitrioli, & ſic fiunt cryſtalli abſinthii, ſeu ſpiritus vitrioli coagulatus, uti vocant: Et hoc ☿e ita præparato dixit quidam empiricus, ſe aliquot hydropicos per ſudores & ⊡as curaſſe.

Sunt, qui dicunt, ſi ☿is fixi abſinthii ʒß vel ʒj, addatur proprii olei deſtillati ʒj, quod exinde legitimâ per menſem digeſtione poſſit acquiri ſal volatile, quod ſe ſublimet, quale ☿ volatile ſit ☿ febrile arcanum Helmontii, in febribus nempe intermittentibus.

Abſinthium Ponticum malè ita dicitur, cum nec ſapore, nec foliorum ratione cum abſinthio communi conveniat; eſt potius abrotanum fœmina, ad differentiam cupreſſi, quæ non rectè dicitur abrotanum fœmina.

Minus uſuale eſt abſinthium Ponticum, quam noſtras, & ferè eosdem habet effectus; quàm noſtras habet; hâc tamen differentiâ, quod abſinthium Ponticum minus acre ſit, magis tamen efficax, magis ſit carminativum, magisque diſſipet flatulentias, quàm vulgare. Vis ejus conſiſtit in ☿e volatili admodum oleoſo, unde etiam deſtillando ſuggerit ♁, calcinando ☿ fixum.

ACACIA VERA.

Acacia eſt vel Germanica, vel vera. Hæc eſt ſuccus inſpiſſatus ex planta Ægyptica, qui uti rarus, ita apud nos eſt carus, imò planè incognitus: vid. Alpinus *in horto Farneſiano.*

Veteribus in uſu fuit, cujus effectus multiplices refert Alpinus *cap.* 4. *de Medicam. Ægyptiorum*, quorum duo ſunt potiſſimum principales: 1. quod profluxionem ſanguinis quamcunque ſtrenuè compeſcat, & mulieribus, immodico menſium profluvio laborantibus, promptè ſuccurrat; 2. quod dolores podagricos & articulares quoscunque avertat.

ACACIA GERMANICA.

Ex Acacia Germanica ſeu noſtrate, dem Schleen-oder Schwartz-Dorn/ ſeu pruno ſylveſtri, apud nos in uſu ſunt flores & fructus.

Flores recenter collecti, & infuſi vel in ſero lactis ſive ex bubulo ſive caprillo,

Digitized by Google

vel lacte ipso, blandè ebulliti, egregiè purgant omnes humores serosos & ▽s hydropicorum, præterea in sero lactis decocti sunt appropriatum scorbuticorum purgans; in genere in morbis chronicis reperito usu optimè convenit, istis præsertim, in quibus acrius serum, seu lympha vitioso sapore inquinata, peccaverit; hinc in scorbuto, scabie chronica, variis capitis infantum, similibusque puerorum præsertim morbis, sunt blandum evacuans & sanguinis purificativum, sive infundantur sive moderatè decoquantur in lacte. Alii recipiunt florum recentium aliquot manipulos, quos vino infundunt, cujus haustus egregiè alvum laxat, & in ictero flavo singulare est experimentum.

Fructus acaciæ eleganter adstringunt.

Aqua acaciæ florum ritè destillata usurpatur tanquam aliorum medicamentorum vehiculum pro usu pleuritico, sudorifero, & eliminanda ☉. Cordus scribit, quod habeat vim purgantem.

Prostat & in quibusdam locis conserva & syrupus. Hic paratur ex multiplici infusione florum recentium in ▽, & post cum saccharo inspissatur. Recens suaviter laxat, & serum purgat, & hydropi atque scorbuto confert: flores autem exsiccati, uti & syrupus vetus, vim purgandi amittunt: Conf. Zwelfferus *in Append. ad Pharmacop. Augustan. p. II.*

Succus inspissatus seu rob acaciæ nostratis, est succedaneum succi acaciæ veræ: adstringens est validum, & quod rarò internè usurpatur, sed tantùm externè potiùs, ubi opus est adstrictione.

Vinum, quod etiam habet Autor inter præparata, **der Schleen-Wein**/ paratur ex fructibus maturis, recenti vino infusis, ita ut unà deferveant, & dant potum medicatum egregium, stomacho gratum, in diarrhœis, dysenteriis, ac omnibus hæmorrhagiis, imprimis uteri nimiis, proficuum.

Simili modo fructus acaciæ cerevisiæ novellæ infundantur, & unà deferveant; dant cerevisiam medicatam pro iisdem affectibus.

Iidem fructus exsiccati, ac pulverisati vino infusi sunt egregium diureticum.

Quidam ex prunis sylvestribus immaturis parant ✝ fortissimum: scilicet exprimunt succum ex his prunis nondum maturis, quem succum per alembicum in MB. dephlegmant, & ita admodum forte ✝ acquirunt.

ACETOSA.

In officinis sunt quidem oxalis seu acetosa sativa rotundifolia, item acetosa major Hispanica, & vulgaris sylvestris, quæ præprimis in usu est. Nomen suum obtinuit à sapore subacido, quem tota planta exhibet; quæ tamen aciditas est blanda, volatilis, & cum aceti aliisque fixioribus aciditatibus non confunderenda. Pertinet ad lapatha, unde & lapathum acetosum audit. Quinimò in textura sua alcali simul recipit, unde succus acetosæ recens solutionem ♄i in aceto ♒at, quasi succus cujusdam plantæ vulnerariæ, aut alterius plantæ in recessu alcalinæ, instillatus esset.

Folia & radix expressa dant succum, vino rubro simillimum, & saporis subacidi; hinc etiam folia cum radicibus in ▽ simplici decocta post se relinquunt liquorem rubicundum, vinosum, saporis suavis & subacidi: Unde Platerus *l. 2. Observat. pag.* 320. quendam phreneticum vinum postulantem decepit decocto radicis acetosæ, quod etiam semen acetosæ in ▽ ebullitum pariter præstare potest.

Ipsa planta stomacho imprimis est amica, appetitum excitando, sitim sedando, & acrimoniam bilis, aut nimiam fluiditatem, indeque facilem ebullitionem, blandè compescens & mitigans; inde in febribus, præsertim continuis ardentibus & tertianis malignis, cum æstu & ardore, siti clamosa, faucium ariditate, præcordiorum anxietatibus, &c. Imò quælibet ex acetosa parata, & loco juleporum propinata, sunt egregia, præprimis si succus granatorum & citri huic decocto addatur. Dabo exemplum talis julepi, in febribus ardentibus & malignis usurpandi.

℞. *HB. acetos. rec. M. jv.*
(vel in defectu hujus rec. rad. acetos. ℥iv.)
Concisa l. contusa coqv. in s. q. ▽æ simpl. colaturæ rubræ subacidæ addantur
succ. granator.
ribium à q. s. pro subtili & grata aciditate,
D. S.

Kühlender Julep auf etliche mal.

Vel ℞. *Decoct. rad. acetos. ℔j.*
succi acetos. rec. expr. ℥iij.
syr. e. u. d. ℥ß ad ℥ij. Misc.

In effervescentia ♎is volatilis oleosi in corpore lenienda & tollenda, & bilis acrimonia corrigenda, item in phlogosibus & æstuationibus vagis, **in fliegenden Hitzen**/ cholericorum, scorbuticorum & hypochondriacorum, quibus nimis familiares sunt, efficax est remedium. Imo tota planta miscetur commodè cum aliis scorbuticis acrioribus, v. g. cum cochlearia, cum nasturtio, armoracia & similibus, ut volatilis acetosæ aciditas corrigat blandè acrimoniam istam scorbuticorum, eandemque temperet, & ita eorum effervescentias nimias coerceat.

Quod dixi de planta, valet de semine.

Inter præparata est conserva acetosæ, quæ præ-

tized by Googl

præſcribitur cum aliis in febribus ardentibus & malignis ad refocillandum nonnihil, imprimis poſt ſudores; item in biliosis, in quibus acetoſa ☿ volatile acre temperat. Nam omnia ex acetoſa remedia nimiam ſanguinis effervescentiam blandè compeſcunt.

Cum ſucco ſubacido non pauci parant extractum Martis egregium in affectibus ſcorbuticis & hypochondriacis.

Syrupus fit ex ſucco & ſaccharo. Petrus Johannes Faber, Gallus, *in ſuo Myrothec. ſpagyrico* addit nonnihil de ſpiritu vitrioli, ut ſaporem eo magis acidum acquirat.

ACETOSELLA.

Acetoſellam etiam vocant trifolium acetoſum erectum ſiliquoſum flore albo, quoniam terna habet folia inſtar aliorum trifoliorum, & tantùm ſaporem acidum: quibusdam etiam trifolium fiſtuloſum dicitur. Græcè vocatur ὀξυτριφύλλον, aliis Lujula, item Alleluja, Germanis **Buch-Ampffer / Sauer-Klee.** Folia habent cordis figuram, adeoque propter ſignaturam, ſingulariter inter cardiaca & analeptica refertur; unde in febribus & morbis acutis atque malignis, eorumque æſtu & ſiti, ſuccus, & ſyrupus ex foliis paratus, uſurpari ſolet. Orgasmum bilis temperat, æſtum, ſitim, aliaque à bile æruginoſa orta compeſcit.

Conſerva ejus ſoluta in ▽ ſimplici, dat egregium corpus pro julebis.

Aliàs vix differt ab acetoſa vulgari; utut ſint, qui dicunt, quod ſuperet acetoſæ vulgaris vires, præ acetoſa tamen magis antiſcorbutica habetur, miſta ſcilicet cum acrioribus antiſcorbuticis.

ACORUS VERUS.

Acorus verus Germanis dicitur **der Calmuß/** vocatur etiam calamus aromaticus officinarum. Officinarum dico; quia non eſt calamus aromaticus verus ſeu Indus, qui ſub litera C. infrà tractabitur, & non ampliùs apud nos, ſed in Syria adhuc reperitur. Hodiernus hic calamus eſt planta arundinacea, Amſtelodami ſæpè reperitur, cujus folia ☿e volatili acri egregiè aromatico turgent.

Acorus verus, radix inſigniter aromatica, ſaporis acris & ſuaveolentis eſt, cujus vis conſiſtit in ſuavi oleo & ☿e volatili acri, ad aromatum naturam accedente. Ratione ejus ☿is volatilis acris aromatici inſigne eſt carminativum & ſtomachicum, quem mirè confortat, unde in affectibus ſtomachi ex cruditate ortis, aut etiam in appetitu dejecto, in coctione vitiata & ſimilibus inſigniter convenit. Præter hoc in affectibus quoque uterinis, menſium ſcilicet obſtructionibus, aliisque vitiis convenit aromaticâ virtute, quatenus reſtaurat motum fermentativum; hinc in dolore colico & paſſione hyſterica. Denique etiam in morbis chronicis, cachexia & ſimilibus, ratione blandi ☿is volatilis acris commendatur. Ergò eligenda eſt recens guſtu acri & morſicante.

Propterea conditur radix, quæ jejuno ſtomacho comeſta quantitate nucis avellanæ quascunque cruditates & apepſias in ſtomacho corrigit, eum inſigniter roborat, & appetitum provocat.

Oleum deſtillatum eſt elegans carminativum, & anodynum putatur, quia affectus colicos & flatulentos ſedat.

In officinis proſtat electuarium di-acori, quod eſt inſigne ſtomachicum & artheticum.

ACORUS ADULTERINUS.

Acorus adulterinus, Pſeudo-acorus, & quibusdam acorus aquaticus dictus, Tabernæmontano optimè vocatur iris paluſtris ſeu aquatica lutea; & eſt ſpecies iridum ſeu gladiolorum.

Hujus radix tantùm eſt in uſu, quæ commendatur vi inſigni adſtrictoriâ & ſtypticâ, adeoque quibuscunque alvi fluxibus aut hæmorrhagiis potenter medetur: unde ſuccus expreſſus in diarrhæis, dyſenteriis & hæmorrhagiis experimentum optimum fuit B. D. D. Langii noſtri, qui ex hoc præparavit ſuum nectar adſtringens in vomitu cruento, dyſenteria, & quibuscunque alvi fluxibus & hæmorrhagiis ipſi familiare. Ex radice inciſa, ſi ſucculenta fuerit, ſuccum expreſſit; ſi minus, in ▽ decoxit, ſuccum vel liquorem prolectum blandè inſpiſſavit, & ſacchari ſ. q. additione in ſyrupi conſiſtentiam redegit.

Externè quidam, ad dyſenteriam commendant radicem collo ſuſpenſam. A Paracelſo pro amuleto contra catarrhos de collo ſuſpenſa deprædicatur. Aliàs etiam eadem radix appenſa ſingulare amulerum dicitur contra affectus nervinos, & in ſpecie ſpasmum ac convulſiones, quod pariter ex ſchola Paracelſi prodiit, qui menſe Majo radicem hanc effodere jubet, idq; die ☿ ıj ante ☉is ortum: effoſſa radix exſiccatur, & poſtmodum die ☉is ipſo ☉is ortu recipitur, & ſuccini albi ana qu. pl. includuntur nodulo ex ſerico rubro, qui appenditur collo, & ita ſingulariter in dictis affectibus commendatur: appendenda autem eſt radix, quod ☉ & ♄ aſpectu △ aut ✶ ſe irradiarunt.

ADIANTHUM VULGARE.

Adianthum vulgare, **das Frauen-Haar/ oder** Venus **Haar/** primariò quidem adianthum nigrum dicitur; variæ enim ejus ſunt ſpecies.

Hujus adianthi herbula vulgò inter plantas aperientes & reſolventes viſcera ab-

Digitized by Google

dominis, & hinc pulmones mundificantes, & ⊡ blandè ſtimulantes, refertur, & imprimis ad affectus pectoris commendatur; unde etiam cum alterantibus aperientibus, præſcribitur in morbis chronicis, quos ex obſtructione oriri volunt, in nodulis, decoctis, & ſic porrò. Poſt hoc etiam in affectibus renum laudatur; ſcilicet incidere & attenuare mucum viſcidum in his locis hærentem dicitur.

Unde proſtat in officinis ſyrupus adianthi ſimplex & compoſitus, qui veteribus in frequentiſſimo uſu fuit virtute aperiendi venas meſaraicas in affectibus chronicis; ſicut adhuc interdum uſurpatur ad affectus pectoris & morbos chronicos, cachexias & ſimiles, rarò tamen.

Omnia pariter adiantha referuntur inter plantas capillares, & in ſpecie ad calvitiem commendantur, unde ingreditur cum abrotano unguentum Bucretii.

Annotari meretur, quod capillus Veneris, quamvis ad adſpectum planta arida ſit, tamen illius e. g. ℔j expreſſa ferè tantundem ſucci fundat: vid. Wedelius *de ſale volat. plantarum pag.* 243. *in Append. M. A. N. C. ad Annum* 4. *&* 5.

ADIANTHUM AUREUM.

De adiantho aureo ſeu polytricho vero autores parum aut nihil quoad vires ſunt experti, unde rariſſimi uſus eſt, niſi quod interdum cum aliis permiſceatur pro tollendo pertinaci muco pulmonibus reliquisque viſceribus impacto; & à Carrichthero in morbis ab incantatione ortis maximè, & non immeritò laudetur: vid. Carrichtheri *Herbar. pag.* 779. 381. *&* 475.

Aliàs inter herbas capillares recenſetur, propter ſignaturam, adeò ut externo uſu ad capillorum affectus, & in ſpecie ad calvitiem, commendari ſoleat.

AGALLOCHUM.

Agallochum aliàs vocatur lignum aloës, **Paradieß-oder Aloës-Holtz.** Eſt lignum perquam reſinoſum, reſinâ aromaticâ ſuaviſſimâ & ſummè confortativâ imprægnatum, ex arbore Indiæ Orientalis iſtud decidi aſſerunt, cujus ſuccus recens eſt venenoſus, conf. *Acta ſociet. Regiæ Volum.* I. *pag.* 724. affertur ad nos ex Inſula Sumatra, ſaporis eſt amaricantis, ex cujus poris transſudat reſina balſamica. Lignum eſt oleæ ſimile, quam arborem recenter diſſectam nulla odoris fragrantiâ eſſe gratam dicunt; ſiccatum verò lignum demum ſuaveolentiam acquirere. Sed vix genuinum apud nos habetur, adeò rarum eſt, vid. *M. A. N. C. Ann.* I. *p.* 332. Noſtrum potiùs ad naturam ligni aſpalathi ſeu ligni Rhodii, cujus Dioſcorides meminit, accedere videtur.

Diſtinguitur agallochum ab aſpalatho **dem Roſen-Holtze**/ quod hoc in ignem injectum flammam concipiat, & in cineres abeat; agallochum verò reſinæ inſtar ebulliat & prunis injectum liqueſcat: vid. Bontius *Commentar. in Garziam ab Horto c.* 16.

Tanquam confortativum ſingulare laudatur omnium viſcerum totius corporis, inſpecie reſina & extractum ex genuino, quæ cordialibus primariis accenſentur, & cum confectione alchermes comparantur. In ſtomachi affectibus ex cruditate acida ortis, in debilitate etiam ejus deſperata, imprimis confert, eumque ſingulari vi aromaticâ mirè recreare, & hinc memoriam ſenum juvare dicitur.

Externè lignum hoc incenſum, & fumus ac odor naribus attractus ſeu hauſtus admodum convenit in paſſione hyſterica graviori, aut lipothymia cum paſſione hyſterica conjuncta; reſina naribus admota memoriam ſenum juvat, odoreque mirificè recreat. Inſignes laudes agallochi in confortando cerebro & roboranda memoria videbitis in Schenckio *l.* I. *obſervationum, ex* Levino Lemnio *de occultis naturæ miraculis.*

Tam cum ♆ ▽ ſpirituoſa, quàm etiam ejus medio extractum & eſſentia internè ad epilepſiam parati poteſt. Præparationes horum videbitis in autore, qui ex Angelo Sala & Quercetano deſcribit, & Zwelffero *Pharmacop. Regiæ pag.* 224.

AGERATUM.

Ageratum quaſi non facilè marceſcibile, quod flores ejus non tàm facilè marceſcant, vocatur aliàs eupatorium ſeu hepatitis Meſuæ: tria enim habemus eupatoria in officinis.

1. Eupatorium Meſuæ ſeu Arabum.
2. Eupatorium Græcorum vel Dioſcordis, quod eſt agrimonia vulgaris;

Et

3. Eupatorium cannabinum.

Noſtrum in hortis tantùm apud nos provenit; vocatur **Leber-Balſam**/ quoniam ex veterum hypotheſi conferre dicitur hepati. Jam verò cùm hepar non ampliùs ſanguificet, & ex modernorum hypotheſi hepatica ſint talia, quæ laſſa ſam ſanguinis craſin emendare, ac naturalem reſtituere poterunt; adeoque ageratum cum aliis ad corrigendam ſanguinis craſin vitiatam in morbis chronicis, quos ex obſtructionibus oriri volunt, erit ut accommodetur. Omnia, quæ de agrimonia dicenda erunt, huic, & quidem in excellentiori gradu, competunt. Rarò tamen uſurpatur

Digitized by Google

tur apud nos: Veteribus ſæpiùs fuit in uſu: loco ejus eupatorium cannabinum ſubſtituitur.

AGNUS CASTUS.

Ἁγνὸς, idem ac Latinis Caſtus; aliàs propriè & communiter vocatur vitex, **Keuſch-Lam/ Keuſch-Baum.**

Hic ſubminiſtrat officinis ſemen: quod imprimis nomen dedit arbori ex ſpeciali virtute, qua homines reddit caſtos, & ſtimulos libidinis ex genitura abundante acriori ac fervidiori natos compeſcit, ac impetum iſtum Venereum cohibet; An vim genitalem prorſus enervet, aſſerere nolim; ſufficit, quod homines caſtitati mancipare valeat: Unde etiam in affectibus ſeminalibus & gonorrhœis, non tàm ex genituræ abundantia & turgeſcentia, quàm acrimonia ejus oriundis, & hinc in gonorrhœa notha, & fluore albo mulierum adhibetur, & etiam penis erectionem ad tempus inhibet, ſive in forma emulſionis, ſive largiùs in forma pulveris propinetur. Semen hoc etiam ordinariò ingreditur eſſentiam Caſtitatis D.D. Michaelis, quæ in gonorrhœa, & imprimis in mulierum fluore albo, nec non affectibus libidinoſis, magno eſt in pretio; ſicut apud veteres Romanos mulieres folia hujus viticis lecticiniis ſubſternere ſolebant, ut eorum incubitu vis earum Venerea nonnihil langueſceret; hinc etiam in furore uterino commendatur, in quo ſemen pulveriſatum datum, vel ex ſemine cum aqua nymphææ parata emulſio, cui addi poteſt oſſepiæ præparatum & ſuccinum album. Dabo exemplum pulveris contra gonorrhœam, ex abundantia & nimia turgeſcentia genituræ natum.

℞. *Sem. agni caſti* ʒ ij.
Succini albi præpar.
ȣ ii diaphor.
Oſſis ſepiæ præp. ā ʒ ß.
Sacch. ♄ *i* ∋ j.
M. f. Pulvis pro aliquot doſibus,
D. S.

Anhaltend Pulver.

Emulſio contra furorem uterinum eſt hæc:

℞. *Sem. agni caſti* ℥ ß.
c. f. q. ▽ *nymph.* f. emulſio, cui add.
Sacch. ♄ *i* ∋ j.
Camph. ∋ ß.
Syr. de nymph. ʒ vj. vel ℥ j.

Kühl-Milch.

Poteſt etiam ſemen agni caſti in affectibus uterinis, ex acrimonia genituræ ortis, adhiberi.

AGRIMONIA.

Agrimonia, **Odermenge/** eſt Eupatorium ſeu Hepatitis vel Dioſcoridis vel Græcorum, quaſi epati dicata ſit. Hæc Agrimonia non eſt argemone, ſed ad pentaphylla potiùs ſuo modo referenda, & una ex nobiliſſimis hepaticis, vel quæ optimè ad ſanguinis dyſcraſiam emendandam in quibusvis morbis chronicis ex vitio hepatis à veteribus; à modernis verò vitio bilis deductis, conveniunt; unde eſſentia ejus, decoctum, infuſum, &c. inſigniter commendantur in ictero, cachexia, & febribus chronicis. Deinde egregiè admodum eſt vulneraria, quæ potiones vulnerarias, **die Wund-Tränckle/** unà cum aliis ingredi ſolet, quæ propinantur in vulneribus & ulceribus inveteratis & malignis; ſpeciatim in vulneribus & ulceribus renum, & inde dependente mictu cruento unum ex optimis ſpecificis eſt agrimonia, & B. D. Michaelis uſitata; vel ſolùm vel cum comis hyperici in vino decocta, vel ſub forma eſſentiæ vel extracti uſurpata: e.g.

℞. *Eſſ. Agrimon.*
flor. hyper. à ʒ j.
M. D. S.

Nieren-Mixtur auf etlichmahl.

Doſis 40. **biß** 50. **Tröpfflein** / ter in die.

Eſt de cætero planta temperata ac blandè amara, hinc in tono hepatis reſtituendo non contemnenda: Vid. Foreſtus *l.* 7. *Chirurg. Obſervat.* 3.

Externè uſurpatur in balneis pro mictu cruento & vulneribus atque ulceribus partium externarum, recentibus & antiquis, mundificandis, ſordibus detergendis, & carne promovenda; ubi herba aut ejus ſuccus recens expreſſus à ruſticis frequenter adhibetur, quorum vulnerarium unicum eſt, vulneribus & ulceribus inſtillatus, aut cum filamentis impoſitus: ſic v. g.

℞. HB. *Agrimon.*
millefol.
flor. hyperic. à M. j.
muſci pruni ſylv. M. ß.
ſem. hyper. ʒ i j.

Conqu. in ſ. q. ▽ ſimplici contra mictum cruentum; quod ad procidentiam quoque ani commendatur.

Quin & in contuſionibus ſcroti cataplaſma, factum ex agrimonia, in vino cocta, inſigniter commendari ſolet, imprimis ubi eſt tumor & inflammatio, quæ in hujuscemodi malignitate aliàs ſupervenire ſolet. In ſpecie quidem ſi, quod ſæpiùs evenit, oriatur tumor & inflammatio ſcroti & teſtium, quando equitamus, cataplaſma ex agrimonia hæc reſolvit & tollit; cui ſi addantur flores ſambuci, erit eò meliùs. Hildanus *Cent.* 3. *Obſervat.* 81.

ALCEA VULGARIS.

Alcea vulgaris major & officinalis, **Fell-Riß/** vel **Siegmars-Wurtz/** planta cognata eſt cum althæa & malva vulgari, niſi quod poſteriores magis ſint anodynæ, magis emollientes, ac in receſſu magis mucilaginoſæ: differunt

Digitized by Google

ferunt in eo, quod althæa & malva folia habeant integra; Alcea verò laciniata. Dicitur ab ἄλκω, quod pluribus usib⁹ inserviat; **Fellriß** verò, quod contrà pannos oculorum valeat, in quem usum vel succum ejus, vel radicem certo tempore effossam recipiunt, & de collo suspendunt.

ALCHIMILLA.

Alchimilla Græcorum, **gülden Gänserich/ Sinnalen/** ad sanículas referenda ita dicitur, quod Alchimistæ de hac multum venditent; item pes leonis, **Löwen-Fuß/** à figura foliorum. Planta satis nota est, subinde crescit quasi spontè.

In officinis prostant ejus folia, quæ ex vulnerariis similiter ferè primatum obtinent. Vis ejus consistit in ☿e alcali volatili, temperato ab acido, blandè diuretico. Usus frequens est in herniis, & alrerativæ & consolidativæ virtutis ratione. Vis autem hujus, ut & omnium vulnerariorum, manifestatur in decoctis magis, quàm essentiis cum spiritu vini, in quibus saltem extrahuntur resinæ. Conveniunt autem tàm externè in abscessibus & ulceribus quarumvis partium, ut & in sinus seu fistulas injiciendo, sicut & ejusdem succus cum unguentis vulnerariis commodè permiscetur, quàm internè in potionibus vulnerariis ac dysentericis, & consolidationi partium internarum dicatis, ut rupturis, &c. ut temperetur acidum in stomacho, illudque per ☉m eliminetur: temperato enim acido stomachi, impeditur ejus cursus vel influxus in vulnera: Vid. Fuchs *p. m.* 584. Ingreditur etiam clysmata consolidantia in dysenteria. Italis quibusdam externè usurpatur pro sophisticatione virginum, quo coarctentur & angustentur eorum genitalia, & mammæ pendulæ erigantur, & minores fiant. Modus est hic: Coquunt Alchimillam in ▽, quod decoctum supponunt mulieri, ut vapor subintret vulvam: sic enim dicunt, constringi genitalia, idque adeò, ut se possint aliquoties pro virginibus venditare: sed meliùs forsan conduceret, si adderetur ☾, & immediatè applicaretur locis istis, ita enim magis adstringeret: sicut & mammis decoctum hoc sub forma fotus applicant, & sic eas parvas, duras & rotundas instar pomorum, uti dicunt Itali, efficit. Vid Gabelchoverus *in Observationibus*.

ALKEKENGI.

Alkekengi seu Halicacabum est species solani, unde dicitur Solanum Vesicarium.

Baccæ Alkekengi figurâ ceraſi, **die Juden-Kirschen/** solùm in usum veniunt.

Quatenus ex solanorum sunt genere, vi aliquali anodyna præditas arbitror: ☿e essentiali, vereque nitroso turgent, unde & ratione horum ☿ium saporem obtinent nonnihil subamaricantem; ex qua crasi deducitur vis insigniter diuretica & nephritica, in ☿e nitroso absterſivo fundata. Infusum namque harum baccarum, tàm succulentarum quàm exsiccatarum, in vino ☉m remorantem blandè pellit; frequentissimi hinc usus sunt in affectibus renum, tàm in eorum ulceribus & impedita mictione, quàm etiam in affectibus nephriticis, in purgandis renibus, & calculo, arenulis similibusque, tàm præservando quàm pellendo. Præterea decoctum baccarum harum cum radice liquiritiæ in dysuria commendatur; sicuti etiam essentias quasvis diureticas baccæ hæ exsiccatæ, earumque ☾, ingrediuntur. Porrò hæ baccæ Alkekengi commendantur insigniter in ictero flavo, præmissis præmittendis. Autor præ cæteris commendat in sanguine coagulato, quem dissolvit, & vel per ☉m expellit, vel per alvum, vel per sudorem eliminat. Modus utendi consistit in succo expresso, qui vel solus vel cum vino propinatur: Vid. Hercules Saxonia.

In Hœfferi *Hercule medico p.* 176. est aqua nephritica non contemnenda, quam inter alia baccæ Alkekengi ceu basis, & cortices limonum ingrediuntur.

Paratur etiam essentia ex succo baccarum Alkekengi inspissato & aliis plantis cum spiritu proprio, per fermentationem parato, quę egregia est in exulceratione renum, suppressione & ardore ☉æ, item in affectibus nephriticis. Si addatur opium, fit essentia urinaria anodyna Michaëlis, quæ pellit ☉m, & dolores nephriticos sistit. Petrus Johannes Faber *l.* 2. *Myrothec. spagyr. cap.* 7. habet essentiam baccarum Alkekengi, quam insigniter in ictero flavo commendat.

Idem succus expressus blandè inspissatus extractum diureticum nonnihil anodynum suggerit, quod etiam in ictero vi diuretică est egregium.

In officinis prostant trochisci de Alkekengi, tàm cum quàm sine opio, qui egregii sunt in excoriatione aut exulceratione renum; item in affectibus urinariis dolorosis, dysuria & stranguria à Foresto laudantur. Sed si propinetur essentia suprà dicta ex Alkekengi succo & aliis, erit effectus cò magis præsentaneus.

ALLIARIA.

Alliaria, **Knoblauchs-Kraut/** seu thlaspidium cornutum, allio congener odore planta est, quæ florem album habet.

Usus ejus est in febribus malignis, adeoque vis ejus residet in crasi sanguinis, per ☿ alcali suum volatile odore se satis prodens, reducenda.

Digitized by Google

cenda. Itaque ſcordio ſubſtitui poſſe quibusdam videtur, cùm attenuet, incidat, ad putredinem conducat. Inter acetaria cum zinzibere, ☿e & aceto, pro craſſis & viſcidis humoribus reſolvendis, apta eſt. Iisdem ferè viribus gaudet ac allium.

Extra ſemen nigrum contuſum cum aceto in forma emplaſtri in ſtrangulatu mulierum ventri impoſitum, illas iterum reſuſcitat; item ſub forma peſſarii ſemen linteo exceptum eodem in caſu. Succus plantæ vel ſemen pulveriſatum in nares ſufflatum ſternutationem excitat in epilepticis & comatoſis, utrosque ſuſcitando. Succus, &c. herbæ vel ſeminis, vel ipſa planta recens, in vulneribus & ulceribus antiquis putridis & ſordidis ob metum cancri, nec non ad gangrænam recentem, conducit.

ALLIUM.

Allium, **Knoblauch**/planta ſatis eſt cognita, in ſpecie radix ſeu potiùs capita, quæ ſola hic uſualia ſunt, & ſapore ac odore omnibusque proprietatibus indicant, efficaciam ſuam primariam dependere à ☿e volatili admodum acri, magis Mercuriali, minus ♃eo, inſigniter penetrante, hoc eſt, ut vulgò vocant, eſſentiæ eſſe penetrantis, incidentis & attenuantis, aperientis, cujus intuitu allium, non ſecus atque omnia cepacea, inter exſiccantia & calida refertur; à quo ☿e volatili acri eſt odor admodum morſicans, ſapor linguam pungens, morſicatio oculorum, & qui ſunt ſimiles effectus, qui ☿ volatile acre adeſſe loquuntur. Hinc virtus illi ſtomachica per experientiam adſcripta fuit pro appetitu conciliando; unde & peregrinantes, ſi tempore veſpertino capita aliquot allii in vino generoſo adhibent, appetitum inde ſentiunt. Admodum porrò convenit in diſcutiendis flatibus, natis per fermentationem vitioſam ab acido factam; acidum enim vitioſè fermentans dat flatus. Hoc acidum, dum corrigitur à ☿e volatili acri allii, ſimul etiam proventus flatuum corrigitur, & geniti jam diſcutiuntur; iiſque per ſe abſumuntur, per accidens verò, in ſuccis ſcilicet pituitoſis, generantur: Unde inſigniter convenit allium in affectibus inteſtinorum doloroſis, ut paſſionibus hyſtericis gravioribus & colicis, ab acido ortis, & jam à Galeni temporibus uſitatum fuit remedium, ſive adſint flatus ſive non adſint; Uſurpatur verò vel externè illinendo umbilicum, vel internè hauſtum vel cum vino vel cum oleo olivarum: ſcilicet capita allii minutim diſciduntur, & cum aqua chamomillæ deſtillata aſſumuntur contra colicam; vel capitulum allii intra dentes contritum & maſticatum brevi ſolvit paroxyſmum; Juſculum cum allio & oleo olivarum, calidè hauſtum cum tantillo vini generoſi, experti eſt remedium Borelli in colica, *Cent.* 4. *Obſervat.* 92. ſic jam in Galeni ſcripris proſtat exemplum colicæ curatæ per allii uſum in ruſtico, ſicut ex Galeno recenſet Schenckius *in Obſervationibus*, & Zacutus Luſitanus *l.* 2. *Med. Princ. Hiſtor.* 95. Deinde infeſtum admodum eſt lumbricis & vermibus quibuscunque quos enecat & expellit, ſive adſint in inteſtinis, ſive etiam adſint vermes pericardii. In quo optimum remedium eſt ſuccus allii expreſſus cum ſucco naſturtii in brodio ſeu juſculo decoctionis radicis armoraciæ aſſumptus: Vid. Hartmannus *in Praxi Chimiatr. pag.* 155. & Gabelchoverus *Centur.* 3. *Curat.* 1. Præterea egregium diureticum eſt, indeque in obſtructione ☐æ tempore veſpertino in ▽ vitæ juniperina capitulum allii ſumptum; uti quoque allium & cepæ cum oleo coctæ, & inſtar cataplasmatis regioni pubis admotæ, eam cient; unde acuendo ☐m, & ita renes abſtergendo, in præſervando & curando calculo excellit inſigniter. Singulis ergò novi- & pleniluniis capitulum allii minutiſſimè diſſectum & cum cochleari ▽æ vitæ ſeu ſpiritus juniperini aſſumptum præſervativum eſt expertum à calculo, quem etiam depellit. Vide deſcriptum hoc remedium à Bartholino *Centur.* 4. *Epiſtolar. pag.* 230. conf. Foreſtus *l.* 19. *Obſervat.* 27. Allium etiam eſt ſingulare ſudoriferum & alexipharmacum, ſi particula radicis una vel altera cum pane ſiligineo comedatur, ac æger probè contegatur adeoque in peſte ejus uſus inſigniter commendatur ab Athanaſio Kirchero *de Peſte p.* 318. aliisque: Ob id rectè vocatur theriaca ruſticorum, utpote quos, & imprimis Hungaros, capita aliquot allii in aceto ſimplici vel deſtillato aſſumpta potenter per ſudorem à peſte & aliis febribus malignis, cum vino à benignis, liberant. Unde etiam internò ſolet adhiberi ab Ungaris in cura morbi Ungarici optimo cum ſucceſſu. In apoplexia uterina commendat Autor noſter, per quam nihil aliud intelligit, quam paſſionem hyſtericam, in qua ſenſus & motus perit inſtar apoplexiæ: cum enim talis hyſterica paſſio oriatur ab acido, vitioſè in inteſtinis effervescente, propterea corrigit hoc ipſum allium. Contra morſus viperarum internè & externè extollitur allium. Sunt, qui deſtillant ex allio ▽m alexipharmacam contra venena: Aquam nempe ex allio deſtillatam ſuperfundunt novis allii capitibus, & blando ☉is calore per tres vel 4 hebdomades digerunt: clarum quod eſt, decantatur, & ita præparata ad quælibet venena deprædicatur. Allium cum ſtercore humano mixtum proſ-

deſt

Digitized by Google

deſt locis dolorificis ab incantatione tumefactis impoſitum.

ALLIUM SYLVESTRE.

Allium ſylveſtre in uſu interno eſt præſervativum, imprimis contra peſtem & morbos contagioſos, ſi vel aceto vel vino infundatur: Omnia enim alliata hiſce in morbis malignis conveniunt; hinc etiam electuarium de allio quibusdam officinis in uſu eſt, cujus baſis eſt radix hujus allii.

ALSINE.

Alſine major latifolia mas vulgaris, **das Mäuſe-Gedärme / Hüner-Darm / Hüner-Biß / Vogel-Kraut /** rari eſt uſus interni, jam apud nos; externè verò mulieres plantam contuſam mammis puerperarum, ſi lactare nolunt, ad coërcendum & impediendum lactis proventum mammis applicare ſolent. Deinde etiam extrinſecus commendatur ad ſcabiem, ſi ſcilicet præmiſſis univerſalibus cum hac planta contuſa fricentur partes ſcabioſæ; aut ſi planta decoquatur in ▽, & iſtud decoctum poſtmodum loco lotionis manuum adhibeatur. Denique ſingulare eſt, quod habet Schmuck *in Theſauro Medico Secretorum*, ſi ſcilicet alſine cum aceto trita cicatrici ſeu veſtigio ſanati vulneris imponatur, idem vulnus ſine ulla ſectione denuò aperiri, quaſi recens eſſet: Quod ſi accedat aliqualis inflammatio, tunc cum lacte caprino coquenda & imponenda; ſic enim minùs erit metus de inflammatione. De iis, quæ habet Autor de atrophia & phthiſi, experientia conſulenda.

ALTHÆA.

Althæa, & quidem tàm vulgaris, quàm Theophraſti flore luteo, ſeu Abutilon Avicennæ, ita dicitur ab ἀλθεῖν ſeu medendo; vocatur etiam Bismalva, quod malvam in uſu temperante, bis ſuperet; item Ibiſcus, unde Germanis **Eibiſch- oder Althäen-Kraut.**

Tota herba eſt admodum ſuavis attactu & glabra, & ab effectu etiam inter plantas emollientes & maturantes ferè primatum obtinet planta & radix, ut temperatiſſima; emollit enim inſigniter & laxat. Et cum contineat mucilaginem quandam blandam, & in omnibus qualitatibus temperatiſſimam, ratione hujus quamcunque acrimoniam humorum temperat & mitigat, hinc dolores lenit, ſerum ⊡rium, item lymphæ catarrhalis acrimoniam mitigat; unde decoctum ejus in ileo, affectibus urinariis, dyſuria, ſtranguria, mictu doloroſo, item in aſperitate faucium, &c. frequentiſſimi uſus eſt. Prodeſt inſigniter in affectibus nephriticis & calculoſis radix, ſi coquatur in juſculo carnis, vel etiam ſi inſtar potionis decoctum ejus cum aliis propinetur; ſuggerit nempe levi in ▽ maceratione aut ebullitione mucilaginem, hujusmodi effectuum Autorem. Exemplum talis decocti elegans contra dolorem nephriticum, ſive à calculo ſive ab alia cauſa, imprimis ſi ardor ſeu acrimonia ⊡æ ſimul adſit, ſubminiſtrat Barbette.

Vulgò dicitur, quod lubricet & laxet vias ⊡rias, quod meritò ridet Helmontius; ſi enim laxaret & lubricaret, priùs lubricaret, in ſtomacho & inteſtinis, quod tamen non eſt; convenit ergò temperando acrimoniam.

Externo uſu radix & herba eſt frequens chirurgis in cataplasmatis & unguentis emollientibus & abſceſſibus maturantibus, item in cataplasmatis anodynis quarumcunque partium. Clyſma emolliens, præſertim ubi alvus eſt obſtructa & occluſa, & ubi ſimul urgent dolores, vix ullum præſcribitur, quod non ingrediatur althæa.

Cum hac conſpirat althæa peregrina, unde & pro uſu interno, in ilio præſertim, pro alvo emollienda, & externè etiam cataplasmatis loco adhiberi poterit.

Mucilago radicis in ▽ maceratæ medetur faucibus, mitigando acrimoniam in raucedine, tuſſi ſicca, &c. & cum ſaccharo edulcorata exhibetur.

Syrupus de althæa Fernelii convenit in ſuprà dictis affectibus, & potiunculis, aut ſimilibus ſolet addi.

Proſtat in officinis unguentum dialthææ ſimplex & compoſitum, quod inſigniter prodeſt in doloribus nephriticis & calculo, aliisque doloribus partium externarum, v. g. pleuriticis, &c. In ſuppreſſione ⊡æ pariter hoc unguentum, miſtum cum oleo ſcorpionum, & illitum regioni pubis, præſentiſſimum eſt remedium; unguentum dialthææ enim emollit & lenit, ſo ſcorpionum pellit. Alii miſcent unguentum dialthææ cum unguentis purgantibus, v. g. unguento de artanita, & ita abdomini inungunt pro laxanda alvo ſuppreſſa. Unguentum factum ex unguenti dialthææ ℥ i ß. & olei amygdalarum dulcium ℥ ß. eſt egregium remedium contra dolorem pleuriticum, ſi ſcilicet ſingulis tribus horis inungatur locus dolens hoc unguento calido: ſin addatur ei aliquantulum de croco vel etiam aliquot grana camphoræ, erit unguentum eò efficacius, quia penetrantius.

ALYSSON GALENI.

De Alyſſo tacet Autor noſter. Planta eſt verticillata Hiſpanica, apud veteres commendata tanquam ſpecificum ſingulare Galeni contra hydrophobiam ſeu morſum canis rabidi. Digladiantur adhuc Autores, quodnam ſit verum Alyſſon Galeni? Deſcriptionem veram ſubminiſtrat Georgius Sylvius *in Operibus medicis*, ubi dicit: Alyſſi herba marru-

Digitized by Google

marrubio est similis, asperior tantummodò & spinosioribus capitulis cœruleo flore, legenda sub æstu ferventis caniculæ: siccata tecta reconditur, & usui servatur. Renealmus *in Observat.* habet essentiam alyssi, cum qua curavit aliquot à cane rabido demorsos, & jam hydrophobicos redditos.

AMMI VERUM.

Ammi angustifolium seu folio fœniculaceo, aliàs ammi Alexandrinum, **Ammey-Kraut**/ exoticum est, & propter raritatem in hortis colitur tantùm.

Hujus semen est instar cùmini, cui est etiam adeò affine, ut istud ammi, quod in Æthiopia nascitur, cuminum Æthiopicum nominent, quod tamen multò minùs est & candidius, origanumque sapit; proinde id, quod in officinis reperitur, vix genuinum observatur.

Usus est nullius, nisi quod adhuc theriacam ingrediatur, vix alibi invenitur: sunt tamen, qui mirificè ad fœminarum fœcunditatem facere asserunt, si nempe alternis diebus ʒ j. cum vino temperato aut jusculo carnium assumatur; quo die fœmina hausit, non debet cum viro concumbere, ut habet Freitagius *in Aurora Medicor. c.* 49. *p.* 546. Carminativum est imprimis hoc ammi; sed quoniam est rarum, in locum ejus nostrum cuminum usurpatur, cui simillimum.

AMOMUM.

Amomum res est nominetenus cognita: Officinæ quidem monstrant semen; sed quid sit, ipsæ nesciunt. Ingreditur theriacam; sed hujus loco quidam radicem acori veri substituunt.

AMYGDALÆ seu AMYGDALA.

Reperiuntur in hortis nostris amygdalus nana seu pumila, fructu dulci & amaro, quæ species sunt exoticæ, & ornatus gratiâ in hortis coluntur.

Fructus dulcis omnibus est notus, cujus nuclei succo oleoso quasi lacteo turgidi sunt, indeque temperati, adeoque insigniter nutritivi. Vis eorum consistit in oleo temperatissimo, & quasi aquoso, ita ut non sint graduati, seu in nulla qualitate excedant; hinc etiam sequitur, quod

1. Chylum lactescentem insigniter nutritivum, submini strent; unde atrophiæ succurrunt, & propterea à quibusdam fructus Joviales dicuntur, cùm ♃ præsit nutritioni.
2. Quamcunque corporis nostri acrimoniam, præsertim ☉sam, blandè leniant ac temperent.

Propterea fiunt ex amygdalis emulsiones, quæ dolores & vigilias tollunt, & effervescentiam humorum in febribus ardentibus nonnihil compescunt, v. g. fiat talis emulsio in vigiliis nimiis in febre continua:

℞. *Amygd. dulc. ambr.* ʒ ß.
Sem. papav. albi ʒ i j.
c. s. q. ▽ *Nymph.* f. l. a. emulsio: adde
Ebor. s. △*e* ʒ ß.
Syr. nymph. ʒ ß.
M. D. S.

Kühl- und Stärck-Milch auf etliche mahl.

Tempore somni propinetur ad inducendum blandum soporem.

In dysenteriis etiam commodè cum decoctis vulnerariis paratur, qualem emulsionem habet Freitagius *in Aurora Medicor. cap.* 34. item in phthisicis & emaciatis, speciatim si his sudores colliquativi nocturni immineant; tales enim à copiosiore amygdalinæ emulsionis usu multum recreantur.

Oleum amygdalarum dulcium expressum à multis usurpatur, internè quidem ad leniendam acrimoniam seri ☐rii, & dolorem ab acribus salinis humoribus obortum: Urinâ suppressâ laborantibus, dysuriâ suppressis, frequentiùs propinatur. Unde ʒ j. vel ʒ i ß. ad ʒ i j. in dolore nephritico ebibuntur. Sic Platerus habet mixturam expertam in colica, mox in principio propinandam.

Alii ℞ amygdalarum dulcium ad ʒ i j. i i j. vel jv. propinant in pleuritide loco olei seminis lini. Hoc enim oleum amygdalarum dulcium acidum in pleuritide peccans temperat, atque dolorem subitò lenit; vid. Platerus *l.* 2. *Observat. pag.* 304. Thonerus *Observat. pag.* 128.

Externè inungitur oleum amygdalarum dulcium in dolore nephritico ad eundem demulcendum, emollit, laxat, temperat, & ita multi usus anodyni existit.

AMYGDALÆ AMARÆ.

Amygdalus fructu amaro ornatus gratiâ in hortis colitur, & florum amœnitate potiùs quàm usu grata est.

Hæ, utut quibusdam animalibus, præcipuè gallinis & anatibus, venenatæ & nocivæ sint, uti observatum videmus *in Observat. Medicis* Lyseri, *annexis cultro anatom. Observat.* 10. *pag.* 239. vim tamen in se continent nitrosam, quâ, si in copia assumantur, extergunt & abstergunt, adeoque diureticæ sunt; cujus etiam ratione forsan ebrietatem nonnihil præcavere videntur, promovendo assumptorum citum transitum. Rari tamen sunt usus & earum loco potiùs nuclei persicorum usurpari solent.

Harum ℞ ☐m pellit & promovet, laxativum est, tussim levat, sputumque promovet, atque in recessu vim carminativam fovet, unde Bartholetus *de Respirat.* ex amygdalis amaris parat elixyr carminativum,

Digitized by Google

quod quidam in ſecretis habent, & ita præparatur :

℞. ☿ *rectif.* ℔j.
Amygd. amar. contuſ. ℥ jv.
Cinnam. ℥ ß. M.

Digere, ut ad fermentationem accedant, poſt deſtilla per cineres.

Doſis eſt ad ʒ j. vel ʒ ij. mirificè valere dicitur in colica, & aliis affectibus flatulentis, & in ſpecie in dolore pleuritico notho ſeu ſpurio.

ANACARDIUM.

Anacardium, **Elephanten-Lauß**/ eſt fructus exoticus, ſaporis acerrimi volatilis aromatici. Adportatur ex Ægypto & India orientali, figuram habet fabæ.

Rari eſt uſus, præcipuè tamen veteribus in uſu fuit pro confortandis & volatiliſantis ſpiritibus animalibus, & hinc in affectibus capitis, imprimis ſenilibus, apoplexia, paralyſi, memoriæ lapſu & ſimilibus uſurparunt; adeò ut præparetur exinde electuarium, quod vocatur confectio anacardina, quam ſpecificè commendarunt ad confortandum caput, & roborandam memoriam labaſcentem.

Sed cum in fructu anacardii ſint ~ quaſi ignei, acres & volatiles, & ingredientia aromata acriora ſimul accedant, hodie pauciſſimi eſt uſus; unde in deſuetudinem jam abiit hoc electuarium, quoniam obſervatum, quod ab abuſu ratione acrimoniæ ſuæ volatilis febres ſubinde excitaverit ardentes, & loco memoriæ confortandæ ſtupiditatem ingenii & amentiam quandam conciliaverit. Ergò uſu moderato eſt adhibenda ab iis, quibus cerebrum eſt ſiccum, uti vocant; vid. Sennertus *l.* 1. *Praxeos p.* 302. Loco hujus ergò in confortanda memoria poſſunt ſubſtitui cubebæ, **die kleinen**/ jejuno ſtomacho duæ vel tres maſticatæ & deglutitæ; alleviant caput, exhilarant ~, ſtomachique cruditates emendant. Adhibetur etiam loco confectionis anacardinæ ♈ magnanimitatis, non ſolùm quia animum addit, ſed etiam quia ad Venerem ſtimulat.

Mel anacardinum eſt ſuccus coctura cum aqua elicitus, quod aromaticum intenſè & cephalicum exiſtit, ac imprimis frigidis dictis capitis affectibus, præſertim memoriæ defectui, dicatum eſt. Sed hodie eſt rari admodum uſus, uti & ♌ anarcardii.

ANAGALLIS.

Anagallis ſatis cognita eſt, duæ nempe ejus ſpecies, terreſtris & aquatica. Terreſtris, quæ hujus loci, eſt planta inſipida flore Phœniceo, quæ aliàs vocatur mas, & anagallis fœmina flore cœruleo. Datur præterea etiam anagallis luteo flore, quæ ferè admodum eſt rara. Utraque quidem eſt officinalis, præcipuè flore phœniceo, quæ etiam intelligitur, quando fit mentio anagallidis terreſtris per ſe; fœmina enim nullius uſus eſt. Dicitur verò ab ἀνάγειν i. e. extrahere, eò quod ſpicula è vulnetibus extrahere valeat, **Gauch-Blumen/Vogel-Kraut**/ quia avidè ab avibus appetitur. Vocatur **Vernunfft-Kraut**/ quod conducat contra deliria maniaca & melancholica, ſicut videmus in Hartmanni *Praxi Chymiatrica*. Decoctum anagallidis flore Phœniceo ad manias commendatur; quô etiam Quercetanus ſe mira præſtitiſſe gloriatur. Curam ita inſtituit: Præmittit vomitorium ex infuſo antimonii, poſteà per aliquot ♃ utitur ſolo decocto anagallidis cum ſucceſſu. Et certum eſt, non dari meliora ſimplicia contra maniam, quam anagallidem flore Phœniceo, & hypericum; ſicut Mynſichthius ℞ hyperici ad dementiam habet, cujus baſis eſt hypericum & anagallis: Prodeſt etiam in phrentide, melancholia, & quocunq; deliriorum genere, ſive ſit in febribus ardentibus, ſive malignis; Gabelchoverus *Cent.* 6. *Curat.* 13. *pag.* 46. Aliàs eadem etiam à Mynſichthio maximi æſtimatur in affectibus cephalicis. Vocatur **Grundheil/ Gauchheil/ Heil-Kraut**/ &c. quod ſit ſingulare vulnerarium pro abluendis vulneribus recentibus & ulceribus, nec non dolore in iisdem leniendo; vid. Poterius *Cent.* I. *Curat.* I. & 7. id. *in Pharmac. ſpagyr.* Schmuck *in Curat. Magico-Magnetic. pag.* 15. ceu expertiſſimum ſpecificum commendat anagallidem flore Phœniceo in quacunque hæmorrhagia compeſcenda, ſive appendatur ſcrobiculo cordis, ſicque menſium nimium fluxum certè ſiſtit, ſive manu detineatur, ut incaleſcat, & ſic etiam ſanguinis ex vena ſecta fluxum compeſcere prohibet.

Compoſuit B. D. Michaelis, & Rolfinccius *in Chymia*, eſſentiam ex anagallide flore Phœniceo, hyperico & ſanguine aſini, cum quâ ille curavit maniacos catenis conſtrictos. Retulit ſæpè, ſe aliquando ſutoris filium ita delirantem, ut & catenis conſtringi neceſſum fuerit, mediante hujus herbæ eſſentia reſtituiſſe. Infunditur in potum ægri. Vid. Hartmannus *l. c. cap.* 3. *p.* 53.

ANAGALLIS AQVATICA ſeu BECCABUNGA.

Anagallis aquatica eſt vel major & minor, folio ſubrotundo vel folio oblongo, & quidem flore cœruleo vel albeſcente; dicitur etiam Beccabunga, item Berula, **die Bachbungen**. Beccabunga hæc folio ſubrotundo eſt officinalis & ſatis nota, ſuo modo Portulacis reſpondens.

Planta hæc temperata, ſucculenta & inſipida eſt, ſed in receſſu habet alcali blandum vola-

Digitized by Google

volatile ſubtiliſſimum, unde & vi ſuâ urinoſâ alcalinâ temperat ☉ia ſcorbutica.

In hunc finem Beccabunga aliis quoque antiſcorbuticis acrioribus commodè aſſociatur, ut nimirum earum acrimoniam aliqualiter temperet, & temperando ſymptomata præcaveat. Certè ſingulare eſt antiſcorbuticum, ſicut in ulceribus itidem & eryſipelate ſcorbuticis egregiè convenit. Uſurpantur autem folia incila, aut ſuccus horum expreſſus cum lacte vel ſero lactis, quod omnibus acticiniis præripit palmam. Juxta uſum in ſcorbuto commendatur etiam ad calculum enum, proventum illius præcavet, renes abergit, & ☐m blandè movet.

Externè in eryſipelate ſcorbutica, ulcera aligna progignente, prodeſt, vel in balneo, l ſi imponatur cum naſturtio ∇tico. Sic am maculas ſcorbuticas in cute adhuc hæres provocat, ſi illâ fricentur, vel contupplicetur. Præterea in cruribus œdemas ſcorbuticis planta hæc decocta, vel ſub na fotus, vel cataplasmatis iisdem appli, uſurpatur; ſicuti etiam contingit, ut partum difficilem intumeſcant puerpeguina, & gangrænam dent, ubi itidem Beccabunga cum floribus chamomillæ ontuſa in forma cataplasmatis vel de cum fomentis genitalibus, in ſpecie etæmorrhoidibus tumidis applicata, eè diſcutit ac reſolvit.

ANETHUM.

ethum **Dille** / planta ſuaviter aromaticulinis & officinis nota, cujus folia, floi umbellati, & primario ſemen, uſitata

ceſſu habet ☉ volatil. acre & oleoſum, ation folia & flores ſunt carminatindeque contra affectus inteſtinorum tos uſurpantur, dum deſtruunt moacidum, horum effectuum autorem, ùm comeſta, quàm clyſteribus carmis & anodynis incocta: Semen & foterina, & ☐m & ☽es provocant, & uc ſimul expurgant. Uſu & effectu onveniunt cum cumino, ſaltem quod m vim anodynam ſimul poſſidere . Semen lac nutricibus auget, vel ſocum ſemine cardui Mariæ.

ſecus ſummitates ſeu folia ſuprema im floribus ſunt uſitata in cataplantra catarrhos & capitis dolores, ſicediluviis coqui ſolent pro concilino, & ſedandis capitis doloribus, nſum cum inferioribus, ubi integunt flatus.

ari admodum eſt uſus.

tàm per infuſionem, quàm deſtilgium eſt carminans & anticolicũ; cephalalgia conducit pro tempe-

I.

rando æſtu capitis & leniendis doloribus, temporibus illitum ſuavem ſomnum conciliat, imprimis cum unguento alabaſtrino mixtũ. Notetur tamen, quando debet eſſe ſomnifera, ſut ☍ ſit recens; aliàs quando vetus eſt, & rancorem acquiſivit, vigilias potiùs conciliat; item in clyſteribus anodynis in uſu eſt.

ANGELICA VERA.

Angelica vera dicitur ad differentiam Angelicæ ſylveſtris. Triplex enim eſt Angelica.

1. Angelica vera ſeu ſativa, tàm major longè temperatior, quàm minor montana, quæ eſt optima.
2. Angelica ſylveſtris minor ſeu erratica, quæ aliàs vocatur herba ſancti Gerhardi, Ægopodium, Podagraria vulgaris, &c.
3. Angelica aquatica ſeu ſylveſtris major, nil valens.

Datur præterea Angelica lucida, & atropurpurea, Canadenſis Cornuti.

Ex his prima ſola in uſu eſt, præprimis verò illa, quæ ex Helveticis montibus, ubi magnâ copiâ creſcit, Lipſiam transfertur; utut quidem non præciſè Helvetica, ſed etiam montana ſaltem, ut aliàs in loco ſicco creſcens, uſurpari poteſt. Dicitur Angelica, **Engel-Wurtz** / quod peculiares & quaſi angelicas obtinere dotes credatur; hinc nonnullis quoque herba Spiritus ſancti audit: Vocatur etiam **die Bruſt-Wurtz** / quod tuſſientibus & aſthmaticis conveniat. Confunditur à quibusdam cum Imperatoria, ſed hæc acrior longè & intenſior amaricans eſſe ſolet, Angelica econtrà aromatica magis & oleoſa.

Uſitata eſt radix ſaporis blandè acris & odoris grati, unde patet, quod ſit aromatica, in receſſu habens, tanquam craſeos omnis fundamentum, ☉ volatile oleoſum temperatum. Unde Angelicæ uſus eſt ſingulariter carminativus, ut & diſcuſſivus & reſolutivus; hinc flatus ventriculi & primarum viarum egregiè diſcutit, nervis amica eſt, colicæ virorum, cardialgiæ, atque aliis affectibus flatulentis, ab acido viſcido natis, inſigniter reſiſtit; potenter eſt diaphoretica & ſudorifera, atq; ſimul diuretica, hinc encomium quoque ejus alexipharmacum in morbis malignis promanavit, dum vi ſudoris maſſam ſanguineam depurat, & venenoſam malignitatem ſimul, ſi quæ ſubeſt, expellit. Commendatur etiam in mulierum paſſionibus hyſtericis, hinc menſtruis, tàm ſuppreſſis reſtituendis, quàm nimiis ſiſtendis; remedium itidem optimum ad partum promovendum, & dolores poſt partum ſedandos. Sunt qui dicunt, quod ceu ſecretum obtineat ad arcendam & abigendam ebrietatem, ſi particula radicis Angelicæ ad magnitudinem fabæ comedatur. Helveti, referunt, quod ſi radix, quæ

Digitized by Google

quod quidam in ſecretis habent, & ita præparatur:

℞. ☿ *rectif.* ℔ j.
Amygd. amar. contuſ. ℥ j v.
Cinnam. ʒ ß. M.

Digere, ut ad fermentationem accedant, poſt deſtilla per cineres.

Doſis eſt ad ʒ j. vel ʒ ij. mirificè valere dicitur in colica, & aliis affectibus flatulentis, & in ſpecie in dolore pleuritico notho ſeu ſpurio.

ANACARDIUM.

Anacardium, **Elephanten-Lauß**/ eſt fructus exoticus, ſaporis acerrimi volatilis aromatici. Adportatur ex Ægypto & India orientali, figuram habet fabæ.

Rari eſt uſus, præcipuè tamen veteribus in uſu fuit pro confortandis & volatiliſantis ſpiritibus animalibus, & hinc in affectibus capitis, imprimis ſenilibus, apoplexia, paralyſi, memoriæ lapſu & ſimilibus uſurparunt; adeò ut præparetur exinde electuarium, quod vocatur confectio anacardina, quam ſpecificè commendarunt ad confortandum caput, & roborandam memoriam labaſcentem.

Sed cum in fructu anacardii ſint ~ quaſi ignei, acres & volatiles, & ingredientia aromata acriora ſimul accedant, hodie pauciſſimi eſt uſus; unde in deſuetudinem jam abiit hoc electuarium, quoniam obſervatum, quod ab abuſu ratione acrimoniæ ſuæ volatilis febres ſubinde excitaverit ardentes, & loco memoriæ confortandæ ſtupiditatem ingenii & amentiam quandam conciliaverit. Ergò uſu moderato eſt adhibenda ab iis, quibus cerebrum eſt ſiccum, uti vocant; vid. Sennertus *l.* 1. *Praxeos p.* 302. Loco hujus ergò in confortanda memoria poſſunt ſubſtitui cubebæ, **die kleinen**/ jejuno ſtomacho duæ vel tres maſticatæ & deglutitæ; alleviant caput, exhilarant ~, ſtomachique cruditates emendant. Adhibetur etiam loco confectionis anacardinæ ▽ magnanimitatis, non ſolùm quia animum addit, ſed etiam quia ad Venerem ſtimulat.

Mel anacardinum eſt ſuccus cocturâ cum aqua elicitus, quod aromaticum intenſè & cephalicum exiſtit, ac imprimis frigidis dictis capitis affectibus, præſertim memoriæ defectui, dicatum eſt. Sed hodie eſt rari admodum uſus, uti & ℞ anarcardii.

ANAGALLIS.

Anagallis ſatis cognita eſt, duæ nempe ejus ſpecies, terreſtris & aquatica. Terreſtris, quæ hujus loci, eſt planta inſipida flore Phœniceo, quæ aliàs vocatur mas, & anagallis fœmina flore cœruleo. Datur præterea etiam anagallis luteo flore, quæ ferè admodum eſt rara. Utraque quidem eſt officinalis, præcipuè flore phœniceo, quæ etiam intelligitur, quando fit mentio anagallidis terreſtris per ſe; fœmina enim nullius uſus eſt. Dicitur verò ab ἀνάγειν i. e. extrahere, eò quod ſpicula è vulnetibus extrahere valeat, **Gauch-Blumen/Vogel-Kraut**/ quia avidè ab avibus appetitur. Vocatur **Vernunfft-Kraut**/ quod conducat contra deliria maniaca & melancholica, ſicut videmus in Hartmanni *Praxi Chymiatrica*. Decoctum anagallidis flore Phœniceo ad manias commendatur; quô etiam Quercetanus ſe mira præſtitiſſe gloriatur. Curam ita inſtituit: Præmittit vomitorium ex infuſo antimonii, poſteà per aliquot &c utitur ſolo decocto anagallidis cum ſucceſſu. Et certum eſt, non dari meliora ſimplicia contra maniam, quam anagallidem flore Phœniceo, & hypericum; ſicut Mynſichthius ℞ hyperici ad dementiam habet, cujus baſis eſt hypericum & anagallis: Prodeſt etiam in phrentide, melancholia, & quocunq; deliriorum genere, ſive ſit in febribus ardentibus, ſive malignis; Gabelchoverus *Cent.* 6. *Curat.* 13. *pag.* 46. Aliàs eadem etiam à Mynſichthio maximi æſtimatur in affectibus cephalicis. Vocatur **Grundheil/ Gauchheil/ Heil-Kraut**/ &c. quod ſit ſingulare vulnerarium pro abluendis vulneribus recentibus & ulceribus, nec non dolore in iisdem leniendo; vid. Poterius *Cent.* 1. *Curat.* 1. & 7. id. *in Pharmac. ſpagyr.* Schmuck *in Curat. Magico-Magnetic. pag.* 15. ceu expertiſſimum ſpecificum commendat anagallidem flore Phœniceo in quacunque hæmorrhagia compeſcenda, ſive appendatur ſcrobiculo cordis, ſicque menſium nimium fluxum certè ſiſtit, ſive manu detineatur, ut incaleſcat, & ſic etiam ſanguinis ex vena ſecta fluxum compeſcere prohibet.

Compoſuit B. D. Michaelis, & Rolfinccius *in Chymia*, eſſentiam ex anagallide flore Phœniceo, hyperico & ſanguine aſini, cum quâ ille curavit maniacos catenis conſtrictos. Retulit ſæpè, ſe aliquando ſutoris filium ita delirantem, ut & catenis conſtringi neceſſum fuerit, mediante hujus herbæ eſſentia reſtituiſſe. Infunditur in potum ægri. Vid. Hartmannus *l. c. cap.* 3. *p.* 53.

ANAGALLIS AQVATICA ſeu BECCABUNGA.

Anagallis aquatica eſt vel major & minor, folio ſubrotundo vel folio oblongo, & quidem flore cœruleo vel albeſcente; dicitur etiam Beccabunga, item Berula, **die Bachbungen**. Beccabunga hæc folio ſubrotundo eſt officinalis & ſatis nota, ſuo modo Portulacis reſpondens.

Planta hæc temperata, ſucculenta & inſipida eſt, ſed in receſſu habet alcali blandum vola-

Digitized by Google

volatile ſubtiliſſimum, unde & vi ſuâ urinoſâ alcalinâ temperat ☉ia ſcorbutica.

In hunc finem Beccabunga aliis quoque antiſcorbuticis acrioribus commodè aſſociatur, ut nimirum earum acrimoniam aliqualiter temperet, & temperando ſymptomata præcaveat. Certè ſingulare eſt antiſcorbuticum, ſicut in ulceribus itidem & eryſipelate ſcorbuticis egregiè convenit. Uſurpantur autem folia inciſa, aut ſuccus horum expreſſus cum lacte vel ſero lactis, quod omnibus lacticiniis præripit palmam. Juxta uſum in ſcorbuto commendatur etiam ad calculum renum, proventum illius præcavet, renes abſtergit, & ☾m blandè movet.

Externè in eryſipelate ſcorbutica, ulcera maligna progignente, prodeſt, vel in balneo, vel ſi imponatur cum naſturtio ♀tico. Sic etiam maculas ſcorbuticas in cute adhuc hærentes provocat, ſi illâ fricentur, vel contuſa applicetur. Præterea in cruribus œdematoſis ſcorbuticis planta hæc decocta, vel ſub forma fotus, vel cataplasmatis iisdem applicata, uſurpatur; ſicuti etiam contingit, ut poſt partum difficilem intumeſcant puerperis inguina, & gangrænam dent, ubi itidem hæc Beccabunga cum floribus chamomillæ vel contuſa in forma cataplasmatis vel decocta cum fomentis genitalibus, in ſpecie etiam hæmorrhoidibus tumidis applicata, egregiè diſcutit ac reſolvit.

ANETHUM.

Anethum **Dille** / planta ſuaviter aromatica eſt, culinis & officinis nota, cujus folia, flores, qui umbellati, & primariò ſemen, uſitata ſunt.

In receſſu habet ☉ volatil. acre & oleoſum, cujus ratione folia & flores ſunt carminativum, indeque contra affectus inteſtinorum flatulentos uſurpantur, dum deſtruunt moderatè acidum, horum effectuum autorem, tàm ſolùm comeſta, quàm clyſteribus carminantibus & anodynis incocta: Semen & folia ſunt uterina, & ☾m & ♂es provocant, & utrumque ſimul expurgant. Uſu & effectu reverà conveniunt cum cumino, ſaltem quod aliqualem vim anodynam ſimul poſſidere videntur. Semen lac nutricibus auget, vel ſolum vel cum ſemine cardui Mariæ.

Extrinſecus ſummitates ſeu folia ſuprema anethi cum floribus ſunt uſitata in cataplaſmatis contra catarrhos & capitis dolores, ſicut & in pediluviis coqui ſolent pro conciliando ſomno, & ſedandis capitis dolotibus, per conſenſum cum inferioribus, ubi inteſtina affligunt flatus.

Aqua rari admodum eſt uſus.

Oleum tàm per infuſionem, quàm deſtillatum, egregium eſt carminans & anticolicũ; externè in cephalalgia conducit pro tempe-

rando æſtu capitis & leniendis doloribus, temporibus illitum ſuavem ſomnum conciliat, imprimis cum unguento alabaſtrino mixtũ. Notetur tamen, quando debet eſſe ſomniferum, ut ☌ ſit recens; aliàs quando vetus eſt, & rancorem acquiſivit, vigilias potiùs conciliat; item in clyſteribus anodynis in uſu eſt.

ANGELICA VERA.

Angelica vera dicitur ad differentiam Angelicæ ſylveſtris. Triplex enim eſt Angelica.

1. Angelica vera ſeu ſativa, tàm major longè temperatior, quàm minor montana, quæ eſt optima.
2. Angelica ſylveſtris minor ſeu erratica, quæ aliàs vocatur herba ſancti Gerhardi, Ægopodium, Podagraria vulgaris, &c.
3. Angelica aquatica ſeu ſylveſtris major, nil valens.

Datur præterea Angelica lucida, & atropurpurea, Canadenſis Cornuti.

Ex his prima ſola in uſu eſt, præprimis verò illa, quæ ex Helveticis montibus, ubi magnâ copiâ creſcit, Lipſiam transfertur; utut quidem non præciſè Helvetica, ſed etiam montana ſaltem, ut aliàs in loco ſicco creſcens, uſurpari poteſt. Dicitur Angelica, **Engel-Wurtz** / quod peculiares & quaſi angelicas obtinere dotes credatur; hinc nonnullis quoque herba Spiritus ſancti audit: Vocatur etiam **die Bruſt-Wurtz** / quod tuſſientibus & aſthmaticis conveniat. Confunditur à quibusdam cum Imperatoria, ſed hæc acrior longè & intenſior amaricans eſſe ſolet, Angelica econtrà aromatica magis & oleoſa.

Uſitata eſt radix ſaporis blandè acris & odoris grati, unde patet, quod ſit aromatica, in receſſu habens, tanquam craſſeos omnis fundamentum, ☉ volatile oleoſum temperatum. Unde Angelicæ uſus eſt ſingulariter carminativus, ut & diſcuſſivus & reſolutivus; hinc flatus ventriculi & primarum viarum egregiè diſcutit, nervis amica eſt, colicæ virorum, cardialgiæ, atque aliis affectibus flatulentis, ab acido viſcido natis, inſigniter reſiſtit; potenter eſt diaphoretica & ſudorifera, atq; ſimul diuretica, hinc encomium quoque ejus alexipharmacum in morbis malignis promanavit, dum vi ſudoris maſſam ſanguineam depurat, & venenoſam malignitatem ſimul, ſi quæ ſubeſt, expellit. Commendatur etiam in mulierum paſſionibus hyſtericis, hinc menſtruis, tàm ſuppreſſis reſtituendis, quàm nimiis ſiſtendis; remedium itidem optimum ad partum promovendum, & dolores poſt partum ſedandos. Sunt qui dicunt, quod ceu ſecretum obtineat ad arcendam & abigendam ebrietatem, ſi particula radicis Angelicæ ad magnitudinem fabæ comedatur. Helveti, referunt, quod ſi radix, quæ

Digitized by Google

adhuc hæret in ♎, lædatur, exſudet gummi, quod Moſchum redoleat.

In officinis in ſpecie proſtat extractum ejus cum ſpiritu vini paratum, ex quo fiunt pilulæ ſudoriferæ in peſte, dum illi admiſcentur ℈es bezoardici minerales Joviales, &c.

Oleum deſtillatum, in quo tota angelicæ craſis latet, in affectibus internis & externis mulierum, abdominis, & omnibus morbis malignis, adhibetur; unde cum ſaccharo parantur rotulæ antipeſtilentiales, quæ teneri poſſunt ſub lingua pro præcavenda peſte. Ad aliquot guttas additur clyſteribus anti-colicis. Prodeſt itidem contra cardialgiam & inflationem ſtomachi, quando inungitur ſcrobiculo cordis.

Ex hoc oleo cum oleo nucis moſchatæ expreſſo fit balſamum, non ſaltem internè uſurpatum tàm in adultis, quàm externè contra tormina infantum.

Quibusdam etiam ✝ infuſionis radicis angelicæ, in uſu eſt præſervativè & curativè ad affectus malignos: cui ſi addatur camphora, meliùs adhuc ſuccedit; ſicut & in compoſitis alexipharmacis multum valet.

Sal eſt diureticum, vel potiùs ſudoriferum.

ANGELICA SYLVESTRIS.

Angelica ſylveſtris minor ſeu orratica, proprio nomine ægopodium, **Gaißbart/** herba podagraria, herba Sancti Gerhardi, revera pertinet ad angelicas, quod odor & ſapor ejus ſatis indicant, easdemque cum angelica ſativa obtinet virtutes: hinc & ejus defectu hæc ſine piaculo, auctâ ſaltem doſi, ſubſtitui poteſt.

Eſt diaphoretica & ſudorifera, hinc & alexipharmaca, carminativa, flatuumque, præſertim primis in viis hærentium, diſcuſſiva, e. g. in colica. Ad podagram quid valeat; non æque patet, fortè tamèn ob vim ſuam diaphoreticam ac ſudoriferam in hac ſuas habebit virtutes.

ANISUM.

Aniſum ſimplex aromaticum ſemen concedit. Herba non admodum eſt in uſu. Sapor ſeminis correſpondet cum ſapore angelicæ, naturâ & uſu omninò cum ſemine fœniculi, cumini & carvi, adeoque eſt aromaticum & carminans, referturque inter ſemina 4. calida majora; oleo volatili aromatico impræ-gnatum eſt, ratione cujus ♒ influos recreando à veteribus magni æſtimatum fuit in ſtomacho frigido & humido, ut loquuntur, hoc eſt, cruditati acidæ & inde elevatis ructibus ac genitis flatibus, ex vitiata ſeu deficiente vi fermentativa ſtomachi ſeu digeſtione & cruditate acida oriundis, ſuccurrit; unde etiam ex ſtomachi defectu nata ſomnia graviora, item incubum, ſolet ſemen hoc præcavere, ſicut & inter flatuum remedia unum ex primariis aniſi ſemen eſſe ſolet. Lactis certè maximum vitium eſt coagulatio in mammis, ex quo nutricibus etiam magna impendent mala, ſcirrhi & ♋ &c. quæ præcaveri poſſunt ſemine aniſi, corrigendo acidum, tàm in mammis matrum quàm in ſtomachis infantum, & ſic impediendo lactis coagulationem; ſicut in lacte ebullitum, & ita potatum, uberem lactis copiam, & ſimul ſuavem ſomnum, conciliare ſolet. Pectori, præter crocum, ſpecialiſſimè competit, & hinc anima pulmonum dicitur. Unde in quibusvis pectoris affectibus, tuſſi, aſtmate, & ſimilibus valdoperè laudatur. Infantibus mirè convenit: in horum enim torminibus ex pituita viſcida & acida nihil melius eſt quàm aniſum, flatus diſcutit, & ſtomachum corrigit; ſicut etiam Heurnius nihil melius pro laxandis infantibus inveniri aſſeverat, quàm ſemen aniſi groſſo modo pulveriſatum, & ad ℈j cum pulte propinatum; purgat, inteſtinorum tormina eorumque convulſiva mala ſiſtit, ideò ab Helmontio ſolamen inteſtinorum audit. Admiſceantur ergò illi lapilli cancrorum, aut corallia præparata, & ita præferendum erit pulveri epileptico Marchionis; magis enim acidum vitioſum & tormina in infantibus compeſcit. In albo mulierum fluxu, affectu ſatis moleſto, commendatur.

Pulvis hujus, ut & ☍, & ♒ aniſi, variæque confectiones aniſatæ, nunc laxativæ, nunc alterativæ, in uſu ſunt. Oleum interim deſtillatum, & ♒, præferenda reliquis omnibus. Per ☍ tota vis volatilis extrahitur, quod quoque commendatur in inſomniis turbulentis & gravioribus, item in incubo, præſertim ſi in primis viis vitium hæreat. In aſthmate, tuſſi ſicca & ſimilibus oleum hoc, aut ♒ aut balſamus ſulphuris aniſatus, &c. evporiſton non contemnendum eſt; adeò ut in pilulis pectoralibus præſcribatur, ut compingantur nempe pilulæ cum oleo deſtillato ſeminis aniſi, aliisque remediis ordinariè addatur; unde etiam ♒ ☉ ✶ci aniſatus ſpiritus pectoralis quibusdam dicitur. Imò ſunt, qui dicunt, Helmontium ſingularia præſtitiſſe in affectibus pectoralibus ſuperfundendo aliquot guttulas olei aniſi deſtillati rectificati floribus Antimonii fixis, unde leni digeſtione acquirit colorem rubicundum, qui balſamus egregium eſt pectorale; & pulveribus puerorum commiſtus torminibus ab acido, flatibus, &c. reſiſtere ſolet. Tanta certè olei aniſi eſt penetrantia, ut ſi brevi poſt exhibitionē lac emulgeatur, odoris ejus veſtigia, in eo adhuc deprehendantur. Contra ſuffu-

ſiones

Digitized by Google

ſiones ſanguinis, & contuſiones, in ſpecie partium nervoſarum, ſingulare & expertiſſimum eſt: vid. Foreſtus *l.* 9. *Obſervat.* 31. quando infantes, ingreſſum tentant, & fortè cadunt, adeoque nares & frontem lædunt, nihil melius eſt oleo hoc, ſi inungantur partes affectæ: ſubitò nempe tumor diſparet citra omne ſugillationis periculum. Sunt qui ſolvunt aliquot grana zibethi & moſchi in oleo hoc, inungunt umbilico, & pro remedio præſentaneo in colica venditant. Quin & pro uſu coſmetico, ut ita loquar, ſeu potiùs odorifero, inſervit: quod ſi enim quis ſuaviter olere deſiderat,

℞. *Zibethi*
Moſchi à gr. j.

& c. oleo aniſi ſolvat, ſic gratiſſimum denique odorans acquiritur ♂, quo chirotheca inunctæ fragrantiſſimum odorem acquirunt, diuque illum retinent.

Ex hoc oleo cum corpore pro balſamo poteſt etiam fieri balſamus egregius contra tormina infantum, umbilico inungendus. Aniſum ſaccharo confectum commendant contra inquietudines nocturnas.

Petrus Johannes Faber *in ſuo Myrothec. Spagyr. habet eſſentiam aniſi elegantem*: ex ſucco per fermentetionem facit ſpiritum, & elicit ☉ volatile, quod poſteà in ♂ abit, & in affectibus infantum multum præſtat.

ANSERINA.

Anſerina, **Gänſerich**/ planta eſt floribus luteis, denominata ab anſeribus, quod ejusdem paſtu valdopere delectentur, & iis in locis, ſecundùm circulum naturalem, copioſè proveniat, quæ anſeres ſtercorare ſolent; hinc & ſuſpicio orta fuit, plantam hanc participare de ☉e ammoniaco nitroſo, cujus intuitu dicitur ☉m pellere. Dicitur & argentina, quod folia ejus inferiùs colorem argenteum referant; item potentilla, quod multùm poſſit. Pertinet aliàs ad pentaphylla.

Folia & flores, imò integra planta, ſunt in uſu: ſaporis eſt nonnihil acris, penetrantis atque amaricantis, unde vis ejus reſultat reſolutiva; viſcida enim incidit, & inde natas obſtructiones referat; vulneraria eſt inſignis & febrifuga; hepatica præterea nobilis, & ſpecialiſſimè icterum flavum curat, quem per ☉m expurgat, & dum ☉m pellit, commendatur ad hydropem aſcitem valdopere. Unde etiam ab omnibus tanquam ſpecificum antiictericum, præſertim pauperibus, laudatur internè vel in forma ſucci & decocti uſurpata, ſicut etiam omnes ferè compoſitiones antiictericas ingreditur; externè verò contuſa calceis indita, ſicque pedibus continuò calcata. Timæo certè inſecretis fuit contra nephritidem & calculum renum, propterea transverſis literis idem expoſuit *Nenaſira*, vid. *Epiſt. Med.* 32. *p.* 246. Videatur etiam Poterius *in Pharmacop. Spagyr. pag.* 12. Sunt, qui pro arcano habent ſequentum potionem contra calculum.

℞. *Argentinæ virid. M. jv.*
Secal. virid. M. ij.

Exprimunt ſuccum, & addunt

Vinum rubrum ad pondus omnium.

Mixturam filtrant pro una doſi in aurora primi diei Maji ſumendam, & dicunt: ſi tribus annis continuis primo die Maji hoc repetatur, quod per totam vitam quis, Deo gratiam concedente, ſit futurus immunis à calculo. Herbæ colligantur ante ☉is exortum.

Similiter anſerinæ ſuccus aut decoctum frequentius hauſta nimium calorem in paroxyſmis febrilibus compeſcunt: ſed non ſemper adeò tutò propinantur, quia paroxyſmus exinde magis prolongatur nonnunquam. Unde potiùs herba contuſa, & cum ſale ac aceto ſubacta, plantis pedum applicatur in paroxyſmis febrilibus.

ANTHORA.

Anthora ſeu aconitum ſalutiferum, quid propriè ſit, & qua ratione ſcribenda? eruditè diſſerit Velſchius *Hecatoſt.* I. *pag.* 71. dicitur ἀντὶ θώρα, quod aconito lethifero ſeu venenoſo, thora dicto, & napello, ſpecificum ſit Alexipharmacum, **Giftheil**. Anthoræ folia napelli foliis ſunt æmula, tenuiùs diſſecta, & ſplendoris illius expertia, aversâ parte albicantia, ſapore amaro prædita. Flores utut conveniant cum floribus napelli, tamen tanta inter has plantas eſt inimicitia, ut juxta ſe ſatæ creſcere renuant, ſed unà intereant. Aconitorum aliàs character eſſentialis eſt, quod florem habeant cucullatum: vid. Geſnerus *Tract. de aconito primo Dioſcorid. p.* 19. Rari apud nos eſt uſus; meretur tamen conſiderationem, quod habet Gesnerus *l.* 2. *Epiſtol.* 51. anthora eſt aconitis ſeu napellis cognata, radicem habet bulbis exiguis binis, ut napellus etiam, ſed albi & guſtu amari ſunt, non verò erodentes, ut napelli: ex bulbis unus, ſemper junior eſt & ſolidus, alter verò ſenior & marceſcit. Vis ei mirifica ineſt contra viperarum morſum & omnia fermè venena, & quidem non thoræ ſolùm, ſed etiam peſtem; & ſimul calculum renum pellit. Huc usque Gesnerus. Uſurpatur radix pulveriſata, ſicuti quoque in febribus petechialibus, & aliis malignis, ſummo cum effectu adhibetur; unde & inter alexipharmaca referri ſolet.

ANTIRRHINUM.

Antirrhinum, ſeu, ut alii legunt, anarrhinum, ita dictum, quod capſulæ ejus quaſi naſum

ſum vituli repræſentare videantur: Germanis dicitur contracto nomine Orant, Dorant, **das Löwen-Maul/ Hunds-Kopf/** item **Kalbs-Naſen/ und Brackenhaupt.** Eſt vel hortenſe, vel arvenſe flore purpureo, **kleiner Orand/** quod in arvis paſſim ſine cultu ac ſponte efflorescit. Datur aliàs etiam antirrhinum minus flore albo, quod tamen rarius.

Rariſſimi eſt uſus in officinis. Propter ſignaturam capſularum ſeminis à quibusdam pro capitis affectibus laudatur. Aliàs contra incantationes tàm hominum quàm canum, & veneficia, laudari ſolet, ipſis etiam Dioſcoridis temporibus, atque tàm internè adhibetur, quàm externè multiplici uſu pro tali ſcopo applicatur: vid. Schmuck *in curis Magico-Magnet. p.* 26. Tabernæmontanus ex Matthiolo refert hiſtoriam, quæ confirmat vim antirrhini contra incantationem: nimirum canem ad caſtelli oſtium catenis conſtrictum, ne extraneis ingreſſus liber eſſet, aliquando obmutuiſſe refert. Caſtelli dominus ex incantatione proveniſſe credens, canis caſulæ antirrhinum immiſit, quô factô hic latrandi potentiam non ſaltem recuperavit, ſed etiam priſtinum accedentes invadendi morem ſimulac repetiit.

APIUM.

Variæ ſunt apiorum ſpecies: hortenſe ſeu petroſelinum commune; & apium paluſtre ſeu officinarum, quod hîc intelligitur. Dicitur etiam aquaticum, eleoſelinum, item paludapium, **Waſſer-Eppich / Cellerie.** Ad apiorum ſpecies etiam Paſtinacæ pertinent.

De hac planta in officinis uſitatum eſt Semen & radix: radix inter radices ℥. aperientes recenſetur. Non autem in his tanti eſt uſus, quàm culinis; parantur enim exinde acetaria haud ingrata. Suaviter tamen radix hæc eſt aromatica, blandè diuretica, & conſequenter pro menſium & renum affectibus optimè conducit: ac præterea carminativa eſt & diſcuſſiva, unde apium, ejusque radix in ſpecie, in morbis chronicis commendatiſſima eſt in forma decocti; ſed rariùs uſurpatur. Oculis infeſtum eſſe apium, habet Boyle *de Specif. & Simplic. p.* 114.

Externè etiam ad lactis abundantiam coërcendam radix, ſi miſceatur cum ſemine coriandri, & addito aceto in forma fomenti calidè applicati prodeſt.

Semen diureticum eſt, unde menſes ciet, & renum affectibus medetur.

Aqua apii, vel ſola vel cum ▽ menthæ miſta, tam bibita quàm cum linteo mammis calidè applicata, eodem modo lactis nimium proventum impedit.

AQUILEGIA.

Aquilegia ſeu aquilina, **Ackley/** flos roſtrum aduncum aquilæ præſentat. Moriſonii opinione pertinet ad aconita, non venenata, ſed ſalutifera. Varias agnoſcit ſpecies, quarum differentia conſiſtit in magnitudine florum, & horum colorum diverſitate.

In uſu potiſſimum eſt aquilegia flore cæruleo, cujus ſemen, flos & herba uſu medico inſervit.

Semen inter ſemina expulſiva primatum obtinet, & uſui diaphoretico præſertim inſervit, hinc mediante diaphoreſi particulas vitioſas maſſæ ſanguineæ corrigit & expellit; unde etiam mulierculæ pro expellendis variolis æquè ac morbillis infantum, item in purpura, illo utuntur in nodulo cereviſiæ indito; vel etiam emulſione, quæ cum aqua florum ſambuci, aut quacumque alia, vel decocto ficaum parata, egregia eſt, ſimulque in principio æſtum febrilem blandè coërcet; atque uſu & utendi modo cum ſemine ſinapi convenit.

In ſpecie egregium eſt ſemen aquilegiæ in ictero flavo, quem fortiter expellit: vid Timæus *in Conſil. Medicis.*

Poteſt etiam ex ſemine hoc cum aqua aquilegiæ fieri emulſio, cui addatur eboris ſine igne quantum ſufficit, ad icterum & alios ſimiles affectus egregia. Achores item aridos faciei infantum, qui non efflorescunt, contuſum ſemen in pulte vel potu exhibitum expellit, viſcidum acidum ſcilicet repulſum iterum eliminando.

Flores aquilegiæ externo uſu commendantur contra veneficia, noviter nuptorum imprimis, quæ præſervant & curant. Hartmannus decocto foliorum & florum aquilegiæ lavat membrum virile mariti à venefica ligati: poſt facit ſuffimigium eidem membro à dente hominis demortui, coralliis albis & rubris, manè & veſperi; ſicque potentem reddit in exercitio venereo virum.

Quoad præparata, ex floribus aquilegiæ cum phlegmate vitrioli, ſpiritu proprio acidulato, fit elegans ℞: Et licet flores ſint coloris cærulei, nihilominus tamen ℞ elegantiſſimè rubet. Tinctura hæc prodeſt in expellendis variolis & morbillis, inque aliis malignis morbis multum præſtat. Prodeſt etiam contra ſcorbutum, dum expellit maculas.

Syrupus, prodeſt etiam in expulſione variolarum & morbillorum, item febrium petechialium. Paratur ex floribus per infuſionem. Externè in ſcorbuto oris uſitatus eſt, addito tantillo de ſpiritu ⊖is dulci.

Aliàs indentium vacillatione, & gingivarû affectibus ſcorbuticis, fit unguentum ex aquilegia, cujus deſcriptio proſtat in Tilemanni

Apho-

Digitized by Google

Aphoriſm. Hippocrat. pag. 128. hoc ſi miſceatur cum ſ. q. tincturæ laccæ Mynſichtii vel ſpiritus cochleariæ, addito tamen ſpiritus ☉is dulci, & eò magis ad ſcorbutum oris appropriatum erit, etiam ubi incipit oboriri gangræna gingivarum, vel poteſt commiſceri cum ſyrupo de roſis ſiccis, & eodem modo uſurpari.

ARISTOLOCHIA.

Ariſtolochia ita dicitur, quod ſit ἀρίστη τοῖς λοχίοις, ſeu optima & convenientiſſima puerperis pro lochiis pellendis. Dicitur etiam clematitis erecta ad differentiam clematitidis repentis: verùm proprio nomine genuina piſtolochia dicenda eſt. Variæ hujus ſunt ſpecies, de quarum differentiis vid. Dodonæus, officinis præ cæteris uſitata eſt rotunda & longa: rotunda vocatur **Hollwurtz**/ quia radix hæc eſt cava, quæ vel vera vel notha. Ariſtolochia rotunda vera rarò reperitur in officinis; hujus loco autem ſubſtituitur radix fumaria bulboſa, ſeu radix cava falſa; quæ ejusdem ſolet eſſe uſus, ejusdemque naturæ atque iſta ariſtolochia rotunda, unde omnia jam dicenda huic applicari poſſent.

Quod attinet uſum internum, utraque eſt aromatica; penetrantioris enim eſt naturæ, & volatilioribus & acrioribus ſalino, oleoſis conſtat particulis, ſaporisque eſt amaricantioris. Mulieribus conducunt tam ad partum, quàm ad menſes, ſecundinas, & lochia pellenda, unde & admiſcetur reliquis medicamentis in uteri affectibus: vid. Freitagius *in Aurora Medica c.* 22. ſicut & in epilepſia per conſenſum uteri valdoperè convenit. Ad hæc pectori & pulmonibus etiam conveniunt, horumque mucoſas ſordes incidunt, & removent. Apud veteres in uſu fuerunt vulnerario, tàm interno quàm externo; & rectè, ex quo etiam à Cardano commendatur contra phthiſin; ſicut & mundificandis ulceribus unà cum aliis adhibentur. Apulejus *in l. de Virtutibus herbarum cap.* 19. Ariſtolochiam tanti facit, ut aſſerere non vereatur, medicum ſine ea nihil feliciter curare poſſe;

Faber *in Myrothec. Spagyr. l.* 2. *pag.* 35. habet eſſentiam vulnerariam egregiam, & extractum ex radice ariſtolochiæ & ſymphyti majoris, quod beneficio ☿ poteſt præparari.

Pulvis, & extractum ariſtolochiæ cum ſpiritu vini paratum, externè adhibetur in linimentis pro ulcerum inveteratorum, ſordidorum & malignorum mundificatione.

ARMORACIA.

Armoracia ſeu raphanus ſylveſtris, utut diſtincta à ruſticano, nihilominus uſus obtinuit in officinis & in praxi, ut confundantur, imprimis quoniam conveniunt in forma & virtutibus. Propterea ſemper retinetur raphanus ruſticanus, **der Meer-Rettich**/ & quod dico de armoracia, valet etiam de raphano ruſticano, cujus ſaporacerrimus & odor penetrans ſufficienter monſtrant, quod ☉e ſingulariter volatili admodum acri, ſingulariter turgeat; quod tamen exſpirat, quando à coquis tractatur & comminuitur, & illarum oculos mordicat: unde quo diutiùs coquitur, eò magis perdit ☉ volatile, quod exhalat, ita ut inſtar ligni putridi remaneat. Volatilitate hâc ſuâ acri ☉ inâ egregium dicitur aperitivum, reſolvit viſcidos & acidos mucos in pectore, ſtomacho & inteſtinis hærentes, omnesque ſuccos craſſos & fæculentos incidit & fluxiles facit, vel ut Paracelſiſtæ dicunt, tartarum ſeu mucilaginem tartaream corrigit. In appetitu dejecto felici cum ſucceſſu uſurpatur infuſum radicis raphani marini recentis in vino abſinthite, cum radice ſelenii recenti, bis in die hauſtum, ita enim mirabiliter ſtomacho convenit, cruditatem viſcidam abſumendo, hinc natam ſalivam glutinoſam attenuando, & appetitum egregium revocando, imò famem terè caninam inferendo. Præterea & potens eſt diureticum: radix ſcilicet infunditur vino Rhenano, poſtmodum hauritur, & ſic promovet arenulas & ☾m copioſiorem, dum acidum renum, calculi coagulatorem, corrigit, & renes purgat. Timæus affirmat, quod ſuccus ejus recens expreſſus, ad ʒ ij in vino malvatico hauſtus, calculum optimè pellat. Adhæc vi gaudet antiſcorbuticâ, eſtque unum ex famoſiſſimis antiſcorbuticis, quoniam acidum corruptum ſcorbuticum & hypochondriacum corrigit, radix ſcilicet vel in lacte, vel in vino nodulis incluſa uſurpata, ſive ſola, ſive addatur beccabunga, cochlearia, & naſturtium ▽ticum. Et novi hâc ratione militem reſtitutum; ſicut hoc menſe hydropicus aſciticus ſcorbuticus cum tumore pedum & tuſſi, præmiſſis univerſalibus, radice raphani ruſticani curatus fuit. Facit huc experimentum Barbette qui paralyſin ſcorbuticam, radice in lacte infuſâ curavit. Radix hæc infuſa in vino, & cum foliis naſturtii ▽tici contuſa; per agitationem in mortario ſubacta ſine liquore, & colaturâ hauſtâ per ſuperiora & inferiora evacuavit ▽m, continuato hauſtu ad aliquot ♂; in armoraci enim eſt vis provocandi vomitum.

Extrinſecus contra ariduras particulares ſolet applicari, ſive poſt vulnus, ſive ſine cauſa manifeſta oriantur, ſi cum ſpiritu vini infundatur, & membra fricentur; loco cujus for-

Digitized by Google

formicatum in fundi poſſet, vid. Æurzius in chirurgia, & Agricola *in Chirurg. parva.*

ARTEMISIA.

Artemiſia duplex eſt: alia ſativa major latifolia, alia minor tenuifolia. Illa vocatur artemiſia alba, & culinis potiùs quàm officinis nota eſt, quoniam illâ ſuffarciuntur anſeres aſſandi; hæc verò κατ' ἐξοχὴν dicitur à Paracelſo rubra, rother Beyfuß; caules enim ejus ſemper rubent, hinc & ex ejus ſignatura colligunt, quod ad fluxum menſtruum quoque inſerviat, eundem promovendo. Inter has ergò rubra albæ præfertur, quia abundat ſpiritu volatili, & paululum participat de ☉e volatili & ♄e paulò fixiori.

Uſitata eſt tota herba, præſertim rubra, & in ſpecie ſexui ſequiori, eorumque affectibus uterinis, atque imprimis defectui menſtruorum dicata eſt, uterum à materia feculenta, expurgando & aperiendo liberat, adeoque in fœtu, lochiis & ſecundina expellendis, & quibuscunque uteri & mulierum affectibus convenit: quo in caſu eam quoque Paracelſus, hinc Crollius, cum reliquis practicis, commendat. Unde decoctum ex herba & radice dolores poſt partum mitigat, & lochia pellit, imprimis ſi addantur ciceres rubri, & coquantur in vino vel etiam ♈ appropriata, addatur tantillum ♈æ cinnamomi, vel ſolum, vel addita borrace.

Circa vim emmenagogam monet Schmuck *p.* 56. quod ſi ab inferiore parte ſurſum verſus decidatur artemiſia, ♌es ſupprimat: ſin verò à parte ſuperiori deorſum verſus, eosdem promoveat.

Externè pro laxandis viis ante partum vix reperietur balneum, ſacculus & fortus, cui non ſi admixta artemiſia. Ulterius contra dolores poſt partum, tàm internè in decocto, quàm externè in ſacculis laudatur.

In officinis aliàs pro uſu medico proſtat ♈ & ſyrupus, & in quibuscunque affectibus uterinis commendantur.

Sal fixum ingreditur medicamenta emmenagoga ſeu menſes provocantia, ſi miſceatur cum croco Martis aperitivo; vel fiat lixivium, quod infundatur limaturæ Martis, ut rodat illum, & det crocum aperitivum. Sed prout ☉ia vulgò calcinantur, ☉ hoc nullâ vi ſpecificâ ab aliis calcinatis differt.

Notum eſt, quod circa feſtum ſancti Johannis Baptiſtæ ſub radice hujus, carbones reperiantur, multæ laudis in epilepſia: vid. Simon Pauli *in Quadripart. Botan. Claſſe* 3. *pag.* 208. hi carbones non ſunt fabula, uti Hoffmannus *de Medicam. Officin. l.* 2. *cap.* 22. §. 4. *p.* 110. voluit; ſed nihil aliud, quàm radices artemiſiæ annoſæ demortuæ, & ita exſiccatæ atque nigricantes, alcali adhuc refertæ: Conf. Deckers *in Commentar. Praxeos Barbett. pag.* 7. quæ in epilepſia revera juvant. Semper quidem anile figmentum putavi; novi tamen non ſolum mulierem militarem hujus loci, quæ hoſce carbones propriis infantibus epilepticis cum fructu, cuſpis cultelli quantum capit, propinavit; ſed & Joel *in Praxi c. de Epilepſia*, commendavit, vir aliàs minus ſuperſtitioſus. Legatur etiam Petræus *in Diſſertat. Noſologicis.*

Similes carbones interdum reperiri ſolent ſub abſinthio.

ARUM.

Arum, Teutſcher Ingber propter acrimoniam exceſſivam, vel Pfaffen-Pint; verè enim floret inſtar priapi, quem includit calix cum baccis coccineis. Eſt ex dracunculorum genere, ejusque duæ ſunt ſpecies, maculoſum, & non-maculoſum; hocque foliis vel nigricantibus, vel albicantibus; ac adeò folia differunt, dum etiam quædam folia rotunda, quædam oblonga ſeu tricuspidata habent; quod tamen ob ætatis rationem tantùm accidit.

Utraque ſpecies eſt officinalis. Veteribus & modernis uſitatum ſatis eſt. Diſtinguitur ab ariſaro, quod foliis gaudet inciſis; arum econtra integris.

Dubitatur autem apud hodiernos botanicos; an arum noſtrum ſit idem cum illo Galeni? veteres enim calidum & ſiccum in primo & ſecundo tantùm gradu; moderni verò in quarto volunt. Potiùs tamen affirmatur, utut ſit longè urentius: diverſitas nempè ex regione naſcitur. Acerrimum & cauſticum eſt, hinc folia maſticata veſicas in lingua gignunt; conſtant enim ☉e volatili acerrimo.

Radix imprimis in uſu eſt, tàm recens quàm exſiccata. Recens turget particulis acerrimis volatilibns, adeoque pungentibus & quaſi piperiuis, ratione quarum mucum viſcidum acidum & ponticum ſtomachi, inteſtinorum plicis adhærentem, potenter incidit, attenuat atque reſolvit, hinc conſequenter egregium dicitur ſtomachicum; appetitum proſtratum mirè reſtaurat, eumque acuit, adeò ut radix vocetur Zehr-Wurtzel / Freß-Wurtzel / quas in minutiſſimas particulas diſciſſas cum ſpiritu vini aſſumunt ad anorexiam & dyſpepſiam, & quidem feliciter, ſie machen einen Wolffs-Hunger. Ex hoc fundamento procedit pulvis ſtomachalis Quercetani, dum radicem aronis pro baſi agnoſcit. Alii contra febres intermittentes, quas vulgò vocant Magen-Fieber / radicem recentem, vel pulverem ſiccæ radicis, exhibent tempore matutino, hinc partes ejus ☉inæ macres

Digitized by Google

cres volatiles acidum fixius & viscidum resolvunt, stomachum egregiè corrigunt, & si subsunt excrementa effervescibilia, ad excretionem illa disponuntur. Propter idem ☉ volatile egregium est pectorale, valetque in cachexiis, fulli, asthmate, orthopnœis humoralibus, pituitam viscidam in stomacho & bronchiis potentissimè incidendo, attenuando & resolvendo. Unde D. Hornio ♃ sequens contra tussim in frequenti & felici usu fuit:

℞. *fecul. ari* ʒij.
antihect. Poter. ʒj.
sach. succinat. ʒiij.
M. f. pulvis, S.

Pulver gegen den Husten.

Aperitivum prædicabat singulare, obstructiones quascunque reserans.

Ratione eadem etiam scorbuto confert, & morbis chronicis, utplurimum ex cruditatibus primarum viarum natis.

Omnia hæc mitiora sunt in radice exsiccata, quæ extrinsecus penitus insipida est; utut in medio particulas ejusmodi acres possideat.

Item tàm radix, quàm ipsa planta, recens & viridis in aceto bullita, & mitior facta ob vim diureticam remedium suppeditant egregium contra casum ab alto, & sanguinem hinc grumosum factum: unde Helmontius *Tract. Dispensat. Modernor.* §. 40. vocat remedium magnum in casu magno. Ex foliis & radice, recentibus mixtis, paratur cum aceto acetarium; sic enim manifesta sua acrimonia volatilis maximam partem quasi figitur, sicque diureticum evadit; acidum enim acori destruit ☉ volatile acre, & tertium exinde ☉sum fit, ad instar nasturtii. Contra scorbutum quoque in Saxonia inferiori plantam usurpant, vel folia infuso cum vino, vel unà cum radice in aceto, vel alio quocunque modo.

Radix præparata usurpatur in malo hypochondriaco, & quartana, quæ rara admodum est in nostris regionibus, absque conjuncto scorbuto. Verùm non approbanda est vulgaris radicis per macerationem in ☤, & subsequentem exsiccationem, præparatio; hâc enim ratione potiùs castratur. Unde hujus loco ♃ ex meditullio exsiccatæ radicis ad omnes dictos usus inservit.

Alii feculam ari adhibent contra febres scorbuticas: verùm fecula hæc ex succo expresso per residentiam parato, fex potiùs est, & elumbe remedium quod omni vi activâ destitutum. Hinc vel radix leviter saltem exsiccata usurpatur in forma pulveris sine præparatione prævia, seligendo acriores ejus partes; vel planta integra aut vino aut aceto infusa, & in acerrimam essentiam sic redacta melior erit.

ASPARAGUS.

Asparagus Græcis notat quemvis surculum recentem ex ♃ propullulantem: hinc tamen in specie baccifero κατ' ἐξοχὴν asparagi nomen impositum Germanis dicitur **Spargen / Spargel.** Planta est nitrosa & satis nota.

In usu est radix & semen atque in specie turiones, qui in usu potiùs sunt culinari, in & cum alimentis, radicemque tamen asparagi, viribus imitantur. Frequentiùs radix usurpatur, rariùs semen. Refertur radix inter diuretica, & ♃. radices aperitivas, & hinc in morbis chronicis ex obstructionibus vulgò oriundis commendatur. In specie nota est vis diuretica turionum, qui comesti admodum fœtidam & graveolentem ⊡m reddere solent, quæ etiam à raphano obvenit; hinc sunt, qui hos tanquam præservativum in calculo & lithontripticum commendant. Sed contrariatur his exemplum Helmontii, qui refert; Jure consultum quendam ex eorum usu in lithiasin potiùs incidisse, cum tamen antehac fuisset immunis: vid Helmontius *Tractatu de Lith. c.* 5. §. 17. & 19. item *c.* 7. §. 15. nimis enim alterant: excessu scilicet asparagi cum ⊡ reddatur fœtida, indicium est characteris resolventis & separantis ☉ ⊡æ volatile, sicque lotium ad sui putredinem inducentis, cujus ratione ad promptam lithiasin disponit. Est ergò nocivum iis, qui jam dispositi sunt ad calculum renum, quoniam separat ☉ ⊡æ; unde fit, si accedat acidum peregrinum ex primis viis, ut illud coaguletur in calculum, adeò ut usus ejus in officinis sit jam etiam rarior. Moebius *refert in Institutionibus, ubi agit de asparago p.* 664. ex Quercetano *in Diat. Polyhist.* quod folia & flores in viris augeant Venerem, in fœminis extinguant.

ATRIPLEX.

Atriplex major latifolia, seu bonus Henricus, planta minus officinis est usitata; in culinis tamen inter herbas ac obsonia oleracia solet adhiberi: cum hisce enim cocta pro scopo laxandi, ac blandè alvum emolliendi, est egregia. Aliàs est planta nitrosa, ac ope hujus ☉is essentialis nitroti, non secus ac quævis blita ac spinachiæ itidem nitrosa hypochondriacis pro scopo alterandi debet esse commendatissima.

Atriplicis minoris folia sunt oblonga angustifolia incana.

Atriplicis aliàs genus latè est diffusum: revera enim atriplices, beta, spinachia, &c. plantæ sunt congeneres, & ad unum summum genus referendæ.

Atriplex nostra vegetabile est, ubivis obvium & cognitum, eaque vel rubra vel alba.

In uſu crebriori ſunt folia, ſemen rarò aut nunquam; ſicut aliàs atriplices rarò ſunt officinales, ſed tantùm culinares. Non tamen ſub uſu diætetico planè carent uſu pharmaceutico: ſale namque blando nitroſo turgent, hinc & primas vias abſtergunt atriplices, & propter alcalinam naturam refrigerant, alvumque emolliunt, blandè laxant, feces induratas fluxiles faciunt, ſimulque flatus diſcutiunt; unde forte illud Germanorum **Milde**/ ab aliis craſſiori nomine **Scheißmilde**/ exprimitur. Egregiè præſertim convenit hypochondriacis ex abdomine æſtuantibus, & alvi obſtructione laborantibus, accedente imprimis corporis motu, ſimulque ebullientes circa primas vias acres, acidos & bilioſos ſuccos temperat, indeque natos ardores & phlogoſes mitigat.

Externè in clyſmatis recens præſcribitur, imprimis emollientibus & anodynis, alvum duram provocantibus, & moderatè laxantibus. In cataplaſmatibus etiam pro inflammationibus ſiſtendis, doloribus ab acido natis mitigandis, partium inde natis tenſionibus ſufflaminandis, & hinc emolliendis tumoribus duris imponuntur, & doloribus podagricis leniendis. Cum foliis vitis, herba anethi & chamomillæ ingreditur pediluvia pro ſomno conciliando.

Supereſt adhuc atriplex ſylveſtris folio ſinuato, quæ in ſpecie chenopodium ſeu pes anſerinus, Germanis **Gänſefuß** dicitur. Planta eſt culinis magis, quàm officinis nota: refertur enim inter pulmenta oleracea (**grüne Kräuter**) conducit tamen pro laxanda alvo, & temperando æſtu hypochondriorum.

AVENA.

Avena planta eſt cognita, ex qua uſitatum ſemen.

Semen duplicis eſt uſus: culinaris, & officinalis.

Quoad uſum culinarem, ex eo parantur juſcula avenacea, quæ ſucceſſerunt hodie cremori ptiſanæ ex hordeo excorticato factæ: vid. Gorræus *in Definit. Medicis.* Crebrior fit mentio apud veteres in febribus & morbis acutis ſub diæta tenui, in morbis chronicis tam pro moderata nutritione, abſtergendis & detergendis primis viis, quàm temperandis ſuccis acribus effervescentibus. Unde & in raucedine, tuſſi, exulceratione & aſperitate faucium, oris aphthis, à catarrhis ſeu lymphæ, aciditate oriundis, &c. juſcula avenacea uſurpari ſolent; quia lentam viſciditatem lymphæ & catarrhorum temperant & corrigunt.

Pro uſu officinali rarò uſurpatur. Externè Autor noſter ſaculum, ex cruda avena factum, contra tormina abdominis & paſſiones hyſtericas calidè impoſitum commendat, qui etiam à mulierculis uſurpatur: ſed cura hujus dependet ex ſolo calore. Meliùs tamen eſt, ſi contundatur avena, & recipiantur part. ij. atque addatur ſeminis coriandri vel cumini, & baccarum juniperi ana pars j. & in ſaculo interpaſſato applicentur abdomini.

Uſitatus eſt in officinis ſyrupus divi Lutheri ex juſculo avenæ cum ſaccharo factus, qui temperat acidum auſterum, & contra colicam laudatur. Ita vocatur, non quod Lutherus autor ejus extiterit, ſed quia colica afflictus illo uſus eſt creberrimè.

MALUS AURANTIA.

Fructus hujus, **Pomerantzen-Aepffel**/ omnibus notus eſt, imprimis ex gratia ſaporis, odoris & coloris, quibus ſe commendat.

In uſu eſt pomum ipſum, & ejus cortex.

Poma ſunt vel acida, vel dulcia. Acida & vinoſa maximam partem ejusdem ferè cum citro & ſuccò ejus acido uſus ſunt. Dulcia dicuntur Sinenſia, utut nunquam viderint Chinam. Acida uſurpantur in febribus ardentibus; dulcia verò uſurpantur in ſcorbuto, ita ut ſolo eorum uſu quosdam à ſcorbuto liberatos fuiſſe, autores teſtentur: hinc etiam in Italia rarò affliguntur, tam peregrini quam incolæ ſcorbuto propter uſum pomorum aurantiorum, quæ corrigunt effervescentiam ab acido ſcorbutico oriundam; ſicut & poma acida contra ſcorbutum proſunt, cum antiſcorbuticis acribus, cochlearia, naſturtio, &c. juncta. Poſt ſcorbutum & in affectibus melancholicis commendantur.

Cortices conſtant copioſo ☉e volatili ſatis acri, temperato pinguedine vel oleo ♃eo, ſponte flammam concipiente: acriores ſunt magisque aromatici corticibus citri. Ratione ☉is volatilis etiam magis carminativi, ut quoscunque flatus certò expellant, adeò ut etiam non immeritò medicamentis pro flatuum diſcuſſione & temperando acido plus minus auſtero, & corrigendo viſcido, flatuum genitore, in colica, paſſione hyſterica, &c. admiſceantur cortices aurantiorum, ſi alvus priùs aperta fuerit. Unde quidam Medicus expertus habet pulverem ſingularem in colica, qui pro baſi agnoſcit cortices aurantiorum, & cujus talis eſt compoſitio:

℞. *Cort. Aurant.* ℥ij ß.
dent. infer. auratæ piſcis, l. in horum defectu maxil. lucii piſc.
lapill. ♋ *præp.*
ſuccini præp.
talor. leporis
Zedoar. à ℥ij.

M. f. pulvis, qui uſum egregium habuit in colica curanda.

Præterea proſunt in ſtranguria, orta à cauſa externa (acidum illud ex primis viis exactè corrigendo) & dyſuria, nec non ad curam

Digitized by Google

ram icteri flavi; sive sub forma olei destillati, sive pulvis assumatur à ℈j ad ʒ ß, vel ex tempore elæosaccharum ex succo corticis oleoso expresso parandum.

Flores gaudent ☊e Mercuriali, hinc destillari nequeunt in ♁.

Quoad præparata, in quibusdam locis prostat ▽ ex corticibus aurantiorum cum vino destillata, quæ est perquàm egregium remedium in suffocatione uterina: sicut & Hoeferus *in Hercule medico p.* 131. habet ▽m flatus discussivam, quæ pro basi agnoscit cortices aurantiorum; cujus elegantis compositionis Autor fuit D. Mannagetta, quæ tamen indiget correctione. Correcta sic se habet:

℞. *Cort. Aurant. exter.* ʒjv.
flor. Chamom. Rom. M.j.
fol. menthæ crispæ M.j.
IIB. absinth. Pont.
rad. Angel. ā p.j.
sem. anisi,
fœnic. ā ʒß *l.* ʒvj.
cumini
baccar. junip. ā ʒß.
lauri ʒij.
Zedoar.
Cinnamom. ā ʒß.
Macis ʒij.

Pulverisata adspergantur spiritu nitri, ad ℈ij vel ʒj. Huic affundantur

Vini Malvat. vel potiùs ▽ Malvat. ℔ vj.

Stent per triduum in digestione, postea destillentur igne sensim aucto. Potest destillari per retortam, ut ♈ nitri meliùs promoveatur, qui hîc magni momenti est propter vim flatus discutiendi.

In Salæ scriptis chimicis, in armamentario, videmus ▽m per fermentationem corticum aurantiorum.

Aliàs prostat ▽ ex floribus aurantiorum, sub nomine ▽æ naphæ, quæ, vi carminativâ pollens, egregia est in passione hysterica, & pro sudore movendo, ut etiam pro sapore & odore reliquis medicamentis conciliando, usurpatur.

Neapoli habetur essentia ex floribus aurantiorum, quam præparant Monachi, maximè pretiosa, coloris sanguinei seu aurei & clari, moschum odore referens: est egregium confortativum, & adhibetur in desperatis morbis cum summo sæpè virium levamine.

Succus, præsertim acidus, ejusdem ferè naturæ ac usus est cùm succo citri; unde eadem etiam de eo asserenda sunt.

Prætereâ ex corticibus aurantiorum destillatur ♁, quod sudoriferum est, simulque carminans, & expertum contra colicam ex acido austero, stranguriam, ex acido primarum viarum ad vias ♋rias delato, etiam dysuriam; sive guttatim (6. 8. aut 10. guttulæ) assumatur, sive fiat Elæo-saccharum. Externè cum sevo hircino paratur unguentum, quo inungitur umbilicus in stranguria. Vel etiam potest fieri linimentum ex oleo destillato corticum aurantiorum cum oleo carvi, angelicæ vel anisi, & cumini: quod illitum abdomini aut umbilico expertum est & in colica & in stranguria.

Sunt qui parant ex floribus aurantiorum ♁ per expressionem, ut ♁ jasmini, quod tamen aliquatenus adulteratur.

℞. *Baccar. Ben; vel semin. melon. benè contus. part. j.*

Indunt ollæ vitreatæ, & superspargunt flor. aurantiorum: sic faciunt aliquoties stratum super stratum, & relinquunt ad aliquot ☌☽; dehinc abjiciunt flores, & super baccas vel semen novos inspergunt, idque aliquoties iterant: tandem indunt sacculo lineo, ▽ naphæ madefacto, & exprimunt ♁; quod tamen non est ex solis floribus aurantiorum, sed etiam ex baccis ben aut semine melonum.

Hoc modo exprimi etiam potest ♁ suaveolentum ex floribus violarum.

Prostat insimul syrupus aurantiorum; cui si addantur aliquot guttæ olei aurantiorum, proderit in superiùs dictis affectibus; qui ipse syrupus pomorum aurantiorum singulariter prodest in scorbuto.

AURICULA MURIS.

Auricula muris dicitur, quod folia ejus aurem muris repræsentent, Mäuse Ohrchen; item pilosella major repens, quod folia ejus copiosis quasi pilis sint consita: hinc & hispidula, à foliis scilicet hispidis. Flores habet luteos.

Adstringit in fluxu alvi, & sanguinis seu hæmorrhagia; est enim texturæ firmioris. Est egregium vulnerarium, tàm interno usu in potionibus vulnerariis, quàm externo in unguentis, emplastris, balsamis, &c. vulnerariis. Hinc utilissima est in affectibus pectoris, quando sputum & lympham, asperam arteriam irrigantem, nimis acidam solet corrigere & temperare; item prodest in calculo, in quo commendatur à Poterio. Dum est vulnerarium, solet exhiberi infantibus in pulticula & cibis, quando laborant herniâ. Externè in Gargarismatis cum aliis, prunella, salvia, &c. contra inflammationem tonsillarum, faucium exulcerationes, laxationem uvulæ, &c. adhibetur. Per se aliàs rarissimi est usus.

AURICULA MURIS COERULEA.

Præsens myosotis, seu auricula muris cœrulea, ad differentiam pilosellæ flore luteo. Est autem potiùs echium scorpioideum, cùm cacumen florum in formam caudæ scorpionis

nis ante ſui efflorescentiam contortum ſit. Germani vocant **Vergiß mein nicht mit blauen Blumen.**

Usus ejus adhuc ignotus est. Externè tamen radix pulverisata oculorum canthis ulceratis inspersa medetur.

B.

BAHARAS vel BAARAS JOSEPHI.

Baharas vel Baaras Josephi est planta in Judæa, vid. Josephus, & Horstius *l.* I. *Dispensat. P.* I. *p.* 3. Conf. Caspar Bauhinus *in Pinac. pag.* 511.

BALANOS MYREPSICA.

Balanos Myrepsica est planta exotica, cujus fructus tantùm habentur, & grana been vocantur. De forma & virtutibus videatur, post Tabernæmontanum, *Tomus I. Theatri Botan. Bauhini.*

Rarioris est usus; uti etiam ℞ expressum, quod emollit & discutit, rarò adhibetur, quoniam valdè pretiosum, & adulteratum est; econtra ℞ amygdalinum idem præstet, quod etiam ei propter nimiam acritatem meliùs substituitur. Utuntur eo pro eliciendis oleis ex florib. odoriferis, vid. *Hortus Farnes.* Tobiæ Aldini e. g. cum floribus jasmini maceratum contrahit eorum odorem suavem, quando ex illis ℞ paratur. Nam utut flores jasmini suavissimum spirent odorem, nihilominus si destillentur, planè illum omittunt, & malè potiùs olent. Ut ergò suavis odor possit colligi pro suffimigio chirothecarum, propterea accipiunt nucleos been, contundunt, & exprimunt ℞, quod recipiunt propter diuturnitatem, quia non facilè rancescit, ut reliqua ℞a. Aliàs per se nullius est usus.

BALSAMINA LUTEA.

Balsamina lutea Bauhini, propriè dicitur Noli me tangere Gesneri. Ita dicitur, quod post florem cucullatum deciduum capsulæ seminales, ubi maturuerint, levi attactu soleant crepare, & semen undique de se spargere, hinc **Springsaamen-Kraut.** Rectiùs Persicaria siliquosa lutea.

In officinis non est in usu. Sunt qui malignitatem quandam plantæ huic tribuunt: E Gesneri tamen Epistolis constat, eam in affectibus urinariis ad propellendam ☉m fuisse proficuam; imò ipse testatur: se folia hujus plantæ contusa in stranguria fausto cum successu externè adhibuisse: denique etiam eandem recentem contusam in doloribus & tumoribus arthriticis applicandam commendat.

BALSAMUM.

Balsamum vel est orientale vel occidentale. Orientale affertur ex Syria & Palæstina: occidentale est balsamum Peruvianum.

Tres subministrat species: fructus, carpobalsamum; ramos, xylobalsamum; & liquorem, opobalsamum.

Opobalsamum est ingrediens theriacæ pretiosum & rarum, unde usus obtinuit, ut adhibeatur occidentale de Peru.

Denique præter balsamum Peruvianum provenit quidam in Insula Tolu, quod dat Tolutanum, de quo inferiùs plura: hoc saltem hîc noto, optimè sentire Doeringium *in Tract. de succino*: succinum & ejus ℞ optimè posse substituti loco balsami orientalis & occidentalis in compositione theriacæ.

BARDANA.

Bardana seu lappa in duplici est differentia: vel major, quæ specialiter personata dicitur, **groſſe Kletten;** vel minor. Usitata est utraque.

Majorem quod attinet, est viliſſima herba, & tamen maximi momenti; de cujus radice observavi, quod soleat commendari in affectibus pulmonum. Hinc etiam singularem sanguinem congrumatum resolvendi & discutiendi vim habet, convenitque in sputo sanguinis & pleuritide, aut quibus in phthisin aut empyema degeneravit, propinando cochlear radicis pulverisatæ, vel decoctū, expectando sudorem. Sunt etiam, qui hunc usum in affectibus pulmonum lappæ minori adscribunt, de quo tamen experientia consulenda. Diaphoreticum & diureticum est egregium, præprimis in arthritide & podagra, cujus fomitem per ☉m educit: vid. Forestus *l.* 9. *Observ.* 7. & hoc quidem ratione texturæ materialis temperatæ, nitrosæ tamen: indeque fit resolvens & abstergens. Unde in lue Venerea decoctum radicis sumatur cum pauxillo foliorum sennæ, expectando sudorem: qua ratione curatus fuit Henricus IV. Rex Galliæ; imò radix hæc à quibusdam decoctis contra luem Veneream loco radicis sarsaparillæ addi solet.

Semen est diureticum, & mirè commendatur in phthisicis, & specificè ad calculum, quem vel expellit, si genitus, vel generationem impedit.

Externè folia conducunt in doloribus arthriticis, tam fixis podagricis, quàm vagis cum insigni tumore conjunctis, probè contusa & succulenta imposita: & vidi ego exemplum, ubi quidam arthriticus hîc recepit folia bardanæ, modicè conquassavit, & partibus dolentibus applicavit; ita enim intra 12. horarum spatium omnes dolores levati sunt, omni tamen manè & vesperi recentia imponendo; secus enim, si ultra dimidium diem relinquerentur, cuticulæ adhærebant ita fixè, ut illam simul detraherent: & quod

notan-

Digitized by Google

notandum, facie versâ, ubi nervi magis prominent, folia contusa, ut planentur, & ex nervis aliqualis succus proliciatur, debent imponi, auf der unrechten Seite/ und deßhalben werden sie auch in etwas zerquetschet/ dolorem ac tumorem egregie solvunt ac discutiunt. Eodem modo hæc folia imposita sanguinem grumosum ex contusionibus mirè dissolvunt & discutiunt. Singulare est, quod habet Schmuck *in Curis Magico-Magneticis p.* 37. quod folia bardanæ majoris tibialibus imposita, & pedibus conculcata, suffocationem matricis mulieribus tollant; sin verò applicentur capiti, inducant. Eadem conveniunt in tumore pedum hydropico, quem potenter resolvere perhibent. Radix bardanæ, si plantis pedum alligetur, quasi per diaphoresin sanat hydropicos, dum ▽m expurgat. Epiphanius Ferdinandus dicit, quod vim habeat prolongandi membrum virile. Ex radice sicca Faber *in Myrothec. spagyric. l.* 4. *c.* 16. parat ♁ per descensum, cujus vires eximias non potest satis commendare ad calculum resolvendum & promovendum, scirrhos emolliendos, & nodos podagricos, omnemq; tartarum, dissolvendum.

Prostat in officinis nostris ▽ bardanæ composita, quæ destillatur ex radice bardanæ, vincetoxici, cortice medio fraxini, &c. cum vino; cui postmodum instillatur aliquid ♏is, & additur nonnihil camphoræ.

BARDANA MINOR.

Bardana seu Lappa minor vocatur etiam Xanthium.

Ex hac planta usitata est radix, fructus, die kleinere Kletten/ oder Bettlers-Läuse/ & herba.

E radice in taleolos incisa ac cocta fit decoctum sudoriferum ac diureticum, omnibus lignorum exoticorum decoctis æquivalens; hinc sunt, qui idem decoctum in arthritide, & contra luem Veneream laudant. Porrò à Castro contra pleuritidem decoctum commendat, quam per sudorem repetitum optimè curat. Externè discutit & resolvit tumores, vel serum in partibus collectum.

Radix in lixivio aut ▽ simplici decocta in capillis colore flavo tingendis singulare est, & capillorum proventum promovet: Vid. Schottus *in Physica Cur. l.* 3. *c.* 23. *pag.* 517. ubi refert de viro sexagenario, cui post gravem morbum capilli è capite & barba deciderant, quos tamen recuperavit lixivio è radicibus lapparum præparato, quo caput & mentum sæpiùs irrigavit. Præterea quoque folia bardanæ minoris erysipelati arthritico applicata omni vespere ac manè removendo, egregium afferunt solamen, ac tumorem egregiè solvunt ac discutiunt; quod ipse sum expertus. Eodem modo hæc folia imposita sanguinem grumosum ex contusionibus mirè dissolvunt & discutiunt.

BASILICUM.

Græcis βασιλικὸν dicitur, quod ocyus ac subitò è propriis seminibus crescat; Latinis basilicum, tanquam regium ūmplex propter odorem suum suavissimum. Unde Germanis Basilien-Kraut. Zacutus quidem *lib.* 9. *Med. Princ. Histor.* 5. dicit, quod basilicum ita vocitetur, quia Basilisci morsibus sit remedio; quod sanè ridiculum, cùm nemo unquam viderit Basiliscum.

Plures ejus sunt differentiæ:

1. Ratione foliorum: Aliud enim est latifolium, ut ocimum magnum, Indicum, &c. Aliud angustifolium, quale ocimum minus foliis serratis, citratum, &c.
2. Ratione colorum in foliis: Datur enim ocimum pictum, album, rubrum, nigrum, &c.

Planta hæc ☉e volatili oleoso & penetrante est prædita, veteribus incognita; modernis autem satis decantata, cùm sit egregiè aromatica & singulariter cephalica. Singulare est, quod in plāta hac humida ac succulenta odor adeò aromaticus resideat; cùm aliàs notum sit, plantas aromaticas naturâ esse siccriores, & quasi squalidas, ac facilè arescere: Conspirat tamen cum aliis aromaticis in eo, quod sit planta vivax pro more menthæ, salviæ atque pulegii, ac ex sola ▽ crescat.

Usus ejus, cùm non nisi ob odorem suaveolentē in hortis colatur, non est adeò singularis; folia tamen & semen in officinis prostant.

Quoad vires, cephalica est, & stomachica; spiritus enim continet in se quasi ardentes, unde ♏ animales recreat, senibus odoretenus adhibitum, & capiti in vertigine, similibusq; affectibus senilibus, per consensum stomachi natis, mirè confert; adeò ut mereatur, ut quosvis spiritus aut essentias confortativas seu cephalicas ingrediatur: senibus præsertim convenit ordinariè capite malè habentibus. Præterea uterina est propter vim aromaticam, ☒es ciet, & in affectibus uterinis prodest. Ad morsus animalium venenatorum externo & interno usu laudatur. Exsiccata ac cum floribus pulverisata elegans præbet sternutatorium, quod non tantùm membranas odoriferas superiores narium irritat ac afficit, sed caput quoque valdè recreat, & hinc inter sternutatoria cephalica refertur; sicut & semen naribus insufflatum, sternutatorium optimum est in coryzæ principio.

Planta contusa lateribus duobus in medio excavatis indita, & quoad rimas abducta, radiis ☉aribus si per 4. septimanarum spatium exponatur, scorpiones procreare vulgò dici-

Digitized by Google

tur; quod etiam referunt B. D. Michaelis, Hœferus *in Hercule Medico l.* 2. *c.* 1. *pag.* 110. & Helmontius *Tract. de Peste p.* 173. *Imago Ferm.* §. 13. *p.* 94. & *l. de Potestat. Medicam. p. m.* 384. §. 37. Hoffmanni *de Medicam. Officin. l.* 2. *c.* 31. *pag.* 122. & Holler *l.* 1. *de Morb. intern. c.* 1. Sed fabula est: Conf. M. A. N. C. *Ann.* 3. *Obs.* 79. *pag.* 135. Galenus *l.* 2. *de Aliment. Facultat. c.* 56.

Inter præparata planta exsiccata, ac cum spiritu vini extracta præbet essentiam vertigini haud incongruam.

BEHEN ALBUM, BEHEN RUBRUM.

Been album & rubrum non confundenda sunt, cum grano Been seu Balano Myrepsica. Been rubrum etiam limonium maritimũ majus dicitur, quod circa λιμνὰς seu paludes, item littora marina, provenire soleat; **wild Mangold**/ quasi species esset betæ, quod tamen non est; sed potiùs planta heteroclita. Utriusque radices sunt exoticæ, & nullius aut rari usus; imò sunt, qui dicunt; radicibus his non esse utendum, quoniam ut plurimum sint adulteratæ.

BELLIS.

Bellis ita dicitur, quod flores ejus admodum sint elegantes & belli. Hujus variæ sunt species:

1. Hortensis flore pleno variegato albo, & rubro, **Maßlieben / tausend Schönchen:** Ad quam etiam spectat bellis major Bauhino dicta, caule folioso, aut bellium majus Tabernæmontani; item Buphthalmus, **Rinds-Auge**; quæ vox tamen nimis est generalis, cùm & chrysanthema sint buphthalma, & contrà; in officinis species hæc non est recepta.

2. Sylvestris, quæ major, minor, & media, vulgò **Gänse-Blümgen.**

Corymbiferæ sunt plantæ seminib⁹ solidis.

Pro usu medico usitatissima est hortensis simplex flore rubro & pleno; nec non Bellis hortensis flore albo pleno. Sylvestris in usu medico rarò locum habet; sed male: Ex planta enim hac recenti mense Februario, priusquam scil. flores erumpant, habetur decoctũ acris saporis, piperis modò subtilis & penetrantis, in qua acrimonia vis ejus diuretica consistit, quæ se ad vulnera extendit.

Bellis minor plantula est polychresta, quæ in morbis chronicis ad purificandum sanguinem, ejusque dyscrasiam corrigendam, non incongruè aliis additur.

Tenella folia, quæ circa flores rubros reperiuntur, hepaticarum virium esse creduntur, & magni usus sunt in potionibus vulnerariis; experta etiam in hydrope; sicut B. D. Michaelis usu horum continuato aliquot hydropicos feliciter curavit: Coquuntur nempe folia ac flores in jusculo carnium, exprimuntur, & decoctum adhibetur. Sunt etiam, qui in vino propinare solent. Hæc possent aliquam lucem affundere doctrinæ Helmontii de hydrope, cum bellis sanguinem congrumatum resolvat; quæ tamen satis paradoxa est.

Succus hujus plantulæ, ejusque decoctum, multum prodest in quocunque sanguine grumoso dissolvendo & discutiendo, sive ex casu, sive vulnere, sive contusione: hinc etiam inter antipleuritica, ad sanguinem semicasteatũ resolvendum, ab Helmontio *Tract. Pleura Furens p.* 70. cõmendatur; vid. Mindererus *in Medic. Milit. p.* 77. ubi multa de hac planta habet egregiai & imprimis iis tanquam singulare specificum commendat, qui post nimiam incalescentiam corporis subitò frigidum potum ingurgitant; & hinc ♃arium ex bellide illic præscribere solet. Conf. etiam Simon Pauli *in Quadr. Botan. p.* 21. Confirmat hoc per experimentum B. D. Michaelis in coquo, qui per diem aliquem incaluit, & sitibundus arripuit haustum frigidum, unde asthmate aliisque symptomatis gravissimis correptus, ut tantùm non suffocandus videretur, hunc succo ex tenellis foliis bellidis flore rubro recenter expresso, & in vino propinato, per sudorem curavit, ut sequenti die optimè sese habuerit; non secus ac alii ad inflammationem epatis hanc ipsam commendant plantulam.

Externè egregium vulnerarium est decoctum ejus vulneribus applicatum.

Fit ex floribus bellidis rubris ℞ cum phlegmate vitrioli, spiritu proprio acidulato, quæ ad sanguinem congrumatum præcavendum & resolvendum optimè tempore æstivo instillatur potui, ut non noceat: Unde in febribus ardentibus egregia est, sed majori, quàm vulgari dosi, ad guttulas scilicet ʒo. usurpetur; vel potui potest instillari, ut nocumenta ingurgitationis frigidæ præcaveantur.

Bellis flore albo pleno vulgò commendatur contra fluxum album mulierum, sive crudè, sive decoctum, vel sub forma conservæ, propinetur.

BERBERIS.

Berberis tàm in culinis & condimentis, quàm officinis & medicamentis nota est.

Fructus est saporis acidi. Primaria ejus virtus ab acido blando nonnihil adstrictorio dependet, in quo convenit cum rubo idæo, item cerasis & ribibus. Hinc vulgò inter frigida refertur, adeoque ebullitionem sanguinis moderatâ aciditate coërcet, simulque moderatè ♁at; unde in febribus acutis ardentibus, quin & in febribus malignis, non infructuosè utimur berberibus, sitim extinguunt, & sanguinem ebullientem moderato

coagu-

Digitized by Google

coagulo coërcent: Pro quo ſcopo ſuccus & ſyrupus, qui præ cæteris uſitatus, in Julebis refrigerantibus eſt egregii uſus. Juxta hunc uſum conducit ventriculo, ſitim in æſtate extinguit, appetitumque denuò excitat. Ob adſtrictionem in diarrhœa (bilioſa imprimis) tempore æſtivo, vel ex fructibus horæis, vel victu mutato, ſyrupum hunc ſaporis gratiâ ſolemus adhibere cum appropriatis, & egregiè convenit.

BETA.

Beta vulgaris eſt in triplici differentia: Viridis, alba & rubra. Beta dicitur Græcis, quod curvaturâ ſuâ in parte ſuperiori literæ Græcorum B ſimilitudinem quaſi exhibeat. Germanis vocatur **Mangold**. Reverà ad atriplices pertinent.

Rarò ſunt officinales: rubra interdum ſolet uſurpari.

Conſtat ☉e nitroſo; hinc decoctum ejus alvum blandè abſtergit ſeu laxat, quoniam ſcatet humore aquoſo acri, cujus ratione emollit feces & elicit foras, & propter alcalinam naturam refrigerat, ſimulque ebullientes citra primas vias acres, acidos & bilioſos ſuccos temperare, indeque natos ardores & phlogoſes mitigare ſolet. Præter hunc uſum internum planta hæc nullum alium medicum, ſed tantùm culinarem, agnoſcit; hinc inter obſonia oleracea (**grüne Kräuter**) frequentiùs adhibetur, adeoque & nutrimentum ſalubre ſubminiſtrando adhiberi poteſt.

Externè uſurpatur ſolùm in clyſteribus alvum emollientibus. Inflammationes aliàs ſiſtendo, dolores ab acido mitigando, partium hinc natas tenſiones ſufflaminare, & hinc emollire dicitur.

Succus betæ vulgaris recens expreſſus primatum ferè ducit inter errhina, & ſatis eſt acris; pituitam enim viſcidam narium, & in ſpecie oſſis cribriformis, ſolvit, ſive ſolus, ſive miſtus cum ſucco anagallidis flore cœruleo, & attractus. Sed circumſpectus ſit ejus uſus, nec adeò nimius, vid. *Act. Med. Haffnienſ. Volum.* 2. *pag.* 166. Aliàs rari vel ferè nullius eſt uſus.

Cognatæ huic ſunt rapæ rubræ, quæ ejusdem virtutis & efficaciæ ſunt cum beta rubra.

BETONICA.

Betonica ſeu Vetonica ita dicitur, quod Vettones, Hiſpaniæ populus, plantam hanc primi excoluerint juxta Plinium *l.* 25. *c.* 8. **Betonien Kraut**. Duæ ejus ſunt differentiæ: purpureo, & albo flore. Quæ florem habet purpureum, eſt ſylveſtris; quæ album, hortenſis.

Planta eſt officinis notiſſima, de qua jam olim Antonius Muſa, notetur hîc confuſio in Autoribus, quod cum Autore noſtro multi caryophyllum hortenſem vocitent betonicam, & Vetonicam coronariam.

In officinis folia, & hinc etiam flores, creberrimi ſunt uſus propter egregias facultates, quas monſtrat acrimonia ſubtilis, quâ eſt imprægnata, adeoque in ſe habent alcali acre; unde commendatur Betonica pro uſu vulnerario, imprimis in omnibus capitis ac cerebri affectibus, in notulis vino infuſis; ſicut & potiones vulnerarias ingreditur, uti & ſyrupos. Diureticum inſuper eſt, ut omnia vulneraria, pro quo ſcopo commendari ſolet radix, vel in plenilunio Martii vel Aprilis collecta, quoniam tunc eſt tempus balſamicum optimum pro collectione: nam omnes plantæ habent ſuum certum tempus, quo colliguntur, quando maximè ſunt in vigore. Folia & flores in nodulis, vel forma decocti, poſt partum difficilem laudantur, ut, quod in utero læſum erat, reſtituatur, & ſanguinis fluxus promoveatur. Præterea à modernis obſervatum eſt, plantæ huic recenti vim aliqualem ineſſe anodynam & quaſi inebriativam, de qua vid. Simon Paulli *in Quadripart. Botan.* & Bartholinus *in Hiſtor. Anatom. Obſervat.* 97. *Cent.* 3. ubi receuſet, quod cum operarii hortulani hero ſuo evellere voluiſſent Betonicam pro uſu medico, omnes velut ebrii & temulenti titubarint.

Externè in vulneribus & contuſionibus capitis & cranii planta contuſa & ſucculenta impoſita, ſpecialiſſimè convenit; hinc hortulani feliciter omnibus vulneribus ſuccum ejus inſtillant. Stœckerus *in Praxi* commendat lixivium, in quo cocta betonica, ad debilitatem capitis.

Ex floribus rubris conficitur tinctura cum phlegmate vitrioli, ſpiritu proprio acidulato, quæ cereviſiæ inſtillatur, & in ea propinatur in affectibus capitis, in febribus, quæ inſequi ſolent vel vulnera vel ulcera. Cautè tamen ratione ~ vitrioli acidi in vulneribus & ulceribus exhibeatur; cujus loco tunc potiùs conducet phlegma vel aquam quandam deſtillatam cum ſpiritu nitri dulci acuere, & cum hac ℞am extrahere.

Invenitur in officinis ſyrupus tàm ſimplex quàm compoſitus, uſitatus in potiunculis & decoctis vulneratiis, dicatis affectibus capitis, & hujus vulneribus; item deliriis, in quibus eſt egregius, ac vi anodynâ ſuâ operatur, non minùs etiam in affectibus uterinis.

Unguentum & ceratum ſeu emplaſtrum de betonica officinale magni uſus eſt in dolore capitis catarrhis, & omnibus vulneribus capitis aliisque, ſive cum- ſive ſine contuſione, imprimis ſi malaxetur cum balſamo Peruviano; tunc enim quaſi vires ejus duplicantur,

vel

Digitized

vel etiam, imprimis in contuſione, ſi miſceatur cum emplaſtro de tacamahaca.

℞. *Tacamahac.* part. ij.
Cerot. de Beton. part. j. M.

Cerotum hoc vel emplaſtrum non parum quidem participat de ea; rectiùs tamen ſuccus recens uſurparetur cum ſufficienti quantitate mellis ad conſiſtentiam coctus addito parum balſami Peruviani.

Fit interdum, ut ex nimio dolore capitis cum aliis affectibus ſuturæ cranii ſecedant, & impenſè doleant, cujus rei experientiæ proſtant in *Obſerv. Chirurgico-Medicis* Hildani; ſicut & obſervavit B. D. Michaelis *in Principiſſa* von Eiſenach; quæ ex nimio capitis dolore incurrit in affectum ſimilem, ut ſuturæ cum ſonitu ſeceſſerint, quam præmiſſis univerſalibus, imprimis clyſteribus acribus, curavit emplaſtro de Betonica, conjuncto cum emplaſtro de Ranis Vigonis cum Mercurio, in eodem dolore capitis adhibito: Vid. Platerus. Aliàs in catarrhorum & dolorum capitis quorumcunque curatione ſingulare & expertum eſt emplaſtrum de Betonica, imprimis ſi acceſſu tacamahacæ & olei deſtillati rutæ, anethi, &c. augeatur.

In genere, quando Botanici aliquem laudare volunt à virtutibus, tot illum inſtructum eſſe dicunt, quot herba Betonica.

BETULA ſeu BETULLA.

Betula, die Birckе / arbor eſt cuique ſatis cognita, vulgaris quidem, inſignibus tamen prædita virtutibus.

In uſu ſunt folia, cortex, & fungi, ſed rarò.

Liber ſeu cortex tenellus & papyraceus quaſi recens, ſi inter duas patinas coërceatur, ut ſuper carbonibus liquor ferè oleoſus exſudet, euporiſton eſt in gravi auditu, murmuratione & tinnitu aurium, cum bombace guttatim uſurpatus.

Liquor per inciſionem arboris, vernò tempore copioſè effluens, collectus, maximè laudatur apud Helmontium *Tractatu de Lith. cap.* 8. §. 24. & 25. *p. m.* 73. & 74. ubi habebimus ſimul modum ejus acquirendi tempore & loco legitimo. Colligitur nempe vel ex cortice ejus perforato, vel ex ramis tenellis inciſis, antequam folia erumpant; ſimul atque enim hæc apparent, liquor, qui exſtillat, nullius eſt uſus: Vid. Solenander *in Conſil.* & ſpeciatim Cnoeffelius *in M. A. N. C. Anno* 6. *Append. pag.* 122. & 124. Liquor hic ſeu aqua ſingulare eſt remedium in affectibus chronicis, in ſpecie tartareis, & præſervativum æquè ac curativum in nephritide, ſcorbuto, ictero; præprimis flavo, inſquo ſanando cum ſucceſſu adhibetur. Commendatur etiam à Bartholino in *Actis Haffnienſ.* in hydrope. Hauſtus, per diuresin calculum renum & veſicæ præſervat, & ipſum paroxyſmum alleviat, quod modernorum debemus experientiæ, & propter hanc vim ſingularem betula vocatur lignum nephriticum Europæum, adeò, ut meritò ſit ſuccedaneum ligno nephritico ex India orientali. Charleton *in Tractatu*, quem ſcripſit *de Calculo*, betulam in calculo commendat. Egregium uſum antinephriticum videbitis etiam in Boyle *Philoſoph. Experiment. pag.* 102. Solenander *in Conſil.* 10. *Sect.* 3. & *Conſil.* 26. *Sect.* 24. eundem liquorem commendat. Hauſtus hujus ♁æ betulæ propinatur tempore matutino jejuno ſtomacho: Ut major ipſi concilietur vis diuretica, cuilibet potioni poteſt admiſceri aliquid vini, cui primò vel radix aut ſemen raphani; ſemen lithoſpermi, vel baccæ Alkekengi infuſæ ſunt. Unde ex hoc ſucco Cnœffelius *l. a.* limonadam antinephriticam paravit. Præterea podagricis confert, acidum dolens podagricum ſub ☉æ vehiculo eliminans. In ſcorbuto cereviſiæ recenter coctæ & liquori betulæ ana, immittunt nodulum ex antiſcorbuticis, v. g. caryophyllatæ radice, baccis juniperi; &c. Præter hæc ſuccus hic menſe Martio, hauſtus ad purificandam maſſam ſanguineam, ejusque craſin emendandam, egregiè convenit, adeò ut virtute fermentativâ ſanguinem ſimul fermentet & purificet; ſi quæ ſubſint ſordes in maſſa ſanguinea, blandè nunc per ☉m, nunc per ſudorem, evacuat easdem; unde laxat alvum moderatè virtute nitroſa, quâ imprægnatus eſt. Idem liquor in ſcabie etiam convenit, & fomenta ſubtrahit, quò minùs fermentum ſcabioſum ſe poſſit multiplicare: imò adeò purificat ſanguinem, ut etiam uſu ſuo quosdam ſcabioſos reddiderit; dum ſcilicet ſalia heterogenea ex maſſa ſanguinea ſecreta, & intra cutim defixa, pathemata illa ſcabioſa produxerunt. In ictericis, cachecticis; item melancholia, imprimis hypochondriaca, egregii uſus eſt: contra quam & alios affectus melancholicos Hartmannus *Prax. Chymiatr. c.* 5. ubi *de Melancholia p.* 55. §. 2. commendat eſſentiam croci cum aqua vitis, ex illa inciſa exſtillante, paratam: Verùm Lindanus *in Colleg. ſuper citatum locum* præfert eſſentiam croci, factam cum aqua betulæ. Omnes obſtructiones viſcerum, hepatis, lienis, & meſenterii, curat, quia nitroſo ☿e vol. ſuo vias aperit, & ſuccos craſſos abſtergit. Liquor hic, præter dictas virtutes, eſt remedium contra incantationem, de quo vid. Helmontius *cit. loc.* ubi quædam habet de ligatione maritorum, curatâ per potum cereviſiæ, cui in præparatione fuerunt incocti tenelli betulæ ſurculi conquaſſati & benè contuſi. Curatam etiam ſtranguriam

tormi-

torminoſam & cruentam per incantationem eâdem cereviſiâ, videbitis eodem loco. Utendi modus eſt, ut bibatur per ſe matutino tempore. Tilemannus fermentatione parum depuratum ad curationem phthiſeos ſufficere ait. Aqua enim hæc ante germinationis tempus collecta ſaporem habet ſuavem acidulum, quaſi terebinthinaceum, hinc facilè acceſcit. Servatur autem optimè vaſis & lagenis probè clauſis, imprimis ſulphuratis, in cella frigida; vel addantur ▽æ appropriatæ aromaticæ,& ſic permitti poteſt, ut leni fermentatione, ad quam liquor hic muſteus valdè proclivis eſt, in liquorem redigatur potulentum quaſi vinoſum; ſic enim retinet gratum ſaporem, & ſic per totum annum pro potu gratiſſimo poteſt aſſervari; vel etiam abſtractione phlegmatis inſipidi redigi poteſt in conſiſtentiam rob ſeu extracti, quod vel cum ſpiritu proprio, aut cum aquis appropriatis, ſeu cum malvatico junipetino ſolutum, propinari poterit. Certè multum in receſſu habet ſuccus iſte. In arthritide ſcorbutica & podagra balneum ex eodem paratur, injectô inſimul formicarum acervo, quod multum confert. Balneum unum pro una ſeptimana ſufficit: vid. Helmontius *loco alleg.*

BISTORTA.

Biſtortæ officinarum duæ ſunt ſpecies: major & minor; quæ nihilominus non differunt in forma. Dicitur autem biſtorta à forma radicis, quæ contorta & criſpata apparet. Dicitur etiam colubrina & ſerpentaria, partim quia folia ex ♆ ſerpentia linguam viperinam præſentare videntur, partim quia prodeſt contra viperarum, & aliorum venenatorum morſus; **Natter-Wurtzel.** Moriſſonius ad lapatha refert, quoniam habet ſemen triquetrum; ſed ad lapatha non pertinet. Affinis tormentillæ eſt, cui & rectè ſubſtituitur; ſaltem quod radix tormentillæ acrior & quaſi magis aromatica ſit, biſtortæ verò radix mitior, ſed magis adſtrictoria.

In officinis uſitata eſt radix & fungus.

Radix ejus plantis alexipharmacis, non ſecus ac tormentillæ, annumeratur, tùm imprimis conveniens, quando intenſior ſanguinis æſtus ſimul erit conjunctus, quem temperant hujusmodi adſtringentia, & mitigant. Inſignem enim vim habet adſtrictoriam, adeoque decoctum hujus ad quoscunque per quasvis corporis partes fluores & omnes hæmorrhagias, fauſto cum ſucceſſu adhibetur; quod ſapor radicis auſteriuſculus, ex particulis terreis & fixis dependens, teſtatur; unde decoctum expertum in vomitu nimio quocunque, etiam ſanguinis, item in morbis omnibus, ubi opus eſt adſtrictione. Cumque in quibusdam morbis malignis ſymptoma periculoſiſſimum ſit hæmorrhagia narium, quæ non ſatis tutè ſiſtitur medicamentis externis, tunc inter interna referenda radix biſtortæ, quæ eſt alexipharmaca, & hæmorrhagiam narium, aliumque quemvis fluxum ſanguinis nimium, compeſcit. Ultra hæc omnem ſanguinem congrumatum diſſolvit in contuſionibus & caſu ab alto, ut ita hâc ipsâ duplici occurratur indicationi, dum nimirum non ſolùm adſtringit, ſed & ſudorem movet, omnemque ſanguinem extravaſatum & congrumatum diſſolvit. Decoctum autem ejus rectiùs uſurpatur, quàm ▽. In ſpecie ad fluxus ſanguinis uterinos nimios poſt partum, quæ contingunt ex retentione particularum ſecundinæ, ſtimulantium ad excretionem, ſicque ſanguinis fluxum inducentium, permiſta cum debitis uterinis leniter expellentibus, mira facit pro expellenda ſecundina, & ſiſtendo fluxu ſanguinis. In hoc caſu certè res eſt periculoſiſſima, & experta ſequens D. Sylvii potiuncula:

℞. *Rad. biſtortæ* ℥ij.
fol. major.
puleg. à M. j.

Coqn. in ▽æ putæ & vini albiſſ. q. ſ. in colat. ℥xx diſſolv.
Syr. Artemiſ. ℥ij.
▽ *cinnam.* ℥ß.

Miſceantur, bis tervè in die adhibeantur ℥ij. l. ij junâ vice, & excreto fruſtulo ſecundinæ, ceſſabit fluxus.

Quòd ſi loco decocti placeat adhibere pulverem, hæc ejus eſt compoſitio:

℞. *C. C. uſti* ℈ij.
rad. biſtortæ,
cinnam.
croci,
borrac. ā ℥ß.

M. f. pulvis pro duabus doſibus;

qui imprimis cum aqua cinnamomi, vel confectione alchermes, vel conſerva cicerum, &c. aſſumitur.

Rectè etiam ab Autore noſtro ad præcavendum abortum radix biſtortæ laudatur, quatenus ejusdem decoctum vitioſum acidum uteri corrigit, uterique fibras firmat, ut feliciùs retineatur fœtus.

BLITUM RUBRUM.

Blitum rubrum eſt vel majus vel minus. Ita dicitur à βλὰξ, ſtupidum, quod parum vel nihil valeat: Germanis **Mayer**/quod vulgo in **Mayerhöffen** creſcere obſervetur.

Planta eſt atriplici, non ſecus ac beta, perquam cognata, unde & uſu cum atriplice convenit: refrigerat enim aliquali ſuâ nitroſi-

Digitized by Google

tate, ac hypochondriorum æſtus ſolatur. De cetero parum nutrimenti ſubminiſtrat.

BOMBAX.

Bombax eſt arbuſculum, cujus tam lanugo ſeu goſſypium, quàm ſemen, in officinis uſitatum; eſt exotica, & propterea rari uſus ejus fructus.

Lanugo non adhibetur, niſi quod leviter combuſta applicetur pro compeſcendo ſanguinis fluxu ex vulneribus recentibus.

Semen, pulmonarium eſt expertum; admodum enim laudatur tuſſientibus. Aſthmaticis, & ad phthiſin inclinantibus: temperat acrimoniam ſuccorum pulmones rodentem, unde nonnunquam in trageis antiphthiſicis, & ſimilibus à lympha acriore ortis affectibus, adhibetur. Sed rari eſt uſus, quia longè meliora proſtant.

BORRAGO.

Borrago, Borretſch/ planta eſt famoſa ſatis: confunditur nonnunquam cum bugloſſa; ſed facilè poſſunt ab invicem diſtingui à perito botanico. Reverà eſt ſpecies bugloſſæ; hinc rectè à Bauhino *in pinace* dividitur bugloſſa in latifoliam, quæ eſt noſtra borrago, & anguſtifoliam, quæ eſt ipſa bugloſſa, & cum borraginis viribus conſpirat. Eſt vel flore albo, vel cœruleo. Creſcit in locis cultis. Congener huic borragini ſeu bugloſſæ latifoliæ eſt borrago ſempervirens ſeu Hiſpanica, euphroſynon dicta. Veteres de borragine nihil habent.

In uſu ſunt radix, folia, & flores; & inter cordialia referuntur.

Tota planta eſt temperatiſſima, & commendatur in affectibus melancholicis, mœrore & triſtitia absque cauſa manifeſta. Ratio hujus eſt, quod mucilaginoſum habeat ſuccum, vi temperativâ & alterativâ præditum, quo acidum hypochondriaco-melancholicum alterare & corrigere valet: id quod inde quoque colligere eſt, quoniam Angli, utpote in potionum artificio perquam curioſi, cereviſiam ſuam ope hujus borraginis à præmatura acceſcentia præſervare ſolent.

Flores inter 4. cordiales referuntur. Vino injici ſolent ad mentis hilaritatem excitandam, & ſaporis ſuavitatem conciliandam; hi ipſi nempe in ſe ſuccum habent mitem & temperatum, quod texturâ blandè alcalina acidum, iſtud vitioſum, in viis primis quidem radicatum, & conſequenter ſanguinem inquinans, & ad melancholiam diſponens, temperant. Sed obſervetur, ut pro uſu hoc larga doſi uſurpentur, quoniam aliàs effectus erit exilis.

Conſerva ex floribus in uſu eſt in affectibus malignis & melancholia, tàm ſimplici quàm hypochondriaca, quia corrigit acidum, ſpiritus coinquinatos mundificat & corroborat, atque hominem exhilarant: ſed opera danda, ut conſerva hæc, non adeò ſaccharata ſint; cùm ſaccharum non benè ferant hypochondriaci & melancholici. Adhibetur cum confectione alchermes, gratiſſima eſt guſtui, & retinet colorem cœruleum. Per accidens quoque movet ♀es mulierum ſuppreſſos tempore matutino in vino albo propinata; ſi addantur grana aliquot pulveris nucis móſchatæ, erit eò certior & efficacior.

Fit quoque ex ſucco borraginis cautè depurato ſyrupus; & extractum mucilaginoſum in melancholia quacunque perquam uſitatum. Lindanus ſyrupo huic addit crocum, quem vocat ſyrupum borraginis crocatum pro affectibus hypochondriacis & melancholicis.

Aliàs proſtat in officinis ▽ cinnamomi borraginata, ex ſucco ejusdem cum addito cinnamomo parata, & in affectibus itidem melancholicis, & cordis palpitatione perutilis eſt.

Faber *in Myrothec. Spagyr. l. 5. c. 6.* Spiritum habet borraginis, ex contuſa planta per fermentationem paratum.

BOTRYS.

Botrys habetur duplex ambroſioides officinalis vulgaris; & Mexiocana ſeu fruticoſa Americana, quæ præ cæteris ſingularem ſpirat odorem. Botrys Græcis dicitur, quod racematim flores, tanquam baccæ uvarum ſibi adhærentes, ſoleant obſervari; unde Trauben-Kraut.

Poſterior non eſt in uſu; ſed prior tantùm, nimirum vulgaris, ab Autore quidem neglecta, non tamen reticenda. In affectibus enim pectoralibus mirificè commendatur, in quibus, & nulli cedit: unde imprimis in tuſſi & aſthmate humido inſigniter convenit. Decoquatur ſcil. in vino, & decoctum manè & veſperi hauriatur; ſic infarctum & mucum pectoris reſerat, valdopere expectorat, & optimum remedium eſt in aſthmate, in ſpecie orthopnœia. Melius fit, ſi edulcoretur ſufficienti quantitate mellis; vel decoquatur in hydromelite, vel contuſa fermentetur cum melle in ▽ ſoluto. Præterea experta eſt in inflatione hypochondriorum infantum, in qua ſuccus cum pulte permixtus, aut etiam folia contuſa, inque cataplasmatis formam redacta, ac externè hypochondriis calidè applicata, proſunt. Poteſt incoqui oleo communi, & umbilico inungi; ſic enim flatus diſcutit, & tormina ſiſtit: Conf. *App.* Schrœderi noſtri *p.* 4.

Ha-

Digitized by Google

Habetur & ▽ botryos deſtillata, quæ infantibus cum pulte miſcetur, & tanquam ſingulare ac expertum remedium in inflatione hypochondriorum infantum uſurpari ſolet: vid. Keslerus *in Proceſſibus Chymicis Centur. 2. Proceſſu 72.*

Syrupus de Botryde in aſthmate, & infantibus contra cardiacam ſeu inflationem præcordiorum prodeſt.

Sunt qui botrydem hanc ipſi marrubio, præprimis in affectibus pectoris, æquiparant; unde deficiente ſyrupo de botryde, decoctum ejus cum pauco melle, vel ſyrupum de marrubio, in hunc uſum ſubſtituunt. Plura qui deſiderat, poteſt videre Foreſtum *l. 16. Obſervat. 4. in Scholio*, & Tabernæmontanum *p. 48. & 49.*

BRANCA URSINA.

Branca urſina vocatur etiam acanthus Germanica, ad differentiam acanthi ſeu brancæ Italicæ; item ſpondylum Græcorum, **Bären-Klauen/ Bär-Wurtz.** Ex flore albo. Datur præterea in hortis ſpondylium flore luteo. Acanthus Italica, levis & ſpinoſa, **Italiäniſche Bären-Klau/** eſt exotica, nec in officinis proſtat. Malè refertur ad carduos, quia non pappeſcit.

Vulgaris recepta eſt in officinis, creſcit in locis cultis, & eminet inter 5. plantas emollientes.

Quoad uſum medicum, reſolvendo & blandè laxando operatur, & ordinariò clyſmata & cataplasmata, & ſimilia, emollientia & demulcentia, unà cum malva vel althæa, ingreditur; item à Chirurgis inter cataplasmata ſuppurantia pro apoſtematis, utpote temperata, recipitur. Poteſt etiam adhiberi in fomentis ſeu decoctis emollientibus contra obſtructiones in balneis nephriticis & uterinis, in calculo & partu difficili, pro emolliendis & laxandis viis.

In Boruſſia è decocto hujus plantæ fermentato parant potum medicamentoſum, quem vulgò **Bartſch** vocant, pro ſcopo diuretico & antiſcorbutico egregium. De modo parandi vid. Kergerus *de Ferment. p. 182.*

BRASSICA.

Braſſicæ ſeu caulis cùm ſint variæ ſpecies, viridis uſitata eſt, non capitata.

Utraque, præſertim viridis, in receſſu habet ☉ volatile nitroſum, ſed admodum temperatum, unde poſt ejus uſum, copioſum ☿æ fluxum ſequi conſtat. Imprimis vulnerarium eſt egregium, inteſtina abſtergit, & relaxat alvum. In ſpecie uſurpatur in faucium, & aſperæ arteriæ aſperitate, aliisque affectibus, raucedine, v. g. & defectu vocis à nimia loquela ſimilibusque malis ab aſpera arteria oriundis, ubi ſuccus caulium & foliorum expreſſus mirè commendatur, mixtus cum melle, ut rob fiat: Decoctum cum paſſulis hauſtum, concionatoribus in uſu eſt. Codronchius, qui *de aſperæ arteriæ affectibus & vitiis vocis* ſcripſit, habet duas formulas expertiſſimas contra rancedinem, quas in Sennerti *Praxi* videmus conſignatas; primam *l. 2. P. 3. cap. 4. p. 361.* in fine; ſecundam *c. l. pag. 359.* Conf. Codronchius *de Vitiis vocis p. 143.* & *144.* Et quidem imprimis poſterior egregiè prodeſt in raucedine ex nimia loquela, & aſperæ arteriæ irrigatione concionatoribus & cantoribus, ſi de illa ℥ vj. ſumantur ante ſomnum tempore decubitus, & tempore matutino, ſorbendo paulatim; ſi adſit imprimis tenſio, & inflammationis vis; Altera convenit, ſi aſpera arteria ſit obſeſſa à pituita viſcida; hanc enim abſtergit & incidit, vocemque reſtituit. Diſtinguendæ tamen cauſæ antecedentes, aliàs nunquam curabitur hiſce æger.

Adhæc propter ☉ volatile refrigerate, indeque inflammationes ſiſtere, & vulnerum ſymptomatis optimè mederi ſolent. Unde folia braſſicæ puerperæ ſolent mammis imponere ad præcavendum lactis abundantiam & coagulationem, dum acidum ſucceſſivè abſorbent; item abſceſſibus mammarum ceu cuporiſton imponuntur ad inflammationem præcavendam, & ulceris conſolidationem promovendam. A ruſticis pro mundificandis & conſolidandis vulneribus & ulceribus adhibentur, dum vel inſtillant ſuccum, vel folia contuſa applicant vulneribus & ulceribus. Sic folium braſſicæ recens expertum eſt ad veſicas in fluxu conſervandas. Commendantur à Lindano *in Colleg. ſuper Hartmanni Praxin.* ſingulis bihoriis renoventur. Non ſecus atque fonticulis, qui minus juſto fluere ſolent commodè imponi poſſunt pro conſervando eorundem fluxu, & præſervanda conſolidatione. Non minus & in pleuritide ita adhibentur, tàm pro abſceſſibus reſolvendis, quàm ſuppurandis: Quin & unguentum antipleuriticum paratur ex radice caulis cum caryophyllis & melle miſta. Modum hunc utendi in pleuritide præſcribit Bartholetus *l. 5. cap. 3. de difficili reſpiratione*, & cujus ſolius beneficio plures pleuriticos ſæpe ſine venæſectione ſe reſtituiſſe teſtatur.

Alii breviter hoc modo conficiunt:

℞. *Pingued. porcinæ recent.*
Succi caul. ā ℥ ij.
Semin. cumini ʒ iij.

Miſcent lege artis, & applicant loco affecto inſtar unguenti, quod habet Gabelchoverus *Cent. 4. Curat. 68. in Annotatione.*

Digitized by

BUGLOSSA.

Bugloſſa officinarum eſt borrago anguſtifolia major: ita dicitur à foliis, quæ partim figurâ, partim ſcabritie, linguam bubulam repræſentant.

Bugloſſa anguſtifolia minor vocatur bugloſſa ſylveſtris, **wilde Ochſen-Zungen**/quæ eſt ecchium vulgare, planta hiſpida, nullibi non obvia & cognita, maléque ad bugloſſam refertur.

Ejusdem aliàs naturæ, effectus & uſus, bugloſſa eſt cum borragine ſuperiùs citata, & pomis Borsdorffianis. Folia enim ejus & flores rubri, expanſione verò cœrulei, æque ac borraginis in affectibus melancholicis vi ſuâ alterativâ, item analepticâ, conducunt. Hi ipſi nempe in ſe habent ſuccum mitem & temperatum, qui texturâ alcalinâ temperat acidum vitioſum, in primis viis quidem radicatum, & conſequenter ſanguinem inquinans, & ad melancholiam diſponens: in quem finem nonnulli conſervam horum florum ad atram bilem corrigendam, ~ coinquinatos mundificandos, corroborandos, hominem exhilarandum, &c. commendant.

Aqua foliorum vel florum bugloſſæ in affectibus oculorum, ſuffuſionibus, v.g. & aliis, maximi uſus eſt.

Arbitror & inde liquorem ophthalmicum per deliquium parari poſſe, liquori florum cyani aut alii cuidam non inferiorem.

BURSA PASTORIS.

Burſa paſtoris, **das Säckel- oder Täſchel-Kraut**/ ita dicta eſt à figura ſeminum, quæ paſtoris burſam præſentant. Refertur ad thlaſpia. Flores habet albos. Differentia ejus duplex eſt: Major & minor, quarum illa in uſu maximè eſt foliis ſinuatis.

Quod attinet uſum internum: ratione ſuci ſui glutinoſi acido volatilis blandè coagulativi & anodyni maximè adſtringit & conſtipat, indéque imprimis contra quasvis hæmorrhagias, dyſenteriam, diarrhœam quamcunque, vel quoscunque humorum fluxus, uſitata eſt, in vino rubro cocta, vel ſuccus expreſſus, vel planta pulveriſata calidè ita epota: in mictione cruenta ſpecificum eſt; ſicut ſuccus quoque hæmoptyſin & ☒es nimios ſiſtit; unde quibusdam **Blut-Kraut**/ ſeu ſanguinaria audit. In gonorrhœa ℥ j. ſucci, vel decocti herbæ ℥ ij. cum gran. i j. vel j v. camphoræ, epota confert.

Externè in uſu eſt contra quasvis hæmorrhagias, imprimis planta contuſa, & naribus indita, vel in nucha, vel ſub axillis utrisque applicata, vel in ea manu detenta, ex quo latere nares ſanguinem plorant, narium hæmorrhagias ſiſtit: Vid. Schmuck *in Curat. Magico-Magn. pag.* 15. ſicut eadem in cataplasmatis formam redacta regioni pubis contra nimium menſium fluxum, & vulneribus recentibus pro ſiſtendo ſanguine cum ſucceſſu apponitur, vel pulveriſata iis inſpergitur, vel ſuccô eluuntur illa. Cum aceto contuſa & impoſita tumores calidos ſedat, ac abdomini impoſita, etiam dyſenteriæ confert. Item cum aceto adhibetur à mulierculis carpis manuum pro febribus intermittentibus imminente paroxyſmo, vel ſola, vel cum plantagine acuta contuſa, ac tantillo croci & camphoræ in cataplasmatis formam redacta. Tota planta à quibusdam in ictero commendatur, calceis indita, & nudis pedibus geſtata. Decoctum in gulæ affectibus purulentis pro gargariſmate inſervit.

Succum quidam expreſſum naribus attrahunt, aut linteo vel bombace exceptum intrudunt; cùm potiùs turundæ naribus commodè applicari poſſint. Auribus purulentis inditus ſanat eas. Cum aceto & ſempervivo domeſtico mixtus inflammationes quascunque, podagram calidam, tumorem inflammatorium pudendorum & eryſipelata ſedat.

Aqua nullius eſt uſus, ineptum enim, ex adſtringentibus velle componere ▽m.

BUXUS ſeu BUXUM.

Buxus viret perpetuò, cujus lignum potiſſimum in uſu eſt, & ſingularia in receſſu habet; continet enim in ſe ♆ narcoticum, unde vim habet anodynam & narcoticam. In ▽ decoctum potentiſſimè ſudorem ciet, & corpus exſiccat, & in affectibus cutaneis ſordidis multum commodi affert: Quo ipſo & non cedit, imò meritò præfertur ligno guajaci, partim ob inſignem hanc vim diuretricam, partim ob virtutem, qua pollet in lue Venerea curanda, teſte jam olim Amato Luſitano *Cent.* 2. *Curat.* 95. *Cent.* 6. *Curat.* 67. & 80. Sed ſimul hanc habet prærogativam, quod ſingularem vim anodynam poſſideat; propter quam vim multi laudant dentiſcalpia, **die Zahnſtecher**/ ex illo facta.

Oleum ejus per deſcenſum deſtillatum in odontalgia, & quibuscunque partium doloribus ſopiendis, egregiè convenit; in ſpecie autem odontalgiæ & epilepſiæ dicatum eſt. Habetur à Quercetano & aliis pro oleo Heraclino genuino Rulandi.

Spiritus internè aſſumptus non paucis commendatur contra epileſiam & dolorem dentium, egregium eſt ſudoriferum, & ſanguinem purificans.

Decoctum foliorum & ramorum buxi in lixivio acri crines tingit colore ruſſo.

C. CALA-

Digitized by Google

C.

CALAMUS AROMATICUS INDUS.

Calamus Aromaticus Indus cùm ſit planta exotica ex India orientali, rara eſt avis in noſtris regionibus, & nunquam apud nos habetur genuinus, ſed apud mercatores Belgas interdum invenitur. Genuinus eſt ſpecies gladioli, ſapor acris & amarus penetrans, & inſigniter incidens. Prodeſt in morbis, ubi peccat acidum; in ſcorbuto, cujus ☿ volatile acre & acidum coërcet. Legitima eſt vis ſtomachum roborandi & uterum, flatus potenter pellit & diſcutit, & ardor, qui lingua percipitur, virtutem cruditates ſtomachi corrigendi & expellendi monſtrat. Præterea ſuffocationi uterinæ magno eſt emollumento: hinc inſtantes ♀es ciet, & lochia atque ſecundinas pellit. Loco hujus nos acorum majorem ſeu verum ſubſtituimus, qui vocatur calamus aromaticus officinarum.

Aqua deſtillata eſt ſtomachica.

Oleum deſtillatum egregium eſt anticolicum & carminativum.

Plura qui deſiderat, evolvat Garciam ab Horto, Bontium *de Medic. Indorum*, & Bauhinum *in T.* I.

CALAMINTHA.

Calamintha montana officinarum planta eſt ſatis cognita, cùm in omnibus reperiatur agris, & odore ſe prodat. Mentha eſt ſimplex, & calamintha elegantior aliis ſpeciebus, ubi verticillatim congeſti ſunt flores. Dicitur quaſi καλὴ μίνθη, ſeu optima mentha, **die Berg-Münte**. Eſt vel montana vera odorifera, vel agreſtis ſeu arvenſis, pulegium agreſte aliàs dicta. Ratione odoris monſtrat, imprægnatam eſſe copioſo ☿e volatili aromatico ſeu oleoſo, quod confirmat effectus & producta. Nam eſt carminans exprimariis, ſtomachica & uterina imprimis: Quascunque enim cruditates, imprimis acidas, tollunt atque morbos inde oriundos curant, v. g. anorexiam, apepſiam, &c. mentha vulgaris contra choleram commendatur, quod tamen magis calaminthà facit. Menſes adeò potenter ciere dicitur, ut etiam in gravidis proliciat, & fœtus interitum procuret; Lochia inſimul, ſecundinas & fœtum pellit. Eſt quoque egregium & moderatè diureticum, ulcera renum abſtergit, & mictionem cruentam ſanat. In aſthmate & orthopnœia non-vulgaris eſt uſus, ſi decoquatur cum oxymelite, ſive aſthma & orthopnœia ſit ex vitio ſtomachi, ſeu ex ulcere pulmonum. Utroque in loco pituitam craſſam & viſcidam incidit & mobilem facit, ut feliciùs per ſuperiora vel inferiora excerni queat. Dum expellit, etiam præſcribi ſolet in ictero quocunque cum aliis ſpecificis.

Externè diſcutit, attenuat & reſolvit tumores duros, & coagulationes humorum, quæ oriuntur à peccante acido. Præſcribi aliàs ſolet vel in balneo, vel fomentis, ubi ſacculus applicatur vel abdomini, vel regioni pubis: abdomini in affectibus inteſtinorum flatulentis; & fluxu cruento ſeu dyſenteria; Regioni pubis in ciendis menſtruis, ſiſtendis doloribus mulierum poſt partum in inflatione uteri, quando poſt partum ♎i frigido puerperæ ſeſe exponunt. Etiam capiti applicata convenit vertiginoſis, veternoſis, & ſtupidis, qui laborant vitio cerebri à lymphæ copia, quam diſcutit & expellit.

Quoad præparata, in officinis proſtant plurima.

Aqua deſtillata ex uſu eſt in iis malis, ubi herba ipſa. Obſervetur autem, quod debeat colligi in Junio & Julio, quando adhuc madet rore matutino, & ſic deſtillari; ros enim inſervit loco menſtrui, vires extrahit & volatiliſat, & ſic fit ▽ egregia.

Sal communi modo paratur.

CALCATRIPPA.

Multa Calcatrippæ ſunt genera: Eſt enim vel ſylveſtris, vel arvenſis, vel ſativa, flore ſimplici & pleno, variegato, item albo, rubro, & mixto: Flos ejus cucullatus calcar quaſi præſentat, unde & **Ritterſporn** dicitur; etiam conſolida Regalis, item flos regius.

Uſitata eſt vulgata colore cœruleo, flore ſimplici.

Herba & flores inſerviunt præprimis uſui adſtrictorio, & ſimul ſunt vulneraria: idque dicunt monſtrare ſignaturam per calcar vel ſtimulum, & prodeſſe in vulneribus ex punctura provenientibus. Vis aliàs ejus eſt diuretica, unde ex floribus calcatrippæ, utut inſipidi ſint, & cyani fiunt egregia medicamenta, quæ cient ☉m: Etiam cum cyano conjunctim in uſu interno præſcribere ſolemus, & ſic ratione hujus ſolent miſceri in hydrope medicamentis, ▽s per ☉m expellentibus. Cum floribus cyani in vino probè macerati vel decocti pro potu inſerviunt parturientibus in promovendo partu, & in partus vitiis, quod fuit ſecretum Agricolæ, qui dedit decoctum florum calcatrippæ cum floribus cyani, pro facilitando partu difficili.

Externo uſu applicatur fotus ex decocto florum calcatrippæ in oculorum affectibus; quod etiam impoſitum regioni pubis convenit in ☉ retenta; item cum cepis ſub forma cataplasmatis contra retentionem ☉æ.

Digitized by Google

Quoad præparata, primo loco ſe offert aqua calcatrippæ, quæ ſingulare eſt ophthalmicum. Obſervetur autem ex Rhumelio, quod colligenda ſit circa feſtum Johannis Baptiſtæ, quando ☽ verſatur in tauro, vel alio ſigno terreo; D. Agricola ▽m deſtillavit ex floribus calcatrippæ & floribus cyani per multiplicem cohobationem à novis floribus, quæ affectibus oculorum à lympha nimis acri & ☉ſa; item ſuffuſionibus incipientibus, maximè commendatur.

Poſſunt etiam redigi flores calcatrippæ in ♁ per deliquium, ad eum modum, quem tradunt Autores circa flores cichorii & cyani cœrulei, de quo Sennertus *in Praxi l.* 1. *P.* 3. *Sect.* 2. *cap.* 12. *pag.* 786. Oleum taliter ex calcatrippæ floribus paratum, ophthalmicum eſt ſingulare.

Conſerva florum recentium calcatrippæ in temperando acido ventriculi, ejusdemque ardore extinguendo; ſicuti & cum ſpiritu ☉is acidulata contra retentionem ☉æ laudatur.

Tinctura paratur cum ſpiritu vitrioli.

CALTHA.

Caltha ita dicitur à figura floris, quæ calathum quaſi præſentet; Calendula verò ob diuturnitatem floris; ſingulis enim calendis novos quaſi flores producit. Differentiæ ejus ſunt variæ: Datur enim vel flore luteo, ſimplici & pleno; vel flore meliloti, ſimplici & pleno; vel flore humili ac minimo, vel flore variegato; datur etiam præter hanc caltha paluſtris: Quarum tamen prima tantùm, nimirum lutea vulgaris, in uſu eſt, vocatur chryſanthemon, **die Ringel-Blume oder Dotter-Blume**; cujus flos apud veteres autores non legitur in uſu fuiſſe.

Quoad uſum medicum, à modernis refertur inter flores cordiales, quorum vulgò 4. recenſentur, nimirum borraginis, bugloſſæ, tunicæ, ac violarum; quibus hunc ceu quintum addunt, quatenus vi alexipharmacâ & ſudoriferâ polleant. Vi reſolvendi & penetrandi prædita eſt, & noſtratibus mulieribus in uſu ad affectus menſtruoſos, ♀ eſq; ſuppreſſos ſtimulandos, præprimis decoctum ejus in vino cum floribus anthos: id quod probabile reddere videtur odor aromaticus ferè croceus. Aliam ſuggerit rationem Riverius *in Obſervat.* 30. à Pachequo communicata, quod ſcilicet flos hujus calendulæ ideò ſtimulandis menſibus ſit dicatus, quoniam odorem ſanguinis menſtrui benè valentis de ſe ſpargat. Inter reliquos uſus commendantur flores ad icterum flavum, cujus ferunt ſignaturam, ſi ex floribus exprimatur ſuccus, & recipiatur ſucci expreſſi ℥ j. jejuno ſtomacho cum ʒ j. pulveris lumbricorum terreſtrium. Quod ſi reſolvantur lumbrici in ſpiritum urinoſum, eſt medicamentum eò penetrantius. Commendantur etiam in morbis malignis. Extenditur quoque ejus uſus ad partes nerveas, & ad paralyſin cum primula veris convenit.

Externè ſuccus florum recentium extirpat verrucas, illinendo ſcilicet illum tamdiu, donec marceſcant.

Ruſticæ mulieres florem hujus plantæ cum butyro recenti conquaſſant, ſicque eadem tingunt & ſapore haud ingrato hoc imbuunt.

Quoad præparata officinalia, proſtat ▽ & ſyrupus florum calendulæ, qui à Quercetano in febribus acutis, petechialibus, aliisque morbis malignis commendantur. Syrupus habetur deſcriptus in Horſtii *Diſpenſat. Tom.* 2. *l.* 1. *p.* 8. Conf. M. A. N. C. *Ann.* 4. *Append. pag.* 35.

Acetum calendulatum in præcavenda peſte laudatur.

CANNABIS.

Cannabis, **der Hanff**/ creſcit vulgari uſu ex ſatione in agris.

Semen imprimis in uſu eſt, rariùs herba.

Plantæ autem, & ſpeciatim ſeminis, vis conſiſtit in principio ♃eo, ſed immaturo atque crudo; unde vim habet aliqualem opiatam & narcoticam aut ſtupefactivam, atque ad deliria & dementiam pronos facit homines; hinc rari eſt uſus interni. Nihilominus ex eo admodum commendantur emulſiones contra gonorrhœas, ex acrimonia genituræ natas, tàm temperando & orgaſmos reprimendo, quàm vi narcoticâ ſtimulationem ſiſtendo, præmiſſis imprimis univerſalibus.

Quæ ſimiliter poſſunt propinari mulieribus in furore uterino. Præterea in ictero ſingulare quid obtinet, ſive exhibeatur infuſo, ſive emulſionis forma cum aqua appropriata, ſive coquatur in lacte bubulo; quod experimentum eſt Sylvii, cujus vid. *Praxis*, ubi de ictero. Referunt quidam, ſemen præter narcoſin inſultus epilepticos producere, quod tamen vix credo.

Vulgaris eſt traditio, quod herba cannabis ſoleat imminuere virilitatem, & infringere Venerem; cui tamen contraria eſt experientia, quam habet Olearius *in Itiner. Perſico*; & Mœbius *in Inſtit. pag.* 664. ubi refertur, quod Perſæ teneriora folia cannabis cum melle ſubigant, exque iis Bange ſeu Bengi parent, & utantur crebrò ad Venerem ſuſcitandam, eò quod ~ debeant contineri, ut diutiùs maneat voluptas.

Externè emulſio ſeminis pro conciliando ſomno imponitur capiti, ſed malè; quia nimium ſtupefacit. In laxitate uvulæ decoquitur parum ſeminis cannabis in poſca vel aqua cum

Digitized by Google

cum aceto mista, & adhibetur pro gargarismate, atque nunquam ferè fallere, inquit Sachsius *in Ampelogr. p.* 446. oleum per expressionem regioni renum inunctum, gonorrhœæ medetur.

CAPPARIS.

Capparum flores conditi, vel sale vel aceto; & imprimis cortex, in usu sunt.

Totus autem frutex nitrosus, & saporis amaricantis est, qui in muris antiquis, & ædificiis prælapsis, crescere dicitur. Flores inde & cortex sunt abstergentes, & diuretici, & vulgò referuntur inter aperientia & resolventia; unde in morbis chronicis ad unum omnibus conveniunt; corrigunt enim succos in primis viis, & per ☉m expellunt: Propter ☿ laxant alvum, in specie cremor capparum ♁itorum ad ʒ vj. assumptus. Notum est, quod propriè spleni & epati dicati sint. De cætero tonum ventriculi dejiciunt, eumque lædunt, ut præter alios rectè observat Hoffmannus *in Clave Pharmaceut. Schræder. pag.* 428. Unde etiam florum seu fructuum usus magis esculentus, quàm medicamentosus exstitit. In usu medico cortex radicis imprimis est, & in affectibus hepatis & pancreatis, speciatim lienis, hypochondriorum chronicis, admodum laudatur, in infusis & decoctis. Operandi autem ratio est hæc: Cortex radicis capparis est subamarus, adstringens & austerus, & hujus ratione absorbet acidum, quod in viis primis stagnat, & ex pancreate ejaculatur. In affectibus splenis & hypochondriorum in nodulis purgantibus pro purgatione leni per epicrasin datur: Unde creditur, eam etiam ciere ☾es, & convenire iis, quæ habent uterum vel scirrhosum, vel simili affectu affectum.

Quod dictum de corticibus, idem de floribus, tàm ♁e quàm acetô conditis, verum est & propterea ab antiquissimis temporibus commendantur cappares: Vid. imprimis Schenckius *l.* 3. *Observationum*, qui ex Benivenio refert de splenetico per septennium, liberato solo usu capparum, adjuncto potu ▽æ ferrariorum. Forestus *lib.* 20. *Observat.* 2. simile refert de vetula 20. annorum splenetica, quæ à tumore ingenti solo usu capparum curata.

Fructus adjunctum habent ♎, inimicum stomacho; attamen, aceto exsiccati optimè eidem conveniunt.

Externè ✝ seu brodium florum capparis conditorum applicatur cum linteo seu spongia lateri sub hypochondrio sinistro pro tumoribus splenis discutiendis; quod si admisceatur semen sinapi, ut ejusdem sal volatile sese conjungat cum aceto, erit singulare in affectibus spleneticis.

Oleum de capparibus simplex competit externo usu similiter in affectibus splenis, hypochondrio sinistro illitum, & solet hôc oleô malaxari emplastrum de cicuta, usitatum in tumoribus spleneticis & similibus; loco cujus ♎ succini, utpote penetrantius, substitui potest.

In Zwelfferi *Pharmacop. Regia, Class.* 16. *p.* 265. habetur ♎ capparum compositum, splenecticum & hepaticum singulare.

CAPRIFOLIUM.

Caprifolium, vel matrisylva, vel periclymenon commune, **die Wald-Winde / Je länger je lieber/** rari solet esse usus, nihilominus perperam, cùm non sit nocivum in multis affectibus. Duæ ejus sunt species: Perfoliatum, & non-perfoliatum; ejusdem tamen usus & efficaciæ.

Usitata sunt folia, & flores imprimis, suaviter aliàs olentes; hinc etiam baccæ rubræ.

Diureticum elegans est, præcipuè sub forma decocti. Decoctum hoc in cerevisia paratum itidem tanquam singulare experimentum in arthritide vaga usurpatur; sicut & furculi ejus, vel soli vel cum aliis sudoriferis, in ▽ decocti usurpari poterunt in cura luis Venereæ, loco sarsæ parillæ. Veteres speciatim in affectibus pectoris catarrhalibus laudarunt.

Externè folia à nonnullis in tonsillarum ac aliis faucium affectibus, & gulæ inflammatione, exulceratione, & aphthis, gargarismatibus immiscentur.

Baccæ suggerunt balsamum vulnerarium. Agricola *in Chirurg. parva pag.* 110. facit liquorem oleosum ex baccis rubris, in autumno maturescentibus contusis, & in MB vel fimo equino digestis; quâ digestione successivè resolvuntur in liquorem oleosum, qui catholicum balsamum est in omnibus vulneribus recentibus, non verò ulcere sanando.

Aqua ex floribus destillatur.

Succus ex foliis rarò prostat: Vulnerarius est.

CARDAMOMUM & GRANA PARADYSI.

Cardamomum frutex est siliquaceus exoticus, semina intra capsulas recondita gerens, provenit ex planta quasi arundinacea, vid. Bontius *in Garziam ab Horto.* Folia ejus olent suaviter. Aroma sunt elegantissimum, & satis usitatum, affertur ex India orientali.

In usu est majus & minus: Et quidem si præscribitur simpliciter, & sine additamento, intelligitur minus. Ex ♁e volatili oleoso, sed egregie temperato, constant, unde cùm penè omnia reliqua aromata masticata soleant ardere fauces, sola hæc solvuntur suaviter, & blandè penetrant, adeò ut Bontius eadem ex omnibus aromaticis ventriculo maximè

Digitized by Google

ximè convenire ſcribat. Faciunt itidem ad confortandam memoriam, ad inteſtinorum affectus crudos & flatulentos, ex acido viſcido provenientes: & ſicut reliqua aromata, ita cardamomum eſt carminativum, & in colica, ſuffocatione hyſterica, & imprimis doloribus mulierum poſt partum, egregii eſt uſus; adeoque, ut omnibus præferantur, digna ſunt, dum neque faucibus, neque gulæ, neque ſtomacho, neque inteſtinis, empyreuma quoddam, ſeu calorem & inflammationem, inducunt. In affectibus vertiginoſis juniorum, præſertim ſympatheticis ex ventriculo debili, ſpeciatim convenire dicuntur, ſive ſolùm granum unum vel alterum jejuno ſtomacho maſticatum, ſive adjuncto tantillo zingiberis conditi; ♏que animales ſingulariter roborat.

Per deſtillationem paucum fundunt ♁, ſed elegans.

CARDIACA.

Cardiaca ad martubium nigrum pertinet, ita dicta, quod moleſtiis cordis, vel potiùs ventriculi, ſuccurrere ſoleat; **das Herb-Geſpann-Kraut/** medetur enim puerorum cardialgiis ab inflatione ac diſtenſione hypochondriorum & ventriculi. Præterea ſunt qui dicunt, illam vel cum vino hauſtam, vel fotu applicatam, conducere mulieribus parturientibus: Parietariæ videtur eſſe ſpecies, unde & ejusdem vim diureticam ſuſpicor obtinere.

Externè planta hæc conciſa, & in formam cataplaſmatis per decoctionem redacta, in morbis infantum ex muco acido materialiter, formaliter verò in flatus reſoluto, vi inciſivâ & reſolutivâ convenit, ventriculo & hypochondriis applicatum: pro quo ſcopo aliàs non ineptè à mulierculis **die rothe Butter** regioni pectoris inungitur.

Aqua cum botryde deſtillata, in inflatione hypochondriorum infantum uſurpatur.

CARDUUS BENEDICTUS.

Carduus benedictus ſpecies eſt cardui, & reperitur in hortis; benedictus dicitur, quod quosvis alios carduos vi ſuâ medicamentoſâ ſuperet, & propter uſum ſuum polychreſtum tantùm non benedicta planta ſit; **Benedicten-Kraut.** Propriè ſi ad claſſes ſuas referri debeat, ad cnicos pertinet; qui cnicus vocatur à colore floris intensè croceo, & propriè dicitur carduus ſpinoſus mitior. Planta eſt ſaporis amaricantiſſimi, adeoque poſt abſinthium proximum locum obtinet.

Notabile eſt, quod refert Autor de tempore collectionis pro uſu vulnerario, & hoc confirmat, quod omninò ſit obſervandum tempus balſamicum. Optimum aliàs colligendi tempus pro uſu medico eſt plenilunium Martii & Aprilis.

In uſu ſunt folia & Semen.

Decoctum ex foliis egregium eſt, & potenter ſudoriferum in febribus malignis, cujus vires in peſte videbitis in Palmario *c.* 18. *de morbis malignis & contag. p.* 450. Præterea eſt ſingulare diaphoreticum in morbis chronicis, & hinc in febribus intermittentibus inveteratis, etiam quartanis, continuato aliquamdiu uſu ante paroxyſmum, præmiſſis præſertim univerſalibus, aut ſaltem vomitorio, exhibitum. Hic Rulandus *in Curat. Empir.* præmiſſo vomitorio aſarino vel antimoniali, decoctum carduibenedicti & florum centaurii minoris ad aliquot dies cum ſudore utendum jubet, quâ ratione multos Quartanarios ſe curaſſe teſtatur; & quidem vel ſolùm, vel cum radice aſari uſurpavit.

Oxoniæ curavi filiam hoſpitis mei à febre intermittente, præmiſſo vomitorio, decocto nimirum turionum ſambuci, ſummitatum carduibenedicti, cum aliquot guttis ♒ ſalis Ammoniaci vel urinæ, ſequente largo ſudore. Præterea nobile eſt antipleuriticum quocunque modo uſurpetur, imprimis decoctum ejus: unde carduus benedictus ingreditur ſpiritum antipleuriticum D. Michaelis, qui fit, quando plantis antipleuriticis affunditur ſpiritus vini, & digeſtione lentâ abſtrahitur per alembicum; poſtmodum permiſcetur cum ſpiritu nitri, digeritur, & viciſſim deſtillatur per alembicum, ſic prodit ſpiritus nitri dulcis, qui per ſe etiam eſt antipleuriticus. Conducit quoque carduusbenedictus ad ſanguinem in corpore grumoſum diſſolvendum, in ſpecie in caſu ab alto, expectando ſcilicet ſudorem; ſicut ſanguinem congrumatum reſolutum etiam per ☉m expellit; ut ut ingrata ſit potio, quia amariſſima. Singulare autem eſt, quod habet de decocto carduibenedicti Ballonius *l.* 2. *Conſil.* 11. dum dicit: quod ad ℥iij vel jv aſſumptum ſoleat facere ☉m craſſam & fœtidam.

Semen ejus etiam frequenti in uſu eſt, & in emulſionibus, cum aqua papaveris rhœados paratis, contra pleuritidem ſæpiſſimè datur, imperando ſimul ſudorem.

Præter vim antipleuriticam ſemen hoc habet vim alexipharmacam, quia ſudoriferum; unde emulſio hujus cum appropriatis uſitata eſt in variolis & morbillis, aliisque febribus malignis, in quibus oleoſitate temperat effervescentias, & expellit malignitatem per ſudorem.

Inter præparata proſtat in officinis ejus ☉, ſuccus, ▽ deſtillata, ♒, pulvis, ſyrupus, conſerva, & extractum. Omnia ſunt ſudorifera.

Aqua

Digitized by Google

Aqua in omnibus jam dictis affectibus à mulierculis adhibetur.

De ſpiritu carduibenedicti, ejusdem efficaciæ, & quod ſaporem lixivii ferè inſtar habeat, videbitis in Sennerti *Inſtit. p.* 1350.

Pulvis pro uſu ſudorifero eſt laudatiſſimum plebecularum remedium in febribus tertianis (quartanis non tàm facilè medetur) ſi ad ʒ j. propinetur.

Extractum à ϑß. ad ϑj. cum tantillo laudani opiati propinatum, ita ſudores movet, ut ægri ſudore quaſi diffluant.

CARDUUS MARIÆ.

Carduus Mariæ vocatur etiam carduus leucographus ſeu lacteus, quod folia ejus maculis albis notata, lacte quaſi ſint perfuſa; & quod lacte quaſi Mariæ folia ejus ſint conſperſa; **unſer Frauen- oder Marien-Diſtel.**

Planta & ſemen in officinis ſatis nota ſunt.

Quod vires attinet, convenit in illis per omnia cum carduobenedicto; unde etiam eodem uſu ac modo cum carduobenedicto adhibetur. Speciatim magis ad chronicos morbos, hydropem, icterum, & ſimiles commendatur.

Semen quoque ejus ingreditur plerumque emulſiones antipleuriticas, & expulſivas in variolis, purpura, &c. Nutricibus quoque ad augendum lac hoc ſemen, miſtum cum cryſtallo præparata, nec non ſemine aniſi, vel fœniculi, ut inde fiat pulvis, porrigitur. Item ſingulare ſpecificum eſt ad fluxum album mulierum. Præterea commendatur pro cienda ☉ & menſibus. Lindanus *ſuper Praxin Hartmanni* ſpecificè commendat ſemen cardui Mariæ pulveriſatum, & à ʒ j. ad ʒ ij. in vino uſurpatum, contra hydrophobiam & morſum canis rabidi, dum egregiè ſudorem movet.

Staricius **im Helden-Schatz** *p.* 82. ſcribit, quod radix cardui Mariæ, ſi geſtetur ab uno, qui converſatur cum altero, ſoleat enervare alterius vires; quod etiam refertur de chamæleonte, forſan certiori experientiâ.

CARLINA.

Carlina eſt cardui ſpecies, quæ uſitatiùs dicitur chamæleon. Duæ ejus ſunt ſpecies: Major nempe modò cauleſcens flore albo, ſeu carlina alba, **die weiſſe Eber-Wurtzel**/ quæ ubivis obvia, modò ἀκαυλῶ, i. e. absque caule; & nigra ſeu minor, quæ creſcit in locis benè cultis. Carlina dicitur, quoniam fert fabula, plantam hanc Carolo Magno ab angelo pro medela exercitus, peſte tum temporis corrupti, fuiſſe monſtratam.

Interna radix inter alexipharmaca & ſudorifera refertur; unde ordinariò quasvis compoſitiones theriacales, item ✝a bezoardica, ingreditur.

Quoad uſum externum, ſubtilioris & ſublimioris Philoſophiæ ſcrutatores, & Paracelſi ſectatores, magica hoc ipſo præſtare tentant, dum imprimis nigræ vim quaſi magneticam tribuunt, quod nempe, ſi debito tempore collecta geſtetur ab aliquo, cum altero converſante, ille alterius robur ac vires acquirat, ita & ſocius defatigetur in itinere ſuſcepto; item, quando in collo geritur ab altero conjuge, invitâ unâ parte, faciat ut hæc valdè debilitetur? inque hoc ferè omnes Autores conveniunt, imò nonnulli dicunt, illum ejusmodi quoq; vires obtinere in brutis, adeò ut in equili, ſi appendatur equo, vel in os immittatur, derivet in ſe omnes reliquorum vires, ut valdoperè fortis & generoſus evadat, reliquis delaſſatis: Sunt, qui cum hac radice transplantationis modo volunt derivare vires & robur ex equo in hominem; quin & vim genitalem alterius roborari, alterius minui poſſe. Quæ & ſimilia videbitis imprimis ap. Staricium **im Helden-Schatz**/ *p.* 80. 87. 88. 89. & 127. qui oleo per coctionem ex radice elicito eandem attribuit vim. Quidam etiam dicunt, quod eadem radix ſecum geſtata aliquem Veneri indulgentem non defatigari in actu Venereo exercendo ſinat, ſed alacriorem potiùs exinde reddat. Tenzelius *in Medic. Diaſtatica*, ubi tractat *de modis curandi morbos per transplantationem*, pro arcenda ſterilitate transplantat fœcunditatem in chamæleontem nigrum, qui comeſtus à parte ſterili, fœcundatur: *cap.* 28. *pag.* 151. *& pag. ſequente* ſimul facit mentionem virium per transplantationem ope radicis chamæleontis. Plura alia videbitis apud Helmontium *Tract. Magnet. Vulnerum Curat.* §. 24. qui preſſiùs rem indagat, quomodo procedendum.

Colligitur autem radix vel herba pro hoc ſcopo intra bina Mariæ feſta, ſcilicet inter 15. Auguſti & 8. Septembris, & ſanè multum his diebus tribuitur à Botanicis; quod tempus intra hos obſervatur propterea etiam, quia eſt balſamicum colligendi cornua cervorum, & aliorum medicaminum, radix ita foſſa imponatur magneti, ut vires ejus magis acuentur, & vim accipiat majorem.

CARUM.

Carum ſeu carvum, cuminum ſylveſtre, **Wieſen-Kümmel**/ planta eſt nulli non nota.

In officinis uſitatum ſemen, & ex hoc oleum deſtillatum.

Semen naturâ & uſu omninò conſpirat cum ſemine fœniculi, aniſi & cumini, in ſpecie æmulatur vires ſeminis cumini, niſi quod ſit fortius, quoniam ſaporem habet acrem, & non temperatum ab oleo, ſed eſt acrius; quare quodcunque acidum in-

Digitized by Google

venit in primis viis, temperat, & potenter corrigit. Inter semina 4. calida majora refertur, hinc vi aromaticâ ~ influos recreando egregium est stomachicum & diureticum, temperat mucilaginem acidam & viscidam, incidit & abstergit, adeoque in affectibus intestinorum & hypochondriorum flatulentis ex cruditate acida in primis viis, in specie in colica, convulsivis intestinorum malis, herniis, &c. commendatur, & usu tàm interno quàm externo his affectibus medetur. A Thonero expertum est remedium in cardialgiis. Sæpiùs fit, ut ex potu nimio immoderato & nocivo oriantur tormina stomachi graviſſima, & in his nihil melius semine carvi à ℈j. ad ʒ ß. in jusculo calido: Conjunguntur etiam his doloribus diarrhœæ, & solum semen carvi est sufficiens in omnibus his casibus. Aliàs & trageas stomachales post pastum sumendas ingreditur. Præter dictos usus in specie ad lactis abundantiam restituendam convenit.

Oleum carvi destillatum in iisdem affectibus conducit, à guttulis v ad x in vehiculo appropriato, vel hausto vini, de quo Thonerus *in Observat. pag.* 136. refert, se curasse guttis V. olei destillati carvi subitò dolorem totius abdominis clamosum; item in alio sæviſſimum ventriculi dolorem itidem hôc ipsô oleô: Guttis tamen ʒ. olei destillati succini idem præstabitur. Externè conducit, quando pro majori penetrantia miscetur cum oleo nucis moschatæ expresso, quod carminativum est & stomachicum.

CARYOPHYLLUS HORTENSIS.

Caryophyllus hortensis usitato vocabulo præscribitur in officinis tunica, **Garten-Nelcken**/& sic porrò; suntque flores tunicæ duplices: Hortensis & sylvestris. Sed flores rubri hortenses cæteris præferuntur, & maximè odorati sunt.

Vis & odor horum aromaticus est valdè volatilis, & consistit in subtilioribus saltem, Mercurialibus & spirituosis particulis promptè exhalabilibus; hinc nullâ arte potest elici ~, cujus ratione referuntur inter primaria cordialia & cephalica; amici enim sunt capiti, cerebro & spiritibus animalibus. Conducunt igitur in horum subitaneis affectibus, ut epilepticis, apoplecticis, catalepticis, syncope, & affectibus capitis quibuscunque, præservativè & curativè; operantur enim sine notabili agitatione confortando caput; temperati sunt in suis facultatibus, unde ingrediuntur flores tunicæ omnia medicamenta antapoplectica. Hoffmannus *in Medicam. officin. pag.* 188. cum rosis comparat. In specie autem senibus commendantur & melancholicis, de quibus ea ipsa, quæ jam de floribus borraginis & bugloſſæ dixi, etiam hîc veniunt applicanda.

In officinis usitata sunt conserva, ▽, syrupus, & ✝.

Conserva imitatur florem, unde permista cum aromaticis, à senibus est assumenda ad quantitatem nucis juglandis tempore matutino ad corroborandum caput & apoplexiam præcavendam, bilem atram corrigendam, ~ coinquinatos mundificandos & corroborandos, & hominem exhilarandum.

Aqua autem horum blandiſſimo calore destillata est ex primariis cephalicis contra affectus capitis, loquelam amissam & syncopen, quas vires etiam imitatur syrupus. In omnibus capitis & nervorum, nec non melancholicis affectibus ordinariè miscentur medicamenta cum succo vel syrupo florum tunicæ.

Acetum florum usurpatur in pestis perservatione, aliisque morbis malignis, syncope & lipothomiis, externè naribus illitum, vel pulsui applicatum. An verò cum successu pulsibus applicetur, nescio.

CARYOPHYLLI AROMATICI.

Caryophylli aromatici fructus sunt exotici ex India orientali, & præprimis Insulis Moluccis, in quibus in copia proveniunt, ad nos allati. Duplex eorum communiter, & quidem secundùm antiquiſſimam Arabum distinguendi rationem, est differentia; dum nempe quidam maturi sunt, quidam immaturi: Illi sunt antophylli seu mares, **die dicken oder Mutter-Nelcken**/ita vocati, quod conducant utero; hi sunt caryophylli communes minores seu fœminæ; Aroma admodum oleosum, gustu acerrimum calidiusve. Conf. Velschius *Hecatost.* I. *pag.* 33. Nam in principio, dum adhuc in arbore sunt, habent colorem rubrum, & valdè temperati sunt atque suaviores; postmodum maturiores & acriores facti nigrum acquirunt.

Crescunt in arbore procera, lauro simili, angustiora tamen folia habente, magnitudine ad instar pyri nostratis, in cujus ramusculorum extremitatibus copioſè congesti reperiuntur caryophylli.

Colliguntur in Octobri & Februario, exsiccantur in ♒e, ut possint transportari in alia loca: Vid. *Rerum Indicar. Scriptores*; inter alios liber editus *de Regno Sinensi* **Neuhoffs.**

Apud nos fructus tantùm usitatus est, qui habet ☉ volatile oleosum, quodcunque acidum corporis destruens; Indi utuntur & foliis & floribus arboris.

Notetur autem hîc, quod omnia aromata ex Indiis allata adulterata sint; quod fit:

I. Quan-

Digitized by Google

1. Quando macerantur ▽ marinâ ☉sâ, quæ in ſe habet aciditatem, contrariam ☉i alcali ſeu aromatico acri.
2. Adhuc ulteriùs à mercatoribus corrumpuntur cum aqua, ut graviores fiant pondere.
3. Tempore procedente caryophylli multum odoris, exhalante ☉e volatili, perdunt. Hunc ut recuperent, mercatores recipiunt vinum, in quo macerant optimos caryophyllos, & huic vino poſtmodũ infundunt inodoros: unde fit, ut imbibant omnem vim è vino, & ſic novum acquirunt odorem; qui tamen nõn diu durat, niſi contineantur in loco frigido.

Hinc ſi caryophyllos probare placuerit; an boni ſint, an mali? acum candentem iis immittunt: quod ſi ♌ effluxerit, boni; ſin minus, mali & inutiles ſunt.

Quod attinet uſum horum, nobile ſunt aroma, & totius generis nervoſi, imprimis capitis & uteri confortativum, ſpiritus reſtaurant, etiam maſticati ſeu odoretenus; unde ſtomacho inſigniter conducunt, & cruditates ejus acidas expellunt: admiſcentur pulveribus & nodulis, vel aliis medicamentis uterinis & ſtomachicis, quoniam uterum & ſtomachum valdè roborant.

Antophylli commendantur in fluore albo mulierum pro roborando & confortando utero; ingrediuntur decoctum contra ſterilitatem Mynſichthii; utut inter hos & caryophyllos nulla eſſentialis ſit differentia.

Oleum caryophyllorum deſtillatum in officinis proſtat, quod commendatur pro cephalico & cordiali; unde in confectione theriacæ, opobalſamo verò ſubſtitui ſolet. Propterea à Clodio *in Tract. de Balſamis & aliis* hoc oleum vocatur balſamus naturalis, & quidem vires hujus videre poſſumus decantatas à Deo dato *in ejusdem Pantheo Hygiaſt. l. 2. pag.* 35. Hoc ♌ contra febrium rigores eſt probatiſſimum, internè ante paroxyſmum dantur guttulæ 2. 3. vel 4. vel externè illinitur regio ſterni vel ſtomachalis. Si mulieres ſterilitate & menſtruis albis laborant, aliisque affectibus uterinis, oleo hoc utuntur. Externè etiam commendatiſſimum eſt contra dolorem dentium, ſi cum bombace applicetur denti cavo vel lateri; ſic acidum mordens in dente tollit: penetrantius fit, ſi miſceatur cum oleo camphoræ, vel addantur aliquot grana camphoræ quæ per ſe acidum omnis odontalgiæ compeſcit & demulcet.

Adulterari ſolet cum oleo caſſiæ caryophyllatæ; quæ tamen facilè diſtingui poſſunt: oleum enim caryophyllorum fundum petit; caſſiæ autem caryophyllatæ liquori ſupernatat.

Sunt qui hoc modo eleganter ♌ hoc parant:

℞. *Caryoph.* ℔ *ij.*
fecum vini cochl. jv.
♀i calcin. cont. ℥*ij.*

Mixta affusâ ▽ deſtillatâ ſtent in aliquali fermentatione, hinc per alembicum deſtillantur.

Ex hoc oleo caryophyllorum fit balſamus, qui inungitur regioni ventriculi & cordis in ventriculi affectibus, & ſyncope ex affecto ventriculo imminente.

Fit etiam ex caryophyllis & antophyllis ſyrupus, uſitatus in ſterilitate, fluore albo, inflatione uteri, aliisque ejusdem affectibus. Sed non ubique proſtat.

CARYOPHYLLATA.

Caryophyllata eſt vel montana ſeu Alpina flore purpureo, nutante purpureo, pleno prolifero, & luteo Matthioli; vel ſylveſtris ſeu vulgaris flore albo & luteo. Ita dicitur, quod radix ej⁹ tempore verno diſſecta odorem ſuavem inſtar caryophyllorum aromaticorum ſpirare ſoleat. Aliis dicitur herba benedicta, item ſanamunda; **Benedicten-Kraut** & **Benedicten-Wurtzel.**

Apud nos præfertur vulgaris. In uſu eſt radix collecta menſe Martio circa diem 23. antequam in flores abierit.

Uſu aliquali diuretico in decoctis & infuſis adhibetur: & quidem, ſi infundatur vino, aromaticum illud acquirit ſaporem & odorem, & rectè inter aromata refertur; quod vinum potum corroborat imprimis caput, & reſtaurat ventriculum, nec non ejus tonum laxatum corrigit; ventriculo enim & primis viis, ob uſũ ſuum adſtrictorium & ſtypticum radix hæc dicata eſt. Hinc etiam in oppilationibus & obſtructionibus hepatis, lienis & meſenterii, valdoperè conducit. Præterea quoque cephalica habetur, & ſpecialiter decoctum radicis affectibus catarrhoſis chronicis mediante ſudore mirabiliter medetur; & quod dicitur de ligno ſaſſafras exotico, quod ſit alexipharmacum catarrhorum, teſte Brunnero; valet etiam de radice caryophyllatæ, cujus loco in catarrhis emendandis adhiberi poteſt; corrigit enim lymphæ p.n. aceſcentiam. Id quod ex uſu potiſſimum, quem habet, œconomico patet: radix namque, juxta Paracelſum, cereviſiæ indita eam à corruptione & præmatura præſervat aceſcentia: id quod pariter in ſuccis arborum recenter collectis, v.g. betulino, cui etiam radix injecta ab alteratione & aceſcentia eum præſervat, quod notabile eſt. Conf. *Acta Societ. Reg. Menſ. April.* 1669. *p.* 773. Et quidem jam Paracelſus ſpecificè commendat radicem caryophyllatæ cum radice aco ri con-

by Google

contra catarrhos. Ex eadem vina fiunt medicata pro dictis affectibus, uti & confortando ſtomacho,& contra ictterum:quale vinum catarrhale ex radice caryophyllatæ cum radice acori habet Hartmannus *in Praxi Chymiatr. cap.* 21. §. 2. Hoc correxit Lindanus *in Colleg. ſuper hunc locum*, & nobis præſcripſit talem hauſtum:

℞. *ſaſſafr.* ℥ij.
rad. caryophyll. ℥j.
Herb. rorismarin. rec. ℥ß.

Infundantur in magnum vas, & affundantur

Vini Gener. Menſ. ij.

Coquantur leni igne in diplomate ſeu MB. vaſe vel amphorâ benè clausâ, horis 8. deinde removeatur ab igne, ut refrigeſcat.

Aſſumat æger hauſtum bonum unâ vel alterâ horâ ante paſtum, vel horâ 7. matutinâ, 10. antimeridiana, 5. pomeridiana, & tempore decubitus.

Convenit etiam egregiè caryophyllatæ radix in colica, & caſu ab alto pro ſanguine coagulato reſolvendo: vid. Theophraſtus *pag.* 691.

CASTANEA.

Caſtaneæ fructus uſitatus eſt. Arbor apud nos eſt rara; in Italia autem integri montes pleni reperiuntur.

Caſtaneæ crudæ flatuoſæ & ſtomacho noceant ſunt; coctæ verò abjiciunt flatus, & adſtringunt. Nonnulli commendant in raucedine ab ☗e contracta.

In uſu apud nos eſt cortex, non exterior, ſed pellicula illa, quæ immediatè cingit nucem. In aliis locis caſtaneæ in ſubſtantia ſolent uſurpari. Membrana ſeu pellicula dicta eſt adſtrictiva, & prodeſt contra quemcunque fluorem, ſive ſit ſanguinis, ſive aliorum ſuccorum; uti & mulieres quædam caſtaneas cum raſura eboris pulveriſatas in fluore albo uſurpant: ſed credo vi eboris, non verò caſtanearum, effectum eſſe ſperandum.

In Gallia præparant ex caſtaneis ſyrupum pectoralem, quo in raucedine ab ☗e contracta, & aſperitate faucium utuntur; ſed apud nos non eſt uſitatus.

CENTAURIUM MINUS.

Centaurium minus flore rubro ſeu purpureo in officinis uſitatum eſt, & propter multiplicem & eximium ſui uſum, in quo vix cedit abſinthio, proſtat: **tauſend Gülden-Kraut.** Datur aliàs & flore albo & luteo: quod poſterius creſcit in menſibus Alpinis Italiæ. Vocari ſolet aliàs fel terræ, ob ſaporem, quem habet, amariſſimum; item planta febrifuga ex egregio & expertiſſimo uſu fugandi febres intermittentes quascunque, ſive ſint ſimplices, ſive compoſitæ, ſive erraticæ, ſive periodicæ, &c. Optimo jure ſociatur abſinthio, utut ſapore amariſſimo & potentiâ deterſivâ abſinthium ſuperare ſoleat.

Uſus ejus internus idem eſt cum abſinthio pro corrigendis vitiis bilis, cujus dyſcraſiæ ſapore ſuo amaricante optimè convenit, quapropter & planta epatica dicitur. Nam uti plantæ acidulæ anima ſunt ſtomachi, ita amaræ ſunt anima hepatis. Certè quod eſt in microcoſmo bilis, id eſt in macrocoſmo hæc planta. Ratione enim amaritiei ſuæ potenter abſtergit & reſolvit quasvis ſordes inprimis viis ſtagnantes, vi ſtimulativâ in teſtinorum ſubinde alvum laxare obſervatum fuit. Præterea optimè ſuccurrit affectibus ex acido & viſcido natis, corrigendo cauſam occaſionalem, atque impedimentis bilis elaborationi objectis; bilemque minus oleoſam ac aquoſam magisque dulcem acuit, & reſtituit ejus inertiam: hinc, ut dixi, in febribus intermittentibus (ubi vitium in primis viis hæret) & conſequenter in aliis etiam morbis chronicis & cachecticis, indeque dependentibus menſium defectibus, eſt egregia; ſicut etiam tempore verno adhibitum in nodulo unà cum abſinthio cachexiam corrigit. Certè vix ulla eſt eſſentia cachectica vel elixyr febrile, cui hæc non admiſceatur: ſic in intermittentibus febribus nullum datur vegetabile melius; hinc in tertianis intermittentibus ſæpè decoctum ejus ex ſummitatibus ad ℥j inſtar omnium eſt. Unde Rulandus, *in Curat. Empiricis*, *Anno* 1628. Baſileæ editis, teſtatur, ſe omnes febres tertianas, etiam chronicas, præmiſſo vomitu, hujus herbæ, ejusdemque florum decocto, curaſſe.

Sæpè uſus eſt idem ſolo centaurio minori cum aſaro, ſi fuit chronica; ſine aſaro; ſi fuerit tantùm intermittens. Certè in febribus intermittentibus abſinthium, fumaria, carduus benedictus & centaurium minus, ſunt optima ſpecifica. Si fuit tertiana, ſive ſpuria ſive notha, Rulandus conjunxit cum centaurio minori carduum benedictum, & in vino decoxit; in quotidianis cardui benedicti manipulos duos decoxit in vino. Quæ decocta vulgaris, ſed tamen egregii ſunt uſus. Alius enim ſenem ſexa genarium quotidianâ, cum anorexia & ictero afflictum, curavit hoc decocto:

℞. *Herb. orig. floreſcent.*
centaur. minor.
card. bened. à M. ß.
Croci ℈ *j.*
baccar. alkek. ℥*j.*

In

Digitized by Google

In ▽ ſimpl. ℔j. coquantur ad conſumptionem ℔ ß. Poppius de peſte tanti facit centaurium minus, ut appellet ſarſamparillam Germanorum. Ad hæmorrhoides ſuppreſſas aperiendas, partim interno uſu quocunque, partim externa affrictione, conducit. In ſpecie præter dictas vires cum abſinthio communes, menſtruorum ſuppreſſioni & morſui canis rabidi mederi ſolet, in quo ultimo caſu nirè à veteribus laudatur. Confer. Pauli *in quadrip. Botanico, ubi de Centaur. minori.* Valet etiam in affectibus apoplecticis, epilepticis, uterinis, ſimilibusque nervorum frigidis; nec non contra morſum venenatorum animalium: viá. Julius Palmaris *de Rab. Contagioſa.*

Externè clyſteribus fortioribus revellentibus in apoplexia, paralyſi, & reliquis affectibus capitis, ubi ſtimulo acriori opus, additur, ob ejus acrimoniam, quâ ſtimulat inteſtina ad excretionem. Egregium eſt ulcerarium; unde in abſceſſibus cacoëtheis, & ulceribus putridis mundificandis laudatur, ſi hujus decocto eluantur, aut injectionibus chirurgorum horumque linimentis addatur; ſic enim à malignitate egregiè mundificantur, & ad ſuppurationem perducuntur. Si eluantur fiſtulæ hoc decocto, diſponuntur ad maturationem, & ſic mundificando & detergendo ſanantur. Decoctum in oleo vel aqua ſimplici præſentaneum eſt remedium, appoſitum externis partibus contuſis & ſanguine ſuffuſis; diſcutit enim ſanguinem extravaſatum & coagulatum, ſimulque diſpellit.

Quoad præparata, in uſu medico, præter ▽m & pulverem ejus, eſt extractum ſeu ſuccus inſpiſſatus, eſſentia liquida, & ☉ fixum.

Pulvis ſummitatum floreſcentium à ʒ ß. ad ʒj. præmiſſis univerſalibus primas vias abſtergentibus, in affectibus bilioſis, & menſibus ſuppreſſis eſt egregius, & in febribus tertianis quibusdam pro ſecreto habetur. Palmarius *de Morbis Contag. cap.* 18. *p.* 460. dicit, quod ſi fiat pulvis ex ſummitatibus centaurii minoris, dum adhuc turgent ſemine, & ejus ʒj in vino vel aqua cardui benedicti hauriatur, ſit peſtis imminentis, & jam contractæ per ſudorem, ſingulare propugnaculum.

Cæterùm, quibus ingrati ſunt hujusmodi pulveres & potiones, quoniam non parum amaricant, iis poteſt præſcribi extractum ſeu ſuccus inſpiſſatus hujus vel aliarum plantarum febrifugarum, vel ſolum, vel cum ☉e cardui benedicti aut alius plantæ aperientis, ſub forma pilularum ante paroxyſmum febrilem uſurpandum.

Eſſentia in affectibus bilioſis, febribus tertianis & aliis intermittentibus, ubi vitium in primis viis hæret, & conſequenter in aliis etiam morbis chronicis, ac menſibus promovendis, egregia eſt.

Copioſum ſuggerit ☉ fixum, quod, præter uſum febrilem, etiam in ciendis menſibus primatum ducit.

CEPA, CEPE.

Cepa, **die Zwiebel**/ eſt bulbus ſeu radix omnibus cognita, cujus ex odore, ſapore, acrimonia & proprietatibus colligi poteſt, quod conſtet ☉e volatili acri, admodum ſubtili, ſeu, ut vocant, Mercuriali; adeò ut levi coctură vis omnis evaneſcat. Participant aliquantulum de ♁e, id quod ex fœtore colligere licet.

Internè rarò uſurpantur, quia capiti & oculis ſunt nocivæ. Sunt inſigniter diureticæ, & quandoque uſum inſigniter ſudoriferum habent in febribus malignis. Petrus Montanus pro ſudore movendo in peſte ſumſit cepam unam, in medio demorſam & excavatam, atque cavitati ejus indidit theriacam optimam, & ſuperimpoſito operculo, in linteo madefacto aſſavit ita ſub cineribus, & ſuccum poſtmodum expreſſum à cochleari uno ad alterum propinavit in peſte & febribus malignis. In aceto item macerata menſtrua acerrimè provocant.

Externè adhibentur ad ☉m ſuppreſſam revocandam: vid. Riverius *in Obſervat.* 3. *à Marvino Communicata pag.* 290. Applicatur placenta ex cepis regioni renum. Placentæ deſcriptio habetur *Obſervat.* 2. antecedente proximè citato loco; vel ſolum in forma cataplasmatis, ſi cepæ ſub cineribus calidis coctæ addatur ʒ ß pinguedinis anſerinæ, & illinatur regioni umbilicali & pubis, ſi cauſa ſit in veſica; ſin in renibus, cataplaſma ex cepis cum tali pinguedine applicatum renibus, promptè ☉m ciet. Fit etiam nonnunquam, ut ex nimio coitu ☉ ſupprimatur, ubi res periculi plena, & metuenda proſtatarum inflammatio & exulceratio, in tali caſu hoc cataplaſma imponitur peritonæo, ſecundum Hollerii experientiam, *in Obſervat.* 17. *Centur.* 1. Alii addunt cepis allium, & coquunt cum adipe anſerino pro tali fomento, e.g.

℞. *Cepar. no. vj.*
capit. allii no. ij.

Hæc contuſa ſubigantur cum adipe anſerino

ſerino ad conſiſtentiam cataplasmatis: Cui addi poteſt ℥ baccarum juniperi; vel aliud appropriatum.

Loco adipis ℥ ſcorpionum poteſt ſubſtitui, quia ſimul eſt diureticum pro varietate circumſtantiarum.

Apoſtemata item maturat, tàm maligna quàm benigna, in quibus ſcilicet ſanguis ▽ miſtus reperitur, uti habetur in inflammatione tonſillarum; iisque difficilioris ſuppurationis egregiè conducit ſuccus cepæ, additus cataplasmatis emollientibus & ſuppurantibus; vel ſi cepæ ſub cineribus coctæ addantur reliquis ſuppurantibus adjuvant maturationem, quando non poſſunt diſcuti aliàs. Nam adeſt (1.) humor crudus, (2.) permiſtum & nimium acidum in maſſa ſanguinea: Et hæc duo impediunt ſuppurationem. Quando ergò additur cepa cocta, ☉ ejus volatile ſeſe ingerit & corrigit acidum, penetrativâ ſua vi incidit humorem craſſum, & promovet ſuppurationem, impedimenta removendo. In tumoribus ergò difficulter ſuppurabilibus pro temperando acido & humore craſſo incidendo, tale poteſt adhiberi remedium:

℞. *Cepar. ſub ciner. aſſatar.* ℥ ij.
fol. eryſimi.
cherefol.
naſturt. hortenſ.
ſambuci à M. j ß.
far. fabar.
lupinor.
Albi Græci à ℥ j.
nidi hirund. no. j.

F. Decoctio in ſero lactis ad conſiſtentiam cataplasmatis.

Item in abſceſſibus malignis applicatur in ſpecie bubonibus peſtilentialibus, pro materia venenoſa extrahenda, ne poſſit regredi in corpus; Vel

℞. *Theriaca,*
miſceatur cum *ſucco ceparum.*

Vel

℞. *Cepa cava,*
cui immittatur
Theriaca,
& applicetur.

De virtute hujus cepæ vid. Foreſtus *l.* 6. *Obſerv. in Scholio*, ubi refert de Chirurgo, quod in peſte Delphenſi bubonibus præcipuè applicavit cepas coctas, & contritas cum ſinapi albo recenter molito. Nam ſi farina ſinapi diu ſteterit, avolat ☉ volatile cujus ratione prodeſt: Quod ſi defuerit ſinapi album, ejus loco ſubſtituit theriacam, quam cum cepis contudit, miſcuit, & ſubinde intra tres dies peſtilentia curata, abſceſſus maturatus & ruptus fuit. Item in morſu canis rabidi Paracelſus easdem commendat, ſi ſcilicet morſui aut cepæ cum theriaca & melle commiſceantur; aut ſolæ ſub cineribus coquantur, & parti cruentatæ apponantur. Sic & in ambuſtionibus ſtatim cepæ crudæ recipi & cum ☉e communi, vel meliùs cum ſapone Veneto, vel cum melle, contuſæ loco ambuſto non ſine commodo applicari poſſunt. Vel ſuccus recenter expreſſus applicatur recenti ambuſtioni; qui magis fit appropriatus, ſi miſceatur cum ſucco cancrorum fluviatilium, egregio in ambuſtione.

CERASA.

Fructus hic cognitus eſt ſatis, cujus duo genera maximè uſitata: Acida & dulcia.

Quod acida attinet, horum acor blandus perquàm ſtomacho conducit ad conciliandum appetitum nonnihil adſtringunt, æſtum ac ſitim in febribus æſtuoſis & malignis mitigant, adeoq; febrientium & æſtuantium ſolamina ſunt: nimirum ſanguinis æſtum ex ebullitione intenſiori blandè refrænant, unde epar refrigerare aliàs dicuntur. Hinc uſitatiſſimè in febrientium paroxyſmis ad impediendam ſitim, æſtum faucium compeſcendum, & reſtaurandas vires, in aceto condita propinantur, additis aromatibus, v. g. caryophyllis, cinnamomo, &c. ut in ore retineantur aut maſticentur.

Ceraſa laxativa parantur inde hunc in modum:

℞. *Ceraſa acida condita*:

Perforata, irrorentur vino infuſionis croci metallorum, exſiccentur, & crebrius irrorentur: quæ maſticata poſtmodum vomitum ciebunt.

Succus & ſyrupus cum addito ſaccharo, ſolet ingredi julebos in febribus ardentibus pro compeſcendo ardore, & ſiti ſedanda.

Nuclei eorum maſticati ſunt quaſi terebinthinati, hinc ad purificandos renes & in nephritide admodum utiles ſunt, & vim egregiam diureticam habere dicuntur; inde pro nephritico cum nucleis ſimul, pro uſu cephalico ſine nucleis, contundantur ceraſa.

Oleum ex nucleis hiſce expreſſum rarum quidem eſt; ſed contra affectus nephritieos commendatiſſimum.

Principio veris quidam recipiunt corticem interiorem ceraſi, deſtillant forti igne per deſcenſum; & ſic prodit liquor, qui deſtill. dicitur olere inſtar moſchi & zibethi, pro illitione & odore conciliando.

Quod

Digitized by Google

Quod verò jam cerasa dulcia attinet, temperata, & pro affectibus cephalicis in usu sunt.

Hæc destill. ▽m egregiam, & priùs fermentata spiritum ardentem, suave aroma spirantem, indeque analepticum, cephalicum, apoplecticum, &c. dare solent. Usus hujus ℞ expertissimus est in aphonia & loquela amissa: vid. Keslerus *in* 500. *Chymischen Processen p.* 37. Quando scilicet cum paucis guttis olei caryophyllorum destillati, lavendulæ vel anisi, acuatus sit, & eò lingua illinatur; vel etiam si addatur ℞ theriacalis camphoratus, quò penetrantior, erit, eò melior. Item in affectibus epilepticis, apoplecticis, vertigine &c. valdè commendatur, & præcipue in paralysi; unde & inter remedia cephalica meritò refertur tanquam specificum & appropriatum, imprimis si castoreum addatur.

Quidam etiam usurpant ▽m & spiritum cerasorum lavendulatum, cum nempe flores lavendulæ in quibusvis capitis affectibus aliisque nervosi generis subitaneis morbis, egregii sint.

CEREFOLIUM.

Cerefolium seu chærefolium, **Kerbel**/ est chærephyllon Græcorum, & (1) vel sativum vel sylvestre; (2) Italicum seu Romanum, aut Hispanicum seu cicutaria odorata.

In officinis folia usitata sunt, & semen.

Usus est quodammodo culinaris & officinalis. Quoad usum culinarem, chærefolium sapore grato præditum est, blandumque & temperatum quasi aromaticum; hinc propter saporem aromaticum in jusculis carnium & aliis recens in usu est, in quibus hujus folia minutim incisa conjiciuntur; idque ideò, quia stomachum confortat, & ad assumendos cibos aptiorem reddit. Comedi etiam possunt cum pane butyro oblito.

Usus medicus est stomachicus, ac in flatibus abdominis & hypochondriorum egregius. Vis ejus dependet à substantia aromatica suavi, in particulis oleosis ☉sis volatilibus fundata, attenuativâ viscidi, & corruptiva acidi. Affectibus igitur capitis senum per consensum stomachi, in specie vertigini, præsentaneum, si quid aliud, est remedium. Hinc qui ex vertigine apoplexiam metuunt, uti senes, eô tutò uti poterunt. In sanguine pariter congrumato resolvendo, & discussione ejus promovenda conducit; hincque in casu ab alto decoctum ejus in ▽ vel cerevisia propinandum. In vulneribus & exulcerationibus viscerum internorum vi sanativâ & toni restaurativâ pollet, item vis diuretica, quia est herba vulneraria, in eo prædicatur: hinc qui patiuntur exulcerationes renum & veticæ, & quibus adest nephritis notha scorbutica, istud adhibeant. In tussi, si pulmones afflicti, ne horum noxa recidivet, convenit; unde decoctis pectoralibus in affectibus phthisin minitantibus, item in empyemate, optimo cum successu additur, imprimis hederæ terrestri sociatum. Mulieres quoque, quibus ex vitio lactis mammarum abscessus oriuntur, adhibere solent: vid. Forestus *in l. de puerperis*. Dicunt etiam nonnulli, quod si ægrotus quidam desperatus assumptum succum chærefolii retineat, signum sit, illum certò reconvaliturum; sin minus, moriturum.

Externè in colica & ⊡ suppressa commendat Autor. Puerperæ, si à partu ex subito frigoris succursu, aliâve ratione simili, ⊡m emittere nequeat, cataplasma ex chærefolio cum pulegio, ac in butyro insulso frixis, optime cum successu imponitur.

Essentia ex chærefolio in officinis paratur, vel simplex cum spiritu proprio aut spiritus vini, vel composita cum ocymo & spiritu proprio, in vertigine per consensum hypochondriorum & stomachi, casu ab alto.

CEREFOLIUM ACICULATUM.

Chærefolium aciculatum, seu scandix, herba acuta, acicula, Plinio pecten Veneris dictum, chærefolii minoris species est, saporis & odoris ratione; hinc ad eosdem usus usurpatur. Quibusdam vocatur **Nadel-Kerffel**.

Vis tamen aromatica volatilis non tanta est, quanta in genuino. In officinis verò nullus est usus.

CERINTHE.

Cerinthe est major, & minor, utraque flore luteo & flore purpureo, minor etiam datur flore albo: **Cerinth Kraut**/ item **Flecken Kraut**/ à foliis maculis hinc inde consperſis. Dicitur aliàs cynoglossum montanum. Revera ad symphyta pertinet; foliis enim ac floribus cum symphyro conspirat.

Usus ejus adhuc dubius. Nam cùm inter symphyta referatur, ad vulneraria referenda esse videretur: sunt tamen, qui eam contra variolas à signatura, qua folia ejus maculata variolas suppuratas præsentare

tare dicuntur, commendant. Suſpicor autem hanc inter vulneraria refrigerantia commodè referri poſſe.

CHAMÆDRYS.

Chamædrys ita dicta Græcis eſt à χαμαὶ & δρῦς: quaſi humilis quercus, quia folia ejus ſunt ferè quercina; unde communiter vocatur quercula, triſſago, **Gamanderlein.** Et utut ejus variæ ſint ſpecies, vulgaris tamen, ſummitates nempe ejus, adeoquè tota planta, perquàm uſitata eſt; quoniam difficulter ab in vicem ſemoventur, & præſcribitur ferè unà cum chamæpityde; quæ tamen præ iſta excellit, præprimis in affectibus nervinis, quibus ſuâ vi anodynâ ſuccurrit, unde in affectibus paralyticis adhibetur.

Commendatur à multis etiam hæc chamædrys contra arthritidem & affectus articulares, ſpeciatim ad podagram, chiragram & dolorem iſchiadicum; hinc in nodulis & decoctis ſudoriferis contra podagram ſemper adhibetur: ſed reverà ex hac parum ſolatii promittere ſibi poſſunt podagrici. In arthritide autem vaga ſcorbutica præſcribi poteſt, cum in ſcorbuto frequens ejus uſus ſit; ſicut & veteres Medici ferè in omnibus chronicis, ſpeciatim epatis & lienis, chamædryn ſemper uſurparunt, quibus arbitror conferre ſpeciatim, quatenus ☉m movet. Quartanas & tertianas febres curat, & propter hanc vim, quam exſerit, decocta obtinuit à quibusdam vocari febrifuga. Sapor ejus eſt aliqualis amaricans inſtar febrifugorum omnium; conſtat enim ſale volatili acri aliquantiſper temperato. Unde non mirum, quod obſervavit Riverius *Centur. 4. Obſervat. 84. p. 56.* de ruſtico, qui quamplurimas Quartanas curavit pulvere chamædryos exſiccatæ, propinatæ ad aliquot ♂ in juſculo, præmiſſis tamen purgantibus: quod etiam dicunt de uſu in tertianis curandis. ☉m & ſudorem ciet beneficio ☿is acris, adeoque non mirum, ſi in his febribus conducat. Eſt ſplenéticum, quod confirmat Stockerus *in praxi*, ubi refert, quod chamædrys in potu contra icterum quemcunque, nigrum imprimis & dolorem ſplenis, profit.

Præterea radix ejus & inter diuretica refertur.

CHAMÆPITYS.

Chamæpitys apud nos reperitur vulgaris major flore luteo. Dicitur ita quaſi humilis picea ſeu pinus: unde & Germanis **Erd-Pine**/ latinis ajuga; item iva arthetica communiter vocatur, quod in affectibus arthéticis commendetur.

Tota planta ſapore aliquali amaricante prædita in uſu eſt, cum folia vix ſine floribus, & flores vix ſine foliis haberi queant.

Inter plantas nervinas anodynas refertur, ac proximè ad naturam herbæ paralyſeos ſeu primulæ veris vi ſuâ anodynâ accedit; unde primarius uſus hujus eſt in affectibus artuum & articulorum, ſpeciatim ad podagram & chiragram; cum chamædry, & vix una ſine altera, in uſu præſcripta reperietur; hinc in hydromelite, nodulis & decoctis ſudoriferis ad podagram & iſchiadicum dolorem, ſemper adhibentur; ſicut & in arthritide ſcorbutica frequens earum uſus eſt. Sed reverà ex his parum ſolatii promittere podagrici ſibi poſſunt. In paralyſi, tam vera, quàm pareſi, quæ fit ex colica, & in iis locis vulgaris eſt, ubi abundat vinum, experta eſt: imò ſunt, qui dicunt, quod cum hydromelite ſeu oxymelite ſcillitico conducat ad affectus cerebri frigidos, qui potiùs ex impedito ſpirituum & lymphæ motu in cerebro oriuntur. Sunt etiam, qui in vino decoctum in ictero flavo, ſeu morbo regio, ac cachexia laudant. Veteres Medici ferè in omnibus affectibus chronicis, ſpeciatim epatis & lienis, uſurparunt; quibus prodeſſe arbitror, quatenus ☉m moveat; item Poterius *in Pharmacop. Spagyr. de Iva arthetica*, in potu aliquandiu propinata, in mictu cruento multum juvaſſe dicit.

Quoad præparata, in uſu ſunt ▽ de chamæpityde deſtill. & pilulæ compoſitæ, quæ dicuntur propter baſin pilulæ de iva arthetica, notæ ac decantatæ in morbis articularibus & arthritide curandis.

CHAMÆPITYS AUSTRIACA.

Chamapitys auſtriaca flore cœruleo planta eſt media. Alii enim eam ad chamædryn referunt, vocantque chamædryn foliis laciniatis: alii ad chamæpityn, vocantque chamæpityn alteram Dodonæi: alii denique ad botrym, vocantque botrym chamædryoidem, ſeu de natura chamædryoides: aliis iva mechata Tabernæmontani audit, Germanis **Iventraut.** Propriè tamen ad chamædryn, quam creſcendi modo æmulatur, pertinet, niſi quod folia ejus magis ſint laciniata.

Uſu

Uſu medico coincidit cum chamædry vulgari, utut vi inciſivâ propiùs ad botrym accedat, quam & odore & ſapore refert.

CHAMOMILLA.

Chamomilla ſeu anthemis Græcorum, item chamæmelon, quod malum odorem præſentet, eſt vel foliis albis in floribus, leucanthemis ſeu leucanthemum dictum; vel foliis luteis chryſanthemum dictum vel purpureis, eranthemum dictum. Chamomilla aliàs duplex eſt: Vel noſtràs vulgaris fœtida, vel odorata, quæ etiam dicitur Romana & nobilis. Romana hæc eſt vel flore ſimplici vel pleno, & in hortis colitur, odoris eſt ſuavis, & ſaporis penetrantioris.

Vulgaris chamomilla officinalis eſt, quam tamen Romana in omnibus virtutibus ſuperat. Utraque tùm odore, tùm ſapore ejus penetrante, & oleoſitate ſua, quam copioſam fundit, teſtatur eſſe aroma. Vis autem hujus potiſſimùm conſiſtit in ☉e volatili oleoſo; hinc folia & flores, in ſpecie Romanæ, in affectibus abdominis doloroſis vi carminativa inteſtinis egregiè conducit; unde, quomodocunque etiam paretur, proſunt in colica flatulenta, acidum auſterum ventriculi & inteſtinorum, & frigus, nervis hoſtilia, corrigendo, acre quodcunque temperando, & flatus potenter diſcutiendo. Prætereà vim habent anodynam ſingularem & dolorum blandè ſedativam; hinc tenſiones partium remitti faciunt, adeoque emolliunt, partibus nerveis ſingulariter conveniunt, quas demulcent, irritationem ſenſilem leniunt, hinc in abdominis torminibus convulſivis, ſive per ſe, ſive per conſenſum ſint, quales ſunt colicæ convulſivæ, nephriticæ, &c. ſpasmos horum & impetum ſpirituum blandè compeſcendo, & ſic in curanda colica quacunque vix ſimile habetur remedium. Confer. Simon Paulli *in Quadripart. Botanic. pag.* 255. Certè in quibusvis ventriculi & inteſtinorum malis ſine pari eſt, modò decoctum ejus cum aqua communi ſolitariè, vel additis corticibus citri & aurantiorum propinetur. Decoctum quoque florum chamomillæ in cereviſia dolores poſt partum egregiè & miraculi inſtar mulcet; vid. Roſenkreuzerus *in Aſtrolog. Inferiorum.* Foreſtus *lib.* 28. *Obſervat.* 75. & 81. Huic decocto non incommodè additur artemiſia. Menſes & ☽m ciere verum eſt. Ruſticæ mulieres idem quoque decoctum in paſſione hyſterica adhibent; ſicut ipſe mulierem, colica convulſiva per 8. ♌ pertinaciſſimè laborantem, opiatis & appropriatis fruſtratis, ſolo hujus in cereviſia decocti uſu repetito, curatam obſervavi. Prodeſt etiam in cardialgia, in qua feliciſſimè ſæpè uſus eſt Foreſtus, denique uſu interno conducunt in febribus flores chamomillæ: & dicunt, quod chamomilla vulgaris ſit catholicum febrifugum, & contra febres intermittentes commodè uſurpari poſſit.

Poſt uſum internum ſequitur externus. Flores externè vim habent penetrandi, reſolvendi, diſcutiendi, emolliendi & dolorem ſiſtendi, ratione ☉is volatilis oleoſi, ad aromatum naturam accedentis; hinc nullus fotus ſeu cataplaſma anodynum, aut diſcutiens, aut emolliens, aut maturans fit, quod non ingrediatur chamomilla. In clyſteribus carminativis & anticolicis; in pediluviis cum floribus nymphææ cum cephalicis ad vigilias & dolores capitis compeſcendos; in quibusdam pediluviis ad colicas quascunque curandas egregiè conducunt: In contuſionibus & ſanguine congrumato, tumoribus flatulentis, tumoribus partium genitalium poſt partum, &c. facculi exinde parati & in vino cocti, genitalibus felici cum ſucceſſu calidè applicantur; item abdomini, in doloribus uteri poſt partum, & inde retentis lochiis: Quo in caſu matricaria addi poteſt, Foreſtus *in Obſerv.* ad cardialgiam facculum expertiſſimum commendat.

Sennertus *in Praxi lib.* 3. *pag.* 177. alium facculum magis compoſitum habet, quem etiam Amatus Luſitanus *in Cent.* 5. *Curat.* 39. & aliis locis inſigniter commendat: In clyſteribus ſeu injectionibus uterinis, in inflatione uteri, quando ſcilicet poſt partum flatus in utero retinentur, iſque extenditur, ut ſpeciem præ ſe ferat, mulierem gravidam eſſe, ſuffitus ex nuce moſchata, & clyſter ex floribus chamomillæ & foliis matricariæ in uterum injectus, eſt egregii uſus.

Quoad præparata, proſtat ex chamomilla utraque ▽, tàm ſimplex, quàm cum vino deſtillata, quæ pro vehiculo egregiè inſervit medicamentis anticolicis, in doloribus poſt partum, aliiſque jam dictis affectibus. Amatus Luſitanus ▽m hanc ex floribus deſtillatam in cardialgia valdè commendat, ad ℥ iij. aſſumptam. Fonſeca ▽m ex ſucco florum deſtillatam & ad ℥ vj. manè aſſumptam, in intermittentibus febribus, in ſpecie tertianis, laudat; quod confirmat propriâ experientiâ Zacut. Luſitan. *lib.* 3. *Praxeos Admir. Obſervat.* 26.

Digitized by Google

Eſſentia quoque utriusque chamomillæ in uſu eſt in doloribus poſt partum & cardialgia flatulenta. Paratur vel ſimplex per ſpiritum proprium, quo fit gratior, & potioris uſus quàm cum ſpiritu vini, vel compoſita, additâ zedoariâ.

Oleum fundit cœruleum in quo vis omnis quaſi eſt concentrata, quod internè ad aliquot guttas mirum quantum convenit in affectibus ſtomachi, quacunque colica, & doloribus poſt partum, vel ſolum vel permixtum cum ſaccharo in formam elæoſaccharı chamæmelini ſatis grati. Vulgò deſtillatur cum terebinthina per veſicam, & acquiritur ☌ cœruleum ſeu ſapphireum: Vid. Hartmannus *in Praxi Chymiat.* & Sennertus *in Inſtitut.* Alii ☌ hoc deſtillant cum raſura ligni pini aut abietini; alii cum raſura radicis ligni pini loco terebinthinæ: ſed malè, quia chamomilla per ſe ex veſica deſtillata dat ☌ cœruleum. Quicolor non dependet à Venere in veſica, quia ſi deſtillatur per cucurbitam vitream, habetur ☌ cœruleum elegantiſſimum. Externè ☌ hoc, tàm deſtill. quàm per infuſionem paratum, in colica & ſuffocatione uterina umbilico & abdomini illitum, mirificè prodeſt. Nullus litus eſt his ſcopis accommodatus, quem non ☌ hoc, ceu primarium ingrediens, conſtituat. Quod cum ligni ſeu radicis pini raſura deſtillatur, egregium eſt vulnerarium, & à nonnullis pro ſecreto habetur.

CHELIDONIUM MAJUS.

Chelidonium malè diſpeſcitur in majus & minus, cum chelidonium minus reverà ſit ſpecies ranunculi. Dicitur etiam hirundinaria, **Schwalben-Wurtz / groß Schöll-Kraut** / quia hirundines hoc ipſo pullis ſuis viſum deperditum reſtituere vulgò creduntur: **Gold-Wurtz** / etiam vocatur; vel ob egregios uſus, quos habet ejus radix & tota planta; vel à colore aureo, quem habent & ſuccus & flores.

In uſu medico eſt planta & radix; quæ ratione ☉is volatilis acris admodum penetrant, & diaphoreſin atque ſudorem eliciunt; inſignem vim obtinent abſtergendi quascunque mucilagines & ſordes in primis viis, & abſterſas ad ejaculationem ſtimulandi. Præterea internè ſpecificè laudant in ictero flavo, in quo feces alvi apparent griſeæ: Et certè remedium expertiſſimum eſt ſecundùm Foreſtum & Joëlem in ictero tàm flavo quàm nigro, addito tunc temporis medicamento Martiali; ſive planta ſive radix, præmiſſo vomitorio, uſurpetur: Succus ſcilicet hujus plantæ recens expreſſus, aut vino infuſus, aut ipſa planta cum radice in vino decocta. Succum expreſſum potavit nuper ancilla noſtra, & perſanata eſt; ſicut & alii ancillæ, alvo adſtrictâ laboranti, præmiſſo vomitorio, infuſum hujus plantæ in cereviſia ſecundaria fauſto cum ſucceſſu exhibui. Sed cùm ſit acerrimi ſaporis, ſimul & nauſeoſi, ſuperbibenda eſt cereviſia: ſicut & ſunt, qui radices ſuculentas inciſas infundunt vino, & propinant in ictero flavo, certo experimento. Poteſt edulcorari cum paſſulis minoribus, qui non vulgaris ſunt uſus in ictero. Hinc Freitagius *in Anr. Medicor.* ejus ſuccum, ſyrupis mixtum, vel inſpiſſatum, extollit ad affectus epatis frigidiores, & quascunque cachexias, non ſolùm flavas, ſed etiam albas; in genere ad omnes morbos chronicos, cum menſtruorum vitiis conjunctos, quia veteribus ex imbecillitate hepatis oriri credebantur. Dicunt nonnulli, quod radix fuerit ſpecificum remedium Helmontii contra hydropem aſciten. Pro ſudorifero quoque egregio, cum aceto decoctum, in febribus malignis & peſtilentialibus propinatum habetur; unde etiam Palmarius *Tract. de Morb. Contag. cap.* 18. *pag.* 456. dicit; quod ſuccus radicis ex vino albo, cum aceti roſacei pauxillo expreſſus, momentaneum in peſte fuerit auxilium. Propter hos egregios uſus, & hepaticos & alexipharmacos, Poppius *Germanorum Chinam* id vocare non eſt veritus. Sed non tantùm ſingulare hepaticum eſt hæc noſtra planta, ſed etiam ſingulare ſpleneticum, dum confert ad lienes dolentes atque tumentes, experientia certa D. Dœringii: Vid. Sennertus *lib.* 3. *Prax. pag.* 622. ſuccus ſcilicet ſolus expreſſus cum vino vel cereviſia exhibetur. Garanzier *de Tabe Angelica pag.* 153. valdopere commendat chelidonium majus pro affectibus pulmonalibus, & quod meritò habeatur pro balſamo pulmonum.

Externè herba, aut radix recens contuſa, imponitur plantis pedum in tumoribus pedum œdematoſis ex febribus intermittentibus tertianis vel quartanis pertinacibus, aliiſque morbis chronicis, pleruméque ortis; quas vires expertus habeo in amico, quem nupperrimè chelidonio hoc ab eodem tumore liberavi. Adhibetur etiam in ipſo hydrope, ſed cautè. In oculorum affectibus, pro iisdem clarificandis, atque panniculo & nubecula removendis, etiam in oculorum ulceribus, ſuccus ex rupto caule exſtillans oculis inſtillatur læſis pro curatione, ſanis pro corroboratione & purificatione: Sed quia eſt exceſſivè acris,

Digitized by Google

acris, diluendus potiùs eſt cum aqua quadam appropriata, ſcilicet euphragiæ; vel deſtillandus, ut fiat mitior. Notum eſt quod Burrhus *in Epiſtol. ad Bartholinum pag.* 41. & 42. ex hac planta paraverit liquorem, quo oculos diſciſſos integros iterum reſtituit. Comprobatum hoc videmus apud Schottum *in Technica Cur. lib.* 2. *cap.* 22. ubi anſerum oculis diſciſſis, humoribusque expreſſis, ſuccus chelidonii majoris fuit inſtillatus, & elapſis tribus diebus, ut anteà, videre potuerunt: Quod ſuo relinquimus loco. Præterea in uſu externo chelidonium majus eſt egregium vulnerarium; primariò ſi non adeò ſunt recentia, ſed paſſa alterationem ex ♎e, & ubi acidum vulnerum corruptorum incipit dominari, ſuccus tunc, inſtillato oleo vel unguento cum ſordibus aurium & terebinthina, fit balſamum vulnerarium, colligendum pro uſu vulnerario principio Maji ante ☉is ortum, ubi vires ſuas habet exaltatas, dum madet adhuc rore Majali ſuccus quoque verrucis applicatus & ſæpius reiteratus easdem tollit.

In officinis proſtat aqua deſtill. quæ ritè parata mirum eſt ophthalmicum, præſertim ſi præmiſſa aliquali putrefactione deſtilletur, & oculis applicetur. Cum hac fit infuſum metallicum antimonii, vel croci antimonii aut metallorum, ſingulare ophthalmicum Rulandi, & Quercetani arcanum ad affectus oculorum.

Pertinet huc etiam aqua illa ophthalmica ex ♓is fluviatilibus & ſucco chelidonii majoris, quæ oculos læſos ſeu vulneratos ac deſperatos, imò exulceratos, certò curat. Autor hujus aquæ primus fuit Crollius *in Baſil. Chymica*, quam poſtmodum imitatus eſt Mynſychthius *in Armament. Chymico pag.* 296. Crollius ſimpliciter fecit ex ſucco florum & foliorum chelidonii, quem depuratum in MB. per ſubſidentiam, conjunxit cum cancris fluviatilibus vivis contuſis: Hiſce benè miſtis & contuſis expreſſit ſuccum, quem deſtill. per MB. ſicque aquam acquiſivit, quâ utitur vel ſolâ in vulneribus & ulceribus oculorum, vel inflat pauxillum de pulvere cancrorum fluviatilium incineratorum, deinde ſuperindit hanc aquam: Vid. imprimis Crollius *in Baſil. Chymica*, & Finckius *in Enchirid. dogmatico-Hermet. pag.* 51. Efficacior autem fieret, ſi contuſa herba in tepore incaleſcat, putreſcat, & ſpiritum urinoſum fundens, ſocietur cum ſucco cancrorum recentium contuſorum, & poſteà procedatur ad mentem Crollii. Dictam Crollii aquam ſimplicem deinceps magis compoſitam fecit Mynſichthius *loc. all.* ubi hujus præparationem, Crollii præſtantiorem, videbitis; ſed, quod obiter moneo, de tutia, aloë & fabis nil aſcendit ſuper alembicum.

Præparatur etiam Q. E. in officinis ex chelidonio majori contra tabem angelicam, quæ tamen toto cœlo differt à noſtra phthiſi. Qui plura cupit, conſulat Fabrum *in Myrothec. ſpagyr. lib.* 2. *cap.* 4. & Garanzier *de Tabe Anglica cap.* 5. *pag.* 156. qui docent ex illo præparare quintam eſſentiam, egregii uſus.

Extractum, vel cum aqua, vel reſinoſum cum ſpiritu vini paratum, ſudores fortiter movet, &, præter hanc vim generalem, vi ſpecificâ alterativâ convenit imprimis in ictero flavo, præmiſſis præmittendis, præſertim vomitorio & Martialibus imò hoc ſolo icterus non adeò confirmatus curabilis exiſtit, quod aliquoties obſervavi: Hinc veteres non adeò ineptè dixiſſe videntur, quod omnibus hepatis vitiis conferat, hoc eſt, ut hodie loquimur, ad vitia bilis corrigenda, ejusque dyſcraſias tollendas. In febribus malignis ſeu peſtilentialibus pro ſudorifero à quibusdam laudatur.

CHELIDONIUM MINUS.

Chelidonium minus ad differentiam majoris ita dicitur, utut in nullo conveniant, niſi nudo nomine. Vocatur **Feigwartzen-Kraut**/ propter virtutes, quas habet in his morbis curandis.

In duplici eſt differentia: Vel enim eſt ferè inſipidum; vel etiam interdum ſaporem acrem habet, ad cochlearias ſaporem nonnihil accedens, quod capiendum pro uſu Medico, atque in hoc paſſu ſimile eſt beccabungæ & reliquis antiſcorbuticis, & in ſcorbuto vel ſolum ſub forma acetarii, vel in vino, vel ejus ſuccus, uſurpatur: Eſt enim egregiè temperatum in principiis activis ſalinis, & non adeò exceſſivè acre, uti reliqua antiſcorbutica: Hinc noſtratibus etiam ſpeciatim **Schar-bocks-Kraut**/ dicitur, & ~ antiſcorbuticos ingreditur. Peculiare quoque ſpecificum eſt contra hæmorrhoides; vel nimium fluentes, vel cæcas, dolentes & tumentes, Solenander *Sect.* 4. *Conſil.* 20. Vid. Tabernæmontanus *in Herbario*, qui radicem tantùm appenſam inſtar amuleti, ceu ſingulare experimentum laudat. Fuit quidam chirurgus, teſte Solenandro, qui curavit omnia hæmorrhoidum vitia, dolentes, tumentes & fluentes,

Digitized by Google

per herbas ſcrophulariæ & craſſulæ majoris: Quibus ſi addatur chelidonium minus, eſt eò melius ad hæmorrhoides remedium. Quo etiam pertinent mariſcæ ſeu ficus ani, aliaque hujusmodi pathemata, quæ ipſa ſymptomata chelidonium minus, internè quocunque modo uſurpatum, mirè curare ſolet.

Aqua deſtillata vel potiùs ſuccus expreſſus applicatus hæmorrhoidibus dolentibus & tumentibus, easdem certò curat; item oleum, cui planta contuſa fuit incocta. Ex nimio fluxu hæmorrhoidum interdum imminet hydrops, pro cujus præcautione, ut & ipſo hæmorrhoidum fluxu nimio, propinari ſolet ▽ vel decoctum hujus chelidonii minoris.

CHENOPODIUM.

Chenopodium ſpecies eſt atriplicis, cujus decoctum contra ☉æ ſuppreſſionem laudant.

CHERMES.

Vox chermes eſt Arabica, cui ſi articulus al præfigitur, oritur alchermes, nomen communiſſimum.

Grana chermes colliguntur frequentiſſimè (1.) ex ilice coccigera in provincia Galliæ Narbonenſis, in cujus ilicis tàm ſuperficie ligni, quàm etiam foliolis ex parte adverſa, adhærent granula, quæ ſimillima ſunt iis, quæ aſparago adnaſcuntur, atque ſuccum colore ſanguineo continent.

In Polonia tamen (2.) ſimilia grana rubra coccinea, ſucco purpureo turgentia, grana radicum dicta, reperiuntur circa radiculas polygoni, quod propterea coccigerum polyganum vocatur, de quo vid. Elsholz **in ſeinem Garten-Bau** *lib.* 6. *cap.* 4. Et ſicuti grana chermes chermeſino hinc dicto colore tingunt; ita grana polygoni coccineum colorem ſuggerunt.

Notum eſt & (3.) coccum infectorium.

Ultra has tres ſpecies tamen genuina grana chermes ex Inſulis Americanis novæ Hiſpaniæ adferuntur, quibus tinctores in tingendis pannis ſcarlatinis, **Scharlach/** utuntur. Ex his baccis ſucceſſu temporis prodeunt muſcæ exiguæ ſaltantes & volitantes, quæ perforant granula, & folliculum ſolum relinquendo avolant; intraque paucos ♂ intereunt: Ita ut grana hoc chermes dicta ſint nihil aliud, quàm ovula vermiculorum circa folia ilicis depoſitorum, quæ ſucco ex planta iſto loco exeſa tranſſudante involuta, & hinc membranâ vegetabili cincta granum chermes conſtituunt. In ovo hoc ſucceſſivè excluditur vermiculus, nutritur ſucco contento, tandem per μεταμόρφωσιν hujusmodi inſectis conſuetam in muſcam abit. Simile ferè in quercubus circa Gallas aliasque quercuum excreſcentias, item in aliis herbarum arborumque foliis ſubindè obſervamus.

Cauſam granorum horum optimè ſuggerit Zornius *in Addit. ad Herbam Pancovinam p.* 318. dum dicit; quod ſint ovula ſeu conceptus vermiculorum in centro ramulorum hujus polygoni, veluti in nidulo ſecuritatis cauſâ ſubſiſtentium. Nam grana hæc in vitro ſoli expoſita excluſerunt vermiculos purpureos, relicto involucro, albo capitulo hiſpido, multipedes & binis cornubus inſtructos. Idem phænomenon etiam obſervare eſt citra radicem piloſellæ ubi pariter hujusmodi granula reperiuntur, ex quibus etiam vermiculi prodeunt. Conf. Paulli *in Quadripartit. Botanico.* Idem etiam aſſerendum venit de coccinella vera: Nam & hæc ipſa eſt nihil aliud, quàm bacca ſui generis, ex qua ipſa etiam vermes prodeunt, qui poſteà in muſcas convertuntur, & ex eadem bacca enutriuntur.

Cæterum inſectum ex iſtis baccis genitum, maturè exſiccatum præbet Ram elegantiſſimam & pretioſiſſimam. Confer. quoad hiſtoriam granorum chermes, *Acta Societ. Reg. pag.* 299. *de Polygono Coccigero Polonico M. A. N. C. An. pag.* 27. *& An.* 3. *pag.* 167.

Quoad eorum uſum, grana radicum non ſunt in uſu medico; Cochinilia verò in ſuppreſſione ☉æ uſurpantur. Genuina autem chermes grana decantatiſſima ſunt in cordis affectibus, adeoque pro roborandis viribus imbecillioribus ad præcavendum abortum, & roborandum fœtum à mulierculis adhibentur.

Grana chermes ſucculenta ſuccum ſuggerunt rubicundum, amaricantem, cætera temperatum, in quo ipſo reſidet vis ipſa, quam granis tribuunt, cardiaca, ſpirituum recreativa, &c. Reverà videtur mihi quoad uſum medicum ſuccus & grana chermes, ferè ſimilis ſucco roſarum, unde loco confectionis al-chermes ſimilem confectionem ex roſis paratam ſubſtituit Ludovici *in Pharmac. pag.* 708. adeoque in ſpecie in affectibus melancholicis cum triſtitia, mœrore, cordis palpitatione & ſimilibus laudatur. Nempe in granis his eorumque ſucco, ratione ☉is alcali ſui generis ineſt vis temperandi, & ſpecificè corrigendi acidum iſtud, quod in affectibus melancholicis

Digitized by Google

cholicis ſpeciatim peccat, quo correcto & cordis palpitatio, & depravata ſanguinis fermentatio ceſſant, ac debita hujus ſuccedit ſpiritualcentia, unde exhilarari denuò & confortari homo videtur.

Ex baſi horum granorum, vel potiùs eorundem ſucci, procedit famoſa iſta antiquiſſima confectio alchermes, autore Meſue primum compoſita, cujus vis confortativa, ſpirituum refectiva, capitis conſervativa, &c. eſt egregia, unde in debilitate virium, ſyncope, palpitatione cordis, &c. admiſtis aliis valdoperè ex uſu eſt. Nec inferiorem locum obtinet in roboranda memoria, in abigenda triſtitia, ut & metu & terrore melancholicorum, &c. nec non fœminis, quæ moſchum & ambram ferre poſſunt, pro præcavendo abortu & roborando fœtu uſitatiſſimum eſt remedium. In affectibns acutis febribusque ardentibus potionibus addita ægros vigiles ſuavem ſomnum acquiſiviſſe obſervavi. Propter ambram & moſchum ſubinde inimica eſſe ſolet mulieribus; propterea in quibusdam locis proſtat confectio al-chermes amara cum caſtoreo: vid. Velſchius *Hecatoſt.* 2. *p.* 58. In melancholia etiam hypochondriaca, aliisquè affectibus melancholicis, in paroxyſmo cum coralliis præparatis miſta & adhibita, ſummum adfert ſolatium.

Doſis hujus confectionis eſt à ℈ß ad ℈j cum aqua quadam appropriata; vel variis aliis admixta.

Plura videbitis in Johanne Stephano Strobelbergero, & Eichſtadio, qui integros tractatus ſcripſerunt de confectione al-chermes; & Zwelffero in ſuis ſcriptis.

Elegantem ℞am ſeu eſſentiam granorum chermes à Cnoeffelio paratam videbitis *in M. A. N. C. Ann.* 6. *Append. pag.* 95. Tincturam hanc cum camphora in melancholia, & morbis cum delirio conjunctis, uti & in paſſione hyſterica, & quibusdam affectibus uteri laudatur, & ſatis famoſa eſt; loco cujus poteſt ſubſtitui ℞ granorum actes ſeu ſambuci cum camphora.

Proſtat etiam in officinis ſyrupus granorum chermes, qui in provinciis Gallicis copiosè paratur; cui in fine addunt camphoram. In hauſtu vini, gravidis propinatur in affectibus uteri, & ad abortum præcavendum.

Hartmannus *in praxi chymiatr. pag.* 56. §. 3. commendat extractum confectionis granorum alchermes cum ſucco pomorum Borsdorffianorum in paſſione hyſterica, in melancholia tàm ſimplici quàm hypochondriaca, mania, & ſimilibus affectibus chronicis hypochondriacis atque deliriis melancholicis.

Magiſterium granorum chermes per ♁ationem conficere nititur Zwelfferus *in Pharmac. Regia p.* 179. Sed meritò vapulat à Tacchenio *Hippocr. Chymico.* Alcali enim tartari agit in acidum aluminis, & dimittit ex ſe ♁m, quæ hinc unà in magiſterium ♁atur, adeoque magiſterium hoc de ♁ aluminis participat.

CHEYRI, KEYRI, LEVCOIUM.

Cheyri & Keyri voces ſunt Arabicæ. Tabernæmontano hæc planta audit viola petræa lutea **gelbe Veilchen**/Bauhino verò propriè leucoion luteum.

Flores, vel ſummitates herbæ cum floribus & ſemine, ſunt in uſu, imprimis in affectibus mulierum, facilitando partu, pellendis menſibus, ſecundinis, lochiis, aliisque impuritatibus ex utero excernendis, ut & ſopiendis doloribus poſt partum, ſub forma potionum. Vim hanc confirmat convenientia ejus florum cum croco, ſimiles virtutes uterinas poſſidente; hinc quoque gravitatem capitis inducunt vi ſua aromaticà volatili, quâ odorem quaſi croceum ſpirare videntur. Similiter & in paralyſi, apoplexia, epilepſia, aliisque affectibus capitis uſurpantur, utut non adeò convenienter, cùm cheyri magis ſit uterinum, quàm cephalicum.

Externè facculi & fomenta cum iis parantur.

Aquam ex floribus deſtillatam mulierculæ uſurpant in ſpecie ad facilitandum partum, & lochia, ſecundinas, aliasque impuritates ex utero expellendas.

Oleum cheyri paratur per infuſionem, quod abdomini & regioni pubis frequenter illinunt in ſtimulandis menſibus, lochiis, atque ſecundinis retentis, ut & pro facilitando partu, & doloribus poſt partum leniendis &c. hujus vires extolluntur, ſi infundantur cum floribus calendulæ. Pro expellendo fœtu inungitur abdomini, miſtum cum oleo chamomillæ.

CHINA.

Chinæ radix eſt exotica, quæ ex China ad nos adfertur, unde & nomen iſtud eſt ſortita. Et videri poſſunt de hacii, qui ſcripſere de rebus in Indiis orientalibus, in quibus morbus Gallicus eſt endemius; habetur tamen & in Hiſpania nova, ubi optimè creſcit, utut hodiè ex Peru potiùs ad nos perveniat. Vera autem China texturâ conſtat admodum acri, & volatili aro-

maticâ, ſatisque penetrante, ideò in impuritatibus ſanguinis, lepra, lue Venerea, &c. decoctum radicis Chinæ per ſudorem optimè operatur. Ordinariò cum lignis miſceri ſolet pro decoctis ſudoriferis contra luem Veneream, affectus catarrhales. Radix autem nodoſa, quæ ad nos adfertur, eſt tantum ſylveſtris, non hortenſis, ideoque magis temperata, nec adeò acris, quàm cæteræ radices ac ligna; unde tutior ejus in delicatis aut bilioſis ſubjectis eſt uſus, in quibus vi diaphoreticâ & ſudoriferâ maximè pollet. Ejus nempe ʒj in ▽æ ſimplicis ℔j ad medietatem decoquitur, donec ſaporem acrem acquirat; quo decocto uti poſſumus ad uncias aliquot pro ſcopo ſudorifero, & in hydrope, febribus, omnibusque morbis chronicis Galenicorum ultimum ſolatium eſt, præmiſſis univerſalibus; ſicut Bontius *Medic. Indorum pag.* 33. ad omnes morbos chronicos & paralyſin Indorum maximè commendat. Convenit etiam in ſcorbuto, membra exteriora affligente, arthritide nempe vaga ſcorbutica, & paralyſi ſcorbutica, ſorbillant ad tempus in lacte caprillo vel ſero lactis, cui & ſimul inſtillatur ſpiritus cochleariæ. Juxta Julium Cæſarem Claudinum *in Append. de Ingreſſu ad Infirmos pag.* 534. priapiſmum excitat. Porrò radix Chinæ in ſero lactis ſenibus catarrhoſis & podagricis eſt admodum proficua. In catarrhis & phthiſi imminente, ad corrigendam lympham acriorem in pulmones effuſam, decoctum chinæ convenit; vid. Freitagius in aurora medica; cæterum, cum valdoperè exſiccet, ſunt qui præcipiunt, ut in decocto addantur paſſulæ majores, propter ſaporem aliqualem; quæ etiam per ſe egregiè conveniunt in ſcorbuto.

Item egregium eſt decoctum Chinæ Timæi à **Gulden-Klee**/ *in Epiſt.* 29. *l.* 3. *pag.* 238. Nam mucilaginem temperatam ſimul continet, unde vis ejus attemperandi cum vi ſimul diaphoretica dependet; hinc etiam vim pinguefaciendi obtinere, à quibusdam affirmatur.

Eſſentiam ex Chyna paratam videbitis in Beguini *Tyrocin. Chymico.*

CHINA CHINÆ.

China Chinæ vocatur aliàs cortex febrifugus Peruvianus; item pulvis Jeſuitarum, quia hi ex peru redeuntes hanc ſecum attulerunt, & in ſcholas Medicorum introduxerunt. Febrifugus dicitur, quia primùm expertus eſt contra febres intermittentes quascunque, etiam chronicas, in ſpecie quartanas; unde vocatur à quibusdam antiquartium Peruvianum. Digbæus in Anglia uſus eſt illo cum ſucceſſu in praxi, & in Italia Redi adhuc adhibet illum feliciter: vid Diſſertatio D. Ammanni noſtri, & Bartholinus *in Cent.* 5. *Hiſtor.* 50. In officinis noſtris eſt nigricans quodammodo & rubeſcens, ſaporem & odorem habens aromaticum ſimilem cinnamomo: genuinus, qui Roma affertur, eſt craſſior, ſpiſſior, quodammodò albicans, ſaporis amariſſimi, ſimilis omninò radici gentianæ noſtratis. Cortex autem hic eſt arboris cujusdam puſillæ, quæ quibusdam dicitur gentiana Indica fruticeſcens: vid. Hœferus *Herc. Med. l.* 6. *cap.* 33. quam delineatam habet Bartholinus *l. a.* Confer. ſimul ejus *Cent.* 2. *Epiſtol. pag.* 530. *&* *Cent.* 4. *p.* 521. nec non Autor noſter *in Append. pag.* 21.

Uſus ejus eſt in febribus intermittentibus, Quartana præprimis, & tertiana, tam ſimplici quàm duplicata; inveterata: cortex ſcilicet pulveriſatus à ʒ j. ad ʒ ij. vel ʒ ii j. infunditur in hauſtum vini, ponitur in locum tepidum per noctem, & unà cum infuſo hauritur horâ unâ vel bihoriò ante paroxyſmum. Operatur per ſudorem copioſiſſimum, interdum per vomitum, rarò per ſedes. Sed hoc habet maligni, quod, niſi præmiſſis univerſalibus debitis adhibeatur, ſemper relinquat metum recidivæ; & obſervata quinquies, imò ſexies, recidiva in febre, in qua ſolus fuit præſcriptus. Barbette in febribus curandis primò purgat, deinde pulverem hunc exhibet, poſt rurſus purgat. Ut etiam Boyle *in Tract. Anglico de Philoſoph. Experim.* refert, ſe unà vel alterâ doſi corticis febrifugi, ad ʒ j ante paroxyſmum propinati, ſæpius curaſſe Quartanas, quæ per dimidium annum etiam duravere. Quod ſi minus genuinus fuerit cortex, periculoſus ſæpè & lethalis ejus uſus eſt. Chifletius peculiarem tractatum de China Chinæ ſcripſit.

Cæterum, cùm rarò apud nos genuinus habeatur hic cortex, & gentiana noſtrâs ipſa egregium ſit febrifugum, eadem non inveterata loco Chinæ Chinæ ad ʒ j. comodè ſubſtitui, eodemque modo infuſa uſurpari in quartana poteſt, & ſpero eosdem ab illa effectus, ſicut in febre tertiana ☉ia vegetabilium fixa, v. g. abſinthii, cardui benedicti, &c. ſæpè ſufficiunt: vid. Barbette *in Praxi*; ſicut Ludovici *in Pharmac. pag.* 278. Extractum abſinthii cum illis ☉ibus Chinæ Chinæ ſuccedaneum facit.

Quæritur autem coronidis loco, in quonam ejus vis conſiſtat? Reſp. notum eſt, quod omnes febres intermittentes ex fermento acido, vitio digeſtionis primæ contracto,

tracto, oriantur: cum ergò omnia antifebrilia fermentum hoc febrile ∓ando, & effervescentias febriles mitigando, operentur, & hac ratione Chinam Chinæ conducere credendum est.

Zwelfferus *in Pharmacop. Regia p.* 77. habet decoctum & extractum febrifugum ex hoc cortice Chinæ Chinæ; cui suadeo præterendum esse decoctum vel extractum gentianæ nostratis, utpote huic viribus non inferius.

CHRYSANTHEMUM INDICUM.

Chryſanthemum Indicum est vel latifolium, vel anguſtifolium caule rubescente.

Nullius hæc sunt usus in officinis.

Datur & in horto medico nostro chryſanthemum Peruvianum non tuberosum seu flos solis.

Hujus usus hactenus ferè fuit incognitus, qui tamen est duplex: medicinalis scilicet, ac culinaris.

Quoad usum medicinalem, scapus seminum ferè maturorum inciſus ac decoctus copiosum præbet gummi, quod quidam tanquam singulariſſimum vulnerarium, in formam scilicet emplaſtri redactum, extollunt.

Quoad usum culinarem relatum mihi est, quod idem scapus seminalis maturus probè coctus, & à gummosa suâ substantia liberatus æque blandè palatum afficiat, ac scolymus esculentus, **Erdſchocken**/ coctus.

CICER.

Diverſæ ciceris species sunt. Album, & nigrum seu potiùs rubrum.

Promiscuè in usu sunt, imprimis seminis nigri usus tam culinaris quàm officinalis, est propter vim moderatè diureticam, ciendi menses, & abstergendi renes; adeoque convenit in provocatione ☿æ & mensium. Dehinc decoctum usurpatur puerperis post partum pro lochiis promovendis, & utero expurgando: nitrositate enim suâ abstergit & purificat uterum, cum radice petroselini in jusculo carnis decoctum. Partum item facilitat, fœtum expellit, secundinasque movet, & subsistentibus in virginibus mensibus succurrit. Si adderetur artemisia & flores matricariæ, & edulcoraretur cinamomo, esset decoctum gratius & efficacius. Lac quoque augere dicitur, sed falsò: cùm vis lac generandi neutiquam illi insit; nec enim simul lac generare, & menses promovere valent.

CICHORIUM ET CICHOREA.

Cichorium duplex est: hortense, quod intybum vocant; & sylvestre officinale flore cœruleo, quod cichorium. Datur præterea cichorium flore albo, & carneo, quod tamen rarum est. Aliàs sonchi, taraxaca, endivia, lactuca, ac intyba, plantæ sunt congeneres, Germanis vocatur **Wegewart / Sonnenwendel/ Hindläuffte.**

Generalis autem hujus rei δοκιμασία est; quod scilicet

1. fundant succum lacteum.
2. luteos utplurimum flores ferant.
3. flores in pappos degenerent.
4. quod sint frigida.

Hortense & sylvestre usitatum est, & quidem imprimis apud veteres in maximo fuit pretio, & ab iis propter maximas utilitates vocari consuevit polychrestum, item pancratium.

Ex planta in usu sunt folia, flores, & radix.

Planta hæc lactescens, sicut etiam radix, moderatè amara ac cum aliquali ſtypticitate conjuncta, unanimi consensu dicta fuit planta hepatica, quod nil præstantius in epatis vitiis quibuscunque, ubi sanguis à debita deficit crasi, tollendis, & subjectis biliosis, hác esse dicatur: vid. Panarolus *in Pentecost. III. Obs.* 47.

Probatur hoc ex sapore amaro, quo innuit, constare ☉e nitroso acri volatili, non adeò penetrante, sed admodum temperato, ita, ut in hoc præponderet alcali; quod

1. Acidum in ventriculo ex prima digestione relictum emendat, & mucilaginem incidit, resolvit & detergit, atque per alvum & ☉m blandè eliminat.

Unde

2. Remotione impedimentorum factâ, fit, ut chylus laudabilis præparetur, & phlogoses cessent; & sic admodum convenit in morbis dictis chronicis.
3. Emendat oleositatem bilis, auget ejus acrimoniam, & abstergendo hinc inde vitiosas sordes primarum viarum, partim alvum apertam servare, partim aliquâ vi diuretica pollere observatur.

Propter quam vim ☉ino-nitroso volatilem evenit, quod libenter loca pinguia probè culta, adeoque nitrosa, incolere soleant. Conf. in specie Sennertus *de Natur. Cichor. in Paralip. pag.* 77. quicunque vitam prolongare conantur, hanc plantam sibi commendatam habere debent, autore Deodato. *l.* 1. *pag.* 257.

Juxta centaurium minus & abſinthium cichorium est primarium ex febrifugis: valdoperè enim convenit stomacho, propter vim ardores & effervescentias compescendi, ab acido oriundas, & propter vim abstergendi,

Digitized by Google

di, incidendi mucilagines craſſas primarum viarum & inciſas per inferiora códucendi; dumque ſimul habet ſaporem ſubadſtringentem, moderatè adſtringit, & firmat partes, ne laxentur, in aliamque illabantur infirmitatem. Ii, qui poſt graviores morbos diſpoſiti ſunt ad cachexiam, hydropem, aliosque affectus, propter craſin ſanguinis nondum perfectè reſtauratam, coquant radicem cichorii in juſculo, & decoctum aſſumant.

Sunt, qui commendant flores cichorii albos contra hæmorrhagias narium, ſi ſcilicet vel comedantur, vel extrinſecus applicantur. Sunt etiam, qui hîc præferunt radicem cichorii albi & cærulei, tempore exaltationis in feſto Jacobi circa meridiem collectam, & dentibus contritam; ſic enim hæmorrhagias narium ſiſtere creditur: vid. Roſencreuzerus *in Aſtralog. Infer. p.* 433. Juxta hanc vim uſitata eſt in ſputo ſanguinis maſticata, & ſub lingua detenta, vel etiam ſenſim ſenſimque deglutita. Sunt, qui ſe reddere volunt impenetrabiles ab armis cum hac radice, ſi aſſumatur ſimul uſnea cranii humani.

Inter præparata eſt ſuccus cichorii amaricans, ac ☉e eſſentiali ferè nitroſo imprægnatus, qui forti, decoctione elicitus, ita inſpiſſando, in extractum, cuivis uſui accomodabile redigitur, qui in vitiis bilis corrigendis eſt egregius. Acuit namque bilem torpeſcentem, particulasque ejus ☉inas auget ac intendit, ejusque ſecretionem adjuvat.

Conſerva cum aliis appropriatis in cachexia poſt graviores morbos, aliisque affectibus ſuprà dictis, hepati vulgò tributis, craſi ſanguinis nondum perfectè reſtaurata oriundis, nec non in ſputo ſanguinis, præſcribi ſolet. Formula poſſet eſſe talis, quam habet Zacchias.

℞. *Conſ. flor. cichor.*
roſar.
ſummit. rubi ā ℥j.
ſantali rubri ℥ij.
Boli Arm. ℥j.
ſyr. myrtillor. ℥j.
M. f. Electuarium.

Hujus Miſturæ horâ unâ ante paſtum exhibeatur ʒß in hæmorrhagia, & narium & aliarum partium, imprimis in ſputo ſanguinis.

Radix cichorii condita in jam dictis affectibus cachecticis aſſumitur: ſed parum virtutis ſupereſt, quam per diuturnam coctionem perdidit.

Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro moderatè laxat, & ſolet præſcribi in mixturis contra cachexias, & ſpecies icterorum. Infantibus recens natis admodum proficuus eſt, ſi tantillum, drachma una vel altera cum pulpa paſſularum ad lambendum detur, antequam lac ſugant, quia ventriculi cruditates in utero collectas abſtergit, meconium expurgat, & mala inde oriunda præcavet, additis coralliis rubris præparatis, lapillis cancrorum præparatis, &c.

Ex floribus cœruleis fit elegans ▽ophthalmica per deliquium in clibano, quæ vel ſola vel cum ſpermate ranarùm, in ophthalmia ex lympha nimis acri, ſugillationibus, albugine, & aliis oculorum affectibus, vi deterſivâ & mundificativâ admodum egregia eſt.

Sal fixum eſt ex uſitatiſſimis febrifugis in febribus intermittentibus, tàm die intermiſſionis, quàm ante paroxyſmum. Commodè additur in febribus chronicis, & quibus imminet cachexia, ♁ diaphoreticum Martiale. Unde quidam ex cichorio incinerato parant lixivium; quod ſuperaffundunt limaturæ Martis, & exponunt calori vel ſolis vel furni: hinc fit, ut ♂ fatiſcat in crocum aperitivum, quem laudant in morbis chronicis & cachexiis. Sed præparatio hæc nil valet, quia ♂ in calcem terream irreſolubilem mutatur.

CICUTA.

Cicuta ſeu cicutaria ▽tica minor, **Schierling**/ petroſelino quoad formam ſimillima vulgò inter herbas venenatas refertur: Radix enim ejus non minus brutis, quàm hominibus, perquàm nociva deprehenſa fuit. Propter ſimilitudinem namque faciei hujus cum petroſelino factum, ut ex radice, pro petroſelini radice, comeſta non rarò convulſiones, imò ipſam quoque febrim petechialem, aliaque graviſſima ſymptomata, exorta ſint. Exempla proſtant quamplurima: imprimis in Kircheri *Scrutin. Peſtis p.* 204. item in Simonis Pauli *Digreſſ. de Febribus malignis p.* 101. Sicut etiam Amatus Luſitanus *Cent. 5. Obſ.* 98. refert exemplum de puero, ex eſu cicutæ mortuo. Plura de his videbitis in M. A. N. C. *An.* 3. *p.* 552. Hagendorn *Miſcell. Med. p.* 396. & Wepfero *de Cicutaria.*

Cæterum utut habeatur pro maligna & venenoſa, & propterea etiam ab uſu medico interno exulet; nihilominus Renealmus *in Obſerv.* 3. *&* 4. ſolus usque eò audaciæ acceſſit, & pulvere hujus radicis partim in ſubſtantia à ℈ j. ad ʒß. cum vino, partim in infuſo à ʒj. ad ʒij, idque felici cum ſucceſſu, in ſcirrhis hepatis ac lienis, ut & pancreatis graviſſimis, uſus eſt: ſed faciat hoc ſuo periculo. Non minus rarum eſt, quod refert Verbezius *in ſuo tract. contra Caſtellum de Vitriolo,* in quo *p.* 46. ex Galeno de quadam anu, quæ conſuetudine ita familiarem ſibi fecit cicutam, ut ea veſci potuerit ſine detrimento in magna copia.

Externè ejus uſus eſt frequentior, imprimis cicutæ ſuccus expreſſus, vel ipſa contuſa

planta

Digitized by Google

planta aut cum infuſo applicata, mammarum incrementum coërcet, duras & parvas reddit. Sunt, qui non ineptè externè mammis ad nimium lactis proventum in iis, qui non volunt lactare, vel ſub metu coagulationis lactis coërciti, & indurationis mammarum, plantam hanc contuſam, ac in lacte, vel ▽ cherefolii, vel in ▽ & aceto, decoctam, ſub forma cataplaſmatis, vel ſuccum cum aceti tantillo temperatum applicant. Henricus ab Heer *in Obſervat.* 7. valdoperè commendat citutam ad inflammationem & tumorem penis ex nimia Venere, ſive recens applicetur, ſive cum ▽ florum ſambuci vel cum ▽ ſimplici decocta applicetur; diſcutit enim & tumorem reſolvit: cicutæ nempe folia lota & contuſa, ſi humida; ſi exſiccata, priùs macerentur in ▽. & immittantur intra præputium: cui ſi addatur tantillum camphoræ, erit eò melius. In emolliendis tumoribus tàm lienis & epatis, quàm etiam partium externarum duris, nempe ſcirrhoſis, ſtrumoſis, grumoſis, &c. radix eſt egregia, quacumque ſub forma applicata.

Proſtat pro hoc uſu in officinis unguentum & emplaſtrum de cicuta, quæ vel ſola, vel cum gummi ammoniaco, in aceto ſcillitico ſoluto, mixta ad ſtrumas & omnes tumores duros emolliendos, idque imprimis in tumore duro & ſcirrhoſo lienis, & poſtmodum etiam in ſcirrho mammarum, expertiſſima ſunt: vid. Dœringius *in Tract. de Opio pag.* 92. Quando applicatur pro uſu contra ſcirrhos, ſolet ſubigi cum oleo capparum, vel oleo deſtillato ſuccini, vel oleo cochleariæ; præſtat ℥ ſuccini & capparum: ergo ſi hôc malaxetur idem emplaſtrum, erit eò melius.

CICUTARIA PALUSTRIS.

ſeu phellandryum, modernorum decantatum antiphthiſicum præſervativè & curativè; ſemen nempè crudum ſæpiùs aſſumptum & uſurpatum.

CINAMOMUM.

De cinamomo ſeu cortice aromatico, in genere canella dicto, controverſia: an idem ſit cum canella? & ſi hoc: an ſit idem cum veterum caſſia ſeuligno aromatico? inter botanicos orta eſt, de quo Bauhinus *Tom.* 1. *Theatri Botanici.* Multæ enim ſunt arbores, quæ canellæ dicuntur, cœteræ ejus varietates caſſiæ lignæ; cujus plures ſunt differentiæ, quas videbitis in ſpecie in Piſone *in Mant. Aromat.* & ex eodem in Franciſci **Luſtgarten** *p.* 686. *&* 695. Conf. M. A. N. C. *Ann.* 4. *p.* 139. Sic ad caſſias ligneas pertinet modernorum caſſia caryophyllata, quam eſſe Kerfam Arabum, videbitis in Velſchii *Hecat.* 1. *pag.* 19.

Arbor eſt inſtar oleæ, abraditur cortex extimus, qui ex ſe eſt viridis, neque olet: dum abraſus eſt, exponitur ſoli, ne putreſcat, & vermes in illo generentur, acquirit odorem & ſaporem aromaticum, qui ai teà erat ſepultus, & colorem viridem mutat in rubrum, & ſi minus ſiccatur, albicat, ſi nimis, nigricat. Et dum in ſole exſiccatur, induratur, & cortex ſe contrahit, & in plicas abit, cùm aliàs ſit mollis ſatis.

Quoad uſum, vi ſummè reſtaurativa præditum eſt & analeptica, in quo paſſu mirè afficit, & recreat ſpiritus animales influos, adeoque in imbecillitate & virium defectu, hipothymia, & ſyncope, nauſea, ructu, aliisque affectibus ſtomachi, præſtantiſſimum eſt cinamomum, ſive uſurpetur in ſubſtantia ℧, ſive tinctura, ſive eſſentia, ſive oleum deſtillatum. Imprimis egregiè convenit in affectibus mulierum gravidarum. Cautus tamen ſit ejus uſus, quoniam inſigniter irritat matricem ad ſtimulandos menſes, & promovendum fœtum; unde etiam iis, è quibus expellendæ ſecundinæ & lochia, item quæ partu difficili laborant, tàm nobilem præſtat uſum, ita ut dicat Lindanus, nulla medicamenta fœtus vel menſes pellentia adhibenda eſſe, niſi admiſto cinamomo. In ſpecie, quod ſæpiùs fit, ubi mulierculis ex partu difficili & partium debilitate deficiunt dolores, & amittitur conatus, ut renoventur dolores, propinetur cinamomi momentum, & animetur de novo refocillatis ſpiritibus ad partum gravida. Unde jam patet ſponte ejus uſus in quibuslibet affectibus ſubitaneis ex ſpirituum quaſi eclipſi natis, apoplexia, ſyncope, &c. idque tam interno quàm externo uſu.

Utendi modus eſt imprimis internè in ▽ cinnamomi cum vino prolicita, hinc ℞ ſeu eſſentia, & hinc denique oleo cum ſaccharo vel pulvere appropriato ſubacto. Nam iſtis præparationibus omnis cinnamomi vis elicitur, non ſecus ac in oleo caryophyllorum, ita ut, oleo extracto, cortex iners & inſipidus remaneat, uſui adſtrictorio accommodatus ad dyſenteriam, diarrhæam &c. quibusdam multum laudatus. Periodicam tamen vigoris nonnunquam in cinamomo varietatem obſervavit Ludovici *in M. A. N. C. Anno* 4. *& 5. Obſervat.* 202. *p.* 278. *&* 279.

Quod attinet præparata, & primo quidem loco oleum, cinamomum ritè deſtill. modo Septaliano lampadis igne, ſuggerit primò phlegma, hinc ſpiritum acidum inſtar aceti deſtill. cum quo ſimul adſcendit ℥ deſtill. duplex: ſubtile & æthereum, aquæ ſeu phlegmati ſupernatans, quod ℥ communi modo deſtill. non præſtat: tum ℥ craſſum commune rubicundum, quodque in aqua ſubſidet, curioſum eſt, quod acidum ſenſile ſeu ma-

Digitized by Google

nifeſtum ex cinamomo eliciatur, adeò ut Marggravius retulerit, ſe ex cinamomo tàm potens acidum habuiſſe ut cum ſale tartari ſenſibiliter efferbuerit. Exiſtimo ergò, plura aromata cùm maximam partem ſint cortices ligna, radices ligneæ, aut fructus quaſi lignoſi, ſimili modo tractata etiam acidum ſubminiſtratura, utut vulgò de ☉e volatili oleoſo ſaltem participare dicantur. Et ſanè reſinoſa eorum ſubſtantia acidi præſentiam non obſcurè innuit. Hanc differentiam olcorum in cinamomo etiam obſervavit Wedelius *Pharmac. pag.* 154. & 159. Adeoque rectè ſentit Pechlinus *de Purgantib. pag.* 102. quod in communi oleo cinamomi ☉ delitescat, non aromate tantùm, ſed & ipſo oleo penetrantior.

Concinnior ergò præ vulgari olei cinamomi deſtillatio fit, inſpergendo fruſtula cinamomi modico vini, & poſtcà ex VB per retort. deſtillando; quoniam in deſtill. vulgari per exceſſivum ignem oleum comburitur.

Oleum hoc, cùm ſit valdoperè carum, ſolet adulterari. Cùm verò præ aliis oleis hoc habeat peculiare, ut (excepto oleo dicto æthereo, caryophyllorum) ſubſideat in fundo, nota hæc poteſt eſſe, pro dignoſcendo oleo genuino cinnamomi. Vid. Hœferus *in Hercule Medico pag.* 397. Mirum eſt, quod refert de hoc oleo *in Tract. de Lacte Lunæ* Major *cap.* 5. §. 7. quod temporis progreſſu ſponte ſe coagulet in cryſtallos ☉inas. Si hoc ol. addatur ſaccharo, abit in elæo-ſaccharum elegans reſtaurativum, quod admiſceri poteſt medicamentis, ſive liquidis ſive ſiccis. Vim ſuam exſerit præprimis in lipothymia, ſyncope, & aliis ſpirituum animalium defectibus. Mulieribus quoque valdè conducit ad omnes uteri affectus, uterum & fœtum roborandum; in partu difficili matrem confortat, & fœtum expellit. Agonizantibus ad aliquot guttas propinatum, ad tempus illos conſervat & roborat. Mynſychthius cum hoc oleo parat ☉ potabile.

Quibus lubet in copia ol. cinnamomi deſtillare, ita procedant:

℞. *Oleum deſtillat. cort. citri*:

Hocque per retort. tamdiu rectificetur, donec odorem amiſerit: Affundatur poſtmodum cinamomo groſſè contuſo, relinquatur per plures ☌ in digeſtione, poſteà deſtillatur, & prodibit ol. virtute & ſapore cinamomi imbutum.

Imò, qui ol. compoſitum medicinale expetunt, ol. deſtill. corticum citri proprio odore & ſapore præditum cinamomo affundere, & ita elegans ol. deſtill. compoſitum pro uſu externo & interno acquirere poſſunt.

Alii ſunt, qui cinamomum priùs cum phlegmate vitrioli digerunt, ut compages ejus nonnihil referetur, , & luna crescente ex VB deſtill. jubent, & ſic majorem & fragrantioris olei copiam promittunt.

Aqua cinamomi inſigniter reſtaurat collapſas vires, & non ſecus ac ol. maximè quoque commendatur ad omnes uteri affectus. Deſtillari ſolet per B. vel meliùs per veſicam: Vid. Wedelius *Pharmac. pag.* 75.

Aqua cinamomi cydoniata eſt elegantiſſimum remedium in vomitu, ructu, nauſea, diarrhœa, dyſenteria, &c. Remanet in fundo ſyrupus cinamomi cydoniatus elegans: Vid. Wedelius *l. a. pag.* 68.

Proſtat etiam aqua cinamomi borraginata, ſeu cum ſucco borraginis deſtillata, quæ valdoperè convenit in affectibus melancholicis, malo hypochondriaco, in lipothymia, ſyncope, &c.

Poteſt etiam præparari eſſentia ſeu ℟ cinamomi ſequenti modo:

℞. *Spiritus vini probè ☐iſatus*:

Affundendo cinamomo, & exinde abſtrahendo ſapore & odore dives prodit: Spiritus hic novo cinamomo reaffundatur, ut magis adhuc imprægnetur, addaturq; olei deſtill. ejusdem tantum, quantum capere poteſt.

Syrupus, qui vulgò proſtat, nihil valet; potiùs ℟ ſeu eſſentia cinamomi cum tanta ſacchari quantitate imbuenda eſt, ut ſyrupi conſiſtentiam acquirat.

Aliàs curioſa quoad arborem cinamomi, & camphoram artificialem ex radice parandam; item de oleo ſingulari ex foliis eliciendo, videbitis in *Actis Societ. Regiæ Volum.* 1. *pag.* 724. item, *Actis Medicis Haſſnienſ. Volum.* 3. *pag.* 37. item *pag.* 167.

CORTEX WINTERIANUS.

Anglis dictus, quoniam allatus ex India occidentali ab eorum Capitaneo, Wintero dicto; ſaporis eſt acris & amaricantis, coloris albicantis vel potiùs flaveſcentis.

In uſu antiſcorbutico & malo hypochondriaco apud Anglos eſt frequentiſſimus, & cum lapillis cancrorum, ſæpè & feliciter propinatur. Adhibetur etiam in affectibus ſtomachi; apepſia & anorexia, ſive crudus ſub forma pulveris, ſive infuſus in ▽ appropriata. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. Vid. Bauhinus *Hiſt. Plant. T.* 1. *P.* 1. *p.* 400. 402.

CITRUS.

Citri fructus eſt exoticus, in culinis & officinis notus.

In uſu ſunt poma, & ex iis ſemen, cortex, atque pulpa.

Poma quod attinet, tota ſunt alexipharmaca, adeò ut non ſine ratione præferantur omnibus theriacis, Mithridatiis & confectionibus

Digitized by Google

nibus magiſtralibus, in uſu antipeſtilentiali & alexipharmaco. Juxta facultatem hanc ſingulariter ſunt antiſcorbutica; teſte enim Ronſeo *in Epiſt.* ſolo ſucco citri & malorum citriorum eſu curati ſcorbutici etiam graviſſimi. Calidum dicitur, reſpectu corporis flavi aromatici, & frigidum reſpectu ſucci pulpæ acidi: hinc tota ejus vis pro utroque ſcopo citra laborioſiores præparationes facilè obtineri poteſt.

Ex ſemine citri ordinariò fiunt emulſiones in febribus, aliisque morbis malignis, variolis, morbillis, & febribus petechialibus, v. g.

Cortices ſunt admodum oleoſi volatiles, & ita egregiè aromatici, adeò ut ſuccus eorum expreſſus & candelæ admotus, oleoſitate hac volatili ardeat. Commodè ex his & compendioſe eſſentiæ citri & ſuave vinum Hippocraticũ parari poteſt, hunc in modum:

℞. *Cortices flavi citri ab albedine liberati*:

Inciſi exprimuntur per linteum in ſaccharum probè pulveriſatum, ita ut ſaltem oleoſitas ejus ſaccharo excipiatur. Quo facto,

℞. *pulpa eorum alba à ſucco liberata, addatur aqua quæcunque,*

& fermentare permittatur; poſtmodum deſtill. aqua ſpirituoſa eliciatur, cui ſaccharum hoc oleoſum addatur ad gratam dulcedinem, atque ſic remedium habebitis ſtomacho convenientiſſimum, quod imprimis iis conducit, qui ægros morbis malignis afflictos neceſſariò viſitare tenentur.

Dicto elæoſaccharo ſi affundatur ſpiritus vini rectificatus, qui imbibit oleum illud expreſſum, & poſtmodum ſeparatim decantetur, eſſentia citri gratiſſima itidem habetur. Si aliquot guttæ hauſtui vini inſtillentur, inſignis gratia vino conciliari poteſt.

Cortices ergò citri ſunt egregiè aromatici, ſtomachici, carminativi, & analeptici.

Cortex albicans eſt lithontripticum, & calculo ſuccurrit: id quod videre eſt ex Hœferi *Hercule Medico p.* 176. qui ex hoc cortice albo cum fructu alkekengi deſtillat aquam elegantem nephriticam.

Oleum deſtillatum citri, in quo vis corticum concentrata eſt, non, ut communiter fit, ex pomis putridis, ſed potiùs ex pomorum recentiũ corticibus parandum. Conf. Zwelfferus *Pharmacop. Regiæ c.* 21. *&* 121. Non magis in morbis malignis, quàm in affectibus ventriculi adhibetur. In colica ex acido auſtero, & ſtranguria ex acido viarum primarum ad vias ☉rias delato, remedium elegantiſſimum & egregium eſt.

Poſt olei ex corticibus deſtillationẽ hi affuſa aqua ad putredinem ſeponantur: putrefacti & deſtill. dant ſpiritum & ſal volatile urinoſum, ſi ritè rectificentur.

Pulpa citri acidum volatilem ſuccum in ſe continet, ac commendatur inter alexipharmaca, eſtque egregium remedium, in pica gravidarum & cruditate nidoroſa.

Succus citri nobile eſt alexipharmacum, de quo Conf. Hoffmanni *Clavis, ubi de Citro p.* 444. & in febribus ardentibus malignis, tam præſervandis quàm curandis, uſitatiſſimus, qualis penetrantior, & ſimul etiam blandus, in regno vegetabili non reperitur. Nulla certè in dictis febribus medicamenta adhiberi debent, in quibus dictus citri ſuccus non additur, ſive aſſumatur cum potu, ſive exprimatur ſuper alimenta: nam quando cum ſudoribus deficiunt ♏, & imbecillitas oritur, aſſumpto ſucco citri aliisque ex hoc paratis remediis, item decoctis pomorum citriorum ad imitationem Mynſichthii, horum aciditas ſanguinem nimis fluxilem moderatè coagulat, & debitam ei conſiſtentiam concedit, ſimulque malignitati reſiſtit, ne poſſit cuniculos agere, & ſe multiplicare, & egregiè confortat. Præterea ſuccus citri diureticus eſt, indeque ad affectos nephriticos commendari ſolet. Tandem in ſcorbuto, ex ♎is inquinamento contracto, præſens eſt remedium. Belgæ certè, quando in Indiam orientalem, aliaque abſita loca, navigationes diuturniores inſtituunt, ubi tantum non ſemper ſcorbutum contrahunt, ut ſe præſervent eo, utpote qui ſub zona torrida eſt endemicus, aſſumunt ſecum poma citria, & lagenas plenas eorum ſucco pro ſcorbuti medela. Acidum ſcilicet volatile citri corrigit acidum rancidum ſcorbuti.

Hunc in finem & habetur conſerva pulpæ citri, quæ in morbis malignis & febribus ardentibus miſcetur cum electuario diaſcordii Fracaſtorii.

Eſſentia hujus corticis aromatica elegans poteſt fieri, ſi corticibus citri minutiſſimè conciſis ſuperfundatur ♏ citri, à corticibus nempe abſtracti[9], digerantur per aliquot ☌☽, colentur, & hinc elæoſaccharo citri imprægnentur, ſuave & efficax remedium, in flatibus ſtomachi & inteſtinorum diſcutiendis multum juvans.

Syrupus citrorum uſurpari poteſt in pica gravidarum, ſi combinetur cum aqua deſtillata vel elixyr citri; quod fit ex ſpiritu citri, affuſo ſuper cortices citri, & cum ſaccharo miſto.

Vel juxta alios affundatur corticibus minutim inciſis ſpiritus vini, ſæpiùs abſtrahatur digerendo, dein cum recentibus aliis eſſentia extrahatur, quæ filtrata, & elæoſaccharo citri antè dicto imprægnata, erit elixyr citri perquam gratum, & potens pro ſtomacho & inteſtinis. In Moellenbroccii *Tractatu de Varis*

Varis habemus elegantiſſimas deſcriptiones & eſſentiæ citri.

Habetur & acetum infuſionis corticum citri, quo utimur in morbis epidemicis acutioribus malignis, dum propter ſudores ægri vires deficiunt, ubi temporibus & pullibus applicari, & naribus objici ſolet.

Flores dum condiuntur, egregiè confortant, & ſolent præſcribi in electuariis.

Ex pulpa fit electuarium de citro non inelegans.

Plura qui cupit, poteſt adire diſpenſatorium Horſtii *p.* 137. ubi prolixè virtutes citri ſimplicis explicat, & egregias aliquot compoſitiones ex citro habet Hoffmannus *in Clave cap.* 1. & Ludovici *Pharmac. pag.* 597.

CITRULLUS.

Citrullus eſt Cucumeris vel cucurbitæ ſpecies: cortex eſt viridis magnus, adſperſus hinc inde maculis flaveſcentibus.

Semen externâ facie quodammodo rubens inter ſemina 4. frigida majora refertur, ſubſtantiam oleoſam temperatam continet, ſaporis eſt amaricantis, adeoque cum amygdalis amaris ferè convenit, hinc & vim blandè diureticam, ſomniferam, &c. obtinet, magisque ſimul abſterſiva exiſtit. Unde emulſiones, in febribus ardentibus & malignis uſuales, crebrò ingreditur, uſurpatur itidem in dolore nephritico & ardore renum, acrimoniamque ſuccorum corporis temperat.

CLINOPODIUM.

Clinopodium eſt vel majus, vel minus, quod etiam vocatur acinos, vel Clinopodium ſylveſtre Lugdunenſe. Clinopodium majus ſpecies eſt origani, & ita dicitur, quod flores ejus non per modum umbellæ, ſed verticillatim ſint formati, unde Germanis vocatur **Würbeldoſt.**

Rari eſt uſus, Melichius tamen in ſua pharmacia decoctum ejus in iſchuria commendat, cùm origanum vulgare hocce quoque in caſu commendetur.

COCCULI ORIENTALES.

Cocculi grana ſunt, quorum origo nondum inclaruit. In phthiriaſi non melius datur remedium: pulveriſantur, & cum butyro non Θito ſubiguntur, & adhibentur, illinendo capiti, in margine primò, deinceps vertici & toti capiti; ſic citò moriuntur. Ad piſces capiendos exponuntur, ut piſces hiſce comeſtis manibus capi queant.

COCHLEARIA.

Cochlearia à foliorum forma ita dicta, planta eſt veteribus incognita, nobis ſatis cognita. Creſcit in Grœnlandia tàm copioſè, quam gramen aliquod commune. A nonnullis vocatur Britannica Plinii, quoniam hæc itidem eſt antiſcorbutica. Verùm Muntingius in Britannica ſua falſam hanc eſſe denominationem oſtendit, eamque potiùs ad thlaſpia & naſturtia refert; idque ex capſulis iſtis ſeminalibus patet. Britannica enim vim adſtringendi obtinet; cochlearia autem noſtrâs, & omnia jam dicta antiſcorbutica, Θe acri volatili prædita ſunt, & vel ſaporem acrem penetrantem & pungentem in planta obtinent, vel ſaltem ſemen penetranti tali ſapore imprægnatum ſuggerunt. Et licet cochlearia Britannica dentium laxitatem ac vacillationem corrigat, hoc tamen vi ſuâ adſtrictivâ & reſolutivâ efficit: vid. *Acta Erudit. Lipſienſ. Anno* 1682. *p.* 16. Quibusdam audit herba ſcorbutica. Floret Aprili & Majo.

Ex uſu ſunt folia recentia, exſiccata enim parum vel nihil habent virtutis. Continet enim hæc planta egregium ſal volatile acre, quod tamen adeò volatile non eſt, quin multum ſubſtantiæ fixioris etiam contineat. An verò ſit acidæ, an alcalinæ, ſeu alius naturæ? jam non diſputabo. Illud verum eſt, poſſe ex hac planta egregium ſal volatile urinoſo-acidum parari. In ſcorbuto curando apud Belgas, & nos pariter, primatum ducit: vid. Wierus *in Obſ. de Scorbuto pag.* 30. *ſequ.* Diuretica eſt, egregia in quibusvis morbis chronicis; ſpleni vulgò dicatis, quales ſunt malum hypochondriacum, ſcorbutus, malum iſchiaticum, arthritis vaga & fixa, affectus ſtomachi, &c. ſed non omnibus ſubjectis conducit; phlogoſi enim vagâ, rubore faciei, palpitationibus cordis, hypercatharſi, cephalalgiis, & aliis ſymptomatis qui ſunt obnoxii, acria hæc non conducunt, ſed potiùs augent. vid. Major *in Chirurg. Infuſor. pag.* 277. niſi cum acetoſa, acetoſella, beccabunga; vel lacte, ſive bubulo ſive caprillo, vel ſero lactis, aut vino propinentur, ut ita temperetur acrimonia ejus ſalſa volatilis: unde iis, qui laborant febre intermittente ſcorbutica, cujus norma eſt typus erraticus, dantur medicamenta antiſcorbutica in ſero lactis, quod ratione ſalis nitroſi volatilis egregiè abſtergit, & omnib' præfertur: quidam embammata parant ex cochlearia, dum recentia ejus folia conſcindunt, contundunt, & addito vino generoſo aut aceto, & parum ſacchari temperant. In quibusdam locis exinde parant vina & cereviſias medicatas. In cachexiis, in ſcorbutum præprimis degenerantibus, & ubi depravata eſt ſanguinis fermentatio, egregiè convenit; quia bilem inertem acuit, mucilaginemque tartaream penetrat.

Externè in ſcorbuto oris, v. g. tumore cruentativo gingivarum & inflammatione, dentium vacillatione, expertiſſima eſt. In his, à ſale

Digitized by Google

à ſale ſcorbutico acido in ſaliva oriundis decoctum cochlariæ, ſeu gargariſma cum ſalvia & cochlearia applicetur.

Quoad præparata, in uſu eſt ~, qui fit triplici modo: Partim per fermentationem, partim per ſpir. vini cohobationem, partim per utrumque modum ſimul. Primus modus per fermentationem, quando contuſis foliis adjiciunt vel fermentum commune, vel feces vini, vel cereviſiæ, reponunt & fermentant tamdiu, donec ſpirent aliquid acidi: Poſtmodum deſtillata dant ſpiritum ardentiſſimum & volatiliſſimum.

Secundus modus per cohobationem fit, quando affunditur vinum generoſum, vel ipſe ſpiritus vini, cum quo deſtillatur per alembicum, novis plantis deſtillatum affundunt, quod adhuc aliquoties iterant, ſemper ſpiritum deſtillatum novis affundendo: Unde quoties hoc faciunt, toties ~ de novo majores acquirit ex plantis vires, & fit potentior: Vid. Mœllenbroccius *de Arthrit. Vaga pag.* 114.

Tertiò, & quidem optimè, utroque modo ſimul ~ cochleariæ deſtillari poteſt. Nempe ſi recipiatur ~ cochleariæ per fermentationem paratus, hic affundatur cochleariæ coacervatim in vaſe clauſo per duos ☌ poſitæ, ita ut incaleſcere, & putredinem aliqualem inchoare queat. Hæc invicem blando igne deſtillentur & cohobentur, & ita ~ odoris, & imprimis ſaporis cochleariæ appropriati, acquiritur. Nam ſi ſimpliciter cochleariæ recenti ſpiritus vini affundatur, abſtrahatur, hinc recenti affundatur, idque, ut jam dixi, aliquoties reiteretur, tandem rectificando ~ cochleariæ elegans acquiritur.

Spiritus hic ritè paratus reverà totam craſin medicamentoſam cochleariæ retinet. Prodeſt in malo hypochondriaco, ſcorbuto, affectibus ſtomachi ex mucilagine viſcida & acida; unde miſcetur cum eſſentia abſinthii: Vel potiùs eſſentia abſinthii fiat cum ſpiritu cochleariæ affuſo, & erit egregium antiſcorbuticum & ſtomachicum: Propinatur etiam cum elixyr ſtomachali Michaelis. Volatilem penetrantiam habent remedia ex cochlearia parata, unde ~ ejus quibusdam cephalalgiam concitat, teſte Majore *de Chirurg. Infuſor. pag.* 270. Unde benè obſervanda eſt *Obſervatio* Bartholini *Actor. Medicor. Haffnienſ. Volum.* I. *pag.* 35. Cochleariam unà cum acetoſa pro cura ſcorbuti aſſumendam oſtendentis. Externè in ſcorbuto oris accipiatur ~ cochleariæ, & in eo humectetur linteum, quod poſtmodum affricetur gingivis & partibus palati oris, à ſcorbuto affectis. Alii recipiunt pulveres dentifricios, coſque in mortario imbuunt, & imprægnant ſpiritu cochleariæ, & ſic pulveres dentifricios ſcorbuto appropriatos reddunt.

Sunt, qui ex cochlearia perfectè putrefacta ſpiritum urinoſum & ⊖ volatile eliciunt; ſed nihil differt ab alio ſimili ſpiritu & ⊖e volatili, quatenus ſubſtantia oleoſa & craſis ſeminalis cochleariæ per iſtam omnimodam putrefactionem penitùs fuit deſtructa.

Autor noſter ⊖is volatilis ex cochlearia parati mentionem facit, quod nihil aliud eſt, quàm ☿. Veruntamen & egregium ⊖ volatile poteſt parari, quod vel per ſe deſtillando fit, vel putrefaciendo, non autem fermentando; poſteà ♎atur in phiola altiſſima leni igne ſubjecto; ſic enim fit, ut phlegma propter lenem ignem non poſſit adſcendere. Hoc modo ⊖ia in forma ſicca elevantur.

Exprimitur etiam è foliis ſuccus quidam, qui cum decocto ſeri lactis propinatus, egregiè prodeſt in affectibus urinariis ſcorbuticis, item oris & gingivarum, ſi cum eo fricentur dentes & gingivæ. Acredo ipſius nimia cum pauca ▽ ſimplici minui poteſt.

Succus hic fermentando depuratus, cum ſpiritu proprio egregiam præbet eſſentiam antiſcorbuticam, de qua fuſiùs vid. Simon Pauli *in Quadripart. Botan. p.* 268.

Porrò nonnulli oleum quoque elicere tentant, id quod admodum difficile, & rara avis. Poteſt tamen elici, ſi juſto tempore flores colligantur: nimirum dum cochlearia incipit ſemineſcere ſubſtantiamque ſuam, vel quintam ſuam eſſentiam quaſi concentrat, tunc planta deſtillanda; ſic ♁ fundit acerrimum & penetrantiſſimum: Sed integer cophinus vix dabit olei rectificati ʒ ß. aut ʒ j.

Hildanus *in Obſervat. pag.* 646. *Tract. de Valetud. ſervanda*, habet ♁ cochleariæ per infuſionem olei communis, quod externè inunctum regioni lienis excellens eſt remedium contra tumores ſcirrhoſos lienis.

Conſerva non benè paratur, quia ⊖ volatile avolat ſub præparatione.

Elæoſaccharum etiam, ſeu, ut alii loqui ſolent, magiſterium cochleariæ, paratur, de quo vid. Mœllenbrocc. *in Cochlear. Cur. pag.* 118. & pro affectibus ſcorbuticis & ſpleneticis maximum eſt remedium.

COFFE.

Granorum horum decoctum in hoc cum decocto Thee convenit, quod alacrem reddat bibentem, ſomnum arceat, vigilias abſque debilitate intendat, adeoque ~ ani-

males peculiariter afficiat. Potus olim Turcis saltem familiaris, nunc etiam Europæis maritimis communis. Conf. Schrœderus *Append. pag.* 29. item Willisius *in Pharmac. Ration. Volum.* I. *pag.* 327.

LIGNUM COLUBRINUM.

Videantur de hoc *Rerum Indicar. Scriptores*, imprimis Piso *in Medic. Brasilien-sium.*

Rari apud nos est usus, quoniam est pretiosum, & nostra etiam ♃ talia, & forsan meliora, suppeditat, quæ loco illius usurpari possint.

CONTRAYERVA.

Contrayerva radix Peruviana exotica & species cyperi, cujus formam refert, esse videtur; adeoque ejus natales non æquè sunt cognitæ, nec natura sufficienter perscrutata: Eam tamen caryophyllatæ cujusdam radicem esse existimat Paulli *in Quadripart. Botanic. pag.* 40.

Decantata est vi alexipharmacâ ʒ j. pro dosi assumpta; unde à modernis solet misceri cum pulveribus & electuariis alexipharmacis contra pestem aliosque morbos malignos & venenosos. Commendatur itidem contra philtra hausta, quæ emendat, Vid. Nordus Antonius Recchius, *Rerum Medicar. novæ Hispan.* 8. *cap.* 58.

De cætero, cui natura & origo ejus incognita suspecta est, is ceu succedaneum commodè zedoariæ radicem ipsi substituere poterit, Autore Ludovici *in Pharmac. pag.* 253. & 255.

CONSOLIDA.

Consolida medica, **gülden Günsel**/ aliàs bugula Dodonæi, flore est cœruleo, purpureo seu carneo; & albo, quæ rara. Dicitur quoque prunella, sed malè: hæc enim est consolida minor.

Usus est egregiè vulnerarius in vulneribus & ulceribus. Poterius *in Pharmacop. Spagyr.* in jusculo vervenino decoquit, & decoctum valdoperè commendat in phthisi, & intrinsecis vulneribus & abscessibus seu exulcerationibus hepatis seu diarrhœa & fluxu hepatico. Laxat etiam crebriori usu blandè alvum contra naturam aliarum consolidarum: Id quod propter aliqualem nitrositatem urinosam, primas vias abstergentem, evenit. Vis ejus vulneraria consistit materialiter in mucilagine viscida temperata, formaliter in alcali temperato, quo imprægnata est, hincque æstum hepatis extinguere dicitur. Sapor ejus est insipidus, vel potiùs moderatus, & propterea dicitur ab Helmontio, quod habeant in se occultum alcali omnia vulneraria, quoniam acidum, inimicum vulneribus absumunt. Itali verno tempore radicem cum foliis mundificant & propinant pro acetario, palato gratissimo, quia videtur præcavere cachexiam, & mediantibus facultatibus fermentativis promovere fermentationem in massa sanguinea; ciet ☉m, uti omnia vulneraria.

Succus in ulceribus malignis egregium est remedium.

CONSOLIDA SARACENICA.

Consolida Saracenica, **das Heydnische Wund-Kraut**/ est species Virgæ aureæ, & ejusdem potentiæ atque virtutis cum communi, amarioris aliquantisper saporis, & magis detersivi, adeoque in vulneribus antiquis & in ulcera abeuntibus convenit, & in aliis vulneribus seu ulceribus malignis dysepulotis & cacoëtheis.

Extrinsecus planta contusa usus est egregii; quoniam acidum corruptivum temperat, purificat & mundificat, ut spontè sequatur consolidatio ulcerum.

Succus expressus unguenta & emplastra vulneraria ingreditur.

CONYZA.

Conyza Græcis dicitur, quia κόνυζες seu culices ejus attactu ac viscedine interficiantur; unde & pulicaria, cunilago, **Beruff-Kraut**/ **Dürrwurtz.**

Veteres de hujus usu nil fide dignum tradiderunt. Aliàs contra fascinationes infantum nunc ejus fasciculum in lecto seponunt, nunc balneis incoquunt ac infantes fascinatos iisdem lavant.

CORALLINA.

Corallina seu muscus marinus, **Meer-Mooß**/ **Corallen-Mooß**/ musci species, planta est marina; saltem ad lumbricos enecandos infantum valens, remedium convenientissimum, atque longè meliùs, quàm semen cinæ.

Dosis ejus est ℈ j. ad ʒ ß. adultis ʒ j. Miscetur cum aliis appropriatis, vel cum aloë, cornu cervi, oleo hyperici, syrupis & similibus.

CORIANDRUM.

Coriandrum videtur ad caucalidis species pertinere, & quando viridis, prodit se odore gravi.

Usitatum tantùm est semen.

Optimum est stomachicum & carminativum, basin constituit tragearum stomachicarum. Operatur vi aromatica, & simile est

tized by Google

eſt in ſua natura anetho, aniſo, fœniculo, cumino & ſimilibus. Conſtat blando ☿e volatili oleoſo aromatico temperato, ratione cujus prodeſt in laxitate ſtomachi, cruditates ſtomachi præcavet, acidam præprimis, & inde natos ructus & inflationes; vel quando poſt partum oriuntur phlogoſes & rubores faciei, tunc temporis ſemen coriandri eſt expertum. Hoc ſaltem obſervandum, coriandri ſemen capiti nocere, hocque quaſi obnubilare ſeu turbare: Propterea &, quia planta fœdè olet, invaluit apud veteres opinio, quod ſemen coriandri ſit malignum.

Vulgò cum aceto macerando corrigunt & præparant, ſed labore prorſus inani, quia correctio hæc videtur ſeminis, caſtratio, nec vis ejus capiti inimica tanti videtur, ut propterea tàm ſpeciali præparatione indigeat. Et meritò irridet hanc correctionem Zwelfferus *in Pharmacop. Regia*, atque immunitatem coriandri defendit. Saltem ergò nudè uſurpetur, cùm quotidie inter ciborum diverſorum condimenta adhibeatur.

Confectio laxativa ex eo etiam eſt in uſu, & fit hunc in modum:

℞. *Sem. coriandri* qu. v.

Hoc binâ vice ſaccharo incruſtetur: & quando primâ vice incruſtatum, poſtmodum pulvis ſcammonii adſpergatur, & denuò abhinc ſaccharo obducatur; ita egregiè laxat.

CORNUS.

Cornus eſt in duplici differentia: Mas & fœmina.

In officinis offert ſeſe fructus, rarò folia.

Fructus eſt auſterus, texturæ ſatis fixæ, parvi vel nullius uſus; habet vim & ſaporem potenter adſtrictorium; unde contra hæmorrhagias, diarrhæas & dyſenterias, aliosque alvi fluores, commodè adhibetur, imprimis in decocto.

Folia ejusdem ſunt naturæ cum fructu, & facultatis adſtrictoriæ inſigniter: unde omnes eos uſus præſtant, quos plantæ adſtringentes; adhibetur vel in decocto vel forma pulveris à 3ß. ad 3j; ſed rarò.

Fructus conditi & rob rari quoque ſunt uſus.

CORYLUS & AVELLANA.

De Corylo multa proſtant apud autores, tàm vera quàm fabuloſa.

Pro uſu medico veniunt lignum, fructus ſeu nucleus, putamen, membrana, & imprimis viſcum.

De ligno rectè dicit Autor, quod ſit rari uſus; ſed pro ſpiritu & oleo exinde parando aſſervetur. Reverà eſt lignum Heraclinum Rulandi.

A vulgo propter vim ſudoriferam & diureticam laudatur. In uſu aliàs eſt metallurgis, qui ex hoc virgulas Mercuriales parare ſolent, decidendo eas præciſè in meridie feſti Johannis, ita ut unusquisque ſurculus uno ictu amputetur. Sic baculum ſympatheticum ex corylo ad fracturas & luxationes videbitis in Borello *Centur. 3. Obſ.* 77.

Nucleus rarò in uſu eſt, cui tribuitur vis venenis reſiſtendi: A Scholzio *in Conſil.* 141. commendatur contra calculum & promovendam ☐m: Conf. Amatus Luſitanus *Centur. 7. Curat.* 78.

Putamen externum eſt adſtrictivum, & ſunt qui contra dyſenteriam volunt commendare. Pulvis horum cum pulvere ſeminis anili miſtus, ad fluorem album confert.

Membranulæ nucleum ambientes ſunt lithontripticæ, adeò ut ſint, qui vel ſolas, vel cum nucibus conjunctas, expertiſſimas dicunt contra calculum vel lithiaſin.

Habetur & viſcum in corylo, utut rariſſimè reperiatur. Certè in epilepſia curanda & huic cognatis affectibus convulſivis, tàm in ſpecie in infantibus ſeu pueris, quàm in adultis, præmiſſis univerſalibus, viſcum hoc corylinum pulveriſatum ſui ſimile remedium vix invenit: Et quamvis etiam viſcum quercinum ſit decantatum in tali caſu, præfertur tamen corylinum, cujus pulvis detur à 3ß. ad 3j. pro ratione ætatis, adultis & junioribus. Præſertim excellit certo tempore collectum: nempe ☽ creſcente inter duos dies B. Mariæ. Nam tale viſcum amuleti inſtar collo appenſum contra epilepſiam & paralyſin valere dicitur; ſicut & contra morbos ab incantatione ortos frequens & laudabile eſt remedium: Vid. Heinricus ab Heer *in Obſervat. 8. p.* 128. ubi ſingulare proſtat unguentum contra veneficia. Et quidem non tantùm viſcum corylinum, ſed etiam tota corylus in hoc caſu eſt uſurpata: Sic celebris quidam Medicus ceu ſingulare ſecretum habet unguentum, quod præparat, dum recipit folia & apices tenues viridis coryli; hæc benè contundit in mortario, confecto ex ligno tiliaceo, & contuſis addit pinguedinem galli atque caponis q. ſ. poſt exponit radiis ☉aribus, ut lentâ digeſtione abierint in unguentum viride, expertum ſecretum contra veneficia. Nobiles virtutes ergò coryli anſam etiam dederunt ſuperſtitioſis fabulis, quod nempe viſcum ſit alimentum ſerpentum & circa corylum ſemper cum viſco reperiatur ſerpens albus, qui viſco veſcatur: vid. Stuckerus

in

Digitized by Google

in Praxi, Goclenius *de Admir. Naturæ.* Huic accedit, quod quidam dicunt; non naſci viſcum in corylo, niſi ſit 100. annorum: Conf. Heinricus ab Heer *l. a.*

Sulphur vegetabile ex coryli julis, quale etiam ex muſco clavato æſtate colligitur, nobile ſimplex eſt, non tantum ad epilepſiam, ſed etiam ad febres, attophiam, hecticam, & alios quam plures infantum affectus. Hæc ipſa enim ex corylo remedia ſingulari vi anodyna videntur prædita, unde etiam ad dentium dolores ſolent adhiberi.

Quoad præparata, lignum deſtillatum ▽m ſpirituoſam acidam & ♁ ſuggerit: ſed neceſſe eſt, ut collectum ſit balſamico tempore. Paracelſus ☽ in cancro exiſtente colligi jubet, & quidem die Veneris; Conf. *Tract.* Paracelſi *de Terebinthina*, & *Notas in Tyrocin. Chymicum Begvini à* Glückradio *additas ad ſpiritum Terebinth. pag.* 133. Loco ligni eligendi ſunt ſurculi juniores, qui ſaltem per annum viguêre, atque deſtillandi per deſcenſum, ubi phlegma & ſpiritus acidulus prodeunt cum ſubſequente oleo, quæ omnia legitimè rectificanda ſunt. Conferantur, quoad cætera, ſecreta Rulandi ab Hagendornio edita *p.* 72.

Spiritus eſt acidus, volatilis, ardens inſtar ☿: Hic ~ in epilepſiis infantum, æquè ac adultorum, mirificus & ſatis frequens eſt. Præter dotes has valdoperè commendatur contra alios affectus capitis, apoplexiam, paralyſin, & ſimiles, ſi detur in ▽a liliorum convallium vel florum tiliæ. Vires obtinet egregiè penetrativas, & hinc etiam conjunctas habet vires anodynas, & quaſi ſoporiferas. In malo hypochondriaco non ſine fructu adhibetur, moderatè laxat alvum, & evacuat per inferiora. Singulariter pellit, enecat & exturbat vermes infantum & adultorum.

Doſis eſt à guttis x. ad xv.

Oleum ſuper corpus terreſtre, eſt rectificandum, ſic amittit odorem fœtidum, & reverà prodit ♁ decantatum Heraclinum Rulandi aurei coloris. Imprimis triplici virtute claret: Eſt anti-epilepticum, ſummè anodynum, & contra vermes; doſi guttular. vij. viij. vel ix. ad x. Virtutem anti-epilepticam ſufficienter demonſtrat Rulandus, Medicus Cæſareus, *in Curat. Empyricis.* Ratione virtutis anodynæ odontalgiis, dentibus cum bombace inditum, easdem felicisſimè ſopire ſolet. Sæpiùs fit, ut in dentibus naſcantur vermiculi, qui adeò exaſperant dolores, ut vix ſiſti queant ſine ſuffitu ex hyoſcyamo; in tali caſu etiam expertum eſt ♁ Heraclinum Rulandi. Tandem & in vermibus inteſtinalibus enecandis & expellendis expertum eſt remedium contra quos etiam commendat Autor noſter, ſi gutta una vel altera cum mica panis propinetur: Vid. Stockerus *in Praxi.* Adultis datur à guttis ij. ad jv. quin & pediculos fugat, quod videmus, ſi tantillum inſecto imponatur, illud interimit, adeò ut videatur præferri ♁ corylinum oleo ſpicæ, contra pediculos aliàs uſitato. In partu quoque difficili guttulæ jx. vel x. in vino generoſo exhiberi, & regioni umbilicali non ſine commodo illini ſolet.

Oleo iſto laudato Heraclino quidam guajaci ſubſtituunt; ſed malè, cum potiùs ♁ deſtillatum buxi ipſi ſubſtituendum foret.

COSTUS.

Coſtus verus eſt aroma, adeoque noſtris regionibus exoticus, & ex Arabia affertur.

Hujus vulgaris diviſio in dulcem & amarum nihil valet, cùm unus idemq; cortex ſit, qui pro majore vel minore maturitate aliqualem in ſapore varietatem repræſentat: Vid. Velſchius *Hecatoſt.* I. *pag.* 18.

Inter aromatica referri meretur, tanquam acris & oleoſus, cùm & iisdem, cum aromatibus, viribus gaudeat. Ad cinamomum in multis accedit, minùs tamen eſt oleoſus, unde cortex hic vocatur à quibusdam cinamomum album, quod reſpondeat illi ſapore. Alii adeò extollunt, ut dicant, in coſto eſſe omnium aromatum vim & virtutes collectas; acris eſt, indeque ſpiritibus minus gratus, utut ſpirituum reſtaurativum ſatis efficax exiſtat.

Specialis ejus uſus eſt, ut inſerviat Medicis, dum ad ægros accedunt; maſticatus enim à morbis malignis contagioſis præſervat. Ejus tamen in locum, cùm adulteretur, zedoaria vel zingiber ſubſtitui poſſunt, ne nimis ſimus expoſiti adulterationibus & deceptionibus. Præterea eſt ſtomachicum, in cruditate acida, anorexia, apepſia, ructibus & torminibus inteſtinorum à flatibus conducens. Unde etiam in colica virorum, & affectibus uterinis uſitatè & expertè præſcribitur, ſi vel theriacæ vel caſtoreo, vel aliis appropriatis admiſceatur. Deinde eſt ſingulariter uterinus in affectibus menſium, & circa partum, in affectibus nervorum, apoplexia & paralyſi, in affectibus capitis & cerebri vaſorum.

Eſſentia meritò analepticis accenſetur.

Sunt qui præparant electuarium ex coſto, quod in affectibus ſtomachi & arthritide commendant.

Non ineptè admiſcetur purgantibus pulvis coſti, pro purgantium virulentiæ aliquali correctione.

Oleum

Oleum coſti deſtillatum interdum habetur in affectibus nervorum atque artuum, præcipuè verò in paralyſi & affectibus ſtomachi remedium optimum: Oleum tamen deſtillatum caryophyllorum ſubſtitui poteſt: quia paucum dat coſtus ℥, atque rarum eſt.

Proſtat ℥ coſti compoſitum Meſuæ, quod, rigores febriles, ſi inungatur ſpinæ dorſi, frangit. Etiam rigores quartanarum certo experimento compeſcit, præprimis ſi methodô Helmontianâ appoſitâ applicetur later calidus, ne exſpiret vis balſami, ſed ad interiora penetret.

De pilulis maro-coſtinis vid. Mindererus.

CROCUS.

Crocus eſt medietas floris ex ipſo croco collecta, flos aromaticus, ſapore acri, odore penetranti. Optimus eſt orientalis, hinc Anglicus, tandem Auſtriacus.

Hujus flores in uſu ſunt, & præprimis ſtamina coccinea.

Flos eſt polychreſtus, multum habet in receſſu: Sed debitis cautelis uſurpetur. Vis & textura ejus materialis conſiſtit primariò in oleo volatili, ☉e acri comitato, & admodum ſpirituoſo fortiter penetrante, cujus intuitu ſimul vim obtinet inebriantem, & tandem narcoticam; quæ tamen narcoſis non confundenda eſt cum cæteris ſtupefactivis. In ☉e verò acriori penetrantia quædam uteri irritativa, & ſimul aromatica reſidet. Utraque arctiùs in concreto combinata ſunt, unde difficulter atque etiam adeò parum ℥ ex croco elici poteſt, quin facilè empyreuma contrahat crocus & comburatur.

Effectus croci conveniunt in quibusdam cum opio, in ſpecie tamen magis cordialis ſeu analepticus exiſtit, de qua vi vid. Velthuſius *Tract. de uſu Lien. p.* 148. dum non nihil figendo, aut quaſi condenſando, facilem ſpirituum diſſipabilitatem coërcet, indeque vires quaſi firmiores reddit: Propter quam vim non immeritò à Polemanno *in Tractatu de ſulphure Philoſoph. pag.* 86. aliisque vocatur rex vegetabilium, quòd ceu rex inter vegetabilia emineat. Corroborat quidem crocus & exhilarat ☿ noſtros, ſed nimio uſu caput gravat, & propter vires cordiales, ſeu ſpiritus exhilarativos, vocari ſolet aurum vegetabile. In ſyncope & apoplexia eſt egregium remedium. Virtute item ſtimulandi quascunque uterinas excretiones maximè pollet, potentiſſimè menſes & lochia promovet, fœtumque vivum, æquè ac mortuum & ſimilia educit. Sunt mulieres, qui eô uſi ſunt ad promovenda menſtrua, tanto cum ſucceſſu, ut & tandem ingens uteri hæmorrhagia ſucceſſerit; vid Riverius *in Inſtitut. Medicis lib.* 4. *cap.* 22. Conf. Paulli *in Quadripart. Botan. pag.* 57. Unde & obſervatum fuit, quod crocus vim habeat fœtum in utero tingendi: conf. M. A. N. C. *Anno* 1. *Obſervat.* 60. *p.* 157. Hæc vis menſes ſtimulandi valdè illuſtratur *Obſervatione* Borelli; equos nimirum, qui vehunt ſacculos croco repletos, mictum ſanguinis incurrere: Vid. *Centur.* 2. *Obſerv.* 98. & *Centur.* 4. *Obſervat.* 35. Singulariter etiam eſt pulmoniacis, phthiſicis, tuſſientibus, pulmones plus minùs læſos habentibus conveniens; hinc quibusdam vocatur anima pulmonum; adeò ut ſcribat Dodonæus; quod crocus ſubinde phthiſicos in ſummo vitæ diſcrimine conſtitutos in vitam revocare queat, ſi adhibeatur à ℈ß. ad ℈j. in potu vini dulcis vel generoſioris. In ſpecie aſthmaticis ac dyſpnœis dicto modo commodè propinatur, imprimis ſi aſthmata convulſiva fuerint, quod confirmat Riverius *in Inſtitutionibus*, & Mynſychthius *in Armament. Chymico.* In ictero egregium eſt. Ad dyſenteriam multum laudatur. Sic & ſpecificum eſt ſingulare in affectibus melancholicis, pro reſtaurando vigore ſpirituum animalium; vid. Freitagius.

Sed præter hos egregios effectus crocus ſuâ interim malignitate quoque non caret, ſi ſcilicet in majori doſi uſurpetur; vi enim narcoticâ & ſtupefactivâ admodum ebrioſos reddere ſolet homines, ſi ejus paululum vino addatur; unde vinum cui tantillum croci admiſtum in lagena, citiùs inebriat, quàm aliud ſatis generoſum; quare ingreditur laudanum opiatum. Delirium in ſpecie ridiculum infert; imò ſi doſis ejus nimis exceſſiva ſit, ultra nimirum 3 ij. vel 3 iij. hominem prorſus interimere valet: Vid. Schenckius *lib.* 7. *Obſervationum*, Borellus *Cent.* 4. *Obſerv.* 35. item Dœringius *in Opiologia pag.* 109. Adeò ut ii, qui nimium utuntur croco, dum fiunt ebrii incipiunt ridere, & tamdiu rident, donec moriantur.

Externè pariter ſomnum inducit; ubi tamen non minori cautione opus eſt: Nam ſomnum facit narcoticum & gravem. Sic ſi iis, qui agrypniis laborant, ſacculus croco repletus ſupponatur, ut capite illi incumbant, extemplo levantur; in infantibus verò aut ægris nimis debilibus hoc non ſuccedit: Dœringius *l. a.* Habet hiſtoriam de quodam ſuper duobus ſaculis croco repletis noctu dormiente, qui mortuus manè repertus eſt. Potiùs ergò imitandus Rulandus, qui croci tantillum miſcet cum aliis aquis appropriatis in cephalalgia & phrenitide. Et ex hac vi anodyno narcoticâ videtur oriri, quod ſacculus croci ventriculo impo-

impositus sistat vomitum & morbum navigantium, quod casu expertum fuit. Vid. Franciscum Baconem de Verulamio *in Histor. vitæ & mortis pag.* 211. Dœringius refert, quod equi vehentes crocum torpore obruantur. Cæterum ipse quoque crocus nodulo inclusus, & cum camphora de collo è regione ventriculi suspensus, remedium est melancholicis & tristibus exhilarandis apprime conveniens: Hinc & ♈ crocatus, extremitatibus manuum pedumque frigore ad imminentem gangrænam usque læsis, cum linteo applicatus admodum conducit, & partes morientes denuò revivificat. Medicamentis etiam externis ophthalmicis admisceri solet crocus, & facilè principatum in illis obtinet: Vid. Lælius à Fonte *Consil.* 27. Sunt præterea, qui sacculos, in quo crocus asservatus fuit, supponunt culcitræ, vel applicant capiti contra vigilias & dolores: Quod tamen reverà periculosum, & vix imitandum: Potiùs imitandus Rulandus, qui croci tantillum miscet cum aliis aquis appropriatis in doloribus capitis & phrenitide.

Ulteriùs crocus insignem vim emolliendi, concoquendi & maturandi tumores & abscessus, item dolores sistendi obtinet, experientiâ teste; unde frequenter cataplasmatis & emplastris pro hoc scopo immiscetur.

Usurpatur crocus in ipsa substantia, quatenus parum fæculentiæ non medicamentosæ obtinet. Aliàs inter præparata in officinis prostat spiritus, essentia, ℞, &c.

Tinctura & essentia omnium optima est, quæ præferenda etiam extracto; quoniam in hoc sub inspissatione (1.) maxima ejus vis volatilis cum menstruo exspirat. (2.) Nec benè potest destillari aliquid ex croco, quoniam particulæ fixiores remanent in capite mortuo, utiles adhuc in medicina. ♈ principio ♃eo infectus, pro menstruo minus congruus videtur: Alii serum lactis vel aquam seri lactis destillatam sumunt, & non inconvenienter in affectibus melancholicis usurpant; alii ▽m vitis destillatam; alii denique, ut Lindanus, aquam betulinam. Optimum menstruum videtur ▽ vitis destillata, qua per simplicem infusionem crocus extrahatur.

Tinctura hæc in dysenteria internè est elegans, & à Zwelffero *Pharmacop. Reg. pag.* 331. *seq.* & in Hoffmanni *Clave Pharmaceut. Schræderi pag.* 460. commendatur. Est insuper pectoralis, uterina, stomachalis, anodyna, pellit fœtum, convenit in affectibus soporosis, melancholicis, pulmoniacis.

Oleum stillatitium dat pauciſſimum, & reverà labor videtur omninò inutilis. Præ cæteris tamen, quoad hoc negotium de ☉e volatili & oleo ex croco destillato, vid. Heertodius *in Crocolog. pag.* 38. 39. & 47.

De hoc oleo dicit Autor, quod prosternat appetitum; quod verissimum est.

Prostat electuarium de ovo, cujus basis est ipse crocus, quod conducit in morbis ardentibus malignis & peste, excitando sudorem.

CUBEBÆ.

Cubebæ sunt fructus aromaticus Indicus. Quid sint, de hoc non conveniunt Autores. Optimum est Freitagii judicium *in Aurora Medicor. pag.* 498. de nostratibus seu usitatis, quod non conveniant cum cubebis Arabum; sed potiùs, quod sint fructus plantæ cujusdam, simili smilacis fructibus, hederæ in morem arboribus se circumvolventis, & racematim grana longis petiolis cohærentia ferentis.

Grana hæc in usu sunt. Aroma sunt acre, sapore penetranti volatili & acri præditæ; adeoque ☉e volatili acri, & oleo minus temperato constant, minusque propterea temperatæ sunt.

Conducunt affectibus capitis, præprimis vertigini, sive sint per essentiam, sive per consensum stomachi, ubi grana cruda, jejunè manducata & deglutita, valdè conducunt. Ad confortandam quoque memoriam satis sunt egregiæ, & ingenium summè acuunt; quia subtilisant admodum & volatilisant ☁ animales, & impetum ac vigorem eorum naturalem intendunt. Propterea habet Sennertus *in lib.* I. *Praxeos P.* 2. *cap.* 5. *p.* 307. pilulas, quas ex Montagnano *Consil.* 71. desumpsit, & vocant bonum secretum contra memoriam amissam, quoniam virum anteà doctum imbecillitate memoriæ laborantem illis restituit. De his deglutiri debent sub introitu in lectum dosis una, & dupla manè jejuno stomacho. Basis sunt cubebæ. Cavendum tamen, ne cùm nimis frequens eorum usus sit, ☁ animales disturbentur, & pro acumine stupiditatem inducant. Somnolentiam arcent, sed vires sustentant, atque in omnibus soporosis affectibus conducunt. Venerem ratione ☉is volatilis paulò acrioris insimul egregiè stimulant, quod ferè omnia reliqua aromata præstare solent, quæ memoriæ dicata sunt; sicut pro excitanda Venere cubebæ apud Indos frequenter usitatæ sunt. Post caput sunt singulare stomachicum, dum ventriculum frigidâ & acidâ pituitâ onustum egregiè evacuant, abstergunt, & ☉e penetrativo egregiè confortant.

Digitized by Google

fortant. Tandem & frigidis ſic dictis uteri affectibus, imprimis in ſterilitate, fluore albo, &c. conveniunt.

Inter præparata confectio & ℞ rari ſunt uſus.

Species dia-cubebæ ſæpiùs præſcribi ſolent.

CUCUMIS.

Ex cucumere ſemen tantùm in uſu eſt; rarò fructus.

Semen inter ſemina 4. frigida majora refertur, adeoque ſolet ingredi emulſiones refrigerantes, quas vocant, in febribus ardentibus; &, quæ de citrullo dicta ſunt, applicari poſſunt ad hoc ſemen.

In phrenitide caro cucumeris applicata capiti, eſt ſingulare experimentum Borelli *Cent.* 4. *Obſervat.* 94. Vocat quidem cucurbitas; ſed potiùs puto, illum intelligere cucumeres, quoniam promiſcuè ſæpè utuntur Autores his vocibus. Simile habet Bartholetus *in Tractatu de Reſpiratione*, qui in fervida maximè phrenitide commendat carnem cucurbitæ tuſam, niveque refrigeratam abraſis capillis capiti impoſitam.

Proſtat ▽ deſtillata cucumeris in quibusdam locis, quæ valdoperè commendantur contra febres ardentes, quod ſoleat refrigerare & compeſcere effervescentias ardentes.

CUCURBITA.

Cucurbitæ planta & fructus omnibus eſt notiſſimus, cujus variæ ſunt ſpecies, unius autem ejusdemque virtutis & facultatis.

Uſitatum eſt ſemen & caro; rarò aut nunquam folia.

Semen refertur inter 4. frigida majora, ex quibus fiunt emulſiones in febribus ardentibus. Aliàs in viribus & facultatibus convenit cum citrullo & cucumere, uti & ▽ deſtillata cum aqua cucumeris.

CUMINUM.

Cuminum eſt quaſi aroma quoddam noſtras, cujus ſemen elegans eſt pro uſu medico, & pertinet ad quatuor calida majora.

Vis ejus, uti ſeminis aniſi, fœniculi, anethi, carvi, &c. conſiſtit in oleo ☉ino temperato aromatico, adeoque vi aromaticâ ~ animales recreando, conducit ſtomacho, & in affectibus inteſtinorum cum inflatione ſtomachi & tympanitide, ex cruditate acida in primis viis egregium eſt. Non adeò eſt diureticum, uti fœniculum: Hoc tamen excepto, quod illud lac promoveat, hoc verò iſtud intercipiat. In affectibus colicis & convulſivis inteſtinorum à 3 ß. ad 3 j. uſurpatur; ſicut & in herniis ejus uſus eſt egregius. Porrò menſes ſtimulat, & in ſpecie doloroſos & moleſtos promovet, & tormina abdominis convulſiva juncta, item tormina parturientium notha, egregiè compeſcit, in cereviſia calida ebullitum & propinatum.

Externè ad lactis fluxum nimium arcendum applicatur cum linteis; in affectibus colicis & flatulentis in ſacculis applicatur abdomini, vel incoquitur clyſteribus.

Oleum ejus deſtillatum quoque notum eſt, quod odorem ſuum ☐æ fortiter affricare ſolet. Commendatur contra tormina & inflationes infantum, & ſuffocationem eorundem hypochondriacam moderatè ☐m promovet, ſanat tamen ſtranguriam ratione ☉is volatilis oleoſi; nunc externè umbilico, & in ſuffocatione hypochondriaca circa coſtas nothas illitum, atque clyſteribus permixtum. Sunt qui dicunt, quod album mulierum fluxum, uti etiam menſium abundantiam, cohibeat.

CUPRESSUS ARBOR.

Cupreſſus arbor in Italia vulgaris eſt, apud nos rara.

In uſu ſunt lignum, fructus & folia.

Tota cupreſſus refertur inter antiſplenetica.

Fructus inter adſtringentes ſunt celeberrimi uſus; ſi enim infundantur in vino, proſunt in ſanguinis rejectione & aliis fluxibus.

Externè conveniunt, ubi porulorum occluſione, & fibrarum laxatarum conſtrictione opus.

Ex ligno deſtillatur ſpiritus acidus volatilis ardens, qui in affectibus ſplenecticis commendatur.

CUPRESSUS HERBA.

Cupreſſus herba alio nomine vocatur abrotanum fœmina: In omnibus convenit cum abrotano mare, niſi quod fœmina magis temperata ſit, & minus acris: In iisdem tamen affectibus ambo adhibentur promiſcuè.

Inter plantas aperientes & deoppilativas refertur; adeoque in affectibus ſplenis & tumoribus viſcerum ſpeciatim commendantur. Folia ſicca pulveriſata ad 3 ß. in ▽ matricariæ, dicuntur ſiſtere fluxum album mulierum.

CURCUMA.

Curcuma eſt radix exotica, alia Græcorum, alia Arabum. Græcorum eſt planta ex Indiis orientalibus, & generibus Cyperorum; unde Dioſcoridi aliisque veteribus voca-

vocatur Cyperus Indicus. Serapionis verò curcuma, & aliorum Arabum, eſt radix chelidonii majoris; intenſè flaveſcens, ſaporis amaricantis, de quo vid. Bauhinus *Hiſtor. Plantar. Tom.* I. *pag.* 746. Græcorum verò radix curcumæ, ſeu, crocus Indicus, radix eſt amara aromatica, quæ frequentiſſimo eſt in uſu in locis orientalibus, tàm pro pigmento externo, quàm pro uſu interno morborum chronicorum, menſium ſuppreſſorum, de quo conf. in ſpecie Bontius *in Comm. pag.* 9. item Eraſmus Franciſci **in dem Oſt-Indiſchen Luſt-Garten** / *pag.* 483.

Apud nos radix hæc equidem rarioris, non tamen contemnendi uſus eſt in hydrope & ictero flavo, quem ſpecificè curat, præſertim cum ſalibus uſurpata; unde vocatur **die gelbe Sucht-Wurtzel.**

Uſum etiam ejus in exturbandis calculis felleæ veſicæ, & curandis inde natis doloribus hypochondrii dextri, curioſam hiſtoriam recenſet Hoffmannus *in Clave Pharmaceut. in Schrœder. pag.* 463. Convenit etiam omnibus affectibus cachecticis, & ſplenis atque meſenterii, aliisque chronicis, ubi bilis peccat. Ingens eſt aperitivum in quibuscunque morbis, mucoſa in ventriculo imminuit, incidit & attenuat, atque adeò multorum morborum fomitem expurgat.

Inter præparata ſunt ſpecies dia-curcumæ, de quibus rectum eſt Autoris noſtri judicium, quod, quoniam nihil de curcuma illas ingreditur, potiùs dicendæ ſint ſpecies diacroci, qui eſt baſis.

Eſſentiam ex hac radice curcumæ cum nitro fixo parare docet Ludovici.

CUSCUTA.

Cuſcuta ſeu caſſuta; Epithymum, **Flachs-Seide** & **Milh-Kraut**; item à modo creſcendi **Filtz-Kraut**/ planta eſt ſui generis ubivis obvia, ex proprio ſemine ſcandens, & foliis propriis conſtans, aliisque paſſim plantis adhærens, easque exſugens, non ſecus atque hedera arboribus adnaſci ſolet, unde in iisdem radices ſuas figens propriam amittit radicem, ſuccoque plantarum harum alieno nutritur, unde hæ ab hac ſuppreſſæ marceſcunt. Sic hæc cuſcuta tàm fortiter adhæreſcit caucali ſylveſtri, item lupulo, ut vix ab iisdem ſeparari poſſit; hinc etiam pro varietate plantarum, quibus adhæret, varia quoque ſortitur nomina: Sic quando v. g. adhæreſcit thymo, vocatur epithymum; ſi ſatureiæ ſeu thymbro, epithymbrum; ſi hyſſopo, epihyſſopus; ſi lino denique, linopodes vocari ſolet, & ſic porrò. Obſervetur adhuc, quando adhæreſcit plantis non adeò magnis, vocetur caſſuta minor; & major, quando ſuper magnas.

Quidam dicunt, eſſe plantam: Negant nonnulli cum Simone Paulli, eamque nihil aliud quàm cirrum p. n. herbis adnaſcentem, quo implicitæ ſuffocantur, eſſe volunt.

Rectè Hoffmannus dicere ſolitus eſt; quod omnes ejusmodi plantæ ſint naturæ nitroſæ, atque eô ipſo pro laxantibus diureticis habeantur; unde inter officinales ſuum quoque obtinent locum. Obſervarunt enim, hanc vi aliquali laxativâ ac abſterſivâ pollere, ideò & à quibusdam inter melanagoga mitiora, in affectibus melancholicis proficua, refertur; ſi nimirum in infuſo ſennæ, vel polypodio ſociatum propinetur; ſi enim per ſe coquatur, vis ejus per coctionem perit. Uſitatum aliàs epithymum præſcribere in nodulis ſanguinem purificantibus, ubi ſubeſt ſcorbutus vel malum hypochondriacum. Cum abſinthio, quacunque in forma quibuscunque in viſcerum affectibus convenit; quartanis etiam aliisque febrium noxis dicata dicitur.

Præterea etiam obſervatum, cuſcutam pro varietate plantarum, quibus adnaſcitur, vi earum appropriatâ magis aut minus turgere, unde ratione ſucci nutritii diverſi, diverſas acquirere virtutes: Vid. Freitagius *in Aurora Medicor. pag.* 260. qui ita diſcurrit: Cuſcuta, quæ creſcit ſuper linum, humidior reliquis ſuæ familiæ ſpeciebus eſt; ſicuti econtrà, quæ geniſtæ adhæret, urinam & alvum promptius movet, lienisque affectibus convenit; permiſta thymo ☿am & alvum ciet; ea quæ ſuper lupulo & erica etiam ſpleni ſingulariter dicata eſt.

Porrò ex ſignatura quoque, ob variam ſuam circumvolutionem, quâ vaſorum meſaraicorum divaricationem repræſentat, hiſce quoque infarctis, & hepati ac ſpleni malè ſe habenti, aliisque morbis chronicis, ſuccurrere aliqualiter dicitur.

Quoad præparata, ſyrupus de epithymo proſtat pro morbis chronicis tollendis.

CYANOS.

Cyanos vulgaris pertinet reverà ad jacearum ſpecies. Dicitur ita à cyaneo colore floris. Dicitur etiam raptiſecula, item herba frumenti, **die Korn-Blume.** Datur etiam cyanus montanus latifolius, & anguſtifolius.

Veteres de hac planta, nil ſcivere. Ubique creſcit.

In uſu officinali eſt flos cœruleus, tàm internè

Digitized by Google

internè quàm externè, & cum calcatrippa, quoad flores & effectus, convenit.

Internè vim habet ophthalmicam & diureticam; hinc ſolus flos, vel junctus cum flore calcatrippæ ſeu conſolidæ regalis cœruleo, vino infuſus vel in ▽ decoctus, ☉m, menſes & lochia ſuppreſſa, ſuaviter promovet; unde Agricola *in Chirurg. Parva* decoctum florum cyani & calcatrippæ commendat in affectibus ☉nis. Quod ſi his addantur flores calendulæ, erit decoctum appropriatum luterinum.

Externè in affectibus oculorum, eorumque rubedine, lippitudine, nebulis &c. commendatur. Singulare habet Schmuckius *in cura Magico-Med. pag.* 54. dum inquit: radix cyani collecta die corporis Chriſti, **Fron-Leichnam**/ qui & dies 10. Junii, detenta in manu, ut incaleſcat, omnem hæmorrhagiam ſiſtit: quod ſi alio tempore colligatur, tale quid non præſtare perhibetur.

Tinctura paratur cum ſpiritu vitrioli conſueto modo, quæ cum tinctura florum calcatrippæ propinatur in iisdem affectibus, difficili partu, ſuppreſſione & menſium & ☉æ, unde interno uſu à quibusdam commendatur in hydrope, quod debeat educere ▽m ſub forma ☉æ.

Aquæ florum cyani, loco vehiculi inſervire poteſt, quando in ſuppreſſione ☉æ & calculo debet fieri emulſio ex ſem. violarum. Externè in affectibus ophthalmicis, ex variolis in ſpecie ortis, utramque paginam facere dicuntur. Aqua etiam florum cyani miſta cum aqua cherefolii eſt egregium experimentum in ſuffuſione oculorum, calidè cum linteis applicata: quod ſi admiſceatur tantillum vel croci vel camphoræ, erit efficacior ejus effectus.

In ophthalmiis, rubedine, lippitudine, nebulis & maculis ex floribus cyani per deliquium paratur liquor, quem modum parandi docet Sennertus *l.* 1. *Praxeos P.* 3. *Sect.* 2. *cap.* 12. *p.* 786. & Timeus **von Gülden-Klee**/ *in Epiſt. ſuis p.* 64.

CYCLAMEN.

Cyclamen majus folio rotundo, inferiùs purpuraſcente ſeu rubeſcente, **Erdapffel**/ panis porcinus, **Säu-oder Schweins-Brod**/ à forma radicis ingentis, formamque panis repræſentantis; qui tamen ob virulentiam ſuam magis porcis quàm hominibus infervit: Græcis artanita.

Planta eſt ſuavis odoris, ac propter floris gratiam tantùm in hortis colitur. Crebrius creſcit etiam in locis montanis umbroſis; hinc ipſe in montibus Tyrolenſibus copioſius creſcere obſervavi.

Officinas radix ejus ingreditur.

Hæc inter purgantia fortiora refertur, utut etiam vi, alterativâ, imprimis ſpleni ſuccurrente, polleat; hinc cum aſaro (quod itidem in ſplenis vitiis commendatur) convenit, etiam quoad exteriorem figuram, ejus 3 j. internè propinata ſolet commendari in talibus uſibus, egregiè aperit obſtructos & infarctus lienis, & tollit ſcirrhos: menſes ciet & expellit fœtum mortuum, ac in promovendo partu convenit. Quia verò acris & virulenta eſt, propterea rarò interior ejus eſt uſus.

Exterior eſt crebrior, in menſium obſtructione, ſi ſuffitus radicis cyclaminis genitalibus excipiatur, quo, omnibus afferentibus, certò menſes provocantur. Sunt, qui dicunt, quod radix, ſi appendatur inſtar amuleti collo, ita ut lienem, vel tumentem vel obſtructum, attingat, egregiè ſoleat mederi affectibus ſplenecticis.

Radix hæc ſuccum acrem ſuggerit, omnia membra conturbantem: ergò rariſſimus eſt uſus ejus internus. Externè ſi inungatur recens abdomini aut ventriculo, expurgat per alvum ▽as hydropicas collectas, & fœtum abigit. Unde, quicunque ſucco hoc attigerit anum, mirâ celeritate alvi ſolutionem ſentiet; linteo etiam exceptus, & ano blandè applicatus, in affectibus hæmorrhoidalibus cœcis ſuppreſſis conducit: vid. Heinricus ab Heer *in Obſervat. oppidoraris obſervat.* 6. denique convenit in menſium obſtructione, ſi applicetur cum appropriatis ſub forma peſſi in ſinum mulierem. Alii recipiunt ſuccum eumque cum gummi Ammoniaco coquunt in emplaſtrum egregium ſpleneticum. Unde etiam videmus, quod in emplaſtris omnibus ad ſcirrhos & tumores duros emolliendos & reſolvendos, item ad ſcrophulas, ſtrumas, & tumores partium externarum, recipiatur uſitatiſſimè radix cyclaminis & ejus ſuccus, item bryonia cum ſucco, nec non cucumeres aſinini cum ſucco & gummi appropriatis, ammoniaco, galbano, & cum ſeminibus, & coquantur in emplaſtrum, quod duriſſimos emollit tumores & reſolvit. Inſtar omnium exemplum habetur in Sennerto, *l.* 2. *Praxeos, p.* 133.

Ingreditur unguentum de artanita dictum majus & minus, cujus baſin conſtituit, quod ſpleneticis & hydropicis uſitatum: Inſternitur nimirum hoc abdomini toti, & ſic potenter ▽ hydropicorum purgat; vel in forma minoris unguenti parti abdominis inſternitur ad obſtructiones alvi

reſerandas. Quidam etiam ex radice unguentum antipleuriticum parant.

Alii è radice ℥ acuſticum parant, quod deſcriptum eſt in Petræi *Noſolog. Galeno-Hermetica*: & B. D. Michaelis feliciſſimè uſurpavit.

Rarum eſt, quod Hoffmannus *in Theſauro Pharmaceutico pag.* 86. ℥ ex infuſione florum cyclaminis, câque ſæpiùs repetitâ, parari poſſe dicit pro externo litu contra pleuritidem.

CYNOGLOSSUM.

Cynogloſſum, Hunds-Zung/ planta eſt hirſuta, & ubivis obvia: & hujus utut varia ſint genera, uſitata tamen eſt major vulgaris. Pertinet ad echia, & apud veteres, ſpeciatim radix, innotuit vi narcotica & ſtupefactiva, atque harum vitium ratione illa omnia præſtat, quæ narcotica, v. g. papaver & opium, dum catarrhos ſiſtit. Præterea obſervata fuit in hac planta vis adſtringens, hincque dyſenteriam curativa: hæmorrhagias quascunque impedit & ſufflaminat.

Proſtant in officinis pilulæ de cynogloſſa narcoticæ, cum opio & aliis, quas veteres in tuſſi ſicca nocturna ferina, raucedine, & aliis affectibus pectoralibus ac faucium catarrhalibus à lympha acri, incipiente phthiſi, & doloribus dentium, uſurparunt. Verùm, cùm ſint crudæ, & paratæ ex narcoticis admodum violentis, non amplius ſunt in uſu, ſed in locum eorundem ſubſtituitur laudanum opiatum.

Præparata qui vult alia, videat Williſium *Pharmac. Ration. part.* I. *pag.* 322.

CYNOSBATOS.

Cynosbatos dicitur etiam cynorrhodos, quamvis Matthiolus hæc duo inter ſe differre ſtatuat: item roſa canina, arvenſis, rubus caninus, Hage- vel Hanbutten/ die wilden Roſen. Et quidem cynosbatos communiter innuit ſaltem fructum; cynorrhodus autem ſeu roſa canina totam plantam.

In uſu flos eſt, item ſpongia ſeu excrementum muſcoſum, Schlaff-Kunſt / & fructus.

Florum odor longè ſuavior, volatilior & penetrantior eſt roſis hortenſibus, quæ nimio quaſi phlegmate ſunt oppletæ, atque magis aromaticus; unde etiam magis commendantur pro deſtillanda ▽ roſarum. In concreto ſuo ſubſtantiam alcalinam & terream continent; unde uſus eorum idem eſt cum floribus roſarum rubrarum, quod nempe adſtringant eleganter, & ſic commodè adhibentur ſub decocto vel conſerva, ubi opus eſt adſtrictione, in alvo & hæmorrhoidibus apertis, aliisque floribus, ex acido imprimis enatis, ſpeciatim uterinis. Texturam hanc materialem confirmat, quod harum & aliarum roſarum ſiccatarum infuſum vel decoctum ſolutionem vitrioli in atramentum præcipitet.

Fructus vi diureticâ in uſu ſunt, præſertim arilli; unde inſigniter commendantur ad calculi affectus præſervandos & pellendos, ſimulque corrigendas aciditates primarum viarum, nec non hypochondriacis æſtuantibus, cum paſſulis cocti ſunt egregii.

Spongia & concrementum ligneo muſcoſum, in quo vermiculi albicantes reperiuntur, ſingularem vim habent diureticam & lithontripticam, & in conciliando ſomno non minimam efficaciam: conf. M. A. N. C. *Anno* 2. *Obſerv.* 189. Illos autem vermiculos in ſ. q. aceti contundunt, quo illinenda ſunt tempora pro conciliando ſuavi ſomno. Proſunt quoque vermiculi hi viventes in epilepſia infantum: hinc clariſſimus Dn. D. Major, Profeſſor Kilonienſis horum vermiculorum No. 4. vel 5. infantibus epilepticis fauſto cum ſucceſſu propinaſſe, alicubi aſſerit. An autem vi anodynâ hoc præſtent? in medio relinquo.

Modum, quo in muſcas transformentur hi vermiculi, videbitis in M. A. N. C. *An.* 3. *Obſerv.* 217. *p.* 398.

Inter præparata eminet ~ antinephriticus, cujus uberiorem compoſitionem videbitis in Hartmanni *Praxi Chymiatr. c.* 191. §. 5. Vim harum antinephriticam Simon Pauli deducit à vi adſtringente, quæ tamen potius à vermiculis deducenda.

Modum liquorem ex vermiculis eorum parandi tradit Bartholetus *in Tractatu de Reſpirat.* & ex eo Sennertus *Prax. lib.* I. *de Vigil.*

Fructus conditi ſunt alimentum medicamentoſum contra calculum, quem expellunt, & quo minus generetur, præcavent. Aliàs etiam referuntur inter remedia epatica, ad corrigendam dyſcraſiam ſanguinis, & imminentem cachexiam.

In ſoda ex fructu, remotis lapillis, ſtaminibus verò manentibus, c. ſ. q. ſacchari paratur conſerva, quæ fuit ſecretum Principis Magdeburgenſis.

Oleum ex arillis expreſſum egregium diureticum eſt.

Aquam cum vino malvatico elegantem diureticam videbitis *in Florileg.* Grulingii *pag.* 484.

Plura videbitis in Hagendornii, *Medici Gœrlicenſis, Cynosbatologia.*

CYPE-

Digitized by Google

CYPERUS.

Cyperus longus & rotundus, **Cyper-Wurtzel oder der wilde Galgand**/ radix eſt aromatica, ex genere tamen plantarum arundinaceārum ſeu gladiolorum acris & ſubamara, perfectè aromatica in locis Aſiæ calidioribus & paludoſis, in ſpecie India Orientali, naſcens.

Prodeſt in affectibus ſtomachi & inteſtinorum, ſimulque eſt alexipharmaca; & convenit in flatibus, cruditate acida, ructibus, inflatione ſtomachi, & ſimilibus affectibus. Pulvere ejusdem ad ʒ j. propinato in ∇ appropriata contra peſtem, plures curatos fuiſſe refert Palmarius *Tract. de morbis Contag. cap.* 18. *pag.* 485. Attamen rarò eſt in uſu. Convenit alias cum reliquis omnibus aromatibus quoad virtutes, uti videbitis in autore noſtro; ſed eſt paulò acrior, minus tamen, quam zinziber.

CYDONIA MALUS.

Malus Cydonia, **Quitten-Baum**/ ſufficienter cognita eſt. Et imprimis mala, unà cum ſeminibus ſuis contentis, frequenti in uſu ſunt; utut ſint, qui commendant decoctum foliorum tanquam ſingulare adſtrictivum.

Quoad uſum malorum internum, inſigniter conferunt ad firmandum ſtomachi tonum, ubi fibræ laxatæ alimenta non ritè recipiant, neque contineant, neque expellant. Adſtringunt, indeque dyſenteriam, diarrhœam, lienteriam, & cœliacam paſſionem, & ſimiles affectus curant, & appetitum maximè provocant, ſi ante paſtum ſumantur. In vomitu certè non poteſt ſufficienter commendari ab autoribus. Schenckius, *l.* 3. *Obſervat. p.* 334. parat ex pulpa cum aliis appropriatis cataplaſma, quod applicat ſtomacho: vid. etiam Riverius & Hartmannus. Vis eorum in ☉e acido auſtero, ☉ſo tamen ſeu propriè alcaliſato, conſiſtit; unde blandè adſtringunt. Lectu digna ſunt, quæ habet Bartholinus *Centur.* 5. *Hiſtor. Anatom.* 22. de vi cydoniorum adſtrictiva, & in certo quodam ſubjecto diuretica; ubi ſimul quædam curioſa reperiuntur de ☉e quodam cryſtallino, ☉ eſſentiale ſeu tartarus cydoniatus dicto, qui in cydoniorum ſucco inſpiſſato ad oculum apparet, & egregium diureticum eſt.

Inter præparata in uſu ſunt cydonia condita, ſyrupus vel miva, ſuccus ſub nomine vini cydoniati, panis, & gelatinæ cydoniorum, atque ♃ coctum.

Succum ſeu vinum cydoniorum tanquam miraculoſum in laxitatibus & atonia ſtomachi, indeque in vomitu, diarrhœa, &c. omnes vocant: vid. Gabelchoverus *Cent.* 3. *curat.* 70.

Cum ∇ dilutus, addendo parum vini, præbet Julebum ſuaviſſimum in febribus acutis, ardentibus, & ſimilibus, præſertim cum diarrhœa colliquativa ſeu ſymptomatica junctis. Et hoc imprimis commodi afferunt cydonia, eorumque ſuccus in morbis acutis, ut appetitum provocent, & ſitim e contra mitigent. Idem ſuccus alexipharmacum eſt hellebori albi, ex quo arte paratum venenum ſpecificè corrigit: de quo vid. Pechlinus *de Purgantib. pag.* 306. Externè in vulneribus venenatis, tam à telis infectis ortis, quàm à ſclopetis inflictis, recenter inſtillatus inſigniter conducit: vid. Staricius **im Helden Schatz**/ *p.* 130. Foreſtus *l.* 6. *Obſerv.* 10. qui refert.

Panis cydoniorum commendatur contra apepſiam & anorexiam, ſi ſolvatur ſuper ignem in vino malvatico ad conſiſtentiam pulmenti, cui addatur:

Nuc. moſchatæ no. j.
Zedoar.
caryophyll. ā ʒ j. M.

De qua quantitas nucis moſchatæ interiùs aſſumatur, & calidè applicetur ventriculo: vid. Zacutus Luſitanus *l.* 2. *Medic. Princip. Hiſtor.* 67.

Alias gelatina cydoniorum laxativa paratur, quæ citra tormina graviora purgat. Elegans modus eſt hic:

Rec. *pom. cydonior. no. xxx.*

Hæc coquantur in ſ. q. ∇æ fontanæ ad conſumptionem medietatis. Ad hujus ℔jv adde ſacchari albiſſ. ℔ iß.

Inſpiſſa ad conſiſtentiam debitam gelatinæ; cui circa finem adde ſequens extractum:

Rec. Turpethi e'. ʒjv.
ſcammon. ʒij. vel iij.

Extrahe cum ∇ ſ. q. ſpiritui abſtracto adde

℥ deſtillat. macis.
caryophyll. ā ʒ ß.

Addatur ad gelatinam, & erit ſuave purgans. Alias purgantia cydoniis corriguntur.

Oleum cydoniorum decoctum extrinſecè commendatur in talibus ſtomachi affectibus, ubi opus eſt adſtrictione.

Semen cydoniorum pertinet ad ea, quorum vis conſiſtit in mucilagine quadam, & non tam uſurpatur in ſubſtantia, quàm ex eo extracta mucilago mediante coctione. Mucilago autem hæc ad quamplurimos affectus eſt commendatiſſima: cum aqua acetoſæ, vel cum phlegmate vitrioli, vel ſperma te ranarum hujusve ∇, parata, vel ſolitaria, vel cum ſyrupo rubi idæi miſta, in æſtu nimio febris caſtrenſis, aliarumque ardentium, & faucium atque linguæ ariditate & ſqualore cum cruſta pituitoſa, optimè conducit: illinitur linguæ, & per tempus

ibi

ibi relinquitur poſt ligno, acuminato ſeu ſpatula abraditur mucilago. Quod ſi miſceatur cum ſucci ſempervivi majoris ana, vel addatur tantillum ☉ ☽ci, erit remedium efficacius, & eò magis præſentaneum. Imprimis experta eſt mucilago cydoniorum in ambuſtionibus, & in tali caſu miracula ei adſcribuntur, ſi extrahatur cum aqua appropriata per macerationem ex pomis putridis deſtillata, quæ aliàs etiam contra gangrænam laudatur: item ſi extrahatur cum aqua ſpermatis ranarum (quod egregium in ſe habet ☉ alcali vulnerarium) aut cum aqua deſtillata per alembicum ex ranis vivis, quæ etiam habent ☉ vulnerarium, quod ſi huic macilagini addatur camphora & ſaccharum ♄ i, vel miſceatur cum ſucco cancrorum fluviatilium recenter expreſſo, remedium erit eò efficacius & potentius: Schmuk *in Theſauro Magico-Magnet. Theſ.* 2. *Secr. Med.* 20. hanc mucilaginem cum aqua ſolani extractam ſpecificè commendat contra refrigerationem partium, ſive ſint clauſæ, ſive apertæ & exulceratæ.

Idem aſſerit, poſſe eandem, cum aqua vel decocto linariæ extractam, cum oleo lini applicari in ardore hæmorrhoidum cœcarum, in quarum dolore ſane expertum remedium eſt: ſicut & mucilago cum ſpermate ranarum hujusve ▽ extracta, & cum ſaccharo ♄ ni miſta, dolentes hæmorrhoides mitigat. Ophthalmias à cauſa externa natas eadem mucilago egregiè curat.

D.

DATURA INDORUM.

DAtura indorum eſt planta ex generibus ſtramineorum, ſolanum nempe pomiferum fœtidum fructu ſpinoſo oblongo, & vim habet inſigniter anodyno-narcoticam nihilominus mitiorem, adeo, ut ſint, qui præferant hanc daturam Indorum vel Turcarum ipſi opio.

In India orientali uſurpata ſingularis eſt virtutis narcoticæ, ex cujus uſu adeo dementantur homines, ut vigilantes, & ſentientes, quid ſecum fiat, neſciant. De ejus vi narcotica, & modo in Indiis uſitato utendi, vid. Bartholinus *Centur.* 6. *Hiſtor.* 76. **Mandelsloh in der Oſt-Indianiſchen Reiſe-Beſchreibung/** *p.* 133. & Borrichius *Hermet. Sapient. p.* 119. Medela hujus veneni conſiſtit in aceto, de quo vid. Hochſtedterus *Obſerv. Dec.* 7. *Obſerv.* 7. *pag.* 156. & 257. Ex hoc præparat ſingulare pharmacum phantaſticum Bartholetus *in Tractatu de Dyſpnœa ſeu Reſpiratione læſa*, cujus baſis eſt hoc ipſum ſemen daturæ, quo uti ſolet contra phantaſmata in morbis melancholicis, ut ſcilicet determinet imaginativam hominis vi daturæ narcoticâ ad certum ſubjectum; cui addit ſpecifica, ut cogitet & imaginetur ſibi hoc vel illud: e. g. ſi quis putet, ſe carere pene, addit Venerem ſtimulantia: triſti addit exhilarantia ſpiritus; ſicque in reliquis affectibus addit ſpecifica, & imaginativæ læſæ contraria.

DAUCUS CRETICUS.

Daucus eſt duplex: vel vulgaris apii folio minore, & Creticus magis aromaticus, adeoque præſtantior, cujus ſemen tantum eſt officinale. Falſo autem daucus hic Italicus dicitur Creticus, cùm hic habeat folia fœniculacea & ſub nomine Cretici vendatur; **Mohren-Kümmel.** Suaviſſimum ſpirat aroma ad inſtar leviſticorum & Angelicarum; unde & cum Angelica & cumino ferè, quoad vires, conſpirat, atque vi carminativâ & nervinâ egregius eſt. Creticus verò iſte rarus eſt, & vix, niſi effœtus, ad nos defertur. Hujus ergò loco daucus Italicus, imò noſtras ſeu paſtinaca ſylveſtris, uſurpatur, præſertim cum viribus conveniant. In ſpecie uterque duplici gaudet virtute:

1. Sunt nobilia diuretica ac nephritica.
2. Uterina.

Quoad priorem, inter diuretica præ cæteris primatum obtinet, præprimis verò in præſervando calculo mirè laudatur: Quod etiam confirmat quotidiana experientia: videatur Charleton *in Tract. de Spir. Gorgonio ſ. Lithiaſi p.* 177. cui combinetur Helmontius *in Tract. de Lithiaſi, cap.* 1. §. 19. item *cap.* 7. §. 14. *& ſeqq.* Ex Helmontio excerpſit, quæ habet Horſtius *in Diſpenſatorio Tom.* 1. *pag.* 120. Hanc vim adhuc experiuntur Angli aliique, qui ex infuſione & coctione, ac ſimul fermentatione hujus ſeminis cum cereviſia noviter confecta cereviſias parant medicatas, ut præſerventur à calculo.

Altera vis eſt uterina, cùm valdopere conveniat in menſibus ſuppreſſis provocandis, in partu difficili, atque in doloribus poſt partum. Denique inſigniter etiam confert in ſuffocatione uterina, & tam in paroxyſmo curando, quam præſervando non rari eſt uſus.

DICTAMNUS CRETICUS.

Dictamnus Creticus eſt vel verus, vel falſus: dictamnus falſus, ſive pſeudo-dictamnus Creticus, ſæpius ſubſtituitur pro vero in officinis, qui ſolus eſt officinalis, inodorus, floribus verticillatis. Nil ferè cum dictamno Cretico com-

Digitized by Google

commune habet, ſed potius ad ſtœchades pertinet. Ut ergò à ſe invicem diſcernantur, obſervantur ſaltem ſummitates, quæ in vero ſunt inſtar florum lupuli: & caulis, qui in vero eſt niger, in falſo vero albus: in foliis enim planè conveniunt. Verus florem habet elegantiſſimum purpureum ſuaviſſimi odoris. Rarus admodum eſt, inque Germania vix reperitur; ſemel tamen eundem in horto Patavino vidi.

Dicitur vero dictamnus à τίκτειν, ideò, quod difficulter parturientibus ante & poſt partum ſuccurrat. Antiquiores enim in frequentiſſimo hunc habuerunt uſu, in doloribus, in & poſt partum, paſſione hyſterica, menſium difficultate, & ſuppreſſione, aliisque uterinis affectibus hactenus recenſitis: ſicut etiam valdè fuit uſurpatus & celebratus contra venena; hinc propter uſum alexipharmacum theriacam ingreditur. Sed quoniam partim ſaltem obſoleta planta, adeoque viribus magnam partem caſtrata ad nos affertur, partim pſeudo-dictamno ſubinde adulteratur, & alia æque commoda, & magis præſentanea proſtant remedia, rarò à modernis uſurpatur.

DIPSACUS.

Dipſacus, labrum Veneris, **Diſtel**/ malè ad carduos refertur; cum non pappeſcat, ſed ſemina ferat ſolida. Dipſacus dicitur à ſiti, quod inter folia ejus excavata ▽ pluvialis ſoleat colligi, & hac ratione quaſi ſitibunda eſſe videantur. Dicitur etiam carduus fullonum, quod fullones **das Tuch damit karten oder krämpeln**/ unde & **Karten-Diſtel.**

Planta hæc ubique creſcit. Sed in officinis eſt rari & ferè nullius uſus, adeo, ut non meminerim, me unquam aliquid de illo legiſſe, nec præſcriptum vidiſſe. Nihilominus, quod habet Autor noſter in rhagadibus, item verrucis ani commendatur.

Sunt & qui vermiculos in capitulis hoſpitantes cum ſeminibus contra morſum canis rabidi commendant, quod tamen experientiâ nondum confirmatum.

DORONICUM.

Doronicum datur vel rotundifolium, vel acutifolium, **Gemſen-Wurtzel**/ **Schwindel-Kraut.** Prioris nominis appellationem plurimi ex traditione vulgari deducunt, quoniam rupicapræ, **die Gemſen**/ quæ ſummitates montium, potiſſimum Alpes, aſcendunt, ne à venatoribus ipſis inſidiantibus capiantur, tumque rupibus celſiſſimis ſe dimittentes, ne vertigine corripiantur, hujus plantæ & radicis eſu tutæ putantur: vid. Caſpar Hoffmannus *lib.* 2. *c.* 4. *pag.* 110. **Schwindel Kraut** dicitur, quod pro vertiginis præſervatione & curatione ſpecificè faciat: quâ de cauſa eam quoque venatores uſurpare ſolent. Unde & ipſi quoque funambuli, **die Seiltäntzer**/ funem jam conſcenſuri, & ſimiles, hac radice comeſtâ, contra vertiginem ſe præmunire dicuntur, ne decidant de fune, & riſum moveant ſpectatoribus: pulvis ſequens funambulis contra vertiginem uſitatus eſt:

Rec. *Rad. doron. ante ortum ☉is. Menſe Septembri collect.* ℥ ß.
cubebar.
cardamom. à ʒ *ij* ß.
rad. ireos Flor. ʒ *ij.*
ſem. Coriandri,
pæon. ā ʒ *j.*
fœnugr. ʒ ß.
℔ *deſtillat. major.*
roriſmar. à gutt. vj. M.

Media pars ſervatur pro uſu interno; altera medietas irroratur aceto deſtillato roſaceo, includitur nodulo ex ſyndone rubro, quo ſæpius olfaciunt.

Lis autem usquedum viget inter botanicos: an doronicum ſit planta ſalubris, alexipharmaca? an maligna ſive venenoſa? Matthiolus enim doronicum eſſe aconitum pardalianches veterum pro canibus & lupis interficiendis, adeoque valdè noxium putat: Sed Gesnerus *l.* 1. *Epiſt. p.* 18. *& l.* 2. *pag.* 74. & alii hoc negant, & ad ʒ ij. Gesnerus ipſe aſſumpſit ſine omni damno. Egregiam vim alexipharmacam ipſi adſcripſerunt Hoffmannus *Medic. officin. l. a.* Pauli *in Quadr. Bot. Cl.* 2. *pag.* 14. Wormius *in Muſeo cap.* 6. *pag.* 14. *ſeqq.* Velſchius *de Ægagropilis* l. **von denen Gemſen-Kugeln**/ quæ reperiuntur in ventriculis damarum, & creſcunt, quando rupicapræ comedere ſolent de doronico. Unde Velſchius vim illam alexipharmacam à doronico derivat & deprædicat; minus tamen uſitatæ ſunt in Officinis.

E.

EBENUS.

EBenus uti lignum exoticum eſt, ita etiam rarum & carum in officinis, raroque præſcribitur à Medicis practicis. Sed potius omnibus hujusmodi lignis exoticis præferendum eſt lignum juniperinum, in quo reverà eſt balſamum occidentale. Virtutem ejus ſudoriferam deprædicat Zatutus Luſitanus *l.* 3. *Prax. Admir. Obſerv.* 112.

EBULUS.

Ebulus cum ſambuco in omnibus convenit,

Digitized by Google

differt saltem magnitudine; quare usus ejus reservandus est partim usque ad sambuci explicationem, partim ubi de purgantibus.

ENDIVIA.

Endivia est princeps, inter omnes plantas intybaceas uti, sunt lactuca, cichorium, &c. quæ pro varietate foliorum vel major est, vel minor: & uti nota in culinis, ita ingreditur officinas; semen quidem rarò, frequentissimè folia; radix verò solùm condita, solet usurpari.

Est planta aquosa, & valde succulenta; propterea nihil olei in destillatione ejus largitur; & omninò non est odoris & saporis penetrantis, sed potiùs succi aquosi, imprægnati ☿e admodum subtili volatili, ratione cujus temperat & refrigerat, ratione enim hujus subtilitatis non ferit linguam, sed insipida apparet.

Hepatica est nobilissima, dum blandè corrigit sale suo volatili sanguinis crasin, sine ulla turbulentia, & aliis symptomatibus concurrentibus, quæ aliàs solent contingere à salis acrimonia. Conducit inflammationibus & ardoribus corporis ab acido, quatenus sal volatile temperat acidum morbificum. Convenit etiam in febribus biliosis dictis, in quibus scilicet sal volatile urinosum imprægnatum est oleo copioso, cujus ratione oriuntur plurima symptomata. Dum ergò ☿ endiviæ volatile imbibit oleum, illud temperat, sicque bilis oleositatem & acrimoniam corrigit: in inflammatione epatis, tam vera quam apparente acidum emendans prodest.

Externè folia imprimis recentia commendantur ad pediluvia, pro concilianda quiete & somno, vel tempore æstivo vel in ardoribus febrilibus.

Eadem hæc Endivia commodè ratione ☿is volatilis temperati applicatur externè in inflammationibus ac tumoribus erysipelaceis.

Inter præparata est in usu ▽ destillata, & succus endiviæ; quæ ☿e volatili occulto prædita sunt, & ad eosdem affectus commendantur. Nam ex iisdem plantis, quæ ita sunt succulenta in destillatione, ☿ subtile super alembicum ascendit, quod in omnibus non habet locum, demonstrante Tachenio *in Hippocrate Chymico*.

Autor habet ☿ endiviæ fixum. Cum verò dixerim, esse succulentam, & abundare ☿e volatili, patet, quod vel nihil, vel parum salis fixi elici possit ex cineribus.

EPATICA NOBILIS.

Trifolium Hepaticum in specie dicitur epatica nobilis, sive κατ' ἐξοχὴν dicta hepatica, **Edel-Leberkraut**/ vulgo refertur ad trifolia; quamvis potiùs ad ranunculos pertineat, ratione floris, odoris, & saporis acris. Habetur flore cæruleo, albo, carneo. Cærulea semper in usu est, & de illa folia & flores.

Veteribus fuit incognita; nihil enim apud Græcos de hac planta reperitur: recentiores vero ex effectu & usu, nomen hocce imposuerunt. Observarunt enim in morbis chronicis (quos veteres vulgò à vitio hepatis ac imprimis ejusdem hæmatosi læsa derivarunt) imprimis verò in affectione hypochondriaca & scorbuto, porrò in viscerum incipientibus oppilationibus, sanguinis impuritate ejusque fermentatione depravata ac cruditate, imò in ipsa quoque bilis inertia, plantam hanc perquam esse egregiam; nam sale volatili copioso acerrimo, simili antiscorbuticarum herbarum, in recessu, non in superficie, turget, quod demonstrat Wedelius *de sale volatili vegetabilium P. 2. pag.* 81. item *in Pharmacia pag.* 70. ratione cujus egregia antiscorbutica existit. Undé & nodulos laxativos temperantes, quæ verno tempore solent præscribi, ordinariò ingrediuntur flores epaticæ nobilis. Penes, vulgum in phthisi & aliis affectibus commendatur, sed falso. Præterea est egregia vulneraria, dum adstringit & acidum emendat.

Planta hæc per vesicam destillata tempore verno suggerit ▽am acerrimam instar aquæ alicujus antiscorbuticæ: hinc & externè ▽ hæc cum aqua pluviali vel rore majali destillata extollitur inter cosmetica, nævis & maculis faciei dicata: vid. Pauli *Quadripart. Botanico.*

EPATICA STELLATA.

Epatica stellata dicta, quoniam flores ambiunt caulem in forma stellarum. Est elegans plantula, & ad cruciatas & rubias referenda, Germ. **Stern-Leberkraut.** Vocatur etiam Matrisylva & asperula odorata, **Waldmeister.**

Usitata est herba, quæ in Franconia contra obstructiones, aliosque morbos chronicos aperiendi gratia adhibetur. Sanguinis enim dyscrasiam alterat & emendat, & imprimis depravàtam corrigit. Et quæ de endivia dicta sunt, possunt quoque dici de hac planta: est tamen aliquantisper acris, & saporis subamari. Penes vulgum in phthisi & similibus affectibus commendatur, sed falso; vulnerarium autem egregium est,

Digitized by Google

eſt, imprimis, ubi ſuperveniunt febres, phlogoſes, &c. vulneribus.

EQUISETUM.

Inter varias hujus ſpecies uſitata eſt vulgatiſſima, pilis in orbem conſitis adornata. **Katzenzahl/ Kannenkraut.**

Planta cum foliis eſt potenter adſtringens, & roborat partes; unde valdopere convenit in reſtituendo tono viſcerum laxato, vel uti dicunt veteres, in læſa expultrice vel retentrice facultate, ubi aut retentiones, aut expulſiones non rectè fiunt: item, dum fluxus adſunt vel humorum, vel ſanguinis per uterum, hæmorrhoides, nares, renes, &c. equiſetum eſt egregium; hujus enim decoctum validè adſtringit, & imprimis valet in hæmoptyſi, aut eruptione aut apertione & inciſione ramuli in pulmonibus. Ut taceam, tales plantas habere vim incraſſandi ſanguinem, ratione cujus craſſitici non poteſt facilè penetrare vaſa capillaria. Unde ſic duplicem dant effectum, quatenus occludunt vaſa, & quatenus fluxum ſanguinis per capillaria impediunt. In vulneribus & ulceribus partium internarum egregium quoque eſt, & permiſcetur aliis in potionibus vulnerariis, & cum habeat ſaporem ſubacrem, & teſtatur de ☉e volatili temperato, non immeritò inter vulneraria refertur, tam internè in decoctis vulneratiis, quam externè in vulneribus conſtringendi; adeoque in decoctis pro eluendis ulceribus, & cum unguentis commendatur. Sed rarò uſurpatur.

Aqua ejus deſtillata pro vehiculo medicamentorum in nephritide habetur. Sed aqua hæc & ex aliis adſtringentibus parata eſt nihil aliud, quam purum putum phlegma, quoniam particulæ adſtringentes non aſcendunt ſuper alembicum, de quo ſuo loco.

ERUCA.

Erucæ variæ ſunt ſpecies, ex quibus tantùm eſt officinalis eruca hortenſis latifolia lutea, barbaræa etiam dicta, quod more plantarum perennium, quales ſunt pleræque herbæ antiſcorbuticæ, e. g. cochlearia, naſturtium, &c. tempore brumali, imprimis circa diem D. Barbaræ, florere ſoleat; hinc Germanis **Barbarkraut** & **Winterhirſe**; rectius tamen **Winterkreſſe** dicitur. Sapor foliorum indicat pertinere eam ad ſinapi: omnes enim plantulæ, quæ burſas habent, & quaſi ſiliquoſas, ſunt ſub eodem genere, ſaporis acris, & quaſi mordicantis, item penetrantis, propter abundantiam ſalis volatilis acris.

Uſitatum eſt ſemen, quod inſtar ſinapi eſt, ſaporis admodum acris & penetrantis, adeo, ut prodat ſapore, ſal volatile admodum acre & ſatis copioſum; ratione cujus commendatur in anorexia, apepſia, & facilitanda ſtomachi digeſtione, & Paracelſo præcipuè magno in uſu fuit; inde cum eſculentis quoque imponuntur embammata ex eruca aut ſinapi pro appetitu conciliando. Item ratione ☉is hujus volatilis in ſcorbuto & malis chronicis prodeſt, ſive cruda maſticetur, ſive recens contuſa cum vino hauriatur, aut quocumque alio modo ſumatur: atque in hoc paſſu inter plantas antiſcorbuticas non eſt ultimum. Sicut & ex ejusmodi ſeminibus hoc habemus commodi, quod, dum tempore hyberno in officinis Galenicis plantæ virides antiſcorbuticæ haberi nequeunt, poſſunt præſcribi talia ſemina, quorum vis antiſcorbutica in media etiam hyeme latet tecta, ſartaque ſub cortice. Sic e. g. tempore hyberno poteſt fieri talis miſtura antiſcorbutica:

Rec. *Pulv. ſtomachal. Querc.* ℥ *ij.*
ſem. cochlear.
naſturt.
erucæ à ʒ *j.*
aloes ſuccotrin.
myrrhæ el. à ☉ *ij.*
M. f. Pulvis, S.

Scorbutiſch Magen-Pulver.

Quin & ſpiritum antiſcorbuticum ex erucæ & ſinapi ſemine præparant hunc in modum:

Rec. *S m. Erucæ l. ſinapi contuſ.*
♆*æ à part. æqual.*

Infundantur in ▽, & cum alembico in locum tepidum deponatur: poſtmodum deſtilletur exinde ~ urinoſus ratione ☉is volatilis acris; qui in curando ſcorbuto, & apoplexia ſenum præcavenda, commendatiſſimus eſt.

Præter vim enim antiſcorbuticam in præſervanda apoplexia certè ex tribus regnis meliùs interdum ſemine erucæ aut ſinapi non datur; unde & horum grana 15. ad 20. vel ſola, vel ſemine cumini miſta, tempore matutino ſæpius maſticatâ à ſenibus eos ad longos annos præſervant ab apoplexia.

Et ſanè ſatis experta eſt vis in ſemine erucæ & ſinapi circa præſervandam apoplexiam.

Loco conſervæ florum ſalviæ poteſt etiam aſſumi conſerva florum aut foliorum anthos, vel conſerva florum primulæ veris ſeu herbæ paralyſeos.

Cum pulpa ficuum quoque electuarium ex ana ſeminis erucæ & ſinapi hunc in finem paratur, quod non tantùm in apoplexia & vertigine, ſed & in ſtimulanda Venere admodum commendatur, & hinc omni die manè & veſpere ſumenda eſt; ſemen enim

Digitized by Google

erucæ eſt ex celeberrimis Venerem ſtimulantibus, propterea dicit ſchola Salernitana: excitat in Venerem tardos eruca maritos: de quo videatur Solenander *Sect.* 4. *Conſil.* 17. unde ſolet ingredi electuaria magnanimitatis, vel ſimilia, quæ ſolent ſtimulare Venerem.

Aliàs & ad excitandas veſicas commendantur hæc ſemina ſub nomine ſinapiſmi, cum fermento miſcendo, & cuti imponendo ad excitandas veſiculas. Denique maſticata, non ſecus ac ſinapi, acri ſuo ſtimulo copioſum phlegma ſalivale ex ore eliciunt, & hinc dicuntur apophlegmatismi. De cætero penitus ejusdem naturæ eſt & uſus cum ſinapi.

ERYNGIUM.

Eryngii cum variæ ſint ſpecies, uſitata tantùm eſt communis ſive cærulea, & quidem radix & ſemen. Dicitur **die Mannes-Treue**, quoniam ſtimulat in Venerem, & non relinquit, ſed fideliter adſtat maritis, ut viros ſe præſtare poſſint uxoribus: videatur Foreſtus *l.* 26. *Obſerv.* 18. unde imprimis in virorum impotentia convenit ſemen ſub quacunque forma. Eſt pariter antinephriticum, ciet urinam, & ſabulum partium urinarium renumque abſtergit, forasque educit, & infimi ventris viſcera abſtergit; unde etiam admiſceri ſolet medicamentis in provocandis menſibus obſtructis vel impeditis. Alias refertur etiam hæc radix inter ℈. famoſas illas aperientes; hinc veterum miſturas & pontiones longas in morbis chronicis, tumoribus viſcerum, eorumque ab humoribus acidis infarctu, loco aperientis cujusdam, ingreditur, & quia corrigit ſanguinem, dicitur hepaticum.

Proſtat etiam radix condita, quæ ordinariò electuaria & morſulos Venerem ſtimulantia ingredi ſolet, & in ejusmodi medicamentis venereis cum radice ſatyrionis baſin conſtituit.

ERYSIMON.

Eryſimon vel ſinapi ſylveſtre ſeu crucæ folio, proprio nomine vocatur iris, Germanis **der Wegeſenff/ oder wilder Senff**; flores enim ac capſulæ ſeminales ad erucas, vel ſinapi, thlaspi, & ſimilia pertinent: id quod ipſa ſemina in capſulis relicta acria teſtantur, hinc ſapore ac virtute cum ſinapi vulgari conſpirat, & quidem uſu interno ſtomachico, antiſcorbutico, antihypochondriaco. Olim non fuit ita in uſu: Lobelius tamen primùm eam magnifecit, obſervans, plantam hanc egregiè eſſe arteriacam, in infarctu ſcilicet pulmonum & muco aſperæ arteriæ diſſolvendo ac attenuando. Vis ejus inciſoria attenuativa & cauſtica conſiſtit in particulis volatilibus admodum acribus penetrantibus, de acidorum volatilium natura; quarum teſtis eſt ſapor acris, amarus & penetrans: hinc non dubito, quin etiam, præter uſum in aſthmate & affectibus pulmonum, in tuſſi diuturna & chronica, & expectoranda mucilagine craſſa, laryngem, & pulmonum meatus & bronchia infarciente, in ſpecie faucium affectibus locum obtinere queat. In raucedine & aſthmate humido pituitoſo planta maceratur in vino cum pauco melle, ſicque per expreſſionem egregium habetur medicamentum; materiam enim craſſam attenuat, & fluxilem facit, ut poſſit expectorari.

Propterea Lobelius exinde paravit primus ſyrupum de eryſimo compoſitum, qui κατ' ἐξοχὴν quoque dicitur ſyrupus pro raucedine, attenuando, reſolvendo & expectorando operatur, atque in aſthmate & pulmonum affectibus, in infarctu à craſſa materia, tuſſi item chronica, à ſtomachi muco orta, in raucedine ex nimia humectatione bronchiorum aſperæ arteriæ, ab abundantia limphæ per tunicam aſperæ arteriæ tranſudantis, non inelegans eſt; videatur compoſitio in Sennerto *l.* 2. *Praxeos* 3. *cap. P.* 3. *p.* 360.

Semen denique expertum eſt in iſchuria ſeu ſuppreſſione urinæ, ad ʒj in pulvere propinatum cum conveniente vehiculo, imprimis vino albo, de quo videre poſſumus Fonſecam *in l.* 2. *Conſilio* 96. & 100.

Externè pro uſu rubificandi & nonnihil cauſtico in ſeminis ſinapi defectu ſubſtitui poteſt. In cancris & tumoribus occultis ac ſcirrhoſis ad cancrum degeneraturis, ſemen hoc & planta ipſa in mortario plumbeo contunduntur, & miſcendo cum melle in unguentum redigitur, quod dictis tumoribus illinendum.

EUPATORIUM.

Eupatorium Avicennæ propriè tantum dicitur cannabinum, chryſanthemum, quod folia ejus cannabinis vel trifidis ſeu inciſis foliis ſint ſimilia, utut etiam detur foliis integris: in ſpecie dicitur herba S. Kunigundæ, **Sanct Kunigunds-Kraut**. Eupatorium dicitur ab Eupatore rege quodam, quem volunt inventorem hujus plantæ. Alii dictum volunt eupatorium, quaſi epatorium, quoniam affectibus epatis medeatur. Malè verò ad eupatoria refertur; pertinet potiùs ad conyzas, unde rectè abaliis coniza paluſtris vocatur. Naſcitur in locis paludoſis.

In officinis hujus folia & flores proſtant, utut illa rariora.

Apud

Digitized by Google

Apud priſcos rarò, vel nihil de ejus uſu reperitur: A modernis tamen decoctum ejus in purificanda maſſa ſanguinea, ac tono hepatis roborando ac reſtituendo, v.g. in maculis hepaticis, hinc & in ictero, multum laudatur. Certè Lindanus *ſuper Hartmannum* hocce decoctum in malis ventriculi & hepatis cachecticis, morbisque aliis chronicis ad tempus longum contractis ex vitio hepatis oriundis, id eſt, ut vocant, in intemperie ventriculi frigida, & epatis calida, valdè commendat. Unde etiam Mindererus *in Medicina Militari p.* 224. laudat decoctum hujus eupatorii, tanquam ſingulare ſpecificum ad curandos tumidos ventres, quaſi aſciticos: Epaticum enim dicitur ſingulare, & pro ciendis menſibus, & corrigenda cachexia virginum uſurpatur. Curioſum eſt experimentum Gesneri *l.* 2. *Epiſt. p.* 62. dum refert, quod quidam decoxerit radicem hujus eupatorii in vino, & decocti colaturam hauſerit, ex cujus uſu intra horæ ſpatium & alvus & urina commotæ fuerint copioſiſſimè, vomitusque 12. fortes citra nauſeam & moleſtiam ſecuti, quo ipſo excreta fuerit copioſa pituita, adeoque longè tutiùs ac faciliùs purgationes peragi hoc ipſo dicit Gesnerus, quam fieri ſolent per helleborum. Laudatur quoque herba in tumore hydropico incipiente.

Extrinſecus eſt ex famoſiſſimis ulcerariis & vulnerariis, ea fortiter conglutinando & ad ſanationem producendo, imprimis, ſi ſint recentia.

EUFRAGIA.

Euphraſia vel Euphragia dicitur ita Græcis, quaſi εὐφραίνη, quod oculos detergendo ac clarificando quaſi exhilaret: **der Augentroſt**/ quem habet ocularem ab effectu: hinc à quibusdam κατ' ἐξοχὴν planta ocularia, & ophthalmica, & luminella dicta.

Cephalica, & ſpeciatim ophthalmica habetur, ita, ut in quibusvis oculorum affectibus, & ad roborandum viſum, multis laudibus extolli ſoleat, quocunque modo uſurpata. Vid. in Hartmanni *Praxi Chymiatrica cap.* 25. §. 1. & 2. Conf. Gabelchoverum *cap.* 3. *Curat.* 100. *in Scholio.*

Hinc Arnoldus Villanovanus vinum inde parat pro roborando viſu in hebetudine oculorum & in ſenio conveniens. Infundit ſcilicet euphragiam in muſtum recens, ut unà quaſi ebulliat: quo facto per fermentationem quaſi impregnatur vinum viribus euphraſiæ, viſus quodcunque impedimentum potenter removens. Interim tamen hæ laudes non absque limitatione accipiantur, id quod concinnè docet Paulli *in Quadrip. Botanico.*

Conſerva easdem vires habet.

Aqua deſtillata eſt purum phlegma, & pauci effectus. Quando verò euphraſia cum fœniculo jungitur, magis in oculorum affectibus conducit.

F.

FABA.

FAbæ, **die Bohnen**/ majores & minores, **die ſchwartzen und die weiſſen.**

In uſu officinali ſunt farina fabarum, & ſtipites; quæ tamen internè rarò uſurpantur, externè autem uſus ſunt non adeò vulgaris.

Pulvis ſeu farina fabarum, ex fabis per trituram parata; externè in ſpecie in contuſionibus & inflammationibus partium glandulosarum diſcutiendis & reſolvendis multum confert, adeò, ut ordinarium ſint ingrediens in talibus cataplasmatis & emplaſtris, præprimis in teſtium inflammationibus & tumoribus, à contractione violenta, caſu, contuſione, ſuppreſſione genituræ, & ſimilibus: Fit ſcilicet cataplasma ex ea ſola, cocta cum oxycrato, ſeu aqua ſimplici & aceto, vel cum dimidio pulveris ſeminis cumini, & calidè applicatum, eſt egregium diſcutiens & reſolvens. Quod ſi acrius videatur cataplaſma, addito pauco lithargyrio acrimonia aceti frangi, & ita pro reſolvendis inflammationibus quaſi appropriatum reddi poteſt. Experientiam hujus rei debemus Riverio *C.* 2. *Obſerv.* 39. & *C.* 3. *Obſerv.* 1. item *Obſerv.* 2. communicata à Marvino, uti etiam *in Obſervat.* 4. communicata ab Eſtanore, & *C.* 4. *Obſer.* 74. Item cataplasma commendatur etiam à Fabro ad tumores ſcroti duros, & ſcirrhoſos.

Concinnius erit ſequenti modo:

℞. *Far. fabar.* part. iij.
Pulv. ſemin. cum. part. j.
℔ *i*,
∇ *æ ſimpl.* ã part. ij.
lithargyr. parum.

M. l. a. ad conſiſtentiam cataplasmatis. Item in tumore mammarum ſimile cataplaſma ex farina fabarum eſt congruum.

Eadem farina fabarum etiam inter coſmetica refertur, ſi nempe cum aquis cosmeticis, v.g. ſigilli Salomonis, permiſta forma miſturæ candidæ faciei lentiginibus, item oculis ſuffuſis, applicetur.

Proſtant etiam duæ aquæ paratæ per alembicum in MB. Prima eſt ∇ florum fabarum pro vehiculo eorum, quæ in uſu cosmetico pro ornanda facie faciunt, eſſe poteſt: extergit lentigines, & faciei maculas detergit. Altera eſt ∇ deſtillata ex corticibus fabarum, quæ egregium nephriticum, urinas eleganter pellit, de qua videatur Bartholinus *Cent.* 1. *Epiſt. pag.* 238.

Denique ex ſtramine & ſtipitibus calcinatis in officinis etiam ☉ præparatur. Nam ſi ritè calcinati fuerint iſti ſtipites, reverà nobile ☉ diureticum acido ſalſum ex iis obtinetur, pro uſu ſpeciatim diuretico & antihydropico. Elixiviatio fit cum vino. Ut fiat magis ☉ſum & nitroſum, addunt quidam fimum columbinum. Ex hoc ſale cum aqua conveniente fit lixivium, quod potum aquas hydropicorum potenter per urinas educit.

FABARIA.

Fabaria ſeu ſedum telephium, **fette Henne**/ Latinè craſſula, à craſſitie foliorum, item fabaria, à foliis, fabarum foliis ſimillimis; item ficaria, quod meritò à quibusdam contra ficus ani commendetur: Vocatur etiam ſcrophularia media, quod conveniat cum ſcrophularia vera, quæ decantata eſt in hæmorrhoidibus, ut adeò etiam non ſine fructu applicetur. Telephium dicitur à Telepho, Myſiæ, Rege, qui ab Achille vulneratus ulcera diuturna & ferè deplorata mediante hoc curavit, & ad ſenectutem uſque ſe conſervavit; unde adhuc hodie ulcera ejusmodi inveterata diuturna ulcera Telephia dicuntur: Vid. Ruellius *de Natura ſtirpium lib.* 1. *cap.* 20. *pag.* 82. & *lib.* 2. *cap.* 116. *pag.* 435. item Hoffmannus *Clave lib.* 4. *pag.* 473. Meritò enim ſuccus hujus fabariæ ulceribus inveteratis eſt dicatus; hinc & **Wund-Balſam** & **Wund-Kraut** vocatur.

In uſu tantùm eſt Telephium majus ſeu fabaria, quæ ſpecies eſt ſedi; & ex plantis refrigerantibus, quarum vis conſiſtit in ſale volatili, diluto nimis copioſo phlegmate.

Internus ejus uſus ferè nullus vel rariſſimus eſt, ni ſi cum ſcrophularia & chelidonio minore contra affectus hæmorrhoidum, quomodocunque in potu uſurpata, laudetur. A quibusdam pro uſu vulnerario uſurpari ſolet in decoctis ad conſolidanda ulcera inteſtinorum in dyſenteria, præmiſſis præmittendis, cum reliquis vulnerariis, imprimis cum ſymphyto.

Externè præprimis planta contuſa, inque cataplasmatis formam redacta, vel ejusdem loco ſuccus expreſſus, mirum præſtat levamen: Videatur Solenander *S.* 4. *Conſ.* 20. ubi commendat craſſulæ majoris radicem collectam, quando primo vere turgentibus foliis erumpere incipit, jubendo plantam cum foliis contundere, & cum oleo roſaceo terere: Idque, ſi adſit vel inflammatio vel ardor, ſimul in mortario plumbeo; ſin ſecus, in mortario tantum marmoreo vel alio, & ſic applicare hæmorrhoidibus externè in earum dolore, calore & ardore, aliisque ſimilibus ſymptomatibus.

Radix loco amuleti de collo uſque ad os ſacrum ſuſpenſa ab ipſo Wedelio egregia experta eſt, cujus rei veritatem propriâ experientiâ in Studioſo quodam probavi: Cum enim jam præſcripta quædam unguenta nihil conferrent, experimenti gratiâ radicem dedi, eamque in dorſo ſuſpendere juſſi, optime ſucceſſit remedium, ac hæmorrhoidum vitia evanuerunt.

In Dania quoque mulieribus, ex partu difficili hæmorrhoidum mala perpeſſis, radix hæc ea de ratione loco amuleti adhibita, maximè quoque proficua eſſe dicitur. Celebris dicitur vulneraria, quatenus contuſa applicatur vulneribus, quæ egregiè conſolidat: Propterea & Tabernæmontanus *in Herbario* componit unguentum non inelegans, cujus uſus ſatis eſt receptus: Propterea etiam in clyſteribus ad conſolidanda ulcera inteſtinorum in dyſenteria, præmiſſis præmittendis, cum reliquis vulnerariis, infundi ſolet.

FICUS.

Ficus, **der Feigenbaum**/ eſt vel noſtrâs, vel Indica, quæ etiam vocatur opuntia: quæ eſt vel major vel minor, in noſtris hortis obvia. De ficu Indica ſive opuntiâ hoc poteſt notari, quod ſi comedatur, ſanguinolentam reddat urinam, utut nihil ſanguinei coloris in illa conſpiciatur; quod ipſum non parvum terrorem injecit nautis & mercatoribus, illam ex India primum advehentibus. Quod autem excernitur, non eſt ſanguis verus, ſed urina ſaltem tincta.

Ficum noſtratem quod attinet, hujus fructus imprimis eſt officinalis, & propter dulcedinem guſtus ſatis cognita, quique communi nomine ficus dicitur. Hæ ſunt vel recentes vel exſiccatæ: Exſiccatæ ordinariò Caricæ in formulis vocantur.

Ejusdem ferè uſus ſunt, ac infra explicanda glyzyrrhiza, quorum temperata dulcedo commendat easdem ad temperandam & obtundendam acrimoniam acido-ſalſam lymphæ præprimis & urinæ. Hinc valdoperè proſunt in affectibus pectoris & renum, aliarumque partium urinariarum ex cauſa prædicta excoriatarum, aut plus minùs exulceratarum, in decocto ſpeciatim uſurpati. Non enim tantum eſt conſenſus partium pectoris cum partibus genitalibus, ſed etiam cum renibus, ita ut ſimpliciter quæ conveniunt in affectibus pectoris, conveniant etiam in affectibus renum; & contrà. Propterea Caricæ, uti in affectibus pulmonum, tuſſi, & aſthmate, admodum ſunt congruæ, & pro corrigenda lympha temperandi, incidendi, & educendi vim habent; ita etiam conveniunt in dolore renum nephritico & calculo, item renum & veſicæ exulceratione, iſchuria,

Digitized by Google

iſchuria, mictu cruento, &c. Tantam propenſionem ad renes habent ficus, ut eorum decoctum non benè percolatum, ſed quod admiſta habet granula, per urinam illa denuò reddat. Uſitatum mulieribus noſtratibus ad raucedinem, aſperitatem faucium, atque tuſſim, infundere caricas ſpiritui vini, & poſtmodum incendere ac haurire. Quod ſi loco ſpiritus vini communis accipiatur aniſatus, vel appropriatus pulmonibus & pectori, erit medicamentum convenientius, & elegantius in talibus affectibus. Leniter abſtergunt, hinc ſimul decoctum ficuum vim habet alvum laxandi. In variolarum quoque & morbillorum cura frequentis uſus ſunt, & ſingulariter proſunt: Propterea eorum decoctum mirè commendatur à Sala, ut promoveatur eruptio; hinc etiam, poſtquam eruperint, præcavent, ne veſtigia diuturna relinquant. Nam (1.) temperatur ebullitio, (2.) acrimonia, quæ aliàs pulmones excoriat, & dilacerat, atque fibras intercutaneas corrodit, & profundas foveas facit. De ſingulari eorum uſu in variolis & morbillis nonnulla Foreſtus habet *lib.* 6. *Obſervationum.* Sed cautè in variolis uſurpantur propter alvi laxationem, quæ eſt ſuſpecta in hujusmodi affectibus expulſione ad cutem opus habentibus: Unde moderni decoctum earum cum milio admodum commendant pro uſu blandè adſtrictorio, quod ipſum pro variolarum cura non inconveniens, quia corrigit vim caricarum laxativam, in qua cum paſſulis conſpirant, quatenus utræque blando fermentationis motu ſtimulant. In hoc decocto ſi diſſolvatur ſyrupus ſcabioſæ vel fœniculi, fit palato gratius & efficacius, quatenus ſunt pectoralia, & impediunt, ne phthiſis à variolis, pulmones obſidentibus, fiat; item cum caricæ ſint vulnerariæ, præcavent, ne profunda ulcuſcula ſive foveæ fiant à variolis: v. g. poſſet fieri talis formula:

℞. *Caricar. pingu.* No. xv.
Sem. milii ʒ ii ß.
Paſſul. min. ʒ v j.
Decoq. in ſ. q. ▽ *ſimplicis*: Colat. ℔ i ß. adde
Syr. ſcabioſ.
Fœnic. â ʒ i ß.
M. ſ. potus.

Videmus magis compoſitum decoctum ficuum eodem uſu in Mynſichthii *Armamentario Chymico Sect.* 25. *pag.* 386. Nihilominus obſervetur, quod adſit pulpa Tamarindorum: Jam verò quoniam hæc ſolet purgare, quæ purgatio vel ſaltem laxatio eſt morbifica & lethalis in morbillis & variolis, ideò, ne interficiamus, quos ſervare debemus, abſtinendum ſedulò à purgantibus. In iisdem variolis & morbillis ſymptomata ſæpè lethale eſt mictus cruentus: In tali caſu etiam convenit decoctum ficuum præſervativè & curativè. Aliàs obſervetur & hoc, quod ex nimio uſu ficuum copioſi ſoleant generari pediculi & per poros corporis ſudoris facie prodire: Id quod antiqua eſt traditio, confirmata tamen à modernis, ab Heinrico ab Heer *Obſervat.* 23. Sebizius *in Tractatu de alimentis p.* 1538. *Problem.* 169.

Quoad uſum externum, ingrediuntur fomenta & cataplasmata emollientia, ſuppurantia & maturantia, ita, ut nullum ſit in ſchola Chirurgorum cataplaſma emolliens, ſuppurans, & maturans, quod non ingrediantur aliquot paria ficuum, pro temperandis humoribus in tumoribus fermentantibus, ipſiſque tumoribus emolliendis, & maturandis, & inde natis doloribus blandè demulcendis: Imò ficus aſſatæ, & calidè impoſitæ conducunt, & abſceſſus ruptionem juvant; inſigniter enim maturare dicuntur. Hinc in inflammationibus & tumoribus ſuppuratis gingivarum propè radices dentium, ſi apponatur fruſtum ficus, ſive crudum, ſive aliquantiſper toſtum, ſive in lacte decoctum, maturat valdoperè, quamvis non ſine exacerbatione doloris. Aliàs Strobelbergerus *de Podagra dentium cap.* 5. dicit, quod ficuum eſus officiat, pariter ac ſaccharum dentibus.

Ficus folia lac ſuggerunt, dulce prius, ſed in receſſu acre, ratione cujus folia recentia affricare ſolent hæmorrhoidibus cæcis, ut eas aperiendo fluxum ſtimulent. Eodem ſucco lacteo veteres lac in caſeum coagularunt; unde hunc ſuccum lacteum lac inſtar aceti præcipitare aſſerit Helvetius *in Dirib. pag.* 168.

FILIPENDULA.

Filipendula ita dicitur, quod radix ejus habeat plures nodulos, qui multis quaſi filis connectuntur: Dicitur etiam œnanthe, quod, quando vitis floret, eadem quoque floreat: Saxifragia rubra, **rother Steinbrech**/ quod in calculo conveniat: habeatque radicem rubram. Hujus plurimæ ſunt ſpecies, montana, aquatica, &c. in ſylveſtribus locis creſcit.

Uſitata ſunt in officinis folia & radix.

Tota planta, & imprimis radix, vi diureticâ, & ſimul inciſivâ & attenuativâ pollere ſolet; unde uſus ejus ſatis frequens eſt in nephritide ad diffringendum & ſtimulandum calculum, renes abſtergendos, renum atque veſicæ ſabulum, rudimentum calculorum, expellendum: Verùm, quod ſpeciali vi lithontripticâ polleat, vix ſperandum. Aliàs etiam à quibusdam commen-

Digitized by Google

commendatur adverſus ſcrophulas & ſtrumas, dum eadem cum radice ſcrophulariæ, & radice ruſci ſolet miſceri, vel in decoctis vel in pulveribus contra ſcrophulas: Sic habemus in Sennerto *lib.* 2. *Prax. P.* 1. *c.* 25. tale decoctum contra ſtrumas *pag.* 132. non inelegans, quatenus reſolvit & incidit materiam ſtrumarum, eamque educit per urinam.

FILIX.

Filix planta eſt ubivis obvia, præprimis creſcit in locis aſperioribus. Habetur mas & fœmina: Hæc pro illo eſt ramoſa; mas verò non ramoſa, & foliis inciſis. Græcis dicitur πτέρις, quod alas avium florum multiplicitate, ac inciſurarum varietate, æmuletur; **das Farren-Kraut.** In dorſo alarum conſpicua ſunt corpuſcula nigricantia, quæ ſunt capſulæ ſeminales, in quibus maturis plura ſemina continentur, quæ ſe ſponte pandunt. Aliàs inter plantas ſteriles ſemine carentes, non ſecus ac polypodium, fuit relata; ſed malè. Conf. Schraderus *in Tractatu de Microſcopiorum uſu.* Vanæ de hac radice relationes, quod nempe diſciſſa repræſentet aquilam, diſcuſſæ ſunt à Velſchio *Hecatoſt.* 1. *pag.* 105.

Planta tota, unà cum radice antiquitus in frequenti admodum fuit uſu in morbis chronicis, ex melancholia ſeu acido vitioſo natis, præſertim in quibus ſplen ſimul affectus fuit, in ſpecie in malo hypochondriaco, ſcirrhis lienis & pancreatis. Nam ex vegetabilibus omnibus ſplenecticis palmam facit dubiam, ut vocant, unde commune eſt ingrediens omnium potionum, decoctorum, nodulorum, eſſentiarum aperitivarum & antiſplenecticarum compoſitarum. Decoctum filicis, præſertim radicis, ex blando dulci non nihil amaricans, urinam pellere ſolet, & multi uſus eſt in lienis tumore ac inflatione humida, ſive in magnis lienibus Hippocrati dictis; item in eorum obſtructionibus, vel per ſe, vel per conſenſum natis. Ita Foreſtus valdè commendat decoctum radicis filicis cum cuſcuta in vino, ceu arcanum expertum, in affectibus ſplenis; vid. Sennertus *P.* 4. *Praxeos cap.* 6. *pag.* 488. Alii commendant ſingulariter ſequens decoctum in ſcirrho lienis, & dicunt expertum eſſe ad tumorem & duritiem ejus:

℞. *Herbar. filicis c. ſua radice,*
ſabinæ,
abſinth. ā. q. v.

Decoquantur in ſ. q. ▽æ ferrariorum, ad conſumptionem tertiæ partis, addendo Paſſular. minor. contuſar. q. ſ. pro grato ſapore.

De quo ſub ingreſſu lecti bibatur bonus hauſtus.

Præterea quoque in affectibus melancholicis radix hæc cum Sabina in vino, vel cum aqua ſimplici, vel ſpeciatim cum aqua ferrariorum decocta, non absque fructu adhibita fuit; ſed cum hodierno tempore delicatioris ſint palati homines, ac ad ejusmodi decocta diu continuanda nauſeent, nec quorumvis ægrorum ſtomachus eadem continuare valeat, rariùs hodie uſurpantur.

FLAMMULA.

Flammula eſt duplex: vel repens vel ſurrecta. Flammula repens, ſive clematis urens, quæ κατ' ἐξοχὴν etiam dicitur flammula Jovis, **Brennwurtzel**, nomen acquiſivit ex vi ſua cauſtica & acri, quæ utplurimùm conſiſtit in particulis acribus, acidis, volatilibus, macris, non oleoſis; hinc comeſta puſtulas & veſiculas in lingua excitat.

Flammula ſurrecta ſpecies eſt clematitis, & magni uſus in medicina. Colitur hic in hortis: in agro Norico motu ſpontaneo creſcit. Convenit ferè cum cochlearia vel naſturtio, quia obtinet ſal volatile inſigniter acre, ratione cujus conſpirant vi antiſcorbuticâ alterativa, ſicut nonnullis hodie ſingulariter laudatur internè contra ſcorbutum; unde à Belgis, imprimis à Lindano, qui huic abſolutam curationem ſcorbuti attribuit, in experientiam practicam translata; ſiquidem ſapor ejus acris valdè penetrans ad ſaporem ferè piperis Indici accedit, hinc penetrantiâ ſuâ volatili acidum fixum macrum alterat & enervat, viſcidum incidit & abſtergit, adeoque eſt ſplenetica, epatica, & aperitiva. Poteſt uſurpari in ſubſtantia cum aceto, vel in decocto vel infuſo; vel poteſt plantæ affundi vinum generoſum, & ita ſimul per alembicum deſtillari; ſic enim prodit ſpiritus flammulæ, ſive ſal volatile; vel potiùs per frequentem ſpiritus vini cohobationem ſpiritus egregius antiſcorbuticus inde elicitur.

Extrinſecùs adhibetur ob ſal iſtud acre ad rubores & puſtulas vel veſiculas excitandas in cute.

FOENICULUM.

Fœniculum, Græcè Μάραθρον, **Fenchel.** Μάραθρον dicitur ἀπὸ τῦ μαραίνειν, quod, ubi emarcuit, condendis cibis inſerviat.

Fœniculum autem ob copiam ſeminum, quæ largo fœnore reddit, planta eſt culinis &

& officinis nota. In uſu ſunt ejusdem ſummitates, cum herba, item caules concavi, & ſemen, uti etiam radix. Planta tota eſt ſuaviter aromatica, teſtante id odore & ſapore ſuavi, blando & aromatico. Vis ejus conſiſtit in particulis ſalis, oleoſis, volatilibus, ſuavi inter ſeſe commercio ſociatis, & particulæ ejus acidæ volatiles pingues ſunt, in quibus primariò vis aromatica conſiſtit. Ab his effectus calefaciendi dependet, nephriticum eſt egregium, mirificè abſtergens renes, & promovens urinam; unde in renum doloribus, ſtranguriis & aliis affectibus, fœniculi planta polychreſta eſt. In defectu item lactis decoctum fœniculi recentis mirum in modum conducit, quod expertum ab Amato Luſitano *Centur. 6. Curat.* 86. & Hartmanno *in Praxi Chymiatr.* Unde in frequenti ſit uſu nutricibus lacte deſtitutis. Imò dicunt lac tale emulctum ſpirare odorem fœniculi. Referunt, quod mulieres recipiant folia fœniculi viridia, decoquant in vini vel aquæ ſ. q. & hoc utantur pro potu ordinario, ſic impoſſibile perhibent eſſe, quod non ſemper abundent lacte, quod etiam decoctum commendatur ad expellendas variolas, & menſtrua retenta vel impedita. In oculorum verò affectibus tota herba, ejusque ſemen, eſt commendatiſſima, iis imprimis, qui lucubrationibus nocturnis oculis nocuere; unde & liquor ejusdem ſaccharatus pro uſu ophthalmico à Bartholeto *in Encyclop. pag.* 171. tanti æſtimatur. Plinius habet, ſerpentes primò monſtraſſe fœnículi mirabilem vim ophthalmicam; ſiquidem verno tempore dicuntur, cœci propter inductam oculis cuticulam: Hanc ut deponant, viſumque hyberna latebra obſcuratum recuperent, veſcuntur fœniculo: De quo videre poſſumus Mindererum *in Aloëdar. cap.* 11. *pag.* 170.

Radix & ſemen ejus, quæ aroma ſuave ac blandum ventriculo, & hinc toti generi nervoſo conveniens continent, inter aromatica noſtratia referuntur; hinc etiam ſemen inter carminativa quatuor calida majora, primatum obtinet. Egregium eſt ſtomachicum, dum præter alia commoda, vi aromatica ſpiritus influos recreat, digeſtionem validè promovet, acidas cruditates in primis viis, & inde natos flatus internè aut externè egregiè diſcutit & reſolvit. Unde in trageas peptícas poſt paſtum aſſumitur ſemen fœniculi; hinc in colicis pathematis, in convulſivis inteſtinorum malis, herniis, &c. horum uſus eſt egregius. Convenit pectori & renibus, dum tuſſi & aſthmati medetur, poſtmodum renes detergit, neve calculus concreſcat, impedit, quatenus ſal volatile temperatum corrigit acidum calculi coagulatorem. Stranguriæ ab acido oriundæ, & renum doloribus à quacunque cauſa, potenter medetur, quocunque modo uſurpatum. Præterea, præter ſemen euphraſiæ, nullum præſtantiùs eſt ophthalmicum internum hoc ſemine. Propterea, cum etiam ſit pectorale, gravidæ mulieres illud debent comedere in tuſſi & affectibus pectoris, ut remittant; et dicunt Autores, quod fœtus in lucem poſtmodum editus clareat elegantibus oculis. Imò dicunt, quod ſi fœminæ comedentes fœniculum, halitum inſpirent oculis infantum, & illis oculos reddant clariores, & lucidiores, quod etiam ad oculos variolis clauſos jubetur applicari.

Radix eſt primaria ex radicibus quinque aperientibus: Viſcidum nempe attenuat, pectori, renibus, utero, ac menſibus ciendis dicata eſt. Porrò decoctum radicis hujus vel ſolitariè, vel etiam floribus ſambuci, aut lumbricis ſociatum, ad lactis abundantiam commendatur. Conf. Helidæus Paduanus *in Curatione pag.* 83. In variolarum cura ſæpiùs adhibetur, quarum expulſionem promovet, & oculos ab exulcerationibus protegit.

Oleum fœniculi deſtillatum ſub forma elæoſacchari propinatum in iisdem affectibus adhiberi poteſt, imprimis ad viſum clarificandum, contra flatus, & nutricibus pro augendo lacte.

Syrupus adhibetur ad expellendas variolas.

FOENUM GRÆCUM.

Fœnum Græcum habetur ſativum & ſylveſtre; & hoc vel ſiliquis oblongis, vel polyceraton, ita dictum à multitudine cornuum in floribus: quot enim flores ſunt, tot prodeunt cornua oblonga rotunda, **Bockshorn**/ aliàs etiam glaucus dicitur.

In uſu tantum eſt fœnu Græcum vulgare ſativum, & in ſpecie ejus ſemen pro ſcopo anodyno & reſolutivo, quia turget ſubſtantia mucilaginoſa, qualis mucilago vim habet temperandi & obtundendi, & quaſi inviſcandi acres aculeos ſalinos quorumvis ſuccorum in corpore peccantium, ratione cujus emollire, maturare & ſuppurare, & hinc blandè dolorem demulcere aſſolet; unde in tumoribus reſolvendis fomenta & cataplaſmata diſcutientia & maturantia ingreditur, cui utrique ſcopo ſatisfacit. Pro collyriis in ophthalmiis mucilago hæc uſurpatur, quin &, utut ratiùs, clyſteribus pro emol-

Digitized by Google

emolliendis fæcibus, & temperanda acrimonia humorum, corrodente inteſtina, & reſeranda alvo incoquitur. Easdem obtinet vires atque tragacanthæ mucilago.

FRAGARIA.

Fragaria, **Erdbeer-Kraut**/etiam dicitur trifolium fragiferum, quia folia tantum tria habet.

In uſu ſunt fructus, radix & folia.

Fructus, uti ſunt noti in culinis, ita non adeò cogniti in officinis, quoniam rarò præſcribuntur. Succulenti ſunt, ſed admodum temperati; & ex eo, quod facilè effervescibiles, blandiſſimum alcali volatile ſub occulto tamen acido, demonſtrant. Copioſam urinam fundi faciunt; exinde habent vim nephriticam, renes purgant, & calculum eliminant. Unde & quibusdam in uſu eſt ſpiritum vini affundere, & ita hunc ſpiritum pro uſu diuretico & calculi præſervativo adminiſtrare. Præterea phlogoſes & æſtuationes corporis blandâ temperaturâ ſolent ſiſtere, quo ſcopo etiam ex fragis poteſt fieri elegans julebus ad imitationem Timæi *in Reſponſo* 8. *pag.* 16. ubi fragis conquaſſatis addit ana ▽ cichorii, atque endiviæ & fragariæ partem dimidiam, & ſpiritus vitrioli tantillum. Cavendum tamen interim eſt, ne nimio eorum abuſu cholcram aliosque affectus inteſtinorum excitemus. Rarum eſt, quod ſingularem vim diaphoreticam in fragis obſervaverit Bartholinus *Cent.* 3. *Hiſtor.* 57. *pag.* 112. quæ alibi non reperitur.

Herba ipſa fragaria dicitur epatica, quia egregiè convenit in temperando epate & tono, ac dyſcraſia ſic dicta epatis; unde in affectibus chronicis, cachecticis, ictericis, & ſimilibus, haud minimum præſtat uſum. Propterea ejus decoctum cum paſſulis eſt uſitatum in talibus affectibus, imprimis, ſi uſurpetur pro potu ordinario. Vid. Rulandus *in Curat. Empir.*

Succus fragorum valdè diureticus, renum abſterſivus, & in purganda maſſa ſanguinea quoque non otioſus eſt. Vulgò refrigerare dicuntur, unde & julepos exinde confeciunt in febribus ardentibus & malignis.

In uſu quoque eſt magno ſyrupus fragariæ exinde paratus.

FRAXINUS.

Fraxinus dicitur à frangendo, quia facili negotio frangitur, **Eſchbaum**/ arbor certè ſingularis eſt, apud nos incognita, in agro Norico & Anglia ſponte ſuâ copioſiſſimè creſcit.

Plura ex hac arbore natura pro uſu medico ſuggeſſit; folia nempe, corticem, ſemen & lignum. In foliis enim reſidet vis vulneraria; in cortice ſplenetica, diuretica, & febrifuga; in ſemine diuretica, & aphrodiſiaca; in ligno denique ſympathetica vulneraria.

Arborem in genere quod concernit, quidam exiſtimant, ſerpentes ad hanc arborem non appropinquare, nec ſub umbra ejus commorari poſſe; cum umbra iſta ipſis lethalis.

Folia internè rarò adhibentur. Si verò eadem recentia contuſa vulneribus recentibus, & locis, quibus hæmorrhagiæ contingunt, imponatur, reverà balſami vulnerarii vices ſuſtinent, quæ vulgaris ruſticorum eſt curatio.

Succus recens foliorum fraxini ſpecificè contra morſum viperarum commendatur: Vid. Zacutus Luſitanus *lib.* 3. *Prax. Admir. Obſerv.* 90. Vulneribus infuſus valdè conducit.

Aqua ex tenellis fraxini foliis deſtillata ad ſurdidatem valdè commendatur: uti etiam hæc ipſa aqua laudatur pro lotione in tremore manuum.

Cortex arboris adultæ ſubnigricans, ejuſque decoctum, non ſecus ac cortex & decoctum tamariſci, item infuſum & fermentatum, in quibusvis morbis chronicis, in quibus ſplen ac hypochondria malè ſe habent, eſt egregium: Obſervarunt enim, quod ſale eſſentiali blandè adſtringente, nihilominus tamen etiam parum reſolvente, & attenuante, turgeat. Sapore convenit cum gallis & tormentilla; præcipitat enim vitriolum in atramentum. Præterea acidum corrigit & detergit. Nobiliſſimum ſudoriferum, & ſingulare diureticum eſt cortex. Denique nobile quoque eſt febrifugum, ita, ut moderni, imprimis Angli, eum in locum Chinæ Chinæ, ſubſtituere non dubitarint. Sic nonnulli ex cortice fraxini parant quoque febrifugum, cortex enim fraxini vim habet detergentem, & per ſudores evacuantem.

Sal corticis fraxini calcinatum, non verò exactè alcaliſatum, potentiſſimum eſt diureticum.

Sequuntur ſemina, quæ ob figuram, quâ avicularum linguas repræſentant, lingua avis vocati ſolent. Sale volatili acri nitroſo turgent; unde ſunt diuretica: Propterea quoque nephriticis & calculoſis ſingulariter proſunt, in quibus affectibus commendantur à Glaubero *in ſuis Scriptis pag.* 23. Præterea acrimoniam genitu-

Digitized by Google

genituræ acuunt, & viros ad Venerem valdè ſtimulant.

Semina hæc deſtillata ſubminiſtrant oleum empyreumaticum, (quod tamen per rectificationem ab empyreumate liberandum) perquam acre, potentiſſimè diureticum & nephriticum, & cui vix aliud par exiſtit: Unde à Glaubero *in ſua Pharmacia Spagyr.* tantoperè laudatur.

Lignum denique à quibusdam Germanorum guajacum dicitur, & non immeritò: Quia ſimiliter nitroſo ſale volatili turget, & exinde ſudoriferum, & hinc ſingulariter diureticum eſt; adeò ut incertum ſit, an magis ſudorem vel urinam pellat? Videatur Agricola *in Chirurgia parva p.* 903. Ratione ſalis hujus nitroſi, licet viridis ſit Fraxinus, tàm facilè inflammabilis eſt. Conf. Mayow. *de Nitro pag.* 57. Prodeſt etiam in affectibus ſplenis, aliisque morbis chronicis. Lignum hoc egregium eſt ſympatheticum in curandis vulneribus vim unguenti armarii imitans, unde dicitur das Heyl- oder Wund-Holtz; quibusvis enim vulneribus cæſim aut punctim inflictis applicatum, eorum conſolidationem brevi promovet, inflammationes arcet ac dolores ſedat: ſive recentibus iſtis affricetur, ſive inſtrumento cruento illinatur, & in locum tepidum ſeponatur. Imò omnem hæmorrhagiam quoque vulneribus junctam, modo lignum admoveatur, ut hocce ſanguinem calidum excipiat, mirè ſiſtit. Vidi aliquando non ſine ſtupore & admiratione aliquando virginem hic locorum, tanta narium habituali hæmorrhagia laborantem, ut capillorum profluvium paſſa, ac anaſarca immineret, adeò, ut nec ullum remedium huic malo ſufficiens potuerit reperiri; quæ tamen hoc ligno fraxini naribus applicato ſe poſt planè immunem ab omni hæmorrhagia reddidit. Aliàs & in dentium doloribus cavitatibus eorum intruſum, dolorem fugat, ubi & gingivis affricari poterit, ceſſante tamen hæmorrhagia, ſecutæ ſunt cephalalgiæ per biduum horrendæ. Atque ſic lignum hoc fraxini certo & determinato tempore cæſum, eſt ſuccedaneum pulveris ſympathetici, de cujus vi ſympathetica videri poteſt Schottus *in Jocoſeriis Naturæ & Artis.* Quidam dicunt, lignum hoc cædendum eſſe die Johannis Baptiſtæ, præciſè tempore meridiano: Alii circa Feſtum Jacobi (ſeu uti vulgo vocant) zwiſchen zwey Frauen-Tagen/ manè ante ſolis ortum, vel juxta alios, tempore conjunctionis ſolis & lunæ in Tauro, menſe Aprili, vel in conjunctione ſolis & lunæ in Leone, menſe Julio; in plenilunio autem meridie, ſi eſt ſol in exaltatione, domo 10. vel tempore conjunctionis, uno ictu cædendum; quidam ipſo feſto Jacobi, inter 11. & 12. horas, & quidem non niſi à juvene Venerem nondum experto, & ſecuri omninò nova, tribus ictibus, lavatis manibus, & in receſſu non loquendo: Alii noctu volunt cædere hoc lignum, & in his ſunt, qui dicunt, latere arcana quædam contra veneficia.

In his ergò quinque enarratis circumſtantiis maxima vis herbarum balſamica conſiſtit. Optimum autem ligni fraxini tempus videtur ante ſolis ortum die Johannis Baptiſtæ; vel cæditur lunâ & ſole in Leone exiſtentibus circa punctum meridiei. Alii conjunctionem luminarium in Ariete eligunt: Vid. Borellus *Cent.* 3. *Obſerv.* 78.

Aliàs & plantæ à nonnullis ſecundùm certa ſigna cœleſtia dividuntur variè & ſuperſtitioſè; ſed effectus illorum ſignorum nulli ſunt: Vid. Helvetius *in Amphitheatro Naturæ*, & Carrichterus *in Herbario*, qui ſub certos Planetas diſtribuit.

Aliàs lignum fraxini recens unâ extremitate igni commiſſum, alterâ exſudat liquorem ſeu aquam, ut omnia ligna ſolent, quæ aqua maximè commendatur in affectibus aurium, ſcilicet ſurditate.

Quoad præparata, omnia ex illo parari poſſunt eodem modo, ac de ligno guajaco dicetur.

In uſu quoque eſt ☉ ex ligno incinerato.

FRAXINELLA.

Fraxinella, malè dictamnus albus dicta videtur, quod folia hujus plantæ fraxini folia imitentur. Planta in hortis colitur & fortem, aromaticum ex parte, odorem habet.

Quoad uſum ejus, iisdem affectibus conſecrata eſt, quibus dictamnus genuinus. Ab Autore quidem multa dicuntur, ego autem nil habeo, quod moneam, quoniam nunquam aliquid de ea memini me legiſſe.

Interim, cum hujus loco chelidonium majus vel zedoaria uſurpari poſſint longè potentiora, non ampliùs uſurpari ſolet.

FUMARIA.

Fumaria vel fumus terræ, dicitur etiam capnos minor. Flores fert purpureos & albos; ſemen, ut coriandrum nigricans tamen eſt. Egregia eſt planta, ſaporis admodum acris, amaricantis, penetrantis, adeoque innuit, vim ejus in ſale nitroſo volatili temperato, non tamen adeò copioſo, reſidere.

In officinis tota planta cum foliis adhibetur. Nullum mundificans ſanguinis præ-

Digitized by Google

ſcribitur, quod non ingrediatur : Noſtris enim corporibus apprimè convenit in depuranda maſſa ſanguinea, & dyſcraſia ejusdem corrigenda ; unde in morbis epatis & lienis ſic dictis, cachexiis, aliisque chronicis, uti & in morbis melancholicis, pro corrigendo ſapore vitioſo cauſæ morbificæ, & ſanguinis fermentatione, nulla planta magis eſt uſitata. Præter vim autem alterantem, ſpleneticam, epaticam, & attenuantem, urinam egregiè ciet, laxat quoque leniter, & purgat ſeroſos, bilioſos, & aduſtos humores ſenſim, viſcera reſerat, roborat & purificat; adeò, ut in malo hypochondriaco, ſcorbuto, morbis meſenterii, lienis, quartana, ictero nigro, & ſcabie recenti, utramque faciat paginam, recens infuſa & epota. Imprimis ſi ſit ſcabies ſcorbutica, in qua flores & folia coquuntur in lacte caprino. Sunt etiam, qui commendant hanc plantulam in cura morbi Gallici, cujus efficaciam videbitis confirmatam in Paulli *Quadrip. Botan. pag.* 63. Coctionem autem diuturnam non fert hæc herba, quia avolat ſal volatile. Unde laudatur imprimis recens eadem in infuſis, aut etiam in ſucco uſurpata, cum non parum virium exſiccatione ſucceſſivâ perdat.

Succus recens expreſſus cum ſucco bugloſſæ, & ſeri lactis caprilli part. ij. mixtus & in vere calide manè ſumtus, in dictis affectibus egregiè confert; unde & præprimis in ſcorbuto, malo hypochondriaco & ſcabie & ſplenis affectibus aſſumitur, vel ſolus, vel miſtus cum ana ſucci cochleariæ, & ſero lactis, cujus volatile alcali nitroſum egregiè confert in promovendis fumariæ affectibus, hoc eſt, quod vulgò dicunt, fumariam corrigere aduſtos, ſalſos, acres humores, eosque abſtergendo per alvum evacuare. Sanè Freitagius *in ſua Aurora Medicorum pag.* 254. dicit: Se hypochondriacis, quos ſimul ſcorbutus infeſtaverit, quique aliis remediis diu exagitati fruſtrà fuiſſent, ſuccum fumariæ & cochleariæ ana in ſero lactis caprilli, idque imprimis verno tempore, cum ſucceſſu exhibuiſſe. Externè ſuccus acris ex parte viſum acuit, & lacrymas movet in modum fumi, hinc Germanis dicta videtur, **Erdrauch**. Cum gummi diſtemperatus oculis illitus præcavet duplicaturam ciliorum. Cum lapatho, & aceti aut mellis pauxillo mixtus, pro ſcabie & fœditatibus cutis, præmiſſis præmittendis, & evacuato corpore, commendatur.

Eſſentia uſurpatur in ſcabie, malo hypochondriaco, & ſcorbuto præprimis, in quo ſanè B. Sennertus quotannis aliquot libras eſſentiæ fumariæ conſumſit.

In noſtris officinis proſtat quoque eſſentia fumariæ compoſita ex fumaria, radice helenii, aliisque ſimilibus, cum ſpiritu vini tartariſato, concinniùs cum ſpiritu quodam antiſcorbutico, præparata; quæ egregia eſt in ſuppreſſione menſium, & aliis chronicis affectibus.

Aqua deſtillata ſudorifera eſt, cum theriaca vel Mithridatio, aut alio compoſito mixta.

Conſervâ fumariæ Sennertus ſæpiſſimè uſus eſt in affectibus ſcorbuticis, hypochondriacis, & ſpleneticis, aliisque morbis chronicis, ut ei vix duo centenaria ſuffecerint.

Syrupus fumariæ eſt egregius pro purgatione maſſæ ſanguineæ.

Pilulæ de fumaria, quoque in uſu ſunt, quæ uſurpantur in purificando ſanguine, in ſcabie, lue Venerea, ſcorbuto, & ſimilibus affectibus; imprimis, ſi miſceantur cum Mercurio dulci, in quo conſiſtit radicalis cura talium affectuum.

FUMARIA BULBOSA.

Fumaria bulboſa etiam capnos, chelidonia Plinii, vel Piſtolochia, vel Corydalis, hirundinaria, & abſolutè radix cava, **Erd-Kraut / falſche Hollwurtzel** dicitur. Eſt vel flore rubro vel albo. Radix eſt rotunda, cava, exterius nigricans, interius flaveſcens, amari ſaporis.

Uſurpatur in officinis radix & herba, valdoperè cognata & naturæ & figuræ ariſtolochiæ rotundæ, cui ſubſtituitur. Adeoque non magis quàm ipſa eſt uterina, inſignis epatica, ſudorifera, & alexipharmaca, abſtergens, ſubadſtringens, aperiens, diuretica, vulneraria, &c. Imprimis tamen internè convenit in affectibus uterinis, in ſuppreſſione & decoloratione menſium, fœtu mortuo, lochiis & ſimilibus pellendis, ictero, ſcabie, &c. Confert etiam ad vermes, vulnera, fiſtulas, & ulcera antiqua ſordida, quæ egregiè abſtergit, & ſordes detergit. In tonſillarum antiquis affectibus tumentibus, putredine oris, hæmorrhoidibus dolentibus & tumentibus cum unguento populeo: Item ſcabiem, dolorem podagricum à frigidis humoribus ſanare dicitur.

G.

GALANGA.

GAlanga radix eſt aromatica exotica, ex cyperorum claſſe; ſive ſit major, ſive ſit minor: Qui cyperi ſunt referendi ad irides aromaticas, quarum radices ſunt nodoſæ, elegantemque ſpirant odorem,

ex

Digitized by Google

ex quibus etiam eſt galanga. Videantur rerum Indicarum ſcriptores, Bontius & Piſo.

Galanga hæc ratione virium convenit cum zedoaria, aut etiam acore noſtrate; cum enim habeat odorem & ſaporem aromaticum, ſatis patet, quod conſtat ſale volatili acri non admodum oleoſo, ratione cujus pro uſu ſtomachico valdè uſurpatur, adeo, ut Paracelſus eandem non inconcinnè externum ventriculum vocaverit propter vim reſtituendi ventriculi interni labes & defectus: atque hinc in omnibus affectibus abdominis & ventriculi flatulentis, ex cruditate acida ortis, frequenti eſt in uſu; præcipuè, quoniam fermentationem humorum, ab acido oriundam ſopit, & hinc flatus productos diſcutit; & corrigit. Unde non immeritò unum ex primariis ſtomachicis, nervinis & uterinis eſt, atque adeò etiam in paſſionibus hyſtericis mulierum commendatiſſimum eſt remedium. Similiter, quando ob imbecillitatem ventriculi affligunt tempore matutino vertigines caput, vel, quando propter conſenſum ventriculi ſint ſuffuſiones nothæ, galangæ pulvis eſt egregius.

GALEGA.

Galega Græcorum, ruta capraria: **Geiß- oder Ziegenraute.** Datur ſimplex: cærulea, & alba.

Utraque quoad integram plantam eſt officinalis.

Galega ut ut ſimplex ſit adeo temperatum in qualitatibus, ut neque ſapore, neque odore, neque alio aliquo modo afficiat ſenſus, atque ideo valde contemptum ſit; uſitatiſſima tamen eſt in uſu alexipharmaco, & ſudorifero, epileptico, &c. Sed miror, qua ratione, aut qua experientia ad aſſerendum hoc inducti fuerint practici? utriusque ſanè defectu nihil galegæ tribuendum cenſeo. Vis ejus alexipharmaca in ſpecie eſt contra morſum viperæ, qua lacerta cum vipera pugnans ſe munit, & ab hac demorſa ſe curat, & quam deſcribit Foreſtus *l.* 2. *de Incerto urinarum Judicio, pag.* 209. & Meier *in Selectu Medico pag.* 27. ſubleſtæ tamen fidei eſſe videtur, modò non fabula ſubſit. Olim tanquam alexipharmaca in peſte, in febribus malignis frequentiùs fuit in uſu, quàm nunc. Legimus enim aquam imprimis pro ſcopo ſudorifero adhibitam fuiſſe in febribus malignis, ac continuò ardentibus, item epilepſia infantum, in qua etiam illis terna ſuperiora folia propinabantur: ſicut & adhuc miſturis & emulſionibus propinandis in febribus petechialibus, aliisque morbis malignis, à multis uſurpatur.

GALLIUM.

Gallium triplex ſeſe offert: luteum, album, & molluginoſum, ſeu latifolium album; **Meyerkraut / unſer Frauen Bettſtroh.** Planta eſt vulgatiſſima. Dicitur autem gallium à γάλα, lacte, quod hujus uſu lac coaguletur, ſi nimirum planta recens contuſa lacti injiciatur: vid. Bartholinus *in Act. Hafn. vol.* I. *p.* 130. item Borrichius *Herm. Sapient. p.* 403.

Uſum in officinis habet nullum, nec memini, me legiſſe apud Practicum illam præſcriptam fuiſſe, de quo teſtatur etiam Autor. Externè dicit contra hæmorrhagiam narium & ſcabiem prodeſſe.

GENISTA.

Geniſtæ variæ ſunt ſpecies, ac idem eſt, quod πράσιον Græcorum, **Genſtkraut / Pfriemenkraut** duplex eſt: geniſta ſpinoſa minor ſeu Germanica, & non ſpinoſa.

Geniſta ſpinoſa officinis planè eſt incognita, & forte cum genuina geniſta conſpirat; non ſpinoſa ſimpliciter dicta, & cum additamento tinctoria, **Färbergenſt / Färber-Pfriemen** / flore luteo, & officinis ſat nota eſt, & in pratis cultis provenit. Ita dicitur, quod tinctores floribus ejus frequentius pro lanis & pannis colore flavo tingendis utantur; unde etiam magiſterium tingens è floribus cum ſolutione aluminis per lixivium parari ſolet.

In officinis tota geniſta inter herbas diureticas refertur, in ſpecie decoctum, quia egregie urinam ciet; unde excellens eſt medicamentum contra hydropem. Uſurpantur tam ſemen, quam præſertim flores. Utrumque partim eſt alterativum, partim laxativum.

Flores, ſi in decocto propinentur, per inferiora educunt; ſi in ſubſtantia, vomitus cient. Ex omni conveniunt cum floribus capparis; hinc cum aceto conditi uſu diuretico ſunt egregii, & loco capparum embammatis quibusdam apponuntur. Vis eſt nitroſa & oleoſa; hinc, quæ de capparibus dicta, hic applicari poſſunt in affectibus meſentericis & ſpleneticis. Hinc in ictero nigro, cachexiis muſculorum ac virginum, aliisque morbis chronicis, nodulis alterantibus ſpleneticis & hepaticis, vel eſſentiis aut elixyribus ordinariè adduntur, teſtantibus id ipſum omnibus autoribus.

Semen imprimis ſolet movere per alvum, & per vomitum; unde ſummoperè in arthritide prodeſſe dicitur. Urinam etiam pellere & abſtergere renes, dicitur.

Singulare refert Borellus *C.* 3. *Obſerv.* 18.

quod ſi geniſta viridis circumvolvatur arboribus in ſtipite, omnes erucæ ab illis fugentur.

Sal geniſtæ è cineribus elicitum eſt unum ex primariis ad prælervandum à lithiaſi; hinc diſſolutum in vino uſurpatur pro uſu diuretico in hydropicis, quorum aquas potenter & efficaciter per urinam pellit. Sed cautè calcinatum ſit, ita, ut ſalſum maneat.

In Roſenkreuzeri *Aſtrologia Infer. pag.* 58. & 60. habetur, quod in calcinatione geniſtæ in cineribus verum ſtannum fuerit repertum: id quod confirmatur etiam ab aliis ſcriptoribus. Hinc quæſtio orta eſt inter Medicos: quid habendum ſit de tali ſtanno? Crollius quidem dicit, quod detur conſenſus & correſpondentia microcoſmi cum macrocoſmo, & ſit conſenſus planetarum ſuperiorum & plantarum. Dicunt ergo chymici: quod eſt Jupiter æthereus, id eſſe Jovem terreſtrem; & propter hanc correſpondentiam ſtannum habere geniſtam. Unde ulterius quæritur: an non ex plantis Mercurialibus poſſit haberi Mercurius? an non ex martagine, hyperico, & plantis ſolaribus poſſit parari aurum, uti ex lunaribus luna? & à multis affirmatur. Imprimis Kircherus illi aliquam affundit lucem in *Tr. de Magnetiſmo*, ubi ſtatuit: poſſe aliquid attrahere vegetabilia ex mineralibus; ſicuti certum eſt, in montibus Mediolanenſibus plantam reperiri, ex qua elicitur Mercurius vivus. In Ungaria vites proferunt uvas lineis aureis tinctas, quoniam tota Hungaria ditata eſt auro, quod credunt etiam quidam in geniſta. Sed revera vanum eſt, & vel caſu ſtannum ſimul commiſtum, vel tota hiſtoria commentum eſt.

GENTIANA.

Gentianæ, utut plurimæ ſint ſpecies, nihilominus flore cæruleo tantum eſt uſitata, quæ dicitur gentiana cruciata, quoniam folia ſeſe cruciatim interſecant & diſſecant, **Enzian.**

Quia non creſcit in noſtris hortis, uſitata tantum eſt radix, quæ ex aliis locis affertur.

Quoad vires ſaporis eſt acris & amariſſimi, hinc fortiter penetrantis, & aliquantiſper adſtringentis; unde monſtrat ſal volatile acre adſtringens & amarum, ratione cujus acidos in corpore humores temperat, & coërcet. Unde etiam inter ſimplicia alexipharmaca & febrifuga non eſt ultimum, pulveriſata à ʒ ß. ad ʒ j. ante inſultum paroxyſmi in vino calido exhibitum elicit ſudorem, & repetito uſu perfectiſſimè fugat febres intermittentes chronicas, imprimis tertianas nothas, & quartanas, ut Gesnerus affirmat; hinc ab uſu ſudorifero in febribus malignis, contagioſis & peſtilentialibus, à Palmario *c.* 18. *pag.* 455. de morbis contagioſis commendatur, quam malignitatem præſervare, vel contractam curare dicit. Unde & theriacam ex 4 ſimplicibus ingreditur, diateſſarum dictam. Propter hanc vim febrifugam non immeritò uſurpari poteſt ad inſtar Chinæ, ſive pulveris Jeſuitarum, cujus ſuccedaneum ferè eſt: nam hæc habet ſimiliter ſaporem amarum ut gentiana. Optimè quoque confert in morſu canis rabidi, vel interne cum lapillis cancrorum præparata, aut myrrha mixta & deglutita: vel externè pulveriſata cum theriaca morſui, à cane rabido inflicto, applicatur. Præterea ſapore amaro in ſubſtantia reſinoſa fundato aciditates viſcidas, ſive fermenta acida, ſpecialiter acidum auſterum ſtomachi & primarum viarum mitigat; hinc in doloribus colicis pituitoſis cum vino calido ad ʒ j. propinata conducit, ut & in paſſionibus hyſtericis euporiſton non contemnendum eſt; & cum ratione amaritiei ſpecialiter contrarietur acido, & affectibus ab illo oriundi; inde facile judicare poſſumus, quomodo, conducat hepati, hypochondriacis &c. ſicut etiam in cachexia & dyſcraſia ſanguinis elegans remedium eſt; unde in nodulis ſanguinem corrigentibus præſcribitur, utut ſit valdopere amara.

Externè in excitatis fonticulis, ſi fluere renuunt, gentianæ pulvis inſpergitur, & res optimè ſuccedit ante paroxyſmum exhibitum & repetitum; vel globuli ex gentiana imponuntur. Radix quoque ſæpius fiſtulis anguſtis immittitur, ut callum ulceris fiſtuloſi exedat. Videatur Hœferus *in Hercule Medico.*

Succus inſpiſſatus, & in vehiculo appropriato aſſumptus, cum myrrha in morſu canis rabidi, in cachexia, & dyſcraſia ſanguinis, nec non febribus intermittentibus chronicis & nothis, in ſpecie quartanis, ante paroxyſmum exhibitum & repetitum, per ſudorem inſignem vim exerit, & à ruſticis expertus eſt, quem etiam Gesnerus *libro* 2. *Epiſtolarum pag.* 62. valdopere laudat, & dicit: ſe illo aliquoties tutò, citòque ſanaſſe tertianas longas, & nothas, & hujusmodi alias. Ex hoc fit febrifugum extractum cum ſpiritu vini tartariſato, quod potentiſſimè ſudorem movet, ſpeciatim verò virtutis ejus alterativæ ad febres intermittentes, præſertim chronicas & nothas, ante paroxyſmum exhibitum & repetitum eſt egregium.

Miſcetur quoque extractum gentianæ doſi ʒ j ad ʒ j cum ſpiritu ſalis Ammoniaci ſim-

Digitized by Google

ſimplici 3 ß. ante paroxyſmum cum aqua appropriata propinando, quod in tertianis & quartanis, ſi quid aliud, præmiſſis tamen præmittendis, feliciter mihi uſu coguitum. Miſtura hæc in praxi admodum proficua obſervatur, ſociata cum ſalibus volatilibus. Valdoperè alii commendant extractum hujus radicis contra aſthma, ortum vel propter ventriculum copioſa mucilagine acida refertum, vel ex vitio pulmonum ex infractu bronchiorum à materia craſſa, & ne ſapor amarus admodum afficiat linguam, ſub forma pilularum propinatur, uti etiam in cachexia & dyſcraſia ſanguinis.

Plura, qui cupit de Gentiana, Zapatam *in Clave Medic. cap.* 8. & 9. *pag.* 99. videre poteſt.

GERANIUM.

Utut plurimæ Geraniorum ſint ſpecies, à roſtris vel capſulis ſeminalibus ſic denominatæ.

Inter omnia Geranium Robertianum, **Rupprechts-Kraut** / ſeu, **Storch-Schnabel** / tantùm in officinis adhibetur, quod provenit in muris antiquis, & locis derelictis, fertili tamen ſolo gaudentibus: Unde cum Geranii Robertiani fit mentio, generaliter dicitur Rupertinum, ſeu Robertianum, flores purpuriſſantem habent colorem.

Uſitata ſunt folia & tota planta.

Ex ſignatura fructuum, vel ſeminum, quæ repræſentant aliquomodo gladium, putarunt primùm convenire in vulneribus, vel ſlictim, vel cæſim productis, interno & externo uſu: quod etiam experientia confirmavit, cum ſit vulnerarium uſitatiſſimum, & præſtantiſſimum præ cæteris temperatum; dum internè in omnibus ferè potionibus & eſſentiis vulnerariis adhibetur, quoniam ſanguinem grumoſum diſſolvit, & contuſiones & lacerationes ita diſponit, ut diſpareant, & facilè conſolidentur.

Externè conſpirat ferè cum chelidonio majore, & tollit tumores pedum œdematoſos, qui ſæpiùs poſt morbum chronicum vel acutum apparent. Quod ſi Geranium non videtur ſufficiens, poteſt miſceri cum ſtercore columbino vel caprino, contundi, atque in forma cataplaſmatis applicari. Ulteriùs exquiſitiſſimum externo in uſu eſt contra tumorem pedum, qui eſt à lympha advecta in pedes & coacervata, ſive ſubtili, unde tumor ſeroſus, ſive craſſa, unde pituitoſus. In genere in tumore pedum hydropico contuſum & inſtar cataplaſmatis plantis pedum applicatum, vel ſolùm, vel cum ſale & aceto ſubactum, quod etiam valet in æſtu febrili. Succus ingreditur unguenta & emplaſtra cum terebinthina ſubactus, & recentia vulnera citò, tutò, & jucundè percurat. Quod ſi contraxerint labem vitio aëris, vel alia ex cauſa, vulnera facilè degenerant in ulcera. Ne autem hoc fiat, ſingulare eſt Geranium; quoniam vulnera mundificat, & acidum corruptivum ratione ſalis volatilis alcali, uti reliqua vulneraria omnia, mortificat. Solet etiam commendari interno & externo uſu in cancro mammarum, in unguentis & emplaſtris contra cancrum exulceratum ſive non exulceratum.

GLADIOLUS.

Eſt iridis ſpecies: Radix ſpecificum purgans eſt pro ſanandis ſcrophulis, vid. Zapata *lib.* 3. *Clav. Medic.* Superior pars radicis extra terram eminens tanquam cataplaſma impoſitum omnes ardores, tumores diſcutit, ſpicula & ligna evellit; &c. inferior vero, & terra tecta omnia deorſum & ad interiora premit, unde in cura fiſtularum profundarum cum oleo tartari & ærugine miſta hæc medicamenta ad fundum pellit, & fundamentaliter eas curat. Vid. Schmuck *Cur. Magnet. pag.* 24.

GLYCYRRHIZA.

Glycyrrhiza eſt duplex; vel echinata, ubi ſemen capitibus hiſpidis vel ſiliquoſa, ſeu Germanica officinalis, cujus ſemen ſiliquis eſt incluſum. Prior veteribus in uſu fuit; poſteriore autem hodie nos utimur, & quidem eâ, quæ provenit circa Bambergam. Vid. Paulli *Quadrip. Botan. Claſſ.* 3. Ita dicitur à γλυκυς, dulcis, & ῥιζα, radix: Eſt enim radix ſuaviſſimo dulcore imprægnata, unde & **Süß-Holtz** dicitur, in fine tamen maſticationis ſemper aliquid amaritiei ſentitur.

Radix ſaltem eſt in uſu.

Ratione ſaporis ſui dulcis in receſſu tantillum amaricantis, conjuncto aliquali odore aromatico, ut rectè obſervat Hoffm. *de Medic. officin. pag.* 313. vim habet egregiam temperandi, & obtundendi quamcunque acrimoniam ſeri & ſanguinis, & ſpeciatim ſalſam: Hinc ubicunque dolor ex acrimonia oritur, illic glycyrrhiza ſuam exerit virtutem. In raucedine ergò, aphthis, aſperitate, & aliis affectibus faucium, vitiisque vocis & ſermonum à lympha nimis acida ex glandulis vicinis deſtillante, crebriùs maſticata ac cum aliis decocta eſt egregia. Præterea decoctum hujus radicis ordinariè potiones lignorum ſudoriferas vel vulne-

Digitized by Google

vulnerarias pectorales, vel diureticas ingreditur ad tusses siccas, & asthmata, & sputa cruenta. Nam glycyrrhiza pectorale principale & pulmonarium dicitur. Denique hoc decoctum etiam in dysuria, stranguria, & doloribus renalibus multum laudari solet; unde Autor noster rectè nephriticam dicit; in nephritide enim, & aliis calculi affectibus mitigandis mirè confert, quoniam temperat humorum acrimoniam, sanguinis materiam glutinosam dissolvit, penetrat renes.

Præ cæteris autem dulcibus commendatur, quia minus effervescibilis est; hinc qui alias à dulcibus offenduntur, ut sunt hypochondriaci, hystericæ mulieres, & id genus alii, hâc glycyrrhiza tutò uti possunt, citra nauseam. Id verò notandum, ut, si decoctum aliquod ingrediatur, in fine infundatur, alias dulcedinem suam amittit.

Præterea ex radice hâc, mediante coctura succus elicitur & inspissatur, qui polychrestus est in temperanda & abtundenda humorum acrimonia salsa, speciatim in sero ac lympha acriori corpus nostrum turbante, & hinc in partibus solidis ab hac acrimonia excoriatis ac arrosis leniendis, demulcendis, ac restituendis; unde tum in affectibus urinariis dolorosis, tum pulmonalibus est egregius; si nimirum in asperitate, aliisque affectibus faucium, linguæ & laryngis, qui ortum itidem habent ex lympha nimis acri, succus sub lingua aliquandiu detineatur, ut sensim sensimque liquescat in ore. Solet etiam hic succus cerevisiæ ad tusses infundi, sicque propinari.

Succus autem hic variis quisquiliis, pulveribus, arenulis, & aliis rebus inquinatus est, quò pondus ejus aggravetur; unde ut purus habeatur, in aqua appropriata, v. g. hyssopi dissolutus, filtratus, ac transcolatus, & ita lento & moderato igne iterum inspissatus præscribendus est: ex hoc apparebit, quod ex ℥ j. succi glycyrrhizæ vulgaris ʒ i j. ad ʒ v j. acquirantur, reliquum pondus æquant quisquiliæ, quæ potius exasperant, & adaugent malum, quam quod levent.

Aliàs etiam in affectibus renum similibusvè convenit, ac ficus.

GNAPHALIUM.

Gnaphalium in officinis est duplex: vulgare majus montanum & minus repens. Dicitur autem quasi ἀντὶ γναφάλε, quod folia ejus pro tomentorum usu in vestimentis antiquitùs fuerunt adhibita. Græcis χρυσοκόμη, quæ est genus quoddam plures sub sese comprehendens species; ad hanc enim pertinent omnes stœchades, gnaphalia, aliæque plantæ tomentosæ.

Gnaphalium majus dicitur **Ruhrkraut**/ quod veteres decoctum ejus in vino mediocri (non generoso) multùm conferre in dysenteria putarint: hodie tamen pro scopo hoc rarò usurpatur. Gnaphalium majus sive filago minor, **das kleine Ruhrkraut**/ conspirare videtur cum majore. Imprimis contra dysenteriam, ac in eo casu, ubi exulceratio est intestinorum, infusum ejus pro potu ordinario, aut ejus decoctum, inservire potest.

GRAMEN.

Hic intelligitur Gramen vulgare caninum, ex quo apud veteres in usu fuit semen & radix. Commendatur à veteribus ad hypochondriaca mala, ad epatis & lienis infarctus. Occasionem hujus effectus suggessit experientia in bobus, qui hyemali tempore ferè obstructioni folliculi fellei, ductusque ejus cystici, vel à mucilagine viscosa, vel concremento calculoso obnoxii sunt; ast æstivo tempore esu graminis iterum curantur & liberantur: hinc apud Galenicos præsertim practicos decoctis ac sirupis magistralibus longis frequenter addi radices solent. Hodiè autem vix adhibentur, nisi decoctum radicis, quod à Bartholeto *in Encyclopedia p.* 185. in enecandis & abigendis infantum lumbricis commendatur; sicut etiam Simon Pauli *in Quadripartito Botanico qui pag.* 531. insimul refert, quod gramen ossifragum àbobus aut aliis animalibus comestum adeo laxet tendines & nervos animalis, ut omnis pereat motus; causa forsan est minera Saturni & Mercurii, super quibus hoc crescit, Conf. M. C. M. *Anno* I. *pag.* 125. Aliàs contra hæmorrhagias fortiores commendatur propter vim adstrictoriam.

Aqua ex gramine destillata eodem usu convenit in vermibus puerorum.

GRAMEN PALUSTRE FLORE SIMPLICI ET ALBO.

Seu unifolium palustre.

Gramen Parnassi, sive gramen epaticum, item ἑπταδύναμις Polonorum, revera ad pyrolarum species referendum, unde & pyrola hederacea alba propriè dicitur, item hepaticum hederaceum, **Leberkraut**/ & elegantiæ gratia in hortis colitur.

Dicitur hepaticum, quoniam ad intemperiem, hoc est, atoniam ac dyscrasiam hepatis conducat. Quibus verò in specie morbis

Digitized by Google

bis hepatis medeatur, altum est silentium; unde de vi ejus dubia potius, quàm vera habetur relatio.

Externè quidem, quia est planta temperata, inter vulneraria, uti omnes pyrolæ talia sunt, refertur. Cum verò vulneraria alia meliora prostent, facilè hac carere possumus.

GRANATA.

Malus granata arbor est exotica, cujus flores vocantur Balaustia, imprimis si sint ex malo granato sylvestri, quæ habet florem plenum; domestica verò saltem simplicem. Vocatur alias malus Punica. Granata dicitur à granorum copia, quibus fructus est refertissimus. In flore duæ partes sunt, sed inter se distinguendæ:

1. Calathus floris domestici, seu cytinus; &

2. Flos sylvestris, seu Balaustium: quæ in officinis confundi solent.

In fructu verò distinguenda sunt tùm cortex, qui cordis formam refert, & speciatim malicorium dicitur; tùm pulpa ipsa seu nucleus.

In officinis recipiuntur flores, fructus, malicorium, & grana succulenta.

Flores ubique commendantur usu adstrictorio, & rectè: Nam & mechanicè & medicè conspirant cum gallis. Uti enim decoctum gallarum, rosarum item rubrarum; ita & hoc decoctum florum balaustiorum, vitriolum in atramentum præcipitat; internè propter colorem sanguineum non incommodè eosdem usurpare solemus in sistendo fluxu sanguinis quocunque, unde in decoctis adstrictoriis solent adhiberi.

Externè gargarismata ingrediuntur ad firmandas fauces, & pulveres dentifricios, & decocta ad firmandos dentes, & illorum absterſionem: colorem simul conciliant rubicundum & elegantem, sicut etiam pulvis balaustiorum cum melle ac pauco sale in linimenti formam redactus, gingivis affectis illiniri solet. Infusum quoque florum cum aqua theriacali instillatur oculis variolis laborantium, ut caliginem, exulcerationem, & suppurationem eorum impediat: videatur Augenius.

Malicorium cum gallis ejusdem naturæ ac usus est: vis tamen adstrictoria in hoc est potentior, quam in floribus; propterea tonum partium, ubicumque opus est, roborat. Interim neminem turbare debet historia illa apud Bartholinum *Histor. Anat. C. 4. Observ. 39. & Epist. Med. C. 3. Ep. 63.* de muliere mensium obstructionem passa, & usu corticum granatorum penitus curatâ; origo enim affectus hujus à vi acidum absorbendi dependebat: Conf. Tachenius *in Hipp. Chym. cap. 17. pag. 113.* Sed etiam benè considerandâ ea, quæ ad hanc observationem habet Bartholinus *in Epist. l. a. pag. 255.* quod nempe cortices non in substantia, sed in decocto cum cereviſia facto propinandi.

Imprimis ejus decoctum solet usurpari externo usu in variolis pro præservandis oculis, naribus, & faucibus.

Longè alia est ratio fructus, imprimis ratione saporis, quo est impregnatus. Granata enim sunt in triplici differentia; alia dulcia; alia acida; alia medii saporis; &, ut alii loquuntur, vinosa. In genere conveniunt stomacho in morbis calidis.

Succus granatorum dulcium temperatus est, acrimoniam bilis imprimis mitigans & temperans; unde Baco Verulamius *in Historia sua vitæ & mortis*, ad hepar fervidius & ejus phlogoses temperandas, eundem satis laudare nequit. Potentior in hoc scopo est succus Granatorum acidus, qui convenit cum succo citri, sanguinem fervidiorem demulcet, ventriculo quoque nidoroso conducit, ac in febribus ardentibus & malignis optimum levamen ægris est; non tamen per se sumendus, sed Juleporum forma propinari potest. Sic & in Gonorhœa, à turgescente liquore seminali, compescenda, ac emendanda, non secus ac succus citri valdè conducit, vel solitariè, vel cum succo citri mistus. In apetitu vitioso gravidarum, seu pica, specificum est, item in hæmorrhagiis ab æstu oriundis quibuscunque, & nimiis hæmorrhoidum fluxibus convenit; sive solus, sive cum coralliis rubris hauſtus. Succus denique vinosus medii saporis, mediæ quoque naturæ se habet, & modò in hoc, modò alio in casu, pro aliquali confortativo, æstu, siti morborum acutorum, &c. potest usurpari.

Quæ dixi de succo, valent de syrupo, utut magis sit fermentescibilis propter admistum saccharum.

GUAJACUM.

Ligni Guajaci, seu sancti notas genuinas, & debitum inde instituendi selectum; videbitis in Hoffmanno *de Medic. Offic. pag.* 380. Ipsius ligni decoctum quidem frequenti in usu est, acrem & amaricantem habet saporem, plus minus tamen, prout magis vel minus recens fuerit. Fit enim interdum, si bonum sit lignum, ut decoctum piperis instar

by Google

ſit acerrimum. Imo notabile eſt, quod obſervavit Mayow. *Tractat. de Nitro pag.* 37. quod nempe decoctum ligni cum inſtillato ſpiritu vitrioli efferveſcat. Ab effectu dicitur das Frantzoſen-Holtz/ quia in curatione luis Venereæ ſpecificum. Inſigniter enim prodeſt hoc lignum, ejusque decoctum ad ſudorem, & hinc urinam ciendam. Quin uſitatum eſt apud Galenicos in morbis chronicis, ut arthritide, morbis catarrhalibus, aſthmate, febribus chronicis, & id genus morbis aliis, ceu ad ultimum aſylum refugere ad decoctum ligni guajaci. Poſt catarrhos uſurpatur in phthiſi imminente, aut jam inchoante, à lympha nimis acriore & acidiore oriunda. Et ſæpius uſu venit in ſcorbuto, qui non rarò cum dicta phthiſi ſolet complicari. Valet itidem contra odontalgiam, ſi decoctum in ore teneatur.

In mundificanda pariter maſſa ſanguinea non ultimum locum habet; hinc in ſcabie, lepra, & aliis cutis vitiis ſub forma decocti in aqua non caret fructu.

Sequitur jam cortex ejus, ubi omnia ea, quæ de ligno dicta ſunt, huc applicari quoque poterunt. Imo majores effectus præſtare ſolet, quàm lignum, quia vis major ipſis ineſt.

Ut ergò paucis multa comprehendam, vis ejus conſiſtit in parte reſinoſa, ſale volatili oleoſo turgida; ratione cujus incidit viſcidum, corrigit lymphæ vitia catarrhalia cæterùm, cùm ſit exoticum, Amatus Luſitanus *C.* 2. *Curat.* 95. ſubſtituit lignum buxi, & *cent.* 6. *cur.* 80. & credo hoc eſſe efficacius illo, propter vim anodynam, quâ caret guajacum. Ejusdem quoque naturæ eſt lignum Saſſafras, radix ſarſæ parillæ, &c. Non pauci ſunt, qui ligno huic guajaci exotico fraxinum æquipollere exiſtimant. Sunt qui volunt, quod lignum guajacum, ſit verum lignum Heraclinum Rulandi, ut Strobelbergerus *de Dentium Podagra c.* 47.

In uſu pariter eſt guajacinum gummi, utut rarum, cujus uſus revera ſingulariter ſpecificus eſt in gonorrhæa Gallica, quam certò ſiſtit aliis non cedentem; vel in ſubſtantia in forma pilularum uſurpatum, vel cum ſpiritu vini tartariſato in eſſentiam ſolutum, vel abſtracto ſpiritu vini in extractum redactum, & à gr. jv. ad v. vj. in aqua plantaginis exhibitum, cum ſucceſſu in tali gonorrhœa uſurpatur. In ſcabie maligna admodum quoque commendatur, ut & in lue Venerea, ubi ſpecificè convenit.

Plura qui vult de viribus egregiis guajaci, adeat Theophilum *de Garanziers de Tabe Anglica pag.* 146. item Freitagius de phthiſi, ubi de ligno & ejus decoctis multa dicit lectu digna.

Eſſentia quoque ſeu tinctura ex raſura ligni guajaci, paratur nunc ſimplex, nunc verò cum aliis compoſita, additis ſcilicet lignis ſaſſafras, Rhodio, juniperino, &c. cum ſpiritu vini, aut fumariæ, aut ſambuci; quæ vel præcipitando cum aqua in reſinam, vel evaporando in extractum redigi poteſt; quod doſi ℈j. vel ʒ ß. ſudoriferum potentius eſt, quam decocti ℥ iv, vel v. porrò ſunt, qui alio modo reſinam parant ex ligno guajaco, decoquendo lignum cum aqua ſimplici, cum parum ſpiritus vitrioli vel nitri acidulata, & ad conſiſtentiam picis evaporata. Ex hac etiam cum ſpiritu vini tinctura & extractum parari poteſt: ex hac cum arena deſtillatum oleum ligni guajaci obtineri poteſt.

Ipſa tinctura ſeu eſſentia, præſertim cum ſpiritu vini tartariſato vel ſambuci parata, internè, præter uſum diaphoreticum, commendatur ſcabioſis & catarrhoſis, doſi ʒj. ad ʒij. Quidam etiam externè in odontalgia, & non ſine fructu, eadem utuntur, ſcilicet cum bombace denti dolenti indita, vel admota extrinſecus, præſertim, ſi pauco opio acuata fuerit. In deſtillatione ligni guajaci per retortam igne aperto prodit vel ſpiritus acidus volatilis, qui non adeo frequentis eſt uſus: internè tamen à ʒj. ad ʒij. pro purificando ſanguine propinatur, & egregiè ſudorem movet; hinc etiam ſpiritus lignorum habetur compoſitus. Sub deſtillatione prodit ſimul oleum empyreumaticum: in cinere aliquantulum ſalis relinquit, quod rarò internè uſurpatur ob odorem gravem, & pauci erunt, qui bona cum venia uſurpant, utut à cornu cervi uſto rectificatum, & ad aliquot guttulas uſurpatum, penetrantiſſimum & excellens ſudoriferum ſit in ſuprà dictis affectibus; ut & carminativum in affectibus hyſtericis, colicis, & febribus malignis egregium. Extrinſecus utiliter adminiſtratur; Imprimis contra ulcera Gallica emollienda, tophos Gallicos, & in ſimilibus ſymptomatis. In bubonibus Venereis applicatur pro emollitione & ſuppuratione emplaſtrum diachylum, malaxatum cum oleo deſtillato guajaci, vel loco hujus cum oleo tartari fœtido. Craſis conſiſtit in ſale volatili, & ſapor maximè ingratus eſt. Præterea habet vim & conſpirationem cum oleo fuliginis. Alii ſpiritum exinde parant, ſubigendo cum ſpiritu vini & fermento q. s. Sed minus genuinus eſt.

Sal paucum quidem in cinere relinquitur fixum, cùm ferè omne ſal decoquendo, vel cum ſpiritu & oleo deſtillando, jam ſeparatum fuerit; hoc enim eſt ſal nitroſum volatile, quod ſub forma olei fere

Digitized by Google

ferè tranſit. Interim tamen non ponitus eſt nullum contra Walæum *in Methodo medendi pag.* 68. Ratio, quare tam paucum ſal fixum ſuggerat, & quomodo ex decocto ejus inſpiſſato, poſtmodum calcinato, pretioſius præparandum ſit, videbitis in Zwelferi *Animadverſionibus pag.* 456. Poteſt etiam ex decocto ejus ad extracti liquidioris conſiſtentiam inſpiſſato in cella per cryſtalliſationem ſal ligni ſancti eſſentiale parari, quod aliàs ſub textura oleoſa maximam partem prodit ſpecificum in lue venerea, & pleuritide ab eadem nata, teſte Bartholetto *in Diſpn. l.* 5. *c.* 4. *pag.* 458.

H.

HEDERA TERRESTRIS.

HEdera terreſtris ſeu pumila, chamæciſſos, id eſt, parva hederula, elatine, **Gundermann**; eſt vel major vel minor.

Herba ſanè, utut exilis, nobiliſſima tamen & polychreſta eſt, ſaporis ſubamari & ſubacris. Uſu diuretico, & copioſæ urinæ provocativo, in malo hypochondriaco per urinæ fluxum curando, hydrope, malo nephritico, abſtergendo, & fibras ac nervos urinarios blandè irritando, atque ſanguinem leniter fundendo, operatur; unde in cura hydropis, crurum, & pedum intumeſcentia, decoctum hederæ terreſtris cum vino & abſynthio exhibent: item ad affectus urinarios demulcendos, & acrimoniam urinæ temperandam, & in nephritide præſervanda, egregiè convenit, cùm in hac vires inſignes habeat, & diatheſin ſivè diſpoſitionem ad calculum removeat; ſicut aliàs pulvis hujus hederæ terreſtris cum aqua hæderæ terreſtris propinatus, fidem ſuperare dicatur, quantum calculum atterere valeat, teſte Pauli *in Quadripartito Botan.* Item quidam infundunt foliis hederæ terreſtris ſpiritum vini, & ſingulis diebus aſſumunt cochlear unum vel alterum contra calculum & colicam: mulier hic locorum ictero nigro cum calculo laborans, ejusmodi placentis & embammatis ſe ſanavit recentibus. Vulneraria præterea eſt inter celeberrima, & partium excoriatarum ſanativa; & hinc præcipuè eroſionibus, exulcerationibus, & rupturis viſcerum internarum, pulmonum imprimis & renum dicata. In his enim conſolidandis nulli credit, uti in tuſſi & in phthiſi pulmonali præſervanda & curanda, præſertim, quæ ex læſione externa, aut eroſione interna contingit. Et quoniam tam polychreſtum eſt remedium; hinc etiam variè uſurpatur pro pectoris affectibus, imprimis verò pulvis inde formatus: vid. Williſii *Pharmacia Rationalis P.* 2. *pag.* 115. & Boyle *de Specificis pag.* 162. Pro iisdem pectoris affectibus hedera terreſtris, præſertim cum cherefolio, vel in vino, vel in cereviſia, vel in aquæ & cereviſiæ ana, addito vel omiſſo pauco melle, cocta convenit. Ancilla, quæ diu hic locorum laboraverat phthiſi ſcorbutica, præmiſſo vomitorio. Decocto hujus herbæ unicè curata eſt. Lindanus in empyemate, & vomica pulmonum, & pleuritide malè curata & ſuppurata, non parum habere virium aſſerit, ſive uſurpetur ejus decoctum, ſive conſerva: materiam enim purulentam in pectore collectam mirum quantum evacuat, & ulcus potentiſſimè detergit. Sanè ad abſceſſus & ſuppurationes pectoris mirabilis eſt, ſpeciatim ad ſputum ac mictum cruentum ſeu purulentum, vel ex ruptura, vel es eroſione natum, curandum, & conſolidandum; item in caſu ab alto, & imprimis grumo ſanguinis, indeque orta difficili reſpiratione, cum ſolutione lapillorum cancrorum in aceto, hinc & plus per urinam evacuat, & conſolidat. Addi autem ſub fine decoctionis poteſt aqua naſturtii, quantum ſufficit. Vis ejus conſiſtit in ſale eſſentiali nitroſo abſterſivo & mundificativo.

Syrupus & conſerva exinde proſtant, quæ conſtituunt ferè corpus electuariorum contra ſputum ſanguinis cum ſemino hyoſcyami.

HEDERA ARBOREA.

Hedera arborea, **der Epheu**/ cujus commendantur baccæ nigræ uſu externo & interno.

Interius quidem apud veteres rariùs erant in uſu, quia norunt, eas deglutitas vomitus & ſeceſſus inſigniter movere, atque adeò ſolum adhibebant contra philtra, quæ ita per ſuperiora & inferiora rejiciuntur, & malignitas inſimul corrigitur. Interim per recentiorum experimenta baccæ hæ maturæ pulveriſatæ, & in minima quantitate aſſumtæ, vi diaphoreticâ & antipeſtilentiali laudantur: hinc Boyleus teſtatur, in ultima peſte Londinenſi baccas haſce pulveriſatas ad ℥ j. in aceto, vel vini albi hauſtu, aſſumptas, excitato ſudore, egregias fuiſſe; cui etiam aſſentitur Palmarius *in Tract. de Peſte & Morbis contagioſis*, *pag.* 453. & Kircherus *in Scrutinio Peſtis*, *p.* 317. ſicut & in nuperrima peſte multi hoc ipſo liberati ſunt. Alii quoque easdem ad hydropem aſcitem commendant.

Folia internè nullius ſunt uſus. Externè

Digitized by Google

verò optimè inſerviunt pro veſicatoriis & fonticulis, ad fluxum eorum promovendum, eaque viridia & leviter contuſa.

Sic lignum quoque ejus in globulos formatum optimo cum ſucceſſu fonticulis imponi ſolet, eam ob cauſam, quod lignum hederæ, non facilè corrumpatur. Perpetuò enim & herba & ſemen cum æſtivo tum hyberno tempore vireſcit, meliorem que hi globuli ibidem præſtant uſum, quàm impoſita piſa.

Gummi ipſius à quibusdam venit in uſum: nihilominus in præparatione hallucinantur, quia incertum eſt menſtruum ¡ro ejus diſſolutione. Optimè ii faciunt, qui reſolvunt cum terebinthina ; hæc enim eſt genuinum menſtruum pro diſſolutione ejus : de quo videatur Zwelfferus *in Animadverſ. in Pharmacop. Auguſtanam pag.* 338.

HELENIUM.

Helenium ſeu enula ita dicitur, quod ex lechrymis Helenæ genita fuiſſe putetur, **Aland.** Revera ad chryſanthema pertinet. Folia profert magna, altum eſt aliquot ulnarum: flore eſt luteo.

In uſum medicum recipitur imprimis radix craſſa, polychreſta, quæ tempore exaltationis eſt colligenda , quando incipiunt erumpere ſurculi , & ſucculenta eſt; tunc enim temporis maximè impregnata eſt facultatibus primariis. Saporis eſt ex dulci inſigniter amaricantis aromatici , ſimilemque efficaciam obtinet, adeo, ut à Platero & Hoffmanno *de Medic. Officinalibus pag.* 319. zingiberi præferendum. Maxime convenit cum Angelica ; hinc præter vim diaphoreticam & inſigniter alexipharmacam (de qua videatur Crato, Gabelchoverus, & Diemerbrocc. *de peſte*) laudatiſſimum eſt, in ventriculi & pectoris malis: ventriculo & pulmonibus prodeſt pro incidendis, & abſumendis cruditatibus viſcidis pituitoſis acidis, à prima digeſtione ortis, & dyſpepſia ac anorexia corrigenda , mucoque ventriculi abſtergendo; unde ſimplex ex pulvere radicis helenii , cum melle vel rob juniperi paratum electuarium , pro expellendo & expectorando muco viſcido , tuſſi & aſthmate, tam ſtomachali quam pectorali, egregium. Præterea eſt ſpecificum egregium in affectibus colicis ex vitio acedo ortis, ſpeciatim colica flatulenta & ſcorbutica cum vino decocta: vid Finckius *in Enchirid. Dog natico-Hermet. pag.* 111. *cap.* 22. Alii radici helenii addunt herbam abſynthii, unà cum corticibus aurantiorum, decoquunt cum vino, & in colicâ calidiſſimè potant, additô tantillo theriacæ ſeu Mithridatio , & commendantur à Minderero *in Medicina Militari pag.* 325. Sunt , qui ſingulariter in paraſi ex colica, & ſcorbuto ſeu in artuum ad motum impotentia, ſuperſtite tamen ſenſu. Decoctum radicis cum vino, vel ſolum, vel cum corticibus aurantiorum, largiter hauſtum expectando ſudorem, tanquam appropiatum ejus remedium, laudant. Imprimis ſi miſceantur cum ſpiritu ♀i benè rectificato, vel alio ſpiritu urinoſo, à ʒ ß. ad ʒ j. Aliàs qui uſi ſunt Mercurio vivo in lue Venerea, decoctum Helenii & fœniculi commendatum ſibi habeant, ut ☿ vivus in lue Gallica uſurpatus è corpore rurſus propellatur, expectando ſudorem poſt ejus uſum.

Imò in quavis impuritate, v.g. ſcabie, ſcorbuto, &c. prodeſt. Rondelerius *in Pr. lib.* 1. *cap.* 9. celebrat radicem Helenii tanquam hilaritatis remedium, & hinc commendat illam in melancholicis affectibus; Deodatus *in Valetudin.* in anaſarca optimam obſervavit.

Externè cum decocto Helenii membra pareſi affecta poſſunt fricari & foveri, ut acquirant denuo ſuum debitum motum.

Inter præparata in uſu eſt radix condita, quibus ſtomachus frigidus & viſcida aciditate obrutus eſt: permiſcetur etiam electuariis, & aliis in affectibus pectoris.

Uſitatum eſt apud quosdam infundere radicem in muſtum, & per fermentationem facere vinum enulatum , quod in aſthmate, raucedine à catarrhis oriunda , tuſſi pectorali & ſtomachali, colica, cruditatibus aliisque ventriculi affectibus, egregium eſt, Stoeckerus *Prax. cap.* 121. ubi de viribus vini enulati ſtomachicis, & aliis pro confortatione inteſtinorum egregia habet.

Syrupus enulæ in pectoris malis, in bronchiis pulmonum materia oppletis , pro ea reſolvenda ac incidenda multi ſolet eſſe uſus.

Extractum & eſſentia optimè paratur admodum Ludovici *Pharmac. pag.* 246. in affectibus ventriculi , tuſſi & aſthmate pectorali & ſtomachali , raucedine, incidendo & reſolvendo muco viſcido in bronchiis pulmonum hærente , colica , & inde orta pareſi ; item in arthritide & paralyſi ſcorbutica exhiberi ſolet , imprimis ſi eſſentia miſceatur cum ſpiritu appropriato; extractum verò cum rotulis pectoralibus , aliisque.

Habetur quoque quibusdam in locis unguentum enulatum experti uſus contra ſcabiem.

Vid.

Digitized by Google

Vid. Amatus Lusitanus *Cent.* 2. *Curat.* 98. In casu pertinaciore ☉☿ aut ☿ dulcis, aut ☿ vivus, addi potest.

HELIOTROPIUM.

Hujus grana jv. quartanariis, gr. iij. verò tertianariis prodesse scribit Strobelbergerus *Tract. de Febr. p.* 35. ex Cornelio Agrippa.

HERNIARIA.

Herniaria, Millegranium aliàs dicta, **Tausendkorn / weil sie überall Saamen hat /** in curandis herniis, imprimis intestinorum & omenti, quæ propter laxitatem peritonæi descendunt in scrotum, speciatim est proficua. Provenit in locis cultioribus.

Primus, qui nobis hoc manifestavit, fuit Matthiolus, cujus assertum jugi experientia confirmavit Hollerius *in Tract. de Morbis internis cap.* 62. ubi tractat *de Herniis*, & mirum quantum commendat herniariam. Et propter hoc encomium herniaria vocari solet herba Hollerii, qui virtutes contra hernias manifestavit, & in apricum produxit. Usurpatur vel crudo modo in pulvere, secundùm ductum Hollerii vel decocta, & quidem nunc sola, nunc cum aliis mista. Præter hæc singulare etiam est experimentum in vulneribus quibuscunque, sive externis sive internis, cùm sit ex celeberrimis vulnerariis. Item commendari solet in cienda urina, & promovendo sabulo, in renum & vesicæ fistulis stabulante: In talibus enim casibus nephriticis usurpatur herniaria non sine fructu, nec sine emolumento insigni.

Externè in aqua decoquitur, & sub forma cataplasmatis loco hernioso imponitur. Conferatur Paulli *in Quadripart. Botan. pag.* 345. ubi habet cataplasmata ex perfoliata, & herniaria, cum paucis aliis contra hernias puerulorum experta. Fiunt unguenta ex ejus succo, quæ post repositionem omenti, vel intestinorum rupturam consolidant, & restituunt.

Inter præparata in officinis tantum prostat aqua.

Potest tamen ex eadem quoque præparari essentia cum rore Majali, vel simplex, vel cum aliis vulnerariis composita, quæ in consolidandis vulneribus egregiæ.

HIERACIUM MAJUS.

Hieraciorum variæ sunt species, quas videbitis in Bauhino *pag.* 64.

Hieracia aliàs dicuntur, quod accipitres succo hieraciorum delectentur, item quod affrictu oculorum acies acuetur, unde & accipitrina.

In locis species fertilibus & pinguibus omnes crescunt, unde & vi suâ nitrosa refrigerant, ac vi diuretica pollent. Quia tamen sonchus vulgaris, & in sese cichorium usibus hisce sufficit, hinc illis facilè carere possumus.

HIERACIUM MINUS.

Hieracium minùs pilosissimum, seu pulmonaria Gallica Tabernæmontani, Germanis **Coste-Kraut /** pulmonariam Galli ex usu vocarunt: Egregiè enim prodest pulmonibus, detergetque sordes inter earum vesiculas hærentes; hinc in hæmoptysi multum illi tribuunt, & ad eam, tanquam ad sacram anchoram, confugiunt, quod etiam non contemnendum, modò debito judicio fiat.

HISPIDULA.

Hispidula dicitur à foliis hispidis. Planta enim est hirsuta, & nil aliud, quam pilosella minor, de qua supra sumus locuti sub nomine auriculæ muris. Et utut aliqualis sit differentia in forma externa, illa tamen non attenditur in officinis. Vocatur etiam à quibusdam gnaphalium.

Est singularis in pulmonum, aliisque pectoris affectibus, eorum exulceratione, phthisi & empyemate; ubi & consolidatione opus est: Habet enim vim vulnerariam, & consolidativam; adeoque in sputo nimio & cruento convenienter adhibetur decoctum ejus vel syrupus. Cocta etiam, & in pulpamento exhibita infantibus, contra herniam laudari solet.

Paratur ex succo florum floreſcentium syrupus, contra inflationes hypochondriotum infantum, **wider das Hertzgespann/** qui etiam in infarctibus pectoris, in specie in tussi, & suppuratis affectibus, cum aliis ad expectorationem adhibetur; incidit enim, abstergit, & resolvit. Commendatur etiam in sputo cruento.

HORDEUM.

Planta est satis nota in officinis pistoriis, cerevisiariis, culinis, & officinis pharmaceuticis, ex qua usitatum semen, & exinde parata farina.

Crudum hordeum extrinsecus cum sale imponi obtinuit in inflammationibus stomachi & intestinorum, uti etiam in colicis torminibus, haud secus atque avena.

Farina externè est ordinarium ingrediens in tumoribus duris emolliendis, maturandis, & suppurandis.

Inter præparata sunt tres aquæ: Aqua

Digitized by Google

hordei deſtillata, aqua decoctionis hordei, & ptiſanæ veterum, quas tamen moderni magis ex avena conficiunt.

Aqua hordei deſtillata fit ex hordeo madido, & eſt rari uſus. Potiùs proſtat decoctum ad crepaturam hordei; quod eſt vel ſimplex cum aqua communi & hordeo, vel compoſitum. Simplex eſt uſitatiſſimum in temperando æſtu febrili, imprimis ſi oriatur ex effervescente acrimonia humorum, oborta ex ſale volatili pingui oleoſo & copioſo, quod aliàs vocatur bilis: quoniam ſub coctura blanda quædam temperans & aliquantulum nutriens mucilago, & quaſi gelatina, elicitur, quæ ipſa vi ſuâ temperativa effervescentias ſanguinis, aliorumque humorum acrium nonnihil attemperando confert, unde temperatâ acrimoniâ, etiam ſenſim deficit calor & æſtus. Unde conſtituit baſin juleporum in febribus ardentibus, aliisque morbis acutis uſualium.

In pleuritide fit potus ex decocto hordei, in quo reſolvuntur tincturæ papaveris rhæados ſeu erratici, & bellidis, item ſyrupi papaveris & bellidis, & ſic in quàm plurimis caſibus poteſt eodem modo uſurpari. Item emulſiones ex hordeo ad crepaturam cocto cum hujus decocto paratæ, in febribus benignis egregiæ ſunt.

Decoctum hordei compoſitum fit cum cornu cervi, radice ſcorzoneræ, vel cum radice Chinæ, quod apud Dresdenſes uſitatum. Decoctum hordei cum cornu cervi in expellendis variolis & morbillis eſt egregium. Item cum radice Chinæ in febribus ardentibus, & cum radice ſcorzoneræ in petechialibus.

Hæc omnia decocta uſurpantur loco potus in febribus malignis, aut ardentibus communibus, ubi ſuſpicio eſt malignitatis latentis: In Gallia & Italia loco potus ordinarii bibunt ptiſanam in aqua hordei, & impregnant aliquot corticibus citri aromatiſatis, & certè valdè conveniens eſt potus in ejusmodi climatibus & regionibus calidis: Vel in malignis, imprimis ſimplicibus, recipiatur decoctum hordei cum cornu cervi, vel cum radice ſcorzoneræ, addantur tincturæ, diſſolvantur in illo ſyrupi, imprimis rubi Idæi. Sed obſervetur ne crebrius aut copioſius uſurpetur tale decoctum, quia propter crudam viſciditatem, cruditates ſtomachi viſcidas, indeque flatuoſas, generat: Ob id conſultum eſt, aniſum verbi gratia, & coriandrum in decoctione ſimul addere. Notum enim eſt, quod propter mucilaginem illam viſcoſam hordeum per ſe ad fermentationem pro cereviſia paranda ineptum ſit, niſi priùs per germinationis motum viſciditates illæ mucilaginoſæ nonnihil tollantur.

HORMINUM.

Horminum odoratum Græcorum dicitur quaſi ab ὀρμάω, quod quævis hormina ad Venerem ſtimulandam facere credantur; Latinis vocatur Gallitrichum. Hoc in ſpecie vocatur Sclarea major ſativa, **der groſſe oder Garten-Scharlach**/ac præ cæteris eſt officinalis. Vid. Tabernæmontanus. Herba eſt admodum elegans, cujus flores, uti & planta ipſa, ſpirant odorem citratum penetrantiſſimum, & acutum. Refert formam ſalviæ, folia ſaltem ſunt majora, ſaporis eſt acris, unde etiam vocatur Salvia Romana.

Duæ ſunt differentiæ:

1. Flore cæruleo,
2. Flore perfectè albo.

Planta hæc œnopolis imprimis innotuit, & quidem pro vinis ſuis adulterandis: Solent namque è floribus hujus ſclareæ cum floribus ſambuci per infuſionem vinum Rhenanum transmutare in moſchatellinum.

In uſu medico innotuit apud plebeculam, quæ hanc vocavit **das Mutter-Kraut**/quod decoctum ejus contra affectus uterinos & paſſiones hyſtericas, præſentaneum ſit remedium. Prætercà hujus folia & flores albi ſunt medicamen commendatiſſimum contra fluxum album mulierum, ſive decoctum ejus cum rore marino in vaſe clauſo, ſive eſſentia, aut quocunque modo alio uſurpetur; unde etiam eſt principale ingrediens D. Michaëlis eſſentiæ contra fluorem album.

Semen ejus granuloſum inditur oculis, ſi aliquid extranei fuerit illapſum. Ratio eſt, quia lympha oculi acrior prolicit è ſemine hoc tumefacto mucilaginem, quâ id, quod in oculos illapſum fuit, quaſi obvolvitur, & dein ejicitur. Aliàs & ex ſemine hoc communiter mucilago ope liquoris appropriati extrahitur, pro vitiis oculorum plurimis proficua; eſt enim admodùm temperata.

Externè non parum conducit in paſſione hyſterica, ipſaque ſuffocatione, ubi quoad vires nec ipſi quoque Caſtoreo cedit. Sunt qui extrinſecus eandem applicare ſuadent pudendis pro fluxu albo: Imò referunt Practici, & imprimis Corbejus *de Morbis Mulierum cap. 3. pag. 83.* facit mentionem, quod mulier quædam curaverit alias mulieres fluxu albo laborantes hoc unguento: Scilicet ſclaream contrivit, cum butyro non ſalito miſcuit, & ita ad tempus putrefieri paſſa fuit, poſtmodum hoc ipſum coxit, transcolavit, & ad uſum ſervavit, quo genitalia mulieris umbilico tenus ad puden-

Digitized by Google

pudenda uſque inuncta fuerunt: Intrinſecus herbam iſtam comedendam dedit, & ſic omnes iſtas mulieres certo experimento liberavit.

Obſervatum quoque fuit, quod tale unguentum omnes poſt partum dolores, eodem modo inunctum, ſedare ſoleat.

Eſſentia cum ſpiritu vini parata eſt uſitata ad paſſionem hyſtericam, colicam convulſivam virorum, dolorem poſt partum, fluxum album.

Spiritus ſclareæ cum ſpiritu vini à ſummitatibus floreſcentibus ſæpiùs cohobatus, ut ſpiritus vini omnes ſecum rapiat partes aromaticas, cùm in colica convulſiva virorum, tum in paſſione hyſterica, mediante ſudore potentiſſimum eſt remedium, adeò ut in hoc puncto ne ipſi cedat caſtoreo.

HYOSCYAMUS.

Hyoſcyamus ſeu Jusquiamus; idem ſonat, quod Latinis faba ſuilla ſeu porcina, unde Germani vocant **Sau-Bohnen** / ex eo, quod porci ejus uſu demententur, &, ſi non inebrientur, tamen ad tempus in functionibus ſuis quaſi deliquium patiantur. Eſt enim inter plantas narcoticas non poſtrema, ſed inter illas præ aliis eminet. Teſtatur experientia, pueros & infantes è feminibus maturis, per errorem comeſtis, cum vitæ periculo fuiſſe dementatos. Vocatur aliàs **das Bilſenkraut.**

Planta hæc ubivis ferè locorum obvia duplex eſt: vel ſylveſtris niger, vel albus. Niger eſt ſuſpectus propter nimiam virulentiam: Ergò meritò eliminatur ex officinis; albus verò uſurpatur. Simplex eſt toto genere vi inſigniter narcoticâ ſtupefactiva, & mentis turbativâ præditum, ut, ne ipſi quidem opio cedat. Unde etiam nimius ejus uſus ſolet vertiginoſos, & ſemidelirantes, & amentes reddere homines, adeò ut dicatur, ſi paſſeres comedant ſemen hyoſcyami, illos decidere in terram torpidos & ſtupidos tamdiu, uſque dum à natura ſuperata fuerit vis ſtupefactiva. Hæc autem vis narcotica conſiſtit in principio ſulphureo: Id quod ejus viſciditas pinguis, quæ circa flores reperitur, oſtendit; ſicut omnium narcoticorum vis conſiſtit in parte eorum ſulphurea.

Semen pariter ſicut tota planta, nobis virulentiâ narcoticâ perquam eſt periculoſum, unde ejus quoque uſus internus eſt rariſſimus. Contra hæmoptyſin tamen ſeu ſputum cruentum antiquiſſimum experimentum eſt; ex commendatione Plateri, & aliorum. Unde pulvis ſeminis hyoſcyami tanquam baſis cum bolo, & hæmatite ab Heurnio *in Aphoriſmos Hippocratis* §. 13. *Sect.* 5. & electuarium de hyoſcyamo ab Helidæo Paduano laudatur, quod in arcanis habuit, & iſtud nulli revelandum putavit: Scilicet miſcuit ſemen hyoſcyami cum conſerva roſarum, vel violarum, & ſub forma boli propinavit internè, & ſic miraculi inſtar ſanguinis expuitiones & rejectiones percuravit. Alii hoc electuarium ſimplex Helidæi Paduani correxerunt, & illud in hanc formam redegerunt:

℞. *Conſ. roſar. antiquiſſ.* q. ſ.
adde
Sem. papav. albi.
hyoſcyami à 3 x.
Terr. ſigillat.
Corall. rubr. præp. à 3 v.
c. ſ. q. *Syr. portulacæ* f. electuarium.

Et hoc ipſum mirabilia præſtare dicunt: quin & in genere contra quascunque hæmorrhagias applicari poteſt; cùm in his ingrediens ſemen hyoſcyami aliis permiſtum remedium planè ſingulare ſit.

Facit hoc ſemen iſtud, non ſaltim vi narcotica impetum ſpirituum & ſanguinis ſiſtendo, ſed ſpeciatim acrimoniam iſtam erodentem, in lympha vel ſanguine, temperando, & hinc oſcula vaſorum promptiùs quaſi conglutinando; quod tamen etiam ab opio correcto expectare poſſumus. Cautè verò uſurpandum, quia propter vim ejus ſtupefactivam caput tentat, & facilè dementat, & ſic varia incommoda provocat. Aliàs noxas & virtutes hyoſcyami pluribus deducit Wedelius *in Miſcell. A. N. C. Ann.* 3. *pag.* 37. & Schulzius *Anno* 4. *pag.* 134. Internus ergò uſus hyoſcyami cùm minus tutus ſit, parcus & circumſpectus eſſe debet. Externè ob vim ſuam ſtupefactivam, ac impetum ſpirituum elaſticum quaſi ligativam, hincque dolorum ſedativam, in doloribus poſt partum ſi non ſuperat, tamen æquivalet ipſi opio. Speciatim eſt ſingulare anodynum ſcorbuticum, dolores plurium partium, atrociſſimos compeſcens. Sic quantum in doloribus ſtomachi ſcorbuticis valeat cataplaſma ex hyoſcyamo, vel decoctum ejus cum lacte, ſtomacho dolenti, aut calidè abdomini inſtratum, expertus eſt Drawizius **von Scharbock.**

Exemplum horrendæ cardialgiæ, ortæ ex hauſtu improviſo Mercurii ſublimati, habet Valeriola *lib.* 1. *Obſervat.* 7. in quo præter interna, fomentum extrinſecus & cataplaſma uſurpavit.

Præter vim anodynam ſolet etiam hyoſcyamus adhiberi in tumoribus nimis calidis, ubi eſt nimius dolor & ardor: Ita ſunt, qui recipiunt folia, & contuſa applicant

Digitized by Google

cant partibus arthritide affectis. In odontalgia commendari solet, in specie, si à vermiculis, in radicibus vel cavernulis dentium hærentibus, & nervulos dentium & gingivarum corrodentibus, fuerit: In tali casu optimum est experimentum suffitus ex foliis hyoscyami exceptus in dentem, ubi hospitari solent vermiculi; tunc enim egredi coguntur. Vel ex semine hyoscyami albi cum sueco cepæ vel porri trochisci fiant, qui postmodum carbonibus impositi suffitui inserviant, ut fumus per foramen dentis dolentis hauriatur, qui elicit vermes, & dolorem, ab eorum corrosione oriundum, compescit. Imò in quacunque odontalgia radix ejus gingivis affricta, vel dentibus cavis inserta certissimum est remedium. Noxam è contra hujus suffitus habet Hagedorn *Hist. Medic. pag.* 395.

Fit etiam unguentum pro dentibus sine doloribus evellendis ex gummi Ammoniaci, seminis hyoscyami albi, & succi ejusdem à ʒ j ß. His additur pinguedo ranæ viridis, & therebinthinæ ceræque parum pro consistentia unguenti, quo inunguntur gingivæ, ut facile dimittant dentes in evulsione.

Applicatur etiam semen hyoscyami cum aliis externè in cephalalgia & agrypnia.

In officinis prostat ℞ ex seminibus ejus expressum, quod pro scopo anodyno, somnumque conciliandi, & dolores dentium, aliosque scorbuticos, & cephalalgiam scorbuticam sistendi, multum valet, temporibus applicatum: In quibus casibus non ineptè miscetur cum extracto verbenæ, aut unguento populeo, aut oleo chamomillæ, & nucistæ expresso, modò non conjuncta sit inflammatio erysipelacea; solitariè enim usurpatum spiritum insitum nimis alterat, unde cum aromaticis insuper misceatur.

Conferatur Ludovici *Pharmac.* ubi de unguento hyoscyami agit.

Potest etiam parari balsamus sulphuris anodynus, mediante hoc oleo expresso, si sulphur pulverisatum lege artis in eo ebullierit.

Alii & oleum hyoscyaminum ex herba parant succulentum, quod docet Mœllenbrocc. *de Arthritide vaga. pag.* 150.

Observatum quoque fuit, quod succus hyoscyami recens expressus parti sæpiùs illitus, faciat, ut pili decidant, & nunquam regenerentur, posteaque locus ille illitus attactu semper frigidus sit. Problema satis est curiosum, quodque in demonstrando calore nativo multum in recessu habet.

HYPERICUM.

Hypericum seu androsæmon, ab ἀνὴρ gemina seu summitas, & αἷμα sanguis, eò quod summitates expressæ liquorem fundant sanguinis instar rubicundum: Vocatur etiam perforata, quia folia soli admota perforata quasi apparent, **das Johannes-Kraut** / à tempore, quo floret, dicta. Dicitur etiam fuga dæmonum, siquidem diabolum, veneficia, cæteraque incantamenta, fulmina & tempestates, præcavere, imò fugare, & fulmina ac tonitrua pellere, & nescio quæ miracula, præstare dicitur. Egregium exemplum hujus plantæ, quomodo resistat spectris & dæmoni, affert Scipio Mercur. **im Hebammen-Buch** / de muliere sæpiùs compressa à diabolo, qui plantâ hâc ab illo recepta, non amplius eam vexare potuit. De ratione hujus rei, & quomodo soleat usurpari in ædibus & corpore, videre possumus Paracelsum *in Herbario*, sub nomine **Johannes-Kraut** / Staricium **in seinem Helden-Schatz** / & Joel *in Praxi.* Sed anilia hæc suis cultoribus relinquimus.

Planta est benedicta, ubivis proveniens, polychresta valdoperè, multi usus & emolumenti in affectibus quàm plurimis. Flores ejus, & semina contrita spirant odorem gratum, & habent saporem therebinthinatum; succum verò fundunt rubeum.

In usu sunt potissimum summitates florescentes, quæ propter analogiam cum terebinthina, & hinc vi balsamicâ salino-alcalinâ oleosâ temperatâ, tàm internè, quàm externè pro usu vulnerario diuretico par sibi remedium non habent, adeò, ut hypericum sit unum ex celebertimis; sicut & præ aliis vulnerariis resinosius existit, unde quoque internè adhibentur summitates in potionibus vulnerariis ac ulcerariis, quæ suaviter quoque & blandè alvum laxare solent. Hinc in affectibus renum & vesicæ, & resolvendo sanguine grumoso, imprimis in dysuria, renum, & vesicæ ulceribus, sive solùm, sive cum decocto agrimoniæ propinetur, est egregium, utut decoctum hoc sit nauseosum. Non enim saltem mictum cruentum, excoriationem & exulcerationem istarum partium tollit, sed speciatim Timæi electuarium ex conserva violarum vel malvæ vel rosarum cum semine hyperici paratum & castaneæ quantitate, bis in septimana usurpatum, nobile specificum est præservativum in dolore nephritico, de qua vi antinephritica videre potestis Zacutum Lusitanum *lib.* 3. *Medic. Histor.* 38. Ad hæc lumbri-

Digitized by Google

lumbricis ſingulariter reſiſtit hypericum, tàm generandis quàm generatis: cujus rei experientia habetur ex Riverio *Cent.* 1. *Obſ.* 91. & *Cent.* 2. *Obſ.* 16.

Externus ejus uſus primarius eſt chirurgicus & vulnerarius; in ſpecie verò vulneribus nervoſarum partium dicatur, item in contuſionibus & ulceribus, præcipuè partium nervoſarum, ſibi ſimile non habet. Nullus eſt balſamus vulnerarius, quem non ingredi ſoleat ordinariè hypericum. Multa egregia de hoc pro uſu Chirurgico habet Paracelſus *in Herbario*, item Henricus ab Heer *in ſuis obſervationibus.*

Aqua deſtillata potionibus contra ſanguinem congrumatum, vulnera & ulcera internarum partium quarumcunque, inſervit. Præter alias vires, infantibus contra vermes, ne & generentur, & ut geniti enecentur, propinatur, vel ſola, vel cum aqua graminis. Sunt qui dicunt, quod hauſta, vini potationes reddat illo die innoxias. Ex ſummitatibus hyperici floreſcentibus fit cum ſpiritu vini tinctura ſeu eſſentia coloris rubicundi, quæ non eſt vulneraria ſaltem, & ſanguinis grumos diſſolvit, ſed hunc etiam purificat; egregia eſt in quarumcunque partium internarum læſionibus, exulcerationibus & affectibus nephriticis. Præter has vulnerarias & nephriticas facultates uſurpatur quoque in tremore artuum, delirantibus, melancholicis, in ſpecie maniacis & ſimilibus, adeò ut ſoleat miſceri cum eſſentia anagallidis contra maniam: hinc quoque eſſentia florum hyperici compoſita cum anagallide Myntſichtii *in Armament. Chym.* & Rolfincii *in Chymia in Artis formam redacta*, contra quævis deliria parari ſolet. Tincturam ſimplicem habet quoque Tenzelius *in Exegeſi in Salam.*

Proſtat etiam in officinis oleum per infuſionem tantum florum cum oleo olivarum, quod admodum egregium eſt in vulnere quocunque, & affectibus nervorum, eorundem contuſionibus, luxationibus, ac ſimilibus malis, præſertim, ſi addatur paululum olei deſtillati terebinthinæ. Notabilis eſt obſervatio, quem Foreſtus refert, *lib.* 9. *Obſ.* 32. de puero in fronte graviter contuſo, qui exinde ſtatim deſipiebat, & quicquid in buccam veniebat, evomebat cum cranii fractura. Hic fuit perfectè curatus ſolâ inunctione in fronte cum oleo hyperici per infuſionem. Poſt hæc oleum rubicundiſſimum ejus expreſſum; valdopere expertum eſt in vulneribus nervorum.

Fit oleum quoddam hyperici compoſitum, ſeu balſamus, cum quibusdam aliis ingredientibus, imprimis viſco cotylino, qui balſamus valdè commendatur contra veneficia: cui etiam additur momordica. Inſigniter prodeſt contra vermes, & in ſpecie contra dyſenteriam. In Freitagii *Aurora Med. cap.* 8. habemus quædam olea vulneraria, quorum baſis ferè ſolet eſſe hypericum.

Ita ſunt, qui habent tale balſamum vulnerarium excellens:

℞. *Flor. hyperici, dum adhuc ſunt in gemmis*, part. j.
gemm. verbaſci part. ß.
☿ *rectif. opt.* part. iij.

Stent in infuſione, usque dum tingatur ☿: poſt expreſſionem tincto add.

Terebinthina, vel etiam ℥ infuſionis momordicæ, & miſta digerantur per 3. ☌ ☽ in cucurbitula, eritque egregius balſamus vulnerarius.

Item elegans balſamus ad vulnera & ulcera inveterata, ex floribus hyperici recentibus cum aliis, infuſo oleo ex ſemine expreſſo, & vino rubro vid. in Henric. ab Heer *Obſerv.* 10. *p.* 150. Quod ſi oleo ex ſeminibus hyperici expreſſo, aut foliis ejusdem oleo infuſis, ac per annum in infuſione relictis, poſtmodum addantur flores ſulphuris, habebitur per digeſtionem oleum ſive balſamus ſulphuris vulnerarius egregius. Vel cum ceruſſa aut ſaccharo Saturni balſamus traumaticus refrigerans; vel camphorâ additâ cum terra vitrioli dulci, balſamus incarnans, & ſic ex eodem remedia alia polychreſta fieri poſſunt. Aliud elegans vulnerarium compoſitum ex baſi hyperici videbitis in *Quadripartito Botanico* Simonis Pauli *Claſſ.* 3. *pag.* 350.

In Fabri *lib.* 4. *Myroth. ſpagyr. cap.* 21. videre poſſumus oleum hyperici deſtillatum, ejusque eximios & excellentes uſus.

Conſerva facta ex ſemine hyperici cum ſaccharo, ceu expertiſſima & non ſatis laudanda, commendatur ad præſervationem calculi.

Denique fit etiam ſal ex planta incinerata, quod ſpecificè convenit, & ceu experimentum ſingulare laudatur in pleuritide, à ℈j. ad 3ß. uſurpatum. Hoc hominem in agone mortis jacentem, & animam jamjam exhalantem reficere creditur.

HYSSOPUS.

Hyſſopus, Iſop / quæ ſit genuina, veteres dubitarunt. In horto Medico habemus triplicem: flore cæruleo, purpureo, & albo; quæ omnes uſu conveniunt. Planta eſt aromatica, ſaporis acris, odoris fortis & gravis, unde vi incidendi, attenuandi, & diſcutiendi gaudet.

Digitized

Tota planta eſt in uſu, quia flores & folia ad invicem maximè ſunt conſita.

Eſt celeberrima, & quidem thoracica & ſtomachica, acrimoniâ enim ſuâ aromaticâ mucum viſcidum, tàm ventriculi quàm pulmonum incidit, ſimulque deterget, & expectorationem promovet. Hinc decoctum vel infuſum in vino, vel mulſo, vel cereviſia ordinaria in affectibus pectoris, aſthmate, tuſſi chronica, item in empyemate & ſimilibus, cum lignis decoctum, ubi ſufflaminatur reſpiratio propter abundantiam pituitæ craſſæ, viſcidæ & mucilaginoſæ, in bronchiis pulmonum ſtabulantis, reſolvendi & expectorandi gratiâ adhiberi poteſt, dum medicamenta ex hyſſopo præparata amarore penetrante imprimis acidum ex læſa digeſtione prima attenuant, incidunt, & reſolvunt, & excretioni per quascunque vias aptas reddunt. Unde ſyrupos & elixiria pectoralia ingreditur; præprimis in cardialgia flatulenta, & ubi ventriculus mucô ex pituita vitrea eſt obſitus, in eo caſu infuſum in vino frequentis ſolet eſſe uſus, & hinc dicitur mirabiliter ſtomachum confortare, & corroborare.

Externè quoque in oculorum ſuggillationibus, & ſanguine ſub cornea collecto, ſive à cauſa interna, ſive contuſionibus, nil conducibilius eſt, quàm ſummitates hyſſopi recentis vel exſiccati nodulo incluſæ, quæ immerſæ aquæ bene fervidæ, vel vino calido & inſtar fomenti humidi impoſitæ oculis, quemvis ſanguinem grumoſum & extravaſatum diſſolvunt. Hoc ex Galeni temporibus jam conſignatum habemus; ſicut & Riolanus *in Tractatu de Affectibus Oculorum pag.* 133. ſe hoc expertum fuiſſe narrat.

Syrupus, tàm ſimplex quàm compoſitus, ſingulariter expectorat pituitam vitream, & aliàs mucilagines in ventriculo, primis viis & pectore ſtagnantes; unde conveniunt aſthmati & tuſſi chronicæ. Quin & aqua hyſſopi ſpirituoſa in ſtomachi malis eſt egregia, & abſumendo cruditates, hac ratione anorexiam, apepſiam, &c. tollit.

Quidam aquam hyſſopi & hyoſcyami conjungere ſolent, externeq; applicant ceu expertam in ſuggillatione: videatur Sennertus *Tom. I. Prax. P.* 3. *Sect.* 2. *cap.* 22.

JACEA.

Jacea nigra ita dicitur, quod poſt florem deciduum pappas ſeu flocculos de ſe ſpargat & jaciat; unde & Flock-Blume: & quod flores ac folia obſcura ferat.

Eadem, quæ de ſcabioſa dicentur, etiam de hac jacea dici poſſunt: nimirum valet contra apoſtemata. Officinas non ingreditur, cum ſcabioſa multum præſtat.

Inter vulneraria non eſt ultimum. Hinc etiam in affectibus pulmonum inſigniter ſolet laudari. Imò flores & folia uſurpata laxare alvum & leniter purgare dicuntur; unde quidam inter emollientes, alii diureticas referunt plantas.

JASMINUM.

Jaſminum quod habet Autor, eſt vulgatius Dodonæi flore albo, quod in Italia provenit. Dicitur ita vel ab ἴασμα, quod florem medicatum, vel ἰόσμη, quod florem violarum, indicat: Latinè gelſeminum. Apud nos rarum eſt, raròque præſcribitur.

Proſtat tamen in officinis oleum jaſmini, paratum ex infuſione florum cum oleo been, cui poſt impreſſionem flores novi denuò infunduntur. Valdè commendatur ad generationem capillorum, quos longiores facit & copioſiores; item pro uſu emolliendi & flatus diſcutiendi, easdemque obtinet vires, quas chamæmelinum, quod & illi pro uſu carminativo præponendum; ſicut pro uſu emolliendi oleum amygdalarum dulcium; quia crebrioris ſunt uſus, nec adeo cara. Unde in officinis jaſmino carere poſſumus.

IMPERATORIA.

Imperatoria, vulgò Meiſterwurtz/ utut falsò, vocatur oſtrutium. Radix eſt exotica, nec ſpontè apud nos provenit; nihilominus ſat abundè colitur in hortis, & ſat feliciter etiam creſcit. Species eſt angelicæ, cui odore, ſapore, & omnibus qualitatibus ſimilis eſt, & ferè tam potens quàm angelica: ideò etiam, cùm conſpirent in facultatibus radix Angelicæ & Imperatoriæ, illa huic ſubſtituitur.

Uſitata eſt radix, quæ ſaporis eſt admodum penetrantis & acris, egregiè aromatici; ex alexipharmacis ſudoriferis & febrifugis haud poſtrema: Hoc tantùm noto, quod contra febres intermittentes quascunque per ſudorem curandas, in cruditatibus ventriculi acidis abſorbendis, pulveriſata radix ceu expertum ſpecificum commendetur. Aromatica hæc omnia meliùs conducunt, ſi in ſpiritu proprio ſeu ſpiritu vini aſſumuntur, quia vis particularum earundem activarum velut menſtruo hoc nativo optimè elicitur. Ad fœtorem oris, corrigendum Imperatoriæ radix comeſta quoque uſurpatur.

Sal Imperatoriæ in febribus intermittentibus quibuscunque curandis ceu catholicum febrifugum exiſtimatur, à ℈j. ad ʒß. ante paroxyſmum exhibitum.

IRIS NOSTRAS.

Iris dicitur propter colorum in flore varietatem, iridis in modum, blaue Lilchen.

Digitized by Go

Lilchen. Planta eſt ſatis cognita, quæ dividitur in tuberoſam & bulboſam. De tuberoſa jam loquimur, quæ eſt cærulea, & in officinis pro uſu catharctico & diuretico aſſervatur. Aliàs quoque gladiolus dicitur, ſed minus rectè; quia hæc eſt alia herba: nempe iris lutea, nullam cum iride cærulea convenientiam habens, niſi quoad folia: à forma quidem externa ſic dicta conveniunt. Quando ergò de vi purgante gladiolorum ſcribitur, intelligitur iris noſtra cærulea, quæ inter purgantia non ultimum obtinet locum.

Radix hujus iridis colligenda eſt tempore verno, antequam germinare incipiat; ita enim egregiam vim obtinet purgantem. Uſitatiſſima eſt in hydrope pro evacuandis aquis abdominis, quas copioſiſſimè & ſenſibiliter evacuat, adeò, ut obſervatum fuerit, hydropicos nulla arte ſanabiles ireos hujus ſucco fuiſſe curatos. Præterea vi ſingulari diureticâ renum vim ſopitam fortiter ſimul excitat: in aſcite itaque optimus ejus uſus eſt infuſo. Erthinum quoque eſt efficaciſſimum. Ordinariè quidem è radice recenti raſa & contuſa exprimitur ſuccus, qui poſtcà in vaſe clauſo digerendus & depurandus, ut partes craſſiores ſecedant. Hic ſuccus per reſidentiam depuratus, & ab ʒß. ad ʒvj. aut ʒj. propinatus, validiſſimè purgat, & pro evacuandis aquis hydropicorum commodiſſimus eſt. Sed propter acrimoniam ſuam, quâ fauces erodit & excoriat, ſolitariè non propinatur, ſed in juſculo pulli, vel aqua fæniculi, vel vino Malvatico, vel alio dulci, vel cum ſyrupo violarum exhiberi debet, ut temperetur hoc modo nimia ſucci acrimonia.

Vel radix recens minutim inciſa ebulliat in juſculo pulli, decoctum leniter expreſſum propinetur ſucceſſivè, donec ſufficienter evacuatus fuerit æger. Fallopius quidem hunc ſuccum rejicit, ſed Sennertus hujus uſum *in Praxi* diverſis obſervationibus confirmat; præſupponit tamen viſcera, & ventriculos optimos. Vis ejus conſiſtit in acrimonia ſtimulante fibras inteſtinorum nerveas excretrices, & vellicando renes, excretionem utramque præſtat. Arbitror ſuccum hunc non ſolummodò evacuationis ratione, ſed etiam ſpeciali vi alterativâ, in acrimonia ſua fundata, hydropicis proficuum eſſe. Poteſt etiam uſurpari hæc radix, ſi inciſa ad aliquot ʒias cum radice helenii, & armoriacæ recentis aliisque infundatur vino, nodulo incluſo, & ita pro ſcopo alterandi & purgandi propinetur.

Quidam deſtillant ſuccum, & aquæ deſtillatæ ʒiij. dant pro purgante.

Proſtat & ſyrupus, ſed radix hæc, nec ſuccus, diuturnam fert cocturam, quia vis omnis purgans avolat.

Oleum irinum per infuſionem paratum, in obſtructionibus, aliisque affectibus narium, præcipuè coriza & gravedine, vel ſolum, vel additis guttulis nonnullis olei deſtillati majoranæ, commendatur inſigniter: promovet enim potenter lymphæ efluxum. In ſcrophulis & ſtrumis curandis efficaciſſimum eſt hoc oleum & ſuccus, ut ſcilicet eas reſolvat, & ſucceſſivè per alvum ejiciat.

Fecula radicis nullius valoris & pretii eſt.

IRIS ILLYRICA AC FLORENTINA.

Iris Illyrica ſeu Florentina flore albo, planta eſt ſatis cognita; quæ valdoperè ſuaveolentem in receſſu aromaticum ſpargit odorem. Dicitur **Venediſche/oder Florentiniſche/oder riechende Veilwurtzel.** Optima eſt, quæ creſcit in Dalmatia.

Eſt egregium pectorale, & adhibetur in affectibus pectoris, à lympha acriore oriundis, ut tuſſi ſicca, vel catarrhis tenuibus, & aſthmate, aſperitate faucium, raucedine & ſimilibus, cùm inſignem habeat vim, non ſaltem temperandi, & corrigendi non nihil vi aromaticâ acrimonias, ſed & purgandi ſucceſſivè genitas ſordes, & mucilaginem plus minus craſſam pulmonum, eorumque bronchiis impactam, indeque pulmonum læſiones reſtituit. Unde pulverum pectoralium, rotularum, & morſulorum, primarium eſt ingrediens. In aſthmate, tàm in pulvere, quàm in oxymelite decocta, admodum commendatur.

In torminibus ventris infantum radix pulveriſata à gr. viij. ad xij. pro purgatione leni & vomitorio commendatur.

Extrinſecus uſus eſt primarius inter coſmetica, item maſticata & in ore detenta, adhiberi ſolet contra fœtorem oris.

In officinis proſtant ſpecies diaireos ſimplicis & compoſitæ, quæ ſimiliter in pulveribus, rotulis & morſulis pectoralibus ſolent præſcribi. Et denique admiſcetur pulveribus Cypriis.

JUGLANS.

Juglans arbor eſt ubivis nota, imprimis in Sabaudia, ubi integri montes pleni reperiuntur.

Multa officinalia ſubminiſtrat; crebri enim uſus in Praxi Medica.

Cortex ſeu putamen nucis juglandis exteriùs viride vi quadam vomitoria dicitur prædita eſſe: habet ſaporem adſtringentem vitriolicum, unde ex hiſce putaminibus viridibus vitriolum quoddam vegetabile pro extractione tincturæ coralliorum inde parantur hoc modo:

Digitized by Google

Nempe in autumno putamina nucum contunduntur, & conquaſſantur: quibus affunditur aqua, ut modicè ebulliant, hinc exprimatur & filtretur per pannum laneum. Porrò

℞. *Succi filtrati* Menſ. iij.
☋*is commun.* M. ij.

& in loco calido evaporetur ad cuticulam, hinc in loco frigido cryſtalli perfectè vitriolicæ virides, ☽ vegetabile dictæ, generantur, blando calore exſiccandæ. Tandem

℞. ☋*li* hujus ℔ j.
Boli rubri ℔ j.

Deſtillentur gradatim per ☌am, & acquiritur acre ac acidum + ſeu ſpiritus, mediante quo corallia, perlæ, aliaque ſolvi poſſunt.

Succus ex his putaminibus viridibus expreſſus, ac melle inſpiſſatus, dicitur rob nucum, ſeu diacaryon, quod ipſum meritò commendatur ab Hartmanno in omnibus faucium affectibus ubi adſtrictione opus eſt, imprimis quidem in inflammatione faucium, uvulæ, tonſillarum & anginæ, ex lympha acriore natis, & in principio morbi frequentiſſimè ſolet adhiberi pro ſiſtenda inflammatione in angina. In tali caſu ſub forma gargariſmatis præſcribi ſolet rob dictum.

Aqua deſtillata ex his corticibus viridibus valdoperè commendatur ad calculum.

Subſequitur jam cortex interior arboris, qui collectus, dum adhuc ſucculentus eſt, & blandè exſiccatus à ʒß. ad ʒj. validiſſimum eſt vomitorium, ut dicit autor; ſicut etiam Platerus vomitorium ex hoc paravit, junctis radice raphani & ☋e: vid. Hartmannus *Pr. Chym. p.* 12. aliàs non propinatur. Sunt tamen etiam, qui commendant hunc corticem contra calculum.

Ulterius ſe ſiſtit cortex intimus calculum ambiens, qui juvat colicos. Platerus ſolet eundem applicare pulſibus ſeu carpis manuum in iis, qui laborant febre tertianâ intermittente.

Juli habent vim vomitoriam, utut leniter operentur. Tempore verno in Majo collecti, exſiccati, & cœlo ſereno pulveriſati, ad ʒj. commendantur ceu arcanum ſpecificum contra dyſenteriam in aqua appropriata. Ulterius ad paſſionem hyſtericam etiam valent in aqua appropriata cum aliquot guttulis olei deſtillati ſuccini aſſumpti: videatur Joël *in Praxi Med.* & Hoffmannus *de Med. Officinal. p.* 499.

Ipſæ nuces maturæ per ſe rarò uſurpantur, ſive ſint recentes, ſive exſiccatæ. Recentes habent vim alexipharmacam. Sunt tamen etiam, qui dicunt, illas inducere cephalalgias: & certum eſt, quod verſantes vel dormientes ad tempus ſub juglande, cephalalgia affligantur. Aliàs rancidæ comeſtæ raucedinem & aſperitatem faucium excitant. Adhæc contra peſtem & morbos malignos præſervativè & curativè commendantur; hinc & antidotum Mithridatii Regis ingrediuntur, videatur Sennertus *de Febribus l.* 4. *c.* 5. *p.* 447. adeò, ut ab omnibus ſemper nucibus juglandibus fuerit adſcripta vis contra venena. Sanè non paucæ hinc ſunt compoſitiones alexipharmacæ & antipeſtilentiales, quas ſimul ingreditur nux juglans, e. g. in Belgio proſtat aqua prophylactica contra peſtem, & morbos malignos & epidemicè graſſantes.

Pertinet huc quoque aqua alexiteria ſingularis ex nucibus, vid. Hamel *in Affect. Corpor. p.* 440.

Nuces recentes conditas, & morſui canis rabidi impoſitas virus extrahere aſſerit Marcus Marci *in Phil. veterum reſtituta, p.* 436. Nuces immaturæ ſaccharo condiri ſolent, vel melle, & cum aromatibus impregnantur, quæ tanquam ſingulare analepticum pro corroboratione capitis & ſtomachi, etiam membris ad Venerem torpidis erigendis, laudantur; ubi tamen in hoc negotio addita aromata potius, quam ipſæ nuces, effectum edunt, cùm aliàs conditura juglandis perquàm nota ſit.

Radices juglandis ſuccum dant efficaciſſimum. Scilicet menſe Februario foditur usque ad radices, harum maxima pars perfoditur, unde emanat ſuccus ille reverà ſingularis, qui commendatur in doloribus dentium chronicis; quin & podagram curat, & nephriticos dolores ad miraculum placare dicitur, tam externè illitus, quam internè hauſtus, ubi per urinam malum eliminat. Adhæc ſingulariter convenit in cephalalgia, de quo vid. Bartholinus *Cent.* 3. *Hiſt.* 97. Nonnulli hanc aquam tanquam ſecretum habent in plurimis morbis, præſertim chronicis.

JUJUBÆ.

Jujubæ ſeu ziziphæ, **rothe Bruſt-Beere**/creſcunt in Italia.

Succo dulci & blando conſtant, adeoque inter temperata remedia referuntur, & in temperanda acrimonia humorum quacunque admodum conducunt, imprimis leniunt aſperitudines, acredinem & ſalſedinem lymphæ, & propterea in affectibus pectoris, pleuriticis, tuſſi, aſperitate faucium, raucedine, & ſimilibus morbis, egregium ſunt remedium, & nulli comparandum. Poſt faucium affectus ex lympha acri ortos, in affectibus renum, item urinariis, ut in ſtranguria, dyſuria &c. ex nimia urinæ acrimonia, & exinde inducta corroſione renum, & viarum urinariarum temperanda, ſuas quoque virtutes inſigniter exſerit. Ob dictos ergò uſus potiſſimùm adhibetur ſub forma

Digitized by Google

forma decoctionis pectoralis & nephriticæ, vel his ipsis pro tali scopo admiscetur syrupus jujubinus, qui semper in officinis prostare solet, & in tussi sicca, quæ in principio pleuritidis & variolarum affligit, commendatus est.

JUNIPERUS.

Juniperus frutex est satis cognitus nobis, tractatum de ea scripsit Michael Babst, & Conradus Conradi, integrum *caput de Junipero Medullæ suæ destillatoriæ pag.* 270. inseruit.

Inter partes autem officinales. I. Se offerunt baccæ, quæ quotannis bis matureſcunt, vere scilicet & autumno, crasinque totius concreti obtinent. Scatent sale volatili oleoso aromatico singulari, & sunt quasi aroma Germanorum, insigniter diureticæ, æquè ac sudoriferæ & nephriticæ, prosunt in affectibus ventriculi, intestinorum flatulentis quibuscunque ex viscido acido natis, & uterinis. Non mirum ergò, si in affectibus catarrhalibus & chronicis, quæ senes in specie affligunt, & plerumque in stomacho & primis viis hærent, tam egregiè conducant, lympham vitiosam corrigendo, abundantem per renes evacuando. Imprimis etiam in affectibus mensium laudantur. Aliàs & in hydropis cura baccæ sunt optimæ. Valdoperè etiam commendantur in affectibus capitis & oculorum, item admiscentur quoque commodè potionibus vulnerariis in vulneribus & ulceribus partium internarum. Tenzelius *in Medic. Diastat. p.* 169. commendat contra lepram. Suffitus baccarum prodest iis, qui laborant catarrhis, si misceantur cum succino, aut fumus extractus per os, iis qui laborant phthisi, seu ulcere pulmonum. Fit tandem egregium remedium in ambustis, recipiendo baccas juniperi recentes, quæ cum butyro non salito leniter frixentur, exprimantur, & sic non inelegans ad ambusta remedium habetur.

Inter præparata ex baccis aqua sese offert, quæ colicis & nephriticis est singularis & multi usus, urinam ciendo, vias urinarias abstergendo, moderatè easdem stimulando, & imprimis dispositionem calculosam renum in fermento vitoso sitam, corrigendo, tàm præservativè quàm curativè, si jejuno stomacho potetur, sive simplex per vesicam, sive per balneum Mariæ destillatur. Quod si verò baccæ contundantur, & communi methodo fermententur, dant spiritum ardentem instar spiritus vini, ubi &, si hic rectè præparetur, sal volatile se simul elevat, quod incrustat alembicum eleganti formâ & facie. Spiritus hic commendatur in affectibus capitis & partium nervosarum internè & externè, eleganter urinam ciet, & imprimis dispositionem renum calculosam vi balsamicâ corrigit, & sic à calculo præservat.

Rob juniperi vi balsamica præservat contra calculum ac nephritidem, valdopere detergit renes & vias urinarias, sabulum in iis coacervatum & concretum expellit. Aliàs & in affectibus menstruis quoque convenit. Imprimis autem vis sudorifera egregia in hoc se manifestat, quâ de causa ab Italis quoque Germanorum theriaca meritò dicitur, ob vim egregiam alexipharmacam & antipestilentialem, quam per sudorem exserit. Unde inservit pro corpore electuariorum stomachicorum & nephriticorum, item antipestilentialium, in quibus loco mellis optimè usurpari potest.

Exinde fit elixyr juniperinum, contra calculum & affectus nephriticos: vocari solet alias Malvaticum juniperinum, quoniam ferè saporem habet vini Malvatici. Nihil aliud est, quam essentia juniperi, ex rob, & spiritu per fermentationem affuso & digesto, constans. Elegantissimum est remedium stomachicum, anticatarrhale & antinephriticum. Experientia hoc confirmat, teste Horstio *Obs. pag.* 158. Potest usurpari in quocunque casu, aliquot dies ante & post novilunium, manè jejuno stomacho singulis vicibus ad cochlear unum vel alterum, & præter dictos affectus egregiè prodest in scorbuto & peste.

Præter hoc & quinta essentia juniperi datur, ex oleo, spiritu, & sale fixo juniperi; quæ tamen minus firmiter cohærent.

Extractum baccarum juniperi convenit cum rob.

Syrupus singulariter confert in obstructionibus viscerum, imprimis lienis, & hinc etiam in obstructione mensium, quos ciere solet.

Oleum destillatum juniperi est aromaticum, quod cum aqua & spiritu in viribus conspirat: unde contra affectus nephriticos internè & externè, curativè & præservativè, usurpatur; uti etiam ad colicam, morbos malignos & contra pestem, in quibus cum aliis assumtum potenter sudorem movet. Externè ingredi solet unguenta nervina, & antiparalytica.

Quibusdam in locis potum egregium hypochondriacum, cerevisiam nempe juniperinam sub nomine fermentati juniperini, parant ex baccis: quando nimirum cerevisia fermentat, adduntur baccæ juniperi cum passulis & tartaro, ut simul subigantur, & mitigetur baccarum acrimonia: vid. Hoffmanni *clavis in Schræderum pag.* 492.

Sal fixum ex baccis calcinatis per aquam aut vinum elixiviatur, quod est optimum

Digitized by Google

diureticum in hydrope & affectibus hypochondriacis, quoniam valdè ciet urinam: videatur Helmontius *Tract. de Febr. cap.* 6. §. 13. ubi hujus elegans anatomia reperitur. Imò sunt, qui dicunt, quod lixivium paratum ex cineribus baccarum & ligni juniperi, si illo lavetur caput singulis septimanis, ita roboret visum, ut per totam vitam nullum detrimentum quis patiatur in illo: imo arcet pediculos. Dicunt etiam, quod color capillorum nunquam mutetur, utut longissimè quis vivat.

II. Se sistit frutex perpetua fronde virens, & continuò fructus ferens; quô ipso virtutem singularem balsamicam, ad vitæ conservationem utilem, secum habere prodit. Resina hæc ejus oleosa & balsamica est, quæ quasvis aëris negligit injurias, & perpetuam arboris juventutem conservat; propterea juniperus ceu arboris cedri succedaneum ad vitam longam habetur Tackio *in suo Chrysogon. pag.* 167. quæ duæ arbores veteribus unum idemque vegetabile fuerunt. Ex cedro enim Helmontius *in Tractatu de Vita longa, & arbore vitæ* medicamenta ad longam vitam parare commendat. Cùm verò hæc sit rara apud nos, propterea Tackius, ut dictum, juniperum illi substituit, cùm eundem fortitus sit effectum ac cedrus. Alii alia cum hoc ipso ligno tentant. Imprimis videre possumus Tenzelium *in Med. Diastat. pag.* 166. ubi disserit de modo, quô virtutes serpentis balsamicæ possint transplantari in juniperum. Et certè, lignum juniperinum tantarum non immeritò censetur virium, ut non cedere dicatur ligno guajaco, sassafras, similibusque, ab ultimis Garamantis adductis, unde in potionibus antivenereis, seu in curatione luis Gallicæ optimè potest substitui iisdem lignis, pro scopo diuretico ac sudorifero, & acidi viscidi, lymphæque vitiatæ correctivo seu catarrhali. Aliàs rasura ligni juniperi in interno & externo usu confert, in affectibus nervorum, quod est elegans sudoriferum. Suffitus ejus usitatus est in corrigendo aëre pestilentiali, veneno infecto, & commendatur contra veneficia & incantationes.

Oleum ex ligno rectificatum potentissimum est sudoriferum, simulque diureticum, multis morbis egregium remedium.

Turiones seu summitates juniperi laxant eodem modo, atque istæ ex sambuco.

Datur etiam gummi juniperinum, quod aliàs vocatur sandaracha Arabum. Rarò tamen est in usu, & usurpatur tantùm pro suffitu in affectibus capitis catarrhalibus.

Dicit Autor, quod inserviat aquæ ophthalmicæ. Paratur autem exinde hoc modo:

℞. Spongias seu fungos juniperi recentes exiles, mense Maio, quo tempore sunt molles instar pultis; contunde, & in cucurbita bene clausa expone radiis solaribus, & sic resolvuntur spongiæ seu fungi in liquorem seu aquam, quæ colatur per linteum, aut filtretur per chartam emporeticam, & postea pro ulteriore depuratione acervo formicarum imponatur.

Liquor hic, ubi opus est, ceu catholicum remedium in quibuscunque affectibus admodum est proficuus. Conferatur Conradus Conradi *in Med. Destillat. P.* 1.

L.

LACTUCA.

Lactucæ ita dicuntur, quoniam nutricibus lac præbent. Est planta non ignota, planè congener cichoraceis; hinc iisdem facultatibus convenit, abstergit, refrigerat, magisque temperata est, adeoque magis alimentosa.

Ex hac folia & semen sunt in usu.

Folia rarò usurpantur, utut referantur inter refrigerantia. Quidam recipiunt, & ebullire sinunt in jusculo gallinæ, & hoc propinant contra vigilias, aperiunt, & urinam cient.

Alias solent præscribi externè in pediluviis contra agrypniam & vigilias.

Semen ejus, ut & ipsa planta, pro augendo lacte commendatur admodum; à quibusdam pro absumendo semine. Sed, quia hæc duo sunt contraria, & non concîliari possunt, meritò de hoc effectu dubitatur. Interim & lac & semen imminuere solet, quando nimirum in nimia copia affluit, temperando illam, quod tamen non sola, sed cum vitice facit. Unde emulsio ex semine commendari solet contra gonorrhœam, item contra libidinosa somnia, & nimias pollutiones nocturnas.

Externè usurpatum somnium conciliat.

LAGOPUS.

Lagopus herba est ubique crescens, sed nullius, aut rarissimi est usus in officinis; & vix memini, me legisse illum præscriptum apud Practicum, nisi quod interdum à quibusdam, ubi opus est adstrictione, soleat commendari.

LAPATHUM.

Lapathorum seu rumicum plures sunt species, de quibus videatur Muntingius *in herba Britannica*. Hic intelligimus lapathum folio acuto plano, seu angustifolium Bauhini, seu oxylapathum sylvestre; Germanis Mengelwurtz/oder Grindwurtz dicitur, propter specialem usum in scabiosis, &

Digitized by Google

& cruſtoſis, aliisque cutis affectibus, qualis eſt ſcabies, puſtulæ, pruritus, & ita ulteriorem progreſſum inhibendo, in quibus εὐπρέπειαν eſt non contemnendum, tàm internè quàm externè uſurpatum. Saporis eſt quodammodo acris, & uſurpatur decoctum ejus internè. Vid. Ludovic. *in Pharmac.*

Externè ſuccus radicis lapathi, vel infuſum uſitatum eſt in ſcabie, lentigine, & aliis ſimilibus cutaneis affectibus, dum vel loco lavamenti, vel fomenti, vel unguenti applicatur pro purificanda cute. In ſerpiginibus quoque ſeu herpetibus, feliciter prodeſt, ſi ſubigatur radix, & miſceatur cum aceto in formam linimenti. Decoctum hujus radicis in aqua ſimplici, addito ſtercore gallinaceo, in ſcabie contumaciſſima & ferina pro lotione partis affectæ commendatur à Simone Pauli *in Quadripart. Botan. claſſ. 3. pag. 361.* Sunt etiam, qui valdè commendant lapathum acutum contra hæmorrhagias, narium præprimis. Amuletum ex lapatho contra peſtem ex literis Benedicti Hinckelmanni, Archiatri Elect. Saxoniæ Johannis Georgii II. ad ejus Sereniſſimam Coniugem datis, fuit ſequens: Radix lapathi majoris ſpatula ferreâ effoſſa, ita ne tangatur (in nomine S. S. Trinitatis) lavatur, & in taleolos diſſecatur, poſtquam in umbra fuit exſiccata, quorum taleolorum tres collo appenduntur.

LAPATHUM ACUTUM MINIMUM.

Lapathum minimum acutum, **die kleine Grindwurtz**/ in defectu illius majoris commodè ſubſtitui poteſt; viribus enim conſpirat. Officinas autem fugit, & culinas tantùm viſitat.

LARIX *ſeu* LAREX.

Larix, **der Lerchenbaum** / arbor eſt in Germania exotica, frequens in diſtrictu Tyrolenſi, & ſuggerit reſinam & fungum.

Reſina vocari conſuevit terebinthina vulgaris, de qua ſuo tempore inter alterantia ſecundaria.

Fungus eſt agaricus purgativus, de quo inferius erit dicendi locus.

LAURUS.

Laurus, **der Lorbeerbaum** / arbor aliàs eſt ſatis cognita, dum ex odore & ſapore prodit vim aromaticam, adeò, ut ſit aroma Europæum, ſubſtituendum aromatis Indicis.

Hujus baccæ ſunt in uſu, & ratione ſalis volatilis oleoſi quodammodo congeneres baccis juniperi, inferiores tamen; unde ſolent conjungi cum his in præſcriptis formulis.

Egregiæ ſunt carminativæ, diureticæ & uterinæ, imprimis verò decantatæ ſunt ob vires anticolicas & uterinas; unde in affectibus flatulentis, & pro corrigendis menſium vitiis commendantur, promovent menſes, pellunt fœtum & ſecundinas. Alias quoque pro diaphoretico adhiberi poſſunt, v. g. pauperibus in peſte, morbis & febribus malignis ʒj. pulveris baccarum in aceto, vel in vino, vel in aqua appropriata detur, atque ſudor expectetur, & quidem, ſi adſit febris ardens, ſumitur in aceto, & aqua appropriata; ſi non ardens, aſſumitur cum vino; & ſic per ſudorem curare peſtem aſſerit Pedemontanus. Sunt, qui inſtituunt δοκιμασίαν pro cognoſcenda fœminâ, ſi habeat tumidum abdomen, an gravida ſit vel non; propinant enim hauſtum vini, infuſum per diem & noctem ſuper quatuor vel quinque baccas, & dicunt quod ſi vomat, ſit ſignum, quod ſit gravida; ſi verò non vomat, illam non eſſe gravidam perhibent. Quidam dicunt; quod lauri baccæ putrefactæ ſi deſtillentur, ſolô odore hauſtô ſequatur purgatio per alvum.

Externè in vino coctæ, in affectibus nervorum paralyticis, & doloribus poſt partum accidentibus, egregiæ ſunt.

Folia propter vim aromaticam, in ſale volatili radicatam, in multis conveniunt cum ſæpè laudatis aromaticis; partibus nerveis amica ſunt, unde conveniunt in colicis & hyſtericis affectibus.

Externè adhibentur in emplaſtris, cataplaſmatibus, & fomentis diſcutientibus, & attenuantibus.

Inter præparata ſe offert electuarium de baccis, quod uſitatum eſt in clyſteribus diſcutientibus flatus ad ʒj.

Deinde emplaſtrum de baccis lauri extrinſecus applicatur in torminibus ventriculi ex flatibus, inflatione ſtomachi, ſuffocatione uterina, & flatulentia hypochondriorum.

Oleum denique laurinum tàm expreſſum, quàm deſtillatum, utrumque valde eſt uſitatum. Oleum expreſſum tàm per infuſionem, quàm coctionem paratum, extrinſecus apprimè convenit in affectibus uteri, & nervorum, præſertim paralyticis, tàm ſolitariè, quàm cum aliis unguentis illitum. Ad hæc in ſcabie experimentum eſt triviale rarò fallens, quod videlicet internis diaphoreticis præmiſſis, illi flores ♃is aut ſulphur pulveriſatum admiſceatur, & externè corpori ſcabioſo illinitur, cujus tamen tutior uſus eſt, ſi ſimul ſal tartari addatur: contra pediculos quoque & furfures capitis adhibetur, nec non maculas factei, **die Finnen** / contra quas D. D. Andreas Klavnig *in Manuſcripto* ſequens habet unguentum:

℞. & *expr.*

Digitized by Google

℞. ℥ *expr. laurin.* ʒj.
Ungu. roſati ʒß.
℈ii *dulc.* ℈ß.
℥ ♆*i p. d.* gutt. iij. M.

Oleum baccarum lauri deſtillatum convenit imprimis internè contra flatus & affectus flatulentos, contra colicam & paſſionem hyſtericam, item in doloribus poſt partum; externè in affectibus nervoſis, in ſpecie verò in paralyſi ſpaſmo flatulento, membris affectis, illitum convenientiſſimum eſt, pubi quoque & pectini muliebri illinitur contra paſſiones hyſtericas, dolores poſt partum, & varia uteri mala, contra menſium ſuppreſſionem, & difficultatem, & imprimis contra ſterilitatem, ſicut & gutt. vj. vel viij. clyſteribus carminativis adduntur.

LENS.

Lentes ſunt duplices: paluſtres & ſativæ. Paluſtres die Meer-Linſen/rariſſimi vel nullius uſus ſunt, niſi quod ſoleant applicari plantis pedum pro temperando æſtu febrili. Sativarum autem decoctum laudatur à quibusdam contra variolas & morbillos, ubi expulſione opus. Sed mera vanitas eſt, demonſtrante id ipſum Sebizio *p.* 198. *in Tract. de Facultate Alimentorum.*

LENTISCUS.

Lentiſcus reſinam notiſſimam, quæ maſtix vocatur, præbet de quo ſuo loco.

De ligno lentiſcino verò hoc notò, quod, licèt rarò inveniatur, nihilominus decoctum ejus nonnullis, in ſpecie Italis tanquam ſingulare remedium in diarrhœa arrideat, in ſpecie illa, quam hepaticam ſeu fluxum alvi hepaticum, affectum difficillimum curatu vocant, qui ſæpiſſimè inducit cachexias. Loco hujus ligni lentiſcini quidam, cum ſit rarum & carum, decoquunt & infundunt in vino lignum cotoneum, & ejusdem efficaciæ dicunt decoctum illius in hæmorrhagiis uteri nimiis; uti etiam in ſputo ſanguinis valdè laudatur.

LEVISTICUM.

Leviſticum in officinis malè cum liguſtico ſeu laſerpitio Germanico confunditur: Liebeſtöckel/ à ſubdulci & ſuaviter aromatico odore & ſapore. Planta eſt umbellifera, abundat ſale volatili oleoſo penetrante, unde inter plantas noſtrates aromaticas tantùm non primatum obtinet; odore enim perquam forti & diffuſibili gaudet. Ad angelicæ naturam proximè accedit, utut leviſticum quaſi ſit oleoſum minus acre.

Radix ſapore tenui aromatico, longo tempore guſtum & olfactum afficiente, aromaticam vim oſtendit, & præter vires, quæ ipſi tribuuntur, alexipharmacas ſingulari vi gaudet carminativâ, uterina &c. hinc in inflatione uteri ex aëre frigidiore, aliisque affectibus flatulentis, doloribus poſt partum, lochiis ſiſtendis adhibetur, quo ipſam zedoariam antecedit. Et quoniam eſt virtutum aromaticarum, quodcunque acidum in corpore blandè temperat & corrigit, flatusque ab acido oriundos diſcutit. Eſt ſtomachicum egregium, & in morbis uteri, eſt uſitatiſſima planta; unde & in menſibus provocandis, in ſuffocatione hyſterica ſopienda, & partu difficili, magnopere commendatur. Sunt, qui inter alexipharmaca referunt, jubentque radicem in aceto macerare, & maſticare contra aërem infectum. Solent etiam per talem caulem potum haurire in anginoſis faucium affectibus, in quibus ſingularis inſtar experimenti laudatur.

Externè in affectibus flatulentis abdominis cum zedoaria clyſmata anticolica ingreditur; ſicut & ſola radix in vino macerata aut contuſa, & nodulis vino immiſſa, applicatur naribus contra paſſionem hyſtericam.

Semen carminans eſt, & uſitatiſſimum mulieribus in doloribus ventris, ſive ipſæ adhuc fuerint gravidæ, ſive in torminibus poſt partum. Videre poſſumus Foreſtum *lib.* 28. *obſ.* 32. *in Scholio.* Aliàs ſemen intro aſſumtum, vel ſolitarium, vel cum aliis medicamentis miſtum, urinam nigro colore tingere dicunt.

Folia leviſtici ſingulariter proſunt in affectibus uteri, & promovendis menſibus ſuppreſſis. Exemplum hujus rei luculentum ſubminiſtrat Gabelchoverus *C.* 1. *Cur.* 81. *in Annotat.*

Extractum leviſtici cum ſpiritu vini paratum eſt egregium medicamentum in ſuffocatione hyſterica & partu difficili.

LICHEN.

Intelligitur hic lichen petræus ſeu hepatica ſaxatilis ſeu fontana, parva plantula; cumque ſit rara, ſubſtituitur illi commodè arboreus. Vocatur etiam pulmonaria.

A plurimis quidem commendata herba eſt pro infuſo & decocto ad morbos chronicos, nullius tamen, vel exilis effectus, unde rariſſimi uſus eſt. Arboreus itidem rari eſt uſus; nihilominus ſunt, qui illum commendant in affectibus pulmonum, & propterea pulmonariam dici volunt. Alii laudant in affectibus hepatis, in hydatidibus, ſeu vaſculis lymphaticis obſtructis, quoniam ejus puſtulæ ex ſignatura referunt talismodi hydatides. Fides, ſit penes experientiam. Lichen ſiccatus extrinſecus expertus eſt, laudatus ſatis & cognitus pro compeſcenda hæmorrhagia vulnerum.

LIGU-

Digitized by Google

LIGUSTRUM.

Planta eſt cognita ſatis, flore albo, creſcit ſponte in dumetis & locis cultis, odoris eſt non inelegantis.

In uſu ſunt folia & flores.

Et quidem in genere tota planta, folia, & flores ſunt ex numero vulnerariorum & adſtringentium, potenter adſtringunt fibras laxas, & partium uſum conſervant. Internè vix, aut rariſſimè in uſu eſt; externè verò ſingulariter commendatur in affectibus faucium, imprimis ex comeſtione cruſticorum contractis. Folia ejus ſunt frequentiſſimi uſus in exulceratione oris, inflammatione & excoriatione faucium & uvulæ, uti contra ejus laxationem & procidentiam; item contra laxationem gingivarum ſcorbuticam, in quibus caſibus ſanè valdè convenit: etiam in aphthis exulceratis faucium, & ulceribus gingivarum ſub gargariſmatum forma. Sic in laxitate gingivarum, præſertim ſcorbutica, decoctum foliorum & florum cum aqua ferrariorum in ore detentum cum tantillo aluminis, admodum juvat. Foreſtus *lib.* 14. *Obſervat.* 21. valdè commendat decoctum foliorum liguſtri pro collutione oris, & gargariſmate: ſi ſint depaſcentes, & exulceratæ, miſcet cum melle, & pro inunctione adhibet non ſine egregio ſucceſſu. Platerus idem decoctum commendat pro gargariſmate ad excoriationem faucium: ſi ſimul addantur folia ſcabioſæ, referit eò melior, ubi ſolutio continui, & conſolidatione opus eſt: item, ſi addatur rob nucum, vel tinctura bellidis & roſarum pro aciditate ſubtili, erit convenientius.

Succus liguſtri in ulceribus faucium ſcorbuticis cum melle illitus, haud parum conducit.

Aqua florum liguſtri contra ſiccitatem, fiſſuram ac duritiem linguæ, exulcerationemque oris & faucium, valdè convenit. Experientiam hujus rei habet Gabelchoverus *C.* 3. *Cur.* 7.

Ad putredinem gingivarum, convenit aqua liguſtri, ſi diſſolvatur in illa aliquantulum mellis roſati, & addantur aliquot guttæ ſpiritus ſalis & vitrioli, ſic putredo præſervatur, & roborantur gingivæ.

Oleum ex floribus liguſtri per deliquium laudatur ad ſcrophulas, & quævis ulcera: vid. M. A. N. C. *Ann.* 4. *Append. pag* 35.

LILIUM.

Lilium eſt planta ſatis cognita & uſitata, & quidem inter varias ſpecies lilium album, quod odore ſuavi ſe commendat.

Ex illo I. in uſu ſunt flores, qui ſunt temperatiſſimi in ſua compoſitione materiali, & mucilaginem aqueam temperatam in ſe habent; hincque vim egregiè anodynam, dolorum ſedativam, & conſequenter ſimul digeſtivam & maturativam: unde ingredi ſolent clyſmata emollientia, cataplaſmata & emplaſtra maturantia, ſuppurantia, dolorem ſiſtentia & emollientia.

II. Radix, quæ uſurpatur externè, ubi eſt dolor ſiſtendus, tumor emolliendus, ſuppurandus & maturandus, cum ſit ex primariis emollientibus, maturantibus & ſuppurantibus; unde eſt ordinarium ingrediens cataplaſmatum. Hinc nullum cataplaſma vel bubones vel anginam ſuppurans datur, cui non addatur radix liliorum alborum; ſicut & clyſmata inde feces alvi emollientia parantur.

III. Antheræ ſeu ſtamina ejus flava, quæ pulveriſata laudantur pro pellendo fœtu, & accelerando partu, ſi cum aliis propinetur in aqua verbenæ, vel artemiſiæ. Ad menſes provocandos, & abortum procurandum adhibentur; etiam ad rejiciendum fœtum mortuum in uſu ſunt; de qua tamen efficacia valdè adhuc dubitatur.

Quod præparata, ex floribus liliorum alborum deſtillatur aqua, quæ eſt egregiè coſmetica, dum adhibetur ad dealbandam faciem, & detergendas ejusdem macu as, ſive ſola, ſive cum ▽ ſpermatis ranarum, vel florum fabarum, & ſimilibus aliis miſta, & in his diſſolvitur aliquid olei ♃ per deliquium, vel tantillum camphoræ.

Proſtat oleum ſimplex ex infuſione foliorum in oleo communi, quod externè egregium anodynum & blandum emolliens & laxans eſt. Etiam ſuppurat & maturat abſceſſus, inflammationes &c, unde in tarda ſuppuratione tumorum, bubonum vel anginæ cataplaſmatis additur pro aliquali conſiſtentia. Idem oleum, cum ſit ſaporis quodammodo aromatici, convenit in affectibus renum & veſicæ, ortis ex acrimonia urinæ. Ita in iſchuria & difficultate urinæ, pro laxandis viis & dolore ſedando inungitur regioni pubis, in quali caſu etiam miſcetur cum unguento de althea, & iisdem partibus illinitur. In nephriticis doloribus ſedandis lumbis illinitur cum oleo ſcorpionum. Quin & vulneribus non adeo magnis inſtillatum, ea citò, tutò & jucundè conglutinat & conſolidat in quibuscunque partibus; item partui difficili confert, qui ex præmaturo aquarum efflu-xu oritur; hinc & ipſæ mulieres aliquot diebus ante partum circa pubem & genitalia idipſum illiniunt pro facilitando partu. Uſurpatur etiam in clyſteribus, tam alvum emollientibus quàm laxantibus uterum ante partum; ſicut & obſtetrices ſolent inungere manus oleo amygdala-

Digitized by Google

rum dulcium, & oleo liliorum alborum, quas immittunt in ſinum mulíebrem, ut ita emolliatur, leniatur, & lubricetur pro partu faciliore.

LILIUM CONVALLIUM.

Lilium convallium, Meyen-Blumlein/ planta eſt cognita ubivis & omnibus nota. Tres ejus dantur ſpecies; imprimis tamen uſitatum eſt commune ſeu flore albo, ex polygonati minoris genere.

Uſitati ſunt frequentiſſimè flores: externè interdum etiam adhibetur radix.

Flores concretum ſunt ſingulare, odoris ſuaviſſimi, qui conſiſtit in ſubſtantia ſalina admodum volatili & oleoſa, id eſt, ſubſtantia volatili Mercuriali, quod genus nervoſum fortiter ſine ſenſuum alteratione afficit in ejusmodi defectibus & affectibus, hinc flores inter analeptica ſpirituoſa ſuavia referuntur. Curioſum eſt, quod ſuaves & odoriferæ illarum particulæ nulla arte deſtillando in oleum redigi poſſint. Sal enim, quod habent; eſt magis Mercuriale, quam ſulphureum; unde & phlegma per deſtillationem parum odoris naturalis ſuaveolentis exhibet; utut fermentando ſpiritum ſuggerant. Hinc propter volatilem & penetrantem ſpirituoſitatem ſingulare ſunt analepticum, & in ſpirituum tam vitalium quam animalium vigore reſtaurando & augendo multum valent, atque adeò in affectibus capitis, epilepſia, apoplexia, vertigine, lypothymia & primatum ducunt. Unde etiam omnes ſpiritus & aquas analepticas, cephalicas, epilepticas, apoplecticas, aliaque medicamenta cephalica ingrediuntur harumque animam quaſi conſtituunt.

Externè flores pulveriſati inter errhina & ſternutatoria blanda adhibentur, vixque datur pulvis ſternutatorius medicatus, cujus non ſit baſis, vel ſaltem principaliſſimum ingrediens.

Fit quoque errhinum blandum è radice hujus plantæ pulveriſatâ: vid. Fuchſius *p. m.* 240. Radix enim hæc, utut fortior ſit flore, ſatis temperatum remedium pro baſi errhinorum habetur.

Quoad præparata, flores deſtillati dant ℥m, quæ ordinarium eſt vehiculum medicamentorum cephalicorum.

Deinde proſtat ſpiritus ex floribus, deſtillatus per frequentem cohobationem vel ſpiritus vini vel vini generoſi per fermentationem; vel denique per ſe flores rore matutino madidos deſtillando:

Si per cohobationem. Recipiantur flores liliorum convallium recentes tempore matutino collecti, & rore adhuc ebrii, qui mox ſpiritui vini immerſi, deſtillentur blando igne in balneo Mariæ: liquor deſtillatus rurſus cohobetur, novis ſemper floribus ſuperfundendo, idque ter vel quater repetendo: ſicque tandem habebitur ſpiritus egregius, qui ad effectus nephriticos, capitis, & alios nervinos, & imprimis ad ſyncopen, apoplexiam, epilepſiam, & imprimis ad amiſſam loquelam, maximè conducit.

In ſecundo modo notandum, quod niſi terminus obſervetur, in acetum degenerent.

Denique ℞. flores liliorum convallium bene maturos, ante ortum ſolis, quando rore Majali adhuc madent collecto: Hi protinus, atque colliguntur abſcindendi ſunt à ſuis pediculis, & immittantur in cucurbitam, bene claudantur, & ita deſtillentur, qui ita deſtillatus ſpiritus iterum novis floribus roridis infundatur & deſtilletur. Hoc ſæpius repeti debet, & habebitur aqua ſpirituoſa perquàm egregia.

Melior & elegantior eſt ſpiritus, qui fit ex floribus liliorum convallium fermentatis, & à floribus recentibus, rore matutino adhuc madidis, crebrius cohobatur: & convenit in apoplexia, epilepſia, vertigine, paralyſi, lipothymia, & ſyncope, roborat corpus & ſpiritus deficientes denuo reficit.

Cum hoc ſpiritu rore matutino adhuc ebriis affuſo, elicitur eſſentia liliorum convallium præſtantiſſima, quæ pro ſcopo analeptico, reſtaurativo, &c. in dictis affectibus utilis & potentior eſt ſolo ſpiritu.

Cum eodem ſpiritu affuſo ambræ fit eſſentia ambræ, corroborativum optimum, & nulli cedens in omnibus aut virium defectibus, aut ſubitaneis capitis affectibus remedium. Erit quoque egregium Venereum, quod ſpecificè armabit impotentes maritos ad bellum Venereum. Item hæc eſſentia ambræ convenit in aphonia, ſi ejus præprimis aliquot guttæ imponantur linguæ; ſi cum bombace applicetur auribus, prodeſt in ſurditate, tinnitu, & ſimilibus aurium affectibus, ſpecifica eſt in corroboranda memoria, & firmandis operationibus ſenſuum internorum: item reſiſtit pavori nocturno, & huic non minus medetur, quam incubo.

Præterea, ſal volatile ex iis per putrefactionem elegans, & penetrantiſſimum haberi poteſt: vid. Wedelius *de ſale volat. Veget. pag.* 259. item Hoffmannus *in Clave pag.* 497.

Sunt qui etiam ſingularem vim anodynam ſubſtantiæ volatili lilii convallium tribuunt, quò reſpexiſſe videtur Cnœffelius *in ſuo Spiritu ſedativo*, tàm ſimplici quàm compoſito; quod vid. in M. A. N. C. *Ann.* 6. *pag.* 36.

Proſtat inter præparata acetum liliorum convallium egregium in lipothymia, &

Digitized by Google

& ſpirituum diſſipatione, ex ſanguinis nimia efferveſcentia contracta, ſive applicetur naribus, ſive cum facculis pulſibus. In præſervanda peſte, imprimis, in qua lædunturoperationes mentis, & facultates capitis, eſt egregium.

LIMONIA MALA.

Limonium malum figura, ſapore & cæteris qualitatibus externis pomis citri eſt ſimillimum, quorum etiam virtutes æmulatur, ſicut etiam ipſa malus ferè ſimilis citro eſt.

Nihilominus in uſu medico adhuc quandam habet præeminentiam. Succus enim limonum recenter expreſſus ad calculum expellendum commendari ſolet, quod in ſecretis fuit D. Timæo, qui recepit ſuccum limoniorum recentem ad ℥ij. cum vini Hiſpanici ſeu Malvatici ℥vj. Quibus pro doſi miſtis ſabulum, & quicquid ad calculum facit, expulit, vid. *lib. III. Epiſt.* 31. *pag.* 242.

Ulterius in iſchuria, gonorrhœa quacunque, & nimio æſtu Venereo, ſuccus limonum adhibetur, quo Amatus Luſitanus omnes gonorrhœa laborantes reſtituit, vid. *C.* 5. *Cur.* 71. ſi adhibeatur à ʒiij. vel ℥j. Conf. *Riverius in Obſ.* 42. *à Eomio communic.* Unde apud Italos quosdam ſolet commendari potiuncula, quam habet Sylvaticus *C.* 4. *Obſerv.* 1. *Conſiliorum*, ceu præſtantiſſimum remedium ad compeſcendam gonorrhœam:

℞. ▽ *roſar.* ʒiij.
ſucci limon. ʒj.
albumovi crudi No. j. M.

Propinavit quarta qualibet die.

Syrupi elegantem compoſitionem habet Faber *lib.* 6. *Myrothecii Spagyrici.*

Denique ex muria limonum quidam ſal volatile parare volunt, abſtrahendo muriam ad ſiccitatem usque, & in phiola alta blando igne ſublimando; ſicque dicunt ſal volatile adhærere alembico ſuperimpoſito, quod in cella aqua florum fabarum diſſolutum pro ſingulari habent coſmetico. Puto, non eſſe ſal volatile, ſed potius Ammoniacale, quod cuique rem intelligenti videbitur verum.

LINARIA.

Linariæ dicuntur illæ, quæ habent plura folia inſtar lini anguſta, non tamen lactescunt; aliàs enim ad eſulas pertinerent. In officinis uſurpatur linaria lutea flore majore. Vocatur etiam oſyris non rarò apud Practicos, Harnkraut / Leinkraut / & wilder Flachs.

Interno uſui hactenus non, aut rarò, fuit applicata. Interim laudatur 1. contra icterum flavum, quocunque modo adhibita; 2. ad diureſin provocandam; decoctum enim ejus vino dilutum egregie urinam pellit: vid. Sennertus *Pr. l.* 3. *cap. de Aſcite.*

Conſpirat aliàs hæc planta cum verbaſci floribus, quod externè ſpecialiſſimè in hæmorrhoidibus cœcis tumentibus ac dolentibus, quomodocunque adhibita, admodum proficua obſervetur, nimirum, ſi linaria vel flores ejus vel ſolùm vel cum chamomilla in lacte coquantur, locoque fotus applicentur: vel plantas has recentes contundunt, & applicant; ſin fuerint ſiccæ, facculo includunt, & in lacte coquunt. Confer Hœferum *in Herc. Medic. pag.* 195.

Multum aliàs tribuitur unguento vel linimento de linaria in hæmorrhoidibus dolentibus curandis, ſi ſcilicet è linaria recenti, vel ejusdem floribus recentibus, cum pinguedine porcina, ſeu quod melius, cum butyro non ſalito, in mortario plumbeo vel marmoreo contuſis, & cum pauca camphora probe animatis, fiat cataplaſma aut unguentum: vid. Horſtius *Obſ. l.* 4. *Obſ.* 50. Riverius & Hartmannus *in Praxi Chymiatrica cap.* 160. His ſi addatur oleum oleum ſcarabæorum vel aſellorum, erit eò meliùs. Uſitatiſſimum quoque eſt in tali affectu unguentum de linaria compoſitum, de quo Zvvelferus *Pharm. Reg. pag.* 279.

Aliàs ferè nullius eſt uſus.

LINUM.

Linum flore cæruleo ſubminiſtrat in officinis ſemen, quod mucilaginoſum eſt, cujus ratione convenit in uſu cum ſemine fœnu Græci. Per ſe eſt emollitivum & maturativum; unde ſæpius etiam unà cum ſemine fœnu Græci in cataplaſmatis reſolventibus, emollientibus & maturantibus miſceri ſolet & applicari; præcipuè verò farina ejus, quod intelligendum etiam venit de mucilagine, methodo conſuetâ ex ſemine extracta.

Præ cæteris uſitatum eſt oleum ex ſemine expreſſum, quod plurimis convenit affectibus; internè quidem temperat, relaxat, expectorat, & primariò quidem ceu ſingulare ſpecificum mirè commendatur contra pleuritidem, ſi ſcilicet ad aliquot uncias vel ſolum, vel cum oleo amygdalarum dulcium propinetur. Fit enim, ut hoc modo & compeſcatur inflammatio pleuræ, & promoveatur ſputum.

Cæterùm neceſſum eſt, ut hoc oleum lini, quantum poſſibile, pro uſu interno ſit recens, non inelegantis ſaporis, & palatum ſuaviter afficit. Aliàs inveteratum, nauſeam concitat, & palato ingratum eſt propter rancorem; quo in caſu huic oleum amygda-

Digitized by Google

amygdalarum dulcium præferri debet. Geſnerus illud *in ſuis Obſervationibus & Epiſt.* maxime laudat; item Gabelchoverus *Cent.* 4. *Curat.* 68. & Bartolettus *de Reſpiratione lib.* 5. *cap.* 12. Aliàs in affectibus pectoris, in phthiſi, tuſſi, & ſimilibus, tanquam remedium, quod vix habeat par, oleum lini commendatur. Sumitur autem recens expreſſum ad ℥ij. vel ℥iij. cum vehiculo ſyrupi ſcabioſæ, vel aqua Card. Mariæ: laxat, promovet ſputum, & dolorem valdopere mitigat. Singulares ejus vires & effectus, quos uſu interno exſerit, videbitis in Zwelfferi *Animadverſionibus pag.* 328. item M. A. N. C. *Ann.* 3. *pag.* 398.

Si recens haberi nequeat, iſtud ad ſolem depurandum. Conf. M. A. N. C. *Ann.* 6. *& 7. pag.* 306. *&* 308.

Aliàs ſingulariter commendatur internè in contumaciſſimis alvi obſtructionibus, adeoque etiam contra volvulum ſeu paſſionem iliacam imminentem, externè in forma clyſteris, vel ſolum ad ℥viij. vel cum oleo raparum expreſſo ää. ℥iv. infuſum confert, imprimis in obſtructionibus alvi à dolore nephritico ortis. Secretum in dictis affectibus clyſma hoc fuit D. Michaëlis.

Sic refert Rulandus *in Theſauro pag.* 234. de ruſtico, cujus alvus ob ſcybala conſtipata fuit, adeo, ut abdomen plane durum evaſerit, curato per clyſterem ex oleo lini ad ℥v. injectum: uſus eſt oleo lini nunc ſolo, nunc miſto cum trochiſcorum alhandal ʒß. & hoc ipſo non una vice deſperatam alvi obſtructionem curavit.

Oleum hoc lini per ſe ex ☌ in ☌æ igne cautè deſtillatum, dat ☿ omnium ſubtiliſſimum, & penetrantiſſimum, unde dubito: an pro uſu Medico adeò neceſſaria ſit præparatio ejus, quam docet Beckius *in Experiment. circa Rerum Natural. Princip. pag.* 57. quia vereor, ne acre nimis ffiturum ſit.

LOTUS.

Loti cum variæ ſint ſpecies; uſitatus tamen in officinis eſt lotus hortenſis odorata ſeu trifolium odoratum alterum Dodonæi. Germanis dicitur das Sieben-Zeit / quod ſepties de die odorem mutare dicatur.

Internè accenſetur quodammodo alexipharmacis, & ingreditur potiones vulnerarias, in affectibus, ubi eſt ſanguis congrumatus.

Externè uſurpatur in unguentis & emplaſtris vulnerariis. Sed ejus loco meliloto utimur, cum quo, ejusdem uſus eſſe videtur.

Aqua deſtillata eſt inter ▽as ophthalmicas, quarum claritati non parum conducit.

Oleum ejus infuſum eſt vulnerarium, quod extrinſecus in contuſis & ruptis ſolet adhiberi utiliter.

LUPULUS.

Lupulus, Hoppe / planta non eſt ignota propter ejus decoctum cum hordeo, quod cereviſia dicitur.

In officinis ſubminiſtrat flores, quibus in Italia utuntur, & tempore verno prorumpentes julos.

Flores recentes pinguedinem vel reſinam aromaticam in ſe continent, à qua primario ejus amarities, ſuavique admodum odore & ſapore ſubamaro & glutinante præditi, adeoque monſtrant imprægnatos eſſe ſale volatili oleoſo, & convenire cumprimis cum virtutibus abſinthii, utut in gradu remiſſiori. Condit hæc ipſa amarities cereviſias, ne tam promptè aceſcant; unde etiam lupulus in chronicis morbis ad aciditates vitioſas primarum viarum corrigendas, à veteribus præſertim, crebrius adhibitus fuit. Et hinc ab Italis ad incidendam mucilaginem craſſam & viſcidam in febribus chronicis intermittentibus adhibentur; item in tumoribus ſplenis valdè commendantur, urinas movent moderatè, abſtergunt renes, ne ſabulum ſenſim ſenſimque coacervetur, & concreſcat in calculum. Macerati vel decocti in ſero lactis caprilli commendantur ad purificationem ſanguinis, & procurandam fermentationem, unde conveniunt in affectibus cutaneis, ut ſcabie, ſerpigine &c. In malo hypochondriaco, ſcorbuto, melancholia hypochondriaca, aliisque morbis melancholicis & ſpleneticis, ictero, cachexiis, ſimilibusque morbis chronicis. Ratione enim ſalis volatilis acris corrigunt acidum vitioſum, a quo ferè omnes morbi chronici oriuntur. Cum verò à nobis tantum non quotidiè potu ordinario aſſumantur, factum eſt, ut eorum uſus Medicus ferè eviluerit. Notabile interim, lupulum ſuggerere multum ☿i lutoſi, teſte Sala *in Tartarologia p.* 140. & tamen nec cereviſia, nec hujus acetum, ☿i quicquam ſuggerunt.

Julos quod attinet, illos ſemper recentes comedere debent ſub forma acetariorum, qui à ſcabie ſecuri eſſe volunt. Fermentatione enim blandâ depurant maſſam ſanguineam, & hinc alvum paulò lenius cient.

In quibusdam de cætero officinis proſtat ſyrupus lupuli, qui uſurpatur, ubi opus eſt depuratione maſſæ ſanguineæ, v. g. in morbis chronicis. Interim ſuccus turionum lupuli, & fumariæ huic ſcopo ſatisfecerunt egregiè.

LYSIMACHIA.

Lyſimachia dicitur à Rege Lyſimacho, Agathoclis filio, à quo primum inventa & exculta fuit. Dicitur etiam ſalicaria, quod folia ejus ſalicis foliis conſimilia ſint, Weiderich.

Lyſi-

Digitized by Google

Lyſimachia, ſpicata purpurea, eſt uſualis, & quidem vi ſuâ vulnerariâ adſtringente, ac fluxus cruentos ſiſtente; unde quidam decoctum ejus imprimis contra dyſenteriam & hæmorrhoidum nimium fluxum, & huic cognatum epaticum fluorem, commendant.

Externè planta contuſa ad vulnera & ulcera eſt uſitatiſſima.

Sunt, qui confervam è floribus, item oleum parant.

Succus expreſſus unguenta & emplaſtra vulneraria ingredi ſolet.

M.

MAJORANA.

MAjorana eſt planta cuivis cognita, quæ ſe prodit per ſuaveolentiam odoris: vocatur aliàs amaracus & ſampſuchus.

Folia & ſemen ſunt in uſu.

Tota planta aroma ſpirat ſatis volatile & elegans, & revera eſt aroma noſtras, cujus vis conſiſtit in ſale volatili admodum oleoſo Mercuriali. Hinc vires ejus conveniunt cum cæteris aromaticis, in affectibus capitis, paralyſi, apoplexia, vertigine, & ſimilibus affectibus nervinis, & in ſpecie catarrhalibus; unde aquas & ſpiritus cephalicos & nervinos internos & externos ingreditur: ſicut & texturâ ſuâ oleosâ volatili, non ſecus ac alia nervina; doloribus, ſpaſmis, & atoniæ fibrarum nerveatum curandis optimum eſt. Convenit item in affectibus uteri, dum fortiter ſolet ciere menſes. Præ cæteris dicata eſt naribus, & læſionibus olfactus, item coryzæ. Nempe in majorana diliteſcere perfectum arcanum pro odoratu abolito, aſſerit Hartmannus *Prax. Chymiatr. pag.* 111.

Externè uſus eſt varii: contuſa vel pulveriſata loco ſternutatorii adhibetur.

Oleum majoranæ, tàm expreſſum quàm deſtillatum, maximè conducit in affectibus paralyticis, aliisque nervinis, ſive vera ſive notha ex colica fuerit pareſis, inungendo nervos ſpinæ dorſi: vertici quoque capitis illitum reſtaurat olfactum amiſſum.

Familiare eſt malum infantibus, ut nares obſtruantur, difficulter reſpirent, & in lacte ſugendo impediantur. In tali caſu oleum majoranæ naribus illitum pro reſolvendo muco egregiè ſuccurrit: idque vel ſolum, ubi mitius; vel mixtum cum oleo irino, infuſo nicotianæ, ubi fortius operari debet; & quidem externè tantum naribus illinatur, intrinſecus enim non poteſt tutò operari propter acrimoniam: videatur Hartmannus *in Praxi Chymiatr. cap.* 57. qui extractum majoranæ cum ſpiritu vini paratum frequentius uſurpat in dictis caſibus. Commendatur etiam cum conſerva in affectibus capitis.

Balſamus majoranæ naribus applicatus, & illitus in odoratus affectibus, eſt optimum remedium.

Ipſa aqua humorem per nares in coryza educere ſolet.

MALABATRUM.

Malabatrum, das Indianiſche Blat/ veteribus in uſu fuit. Hujus autem natale ſolum controverſum eſt apud ſcriptores rerum exoticarum: cumque non ſtatuatur certum, nec vires ejus conſtent, rari vel nullius eſt uſus in officinis: Eodem ergo carere poſſumus. Dubitatur enim, an noſtrum cum veterum folio conveniat? Noſtrum eſt arboreum; veterum fuit aquaticum. Sunt, qui ſolent præſcribere in affectibus capitis, & confortanda memoria; ſed incerta experientia. Coſmeticum etiam creditur, ſed incertæ naturæ.

MALVA.

Malva, die Pappel/ imprimis vulgaris, planta eſt ſatis cognita. Græcis μαλάχη à μαλάξειν ſeu malaxare, unde & molis herba dicitur ab uſu primariò emolliendi: hinc folia & flores inter herbas ς. emollientes primatum obtinet. Dividitur aliàs in malvam foliis rotundis, & foliis aliquantiſper lancinatis. Sed dubito, an hæc duo revera inter ſe differant? & potiùs hoc luſui naturæ ſit tribuendum? Utraque eſt in uſu promiſcuè. Vis eſt blandiſſima, & temperata: præbet ſuccum mucilagioſum temperatiſſimum, quod quosvis acriorum humorum, imprimis nimis acidorum, aculeos intra corpus noſtrum lenit & obtundit, qua vi humectare, emollire, dolores lenire, ſeri urinarii, item lymphæ catarrhalis acrimoniam mitigare, & alvum laxare, rectè dicitur; unde veteribus Romanis quoque planta hac, unà cum lactuca, veſci, ad alvum laxandam, in uſu fuit. Decoctum enim ejus cum pauxillo paſſularum minorum alvum egregiè laxat, ad quod & ſola planta cum lacte decocta adhibetur. In affectibus renum ex urina nimis acri, ſtranguria & dyſuria, eſt egregium remedium, uti etiam decoctum radicis malvæ in tali caſu eſt uſitatum.

Externè convenit pro ſcopo emollendi, reſolvendi, maturandi, relaxandi, & temperandi acrimoniam ſalſam; unde in clyſteribus pro ſtimulanda alvo, & emolliendis ſcibalis induratis, nulla habetur melior planta.

Ulterius ad emplaſtra & cataplaſmata quoque maturantia, doloresque demulcentia cum ∇ aut lacte ubique adhibetur,

Digitized by Google

ut nimirum acria temperet, exaſperata lubricet, & loricam quaſi obducat, & ſic tumores duros & abſceſſus emolliat, maturet & ſuppuret. In tinea & ulceribus capitis, ſiccâ cruſtâ, decoctum malvæ pro lotione capitis ſingulariter commendatur. Melius in ▽a acuatâ cum lixivio paululum acri, aut urina humana coquitur, quàm in ▽ ſimplici; ſin verò tinea ſit humida, & achores ſint manantes, tunc coquitur Malva cum piſis in ▽ ſimplici, vel cereviſia. Alii unguentum ſeu linimentum flavum parant ex malva ejusque radice, ſubacta cum butyro Majali non ſalito, & additâ paucâ camphorâ, & fit elegans linimentum ad loca tinea & achoribus affecta detergenda.

Radix malvæ, ſole ſcorpium ingrediente, effoſſa & appenſa, ſingulare eſt ophthalmicum, de quo vid. Hartmannum *in Praxi pag.* 26. & tali modo appenſa etiam ad lippitudines & ſimiles caſus convenit: unde etiam ſolet hoc modo appendi in variolis pro præſervatione oculorum.

Conſerva malvæ paratur ex floribus, quæ ab Amato Luſitano *C. 6. Cur.* 58. & Hochſtedtero *in Dec. VI. cap.* 2. *ſcholio*, tanquam ſpecificum in ſtranguria, dyſuria, & aliis affectibus urinariis; commendatur, uti & ſtomachi & pectoris affectibus dicata eſt.

MALVA ARBOREA.

Malva hortenſis major arboreſcens, **Herbſt-Roſen** / revera eſt malva, ſaltem, quod inſignis ſit luxuria præſertim in varietate floris: nunc enim flore pleno, nunc vacuo apparet. Hinc ipſa planta minus temperata eſt, quàm ejus flores rubri, qui tantummodo uſitati ſunt, ſive ſint ſimplices, ſive ſint pleni, in textura ſua blandè ſunt adſtrictorii & ob hanc cauſam à Paracelſo quoque inter vulneraria telati.

Rarò interim in uſu ſunt, niſi à barbitonſoribus in affectibus faucium imprimis in inflammationibus tonſillarum, angina, in exulceratione faucium, & aliis, ubi ordinariò gargariſmata ingrediuntur, v. g. decoctum florum in lacte, alioque liquore egregium gargariſma anodynum conſtituit.

In genere ergò pro quibuscunque faucium affectibus poſſet fieri tale gargariſma, commendatum ab Hartmanno *in ſua Praxi pag.* 126. cujus baſis eſt malva.

Quin & pulvis horum florum cum melle mixtus cum pauco alumine ad oris gingivarumque corroſionem & laxitatem ſcorbuticam, imprimis ad mulierum fauces ſcorbuticas inire convenit. Aliàs flores hi rarius uſurpantur.

MANDRAGORA.

Planta hæc, quæ ad nos apportatur, eſt rara, & creſcit non, niſi attenta cultura in noſtris hortis. Radix ſimilis eſt corpori humano; propterea vetulæ faciunt exinde veneficia, virunculos, **die Alträungen**; vid. Bartholinus *in lib. 2. Hiſt.* 51. M. A. N. C. *Ann. 1. Obſ.* 48. *pag.* 141. 142. & 143.

Solet diſtingui mandragoræ radix in marem & fœminam, hac differentiâ, quod mas ſit ſterilis, fœmina verò ferat fructus.

Planta hæc, uti uſus eſt rari, ita rara etiam eſt in officinis.

Radix, & ipſe cortex, & poma ex ſe vi narcotica & ſtupefactiva ſunt prædita, & eſt una ex primariis narcoticis. Hinc vinum infuſionis mandragoræ ægris propinatur, quando membrum aliquod reſecare volunt. Cum verò narcoſis hæc admodum periculoſa ſit, hinc modus hic narcoſin inducendi apud nos exploditur; ſicut & internè rarò, imo rariſſimè, & ferè nunquam uſurpatur: extrinſecus vero familiarius uſurpatur.

Nam cortex & radix ejus pro ſcopo emolliendi & reſolvendi tumores duros, ſcirrhoſos & ſtrumoſos adhibentur, ubi hoc in pacto cicutam, de quo ſupra locutus ſum, imo nicotianam ſuperat. Unde eſt, quod conjungunt ſuccum mandragoræ cum ſucco cicutæ vel nicotianæ cum gummi Ammoniaco in unguentum vel cataplaſma, vel emplaſtrum contra tumores duros ſplenis.

Habetur etiam emplaſtrum de mandragora contra eosdem ſcirrhos; & tumores duros ſplenis in Hartmanni *Praxi Chym. pag.* 218.

Sic habetur in officinis oleum de mandragora, cocta in oleo communi, ſed eſt rarum.

Faber *in Myrothecio ſpagyrico lib.* 4. *cap.* 1. habet oleum mandragoræ per deſcenſum deſtillatum, quod valdoperè commendat, ad ejusmodi mala; externè pro emolliendis duris tumoribus, & ſiſtendis doloribus, quoniam eſt narcoticum & anodynum.

MARRUBIUM ALBUM.

Marrubium album ſeu praſſium, **weiſſer Andorn** / eſt ſimplex primarium ex verticillatis officinalibus plantis, creſcit vulgariter, & facilè cognoſcitur, quoniam flores verticillatim circa caulem congeſti ſunt minores.

Folia ſunt uſitata, quæ odorem habent citratum, ſaporem ſubamatum, & leviter adſtringentem, adeò, ut pateat, quod ſale volatili acri & penetrante ſint diluta.

Primatium ſunt remedium in affectibus pectoris & morbis chronicis pro incidendo muco viſcido & tenaci ſtomachi & primatum

Digitized by Google

rum viarum, & hinc ortis obſtructionibus, & tumoribus viſcerum ſolvendis & reſerandis, multisque aliis affectibus ex tali cauſa occaſionali natis. Pro mucilagine attenuanda & expectoranda decoctum marrubii in aqua vel vino cum pauco melle dulcificatum eſt egregium remedium; ſicut etiam in ▽, vel pituita in utero collecta laudatur, quæ utplurimum in hydropem aſcitem degenerat. Præprimis verò in ictero flavo, ſi ex infarctu ductus cyſtici, vel ſimili occaſione oritur, decoctum ejus cum anſerina, vel in vino infuſum, vel ſuccus ejus cum vino miſtus & potatus, prodeſt, de quo vid. Freitagius *in Aurora Med. cap.* 36. quod ipſum confirmatur à Foreſto *lib.* 19. *Obſerv.* 40. qui etiam ceu expertum ſpecificum commendat ad ictérum flavum; uti etiam Hartmannus marrubium valdopere commendat in hoc & hepatis affectibus, item ad hydropem aſcitem laudatur, qui ex ictero oritur. Ulteriùs hepatis obſtructionibus, iis præprimis, quæ conjunguntur cum tono laxato, ejusque infarctu ſcirrhoſo ex mucilagine craſſa, ab acido coagulata, commendatur inſigniter videatur Zacutus Luſitanus *lib.* 1. *Praxeos admiranda Obſ.* 41.

Externè in ictero fit cataplaſma ex marrubio, juncta anſerinâ in vino coctis, quod plantis pedum applicatur. Videatur Joël *in Praxi.*

In officinis proſtat ▽ deſtillata, quæ ad eosdem uſus ac herba uſurpatur, nihilominus decoctum eſt melius.

Syrupus de praſſio, ſeu de marrubio uſitatus eſt ad aſperæ arteriæ & pulmonum infarctus, aliosque affectus pectoris, aſthma, & tuſſim imprimis ſenum inveteratam humidam, ex mucilagine & pituita craſſa vel viſcida, ſive ſtabuletur in bronchiis pulmonum, ſive in ventriculo & primis viis.

MARUM.

Marum eſt planta Syriaca nobiliſſima; ſimilis ferè majoranæ, utut ſit ſtatura minor, odore ſubtili ac penetrante, ſapore magis aromatico conſtans: quare uſum planè ſingularem habet; hinc cephalalgiæ & nervinis affectibus maximè conducit, adeoque medicamentum eſt egregium in apoplexia & catarrhis, ita, ut meritò, quibusvis eſſentiis & ſpiritibus cephalicis addenda fuerit. Dictamno Cretico ſubſtituitur.

Aliàs propter raritatem rarus eſt ejus uſus in officinis, imò rariſſimè præſcribitur, nec memini, me unquam legiſſe præſcriptum. De virtutibus mari videre poſſumus Mindererum *in Aloëdario cap.* 2. ubi pilulas habet, quarum primarium ingrediens eſt marum; unde & Marocoſtinæ dicuntur. Quibusdam autem in locis ſubſtituitur meritò loco hujus majorana; iisdem ferè gaudens proprietatibus.

MATRICARIA.

Matricaria, Græcis παρθένιον, quaſi planta virginalis, quod uteri ſeu matricis vitiis conducat, **Mutter-Kraut.** Refertur aliàs ad artemiſiam; ſed revera eſt ſpecies chamomillæ latifoliæ, & ad chryſanthema potius referri poteſt, utut viribus in plurimis cum artemiſia, uti & chamomilla conveniat.

Odor penetrans & ſapor acris loquitur de ſale volatili penetrante, & acri; unde pituitam & mucilaginem viſcidam, in vaſis uteri ſtabulantem, ibi turgeſcentem, ſicque flatus & menſium ſuppreſſionem cauſantem removet, incidit, & propulſioni aptam reddit. Uſus ergo ejus, eſt mulieribus in paſſione hyſterica, uteri inflatione, menſium vitiis, pathematis abdominis, lochiis remoratis, doloribusque poſt partum, & aliis uteri vitiis doloroſis & incommodis à partu oriundis, ſi ſcilicet vel ſola, vel cum artemiſia & chamomillæ floribus decoquatur, & decoctum uſurpetur; ſicut & ejus uſus cum chamomillæ uſu carminativo & anodyno conſpirat; magis tamen aromatica, adeoque ferè efficaciot ſolet eſſe matricaria, quam ipſa artemiſia.

Externè in clyſteribus propter vim carminativam uſurpatur. In uteri vitiis doloroſis ejusque inflatione, in doloribus poſt partum, pathematis abdominis, menſiumque fluxu doloroſo, matricaria cum chamomilla vulgari, vel quod melius eſt, Romana, in vino decocta, vel probè macerata, & cum ſacculo duplicato calide abdomini applicata, valdè prodeſt, propter vim aromaticam diſcutientem. In cephalalgia etiam planta recens contuſa, capitique dolenti vel fronti applicata, ceu proficuum remedium adhibetur, modò illius odorem ferre poſſet æger, præſtantiſſimum enim eſt auxilium.

Inter præparata proſtat aqua deſtillata, ſal, & ſyrupus de matricaria, non minus, quàm ſyrupus de artemiſia.

Proſtat etiam in quibusdam officinis conſerva de matricaria, ſed eſt rara, & non in omnibus reperitur.

MELILOTUS.

Melilotus eſt notiſſima herba. Datur vel flore albo, vel flore luteo, diciturque lotus odoratus & trifolium odoratum, quoniam ſuavem ſpirat odorem. Pertinet in genere ad trifolia; propriò verò ac in ſpecie ad lotos, ob foliorum magnitudinem. **Steinklee.**

Uſum

Digitized by Google

Uſum etiam internum nullum aut rarum agnoſcit; utut externè creberrimi ſit uſus propter vim anodynam, emollientem, & temperativam, in quo conſpirat cum malva & althæa, niſi quod ſit magis volatilis, adeoque magis reſolutiva in tumoribus, cujuscunque ſint generis. Nullum enim fit cataplaſma paregoricum vel malacticum ſeu emolliens, vel blandè diſcutiens & ſuppurans tumores, quod non ingrediatur melilotus. In decocto præbet mucilaginem, uſibus hiſce inſervientem. Unde ratione virtutis anodynæ, lenitivæ & inciſivæ, obtinet vim anodynam, propterea in doloribus arthriticis & podagricis quibusdam, inſtar cataplaſmatis cum malva & althæa applicatur, & affert levamen non contemnendum, quoniam diſcutit tumores, & lenit dolores. In inflammatione uteri, ani & teſtium, fotus ex decocto meliloti eſt egregius, imprimis ſi ipſi recenti addatur agrimonia & chamomilla, quæ in vino vel aqua decocta dolorem & inflammationem egregiè ſiſtunt. Aliàs in clyſteribus ſimili uſu anodynis & emollientibus uſitatus eſt melilotus cum malva.

Semen eſt rariſſimi uſus.

Proſtat in officinis famoſum illud emplaſtrum de meliloto, cujus deſcriptio vulgaris, ac prout habetur in officinis, cruda ſatis eſt, ac rudis. Concinniorem vid. apud Simonem Pauli *in Quadripart. Botan.* Ad emollitionem, diſcuſſionem & dolorum ſublationem egregiè conferre ſolet; hinc in emolliendis tumoribus quibuscunque & abſceſſibus pro ſuppuratione eſt uſitatum: cui, ſi tumores ſint ſcirrhoſi, nervini, glanduloſi, & ſtrumoſi, admiſceri poſt gummi Ammoniacum; ſin ſanguinei ſint, addatur unguentum de althæa; in tumoribus malarum, item colli, & glandularum, ut parotidum, diſcutiendis, doloribusque mitigandis, egregium hoc eſt emplaſtrum; imprimis, ſi miſceatur cum dimidio tacamahacæ, ac malaxetur cum oleo deſtillato ſuccini in robuſtioribus, cum oleo verò ſcorpionum per infuſionem parato in junioribus ac tenerioribus: ubi ſcopus eſt tantum maturandi & emolliendi, commodè miſcetur cum emplaſtro diachyli, cum gummis, ac cum unguento dialthææ, vel oleo amygdalarum dulcium expreſſo, vel oleo chamomillæ, aut liliorum alborum: in tumoribus dolentibus emolliendis & diſcutiendis tres ejus partes cum theriaces p. j. miſceri, & cum oleo Philoſophico malaxatum applicari poteſt. Imprimis uſitatum eſt in principio anginæ & inflammatione tonſillarum, ubi externè applicatur gutturi, & poteſt malaxari ſeu ſubigi vel cum oleo amygdalarum dulcium, vel chamomillæ, additis aliquot guttulis olei deſtillati cumini.

MELISSA.

Meliſſa vulgaris ſeu meliſſophyllum dicitur etiam meliſſa citrata, ſeu citrago, quod odorem citratum de ſe ſpargat; Latinè apiaſtrum quod apes ſub opificio mellis planta hac delectentur. Eſt vel vera vel adulterina.

Uſitata eſt ipſa planta cum floribus, colligendo imprimis tempore exaltationis ſeu balſamico, quod eſt, ut colligatur luna decreſcente, quando verſatur in ſignis igneis & Martialibus, qualia ſunt aries, leo, & ſagittarius.

Simplex eſt aromaticum ſui generis, ſed tamen citra ſenſilem calorem, & analepticis noſtratibus frigidis accenſetur. Vis ejus aromatica conſiſtit in parte ſpirituoſa & admodum volatili, adeoque Mercuriali, parum admodum oleoſa. Propter has ergo particulas in ſpecie ventriculo, capiti, nervis, indeque utero dicata, ſpiritus deficientes reſocillat, atque totum corpus reſtaurat, & in vertigine, apoplexia, epilepſia &c. ſpecificè conducit. In peſte eſt egregia, imprimis ubi ſtatim adeſt proſtratio virium. Contra ſterilitatem vino infuſa laudatur; item pro conſervanda memoria, in affectibus melancholicis, hypochondriacis, triſtitia & anxietate, ut & palpitatione cordis inde oriunda. Spiritus animales ſenum utplurimum reſtaurat & reficit quoad vires. Mirabilis virtutis meliſſa in affectibus cordis, & quidem interno uſu, exemplum habet Foreſtus *lib.* 3. *Obſerv.* 29. Ad hæc in roborando fœtu, indeque menſibus ritè ordinandis, ſingulariter laudatur. Alia ☉ eſſentiale ferè tartareum continet, quod etiam ex eius ſucco commodè parari poteſt; qua vi ſua tartarea primas vias abſtergendo pro uſu diuretico eſſe poteſt. Verùm pro ſcopo analeptico tantùm adhibetur. Modum parandi docet Sala *in Tartarol. p.* 138.

Ex ſemine meliſſæ fiunt emulſiones egregii uſus in febribus malignis, uti etiam in palpitatione cordis, parandæ vel cum aqua ſpirituoſa meliſſæ, vel quod eſt melius, cum ∇ deſtillata cordis cervi.

De uſu meliſſæ externo in ſyncope & palpitatione cordis egregiam habet experientiam Foreſtus *lib.* 17. *Obſervat.* 1. Hartmannus commendat ſacculum cum meliſſa, & ſpiritu vini adſperſum, cordisque regioni admotum. Aliàs meliſſa cum caryophyllata quoad proprietates convenit, & multis quoque cum ſclarea.

Quoad præparata, ex omnibus excellit oleum meliſſæ, & eſſentia. Oleum deſtillatum meliſſæ ex herba uſitatum in peſte eſt pro fricatione pulſuum & temporum, ſi miſceatur cum aqua carbunculi, & oleo ſcorpionum Matthioli.

Eſſentia

Digitized by Google

Eſſentia meliſſæ cum ſpiritu vini, vel ſpiritu proprio extrahitur, & eſt earundem virium atque meliſſa ſimplex. Imprimis ſenibus malè ſe habentibus, in omnibus ſubitaneis virium proſtrationibus & lipothymiis, item in apoplexia, epilepſia &c. item mulieribus in quibusvis menſium vitiis, pro tono uteri roborando: item in ſterilitate, ex atonia uteri & nimia ejus humiditate orta, frequentiſſimi uſus eſt.

Spiritus ex meliſſa deſtillatus per fermentationem valdoperè confortare dicitur memoriam, & movere facultates mentis & operationes capitis, quæ conſiſtunt in ſenſu & motu; hinc prodeſt in ſubitaneis virium proſtrationibus, apoplexia, epilepſia, lipothymia, affectibus melancholicis, in quibus triſtes exhilarare, & lætificare dicitur: cumque ſimul ſit uterinum, propterea in melancholia virginum & viduarum, oriundâ ſæpius ex menſibus non ritè fluentibus, & per conſenſum uteri, egregius eſt hic ſpiritus. Specificè commendatur contra ſterilitatem, de quo habet Roſencreuzerus *in Aſtrolog. Infer. p.* 253.

Sunt, qui ex oleo & ſpiritu meliſſæ quintam eſſentiam in mulierum vitiis egregiam parant. Sic le Febure *in Tract. ſuo Chymico Tom. I. cap. 9. pag.* 282. *& ſeqq.* Arcanum ſeu quintam eſſentiam, item primum ens deſcribit, quod ex meliſſa ſecundum manuductionem Paracelſi paravit: quâ ipsâ ad rejuveneſcentiam quaſi reſtituuntur homines, dum ſenibus decidunt pili & ungues, novique regenerantur; vetulis revocantur menſtrua, & renaſcuntur dentes anteà deficientes, & ſimilia. Imprimis Febure, quid præſtet in renovatione virium, propriam allegat experientiam; propinando primum ens meliſſæ aniculæ cuidam plusquam ſexagenariæ, cui jam naturaliter menſes defecerunt, exin intra 10. dies omnes crines antea defluentes renati, novique dentes proruperunt, menſiumque fluxus fuit reſtitutus, cum colore corporis admodum laudabili; ipſaque anus ad multos annos convaluit, adeò, ut ætatem ſenilem cum juventute commutaſſe viſa fuerit. Idem refert, illud ſe gallo gallinaceo decrepito comedendum obtuliſſe, & eundem denuo juvenili vigore imprægnaſſe, unde pennas antiquas & ungues amiſerit, novas recuperarit, unguesque illi renati fuerint. Præparatio non eſt adeò difficilis, & habet ſe ſequenti modo:

Collige meliſſam tempore balſamico (poſtquam flores depoſuit, ſemen tamen nondum profert) ante ſolis exortum rore turgidum, q. ſ.

Contunde in mortario lapideo ad conſiſtentiam pultiformem impalpabilem: Inde magma hoc matracio vel cucurbitæ longioris colli, obfirmatæ ſigillo hermetis, digere vel in fimo equino, vel in VB. ſcobe lignea repleto, per ſex ſeptimanas: quo tempore præterlapſo materia in liquorem redacta exprimenda, & in MB. digerenda, ut fundum petant partes terreſtres & craſſæ, quas à liquore per inclinationem & filtrationem ſeparabis: Liquoris hujus depurati, &

℈*is marini fuſi* atque *p. d. ſolut. (quod Paracelſus vocat* ∇*m* ℈*is &* ℈ *ſolutum*) vel ℈*is reſol. fixi meliſſæ*, à part. æqu.

Inde cucurbitæ hermeticè ſigillatæ, expone calori ☉is per 6. ſeptimanas, donec omnes impuritates in fundum ſecedant, & liquor ſupernatans pellucidus appareat.

Juventus tamen inducta hoc ente primo non eſt vera, ſed palliativa, demonſtrante Helmontio *in Tr. de Vita longa.*

Aqua meliſſæ cum vino deſtillata iisdem convenit affectibus, quibus ſpiritus meliſſæ, ſpeciatim uteri & capitis. Externè vel pulſibus vel regioni cordis applicatur in lipothymia & ſyncope.

Syrupus easdem habet vires, atque ipſum ſimplex. In affectibus uteri magni eſt uſus. Sunt, qui non minus in affectibus ventriculi ex cruditate acida provenientibus, eundem commendant, quibus tamen ſyrupis omnibus præferuntur eſſentiæ legitimè paratæ.

MELO.

Melones ſeu melopepones ſunt fructus ſatis cogniti & uſitati, magis tamen in culinis, quàm in officinis, pulpa nihili æſtimanda pro uſu Medico, quoniam facile fermentationem inducit maſſæ ſanguineæ, & ad febres, inflationes ſtomachi, & tormina colica diſponit: vid. Panaroll. *Pent. 1. obſ. 29.*

Semina ergò ſaltim ſunt uſitata, & inter quatuor frigida majora referuntur.

Semina melonum in ſpecie ſubſtantiam oleoſam temperatam continent; adeoque viribus coincidunt cum amygdalis dulcibus, ſaltim quod diuretica magis, ſimulque abſterſiva exiſtunt: moderatè temperant, & ardores epatis compeſcunt, & nephritica ſunt, quatenus urinam moderatè cient. Hinc crebrior eorum uſus eſt in emulſionibus, quæ tamen ſtomacho debili non ſemper æquè grata ſunt, cùm de facili acorem contrahant, & oleoſa ſubſtantia tonum ſtomachi laxent.

Proſtat in officinis ∇ deſtillata melonum, quæ refertur inter coſmetica, ſeu inter illa, quæ pro cutis atque faciei nitore adhibentur; imprimis, ſi imprægnentur cum tantillo Mercurii, qualem deſcribit Mylius *in Baſil. Chym. lib. 2. cap. 9. pag.* 199.

Digitized by Google

Hæc eadem ▽ ſolet à quibusdam commendari in febribus purpuratis mulierum, pro vehiculo appropriato.

MENTHA.

Menthæ aliquot dantur ſpecies.

Mentha in genere dicitur ad imitationem Græcorum à Mentha, virgine Cocythi filia, quæ in hanc plantam converſa dicitur.

Præ cæteris in uſu eſt mentha criſpa.

Vis ejus conſiſtit in amarore inſigniter aromatico, ſale volatili oleoſo imprægnato, quo virtutes prodit ſimiles virtutibus aromatum Orientalium, atque ideò pro ſtomachi affectibus, & quidem in anorexia, in dyſpepſia, apepſia, propter depravationem fermenti ſtomachici, primatum ducit; hinc & choleræ morbo prodeſt, cùm vomitus nimios etiam in iliaco morbo compeſcere ſoleat, interno & externo uſu. Præterea vi ſuâ aromaticâ, ſimul carminativa eſt, & acidi viſcidi correctiva; hinc in quibusvis abdominis affectibus flatulentis, & in ſpecie in torminibus inteſtinorum ab acido Pontico, ſeu per eſſentiam ortis, ſicut etiam in quibusvis alvi fluxibus, in quibus ventriculus vel primario peccat, vel ſimul afficitur & per conſenſum patitur, mentha hæc maximè conducit. Si mulieribus paſſiones hyſtericæ, & tempore gravidationis lancinationes circa vertebras præprimis oriantur, mentha hæc cùm internè, tum externè prodeſt egregiè. Specificum etiam cenſetur in cholera morbo, ubi ægri ſurſum deorſumque cum impetu rejiciunt: in quo caſu jam ab antiquiſſimis laudata fuit mentha; adeò, ut omnibus aliis ejus uſus præferatur pro vomitu compeſcendo. In ſingultu, qui fit ex convulſione diaphragmatis per conſenſum ſtomachi, egregia eſt mentha quocunque uſu, ſive externè, ſive internè, vertigo ex conſenſu ſtomachi adoleſcentibus frequens eſt malum, ob læſam, quod ſæpè fit, diætam; pro hâc curandâ, mentha eſt excellens ſimplex. Experta etiam eſt contra coagulationem lactis: Sic refert Horſtius *in Diſpenſatorio*, mentham lacti infuſam id à coagulatione præſervare, nec in caſeum condenſari poſſe, & propterea conducit mulieribus ad impediendam lactis coagulationem, quæ coagulatio valdopere ſolet nocere, & varia inducere mala, quæ præcavet mentha; utut ſimul conjunctum habeat hoc incommodi, quod ſoleat aliquantiſper imminuere lac, ejusque proventum nimium impedire. Hinc ceu ſecretum à quibusdam habetur in lactis coagulo:

Recipiunt mentham viridem, contundunt, & inſtar cataplaſmatis applicant mammis, ubi metus eſt coagulationis: quod faciunt per 8. dies, ſingulis diebus cataplaſma renovando, & ʒj. ſeminis anethi interius aſſumunt quotidie, ſicque non fieri poſſe inquiunt, quin hoc coagulatum non reſolvatur, & ulterius coagulum impediatur.

Quod ſi cui moleſta ſint cataplaſmata, poteſt recipi decoctum menthæ vel ſolius, vel cum fœniculo aut chærefolio &c. linteis, inſtar fomenti, applicari mammis, pro impedienda atque tollenda lactis coagulatione, & duritie mammarum diſcutienda.

In vomitu & nauſea paratur cum fermento & ſ. q. aceti cataplaſma: ſcilicet, contunditur herba, & miſcetur cum fermento in forma cataplaſmatis, & habebitur egregium remedium contra vomitum, nauſeam, ſingultum, aliaque ſtomachi ſymptomata.

Radix quoque lactis proventum nimium nonnihil, & coagulationem ejus, in decocto cum aceto, internè & externè nunc præcavet, nunc reſolvit; ſicut etiam fotus ex ejus decocto, herniis applicato, inteſtinis flatu tumentibus conducere ſolet.

Quod attinet præparata, ſpiritus per fermentationem paratus convenit contra affectus ſtomachi, imprimis contra choleram & vertiginem, per ſtomachi conſenſum ortam; in qua etiam prodeſt eſſentia ad aliquot guttas aſſumpta.

Elixyr menthæ ex infuſione menthæ in ſpiritum proprium paratur, quod egregiè prodeſt in cholera, aliisque affectibus ſtomachi, & gravidis in lancinationibus lumborum, & hinc metu abortus; ſi nimirum elixyr menthæ internè ad cochlear unum mediocre propinetur, aut externè etiam ventriculo applicetur.

Aqua menthæ cum vino parata valdopere convenit in affectibus ventriculi & inteſtinorum; unde vehiculi loco inſervit reliquis medicamentis in talibus affectibus: Sed ▽ menthæ criſpæ, contra lactis proventum nimium, & ſpeciatim in ejusdem coagulatione impedienda, duritie mammarum diſcutienda, eſt uſitata, mammis imponendo. Secreta habetur in tumore teſtium & ſcroti, ex hernia ex inteſtinis in ſcrotum prolapſis flatu tumentibus, ut & ſcybalis in illis obduratis propter ruptu-ram vel laxitatem peritonæi, ubi ex compreſſione vaſorum ſanguineorum oritur inflammatio: in tali inquam inflammatione & tumore teſtium dicta ▽, artificioſè & per multiplicem cohobationem ſuper plantam parata, interno & externo uſu eſt egregia.

Syrupus menthæ commendatur in ſingultu, nauſea, vomitu, ructibus, & ſimilibus affectibus.

Oleum

Digitized by Google

Oleum menthæ deſtillatum internè cum ſucceſſu in ſingultu, nauſea, vomitu, ructibus & ſimilibus affectibus poteſt adhiberi, imprimis cum ſaccharo ſit elæoſaccharum, quod poteſt aſſumi internè. Externè in cardialgia, nauſea, appetitu dejecto, flatibus in ſtomacho & inteſtinis, & aliis jam dictis affectibus illinitur regioni ſtomachi, vel ſolùm, vel cum tacamahaca, pauca cera & terebinthina poteſt fieri emplaſtrum ſtomachale; vel poteſt præſcribi ſub forma olei ſtomachici; vel poteſt fieri cum corpore pro balſamo balſamus: ſi conjungatur cum oleo nucis moſchatæ expreſſo, vel cum balſamo Peruviano, vel cum utroque erit eò melius. Nervinum quoque egregium eſt.

Proſtat & ✝ menthæ in quibusdam officinis, quod in vomitu, nauſea, & ſtomacho æſtuoſo uſurpatur internè cum aliis: & externè ex aceto menthæ cum fermento acerrimo & pulvere menthæ fit cataplaſma egregium contra affectus ſtomachi, & eſt ferè catholicum.

MENTHA SARACENICA.

Mentha Saracenica vocatur aliàs mentha corymbifera, & ſalvia Romana, item coſtus hortorum, das Koſt-Kraut: Balſamita; item in quibusdam officinis; utut falsò, herba coſtæ nuncupatur.

Rarò eſt in uſu, niſi quod inter conſolidas & herbas vulnerarias vulgò referatur. Interno uſu admiſcetur potionibus vulnerariis, in quibus ſemper prodeſſe dicitur. Cæterum folia aromatica odore & ſapore innuere videntur, quod vires habeat non abſimiles abſinthio: & credo, ſi in uſum revocaretur, quod in affectibus chronicis, perinde ac abſinthium, valde conveniat. In affectibus uterinis commendatur, pro menſium evocatione eſt egregium.

Acetum ejus conducit in ſtomacho æſtuoſo.

MERCURIALIS.

Mercurialis duplex eſt: tàm mas, quàm fœmina. Dicitur ita, quod Mercurio antiquitus dicata fuerit. Mas dicitur, quia habet binos quaſi teſticulos, capſulas nimirum ſeminales; fœmina verò ſpicata apparet. Uſurpatur promiſcuè; experientia tamen docuit, quod fœmina in mundificando utero, ejusque ſordibus nimis humidis evacuandis, multùm valeat; hinc vulgus perſuaſum fuit, Mercurialem marem à fœmina comeſtam pro generandis filiis; fœminam verò pro filiabus inſervire: Et certè non eſt reperibilis planta, quæ adeo commendatur pro arcenda ſterilitate, & expurgando utero, quam Mercurialis, ſive internè ſive externè. Aliàs ſuo modo ad anagallides & atriplices pertinet.

Planta eſt nonnihil nitroſa, & effectivè ſuo modo refrigerans, ſimul que internè omnes impuritates detergere, ac nonnihil laxando primas vias mundificare ſolet. Uſurpatur ſub forma pulmenti oleracei, Grün-kraut; unde quædam mulieres in pulte propinant infantibus pro emollienda ac laxanda alvo bono cum ſucceſſu. Quercetanus mirum quantum commendat Mercurialem pro purificando & abſtergendo utero: in medicamentis enim uterinis ratione ſalis ſui nitroſi purificat ſanguinem, & abſtergit uterum, & hinc contra ſterilitatem valdè ſolet laudari.

Externè clyſmatibus abſtergentibus & laxantibus incoquitur, quibus plerumque ſuccus Mercurialis cum vel ſine melle additur. Speciatim admodum commendatur ad repurgandum uterum, & detergendum eundem, ſive ſuccus recens per ſiphonem injiciatur, imprimis poſt fluxum ſanguinis menſtrui, remoratum à craſſa & viſcida mucilagine, vaſa uteri infarciente, quæ impedit fœcunditatem & imprægnationem, pro eadem expurgandâ; ſeu è bombace, ſucco hoc Mercuriali imbuto, fiat turunda; aut ipſa planta recens ſuculenta blandè contuſa, & ſyndone involuta; ſub forma peſſi applicentur, tam utero mulierum ſteriliun, quam parturientium. Multum enim convenit in ſordibus uteri mundificandis, ac detergendis, menſibus retardatis & lochiis non ritè fluentibus: ſtimulat etiam inſigniter, & facit, ut talia excrementa feliciter ejiciantur: maximè à Practicis contra ſterilitatem laudatur, tàm præſervativè, quàm curativè quod tamen merum commentum eſt, niſi ſterilitas à muco viſcido, ſimilibusque impuritatibus inducta ſit. Imprimis fit peſſus elegans, ſi taliter contuſæ addatur crocus & myrrha pro menſibus.

Quod ſi addatur ʒß. trochiſcorum alhandal, erit eò efficacius pro provocandis menſibus, & etiam pro ſtimulandis lochiis.

Eſſentia pro ſterilitate & utero expurgando uſurpari ſolet.

MESPILUS.

Meſpilus eſt arbor ſatis cognita; uſitati ſunt fructus ejusdem & partes.

Cæterum fructus meſpili recipitur in uſum, quando eſt immaturus (nam maturi ſunt fermenteſcibiles,) propter vim adſtrictoriam, quam prodit guſtus auſterus adſtringendo linguam & fauces; unde etiam intrinſecus pro reſtrictivo excellenti meſpila immatura ſolent commendari: & exinde in quocunque fluxu alvi, uti etiam in vomitu, nauſea, & diarrhœa: in genere in omnibus caſibus, ubi partes ſunt

Digitized by Google

nimis laxæ, ut fibrarum adſtrictione roborentur. Exemplum hujus uſus habet Foreſtus *lib.* 22. *Obſervat.* 1. qui feliciſſimum uſum meſpilorum expertus eſt in diarrhœa ferè deſperata compeſcenda. Cum ſimili ſucceſſu ſolent etiam adhiberi in dyſenteriis, in quibus adhuc magis convenire videntur; hinc Germanis dicuntur **die Arſch-klammern.**

Folia, propter vim ſtypticam & adſtringentem decocta adſtringentia ſubinde ſolent ingredi; rarò tamen adhibentur internè: externè capiti ſæpè applicantur ad inhibendum capillorum defluxum: Adſtrictoria ſunt, & in gargariſmatis pro faucium exulceratione & inflammatione uſurpantur: Quin & injectionibus chirurgicis, in fiſtulis & abſceſſibus uſitatis adduntur. In decoctis quoque pro balneis uterinis adhibentur in nimiis fluxibus menſium vel lochiorum, vel poſt puerperium, ut gratiores fiant mulieres viris, adjuncto pauco alumine, ut ſic de novo poſſint celebrari nuptiæ.

Oſſicula reperiuntur in meſpilis, quorum nuclei cum perſicorum nucleis, conveniunt. Oſſicula hæc ſeu lapilli non ſecus, ac ſimilia alia concreta dura vegetabilium, pulveriſata uſu diuretico adhiberi ſolent; in præſervando renum calculo admodum laudantur, quatenus acidum deſtruendo in primis viis, atque adeò etiam urinam ſuppreſſam, & ſabulum renale fortiter pellendo, tam præſervant à calculo, quàm præſentem tollunt. Sunt, qui dicunt, illa ſolvere & atterere calculum; quod tamen non auſim dicere. Obſervandum eſt de ejusmodi concretis oſſeis, in fructibus nonnullis reperibilibus, in ceraſis, perſicis, amygdalis, meſpilis &c. quod hæc ipſa deſtillata ſuggerant ſpiritum acidum una cum oleo empyreumatico. Spiritus iſte rectificatus egregiè eſt diureticus, & ſuo modo lithontripticus. Non ſunt propriè dicta oſſa, aut lapides, ſed verè ſubſtantia media lignea quaſi mutuo interta, & ita durioris præ cætero ligno compagis, unde etiam igne aperto ſolent ſuggerere, quæ ipſa ligna aſſolent.

In officinis proſtant meſpila immatura condita. Condiuntur autem vel ſaccharo, vel melle, ut à putredine conſerventur; ſic enim gratiorem habent ſaporem, & palato arrident, nihilque deperdunt de vi adſtrictoria. Pro ſtomacho roborando, ejusque fibris adſtringendis, optima ſunt: hinc in vomitu nimio, nauſea, diarrhœa, dyſenteria, aliisque fluxionum generibus, maximè conducunt.

M E U M.

Meum ſativum athamanticum, foliis anethi, ſeu anethum urſinum, **die Bär-Wurtzel/** quia conducit utero muliebri.

Radix tantùm in uſu eſt, quæ & odorem & ſaporem ſpirat quodammodo aromaticum, leviſtico ferè, vel angelicæ, vel fœniculo ſimilem; cum quibus & in viribus conſpirat, tàm alexipharmacis, quàm carminativis, & uterinis: in quibus affectibus, nec non doloribus poſt partum, & flatulentis inteſtinorum, & uteri imprimis morbis, vi ſuâ aromatica maximè commendatur. Hinc etiam in menſibus provocandis & lochiis propellendis vulgatiſſimi eſt uſus apud mulierculas radix pulveriſata; ſicut & propter vim carminativam & aromaticam convenit in ſuffocatione uterina, compeſcendo acidum corruptum effervescens in inteſtinis, & inducens ſuffocationem uterinam, affectum convulſivum, &c.

Multa quoque compoſita ſunt, quæ ingreditur hæc radix, v. g. theriaca &c. interim illi ſæpe radix angelicæ & fœniculi ſubſtitui poſſent.

M I L I U M.

Milium, fructus ille cerealis, nulli non notiſſimus eſt.

Semen tantum in uſu eſt, & quidem maximè culinario; quod contritum dat farinam. Pulmenta enim exinde parata admodum nutritiva ſunt. Vis autem hæc nutritiva conſiſtit in mucilagine temperata copioſa, imprimis, ſi cum lacte coquatur; eſt facilis, contra Autorem, noſtrum, digeſtionis, & optimæ nutritionis adſuetis. In uſu verò Medico decoctum milii ſub nomine ſyrupi divi Ambroſii in uſu eſt ſudorifero ad crepaturam usque coctum. Hoc non tantum in quibusvis tertianis febribus, & variis caſibus aliis; ſed & imprimis in variolis, morbillis, & ſimilibus affectibus in principio tuto adhibetur ad mitigandum ſanguinis fervorem, & variolarum promotionem, ſimulque acrimoniam earundem temperandam, nunc ſolùm, nunc cum radice fœniculi, vel ſcabioſæ, vel ficubus conjunctum, ubi milium in duplo vel ſaltem æquali proportione ficubus vel reliquis additur, & ſic quoque alvum laxat. Vid. Angelus Sala *in Pharmacop. p.* 825. Hoc ipſo ſuppurationem promovet, & foveas ſimul præcavet. Sæpiùs contingit, ut intrinſecus deglutiantur fruſtula vitri, aciculæ & ſimilia: in tali caſu, ne deglutitæ res nocumentum afferant corpori, aſſumatur pulmentum milii, cum lacte ad conſiſtentiam craſſiorem coctum, in magna copia, & nihil potus deſuper affundatur: Hoc modo enim fit, ut res acres & pungentes, involutæ pulpæ milii, egrediantur è ſtomacho, & proreptent per inteſtina absque nocumento: cujus rei egregiam hiſtoriam refert Keckermannus *in Syſtemate Phyſico*, item Sennertus *lib.* 3. *Prax. Part.* 1. *Sect.* 11. *cap.* 3. *pag.* 15.

Externè

Digitized by Google

Externè frequentiſſimè ſemen milii cum ſale toſto miſtum capiti in affectibus catarrhalibus, in dolore capitis gravativo & tenſivo in vertice & bregmate; qui dolor gravativus frequens eſt mulieribus per conſenſum uteri cum capite, item in dolore capitis inveterato à cauſa externa. In talibus doloribus expertiſſimi ſunt facculi ex milii, vel toſti, vel non toſti p.iv. & ſalis communis leviter toſti p. j. vel ij. capiti impoſiti. Addi poteſt his facculis pro re nata vel herba verbenæ, vel chamæmelum, vel alia medicamenta. Lindanus ſanè *in Collegio ſuper Hartmannum* non poteſt ſatis commendare tales facculos in talibus doloribus capiti applicatos, uti & auribus in ſurditate; tinnitu, & ſimilibus aurium affectibus. Quin & in ventris torminibus facculus ex milio vel ſolo, vel addito rhabarbaro, calidè abdomini applicatus egregiè conducit.

MILIUM SOLIS.

Milium ſolis ſeu lithoſpermon, vel ſecundum Mauritanos potius ſiler montanum, à montibus ſeu loco natali ſic dictum. Germ. Meer-Hirſe / Stein-Saamen; cujus 2. ſunt ſpecies; majus, & minus ſeu ſylveſtre.

Lithoſpermon majus parva eſt planta cum foliis anguſtis, cujus flores ſunt albi, in principio cujusque caulis ſiti, ex quibus ſemen albicans in modum unionum egreditur; hinc Belgis Perlkraut dicitur.

Semen eſt duriuſculum magnitudine milii, habetur pro nobili diuretico. Vis ejus reſidet in ſale volatili temperato oleoſo ac mucilaginoſo, blandè anodyno; hinc amicum eſt partibus nerveis, ac ſpecificè ad ciendam urinam, & ſtimulandum urinæ ſabulum & calculum, ejusque materiam conferre dicitur, ſi pulveriſatum ad ʒj. in appropriato vehiculo detur: unde etiam ſolet abſtergere renes à mucilagine viſcida, calculorum fotrice & nutrice. Novi qui in ſabulo & calculo pellendo tritum ſemen cum vino Malvatico propinatum proficuum experti ſunt; pro qua intentione aliàs emulſio ex hocce cum ſemine violarum purpurearum, & aqua alkekengi præparata polychreſta eſt. Matthiolus & alii ad ʒij. cum vino albo propinant ceu certum experimentum partu difficili laborantibus, uti & in ſecundinæ retentione, de quo tamen conſulenda ulterior experientia. Quin & in gonorrhœa cohibenda cum aſplenii ʒß. ſuccini albi ʒß. ad ℈ij. & hujus ʒj. ad ʒiß. pulveriſata cum ſucco vel ▽ plantaginis aut lactucæ commendat idem: idque ſuo experimento hoc didiciſſe affirmat Freitagius *in Aurora Med.* Pari modo contra febres quotidianas in vino ʒj. ante paroxyſmum aliquot dies exhibetur. Semen hoc cum acidis effervescit. Grew. *Experim. p.* 22.

Radix cum carne loco petroſelini cocta omnia, quæ ſemen, præſtat in affectibus nephriticis. Externè cum malva & chamomilla cum ▽ cocta pro balneo in calculo pro dolore leniendo, & urina cienda ab eodem commendatur.

Lithoſpermon erectum majus latifolium falsò dicitur paſſerina, milii ſolis defectu in uſum poteſt recipi ſemen, coriandri ſemina referens, in affectibus urinariis, calculoſis &c. Partum promovere dicitur: id quod confirmat Freitagius *in Aurora Medicorum pag.* 551. qui dicit, quod ʒij. ſeminis minoris lithoſpermi propinati cum lacte, ſint certiſſimum experimentum ægrè parturientium, quoniam fœtum egregiè promovent.

Datur etiam alia ſpecies lithoſpermi, nigro ſemine.

MILLEFOLIUM.

Millefolium ſeu χιλιοφύλλον ſic dicitur, quod folia ejus mille quaſi foliis aliis ſint ſtipati, Germanis das Tauſend-Blat oder Schafgarbe.

Præ cæteris in uſu eſt millefolium album, planta nobiliſſima adſtrictoria ac ſanguinem ſiſtens. Hinc etiam eſt excellens & primarium vulnerarium, quod ingredi ſolet eſſentias vulnerarias, & ſic propinatur in vulneribus malignis & venenatis, ubi malignitatem corrigit: unde decoctum ejus in dyſenteria, mictione cruenta, nimio menſium fluxu, & quibuscunque hæmorrhagiis internis, ac omnibus hæmorrhoidum generibus, nec non hæmorrhagiis narium, item abortu imminente, multum laudatur; in ſuppreſſione verò menſium fluxum eorum promovet. Succus millefolii eſt egregius in compeſcenda gonorrhœa, ſi ℥j. recipiatur, & propinetur cum lacte dulci: hæc enim potio certò curare gonorrhœam dicitur. Eò melius foret, ſi applicetur extrinſecus teſtibus ſuccus lactucæ cum pauco camphoræ.

Externè plebejæ mulieres ſuffitum ex hac planta paratum in nimio menſium fluxu adhibent: planta recens contuſa contuſionibus ac plagis, item vulneribus recentibus impoſita, egregiè ſanguinem grumoſum diſcutit, vulneraque intra 24. horas, citra omnem ſuppurationem, conſolidat & ſanat, ſicut & pulvis vulneribus inſperſus non minoris creditur virtutis. Vel & ſuccus ejus recens iisdem inſtilletur, quod ſingulare eſt euporiſton in quibuscunque vulneribus. Propterea ſuccus millefolii eſt ordinarium ingrediens in balſama vulneraria, uti etiam pulvis.

Digitized by Google

Radix recens naribus intruſa, & illic agitata, hæmorrhagiam movet.

MOMORDICA.

Momordica à quibusdam etiam balſamina cucumerina vocatur, planta eſt rara & exotica, nec ubivis obvia.

Hujus fructus ſpinoſi una cum ſemine in uſu ſunt, ex quorum ſignatura ubique aculeata videtur ferè indicare ſuam virtutem vulnerariam, propter quam vocatur balſamina, quoniam habet vires balſami, & revera ſit balſamum quoddam pro curandis & conſolidandis vulneribus.

Pulvis hujus herbæ in aqua plantaginis aſſumptus inteſtinorum vulnera curare dicitur, etiam ſi inteſtina in utraque parte fuerint perforata. Alias interno uſu nondum eſt recepta, ſed vis balſamica tantum externo uſu ſe ſufficienter commendat. Certè uſus momordicæ non poteſt ſatis commendari in vulneribus recentibus, quia illâ adhibitâ dolor remittit, & vulnera, nulla accedente inflammatione, perſanantur.

In ulceribus & apoſtematis matricis decoctum ſub forma clyſteris uterini injectum, eſt expertum; cujus rei exemplum habet Wittichius *in Conſil. pag.* 632. In fiſſura & apoſtemate uteri, malo ſæpius degenerante in cancrum, convenit. Si quis recipiat fructum maturum in manum, & illum retineat tamdiu, donec incalefiat, fit, ut cum crepitu rumpatur, & ſuum ejiciat ſemen. Ex hac ſignatura fuit conjecturatum: numne proſit in partu promovendo? numne poſſit expellere & propellere fœtum? quod poſtmodum jugi experientiâ confirmatum, & clyſteris uterini ex momordica, conveniunt in partu promovendo.

Proſtat in officinis oleum momordicæ, quod fit, quando hujus poma, exemptis ſeminibus, macerantur in oleo olivarum vel lini: & revera eſt optimus balſamus in quibuscunque vulneribus conſolidandis, uti & fiſſuris labiorum, facici, manuum, aliarumque partium, ac ſimul anodynum eſt ferè ſine pari. Quidam oleum ex ſemine exprimere ſatagunt, ſed res non ſuccedit, quia eſt nimis durum & minus oleoſum: videatur imprimis de ſtupendis virtutibus hujus momordicæ balſamicis Wittichius *in Conſil. pag.* 632. & *impr.* 634. qui ſtupendas virtutes attribuit in vulneribus recentibus oleo momordicæ in conglutinandis illis ſine ulla ſuppuratione, & in ulcus degeneratione. Imprimis in vulneribus, ulceribus, & ſinubus mammarum, oleum momordicæ & alia exinde parata medicamenta, mira faciunt citra omnem inflammationem atque ſuppurationem ſanando. In induratis puerperarum papillis, & mammarum fiſſuris, quæ impediunt ſuctionem, oleum hoc egregiè convenit; quoniam eſt ſpecificum in talibus fiſſuris, ſive ſint in viris, ſive in mulieribus, ſive ſint fiſſuræ mammarum, ſive pedum à frigore. Wittichius *loco allegato* ad vulnera & apoſtemata ſinus & vaginæ uteri poſt partum, in cancrum ſæpius degenerantia, hoc oleum tanquam appropriatum remedium maximè laudat: mirabiliter harum partium lenit dolores, & conſolidationem promovet. Alii in oleo lini infundunt & macerant, quâ ratione ambuſtionibus appropriatum eſt, imprimis, ſi poſt expreſſionem addatur ei nonnihil ſacchari ſeu oleum Saturni, & interdum aliquid camphoræ; ita enim citra inſigniorem dolorem, citra ullam ulteriorem inflammationem & ſuppurationem & veſiculas, ambuſtiones ſanat: Quin & ad leniendas hæmorrhoides nimis dolentes oleum momordicæ illitum confert; matronæ cuidam à ſuppreſſione menſium hæmorrhoidum tormina acceſſere, quæ oleô hôc per infuſionem parato, & hoc illito, à cruciatibus iſtis, ultra quatuor ſeptimanas durantibus, ſe liberavit. Hinc & D. Michaëlis hoc in caſu ejusmodi ſæpiſſimè uſus eſt.

MORUS.

Morus duplex eſt: alba & nigra.

De hac cortex, & præcipuè radicis, folia, & fructus, mora vocati, imprimis uſui medico inſerviunt.

Cortex, & arboris & radicis, ſunt ex adſtrictoriis moderatè, & conveniunt in iisdem affectibus, in quibus cortex fraxini & tamariſci, in affectibus ſplenis.

Fructus maturi, ſucco dulci ac temperato, adeoque analeptico quidem turgent, ſed propter facillimam fermenteſcibilitatem citiſſimè putreſcunt: exſiccati adſtringunt, & conveniunt in fluxu nimio, tam ſanguinis quam aliorum humorum.

Externè in oris ac faucium inflammationibus proſunt.

Propter ſaporem & vim adſtrictoriam ſuccus ex immaturis moris expreſſus, aut in aqua coctis, ad quoscunque alvi fluxus quoque commendatur.

Porrò ex fructibus immaturis rob, diamoron vocatum, conficitur, quod in uvulæ laxatione, faucium, palati, & aliarum, imprimis partium vicinarum, affectibus, excoriatione & aliquali exulceratione, ubi adſtrictione in faucibus opus eſt, commodè adhibetur: & quod ſuperius dixi de rob dianucum, ſimiliter intelligendum venit de rob diamoron. Propterea præſcribuntur in formulis ſimul. Aliàs ſunt rariſſimi uſus in officinis. Hoc obſervetur,

quod

quod ex tractatione fructus mori ſoleant tingi manus colore rubro, qui difficulter tollitur; ſimul ac verò immaturo adhuc fricantur manus, ſubitò color ruber disparet.

MOSCHATA ET MACIS.

Nux moſchata fructus eſt exoticus mirabilis, & aroma elegans. Adfertur ex India Orientali, inſula Sumatra, Madagaſcar, & tractibus Chinenſibus, de cujus generatione, proventu, &c. vid. imprimis Franciſci in dem Oſt-Indianiſchen Luſt-Garten *pag.* 396. Offert autem ſe primo in fructibus hiſce pulpa carnea, eodem ferè modo ac in Perſicis malis, ubi mediante cortice laminoſo, tenui & duriuſculo, nucleus eſt incluſus, qui vocatur nux moſchata.

Poſt pulpam hanc ſe offerunt filamenta flava, quæ ambiunt immediatè corticem illum lapideum, & vocantur macis, ſive flos moſchata, & huic demum ipſa nux involvitur.

Duplex de cætero eſt nux moſchata: vel mas, vel fœmina. Differunt in eo, quod fœmina ſit rotunda ac minor: mas verò major & oblonga. Vulgus autem longiorem ſeu marem pro fœmina habet, unde vocatur die Mutter-Moſchaten/à quibusdam etiam Männlein-Moſchaten / & vulgaris eſt ſuperſtitio, quod ſint meliores reliquis, & conducant mulieribus pro arcenda ſterilitate; viris pro augenda genitura. Nihilominus hic error vulgaris obtruditur à rerum Indicarum Scriptoribus, quod Indi longiores flocci pendant, & omnino negligant, adeò, ut ſit falſa ſuperſtitio, eſſe meliores oblongas, cum contra ſint viliores, cum fœmellæ ſeu rotundæ ac minores nobiliores æſtimationis habeantur, & vulgò uſurpentur.

Nux moſchata in ſe eſt ſalubris & aromatica tota: Nihilominus adulteratur in Indiis, & transfertur in alias regiones: maceratur nimirum in ▽ calcis vivæ; ſic enim fit, ut quidem non corrumpatur, quod transvehitur; ſed tamen vis extrahitur, adulteratur, & pervertitur.

Nux moſchata oleoſa magis & temperata, & minime acris; macis verò magis eſt volatilis, acris & penetrans; unde nux moſchata, aliàs ſtomachica & uterina, nihilominus propter nimiam oleoſitatem ſuam ſæpius ſtomachum aliquantiſper gravat, & fermenti digeſtivi acrimoniam minuit & obtundit: quod malum præcavere videntur ipſi Chinenſes, dum recipiunt nuces moſchatas recentes, & benè maturas infundunt in ⊖ commune & acetum, ſic committunt menſis ante paſtum, quoniam oleoſitas corrigitur ab aceto, & ſic ſtomacho proficuum parant medicamen, & gulæ obleſtamentum. Uterina eſt; inſigniter enim roborat uterum, & aliqualiter confert pro arcenda ſterilitate. In metu imminentis abortus pro roborando fœtu, & abortu præcavendo, adhibetur nux moſchata. Poſt partum puerperæ adhibita ſummæ eſt utilitatis. In doloribus poſt partum flatulentis ſæpe egregium remedium eſt: ſic quando mulieres poſt partum ſtatim aërem frigidum, vel potum non ſatis calidum, hauriunt, uterus exinde ſubitò flatibus diſtenditur, ut alter ferè fœtus reſtare videatur. In tali caſu decoctum nucis moſchatæ pulveriſatæ cum matricariam vino uſurpent. Flatulentias primarum viarum diſcutit; hinc & in alvi torminibus confert, unde purgantibus pro aliquali correctela addi ſolet.

In dyſenteria nux moſchata affricatur pani ſuper carbones toſto, ac cereviſiæ vel potui ordinario immittitur, quod & in vomitu, nauſea, diarrhœis, & omnibus alvi fluxibus nimiis optimè convenit; vel in aliis potibus acidiuſculis, v. g. cereviſiæ acidæ, vel inſuetæ, quæ facilè ſtranguriam inferunt. In dyſenteria aliàs quoque recipiunt vitellum ovi ad duritiem cocti, temperatum cum aceto roſaceo & nuce moſchata, & comedatur. In lienteria pulvis nucis moſchatæ cum vitello ovi eſt egregius, de quo conf. Foreſtus *lib.* 22. *Obſerv.* 328. Unde etiam in vomitu compeſcendo eſt uſitata; aut pulvis aſſumatur internè cum medicamentis aliis, hic enim cum rhabarbaro toſto, tanquam remedium ſpecificum ad dyſenteriam, atque ſpecificum in nimio fluxu menſtruo, mirè laudatur. Helmontius recipit cortices aurantiorum, reſinam animæ, & pulverem nucis moſchatæ, & contra diarrhœam adhibet: Pulvis nucis moſchatæ cum pulvere baccarum lauri aſſumptus brevi ſtranguriam curare dicitur. Externè ubi recreatione opus eſt in fœtu materno, & metus imminet abortus, pro hoc præcavendo, & fœtu roborando, intingitur ▽ vitæ mulierum, vel vino Malvatico, vel alii generoſo fruſtum panis, & umbilico imponitur, inſpergendo ſimul pulverem nucis moſchatæ. Simili modo ſtomacho applicatum prodeſt valdopere in cardialgia, & abdomini impoſitum pro arcenda diarrhœa, & compeſcendo fluxu alvi nimio. In affectibus uteri flatulentis, in dolore uteri, & inflatione ejus poſt partum, ab aëre frigido admiſſo, quod malum eſt ſatis frequens in mulierculis magis addictis pompæ quàm ſanitati, expertum remedium eſt ſuffitus nucis moſchatæ.

Quod

Digitized by Google

Quod attinet vires macis ſeu floris, eſt unum ex nobiliſſimis aromatis, imprægnatum totum copioſo ſale volatili, quod ſepultum jacet ſub copioſa pinguedine oleoſa; unde easdem habet virtutes cum ipſa nuce moſchata. In colica aliàs eam decoquunt in vino, quod decoctum in flatuoſis uteri & inteſtinorum affectibus vi carminativa, & acidum viſcidum attenuativâ, egregiè conducit. Præterea humorum vitia, renes & urinarias vias affligentia, corrigit, quod manifeſtum; quia odore ſuo urinam ipſam imprægnat, adeoque renes & veſicam à cauſis occaſionalibus læſas ſuo modo afficit.

Externè in tibiarum ulceribus inveteratis non ultimum obtinet locum pulvis macis inſperſus; delet enim ulceris alimentum, & carnis corruptionem, in ſpecie confert illis ſubjectis, quæ emplaſtra perferre non poſſunt.

Ex præparatis in officinis proſtat oleum nuciſtæ & macis deſtillatum & expreſſum.

Oleum nuciſtæ expreſſum vim ſtomachicam pariter & uterinam exerit, unde in cardialgia & dolore ventriculi vehementiſſimo, dolore in præcordiis, & vomitu compeſcendo, & flatulentiis primarum viarum, ſtomacho illitum egregium eſt; regioni verò umbilicali illitum in doloribus poſt partum flatulentis, diarrhœa, & cholera conducit, in ſpecie colica. Externè cum oleo deſtillato nucis moſchatæ miſcetur, ac ſub forma balſami in dictis affectibus illinitur. Pro conciliando ſuavi & leni ſomno illinitur temporibus, imprimis ſi unum vel alterum granum opii, vel olei expreſſi hyoſcyami admiſceatur, egregius erit balſamus ſoporiferus.

Oleum nuciſtæ deſtillatum potentius multò & penetrantius eſt oleo expreſſo.

Oleum deſtillatum macis magis eſt temperatum, & quodammodò viſcoſum. Admodum conducit in vomitu, diarrhœa, lienteria, dyſenteria, nauſea & eruditatibus, inflatione ventriculi, inteſtinorum & uteri; quia vi carminativâ non cedit oleo corticum aurantiorum: aut internè guttatim uſurpatum, aut externè umbilico illitum. Dorſo, renibus, ventriculo & umbilico inunctum compeſcit dolores colicos, imprimis flatulentos, & ſtranguriam ex eadem regione ortam. Ulteriùs oleum deſtillatum macis ſolet pulveribus purgantibus pro correctione ad aliquot guttulas admiſceri; ſic enim ratione odoris ſuavis faciliùs retinentur in ventriculo, & ſine flatibus & torminibus blandè purgantem vim exſerunt.

Alii magiſterium ex N. N. cum ſpiritu vini parant hoc modo:

Recipiunt nuces moſchatas, atque contuſis affundunt aquam fontanam puriſſimam calidam quàm plurimam, poſteà deſtillant per alembicum in arena, tunc oleum volatile prodit; aquæ verò innatat fixius, quod aſcendere nequit: Hanc aquam trajiciunt per linteum, aqua frigefacta ſeparatur oleum ſupernatans beneficio chartæ emporeticæ: Deinde cum ſpiritu vini blandiſſimo calore omnis color extrahitur, donec magiſterium in fundo ſiccum & album remaneat, quod corpus pro balſamis conſtituit. In omnibus capitis affectibus, dyſenteriis, diarrhœis ac aliis profluviis, & menſibus immodicis compeſcendis, optimum eſt ἐυπόρισον. Datur à ʒß. ad ϑij. vel ʒj. in vehiculo calido: vid. Hoffmanni *Clav. pag.* 507. cum quo conferatur ſimul Zwelferus *Pharmac. Regia, pag.* 225.

Si nux moſchata cum alcali exaltato ritè tractetur, ſpiritum evehi odoreum, cor exhilarantem, membranoſis, nervoſis adeoque & cerebri partibus apprimè convenientem, narrat Thomſon *Epilog. Chym. pag.* 78.

Nux condita in electuariis, corroborantibus caput & uterum, ſolet præſcribi, etiam in morſulis.

MUSCUS.

Muſcus triplex eſt uſitatus; vel arboreus, vel terreſtris, vel qualis cranio humano adnaſcitur. Arboreus in ſpecie quercubus adhæret, & in uſu eſt adſtrictorio; ſive in decocto, ſive in pulvere applicetur, vulneribus recentibus, & locis hæmorrhagia infectis, quibuscunque ſanguinis profluviis, ſpontaneis & violentis.

De muſco ſeu uſnea ex cranio humano inferius plura.

Muſcus terreſtris ſeu clavatus, lycopodium aliàs dictus, copioſè Dresdæ, Wittenbergæ & Annæbergæ naſcitur. Apud veteres nullum de hoc ipſo proſtat veſtigium, nec ullus eſt uſus, niſi quod hodie Polonis pro cura plicæ eſſe ſoleat in uſu: Conf. M. A. N. C. *Ann.* 2. *Obſervat.* 52. *pag.* 94. Modernis ſaltem in uſum venire ſolet. Ante omnia quidem pulvis ſeu farina ejus volatilis, quæ uno tempore in eo reperitur, & itidem vulneribus recentibus, ulceribus manantibus, ut & hæmorrhagiis inſpergi poteſt, vel ſola, vel cum pulvere thuris & colophoniæ mixta; ſic enim hæmorrhagias compeſcit, & conglutinationem promovet: conferatur Fehr *de Scorzonera Curioſ. pag.* 12. Cautè tamen obſervandus hic pulvis aut farina, ne candela ardens admoveatur; facillimè enim inflammabilis eſt, & ſi cochleari excepta candelæ admoveatur, inſtar pulveris pyrii ſtrepitum ferè edit, atque adeò in eo ♃ quoddam vegetabile ſe prodit, quo nomine etiam venit. Similem

Digitized by Google

lem farinam quoque habent Juli corylini tempore verno collecti, Juli alni, atque tenelli coni, pini, & abietis. Farinæ hæ, præsertim corylina & muſci terreſtris, nobile & commendatiſſimum conſtituunt antepilepticum; nec cedunt in hoc uſu viſco corylino, præſertim in epilepſia infantum, in qua ſingulare ſunt remedium.

Præterea farina lycopodii egregium eſt in ſuppreſſione infantum urinæ, de quo videbitis curioſas obſervationes in M. A. N. C. *Ann.* 1. *obſ.* 97. *p.* 225. & 227. & *Ann.* 3. *obſerv.* 15. Antihecticum etiam puerile dicitur; quia in affectibus hecticis puerorum doſi ℈ß. remedium ſingulare eſt. Colligi autem debet ♌ hoc ſeu farina illa, quando Juli vel muſcus ſe leviter aperiunt, ſole in leone exiſtente, menſe ſic Julio; quin & ſuaviſſimam alvum laxandi vim obtinet. Confer Hoffmanni *Clavis in Schræderum lib.* 4. *ſect.* 1. *p.* 508.

MYRTILLUS.

Myrtillus, die Heidelbeere / fructus eſt notus, & ob nigredinem ſuam ſatis cognitus, cujus planta adſtringit.

Uſitati ſunt fructus exſiccati, qui vulgò pro ſcopo adſtrictorio, & propterea in quibuscunque humorum fluxibus, in diarrhœa, hæmorrhagia uteri, narium, & dyſenteria laudantur. Sed meritò hic ſuſpicatur Ludovici, metum eſſe, ne copioſius aſſumpti fermentationes p. n. in talibus fluxibus, & periculoſas denuò excitent diarrhœas, propter ſuccum exſiccatione quidem condenſatum, ſed in corpore humano denuò reſolutum. Aliàs rariſſimi uſus ſunt in officinis.

Notandum quoque, quod ea æſtate, quando copioſè proveniunt hæ baccæ, dyſenteria plerumque graſſari ſoleat: Scilicet baccæ in magna copia comeſtæ, aut potius, quando venenatis nebulis afflantur; aut exhalationibus acrioribus corroſivis imbutæ, abſque prævia lotione devorantur, inteſtina vellicant & ſtimulant.

Proſtat in officinis ſyrupus myrtillorum, qui in diarrhœis & dyſenteriis, & in ſpecie hæmorrhagia pulmonum, vel in ſputo ſanguinis, in vomitu etiam, laudatur. Refert Foreſtus *l.* 16. *obſ.* 20. *in ſcholio*, quod in tuſſi cum ſputo ſanguinis, ſyrupus myrtillorum propinatus ſit egregium remedium, cùm vel ſolus ſoleat conducere pro compeſcenda tuſſi & ſanguinis excretione.

Oleum quoque myrtillorum per infuſionem & coctionem proſtat, qui extrinſecus ſolet illini capiti contra defluxionem capillorum: item inungi ſolet partibus abdominis cum oleo maſtichino in nimiis alvi fluxibus, vomitu, diarrhœa, cholera, & ſimilibus.

MYRTUS.

Myrti variæ ſunt ſpecies: ſed rari ſunt uſus, utut tota planta ſpiret odorem aromaticum, & impregnata tota arbor oleo balſamico aromatico, qua natura illam perpetuo virore veſtit.

Baccæ & folia præprimis in uſu ſunt. Baccæ arefactæ cum odore grato & aromatico vim ſtomachicam adſtrictoriam obtinent, unde affectibus ſtomachi conducunt: Alias tàm folia, quam baccæ inſigniter ac potenter adſtringunt, ſive adhibeantur internè, ſive externè. Et quidem in laxitate gingivarum ſcorbutica baccæ & folia commendantur pro arcenda putredine, & pro curanda adſtrictione gingivarum. Solent etiam admiſceri decoctionibus & præſcriptionibus pro capite purificando in tinea, vel à furfuribus, & aliis impuritatibus capitis ſub capillis occultatis.

Syrupus myrtinus & oleum in frequenti uſu eſt, ubi opus fuerit adſtrictione; v. g. in dyſenteriis, & tuſſi conjuncta cum hæmoptyſi; compeſcit enim & mitigat ſanguinis excretionem.

N.

NAPELLUS.

NApellus cæruleus, etiam aconitum cæruleum, German. Eyſen-Hütt-chen / quod flos ejus galeam ferream militarem referat, item Münchskappe. Refertur hic napellus inter aconita lethalia & venenata: Non autem omnia aconita ſunt lethalia, ſed dantur; nam quædam ſalutifera. Quæ in montibus Helveticis & alpibus creſcunt, ſunt lethalia; quæ verò in Polonia, ſunt ſine noxa, cum folia & flores ejus unà cum aliis in juſculo uſurpata fuerint. Conf. M. A. N. C. *Ann.* 2. *Obſerv.* 42. item *Obſerv.* 78. Sic mihi ipſi ab amico quodam, in Polonia vivente, relatum eſt, quod flores hujus napelli cærulei decerpti ornatus gratia communiter acetariis, in menſa regia Cracovienſi expoſitis, ſine noxa inſpergantur. Contrarium etiam videbitis *in Ann.* 3. *obſ.* 223.

Dicunt, quod propè radicem napelli reperiatur mus, qui hâc radice veſcatur, & optimum remedium præbeat contra napelli venenum, quod tamen falſum. Verum quidem eſt, in montibus Helveticis plures reperiri muſcas, flores hujus plantæ circumvolitantes, quæ muſcæ cum ♃a ſigillata miſtæ appropriatum hujus napelli præbent remedium. Videntur igitur veteres decepti vocabulo μῦς, quod & murem & muſcam

Digitized by Google

muſcam ſignificat. Confer *Theatrum* Bauhini *Tom.*3. *lib.* 34. *pag.*654. item Velſchius *Hecatoſt.*1. *p.*71. Verius antidotum eſt ſtercus humanum, quod recens vel aridum bibendum datur.

NAPUS.

Napus, bunias Græcorum, **Steg- oder Merſeburgiſche Ruben/** eſt ſpecies rapi ſylveſtris oblongi; ſativa ad ſpecies thlaſpi referenda eſt.

Solum ſemen eſt in uſu alexipharmaco atque diaphoretico, & eapropter jam à Galeni temporibus laudatum. Inter ſemina expulſiva refertur, & uſurpatur potiſſimum in emulſionibus, in variolis & morbillis &c. unà cum ſemine cardui Mariæ, aquilegiæ, naſturtii, & ſimilibus.

Vis expulſiva ſeminis napi conſiſtit in ſapore acriuſculo, quod ad naſturtiorum ſemen accedit, ratione ſalis volatilis acris; hinc in febribus malignis conducit expellendo. Infantibus etiam ſolet præſcribi in nodulis, cum ſemine aquilegiæ; quos injiciunt mulierculæ cereviſiæ pro expellendis variolis & morbillis. Tandem interdum mulieribus in uſum venit pro expellendis lochiis, ſecundinis, & menſibus.

NASTURTIUM AQUATICUM.

Naſturtium dicitur quaſi nares tortium, quod nares tormentet: Eſt duplex; vel commune ſeu aquaticum, quod acrius ſeu fortius eſt, & melius; vel hortenſe. Naſturtium aquaticum ordinariò vocatur apud Practicos, & quidem uſitatius ſyſimbrion, Græcis *καρδαμίνη*. Eſt flore ſimplici & pleno; creſcit in locis humidis & paludibus.

Semen & folia in uſu ſunt, quæ ſaporem habent acrem penetrantem, & fortiter linguam afficientem; unde & inter quatuor calida numerantur. Vis enim conſiſtit in copioſo ſale volatili admodum acri, ſimul oleoſo. Semen hoc quoque oleum poſſidet; non tamen adeo copioſum, ut aromata.

Eſt planta noſtris corporibus maximè appropriata, cujus ſapor aliæque proprietates conveniunt omninò cum cochlearia: unde parilis uſus, parilis etiam adhibendi modus, eidem conveniet: adeoque in affectibus hydropicis, hypochondriacis, ſpleneticis, & ſcorbuticis, aliisque morbis chronicis, ex acidi hypochondriaci fomite natis, optima ſuggeret remedia; quoniam omnes mucilagines craſſas corrigit & incidit, quodcunque acidum fixum acre peccans ſale ſuo acri volatili temperat, & potenter emendat, vel langueſcentem partim, partim depravatam ſanguinis fermentationem, cum ſale ſcorbutico concurrendo, ſuſcitat, auget, & fortiorem reddit; ac denique ad urinæ, excretionem diſponit & promovet, & ſic vulgò exſiccare dicitur: cùm tamen potius attenuet & aperiat. Atque hanc ob cauſam primatum ducit inter nephritica, quatenus ſal volatile acre temperat, & corrigit acidum calculi coagulatorem, & ſabulum atque calculum expellit. Hinc quoque ad obſtructiones vulgò dictas lienis, hepatis, meſenterii, ſpecificè verò ad dictos affectus chronicos, proficua eſt, urinam fortiter pellendo. Præterea ſolet ſanguinem congrumatum omnium optimè diſſolvere. Febres quoque intermittentes, in ſpecie quartanas inveteratas & catarrhos Paracelſus crebrò naſturtii uſu percuravit: id quod imprimis in quartana ſcorbutica conducibile eſt, cum & vomitum interdum moveat, & per ſudorem agat. In caro pituitoſo & frigido Foreſtus *l.*10. *Obſ.*39. valdopere commendat, nilque præſtantius eſſe dicit, quam uſum naſturtii, ſive cocti, ſive in acetariis uſurpati.

Externè planta contuſa & calidè applicata in nephritide proficua eſt: per noctem impoſita ſcabritiem cutis, & fœditatem delet: ad puncturas inſectorum & crabonum commendatur.

Semen naſturtii unà cum ſemine napi & reliquis contra malignitatem variolarum & morbillorum adhibetur; ſive in ſubſtantia uſurpetur, ſive cum reliquis ſeminibus in forma emulſionis.

Externè contra tineam puerorum inveteratam nil melius eſt, quàm ſi ſemen naſturtii probè teratur, & cum pinguedine porcina ſubigatur, ſicque ſub forma linimenti applicetur capiti, & temperat acidum in ulceribus, uti laudatur à Pauli *in Quadripart. Botanico.* Idem pulveriſatum in curandis, præſertim juniorum herniis ſatis commodum eſt, externè & internè adhibitum: idque hoc ex fundamento, quod acrimonia ſua cauſtica uberiorem alimentorum affluxum excitet, quo ipſo peritonæum eò facilius conſolidatur. Sic Foreſtus *lib.*22. *Obſ.*15. itidem ſemen naſturtii eximiè laudat, non ſecus ac Fonſeca *l.*2. *Conſ.*36.

Sic Medicus quidam pueros hernia laborantes reſtituit, propinando interius ſemen & naſturtium infuſum vino, exteriùs verò applicando fruſtum pellis vel cutis anguillæ cum albumine ovi oblitum. Quo pertinet cerotum ad herniam omentalem, & inteſtinalem expertum:

℞. *Gumm. caramn.* part. ij.
Sem. naſtart. pulveriſat. part. j.
Miſce cum pauco terebinthinæ coctæ, ſuperinduc alutæ, & applica loco hernioſo.

Succum naſturtii expreſſum quidam in febribus ſcorbuticis ad ℥j. in vino hauſtum com-

Digitized by Google

commendant. Quidam recipere ſolent ſuccum naſturtii aquatici expreſſum cum ana aceti communis: Miſturæ hujus recipiunt cochlearia ij. vel iij. addunt gr. vj. vel vij. ſalis abſinthii fixi, & propinant ante paroxyſmum; idque ter quaterve repetunt, ſicque curari quartanas dicunt. Aliàs obſervatum eſt, quod ii, qui ſcorbuto laborant, lumbricis latis, & aliquot ulnarum longis, ſæpè afflictentur, quos ſuccus naſturtii necare & expellere dicitur. Externè in vitiis ſubcutaneis, in cruſtoſa puerorum ſcabie adhibetur. Succus hic cum aceto, vel ſimplici vel roſaceo, miſtus, & per ſpongiam naribus admotus, certô experimentô lethargicos excitare ſolet. Ex hoc patet autoris noſtri error, qui dicit: quod ſuccus naſturtii inſpiſſatus cum aceto illatus naribus, ſoleat arcere vigilias immoderatas, & quaſi inducat ſomnum; cum tamen vigilias magis promoveat: Quinimo acetum per ſe agrypniam inducere ſolet. Si inſpergatur ſpongiæ, cum ſucco naſturtii & aceto roſaceo imprægnatæ, pulvis caſtorei, ejusdem efficacia magis appropriata redditur. Succus naſturtii polypum extinguit. Et fuit hic ſuccus ſecretum cujusdam mulieris nobilis Lotharingiæ, quæ hoc ipſo ſucco quam plurimos polypo laborantes curavit: Quod teſtatur Hartman. *in ſcriptis ad Michaëlis transmiſſis.*

℧ naſturtii per MB. & ſpiritus tam ex ſucco recenter expreſſo, quàm ipſa planta inſtar ſpiritus vini deſtillandus, in affectibus ſcorbuticis egregia ſunt, & ad eadem conveniunt vitia, ad quæ ipſum naſturtium aquaticum ſimplex.

Præparationem ſpiritus urinoſi, & ſalis volatilis elegantem mediante fermentatione putrefactivâ, & curioſam videbitis in M. A. N. C. *Ann.* 6. *Obſervat.* 21. *pag.* 32. Spiritus autem ♎eus per fermentationem quomodo parandus, videbitis in Pauli *Quadrip. Botanico pag.* 409.

NASTURTIUM HORTENSE.

Naſturtium hortenſe in hortis ſolet ſeri & coli, ſaporem habet eundem cum naſturtio aquatico, utut ſit aliquantiſper mitius.

Eſt alias ejusdem uſus & naturæ cum naſturtio aquatico, convenit itidem in ſcorbuto, & quicquid præſtat, ratione ſalis volatilis acris præſtat. Sunt, qui commendant ſingulariter contra vermes, & imprimis contra vermem pericardii: vid. Hartmannus *in Praxi Chymiatrica cap.* 3. confer Gabelchoverus *in Obſervat. Cent.* 3. *cur.* 1.

NASTURTIUM INDICUM.

Naſturtium Indicum commendatur valdè in curatione phthiſeos, ſive ejus folia, ſive ſuccus uſurpentur. Si aſſumatur cum conſerva roſarum, valdopere ad phthiſin curandam confert: hocque expertum ſecretum fuiſſe dicitur B. D. Mœbii. Et quidem in phthiſi ſcorbutica valdopere prodeſſe dixerim, ubi acidum ſcorbuticum corrodit pulmones: Unde talia antiſcorbutica, ſive cum conſerva roſarum, ſive cum ſero lactis caprini uſurpentur, prodeſſe vix dubitem: cum lacte præprimis ſumpta coërcent febrem hecticam cum phthiſi conjunctam.

NEPETA.

Nepeta ſive mentha cattaria aut felina, ſpecies eſt menthæ, utut ignobilior, non odoris grati, uti reliquæ ſpecies, ſed admodum moleſti. Dicitur **Katzenmünze**/ quod feles hac planta vulgò delectentur, cujus rei exemplum refert Petrus Johannes Faber *in Myrothecio Spagyrico lib.* 2. *cap.* 34. quod Q. E. ex hac mentha cattaria paratam, vitroque incluſam aſſervaverit, cui feles & canes ſemper magno cum delectamento aſſederint.

Uſus ejus propter fœtorem rarus eſt, niſi in uterinis affectibus; eſtque unum ex primariis emmenagogis & lochia expellentibus, in quibus affectibus internè & externè ſolet præſcribi.

Externè in balneis uterinis, aut etiam in clyſteribus uterinis. Sed loco hujus mentha & calamintha ſufficiunt.

LIGNUM NEPHRITICUM.

Lignum nephriticum, **das Grießholz**/ eſt exoticum, & ex America affertur, lignum admodum craſſum & durum, quod aquæ infuſum eandem colore cæruleo tingit; unde & quibusdam ſantalum cæruleum dicitur. Aquam autem eo ipſo imprægnat vi nephritica & diuretica calculum pellendi. Interim non tam ſantali quam fraxini ſpecies videtur, ut non ineptè ſuſpicatur Pauli *in Quadripart. Botan.* quod confirmat, quia interior fraxini cortex aquæ immerſus ſimili prorſus colore tingit eam, ac lignum nephriticum, utut etiam alios colores repræſentet. Videatur Schottus *Mag. natural. P.* 1. *lib.* 5. *Acroam.* 1. & Kircherus *in Arte magna lucis & umbræ l.* 1. *P.* 3. *cap.* 4.

Uſus eſt diureticus, hinc infuſum & decoctum ejus ad purificandos renes, & abſtergenda eorundem vitia perquam egregium, in omnibus affectibus calculoſis & nephriticis, adhiberi ſolet, adeò ut nullum ſit ſimplex, quod ita ſimpliciter uſurpatum talia præſtet, quæ lignum nephriticum, absque omnis ſaporis ingratitudine, & aliis moleſtiis. Solet præterea uſurpari in affectibus hydropicis, & aliis

Digitized by Google

morbis, in quibus diureſi opus eſt: quin & in affectibus ſplenecticis, in tumore ejus & duritie, dum materiam craſſam potenter reſolvit, & reſolutam per urinam eliminat. Infuſum ejus eſt polychreſtum.

Præter ſimplicem hunc in decocto vel infuſo uſum quidem eſſentiam ex hoc ligno cum ſpiritu ſalis Ammoniaci & fragorem parant: Conferantur M. A. N. C. *Ann.* 3. *p.* 74. Alii lignum nephriticum cum liquore betulæ infundunt, de quo vid. Cnœffelius in M. A. N. C. *Ann.* 6. & 7. *Append. pag.* 126. item cum acidulis Egranis.

Huic ligno nephritico uſitatè tanquam exotico ſubſtituitur noſtra betula pro dictis uſibus, de quo ſupra. Videatur etiam Helmontius. Commendatur quoque in ſcorbuto & lue Venerea à Febure *in Chymia.*

NICOTIANA.

Nicotiana datur flore rubro & luteo; eſtque major, vel minor. Nicotiana major latifolia, aliàs hyoſcyamus Peruvianus; & nicotiana minor, hyoſcyamus luteus, quibusdam dicitur: ſicut & inſtar hyoſcyami habet vim narcoticam, & ſtupefactivam, nicotiana dicitur à Johanne Nicotio, Regis Galliæ Legato in Hiſpaniam, tanquam ab inventore, qui eam, & ejus uſum Anno 1560. primitus ex Americæ inſulis, præprimis ex Florida inſula, Virginea, & reliquis Indiæ Orientalis in Luſitaniam, hinc in Galliam, tranſtulit, ac Reginæ, matri Regis Galliæ, obtulit, unde & planta Regina dicta. Aliàs ab Hiſpanis Indico nomine ab inſula Tabago, Tabacum dicitur. Communiter Practici Petum vocare ſolent, ſed malè: Nam Petum alia longè eſt planta, & quæ, nuſpiam, niſi in India, creſcere ac conſpici ſolet. Velſchius in M. A. N. C. *Ann.* 1. *Obſ.* 153. meminit tabaci Japonici fibroſi; verum non Japonicum, ſed Chinenſe eſſe, videbitis *Anno* 9. & 10. *Obſ.* 195.

Scilicet in tabaco diſtinguenda eſt duplex particularum compoſitionem tabaci materialem ingredientium differentia.

Sunt enim primò particulæ ſalinæ volatiles acerrimæ, ac naturæ ſpecificè acidæ: cum recens herba trita ſaporem ſubamarum & acutè penetrantem piperinum repræſentet. Ab his dependet vis ſummè irritativa partium fibroſarum ac nervoſarum, hinc eſt, quod fumi tantillum inſpiratum, ac cum ſaliva ſimul deglutitum, fibrasque ventriculi irritans, tantos excitet vomitus, & enormes dejectiones: quod etiam fit, ſi tantillum tabaci maſticetur, ac cum ſaliva deglutiatur: etiam externè applicatum vomitus ciere, habet Williſius *in Pharmac. Rational.*

Ex infuſo in ſpiritu vini paratur eſſentia fortiter vomitoria: melius tamen paratur cum dimidio ☉i fixi, prout eam inſinuat Ludovici *Pharm. pag.* 501. vel cum alcali ☿i, quod virulentiam ejus multum corrigit. Pro ditioribus, e. g.

℞. *Tabaci Virgin. opt.* part. j.
Flor. roſar. incarnat. in umbra exſicc. part. iij.
☉*i fixi* part. dimid. reſpectu tabaci.

Extrahantur c. ☿ non adeò rectificato in vitro clauſo & loco calido, ſicque fiet ℞ ſ. eſſentia emetico-purgans fortiſſima.

Pro pauperibus:

℞. *Tabaci Virgin. minutiſſ. conciſ.* ad ʒj.

Infund. per ♀ in vinum, manè lentè exprimatur, & aſſumatur.

Hoc infuſum manè aſſumptum fortiter purgat, & cochleatim ſi ſaltem propinetur, vomitus movet.

Cinnamomum unà infundi poteſt, & ſantalum rubrum. Poteſt & ad conſiſtentiam extracti inſpiſſari, & internè & externè commodè uſurpari. Internè datur gr. ß. ad gr. j. inſtar piſi majoris.

Merentur, quæ hic annotata habet Lemery *in ſua Chymia p.* 528. Hic

Recipit *tabaci boni minutim inciſi* ℥viij. affund. ana Phlegm. ☉li, digerit in cucurbita vitrea △e ☵æ per ☌ ♀: deſtillat ℥v. & aſſervat ſeorſim.

Vomitorium inſigne eſt hic liquor, à ʒij. ad ʒvj.

Reſiduum hujus decocti per retortam △e aperto deſtillatur, obtinetur phlegma, oleum nigrum & ſpiritus.

Olei hujus ʒj. cum ℥ij. pinguedinis miſta, egregium eſt in ſcabie. Eſt etiam oleum hoc tabaci tam potens vomitorium, ut, ſi aliquandiu naſus admoveatur phiolæ, in qua aſſervatur, vomitus ſuperveniat. Feci aliquando parvam inciſionem pellis in coxa canis, & immiſi parvam turundulam oleo tabaci imbutam, & ſubitò poſtmodum ſuprà & infra cum inſigni vehementiâ purgatus fuit.

Violentos olei tabacini effectus in variis animalibus videbitis in Harderi *Apiario Obſ.* 1. *usque ad* 7.

A dictis particulis ſalinis dependet vis ejus aperitiva, reſolutiva, inciſiva, ſordium viſcidarum expectorativa, item emetica, & purgativa, hinc eſt, quod in aſthmate humoroſo, orthopnœia, tuſſi humida, & ſimilibus affectibus, pro muco eliminando, item purulentiis pulmonum extergendis infuſum ejus per digeſtionem probè paratum, item ſyrupus, oxymel &c. medicamenta ſunt expectorantia ferè ſine pari, & divinum remedium.

Sed

Digitized by Google

Sed attendendum eſt, ut legitimè ſint præparata per crebras purificationes & repetitas infuſiones; Sic enim domatur nicotianæ vis nimium purgans, & vomitoria. Unde expertus eſt ſyrupus vel oxymel de peto Quercetani, quæ compoſitiones duæ ſunt elegantiſſimæ contra humoroſum aſthma. Unde aqua deſtillata ex foliis nicotianæ commendatur à Fabro in aſthmate: quæ miſta cum ſucco nicot anæ per reſidentiam probè depurato, & aliquot guttulis olei ſeu ſpiritus ſulphuris, uti vult Langius, erit egregia in aſthmate. Sed omnium optimè internorum remediorum pectoralium ex nicotiana præparationem docet Magnenus *Tr. de Tabaco.*

Ex dictis particulis ſalinis eſt, quod nicotiana maſticata, ſeu copioſiſſimum apophlegmatizans, copioſiſſimas excitet ſalivationes, ſale volatili acri penetrando in vaſa excretoria glandularum ſalivalium, easque irritando: Hinc ſunt nonnulli, qui tabacum infundunt ſpiritui vini, ac exinde parant extractum, quod piſi magnitudine linguæ impoſitum, oſculaque vaſorum ſalivalium irritans, magnam pituitæ ac ſalivæ copiam per os educere ſolet. Ubi tamen omninò cavendum eſt, ne vel minimum ejus in ſtomachum dilabatur; ſecus enim vi narcotica caput ſtupefacit, ita, ut omnia rotari, tanquam ebriis videantur, & hinc vomitus & ſeceſſus vehementes provocantur.

Ab hoc ſale quoque vis ſternutatoria dependet, ſi ſc. tabacum pulveriſetur, & tantillum ejus naribus immittatur.

Unde oleum nicotianæ per coctionem aut infuſionem paratum, per nares attractum prodeſt in coryza.

Aliàs & in herba arida ſal hoc reperitur & oleum, & quidem acrius & exaltatum, quia per putrefactionem, præparationem ejus antecedentem ſal volatile acre non nihil ſeparatur ex concreto miſti, & longè fit acrius: è contra in planta ſucculenta recenti vires magis temperatæ ſunt, quia ⊖ ejus volatile aliis humoribus temperatur.

Præter has verò particulas ſalinas conſiderandæ etiam ſunt

Particulæ oleoſæ ſulphureæ non adeò maturatæ, ſed adhuc crudæ & fumoſæ, quæ celeri paſſu totum perambulant corpus, ∽ influos obnubilant, eorumque impetum elaſticum ita compeſcunt, ut ſummus torpor ac ſtupor narcoticus totum corpus excipiat, cujus intuitu nicotiana ſpecies quædam hyoſcyami, eſſe videtur. Vim hanc ſtupefactivam autem non tantum ſub fumi forma exſerit, ſed & externè uſurpata eandem patefacere ſolet, cum in enecandis pediculis capitis, & curanda tinea capiti applicata, ægros ſtupidos & quaſi ebrios reddit, niſi ſumma cautela adhibeatur.

In quibusdam locis unguentum nicotianæ proſtat, quod expertum eſt contra pediculos enecandos. In officinis proſtat etiam unguentum contra pediculos, quod ſolet malaxari cum oleo nicotianæ, & fit magis appropriatum & expertum. Harum particularum ♃earum ſeu oleoſarum ratione fit, quod fumus tabaci famem & ſitim extinguat, omnemque appetitum proſternat, & quidem ex duplici fundamento, partim, quia inducit ſtuporem orificio ſiniſtro, partim quia ratione contenti ſalis volatilis oleoſi ſaturat, & obtundit fermentum ventriculi. Hinc Indi, quando ad tempus ſine victu peregrinari volunt, faciunt globulos ex conchyliis calcinatis cum ſucco nicotianæ, qui in ore detinendi, quoniam conchylia fermentum ſaturant; ſuccus verò nicotianæ ſtimulum inhibet, & ſenſationem tollit. Hinc moderni, præprimis Angli, clyſmata ex fumo tabaci in paſſione iliaca, colica convulſiva, obſtructione alvi, & affectibus flatulentis applicata, tanquam præſentaneum remedium commendant, non tantum dolores ſiſtendo, ſed & alvum laxando, unde etiam fumus hauſtus choleram inducere ſolet. De talibus clyſteribus Simon Pauli *in Quadrip. Botan. Claſſ.* 3. *p.* 462. *&* 463. Bartholinus *Cent.* 4. *Epiſt.* 92. *& in Hiſtor. Anatomicis Cent.* 6. *Obſerv.* 66. ubi modum & inſtrumentum, quo ſine noxa & moleſtia applicantur, deſcribit. Verum Bartholinus *loco allegato Cent.* 5. obſervavit, clyſma ex decocto tabaco paratum mirè turbaſſe corpus, ac convulſiones, ſudores frigidos, aliaque maxima mala induxiſſe; id quod & ipſe, clyſma ejusmodi aliquando tentandi gratia cuidam præſcribens, in praxi mea expertus ſum, quæ tamen omnia poſt hauſtum vini calidi generoſi evanuerunt. Porrò, propter vim ejus anodynam & nervinam eſt, quod in ore detenta aut maſticata dolores dentium ab acido oriundos ſedet, vi narcotica ſenſum doloris fallendo, & per copioſum fluxum ſalivæ acidum in radice dentis rodens, à ſale volatili nicotianæ prius concretum eluendo; vid. Riverius *Cent.* 4. item quod folia contuſa non ſecus ac hyoſcyami dolores alicujus partis dolentis ſiſtant: unde folia recentia, vel exſiccata noviter humectata commendantur impoſita auribus contra otalgiam. In ſpecie in cruribus œdematoſis & puſtuloſis folia recentia leviter contuſa & applicata extemporaneum ſunt remedium.

Utrisque his particulis tam ſalinis quam oleoſis, excellentiſſimum præbet vulnerarium in vulneribus inveteratis ac ulceribus

Digitized by Google

quibusvis, & manantibus, modò non nimis malignis, etiam phagedænicis persanandis, ut & contusionibus; particulis enim salinis ea mundificat, oleosis verò eadem efficacissimè consolidat, ac dolores lenit. Hinc recens planta, dum succo, sal volatile acre sulphureum temperante, adhuc pollet & turget, etiam hujus succus recens expressus, vel decoctum vel infusum in ulceribus ac vulneribus inveteratis quodvis chirurgorum balsamum antecellit: sicut & ordinarium ingrediens est balsamorum vulnerariorum & unguentorum, quæ applicantur partibus exulceratis: suppurat enim egregiè, optimè mundificat, & ad sanationem perducit; unde etiam in ulceribus vulgatum unguentum diapompholygos malaxatur cum oleo nicotianæ. Sic sola folia nicotianæ viridia contusa paulisper, manè & vesperi impositа recenti vulneri, sine ulcere curant, ut & ipsa ulcera tibiarum, satis alias difficilia curatu. Sic & in ulceribus fistulosis sinuosis, & ipsis fistulis laudem meretur, ubi vel oleum ejus pro inunctione & malaxatione unguentorum & emplastrorum, vel succus, tàm per se quàm in emplastris, vel decoctum vel infusum pro lotione & injectione satis est efficax; imprimis, cum succus nicotianæ cum pulvere exuviarum serpentum per siphonem fistulis injectus easdem mirabiliter sanare dicitur. Alii recipiunt succum cancrorum fluviatilium cum foliis nicotianæ, & pulvere exuviarum serpentum, & fistulis ac ulceribus fistulosis applicant. Alii loco pulveris exuviarum recipiunt Mercurium dulcem, & cum succo cancrorum fluviatilium ac foliis nicotianæ mistum, fistulis & ulceribus fistulosis felici cum successu injiciunt. In mundificatione ulcerum est expertissimum & elegantissimum decoctum, factum ex plantagine, nicotiana, aloë & myrrha. Parant quidam balsamum vulnerarium ex nicotiana hoc modo:

℞. *Fol. Nicotian. Ind.* ℥vj.
terebinthin.
baccarum junip. ā ℔j.

Infunde, digere per 8. dies & noctes, exprime cum prelo, & sanabit omnem plagam intra 24. horas.

In arefacta vero nicotiana principia ejus dicta, texturam medicamentosam constituentia, acriora & quasi violenta existere solent.

Porrò in affectibus cutaneis externis, scabie v. g. herpetibus, impetigine &c. admodum egregium remedium est nicotiana, & quidem oleum per infusionem, & unguentum nicotianæ; non secus ac ad cancros confert. Conf. Velsch. *Hecatost.* 2, *p.* 24.

Ulterius quantum in empyemate, ad materiam purulentam evacuandam, ulcusque consolidandum, valeat decoctum, infusum, syrupus, aliaque medicamenta ex nicotiana, non satis laudare potest Magnenus *l. a.* & Epiphanius Ferdinandus *in Hist. Med. Mir.* 32. & 45. imò per decoctum foliorum recentium nicotianæ se quendam à morte præsentissima liberasse dicit.

Aliàs internè, præterquam in affectibus pectoris, ratum habet usum propter violentiam emeticam, & narcoticam. Externè in tumoribus duris & scirrhosis emolliendis, resolvendis & discutiendis, præsertim splenis & hepatis, admirabilis est hæc herba, unde in Zwelferi *Pharmacopœa Regia editionis ultimæ pag.* 312. prostat egregium cataplasma spleneticum, cujus basis est nicotiana. Quin & in quartanis febribus succus aut extractum ejus lienari regioni applicatur non sine sensibili effectu: unde quidam habent emplastrum contra quartanas ex nicotiana, conf. Helmontium *Tr. de Febr. c.* 14.

Satis notus etiam est externus tabaci usus, quando ejus fumus per tubulos attrahitur. Adeò, ut quidam, referente Thonero *Obs.* 3. *lib.* 2. *pag.* 103. statuto pretio 200. imperialium exhauserit 300. fistulas: Et utut propter abusum sit inutilis, ratione tamen principii sui jamjam nominati phlegmatieis conducit, seu qui sal volatile temperatum habent, multisque aliis affectibus narium & faucium, coryza, laxatione uvulæ, & similibus, & affectibus catarrhalibus infestantur. Nam vi narcotica stimulum causæ externæ, lymphæ effusionem provocantis, sistendo, ejusque acrimoniam temperando, uberiorem effluxum prohibet; sicut ipsam lympham per sputum copiosius promovendo successivè partes capitis & faucium interiores à nimia illuvie defendit. Quin & pestis præservativum & singulare curativum in fumo tabaci consistere, proprio exemplo ostendit Diemerbrock. *Tract. de Peste.*

Sed hoc ipso patet, quod nimio hujus fumi abusu cerebrum contabescat, & arescat, indeque functionibus animalibus, præsertim memoriæ, valdè obsit; unde tàm ex hac causa, quàm ex narcosi nicotianæ, qui nimium hoc fumo utuntur, tandem fatui reddantur. Fit hoc, ut monitum, propter successivam lymphæ, & hinc nutrimenti cerebri roridi exhaustionem, cum post evacuatas lymphas serosas ipsum nutrimentum partium roridum colliquefaciat; & ita sub forma seri evacuet nicotiana.

Præprimis autem tabacus compositus sub specierum diatabaci nomine catarrhosis commendatur, si nicotianæ addatur succinum

Digitized by Google

num pulveriſatum, maſtix, ſandaracha, ſtyrax, flores ſpicæ, nardi, & quædam aromata, & irrorentur aliquot guttulis olei deſtillati aniſi, vel ſuccini, item unum, alterumve granum camphoræ: ſic enim uſus ejus capiti & catarrhalibus affectibus valdè conducit: alii, qui habent ſeroſum caput & lymphaticum, etiam cubebas addunt.

Dubium eſt, an ex fumo tabaci continuò hauſto cerebrum nigreſcat, nec ne? Sunt qui affirmant, ſunt etiam, qui negant: ſed lis vana eſt; non enim ſubſtantialiter penetrat ipſe fumus in cerebrum, unde nec hoc denigrare poteſt. Abuſus tamen ejus multùm nocet; non, quòd immediatè cerebro & capiti incommodet, ſed quod pulmones actu afficiat, quos retorridos facit, & maculis variis, imprimis lividis & nigricantibus, defœdat. Conf. quoad hanc controverſiam Bartholinus *Tract. de pulmon. p.* 9. *Cent.* 3. *Epiſtolar. p.* 371. Schneiderus *de Catarrhis l.* 2. *p.* 265. Horſtius *in Manuductione ad Medic. p.* 371. & *in Epiſtolis.* Tulpius *l.* 1. *c.* 6. Kerkringius *ſpicil. obſerv.* 90. Lindanus *in Medicin. Phyſiolog. c.* 61. Hoffmannus *lib.* 2. *de Medicamentis officinalibus c.* 3. *p.* 327. qui omnes varias habent experientias vitiorum pulmonum ex ſuffitu tabaci attracto: unde hi ad phthiſin, contabeſcentiam, atrophiam & anhelitus difficultatem inclinant; ſtomacho verò nocet, ſi ſtatim à paſtu hauriatur, fermentum ejus obtundendo, & concoctionem turbando, hinc eruditates valde augentur: unde nil nocentiùs, quàm, ſi poſt paſtum tabacus hauriatur.

Cavendum igitur, ne

1. à paſtu aſſumatur; Et
2. ne nimius ſit ejus uſus. Aliàs mille malis via aperitur.

Notabile eſt, quod Grembs *in arbore ruinoſo & ſano*, quendam ex nimio tabaci uſu in apoplexiam incidiſſe, referat: cum quo conferatur Bartholinus, Tulpius, Kerkringius, Barbette cum notis Deckeri, & alii.

Utilitates ſuffitus nicotianæ videndæ ſunt in Hœferi *Hercule Med. p.* 34. ubi etiam uſus & abuſus *in Diſpenſ.* Horſtii *p.* 137.

Plura de nicotiana videbitis apud Magnenum *in Tract. ſuo de Tabaco*, & imprimis Simonem Pauli *de Tabaci uſu Americanorum veteri, & herba Thee Aſiaticorum in Europa novo.* Scripſit etiam Neander *Tabacologiam.*

NIGELLA.

Nigella, ſeu melanthium, in officinis habetur vel Damaſcenum flore cæruleo, magno, pleno, &c. vel arvenſe & vulgare. Dicitur nigella à ſemine nigro, ſchwartz Narden-Saamen: ſemen enim exſiccatum ſpirat odorem ſuavem aromaticum. Damaſcenum provenit in hortis.

Uſum quod attinet, internè quibusdam in menſibus ciendis admodum laudatur: experientiam videbitis in Foreſto *lib.* 28. *obſerv.* 4.

Externè valdoperè uſitatum eſt in affectibus catarrhalibus, præſertim narium in coryza ſiſtendis, referturque inter errhina, & ita videtur Hartmanno *Praxi Chymiatr. c.* 22. §. 6. qui inter omnia palmam defert nigellæ noſtræ ejusque ſemini, ſi pulveriſatum in ▽ majoranæ per nares attrahatur in coryza & obſtructione narium. Imò vel ſolo odore prodeſſe dicit, quod confirmat Sennert. *l.* 1. *Prax. p.* 710. Vid. etiam Tabernæmontanum *in Herbario cap. de Nigella.* Unde pro eodem uſu nodulus ex ſemine nigellæ aceto, vel ▽æ majoranæ immerſus, naribus applicandus parari poteſt; vel ſemen nigellæ, cum majorana conjunctum, ſacculo incluſum, aut in forma pulveris applicatur naribus pro reſtaurando olfactu, obſtructionibus narium reſerandis & coryza, vel ſolum, vel cum camphora.

Oleum per infuſionem paratum cum tantillo olei deſtillati majoranæ idem præſtat.

Prætereà è ſemine per deſtillationem elicitur oleum, quod cum oleo itino, & nicotianæ, v. g. ʒj. & ▽ aliqua appropriata ad gt. j. vel ij. mixtum, in gravedine eſt egregium.

NIGELLASTRUM.

Nigellaſtrum ſeu pſeudo-melanthion dicitur genuino nomine lychnis arvenſis major, Germ. Raden.

In uſu Medico eſt nullo, ſaltem quod ſcriptor quidam recentior ſemen ejus, ſi ſc. quâvis veſperâ ſub introitu lecti, doſi ac vehiculo convenienti capiatur, contra vertiginem laudet.

NOLI ME TANGERE.

De hoc noto ex Geſnero *l.* 1. *Epiſt. p.* 21. quod profit ad provocandam urinam, uti etiam folia impoſita conducunt in ſtranguria, in ſedando dolore, & quod juxta folia ſint noduli turgidi & ſucci pleni, ex hac ſignatura Geſnerus autumavit, ac ſi conveniret in tumore arthritico & podagra nodoſa, quod etiam poſtmodum confirmavit experientia, ſive per ſe contuſa inſtar cataplaſmatis, aut cum oleo liliorum albor. vel alio appropriato decocta, iisdem applicetur.

NUMMULARIA.

Nummularia lutea major reverà eſt anagallidis ſpecies, & apud veteres de hac nihil proſtat. Dicitur ita à foliis, quod nummos quaſi repræſentent, Germ. Pfennigkraut: dicitur & centummorbia ex uſu polychreſto, quod multis medeatur morbis. Vocatur etiam hirudinaria, quod hirundinis inſtar ſuper terram repat, & hinc inde radices figat.

Eſt

Digitized by Google

Eſt planta parva, quæ ubique creſcit in locis cultioribus, flore eſt luteo, ſed non adeò uſitata. Recentiores tamen plantis antiſcorbuticis temperatioribus accenſerunt, & in ſcorbuto eandem haud parum efficere obſervarunt, & videtur accedere ad vires beccabungæ, quoniam eſt temperata, nec excedens acris, uti reliquæ plantæ antiſcorbuticæ; unde nummulariam acrioribus antiſcorbuticis pro illarum acrimonia temperanda miſcent. In ſpecie, cum conſolidativâ vi inſtructa ſit, inter vulneraria refertur, ita ut etiam in vulneribus recentibus & inveteratis, aliorum defectum ſuppleat, ſi opus eſt, tam interno, quàm externo uſu; & quidem interno uſu in vulneribus pulmonum, & dein herniis.

Externè verò ſuccus expreſſus, aut ipſa planta contuſa unguenta atque emplaſtra ingreditur.

NYMPHEA.

Nymphea, die Seeblume/ creſcit flore luteo & albo: vocatur etiam à quibusdam nenufar.

In uſu potiſſimum ſunt folia, & flores lutei ac albi.

Tota planta eſt ſucculenta admodum, & temperatum in receſſu habens ſal alcali volatile, ratione cujus refrigerare vulgo dicitur. Sed peculiare quid videtur latere in ea, dum efferveſcentiam ſanguinis atque humorum, & genituræ acrimoniam, & inde natam pollutionem nocturnam, ſuo uſu temperat & mitigat; unde flores nymphææ ad omnes affectus ex nimia genituræ abundantia, gonorrhœam, priapiſmum, ſatyriaſin, ſalacitatem, & furorem uterinum, & pro temperanda cholera, imprimis verò contra ardorem renum in gonorrhœa frequentem optimè laudatur. Ad hoc ad arcendas vigilias nimias, & aliqualem ſomni diſpoſitionem inducendam, & ſimilia ſymptomata, non incommodè adhibetur internè & externè. Eadem planta à Paracelſo commendatur ad maniam.

Radix nymphææ utriusque ſingulare quid etiam præſtare dicitur contra maniam, ſi aſſumatur pulvis ad ʒj. vel ʒiß. item nymphæa flore luteo collecta in ipſo puncto ingreſſus ſolis in cancrum, & exſiccata appenſa tollit vertiginem, quod alio tempore non facit.

▽ deſtillata internè uſurpatur in febribus ardentibus; externè ingreditur epithemata contra cephalalgias & agrypniam.

Syrupus nymphææ ſimplex internè uſurpatus dolorem capitis ſedat, & blandum ſomnum inducit in affectibus bilioſis, & febribus ardentibus: convenit etiam in ardore renum interno uſu, & gonorrhœa.

Oleum ex infuſione florum nymphææ inungi ſolet temporibus & fronti, ut ſuavis & temperatus inducatur ſomnus.

O.

OLEA.

Olea, der Oelbaum/ vel ſativa eſt, vel ſylveſtris. Creſcit in Italia vulgariter, & integri montes pleni.

In uſu præprimis eſt fructus & folia.

Fructus oleæ olivæ dicti, immaturi cum muria conditi ſaporem habent acido-auſterum, quo appetitum conciliant.

Sal autem, quod ex muria illa extrahitur, egregiam vim habet ſtimulandi urinam: uti enim maturi fructus ob nimiam oleoſitatem ſtomachum gravant, ſic immaturi ob aciditatem juvant, & præterea vim habent ſtimulandi alvum & diureticam, atque inſtar aſparagi reddunt urinas fœtidas.

Folia ſunt rari uſus, utut ſingularem habeant vim adſtringentem.

In ſpecie ex olivis maturis & immaturis oleum expreſſum habetur. Ex maturis ſcilicet oleum uſuale & vulgare proſtat, olivarum dictum, quod alvum laxat, emollit, maturat, & feces induratas leniter ſolvit, in juſculis cereviſiæ ex eo pinguefactis adhibitum. Unde ſunt, qui cum cereviſia aſſumunt in affectu colico pro temperandis humoribus acribus, in ſtranguria, & calculo movendo, quo laxentur viæ, & dolor ſiſtatur. Micam panis leniter torrefactam, & oleo olivarum largiter irroratam, matutino tempore largiter alvum laxare, teſtatur Borellus *Cent. 2. obſ. 14.* cum ſacchato miſtum adhibetur in affectibus pectoris. Cæterùm in tali caſu tutiùs oleum amygdalarum dulcium uſurpatur, quoniam hoc olivarum in ſe habet acidum. Oleum enim hoc nimio interno abuſu ſtomachum inſigniter dejicit, eique nocet: (1) Quia fermentum ventriculi, ejusque vim digeſtivam, oleoſitate ſuâ obtundit; atque (2) orificium ventriculi ſuperius nimis lubricum reddit, ut facilè vomitus ſequantur; ſicut & ipſum hoc oleũ per ſe quoque vomitus creare poteſt, cum inſignis in eo acrimonia lateat, imò acidum acerrimum, quo & metalla fortiter corrodere valet; unde eſt, quod oculis guttula una immiſſa ſenſibiliſſimas earum tunicas magis ferè vellicet, quàm ipſe ſuccus citri.

Oleum Philoſophorum teſtatur hujus olei acrimoniam & penetrantiam, propter quam cautus ſit ejus uſus. Interim tamen & ſal volatiliſſimum reperitur in oleo olivarum, ex quo cum ſale ♀i ſingulare quoque menſtruum parari poteſt. Externè, ubi relaxatione partium nervoſarum, & emollitione partium fibroſarum opus eſt, adhiberi poteſt;

emollit

Digitized by Google

emollit enim alvum obſtructam & feces induratas leniter ſolvit & educit, ſi in clyſteribus applicetur. Sic Prævotius curavit in quodam nobili contumaciſſimam alvi obſtructionem ſolô oleô ad ℔j. infuſo, unde per biduum alvi beneficium habuit. Conf. Rulandus *in Theſauro Practico*, item Panarollus *Pent.* 1. *Obſ.* 7. *p.* 1. Propter hanc vim temperandi & laxandi adhiberi ſolet etiam, ubi in copia habetur, nimirum in Italia, in balneis contra febrem hecticam, atrophiam nimiam & tabem corporis; in calculo & nephritico dolore, præprimis cum oleum externè habeat vim anodynam.

Cæterum de hoc oleo communi ſuprà dixi, quod illi inſit copioſum acidum, à pinguedine quidem temperatum & correctum, ut guſtu ſe non prodat; nihilominus tamen eſt acidum ſatis potens, adeò, ut ſoleat corrodere omnia metalla, excepto ſolo auro. Unde valdoperè errant ii, qui gladios, aut alia arte ex metallo quodam facta inungunt oleo communi, quippe quod magis præter hoc, quod lubricet, rubiginis autor eſt, quam quod eandem arcere valeat. Unde, qui ferramenta à rubigine volunt præſervare, melius faciunt, ſi raſuram plumbi oleo infundant; hoc enim abſorbet olei acidum, unde tale oleum ita correctum, optimum eſt ad iſta præſervanda: Et ex hoc fundamento videntur natum oleum Philoſophorum, in quo nempe acidum relictum eſt maximam partem correctum, prodeunte oleo volatiliore, ſubtiliore, magisque alcalino: De oleo hoc communi, quod corrodat metalla, vid. Schottus *in Techn. Curioſ. l.* 9. *cap.* 8. *Propoſ.* 30. *p.* 691. uti etiam Tachenius *in Hippocrate Chymico*, ubi ſufficienter probat, quod in oleo communi ſit copioſum acidum *p.* 17. *&* *p.* 175. id quod de omnibus oleis expreſſis eſt intelligendũ. Propterea talia olea, quæ habent acidum in ſe, inimica ſunt omnibus vulneribus & ulceribus, & fiunt exinde telephia chronica, & difficillima curatu.

His præmiſſis, non immeritò, quoniam in ſe habet acidum contrarium, & inimicum vulneribus hoc oleum, quæritur (1) unde ſit, quod ingrediatur unguenta & balſamæ vulneraria? (2) unde oleum hoc temperet acrimoniam humorum? Rationem ſubminiſtrat Tachenius: quoniam nimirum, quando ſentit ignem, fit, ut exhalet ſubtilior acida pars, & relinquitur oleum alcaliſatum contrarium omni acido, unde potiùs ſpiſſum, acido vacuum, impatiens, novô acidô rurſus deſiderat ſaturari; illudque dum in membro dolente reperit alcaliſatum, abſorbet, corrigit, extrahit, inque ſe recipit, & dolor inde ceſſat, aut ſaltem mitigatur.

Ex olivis immaturis, quod exprimitur oleum, vocatur omphacinum, in quo acidi-tas auſtera manifeſta deprehenditur, atque adeò pro uſu adſtrictorio & roborativo fibrarum commendatur.

Ulterius oleum olivarum non tantum per ſe ordinarium ferè eſt ingrediens in balſamos, linimenta, emplaſtra, & cataplaſmata & unguenta vulneraria, ſed etiam infuſione plurium vegetabilium magis appropriatur, & ſpecificatur ad plures uſus: unde parant nonnulli balſamum Samaritanum ex hoc oleo & vino, juxta locum ſcripturæ ſacræ. Hæc duo coquuntur invicem ad ſpiſſitudinem unguenti ſeu balſami, balſamum hoc correxit & augmentavit cum aliis ingredientibus Theophraſtus *in Chirurgia parva.*

Lotionem quidam, imprimis Mercurialis, *de Compoſ. Medicament. lib.* 3. *c.* 26. præcipiunt, quam autem ceu ineptam & infantilem taxat Zvvelfer. *in animadv. in Pharmac. Auguſt. p.* 416. præprimis cum illotum ad cibos capiendos quotidiè ſine noxa uſurpetur.

Denique ſequitur oleum Philoſophorum, quod aliàs fit, quando laterum fruſta, probè candefacta, immittuntur oleo olivarum, ut hujus magnam portionem imbibant, & ſi lateres hi quantitate ſufficiente olei imprægnati & ſaturati ſunt, pulveriſantur & deſtillantur vel in arena, vel in aperto △e per retortam, atque tunc prodit oleum volatile inſigniter penetrativum, à cineribus per arenam rectificandum.

Poteſt etiam mediante arenâ parari. Glauberus elegantiùs reddit per concentrationem, abſtrahendo hoc oleum â ~☽i. Proceſſum videbitis in Scriptis in 4to *P.* 1. *p.* 90. Sunt, qui recipiunt olei olivarum p. j. ☉☿i part. iij. deſtill. per retortam, ſicque oleum mirandæ virtutis, tàm Chymico quàm Medico uſu, eliciunt; idem cum calce viva fieri poteſt. Sanè ipſum oleum olivarum per ſe deſtill. ſuggerit oleum penetrantiſſimum, pariter ferè, atq; modò de oleo lini dictum fuit.

Oleum ergò Philoſophor. egregiè penetrat, diſcutit, reſolvit, attenuat & incidit, in quibus indicationibus non habetur ei par remedium; unde in tumoribus duris, frigidis, ſtrumoſis & ſcirrhoſis reſolvendis & emolliendis optimum habetur remedium. Ad nervorum affectus à frigore quoscunq; externo illitu convenit, cum egregiè calefaciat: cum pauco bombace auribus inditum ſurditati & deficienti auditui ſuccurrit: egregiè diſcutit, & per poros cutis expellit. Staricius in dem Heldenſchatze *p.* 13. refert, quod ſi quis in oleum Philoſophicum intingat, & maceret lanam bombacinam, vel aliam, exque hâc poſteà cum cera vel ſevo faciat candelam, hâc ipsâ ſemel accensâ, neque à pluvia neque à vento extinguatur.

ONONIS.

Ononis purpurea ſpinoſa ſeu reſta bovis dicitur etiam anonis, quaſi à nullo uſu, eò quòd ubique proſtet in agris, & aratoribus

Digitized by Google

inter arandum ſit impedimento: unde & remora aratri nonnullis audit, Germanis die Hauhechel. Reverà ad trifolia pertinet, & trifolium fruteſcens eſſe videtur. Dividitur in non ſpinoſam, & ſpinoſam; quô & aſini delectari dicuntur. Utraque eſt vel flore purpureo vel albo.

In uſu eſt tota planta, præprimis hujus radix, & radicis cortex.

Radix inter aperientes & reſolventes vulgò numeratur, & meritò: Reſolvit enim mucum agglutinatum, & craſſos ac induratos humores; unde in obſtructione hepatis, ictero & ſimilibus prodeſt. Dehinc uſum obtinet diureticum, & nephriticum: ubi convenit herbæ infuſum in vino Malvatico; conf. Crato *l.* 6. *Conſ.* 83. in tantâ tamen diureticorum copia vix adhibetur. Vis ejus conſiſtit in ſale eſſentiali bolari & ſeminitroſo. Radix aliàs pulveriſata ad ʒj. aſſumpta, vel decocta, & continuando aliquandiu uſurpata, in ſarcocele, euporiſton & polychreſton egregium eſt. Sic cortex quoque commendatur à Matthiolo ad hernias carnoſas, de quo vid. Sennertus *l.* 3. *Prax. Med. pag.* 919. quod confirmat Hornungius *in Ciſta Med. p.* 311. Extrinſecus tandem eadem radix in oxycrato cocta, pro gargariſmate in gingivarum laxitate & putredine ab exulceratione, item in dentium dolore à ſcorbuto, laudatur.

Proſtat eſſentia ononidis in affectibus calculoſis inſigniter commendata, quæ paratur hoc modo:

℞. Plantam integram cum radice & floribus, mundatam, & minutim inciſam; affunde vinum Malvaticum, vel ſpiritum vini ad eminentiam 4. digitorum: ſtent in loco calido per 8. dies noctesque; pòſt deſtillata, & in huncce liquorem deſtillatum de novo infunde herbam eandem recentem cum radice & floribus, iterumque digere per tot dies & noctes; poſtmodum miſturam fortiter exprime & cola: Colatura digeratur in ℳ. tandem per chartam emporeticam filtretur & ſervetur: abhinc à capite mortuo reſtitante calcinando elíciatur ſal fixum ☉ſum (quod ſi nimis alcaliſetur, fit ſal urinoſum.) Hoc ſal addatur prioribus, & habebitur eſſentia diuretica & lithontriptica egregia, etiam ad hernias carnoſas curandas.

Aqua deſtillata quibusdam in locis in uſu eſt, cum quâ etiam habemus exemplum herniæ curatæ, non omiſſis externis, apud Sculterum *in armamentario Chirurgico, obſervat.* 74.

OPHIOGLOSSUM.

Ophioglosſum, Natterzunge/ quoniam flore refert linguam viperinam; creſcit in pratis umbroſis & nemoroſis, inter vulneraria non extremum habetur, ſive internè in decoctis & potionibus vulnerariis, ſive externè inter balſama & unguenta, & emplaſtra vulneraria. In utroque caſu eſt planta ſatis commendata à modernis, qui etiam inter alia eam in herniis infantum multùm commendant. Succus expreſſus & ex hoc parata unguenta & emplaſtra vi chirurgica ad eorum vulnera & ulcera ſunt uſitatiſſima. Compoſita ex illa poſſunt videri apud Tabernæmontanum.

ORIGANUM.

Origanum, Doſten / Wohlgemuth: Duplex proſtat in officinis: Vulgare & Creticum. Vulgare eſt planta ſatis cognita, quoniam creſcit in locis ſylveſtribus, aromatica congener majoranæ, unde etiam vocatur majorana latifolia, minus tamen acris atque penetrans, vires ſerpilli atque majoranæ æquans. Sale nitroſo volatili oleoſo eſt impregnatum; propter vim aromaticam aquas & eſſentias analepticas, nervis ac cerebri affectibus dicatas, ordinariò ingreditur; ſingulare enim eſt cephalicum & uterinum, non minus etiam quàm ſtomachicum, utut uſus ejus internus admodum ſit rarus. Imprimis verò convenire dicitur ſtomacho, ejusque affectibus flatulentis, iisque, qui acida ructant, aut qui nauſeâ & faſtidiô torquentur. Menſes etiam peculiariter ciere dicitur Freitagio *Auror. c.* 43.

Externè in pediluviis, lotionibus, fomentis ac balneis plerumque adhibetur, unà cum aliis plantis cephalico-aromaticis in affectibus catarrhoſis, quin & in morbis mulierum hyſtericis & affectibus capitis, cum floribus chamomillæ, thymo, & ſimilibus uſurpari poteſt.

Suggerit quidem oleum per deſtillationem, ſed admodum paucum, quod contra odontalgiam tanquam ſpecificum, item contra cephalalgiam, laudatur.

ORIGANUM CRETICUM.

Origanum Creticum nobilius eſt vulgari.

Vim habet alexipharmacam, & convenit in morſu ab animalibus venenatis, viperis &c.

Per retortam deſtillatum ſuggerit oleum, quod pro ſingulari remedio contra dolores capitis, & dentium contumaciſſimos habetur, cum bombace illis illitum; adeò ut rectè ipſi caryophyllorum & macis oleo, aliisque remediis præferatur hoc in paſſu. Quod ſi ſit nimis forte, diluitur cum pauco oleo amygdalarum dulcium expreſſo; ſi ſit impotens

Digitized by Google

potens ac debile, adduntur gr. j. vel ij. camphoræ, ſicque fit oleum laudatum ad odontalgiam: poteſt etiam admiſceri oleo caryophyllorum.

P.

PALMA.

PAlma, der Palmenbaum / arbor eſt exotica, ejusque fructus ſub nomine dactylorum ad nos adferuntur ex Italia, Syria, aliisque locis calidis.

Ex hac tantummodò officinis noti ſunt dactyli, die Datteln. Uſus tamen eorum eſt admodum rarus, niſi quod ratione dulcedinis à quibusdam unà cum ficubus aut ſebeſten præſcribantur, pro ſcopo ſcilicet temperandi acrimoniam quamcunque & nimiam corroſivitatem lymphæ, aliorumque humorum, ac leniendi aſperitates faucium: Hinc decocta & hydromelita pectoralia ingrediuntur, ut & miſturas in dyſuria, & ardore urinæ frequenter adhibendas. Sed loco hujus ſufficiunt ſolæ paſſulæ; lapilli contenti vi inſigni diuretica pollent, horum enim raſura, cum ſyrupo de althæa uſurpata, egregiè confert in dyſuria, urinæ acido-ſalſam acrimoniam temperando & ſiſtendo; hinc ex carne dactylorum & lapillis quidam ſingulare parant remedium contra dyſuriam, cujus compoſitio eſt hæc:

℞. *Dactylorum* q. v.

Lapilli limâ terantur in pulverem tenuiſſimum; caro ſcindatur in particulas, in furno exſiccetur, & pulveriſetur in mortario: Hi duo pulveres miſceantur, & à ʒß. ad ʒj. uſurpentur manè & veſperi in ſyrupo di-althææ Fernelii, vel in miſtura appropriata.

PAPAVER SATIVUM.

Papaver duplex eſt: vel ſativum, vel ſylveſtre ſeu rheas. Differentia eſt in foliis, quæ notatu digna, ne fiat confuſio, errorum mater; ſativum enim habet folia latiora, & papaver rhæas folia anguſtiora laciniata. Græcis dicitur *μήκων*, quaſi *μὴ νοσῶν*, aut non miniſtrando, quia homines torpidos reddit, ita, ut miniſteria ſua obire non valeant, unde *meconium*. Papaver verò dicitur (ut nonnulli volunt) ab infantum voce Papa, quod lacti ſeu pulti infantum permiſtum infantes reddat ad ſomnum proclives.

Ratione ſeminis *papaver* dividitur in album & nigrum: Hoc, ſcilicet nigrum, magis narcoticum, hinc deterius, putatur, de quo videatur Foreſtus *lib. 9. obſ. 14. in ſcholio*; ſed falſo ſic judicatur juxta Lowerum *in Adverſar. ad Rondeletium*; & promiſcuè ferè in uſu eſt.

In uſu ſunt flores, ſemina, & capitula ſemine turgida, quæ omnia habent vim narcoticam & anodynam, ſed temperatam. Borellus *lib. 4. obſ. 25.* in capitibus papaveris maximam vim narcoticam latere dicit, imò majorem, quam in foliis, quæ etiam chymicè præparata ad gr. v. exhibita, miros præſtare effectus dicit: videantur etiam Acta Soc. Reg. *Vol. 1. pag.* 717. odorem ſpirant tetrum, nonnihil nidorulentum, cùm tota planta ſcateat lacte ſeu ſucco nonnihil pingui & oleoſo ſeu ♃eo crudo. Lac iſtud oleoſum, quod tàm in capitibus recentibus, quàm in ſemine concentratum deprehenditur, vim habet anodynam: unde in ſiſtendo dolore & agrypniis, ut & conciliando ſomno, in deliriis, dyſenteriis & diarrhœis, flores & capita cum ſeminibus ſunt uſitatiſſima; nimium enim ſanguinis motum ſiſtunt, & morbos inde oriundos ſedant, quibus ſcopis inſervit primario. Cæterùm, ut papaver magis appropriatum ad cephalalgias cum vigiliis conjunctas, colligatur tempore balſamico, ſole in cancro exiſtente, & in conjunctione Martis & Lunæ in trigono, vel ſextili; quod monet imprimis Rhumelius *in ſcriptis latrochymicis pag.* 352.

Ulteriùs, præter has virtutes anodynas, commendatur etiam valdoperè in affectibus pectoris & catarrhis, imprimis tenuibus & ſalſis, qui oriuntur ex lympha acida vel ſubacida &c. dum ſolet temperare, & impedire ejusdem motum p. n. ac ardorem; unde in raucedine, in tuſſi tenui, & in phthiſi, hæmoptyſi, & ſimilibus pectoris pulmonumque affectibus, uſitatiſſima ſunt remedia ex papaveris ſeminibus parata.

Externè capita papaveris, imprimis ſemine turgida, propter vim narcoticam præſcribuntur in pediluviis, pro ſiſtenda cephalalgia, & levi ſomno inducendo, ſemen uſurpatur ſub forma emulſionis, temporibus applicandæ, pro ſiſtendo dolore.

Frigidam hanc plantam effectivè eſſe, hinc colligo, quoniam nimio ejus uſu, aut potiùs abuſu, calor quivis notabiliter infringitur, dum ſpiritus ſopit, & humores ſiſtit. Quoad formalem ejus texturam, conſiſtit eadem in particulis oleoſis perquàm temperatis, ſed facilè in corpore noſtro longè lateque diffuſibilibus, quibus ſpirituum vis elaſtica nebulis quaſi inducta hebeſcit. Prolixiùs hoc diduxit Borrichius *in Tract. de ſomno & ſomniferis.*

Quod attinet præparata, extractum eſt quaſi opium noſtras & opio commodè ſubſtitui poteſt; imò papaveris capitâ opio magis temperato, & mitiori ſulphure, abundant, quàm ipſum opium. In ſpecie papaveris ſativi ſuccus expreſſus & inſpiſſatus vocatur meconium; deſtillatus verò ex capitibus nobis audit opium.

Præterea ſyrupus papaveris ſimplex valdè convenit in catarrhis ſalſis & acribus, fau-

Digitized by Google

ees, aſperam arteriam & pectus infeſtantibus, tollit aſperitatem, & temperat lympham acidam vel ſalſam. Infantibus pro ſomno valdoperè commendatur, ſed cautè adhibeatur; vid. Panarollus *Pentec. 2. obſervat. 44.*

Syrupus compoſitus præſcribitur, ubi opus eſt incraſſatione tenuium humorum, & ubi ſiſtendæ effervescentiæ nimiæ: in dyſenteria eſt creberrimi uſus.

Veteribus ſyrupus diacodiων in uſu fuit, ex capitibus papaveris albi paratus, qui variorum autorum nomine inſignitus eſt; ſpeciatim ſyrupus diacodiων Montani in raucedine faucium, tuſſi ſicca, & ſimilibus egregium habet uſum, temperando, ſiſtendo, & ſimul demulcendo. Apud modernos verò ejus uſus in deſuetudinem abiit, & ejus loco laudanum opiatum in uſu eſt.

Lohoch ſeu ſuccus craſſus papaveris valdè convenit in catarrhis ſalſis atque tenuibus, & inde ortis faucium affectibus.

Oleum ex ſeminibus papaveris expreſſum, & temporibus illitum in agrypniis & cephalalgiis optimum eſt remedium anodynum & polychreſtum.

PAPAVER ERRATICUM.

Papaver erraticum ſeu papaver rheas, ita dictum à ῥέω fluo, quod flos citò decidat, Germ. Klatſch-Roſen. Conſpirat ferè in multis cum viribus papaveris ſativi, ſed longè mitior, & multò exilior eſt, quàm prioris, præprimis in vi aliquali ♀ea, ſoporifera, anodyna & ſtupefactiva.

In uſu ſunt ejus flores imprimis, qui præter vim hanc moderatè ſoporiferam & anodynam (unde hujus ratione præparata ejus æquè ac iſta ex papavere ſimplici uſurpari poſſunt) egregiè quoque conferunt in ſanguine grumoſo diſſolvendo, & æſtuationibus corporis temperandis, adeò ut nulli in hoc puncto cedant, & in extinguendis omnibus inflammationibus, eryſipelaceis externis & internis, quâcunque ratione uſurpati; adeoque in ſpecie in inflammatione partium internarum cum febribus acutis junctis; item in febribus petechialibus, idque ob mucilaginem ſuam, quæ potenter ſolet temperare ac corrigere acidum volatile. Hinc infuſum florum papaveris erratici cum pauxillo ſpiritus ſulphuris acidulatum inſervit pro Julapio in febribus ardentibus ad æſtum & ſitim temperandam. Pertinet huc julepus antipleuriticus extemporaneus, ſeu ℞ florum papaveris rhæados ſimilis; vid. apud Timæum *in caſu 3. & 9. p. 83. & 93.*

Externè flores recentes fronti & temporibus applicati in compeſcenda cephalalgia experti ſunt. Plura de horum uſu videbitis in Williſio *Pharm. Rational. Vol. 1. p. 323.*

Proſtat quoque *ſuccus ſyrupus, extractum ſuccoſum, pulvis,* ▽ *deſtillata* à novis floribus ſæpius cohobata, &c. quæ imprimis in caſu ab alto, pleuritide, peripneumonia, &c. nequeunt latis extolli.

Aquæ uſum polychreſtum videbitis in Verulam. *Hiſt. vitæ & mortis pag. 97.*

Conſerva ex floribus, uti etiam extractum eſt ejusdem uſus.

Acetum florum papaveris erratici commendatur contra pleuritidem & peſtem, miſcerique ſolet inter potiones & julepos antipleuriticos.

PARIETARIA.

Parietaria à loco natali ſic dicitur, quod circa muros ac parietes antiquos, & rudimenta antiquarum domum, creſcere ſoleat, Germanis Tag und Nacht. Vocatur etiam parietaria Lipſienſium, quod Lipſiæ luxurioſiùs creſcere obſervetur. Ex plantis verticillatis non ultima eſt. Propriè eſt tritici vaccini ſpecies, unde rectius melampyrum, foliis in ſummitate amethyſtinis diceretur juxta Moriſonium. Eſt vel major vel minor. Imprimis uſitata eſt major. Recipitur autem in uſum Medicum genuina, id eſt, illa, quæ in ædificiorum antiquorum calce & limo extructorum parietibus reperitur, quippe in quibus accedente pluviâ & aëris ſale univerſali, ſuſtentatur, & magis diuretica evadit; alia enim, quæ in locis pinguioribus colligitur, minus talis obſervatur. Tota hæc planta eſt ex primariis emollientibus; & inter plantas diureticas non eſt poſtremà, cùm abſtergat renes, vias urinarias purget, calculum promoveat, & copioſum urinæ fluxum moveat; in hydrope v. g. Prætereà vi gaudet abſterſivâ & reſolutivâ, unde vis illi ineſt laxandi alvum, & externè frequenter in clyſteribus, cataplaſmatibus, & fomentis emollientibus adhiberi ſolet, & ſic porrò. In iſchuria ſeu ſuppreſſione urinæ parietaria inciſa in aqua cocta, & hinc cum ſ. q. olei ſcorpionum in forma cataplaſmatis ſubigatur, & regioni pubis imponatur: videatur Foreſtus *lib. 24. obſ. 25. & l. 25. obſ. 8.* Conf. Amatus Luſitanus *l. 4. Curat. 10.* Thonerus *l. 1. obſ. 10.* & Cratq *l. 6. obſ. 83. 84. & 87.*

Vel alio modo ad eundem morbum ita paratur:

℞. Decoctum parietariæ in vino: Cum cepis ſubigatur (ſive ſtatim à coctione addantur, ſive in aceto ſubigantur) in formam cataplaſmatis, & applicetur ad expellendam urinam.

Item interdum in doloribus, & calculi torminibus ſolet cataplaſma ex parietaria & oleo ſcorpionum applicari lumbis pro adjuvando calculi tranſitu, & ſiſtendo ſaltem ejus dolore.

Semen

Digitized by Google

Semen parietariæ contuſum, & cum aceto applicatum, pedibus tumefactis valdè eorum tumorem diſcutere dicitur à Schmuck. *Theſaur.* 2. *Secreto Med.* 18.

In Anglia conſuetudo obtinuit, ut per ſyrupum parietariæ, ex ſucco nimirum integræ plantæ in muris creſcentis, cum ſaccharo, vel ſimplici vel candiſato, paratum curatio hydropis inſtituatur mediante diureſi.

HERBA PARIS.

Herba paris, ſeu uva inverſa, das Enbeer-Kraut / folia nonnunquam habet 5. utplurimum 4. hinc etiam ab aliis vocatur ſolanum quadrifolium, item uva vulpina. Alii ſalutant aconitum ſalutiferum, quoniam aconita reliqua ſunt lethifera venena.

Uſitatæ ſunt baccæ, rarò folia.

Internè baccæ commendantur contra venena, reſiſtere dicuntur peſti, & per ſudorem promovere malignitatem ex vi alexipharmaca. Specificè convenire dicitur in comeſtione nucis vomicæ; videatur Geſnerus *l.* 1. *Ep. pag.* 16. Baccæ hæ pulveriſatæ ſummoperè etiam laudantur ad epilepſiam, imprimis infantum, vid. Blochwizius *in anatomia ſambuci p.* 62. 67. *&* 68. Baccæ item, quoniam ferè pupillæ ſignaturam habent, propterea quidam ſpecificè ad oculorum affectus commendant. Internus uſus eſt rarus. Externè verò baccæ & herba utplurimum in inflammationibus malignis, tumoribus & bubonibus peſtilentialibus adhibetur, ſive in decocto, ſive ſola contuſa, aut cum fuligine impaſtata herba in forma cataplaſmatis imponatur. Videatur Geſnerus *in Epiſtolis p.* 110. item Petrus Johannes Faber *in Pathologia cap. de Peſte.* Sic & ad inflammationem & tumorem ſcroti ac teſtium folia paridis impoſita admodum laudatum ſunt remedium, non minus, quàm in inflammatione ipſius penis cataplaſma ex herba virente contuſa factum & applicatum, egregiè convenit. Nempe folia hæc præ cæterorum ſolanorum natura ferè aliquid anodyni & narcotici in receſſu habere videntur; unde & æſtum & dolorem ſolent nonnihil refrænare: Hinc in cancro tam exulcerato quàm occulto, ſeu nondum maturato, folia hæc contuſa in mortario plumbeo, & impoſita, non leve levamen adferre ſolent.

Succus herbæ expreſſus in affectibus oculorum vulgò commendatur.

PARONYCHIA.

Eſt herba, cujus virtus eſt tenuium partium, & exſiccans, nec mordens paronychias ſanat, vid. Glandorp. *de Paronychia cap.* 6. *p.* 18. Paronychia rutæ folio ad ſtrumas & ſcrophulos in Anglia adhibetur.

PASTINACA DOMESTICA.

Paſtinaca domeſtica, Græcis σαφυλῖνος, eſt vel alba, vel rubra, vel lutea. Paſtinaca lutea die gelbe Möhre/quæ vocatur aliàs etiam daucus, eſt vel latifolia, vel tenuifolia. Latifolia Græcis dicitur elaphoboſcum, Germanis Hirſch-Paſtinack.

Radix ejus quibusdam in uſu eſt culinario; apud nos verò nec culinaris, nec officinis nota. De paſtinaca tenuifolia in officinis uſitatum eſt imprimis ſemen & herba.

Omnes paſtinacæ ſeu apii ſpecies diureticæ ſunt: præprimis ſemen luteæ ferè convenit cum virtutibus ſeminis dauci; unde ſpecificè commendatur ad ſuffocationem uterinam arcendam; carminativum enim eſt, & flatus quoscunque pellit. Sanè in iſchuriis etiam deſperatis ſuccus paſtinacæ luteæ recens expreſſus ad aliquot cochlearia mirè opitulari ſolet; ſine acrimonia inſigni urinam pellit, aliàs rari uſus eſt hæc planta.

Paſtinaca alba convenit cum apio, & imprimis propter vim diureticam extolli ſolet: menſes ciere creditur. Aliàs in medicina rari uſus eſt.

Paſtinaca rubra in ſpecie dicitur carota.

PASTINACA SYLVESTRIS.

Paſtinaca ſylveſtris facilè cognoſcitur in fimbriis ſuis ſub flore inſtar coronæ illum ambientis.

Ex hac officinæ cognoſcunt totam plantam, quæ convenit cum dauco Cretico, non ſecus ac paſtinaca domeſtica lutea cum dauco noſtro; unde etiam ſolet eſſe ſuccedaneum ejus in compoſitionibus quibusdam theriacalibus. Nobile diureticum eſt, præſertim calculi præſervativum, & renum abſterſivum & mundificativum; unde cereviſiæ cum dauco medicatæ contra calculum & ſcrophulas ſingularis ſunt effectus: videatur Charleton *de Spiritu Gorgon. p.* 177. item Helmontius *de Lithiaſi c.* 1. §. 19. *p. m.* 15. *c.* 7. §. 14. *p. m.* 59. & *c.* 8. §. 23. *p. m.* 73. Ulterius internè & externè ſolet convenire in affectibus mulierum, tàm in partu difficili, quàm etiam in menſium & lochiorum vitiis, utut pro his, uti domeſtica, rarioris ſit uſus. Williſius *Tract. de Anima Brutorum P.* 2. *c.* 10. dicit, quod habeat vim delirium introducendi.

LIGNUM PAVANA.

Apud modernos in uſu eſt. Scripſerunt de eo Acoſta *in Deſcriptione Rerum exoticarum:* vid. ex eo imprimis Bauhinus *Hiſtor. plantar. Tom.* 1. *lib.* 3. *p.* 342. qui vocat lignum Moluccenſe. Conferatur Jonſtonius *libr. de arbor.* 9. *cap.* 6. *art.* 2. *fol.* 458.

Digitized by Google

Commendatur ſpecificè contra paralyſin & affectus paralyticos, & quidem tantùm in paralyſi, quæ fit ex laxatione tendinum & nervorum motui inſervientium, & liquore ſeu lympha acida ſubtili, quæ coagulat ſpiritus animales, & in aqua reſolvit.

PERFOLIATA.

Perfoliata ita dicitur ad differentiam perforatæ (de quo vide ſuprà ſub hyperico) quoniam illius caules perforant folia. Planta eſt ſatis uſitata in officinis, Græcis autem pariter ac Latinis incognita fuit: dicitur Durchwachs/item Bruchkraut.

Certè in curis herniarum, imprimis enteroceles, ſive illa ſit in ſcroto, ſive in umbilico, uſitatiſſima eſt, quam vim ex ſignatura, quâ perfoliata repræſentat inteſtina perforantia peritonæum, quidam deducere conantur, ſi nimirum vel internè pulvis radicis, ſive ejus eſſentia, ſive tota planta cocta, cum vulnerariis propinetur; expertiſſimum enim eſt vulnerarium, & vix datur vulneraria potio, in quam non ingrediatur perfoliata; vel externè in formam cataplaſmatis redigatur, & loco hernioſo imponatur. Conferatur Pauli *in Quadripart. Botan. p.* 426. Interdum extremitatibus pedum in illorum tumore, vel poſt morbos chronicos, vel ab hydrope incipiente, applicari ſolet herba contuſa cum ſucceſſu.

Inter præparata proſtat ▽ in officinis, & proſtare etiam deberet eſſentia pro uſu interno.

Succus eſt frequens in unguentis & balſamis vulnerariis.

MALUS PERSICA.

Perſica malus arbor eſt omnibus nota, cùm ſatis ſe commendet florum & fructûs gratiâ.

Quod attinet fructus, potiùs illi ſunt culinares, quàm officinales, & parum vel nihil proſtat de illis in officinis, nec diu poſſunt aſſervari; quoniam ſunt adeò ſucculenti, ut propter faciliorem fermentationem & putrefactionem facilè diarrhœas excitare ſoleant, præſertim iis, qui ſunt ſtomacho debili.

Quod attinet flores, habent vim laxandi alvum, quæ ſe exerit in educendo humore tenui & fluido; unde inter hydragoga referuntur. Hinc etiam ſunt, qui recipiunt flores, eosque infundunt in vinum vel ſerum lactis, & infuſo iſto pro purgante tempore vernali commodè utuntur, moderatè tamen laxat & purgat ſine ingenti moleſtia & torminum cruciatu, & mirum, illos habere vim purgantem, cùm nihil in tota arbore ſit, quod purget: ſerum certè eliciunt ſine omni dolore & torminibus. Lumbricos etiam, ſi quid aliud, enecant, & potenter expellunt, infuſi vino, & propinati infantibus, & aliis, illis conflictatis. Propterea etiam ſunt, qui recipiunt folia perſicorum cum felle tauri, exque his duobus faciunt cataplaſma, quod applicant decreſcente Luna umbilico pro ejiciendis moleſtis lumbricis.

Deſtillatur ex his floribus ▽, quæ purgat, & imprimis adhibetur pro expellendis lumbricis infantum, quod etiam facit ſuccus ex floribus expreſſus. Pro externo uſu poteſt etiam fieri epithema in dolore capitis, in agrypnia ſeu ſomno deficiente.

Ex floribus hiſce rorulentis, id eſt, rore adhuc madentibus, per infuſionem paratur etiam ſyrupus, qui blandè laxando leniſſimè alvum ſtimulat, purgando ſerum & lymphaticam materiam in alvo contentam, ut & lumbricos ad ʒij. aliquoties propinatus: Podagricis etiam plurimum conferre pro evacuando acido noxio, dicit Cardanus *in Scriptis.*

Conſerva ex floribus loco vehiculi cum Mercurio dulci miſta, eſt remedium in pellendis lumbricis egregium.

Nuclei amygdalis ſimiles ſunt, & internè contra calculum, & pro uſu diuretico laudantur, ad quem ſcopum & emulſiones inde fiunt. Unde & pulvis nucleorum perſicorum pondere ʒj. in vino albo tenui ſpatio novem dierum aſſumptus, longâ experientiâ probatum, quod mirè à renum calculo liberet. A Solenandro *l.* 1. *Conſil.* 15. commendantur 10. vel 12. jejuno ventriculo præſervationis gratia à calculo.

Præterea & externè vim anodynam habent, unde emulſiones exinde fiunt cum ▽ nymphææ, vel cum ▽ verbenæ ad cephalalgiam ex cauſa frigida & ad agrypniam ſeu deficientem ſomnum, addendo, ſi lubet, ana ſeminis papaveris albi.

Ulteriùs parari ſolet ex nucleis hiſce oleum per expreſſionem, quod oleum ſingulare arcanum eſt in affectibus aurium, imprimis quidem in vermibus aurium eliciendis, item in dolore, ſurditate & tinnitu aurium; idque magis, ſi miſceatur cum oleo decoctionis colocynthidos. Idem oleum etiam temporibus illitum admodum conducit in agrypniis & doloribus capitis, unde ſæpius ſolet ingredi unguenta & olea in cephalalgia uſitata. Dn. D. Langius oleum ex nucleis & floribus compoſitum frequenti in uſu habuit ad omnes aurium affectus, ſurditatem imprimis, obſtructionem & dolorem aurium, quod ſequenti modo paravit:

℞. *Oleum ex nucleis expreſſum:*
Huic infundantur
Flor. perſic. recent. q. ſ.

ſtent in digeſtione in loco calido per aliquod tempus; poſt per linteum colentur: colatura rurſus ſtet aliquandiu, ut fæces ſecedant.

Lapidoſi eorum cortices pro ſcopo diuretico laudantur, non ſecus atque lapilli dactylorum

lorum & meſpillorum, è quibus chymicè ſpiritus acidus & oleum empyreumaticum elicitur igne aperto; quæ ſpiritui & oleo lignorum ſimilia ſunt, & rectificata egregiè calculum pellere dicuntur.

PERSICARIA.

Perſicaria aliàs hydropiper vocatur, quod acre ſit & cauſticum inſtar piperis. Ordinariè in officinis perſicaria dicitur ob foliorum figuram, quâ flores perſici imitatur; Germanis **Waſſerpfeffer** / quod acrem & penetrantem habeat ſaporem, & nihilominus tamen in locis uliginoſis creſcat; item **Flöhkraut**/quod ejus præſentiâ pulices abigantur: Paracelſo vocatur **Waſſerblut**/quia maculas rubicundas in caule habet.

Plures dantur ſpecies. In uſu tamen eſt perſicaria acris & urens, ſive maculoſa, ſive non maculoſa fuerit. Convenit ſaporetenus cum naſturtio, piperitide & flammula Jovis; unde & inter antihypochondriaca & antiſcorbutica rectè refertur. Nam eædem quoque particulæ acidæ acres, quæ aliàs in plantis antiſcorbuticis reperiuntur, hic quoque offenduntur. Ex ſapore enim facile notum eſt, quod acerrimum & copioſum ſal volatile in ſe habeat hæc planta, ratione cujus incidit egregiè, penetrat potenter, quæcunque coagula p. n. reſolvit, & per urinam evacuat. A multis etiam pro ſingulari ſecreto venditatur in curatione luis Gallicæ, ſive ſola ſive aliis permiſta, quacunque ſub forma, vel decocti vel eſſentiæ: melior tamen eſt eſſentia extracta, quàm decoctum; cum in decocto multùm pereat de ſale volatili.

Externè pro ſcopo veſicandi aut ſaltem cutim rubificandi adhibetur. Frequens etiam eſt decoctum cujusvis perſicariæ in vulneribus & ulceribus malignis & inveteratis, cacoëthicis, & difficulter coaleſcentibus, in ſpecie in ulceribus Gallicis. Imò commendari ſolet in ulceribus & doloribus podagricis; idque non ſine ratione, cùm oriantur ab acido corroſivo. Vid. Schmuck *Theſ.* 2. *Secreto Phyſ.* 8. Hæc eſt illa planta, quam Paracelſus ad transplantationem morborum, & curam ſympatheticam adeò commendat, id quod etiam experientiâ, imprimis hippiatrorum, confirmatur: utuntur enim hac planta tum, quando e. g. equus nimis comprimitur, **wenn ein Pferd gedruckt iſt.** Modus eſt hic: Protrahunt vel abluunt plantam recentem per aquam frigidam, eamque pòſt parti contuſæ & dolenti, ulceribus & vulneribus, contuſionibus, & inde natis ecchymomatis, item in odontalgia, applicant, ac linteum ſuperimponunt, ut probè incaleſcat: altero die pòſt plantam iſtam adhuc tepidam ſepeliunt ſub ſimo equino, vel alio in loco, ubi citò aut facilè putreſcat; & ſic ſponte, planta putreſcente, tumor quoque ceſſat, aut vulneratus convaleſcit. In gravioribus contuſionibus ac vulneribus ſecundâ vel tertiâ vice uſus ejus repetendus eſt, & experimentum eſt haud contemnendum. Simili modo hanc adhibitam odontalgiam periodicam chronicam commendat Paracelſus. Fonſeca *lib.* 1. *Conſ.* 47. alio modo inſtituit hunc magnetiſmum: Decoquit herbam perſicariæ cum corticibus hyoſcyami in aceto roſaceo: aceto hoc pro gargariſmate utitur; reliquias verò hujus decocti vel gargariſmatis ſepelit in terram, & dum putrefiunt, dolor ſedatur: quod idem habet Riverius, qui ſolet comburere reliquias poſt decoctionem, ut eò faciliùs & citiùs ſedetur dolor. Imprimis legatur primus ejus autor Paracelſus *l. c.* ut & Helmontius *de Magnet. Vuln. curatione*, & Marcus Marci *in Philoſophia Veterum reſtituta Sect.* 1. *Subſect.* 6.

Aqua perſicariæ per frequentem cohobationem à planta abſtracta; & ſic ſale volatili ſuo impregnata, nobile eſt præſervativum & curativum à calculo, Anglorum quorundam experimentum, uti hoc refert Boyle. Valde hi quoque Angli commendant ad tormina ventris, paſſionem cardiacam, colicam & hyſtericam, ſcorbutum, malum hypochondriacum, renum affectus, & omnes morbos chronicos. Specificè commendatur contra vermes, venena, & ulcera Gallica, ut & contra lepram.

PETASITES.

Petaſites planta eſt hortenſis valde uſitata, & reverà tuſſilago major eſſe videtur: tempore verno prodit, florem habet album & rubeum, Germanis **Peſtilenz-Wurtzel.**

Eſt planta pulmonaria & alexipharmaca, reſiſtens quibuscunque venenis, quod odor confirmat aromaticus acris, qui de principio ejus volatili oleoſo acri, ex parte mucilaginoſo, teſtatur. Hujus radix gummoſa, acris valdè, amari & penetrantis ſaporis, tantùm in uſu eſt contra peſtem & febres malignas, quæ pulveriſata ad ʒij. cum vino albo pro ſcopo ſudorifero & alexipharmaco adhibetur; per poros enim cutis malignitatem potentiſſimè expellit. Hinc & aceta alexipharmaca ſeu bezoardica, ſpiritus & eſſentias alexipharmacas, aliaſque compoſitiones magnas theriacales, & cum aliis extracta alexipharmaca ingreditur; ad colicam etiam & uterinam ſuffocationem, pulmonum affectus, pro promovendo eorundem muco, & expectorandis coacervatis ſordibus, lumbricos infantum, retentionem urinæ, & menſtrua obſtructa prodeſt. In equis pro vermibus & affectibus pulmonum aſthmaticis adhibetur.

Externo

Externo uſu contuſa radix viridis, vel ſola vel aliis admiſta, commendari ſolet contra bufones peſtilentiales, ut eosdem maturet, & malignitatem foras evocet. Aliàs vix in uſu eſt.

Præparata rarò in officinis proſtant.

PETROSELINUM.

Petroſelinum planta eſt ſatis cognita, & in culinis & in officinis. Notandum hîc in genere, quod Σέλινον Græcorum, Latinis apium dicatur. Petroſelinum autem iſtud apium eſt, quod pro uſu culinario vulgò colitur, & aliàs etiam dicitur apium hortenſe ſeu ſativum; cum contra id, quod nos apium vocamus, ſit ſylveſtre & paluſtre. Noſtrum ergò præſens petroſelinum in occulto quaſi aroma quoddam repræſentat, imprimis folia recentia, quæ proximè ad chærefolium noſtrum accedunt, & ſimiliter vi diureticâ commendantur.

In uſu eſt radix, & imprimis ſemen, rarò verò folia.

Radix eſt ex 5. aperientibus majoribus, & elegans diureticum, dum leniter & ſuaviter ſolet ciere per urinam materiam in hypochondriis ſtabulantem. Quin & folia æquè atque radix in affectibus à lacte oriundis commendata ſunt, cujus congrumeſcentiam nonnihil impediunt, & nonnihil ſiccata in nodulis infuſa, abundantiam ejus impediunt.

Lac diſſolvit concretum in mammis, ejusque abundantiam impedit extrinſecus uſurpatum.

Aqua deſtillata uſurpatur pro uſu diuretico. Potius adhibetur radix, ejusque decoctum ex aperientibus, & medicamentis contra morbos chronicos & cachexias.

Succus petroſelini maſſam ſanguineam aliis atque aliis humoribus infectam purificat, & externè in mundificandis & curandis abſceſſibus, & detergendis ulceribus inveteratis multum valet; quod etiam facit ſuccus apii. Unde Galli unguentum compoſitum habent de apio dictum, quô omnia ulcera ſanare & mundificare poſſunt: vid. Paræus, qui ejus compoſitionem habet.

PETROSELINUM MONTANUM.

Petroſelinum montanum planta eſt uſitata, conſpirat ferè in omnibus cum petroſelino dicto, niſi, quod paulò majus acrius & volatilius ſit, ut omnia montana ſolent. Unde tota planta, imprimis ejus ſemen, ſolet eſſe excellentiorum virtutum, quam petroſelinum hortenſe. Sudoriferum & diureticum egregium eſt, & inter alexipharma refertur, etiam ſtrangurix mederi ſolet.

PETROSELINUM MACEDONICUM.

Petroſelinum Macedonic. eſt genuinum veterum petroſelinum: Nam petroſelinum noſtras hortenſe & montanum non eſt illud veterum, quod adhibuêre in compoſitionibus thetiacalibus, ſed hoc apud illos ſolummodò in uſu eſſe conſuevit. Nihilominus, cum non poſſit haberi, utut colatur in hortis, loco illius poteſt ſubſtitui petroſelinum montanum ſine fraude ægri. Convenit cum virtutibus petroſelini dictis, niſi quod in virtutibus alexipharmacis idem antecedat, & propterea ſemen ad compoſitionem theriacæ & antidoti Matthioli, requiritur: aliàs nullo in uſu eſt.

PEUCEDANUM.

Peucedanum, **der Haarſtrang** / planta eſt apud nos non adeò vulgaris, quæ tamen in quibusdam pratis & locis cultis ſolet provenire. Duplex habetur: Germanicum, & Italicum. Hoc in omnibus cum Germanico conſpirat, ſaltem quod ſpecioſius ac majus ſit. Vocatur verò ita à πίτυη, quod idem eſt, ac pinus, unde & pinaſtella dicitur ob folia piniformia. Convenit quoad florem cum petroſelino, quoad folia verò eſt diverſitas.

Uſitata eſt radix, quæ colligenda tempore verno, quando eſt ſucci plena & turgida, non verò in autumno, uti vult autor, quando eſt effœta.

Gummate aromatico perquàm medicamentoſo pollet, quod planta hæc à vermibus ſauciata copioſiùs de ſe fundit. Hocce gummi nonnulli ſubſtituere volunt gummi Ammoniaco; verùm deficit nobis adhuc experientia. Radix valdè commendatur in affectibus pectoris in infarctu & inflammatione pulmonum, ex effervescentia ſuccorum excrementitiorum in pulmonibus ſtabulantium. Refertur non immeritò inter radices aperientes, easque ferè ſuperare dicitur; unde in affectibus hypochondriorum convenit. Nam ratione ſalis volatilis acris temperat acidum, à quo oriuntur hypochondriaci affectus, id quod veteres aperire dixere. In ſcabie ſenum ſicca uſurpatur pro balneo. Refertur etiam inter capillares herbas, quatenus efficit, ut tenaciter adhæreant cuti capilli.

Præparata, quæ recenſet autor, rarò proſtant, atque ſic, uti tota planta, rari ſunt uſus.

PIMPINELLA, BIPENELLA.

Pimpinella duplex eſt, ſaxifraga & ſanguiſorba, quæ poſterior in quibuscunque ſanguinis fluxionibus non parum efficit, & uſitatiſſimè à Practicis in ſcriptis pimpinella vocatur.

Pimpinella

Digitized by Google

Pimpinella ſaxifraga hujus loci eſt, & ſpecies eſt petroſelini, quæ propriè tragoſelinum ſeu bipenella, vulgò **Bocks-Peterſein** / dicitur. Nam reverà inter ſelina ſeu apia locum habet. Eſt planta umbellifera, cujus folia ſunt ferè ſimilia ſanguiſorbæ.

Refertur inter plantas vulnerarias & adſtrictorias, & propter vim diureticam & calculorum pulſivam ſaxifragas, adeò, ut primaria ejus vis reſideat in virtute diuretica & lithontriptica, in quo cum ſelinis reliquis conſpirat. Saporis eſt acris, propterea folia quocunque modo, ſpeciatim in acetariis, uſurpata ſanguinem mundificandi egregiam vim obtinent; abſtergit ſiquidem pimpinella, & omnia ſanguinis recrementa ſalina per ſudorem copioſiorem, & urinæ fluxum pellit. Prætereà radix aromaticâ acrimoniâ ſtomacho dicata dicitur; unde poſt dictos hos uſus, prodeſt valdè in cruditate & imbecillitate ventriculi, quando eſt oneratus phlegmate acido copioſo & craſſo. In ſpecie egregia eſt in partium internarum eroſionibus & læſionibus curandis, qua ratione & phthiſi & dyſenteriæ egregiè confert, teſte Riverio *Cent.* 3. *obſ.* 84. ubi decoctâ hâc radice cum butyro dyſenteriam curavit; ſicut etiam alexipharmaca eſt, & malignitati reſiſtit.

Quoad uſum externum ferè cum aliis, ſpeciatim polygono, convenit, imprimis in mundificandis ulceribus: in butyro friza admodum commendatur ad extrahendos globulos ex corpore, autore Staricio im **Heldenſchatze** *pag.* 130.

Inter præparata radix condita, & conſerva, ſolet proſtare in officinis quibusdam. In electuariis ſtomachicis, & ſtomachum confortantibus, nunc etiam in electuariis alexipharmacis, & malignitati reſiſtentibus, ſolent præſcribi.

PINASTER ſeu PINUS SYLVESTRIS.

Litigia iſta, quæ circa nomina pini & pinaſtri occurrunt, videbitis imprimis in Hoffmanno *de Medicamentis officinalibus lib.* 2. *cap.* 125.

Pinus in duplici eſt differentia: vel enim ſativa eſt ſeu Italica vel noſtrás. Pinaſter, ſeu pinus ſylveſtris & montana, ſeu tæda, die **Kieffern** / vid. Tabernæmontanus *pag.* 1351. item *Theatrum Botanicum Tom.* 1. *l.* 2. *p.* 253. quæ iterum vel fructifera eſt, de qua hic loci, vel ſterilis. Deinde pinaſter quoque dividitur in marem & fœminam, de qua jam ſuprà actum, ubi de abiete alba. Ipſe pinaſter ſeu pinus ſylveſtris autoris ad abietes pertinet, eſtque arbor antiſcorbutica ſuprà dicta. Pini enim cognati ſunt abieti, ſaltem foliis differunt; ſiquidem abies habet folia ex adverſo collocata; pinus verò utrinque & ex omni parte ſita. Rarò uſurpatur. Strobuli verum & inflammabile ſulphur ſuppeditant.

Suggerit hæc arbor **das Kienholtz** / ex quo per deſcenſum deſtillatur oleum, aliàs templinum dictum, egregium experimentum ad partes à frigore corruptas.

PINUS & PINEÆ.

Pinus ſativa ſeu domeſtica eſt arbor ex abietum ſpeciebus, exotica, & quæ apud nos non creſcit, utut in Italia ſatis copioſa reperiatur: propterea rarus ejus eſt uſus in officinis noſtris, nec memini, me legiſſe quicquam apud Practicos de ea, niſi quod fructus in uſu ſint, **die Pineen.**

Has quod attinet pineas, conveniunt ferè cum amygdalis dulcibus, & ſimilibus ſeminibus temperatis. Virtus eorum conſiſtit in ſubſtantia oleoſa, temperata tamen & admodum mucilaginoſa. Hujus ratione nuces pineæ laudantur pro uſu nutritivo humectante; & hinc contra atrophiam atque tabem corporis & ſimiles affectus, maximè conducunt. Hunc in finem ex iisdem nucleis frequenter parantur emulſiones, unà cum piſtaciis & amygdalis dulcibus. Hac quoque ex cauſa adhibentur in uſu Venereo, ut genituræ materiam præbeant, quam inſigniter augent. Porrò valde commendari ſolent in affectibus pectoris ex lympha nimis acri ſalſa & acida: cum enim hæ nuces ſint temperatæ, quamcunque acrimoniam ſuccorum, imprimis lymphæ, quæ nimiâ acredine & ⊖ſedine ſuâ poſſet corrodere pulmones, & partes pectoris, oleo ſuo temperant: unde in phthiſi, raucedine & in aſperitate faucium, & ſimilibus magni ſunt uſus. Propter eandem virtutem conveniunt in temperanda acrimonia urinæ, & humorum in ſtranguria & dyſuria, vel inchoata renum levi corroſione. Horum tamen loco amygdalæ dulces ſufficiunt.

Loch de pino egregium eſt & efficax extergens & abſtergens in affectibus pulmonum vid. Gabelchoverus *in Cent.* 4. *curat.* 9.

Oleum ex nucleis hiſce recens expreſſum inſigniter armat in Venerem.

PIPER.

Piper duplex habetur in officinis; vel rotundum, vel oblongum. Rotundum itidem eſt duplex: vel album vel nigrum. De natura & productione piperis videantur rerum exoticarum ſcriptores, qui teſtantur, quod ſit planta ex ſpeciebus convolvulorum aut clematitis: unde ſcandat inſtar clematitis & ſmilacis. Integra hæc planta ſaporem acerrimum habet, ſimillimum

Digitized by Google

ipſis granis, ut apud nos cochlearia & ſinapi. Piper album & nigrum non differunt ſpecie, cùm omnia grana in principio, dum adhuc ſucculenta & immatura, viridia ſint, tractu verò temporis, dum ad maturitatem pervenerunt, rubra evadant. Grana hæc rubra ſeu matura decerpuntur & exſiccantur in ſole, atque ſic ſenſim atque ſenſim acquirunt nigredinem, & ſub exſiccatione, propter exhalationem particularum aquearum, extima cuticula corrugatur, & ſic piper nigrum repræſentant. Quod ſi verò à granis non benè maturis ante exſiccationem cutis ſeparetur maceratione in aqua ſalina, & grana exſiccentur, remanet piper album, unde præfertur nigro. Conferantur *Acta Societ. Reg. Vol.* 1. *pag.* 879. item Franciſci in dem Oſt-Indianiſchen Luſtgarten *pag.* 399. Theſaurus Mexicanus *pag.* 126. Journal des Sçavans *Ann.* 1675. *pag.* 165. & *Ann.* 1679. *pag.* 87. Longum piper potentius eſt rotundô, & creſcit in frutice ſimili rotundo; hinc differentia potiùs in natali ſolo videtur, quàm planta, & inter omnia aromata non magis datur acre quàm hoc, quod ſummoperè mordet, & vehementiùs penetrat.

Piper cùm ſit aroma, cujus vis conſiſtit in ſale volatili acerrimo parum oleoſo, minusque adeò temperato, uti reliqua aromata, ſed verè concentrato, egregiè incidit & penetrat: Cæterùm, uti dixi, parum vel nihil olei poſſidet, ut propter abſentiam hujus olei, quod aliàs inviſcando quaſi ſal volatile nonnihil coërcet, eſt adeò penetrans volatiliſſimum, & quod triturâ exactâ magnam acrimoniæ ſalis volatilis partem amittit. Ratione hujus ſalis volatilis penetrat adeò, ut incidat mucilaginem craſſam in primis viis ſtabulantem, & abſorbet acidum: propterea ubi peccat acidum, convenit piper. Hinc ratione hujus ſalis volatilis acris pro uſu ſtomachi ad cruditates ejus acidas deſtruendas, in ſpecie illas, quæ crapulam aut aliam cauſam frigidam ſuperveniunt, indeque nata varia primarum viarum pathemata, optimè conducit, & appetitum proſtratum reſuſcitat. Grana etiam ejus, vel integra, vel in forma pulveris groſſi deglutita, ventriculum optimè roborant, & magis operantur, quàm ſi pulveris forma exhibeatur; maxima enim ſalis volatilis pars inter pulveriſandum perit & avolat. Particulæ enim ejus ſubtiles atque volatiles facilè illic ſenſim ſenſimque ſeparantur, & eliciuntur per menſtruum aliquod conveniens in ventriculo latitans. Quod probatur ex eo, quòd integra piperis grana ∇æ per diem & noctem immerſa inſipida prorſus reddantur; ∇ autem iſtâ vi aromaticâ acri maximè imprægnetur: videatur Hoffmannus *de Med. officinalibus lib.* 2. *cap.* 175. qui ſæpiùs ejus uſum commendat in colica, quatenus deſtruit acidum: v. g. poſt crapulam, vel cereviſiæ non defæcatæ vitio contractam, & ex præcedente aliqua refrigeratione ortam, ubi grana aliquot vel integra, vel in 2. 3. vel 4. partes conſciſſa, cum vino vel ſpiritu vini, vel alio, inflammabili appropriato, propinata, ſatis commodum ſunt euporiſton. Ulteriùs in febribus intermittentibus remedium conſtituunt non contemnendum, & à vulgò ſæpe uſurpatum, qui grana vij. vel x. in binas partes diſciſſa cum vino, vel ſpiritu vini, vel ſimplici vel aniſato, idque præmiſſis univerſalibus, felici ſæpe ſucceſſu aliquot horas ante paroxyſmum aſſumit, imò continuato uſu quartanam quoque curant; ſi aut tardiùs, aut paroxyſmo jam inſtante, aſſumantur, & ubi æſtus ventriculi cum acrimonia ejus concurrit, ardor graviſſimè intenditur; minus item adhibenda ſunt, ubi ſolus vel major æſtus urget; potiùs verò, ſi algor adeſt, præſertim ſi aliquis ſudor expectatur. Et quamvis febris non ſemper in totum tollatur, rigores tamen maximè ſupprimuntur. Non igitur ſunt de nihilo ii, qui omnia aromata integra potiùs, quàm pulveriſata ſervari volunt, quia & ſub pulveriſatione, & pulvere diu ſervato, ſubſtantia volatilis avolat, & ita minus efficacia fiunt. In ructibus acidis corrigendis, quantum integra piperis grana deglutita conferant, videbitis in Riverii *Obſervat. Morbor. infrequentium obſ.* 37.

Externè de cætero piper unà cum aliis uſurpatur in ſternutatoriis & apophlegmatiſmis, ubi acri penetrante, & ſtimulante remedio opus eſt pro incidenda lympha craſſa, fauces oblinente; item pro incidenda inflammatione, vel incidendo ſanguine congrumato. In gargariſmatis pro laxatione uvulæ cum tantillo aluminis. Vel ſolet fieri pulvis ex pipere, ſale, & gentiana, qui ſufflatus ad locum columellæ vel uvulæ, ejus laxitatem ſolet corrigere. Familiaria quædam & elegantia remedia alia ex pipere videmus deſcripta in Bartholini *Obſerv. lib. V. Hiſtor.* 48. tàm pro uſu interno, quàm pro uſu externo. Quando piper præſcribitur in formulis abſolutè & ſine additamento, ſemper intelligitur nigrum, aliàs additur vel longum vel album.

Oleum piperis eſt egregium ſtomachicum, prodeſt in colica, & quartanis ſpecificè mederi dicitur, in quibus alii olei piperis deſtillati 3. vel 4. guttas miſcent cum extracto gentianæ, & propinant ſub forma pilularum ante paroxyſmum quartanarum, quod remedium B. Dn. D. Langius in uſu habuit, & fe-

Digitized by Google

& felici cum ſucceſſu propinavit. In nimiis & horrendis rigoribus febrium intermittentium, imprimis quartanarum cum oleo laurino, & etiam cum oleo nardino, ſpinæ dorſi inungi ſolet. Ab aliis ſolet oleum piperis cum oleo nucis moſchatæ expreſſo inungi regioni ſtomachi, quo uſu valdoperè mitigant horrores febriles, in quibuscunque intermittentibus obvios.

Cum ſpiritu vini rectificato eſſentia piperis paratur, quæ mirè appetitum acuit.

Species diatriῶν piperεῶν ſunt egregiæ in confortando ſtomacho, & promovenda ejusdem digeſtione; cum tragea ſtomachali uſurpantur ad cruditates, & exinde natam vitioſam digeſtionem tollendam, in vehiculo appropriato.

PIPER AMERICANUM.

Piper Americanum dicitur, quod in America, præſertim Braſilia, copioſiſſimè creſcat. Veteribus fuit incognitum, & ſaltem à modernis, imprimis à Johanne Fabro illuſtrata, ac Romæ edita eſt, detectum; item à Piſone *in India utriusque Re Medica.* Indi, ac in ſpecie Braſilienſes, plantam hanc vocant Chili; Latinè piper Indicum, ſiliquaſtrum, Capſicum. Plures ſunt differentiæ, tùm ratione formæ; alius enim fructus eſt rotundus, alius ſiliquoſus; tùm ratione coloris; alius enim eſt coccineus, alius flavus ſeu aureus.

Piper hocce nullum habet uſum præterquàm in fructu. Fructus enim ejus maturus tantam habet acrimoniam, ut reſpectu piperis veri ſit luſus jocusque, unde & loco condimenti miſcent ſuis alimentis; norunt enim, quod appetitum augeat. Præterea etiam fæces alvi mordicantes, ac ſæpius inteſtinum rectum exulcerantes, ejus uſu reddunturi. Hiſpani piper hocce chocolatæ addunt, ut æſtrum Venereum magis accendant. Mihi etiam fructus exſiccatus ac pulveriſatus in uſu eſt febrifugo, ante paroxyſmum ſcilicet intermittentium propinatus, quod remedium eſt paucis cognitum. Idem fructus recens ſpiritui vini infuſus penetrantiſſimam ac acerrimam præbet eſſentiam, ventriculo ſingulariter amicam, appetitum provocantem, mucumque ventriculi ac ſordes abſtergentem. Sunt, qui fructum recentem ſine arillis aceto, unà cum fæniculo, infundunt, locoque condimenti medicamentoſi cum carne aſſata adhibent, quod ſanè ventriculo egregiè conducit.

PIPERITIS.

Piperitis Græcis dicitur λιπίδιον, vel à λιπίζειν, quod acrimoniâ ſuâ ſoleat urere, vel quod λιπίδας ſeu maculas faciei abſtergat vel curet. Rectiùs refertur ad Iberides, & hinc ad thlaſpia. Germ. Pfeffer-kraut / à ſapore acerrimo.

Planta eſt procera, & haud contemnenda. Probè maſticata prodit ſpicula tantâ atrociâ, ut non cedat ſinapi, perſicariæ, aro, vel ipſi piperi; cui ferè ſubſtitui poteſt. Sapor hic acerrimus penetrans, & quaſi cauſticus, loquitur de præſentia copioſiſſimi & penetrantiſſimi ſalis volatilis acris, ratione cujus in ſcorbuto unum eſt ex primariis medicamentis, cui potentiſſimè mederi ſolet, non minus quàm cochlearia, naſturtium &c. nempe conſpirant vi antiſcorbuticâ, alterativâ, viſcidorum inciſivâ, & abſterſivâ, adeoque ſplenetica & epaticâ, aperitivâ. Folia hæc pro acuendis aquis, ſpiritibus & eſſentiis antiſcorbuticis, imprimis in compoſitione ſpirituum antiſcorbuticorum, rutæ, cochleariæ, naſturtio, & aliis convenientiſſimè adjungi, & inciſa cum ſpiritu vini deſtillari, ac aliquoties abſtrahi poterunt. Præterea egregium eſt ſtomachicum, quatenus pituitam acidam, corrigit & incidit, hincque appetitum provocat & ſtimulat. Stomacho enim jejuno ſi maſticentur folia, famem tantùm non caninam & ingentem appetitum excitant; ſicut ipſe pro appetitu deperdito unum ſaltem foliolum ruditer maſticatum, reſtauraſſe eundem vidi. Quin & folia vino infuſa, & ſimul hauſta ac deglutita, ad anorexiam, commendantur; abſtergunt enim, & omnes ventriculi cruditates nimias, ac viſcidas, acidas & glutinoſas, abſumunt, & ita appetitum reconciliant. Et cum in ſtomachi cruditate acida ſedes ſit mali hypochondriaci, & mediantibus his multi è ſtomacho in maſſam ſanguineam veniant morbi; unde ſal acre conveniet in omnibus affectibus, ubi eſt acidum, quod corrigit, & ſal volatile in MSea acrius & penetrantius reddit, & auget.

Planta recens ſimplici, & arenæ deſtillatione, ſuggerit phlegma ignei ac acerrimi ſaporis; vel ſi plantæ affundatur ſpiritus vini, & parili modo deſtilletur, emergit menſtruum ad extrahendas quasvis plantas antiſcorbuticas.

PISTACIA.

Piſtacia ſunt fructus arboris ſtaphilodendri, quæ duplex eſt; una Italica, altera verò ſylveſtris ſeu Germanica, cujus fructus nux veſicaria, Pimpernüßgen / dicitur; quorum uſus nullus eſt, ſed culinaris potiùs. Pulpa intra nuculas contenta nonnihil adſtrictoria eſt. Ornatûs gratiâ in hortis colitur.

Quoad arborem Italicam, folia hujus ſunt terna. Fructus ſunt nuclei parvi ſaporis inſtar amygdalarum dulcium, quæ in omnibus cum pineis & amygdalis dulcibus conve-

Digitized by Google

niunt; cum quibus etiam ſimul præſcribuntur in emulſionibus antiphthiſicis & antihecticis; quoniam egregiè partes nutriunt. Temperari enim ſunt quàm maximè, nec ullô modô excedunt, dum humore roſcido & oleoſo ſunt impregnati; unde etiam in maraſmo & atrophia valdoperè ſunt uſitati. Juxta virtutem nutritivam conveniunt in augenda materia ſeminali, & ſtimulanda Venere: Et quod ſuprà dictum de pineis, intelligendum jam venit de piſtaceis. Hinc Princeps quidam magnus in vicinia ante paucos annos mortuus, & valdoperè etiam in ſenio famoſus, in re Venerea pro ſecreto habuit oleum piſtaciorum & pinearum recenter expreſſum cochl. j. vitell. ovi unius, & ambræ quantum cuſpide cultelli capi poteſt, & denique ſacchari candi, quantum tribus capi digitis poteſt. Hæc invicem ſuper cineribus calidis miſcentur, ſicque habent conſiſtentiam electuarii, quod valdè convenit in promovenda & ſtimulanda Venere.

PLANTAGO.

Plantago duplex eſt; vel terreſtris, vel aquatica ſeu paluſtris. Terreſtris eſt trinervia, quinquenervia, ſeptemnervia, & multinervia; item ſpicata & roſea, item latifolia, & anguſtifolia ſeu canina: & quidem, quando plantago abſolutè ponitur, intelligitur major, utut communiter ſtatuatur, quod minor ſit efficacior. Plantago dicitur quaſi planta κατ' ἐξοχήν; Germ. der Wegerich/ quoniam in viis creſcit; & Hundszrtebe/ à fibris foliorum nervoſis, coſtas quaſi caninas repræſentantibus.

Plantagines hæ eſſentiali quaſi ſale ♀eo abundant, ſicut hoc docet Ludovici *Pharm. pag.* 755.

In uſu Medico in ſpecie quinque aut ſeptemnervia uſualis. Planta eſt polychreſta, ſaporem habens nonnihil amaricantem in receſſu, & adſtrictorium, & inter ſimplicia vulneraria eſt ex principalioribus internè & externè. Internè in fluxibus alvi quibuscunque, hæmorrhagiis per nares, renes & veſicam factis, inque renum exulceratione, mictu cruento, item in vomitu cruento, hæmorrhagia uterina nimia. Decoctum ejus, uti & foliorum pulvis, magni ſunt uſus. Ulteriùs planta hæc in juſculis conſuetis coquitur, & pro cura diarrhœæ & dyſenteriæ aſſumitur: vid. Poterius in ſuis ſcriptis. Porrò planta hæc ingreditur plerumque potiones vulnerarias; hinc in ſanguine quoque grumoſo diſſolvendo, ac in ſpecie in caſu ab alto internè commendatur, ſicut etiam in abſceſſibus partium internarum mundificandis, ejus uſus eſt egregius.

Præterea plantago ſimili uſu interno eſt egregiè alexipharmaca, quoniam potenter reſiſtit venenis, eaque arcet, adeò, ut contrà quodcunque venenum commendetur pulvis ex radice & planta. Vis hæc alexipharmaca edocta fuit per bufonem. Refert namque Takius, quod bufo cum aranea pugnaturus, ſe priùs muniat contra ejus ictum cum herba hac: quoties autem ictum ab aranea ſuſtinuerit, ſtatim plantaginem accelliſſe, & ſanatum eſſe, non obſtante, quod valdè ex ictu intumuerit. Semen plantæ tanquam ſpecificum in herniis, dyſenteria benigna, in nimio menſium fluxu &c. adhibetur à nonnullis.

Externè folia ejus contuſa, ac plagis ſeu vulneribus recentibus impoſita, vel etiam decoctum ejus vulneribus applicatum, eadem non inflammari vel dolere permittunt, & mirè conſolidant, non minus etiam, quàm in ulceribus & abſceſſibus, quos egregiè mundificant, & ad conſolidationem perducunt. Magni etiam uſus eſt in ulceribus linguæ, unde ſolet ingredi decocta pro gargariſmatis familiaribus in ulceribus tonſillarum, uvulæ, faucium, ſimiliumvè vicinarum partium. Cæterùm pro hoc uſu vulnerario imprimis colligenda eſt inter 2. Feſta Mariæ. Quod ſi enim colligatur radix plantaginis in ♂ ♂is & ☽æ, ita quidem, ut ☽ exiſtat in ſigno vel arietis, vel ſagittarii, tunc collecta commendari ſolet contra apoplexiam: vid. Rhumelius *pag.* 352. Novi etiam, qui quotidiè manè fonticulis folia hujus plantaginis loco foliorum hederaceorum ſummo cum ſucceſſu imponunt. In nimio menſium fluxu decoctum plantaginis cum aceto roſaceo, & aqua ſpermatis ranarum applicatur cum ſpongiis regioni pubis.

Succus plantaginis recens expreſſus in vulneribus cutaneis conglutinandis, iis in ſpecie, ubi accedit ſimul tumor, aut inflammatio eryſipelacea, tutiſſimè adhibetur, tàm internè quàm externè; unde convenit in ſputo ſanguinis, in vomitu ſanguinis, uti etiam in nimia uteri hæmorrhagia. Vulneribus quibuscunque inſtillatus aut applicatus, citra intentionem primam ſeu puris ſuperventum, ulcera & abſceſſus egregiè mundificat, & mirabilem vim conſolidativam ſuggerit. Vel inſpiſſatus cum melle in formam linimenti ſubactus, & ita ulceri applicatus, perquàm egregius eſt: in quo caſu etiam theriaca addi poteſt.

Syrupus pariter ſumnoperè commendatur in ſputo ſanguinis, in vomitu ſanguineo, hæmorrhagiis uterinis, & quibuscunque aliis ſiſtendis, ad ʒvj. exhibitus. Ab Hœchſtedtero *Dec. cap.* 3. *pag.* 12. in mictione cruenta ceu expertum ſpecificum commendatur. Paratur autem ſyrupus ita:

℞. *folior.*

Digitized by Google

℞. *folior. plantag.* M. xij.
radic. ſymphyti maj. ℥vj.

Ex inciſis & contuſis exprime ſuccum, adde ſaccharum, & coque ad conſiſtentiam ſyrupi, qui in prædictis affectibus apprimè conducit.

PLANTAGO AQUATICA.

Plantago aquatica eſt vel latifolia, vel anguſtifolia. Waſſer-Wegerich.

Planta eſt, quæ tota æſtate viget, & cujus ſcrutinium hactenus perperam fuit neglectum; attribuerunt enim huic virtutes tantùm plantaginis terreſtris. Verùm multum inter ſe differunt: illa enim, terreſtris, eſt inſipida, vulneraria ac refrigerans; hæc verò, eſt acerrima, aro ac flammulæ ſimillima, exulcerans, ac ob particulas ſuas ſalinas volatiles acerrimas calefaciens; unde à recentioribus inter antiſcorbutica refertur, cujus ſal acidum corruptum temperat & corrigit, atque per urinam eliminat, imprimis, ſi cum aliis antiſcorbuticis miſta in infuſo propinetur, aut exin eſſentia, ſeu ſpiritus abſtractitius compoſitus, adhibeatur.

Folia exterius impoſita puſtulas & veſiculas excitare valent, unde & veſicatoriis annumerari poteſt: & propter has virtutes ulcerandi folia contuſa carpis pro febrium intermittentium chronicarum levamine ſingulari imponuntur; ſic enim ad inſtar emplaſtri febrifugi Strobelbergeri vi ſuâ cauſticâ febres intermittentes curant. Alii appendunt radicem pro amuleto in febribus intermittentibus. Præterea eadem folia hydropicorum cruribus œdematoſis contuſa & applicata veſiculas copioſas in iisdem feliciter ſatis excitant, per quas poſtmodum apertas copioſa aqua educitur, cum inſigni ægrorum levamine.

PLUMBAGO.

De hac imprimis moderni obſervarunt ſingularem & ſpecificam vim contra odontalgiam: ratione cujus virtutis hæc à quibusdam ſolet vocari denticaria, propter vim nimirum ſuccurrendi dentibus dolentibus. Et quidem adhibetur hoc modo: Contunditur & contuſa applicatur carpo aut volæ manus, relinquitur per noctem, & manè macula plumbea invenitur in loco, ubi applicata fuit, dolorque dentium ceſſat: de quo videatur Panarollus *in Pent.* 4. *obſ.* 10. item Strobelbergerus *in Tract. de dentium Podagra cap.* 43. uti & Tabernæmontanus.

POEONIA.

Pœonia, Pfingſt-Roſe / Pœonien / ita dicitur à Pœone, primo hujus plantæ inventore, qui, referente Homero *in Odyſſea*, Plutonem ab Hercule ſauciatum hâc curaſſe fertur. Nonnulli ad aconitorum genus referunt, ſed perperam, & conjecturâ tantùm. Rectiùs inter papaverina refertur, quia ferè ejusmodi formam præ ſe ferre, ejusdemque virtutis eſſe ſolet.

Dividitur in marem & fœminam. Fœmina tamen nihil valet, mas verò in uſum trahitur ſolùm, quæ pœonia mas admodum rara eſt; ſubſtituitur enim in officinis pro mare fœmina; & propter hoc ſuccedaneum egregiæ virtutes, à veteribus deſcriptæ, fruſtrà expectantur à pœonia. Differt verò à fœmina radice, foliis, fructu & ſemine, vel capſulis ſeminariis. Mas habet radicem unam longam & continuam, in aliquas fibras deſinentem, ad ſummum unum vel alterum craſſum tuber; fœminæ verò radices conſtant ex plurimis bulbulis ſeu potius tuberibus invicem connexis: Mas habet folia magna, lata & craſſa, ad formam foliorum nucis juglandis, ſed exteriùs magis rotunda, & inciſa, fœmina autem folia anguſtiora, & undique multiplicibus diviſionibus diſſecta ſunt, copioſa, atque ſimul anguſta, acuta, & uno pediculo invicem connexa. Mas habet florem pendentem, colore coccineo, maculis nigricantibus interſperſum. Fructus ſpecioſiùs ſe gerunt, & poſt flores defluentes ſe expandunt in quatuor lacinias ſeu valvulas, quæ fatiſcunt, & quaſi quadruplex criſta gallinacea reflexa intenſe rutilant: quibus extrinſecus grana majora nigra inſtar piſorum adhærent: fœmina verò capſulas binas, tres vel quatuor acutas, quaſi obtuſa cornicula fert poſt florem, non tamen adeò magnas, in quarum medio reperiuntur grana minutiſſima & rubicunda.

Notum eſt, quod tota planta ſit inſigniter cephalica, pectoralis & uterina, quæque in omnibus convulſivis, aliisque capitis, vel ſaltem capiti adſcriptis affectibus, ut epilepſia, item in quavis vertigine, incubo & ſimilibus, eſt expertiſſima & efficaciſſima. Radix pœoniæ maris prodeſt præcipuè in vertigine & epilepſia, unde ingreditur pulverem Marchionis epilepticum, cujus talis eſt deſcriptio:

℞. *Rad. pœon. maris decreſc. & effoſſæ* ℥ß.
viſci querc.
raſur. eboris
ung. alcis
unic. vel *C. C. ex apicib.*
ſpodii præp.
corall. rubr. præp.
alb. præp.
margar. præp. ā ʒj.

M. f. pulvis: cui addantur *folia* ☉*ri fini* no. xx.

Digitized by Google

De hoc vid. Strobelbergerus *in Manud. ad curandos pueriles affectus p.* 18. Datur à ℈j. ad ʒß. in aquis convenientibus aut alio quovis modo; quin etiam in ipso pulte adhibetur. Plurimas ipsi Strobelbergerus laudes tribuit, utpote quem dicit, se ferè quotidie salutariter præscribere.

Flores & semen in simili usu antepileptico, vertigine, convulsione, & similibus valde commendantur. Semen ordinariò ingreditur emulsiones in epilepsia, convulsionibus, & in principio variolarum & morbillorum; unà cum aliis adhibendas; propterea, quoniam in his sæpiùs imminet epilepsia & convulsiones, tempore eruptionis. Talis emulsio etiam pro pueris, terroribus & pavoribus nocturnis afflictis, & qui dormire non possunt, optima est. Somnum quodammodo inducit, valdè etiam prodest in incubo adultorum.

Externè radicem solam amuleti forma appensam epilepsiam arcere, jam ex Galeni tempore notum est. Riverius *in Observat. à D. des Grandspres communicata 7. p.* 299. Forestus *lib.* 10. *Observ.* 59. hic enim appendit sacculum interpassatum ex radice pœoniæ concisa, & ex pulvere seminis pœoniæ: videatur similiter Bartholinus *Cent.* 4. *obs.* 69. Relatum mihi est, quod radix pœoniæ maris de collo suspensa vertiginem inveteratam sustulerit. Cæterùm, ut hanc virtutem amuleticam contra epilepsiam & alios quosvis morbos convulsivos exserat pœonia, necesse est, ut sit

1. Radix ex mare.
2. Collecta tempore balsamico seu sux exaltationis, sub certa scilicet constellatione.

Anno 1559. prodit *Tractatus de Pœonia* Simonis Bergeri, Medici Augustani, in quo modum colligendi, & rationem utendi, demonstravit. Curiosus est tractatus, & admodum rarus. Ingens autem de modo colligendi est controversia inter autores. Optimum colligendi tempus radicis est, quò sol versatur in signo leonis, nimirum mense Julio, circa tempus Heinrici, vel Mariæ Magdalenæ, luna in ariete decrescente: Alii colligunt tempore verno, luna, aut luna & sole simul, in ariete versante, lunâque decrescente ante solis ortum, quod ultimum tempus magis conveniens esse existimo; non internè saltem ad dictos affectus, sed etiam amuleti instar appensa, uti patet non saltem ex *Observatione* Riverii *supra allegata*, sed etiam amicus fide dignus retulit, se per radicem pœoniæ maris die 12. (22.) Julii tempore meridiei effossam amuleti instar appensam epilepsiam curasse.

Plantæ hujus vis antepileptica, & antispasmodica; residet in vi anodyna, & quodammodo narcotica, cujus ope motus convulsivi sedantur, spirituumque motus elasticus blandè sopitur; spirat enim fortem & gravem odorem.

Quoad præparata, egregiam ex pœonia essentiam, contra vertiginem frequentem, morbos convulsivos & epilepticos infantum & adultorum, composuit Bergerus *loco allegato.*

Aqua pœoniæ ex radice recenter contusa, aut ejus recenti succo optimè destillatur; hâc enim ratione odorem ipsius pœoniæ potenter refert.

Ex remanentia exprimitur succus, & fit syrupus elegans, in morbis convulsivis & epilepticis infantum & adultorum.

Ex floribus pœoniæ fit ex spiritu vitrioli cum phlegmate vitrioli ℞, quæ instillari potest potui in morbis, ubi adest vel metuitur epilepsia. Hæc ℞ cum ℞ cephalica composita potest misceri, & convenit in somniis truculentis.

POLYGONUM.

Polygonum seu centumnodia, Queckengraß / dicitur ita propter multos nodos, quos habet hinc inde. Vocatur etiam à Latinis quibusdam sanguinea, die Blutgarbe / propter singularem virtutem adstrictoriam, quâ quascunque sanguinis eruptiones potenter sistit; si contusa scilicet applicetur loco, unde sanguis erumpit. Est vel majus vel minus: utrumque tamen promiscuè potest usurpari.

Interno usu adstringit; unde in quibuscunque sanguinis fluxionibus sistendis internè vel externè vile quidem est, sed non contemnendum remedium. Decoctum ejus in vino austero haustum usurpatur in sanguine grumoso dissolvendo. Hinc etiam internè hernias feliciter curat: id quod Fallopius imprimis polygono latifolio seu majore effecit.

Quoad usum externum, prostat mulieris cujusdam exemplum, quæ summâ narium hæmorrhagia periclitans suasu adstantis ani polygono in aqua & aceto ebullito, & sub axillis applicato, convaluit, ubi alia generosa medicamenta nullius effectus fuerunt; unde & hodie adhuc decoctum ejus mammis puerperarum applicant, quando pueros ablactant ad repellendum lac. Hæmorrhoides nimis fluentes etiam sistere solet: conf. M. A. N. C. *Ann.* 6. *pag.* 40. unde etiam succum ejus cum vino styptico in vomitu sanguinis multum commendat Pauli *in Quadripart. Botan.*

POLYGONATUM.

Polygonatum non confundendum est cum polygono jam dicto propter radices geniculatas: vocatur aliàs sigillum B. Mariæ, seu

Digitized by Google

ſeu ſigillum Salomonis, Weißwurtzel / ab effectu in dealbanda cute, & nitida facie reddenda. Eſt vel latifolium κατ' ἐξοχὴν, vel latifolium majus, vel ſpicatum cornuti, vel anguſtifolium Cluſii.

Hoc polygonatum exhibet pro uſu Medico imprimis radicem, quæ eſt penetrans & acris propter ſal volatile acre. Baccæ ejusdem referuntur inter vomitoria, & vomitum ciere dicuntur. Aliàs internè uſum nullum obtinet hæc planta.

Externè in uſu coſmetico primatum ducit. Cum vino aut aqua appropriata cocta vel infuſa, & illita, maculas ac puſtulas cutis ac faciei ac impetigines, puſtulas, varios colores &c. bono cum ſucceſſu abſtergit & mundificat; quoniam ſal volatile acre detergit omne acidum ſubtile, quod tales maculas & puſtulas ſolet producere; ſi verò diutiùs maceratur, erodit cutem. Deinde uſum habet vulnerarium. Expertiſſima eſt pro diſcutiendo ſanguine grumoſo in partibus externis, & curandis ſuggillationibus quibuscunque, contuſionibusque gravioribus, ſive à plagis, ſive à caſu ab alto exortis. Tale cataplaſma impoſitum ex radice ſigilli Salomonis & radice ari, vid. in Sennerto *lib.* 5. *Praxeos Medicæ P.* 1. *pag.* 89. *cap.* 16. unde radix hæc jure baſin conſtituit unguenti contra livorem faciei Mynſichti, quod deſcribit *pag.* 501. *armament. Chym.* & *cataplaſmatis contra livorem* Zwelferi; Loco ejus radix pulveriſata cum vino ſubigatur, & calidiſſimè applicetur; vel quod melius, decoquatur radix vel in aqua, vel in vino, & decoctum cum duplicatis linteis imponatur in iisdem maculis faciei. Cæterùm hæc radix ſigilli Salomonis cùm ſit acris, & quodammodo corroſiva, ut hæc acrimonia temperetur, addi poteſt ei ana ſymphyti majoris radix, & ſub forma cataplaſmatis uſurpari, coquuntur, contunduntur & per ſetaceum trajiciuntur, & ſic ad omnes ſuggillationes confert. Quin & in tumore brachii poſt ineptam venæſectionem nihil melius eſt hoc decoctô & cataplaſmate, quoniam mitigat, & ſanguinem congrumatum ſub cute latentem, præter ſuggillationes, reſolvit & curat; vel

℞. *Rad. ſymphyti major.* part. ij.
ſigilli Salom. part. j.
Contuſa coqu. in cataplaſma c. vino, vel ex ▽: Colaturæ adde
flor. chamomillæ,
ſem. aniſ. ana pro lubitu. M.

Imponatur toti brachio tumenti & ſuggillato: vid. Leonhardus Fuchſius *in Hiſtor. Stirpium pag.* 559.

Pulvis hujus radicis, cum ℞ Benzoës, in ▽ roſarum ∓ata ſubactus, exhibet egregium coſmeticũ, coſmetico Clavii parum cedens.

POMUS.

Pomus duplex eſt: ſylveſtris & domeſtica. Domeſtica eſt varia; unde poma ſunt vel dulcia, vel acida, vel ſubdulcia, vel ſubacida, & ſic porrò. Dulcia quod attinet, inter hæc in uſu Medico excellunt in ſpecie poma Borsdorffiana, quæ omnibus palmam præripiunt, & egregia ſunt alimenta medicamentoſa. Hæc non tantum blandum aroma ſpirant, ſed ſpeciatim, ſicuti quælibet poma dulcia, conferunt temperando acidum præternaturale corporis noſtri, & ſic conſequenter in terrore & triſtitia melancholicorum, melancholia hypochondriaca, aliisque affectibus melancholicis valdoperè conducunt; uti etiam ſingulariter proſunt in malo hypochondriaco: làxant ſimul alvum blandè & cum gratia, & effervescentias hypochondriacas compeſcunt, & ita per accidens palpitationem cordis, in æqualem ſanguinis motum fermentativum, & imaginationes melancholicas tollunt, adeoque cordialia vulgò talia poma dicuntur. Fiunt autem efficaciùs inde infuſa unà cum aliis vegetabilibus. Paratur exinde vinum antiſcorbuticum, ſi addantur paſſulæ, tanquam vinum Malvaticum ſaporem habens, hypochondriacis convenientiſſimum. Ut autem citiùs fermentent, addi poteſt ſaccharum.

Externè poma putrida applicantur in ophthalmia. In inflammationibus certè & doloribus oculorum, ut & oculis ex percuſſione & contuſione vulneratis, nil melius eſt cataplaſmate pomorum coctorum, vel etiam putridorum, quâ putredine ſua reſolvunt cruorem, & ſiſtunt dolores æquè ac tumores. Experimentum fuerunt Timæi, quod etiam habetur in Sculteti *Armamentario Chirurgico.*

Quod attinet præparata, omnibus notum eſt, quod ex pomis, pyris & cydoniis per fermentationem fiant liquores vinoſi uſitatiſſimi in Anglia & Gallia, qui dicuntur cidre. Hoc vinum pomorum, imprimis ex pomorum Borsdorffianorum ſucco per fermentationem paratum, tàm ſolitarium, quam additis paſſulis, erit potus vinoſus egregiè medicamentoſus, in melancholicis affectibus, & in ſpecie in melancholia hypochondriaca; unde etiam cum ſucco pomorum Borsdorffianorum præparatur extractum Martis:

℞. nempe *ſuccum pomorum nondum perfectè maturorum, & limaturæ* ♂ *u* affunde; & acquirit ſaporem vitriolaceum.

Inſpiſſari etiam poteſt ad conſiſtentiam extracti, quod in vino diſſolutum grati ſaporis eſt.

Extractum

Digitized by Google

Extractum hoc per ſpiritum vini poſtmodum dat egregiam eſſentiam ovis aperitivam, quam hinc inde deſcribunt autores, imprimis Rolfincius *in Chymia in artis formam redacta.*

Spiritus ex vino pomorum Borsdorffianorum paratus valdè convenit pro ſcopo analeptico, & in affectibus melancholicis.

Ipſe ſuccus pomorum convenit in affectibus melancholicis, ex mœrore & triſtitia ortis, in ſyncope, lipothymia, palpitatione cordis &c. Propter hanc vim antimelancholicam hic ſuccus ſolet ingredi confectionem al chermes. Videatur imprimis Eichſtadius *in Tract. de Confectione al chermes.* In obſtructionibus alvi infunduntur folia ſennæ in ſucco pomorum Borsdorffianorum, additur cremor ♃i, exponitur in locum tepidum, ut fiat ſolutio, ſicque fit potus laxativus, qui ad ante dictos affectus, in ſpecie melancholicis, ſcorbuticis & hypochondriacis, admodum convenit. Ingenioſum certè eſt infuſum.

Sic & ſyrupus de pomis Borsdorffianis compoſitus datur in officinis, ſyrupus regis ſapor dictus, qui in affectibus melancholicis blandè laxat, & emollit alvum inſenſibiliter, & cum delectatione, ut non melius optari queat pueris, imprimis alvô obſtructâ cum phlogoſibus laborantibus, unà cum pulvere lapillorum cancrorum.

Unguentum pomatum inde confectum conducit ad fiſſuras labiorum, faciei, manuum, aliarumque partium.

Ulterius ex pomis putridis ▽ deſtillatur per alembicum, quæ propter copioſum, quod unà aſcendit, alcali volatile, quæ apud chirurgos modernos magni æſtimatur in quibusvis inflammationibus, & contra gangrænam magni momenti eſt; non ſecus ac contra fluxus ſanguineos vulnerum, atque ulcera maligna putrida antiqua, & ex quacunque cauſa orta, ut & in ambuſtionibus: videatur Schmuckius *in Theſauro Medico 2. ſecret.* 19. & Agricola *in Chirurgia parva.* Ratio in promptu eſt. Nam conſtat copioſo ſale volatili ſalſo occulto, ratione cujus vim acrem putredinoſam in ulcere attrahit & abſumit, quo acido ablato non poteſt non fieri, quin conſolidentur ulcera. In hac aqua, ſi ſolvatur ☿ dulcis, vel ſaccharum Saturni, fit egregia ad ulcera phagedænica, telephia & cacoëthea, quæ experta eſt à quamplurimis, & arcana eſſe dicitur nonnullis; item in cancro putrido & corroſivo prodeſt; ſi ſc. linteum quadruplicatum hâc ▽ humectatum imponatur, & quidem hoc non in cancro ſolùm, ſed etiam in ulceribus corroſivis verum eſſe experientia chirurgorum conſtat. Aqua hæc miſta cum ſaccharo Saturni, & impoſita cum linteis, eſt egregia in ambuſtis; quoniam refrigerat, & vitium per ambuſtionem illatum corrigit.

POPULUS.

Populus, die Pappel / arbor eſt ubivis obvia & nota: & quidem vel alba, vel nigra, quæ inter poſterior tantùm eſt uſitata.

Per ſe rarò, aut nunquam, ſolet præſcribi, ſed gemmæ tantùm populi nigræ in uſu ſunt, & quidem propter vim anodynam; hinc ex illis paratur oleum populinum & unguentum pro uſu externo in cephalalgiis & agrypniis, temporibus inunctum. Alii in affectibus nervorum & membris paralyticis adhibere ſolent, in ſpecie in paralyſi notha ſcorbutica. Quidam recipiunt conf. Hamech cum unguento populeo, imponunt plantis pedum, ut fiat purgatio.

PORRUM.

Porrum planta ſapore, odore, & figura congener allio eſt & cæpis, & reverà ſpecies eſt allii minoris, unde teſtatur, quod copioſo ſale volatili conſtet.

Vim habet antipeſtiferam, & omnia, quæ de allio vel cæpis, & ſucco cæparum dicta ſunt, huc referantur. Rari eſt uſus, cum ſemper cæpæ ſufficiant. Poteſt ſubſtitui his, ſi non haberi poſſunt, vel non ſint virides.

PORTULACA.

Portulaca eſt vel vulgaris folio viridi, vel aureo folio flaveſcente. Dicitur etiam porcellana. Portulaca verò dicitur tanquam ad portum lata, quod circa portus ad littora marina creſcere ſubinde obſervetur. Græcis Ἀνδράχνη, German. Burzelkraut. Planta eſt admodum ſucculenta ad ſedi naturam accedens, propter quam ſucculentiam & craſſitiem in phthiſi uſitata eſt.

Adhibetur ſemen & folia.

Folia ſunt ex primariis refrigerantibus; unde iis, quibus maximè conveniunt antiſcorbutica acriora, commodè ſociatur portulaca ac beccabunga, ut hac ratione acrimonia ſalis volatilis plantarum antiſcorbuticarum aliquomodo temperetur; hinc eſt, quod in ſoda ſeu ardore ventriculi folia portulacæ cruda comeſta tam egregium ſint medicamentum evporiſtón, ac in momento juvans; quâ ratione quoque eſt, cur Itali, utpote hujusmodi affectibus calidioribus ob loci caliditatem magis obnoxii, portulaca in acetariis ſuis utantur, utut gravare ſoleat ventriculum, & difficilis ſit coctionis. Quin & in urinæ ardore, oriunda ex acrimonia acida convenit. Præterea effervescentiam oleoſam à bile oriundam, & aliam quamvis acrimoniam erodentem & excoriantem temperat, læſiones factas adſtrictoria vi denuò conſolidat; unde in hæmorrhagiis

Digitized by Google

rhagiis quibuscunque, ſpeciatim ſputo cruento ex pulmonis eroſione, aliarumque partium exulcerationibus, portulaca ſive ſola, ſive cum plantagine uſurpata, & quævis ex portulaca parata remedia, ſunt egregia: & illa à Galeni tempore jam tum fuit in uſu maximo contra hæmorrhagias; ubi tamen commodè addi poteſt lapis hæmatites. Quod ſi ſanguis erumpat, vel ex dentibus vel gingivis, vel palato, ore & faucibus, portulaca maſticata, & comeſta ſenſim ſenſimque valdè convenit ſanguinis fluxu. Poteſt etiam fieri ex portulaca decoctum, & addi ſyrupus ſimplex cum aliquot granis laudani opiati in ſputo ſanguinis, & aliis ſanguinis ejectionibus, in quocunque fluxu & hæmorrhagia, ſive capitis, ſive pectoris, ſive uteri: ſimiliter poteſt commodè miſceri cum ſyrupo de ſymphyto Fernelii, utpote, quod cum illo conſpirat in viribus & efficacia. Porrò in gonorrhœa benigna ex ſemine acriori, portulaca optimum quoque eſt remedium.

Externè in hæmodia, quocunque ex caſu nata folia dentibus affricata præſentaneum ſunt remedium; extinguunt enim acidum iſtud, ex quo oritur hæmodia. Folia hæc recentia contuſa, & cum fermento recenti ac ſale miſta, & aceto irrorata, inſtar cataplaſmatis applicata plantis pedum eorum, qui laborant febribus ardentibus, valdopere temperant æſtum, & cephalalgiam compeſcunt.

Succus ejus turget ſale eſſentiali, propiùs ad ſalia alcalia accedente, ſeu quod eſt de natura ſalium urinoſorum alcalinorum paulò fixiorum; hinc eſt, quod impensè refrigeret, & effervescentiam ſanguinis temperet, æſtumque ventriculi atque hypochondriorum extinguat; unde & in ſcorbuto, ejusque phlogoſi, aliisque ſymptomatibus fervidioribus ſuccus & ſyrupus conducunt; ſicut & in urinæ ardore & ſtranguria, ex acrimonia acida ortis, nec non in ſoda, item quibusvis hæmorrhagiis ex acido, nervoſas partes vel irritante, vel ſanguinis ebullitionem excitante, natis, internè & externè ſunt egregia; blandè & moderatè temperant & corrigunt acidum. Et quidem in ſputo ſanguinis, quod eſt ex pulmonibus, ſuccus valdoperè expertum eſt remedium, in quo peculiares ſanè exſerit vires, ſive ſub forma ſyrupi ſeu loch, aut quocunque modo uſurpetur.

In hæmodia ex uſu acidorum exorta ſuccus dentibus illitus optimum eſt remedium.

Habetur quoque:

PORTULACA SYLVESTRIS MINOR,

quæ ejusdem planè naturæ ac uſus cum portulaca vulgari majore: unde omnia iſta, quæ tùm de uſu ejus dicta ſunt, huic quoque competunt.

PRIMULA VERIS.

Primula veris, phlomis Dioſcoridi, aliàs in ſpecie & uſitatiſſimè apud autores herba paralyſis ſeu arthritica dicta; propter vires antiparalyticas. Item verbaſculum, verbaſcum odoratum, betonica alba, **Schlüſſelblum/ Himmel- oder Peterſchlüſſel/ weiſſe Betonien.** Diverſæ ſpecies ſunt: vulgaris flore luteo, vel flore Byzantino, quæ rara eſt: omnes hæ ſpecies habentur vel ſimplici vel flore pleno. Floret ſtatim in principio veris. Semen fert nigrum.

Eſt planta cephalica, & antapoplectica, antiparalytica, articularis, & nullam ferè compoſitionem, vel aquæ, vel eſſentiæ, vel elixyris cephalici &c. videbitis, quam non ingrediatur. In uſu ſunt folia & flores.

Vis ejus reſidet in ſale volatili oleoſo blandè anodyno, hinc roborare nervos, demulcereque videtur, hácque ratione in affectibus capitis & articularibus, unà cum aliis, uſurpari ſolent, & ſpeciatim paralyticis, & omnibus dictis morbis ſplenecticis, ſolent commendari cum vino cocti & epoti: vel ex integra planta ſuccus expreſſus, & cum ſaccharo parum edulcoratus, ab ℥j. ad ℥ij. quotidie adhibetur. In acetariis quoque prima ejus folia recipiuntur. Radix cocta in calculo laudatur.

Externo uſu inter unguenta paralytica & apoplectica ſolet aſſumi & miſceri. Aliàs rarò uſurpatur.

Aqua ejus numeratur intra aquas articulares, quare & ſpiritus cephalico-apoplecticos ingreditur. Aqua deſtillata ex floribus cum dictamno albo in vino maceratis, coſmeticum eſt, cum ſucco limonum mixta.

Paratur etiam ex hac herba & floribus ſpiritus per fermentationem, ut etiam eſſentia contra paralyſin.

In uſu etiam ex floribus parata conſerva pro affectibus capitis, & imprimis paralyticis & apoplecticis. Recipiunt nempe quidam conſervam hanc, & irrorant ſpiritu proprio, vel eſſentia propria, & addunt pulveres appropriatos pro electuario præſervativo apoplexiæ & paralyſeos; imprimis, ſi recipiatur ſimul conſerva flor. lavend. vel flor. anthos.

PRUNELLA.

Prunella ab uſu in prunella, **Braunellen-Kraut**/propter vim vulnerariam inter conſolidas numeratur; unde etiam à quibusdam vocatur conſolida minor. Et ſimilis ferè eſt bugulæ ſeu conſolidæ mediæ: Eſt vel flore albo vel purpureo, vel laciniatis foliis, vel montana &c. Autumnali tempore floret, & ubique proſtat. Uſurpatur potiſſimùm in affectibus oris atque faucium, in ſpecie ſymptoma illud in febribus acutis morboque

Digitized by Google

Hungarico, prunella dictum, ſanat. Decocta in urina, vel aqua & aceto, & mellis parum pro gargariſmate. In inflammatione faucium ac tonſillarum, in ulceribus oris & palati, in aphthis & gutturis inflammationibus, quæ ſunt ſpecies anginæ, decoctum hujus in ore detentum ſpecificè convenit; unde quoque ingreditur gargariſmos in principio & incremento anginæ, ubi linguæ & faucium eſt ariditas: à quibusdam additur ſalvia & album Græcum.

Vel coquatur prunella in aqua: pòſt addatur phlegma vitrioli & mel; quâ miſturâ irrorentur fauces & lingua in ulceribus faucium, & non leve levamen ſentiat æger in exulceratione faucium.

Ulteriùs, quia eſt ex genere conſolidarum, propterea folia & flores, imò tota planta, egregia eſt vulneraria, dum externo uſu mundificat ulcera, & conſolidat vulnera; interno uſu reſolvit ſanguinem grumoſum, & in vulneribus pulmonum ſpecifica eſt, rarioris tamen interni uſus.

PRUNUS.

Pruni varia ſunt genera: Domeſtica, exotica, & ſylveſtris, acacia dicta, **der Schleendorn** / de quo ſuprà ſuo loco dictum.

Quoad fructus pruni domeſticæ, pruna ſunt vel majora vel minora.

Inter majora pruna Damaſcena à veteribus uſurpata ſunt, quæ ex Syria adferuntur Venetias, & apud nos rara ſunt. Horum loco Hungarica habemus, quæ differunt à noſtris & magnitudine & colore; magis enim ſunt cœrulea, & apud nos in hortis ſolent coli & transplantari.

Inter minora offerunt ſe:

1. Alba & cerea, **die Spillinge** / quæ, uti exulant è Pharmacopœis, ita exulare debent ex uſu & eſu communi; quoniam nihil magis tempore autumnali excitat diarrhœas & dyſenterias, quam hæc ipſa.
2. Pruneola, quæ enucleata & exſiccata ſub nomine prunellorum è Galliis adferuntur.

In uſu ſunt tam eſculento quàm Medico: Virtutes & facultates prunorum quod attinet, omnia domeſtica alvum laxant; magis recentia, minus exſiccata; textura enim illorum conſiſtit in vi aliqua fermentativa, quæ reliquos humores in ſimilem fermentationem concitant, unde ſequitur talis purgatio. Pruna autem exſiccata muſtaceo ſuo dulcore acrimoniam humorum obtundunt, partes hinc læſas leniunt & blandius laxant; unde in iis, quibus opus eſt alvi ſolutione, pruna exſiccata decoquuntur, & ſic uſurpantur. Uſitatum eſt mulierculis incoquere cum prunis folia ſennæ, & ſic fit elegans laxativum & præſervativum à quamplurimis morbis, & ob hunc uſum quoque imprimis officinis inſerviunt.

Inter præparata ſunt pruna condita laxativa, pulpa prunorum, & electuaria de prunis laxativa.

Pruna laxativa in quibusdam officinis uſualia fiunt, quando infunduntur in liquorem laxativum, & virtute laxante imprægnantur, imprægnata exſiccantur, & exſiccata aſſumuntur.

Modi ſunt varii. Non inelegans eſt compoſitio prunorum laxativorum Timæi, quæ eſt talis:

℞. *Prunor. Damaſcen. integr.* ℥iv.
Coqu. ex ▽ ſimplici: Colaturæ ferventis
℞. ℔j. adde
fol. ſennæ ſine ſtip. ʒvj.
crem. ☿*i* ʒij.
cinam. acutiſſ. ʒiß.

Stent in infuſo per noctem, manè ebulliant ſemel atque iterum, exprimantur & colentur. Colatura ſucceſſivè affundatur prunis prioribus, ſerventur in vaſe lati orificii, quo humiditas ſenſim ſenſimque exhalet.

Doſis à prunis v. ad x. vel xij.

Non minus elegantia ſunt pruna condita Burſeri, Phyſici quondam Annæbergenſis, quorum hæc eſt compoſitio:

℞. *Fol. ſennæ* ℥j.
ſem. aniſi ʒß.
flor. cordial. ã p. j.
▽*æ font. claræ* ℔j.

f. infuſio, in qua bulliant pruna Damaſcena, donec turgeſcant: deinde per decantationem ſeparetur decoctum à prunis, in quo diſſolvantur

mannæ ℥iij. vel iv.

quâ prunâ condiuntur.

Leniter purgant humores acidos & nidoroſos, & ubi clyſteres odiô habentur, proſunt. Adſumuntur â tribus ad ſex horâ unâ ante paſtum.

Optimè parantur ſequenti modo:

℞. *Fol. ſenn. ſ. ſt.* ℥iij. vel iv.
cinam. ʒij.
ſem. aniſi ʒß.
crem. ☿*i* ʒiij. ad ℥ß.

Hæc ipſa infundantur in ℔ij. vini: ſtent in loco calido per 24. horas: poſtmodum leniter ebulliant, ut diſſolvatur cremor ☿i, colentur: colaturæ infunde prunor. ℔ij. & ad conſiſtentiam debitam blando igne rediganter: poſt adſperſo ſaccharo ad ℥iij. & cinamomo ad ʒij. Pruna hæc laxativa adſerventur pro uſu.

Doſis pro infantibus Num. 1. vel 2. pro adultis 4. 5. 6. blandè alvum laxant. Sed loco prunorum laxativorum ſufficiunt paſſulæ laxativæ.

Deinde etiam pulpa prunorum eſt ex uſu pro laxatione leni, ſive ſola, ſive permiſta cum

Digitized by Google

cum aliis. Sic tale electuarium laxativum ex prunis quibusdam in usu est.

℞. *Pulpæ passular.*
prunor. dulc.
tamarind.
sebesten
cassiæ rec. ā ℥j.
Cinam. acut. pulverisat. ʒiij.

M. pro electuario, quo utuntur in obstructionibus, vel ubi adest dolor abdominis.

Electuaria de prunis reliqua, possunt videri in dispensatoriis.

PTARMICA.

Ptarmica ubique crescit in agris, foliis acutis, flore albo. Nomen habet propter vim ptarmicam seu sternutatoriam.

Usitata sunt radix & folia.

Pro errhino inservit, & propterea solet interdum usurpari in pulveribus sternutatoriis; sed etiam succô nares illinuntur: rarò autem usurpatur.

PULEGIUM.

Pulegium ràm ex figura, quàm odore ita dicitur, quod, referente Plinio, incensum pulices enecet; Poley / item Flöhkraut. Est vel latifolium, vel angustifolium, quod etiam vocatur cervinum vel regale.

Latifolium solùm usurpatur, & quidem tota planta, caulis cum foliis & floribus colligenda venit tempore, dum madet & turget rore; sic enim vi Ammoniacali roris imprægnatur pulegium, & cum ea combinatum ingreditur compositiones.

Subtile ac penetrans aroma spirat, ac volatilibus & acrioribus salinis particulis, nonnihil olei temperatis, egregiè imprægnatum est. Ad naturam majoranæ proximè accedit; unde non minus quàm illa, in coryza odor plantæ vel pulvis foliorum insufflatus, multum confert. Internè inter plantas nervinas & cephalicas, refertur, pro ratione scilicet hujusmodi simplicium aromaticorum, unde & essentias ejusmodi ingredi solet. Resolvit egregiè, & attenuat crassam & viscidam mucilaginem, ac moderatè acidum in intestinis & MSea absorbet & temperat, sine ingenti effervescentia: in affectibus mulierum, ad mensium nempe fluxum proritandum, & fluorem album corrigendum in specie conducit, in quibus etiam à Paracelso commendatur; in vino siquidem coctum majorem vim proritandi habet, quàm artemisia; unde etiam ad expellendas secundinas, fœtum & lochia, in vulgatissimo solet esse usu. Propter metum igitur abortus non datur gravidis. Carminativa aliàs est similiter, & ubi opus est discussione, cum serpillo usitatè adhibetur. Leviter etiam urinas pellit, sed in hoc non est magnæ considerationis.

Externè inter simplicia diaphoretica & resolventia numeratur; quoscunque enim tumores lenit ac resolvit. Pediluvia & capitiluvia communiter etiam ingreditur, sicut adhiberi solet in balneis & pediluviis pro ciendis mensibus, quæ solent fieri ex foliis pulegii, serpilli, matricariæ, origani, baccis lauri, & similibus: imò Gabelchoverus *C.* 3. *Curat.* 61. etiam in mensibus retentis pulegium calceis imponendum suadet. Porrò & in affectibus diureticis externè adhibetur, & ad podagram cataplasma exinde paratum pro resolvendo tumore & discutiendo dolore articulari, prodest. Denique egregia quoque est planta pro oculorum malis, & imprimis in incipiente lippitudine, si scilicet planta recens contusa nuchæ imponatur; unde effectum non adeò inefficacem ipse observavi.

In usu etiam sunt aqua, conserva, essentia & extractum.

Essentia cum essentia ☉is aperitiva mista in mensibus ciendis est egregia.

Oleum destillatum est admodum rarum, quod per se usurpatum non levis est usus in dictis affectibus.

PULMONARIA ARBOREA.

Vocatur etiam muscus pulmonum. Non adeò est in magno usu; nihilominus adstrictoria facultate solet imprimis commendari; unde contra internas erosiones pulmonum, phthisin & ulcera ac vulnera pulmonum quibusdam, sed malè, usurpatur; siquidem in his affectibus nullius penitus est effectus. Adstringit leniter; undè rectè Autor dicit, quod extrinsecus conveniat in sanguine vulnerum compescendo.

PULMONARIA VERA.

Pulmonaria vera est vel latifolia, vel angustifolia: Latifolia est vel maculosa, vel non maculosa; & imprimis ex usu in affectibus pulmonum id nominis acquisivit. Non est buglossæ secundum quosdam, sed minor quædam symphyti species; unde etiam à quibusdam, uti & propter vim insignem vulnerariam & consolidativam, quâ hujus naturæ reverà respondet, vocari solet symphytum maculosum. Floret in vere purpureo colore, sicut cynoglosson; item flore albo: utplurimum purpurei & cærulescentes flores mixti sunt.

Est vulnerarium egregium in rupturis, erosionibus, ac ulceribus pulmonum & pectoris, reliquisque ulceribus viscerum internorum, ut phthisi, ac inde dependente hæmoptysi. Vis in alcali volatili temperato residet, quod ulcera corrigens, & lentore

ſuo mucilaginoſo temperans & alterans, partes exulceratas optimè conglutinat atque conſolidat, & ſic ſolutionem ulteriorem continuè præcavet atque impedit. Adhibetur in decocto, vel per ſe, vel cum aliis pectoralibus, ſicut & in ſyrupis, hydromellibus, & claretis pectoralibus, item cum eſſentiis & electuariis pectoralibus, commodè permiſceri poteſt.

Externè inter vulneraria quoque cenſetur, & ad vulnera quævis, imprimis tamen pudendorum, ſolet adhiberi.

PYRETHRUM.

Pyrethrum, propter vim cauſticam ita dictum, acerrimum eſt ſapore, & linguam fortiter ſtimulat. In hortis apud nos colitur; in Italia verò & aliis calidioribus climatibus ſpontaneo motu provenit.

Rari, imò ferè nullius, uſus eſt pro aſſumptione interna. Inter ſudorifera non ultimum locum obtinet cum gentiana. Internè etiam ſolet permiſceri inter medicamenta aphrodiſiaca ratione ſalis volatilis acris, quò turgeſcentiam ſemini conciliat, uti etiam fermentum teſtium exſuſcitat & exaltat.

Extrinſecus frequentiſſimè ſolet uſurpari, primò quidem in lethargicis aliisque affectibus, ubi forti opus eſt ſtimulo. Cataplaſmata & clyſteria acria fortiter ſtimulantia non incommodè exindè parantur, ut acrimoniâ ſuâ inteſtina vellicando & irritando ægri excitentur.

Deinde externo uſu poſt nicotianam, non datur fortius maſticatorium, dum radix vel in aceto macerata, vel per ſe maſticata, uti copioſum elicit ſputum per ſal volatile acre, quod penetrat & aperit pororum meatus; ita craſſam ſalivam & lympham juſtò acidiorem attenuat, reſolvit, & fluxilem facit; ſicque maſticatione hujus pyrethri copioſiſſimum elicitur phlegma: ratione hujus effectus etiam vocatur Speichelwurtzel / item Geifferwurtzel. Ulterius uſitata eſt radix pyrethri in gargariſmatibus contra odontalgiam, & alios oris affectus, vel ſola vel etiam aliis permiſta, & cum aqua comuni decocta.

Hartmannus *in Praxi Chymiatr. cap.* 73. §. 14. pro ſimili uſu contra odontalgiam commendat pulverem gallarum ſucco radicis pyrethyri ſæpius imbibitum, & cum fermento mixtum, ac in parvos globulos redactum, quos imponit denti dolenti, ut extrahatur phlegma, eliciantur vermiculi, & denique ſedetur & compeſcatur dolor. Ulteriùs externo uſu pulvis radicis pyrethri cum pinguedine coturnicis permiſcetur, & hoc inungitur membrum virile, quando quis vult coire cum fœmina; hinc fit, ut membrum appareat ſolitò majus, & mulier denuò videatur eſſe virgo. In affectibus oris, in ſpecie in batracho, uſitata eſt ad reſolvendum & attenuandum tumorem œdematoſum ranulæ, & extrahendum mucum. Adhibetur ſub forma decocti, vel ſola vel cū aliis, ut ſalvia, origano, menthaſtro, pipere, allio, ſale gemmæ, &c. quo colluitur os; vel in forma ſicca pulvis ex pyrethro, ſale, gallis & alumine inſpergitur batracho.

Ex præparatis nil proſtat, niſi quod in aquis articularibus externis ſpirituoſis uſurpetur ad paralyſin & ſtuporem membrorum.

PYROLA.

Pyrolæ variæ ſunt ſpecies, Germ. Wintergrün / quoniam hyberno tempore toto ſemper permanet viridis.

Elegans eſt plantula, & una ex vulnerariis principalioribus, hanc imprimis prærogativam habens, quod non ſolùm internè in decoctis & eſſentiis vulnerariis uſurpetur ad conſolidanda inteſtinorum vulnera, ſed & oſſa, ligna, aliaque heterogenea excrementa per vulnera, & quæ etiam in vulneribus ſunt, eliminet: Staricius im Heldenſchatz *p.* 132. commendat pro vulneribus magnis & ferè lethalibus totam herbam, quam coquit in vino, & per aliquot dies propinat ægro; unde, dicit, apparebit vinum in vulnere & contuſione.

Externè, ad partes heterogeneas è vulneribus eliciendas cum ſabina coquitur & imponitur.

PYRUS.

Pyrorum varietas magna eſt; quarum fructus commendantur in culinis, &, utut rariſſimè, in officinis; & quidem in uſu ſunt imprimis pyra domeſtica dulcia. Omnia tamen pyra vi adſtrictoriâ pollent, & ſatis conſtipant alvum, eamque reddunt pigram, gravant ſtomachum, nec facilis adeò ſunt in ſtomacho digeſtionis; unde arefacta commendantur in fluxu alvi nimio & diatrhœis. Saltem pyra moſchatellina propter ſuccum dulcem & mitem conſpirant ferè cum uſu pomorum Borsdorffianorum.

Ex ſucco pyrorum fit vinum pyraceum, quod eſt moderatum, & infirmitatem ſtomachi roborat in inteſtinorum fibris contrahendis: nullo tamen in uſu eſt, niſi quod à quibusdam loco vehiculi aliorum remediorum uſurpetur.

In Gallia habetur ſpiritus ex ſucco pyrorum & pomorum (ut & acetum) qui cum ſpiritu vini certare videtur.

In officinis pyra muſcatellina condita in uſu ſunt, quæ adhibentur interdum pro fraude, quo talibus pyris medicamentum aſſumatur ab ægris. Sic v. g. tale pyrum leviter excavatur, & induntur aliquot grana pulveris cujusdam emetici, ſic enim comeſto pyro, pulvis unà aſſumitur ſine nauſea, &

habe-

habetur vomitorium ſuaviſſimum pro delicatulis. Porrò recipiuntur aliquot pyra, leviter excavantur, & inditur pulvis mechoacannæ; quæ propinata & comeſta ab infante purgando, leniter & eleganter ſubducunt alvum.

Diatartarum ſolutivum à pyris præparavit Deodatus *l.* 1. *Panth. pag.* 304.

Q.

QUERCUS.

QUercus ſtypticam & vitriolicam vim obtinet, unde pro uſu adſtrictorio, imprimis in affectibus dyſentericis, & quibuscunque fluxibus humorum quocunque ex corporis loco, omnia remedia ex quercu ſpeciatim laudantur.

Ex hac in uſu Medico ſunt folia, glandes, harum cupulæ & gallæ, viſcus & fungus.

Folia & glandes refrigerant & adſtringunt. Vis refrigerandi conſiſtit in textura alcalina, quam apertè oſtendit atramenti præparatio. Eadem textura alcalina naturæ paulò fixioris & adſtrictoriæ eſt fundamentum, unde foliorum quercus decoctum internè auſpicatò compeſcit vomitus ſanguinis, nimias uteri hæmorrhagias, & quosvis ſanguinis fluores (qui utplurimum acidi occaſione in corpore oriuntur) cum priapo ceti vel tauri decocta nulli cedunt remedio in cura dyſenteriæ; non ſecus ac gonorrhœæ fluxum frequentiorem, ex acrimonia ſanguinis acida natum, ſupprimit. Sunt quidam, qui horum decoctum commendant pro diſſolvendo ſanguine congrumato: ſed pro hoc ſcopo alii rectiùs præferunt flores foliis.

Externè in teneſmo, ſive ſit cum dyſenteria, ſive ſine ea, cum ulceribus ani, experti ſunt ſacculi ex foliis quercus, in ▽ chalybeata decoctis, ano applicati.

Similiter faciunt ſacculum ex foliis quercus, qui in aceto, vel aqua & aceto, coctus, lumbis & regioni pubis imponatur, in nimia uteri hæmorrhagia.

Juli quercuum, cum avena permiſti, equos griſeos totos reddunt nigros; de quo confert Pauli *in Quadripart. Botan. Claſſ.* 3. *pag.* 340.

Cupulæ glandium, uti & ipſæ glandes & imprimis gallæ, adſtringendo excellunt in quibusvis ſanguinis fluoribus & gonorrhœa frequentiori jam allegata; imprimis quidem, ſi aliquantiſper torrefactæ ſint; hinc in dyſenteriis à plurimis laudantur: dum enim adſtringunt, ſimul vi alcalinâ deſtruunt acidum, quod impedimento erat conſolidandis vulneribus & ulceribus.

Viſcum quoque in quercu reperitur, **der Miſtel**/ quod poſt viſcum corylinum optimum eſt in curanda epilepſia, doſi ʒj. uſurpatum: ſed non immeritò viſcum tiliaceum aut corylinum ipſi præfertur. Aliàs viſcum quercinum eſt expertum remedium Paracelſi contra nimium menſium fluxum in mulieribus: ſcilicet aſſumatur viſcum quercinum, pulveriſatum in ovo ſorbili, & ſic ſtatim ſedare fluxum dicitur.

Conſiderandus ſequitur fungus quercinus, uva quercina aliàs dictus, qui tempore verno radicibus quercus adhæret, & æſtate areſcit: hic tempore verno collectus, exſiccetur, pulveriſetur, & contra dyſenteriam detur, etiam ſi tantummodò in potum injiciatur, potusque ſic hauriatur: conf. Sennertus *lib.* 3. *Praxeos pag.* 359.

Compeſcit etiam hæmorrhagiam narium externè, uti etiam hæmorrhagiam vulnerũ.

Tandem ipſa arbor, ſi quæ alia, pro cutis morborum transplantatoriis ob longævitatem, vel maximè accommodata eſt: v. g. in affectibus podagricis, & ſcorbuticis, item in capillorum defluvio: pro firmitate dentium; pro atrophia & hectica, pro ſedanda arthritide, de quo eleganter Marcus Marci. Sed ſæpè ſuperſtitio accedit, quando v. g. tria in ſpecie folia ad febrem tertianam valere dicunt. In genere, quomodo ferè omnes morbi poſſint curari per transplantationem animalem in quercum, videre poſſumus in Tenzel. *Med. diaſtat. pag.* 87.

Inter præparata eſt ▽ deſtillata ex foliis quercus, quæ loco vehiculi commendatur contra dyſenteriam, & omnes fluores alvi in potionibus; quod etiam præſtat ſyrupus. Externè in nimia uteri hæmorrhagia laudatur, regioni pubis impoſita.

Ex Julis quernis paratur à quibusdam ſyrupus in ardore ſtomachi ac ſiti egregius; de quo vid. Horſtius *Obſerv. pag.* 194.

Lignum quercinum per retortam deſtillatum dat ſpiritum acidum nonnihil adſtringentem, & ♁ fœtidum. Hic ipſe ~ acidus, qui aliàs etiam ✝ quercinum vocatur, valdè commendatur ad curam luis Venereæ; item commendari ſolet in dyſenteria; quod tamen non credo.

QUINQUEFOLIUM.

Quinquefolium, Græcis πεντάφυλλον, Germanis **fünff Fingerkraut**. Hujus variæ ſeſe offerunt ſpecies, quæ ad fragariæ ferè accedunt naturam: id quod potiſſimùm teſtantur capſulæ ſeminales.

Uſitatum tantùm eſt pentaphyllon repens luteum vulgare. Coincidit ferè radix cum radice tormentillæ, & ipſa quinquefolii ſpecie. Veteribus magis fuit laudatum, quàm hodiernis, quibus rarò in uſum venit Medicum: Iſti enim in omnibus ferè morbis chronicis ex obſtructionibus hocce pentaphyllo fuerunt uſi, tanquam aperitivo ac inciſorio; unde & pro ſcopo diaphoretico idem adhibuerunt; hodiè verò è pentaphyllis non niſi tormentilla uſurpatur.

Digitized by Google

Vim habet adſtrictoriam, & vulnerariam inſignem; unde ubicunque eſt humorum aliquis fluxus ſiſtendus, quinquefolium uſitatè præſcribitur, ſpeciatim partibus urinariis, renum nempe & veſicæ vitiis confert: propter vim adſtrictoriam contra febres intermittentes ante paroxyſmum laudatur. Quorundam ſuperſtitio vult, quod pentaphylli folium unicum ſanet febrim ephemeram; folia tria tertianam, quatuor quartanam. Quatenus adſtringit vehementer, facilè patet, in quibus affectibus poſſit commodè uſurpari? aliàs nullius ampliùs uſus eſt.

R.

RANUNCULUS.

USui Medico inſervit ranunculus gramineus ramoſus ſeu ſylveſtris, batrachion quibusdam dictus, & pes corvinus, Germanis **Hahnefuß**: eſt vel flore ſimplici vel pleno, varioque colore.

Ranunculus hic totus cauſticus eſt, ac fortiter veſicas ciet: folia enim contuſa, vel ſuccus ejus, quibusvis corporis partibus applicatus, veſicas excitat, ut alia veſicantia, per dies ſæpiùs 8. aut plures cum maximis doloribus ſerum ichoroſum plorantes. Vis ejus in ☿e volatili acri rodente conſiſtere videtur, per quem fibræ partium nerveæ, vellicatæ; ac in hiſce ~ inſitus præternaturali moleſtiâ affectus fibras magis expandendo & contrahendo dolorem primò, poſteà ex ſero ſanguinis acri ſecreto, ac intra fibras carneas recepto, ruborem, tumoremque ſub epidermide collectum, ſub ſpecie veſicularum exhibent. Internè nunquam ferè, niſi à paucis quibusdam, folia 5. vel 6. cum paſſulis minoribus comeſta pro purgatione per ſeceſſum uſurpantur; extrà verò uſus ejus cauſticus perquàm notus eſt, adeò ut etiam ungues deformes, digitorum verrucas & hujus generis excreſcentias, tollere dicatur. Quibus capilli defluunt, folia quædam per ſemihorulæ ſpatium impoſita, proficua creduntur, non tamen nimis diu relinquenda, ne cutim capitis exedant. Cocta folia perniones exulceraſcentes eluendo & fovendo curare, & partibus calorem nativum reſtituere perhibent. Radix ſiccata contuſa, naribus ſufflata, ſternutationem excitat. Contra iſchiadicum dolorem folia contuſa regioni lumbari applicant per 6. horas, donec veſicas excitent, quæ diſciſſæ pro more ſuo plorant ſerum acre, poſteà butyro non ☿ito eas illinunt; aut folium braſſicæ recentis tepefactum & butyro illitum ſuperimponunt, ſicque dolorem lenire, & brevi iterum conſolidationem promovere credunt autores. Contra catarrhos oculorum, qui nulli alii remedio cedunt, pari ratione capiti, deraſis priùs capillis, applicant: item in graviſſima odontalgia, cephalalgia, doloribus articulorum atrociotibus, &c. carpo applicatur, purgato tamen priùs corpore. Bubonibus quoque peſtilentialibus depreſſis, vel non extra cutim protuberantibus impoſitus, dicunt mederi. Mendici, aliique nequam homines, pedes exedunt hac plantâ, ſicque quæſtum ex corpore nefando hoc modo affecto faciunt.

RAPHANUS.

Raphanus duplex eſt: Ruſticanus & orbicularis.

Quoad orbicularem, **den gemeinen runden Rettich**/ radix ſola in uſu eſt, cujus vis conſiſtit in ſucco, qui imprægnatus eſt ☿e volatili acri, & perquàm penetrante, admodum copioſo: reliquum enim corpus detracto ſucco iners eſt, & nullius momenti. Hinc ratione hujus ☿is volatilis acris incidit & diſſolvit quælibet ſordes viſcidas, vias primas aut loca ☐ria obſidentes, & inciſas per vias ☐rias copiosè amandat, ſerum ☐rium acuit, renesque ſimul inſigniter ſtimulando calculum promovet, fermentando cum viſcido flatus generat: quinimò acrimonia ejus ſucci in tantum interdum irritat ſtomachum, ut etiam vomitum inferre ſoleat; unde quando editur, cum ſale communi aſſumendus eſt, ut ab hoc corrigatur acrimonia ☿is volatilis, & figat vim emeticam. Præter uſum hunc diureticum, inciſivum etiam egregium eſt ad mucum viſcidum ac tenacem in ſtomacho & pulmonibus, & inde frequenter oriundam tuſſim ac aſthma humidum pituitoſum, contra quæ ſucco hoc vix melius datur remedium pro facilitanda & promovenda per os rejectione, imprimis ſi ſuccus vel cum ſaccharo albo aut candiſato vel melle attemperetur, & cochleatim adhibeatur. Ad calculum promovendum, & ☐am fortiter ciendam, Foreſtus

recipit: *HB. cochlear.* M. ij.
rad. raphani ℥j.

Hæc tanquam ſingulare experimentum calculum promovendi Hiſpani ſecreti loco uſurpant, quod in his caſibus nulli cedit remedio.

Timæus pro eodem ſcopo

recip. *ſucci raphani rec. expreſſ.* cochl. ij.
vini Malv. (*Hiſp.* cochl. iij. iv. l. v.

Miſcet, propinat, & validiſſimum calculos expellendi pharmacum, retentionique ☐æ violentiſſimum aſſerit.

Quidam raphano excavato crocum adjiciunt, & ita ſuccum colligunt, quem ipſum in calculo, ☐æ retentione & difficultate, ob craſſum, viſcidum & glutinoſum humorem, meatum obſtruentem, uſurpant. Contra tuſſim quoque ſiccam evporiſton eſt domeſticum, quod probè notandum.

Externè

Digitized by Google

Externè autem plantis pedum appoſitus ipſe raphanus in taleolos inciſus, convenit in doloribus capitis, vigiliis, comate vigili, & etiam delirio, imprimis febrium ardentium & malignarum, ut & earum æſtu compeſcendo.

Seminis raphani decoctum tanquam vomitorium commendat Hartmannus *in Praxi Chymiatr. pag.* 14.

RAPHANUS MARINUS ſeu RUSTICANUS.

Raphani ruſticani radix inciſa, ſi in vinum infundatur, & vaſe clauſo in loco frigido ſervetur ac filtretur, calculum potenter emitti facit. Si paretur infuſum unà cum radice Helenii, remedium egregium eſt in ventriculi affectibus, præſertim ſcorbuticis, ubi intentionem habemus per ☉m evacuandi, de quo Laurentius *in Controv. Anat.*

Plura de ruſticano raphano ſupra, ubi de armoracia habuimus, ſufficienter dictum: imprimis, quæ de armoracia etiam dicta ſunt, volo ut hîc repetantur, quoniam ſemper ferè loco illius adhibetur.

RAPUM & RAPA.

Radix recens tantùm in uſu eſt, & quidem non minus eſt officinalis, quàm culinaris; eſt nimirum alimentum medicamentoſum.

Quod ejus craſin attinet, ſuccum habet nitroſum temperatum, ratione cujus tàm ſuccus quàm decoctum, ac ipſa rapa probè decocta, tàm recentia quàm exſiccata, ſingularem vim temperandi & demulcendi ſerum, lympham, &c. acres obtinent; hinc in affectibus catarrhalibus, pectus infeſtantibus, mirè proſunt. Certè ſerum ☉rium nimis ☿inum acre temperant; unde ſingulariter & ſpecificè commendatur à Gabelchovero in ardore urinæ ſeu dyſuria *Cent.* 3. *Cur.* 2. ceu expertiſſimum. Quod dictum de ardore ☉æ, dictum etiam ſit de retentione. Hinc & Crato decoctum hoc valdè laudat in tuſſi ſicca, & aſperitatibus fauciũ, aſthmate, & ſimilibus pulmonũ & pectoris affectibus, ex lympha mucoſa acriori ☿ſa oriundis. Speciatim decoctum raparum exſiccatarum cum paſſulis & caricis egregium eſt. Optima præparatio pro ſcopo pectoris anticatarrhali eſt, ſi recipiantur rapæ, & decoquantur in ▽ ad mollitiem, ▽ hujus decoctionis abjiciatur, & alia affundatur, & de novo exactè coquatur. Decoctum hoc paucis paſſulis, vel horum rob, aut pauco ſaccharo candi edulcoratum, egregium eſt remedium pectorale & ☉rium. Tanquam medicamentum domeſticum raporum decoctum commendatur in malo hypochondriaco.

Externè rapum contra pedes manusque læſas à frigore decoctum raporum, tàm recentium, quàm exſiccatorum, vel frigore antè conglaciatorum, maximè laudantur, quo fomententur membra à frigore læſa, &c. Alii nudè recipiunt rapa, & cocta in ▽ ſimplici inſtar cataplaſmatis applicant: de quo vid. Foreſtus *lib.* 5. *obſ.* 15. vel, quod melius, recipiatur rapa frigore conglaciata, & imponatur pernionibus, tunc glacies in membris contenta propemodum extrahitur; vel ſi exulceratæ ſint perniones, ſaltem eluantur & abluantur hoc decocto raporum, & pòſt unguentum tutiæ imponatur: pro quo ſcopo ex rapis compoſitum unguentum habet Mynſicht. *in Armam. Chymico.* Sunt alii, qui recipiunt rapum, & excavato infundunt olei roſarum & terebinthinæ ana, & hæc invicem coquunt vel ebullire ſinunt, & tali unguento partes à frigore læſas inungunt. Sed obſervetur, ut, antequam inungantur partes refrigeratæ, immittantur in ▽m frigidam; deinde exponantur fumo ▽æ ferventis: & denique his factis fiat inunctio cum medicamentis externis.

Singulare itidem experimentum ſuggerunt rapa contra dolorem dentium, quod poſſumus videre in *citato* Gabelchoveri *loco*: ſi ſcilicet ſub cineribus calentibus aſſata poſt aures applicentur prope carotides, magnæ ſunt efficaciæ, revellunt, & dolorem ſedant.

Aqua deſtillata ex floribus raporum Brendelio commendatiſſima eſt in aſthmate.

Proſtat imprimis in officinis ♃ raporum, **das Rüben-Oel** / quod egregiè diſcutit flatus, & clyſma ex hoc oleo, vel ſolo vel cum oleo lini, expertum eſt in dolore colico, & aliis flatulentis affectibus. Hinc etiam in deſperatiſſima alvi obſtructione eſt expertiſſimum, ubi neque clyſma, neque aliud medicamentum, profuit, quod tunc temporis intinctus digitus in oleo raparum, & ſedi vel ano aliquoties immiſſus, egregiè provocavit alvum.

RHODIA RADIX.

Radix Rhodia vel radix roſea, **die Roſen-wurtzel**/ item herba roſea flore luteo, odorata nonnihil eſt, ſed leviter. Reverà ad ſeda ſeu ſemperviva pertinet.

Tota plantula, folia, flos & radix imprimis, eſt in uſu, utut ratò. Externè ſaltem uſurpatur in cephalalgiis chronicis ab ☉e externo, vel frigido vel æſtuoſo vel ſqualido, ſeu ab odore fœtido.

Modus uſurpandi varius eſt: vel enim integra planta in mortario cum ſufficienti quantitate aquæ verbenæ & florum perſicorum contuſa ſub forma cataplaſmatis fronti cum linteo duplici circumponitur, quod optimum; vel ſi decoctum ex hac radice factum in ▽ verbenæ ſeu aqua betonicæ circumligetur fronti; aut radix pulveriſata

tantùm

tantùm cum ▽ verbenæ inſtar epithematis fronti applicetur, præprimis ſi talis ſit capitis dolor, ut metuatur eryſipelas : in quo caſu humidiuſula non conveniunt.

RHODIUM LIGNUM.

Lignum Rhodium, das Roſenholtz/propter odoris gratiam, ſatis notum & uſitatum, ſub nomine aſpalathi quibusdam venit, utut varia ſint aſpalathorum genera: vid. *Autor noſter.*

Debet eligi, quod eſt valdè denſum, & valdè odoratum, guſtu valdè amarum, & benè denique ponderoſum. Has 4. conditiones debet habere, quando recipitur in uſum Medicum; utut rari ſit uſus, quoniam lignum eſt pretioſum; & vires, quas veteres adſcribunt, adſtrictorias & contra ulcera, cùm non habeat lignum noſtras, propterea putatur, quod lignum Rhodium veterum ſit aliud à ligno Rhodio modernorum. A quibusdam noſtrâs ſolet præſcribi in affectibus renum calculoſis ſub decocti forma, ſed rarò.

Proſtat in officinis ℥ ligni Rhodii, quod magis propter odoris gratiam, loco genuini roſarum olei aliis admiſcetur, quàm uſu Medico habetur, quoniam eſt pretioſum. Tantummodò adhibetur ad coſmetica, pulveres, unguenta & balſama odoriſera, & ſimilia coſmetica.

Interim curioſum eſt, dum ex raſura hujus ligni, addito ſaccharo ſpiritum per fermentationem parare docet Ludovici *Pharmac. pag.* 707.

RHAPONTICUM VULGARE.

Rhaponticum vulgare eſt ſpecies lapathi, & folia habet ſimillima lapathi foliis, quæ folia nervea ſunt, longa, acuta; caulem altum gerit, & fert flores parvos. Nomen habet à fluvio Rha in Moſcovia, in cujus ripis, ut & Italiæ alpibus, hoc rhaponticum vulgare creſcere ſolet. Duo autem ſunt rha; ſcil. barbarum verum in Thracia & China, & rha ponticum. Rha ponticum iterum duplex eſt: verum ſeu Thracicum, vel eſt vulgare, quod aliàs à quibusdam etiam vocatur centaurium majus, à Chirone Centauro, quoniam ab ipſo in uſum Medicum fuit tractum. Rhabarbarum iterum eſt verum, & Monachorum, hoc cum vero rhabarbaro convenit, niſi quod imbecilliùs laxet, ideoque in dupla doſi, reſpectu veri, eſt præſcribendum. Conf. Caſparus Hoffmannus *de Medicament. Officinal. p.* 65. 192. & 350. Quoad rhaponticum vulgare, uſurpatur tantùm radix; quæ cum ex Italia ſoleat afferri, ſæpiùs eſt adulterata, & vetuſtate corrupta, ideoque in officinis ferè exolevit: propterea eligenda eſt radix acris, amaricans, adeoque occultum quaſi aroma repræſentans.

Pro uſu alterativo multum laudatur in chronicis affectibus, vi abſterſivâ, & acidorum vitioſorum correctivâ, ſimulque toni viſcerum aliquali ſtypticitate conſervativâ. Non immeritò quoque commendatur pro uſu vulnerario internè & externè; imprimis ubi ſanguinis congrumati reſolutione opus eſt: Hinc in caſu ab alto, indeque ſanguine coagulato, in ruptione partium internarum, hæmoptyſi, tuſſi inveterata, pleuritide, dyſpnœa, aliisque ſimilibus affectibus, maximè uſitatum fuit veteribus. Quæ omnia oſtendunt vim acidi correctivam, viſcidorum diſſolutivam, adeoque, ut vocant, viſcerum abdominis aperitivam. Iisdem facultatibus rhabarbarum verum pollet, niſi quod prærogativam quandam habeat, ejusque uſus ſit in affectibus cachecticis.

Quintam eſſentiam centaurii majoris præparandam commonſtrat, uti etiam uſum in Medicina, Faber *in Myrothecio ſpagyrico.*

RHAPONTICUM VERUM.

Rhaponticum verum ſeu Thracicum ex Aſia afferri ſolet, quod etiam vocatur κατ' ἐξοχὴν rheum: valde ligant autores, quodnam verum ſit rha ponticum officinale? cùm apud modernos non adeò frequenti ſit in uſu, ſed autoritate veterum ad nos pervenerit, & ſaltem in hortis creſcat.

Quoad uſum ergò & adhibendi modum, videatur Proſper Alpinus, qui ſcripſit elegantem *Tractatum de Rhapontico vero*, in quo etiam de ejus effectibus & effigie. Modernis non eſt in uſu, quoniam, cùm ignota ſit, facilè exoluit; imprimis cum afferatur ex Aſia, adulteratur à mercatoribus valdè.

RHUS.

Rhus coriaria ita dicitur à Græco ῥέω, quod idem eſt ac ἐρυθρὸν ſeu rubrum, propter acinorum ſeminalium colorem rubicundum; & quod coriarii & tinctores acinis hiſce ſeminalibus contuſis ſub nomine Schmack/pro corio & pannis colore nigro tingendis, copioſè utantur: ovem enim præcipitât ex Glo, unde quandam analogiam cum gallis & glandibus quercinis habere videtur. Obſervetur autem diſtinctio, ne fiat confuſio inter rhus & ruſcum, den Mäuſedorn. Arbores vocant ſumach, unde Germanis corruptum iſtud vocabulum, Schmack ortum, vulgò vocatur Färberbaum.

Uſum Medicum agnoſcit ferè nullum, niſi quod flos ejus cum acinis pro uſu adſtrictorio externo (internus enim ejus uſus eſt rarior) ſc. in quibuscunque hæmorrhagiis, & aliorum humorum fluxibus, adſtringendo & contrahendo fibras, laudetur, in ſpecie in procidentia uterina: nempe fomentetur cum vino, cui rhus incoctum, & reponatur

Digitized by Google

natur in locum debitum: unde ex fructu & foliis floribusque contuſis ac decoctis inſpiſſatus ſuccus pro ſcopo adſtrictorio à quibusdam uſurpatur. Imprimis ſub gargariſmatis forma adhibetur in ſcorbuto oris, putredine & corroſione gingivarum, & hinc dentium vacillatione. Hinc infuſum ejus oculis variolis clauſis inſtillari ſolet ad eosdem aperiendos. Præterea flos ejus clyſmata chirurgorum ſtyptica adſtringentia ingredi ſolet.

RIBES.

Ribis fructus omnibus ſatis eſt cognitus, qui vel ruber eſt, vel albus. Foreſtus *l.* 25. *Obſervat.* 18. *in ſcholio nigrorum* quoque mentionem facit; & horum foliorum, quæ odorem urinæ felis referunt, M. j. decoctis addere jubet; ſic enim pro uſu diuretico in iſchuria & ardore urinæ commendat, ut etiam ſanguinem cum lotio reddere faciant.

Interim ribes rubræ potiſſimum in uſu pharmaceutico ſunt, & ſapore ſuo blandè acido cum rubo idæo, ceraſis, & berberibus conveniunt in febribus ardentibus, pro temperando ſale volatili nimis oleoſo, acri, & copioſo in MS. ſeu, ut veteres dicunt, in affectibus bilioſis, & inde nato æſtu & ebullitione ſanguinis compeſcenda & reſtringenda, quoniam acida ſimul cohibent fermentationes p. n. & coagulant MS. nimis fluxilem & diſſolutam: corrigunt etiam incaleſcentiam corporis ex ebullitione ſanguinis obortam, & hinc dicuntur refrigerare. Aciditate moderatâ vim obtinent adſtringentem, coarctando fibras; unde grata ſunt ventriculo, quem roborant & conſtipant, item vomitibus & diarrhœis, ſupervenientibus morbis malignis & febribus ardentibus medentur, modò non ſuccus ſit nimis recens, ubi fermentando diarrhœas inferre poteſt. In febribus ardentibus, in æſtate poſt nimium potum poſt ſudorem, ſuccus & ſyrupus uſitatè permiſcetur julepis & potionibus, quoniam ſitim reſtringunt, & calorem mitigant, & moderatè adſtringunt.

Succus inſpiſſatus vocatur rob ribium.

Proſtant etiam baccæ conditæ, quæ ſolent præſcribi in electuariis æſtum febrilem attemperantibus, & ſitim reſtinguentibus in febribus ardentibus & malignis.

ROSA.

Roſarum frutex eſt vel ſylveſtris vel domeſticus. De ſylveſtri ſupra egi ſub nomine cynosbatus. Roſæ domeſticæ ſunt, quæ coluntur in hortis. De his non immeritò dicit Plinius *lib.* 1. *Hiſt. Natural. cap.* 3. quod ſit princeps florum, & maximum terræ hortorumque decus, & panacea morborum, & pharmacopœorum. Inter has roſas, quarum mille ferè ſunt ſpecies, duplex iterum eſt differentia: aliæ namque ſunt albæ & pallidæ ſeu incarnatæ, & odoriferæ; aliæ verò rubræ, & hæ vel odoræ vel inodoræ. Roſæ rubræ ſuaveolentes vocantur etiam moſchatæ, ſeu Damaſcenæ, propter ſuavem odorem, quæ cum incarnatis ſunt optimæ, pòſt aſſumuntur rubræ roſæ inodoræ.

Hæ 4. ſpecies imprimis ſunt officinales. Sed reverà, niſi odorem excipiamus, pauca eſt differentia. Et quidem pro varietate præparationis nunc colliguntur, dum madent rore matutino; nunc ſine eo: ſic pro laxatione & purgatione recipiuntur, dum ſunt madidæ rore matutino, qui habet vim ſalino-nitroſam, abſterſivam & laxativam, & quô concentrantur roſarum particulæ laxativæ, quæ accedente ſole exhalant.

In roſa enim duplex conſideranda ſubſtantia medicamentoſa: vel eſt ſubſtantia volatilis odorifera nonnihil laxativa, item ſpirituum confortativa, & conſiſtit in ſubtili & volatili oleo cum ſale volatili minus acri juncto, quæ propter acidi in oleo defectum minus in concreto concentrata ſunt, ſed propter raram ſed texturam, & ob aquæ ſeu phlegmatis uberiorem miſcelam nimis diſſuuntur, indeque particulæ hæ facilè evaporabiles, & à concreto ſeparabiles & diſſipabiles exiſtunt. Qualis volatilis oleoſa textura roſis pallidis & moſchatis, floribus liliorum convallium, caryophyllis hortenſibus, violis &c. ineſſe videtur, mediantibus quibus particulis & odoratum movent, & vi ſimul analepticâ & laxativâ pollent, adeo, ut Poterius dicat; quod pulvis roſarum ad 3j. exhibitus egregiè ſoleat purgare; id quod intelligendum imprimis eſt de roſis pallidis & de moſchatis, hinc ſyrupus etiam roſarum pallidarum aut Damaſcenarum, rore matutino adhuc madidarum atque repletarum, cum multiplici infuſione ſine coctione paratus, blandè alvum laxat.

Syrupum roſarum laxativum compoſitum habemus apud Freitagium *Auror. Medic. cap.* 8. qui valdè commendatur ab eo ad hydropem & icterum. Syrupum roſarum ſolutivum aureum cum rore majali paratum videbitis in Timæi *Caſibus p.* 418.

Syrupus roſarum regius obtinuit nomen à Medicis Pariſienſibus, quia fuit Regi Galliæ, Franciſco, in deliciis.

Particulis dictis volatilibus in roſis aridis & ſiccis exhalatis, remanet ſecundò ſubſtantia, paulo fixior adſtringens, ex concreto terreo-ſalino texturæ quaſi alcalinæ conſtans. Textura hæc eſt alcalina, quatenus acida deſtruit: eſt etiam ſimul ad-

Digitized by Google

ſtringens, quatenus ſubſtantia ☿ea cum acido nonnihil juncta textura adſtringens quaſi aluminoſa emergit; unde & iſta ſubſtantia naturæ alcalinæ ex ſubſtantia terrea cum acido ſubtili, ſed non ritè ſaturato, juncta nata videtur (quod tamen ceu paradoxon obiter inſinuo) quæ ipſa vis in ipſa florum ſubſtantia obſervatur, & tam coctione elici, quam in ſubſtantia foliorum ſiccatorum uſurpari poteſt. In hac vis adſtrictoria dicta roſarum & refrigeratoria primariò conſiſtit; quapropter foliola roſarum albarum uſurpantur in fluxu albo mulierum. Unde coctionem longam ferre non poſſunt, ubi aliàs, ſi exhalat ſpirituoſa illa & aërea qualitas odorifera, & laxativa portio, loco hujus vim adſtrictoriam & amaricantem acquirunt.

Has inter duas ſubſtantias roſarum, media quaſi, poſteriori tamen magis affinis, naturæ eſt eſſentia ſeu extractum roſarum ſuccoſum, ex repetita infuſione roſarum in aqua ſimplici blanda evaporatione paratum.

Hactenus dicta in roſis odoratis in ſpecie conſpicua ſunt; rubræ enim inodoræ albæque de priori volatili ſubſtantia parum admodum participant, ſed qualitate poſteriori magis impræguatæ ſunt.

Ex hiſce ſequitur: roſas quoad priorem volatilem ſubſtantiam eſſe calidas, quoad poſteriorem eſſe frigidas; unde etiam aqua roſarum deſtillata per ſe calida, per vas verò plumbeum deſtillata frigida erit, de quo conferatur Tacchenius *Hipp. Chym. p.* 135.

Vi analepticâ & ſpirituum animalium roborativâ, ambræ ſimili, imprimis uſitatæ ſunt; ſicut & ea ipſa, quæ ſuprà de floribus borraginis, bugloſſæ, & ſucco dulci pomorum dicta ſunt, reverà floribus roſarum Damaſcenarum applicanda.

Fermentando ſuggerunt ſpiritum ardentem fragrantem, egregium analepticum, confortativum, qui ſpiritus labentes, lipothymiam & ſyncopen imminentem arcet, & vires refocillat; cujus vis refectiva exaltatur admiſtione ambræ: unde ſunt, qui miſcent aliquantum ambræ pulveriſatæ cum foliolis roſarum fermenteſcentibus, & ſic fermentationis medio recluſa ambra ſpiritum ſuâ ſubſtantiâ impræguat, & ſpiritum roſarum ambratum, remedium ſuaviſſimum, ſummè analepticum, conſtituit, quod optimè pro eſſentia ambræ aſſumi poteſt, acquiriturque ſimul aqua ambram redolens. Optimè procedit negotium, ſi ſucco roſarum expreſſo paucum ambræ miſceatur, & invicem fermententur.

Multiformia alia ex roſis deſtillantur remedia, quorum farraginem videbitis in Deodati *Pantheo Hygiaſtico:* Omnes tamen eò recedunt, ut vel ſubſtantiam volatilem odoriferam analepticam exaltent, ut ſunt ▽ roſarum, ſpiritus roſarum ſimplex & compoſitus, quò pertinet ſpiritus roſarum ambratus, julebus roſarum, oleum roſarum deſtillatum &c. ut hoc ipſo acquirantur remedia ſpirituum vitalium & animalium reſtaurativa & confortativa; vel ſubſtantiam ſtypticam refrigerantem alcalinam adſtringentem magis exaltent, uti ſunt conſerva roſarum, ſyrupi roſati non laxativi, olea inſolata, & ſimilia ex roſis inodoris, vel mediante coctione, aut diuturna digeſtione præparata: quæ ipſa in vomitu, diarrhœa, dyſenteriis, hæmorrhagiis, imminente phthiſi à lympha acida, ulceribus & inflammationibus faucium, &c. in uſu ſunt.

Conſerva in ſpecie bilem atram ſeu aduſtam corrigere, ſpiritus coinquinatos mundificare & corroborare, hominemque exhilarare dicitur.

Freitagius *in Aurora Medicor. cap.* 8. *pag.* 426. 435. item Timæus *in Epiſt. pag.* 421. Wedelius *in Pharmacia p.* 109. & alii ex his recentibus rore matutino madidis conſervam laxativam elegantiſſimum & ſuaviſſimam cum manna Calabrina, loco ſaccharo, parant iis, qui adſtrictioris ſunt alvi, ſimulque delicati, commendabilem.

Oleum deſtillatum ex roſis eſt paradoxon chymicum, rariſſima avis, & una libra roſarum vix unam alteramve guttulam dabit olei. Sunt tamen quædam enchiriſes, quibus volunt copioſum oleum elicere: ſed non ſemper reſpondet effectus ſententiæ. Et mirum eſt, quod maximè odori flores, uti ſunt jaſmini, lilior. convallium, roſarum &c. pauciſſimum oleum ſubminiſtrent, qui tamen odor in oleo conſiſtere putatur. Nam odor eſt à ſulphure, quod concentratum dat oleum: ſingularem tamen olei roſarum parandi modum, mediante quo oleum, butyri inſtar, aquæ ſupernatat, docet Billichius *in obſervat. paradoxis Chym. pag.* 29. Conferatur etiam Eichſtadius *de Confectione Alchermes*, qui modum olei roſarum deſtillandi per linteum roſtro alembici annexum docet. Interim non negligenda venit Encheiriſis Glauberi, qui pro oleo roſaceo parando recipit flores in ſpecie roſarum nondum explicatos, ex quibus oleum roſarum parare intendit: vid. *Oper. Vol.* 1. *pag.* 24. & *P.* 2. *pag.* 174. Rhumelius equidem *Oper. pag.* 132. oleum per alembicum cum ▽ ſæpius cohobatum promittit, ſed parum admodum erit, quod hoc modo acquirit. Sunt qui oleum ſingulare hoc modo parare volunt.

℞. *Folia roſarum* in umbra exſiccata: affundunt ▽m propriam, digerunt per 18. dies noctesque in fimo equino, deſtillant

per

per ℳ. tunc in fundo manet oleum roſarum rubrum perſpicuum, moſchi odore.

Roſæ rubræ inodoræ refrigerant, & potenter adſtringunt, imprimis exſiccatæ, & nullam habent vim purgantem: ut exinde conſtet, quod vis laxativa roſarum ſolùm à particulis odoriferis dependeat. Vis hæc adſtrictoria conſiſtit in particulis terreis, & acido pauco, unde hæmorrhagias & alvi fluxus cruentos ſiſtunt. Vim quoque habent refrigerativam, hinc flores oleo infuſi egregiè refrigerant in inflammationibus, ulceribus, ac quibusvis ſanguinis excretionibus. Denique vim quoque habent conſolidativam, hinc conducunt in phthiſi, ſeu ulcere pulmonum. Hæ vires omnes conſiſtunt in particulis terreis, aluminis ad inſtar, cum acido nonnihil fixis miſtis. Subſtantia hæc foliorum roſarum ſtyptica patet ex experimentis Boyleanis de coloribus, dum nempe decoctum vel infuſum foliorum roſarum, uti & quarumlibet plantarum adſtringentium, eundem effectum præſtat, quem vitriolum cum decocto gallarum, præcipitando vitriolum in colorem nigrum ſeu atramentum; ob roſarum nempe alcali, acidum ſupprimens: quod atramentum, cum roſis rubris factum, ex inſtillatione aquæ fortis nigredinem perdit; cui ſpiritus urinæ infuſus nigredinem reddit. Hinc tinctura roſarum cum phlegmate vitrioli rubedinem retinet. Præterea notatu dignum eſt, fumum ſulphuris acidum roſas rubras convertere in albas: acidum namque ♁is ſaturat particulas terreſtres roſarum rubrarum, earumque texturam planè invertit.

Varia quoque ex iis præparantur medicamenta. Proſtat in officinis ſyrupus de roſis ſiccis, qui convenit pro uſu adſtrictorio: unde medicamentis internis antiphthiſicis, & hæmorrhagias ſiſtentibus admiſcetur pro ſapore, & quia ſimul habet vim adſtrictoriam.

De aqua roſarum deſtillata notum, quod habeat leviter adſtringentem vim, & leniter refrigerantem. Obſervetur tamen, quod vulgariter per organum cupreum deſtillatæ adhuc inſit quoddam ſubtile, occultum ac inſenſibile acidum: de quo videri poteſt Tachenius *loco allegato & ſequ.* 1. ubi comprobatur experimento egregio tale acidum in aqua roſarum; & propterea ſimus cauti in ejus applicatione pro refrigeratione, quoniam auget potiùs malum, quam quod leniat. Uſitatum eſt, in doloribus oculorum cum linteis illam applicare: ſed nunquam ſoleo præſcribere tali in caſu aquam roſarum. Modi deſtillandi ▽m roſarum ſunt varii, per retortam, per balneum Mariæ, per organum vitreum, & per organum cupreum &c.

Oleum roſarum rubrarum, uti & reliquarum ſimplex refrigerare, & nonnihil adſtringere dicitur: nempe oleum commune infundendo & decoquendo acidum ſuum ſaturat alcali roſarum, quô ipsô impræg-natum oleum refrigerare, & hinc adſtringere nonnihil dicitur; unde inungi ſolet hôc ipsô regio epatis & renum, in nimiis ardoribus.

Oleum compoſitum adhibetur in inflammatione partium externarum, quam praxin Chirurgis relinquo.

Conſerva roſarum rubrarum eſt inſigne ſtypticum & adſtringens; hinc etiam talis conſerva, vel nuda, vel vitriolata ſeu ſpiritu vitrioli irrorata, uſitata eſt ad compeſcendum vomitum, hæmoptoen, & fluxum alvi, modo minor ſacchari quantitas ſumatur. Item talis conſerva roſarum rubrarum antiqua expertum eſt remedium in phthiſi & ulcere pulmonum, jam à veterum temporibus multis nominibus commendatum à Galeno. Vocatur etiam à quibusdam, & quidem vulgò, ſaccharum roſarum. De uſu hujus conſervæ in phthiſi videatur Foreſtus *lib.* 16. *obſ.* 58. item Schenckii *Obſervationes*, ubi *de phthiſi*: uti etiam Valeriola *lib.* 5. *obſervat.* 5. uſurpatur ſc. ad adſtrictionem & conſolidationem ulcerum pulmonum, ubi præmiſſa ſunt ulcus purificantia, & adhibetur vel nudè, vel adduntur pulveres appropriati; ſic ſolet Poterius miſcere ſuum antihecticum. Alii addunt terram ſigillatam vel lapidem hæmatiten, addendo ſcilicet ℥j. conſervæ roſarum, ʒß. ad ʒj. ♁æ ſigillatæ vel lapidis hæmatitis. In omnibus fluxionibus, ubi opus eſt adſtrictione, ut hæmoptyſi, eſt egregia conſerva roſarum cum ſemine papaveris, ſemine hyoſcyami, vel bolo Armena, & ſub forma vel boli, vel electuarii cum ſucco portulacæ vel plantaginis exhibita.

Tinctura, cujus præparationem addidit Autor, præparatur cum ſpiritu vitrioli, quæ, ſicuti aliæ tincturæ, ſolet uſurpari, ut inſtilletur vel potui, vel admiſceatur julepis in febribus ardentibus & morbis acutis pro moderata refrigeratione & refectione, ſitique reſtinguenda. Zwelfferus elegantem parat tincturam cum ſero lactis, acidulato cum pulpa tamarindorum, quæ blandè laxat, & loco juleporum in febribus ardentibus benignis uſurpari poteſt.

ROS SOLIS.

Ros ſolis ſeu rorella plantula eſt ab antiquis neglecta, de quo multa circumferuntur, quæ tamen adhuc ſunt dubia. Moderni imprimis multum tribuunt liquori limpidiſſimo, ejus foliolis continuò inſi-

Digitized by Google

denti; licetenim ros hic aliquoties abſtergatur, ſemper tamen intra dimidiæ horæ ſpatium iterum ſunt repleta ſucco, non obſtante, quod tempore æſtivo, & præſertim diebus canicularibus, ingenti urgeantur caloris æſtu. Unde Chymici arbitrantur, ſal univerſale aëreum, ſeu ſpiritum mundi, in his guttis latitare, & concentratum vel coagulatum eſſe: hinc Arnoldus Villanovanus miratur, quare homines ægrotarent, ubi hic ſuccus proſtaret tanquam panacea & cordiale ſummum in omnibus morbis. Etiam Rulandus commendat eam præ reliquis plantis, plantamque ferè divinam appellat. Modum collectionis dat Autor.

Hæc, utut creſcat in locis humidis, ut madeat ſemper rore; nihilominus ſaporis eſt acris & penetrantis, & conſtat copioſo ſale volatili acri. Imprimis frequenter commendatur in areſcentia & ariditate corporis noſtri, in affectibus pectoris, in ſpecie in phthiſi curanda, propter vim humectandi, & ita tabem præcavendi, videatur Schenckius *obſerv. de Phthiſi.* Habetur etiam pro inſigni confortativo, uti habet Autor. Alii hunc uſum negant propter acrimoniam, de qua videatur Lobelius *in Animadverſionibus*; ſed hanc plantam in morbis malignis convenire aſſerunt. Credo, quod in hac herbula multa lateant arcana, non omnibus nota.

Ros ille inſidens inflammationibus externis, ut & vulneribus oculorum, ſugillationibus, vel in caſu ab alto, vel à plagis, vel aliter ortis, ſummum eſt ſolatium. Commendant etiam in cachexia. Plura de hac planta habet Autor, ſed per experientiam non ſatis ſunt probata.

Paratur etiam exinde eſſentia cum ſpiritu vini, quæ maximè dicitur cordialis, & ſpiritus animales reſtaurativa.

Sunt, qui aquam rorellæ cum vino deſtillant, quam mirè commendant pro uſu reſtaurativo, & reficiendis ſpiritibus animalibus, in cordis palpitationibus, tremore, ſyncope, & lipothymia, in tuſſi & aſthmate, pro adjuvanda expectoratione. Sed reverâ defectu ſolidæ experientiæ aut fundatæ rationis omnia ſunt dubia, indeque etiam rari uſus. Conferatur imprimis Velſchius *Hecatoſt.* 1. *p.* 119. ſicuti hanc plantulam ovibus maximè noxiam eſſe, obſervatum eſt *in Actis Medicis Hafnienſ. Vol.* 4. *pag.* 162.

ROSMARINUS.

Ros marinus, qui etiam vocatur Libanotis coronaria, ſimplex eſt polychreſtum, virtute & texturâ aromaticâ egregiè inſtructum, ita, ut loco exoticorum aromatum commodè à nobis poſſit ſubſtitui, cum æquè ac iſta in ſtomachi, capitis, & uteri affectibus, & quibusvis chronicis morbis, egregium ſit ſimplex. Sanè non pauci ſunt, qui inſtar panaceæ extollunt hanc plantam.

Vis autem ejus conſiſtit in ſale volatili ſubtiliſſimo, admodum tamen oleoſo, vimque obtinet balſamicam; unde totis menſibus hybernis eadem viret. Uſu interno ſpeciatim ſpiritibus animalibus, & hinc capitis ac nervorum affectibus, adeoque & uterinis morbis præcipuè confert. In apoplexia ergò, paralyſi & epilepſia, lipothymia, aliisque affectibus nervorum, & in virium reſtauratione, certiſſimum eſt remedium, & melius vix datur; unde nulla aqua analeptica aut apoplectica erit, aut eſſentia, quam non herba aut flores anthos ingrediantur. Solo decocto rorismarini curari epilepſiam, autor eſt Lindanus, quod etiam ſpecificè commendatur contra paralyſin, ſi hauſtô hoc decocto paralyticus ſudet: Hinc decoctum hoc in uſu eſt in affectibus catarrhalibus diuturnis, adeò, ut nec ligno ſaſſafras, nec juniperino cedat. Poſt uſum cephalicum & nervinum autem decantata eſt hæc herba pro uſu arthritico, ſuffocatione uteri, & in ſuppreſſione menſium. Contra ſterilitatem mulierum à multis ſpecificè commendatur, præſertim in illa ſterilitate, quæ ex debilitate uteri, hoc eſt, fibrarum ejus atonia, & ut vulgò vocant, intemperie humida & frigida, originem ducit; unde pariter in fluore albo mulierum egregium ſpecificum eſt, cujus decoctum ceu expertum commendatur à Lindano *in Collegio ſuper Hartmannum.* Alii ternarium ſimplicium meliſſam, mentham, & rosmarinum, commendant ad eundem fluorem album. Ad corroborandum fœtum & abortum præcavendum ex rore marino parata remedia conveniunt. Præter has virtutes decoctum roris marini ceu arcanum commendatur ad curandas ſcrophulas expectando ſudorem.

Externè folia & flores frequenter adhibentur ad paralyſin, & apoplexiam in balneis vel alio; item cum formicis pro arcenda ſterilitate.

Quoad præparata, proſtant in officinis ſal, eſſentia, ſpiritus per fermentationem paratus, aqua, conſerva, oleum deſtillatum, & vinum rorismarini.

Spiritus in affectibus nervorum & capitis inſigniter commendatur.

Nota quoque eſt aqua vitæ Reginæ Hungariæ, quæ nihil aliud eſt quàm ſpiritus rectificatus, ex rore marino nempe, cum ſpiritu vini digeſto deſtillatus, ad quamplurimos affectus internè & externè, præſertim morbos articulorum & nervorum convulſivos.

Eſſentiam

Digitized by Google

Eſſentiam Epiphanius Ferdinandus *Hiſt.* 46. mirabilem eſſe dicit in affectibus capitis & nervorum; quæ paratur ex floribus: extrahitur nempe per ſpiritum proprium, qui affunditur aliis floribus, & fit eſſentia, quæ abſtracto ſpiritu inſpiſſatur in formam extracti, quod per aliam eſſentiam diſſolutum, egregium dat remedium. Zapata Medicus Italus *in Clave Medicinæ* multus eſt in laudanda rorismarini aqua & eſſentia, adeò ut tantùm non panaceam faciat ex rore marino.

Vermes ſingulares alatos in rore marino, eſſentiam fragrantiſſimam ſuppeditantes, videbitis in M.A.N.C. *Ann.* 2. *obſ.* 189. *p.* 292.

Conſerva florum anthos, ingreditur electuaria & remedia alia, item morſulos, pro affectibus capitis catarrhalibus diuturnis, & uteri. Memoriam ſingulariter confortare dicitur, uti etiam oculos, item præſervare ab apoplexia & paralyſi, imprimis in ſenibus: cum tantillo enim olei deſtillati efficaciſſima eſt in vertigine.

Oleum, imprimis ex floribus deſtillatum tàm internè quàm externè in apoplexia & paralyſi, vertigine aliisque cephalicis & uterinis affectibus confert. Refert Simon Pauli, ſe aliquoties obſervaſſe, quod tertianæ nothæ per 4. vel 5. guttas olei deſtillati roris marini in appropriata aqua aſſumpti beneficio ſudoris fuerint curatæ.

Alio modo per deliquium liquor ſeu oleum magnarum in Medicina virium paratur, ſi flores rorismarini in cucurbita vitrea ſigillata plana radiis ſolis ardentiſſimis exponantur, quo modo in liquorem oleoſum liqueſcunt egregiarum virium.

Panarollus *in Obſervat. ſuis Penteceſte* 3. *obſ.* 25. *pag.* 160. ad quoscunque affectus chronicos, ex vitio ſtomachi oriundos, mirificè commendat vinum roris marini per infuſionem, ex floribus & foliis, infuſis in muſtum, ut ſimul cum eo fermententur usque ad defecationem & naturam vini, qui dein internè pariter ac externè cum fructu uſurpatur. Conferatur ſimul Pauli *in Quadrip. Botan. pag.* 133. Eichſtadius *in Tract. de conf. Alchermes* refert, quod ex ſtercore vituli, qui per aliquot dies paſtus fuit rore marino, poſſit parari elegans pulvis Cyprius odoratus.

RUBIA.

Variæ utut ſint ſpecies rubiæ, nihilominus rubia tinctorum ſativa major hic intelligenda venit. Veteribus non ita fuit cognita; proſtat tamen mentio ejus ſub nomine ἐρυθρόδανον, Germanis **Färber-Röthe**/ ex uſu mechanico, quod radix ejus pro pannis ac linteis colore rubeo tingendis tinctoribus inſerviat.

Radix in uſu eſt, quæ inter vulneraria & aperitiva primaria recenſetur, utut non adeò frequenter uſurpetur: in ſpecie autem vi ſanguinem coagulatum diſſolvendi, hincque per urinam evacuandi optimè pollet. Referunt uſum quemcunque hujus radicis inſequi urinam colore rubro tinctam, utut ſubſtantia urinæ non immutetur. Timæus *in Caſibus p.* 180. decoctum hujus radicis in ſuppreſſione urinæ, à ſanguine grumoſo facta, commendat; ſicut etiam radix hæc decocta in poſca, id eſt, aceto & aqua, laudatur in caſu ab alto, & ſanguine congrumato. Noſtratibus in uſu eſt maſſa ex pulvere hujus radicis, quæ in ſpecie dicitur Crap, tincturæ pannorum inſerviens. Hæc enim in aceto vel in vino bulliata in caſu ab alto, in ſubluxatione vertebrarum dorſi, ordinarium plebejorum eſt refugium; mirabilem enim vim habet ſanguinem, & quosvis ſuccos corporis grumoſos diſſolvendi, potenter ſudorem ciendi, & his mediis contorſionem vertebrarum dorſi curandi; de qua Crap vid. Schrœderus *in App. Pharm. Medico-Chymico p.* 20. ſubinde etiam contra icterum flavum, hydropem, ac ſimiles affectus chronicos, uſu alterativo & diuretico non incommodè cum aliis propinatur.

RUBUS.

Rubus duplex eſt: vulgaris ſeu caninus, die **Brombeer**/ & rubus idæus, die **Hindbeere**.

Rubus vulgaris ſuggerit folia, & fructus, qui mora rubi ob ſimilitudinem audiunt, & colliguntur immaturi pro ſcopo adſtrictorio: id quod etiam de moro & ejus fructu fuit dictum. Obſervetur autem, quod fructus hic à veteribus etiam vocetur morum, & diſtinguantur mora in mora celſa, & mora rubi: Mora celſa Germanis vocantur die **Maulbeere**/ mora rubi verò die **Brombeere**.

Ambo adſtringunt, unde in profluviis quibuscunque conveniunt, & propter hunc uſum adſtrictorium ex his duobus rob diamorum Nicolai ſolet parari, quod promiſcuè ſolet uſurpari in gargariſmatis ad collutionem aphtharum, & reliquorum ulcerum ac vulnerum oris & gingivarum.

Mora matura non ſunt uſitata.

Folia adſtringunt & exſiccant; quam ob cauſam herpetes cutis ſanant, oris aphthis & ulceribus, Galeno teſtante, medentur; ſicut & in vulneribus internè & externè uſurpantur. Virtute adſtrictoria ſimilia ſunt gallis, corticibus granatorum, corticibus juglandum viridibus, & habent in ſe occultum alcali, demonſtrante Tacchenio. Ratione hujus, inquam, folia rubi canini certè ſingularia ſunt contra tibiarum ulcera;

Digitized by Google

hinc Gabelchoverus *Cent.* 4. *Curat.* 5. ſub forma decocti vulnera & ulcera tibiarum profunda & inveterata curaſſe teſtatur.

In talibus ulceribus, quæ ſimillima phthiſi inducunt ſymptomata, febrim lentam & hecticam cum atrophia, ſi folia ſeu ſummitates hujus rubi in vino decoquantur, & hoc vinum decoctionis pro lotione calidè ſæpius adhibeatur, proſunt. Certè magna vis chirurgica in foliis hiſce latet.

Dixi quod hæc folia, quoad naturam, ſimilia ſint gallis, corticibus granatorum, &c. & propterea vim habeant tingendi capillos colore nigro, uti habet Autor noſter; quod fit eodem modo, quo ex gallis & vitriolo fit atramentum: copioſo enim illæ alcali ſcatent, quod coit cum vitriolo, & abſorbendo atque deſtruendo ejus acidum, particulas Martiales nigro colore præcipitant. Idem fit, quando alcalicæ rubi canini partes abſumuntur à tranſpiratione capillorum, quæ eſt acida.

RUBUS IDÆUS.

Rubus idæus ſatis eſt cognitus, cùm etiam ubique creſcat, imprimis in locis cultioribus.

Fructus dat ſucculentos, qui immaturi conveniunt omninò cum præcedentis rubi canis; ubi autem maturuerint, uti ſunt elegantioris coloris, ita ſunt melioris virtutis in morbis & febribus malignis, pro ſcopo confortandi vires, & arcendi malignitatem.

Succus baccarum eſt blandè acidulus, & odorem habet ſuavem aromaticum, quo vi analeptica & virium reſtaurativâ ſingulari gaudet, unde in febribus malignis, & ardentibus utplurimum commendatur.

Syrupus julepis in hoc caſu admiſcetur, tanquam expertus; adeò ut Geſnerus *in Epiſtolis ſuis l.* 1. *p.* 4. ſyrupum hunc pro ſcopo analeptico, & confortando ſtomacho quibusvis aliis, omnibusque perlis & gemmis, præferat.

Acetum ex fructibus infuſum, poſt ſudorem nimium in febribus ardentibus uſurpatur, & eſt egregium præſervativum in peſte: poteſt applicari pulſibus cum linteis pro compeſcendo æſtu, & malignitate arcenda in febribus malignis.

RUSCUS.

Ruſcus ſeu bruſcus, der Mäuſedorn. Subminiſtrat in officinas radicem, quæ apud veteres majoris fuit commendationis, quàm apud modernos. Apud iſtos enim inter 5. aperientes majores refertur, & propterea in decoctis pro morbis chronicis, ex lienis & aliorum viſcerum infarctu derivatis, in ſpecie in cachexia, pro alteranda MSeæ fermentatione, eſt uſitata; unde ſyrupum de quinque radicibus ingrediebatur. Præterea in urinariis affectibus, iſchuria, ſtranguria & dyſuria, item in ciendo moderatè calculo, commendari ſolet; ſed leniter decocta, ſiquidem longam coctura non fert, cum vis ejus avolet. Præ cæteris tamen valdè laudatur ab autoribus ad curationem ſcrophularum & ſtrumarum, ſi pulvis ad ʒj. ſingulis diebus matutinis horis aſſumatur in vino, ſive ſola, ſive miſceatur cum radice ſcrophulariæ aut radice filipendulæ. Videatur Sennertus *lib.* 2. *Praxeos*, *cap. de Strumis p.* 131. Jam rari eſt uſus.

Dixi, quod conveniat ruſcus in affectibus urinariis: ad quos etiam revocanda venit gonorrhœa, in quo uſu veniunt fructus, de quibus in conſervam cum ſaccharo redactis, & ā ʒij. ad ℥ß. aſſumptis, experientia proſtat, quod valdoperè conveniant in cura gonorrhœæ in Riverii *Obſervat.* 47. communicata à Fomio: ad quem uſum ſimiliter commendari ſolet ▽ ruſci deſtillata, item conſerva baccarum ruſci.

RUTA.

Ruta hortenſis, imprimis latifolia ſeu communis, officinis ſubminiſtrat ſummitates, item folia cum floribus & ſemine.

Planta ſatis decantata eſt vi alexipharmacâ, diaphoreticâ & ſudorifera contra malignitatem, tàm præſervando à morbis malignis & peſtilentialibus, quàm etiam curando eosdem, adeò, ut vix proſtet mixtura alexipharmaca & theriacalis, quam non ingrediatur ruta. Et quidem in præſervanda peſte à multis commendatur, ſi eſitetur matutino tempore cruda, ſicut & Kircherus *in ſcrutinio Peſtis Sect.* 3. *pag.* 328. de Mithridate refert, quod 4. ſimplicia in peſte pro arcanis habuerit; rutam, allium, nuces juglandes, & pimpinellam: & hæc teſtamento quaſi contra venena reliquit Mithridates. In genere ruſticorum theriaca vocatur à Palmario, qui vires ejus alexipharmacas latius expreſſit *in cap.* 18. *de Febribus peſtilentialibus pag.* 462. Tanti uſus eſt ruta in peſte. Singularem antipathiam & inimicitiam geſtare dicitur cum bufonibus & cum ſerpentibus, ut non poſſint ferre præſentiam rutæ; unde dicunt, quod muſtela dimicatura cum ſerpente, rutam manducare ſoleat, & ſe præmunire, teſte Minderero *in aloëdario pag.* 134. Qui plura cupit, videre poteſt Zacutum Luſitanum *lib.* 1. *Med. Princ. hiſtor.* 31. Ad affectus epilepticos valdopere etiam commendari ſolet planta hæc. Odor eſt ſingularis nidoroſus nonnihil & graveolentus ferè ad ſolanorum & narcoticorum odorem accedens, ratione cujus utilis eſt in arcenda libidine, & cum vitice convenit, ſicut & in gonor-

Digitized by Google

gonorrhœa, ſatyriaſi, & priapiſmo commendari ſolet. Unde ordinarium eſt ingrediens eſſentiarum & aquarum caſtitatis ſive Mynſichtii, ſive D. Michaëlis. Propterea Zechius *Conſ.* 78. & *Conſ.* 16. commendat valdè contra gonorrhœam & priapiſmum pulverem, quem ingreditur ruta.

Portò inter vegetabilia carminantia & anodyna refertur, adeoque reſiſtit flatibus præſertim in infantibus, eosque arcet. Veteres certè ad roborandum viſum ſingulariter commendabant, adeò, ut veteres pictores ſemper ad manus habuiſſe dicantur folia rutæ, quorum eſu viſum ſuum corroborarunt & conſervarunt.

Externè carbunculis peſtilentialibus applicata, vel ſola, vel cum aliis miſta, malignitatem extrahere ſolet. Aliàs recens contuſa cum fermento capiti, item plantis pedum, contra cephalalgiam & æſtum febrium malignarum & ardentium, non ſine ſucceſſu applicatur; imprimis, ubi metuendæ ſunt agrypniæ, & ſimilia mala; quod & de raphano dictum. In flatibus infantum additur clyſteribus carminativis. Arcere etiam dicitur ebrietatem, impr. ſi aliquot ejus folia cum aceto applicentur pulſibus. Si recipiatur decoctum rutæ cum vino, & hoc diluatur os, ceu expertum commendatur contra cariem dentium, & contra gingivas ſcorbuticas, dum ſimul abſumit vitioſam ſalivam in ore ſcorbuticorum, eamque corrigit. Contra pediculos in induſiis ſtabulantes etiam experimentum proſtat ex ruta, ſi ſcilicet induſium immergatur in ejus decoctum, aliquantiſper coquatur, & denique ſiccetur: ſic enim indutum omnes pediculos arcere dicitur, & quamdiu geſtatur hoc induſium, nunquam generari pediculos creditur. Imprimis ſingularem vim habet ruta præſervandi oculos à variolis, ſi appendatur radix rutæ, vel ſola vel cum radice ſcabioſæ, collo. Videatur Lipſius *in eleganti Tract. de Variolis.*

Item, quæcunque partes fricentur cum ruta recenti & viridi, dicuntur manere immunes à variolis.

Acetum de ruta meritò inter bezoardica refertur. De hoc admodum ſalutari in præſervanda peſte Romana & Neapolitana periculoſiſſima vide Kircherum *loco allegato pag.* 370. Succus rutæ permiſceri poteſt medicamentis peſti curandæ deſtinatis: Ad corroborandum viſum fieri ſolent electuaria ex ſuccis rutæ & fœniculi, cum melle miſtis. Succus hic gargariſatus vel extrinſecus circumdatus collo, præſervat, ne poſſint variolæ occupare collum, ubi aliàs res eſt periculi plena.

Extractum rutæ epilepſiæ infantum externè applicatum egregiè confert.

Oleum rutaceum inter linimenta carminantia anticolica primatum ferè obtinet; unde, uti oleum rutaceum, ita etiam mel rutaceum, ſolet miſceri cum clyſteribus carminantibus & anticolicis, propter vim reſiſtendi flatibus.

Nam oleum ejus deſtillatum in doloribus colicis ac morbis flatulentis, aliisque torminibus ventris, imprimis, ubi ſimul metus adeſt epilepſiæ, optimo cum ſucceſſu propinatur, vel clyſteribus carminativis addendo, vel umbilico illinendo; valdopere enim ſe commendat in arcenda epilepſia infantum, ſicut & linguæ applicatum in adultorum epilepſia & apoplexia conducit.

Item ex hoc oleo deſtillato cum oleo nuciſtæ & camphoræ fit balſamus præſervativus in peſte, quô inunguntur tempora & nares. Aqua rutæ deſtillata expertum ophthalmicum eſt, & in collyriis commendari ſolet ad viſum acuendum, & nebulas diſcutiendas; ſicut etiam in inflammationibus oculorum feliciter adhibetur.

Per incinerationem copioſum ſuggerit ſal fixum.

Addatur his quoque ſal volatile rutæ, quod ex ſemine per retortam deſtillando elicitur. Conferatur Wedelius *in ſua Pharm. pag.* 154.

RUTA MURARIA.

Ruta muraria eſt ſpecies quædam adianthi. Dicitur ita, quoniam creſcit in muris & parietibus antiquis calce incruſtatis, item in locis ſaxoſis. Eſt egregia & elegans, virens perpetuò.

Integra herbula aſſumitur. Planta capillaris eſt, imprægnata ſale nitroſo volatili; unde propter hanc texturam in morbis chronicis quamplurimis, & in ſpecie in ſcorbuto, cachexia &c. optima eſt. Hinc Belgici milites, extremè ſcorbuto laborantes ex aſſumpta impura aqua, nullo alio medicamento curari potuerunt, quàm decocto rutæ murariæ adhibito, utut planta exigua ſit. Id quod experimentum fuit B. D. Michaëlis, qui retulit, quod in arce Pirnenſi, à militibus Suecis obſeſſa, omnes ferè milites propter pravam diætam, aërisque liberi defectum fuerint affecti ſcorbuto, & convulſivis contracturis ſcorbuticis; ſed hujus rutæ murariæ uſu perfectè curati. Denique ſanguinis maſſam à ſalibus recrementoſis mirè purgat, & in hoc puncto aliis palmam præripit.

S. SABINA.

Digitized by Google

S.

SABINA.

SAbina ita dicitur, quod Sabinis frequenti ſit in uſu. Duplex eſt: vel foliis tamariſci; vel foliis cupreſſi. Arbor eſt baccifera, quæ accedit ad genera abietum, foliis tamen exiguis quadrangularibus.

Vis hujus conſiſtit in oleoſitate volatili acri; eſt enim amaricans, acris, pinguis, & perquàm oleoſa, balſamicum quid in ſe continens, & propterea perpetuâ fronde viret.

Subminiſtrat præprimis folia pro uſu Medico, qui eſt tàm internus, quàm externus.

Internè inter remedia ſplenetica, & hinc inter emmenagoga, non ultimum obtinet locum. Porrò vi pollet vulnerariâ internâ, præprimis in purificandis vulneribus fœtidis, & ulceribus ſinuoſis, ubi ſcopus eſt partes heterogeneas & varia impedimenta, e. g. globulos injectos, oſſicula, fruſta veſtimentorum, lignorum, vel alia exotica, è vulnere educendi, mireque accelerat vulnerum conſolidationem. In his caſibus internè optimè ſabina vel ſub pulveris forma, aut ſolitariè, aut cum lapillis cancrorum, vel ſub forma decocti cum aliis vulnerariis propinatur, ita, ut ſabinæ ſit pars una & reliquorum vulnerariorum p. vj. Sed cum circumſpectione eſt uſurpanda, quoniam eſt admodum acris. Conferatur de his Felix Wurzius *in ſua Chirurgia p.* 663. A Paracelſo exinde laudatur contra vulnera & fœtida, in quibus ſimul vermes generantur. Inter emmenagoga, abortum, ſecundinas ac molam ejicientia, ac lochia ſtimulantia, herba ſabinæ ex omnibus plantis eſt decantatiſſima mulierculis, ſi decoquatur in vino, vel ſola vel cum artemiſia, vel quacunque alia ratione uſurpetur. Caveant ergo ſabinam gravidæ, quoniam fœtum ſolet interimere, & periculoſiſſima eſt enecare fœtum ſine periculo matris.

Denique externè uſurpata egregia eſt contra lumbricos, & in ſpecie pro enecando verme umbilicali, cujus præſentia infantes planè marceſcunt, & tandem tabidi fiunt. Modus uſurpandi hic eſt:

℞. *Cort. nucis jugland. dimidiam.*

Impleatur cum pulvere ſabinæ vel ſolo, vel cum pulvere vitri Veneti miſto, & umbilico ſuperimponantur; hinc fit ut melle alliciatur, pulveribus verò brevi poſt enecetur vermis.

Videre poteſtis hac de re egregiè agentem Sennertum *lib.* 3. *Prax. pag.* 10. *cap.* 4. *pag.* 984. *& ſequentibus.* Hoc quod habetis in Sennerto, expertum eſt à D. Michaëlis ad curandum vermem umbilicalem infantum, qui vermem digiti longitudine extraxit.

In odontalgia, quæ à vermibus oritur, ſuffitus ejus egregius eſt.

Porro ſabina in vino decocta pro lotione pedis adhibita ulcera pedum antiqua & dyſepulotica curat, extrahendo imprimis vermes, & alias res inconſpicuas, teſte Schmuckio *Theſaur. Med.* 1. *Secret.* 8. Alias in ulceribus fiſtuloſis & cancroſis vino incoquitur cum nicotiana pro purificatione illorum.

Solus etiam ſuccus ſabinæ cum melle miſtus, ſub forma linimenti applicatus, pro ulcerum tibiarum, aliorumque mundificatione & curatione eſt accommodatiſſimus: ſi cum ſucco perſicariæ miſceatur, citius curabuntur.

Alias raſura ligni ſabinæ lienis vitia corrigit, vel ſola, vel cum raſura ligni fraxini vel tamariſci conjuncta, & in forma liquida propinata. Proſtant pilulæ de ſabina Mynſichti, compoſitæ cum aliis egregiis ſpeciebus, quas commendat contra menſium obſtructionem.

Concentrata ſabinæ vis in oleo deſtillato reperitur, quod potentiſſimum & elegantiſſimum ad fortiter pellendos menſes, fœtum ac lochia promovenda remedium, ſi guttæ quædam adhibentur in appropriato vehiculo. Hinc oleum ſabinæ crocinum, Mynſichti vocatum, efficaciſſimè fœtum & lochia & menſes pellit, modo corpus ita diſpoſitum, ut fluere queant menſes. Cæterùm, quoniam ſunt violentæ pilulæ & oleum hoc, non ſunt adhibendæ, niſi in caſibus quaſi contumaciſſimis & deſperatis, quia remedia nimis ſunt fortia. Præterea in odontalgia à vermiculis, imprimis intra alveolos dentium hoſpitantibus exorta, oleum ejus commendatur.

Extractum cum ſpiritu appropriato paratum ſpeciâtim in menſibus fortiter pellendis, & fœtu ac lochiis promovendis, aliisque affectibus uterinis ſimiliter ſolet eſſe in uſu.

SALIX.

Salix, utut ſit varia, nihilominus folia ſalicis communis, contra libidinem, imprimis muliebrem arcendam, uſitata ſunt; ad quam decoctum horum cum vino egregiè valet. Imo per ſalicem non ſaltem imminuitur appetitus mulierc ularum, ſed ſe poſſunt illâ reddere omnino ſteriles, jejuno ventriculo aliquoties potum. Sic contra furorem uterinum, item contra nimiam ſalacitatem mulierum, prodeſt, ſi primo vere ex ſalacis ſurculis tenellis ſauciatis aqua ſeu ſuccus colligatur, & dein cum pane in placentulas formentur, ac mulieribus propinentur, ſic melius coërcetur libido, ut nunquam amplius æſtiment res Venereas, & ſteriles reddantur. His placentulis etiam pulvis julorum ſalicis poteſt addi.

Aliàs internè rari uſus ſunt remedia ex ſalice, ſed potius externè cortices ſalicis, utì & folia,

Digitized by Google

& folia, vaide decantata sunt in balneis contra infantium ariduras atque tabem, si sit imprimis ex veneficio seu fascino, si tali balneo laventur infantes, uti perhibet Gabelchoverus *Centur.* 4. *Curat.* 16. quod confirmat etiam Hartmannus *in Praxi Chymiatrica p.* 64. §. 6. Item in pediluviis adultorum folia salicis admiscentur reliquis, ad inducendum somnum. Unde etiam Bartholetus *in Encyclopedia p.* 204. oleum salicis per coctionem paratum, & temporibus illitum, commendat tanquam elegans hypnoticum pro arcenda ἀγρυπνία.

Fungum salicis exsiccatum & pulverisatum ceu singulare secretum contra phthisin quidam commendant.

SALVIA.

Salvia ita dicta est, quod ad fœcunditatem salubris sit, Græc. ἐυελίσφακον. Est planta aromatica, oleosa, elegans, vel major vel minor, item auriculata, flore cœruleo, albo, & purpureo. Salvia quoque datur aurea, ut & floribus atropurpureis. Imprimis intelligenda venit ea, quæ est hortensis & odorifera: quò magis enim est odorifera, eò magis est aromatica, analeptica, caloris incitativa, stomachica, & cephalica.

Vis ejus consistit in particulis salinis volatilibus oleosis & acribus; quæ in óleo ejus destillato concentrata magis est: hinc folia & flores in affectibus ligamentorum; nervorum, ac tendinum, adeoque in morbis capitis frigidis, vertigine ex consensu stomachi, apoplexia, tremore artuum, paralysi, lethargo &c. nulli ferè cedit, ubi infusum in vino haustum optimum est remedium. Mirè quoque in epilepsia convenit, sicut Monachum quendam epilepticum integrè restituit solo usu vini salviati Rulandus. Videatur Gabelchoverus *C.* 2. *cur.* 39. Vix est essentia vel spiritus apoplecticus, aut liquor cephalicus, quem non ingrediatur hæc salvia. Præterea mulieribus utero, utpote corpori nervoso, ejusque inflammatione dolentibus, salvia internè & externè adhibetur; in specie convenit in morbis cachecticis, febre alba, ex consensu uteri in mulierculis ortis. Itidem commendatur contra sterilitatem mulierum, non secus ac ros marinus. Salviam auriculatam in phthisi cum saccharo comedunt. Strobelbergerus *Tr. de Febribus p.* 30. inter febrifuga reponit salviam recentem, &, ut eò succulentior fiat, cum aceto conspergit, succumque inde expressum ad cochlearia ij. cum aqua appropriata ante paroxysmum exhibet, deambulando post ejus assumptionem. Idem ex Rondeletio commendat salviam, per noctem in vino albo maceratam in quartana.

Externè pariter in vertigine, apoplexia, paralysi, similibusque sic dictis morbis frigidis, nobilissima est.

In scorbuto oris commendatissima est, sive succi salviæ & cochleariæ usurpentur, sive his duobus sub forma decocti gargarisentur gingivæ tumentes, dolorosæ & ulcerosæ, teste Lindano *in Collegio super Hartmannum*, qui decoctô hoc in Belgio quosdam feliciter curavit: Aphthas etiam oris abstergit, si decoquatur in aqua ferrariorum.

Oleum salviæ gratum admodum est partibus nervosis.

Essentia ex salvia, seu elixir & cum spiritu proprio paratum, in tremore, vertigine, & paralysi; est egregium medicamentum, sicut etiam est elegans præservativum senum contra vertiginem & apoplexiam.

Spiritum vitæ salviatum, item aquam epilepticam salviatam Deodatus *in Panth. Hygiastico.*

Sunt, inter quos est Paræus *in Chirurgia*, qui suspectam reddunt salviam ex eo, quod bufones ob singularem sympathiam sæpius circa eandem reperiantur, & eâ delectentur, quibus dein salvia infecta usurpantes interimat, vel saltem truculenta symptomata inducat, de quo conferatur Doringius *in Tr. de Opin. p.* 122. *&* 126. Hofmannus *in Clave p.* 538. & Meierus *in selectis Med. p.* 74. Sed fabulosum hoc existimo, cùm potius verrucæ in radicibus repræsentent bufones. Nec quicquam juvat Kircherum, salviæ hujusque scabiosæ superficiei per microscopium inspectio, quam habet *in scrutinio Pestis cap.* 7. *Experim.* 3. *p.* 71. *&* 72. Ubi rejicit causam in vermiculos, qui salviam incrustent, & dicit; quod crusta illa sit congeries copiosissimorum vermiculorum, & ab his oriantur illa nocumenta, non verò à bufone; hæc ipsa enim phænomena ex naturali salviæ textura oriunda explicata videbitis ab Hoockio *in Micographia p.* 142. Hoc certum est, quod foliæ à rore aëreo, von dem Mielthau/ ærugine corripi, & symptomata truculenta nobis inducere possint. Ærugo enim in plantis nihil aliud est, quam gangræna in hominibus: quando nempe salia sylvestria, ex pruina aliisque malignis halitibus plantis affixa, causantur ejusmodi fermentationem & spirituum dissipationem, unde ærugine illâ animalium pestis seu strages oritur.

SAMBUCUS.

Sambucus arbor est, quæ ità dicitur à sambuca, specie quadam instrumenti Musici, autore Sambice inventa, Germanis Hollunder/ à surculis seu fistulis minus ligneis, sed medullâ potius repletis. Variæ hujus dantur species.

Digitized by Google

Vulgaris reperitur triplicis generis; cum baccis rubris, nigris, & albis: ſed ſambucus vulgaris baccis nigris intelligitur, quod ſit in uſu, de quo elegantem tractatum conſcripſit Blochwizius.

Integrum in hoc ſambuco vulgari ruſticorum continetur pharmacopolium: Vomitorium ſi expetunt, depromunt id ex julis ſeu locuſtis conciſis & comeſtis; ſic ἄνω & κάτω evacuant: quod ſi porentius deſiderant, recipiunt oleum ex arillis baccarum expreſſum: quod ſi catharcticum, aliquod expetunt, cortex medianus viridis, qui ſcilicet griſeum ſequitur, ſe offert: hic vino infuſus, ac bene maceratus, fortiter ſolet purgare, imprimis aquas hydropicorum; hinc à Freitagio *in Aurora* ſua *Medica p.*367. inter hydragoga recenſetur; porro ſi deſiderant diureticum, medulla ligni minutim conciſa, & vino infuſa, potenter urinam movere dicitur: Si diaphoreticum, rob baccarum præſto eſt: Quod ſi porro expectatur ἐυπόϑητον contra paſſiones hyſtericas, ℞ granorum actès, vel potius eſſentia rob ſambuci cum ſpiritu baccarum per fermentationem parata, egregium eſt remedium: Pro augmentando lacte flores ſambuci in lacte vaccino, addito parum ſacchari, coctos, prodeſſe ſæpius expertum fuit. Externè in podagra calida & phlogoſibus eryſipelaceis cortex meridianus viridiuſculus præſtans eſt remedium &c.

Quod attinet vires ſambuci, de diſtinctis ejus partibus diſtinctè quoque erit loquendum. Et quidem primo loco flores ſambuci ſe offerunt, qui ſaporem ſubacrem, viſciditate tenui involutum, moleculisque ſubpingibus contemperatum habent. Uſurpantur internè & externè, internè vi ſudorifera, ut & alexipharmacâ, præditi ſunt; unde decoctum florum ſambuci in lacte aut ſero lactis paratum pro ſudore ciendo eſt elegans in eryſipelate præſervando, ſingulis ℈ decrementis hauſtum: videatur Solenander & Simon Pauli. Quod decoctum non vulgariter etiam convenit in ſcorbuto, & præter vim diaphoreticam moderatam habet vim laxandi. Non purgant, niſi in lacte aut ejus ſero cocti, & tunc obtinent vim moderatè evacuativam; lac quoque mirè augent nutricibus, mediante quo etiam infantibus purpurâ laborantibus conducunt, ſi vel aridorum vel viridium Mj. in lactis ℔j. coquantur, additô parum ſacchari, & decoctum uſurpetur; ſed non nimis diu flores hi ebulliant, aliàs utrique levem diarrhœam cient.

Externè verò antieryſipelacei ſunt; ſicuti tota ſambucus excellens eſt remedium in eryſipelate, & parti eryſipelate affectæ applicantur in aqua calcis vivæ cocti; quod decoctum applicatum eſt egregium remedium, & non metuendum hic mulierum effatum, non eſſe humectandam roſam. Qui verò metuunt periculum, vel cum ſpiritu vini irroratos, vel ſolos pulveriſatos applicant, vel recipiunt pulverem florum ſambuci, & cum farina hordei, ceruſſa & creta inſpergunt eryſipelati, quod diſcutere & mitigare ſolet: additur etiam ſaccharum Saturni, olibanum, & myrrha, & eſt magis conveniens, qualem pulverem deſcriptum videbitis in Mynſichthio. Horum decoctum in ſero lactis vaccini applicatum commendatur ad augendum lac nutricibus. Quin & vi egregiè anodynâ & diſcuſſivâ commendatiſſimi ſunt externè in doloribus & tumoribus partium, ubi diſcuſſione quadam aut reſolutione opus eſt. Unde cum vino vel aqua eorundem capiti circumligati proſunt in cephalalgia, deliriis & vigiliis, ſomnumque moderatum conciliant: ſicut & in doloribus partium vagis ſcorbuticis in lacte cocti optimè conducunt; unde inter cataplaſmata etiam appropriatiſſima arthritica primatum ferè obtinent, & multa præſtant. Multi patiter ſunt uſus in tumoribus emolliendis & maturandis.

Aqua florum ſambuci eſt diaphoretica; unde in variolis & morbillis, aliisque febribus malignis quotidiè inſervit pro vehiculo pulverum bezoardicorum. Externè eſt anodyna; unde quidam in ambuſtis commendant mucilaginem ſeminis cydoniorum, extractam cum ∇ ſamb. in qua aliquot grana camphoræ fuerunt diſſoluta, & mira facit.

Spiritus per fermentationem paratus eſt egregiè ſudoriferus, & in eryſipelate multi uſus.

Ex floribus recentibus tandem conditum paratum nauſeoſum eſt.

Baccæ ſunt polychreſtæ; ſed crudè non adhibentur. Per fermentationem dant ſpiritum inflammabilem, qui aliqualiter eſt ſudoriferus. Expreſſæ vero dant ſuccum in rob iſtud uſitatiſſimum inſpiſſandum, quod quaſi nectar eſt ſenum, & totam M. ſanguineam purificat; hinc in purpura, febribus petechialibus, expellendo maculas, & in eryſipelate, cum cornu cervi ſine △e, aut cum ebore ſine igne, aut aliis pulveribus appropriatis ſociatum, egregiè ſudorem movet.

Poteſt etiam rob ſambuci cum cornu cervi ſine △ in eryſipelate cum febre ardente conjuncta adhiberi, cum aceto florum ſambuci, vel aqua appropriata ſolutum, & ſic pro uſu alexipharmaco & ſudorifero egregium exhibet remedium; quod etiam præſtat in pleuritide & angina, vel ſolitariè, vel cum pulveribus animalium abſorbentibus ſociatum.

Externè

Digitized by Google

Externè hoc rob contra ambuſtiones uſurpatur, diſſolvendo cum ſpiritu vini, & locis ambuſtis apponendo.

Ex hoc ipſo rob elicitur eſſentia rob ſambuci cum ſpiritu vini; Melior tamen eſt, quæ fit cum ſpiritu proprio, vel florum ſambuci, aut utroque conjuncto. Hæc à ʒj. ad ij. vel iij. ſudoriferum optimum eſt in paſſionibus hyſtericis, horum paroxyſmis per ſudorem finiendis, in eryſipelate & ſimilibus, & fuit evporiſton D.D.Michaëlis: ſicut etiam externè illita reſolvit tumorem & ardorem pellit.

Imò & ex baccis nigris exſiccatis contuſis per infuſionem cum ſpiritu vini, vel, quod melius eſt, cum ſpiritu proprio, vel florum ſambuci per fermentationem, paratur eſſentia, quæ etiam dicitur tinctura granorum actes, & doſi cochlearis ß vel & ulterius, contra eryſipelata, & paſſiones hyſtericas egregium eſt remedium, expectando ſudorem: conferatur Hartmannus *Praxi Chymiatr.* item Bartholinus *Obſervat. Anatomicis.* In forma vero extracti poteſt aſſumi à ʒj. ad ʒ ß. Unde facilè poteſt fieri eſſentia uterina compoſita ex caſtoreo, aſa fœtida, & ſimilibus; quæ omnia dant eſſentiam compoſitam. Et ſic etiam fieri poſſunt pilulæ in ſuffocatione uterina uſitatæ, ſi recipiatur extractum paratum ex eſſentia granorum actes, & fiant pilulæ, addito pulvere caſtorei; ſuccino albo præparato, pulvere myrrhæ, & aliquot granis camphoræ, & in paroxyſmo ſuffocationis uterinæ adduntur aliquot grana laudani opiati.

Succus harum baccarum recens convenit in dyſenteria, unde ex hoc, & farina ſecalina, tragæa granorum actes paratur, & in dyſenteriis ac fluxibus alvi quibuscunque excellens eſt ſpecificum ad ʒi. vel ʒij. ſumpta. Pulvis hic, magis appropriari poteſt, ſi ſcilicet iſti paſtæ, ubi tertâ vice fuit pulveriſata, addantur *ſangu. leporini rec. crudi, certo modo collecti* ʒiv.

Pulv. priapi cervi ʒiß.
Succ. baccar. ſambuc. rec. q. ſ.

Fiat maſſa, & quartâ vice in clibano coquatur, pulveriſetur &c.

Hæc tragea eſt expertiſſima in dyſenteria, & deinde in pleuritide.

Ex harum baccarum arillis ſeu ſeminibus denique exprimitur oleum, quod aliquot guttularum doſi, aut ad ſummum ʒß, in cereviſia tepida datum, egregium eſt vomitivum & laxativum, efficax ſatis & valdè commendatur poſt aſſumptionem philtrorum projiciendorum per vomitum. Præterea ſummè anodynum eſt, & expellit flatus.

Sequitur cortex medianus ſeu liber ex flavo virideſcens, qui ſcilicet griſeum ſequitur, qui purgat egregiè aquas & ſeroſitates hydropicas, doſi ʒß. vino recens infuſus ac benè maceratus, vel ſolus, vel cum aliis, quod bibitur. Foreſtus *lib.* 19. *Obſervat.* 37. refert, quod hic cortex pro varietate collectionis nunc ſurſum nunc deorſum ſoleat evacuare ac purgare. Fuit aliquando quidam, qui vermes multos è corpore eduxit hoc medicamentô: accepit ovum, cui incubuit gallina per decem dies: hoc in urceolo calcinavit, & in pulverem redegit, cum admiſtione pulveris horum corticum, affudit lac caprinum, deditque patienti loco potus, ſicuti refert Hildesheim *in Spicileg.* 2. *pag.* 189.

Externè easdem vires obtinet, quas flores. Eryſipelati recens tepidus impoſitus, hoc diſcutere & mitigare ſolet. Specificus eſt contra ambuſtiones, ſi recens coquatur in oleo veteri vel lini, addendo ſuccum expreſſum corticis ad imprægnationem olei, poſtque exprimatur. Egregia aliàs unguenta fiunt ex tali cortice contra ambuſtiones, qualium compoſitiones aliquot videbitis in Sennerto *lib.* 5. *Prax.* ubi de ambuſtis.

Succus expreſſus ex hoc cortice ad ʒj. vel ʒiß. in appropriato vehiculo ſolet ſpecificè evacuare hydropicos, & in quibus abundat ſerum & lympha.

Syrupi ex eodem præparati habent eandem vim laxativam.

Gemmæ cum julis ſeu turionibus eandem cum corticibus mirabilem per vomitus & ſeceſſus purgandi habent potentiam, recentes inciſi, & in acetariis cum aceto nonnihil bulliti, & cum oleo uſurpati: pro ſcopo purgandi calculoſos commendat Paracelſus, & quidem præcipuè è turionibus. Agricola vult, ſummitates ſurſum decerptas vomitum, deorſum ſeceſſum excitare; promiſcuè decerptas ſurſum & deorſum non ſine impetu purgare; quod etiam ſupra de cortice dixi.

Spongiæ ſambuci, ſeu auriculæ Judæ, die Hollunder-Schwämme / infuſæ in vino vel aqua appropriata fortiter alvum laxant, & hydropicorum aquas miro modo pellunt, uti refert Simon Pauli, quamvis pro hoc ſcopo rarius uſurpentur. Spongiæ aridæ ſi infundantur in aquam cyani & calcatrippæ, optimum dant ophthalmicum in inflammationibus & aliis affectibus oculorum. Magis tamen appropriata eſt infuſio ſpongiarum in affectibus faucium, tumoribus gutturis & angina, in quibus ſunt appropriatiſſimum quoddam remedium: Macerantur in aceto, & hoc acetum adhibetur in gutturis tumore ad gargariſandum. Hæ ſpon-

Digitized by Google

ſpongiæ ſunt parvæ admodum, ſed tamen infuſæ in liquorem appropriatum mirum quantum intumeſcunt, & ſic quaſi per ſignaturam tumorem gutturis referre dicuntur; & idem liquor in tumoribus gutturis intus foriſque non ſatis laudatum eſt remedium. Videatur de hoc Wormius *in Muſæo pag.* 138. & in his faucium affectibus præſentiſſimum auxilium eſſe ab illis, dicit Freitagius *Auror. pag.* 371. In aphthis infantum in aqua ſalviæ vel lacte infuſæ, egregium dant remedium. In infantum batracho ſeu ranula & angina à Grulingio laudantur, ſi infundantur in potum puerorum; item in linguæ inflammationibus & ſimilibus affectibus, in febribus etiam obvenientibus: In tali enim caſu decoctum harum ſpongiarum quantum proſit, videbitis *in Operibus Angeli Salæ in App. p.* 834.

Medulla, quæ in medio teneriorum ſurculorum ligno eſt incluſa, minutim inciſa & deglutita, vel infuſa, mirè commendatur in cienda urina, & expellendo ſabulo & calculo. Ab hydrope & nephritide beneficio hujus nonnullos fuiſſe curatos teſtatur Blochwizius *loco allegato p.* 212.

Picæ aliàs mirè delectantur baccis, & copiosè deglutiunt eas; quando autem grana per alvum reddunt, & in ſalice ſedentes in locum vacuum aut terra miſtum excrementa deponunt, tunc ſambucus ex ſalice creſcit, quod tanquam amuletum ſecretum laudatur contra epilepſiam. Applicandi geſtandique modum docet optimè Hartmannus *in Praxi ſua Chymiatrica p.* 88. & hoc amuletum valdopere commendat Thomas Bartholinus *C.* 5. *Obſ.* 69. Item *Cent.* 3. *Epiſt.* 79. *pag.* 342. & Simon Pauli *Quadrip. Botan. Claſſ.* 2. *p.* 140. Rationem transplantatoriam virtutis amuleticæ in hoc ſambuco dat Tenzelius *in Medic. diaſtatica p.* 179. Staricius in dem Heldenſchatze *p.* 29. valde commendat eam ſambucum, quæ in ſalice crevit ex paſſeris epileptici cadavere. Radix pollet vi purgandi hydropicorum aquas.

SANGUISORBA.

Offert ſe jam pimpinella ſanguiſorba major & minor lævis ſeu Italica; datur enim etiam hirſuta, item Italica ſpinoſa. Dicitur ita, quod quaſi ſorbeat ſanguinem atque abſumat; Germanis Bluts-Tröpfflein/ à forma floris & capſularum ſeminalium: idque uſus quoque pharmaceuticus confirmavit. Planta eſt tetrapetala foliis pinnatis, ubique proveniens in pratis, & ita ob capitula rubra dicitur. Non confundenda eſt cum pimpinella ſaxifragia.

In uſu officinali eſt tota herba cum radice.

Hæc, ejusque folia, imprimis juniora, ſingularem & egregiam vim obtinent purificandi ſanguinem; Unde ſolet commendari in acetariis propter vim reparandi depravatam ſanguinis fermentationem: videatur Jordanus, ubi tractat *de Peſte lib.* 3. *cap.* 3. Aliàs in quibusvis hæmorrhagiis, in ſpecie dyſenteria, decoctum ejus in vino imprimis, vel alio appropriato liquore, item pulvis ejus paulo rudior, ita, ut propinari queat, multum laudatur; ſicut ad dyſenteriam curandam commendat Riverius, tàm *in Praxi*, quàm *in Obſervationibus*: idque non ſine ratione; egregiè enim adſtringit hæc ſanguiſorba. Hinc in aliis quoque hæmorrhagiis, v. g. hæmorrhoidum fluxibus, &c. decoctum hujus pimpinellæ juxta millefolium adhibitum eosdem diu ſuppreſſos retinuit. Uno verbo: in his duobus planta hæc maximè excellit; in difficultate nempe inteſtinorum, & nimio hæmorrhoidum & menſium fluxu, tàm externè, quàm internè. Decoctum ejus in potu ordinario, & frequentius bibitum. Aliàs eſt vulneraria; & interno uſu in potionibus vulnerariis creberrimè adhibetur. Denique hujus quoque ſanguiſorbæ folia vino ad ſuavem odorem conciliandum immitti ſolent.

Externè folia contuſa vulneribus recentibus applicata ſanguinem cohibent; imo in manibus contenta ſolùm hæmorrhagiam narium ſedare dicitur: id quod ex ſignatura quidam probare volunt, dum capitulum floridum guttam ſanguinis refert.

Radix ſanguiſorbæ pro uſu ſtomachico optima eſt.

SANICULA.

Sanicularum quam plurimæ dantur ſpecies. Mas aliàs dicitur etiam diapenſia Matthioli, item ſanicula quinquefolia, quæ inter omnes ſanicularum ſpecies in uſum Medicum adhibetur; fœmina verò Imperatoria nigra, item echinopolium ſeu aſtrantia; falsò verò helleborus niger Hippocratis.

Vulgò confundi ſolent mas & fœmina, viribus verò conſpirant, quamvis præferatur mas in uſu vulnerario, à quo, id nominis quoque acquiſivit, quod ſanet & conſolidet vulnera & ulcera quarumvis partium uſu interno & externo. Hinc non tantum internè potiones vulnerarias, infuſa & decocta, ſed & externè emplaſtra ingreditur. Cum pyrola ſi miſceatur, egregium habet uſum. Cæterùm optimam methodum componendi potiones & decocta vulneraria poteſtis videre apud Felicem Wurzium *in Chirurgia p.* 663. A modernis adhibetur ad balſama, & ad decocta pro eluendis ulceribus fiſtuloſis, ſinuoſis, antiquis deſtinata, rariùs tamen externè uſurpatur.

LIGNUM

Digitized by Google

LIGNUM SANTALUM.

Ligni ſantali tres habemus differentias in officinis: Album, citrinum, ac rubrum. Superius mentionem feci ſantali cœrulei, quod eſt lignum nephriticum exoticum. Hâc vice de tribus ſpeciebus, quæ ſunt etiam exoticæ, & ex Indiis ad nos adportantur. Uſitatiſſimum eſt citrinum, & hinc rubrum.

Vulgo dicitur, quod ſint hepatica, id quod ex modernorum theoria explicandum & applicandum venit ad maſſam ſanguineã. Adduntur decoctis lignorũ in morbo Venereo, phthiſi, & catarrhis uſitatorum, in quibus calorem, id eſt, amatitiem, & vim exſiccandi reliquorum lignorum corrigunt. Sic imprimis in phthiſi inveterata, quæ à quamplurimis curari ſolet per decoctum ligni guajaci. Sunt, qui præferunt decoctum ſantalorum, ſive ſit rubrum, ſive, quod melius, citrinum; & commendatum fuit multum decoctum tale à Prævotio in curanda tabe ſeu phthiſi, etiam hæreditaria. Et imprimis virtutes hujus decocti ſantalorum contra eroſionem pulmonum & phthiſin commendatam videbitis in Fonſeca *lib.* 1. *conſ.* 58. non minus quàm in Riverio, ejus nimirum *Praxi l.* 7. *cap.* 7. A quamplurimis aliis præfertur etiam decoctis ligni guajaci & ſaſſafras uſitatis: imprimis tunc temporis erit egregium, ſi ſingulis doſibus addatur ʒj. terebinthinæ Venetæ; hujus enim vis pulmonum ulcera purificandi, & conſolidandi eſt mirifica. Ut decoctum magis fiat appropriatum vulnerarium antiphthiſicum, addi poſſunt plantæ vulnerariæ, & præ cæteris in phthiſi expertæ. Quod dixi de phthiſi, intelligendum quoque eſt de catarrhis, à lympha acida, & inordinatè mota obortis, ſæpiusque cum phthiſi conjunctis: in his non infimum obtinet locum hoc, ut & reliqua decocta lignorum debitè præparata. Paratur autem, uti reliqua.

Santalum album eſt vulgatiſſimum lignum arboris in inſula Timore, in Medicina minimè efficax.

Santalum citrinum ſolet eſſe optimum. Eſt medulla ſolida arboris Timorenſis bacciferæ, ferrante dictæ, colore citrino ab integumentis exterioribus ſeparata, ſaporis amari, aromatici, odoris fragrantis & grati. Odorem enim habet ſuaviter aromaticum, & decantatum in temperanda ac corrigenda acrimonia bilis vitioſa, item corrigenda lympha catarrhali, unde maximè commendatur veteribus pro uſu epatico, in decoctis lignorum ad εὐκρασίαν ſanguinis conſervandam. Sed modernis rarus eſt uſus, niſi quod ad phthiſin commendetur; ſimulque & atrophiam, in ſpecie, quæ eſt ex vitio ſtomachi, vel malliæ ſanguineæ.

Santalum rubrum eſt lignum arboris Indicæ ſiliquoſæ ſpinoſæ, ab integumentis exterioribus ſeparatum, ſolidum eſt, ponderoſum, coloris intensè rubicundi, ſapore fatuo c. levi adſtrictione, odore nullo. Affertur ex India Orientali extra Gangem, in quo loco natali uſurpatur contra febres, imprimis ardentes. Pariter optimo conſilio additur decoctis, in phthiſi & atrophia uſurpandis. Experientiâ enim confirmatum eſt, quod rectificet & renovet maſſæ ſanguineæ fermentationem, unde à quibusdam decoctum ſantalinum in julepis uſurpatur pro cura febrium ardentium continuarum, tertianarum intermittentium, & ſimilium, qui blandâ diaphoreſi vires reſtaurant; Conſpirat enim ſantalum rubrum cum aliis ſudoriferis lignis, propterea etiam aliis additur. Decoctum hoc vocatur decoctum rubrum, propterea, quia habet colorem rubrum, item decoctum alterans. Habet præterea ſantalum rubrum vim adſtringentem, ſicque corroborantem viſcera, unde ſputo ſanguineo laborantibus interdum propinatur. Interim Ludovici *in Pharmacia* non dubitat lignum Braſilianum cum ſantalo rubro æquiparare. Vim cordialem habet nullam.

Parari ſolet cum ſpiritu vini tinctura ex ſantalo rubro, quæ commendatur pro corroborando hepate, & maſſæ ſanguineæ fermentatione rectificanda. Huic tincturæ ſi addantur aliquot grana ſcammonii, fit tinctura moderatè alterans & laxans; ſuave enim ſic & elegans evadit medicamentum.

Ex ligno ſantalo per retortam igne aperto, uti & omnibus reliquis lignis, deſtillatur ſpiritus acidus, qui egregiè temperat æſtum bilis, ſive ſalis volatilis oleoſi, & propterea convenit in æſtu æſtivo, & aliis incaleſcentiis corporis & morbis calidis.

Emplaſtrum & unguentum ſunt in uſu contra nimium ardorem hepatis & renum, & emplaſtrum cum oleo nymphææ malaxari, & partibus nimis dolentibus applicari ſolet.

SANTONICUM.

Santonicum aliud veterum, aliud noſtrum eſt. Veterum Alexandrinum dictum eſt ſpecies abſinthii, quod in Alexandria Ægypti crevit, & non amplius apud nos proſtat, ſed hujus loco ferè uſurpatur Gallicum.

Dubium eſt: an ſemen iſtud, quod nomine ſantonici in officinis proſtat, ſit genuinum? an verò ex tanaceto deſumptum? Negat Fehr *de Abſinthio p.* 16. affirmat Elsholzius M. A. N. C. *Ann.* 6. *&* 7. *Obſ.* 227. *pag.* 169.

Hoc adhuc commendamus ad lumbricos fugandos, propter quam vim ſpecificam obtinuit nomen der Wurmſaamen/ idque

communiter cum aceto præparatum, hoc eſt reverà caſtratum. Potius ergò nudum ſemen propinatur à ℈j. ad ʒß. pro diverſitate ætatis in lacte materno; adultioribus in aqua zedoariæ, graminis, florum perſicorum, hyperici & ſimilibus, vel in vehiculo lactis, ut hujus dulcedine allecti lumbrici, admiſti ſeminis uſu interimantur, quâ ratione ſolâ adhiberi ſolet, ſive ſolum, ſive admiſceatur cornu cervi uſtum, ſemen hyperici, aut etiam aloë, & quod omnibus meritò præfertur, tantillum Mercurii dulcis, qui eſt infenſiſſimus hoſtis omnis progenici verminoſæ.

Vis hæc, utut ſatis ſic decantata, nihilominus Rochas *de rebus mineralibus ſeu metallicis*, hoc rejicit, quando dicit: quod potius pro gignendis, quam enecandis vermibus faciat, ex eo, quod ex ſemine hoc tribus partibus farinæ optimæ, affundendo aquam tepidam, commixto, & in loco calido poſito, vermes copioſiſſimi intra 24. horas generentur; & ſimili modo in corpore tales exinde aſſerit produci poſſe vermes. Sed vana hæc ſunt; cùm omnia ferè fermentantia aut putrefacta vermes producant. Quoniam ergò hoc fit ab omnibus vegetabilibus, idem ſimiliter verum erit de ſantonico. Sic v. g. abſinthium, quod, ſi quid aliud, reſiſtit vermibus, ſi putreſcat, & reſolvantur ejus partes conſtitutivæ, fiunt ex illo vermes; id quod etiam verum eſt de aloë; quæ tamen non inferiorem propterea vim contra vermes obtinet.

SAPONARIA.

Saponaria, das Seiffen-Kraut / ſimplex habetur, & flore pleno. Veteribus incognita fuit, & propterea internus ejus uſus ratus eſt.

Decoctum herbæ totius potens eſt ſudoriferum, & quo ipſo etiam feliciter in cura luis Venereæ uſus eſt Septalius *in Cautelis & Animadverſionibus p.* 287. Unde nonnulli ſaponariæ folia, tanquam appropriata, addunt decoctis Venereis. Borellus *Cent.* 1. *obſ.* 18. contra epilepſiam commendat, ex eô, quod ſi coquatur herba contuſa, inter coquendum copioſam ſpumam & bullas emittat, qualis conſpicitur circa os epilepticorum in paroxyſmo, ex qua ſignatura concludit, epilepticis eam prodeſſe.

Poſt uſum internum externè frequentiùs uſurpatur pro uſu coſmetico in balneis & lotionibus. Sic folia & flores ſaponariæ decocta maximè uſurpantur pro ſcabie & totius corporis defœdationibus; abluuntur enim hoc decocto membra à ſcabie, aliisque impuritatibus correpta; item in declinatione uteri, pro abluendo colore, tàm flavo, quàm nigro, decocta in balneis vel ſola, vel cum fumaria, lapatho, & ſimilibus; purificat enim cutim, & eandem nitidam reddit.

SARSAPARILLA.

Sarſaparilla planta eſt exotica, quæ à quibusdam Practicis etiam, & quidem ſæpiſſimè, vocatur ſmilax aſpera vel radix ſmilacis aſpera. Hæc enim ſmilax aſpera vulgaris magam ſimilitudinem gerit cum ſarſaparilla; & reverà eſt ſmilax aſpera Peruviana, quæ adfertur ex Inſula Peru.

Radix lignoſa, longa & teres eſt, ſarmentoſa calami craſſitie, cujus plures ex uno capite prodeunt, intus candida, farinacea, ſaporis ſubacris, magis tamen glutinoſi, odoris nullius evidentis. Utut autem exigui admodum odoris & ſaporis ſit, conſtat tamen particulis oleoſis & unctuoſis, non ſecus ac radix Chinæ; quibus particulæ ſubtiles volatiles involvuntur, & impediuntur, ne ſenſibus percipiantur.

Quoad vires, innotuit Indis pro curanda lue Venerea; unde uſus eſt creberrimi in decoctis lignorum ſudoriferis Galenicorum, pro ſcopo ſudorifero in morbis vel malignis & peſtilentialibus, vel chronicis pertinacioribus, à craſſis lentisque humoribus ortis, & quibuscunque in caſibus: vid. Gabelchoverus *Cent.* 6. *Cur.* 37. 80. Qui criſeos ſaltem rudimento apparente in urina, in febribus malignis etiam ardentiſſimis, præmiſſis univerſalibus, decoctum ſarſæparillæ feliciſſimè uſurpavit: idque eò magis erit in uſu, ſi non ſint ſimplices, ſed complicatæ cum peripneumonia, pleuritide, & inflammatione partium eryſipelacea, ſive internarum ſive externarum, quæ non melius poſſunt curari niſi per ſudorifera, inter quæ primaria eſt ſarſaparilla. Imo propter vim ſudoriferam in omnibus affectibus, ubi opus eſt ſudore, etiam in anaſarca, & in affectibus catarrhalibus, & quibuscunque vitiis lymphæ, vel retardatæ, vel non debitè motæ, decoctum vel eſſentia ſarſæparillæ, vel ſolius, vel cum aliis miſtæ, uſitatiſſimum eſt; aufert enim peccantem humorem. Sed, ſi ritè rem conſideremus, ejusdem, ſi non potentioris, eſt virtutis radix tormentillæ noſtras.

SASSAFRAS.

Saſſafras lignum eſt ſimiliter exoticum, arboris bacciferæ Pavan dictæ, & ex India Occidentali, beneficio Hiſpanorum, ad nos translatum. Odorem habet inſtar fœniculi, & propterea à quibusdam dicitur lignum fœniculatum, propriè tamen loquendo radix potiùs eſt cum cortice cinereo ferrugineo, quàm ſic dictum lignum; vid. M. A. N. C. *Ann.* 1. *pag.* 332. Conf. Manardus *de Plantis Indiæ.*

Quoad uſum Medicum obſervetur hîc, quod monet Corteſius *in Pharmacia Meſſanenſi p.* 103. Quod ſc. quoad electionem, debeat

debeat aſſumi recens, colore cinereo, ſaporis acriuſculi ſubdulcis aromatici, & egregiè fragrans; cum cortice imprimis & radice: iſtud enim, dicit, quod cortice careat, non ita eſſe efficax, ſed omnino invalidum. Cortex enim ſemper præſtat ipſo ligno, cum ſit magis aromaticus, & odore fragrans, quam reliquæ lignoſæ partes: ideoque ſemper cortice ſuo adhuc incruſtatum lignum pro uſu Medico eligatur. Dicitur panacæa & alexipharmacum catarrhorum *in Conſiliis* Brunneri, & meritò; uſus enim decocti eſt in affectibus pectoralibus & catarrhalibus, pro vitiis lymphæ acidioris & acrioris corrigendis. Cæterum, quod hic dico de vi catarrhali ligni ſaſſafras, à quibusdam affirmatur de cortice tamariſci, quod eodem modo præparatus & uſurpatus ac lignum ſaſſafras, non minus uſitatus ſit, quam iſtud. Et cum catarrhorum fons ſit ex ſtomacho, vim etiam egregiam lignum ſaſſafras obtinet ſtomachicam, dum ſtomachi tonum roborat, & cruditates acido viſcidas corrigit; adeò ut Bartholetus *in Tr. de Reſpiratione* commendet valdoperè contra anorexiam & apepſiam ſal Ammoniacum uſurpandum cum decocto ligni ſaſſafras; quoniam aromatica ejus vis potenter apepſiam & anorexiam corrigit. Quin & vi ſudoriferâ pollet, & hinc optimè in febribus petechialibus uſurpari poteſt pro julepis cum ſcorzonera vel cornu cervi. In cura luis Gallicæ ingreditur ſimiliter, ac lignum Guajacum, decocta ſudorifera, ſed magis hoc aromaticum & oleoſum temperatum eſt. Sunt etiam, qui huic ligno lignum juniperinum æquipollere exiſtimant.

Denique interno uſu etiam commendari ſolet contra ſterilitatem, ortam ex vitio ſeminis & uteri ſqualidi, ac ſeroſis & mucilaginoſis excrementis referti.

Ex ligno ſaſſafras, ceu aromatico ſubjecto, egregia eſſentia ſeu tinctura cum aqua ſpirituoſa ſerpilli, vel aqua benedicta ſerpilli Mynſichthii, vel ſpiritu ſerpilli appropriato, paravit B. D. Michaëlis. Huic ſcilicet infunditur raſura radicis ac corticis ſaſſafras, & ſtant in digeſtione ad aliquod tempus pro extractione tincturæ, quæ in affectibus catarrhalibus, veſpertino tempore ſumpta, ad corrigendam acrem lympham, & confortandum ſtomachum in ſpecie cruditates acidas primarum viarum corrigendas, egregia eſt, quia digeſtionem primam ſtomachi corrigit; hinc & in elixyrio ſtomachali lignum hoc baſin conſtituit. Doſis cochl. j. alterumve.

Propterea eſſentia ligni ſaſſafras cum ſpiritu vel aqua ſpirituoſa ſerpilli parata vocari ſolet à quibusdam eſſentia catarrhalis, idque imprimis, ſi addatur huic eſſentiæ ſuccinum vel eſſentia ex ſuccino, quod ipſum valdè quoque eſt commendatum ad catarrhos; de quo plura habebimus, ubi de ſerpillo; cujus ſpiritu ceu menſtruo eſſentia ſuccini paratur. Mynſichthus in ſuo *Armamentario Chymico* etiam habet tincturam ligni ſaſſafras, quæ facilis paratu ac egregia eſt, & valdè commendatur ab eo contra omnes defluxiones catarrhales, quas ipſas abſumere, & radicitus tollere dicit. Paratur ℞ hæc ſolum ex ligno ſaſſafras in aquam fontanam puram & calidiſſimam infuſo; ſic enim evadit ℞ rubinea, quæ parum aromatizatur cum caſſia lignoſa, vel cinnamomo, & nectar catarrhorum dicitur. Contra ſterilitatem ex cauſa ſuprà dicta commendatur, vel ſimplex, vel cum aromatibus uterinis, v. g. anthophyllis, cinnamomo, & ſimilibus; cum his miſta eſſentia ſaſſafras erit utilis in ſterilitate.

Propter reſinam copioſam & aromaticam lignum ſaſſafras oleum duplex ſuggerit.

1. Per ſe ex retorta deſtillatum empyreumaticum, quod ut lignorum cæterorum olea ſuper cornu cervi uſtum rectificando fœtorem deponit, & ſudoriferum potens evadit.
2. Raſura ejus per veſicam cum aquâ deſtillatum oleum ſuggerit æthereum ſeu aromaticum; egregium & ſuave, acriuſtamen quam oleum deſtillatum fœniculi, cum quo ſicut ratione odoris convenit, ita in caſibus multis huic commodè ſubſtitui poteſt.

SATUREJA.

Satureja à quibusdam Practicis etiam ſolet vocari thymbra & thymbron Græco vocabulo à θυμεῖν, quod fortem de ſe ſpiret odorem. Satureja ita dicitur tum à ſaturando, quod in alimentis veterum condimenti loco fuerit adhibita, tum quod ſatyris, hoc eſt, ad excitandam libidinem, conferat.

Inter varias ſpecies hortenſis ſeu ſativa eſt in uſu, planta pumila, ſuavem tamen ſpirans odorem.

Eſt ſimplex aromaticum & nervinum, hyſſopo & ſerpillo ferè congener, & ad eorum naturam accedens, affectibus pectoris, ubi expectoratione & deterſione opus eſt, conducit; ſale enim ſuo volatili aromatico egregiè detergit ſordes pulmonum & pectoris, indeque enatas tuſſes & aſthmata curat. Præter ea, quæ Autor enarrat, imprimis etiam commendatur ad lethargum, carum, & ſimiles capitis ſoporoſos affectus; ſive internè miſceatur cum aliis, ſive in ſpecie externè decoctum ſaturejæ in vino calidè admoveatur occipiti: ſicut etiam per hujus decocti aliquot guttas inſtillatas auribus,

ſoporoſi

Digitized by Google

ſoporoſi inde excitari dicuntur; vid. Lotichius *Obſ. lib.* 2. *cap.* 1. item Schenckius *l.* 1. *Obſ.* Quandoque etiam in aphthis, & aliis faucium, oris & tonſillarum affectibus, nec non vulneribus & ulceribus faucium, in vino cocta, vel per ſe, vel additô paucô melle, uſurpata legitur pro collutione oris. Diaphoretica eſt egregia, & diſcutiens inſignis: unde inter alia etiam ad tinnitum aurium, item dolorem aurium, ſolet commendari, ſi ejus decocti ſuffitus recipiatur in aures; ſic enim diſcutiendo tinnitum & dolorem aufert. Sed rari uſus eſt, & vix uſitata reperitur apud Practicos.

Aqua quibusdam in uſu eſt.

Oleum eſt admodum rara avis.

SATYRIUM ſeu ORCHIS.

Satyrii variæ ſunt ſpecies, quarum ſingulariores videbitis in M. A. N. C. *Ann.* 2. *obſ.* 41. *p.* 73. *ſeqq.*

Pro uſu Medico inter omnia ſatyriorum genera eliguntur, quæ habent duos bulbulos in radice, & quidem ita, ut unus ſit plenus & turgidus, alter inanis & flaccidus. De his curioſum eſt, quod, quando unus ſit ſucculentus hoc anno, & plantam proferat, alter ſit flaccidus, qui ipſe intereà novo ſucco nutritio irroratur, ita, ut inſequente altero anno idem rigidus redditus plantam ſuſtineat, priore flacceſcente, & ſic mutuis vicibus ſingulis annis mutentur, atque ſucceſſivas quaſi vices in nutritione & vegetatione plantæ obtineant hi bulbi.

Ex ſignatura, quâ referunt hi bulbi teſticulos, vel humanos, vel brutales, Medici, imprimis Paracelſus & Crollius, invenerunt, quod habeant vim Veneream. Unde radices ſucculentæ pro ſtimulanda Venere; rugoſæ verò pro imminuenda Venere & gonorrhœa adhibentur; materiam ſeminalem enim imminunt, & gonorrhœæ ita ſuccurrunt: pro quali uſu bulbus flaccidus colligendus venit, ſole in leone exiſtente; pro uſu autem Venereo, conciliando memoriæ robore & hac confortanda, nec non promovendis mentis operationibus, in plenilunio tempore verno: ſic enim vis latet adhuc in burſula turgida, & nondum translata eſt in plantam. Inſuper ingens vis analeptica & confortativa iisdem attribuitur, & ſpeciatim talis, quæ ſeminis partim copiam largitur, eaque occaſione partim Venerem ſtimulat: ſicut etiam in debilitate & proſtratione virium in ſtatu neutralitatis & convaleſcentiæ conducunt; non minus ad dyſenteriam propter vim, quæ inſtar roris ſpermatici conſolidant inteſtina exulcerata. Paracelſiſtæ dicunt, in ſatyrio latere ſingularem & peculiarem mumiam, ut propterea ſingularem habere ſympathiam cum microcoſmo, & exinde ſpecificè commendatur contra dyſenteriam; ſi ſc. tres vel quatuor radices infundantur in vinum, & vel decoctum vel infuſum bibatur. Inter præparata in officinis proſtat radix turgida condita, quæ in electuariis uſurpatur contra impotentiam & fortificandam Venerem, ratione roris mucilaginoſi inſtar gelatinæ, quâ turget.

Electuarium diaſatyrii, ut & extractum ſeu ſanguis ſatyrii, maximè laudatur in confortanda memoria, ſpeciatim contra impotentiam & defectus Veneris.

Eſſentia compoſita Crollii ex ſatyrii radice turgida pro ſtimulanda Venere frequentiſſimè uſurpari ſolet cum aqua cinnamomi ſpirituoſa, additâ eſſentia ambræ.

Præter vim Veneream eſſentia hæc pro confortanda memoria inſignis eſt, idque imprimis, ſi miſceatur cum eſſentia ambræ, omiſſis aliis Venerem ſtimulantibus. Conferatur Henricus ab Heer *Obſ. oppidò rara* 9. *pag.* 98.

Aliàs aqua herbæ ſatyrii maculoſi inter coſmetica refertur.

Deſcriptionem pomambræ pro eviratis, quam radix ſatyrion ingreditur, videbitis in M. A. N. C. *l. c. p.* 77.

SATYRIUM MACULOSUM.

Satyrium maculoſum, palma Chriſti dictum, laudatur vulgò pro uſu coſmetico, in ſpecie contra lentigines, aliasque maculas faciei; & præterea ▽ ſatyrii maculoſi ſolet præſcribi cum ▽ levcoji bulboſi, in delendis lentiginibus.

SAXIFRAGA.

Saxifraga, der Steinbrech / eſt duplex in officinis: major alba foliis rotundis; altera verò ſaxifraga aurea cum floribus luteis, ſeu chryſoſplenium Tabernæmontani.

Saxifraga alba κατ' ἐξοχὴν ita dicta eſt, quia à veteribus pro uſu diuretico & nephritico, renibusque purificandis à calculo, frequentius uſurpata fuit; ſicut hodie adhuc quidam hujus ſemen cum ſemine lithoſpermi, alii plantæ decoctum, internè in potionibus, externè in balneis, pro pellendo calculo renum & veſicæ, & detergenda mucilagine renum, quæ in calculum concreſcit & coagulatur, propinant; ſed vanè, & à modernis rarò uſurpatur. Calculum enim non pellit, uti putatur; pro quo ſcopo etiam aqua eſt valdoperè uſitata in officinis.

Saxifraga verò aurea ob vim renes purgandi egregia eſt: quibusdam dicitur epatica, ob vim epaticam inſignem. Non verò eſt Mulzadella Italorum juxta quosdam, quæ ſpecies lamii eſt, & ſplenetica quoque.

SCABIOSA.

Digitized by Google

SCABIOSA.

Scabiosæ variæ sunt species: usitata tantum est foliis sciſſis vel integris: provenit in locis cultioribus.

Planta est temperata & multi usus in plurimis affectibus: imprimis refertur inter plantas alexipharmacas, quia malignitatem sub forma sudoris ex corporis machina exturbat. Deinde pulmoni est dicata; Hinc ratione harum virtutum apostematica dicitur. **Apostem-Kraut / Grind-Kraut.** Et in apostematis & abscessibus quarumvis partium internarum, & tumoribus suppuratis vel suppurandis & purificandis, speciatim tamen in pectoris affectibus, rumpit abscessum, eundem purgat, & fermentum corruptivum delet, ut illo purificato possit consolidari vulnus. Imprimis in apostemate ventriculi post inflammationem rumpendo, valdè commendatam videbitis scabiosam in Foresto *lib.* 18. *Observat.* 32. Hinc commendatur scabiosa, & ex illa præparata, contra pleuritidem & peripneumoniam, tam pro conservandis pulmonibus, quàm temperanda acrimonia puris, & promovenda expectoratione. Præterea in variolis & morbilis, ubi imprimis pulmones & fauces à variolis & morbillis obsessæ præservandæ, ne ab his exulcerentur, aut hæ, aliæque partes internæ jam læsæ, curandæ & sanandæ: sicut &, quando cum gravi tussi sunt conjunctæ, & phthisin post se relinquunt. In tussi etiam epidemica, quæ sæpe etiam est maligna, uti in febribus epidemicis catarrhalibus cum tussi, inter alia excellit scabiosa, & remedia inde parata; quatenus vi non nihil alexipharmacâ ac diaphoretica & pectorali pluribus scopis satisfacit; sicuti etiam internè & externè in scabie, furfuribus, tinea capitis & similibus, optimè prodesse solet. Deinde quoque vi vulnerariâ & ulcerariâ se quoque ad casus internos & externos extendit: unde internè decocta, externè unguenta vulneraria, solet ingredi, & inde balsamus gummosus colligitur, si juxta Agricolam *in Chirurgica parva pag.* 901. Mense Majo, conjunctione solis & lunæ in geminis radix leviter incidatur; dicto enim tempore emanat egregius & pretiosus liquor gummosus, qui vel solus præstans est remedium optimè consolidans vulnera quæcunque recentia.

Aqua & syrupus in apostematis & abscessibus viscerum resolvendis, maturandis, rumpendis & curandis, imprimis in pleuritide suppurata, & vomica pulmonum, frequenter adhibentur.

In variolis expertus est syrupus, quando internas partes lædunt; & tussim conjunctam habent cum metu phthiseos.

Conserva prodest in apostematibus internis, quæ resolvit, maturat & rumpit, speciatim tamen in pectoris affectibus.

Succus scabiosæ ad vermem cordis summum est specificum.

SCHOENANTHUM.

Schœnanthum dicitur aliàs juncus odoratus, & gramen cameli. Plantula est aromatica parva & exotica, quæ ex Asia ad nos adfertur, nullius tamen usus, nisi quod theriacam ingrediatur, cujus gratiâ etiam habetur in officinis, aliàs non, aut rarò in affectibus nervinis & uterinis, præscribitur. A veteribus solet addi purgantibus pro correctione earum virulentiæ.

SCOLOPENDRIUM VERUM.

Scolopendrium duplex est, vel verum, dictum aliàs ἀσπλήνιον, & ἀσπλένιον, Arabibus Zederach, vel vulgare, phyllitis aliàs dictum; de quarum differentia videatur præsertim Langius *in Epistolis pag.* 407. Scolopendriũ verum est planta parva, exilis, crescens in locis umbrosis & montosis, sed rarò apud nos, Jenæ autem copiosè provenit, similis suâ naturâ est capparibus, modo quod minus sit oleosa, nitrosa tamen.

Dicata est spleni, & valdopere usurpatur ad affectus splenicos, aliosque chronicos; unde etiam ab Italis vocatur Milzadella, Germanis **Milz-Kraut.** Et propter hanc vim spleneticam Veteribus Practicis familiare est in decoctis contra febres quartanas, cum splenis vitiis conjunctas, scorbutum, malum hypochondriacum, in quibus splen utplurimum est depravatus: in nodulis alterantibus & laxantibus, verno & autumnali tempore, qui infunduntur potui, ut purificent viscera in malo hypochondriaco, quando imprimis eò processit, ut etiam splen malè se habeat: præsertim cerevisias & vina medicata ingreditur, quæ ipsa non incongrui usus sunt pro cura dictorum affectuum, præprimis, si alia appropriata addantur, & cum istis liquidis unà fermententur. In aqua ferrariorum, in qua sæpius ferrum candens fuit extinctum, si decoquatur, ad tumorem & inflammationem splenis multum laudatur, adeò, ut dicatur à Dioscoride, quod absumat lienem, vel potiùs imminuat; unde canes ferrariorum, qui bibunt sæpius talem aquam, dicuntur carere splene: Videatur Major *in Apologia in Chirurgiam infusoriam.* In hisce autem affectibus virtute nitrosa convenit, & sanguinem per urinam purificat. Vitandum est, sicut etiam vulgare, à mulieribus, quoniam imprægnationem inhibere, & sterilitatem inducere dicitur.

SCOLOPENDRIUM VULGARE.

Scolopendrium vulgare ſeu officinarum propter figuram aliàs ſolet vocari lingua cervina, Germanis **Hirſch-Zunge.** Folia interdum ſunt acuta, interdum habent in ſuperiore parte lacinias. Quando apud Practicos legitur ſcolopendria, intelligitur vera; quando verò intellectam volunt vulgarem, vocant linguam cervi.

Hanc quod attinet, vulgare ſimplex eſt adſtringens atque ſtipticum, viribus convenit cum ſcolopendria vera in affectibus ſplenis, quapropter cereviſias & vina medicata ingreditur, ut conſervetur tonus viſcerum, qualis potus medicatus in malo hypochondriaco, ſcorbuto, quartana & ſimilibus, in quibus vel per eſſentiam vel per conſenſum affectus eſt lien, aliiſque morbis chronicis multi eſt uſus, præſertim ſi alia appropriata addantur, & cum iſtis liquidis unà fermententur. Aliàs autem rari eſt uſus in Medicina.

SCORDIUM.

Scordium à σκορόδω ſeu allio dicitur, unde & allium aquaticum, **Waſſer Bathenig / Waſſer-oder Lachen-Knoblauch**; in locis enim humidis creſcit, & maſticatum hoc in concreto ſuo allii ſaporem & odorem & etiam acrimoniam ſalinam nonnihil repræſentat; amaritiesamen ejus nonnihil acris prævalet, unde in quamplurimis cum allio conſpirat.

Planta eſt ſemper virens, & ſatis celebris in officinis, vi alexipharmaca, hinc ſimul diaphoretica, & inſigniter ſudorifera, in arcenda quavis putredine & corruptione corporis & veneno peſtilentiali: vid. Galenus *de Antidoto l.*1. *cap.* 24. & ideò convenit in baliamatione cadaverum. Inter alexipharmaca ſudorifera ſemper à Galeni temporibus conſtanti tenore laudatum fuit, quocunque modo uſurpetur: In morbo enim Hungarico, peſte, petechiali, aliisque morbis malignis & febribus malignis, atque peſtilentialibus, maximi & nunquam ſatis decantati eſt uſus. Videatur imprimis de virtutibus ſcordii egregiis in morbo Hungarico & peſte Gabelchoverus *Cent.* 5. *Curat.* 21. *ſcholio*, ubi aliquot refert hiſtorias ex Busbequio, curatorum in peſte & morbo Hungarico vel ſolo ſcordio. Unde proſtat in officinis decoctum hordei cum ſcordio, quod eſt baſis decoctionum & juleborum peſtilentialium. Præterea vermibus & lumbricis fugandis mirè confert: vid. Riverius *Cent.* 1. *Obſerv.* 16. Sunt, qui ſcordium pulveriſatum cum melle depurato ſubigunt, faciuntque electuarium ſpiſſum, quod in empyematibus, item in illis, qui phthiſi, & ulcere palmonum laborant, aut de eo ſibi metuunt, item in aliis affectibus corporis, v. g. raucedine, tuſſi chronica, &c. cum ſucceſſu propinant; Multum enim facit expectorando, & ſimul corruptelam viſceris arcendo, ac ulteriorem progreſſum impediendo.

Externè Chirurgis in gangræna & ſphacelo, decoctum ſcordii, & ex eo cum myrrha, aloë, & ſpiritu vini paratus fotus & cataplaſma, uſitata & experta ſunt remedia: vid. Hildanus *Tract. de Gangræna.* In cataplaſmatis contra gangrænam utplurimum ſolet admiſceri, quoniam putredini gangrænoſæ potenter reſiſtit, vulnera etiam ac ulcera putrida mundificat, & corruptionem eorum putredinalem corrigit, ſi eluuntur cum decocto ſcordii cum vino parato.

Inter Præparata ſunt aqua, acetum, & ſyrupus ſcordii, quæ in peſte, febribus & morbis ſimilibus malignis, imprimis cum diarrhœa conjunctis, tam præſervandis, quam curandis, uſitata ſunt.

Tandem mirè decantatum eſt electuarium diaſcordium Fracaſtorii, à Fracaſtorio, Medico Veronenſi, dictum, **die rothe Gifft-Lattwerge.** Compoſitio eſt horrida, ad compoſitiones theriacales pertinens; & quando theriaca vel Mithridatium propter aromaticam acrimoniam, nimiamque caliditatem, non æquè conveniunt; Electuarium hoc propter opium & ſcordium contra morbos malignos & peſtilentiales, illaſque etiam febres, quæ cum variis corporis fluxibus, hæmorrhagiis aut diarrhœis conjuncta ſunt, egregium eſt: ſi enim cum vehiculo acidiuſculo, v. g. ſucco citri vel aceto, ſucco acetoſæ &c. uſurpatur, elegantiſſimum eſt remedium pro ſudore. Præſtantiam hujus videbitis in Gabelchovero, *loco ſuperius allegato.* Concinniorem ejus præparationem habet Sylvius *l.*1. *Prax. cap.* 48.

SCORZONERA.

Scorzoneræ cum variæ ſint ſpecies, imprimis tamen uſurpari ſolet, quæ vocatur viperaria dicta ob virtutes, quas habet in reſiſtendis venenis, per morſum ab animalibus venenatis communicatis, in quo nulli cedit ſimplici. Reverà eſt planta cichoreacea, adeoque temperata quoad ſuam naturam, utut virtutem alcalinam habeat.

Radix ejus uſitata ſub duplici ferè obſervatur ſapore: Quædam enim ſunt dulces, quædam amaræ, ut rectè hoc obſervavit Jungius *pagin.* 208. *in Doxoſcop.* Ex his ea, quæ acris eſt & amara, uſurpatur.

Viribus gaudet reſiſtendi venenis alexipharmacis egregiis, & leviter ſudorem movet, ſicuti lenior iſta ac dulcis pro uſu alterandi accommodata magis erit. In uſu præ-

primis

Digitized by Google

primis eſt radix ſcorzoneræ in curandis morbis malignis & peſte, quocunque modo uſurpetur ; unde ordinariè ſyrupos, electuaria, ſpiritus & eſſentias antipeſtilentiales, item aceta bezoardica, aliaque ſolet ingredi. In officinis proſtat decoctum ſcorzoneræ cum cornu cervi, quo utimur in variolis, morbillis, febribus petechialibus, aliiſque malignis, loco corporis in julebis diaphoreticis pro vehiculo ; in his enim egregia eſt ſcorzonera, & leniter ſudorem conciliat. Aliàs internè rarò adhibetur, niſi in affectibus & morbis malignis, utut etiam Autor eam commendet in ſuffocatione uterina.

Dum ex radice, maceratione præviâ, deſtillatur aqua ſcorzoneræ, in liquore reſiduo poſt ∇æ deſtillationem elegans extractum remanet, depurandum & inſpiſſandum : Vid. Wedelius *Pharmac. pagin.* 78. & 128.

Radix condita ſolet in electuariis, morſulis, & rotulis alexipharmacis & bezoardicis præſcribi.

De hac Tractatum ſcripſit D. Fehr, quem dicit *Anchoram ſacram.*

SCROPHULARIA.

Scrophularia vulgaris uſitata eſt, & in locis cultioribus ubique provenit.

Scrophularia dicitur, partim ob radicem nodoſam, quia multis nodulis, tuberculis & eminentiis eſt inſignita ; partim ob uſum, quem habet in curandis ſcrophulis & ſtrumis. Dicitur etiam alias ficaria, **Braun-Wurtz/ Feig-Wurtzen-Kraut/** propter uſum ſingularem, quem habet, in ſpecie in hæmorrhoidum malis imprimis verò cœcis, ſi pulvis radicis à ʒß. ad ʒj. in taleolos conciſa infundatur vino, quod ſæpius hauſtum egregiè juvat in hæmorrhoidum quocunque ſtatu, ſive fluant nimis ſive ſuppreſſæ & cœcæ ſint ; ut effectus hi ſibi videantur contrarii. Sunt enim, qui dicunt, referente Scholtzio *Conſil.* 207. Quod ſcrophularia hæmorrhoides tam ſiſtat nimis fluentes, quam provocet ſuppreſſas, ſi ſcilicet radix in taleolos diſſecta vino injiciatur, de quo vino infuſionis patiens per noctes & dies bibat ; poſteà radices debent ſiccari, & eo modo, quo ſiccantur radices, etiam ſiccantur hæmorrhoides, & curantur : Si verò proritandæ eædem, infundenda eſt radix in vino, de quo bibatur, & eo modo, quo ſe extendunt rugæ radicis in vino, eò etiam ſe extendunt mariſcæ, & ſequitur fluxus : videatur Schmuckius. Ad hæmorrhoides cœcas & nimium dolentes ac tumentes, propriâ experientiâ commendat Heinricus ab Heer *Obſerv.* 20. *pagin.* 244. Aliquando fœminæ hæmorrhoidibus, poſt partum annuatim recurrentibus, laboranti folia hujus ſcrophulariæ comedere, radicem verò potui miſcere juſſi, hacque ratione reſtitui. Conferatur Solenander *in Conſiliis.* Radix quoque tuberoſa collo appenſa, ſæpius comeſta in nodis & ſtrumis, præcedentibus ſcilicet blandè evacuantibus, tanquam ſpecificum certiſſimum commendatur, ſive internè, ſive externè, in quocunque loco ſint ſcrophulæ & ſtrumæ ; item ſi ejus radix accreſcente luna fodiatur, poſtmodum verò decreſcente luna uſurpetur, & interea temporis exſiccetur ; ſi ſcilicet interius ejus decoctum, vel pulvis à ʒß. ad ʒj. accipiatur, vel etiam, ſi decoctum radicis ſcrophulariæ interius bibendo uſurpetur, ſimul etiam in potum infundatur. Etiam contra **die Haupt-Drüſen /** uti vocant mulierculæ, ſimiliter uſurpatur ſcrophularia.

Externè, maximè convenit in hæmorrhoidum doloribus, tumoribus, exulcerationibus, & quibuſcunque aliis affectibus ; ſi ſcilicet radix ſola recens à ſordibus purgata amuleti inſtar appendatur collo, ut attingatur nudum corpus, & ſic geſtetur ; ſic enim fieri dicunt, ut miraculi inſtar omnia hæmorrhoidum vitia corrigantur & compeſcantur : id quod propriâ experientiâ confirmat Scultetus *in Armamentario Chirurgico Tab.* 42. Id quod eſt etiam experimentum D. Horſtii. Hic recipit radicem bene purgatam, & in hæmorrhoidum affectibus, item malo iſchiadico ; appendit femori, ut radix nudum femur attingat ; ſic enim fit, ut dolor evaneſcat, ſicut radix exſiccatur : vid. ejus *Diſpenſat. l.* 1. *pagin.* 3.

In ſcrophulis & ſtrumis colli accipitur numerus tuberculorum horum impar, & hæ radices filo trajectæ appenduntur collo ; ſic enim fiet, dicunt, ut ſcrophulæ brevi poſt evaneſcant. Vid. Schmuck *Curat. Magico-Magnet. pag.* 20. In ſcrophulis exulceratis, aliisque ulceribus mali moris, ſcrophulariæ ſuccus unguentis additur, aut etiam ſucco ulcera abluuntur.

Paratur aliàs unguentum de ſcrophularia, ſi ſcilicet radix hæc ſucculenta in autumno collecta ad ℔ß. contundatur in mortario lapideo cum butyro recenti, deinde in vaſe clauſo ſepeliantur in fimo equino, vel ponatur in MB. per 14. dies noctesque : poſtmodum leni igne liqueſcant, & colentur, fiatque ſic cum pinguedine humana & cera unguentum contra hæmorrhoides optimum, tam in affectibus hæmorrhoidalibus, quam etiam in tumoribus glandularum duris, ſcrophulis & ſtrumis, & hinc in ulceribus mali moris, & ferè cancroſis.

Digitized by Google

SCYLLA.

Scilla, die Meer-Zwiebel / eſt ceparum ſpecies, ſed omnium acerrima, adeo quidem cauſtica, mordax & acris, ut manibus tractata, illas ferè exulceret, & puſtulas excitet, unde deleterium putarum fuit; de quo videatur Zwelferus *Pharm. Reg. pag.* 146. Propterea à veteribus in uſu fuit in clibano torrefacta; ſed ſal volatile acerrimum, in quo omnis vis conſiſtit, hoc modo avolat. Radix eſt exotica, craſſa, rubicunda, ſaporis cum multa viſciditate amari & acris, odoris ferè nullius, in locis maritimis tantum creſcens, quæ ex iſtis etiam ad nos defertur.

Radix hæc magni æſtimata fuit à veteribus, & apud illos in magno fuit uſu; nec immeritò. Nam in multis morbis convenit egregiè, cum impregnata ſit elegante ſale volatili acri, imprimis, ſi ſit recens & ſucci plena. Ratione hujus ſalis volatilis acris habet ſaporem amarum, acrem, penetrantem & reſolventem, attenuat & incidit mucilaginem viſcidam & craſſam, abſtergit, & valdoperè purificat viſcera à ſordibus, eorum meatibus adhærentibus, cujus ſalis ratione etiam ſolet ciere urinam. Ex quibus facilè patet, in quibus affectibus conveniat: ſc. commendatiſſimum eſt in aſthmate & tuſſi, orta ex mucilagine craſſa, viſcida & tenaci, ſive hæreat in cavo ſtomachi, ſive in ramulis bronchiorum pulmonum. Præterea alterando ſanguinem, ejusque ſerum, per vias urinarias ſimul evacuare ſolet; ſicut & in affectibus renum & veſicæ, urinæ ſuppreſſione & ſimilibus, à muco craſſo & viſcido, ſcilla eſt egregia.

Ex infuſione radicis cum aceto oritur acetum ſcilliticum, & ſic fit ex ſale acido aceti, & ſale volatili acri ſcillæ egregium ſalſum volatile, quod in magna fama & æſtimatione apud Veteres fuit. Cum aceto enim ſcillam corrigere nonnihil, ſimul tamen etiam vim inciſivam & attenuativam conſervare voluerunt. De hoc, ejusque viribus integrum Tractatum ſcripſit Italus quidam Duraſtantes: Conf. Mindererus *in Aloëdario pag.* 130. Item Zapata *in Clave Medic. cap.* 4. Nam veteres hoc ipſum, habuerunt pro panacea, ejuſque uſu primum inventorem per omne tempus vitæ benè vixiſſe dixerunt. Egregii eſt uſus in tuſſi & aſthmate pro incidenda, attenuanda, & reſolvenda mucilagine viſcida & pituitoſa; ſimiliter & in affectibus renum & veſicæ, urinæ ſuppreſſione, & ſimilibus, à craſſo tali ſucco oriundis. Ubicunque igitur opus eſt inciſione maſſæ viſcidæ & pituitoſæ, optimum eſt. Optimum facici colorem uſu interno inducere dicunt. In affectibus oculorum, imprimis per conſenſum à ventriculo eſt egregium. Ad affectus ventriculi multum prodeſt. In corpulentia nimia ſimiliter in uſu eſt; nam uti aceta omnia eam iminuunt, ita imprimis acetum ſcilliticum in hoc paſſu eſt commendatum. Præterea in præſervanda peſte & morbis malignis egregium eſt, ſicut omnia aceta, & ex aceto parata remedia. Porrò in affectibus ſoporoſis, lethargo & aliis, acetum hoc tàm internè hauſtum, quàm externè naribus admotum, convenit; ſicut & in apoplexia, imprimis ſenum, apud Veteres uſitatum fuit. Doſis hujus aceti poteſt eſſe ab ʒß. ad ʒj. imprimis quando gaudet vehiculis aliorum.

Cum melle miſtum dat oxymel ſcilliticum, tam ſimplex, quàm compoſitum Meſue, quæ in cruditatibus, aliiſque affectibus ſtomachi & pectoris, ubi præſens eſt maſſa craſſa & tenax, egregiè conveniunt, vel ſola, vel permiſta cum ſyrupo nicotianæ, aliisque remediis; & ſic in ſpecie in aſthmate ſuffocativo infantum egregium erunt remedium.

Veteres valdè commendarunt oxymel ſcilliticum ad epilepſiam, de quo videatur Zacutus Luſitanus *l.* 1. *Medic. Princip. Hiſtor.* 29. Huic ſcillæ ſi adjiciatur in melle vel aceto ſtæchas Arabica, eò præſtantius remedium evadere dicunt ad epilepſiam & vertiginem, uti vult Freitagius *in Aurora Medicorum. pag.* 539.

In uſu eſt etiam ſyrupus ſcilliticus pro iisdem affectibus.

SEBESTEN.

Sebeſten fructus eſt parvus exoticus referens ferè prunum: vocantur etiam à quibuſdam myxaria; Germanis ſchwartze Bruſt-Beerlein / propter egregium uſum, quem habent in affectibus pectoris, & ſunt ferè ejusdem naturæ ac uſus cum jujubis.

Temperati ſunt admodum, & quaſi medii inter pruna & jujubas, unde temperando & corrigendo acrimoniã lymphæ, in fauces & aſperam arteriam tranſudantis & corrodentis, conducunt; id quod etiam de affectibus urinariis, ex nimia urinæ acrimonia ortis, verum eſt, quam ipſam ſimiliter temperat & obtundit, ſi hoc decoctum vel ſolum, vel cum jujubis ad ʒvj. frequenter manè uſurpetur, & loco horum ſufficiunt ſolæ paſſulæ, niſi quod à quibusdam loco laxativi adhibeantur.

Electuarium diaſebeſten, quod leniter purgat, & acrimoniam humorum attemperat & infringit, etiam proſtat: ſed non amplius in uſu eſt.

SECALE.

Digitized by Google

SECALE.

Secale eſt frumenti genus, ex quo conficitur noſter panis uſualis, & ex quo ſe offerunt farina & furfures.

Farina & furfures nunquam internè in uſum veniunt Medicum, ſed ſaltem externè. Et quidem farina pro discutiendis, reſolvendis, & ſuo hinc modo emolliendis tumoribus in cataplaſmatis, vel adſperſione nuda in tumoribus præprimis eryſipelaceis convenit. Furfures autem inſignem vim obtinent abſterſivam, & interdum incoquuntur clysmatis, ubi opus eſt abſterſione inteſtinorum; vel & ſacculo incluſi & impoſiti, imprimis cum ſale, egregiè diſcutiunt, & flatulentias diſſipant; ſacculis incluſi, & cum aceto ebulliti, in teneſmo dyſenterico ano optimè admoventur.

Inter præparata ſecale exhibet imprimis panem,

Panificii aliàs artificium conſiſtit in fermentatione ſecalis. Dum enim per aquam affuſam excitantur ſalia, acidum & urinoſum, fermenti æquè ac farinæ, fit motus fermentativus, mediante quo in omni ſemine reſolvitur omnis mucilago; & dein ex ſalibus reſolutis excitatur ſpiritus acidus volatilis: Toſtio deinde in clibano facit, ut ſalia illa nondum penitus ſpiritualiſata remaneant in concreto, quæ habent ſaporem acidulum, volatilem tamen.

Unde eſt, quod panis nunquam ſui nauſeam pariat ſtomacho ob ſpiritum hunc volatilem, utut quotidiè comedatur; cum nimirum ſymbolizet, & amicitiam mutuam colat cum fermento ſtomachi.

Dum coquitur panis, avolat ejus ſpiritus reverâ analepticus, & quem meritò omnibus perlatis aquis meritò præfert Beccherus *in Phyſ. ſubterr.* Spiritus acidus exhalans ex pane ſolet compeſcere & curare vomitum, item nauſeam, ac faſtidium, ſi naribus ſaltem admoveatur. In morbis imminentibus panis appetitus amittitur, & in reconvaleſcentia eum ventriculus primum appetit, ſicut cum reliquis cibis panis aſſumptus eſt quaſi fermentum ciborum & ſtomachi, cujus intuitu vocatur theriaca alimentorum: è contrà minus ritè fermentatus peſſimus eſt, & digeſtiones turbat. Externè uſurpatur in confortando ſtomacho, ſi recipiatur cruſta vel fruſtulum panis torrefactum vel toſtum, adſpergitur aceto & pulveribus aromaticis. v.g. cinnamomi, nucis moſchatæ, zedoariæ, & pauxillo croci, ſicque applicatur regioni ſtomachi, quod ad choleram ſiſtendam, vomitus nimios, poſt medicamentum vomitorium nimis fortè ortos, compeſcendos, & ſedandam nauſeam, eſt egregium medicamentum: quod ipſum tamen adhuc felicius præſtant panes melliti **die Pfeffer-Kuchen.** Unde etiam panis recens ſolet olfactum inhibere poſt medicamentum ingratum, vel purgans aſſumptum, quò minus vomitus & nauſea ſequatur; imprimis, ſi panis aſpergatur aceto ſimplici, vel rutaceo.

Deinde talis cruſta panis, vel recens vel leviter toſta, & ſpiritu vini, vino malvatico, aut balſamo embryonum irrorata, & umbilico applicata, convenit in roborando fœtu, & præcavendo abortu.

Panis ſi denuò fermentetur, dat ſpiritum volatilem inflammabilem; per ſe autem arefactus dat per retortam ſpiritum acidum volatilem, unà cum oleo empyreumatico. Cum ſpiritu hoc in rectificatione per phiolam altam aliquid etiam ſalis volatilis ſimul latera cucurbitæ occupaſſe obſervavi, quæ egregium obtinent uſum in confortando ſtomacho, & in ſuccurrendo ejusdem ſymptomatis. Idem ſpiritus acidus videtur mihi proximè accedere ad naturam ſpirituum lignorum, adeòque erit compoſitus ex acido volatili, & ſpiritu oleoſo volatili; hinc magnum obtinet uſum in operationibus Chymicis, dum metalla & ſubjecta mineralia, v.g. Martem, corallia, perlas, antimonium & vitrum antimonii, &c. ex parte ſolvit, & ex iis Ram extrahit: quæ ſolutiones in Ras redactæ ſunt eò magis convenientes & amicæ corpori, quo magis eſt acidum volatile menſtruum. Sed, utut ſolutio ſit manifeſta, ℞ tamen iſta magis ab oleo, nempe ſpiritu, quàm ſubjecto ſoluto, dependet, cum idem ſpiritus corallis albis infuſus æquè tandem rubedinem contrahat, quam ſi rubris affundatur.

Ultra ſpiritum acidum volatilem cum ſale volatili, ſpiritum panis per fermentationem habet Grembs *l. 3. cap. 2. §. 41.*

Quidam etiam oleum & eſſentiam panis habent, quæ fit ex cruſtis exſiccatis, vino generoſo, vel malvatico infuſis, quæ digerunt per tres ſeptimanas in phiola bene clauſa: hinc deſtillant per retortam in cineribus igne forti, ubi primo loco ſpiritus, poſt ultimò oleum rubrum, ſeu eſſentia inſtar rubini aſcendit. Spiritus eſt elegantiſſimi ſaporis, & pro dyſenteriis, appetitu dejecto, aliisque ſtomachi affectibus, egregius, teſte Hartmanno *in Praxi Chym. pag.* 171. utut præparationem ibidem reticeat.

Oleum panis commendatur ab Hœfero ad epilepſiam, imprimis infantum, ut videre poſſumus in ejusdem *Hercul. Medico pagin.* 13.

SEDUM.

Sedum, Græcis aizoon, Latinis ſempervivum dicitur, quod vitæ ſit admodum quaſi pertinacis, ac ferè ſemper creſcat. Sedum

Digitized by Google

dicitur ſatum quaſi, quia veteribus olim in tectis ſata fuit, ſuperſtitione hâc ſuffultis, quod domus hac ratione à fulmine libera ſit futura. **Haus-Laub**/ quod in muris domuum creſcat.

Inter alias ſpecies ſedum majus in uſu eſt, cujus imprimis folia ſunt ex primariis refrigerantibus, alcali volatili occultô copiosâ aquâ diluto conſtitutis: Internè rariùs adhibetur.

Extrinſecus magni uſus ſolet eſſe ad refrænandum ſanguinis ardorem, in morbis acutis & febribus ardentibus: nempe ſi applicetur ſedum contuſum, & applicatum capiti inſtar cataplaſmatis, multum ſolet conferre in phrenitide: applicatur vel plantis pedum, vel regioni frontis; imprimis, ſi miſceatur cum lacte muliebri, vel, quod meliùs eſt, cum ſucco cancrorum fluviatilium expreſſo, & inſtar cataplaſmatis applicetur. In talibus caſibus â quibusdam ſimili modo ſedum ſolet applicari ſpinæ dorſi; ſed hoc eſt periculoſum. In affectibus faucium inflammatoriis multi eſt uſus ſedum: imprimis in angina, ſi ſedum majus cum cancris fluviatilibus contundatur, & ſucco expreſſo fauces colluantur, eſt expertum remedium, quod debemus Paracelſo: vid. Sennertus *Prax. P.* 1. *l.* 2. *cap.* 24.

Folia detracta interiore cuticulâ, apponuntur clavis & verrucis pedum, manè & veſperi, quas emolliunt, ut poſſint ſenſim ſenſimque exſcindi: quod quoque faciunt eadem folia in gangliis & nodis partium tendinoſarum & nervoſarum impoſita, & ſemper manè & veſperi renovata; emolliunt enim tumorem, ut ſenſim ſenſimque diſpareat.

Succus hic ſale alcali temperatiſſimè turgidus refertur inter frigefacientia, & à quibusdam commendatur in nimiis incaleſcentiis totius corporis, vel in morbis acutis cum ardoribus, ſive internè ſive externè uſurpetur. Internè ſunt, qui ſuccum ſedi majoris potui miſcent in febribus ardentibus, & ut vocant, bilioſis, ex vitiato & nimis oleoſo ſale volatili urinoſo maſſæ ſanguineæ, quod corrigit & alterat; imprimis in febribus cum inflammationibus conjunctis conveniet. Externè optimè uſurpatur tàm in faucibus affectis, quàm æſtu totius corporis temperando. In prunella notha, inflammatione gulæ & laryngis, aliisque faucium affectibus inflammatoriis, à febribus oriundis, ſuccus vel ſolus, vel cum ſale Ammoniaco, egregiè juvat; ſic ardorem & ſqualorem faucium & linguæ coërcet, vel illitus, vel cum aqua exinde deſtillata pro gargariſmate adhibitus, quod remedium commendat Paracelſus; vid. Sennertus *loco allegato.* Sæpiùs fit, ut in ardentibus areſcat & arida fiat lingua, imò fiſſuras propter ariditatem & ſiccitatem accipiat: in tali caſu impoſitus ſuccus ſempervivi linguæ, & detentus ſine deglutitione, refrigerat linguam, corrigit ſiccitatem, & fiſſurarum dolorem lenit, easque conſolidat: cum aqua vel ſucco prunellæ poteſt miſceri, & ſic erit etiam expertiſſimum remedium in morbo Hungarico & febribus ardentibus. Quin & idem ſuccus cum nitro applicatus, vel plantis pedum vel manuum volis, æſtum febrilem egregiè mitigat. Contra ebrietatem & hæmorrhagiam narium ſucco additur nitrum & acetum vini, ſcrotoque circumligatur; ſic ebrietas compeſcitur, & ardor corporis depellitur.

Aqua & ſyrupus internè proſunt in nimio æſtu & ardore morborum acutorum; externè uſurpantur pro faucium collutionibus, cum quibus poteſt miſceri ſuccus cancrorum fluviatilium, vel ſal Ammoniacum pro experto gargarismate in incipiente angina.

SENECIO.

Senecio vulgaris, ſeu Ἡγησίων Græcorum **Kreutz-Kraut**/ nomen accepit à ſenio, quod promptè ſeneſcat, ac per totum vernum æſtivumque tempus florere, ac in pappos flores ſuos explicare ſoleat. Datur & ſenecio pinguis major, ob folia ſua pinguiuſcula ita dicta.

Autor multa ſenecioni tribuit, quæ tamen non ſcio, an ſint experta? Angli ſuccum hujus plantæ vomitionibus ſuis immiſcere ſolent.

SERPILLUM.

Serpillum Latinis, ac Ἕρπυλλον Græcis, dicitur à ſerpendo, quod hinc inde humi quaſi ſerpat, Germanis **Quendel.**

Planta eſt flore rubro, & ex noſtratibus aromaticis notiſſima, volatilis & ſpirituoſa, ſimiliter ferè atque liliorum convallium flores multi uſus in affectibus capitis & uteri, ſpeciarim in affectibus capitis & nervinis à lymphâ catarrhali acida obſeſſis, unde pro ſpecifico catarrhali ab Hartmanno habetur. Ciet urinam, & pro affectibus menſtruoſis mulierum uſurpatur.

Externè ordinariò ingreditur balnea, pediluvia ac fotus diſcutientes, nervos confortantes, quæ in affectibus menſtrualibus mulierum conducunt.

Aqua ſpirituoſa ſerpilli, & ipſe ſpiritus pro catarrhis in frequenti ſunt uſu. Modum docet Hartmannus *in Praxi cap.* 41.

Item aquam catarrhalem ex ſerpillo cum ligno ſaſſafras Hoffmannus *Clav. pagin.* 47. & *in Theſauro Pharmaceutico pag.* 6. parare docet.

In

Digitized by Google

In Mynſichtii *Armamentario Chym. p.* 316. proſtat aqua benedicta ſerpilli, pro catarrhis & affectibus catarrhalibus curandis. Et ſanè ſpirituoſæ aquæ cerebro & capiti roborando, lymphæ catarrhali corrigendæ, & nervorum tono reſtituendo egregiæ ſunt.

Aqua & ſpiritus conveniunt valdè in uterinis affectibus quando menſes ſunt ſuppreſſi, vel nimis dolorosè & inordinatè fluunt.

B. D. Michaelis *Eſſentiam catarrhalem* cum ſpiritu ſerpilli ex ligno ſaſſafras paravit multæ laudis in catarrhis: melius tamen eſt, ſi ex ſuccino paretur.

SERRATULA.

Dicitur ſerratula, quod folia ejus ſerræ inſtar ſint crenata & inciſa; Tinctoria verò, quia tinctores hac ipſa utuntur pro pannificiis nigro colore tingendis, German. vocantur **Schart.**

Olim in quibusdam officinis receptum erat decoctum hujus herbæ in vino, & ad tertias partes conſumptum, pro ſanguine grumoſo diſſolvendo, in ſpecie in caſu ab alto, & ſubluxationibus vertebrarum. Hodiè verò hujus loco Rubia, & inde paratum medicamentum crapp dictum, ſolet recipi.

SESAMUM.

Seſamum planta eſt ſylveſtris, habet folliculos quadrangulares, ex quibus colligitur ſemen, cui præfertur exoticum ex Aſia, quod etiam ſæpiùs, quam noſtrâs, ſolet præſcribi in cataplaſmatis cum ſemine fœnugræci, ubi opus eſt emollitione.

Internè commendatur ad augmentandam materiam ſeminalem. Præ ſemine tamen præſtat oleum expreſſum, cujus adulterationem videbitis apud Autorem, utut internè rariùs uſurpetur, quoniam ſolet excitare nauſeam, nihilominùs tamen ſolet commendari in pleuritide, non minùs quàm oleum amygdalarum dulcium & oleum lini. Externo uſu itidem eſt emplaſticum, conveniens in emolliendis & ſuppurandis tumoribus. Idem oleum illitum cum oleo lumbricorum emollit nervos ac tendines, eosque flexiles ac molles facit.

SESELI OFFICINARUM.

Seſeli triplex in officinis proſtat. Officinarum, Maſſilioticum, & Creticum.

Seſeli officinale theriacam ingreditur, cujus ratione aſſervatur, aliàs nullius uſus eſt: Commendatur etiam in menſibus ciendis. Sed quoniam eſt rarum & carum, non præſcribitur.

SESELI MASSILIOTICUM.

Seſeli Maſſilioticum celebris eſt uſus in officinis in affectibus uteri, internè, purificat egregiè uterum, & menſes provocat; item in epilepſia, per conſenſum uteri oborta, in ſpecie commendari ſolet: in rotulis etiam & pulveribus pectoralibus pro facilitanda expectoratione ſolet præſcribi.

SESELI CRETICUM.

Seſeli Creticum, quod ex Inſula Candia adfertur, easdem affert vires cum Maſſilioticо. Cæterùm noto, quod omnia ex Candia advecta remedia ob climatis conſtitutionem ſint potentiora reliquis & operoſiora; unde etiam ſeſeli officinali & Maſſiliotico meritò præfertur Creticum, utut cæteroquin in uſu conſpirent.

SIDERITIS.

Inter varias ſideritidis ſpecies præſtò eſt montana perennis ſeu hyſſopifolia flore albo. Dicitur à σιδήρω ferro, quod ferro inflicta vulnera ſanet; Germanis **Glied-Kraut/** quod circa articulationes ſoleat folia ac flores protrudere.

Solet referri inter vulneraria, ſed rariſſimi uſus eſt.

Externè tantum in abſtergendis ſordibus cutaneis, & aperiendis ejuſdem poris corporis, quandoque præſcribitur: vid. Hœferi *Herc. Medic. pag.* 267. Decoquitur herba, & decocto lavantur membra. Mulieres hanc & vulgarem ſylveſtrem commendare ſolent in balneis infantum, ob faſcinationes & incantationes.

SILIQUA.

Siliqua, Græcis κεράτια, vulgò **das Johannes Brodt/** arbor eſt exotica, quæ in Italia creſcit in tractu Neapolitano.

Fructus ſatis ſatiſque ſe commendat dulcedine guſtus. Apud nos duæ ejus in uſu ſunt ſubſtantiæ:

1. Dulcis ſuccus in capſulis contentus.
2. Ipſa lignea capſula.

Ille laudatur in ſtomachi & pectoris affectibus, imprimis contra tuſſim contumacem pro expectoratione & reſolutione materiæ tuſſim cauſantis; in ſpecie convenit in acrimonia lymphæ, aſperitate faucium, &c. demulcet enim acrimoniam humorum, ſimulque lympham tenuem inſpiſſando expectorationi eandem reddit aptam. Hic ſuccus etiam interdum proſtat in officinis, dum ſpontè tranſudat per ſaccos, in quibus aſſervantur ſiliquæ; ſi non proſtat talis, ſiliqua contuſa ebulliat in aqua ſimplici vel nymphææ leniter; ſic enim aqua elicit omnem dulcedinem ſuccoſam, qui ſuccus mucilagineus tanquam eclegma ſenſim ſenſimque deglutiatur ad fauces aſperas ſopiendas. Viribus enim convenit cum paſſulis minoribus & jujubis; ſecretum fuit D. Sanctorii in tuſſi contumaci & inveterata.

Po-

Posterior in substantia comesta imprimis ardorem stomachi, ejusque acidum destruit, uti etiam cortex ejus lignosus contra stranguriam usurpatur.

Quoad præparata, ex siliquis & papavere paratur syrupus *diacodion* Montani, quod decantatum & polychrestum remedium est.

Ex succo recenti fit elegans vinum factitium, de quo videatur Borrichius *in Herm. Sap. pag.* 122.

SINAPI.

Sinapi, **der rothe Senff**/ ad differentiam erucæ, **weissen Senff**/ planta est satis cognita imprimis ratione seminis, tàm officinis, quam culinis maximè nota & usitata ob Mustardam, & magnam alit confinitatem cum eruca. Eligendum est pro usu hortense, idque imprimis, quod est seminis aliquô modô lutei seu flavi. Habemus enim sinapi semine flavo, luteo, & albo.

Semen luteum flore rapi seu vulgare tantum est in usu, quod sapore acri, volatili, penetrante, & tantum non caustico turget ob particulas suas rigidas, acutas & penetrantes, incidentes, & partes sensiles stimulantes, quas per analogiam ad naturam acidorum volatilium referre possumus, ex quo facilè hariolandum, ad quos affectus conveniat. Primò præter natam inde vim diaphoreticam in malo hypochondriaco, quatenus hoc radicem figit in stomacho, valdoperè convenit, dum acrimoniâ suâ crassas mucilagines & tartareos succos incidit, attenuat & resolvit, & ita causam mali hypochondriaci potenter removet. Præterea quoque, cum ex acido per fermentationem fiant flatus, ordinarium & primarium mali hypochondriaci symptoma, illud ab acrimonia salina sinapi correctum imbecille evadit, quo minùs possit in flatus abire. Ulteriùs si malum hypochondriacum splenem occupet, v. gr. in tumore, in scirrho, & obstructione splenis, semen sinapi interno & externo usu est commendatissimum.

Quod dixi de malo hypochondriaco, intelligendum quoque est de cachexiis, imprimis virginum cum mensium obstructionibus conjunctis. Excessivus gradus mali hypochondriaci est scorbutus, cui feliciter medetur. Sicut relatum fuit à viro fide digno, nautas iter ad Indias suscipientes frequenter usos fuisse semine hoc sinapis contra scorbutum, quô partim præservarint, partim curarint illum, in longis navigationibus obvium. Præterea est & stomachicum insigne, acidam ventriculi cruditatem tollit, appetitumque prostratum restaurat, ac inde natos per consensum affectus removet, quatenus, sal acidum fixum corrigit, & stomachi fermentum volatilisat, exaltat, ut felicius possit in cibos coquendos agere. Notum est, quod unà cum cibis difficilis coctionis, quales sunt carnes induratæ, haleces fumo induratæ, &c. in quibus omnibus est acidum fixum, pro condimento apponatur sinapi, vel cum musto, vel cum aceto subactum: fit enim, quando semen contusum permiscetur cum musto recenti, & sensim sensimque inspissatur in consistentiam, quam obtinet; quidam addunt tantillum aceti, nec incongruo consilio. Tale condimentum est salinum volatile, quod attenuat & incidit alimenta crassa, & incisa, cùm abundet sale volatili acri, corrigit, & dum ambo fermentantur, in salsum succum convertit, sicque meritò appetitum acuit, & alimentorum digestionem promovet. Propterea apud Gallos, uti etiam apud quosdam Latinos vocatur Mustarda, quasi mustum ardens, quoniam habet saporem acrem & quasi ardentem, & paratum est ex musto & sinapi. De his & aliis pluribus videatur Sebizius in absoluto *Tract. de Alimentorum facultatibus pag.* 464. Hinc & in vertigine & imminente apoplexia ex consensu ventriculi, matutino tempore semen vel simplex, vel saccharo obductum comestum commendatur, vel cum ficubus in formam electuarii redactum, & jejunè usurpatum, est egregium. In febre quartana egregium remedium est semen sinapi interiùs adhibitum, quod plura præstat, quam omnia decocta melanagoga. In affectibus soporosis nulli cedit remedio sinapi, imprimis in præservanda apoplexia, in qua multum facit, tàm præservandâ, quàm curandâ: præsertim in senibus est egregium præservativum & munitivum, si singulis manè pugillum unũ seminis assumant, vel solùm, vel in convenienti vehiculo jejuno stomacho: quâ ratione assumptum semen sinapi non minus convenit in vertigine essentiali. Hinc etiam pro scopo apoplectico miscetur semen cum dimidio corallorum rubrorum, & cardamomi parte una pro tragea; vel exinde electuarium cum caricis pinguibus, addito cardamomo & cubebis; item terreo quodam fixo e. gr. cranio humano, paratur. Vel potest fieri compositio præservativa ex succino albo præparato, misto cum semine sinapi & erucæ; quod multis erit conveniens remedium. Ad hæc in reliquis affectibus soporosis, præter apoplexiam, in specie in catarrhis, convenit sinapi, tàm interno quàm externo usu. In passione hysterica non minùs egregium est.

Præter has vires internas externè quoque adhibetur in sinapismis, irritat fortius fibrillas nerveas, spasmum excitando, motum sanguinis sufflaminando, hinc colliquefaciendo, resolvendo, &c. operatur. Cataplasma

Digitized by Google

plaſma hoc in ſcirrho & obſtructione ſplenis, cephalalgia & affectibus oculorum pro ſcopo averſorio in nucha &c. cum fermento & ſpiritu vini prodeſt. In tumore, ſcirrho, & obſtructione ſplenis, prædeceſſorem habemus Bartholettum *in Tract. de Reſpirat. pagin.* 431. qui in lienis infarctu, & induratione, ſummo cum fructu utitur externè ſinapiſmo humido ex ſemine ſinapi & urina, quæ duo contuſa applicat regioni lienis inſtar cataplaſmatis vel emplaſtri : ſic enim ſal volatile ſinapi maritatum cum ſale volatili urinæ penetrat potenter infarctus lienis, & acidum corrigit ac temperat. Formula aliàs ſinapiſmi externi poſſet eſſe talis:

℞. *Ferm. rec. acris* ℥j.
Sem. ſinapi cont. ʒvj.

Irrorantur, *c.* ☿, & applicantur.

Vel ſi deſideretur magis compoſitum:

℞. *Sem. ſinapi.*
ſterc. columb. ā ℥ß.
piperis ʒß.
picis
terebinth. ā q. ſ.

M. f. l. a. *Cataplaſma* ſeu *Malagma rubificans.*

Denique in affectibus ſoporoſis ſinapi contuſum cum aqua betonicæ vel lavendulæ inſtar cataplaſmatis applicetur capiti; item in lethargo conveniet, ſi pedes fricentur cum aceto, in quo decoctum fuit ſemen ſinapi, quod ſimiliter naribus eſt indendum contra lethargum, & ſimiles affectus ſoporoſos.

Boyle *in Tractatu de Volatilitate pagin.* 20. recipit

Semin. ſinapi part. j.
♆ ana l. part. ij.

Contuſis & mixtis affundit paucam ▽, & per ∴m in cucurbita, appoſito alembico, deſtillat ∽ ⊖ino-volatilem acrem urinoſum, antiſcorbuticum ratione ⊖is volatilis in ſinapi; qui rectificatus ooorem ſinapi refert.

Hujus pars j. juncta c. ∽ cochleariæ part. ij. affundatur ſtrobulis pini, & elicitur eſſentia antiſcorbutica elegans. Idem ſpiritus ſinapi junctus cum ſpiritu liliorum convallium ritè parato, erit egregius in affectibus capitis ſoporoſis, apoplecticis & ſimilibus.

SISARUM.

Siſarum Germanorum, **Zucker-Wurtzel / Zucker-Rübigen** / ita dicitur à radice ſuavi & dulci; radix enim eſt alba & ſaporis dulcis inſtar ſacchari. Ad paſtinacarum ſpecies, imprimis verò illas, quæ elaphoboſca dicuntur, videtur eſſe referendum.

In officinis exulat, ac in culinis tantum, quod rectè dicit Autor, inter acetaria adhibetur. Si tamen conjecturæ locus ſit, more paſtinacarum vi diureticâ non adeò vulgari radix ejus eſt prædita. Autor dicit: quod cenſeatur ſpecifica antidotus Mercurii vivi.

SOLANUM.

Solanum dicitur quaſi ſulanum, quod porcis & ſuibus in medicinam cedere ſoleat. Græcis dicitur στύχνος, Germanis **Nacht-Schatten.**

In genere ſolana quævis de vi narcoticâ plus minus participare videntur: præterea ſucco, ſale alcali turgido, imprægnata ſunt, præſertim folia, unde refrigerare, & acrimoniam cauſticam humorum coërcere obſervantur, externè admota: Et ex his multiplices ac varii ſolanorum effectus commodè poſſunt deduci.

SOLANUM OFFICINARUM.

Solanum hortenſe, & officinarum quod concernit, hoc reliquis temperatius eſt, nullum autem internum habet uſum.

Externè ob vim narcoticam inter refrigerantia ponitur. Dein folia contuſa leviter imponuntur eryſipelati ad temperandum æſtum: contra cephalalgiam in febribus ardentibus capiti alligantur pro temperando æſtu, & impedienda efferveſcentia ſanguinis. Speciatim in tumoribus duris ſcirrhoſis, etiam ad cancrum declinantibus, quocunque modo externè impoſita ſingulare quid obtinet; unde in cancris, tam occultis, & manifeſtis, mitigandis egregium eſt: ſi ſc. vel folia integra ſola tantum, vel in mortario plumbeo optimè contuſa, inque formam unguenti redacta imponantur locis, ut impediatur ejus progreſſus & ulterior exulceratio. Acidum namque cancri occultum & malignum temperant, humoreſque corrodentes blandè mulcent, utut non perfectè & abſolutè, ſed palliative tantum curent, item in ſcrophulis ad cancri naturam accedentibus, ulceribus item ejusdem generis, pari modo uſurpatur.

Aqua deſtillata applicatur externè capiti dolenti in epithematis, in febribus ardentibus & ſimilibus affectibus, uti & cancro exulcerato.

Succus ſolani contra cancrum exulceratum conducit, unde ſemper unguenta & cataplaſmata contra cancrum ſolent ingredi.

Agitatio fit in mortario plumbeo, ut ſuccus hic cum aliis nonnihil de plumbo participet.

SOLANUM VESICARIUM VIRGINIANUM, seu INDICUM.

Solanum veſicarium Indicum ſeu virginianum, vel halicacabum Indicum primitus nobis detexit & deſcripſit Guilielmus Piſo, in Medicina Braſilienſium, & quidem ſub nomine Cameru. Baccæ ejus non, ut halicacabi, rubent, ſed ſemper flavæ manent, ac ſuavem ſpirant odorem. Quamvis hocce ſolanum ſit officinis inuſitatum, refert tamen Piſo, quod halicacabo noſtrati, vi partim anodyna, partim diureticâ, utut minori gradu, ſit ſimillimum.

SOLANUM POMIFERUM FRUCTU ROTUNDO, STRIATO, MOLLI, majus & minus.

Solanum pomiferum, fructu rotundo molli, ita dicitur ad differentiam ejus, qui eſt fructu ſpinoſo oblongo; eſtque vel majus vel minus. Majus poma habet inſtar pomorum Borsdorffianorum, & colore perfectè aureo gaudet.

Ad ſolana refertur novica & pro more ſolanorum anodynum eſt non adeò tutum. Novi tamen, qui fructu maturo ſolani hujus pomiferi majoris abſque ulla noxa ſunt uſi. Vires hujus ad fluxus cruentos ſingulares expertus eſt Welſchius *Hecat. pag.* 125.

SOLANUM POMIFERUM FOETIDUM FRUCTU SPINOSO ROTUNDO, LONGO-FLORE.

Solanum hoc *κατ' ἐξοχὴν* dicitur ſtramonium. Hujus ſolani fructus maturus ſe in 4. partes diffindere ſolet, ſeminaque de ſe hinc inde ſpargere.

Planta aliàs eſt ex ſolanis malignioribus, adeoque perquam narcotica, unde ejus uſus ſimpliciter eſt interdictus reddit; enim homines ſtupidos ac torpidos. Species eſt daturæ Indorum, quâ mulieres pro dementandis maritis utuntur. Videatur Alpinus.

SOLANUM LETHALE.

Solanorum hæc ſpecies vulgò bella donna, ab aliis ſolanum, maniacum ſeu melanoceraſum, quoniam habet fructus inſtar ceraſorum, à Gesnero *l.* 1. *Epiſt. pag.* 34. *Solanum ſylvaticum* dicitur.

Non eſt in uſu, niſi quod folia ejus inſtar ſativi poſſint adhiberi.

Baccæ hujus, quæ ceraſa referunt, maturæ vi ſuâ narcotica periculoſæ & interdum lethales obſervatæ fuerunt à Simone Pauli *in Quadr. Botan. pag.* 488. Unde ab iis abſtinendum: porcis tamen & ſuibus ſuave ſunt alexipharmacon. Obſervarunt namque nonnulli, quod ſi ſues tempore æſtivo à calore nimio defatigati, poſt frigidum potum periculoſa admodum incurrant pathemata, ſolano hoc ſe rurſus fauſto cum ſucceſſu curare ſoleant.

Radix hujus ſolani, ſi ad ʒj. in hauſtum vini infundatur, & per horam aut dimidiam ante cœnam alicui propinetur, in cœna ab omni cibo abſtemium facit, & utut non ægrotet, nec doleat, edere tamen non poteſt homo.

Hunc ipſum autem ciborum appetitum poſſumus recuperare, ſi poſtmodum aſſumatur cochlear aceti, vel ſucci limonum.

Utut autem baccarum eſus periculoſus & lethalis ſupradictus fuerit, nihilominus tamen Gesnerus *loc. all.* refert, quod ſuccus harum baccarum expreſſus, & ad ſyrupi conſiſtentiam cum pauco ſaccharo redactus, ſit conveniens & efficax medicamentum, ut cochlearis parvi menſura ſomnum inferat, quaſcunque fluxiones ſiſtat, dolores tollat, & dyſenterias curet.

SOPHIA CHIRURGORUM.

Sophia Chirurgorum ita dicitur, quod uſum egregium Chirurgis ſubminiſtret. Alias dicitur accipitrina, & ſeriphium Germanicum, item ſanguinaria, quod ſanguinem ſiſtere valeat; Germanis **Sophien-Kraut.**

Gesnerus etiam *l.* 3. *Epiſt. pag.* 118. refert, quod vocetur à Theophrasto *Conſolida media*, **Gülden-Grünſel** / & quod in vino calefacta, partique cuidam corporis ſuperimpoſita venas & vaſa ſanguinea, utcunque minima, & lactea ſub cute ad ſuperficiem trahere ſoleat, ut commodè ſcalpello incidi & aperiri queant.

In uſu eſt non adeò frequenti, maximi tamen facit Paracelſus *in ſcriptis*, & eidem multas adſcribit virtutes, quas autem ceu ſecretas reticet. Per experientiam notum eſt, quod egregia ſit vulneraria, & imprimis interno uſu in compeſcendis hæmorrhagiis quibusvis, in ſpecie verò in dyſenteria torminoſa & fluxu hepatico, quocunque modo uſurpetur, ſive decoctum per clyſteres infundatur, ſive potetur, ſive ſub eſſentia vel alia forma propinetur: Sanguinem quocunque concretum & grumoſum in partibus ſubcutaneis ſuffuſum blande diſcutit, & foras ad ſuperficiem educit; hinc planta hæc contuſa externè plagis recens inflictis egregiè medetur.

SORBUS.

Sorbus duplex eſt, utraque probè diſtinguenda: nempe aucuparia ſeu ſylveſtris, & torminalis ſeu domeſtica. Sorbus enim aucu-

Digitized by Google

aucuparia dicitur **Vogelbeeren**/ torminalis verò **Ebiſch-Beeren**/ pro uſu antidyſenterico. Fructu quidem conveniunt, ſed foliis differunt. In ſorbo enim torminali folia ſunt hederacea, in aucuparia verò folia reſpondent foliis Sumach ſeu Rhus, referente Tabernæ-Montano.

Utriuſque fructus, præſertim torminalis, in officinis proſtat, baccæ ſcilicet ejus tam maturæ, quam immaturæ.

Miram habent vim vulnerariam adſtringendi, & acrimonias corroſivas in primis viis abſorbendi, indeque experimentum ſunt vulgi non rarò optimum in omnibus fluxibus alvi, in ſpecie diarrhœis & dyſenteriis, præſertim epidemicis. Præſtantiores ſunt pro hoc ſcopo fructus nondum exactè maturi, ſive exſiccatæ pulveris formâ à ʒß. ad ʒj. ſive ex iisdem contuſis aquæ affuſione & decoctione rob paretur, & in quadam aqua deſtillata, vel in vino, vel etiam in cereviſia calida, aſſumatur. Loco ejus ſorbus aucuparia recipi ſolet & poteſt, imprimis verò baccæ ejus nondum exactè maturæ, quæ ſaporem habent utcunque acidiuſculum & adſtringentem, & cum fructu acaciæ ſylveſtris conveniunt. In ſtomachi ardore ſeu ſoda iidem fructus exſiccati valdè commendantur. Baccæ verò maturæ ſunt dulces. Ex hiſce ſuccus inſpiſſatus guſtu ſuavis, in receſſu. Ipſum rob quoque ex fructu ſorbi aucupariæ maturo optimum experimentum eſt pro ſtomacho, appetitum dejectum, & digeſtionem vitiatam feliciter reſtituens. Novi mulierem, quæ rob tanquam medicamentum domeſticum in appetitu deperdito, item inflatione ventriculi, doſi, quantum cultelli cuſpis capit, feliciter adhibuit. Si verò rob ſorbi torminalis haberi poteſt, longè melius eſt, quippe quod iſtô eſt excellentius.

SPATULA FOETIDA.

Radix ejus eſt purgans, & mirabiles habet virtutes in ophthalmia, ſtrumis, epilepſia, ventriculi imbecillitate, &c. vid. Zapata **Schlüſſel der Artzney**/ *cap.* 11. *pag.* 110.

SPICA.

Spica triplex eſt: vel noſtrâs, vel Celtica, vel Indica. Spicæ noſtratis congener ſpecies alias vocatur lavendula, quæ dicitur fœmina, lavendula anguſtifolia; ſpica autem mas ſeu lavendula latifolia, quæ non præſcribitur in officinis, ſed uſitatius lavendula. Spica eſt odoris admodum grati, lavendula ingrati. Vocatur aliàs ſpica nardi noſtratis, aut pſeudonardus ad differentiam veri, de quo poſtmodum; quæ etiam verum nardum ſimilitudine quodammodo repræſentat, Germanice **Spicanard**.

Hæc ipſa ſpica, & imprimis flores, tam ſpicæ quàm lavendulæ ſunt aromaticæ, quam vim aromaticam ſubtilem ſatis & penetrantem, in oleo ſalino volatili acri admodum penetranti fundatam, ſapore & odore teſtatur; unde uſus ejus Medicus eſt nervinus, & hinc cephalicus, atque uterinus. Certè in uteri functionibus promovendis egregia eſt admodum; Oleoſitate enim ſuâ aromaticâ atoniam nervorum reſtituit, indeque dependentia ſenſus & motus vitia optimè corrigit. Ideo etiam in apoplexia & paralyſi, item in catarrhis & affectibus catarrhalibus, remedia ex ſpica parata maximè ſunt experta: uti & in memoriæ debilitate & paralyſi ſummitates florum ſpicæ admodum in uſu ſunt, & omnes aquas apoplecticas, & ſpiritus cephalicos ordinariò ingrediuntur. Remedia inde parata in amiſſa loquela ſunt ſingularia; Sic Rulandus *Curat. Empir.* beneficio ſpiritus vini, cui flores lavendulæ fuerunt infuſi, curavit virum 70. annorum aphonia laborantem, cochleare j. pro doſi propinando. Zacutus Luſitanus *l. Medic. Princ. Hiſt.* 57. multus eſt in explicanda lavendulæ facultate ceu utiliſſimi ſtomachici. Ad hæmorrhagias, imprimis quidem uteri & narium, ſpecificè adhibet pulverem ſpicæ nardi ad ʒj. in aqua plantaginis Riverius. In ore detenta & maſticata multum commendatur à Freitagio ad inhibendos catarrhos, faucium affectus; quoniam inſtar maſticatorii ſubtilis lympham derivat in os per ductus ſalivales, ut poſſit excerni.

In officinis proſtat imprimis conſerva, quæ eſt cephalica: Confectiones itidem.

Aqua florum lavendulæ, eaque legitimè deſtillata, multum commendatur ad amiſſam loquelam, in quo commodè permiſcetur cum ſpiritu ceraſorum nigrorum, additâ quintâ eſſentiâ Matthioli, vel aliquot guttis olei deſtillati aniſi, vel oleo caryophyllorum; uti & ſuccini. Externè inſignis eſt pediculorum hoſtis: ſi caput abluatur aquâ ſpicæ, id quod etiam in cæteris corporis partibus præſtat.

Denique oleum ſpicæ deſtillatum, quod ex Brabantia adfertur, in nervorum ac tendinum relaxatione, affectibus paraliticis, à nimia eorum humectatione à lympha ſeroſa, ac propriè paraplegiis, doloribus artuum lancinantibus multum prodeſt, ſive internè guttæ jv. vel vj. propinentur in vino, ſive oleum hoc cum ſpiritu vini crebrius membris illinatur.

Porrò oleum quoque in paralyſi linguæ eſt egregium, uti etiam externè cum oleo lumbricorum terreſtrium in ſpaſmo & ſimilibus affectibus eſt proficuum, atque in litibus nervis dicatis frequenter adhibetur; unde

unde affectus abdominis convulsivos, v. g. hystericas passiones, admodum coërcet, regioni umbilicali illitum; regioni verò pubis inunctum menses stimulat, & fœtum promovet, vel solum, vel cum ana olei succini mistum. In specie verò contra pediculos nil melius est oleo spicæ. Certè, si modò vesperi sub introitu lecti capiti, aliisque locis pilosis, pediculorum latebris illinatur, vel solum, vel cum unguento pediculari, vel oleo nicotianæ, aut oleo amygdalarum dulcium, aut cum aliis mistum, hos mirè fugat, hincque manè omnes interfecti reperiuntur, atque tunc lavetur caput, ut oleum & pediculi removeantur: ut autem ab eorum regeneratione præservetur caput, aquâ spicæ lavetur. Confer Thonerus *in Observat. pagin.* 322. Schenckius *lib* 4. *Observat. de Testibus*, Sennertus *lib.* 3. *Prax. P.* 9. *Sect.* 2. *cap.* 1. Panarollus *in Pent.* 4. refert, quendam contra pediculos pubis fugandos crebrius Mercurii litu, sed admodum infeliciter, usum fuisse, qui continua penis erectione exinde laboraverit; simul ac verò membrum oleo spicæ fuit illitum, ad pristinum statum membrum est revocatum, ac pediculi etiam fugati. In tinea capitis infantum, præprimis cum pediculis conjuncta; optimus est litus (lotione capitis præmissa) qui fit ex oleo ♀ per deliquium, cum s. q. olei amygdalarum dulcium subacto; cui s. q. olei spicæ destillati potest addi.

SPICA CELTICA.

Spica Celtica seu nardus vera, planta exotica est, crescens in Italia, Liguria, & tractibus Genuensibus. Aromatica est fragrans, pretiosa, & caro pretio venditur, propterea rarò adhibetur, nisi in confectione theriaces, ubi à Veteribus fuit usurpata.

Singulare aliàs est carminativum & uterinum.

SPICA INDICA.

Spica Indica seu nardus Indica ex Indiis Orientalibus adfertur per Asiam, & similiter est cara & rara.

Stomachica est & uterina, ut & nephritica, sicuti reliqua omnia aromata. Ipsa tamen per se rarò adhibetur, nisi in compositione theriaces.

Inter Præparata ad usum vocatur oleum nardinum simplex, de quo vid. Autor; & compositum, quod in affectibus nervorum, spasmo, paralysi, & similibus, cum oleo laurino & similibus valdè solet commendari.

SPINACHIA.

Spinachia in officinis usualis est spinoso semine, seu lapathum hortense, quæ aliàs dicitur spinachia nobilis. Colitur in hortis, & culinaris magis quàm medicamentalis est, utut non penitus exulare debeat ex officinis, quoniam in quibusdam convenit cum parietaria, & abundat succo copioso nonnihil nitroso, quâ ratione inter emollientes, & moderatè refrigerantes refertur; alvum enim laxat absque ullo sensu & emollit, simulque ebullientes circa primas vias, acres, acidos, & biliosos succos temperare, indeque natos ardores & phlogoses solet mitigare; sal volatile nimis oleosum corrigit, & tempore æstivo valdè est conveniens nutrimentum.

Externè inflammationes sistendo, dolores ab acido natos mitigando, partium hinc natas tensiones sufflaminare, & hinc emollire dicitur.

SQUAMARIA.

Squamaria species est dentariæ, de qua nihil apud veteres: modernis tamen à quibusdam contra epilepsiam commendari solet: Vid. *Hoffmanni Clav. pag.* 553.

STAPHIS AGRIA.

Staphis agria in Italia crescit in copia, culturâ tamen apud nos in hortis provenit. Vocatur herba pedicularis, in officinis triquetrum, das Buckel-Horn/ propter formam triangularem.

Internè à veteribus usurpata fuit pro scopo laxante & purgante, uti & pro apophlegmatisante, qui tamen usus apud modernos exolevit.

Externè in phthiriasi ad fugandos & enecandos pediculos & similia usurpatur, scilicet semen hoc contusum coquitur in lixivio, & caput eôdem lavatur, vel cum butyro recenti non salito miscetur in formam linimenti & mirum est, quod quando pediculi hoc sentiunt, in fugam omnes se recipiant; monente Horstio *Disp. lib.* 1. *pag.* 7.

STÆCHAS.

Stæchas est vel Arabica, vel citrina.

Stæchas Arabica est planta non vulgaris, quæ olim ex Arabia felici ad nos fuit allata; ea autem, quâ nos utimur hodie in Gallia crescit, quæ tamen non æquat vires Arabicæ.

Vis illius est aromatica planè elegantissima, & odorem volatilem penetrantem & pergratum habet, qui magis de sale volatili quodam oleoso participare videtur. Herba recens valdè & specificè convenit in capitis & cerebri affectibus, senum præprimis, ut & in affectibus uterinis: imprimis sterilitati, & mensium suppressioni succurrit, pro quibus ciendis solet infundi potui. Unde omnes ferè compositiones cephalicas solet ingredi flos. Ingrediens quoque est theriacæ

Andro-

Digitized by Google

Andromachi: Præterea virtute aromaticâ excellit hyſſopum in affectibus pectoris, unde in tuſſi, aſthmate & ſimilibus commendatur, & claretis pectoralibus ſæpiſſimè admiſcetur, quoniam partes craſſas incidit, & vi aromatica inſtar croci partes læſas, uti & partes nervinas roborat.

In officinis conficitur inde ſyrupus de ſtæchade ſimplex & compoſitus, qui earundem ſunt virium.

Stæchas citrina, **Rein-Blumen**/ apud nos provenit in hortis, putaturque quaſi ſpecies quædam agrimoniarum; ſed malè.

Hepatica eſt, urinam ciet, & recens abſtergit, earumque materiam craſſam ac ſabulum attenuatum expellit: lumbricos enecat.

Externè in lixivio adhibetur pro lotione capitis ad capillos colore flavô tingendos, & pediculos fugandos.

SUCCISA.

Succiſa vocatur etiam aliàs morſus diaboli, quod radix ejus rarò integra, ſed ex una parte mutila reperiatur, quamque diabolus, generi humano infenſus, propter vires egregias, quas habet, abſcidiſſe dicitur. Reverà ſpecies eſt ſcabioſæ, & in multis cum illa convenit quoad vires & proprietates; hinc etiam ſimul præſcribuntur.

Multi eſt uſus, ſive radix, ſive folia, ſive flores uſurpentur. Imprimis radix vi alexipharmaca, ac blandè diaphoreticâ pollet, & in ciendo ſudore ad ʒj. multum commendatur, quâ præfertur adhùc ſcabioſæ: quasvis etiam compoſitiones theriacales ingreditur. Deinde eſt vulneraria, & internô & externô uſu valdè commendari ſolet; hinc ſanguinem coagulatum diſſolvit quoque ac diſſipat, indeque commendatur præcipuè ad pleuritidem & pectoris empyema reſolvendum.

Externè in angina, tumoribus, uti etiam in vulneribus ad ſuppurationem venientibus, aliisque affectibus faucium & tonſillarum, egregia eſt, gargariſmis incocta.

In ulceribus malignis valdè ſolet commendari ſucciſa, non minus, quàm ſcabioſa: imprimis ſuccus harum expreſſus, in bubonibus & carbunculis ſuppuratis: item in aliis ulceribus malignis multum commendatur.

SYMPHYTUM.

Symphytum majus, vocatur κατ' ἐξοχὴν conſolida major, Germanis **Wall-Wurtzel**. Species hujus plantæ variæ ſunt: album nimirum, cœruleum & purpureum, uti & luteo flore, quæ ultima omnium eſt rariſſima: omnibus tamen præfertur flore purpureo: Vocatur ab effectu ſolidago ſeu conſolida. Inſignem enim vim obtinet conſolidandi in vulneribus externis. Subſtantia hujus plantæ eſt mucilaginoſa. Radix pro uſu Medico colligenda eſt menſe Martio & Aprili, & quidem in plenilunio.

Uſitatiſſimum eſt inter omnia vulneraria, præſertim radix, & hinc etiam folia, uſu pariter internô & externô. Vis ejus conſiſtit in ſubſtantia mucilaginoſa ſingulari, balſamicâ, quamvis acrimoniam humorum temperante, glutinoſitate ſuâ partes vulneratas quaſi conſolidante, & in caſibus certis ab injuriâ externa, ratione conſiſtentiæ mucilaginoſæ, egregiè defendit. Unde internè & externè in vulneribus eſt proficua, & præ aliis in ulcere pulmonum, pro hujus glutinatione, uſus iſtius commendatur valdopere. Balſami enim inſtar quasvis partium læſiones corrigit, acidum vulnerum & ulcerum corruptivum temperat, & optimè quibusvis læſionibus & eroſionib⁹ partium externarum & internarum opitulatur. Internè imprimis ſub forma eſſentiæ vel extracti, vel ſyrupi adhibetur: Timæus *in Ep. p.* 127. Decoctum compoſitum habet contra hæmoptyſin & omnes ſanguinis fluxus, cujus baſis eſt ſymphytum: Ritè interim coquatur pro uſu interno, ne decoctum reddatur mucilaginoſum, & nimis viſcoſum. Nec in infuſione commodè poteſt adhiberi: Refert enim Hœchſtedterus *Deciſ.* 3. *Caſ.* 5. quod cuidam ruſtico, ex hauſtu vini, in quo hæc radix macerata fuit, guttur, faucesque adeò præcluſæ & quaſi conglutinatæ fuerint, ut nihil deglutire potuerit; qui tamen hauſtu aceti iterum curatus fuit, Zvvelferus *in Pharmacopœa Regia Edit. ultim. pagin.* 233. ſubminiſtrat modum, quo debeat coqui ſymphytum, ut poſſit aſſumi. Hœchſtedterus cum vino Malvatico infundit & propinat in febribus quartanis.

Externè radix in balneo juvat virgines defloratas; genitalia enim uterum conglutinat, ut pro virginibus poſſint haberi: quale exemplum allegat Hœchſtedterus *l. a. in ſcholio.* In contuſionibus, inciſionibus, & puncturis partium externarum, maximè nervearum, ſimilibusve, ubi opus eſt auxiliis chirurgicis.

Præterea in vulneribus conglutinandis ac curandis præſentaneum remedium eſt ſymphytum: Dicunt namque, quod ollæ inditum, in quo coquuntur fruſta carnis, â mucilagine ſymphyti denuò conglutinentur, ut fiant quaſi unum fruſtum, vid. Bartholin. *Exercitat. pag.* 119. In fracturis nil melius eſt ſymphyto, ſi ſcilicet extrinſecus applicetur loco fracto cataplaſma, factum ex ſymphyto contuſo, permiſto cum pulvere oſteocollæ; vel etiam, ſi fiat tale cataplaſma ex ſymphyto majore, & ex geranio rubro. Ulterius decoctum mucilaginoſum ſymphyti

majoris prodeſt in vulneribus & contuſionibus, imprimis nervorum, articulorum & tendinum, quæ præ reliquis omnibus ſunt periculoſiſſima & difficillima curatu; quoniam facilè degenerant in ulcera ſordida, & hinc abeunt in gangrænam. Dein in inepta venæſectione, ſi nervus ſubjacens lædatur, & vena transfoſſa, ubi tumor & dolor enormis ob tendinem ſubjacentem læſum accedit, conveniunt folia ſymphyti contuſa recentia, vel dicto modo applicata.

Vel ſymphytum pulveriſatum cum vino calido in forma cataplaſmatis apponatur venæ vel vulneri, ſi recens haberi nequeat, & ſtatim exinde talia gravia ſymptomata curabuntur.

Præter vim, quam habet conſolidativam ſymphytum, in ſpecie convenit, quod impediat ſanguinis curſum, vel motum, nimiasque hæmorrhagias in vulneribus recentibus.

Mucilago radicis ſymphyti applicata, vulnera admodum conſolidat, & herniis quibuscunque tàm umbilicalibus, quàm ſcrotalibus impoſita, remedium optimum eſt; teſtante Zvvelfero *loc. alleg. pag.* 233. *&* 312. Unde non ipſa ſaltem mucilago inſtar optimi balſami vulnerarii ſufficit, ſed nec incongruè permiſcetur cum emplaſtris vel unguentis vulnerariis in linimenti formam, ſi ſcilicet ſubigatur cum reſina laricea, cera & terebinthina, & paretur emplaſtrum herniis recentibus, & imprimis iis, quæ ſubitaneâ quadam rupturâ factæ, imponendum: vid. Barbette *in Chirurgia pag.* 218.

Si in vulnere læſus ſit nervus, & dolores ferè intolerabiles adſint, unà cum tumore partis inſigni, recipiunt mucilaginem ſymphyti hujus & applicant toti loco affecto, & ſic in continenti tumor ceſſat, & dolor evaneſcit.

Plura de hoc ſymphyto vid. in Hœchſtedteri *Obſervationibus*, & Fuchſio *pagin.* 658.

Proſtat ſyrupus de ſymphyto Fernelii, qui egregius eſt in dyſenteria, vomitu, ſputo, & mictu cruento, vel aliis quibusvis ſanguinis excretionibus; unde etiam permiſcetur potionibus & miſturis vulnerariis: acidum hoſtile primarum viarum corrigit, ac lympham in vulneribus acidam fermentantem alterat.

Extractum ſymphyti in vomitu & mictu cruento, vel aliis hæmorrhagiis commendatur, cum pulvere oſteocollæ permiſtum, & in fracturis applicatum, mira præſtat; ſicut & vulneribus, ubi nervus læſus, ſi applicetur, mox tumor & dolor ceſſant.

TAMARISCUS.

Tamariſcus eſt arbor apud nos exotica, quæ tamen frequens ſatis in climatibus calidioribus, imprimis in Italia, viſitur. Ab aliis vocatur myrica ſeu myrix.

In uſum venit lignum, radix, & præprimis cortex.

cortex egregium eſt diureticum, maſſam ſanguineam, & viſcera abdominis egregiè abſtergens, & per ☉m evacuans, ac æqualium ferè cum cortice fraxini virium; unde frequenter ſimul ſolent præſcribi in infuſis & decoctis, item in eſſentiis & extractis, affectibus chronicis, ſpleneticis, imprimis autem hypochondriacis, dicatis. Incidunt enim, & reſolvunt mucilaginem craſſam ac viſcidam, infarcientem lienem, ex qua infarctione ſolent oriri inflationes viſcerum, & dolores tenſivi, gravativi & flatus. Propterea ſunt, qui dicunt, quod ſi bibatur ex vaſe, ex ligno tamariſci confecto, non tantum præſerventur, ſed etiam curentur affectus lienis. Quin & ſpeciatim vi anti-catarrhali non cedit ligno ſaſſafras, ſi recipiatur cortex ligni & radicis fraxini ad ℔ ß, & coquantur in ℔ vj. aquæ ſimplicis ad remanentiam partis dimidiæ. Hoc decoctum ſi vel ſolum, vel addito tantillo vini, uſurpetur ſæpiùs, unà cum moderata diæta, optimum remedium eſt in affectibus catarrhalibus & artheticis, aliisque ex lympha acriori ortis, ciendo partim continuum ☉æ fluxum, partim ſudorem; hinc etiam cum aliis decocta lignorum ſudorifera & diuretica ingredi ſolet. Commendatur item contra podagram, anaſarcam & contra hydropem, hoc obſervato, ut in dictis affectibus omnis ſalitorum ciborum nimius vitetur uſus, & alvus ſemper ſit aperta. Easdem aliàs vires obtinet, quas fraxinus & alia ligna; adeò ut ea, quæ de illis dicta ſunt, de hoc quoque dici queant; modò excipio vim vulnerariam & ſympatheticam: unde commodiſſimè fraxinus à modernis ſubſtituitur.

Ex cortice & ligno tamariſci incinerato proſtat in officinis ſal fixum, quod eſt egregium ſpleneticum, & permiſceri ſolet cum pulveribus aperientibus & digerentibus in affectibus ſpleneticis & ſimilibus aliis morbis. Ingreditur etiam pilulas ſpleneticas quorundam Autorum.

TANACETUM.

Tanacetum eſt planta vulgaris, quæ creſcit in locis cultioribus prope rivos. Intelligitur hîc tanacetum vulgare luteum odoratum: Nam datur etiam inodorum, ſed hoc non uſurpatur. Athanaſia à quibusdam vocari ſolet, & ſic interdum invenitur in præſcriptionibus: in ſpecie à plebejis vocatur **Wurm-Kraut**/ quod ejus ſemen & flores contra lumbricos adhibeantur, ſimili modo ut ſemen ſantonicum ſeu cinæ: Aliàs à Germanis etiam voc. **gemeiner Rheinfarren.**

Veteres

Digitized by Google

Veteres etiam pro aliis ſcopis alterativis eodem ferè uſu atque artemiſiam, cujus quaſi videtur ſpecies, adhibuerunt.

Planta hæc ſatis amaricans ſpirat aliqualem penetrantiam aromaticam, ad inſtar ferè matricariæ, ad cujus ſpecies etiam vulgò ſolet referri, & tribuuntur ipſi eædem vires, quæ matricariæ; hinc & à veteribus & plebejis contra affectus uterinos & alia tormina abdominis, eodem modo ac matricaria & artemiſia, felici cum ſucceſſu maximè uſurpatur, utut ſæpius ſoleat uſurpari matricaria, quæ magis convenit.

Semen contra lumbricos loco veri ſantonici ordinariò ſubſtituitur, & admodum conducit, non tantum ad vermes inteſtinorum, ſed etiam præcordiorum, affirmante Sennerto *l. 2. Praxeos pag.* 393.

Aqua deſtillata tanaceti contra vermes frequenter uſurpatur, & in ſpecie contra tormina abdominis ventriculi.

Paratur etiam ℞ ex tanaceto, quod internè aſſumptum, & extrinſecus inunctum, valdè convenit in pellendis lumbricis, imprimis quando ſimul adſunt dolores ac tormina inteſtinorum.

TANACETUM ALBUM ACUTUM.

Tanacetum album acutum in ſpecie dicitur ptarmica vulgaris foliis crinatis, ſed non profundè inciſis, ad differentiam ptarmicæ hortenſis flore pleno: Germanis vocatur **weiſſe Rheinfarren/** quod propè fluvium Rhenum copiosè creſcat.

Uſum internum habet nullum: Externè tamen ♀ ejus radicis, quæ ad pyrethri radicem ferè accedit, inter ptarmica refertur, utut rarò, cum plurima alia proſtent.

TANACETUM CRISPUM ANGLICUM.

Eſt & tanacetum minus vulgare aliud, Anglicum ſeu criſpum dictum, quod quidem non aſſervatur in officinis, ſed tantum in hortis colitur, & præter uſum contra lumbricos, in torminibus alvi in cereviſia coctum, & ita calidè hauſtum, egregium eſt experimentum.

TARAXACUM.

Taraxacum vocatur dens leonis ſeu caninus, caput ſeu corona Monachi, roſtrum porcinum, hieracium majus ſimplex, hedipnos major, cichorium minus, Germanis **Pfaffen-Röhrchen / Pfaffen-Blat / Mönchs-Cappe.** Flores croceos exhibet multifolios, ex quibus ſemen lanuginoſum creſcit: folia ſunt inciſa. Eſt reverà hieracii ſpecies, quoad virtutes cum endivia ac cichorio in pluribus conveniens.

Turget ſucco lacteo amaricante ſatis acri, cujus vis in alcali lixivioſo volatili, ſatis quidem acri, ſed non adeò fortiter penetrante; reſidet. Hinc temperat omne acidum acre in corpore præ omnibus cichoraceis, abſtergit illud in primis viis, & inter plantas epaticas, valdè commendatur: Unde eſt, quod in febribus intermittentibus quibuſcunque, tam recentioribus, quàm inveteratis & chronicis, ſit adeò egregium ſimplex, dum infuſum vel in vino, & expreſſum, vel decoctum, vel alio quocunque modo aſſumptum ante paroxyſmum, illas ſolet per ſudorem curare. Coctum ſolum hæmoptyſin, diarrhœam, pollutionem nocturnam vel gonorrhœam ſimplicem; cum lentibus verò dyſenteriam dicitur ſiſtere.

Extra folia contuſa & nuchæ impoſita puſtulas & veſiculas excitat, in affectibus oculorum & capitis proficuas. Maculas oculorum, vulnera quoque & ulcera quæcunque mammillarum dolorifica, ac nigras puſtulas pudendorum ac tibiarum, podagram denique calidam, mitigare creduntur: idque non tantummodò ſi in ſubſtantia ſua applicentur, ſed etiam inſtar amuleti. Refert nimirum Schmuck *in Curat. Magnetico-Mag. pagin.* 12. quod contra ungues oculorum, contra albuginem, nebulas & maculas, alioſque affectus oculorum, valdopere proſit radix appenſa iſtius plantæ, quæ vocatur **Fellrig**: ipſe tamen neſciens, qualis ſit hæc planta, putat eſſe taraxacum dictum, quod appenſum primitus inducat dolorem compreſſivum, obtuſum & gravativum; poſt hunc ſentiant quaſi contorſionem oculorum ægri, & his peractis affectus curatur.

Præterea ſuccus lacteus ejus acris intenſè amaricans recenter expreſſus optimè temperat acidum in corpore peccans, hinc in morbis chronicis, epatis & meſenterii obſtructioni adſcriptis, item in febribus intermittentibus, imprimis tertianis, & putridis inveteratis, certè non eſt remedium contemnendum. Item in curanda pleuritide & ſanguine grumoſo ſolvendo egregius eſt; hinc & miſturis antipleuriticis miſcetur, ſi ſcilicet ſucci ℥iß. miſceatur cum aquis appropriatis, additis lapillis cancrorum ſit mixtura optimè diſſolvens ſanguinis grumos; qualia exempla habet Barbette *in Praxi*, & etiam *in Chirurgia.*

Hic ipſe Autor eundem ſuccum taraxaci commendat ſimiliter in aliis partium internarum inflammationibus, cum febribus acutis conjunctis: & certè ipſe in his caſibus ſuccum hunc mirè præſtare arbitror.

Externè ſuccus hic in affectibus oculorum commendatur oculis inſtillatus, leniter morſicat quidem, & pungit, attamen pro viſu clarifi-

Digitized by Google

clarificando, & pro delendis maculis, nebulis, albuginibus oculorum, & abſtergenda tunica cornea, ſuccus hic lacteus optimus eſt, & viſus impedimenta tollet, ſive ſolus, ſive propter acrimoniam cum aqua fœniculi dilutus. Lintea ſucco huic intincta, ad vulnera quoque & ulcera quæcunque mammillarum, aliaque putrida manantia & ſordida pudendorum ac tibiarum purificanda, & pro detergendo eorum pure, optimè conveniunt: quâ facta deterſione ipſa ulcera à natura vel ſponte conſolidari ſolent; ſuccum enim hunc poſt nicotianam omnibus præferendum cenſeo.

Aqua deſtillata taraxaci loco vehiculi aliis medicamentis in pleuritide, febribus intermittentibus, & ſimilibus affectibus; externè pro coſmetico, ac contra maculas & puſtulas faciei, mulierculis inſervit.

TAXUS.

Taxus nota eſt arbor, quæ non ſolet eſſe officinalis, quoniam potiùs eſt deleteria, narcoticarum & noxiarum virium, quàm ſalubrium: & quidem ſub taxo morantes fiunt ſomnolenti & ſtupidi, captoque ſomno gravia habent inſomnia; unde fit, ut taxo injecta in aqua, in qua ſtabulantur piſces, illi reddantur ſtupidi & quaſi ſemimortui, ut ad ſuperiora natent, & manibus captari queant: quæ aqua taxi pota ſimilem corpori noſtro poteſt inferre noxam lethalem.

Videre de taxo poſſumus Schottum *in Jocoſer. Artis & Naturæ.* Conf. Monconys Voyag. *Tom. I. pag.* 135.

TERTIANARIA.

Tertianaria, aliàs Lyſimachia galericulata flore cœruleo & gratiola cœrulea, ita dicitur, quod in febribus tertianis curandis commendetur, unde & Germanis **Fieber-Kraut.**

Certè ſapor ejus amaricans proximè ad centaurium minus accedit, quâ amaritie ſuâ vi abſtergendi, bilemque inertiorem acuendi pollet, infuſum ejus, item pulvis ad ʒj. ante paroxyſmum febrium intermittentium propinatus, ac ſæpiùs continuatus, easdem fugare dicitur.

THEE.

Thee eſt arbor baccifera, habens folia parva quaſi bellidis, aut inſtar myrti, cum parvis in ambitu inciſuris, provenit frequentiſſimè in Inſulis Japonenſibus, & in tractu regni Chinenſis, unde ad nos affertur. Indigenis propriè cha aut tcha audit, folia ſunt nigro-viridia, præſertim Chinenſium, ſapore amaricante aromatico, nonnihil adſtringente. Imaginem & culturam ejus videbitis *in Actis Medicis Haffnienſ. Volum.* 4. *pag.* 4. breynio *Cent. I. Exotic.* 113.

Folia tempore verno collecta, & exſiccata in umbra, ad quotidianam reſervantur decoctionem; cujus continuato uſu, tàm jucunditatis quàm neceſſitatis, tàm ipſi bibunt, quàm hoſpitibus propinant.

Uſus eſt, ut nempe

℞. *Folior. Thee* ʒj. ad ʒij.

Ebulliant in ▽ fervente, donec acris & amaricans, prorſusque aromatica, percipiatur decoctio, & ſubrubrum acquirat colorem; quæ colata ſaccharo edulcorata, inſtar jusculi calida propinatur, & ab autoribus ad quamplurimas ægritudines laudatur.

Saporem decocti majoranæ mihi repræſentare videtur, cui deficit odor: è quibus arguo, vim in acrimonia volatili, paucâ vel nulla oleoſitate conjuncta, conſiſtere.

Tres autem effectus habet: ſtomachicum, cephalicum, & nephriticum.

Quoad vim ſtomachicam, præprimis decoctum hoc aliquantisper ſaccharo edulcoratum convenit in affectibus ſtomachi, quem ſalvum & purum mirificè retinet, & apepſias, cruditates & ſimilia vitia valdopere corrigit; ſicuti Chinenſes ipſi potu hoc utuntur ad confortandam digeſtionem primam, & M. S. per ⊙æ fluxum purificandum. Unde etiam rarum eſt apud eos, ut laborent malo hypochondriaco, & aliis vitiis ex ſtomacho tanquam fonte oriundis; vis enim aromatica omnes cruditates acidas tollit.

Præterea celebre eſt cephalicum, dum ſpiritibus animalibus ac capiti ſingulare robur addit, omni vertigini reſiſtit, & inſigniter memoriam aliosque animæ facultates confortat. Ad hæc arcet ſomnolentias, & hominem vigilem absque laſſitudine conſervat; unde ſorbitiones hujus decocti aſſumentes, toſtas noctes lucubrando ſine moleſtia & ſine labe ingenti transigunt. Id quod innotuit mercatoribus Italis & Belgis, qui, quando diu incumbere volunt ſcriptioni literarum in domo Germanica Venetiis, præmuniunt ſe decocto hujus herbæ Thee; quo aſſumpto, poſſunt per aliquot noctes absque delaſſatione exarare literas.

In ſpecie nobiliſſimum eſt nephriticum & podagricum; unde qui hanc herbam in potu aſſumunt, calculis & ſabulo, infeſtantibus renes & veſicam, non ſunt obnoxii; dum partim exturbat & renes extergit, partim abſumit acidum in primis viis: Ratione poſterioris etiam præſervat à calculo & podagra, unde Chinenſes & Japonenſes, hujus decocto continuò utentes, aut rarò aut nunquam à calculo & podagra infeſtari ſolent: Vid. Autor *in Appendice*, & Deodatus *in Valetudinario.*

Quæ-

Digitized by Google

Quæritur autem: Annon Thee apud nos reperiatur quoque? vel annon loco hujus Thee commodius longè noſtrâs quoddam aromaticum ſimplex, nempe vel majorana, vel roſmarinus, vel ſalvia, vel aliud quoddam ſuccedaneum, ſubſtitui poſſit, quod eodem modo ac pari frequentia uſurpatum, ſimiles effectus apud nos habeat? Prius defendit D. Simon Pauli, & herbam Thee reverà eandem eſſe putat cum myrto Brabantica ſeu Chamæleagno Dodonæi; Alii autem betonicam ſubſtituunt. Quod igitur myrtum Brabanticam attinet, identitas hæc ſecundum Dn. Pauli ex planta arida judicari non poteſt, uti hoc oſtendit Moriſſon *de Umbelliferis*; quin & herbæ Thee major adhæret vis aromatica, quam myrto. Betonica quoque toto cœlo differt ab hac herba. Quid igitur in defectu faciendum? Ego profectò eâ non opus eſſe arbitror, ſed roſmarinum noſtrum, vel aliud ſimplex aromaticum, illi ſubſtitui poſſe credo, quæ ſanè paribus virtutibus ſtomachicis, cephalicis & nephriticis, pollet, ſi nimirum decoctum eorum apud nos crebrius uſurpetur, modò conveniens diæta reſpondeat: & hoc ad imitationem ipſorum Sinenſium, qui pro una parte foliorum ſalviæ noſtratis duplum herbæ Thee Belgis obtulerunt: Vid. *Ephemer. Erudit. Anno* 1666. 9. Auguſti, item *Acta Societ. Regiæ Volum.* 1. *pag.* 191.

Fuit Amicus quidam, qui

℞. *Paſſul. min.* ℔ß.
HB. Thee ℔ß.

Utrumque ſeparatim decoxit; paſſularum verò decoctum nonnihil inſpiſſavit, decocto Thee addidit, & ita lege artis fermentari paſſus eſt, & ſic potum ſuavem nec inelegantem acquiſivit.

Qui plura de Thee cupit, poteſt videre Olaum Wormium *in Muſ. pag.* 165. Deodatum *in Valetud. pag.* 169. Tulpium *in Obſerv. l.* 4. *cap. ultimo*, Linſchotten *in cap.* 26. *Itiner.* Borellum *in Obſervat. l.* 3. *Obſerv.* 29. Mœllenbroccium *de Variis pagin.* 117. Hoffmannum *in Clave pag.* 556. uti etiam Mandelsloh *in Itiner. Orient.*

THLASPI.

Thlaſpi, **der Bauer-Senff.** Hujus variæ ſunt ſpecies & quidem in genere omnes plantæ, quæ habent burſulas, ſive majores ſive minores, generali nomine thlaſpi vocantur, adeò ut ſinapi & eruca, imprimis acri ſapore prædita, ad thlaſpium genera referantur. Nec per thlaſpi una certa & determinata planta indigitatur, ſed intelliguntur omnia thlaſpia, quæ in locis campeſtribus inveniuntur; quoniam omnia aſſimilantur erucæ vel ſinapi, ☿e volatili acri ac fortiter penetrante conſtantibus. Unde hoc ſemen thlaſpi, utut in officinis valdè ſit neglectum, eodem modo poteſt uſurpari atque ſemen ſinapi & erucæ, dum facultates ſuas debet ☿i volatili acri abſterſivo & penetranti fortiter; unde poteſt intelligi Autor, & etiam plurima hùc poſſunt referri, quæ dicta ſunt de eruca & ſinapi.

Veteribus fuit incognitum, à modernis verò demum in uſum redactum eſt. Potiſſimus autem uſus hujus plantæ eſt tinctorius, nimirum ad pannos quosvis tingendos colore purpureo, non verò Pharmaceuticus. Theriacam Andromachi ingreditur, & aliàs rarò uſurpatur, quia ſufficit nobis ſinapi ſeu eruca, quæ jure ſubſtitui poſſunt: Vid. Fuchſius *pag.* 902. *ſeqq.*

D. Wedelius è ſucco hujus plantæ egregium ☿ volatile oleoſum, item ſpiritum urinoſum, elicuit, & quidem per putrefactionem juxta communem methodum. Notetur autem, ſi ♎i non pateat acceſſus, prodibit tantum ♒ urinoſus, & non ☿ volatile; ſi verò liber concedatur ♎i acceſſus, prodit ☿ volatile.

TEUCRIUM.

Teucrium verum, imprimis magnum ſeu latifolium, idem ferè eſt cum chamædry, ita ut promiſcuè uſurpentur.

Rarioris igitur uſus ſolet eſſe teucrium, & frequentius præſcribitur chamædrys, utut in uſu vulnerario illud præferendum ſit huic.

Aliàs, quoad internos uſus, ratione ſaporis aliqualis amaricantis, tanquam hepaticum, ad morbos chronicos, ſpeciatim epatis & lienis, laudatur, quibus ſpeciatim conferre arbitror, quatenus ☉m moveat. Ulterius ad artuum & arthriticos dolores compeſcendos, ſpeciatim ad podagram, ſolet à multis commendari: ſed reverà ex his parum ſolatii promittere ſibi poſſunt podagrici.

THYMUS.

Thymus vulgaris folio anguſtiore ſeu tenuiore, vel (ut alii volunt) aſperiore, officinalis eſt, congener ſatureiæ & ſerpillo, unde & Germanis **Welſcher**, item **Römiſcher-Quendel.** Thymus dicitur ad imitationem Græcorum à θυμῶν, quod antiquitus pro ſuffumigiis in ſacrificiis fuerit adhibitus. Odor hujus aromaticus innuit vim egregiam nervinam, toti ſyſtemati nervoſo dicatam; imprægnatus enim eſt ☿e volatili oleoſo temperato, unde non immerito & compoſitiones, quæ caput & nervos reſpiciunt, ♒ cephalico-nervinos, ordinario ingredi ſolet: ſicut etiam quoque flatulentias inteſtinorum carminativâ virtute diſcutit. Omnia

igitur ea, quæ de ſerpillo dicta ſunt, etiam hîc applicari poſſunt ; magis tamen oleoſum ſubjectum thymus, quam ſerpillum eſſe ſolet.

Præterea in pediluviis quoque, quæ capitis & uteri gratiâ, nec non pro totius ſyſtematis nervoſi levaminibus inſtituuntur, valdè adhibetur ; unde in affectibus articulorum arthriticis & paralyticis externo uſu planta eſt ſatis celebris.

Petrus Johannes Faber, *lib. 2. Myrothec. Spagyr. cap. 33.* parat elegantem Q. E. Thymi, quam ad quamplurimos affectus commendat.

THYMIAMA.

Thymiama potius eſſet referendum ad alterantia ſecundaria.

Eſt cortex quidam inſtar thuris corticis, affertur ex Aſia, odoriferus, & nullius alius eſt uſus niſi in ſuffimentis, tam pro correctione affectuum pulmonum, quàm in iis, qui adhibentur pro correctione ♎is maligni & peſtilentialis. Aliàs nullius eſt uſus; & quoniam eſt pretioſus, ſemper cum fructu illi ſubſtituitur thus; vel cortex thuris.

TILIA.

Tilia, Græcè φίλυρα, Germanis Linde/ arbor elegans eſt, cujus flores, folia, cortex, viſcus, & fungus, ſunt in uſu.

Primaria hujus arboris laus eſt cephalica, imprimis in epilepſia, vertigine, & apoplexia.

De floribus ſpeciatim notandum, quod ratione ſaporis ſubacris & ſubamari, odoriſque fragrantis, in ♎e volatili blando balſamico conſiſtentis, virtute cephalicâ & antiepilepticâ polleant, hinc omnes ferè ▽as cephalicas ingrediuntur ; ſicut & in nodulis & potionibus cephalicis ſolent præſcribi. Flores hi & folia continent in ſe mucilaginem quandam, blandè imprimis in ambuſtis lenientem. Unde folia in lacte decocta, ut & in ▽ ſaltem, optimum remedium ſunt in teneſmo.

Porrò cortex tiliæ medianus in ▽ maceratus ſuggerit mucilaginem, in ambuſtionibus imprimis ac doloribus inde natis egregiam, qualem quoque folia & flores ſuppeditant.

In ligno viſcum repetitur, quod poſt corylinum multò eſt præſtantius quercino, & ritè uſurpatum egregium epilepticum. Unde quidam contendunt pro aſſumptione medicamentorum epilepticorum factum cochlear ex ligno tiliaceo conducere.

Fungus tiliæ vel in infuſo, vel in pulvere valdè commendatur à mulo-medicis in morbis pecudũ epidemicis, uti hoc refert Schmuckius *Theſ. 2. ſecreto Phyſ. 10.* Aqua florum tiliæ deſtillata vehiculum accommodatum eſt medicamentorum in vertigine, & in affectibus epilepticis, ſi ſub deſtillatione paulo urgeatur △, aqua tota mucilaginoſa prodit : vid. Wedelius *Pharm. pag. 74.*

Per fermentationem elicitur ſpiritus ardens & elegans, qui valdè commendatur ad vertiginem, convulſiones epilepticas & ſimiles affectus, unde elegans præbet menſtruum pro parandis extractis aut eſſentiis cephalicis in apoplexia, epilepſia, & vertiginoſis aut ſimilibus affectibus curandis: hinc etiam ſyrupus tiliæ epilepticus proſtat *in Appendice* M. A. N. C. *Ann. 6. Tit. 7. pag. 50.* ſicut & ex viſco tiliaceo æque ac ex corylino parari poteſt ſpiritus contra epilepſiã.

Lignum ipſum tiliaceum moderato △e in carbones redactum ac pulveriſatum, inque aceto propinatum, ab Hartmanno & Helmontio valdè laudatur, tanquam euporiſton in caſu ab alto, & reſolvendis grumis ſanguinis, item ad vulneratos & ruptos homines rurſus reſtituendos.

Inter cætera verò præparata è tilia primatum obtinet primum ens tiliæ dictum, quod nihil aliud eſt, quam ſuccus è trunco circa radicem tempore verno ſauciato effluens, qui multæ laudis habetur, pro epilepſia etiam hæreditaria : Mediante enim hoc ſe curaſſe epilepticos quoſdam non adeo inveteratos teſtatur Tilemannus *in Append. materiæ ſuæ Med. annexæ ſuis Aphoriſmis Hippocratis pag. 308.* item M. A. N. C. *Ann. 6. & 7. in Append. pag. 50.*

Extractum hujus liquoris, ſeu liquor ipſe vel per ſe, vel additis floribus tiliæ, fermentatus, & in potum vinoſum redactus, commendatur quoque in nephritide : Imo ſuccus talis tiliæ forſan non inferior erit ſucco betulæ ad nephritidem : conf. Hertodtius *in Tartaro, Maſtige Moraviæ pag. 123.*

TORMENTILLA.

Tormentilla, Tormentill / & ex corrupto nomine ruſticis Armentill ; ita dicta eſt à veteribus, quod cum pauco alumine & pyrethro cavitati dentis indita, dolorem ejus ſedet. Pertinet ad quinquefolia.

Radix ejus, reſpectu plantæ, eſt magna, lignoſa, tuberoſa in obliquum acta, & ſubruffa & quaſi per ſignaturam prodere dicitur virtutes contra hæmorrhagias ; videatur Crollius, & Johannes Francus : unde vocatur etiam Heil-Wurtzel / item Ruhr-Wurtzel. Nam certum eſt, quod tormentilla ſit una ex plantis adſtringentibus celeberrimis, & vi vulneraria commendatiſſimis, quæ potenter adſtringendo oſcula vaſorum claudit ; hinc in diarrhœis, dyſenteriis, fluxibus uteri ſanguineis, vomitu ſanguineo, & quibuſvis alvi & ſanguinis fluxibus

Digitized by Google

bus nimiis commendatur ; ſpeciatim verò cum variolis & febribus malignis conjunctis, certiſſimum eſt remedium. Ulterius acore ſuo ſtypticô acidum abſorbet, unde quoque vitriolum, inſtar gallarum, in atramentum præcipitat, acrimoniamque habet potenter fauces erodentem. Hinc nobile eſt ſtomachicum: Nemo credit, quantum ad appetitum deperditum radix hæc in aqua decocta valeat ; tonum enim ventriculi reſtituit, mucumque ejus ac ſordes abſtergere valet. Decoctum hoc odorem roſeum ſpirat. Præter has virtutes adſtrictorias commendatiſſima eſt vi alexipharmacâ & diaphoreticâ ; ſudorem enim movet, & ſub forma ſudoris malignitatem & venenoſitatem valdoperè expellit: pro quibus ſcopis quibusvis compoſitis alexipharmacis ordinariè addi ſolet. Unde in morbis malignis cum dyſenteriis, hæmorrhagiis & diarrhœis conjunctis valdè convenit: nam malignitati reſiſtit, & fluxum compeſcit. Propter hanc vim Ammelungius *in Apologia cap. 2. p. 98.* nonnullique alii non ſaltem loco radicis ſarſæparillæ, ſed etiam chinæ radicis illam commodè uſurpari poſſe, aſſerunt.

Extractum radicis tormentillæ duplici modo concinnatur ; vel

1. Simplici in aqua, ſed diuturna coctione, expreſſione, & inſpiſſatione in extractum ; vel
2. Si huic jam parato extracto ♈ affundatur, & de novo eſſentia extrahatur, abſtractione ſpiritus in conſiſtentiam ſiccam redigenda.

Poſterius hoc extractum in pulverem redigi poteſt: Tantæ quidem eſt acrimoniæ, penetrantis ac ſtyptici ſaporis, ut ardorem faucium inducat ; ventriculo tamen egregiè conducit ; & in quibusvis dyſenteriis, diarrhœis, fluxibus uteri ſanguineis vel aliis excretionibus in quocunque loco, item variolis & morbillis cum dyſenteria conjunctis, item febribus alvi colliquativis, à ʒß. ad ʒj. in hauſtulo vini eſt polychreſtum.

TRAGOPOGON.

Tragopogon majus habetur vel flore luteo, vel purpureo. Latinis dicitur barba capri vel capræ ; floribus compactis, Germanis **Bocks-Bart**, quod poſt florem deciduum inſignis appareat pappus, quaſi barba quædam prolixa. Datur etiam Tragopogon minus flores luteo.

Planta eſt tota lacteſcens, & ſpecies ſcorzoneræ ; unde radix ejus, imo tota planta, ſimili modo vi alterativâ, temperativâ, ac ſpeciatim alexipharmacâ ac egregiè ſudorifera, uti & nonnihil adſtrictoria, cum radice. Scorzoneræ, gaudet ; ſi ſcilicet ejus decoctum, vel ſolitariè, vel cum cornu cervi propinetur ; unde etiam in morbis epidemicis malignis frequentis eſt uſus, in ſpecie in diarrhœis & dyſenteriis epidemicis.

TRICHOMANES.

Trichomanes ſeu polytrichon ſpecies eſt ex herbis capillaribus, cognata filici & rutæ murariæ ; unde rari eſt uſus, & rarò præſcribitur, quoniam cum dictis iisdem viribus gaudet. Carere ergo eâ, & hujus loco ſolum adianthum adhibere poſſumus.

TRIFOLIUM AQUATICUM.

Trifolium aquaticum etiam vocatur fibrinum, quia flos conſtat albis fibris, cujus folia in pratis paludoſis quaſi innatant aquis, & flos tantum ex illis emergit: dicitur etiam ranunculus triphyllos. Floret Junio & Julio.

Veteribus fuit incognitum, & nullus ferè Practicorum hujus mentionem facit, præter Simonem Pauli, qui herbam hanc mirè commendat à vi ſcorbutica in *Quadripart. Botan. pagin.* 157. Modernis eſt familiaris ſatis ab uſu in morbis chronicis. Saporis eſt admodum acris, inſtar piperitidis & naſturtii, turget enim ſale volatili acerrimo ſimili antiſcorbuticarum herbarum ; adeòque valdè commendatur in cura ſcorbuti, in qua etiam ipſi cochleariæ ſolet præferri. Unde apud Danos, qui ſcorbutum agnoſcunt pro morbo endecimo, in frequenti eſt uſu pro cura ſcorbuti, vel ſolum, vel cum cochlearia. Conferatur & Bartholinus *Centur. 4. Epiſt. 14. pagin.* 57. cui jungantur *Acta Haffnienſia Volumin. 3. pagin.* 123. Imprimis ſingulare remedium eſt in tumoribus pedum ſcorbuticis, & ubi metus eſt hydropis ſcorbutici. Ratione ſalis volatilis acris convenit etiam in malis, quæ ex acido in primis viis oriuntur, in malo hypochondriaco, colica, ſanguinis cruditate, bilis inertia, & ſimilibus aliis cum ſcorbuto complicatis : Vid. M. A. N. C. *Ann. 4. pag.* 133.

Præter præparata, ſpiritum, & eſſentiam, in infuſo admodum convenienter uſurpatur, ſive vino infundatur, & in eodem maceretur, ſive ſero lactis depurato, præſertim caprillo, nunc ſolitariè, nunc ſimul cum aliis permiſtum.

Aqua ejus eſt acerrima ; quæ deſtillata cum rore majali externè coſmeticum eſt in nævis faciei, penetrando & mundificando ab excrementis, in poris per inſenſibilem tranſpirationem vel ſudorem reſtitantibus.

TRITICUM.

Triticum fructus, frumentum omnibus cognitum, ſubminiſtrat, ſemen nempe, farinam, & furfures.

Digitized by Google

Semen propter ſubſtantiam gummoſam temperatam oleoſam, magis eſculentum eſt, quam officinale, nihilominus farina, uſurpatur externè à chirurgis in cataplaſmatis diſcutientibus, emollientibus, dolores mitigantibus, & ſuppurantibus, item aſpergitur eryſipelati, vel ſola cum charta cœrulea, ubi farina quidem parum facit, ſed potius charta tincta aliquid præſtat; vel admiſcetur aliis pulveribus, qui aſperguntur in eryſipelate, cum pulvere nimirum florum ſambuci, cretæ, ſacchari Saturni, ceruſſæ, &c.

Furfures vim habent abſterſoriam, adeoque uſurpantur in lotionibus capitum tineâ affectorum, in achoribus, favis & ſimilibus capitis ulcuſculis, in quibus lotionibus cum aliis permiſcetur.

Paratur ex tritico ſal volatile, quod, utut ſit coloris albi, nihilominus expertus Robertus Fludd *in Tract. ubi de Anatomia panis & tritici* refert; quod hoc ſal album expoſitum ſoli in vaſe clauſo acquirat colorem hyacintheum & rubineum.

In mentem hic venit artificium panificii, quando ex hac & aliis farinis fiunt panes, non tantum pro uſu & eſu communi, ſed etiam medicati, quibus præter vim nutritivam ineſt vis medicinalis: Sic v. g. fit panis tartariſatus, quod eſt detergens, incidens & abſtergens craſſam ac viſcidam pituitam in ventriculo & inteſtinis.

Fit ejuſmodi panis ex floribus farinæ, ſive ſit ſecalina, ſive triticea, & loco ſalis additur tartarus albus. Quidam faciunt panes ſolutivos, quando ſcilicet in pavimento furni coquunt medicamentum purgans, & poſtmodum panem in illo coquunt; unde acquirat ex furno vim purgantem & laxativam, quæ inerat plantis purgantibus: ita famulus cujuſdam ruſtici per accidens fuit purgatus ex pane decocto in furno, in quo prius arefecerat eſulam, quæ eſt fortiſſimum purgans. Item poteſt fieri panis ſolutivus ex commiſtione cujuſdam medicamenti purgantis cum paſtâ, ex qua fieri debet panis: ita pueris ſolet componi paſta panis ſolutiva cum pulvere rhabarbari: de quibus videatur Bartholettus *in Encycloped. Hygien. cap.* 2. Sic alii faciunt panes medicatos ad malum hypochondriacum, quatenus ſcilicet miſcent cum maſſa pulverem radicis ari, & ſic fit egregius panis medicatus conducens in malo hypochondriaco.

Inter præparata eſt aqua deſtillata; eſt etiam oleum, de quo dicit Autor, quod ſoleat parari, quando imponitur triticum laminæ. Modus eſt hic: Multum tritici imponunt laminæ ignitæ, terunt, & per expreſſionem eliciunt oleum, quod laudatur valde in impetigine, tanquam egregium coſmeticum & abſterſivum.

TUSSILAGO.

Tuſſilago, **der Hufflattich**, dicitur à quibuſdam filius ante patrem, quia hujus flos verno tempore ſolet prodire ante folia; uſitatiſſimè vocatur farfara, ungula caballina etiam dicitur propter figuram, quâ repræſentant ungulam caballinam folia.

Virtutes quod attinet, id nominis, quod vocetur tuſſilago, obtinuit à tuſſi, cui ſpecificè mederi dicitur cuicunque, imprimis illi, quæ oritur à mucilagine craſſa, quam ſiſtit. Planta enim temperata eſt, ſubacris, adeoque læſionibus partium pectoris internarum dicata, in ſpecie, ubi in affectibus pectoris opus eſt expectoratione, in tuſſi, pleuriticis, in vomica pulmonum & empyemate, excoriationibus à catarrhis, & aliis pectoris affectibus chronicis, in quibus vi temperativâ & vulnerariâ decocta magiſtralia & oxymelita pectoralia utplurimum ſolet ingredi; unde decoctum tuſſilaginis ſecretum fuit Lindani contra aſthma.

Ad hæc in ſua craſi ſuccus ejus tartarum bolarem continet; ut obſervavit Ludovici *Pharm. pag.* 757. ratione cujus acrimonias contentorum pectus lædentium abſorbet & mitigat. Loco nicotianæ fumum foliorum tuſſilaginis exſiccatorum tubulis quidam per os attrahunt contra phthiſin, & pro ſiſtendis catarrhis ſeu exſiccanda lympha bronchiorum & pulmonum: quibus foliis contuſis quidam addunt ſuccinum & ſemen aniſi.

Rectè Autor dicit, quod folia recentia impoſita proſint in ulceribus calidis & inflammationibus: ſed melius eſt, ſi contundantur, ut fiant ſucculenta; unde volunt, quod conveniant contra incipientem gangrænam. Novi pauperculam, quæ in ulceribus mammillarum ſolis foliis tuſſilaginis contuſis uſa reſtaurata eſt.

Quod dixi de tuſſilagine cruda, dicendum quoque eſt de eſſentia, conſerva, aqua, ſucco, & ex ſucco foliorum parato ſyrupo.

U.

VALERIANA,

VAlerianæ ſpecies officinales habent odorem & vim aliqualem aromaticam ceu Angelica vel etiam Leviſticum.

Radices harum uſitatæ ſunt, & virtute alexipharmaca pollent, in ſpecie hortenſis, dum per ſudorem expellunt malignitatem; unde in peſte & morbis peſtilentialibus commen-

igitized by Google

mendantur. Deinde ſolent etiam morbis uterinis, à menſibus & lochiis proveni-entibus, ſuccurrere. Singularem vim antiepilepticam ex Columna annotavit Panarollus *Pentec.* 1. *Obſervat.* 23. Crebrius etiam in uſu eſt ad roborandum viſum, adeoque ſingularem vim habet ophthalmicam, ſi ſcilic. pulvis radicis Valerianæ internè uſurpetur quotidiè: Vid. Tabernæmontanus *in Herbario pag.* 456. Vim diureticam quoque habet.

Extrinſecus obſervavi, quod folia recentia pedibus ex podagra tumentibus & dolentibus impoſita, omni manè & veſperâ reiterata, ſoleant egregiè ſiſtere dolorem.

Superius memini de ſimplicibus veneficiis reſiſtentibus, quod ſit primaria Valeriana: id quòd intelligendum eſt de Sylveſtri majori, ſeu phu vulgari: quod videre poſſumus *in Appendice* Kartichteri **Kräuter-Buchs.** Aliàs uſus hujus plantæ eſt rarus. Vidi tamen aquam ophthalmicam ex hac planta ſæpiùs cohobando deſtillatam, quæ mirè deprædicabatur, non tantum in ophthalmia, ſed etiam nebulis, maculis, & albuginibus oculorum tollendis.

VERBASCUM.

Verbaſci variæ ſunt ſpecies: album, luteum, & nigrum. Uſitatum tantum eſt latifolium vulgare luteum, mas: creſcit in magnam altitudinem, & provenit ubiq; in locis cultis. Dicitur verbaſcū quaſi berbaſcum ſ. barbata, quod ſit planta barbæ inſtar undique lanuginoſa, German. **Woll-Kraut/** itidem ob folia lanuginoſa; unde thapſus quoque audit barbatus: Dicitur etiam candela regis ſeu candelaria, **die Königs-Kerze oder Blume/** quod candelæ inſtar erectæ creſcat. Græcis dicitur φλόμος ab urendo, quod veteres in ellychniis ſuis hocce verbaſco uſi fuerint, unde & Germanis **Brenn-Kraut.**

Uſus ejus internus eſt rarus: externè tantum flores ac folia pro ſcopo blandè anodyno, temperativo & emolliendi crebrò adhibentur; vires enim habent ſedandi dolores quosvis partium externarum, imprimis verò, ſi verbaſcum hoc cum chamomilla, linaria, vel floribus ſambuci, uſurpentur; unde eſt ingrediens olei anodyni Mynſichti compoſiti. Contra tormina ventris, ſive ſint colica, ſive dyſenteria, una cum floribus chamomillæ, vel cum ſacculis, vel fomenti formâ applicati, ſunt experti. Teneſmo, præprimis dyſenterico, & doloribus hæmorrhoidalibus, mirè conducunt. Proſtat & in hunc uſum ſuffimigium verbaſci; paratur & exinde fotus, ſi flores vel planta hæc, aut ſola aut unà cum floribus chamomillæ & ſambuci in aqua ſimplici, vel lacte vaccino, vel vino coquatur; aut ſacculis incluſa pro dictis affectibus leniendis dicto modo applicentur; ſicut & Foreſtus *l.* 23. *Obſervat.* 6. refert, ſe expertum fuiſſe in quadam muliere, in qua dolorem hæmorrhoidum, nullis aliis remediis juvantibus, ſedavit fotu ex thapſo barbato & ſemine hyoſcyami in aqua cocto, ex quo ſubito ceſſarunt hæmorrhoidum vitia & dolor. Imprimis conveniunt, ubi teneſmus oritur ex nimia hypercatharſi & dyſenteria: quod teſtatur, præter alios Practicos, la Moniere *in Tractat. de Dyſenteria cap.* 5. *pagin.* 169. Rhumelius *in ſuis Scriptis pag.* 419. valdè commendat fotus ex ſacculis verbaſci, foliis quercus & anſerina, coctis in lacte contra teneſmum.

Præterea quoque flores verbaſci in clyſmatis anodynis, in dyſenteria & teneſmo dyſenterico uſitatis, adhibentur propter ſuccum mucilaginoſum; mucilaginem enim ſuggerunt ſuaviter temperantem ac lenientem, cujus clyſteris formulam in tali caſu elegantem & valdè expertam videbitis in Sennerto *l.* 3. *Prax. cap. de Teneſmo pagin.* 415. Poſt linariam certè primatum obtinent in hæmorrhoidibus cæcis ardentibus, vel in quocunque hæmorrhoidum & ani affectibus: ſic v. g. nimium fluxum hæmorrhoidum ſpecificè compeſcunt flores verbaſci in aqua ferrariorum vel vino adſtringente decocti, & inſtar fotus ano applicati: Vid. *Praxis* Sennerti *P.* 3. *cap. de Hæmorrhoid.* uti etiam *Praxis* Riverii. Ad hæmorrhoides cœcas, earumque dolores, egregium eſt experimentum Mynſichti, quod habet *in Armamentario pag.* 133. Ubi parat pulverem ex verbaſco calcinato, permiſtum cum rhabarbaro, qui impoſitus hæmorrhoidibus cœcis, earum dolores ac tumores brevi curat. Propterea ne aloë hæmorrhoidibus noceat, ſunt, qui eandem cum ſucco verbaſci, aut hujus loco violarum temperare ſolent. Staricius **im Helden-Schatze/** ceu experimentum expertiſſimum in contuſione tendinum & nervorum, commendat & applicandum ſuadet ſuccum verbaſci cum foliis contritis, quæ impoſita huic malo optimè proſunt, dolorem ſiſtendo & tumorem diſcutiendo. Eæ imprimis mulieres, quæ gratam flavedinem ſuis conciliare volunt capillis, ſolent flores verbaſci immittere lixivio, quo ſe pectendo & irrigando capillos, ſimilem flavi coloris gratiam illis inducere ſatagunt. Verbaſcum ergò pro uſibus modò dictis colligendum eſt in plenilunio Junii aut Julii, antequam flores deceſſerint, tunc enim tempus balſamicum, ubi maximâ pollent virtute.

Digitized by Google

Radix verbaſci dicitur etiam radix πνευματικὴ, quia inſtar amuleti, appenſa ſpecificè prodeſt ad affectus catarrhales præſervandos & curandos: vid. Hartmanni *Praxin Chymiatr. cap.* 21. §. 5. In genere ſolet adhiberi ad affectus ani, in quibus fuſus eſt Tabernæmontanus.

Porrò & rectè oleum florum verbaſci per infuſionem paratur, quod vel ſolum, vel miſtum cum oleo ſcarabæorum, dolores ac tumores hæmorrhoidum egregiè lenit ac mitigat; poſt lini enim oleum nullum eſt meliùs.

Oleum verbaſci, quod ex floribus per deliquium in ſole parandum monſtrat Autor ex Matthiolo. Præparationem videre poteſtis in Sennerto, ubi tractat *de Arthritide pagin.* 34. & 37.

De hoc liquore florum verbaſci dicit Stœckerus *in Praxi*, quod ſit ars mirabilis & expertiſſima in dolore podagrico & dentium.

VERBENA.

Hæc verbena, item verbenacea, Germanis das Eiſen-Kraut / dicitur, propter florem rubiginoſum & obſcurum: Græcis ἱερὰ βοτάνη, planta ſacra, eò, quod olim in idolorum ſacrificiis, eorumque aris coronandis, ceu planta ſacra adhibita fuerit, imprimis apud Romanos: videatur Major *in Inventis novis*, ubi *de Inunctione verticis*.

Autor dicit, quod partum facilitet; quod ego non credo, quoniam abortum præcavet. Strobelbergerus *de Febribus* radices verbenæ cum carduo benedicto & aſaro in vino coctas commendat ad febres intermittentes. Aliàs uſus ejus internus eſt rarus; exteriùs tamen admodum laudatur pro uſu cephalico, præſertim contra cephalalgiam imprimis chronicam, & quæ extra febres contumaciſſimè affligere ſolet, in qua mirè à pluribus commendatur, ſpeciatim propter obſervationem curioſam Foreſti, quàm habet *l.* 9. *Obſervat.* 52. ubi conſtat, horrendam & deſperatam cephalalgiam plantâ hac recenti contuſa recens in ſacculo amuleti loco de collo ſuſpensâ, incantamenti inſtar fuiſſe penitus ſublatam; videatur Hartmannus *in Prax. Chymiatr. l.* 2. *c.* 1. §. 13. Ex hoc tempore ſemper ſpecificè fuit commendata in affectibus capitis. Planta autem recens, ſive ſola, ſive cum radice Rhodia, vel etiam pulvere zedoariæ, in formam cataplaſmatis contuſa tantum capiti dolenti circumligatur; quod etiam facit decoctum ejus, vel ſolum vel cum chamomilla. Interdum ſolent fieri emulſiones ex ſemine papaveris, nucleis Perſicorum & ſimilibus, pro externo uſu cum aliquo liquore inſtar epithematis, fronti & temporibus applicandæ in dolore capitis; loco cujus liquoris optimè poteſt addi decoctum radicis Rhodiæ vel verbenæ, & ſic fiunt emulſiones magis appropriatæ ad compeſcendos capitis dolores. Contra incantationes quoque aliàs laudari ſolet.

Porrò pulvis hujus plantæ cum pulvere radicis Rhodiæ mixtus in cephalalgia quoque adhibetur.

Sunt nonnulli, qui ceu experimentum, empiricum tamen, laudant ſuccum verbenæ cum vino ante paroxyſmum intermittentium aſſumptum.

Ex ſucco ejus expreſſo & inſpiſſato fit extractum, quod cum hyoſcyamo vel opio in linimenti formam redactum, temporibus in cephalalgia applicatur. B. D. Michaëlis ſuccum verbenæ nonnihil inſpiſſabat, ejusque ʒj. olei ſeminis hyoſcyami expreſſi, vel olei ſeminis papaveris expreſſi ℈ß. addendo, faciebat unguentum, quod fronti & temporibus illinebat in doloribus capitis ſcorbuticis gravioribus.

Aqua deſtillata à noſtratibus mulierculis frequenter propinatur mulieribus gravidis ad præcavendum abortum, imprimis ſi cum iſta miſceatur præparatus ſuccus è cancris fluviatilibus; vel etiam, ſi ipſe pulvis cancrorum fluviatilium in illa aqua aſſumatur. Externè ſolet applicari in epithematis capiti contra cephalalgiam.

VERMICULARIS.

Vermicularis ſeu ſedum minimum, item ſedum vermiculare, aliàs etiam illecebra, planta eſt è ſedis planè ſingularis. Cum enim aliàs ſeda communiter vim habeant refrigerandi ac humectandi, hoc econtra valdè calefacit. Creſcit in muris, parietibus & locis ſaxoſis ac arenoſis per totam æſtatem.

Saporis eſt acerrimi penetrantis & acrioris longè quàm Perſicaria, piperitis, armoracia &c. unde & Germanis Mauer-Pfeffer vocatur, & ſimillima eſt illis, quæ eſt in plantis antiſcorbuticis; unde internè cum aliis, tanquam ſingulare & maximè expertum remedium, in cura ſcorbuti & mali hypochondriaci adhibetur; ita ut in ſcorbuto curando D. Michaëlis nunquam potuerit ſatis commendare: in quo ipſo, uti etiam aliis affectibus, quantum valeat, conf. *M. A. N. C. Ann.* 6. *pag.* 49.

Decoctum

Digitized by Google

Decoctum gargariſatum multum prodeſt in laxitate & putredine gingivarum ſcorbutica corrigenda. Præterea uſu amuletico, in ſacculo collo appenſo commendatur ceu experimentum inſigne in febribus intermittentibus chronicis, tertianis in ſpecie. Vim hujus amuleti vel centies â ſe & ſuo parente probatam fuiſſe retulit mihi quidam junior Medicus: Ubi non abſurdum videtur, ſi ei camphoræ ʒj. vel ʒij. addantur propter volatilitatem; ſic febres fugat, præmiſſis præmittendis; niſi tamen ſcorbuti ratio ſimul habeatur, ſemper recidivam patitur æger. Denique planta etiam hæc contuſa rubificat cutim inſtar veſicatorii, ſicque adhiberi poteſt inſtar veſicatorii.

Succus vermicularis acerrimus expreſſus cum vino, aut aceto vini aſſumptus, nimiâ acrimoniâ vellicat fibras ventriculi, ſicque violentiſſimum excitat vomitum, eumque non fruſtraneum. Unde ratione hujus vomitus ſolet commendari ſuccus ante paroxyſmum febrium intermittentium; novi enim qui hocce vomitoriô ruſticum quendam â febre quartanâ, item tertianâ intermittente, quæ jam per 10. ſeptimanas afflixerat ægrum miſerè, liberavit. Alius per 6. ſeptimanas ſimiliter cum eadem conflictatus per hoc ipſum ſine vomitus ſequelâ curatus fuit. Conf. M. A. N. C. *Ann.* 4. *Append. pag.* 54. item Simon Pauli *Quadr. Bot. pag.* 353.

Externè ſuccus hic cum pauco melle vel aliis ſubactus contra ſcorbutum oris & gingivarum eſt egregius, dum ratione ſalis volatilis acris aciditatem putredinoſam in laxis gingivis corrigit, & gingivas firmat & conſolidat.

VERONICA.

Veronica der Ehren-Preiß/ tanquam planta & gloriâ & honore digna. Variæ hujus ſunt ſpecies, quas inter uſurpatur communiſſima: habet florem vel purpureum vel cœruleum, & ſic porrò, & cum teucrio & chamædry facilè confundi ſolet. Ipſa planta nota ſatis eſt, cujus folia & flores ſunt in uſu.

Simplex eſt amarum, adſtringens ſed ſimul abſtergens, ſpeciatim egregiè vulneraria, & imprimis pulmonum nocumentis, tàm exulcerationi quàm vulnerationi, conducit, ex quo uſu vocatur etiam Grund-Heyl: Vulneraria enim & ulcera ex fundamento ſanat, purificat, & conſolidat. Præterea eſt ſimul diuretica elegans, ac nonnihil ſudorifera. Diureticam, & hinc calculi curativam vim videbitis *in M. A. N. C. Ann.* 1. *Obſ.* 107. *pagin.* 245. Sed præ ceteris uſibus pectori, pulmonum obſtructioni ejusque læſionibus confert. Certum eſt, eam mucum viſcidum & craſſum, ramos aſperæ arteriæ obſidentem, attenuare, & ſi quid in pectore eſt læſum, vi vulnerariâ egregiè id corrigere; hinc in omnibus ferè potionibus pectoralibus & vulnerariis adhibetur cum fructu: Et uti in praxi nephritica & thoracica egregiè ſolent conſpirare; ita etiam hæc planta non tantum in pectoris vitiis, ſed etiam in renum malis, ut in renibus à ſero acri corroſivo plus minùs exeſis, & à calculo exulceratis, in urinæ ſuppreſſione, &c. egregia præſtat. Contra exulcerationes viſcerum incipientes, imprimis pulmonum in pleuritide, propinatur ſatis frequenter. Deinde in affectibus lienis commendatur à quamplurimis Veronica, ceu ſingularis planta in corrigenda duritie, orta ex infarctu vaſorum. Crato, per experientiam ſpecificè laudat eam in colica, ſive internè ſub potus aut decocti forma aſſumatur, ſive clyſteribus incoquatur, & ita applicetur. Denique obſervatum quoque eſt, Tyrolenſes, utpote bronchocele, laborantes, non ſe tantum, verum etiam porcos ſuos eodem morbo laborantes, decocto & pulmento hujus Veronicæ ſanare.

Externè vulneribus & ulceribus curandis inſervit: Ulcera enim maligna, inveterata & cacoëthea mundificat & ad ſanitatem perducit, teſte Horſtio *in Diſpenſatorio*: clyſteribus incocta & applicata in colica convenit.

Aqua in tuſſi chronica & colica eſt uſitatiſſima.

Aqua ſpirituoſa, ſpiritus, & eſſentia in iis, qui laborant copioſis excrementis in bronchiis pulmonum, pituitâ nempe craſsâ & viſcidâ, multum conducit pro adjuvanda expectoratione, ubi ſcilicet inanis eſt ejiciendi conatus, dum incidendo phlegmata, eorum expectorationem facilitant.

VERONICA SPICATA
ſeu
ERECTA.
flore cœruleo

malè & peſſimô conſiliô ab aliis inter Lyſimachias refertur. Conſpirat uſu pectorali ac vulnerario cum Veronica vulgari.

VICIA.

Vicia multiflora, Græcis ἀφάκη, ut & vicia ſegetum ſiliquis hirſutis, quæ eſt viciæ ſpecies. Differt alias vicia multiflora ab araco, quod viciæ ſemina equidem ſunt rotunda, ſed ad lentis formam compreſſa; araci verò ſemina ſimpliciter rotunda.

Ejus vim ſingularem vulnerariam vid. apud Ranzovium *de Conſervat. valet. pagin.* 92.

VICTO-

Digitized by Google

VICTORIALIS.

Victorialis alio nomine etiam vocatur allium montanum, & primâ fronte ſtatim apparet, quod ſpecies ſit allii & ceparum, quas plantas odore & ſapore prodit; unde ad eosdem uſus commendatur, ad quos reliqua allia.

VINCA.

Vinca pervinca, **Singrün/ Jngrün/** aliàs etiam uſitatius vocatur apud Practicos clematis daphnoides. Egregia eſt planta, utut rarò præſcribatur ab autoribus. Variæ ejus ſunt ſpecies: flore albo, purpureo, & cæruleo. Præ cæteris convenit, quæ eſt flore cœruleo.

Inter vulneraria primaria & principaliora uſurpatur internè & externè in vulneribus & ulceribus, in potionibus vulnerariis, in quo uſu non cedit veronicæ, niſi quod magis adſtringat; unde commendatur præ aliis vulnerariis in ſputo & mictu cruento. Interim nihilominus ſolet laudari ſimiliter ad ciendos menſes. Aliàs ejusdem naturæ, atque adeò promiſcui uſus & effectus eſt cum virga aurea, pyrola, ophiogloſſo, Lyſimachia, conſolida Saracenica, nummularia, geranio, piloſella, vel auricula muris Autoris.

Externè conveniens eſt in vulneribus conſolidandis & ulceribus mundificandis, Agricola *in Chirurgia parva pag.* 905. ſpecificè commendat hanc in tumore & inflammatione uvulæ & tonſillarum, ſi ejus decocto crebriùs os colluatur, &c. Lac extractum revocat: Medicus enim quidam in manuſcripto quodam ait; quod planta cataplaſmatis forma uberibus applicata ad proventum lactis copioſum parandum faciat; dorſo verò applicata, ubera omni lacte privet.

Succus vincæ pervincæ ſolet permiſceri clyſteribus in dyſenteria, ubi opus eſt conſolidatione internorum ulcuſculorum in inteſtinis; ſicut adhiberi etiam ſolet ad compeſcendas hæmorrhagias quarumcunque partium.

VINCETOXICUM.

Vincetoxicum dictum eſt, quod toxica ſeu venena vincere ſoleat: Obſervatum enim eſt, inſectula nonnulla foliis hujus vincetoxici inſidentia, torpida & quaſi ſemimortua eſſe facta. Græcis ἀσκλήπιας dicitur, ab autore ejus Aſclepiade. Vocatur etiam hirundinaria, **Schwalben-Wurtzel.** Non tamen confundenda hæc planta cum chelidonio majore. Hujus duæ ſunt ſpecies; flore nigro & albo; quas inter flore albo convenit imprimis.

Radix eſt albicans fibroſa; plures enim fibræ ex uno ceſpite prodeunt, ſaporis acris amaricantis, odore fragrante, gravi, abundat ſale volatili ſulphureo, & proinde planè eſt polychreſta, & egregiè ſudorifera, & alexipharmaca, ſimul etiam diuretica, cujus decoctum in morbis malignis multum valet ad ciendum ſudorem & expellendam malignitatem, quin & propter virtutem ſudoriferam & ſanguinis purificativam à nonnullis commendatur ad luem Veneream, in qua in ceviſia vel aqua decocta, & crebriùs pro potu ordinario hauſta, non leve affert levamen. Simile decoctum cum vino in ſpecie, ſi quid aliud, appropriatum eſt, & magnarum virium remedium hydropis utriusque, Paracelſo Autore: ſcilicet aſcitem curat per diureſin; anaſarcam verò per ſudorem. Unde etiam Paracelſus habet deſtillatum quoddam contra hydropem, quod ab aliis Medicis ceu expertum valdè commendatur, ex tartaro, hirundinaria, capite mortuo vitrioli, & ſpiritu vini. Compoſitio eſt talis:

℞. ♀*i vini rubri* ℔j.
rad. hirundin. ℔ ß.
Colchothar. ʒviij.
Ⅴ q. ſ. pro incorporatione.
Deſtilla per alembicum.

Doſis eſt ʒß manè & ſero ſumptum pellit urinam, quam & fœtidam reddit. Aſſumi poteſt in vino malvatico, continuandum per aliquot dies noctesque: nam primâ vice aſſumptum parum aut nihil operatur.

Præterea â Tyrolenſium alpium incolis pro ſingulari habetur in curandis ſtrumis, uſurpando ſæpiùs decoctum herbæ & radicis, quas etiam in porcis continuatô uſu curat. Conf. M. A. N. C. *Ann.* 1. *Obſerv.* 57. *pag.* 153.

Externè uſurpatur ad morſus viperarum & inſectorum ictus, ut & in ulceribus mammarum, aliisque ſordidis & malignis purificandis.

Extractum vel eſſentia vincetoxici, imprimis cum lumbricis ♁ſtribus compoſita, ſæpius aſſumpta feliciter curat hydropem; pellit enim urinam, & movet ſudorem. Unde tàm in aſcite, quàm in anaſarca multum prodeſt.

VIOLA PURPUREA.

Viola, eaque purpurea, alio nomine vocatur viola Martia: eſt ſatis cognita, imprimis ea, quæ odore ſuavi ſe commendat.

Florum horum odor conſiſtit in parte volatili Mercuriali, adeoque parum in receſſu habent. Temperatiſſimæ ſunt naturæ, adeoque in lympha, aliorumque contentorum corporis acrimonia, præſertim ſalſa, temperandâ optimæ, hac ratione inter anodyna referuntur. Peculiariter pectus reſpiciunt & laryngem, & conducunt in affectibus faucium, laryngis & pectoris, ex lympha

nimis

nimis copiosa & acidâ aut salsâ natis, v.g. in tussi sicca, in catarrhis tenuibus, has partes infestantibus; item asperitate faucium, pleuritide &c. corrigendis; & ariditate linguæ; dum enim leniunt acrimoniam salsam lymphæ, simul fluidam inspissant ac incrassant, ut citius sequatur anacatharsis. Quamdiu enim materia est tenuis, tamdiu frustraneus est conatus ejiciendi, & nimis difficulter evacuatur lympha; simul ac verò adhibentur temperantia acrimoniam lymphæ & incrassantia, qualia sunt violæ, jujubæ, sebesten, succus glyzyrrhizæ & similia, res optimè se habet. Non secus ac in viarum urinariarum affectibus simili ex causa, sero nempe acriore, acidiore aut imprimis salsiore natis, mitigandis, multi sunt usus: propter quam vim temperativam vulgò ad incrassantia materiæ pectus affligentis referuntur, & hinc in promovenda expectoratione sunt usitatissimæ. Hi flores colligendi sunt matutino præsertim tempore, quando eorum virtutes & volatiliorem substantiam nec calor solis resolvit, nec pluvia dissipavit: nempe dum madidi sunt adhuc & roscidi à rore matutino. Hoc modo collecti flores vim habent moderatè laxativam; quoniam per alvum leniter & suaviter expurgant, & primas vias evacuant, uti omnia parata ex his floribus hanc habent vim. Hæc vis laxativa non tantum tribuitur violis recentibus, à rore madentibus, & ex his paratis remediis; sed etiam exsiccatis. Refert namque in *Pharmacia spagyrica* Poterius, quod pulvis violarum siccatarum ad 3j. exhibitus egregiè purget & laxet: vid. Sennertus *in Paralipomenis pag.* 82. & Pechlinus *de Purgantibus pag.* 51. numerantur inter quatuor flores cordiales. Hinc adhibentur in affectibus melancholicis; ad hæc in bile atra corrigenda & attemperanda sunt usitatæ apud Autores.

Syrupus violarum simplex qui ab Autore solutivus dicitur, paratur ex floribus matutino rore adhuc madidis: hic ad aliquot uncias propinatus leniter & egregiè purgat. Præscribitur in tussi, hinc in asperitate faucium & gulæ, uti etiam in gutturis & harum partium inflammatione. Singulariter etiam confert in exulceratione renum; quod etiam facit compositus cum jujubis & sebesten potentiùs. Syrupum violarum compositum, elegantem, pectoralem videbitis in M.A.N.C. *Ann. VI. Append. pag.* 80.

Ex hac ratione collectis violis etiam paratur conserva violarum. Pertinet huc conserva violarum Timæi laxativa non inelegans.

Blandè abstergit, & alvum egregiè laxat, atque in faucium asperitate, ariditate & squalore linguæ propter temperaturam suam magni est usus; in temperandâ enim lympha, florum horum succus est decantatissimus; in promovenda etiam expectoratione pleuritica frequentissimi est usus.

Sunt, qui per fermentationem ex floribus violarum parare contendunt spiritum, & hic ipse est pretiosus non minus, quam spiritus rosarum.

℞ violarum elicitur ordinariò cum ▽ propria ex floribus, & fit purpurea; sin verò huic ℞æ purpureæ addantur aliquot guttæ spiritus vitrioli, fit rubinea: Hæc tinctura parata cum spiritu aut phlegmate vitrioli est egregia in affectibus massæ sanguineæ nimis calidis; nam effervescentias febriles temperat & corrigit: sitim extinguit, & ventriculum non minus ac epar egregiè corroborat. Dari potest à guttis 12. ad 20.

Petrus Johann Faber *in suô Myrothec. spagyr. lib.* 2. *cap.* 11. habet tincturam ex violis somniferam.

Succus inspissatus convenit in tussi, asperitate ac inflammatione faucium, gulæ & gutturis, nec non ariditate linguæ.

Quod attinet herbam, quæ vocatur violaria, refertur inter plantas emollientes; hinc pro scopo emolliendi ordinariè adhibetur, utpote cum usus sit admodum frequentis in clysteribus & caraplasmatibus, alvum emollientibus & leniter subducentibus; item in lotionibus pedum, ubi opus est emollitione, vel aliquali somni provocatione, & similibus applicandi modis.

Semen tandem sequitur, quod spirat odorem terebinthinatum, & nobile quoque est catharcticum & potentius quam flores. Præter vim alvum laxandi singulare est in promovendâ urinâ, quam blandè stimulat in paroxysmis nephriticis, estque egregium semen nephro-catharcticum, vel, uti dixi, quod urinam pellit, simulque alvum laxat, & inter semina purgantia referri solet à nonnullis. Ex hoc semine paratur emulsio elegans cum aquâ veronicæ vel violarum, quæ certissimè desperatam urinæ suppressionem quamcunque tollit, alvumque obstructam moderatè simul solvit, unde & nephro-catharctica vulgò appellatur; confer. Autor *lib.* 2. *cap.* 54. *de Emulsionibus pagin.* 203. Hanc emulsionem in retentione urinæ valdoperè commendat Crato & Hartmannus; habuit tamen quasi secretum in tali casu, sive cum, sive sine calculo. Videre etiam possumus Henricum ab Heer *in Observ.* 7. qui habet experientiam Ischuriæ ingentis obortæ ex ebrietate, curatæ per emulsionem seminis violarũ purpurearum, factam cum aqua veronicæ, additis paucis guttulis ~ vitrioli. Prodest etiam in affectibus nephriticis, in quorum

Digitized by Google

paroxyſmi principio, quando neceſſe eſt, ut ſimul alvus moderatè laxetur, emulſio hæc eſt conveniens. Determinari ulterius poteſt hæc emulſio cum ſemine papaveris, ubi magis dolorem lenire eſt animus. Commodè etiam additur lapis percarum pro corrigendo acido hoſtili.

Denique ſuccus veronicæ, quando inſpiſſatur cum ſaccharo, & huic adduntur pulveriſata violarum, pro tali caſu in forma electuarii eſt uſitatus.

VITIS.

Vitis primarium eſt inter omnia ſimplicia vegetabile, ſuggerit vinum, acetum, & ☿, in quibus ſanè multa latent; ſed de his ſuis locis. Hic agemus tantum de planta, de qua aliàs ſcripſere Jacobus Horſtius *Tract. de vite vinifera.* Philippus Jacobus Sachſius à **Löben-Heimb**/ ſcripſit *Ampelographiam*, in qua omnia, quæ ad vitem, vinum, tartarum & acetum faciunt, partim ex propria experientia, utut pauca, partim aliorum autoritate ſatis copioſè & prolixè, ſed cum judicio non adeò inſigni: Beccherus *in Phyſica ſubterranea* Contadus Kunrad *in Medulla Deſtillat.*

Cæterum præſuppono de vite & omnibus ejus productis ex Tacchenio, quod tota ex alcali & acido cum tertio ſulphureo, ſcil. oleo, combinata ſint, quæ mutatis mutandis ad totum regnum vegetabile applicari poſſunt. Acidum ia vino ſe habet ut principium activum prædominans, alcali ut paſſivum, quæ duo, accedente utriuſque quaſi vinculo, ſulphure nempe ſeu oleo, conjunguntur. Hæc ipſa cum terra & aqua omnem ludunt in vino tragœdiam, & plus vel minus, prout temperata ſunt, varias induunt larvas, & quo plus ſunt exaltata eo meliora & volatiliora dant producta in vino. In maturis uvis & muſtô hæc duo ſunt temperata mediante tertio, oleo nempe ſulphureô, adeoque dulcem habent ſaporem. In vino prædominatur acidum ſpiritu volatili temperatum. Dominatur hoc acidum magis in aceto, in quô ſpirituoſum & oleoſum quaſi depreſſum; in fecibus verò dominatur alcali ſpiritu copioſô temperatum. In tartarato æquali ferè vigore concurrunt alcali & acidum, utut quoad ſaporem acidum volatile ſe magis prodat.

Acidum in vino originem habet ex ſale aëris Hermetico ſeu naturæ univerſali, omnium ☉ium primo ente; quod ſal uti vegetat omnia ſemina vegetabilia; ita & radices fœcundas reddit, ut inde germinatio & totius plantæ productio fiat. Hoc ſal aëreum univerſale cum pluviâ terræ commixtum, aut etiam in ipſa terra, imprimis nitroſa alcalina, quaſi magneticè attractum, ipſique confermentatum, conſtituit ſal tetræ centrale, ex quo vires & germinatio & vigor omnium vegetabilium, ex quô etiam acidum hoc in vino dependet. Jam ergo cum vinum acetum & tartarus participent de hoc ſale aëreô, in iis non levis reſidet clavis penetrandi & reſuſcitandi metalla.

Quod attinet officinalia, ex his ſe offerunt primò lachrymæ. Quando ſcilicet amputantur vitis palmites, liquor trunco exſudat, qui ſimpliciſſima & defæcatiſſima aqua eſt, pauca ſubſtantia gummea non nihil acida imprægnata; ubi ſanè mirum eſt, quod ex perdulci & homogeneo hoc liquore tot producta Democritea fiant. Lachrymæ hæ multum ſanè habent in receſſu, quia primum quaſi ens vitis revera ſunt unde optandum, ut in foro medico frequentius in uſum venirent. Jam enim expertus ſum, quantum valeant uſu interno in febribus malignis, purpuratis etiam puerperarum; unde in febribus ardentibus frequentius uſurpari deberent, additis tamen etiam appropriatis aliis. Qui phlogoſes patiuntur, liquorem hunc uſurpare poſſunt, habet quoque ſingularem vim nephriticam & diureticam & renum abſterſivam, in qua laudata fuit à Cnœffel. in M.A.N.C. *Ann.* 6. *Append. pag.* 125. adeoque ſingulare quid obtinet maſſam ſanguineam in debita ἰσαιμίᾳ conſervandi. Externè in oculorum affectibus hic liquor vitis, ubi eorum abſterſione & clarificatione viſus opus eſt; quia ob blandiſſimum & volatile acidum ſuaviter hæc aqua purificat & abſtergit maculas, nebulas tollit, & obſcuritatem viſus corrigit, ſubtili enim ſale volatili eſt imprægnata. Notetur tamen, quod in ophthalmia non profit propter aciditatem, ſed ſaltem ad nebulas & maculas. Quin & humor aqueus liquore hoc reſtitui poteſt, teſte Henrico ab Heer. Sunt etiam, qui commendant externè contra maculas & impuritates faciei, ceu coſmeticum. Tandem & tartarum, ejuſque ſal fixum, beneficio hujus liquoris volatiliſare volunt, quod non adeo impoſſibile eſt.

Succedunt folia, quæ vocantur pampini, uti etiam capreoli. Recentia ſaporis ſunt ſubacidi, ſucco tamen blandè acido volatili turgent, & exinde aliquali ſimul vi adſtrictoria, & fibras partium contractoria gaudent, in qua fibrarum contractione legitimus partium tonus conſiſtit, unde non tam contra diarrhœas, lienterias, dyſenterias, vomitus & ſimiles affectus valent; ſed & vi ſtomachali appetitum dejectum reſtituunt. Externè contra æſtus capitis, à ſanguine ebulliente ortos, commendantur, plantis pedum applicata, pro conciliando ſuavi ſomno, & aquæ pro pediluviis ordinario incoquuntur.

Succus

Succus ex his foliis tantum expressus valdè commendatur ad picam, dysenteriam, diarrhœam, vomitus, & similes affectus. Externè capiti applicatus solet restinguere æstum, ac temperare cephalalgias, ex nimiâ morâ in sole vel loco calido contractas.

Aqua ex his foliis recentibus & tenellis adhuc destillata in pica gravidarum valdè convenit, sive sola sive cum Myva cydoniorum permista, adhibeatur: specifica quoque est in purpura puerperarum, additis tamen etiam appropriatis aliis.

Ex foliis & sarmentis incineratis elicitur sal rubrum, quod continua agitatione tamdiu calcinandum, donec albescat; hinc cum aqua solvendum, & coagulandum; quod aliàs ☿ Philosophorum vocatur: vid. Basilius Valentinus *Testam. pagin.* 260. & Tenzelius *Exeg. de Auro potabili.* Inter cauteria solet referri.

Flores vitis egregiè ob odorem reficiunt spiritus nostros, unde hos omnium cordialium præstantissimos esse dicunt. Tempore illo, quo vitis floret, dicitur non facile reperiri bufones, & cum floribus vitis singularem inimicitiam habere: quod etiam habet Glauberus *in suis scriptis.*

Uvæ sunt duplices: vel maturæ, vel immaturæ. Hæ vocantur agrestes, & sapore austero gaudent; unde constringunt & constipant, utreliqui fructus immaturi omnes.

Paratur ex iis syrupus de agresta pro usu adstrictorio.

Maturæ, sunt vel recentes vel exsiccatæ. Recentes turgent principiis salinis, sed per fermentationem sub maturatione subactis, oleo tamen volatili temperatis; fermentatione enim concurrunt acidum & urinosum, unde mutua temperaturâ fit adeò, ut accedente sulphure sapor dulcis & suavis evadat: Hæc ita se habere, experimur omnes, cũ subinde, si comederimus uvas recentes, soleant generare flatus, & inde concitare borborygmos ac murmura abdominis, & diarrhœas, quæ accidunt ob renovatam fermentationẽ. Zacutus tamen Lusitanus *in libr. 2. Prax. admirand. Obs.* 131. valdè commendat usum uvarum maturarum rore adhuc madidarum in affectibus stomachi & aliis.

Magis autem pro usu Medico conveniunt uvæ exsiccatæ seu passæ, quæ sunt uvæ vitis, vi caloris, sive furni sive solis exsiccatæ; aliàs uno nomine vocantur passulæ; & sunt vel majores vel minores: Passulæ majores zibebæ; minores passulæ Corinthiacæ dicuntur. Hæ passulæ, imprimis minores, revera nihil aliud sunt, quam mustum quoddam concentratum, seu phlegmatis exhalatione condensatum, relictis & adhuc præsentibus ipsis salibus activis, à quibus dependet fermentatio. Unde ex his contusis cum aqua affusâ parari potest egregium vinum; quô ipsô innuitur, quod adhuc contineant duo salia, sulphure connexa atque temperata; sicut etiam destillatæ saltim spiritum acidulum & oleum empyreumaticum suggerunt, ad instar musti.

Passulæ aliàs propter æquabilem acidi cum alcali copioso oleo mistura temperatæ sunt, indeque conveniunt in temperanda massa sanguinea, aliorumq; succorum in corpore acrimonia, à quocunque sale excessivo orta, indeque in lymphæ acrimonia, & inde faucium & pectoris affectibus, in quibus adest tussis nimia, asperitas & raucedo, ex lympha acri & acida, valdè conveniunt: unde incoquuntur passulæ in nodulis & potionibus magistralibus pectoris; sicut & in partiũ ☉riarum pathematis demulcendis & mitigandis sunt optimæ; hinc etiam sunt nutritivæ, & aliqualiter pinguefaciunt. Cum enim admodum temperatæ sint, sanguinis crasin in debita temperatura conservant; & temperatâ acrimoniâ chylum copiosum temperatum roscidum, pinguem ac oleosum suggerunt: Item crudæ sæpius comestæ in hæmorrhagiis narium copiosioribus ex fluxilitate & acrimonia sanguinis quasi scorbutica, sunt egregium remedium.

In specie autem conveniunt, ubi ex acrimonia sanguinis salsa provenerit atrophia: quam vim non tantum Joël *in Praxi* laudat; sed etiam aliquot experimentis comprobat Riverius *c.* 4. *Obs.* 37. 43. & 44. id quod imprimis erit conveniens, si assumatur cum amygdalis dulcibus excoriatis; hæ enim habent vim nitrosam & absterſivam: Sic & quibusdam decoctum passularum cum rad. Cichorii iis qui ad phthisin inclinant, & in marasmo phthisico convenientissimum est.

In quacunque sanguinis dyscrasiâ corrigenda, & ejusdem eucrasia conservanda, habet electuarium non inelegans Solenander *Consil.* 11.

Simile electuarium ex passulis habet etiam Horstius *l.* 4. *Obs.* 31. aliquantisper cum aromatibus magis compositum, expertum in cachecticis & hydropicis affectibus.

Cæterum passulæ comestæ & passulata omnia blando fermentationis motu explicando spicula salina, moderatè intestina stimulant, & simul fæces emolliendo alvum laxant: unde hypochondriacis & scorbuticis & gravidis maximè conveniunt pro alvo aperta servanda, optimo cum consilio; quia sunt temperata: Pro hoc scopo convenit imprimis vinum laxativum passulatum Timæi *in Cas.* 3. *libr.* 3. *pag.* 113.

Observetur, quod passulæ præscribantur exacinatæ: Nam acini vim habent adstrictoriam leniter, & hinc etiam leniter vim pellendi urinã, quod non semper est conveniens;

Digitized by Google

nam ſæpiùs præſcribuntur pro ſcopo laxativo. Cum autem muſtum habeat vim laxandi, unde & paſſulæ obtinent vires alvum obſtructam & induratam reſerandi.

Paſſulæ ulterius egregiam vim obtinent compeſcendi ſitim. In talibus caſibus, ubi non commodè uſurpantur aquoſa vel acida, quoniam acrimoniam ſalſam corrigunt, & dum temperant acrimoniam humorum, indeque obortas effervescentias compeſcunt, adeoque moderatè refrigerant, & in multis affectibus propter acrimoniam humorum nimiam conveniunt.

Externè in alvi obſtructione commendari ſolet clyſter, qui fit ex paſſulis coctis in jure vituli, deinde colatis & expreſſis per linteum; ex qua expreſſione fit enema in fecibus induratis, & longa alvi retentione à quiete nimia & potu parco, imprimis in gravidis.

Omnia hæc applicanda etiam ſunt paſſulis Corinthiacis, quibus illa ipſa longè magis conveniunt.

De cætero, cum paſſulæ, uti dictum, ſint muſtum concentratum, hinc & fermentatio in iis excitari, & beneficio hujus potus vinoſi admodum ſuaves, inſtar vini Malvatici ſeu Hiſpanici, inde præparari poſſunt pro eucraſia ſanguinis & ſanitate noſtrâ optimi: v.g.

℞. *Paſſul. contuſ.* q. v.

infunde in aqua calida q. ſ. addatur parum ſacchari, quod ſimul promovet fermentationem, vel fecum vini aut cereviſiæ; ita brevi poſt turgeſcunt, & fit vinum inſtar Hiſpanici.

Nam non ſolum ex paſſulis & ſaccharo fermentando ſuave fit vinum; ſed etiam ex his paſſulis cum pyris moſchatellis fit vinũ compoſitum, egregium ad corrigendam cachexiam maſſæ ſanguineæ, & utile in affectibus cachecticis. Uti etiam cum ſucco pomorum Borsdorffianorum ſi ſubigantur paſſulæ contuſæ & fermententur, fit vinum compoſitum ſuave & elegantiſſimum in affectibus hypochondriacis & melancholicis. Item ſi cum fructibus rubi idæi temperentur paſſulæ, elegantiſſimum habebitur vinum; modò obſervetur legitima fermentatio; nam in hâc totius rei cardo vertitur.

Rob paſſularum valdè convenit in affectibus pectoris, in quibus adeſt tuſſis, aſperitas nimia & raucedo, ex lympha acri & acida. Veteres concedunt prægnantibus, in quibus purgantia ſunt periculoſa: imprimis quando intumeſcit uterus, ut alvus adſtringatur, uti etiam in fœcibus induratis ad magnitudinem nucis caſtaneæ aſſumptus; ſicuti etiam ex rob paſſularum electuarium polychreſtum ad morbos chronicos, cachecticos, & eos, qui ad icterum vel hydropem declinant, conficitur, ſi

℞. *pulp. paſſul. Corinth.* ℔ß.
rhabarb. pulveriſ. ʒß. ad ʒvj.
cinnam. ʒj.
Miſceantur.

Capiatur doſi parvi cochlearis.

Conveniunt etiam iis, qui varis & gutta roſacea ex cauſa interna corripiuntur.

Pro alvo laxanda in gravidis paſſulæ laxativæ ſunt optimæ, tam in forma humida, quam ſicca. Compoſitio autem harum eſt multiplex; nihilominus imprimis ita fieri poſſunt; Et quidem in forma ſicca paſſulæ laxativæ optimè fiunt, ſi hæ mundatæ irrorentur crebrius cum emulſione ſcammonii, exſiccentur, & iterum irrorentur; idque toties, quoties placuerit, & prout remedium magis vel minus forte expetitur: hinc facilè paucis aliquot guttis olei cinnamomi aut macis aromatiſari & aſſervari poſſunt:

Vel

℞. *Paſſul. min.* qv. v.

Coquantur, donec intumeſcant: poſtmodum

℞. *Diagrydium diſſolutum in vino albo*: quod denuo imp ſietur & pulveriſetur.

Hujus *pulveris* ℞. ℈j. isque inſpergatur
paſſul. ʒj.

dum imprimis adhuc calent ex coctione: miſceantur probè, & ſiccentur ad ſolem; ſic enim optimè purgant, & grati atque elegantis ſunt ſaporis.

Aliam compoſitionem videbitis in Zwelfferi *Pharm. Reg. Claſſ.* 3. *pagin.* 48. Timæus in forma humida egregiam habet *in Caſib. pagin.* 419.

Paſſulæ autem magis laxativæ fiunt ſequenti modo:

℞. *Fol. Senn.* ℥iij.
Crem. ♀i ℥j.
Mechoacann. ʒvj.
Diagryd. ʒij.
Sem. aniſi,
Galangæ, ana ℈jv.

Infundantur in aqua ſimplici, & ebulliant ad diſſolutionem tartari & extractionem Sennæ: Colaturæ adhuc calidæ infund. *paſſul. min. conciſ.* q. ſ.

Stent in loco tepido, ut ſucceſſivè evaporet phlegma ad conſiſtentiam electuarii, quod in malo hypochondriaco pro laxanda alvo eſt egregium.

In officinis habetur loh de paſſulis, quod in aſperitate faucium & pectoris, tuſſi ſicca, aut etiam humida aſperiore & raucedine uſurpatur, & valdè convenit, præſertim cũ rob vel ſyrupo papaveris albi miſtum vel ſenſim ſenſimque deglutitum. Temperat enim, acrimoniam demulcet, partes aſperas & læſas reſtituit, & crebriorem tuſſim, mucique copioſioris proventum ſuſpendit, adeoque egregiè incraſſat.

In uvis

Digitized by Google

In uvis paſſis continentur acini, qui expreſſi fundunt oleum inſtar olei olivarum. Quidam illos in pulverem minutiſſimum redactos in phiolis leni digeſtione aliquandiu foverunt, & quaſi putreſcere permiſerunt, tandem ex illis ♎ando, ſal volatile elegans acquiſiverunt.

Expreſſas uvas ſequuntur tandem vinacea, **die Weindröſten/** cum quibus & urina non ſolum ex cupro ærugo paratur in Gallia, ſed etiam in uſum quoq; veniunt medicum, quia cum acinis collecta adhuc turgent principiis fermentativis vinoſis; unde ſi incaleſcunt, odorem ſpirant gravem, & pro cura morborum externorum multum habent in receſſu: ſcilicet in cura doloris iſchiatici, ſcorbutici, & ſimilium affectuum arthriticorum doloroſorum & paralyticorum, vel ſub formâ balnei ſicci, vel cataplaſmatis.

Balneum hunc in modum fiat: ſcil. iſchiaticus, ſponte fermentando calefactis vinaceis, ad umbilicum usq; inſideat, expectando ſudorem: aut membra arthritica, vel dolentes partes nervoſæ & articuli imponuntur in vinacea per ſe ſponte incaleſcentia; quando enim ad tempus ſteterunt, incipiunt fermentatione ad putredinem tendere, & incaleſcere: Videatur *Petrus à Caſtro*, qui propriam ſororem, annos natam 18. deſperato iſchiatico dolore prorſus intolerabili laborantem, poſt infinita remedia, tandem per inſeſſum corporis in vinacea recentia per ſe incaleſcentia curavit. Nempe vinaceis his in vaſis probè compreſſis, donec intra tres vel quatuor dies vaporem calidum emiſerint, ægram medio corpore immerſerunt; quo ipſo ſudores egregiè moti fuerunt, & hoc fecerunt præter propter per ſemihoram; quâ elapſa per horam iterum in lecto ſudavit ægra, quo medicamento ter repetito à gravi & diuturno morbo liberata fuit. Unde hoc oriatur, videmus egregiè explicatum in Zwelfferi *Apologia contra Tacchenium p.* 204. qui derivat ex ſale volatili vinaceorum per fermentationem exſuſcitato; quod ubi ingreditur membra arthritica, corrigit acidum arthriticum evocando per poros cutis; quo evacuato ceſſat dolor, ab acido pungente & vellicante nervos inductus. Idem Caſtro *in ſupra citata experientia* etiam hoc obſervavit, quod per talem inſeſſum in vinaceis recentibus calentibus non tam curatus fuerit dolor iſchiaticus, ſed etiam menſes ceperint fluere, qui per longum tempus reſtricti, per nullum aliud medicamentū potuerunt provocari. Borellus *Cent.* 2. *Obſ.* 42. *p.* 145. tumorem teſtium chronicum cum inflam̃atione & rubore, ut & podagram ex cauſa frigida, iisdem per ſe ſponte incaleſcentibus curatam refert. Sed ſemel in anno illud uſurpandum eſt. Si autem nolint ſponte fermentare aut incaleſcere, tunc pro uſu medico aſpergatur parum de calce viva; ſic facilè ad incaleſcentiam debitam reduci poſſunt.

Ipſe tandem ſuccus ex uvis expreſſus, muſtum, per fermentationem abit in vinum, de quo infra. Saltim hic fermentatio ejusdem conſideretur, ubi duo occurrunt obſervanda: nempe

1. Motus; &
2. Eructatio flatuum.

Quod attinet motum, ille fit, quando acidum & alcali invicem pugnant, unde motus fermentativus, quando verò ſe unire & conjungere incipiunt, fit eructatio flatuum. Fermentationem hanc adjuvat calx viva inſperſa, quia acidum & alcali occulta fovet. Impeditur verò eadem, ſi ferrum candens aut limatura Martis muſto immittatur, quia ferrum aggreditur acidum vini, unde ceſſat omnis fermentatio. Sub unione hac acidi & alcali partes heterogeneæ extruduntur, quæ fundum petunt, & feces conſtituunt; in quibus luxuriat alcali.

Sub fermentatione hac, accedente aëre, volatiliſantur partes vini oleoſæ, & eructant copioſos flatus, & ſic in ſpiritum ardentem abeunt. Quidam magnos alembicos doliis imponunt, & in ſpiritum vini condenſare, eundemque capere ſatagunt: ſed ſtolidum hoc eſt, quia admodum volatiles ſunt, & ens novum, ut nullo modo coërceri poſſint; & ſi arctius coarctentur, vaſa diſtrumpuntur: Hinc ab Helmontio novo nomine gas audit, quod muſtum pariter ac cereviſia fermentans eructant. Cæterum, quando depuratur muſtum, fit nova textura, vinum, ubi calcali volatile prædominatur, in quo partes ſpirituoſæ volatiliſatæ ſunt per fermentationem & volatiliſationem ſulphuris concreti. In muſto autem nullus eſt ſpiritus inflammabilis, ſed per fermentationem demum fit ſpiritus vini; quia eſt compoſitum quoddam ex principio ſulphureô & acidô, tantillum de alcali participante. Quò magis oleoſa ſunt vina, eò copioſiores ſpiritus ſuggerunt.

Cum muſto poteſt fieri tinctura Martis aperitiva, ſi infundatur ſuper limaturam Martis, donec probè imprægnatum ſit atomis Martis; hoc facto decantetur & inſpiſſetur in conſiſtentiam mellis; vel extrahatur hoc cum ſpiritu vini, vel cum ſpiritu vegetabili quodam appropriato, & fiat tinctura Martis aperitiva.

VIRGA AUREA.

Virga aurea, **Gülden-Günſel/** it. **Gülden Wund-Kraut/** dicitur. Datur vel major ſeu herba Doria, aut panax chironium; vel minor foliis non ſerratis.

Conſolida aurea vocatur ex uſu, quod præſertim illa major inter vulneraria referatur, quaſi ſcilicet auro non ſit redimenda

ejus vis vulneraria. Folia & flores ſunt experti in vulneribus recentibus & inveteratis curandis, interno pariter uſu atque interno, & quocunque modo vulnera contingere ſolent.

Præter vim vulnerariam habet etiam nepriticam, cum ſimul urinam pellat. Ingreditur plerumque emplaſtra vulneraria & remedia chirurgica.

Succus hujus plantæ expreſſus & inſpiſſatus loco balſami cujusdam vulnerarii nonnullis fuit in uſu: Verum in tanto horum apparatu vix adhibetur.

ULMARIA.

Ulmaria ita dicitur, quod folia ejus cum ulmi foliis conveniant: Dicitur etiam regina prati.

Veteribus non fuit in uſu: Modernis verò pro alexipharmacô ac ſudoriferô inſervit, unde etiam in morbis epidemicis, malignis, frequentis eſt uſus, in ſpecie in fluxibus alvi, diarrhœis & dyſenteriis epidemicis, in autumno ut plurimum graſſantibus, quia ſimul vim habet nonnihil adſtrictoriam, & ſic quaſi ad tormentillæ naturam accedit: ſicut & compoſitiones theriacales, pulveres alexipharmacos, eſſentias & elixyria antipeſtilentialia, ingreditur. Simon Pauli *in Quadr. Botan. p.* 452. ſummis laudibus effert, quippe quâ lethale veſicæ vulnus in puella curavit: item in oſſium fracturis propemodum immedicabilibus mira præſtitit.

Multum laudatur aliàs ▽ ejus ex MB. deſtillata à Fabro pro uſu ſudorifero, præſertim ſi vehiculi loco cum aliis medicamentis alexipharmacis in morbis malignis propinetur.

Extractum, quod *in Pharmac. Quercetani* deſcribitur ſudoriferum pariter eſt, & contra peſtem & in febribus malignis commendatur.

URTICA.

Urticæ dividuntur in urentes & non urentes. In urentibus autem diſtinguatur vis cauſtica à medicamentoſa. Cauſtica vis conſiſtit in ſpiculis concavis, per quæ urticæ hæ liquorem peculiarem limpidum acrem, peculiari folliculo contentum, intra cutim & cuticulam figunt, unde ab ejus ſalina acrimonia fibræ irritantur, & hinc dolor prurigineſus ac veſiculæ excitantur: vid. Langius, & Hockius *in Micrographia*; item *Ephemerides Eruditorum.* Helmontius autem putat, hoc à ſale cauſtico provenire.

Virtutes medicas quod attinet, urtica urens minor, die Heyter-Neſſel/ eſt dicata pulmonibus; unde pulveriſata folia urticæ ſolent commendari in pulmonum læſionibus, phthiſin minitantibus & affectibus pulmonum. Deinde experta eſt contra calculum, & in affectibus calculoſis pulmonum, renum & veſicæ. In gangræna internè decoctum ſingulare quid obtinet, & ad quascunque hæmorrhagias valdè commendatur, uti omnes teſtantur Practici. Fernelius *in M. M.* annotavit, quod etiam alvum laxet.

Externè ſolet commendari ſingulariter contra gangrænam & hæmorrhagias quascunque, contuſa & applicata. Item in nimio narium fluxu, ubi propter circumſtantias interna propinari nequeunt, adhibitâ extrinſecus folia urticæ conveniunt; ſi ſcilicet contuſa plantis pedum & volis manuum applicentur, & linteum aqua frigida urticæ vel ejus ſucco madefactum, circa ſcrotum vel teſtes ponatur: & denique turundæ ex goſſypio vel etiam ex linteis paratæ, aqua vel ſucco urticæ immerſæ, naribus indantur: vid. Borellus *Cent.* 1. *Obſerv.* 95.

Præterea ſemen urticæ majoris lithontripticum eſt & calculum pellit: ſcilicet colligitur urtica ſemine maturo ante ſolis ortum luna creſcente, & exſiccatur in umbra, donec ſponte decidat: poſt in decremento lunæ uſurpatur. Doſis ʒj. Egregium eſt præſervativum à calculo, tàm pulmonum, quàm renum & veſicæ. Ne frigus noceat, ſolet ceu præſentaneum remedium commendari ſemen urticæ, cum ſevo hircino aut oleo laurino & cera illitum.

Succus urticæ nonnihil nitroſus eſt, unde internè in quibuscunq; hæmorrhagiis compeſcendis uſurpatur ab ʒß. ad ʒiß. & ʒij. Sic Riverius *Cent.* 4. *Obſ.* 81. expertus eſt, quod ſuccus urticæ ad ʒß. propinatus, fluxum nimium menſium ſiſtat: Id quod etiam facit in nimio fluxu hæmorrhoidum, ad quamcunq; hæmorrhagiam narium, ad exſpuitionem ſanguinis, ad vomitum ſanguinis: vid. imprimis Borellus & Riverius *Prax. libr.* 4. *cap* 8. it. Amatus Luſitanus. Externè verò ſuccus ex herba vel radice expreſſus cum linteis duplicatis applicetur loco affecto ad ulcera mundificanda, & contra ulteriorem gangrænæ progreſſum, uti & gangrænam ipſam curandam.

Aqua ex radice urticæ urentis deſtillata, & quidem cum ſpiritu vitrioli leviter acidulata, & frigida aſſumpta, vomitum ſanguinis ſedare dicitur.

URTICA MORTUA
ſeu
GALEOPSIS.

Urtica mortua eſt vel minor foliis rotundis, floribus exilibus; vel major foliis triangularibus; utriusque variæ ſpecies dantur; quarum quædam vocantur lamia, quædam galeopſides; lamia ſunt majora, galeopſides minores. Galeopſidum tres dantur ſpecies, flore albo, rubro, & luteo, & promiſcuè ſuntin uſu. Dicitur galeopſis, quoniam flores quaſi repræſentant galeã. Deinde quædam adhuc ſunt maculatæ, quædã non maculatæ: maculata

by Google

lata vocatur ab Italis Milzadella, quæ eſt ſpecies urticæ mortuæ, & aliàs dicitur lamium album maculatum: Milzadella dicitur, quoniam uſurpatur ab Italis ad ſcirrhos, indurationes & obſtructiones lineis, vid. Solenander *Conſil.* 12. & ex eo Schenckius *lib.* 3. *Obſerv.* ubi *de ſplene*; Hartmannus *in Praxi Chymiatr. cap.* 178. §. 3.

Apud nos autem cum rariores ſint lienis affectus, tanquam ſpecificum contra fluorem album mulierum, uſurpari ſolet, imprimis ſi ſclareæ vel hormino aſſocietur. Aſſumitur aut conſerva ſummitatum florentium, aut decocta in vinô: etiam externè in pediluviis commendatur. Novi exemplum mulieris generoſæ ante paucos annos decocto ſolo galeopſidos in vino albo curatæ, cum aliàs nullum conducere voluiſſet remedium.

UVULARIA.

Uvularia, aliàs hippogloſſum, à quibusdam Bonifacia, eſt laurus Alexandrina baccis, pediculis adhærentibus. Zapffen-Kraut dicitur, quod in foliis ejus parvum foliolum, quod linguam quaſi prominentem referat, enatum ſit; hinc & Latinis bilingua vocatur.

Uvularia, ejusque decoctum, ad gargariſmata contra affectus faucium, in ſpecie contra uvulæ prolapſum & nimiam laxationem, item contra phlogoſin ſeu inflammationem laryngis, aut ſeroſam aliqualem glandularum intumeſcentiam, à pluribus adhiberi ſolet. Sunt etiam, qui in hunc uſum radicem & folia potui, item infantulis ad præcavendam laxitatem uvulæ inſtar amuleti appendere jubent. Poſtmodum in principio inflammationis uvulæ, item gangrænæ, cum aquâ veronicæ commendatur; vid. Tabernæmontanus *in Herbar. pagin.* 813. & Joël. Eadem, quæ de liguſtro dicta ſunt in oris ac faucium affectibus, etiam de uvularia à modernis affirmantur.

Z.

ZEDOARIA.

Zedoaria eſt zingiber ſylveſtre latifolium, cujus radix egregiè eſt aromatica penetrans inſigniter & polychreſta, imprægnata copioſo acri volatili ſale quod per deſtillationem patet; cujus beneficio aquam aromaticam oleo copioſo ſuggerit: cui in India ex radice recenti deſtillatæ ſal volatile nivis aut camphoræ forma innatat. Ex India ad nos defertur & in plurimis ferè cum Gentianâ convenit; niſi quod magis oleoſa exiſtat, adeoque ſtomachica magis & carminativa ſit.

Vi alexipharmaca & ſudorifera laudatur, adeò, ut internè theriacalibus remediis annumeretur, & imprimis Medicis commendetur, ut in ore eandem geſtent ægros malignis & contagioſis morbis infectos viſitantes: de quo videatur imprimis Rulandus *in Tractat. de Febre Hungarica*: unde etiam quæcunque purgantia corrigere veteribus dicta fuit. Quin & ad vapores mineralium acidos & venenatos reprimendos adhibetur; vomitus etiam egregiè ſiſtit; hinc vel metallariis, vel etiam chymiæ operatoribus crebrior uſus ejus commendatur. Præterea egregium eſt ſtomachicum ad imminuendam & præcavendam imprimis pituitam ſeu cruditatum acidarum proventum in ſtomacho, in quo aliàs ab Hartmanno & Lindano multum commendatur: Carminativa vis pariter ei ineſt ſingularis, uti aromatis omnibus, & quidem vix datur aroma, quod magis vel impediat vel diſcutiat flatus quam zedoaria; præterea quoque egregiè prodeſt in doloribus colicis & ventriculi, non ſecus ac mulierculæ noſtrates contra paſſiones hyſtericas pulverem radicis feliciter uſurpant. Etiam puerperis mox poſt partum cum pane butyro illito, partim pro doloribus poſt partum ſedandis, partim pro lochiis inſimul promovendis Joël commendat. Sic & vi ſua aromatica convenit tuſſi diuturnæ, ab aëre frigido externo contractæ, in aqua cocta. Lumbricos inteſtinorum potenter enecat.

Extractum commendatum eſt mulieribus pro ciendis menſibus.

Aqua zedoariæ cum vinô deſtillata egregiè eſt carminativa & ſtomachica in colicis, hyſtericis, doloribus poſt partum & aliis muliebribus affectibus proficua: vid. Hœferus *Herc. med. pag.* 131. Aquam zedoariæ compoſitam elegantem videbitis in M. A. N. C. *ann.* 6. *append. pag.* 102. Et egregium deſtillatum ſtomachicum ex zedoaria in Horſtio *libr.* 4. *Obſervat.* 1. *pag.* 150. *& Obſerv.* 28. *pag.* 266. non quidem artificioſum, ſed fructuoſum.

Vinum & oleum ſunt ſtomachica & ſingularia in colicis & hyſtericis affectibus, nec non in doloribus poſt partum.

Pertinet huc eſſentia zedoariæ per ſpiritum vini tartariſatum, qui exinde rubore coloratur, ſpiritus tinctus decantatur, & blando igne ad medietatem abſtrahitur; quæ eſſentia in affectibus ſtomachi & inteſtinorum, in ſpecie in colica & aliis ante dictis, proficua eſt.

Acetum zedoariæ in peſte, aliisque morbis malignis, egregium eſt remedium præſervativum & curativum.

ZINZIBER, ZINGIBER.

Zingiber aroma eſt exoticum ex cyperorum generibus ex Indiis allatum, congener zedoariæ, & ferè ejusdem ſaporis & uſus.

Egre-

Digitized by Google

Egregium eſt ſtomachicum, viribus ferè cum pipere conveniens, unde cruditatem acidam & viſcidam in ſtomacho & inteſtinis ſolet abſumere vel attenuare, liquefacere, & excrementorum promovere ejectionem. Convenit igitur in apepſiis, quæ poſt morbos chronicos plerumque ſuperſunt, cum ægri plerumque cruditates acidas, viſcidas congerant & omnibus ſtomachi & capitis affectibus per conſenſum ſtomachi, in vertigine ſenum, & oculorum ſuffuſione notha. Platerus obſervavit, quendam poſt quartanam diuturniorem, ex cruditate acida ortam, apepſia gravatum, pulveris zinziberis uſu diuturniore ſe merè reſtituiſſe: Idem quoque refert, Pontificiis poſt jejunii quadrageſimalis tempus cruditatem ex piſcium eſu collectas, pulveris hujus uſu optimè corrigere, & mala inde nata avertere. Præterea decoctum ſudoriferum eſt; unde ex zingibere & Guajaco fit inſignis potio ſudorifera, teſte Langio *Comment. in Fabrum.* Denique zingiber infarctum pulmonum attenuat, unde nonnulli addunt illud decoctis in parva doſi contra tuſſes inveteratas, & imprimis aſthmate chronica, aliosque ſimiles affectus: optimè corrigit folia ſennæ; unde cum ſennâ uſitatè præſcribitur in purgationibus.

In oculorum affectibus cum zinzibere fit ſingularis aqua ophthalmica, quàm vid. *in* Hattmanni *Praxi Chymiatrica pagin.* 104. §. 3. item Bartholino *Centur.* 4. *Epiſtolar. pag.* 5.

Zingiber in India ſeu China conditum eſt egregium ſtomachicum, & in omnibus ſtomachi & capitis, nec non oculorum, affectibus, item in vertigine per conſenſum ſtomachi obortis, ſimiliter corrigit.

PHYTOLOGIÆ

CLASSIS II.

DE

ALTERANTIBUS SECUNDARIIS,

QUÆ SUNT

SUCCI, OLEA, LACHRYMÆ, RESINÆ, GUMMI-RESINÆ, GUMMATA, &c.

ALterantia ſecundaria ſunt quaſi producta immediata iſtorum primariorum, de quibus hactenus & ut plurimum ſucci ex ipſis vegetabilibus collecti & concreti, partim naturâ, partim artis beneficio producti. Hi ſunt ſub duplici differentiâ: vel gummata, vel reſinæ. Utplurimum autem colliguntur ex arboreſcentibus plantis, vel per ſpontaneam efflu-xionem, vel per inciſionem. Cum ergo in omni arbore ſit ſpiritus acidus, hinc & omnia hæc primò liquorem acidulum, deinde oleoſum dant, in quo eſt craſis eorum. Reſinæ omnes naturæ ſunt oleoſæ: ergò in menſtruis oleoſis ſolvuntur, ut ſpiritu vini &c.

Gummata ſunt varia: in hoc conveniunt, quod commodiſſimè ſolvantur in menſtruis aqueis & aqueo-ſalinis, v. gr. aqua, aceto, vino, ſucco nitri &c. utut in receſſu multum de natura reſinoſa vel ſalino-mucilaginoſa eſſe ſoleant: de quo confer Zvvelferus *in Animadverſ. ſuper Pharm. Auguſt. pag.* 128. Gummata reſinoſa ſunt Ammoniacum, ſagapenum, &c. Mucilaginoſa ſunt gumi cæraſorum, tragacantha, &c. Reſinæ ſunt Aromaticæ, v. g. terebinthina, reſina animæ, pix &c. Conſtant ſale volatili admodum oleoſo, ab acido concentrato: Sic enim oleum deſtillatum aniſi mediante oleo vel ſpiritu acido vitrioli coagulatur in momento in perfectam reſinam; vel oleum vitrioli additum terebinthinæ, baccarum juniperi, macis, &c. mediante blandâ digeſtione dicta olea condenſat in perfectam terebinthinam; adeò ut ſaltim terebinthinæ ſint reſinæ liquidæ; reſinæ ſint terebinthinæ condenſatæ, utræque ſint ſalia volatilia oleoſa ab acido concentrata. Gummata non ita pinguia ſunt, quoniam in reſinis plus olei; in gummatibus verò plus mucilaginis eſt.

In genere ergò reſinæ & gummata nil aliud ſunt, quam ſuccus vegetabilis nutritivus, phlegmatis ſeparatione condenſatus. Reſinoſorum gummatum nucleus eſt reſinoſa iſta ſubſtantia, altera mucilaginoſa ſcilicet parte, ceu involucro, ſaltem additâ: unde & illa reſina ſpiritu vini commodè extrahi poteſt, nuda mucilagine reſidua: & hujus reſinæ ratione etiam à terebinthinâ ceu reſina liquida, ſolvi poſſunt; pro uſu præſertim externô.

Jam de ſingulis in ſpecie, inter quæ primum ſe offert

ACETUM,

tanquam ſpurius vini filius, de quo notum Plinii effatum, quod vini vitium vertatur in medicamentum; eſt

Acidum

Digitized by Google

Acidum vini, in cujus ſubſtantia media ſucceſſivè reſolutum eſt fermentationis beneficio, ſub quâ ipſa fermentatione ſimul oleoſa ſubſtantia attenuata parte acidâ magis manifeſtatur, parte verò pingui invertitur & occultatur, non ſecus ac ipſe ſpiritus volatilis unà deprimitur & figitur. Eſt itaque acidum vini per continuatam fermentationem, & ſucceſſivam acidi ſolutionem & attenuationem, unà cum reliquorum ingredientium texturâ alteratum & in talem liquorem mutatum, uno verbo, eſt tartarus liquidus. Idem enim vini acidum; ſi proprias feces rodendo cum iisdem coaguletur, tartarum conſtituit. In aceto ergo præter acidum in fluorum redactum, & phlegma illud probè diluens, ſpiritus vini, & oleum & alcali volatile adhuc abſcondita ſunt, & quidem quò generoſius eſt vinum, vel liquor, eò generoſius dat acetum; vel quò ſpirituoſior eſt liquor, eò acrius, acidius, penetrantius fit acetum; adeo ut ex vino, ex quo per deſtillationem exhalavit volatilis ſpiritus, non fiat acetum.

Acidum quod attinet aceti, revera hoc in ſuâ textura cum cæteris ingredientibus potius nitroſæ, quam vitrioliceæ eſſe naturæ, rectè aſſerit Ludovici *de Sale Tartari pag.* 42.

Ineſſe autem aceto vini adhuc ſpiritum vini, patet tam per generationem, quàm per reſolutionem: Si enim vinum in vaſe hermeticè clauſo aſſervetur, aceſcit, in quo tamen propter clauſuram nil ſpiritus evanuit, uti Becherus *pagin.* 414. *in Phyſ. ſubterr.* & Jungius *Doxoſc. Part.* 2. *Sect.* 1. *cap.* 23. *aſſerto* 6. oſtendit. Unde etiam ex tartaro & ☿ + generatum monſtrat Kergerus *de Ferm. pagin.* 97. adeò ut per ſimplicem μετάϛασιν particularum ex vino fiat acetum: ſcilicet figuntur ſaltem particulæ volatiles ſpirituoſæ in aceto, ita tamen, ut iterum volatiliſari, & in priſtinam libertatem vindicari poſſint; quod fit in ſolutione Saturni vel coralliorum, per acetum facta. Unde concludendum: quò magis impræg natum eſt vinum vel liquores ſpiritibus, eò fortius & acidius fit acetum; quare etiam vinis vulgaribus, ut eo fortius dent acetum, ſolet infundi vel ſemen ſinapi, piperis, ſemen erucæ, ſimiliaque ſale volatili acri conſtantia, ut exaltetur liquor minus generoſus. Fundamentum conſiſtit in hoc, quod ejuſmodi ſubjecta ſale volatili impræg nata augeant partes volatiles ſalinas liquoris minus generoſi: unde auctis his, fortius congrediuntur cum acido, ex quo augetur fermentatio, magis ſubiguntur ſalia volatilia & exaltatur aciditas, ex quo fit acrius & penetrantius acetum.

Ineſſe in aceto alcali volatile, & oleum, pro vini natura varium, oſtendit non tantummodò Tacchenius *Hipp. Chym. pag.* 124. & *in Clave Hipp. Chym. pagin.* 88. Sed etiam ſi magma ab aceti deſtillatione reſiduum inſpiſſetur, prodit ſpiritus urinoſus inſtar ⸗~ tartari. Clarius hoc patet ex ſale alcali quocunque, cum acetô ſufficienter ſaturatô, ut fieri ſolet in præparatione ſalis vini eſſentialis ſeu tetræ foliatæ tartari: Nam ſi tale alcali ab acido ſaturatum, &, ut rectè vocat Tacchenius, *in Tartarum regeneratum*, igne aperto deſtilletur, accipitur ſpiritus urinoſus & oleum, ſimillimum iſti, quod ex tartarô habetur. Acidum ergo aceti mediæ eſt naturæ inter acidum volatile, & acidum fixum.

Cæterum non vinum ſolum, ſed omnia vegetabilia quæcunque fermentari poſſunt, eorumque ſucci expreſſi fermentando aceſcunt; modum videbitis in Wedelii *Pharm. pag.* 83. ſi ſcilicet fermentatione ſalia volatilia exaltentur & acido concentrentur, ſicque acorem contrahant. Et non tantum ex vegetabilibus nativis fit acetum, ſed etiam ex decoctis: ex nativis, v. gr. ex ſucco uvarum, pyrorum, pomorum cydoniorum, & ſimilium; ſicut & ex decoctis & infuſis fit tandem acetum. Quô pertinent aceta ex cereviſiis, & ex quibuſcunque infuſis parata: Recipiatur enim planta quæcunque, decoquatur in aquâ ſimplici, & in loco calido vel ſole exponatur, & aceſcet. Mel etiam cum aquâ ſimplici dilutum, uti fermentando vinoſum potum ſuggerit, ita per ulteriorem fermentationem, quâ acidum reſolvitur, pingue & ſpiritus magis invertuntur, in egregium acetum mordax & acre abit: quod à Quercetano vocari ſolet *Acetum Philoſophicum*; quoniam uſurpatur à chymicis in ſolvendis metallis & mineralibus: de quo vid. Autor. Poteſt tamen fieri etiam acetum extemporaneum, quod parandum docet Schmuck, *Theſaur.* 2. *ſecreto Phyſ.* 12. ex cremore ♀ i acido & fæcibus aceti, aquâ affusâ.

Ex animalibus etiam aliquid aceto ſimile obtineri poteſt: ſi enim tempore æſtivô decoctiones carnis in ▽ ſimplici aſſerventur, brevi aceſcent, acorem ſpirabunt, & acidum guſtui manifeſtabunt.

Qui plura cupit, videat Sachſium *in Ampelographia*, Kergerum *de Ferment.* Portzium *in Anat. vini Rhenani*, item Becchetum *Phyſ. ſubterran. lib.* 1. *pagin.* 429. *ſeq.* & Helmont. *Tract. Tartarus vini pagin. mihi* 235. *ſeq.* Quomodo acetum optimum ex vappa vini conficiendum, docet Tacchen. *Morb. Princ. pag.* 95.

Aceti partes diverſas optimè videtur declaraſſe Verbezius, dum ſcribit *de Vitriolo contra Caſtellum pagin.* 42. Nam aceti anatomia ſpagyrica & reſolutione artificiali ex retortâ in leni balnei calore exhibet primò

ſpiritum quendam acidum ſubtiliſſimum & volatiliſſimum in minima quantitate; deinde phlegma, quod inſipidum; tandem aquam ſubdulcem; hinc tertio ignis gradu liquorem acidum vel acetum deſtillatum, quod metalla aliaque corpora duriora ſolvit; denique ultimo omnium prodit oleum rubicundum fœtens & quaſi ſanguineum; In capite verò mortuo remanet tandem ſal fixum de naturâ alcalium. Et quidem iſte ſpiritus volatilis ſubtilis parum acidus, qui primus ſolet eſſe in deſtillatione, ob volatilitatem ſtatim ſolet evaporare, exhalare & reſolvi, nec, niſi adhibito debito ignis regimine monſtrari poteſt, aut ſaltem injectis iis, quæ effervescentiam excitant, qualia ſunt ſal tartari fixũ, & alia alcalia: Nam ſubito motu & calore obortô, ſpiritus hic volatilis exhalat. Unde etiam jam Galenus dixit ſuo tempore: quod vires aceti imminuantur coctione; & etiam Iſaac Hollandus dicit; quod ſpiritus hic volatilis aceti ſit millies ſubtilior ipſo ſpiritu vini; quod intelligendum eſt non de communi ſpiritu, ſed de illo, qui ex ignis regimine prodit; aliàs eſt acris & ſolvens.

Quoad uſum alchymiſticum, ſolvit metalla aliaque corpora duriora: magis tamen laudatur acetum à ſale & nitro abſtractum; ſicut & acetum cum ſale Amoniaco acuatum.

In uſu medicô acetum magni eſt uſus, tam internè quam externè: egregiè internè convenit contra venena varia, & reſiſtit omni malignitati: unde in peſte nil melius eſt aceto. Sic Sylvius in duplici peſte Amſtelodamenſi ferociſſimâ ſe præſervavit ſolo aceti vini uſu ad cochlear unum manè aſſumpti, ut nunquam illâ fuerit afflictus, utut ſæpiſſimè peſte corruptos viſitarit. Acetum tamen ex appropriatis & ſpecificis compoſitũ in peſte præſervanda præferendum eſt ſimplici. Corruptionem viſcerum internorum præcavet, corpusque ab internis putredinibus præſervat; de quo uſu vid. Bartholinus *Cent. IV. Hiſt.* 13. Tollit obeſitatem; imprimis quidem acetum ſcilliticum, item acetum rutaceum miſtum cum aqua chalybeata: ſic refert Cattiere *in Obſervat.* Borelli *Obſerv. annexis pagin.* 44. de quodam virô obesô, qui loco vini aceto utens in potu adeò rurſus extenuatus fuit, ut 78. librarum pondere decreverit. Hinc etiam Stephanus *in Operibus Medicis pagin.* 462. ad obeſitatem tollendam nihil æque prodeſſe dicit, quàm acetum ſcilliticum, jejuno ſtomacho quotidie aſſumptum; diureticum enim eſt acetum; & quidem nunc ſolitarium, nunc aliis additum, urinæ fluxum ſolet excitare. Acetum valdè convenit in diſcutienda crapula, & præſervando ab ebrietate; ratio eſt, quoniam acidum figit ſpiritus vini volatiles ſulphureos, narcoſin ſpiritibus noſtris & ebrietatem inducentes. * Ex eodem fundamento etiam pulvis hepaticus rubeus vocatur, **das ſaure Pulver /** quoniam arcet ebrietatem: factus enim eſt ex ſpiritu vitrioli & cremore tartari, quæ figunt ſpiritus vini ſulphureos, & ebrietatem impediunt. In ſtomachi affectibus + vini eſt egregium remedium non ſolum internum, ſed quoque externè cum pane, imprimis mellito, adſperſis ſimul pulveribus nucis moſchatæ & caryophyllorum, egregio cum ſucceſſu applicatur: In curanda gangræna, ulceribus putridis, malignis, &c. maximum offert ſolatium, cujus fumus ſilicibus vel lateribus candentibus infuſus laudatur in diſcuſſione tumorum ſeroſorum hydropicorum & œdematum: qua ratione etiam non minus egregius eſt ad tumores duros & ſcirrhoſos, ſicut acetum externè regioni ſplenis applicatum ſcirrhoſos & induratos lienes dicitur curare; craſſam mucilaginem incidit, & ſic duros lienes reſerat. Blandè coagulat & ſiſtit ſanguinem; hinc in ſiſtenda hæmorrhagiâ narium linteum aceto madidum temporibus vel nuchæ circumponatur, cum vel ſine bolo; vel bolus communis aut Armena ſubigatur cum aceto, & fiat cataplaſma, ſed applicetur fronti interpoſito linteo, vel acetum applicetur ſcroto cum ſucco ſempervivi miſtum, quod non ſolum hæmorrhagias ſiſtit, verùm etiam ebrietatem diſcutit. In nimio autem menſium fluxu, aliaque hæmorrhagia uteri, vel ſolum vel cum ſpermate ranarum, cum ſpongia imponatur vulvæ.

Aliàs acetum etiam narcoſin corrigit: Ergò egregiè convenit in lethargicis affectibus naribus applicatum, uti & intrinſecus cum caſtoreo aſſumptum. Vel ſuffitus aceti è laminis ignitis naribus excipitur in lethargô, ſomnolentiis nimiis ex opiô, ex fumo carbonum, aliisque inductis, præmiſſo interdum vomitorio, & ſubitò excitat ægros. Unde aceto præparatur opium â quibusdam, ut corrigat vim narcoticam nimiam: In ſyncope, ſi oriatur ex ſanguinis nimia diſſolutione & ſpirituum diſſipatione, v. g. in balneis, exercitiis nimiis: acetum olfactum, vel temporibus & pulſibus applicatum, eſt egregium: imprimis acetum liliorum convall.

Porrò obſervetur, quod acetum interno uſu noceat:

(1) Melancholicis, hypochondriacis & ſcorbuticis.

(2) Cerebro, oculis, articulis, & quibusvis partibus nerveis. Unde etiam podagricis interdicitur acetum, quoniam auget acidum morſicans, & dolorificum.

(3) Macilentis & extenuatis, cum vi reſolutiva & diureticâ homines obeſos macilentos reddere ſoleat.

(4) Utero

Digitized by Google

(4) Utero etiam, adeòque mulieribus, dum fermentationes menſtruas ſiſtendo eas ad ſterilitatem diſponit.

Frequenter adhibetur in correctione medicamentorum, eorum imprimis, quæ ſuſpicionem venenoſitatis ac vim obtinent nocivam corpori, ut ſunt purgantia nimis generoſa, & ſucci venenati: Horũ venenoſitas cum conſiſtere ſoleat in ſale volatili acri, colliquefaciente, fit, ut per aciditatem aceti corrigatur & mitigetur ſal volatile acre; quoniam partes acres figuntur ab acidis.

Quæritur de aceto, tàm à Chymicis quàm Galenicis: an frigidum? an calidum ſit? Quidam prius aſſerunt; quia ſit acidum: Quidam poſterius, quia ſpiritum vini contineat. Certum eſt, quod aceti aciditas ſit ſingularis, dum blandè coagulat ſanguinem, & nimiam effervescentiam compeſcit, ſicque frigidis accenſeri poteſt; attamen cum ſpirituoſis partibus conſtet, volatilibus & inflammabilibus, hoc ipſo egregiam ſimul vim obtinet calefaciendi. Propter hanc vim volatilem acetum novicum eſt hypochondriacis, ſcorbuticis & melancholicis, quoniam nimis ſolet effervescere, & imprimis exaltare acidũ ſuccum in iſtis ſubjectis, quem Veteres vocant melancholiam, & dicunt; quod ſicut acetum fit ex vino, ita melancholia fit ex ſanguine. Interim utut acetum putredinibus quibuscunque reſiſtat, nihilominus urplurimum in eo minutiſſimi ſunt vermiculi celerrimi motus, utut non in omni: vid. Sachſius *in Ampelogr. pag. m.* 538. Kircherus *de Ferment. pag.* 99. Willisius *de Ferment. pag.* 50. Bartholinus *ſupra dicto loco.* Eorum deſcriptionem videbitis in Hockii *Micrograph. pag.* 217. ſicuti etiam muſcæ ex aceto generari aſſolent, vid. Beccherus *Phyſic. ſubterran. pagin.* 421.

Sequuntur nunc præparata; inter quæ ſe offerunt aceta varia medicata ſimplicia, ut acetum ſcilliticum, rutaceum, &c. & compoſita theriacalia ſeu bezoartica. Aceta theriacalia fiunt ex ſolutione theriacæ in aceto vini, præcipuè leni igne digeruntur & filtrantur: Vel poſſunt fieri ex infuſione ſcordii, ſcorzoneræ, vincetoxici, rutæ, zedoariæ, zinziberis, caryophyllorum, Valerianæ, tormentillæ, & ſimilium in aceto, igne leni digeri, & denique per filtrum depurari. Acetum ejusmodi theriacale in peſte optimum præſervativum & curativum eſt, imprimis ſi in cochleari unô pro doſi camphora ſoluta ſit. Item experti uſus eſt acetum theriacale Timæi, cujus deſcriptionem videbitis in ejusdem Calibus. Eſt & acetum, quod vocatur acetum ſolutivum magiſtrale Comitis Montaldi, quod paratur, quando

℞. *Radic. polypod. querc.* ℥jv.
Zinzib. ʒj.
Aceti deſtillati ℔vj.

Infundantur omnia per horas 24. fiatque expreſſio. Colaturæ addatur

fol. ſenn. ℥iiiß.
paſſul. exacinat. ℥iiß.
cinnamom. ʒij.

Infundantur in dictam colaturam per horas 24. in vaſe vitreô lentô igne, & factâ colaturâ ſervetur uſui.

Acetum deſtillatum commune nihil aliud eſt, quàm concentratum acetum. Obſerventur autem deſtillandi encheiriſes, quod

(1.) Acetum, quô ſæpiùs deſtillatur, eò fiat imbecillius; particulæ enim ſenſim mutant ſitum, & fiunt aquoſæ.

(2.) Quod leni igne deſtillandum ſit acetum, ut ſeparetur phlegma à reliquis particulis liquoris acidi fixi præcedentis.

(3.) Cavendum, ne nimis forti igne urgeatur acetum: quod niſi fit, empyreuma contrahit, & ex acido fit amaricans.

Optimè deſtillatur per veſicam, teſte Wedelio *in Pharm. pagin.* 80. ſed obſervetur ignis gradus, ut nempe lentè procedatur, ne ſpiritus aceti unà cum phlegmate, quod aliàs antecedere debet, miſceatur: hoc ut evitetur phlegma prius in MB. igne leni avocari, & reſiduum per veſicam deſtillari poteſt.

Sunt, qui acetum deſtillatum fortiſſimum ita parare ſolent;

℞. *Acetum*,

& blando MB. igne phlegma evaporare ſinunt, addendo ſemper novum acetum, quoties lubet: ubi per evaporationem phlegmatis ſufficienter acuatum fuerit, materia eadem relicta per cucurbitam in arenâ deſtillatur, & habebitur acetum deſtillatum optimum.

Sunt qui etiam ex fæcibus vini, aus der Wein-Mutter / deſtillant acetum acre & corroſivum, teſte Keslero *in ſuis Proceſſibus.*

Solet etiam acetum penetrantius & in ſolutione rerum efficacius reddi: ſi nempe acetum abſtrahatur à nitro vel ſale communi; vel etiam ſi aceti deſtillati ℔j. addatur ſalis armoniaci ʒß. fit acetum admodum acre, quodque etiam metalla ſolvere dicitur, teſte Rhumelio.

Si acetum deſtilletur ex cucurbita cuprea per alembicum plumbeum, fit aqua

Digitized by Google

quam vocant aſclepiadeam, quæ vim obtinet vomitoriam, & commendari ſolet ad multos morbos: videatur Autor *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 50.

Acetum radicatum ſeu alcaliſatum fit, quando abſtrahitur à capite mortuô calcinatô, uti habet Autor. Rationem hujus rei dat non inelegantem Sachſius *in Ampelogr. pagin.* 572. quod nimirum acetum habeat duplex ſal in ſe, unum volatile, quaſi Ammoniacale ex acido & volatili, quod cum aceto deſtillato tranſit; alterum verò fixum, quod cum aceto deſtillato ſit animandum. Curioſum eſt, quod Helvetius *in diribit. pag.* 95. 97. refert, quod ex aceto, ſale & calce vivâ ſal dulce inſtar ſacchari Saturni fiat, idque inflammabile.

Tandem ſunt cryſtalli ex aceto, nempe remanenti aceto deſtillato affunditur aqua ſimplex deſtillata, filtrantur, & evaporantur ad tertias, & ſic frigido exponuntur.

GUMMI AMMONIACUM.

Hoc ex Lybia Media Aſiæ meridionalis ad nos defertur. Colligitur ex planta quadam ferulaceâ fruticoſa ammoniacifera, uti habet Autor, ex cujus truncis effluit hoc gummi. Odoris nauſeoſi eſt, & ſaporis admodum amaricantis.

Electionem habet Autor noſter.

Conveniunt quidem inter ſe omnia gummata ferulacea, ut Ammoniacum, galbanum, ſagapenum & opopanax; pro ſcopo tamen alterativo in morbis chronicis ſpeciatim gummi Ammoniacum in uſu & internè polychreſtum eſt in reſolvendo, attenuando & abſtergendo muco quocunque, etiam viſcoſiſſimo, unde concretiones tartareas in corporibus diſſolvit, & vias exinde obſtructas potenter aperit; quas vires adeò potenter exſerit, ut in largiori doſi à ℈j. ad ʒj. uſque aſſumptum etiam aliquoties purget, adeòque à quibusdam inter laxantia referatur. Quia autem nimis moleſta, additur aliis purgantibus. Cum hâc vi pituitam viſcidam, ſpeciatim vitream ſeu mucilaginem tartaream incidendi & potenter attenuandi, tàm in ſtomacho & inteſtinis, quàm pectore & pulmonibus, acrem & amaricantem ſaporem poſſidet in ſubſtantia reſinoſa fundatum, ratione cujus ſimul acidum vitioſum corrigere, & inde nata pathemata ſiſtere valet. Hinc in morbis reverâ ſpleneticis, præſertim ejus tumoribus, externo & interno uſu gummi Ammoniacum eſt uſitatiſſimum.

In affectibus hypochondriacis doloroſis, à mucô auſterô viſcidô oriundis, in ſcirrhis viſcerum & quibuscunque obſtructionibus à materia viſcida, egregium eſt. Diſſolvitur cum aceto vel ſimplici vel appropriato, in lacteſcentem ſuccum: miſcetur cum aqua menthæ & ſyrupo quodam: e. g. in hypochondriacis, alvo admodum obſtructa ſæpe laborantibus, à pituita viſcida acida unà cum copioſo flatuum proventu, omnibus irritis detur miſtura ex gummi Ammoniaco, quod mirabiliter convenit.

Maſſis pilularum etiam additur pro promovenda evacuatione materiæ viſcidæ. Bartholetus *in Encyclop. lib.* 5. *cap. ult.* habet lac Ammoniacum, paratum cum aceto ex citri ſucco deſtillato; elegans remedium in incidendis duris tumoribus.

Porrò & in tuſſi chronica, paroxyſmo aſthmatis humidi, ad incidendam pituitam craſſam & viſcidam, nil melius eſt gummi Ammoniaco; ſive materia ſtabuletur in ſtomacho ſive in bronchiis pulmonum.

Externè in tumoribus duris ſcirrhoſis, & ſimilibus, ex viſcido aut coagulato humore natis, emolliendis, reſolvendis & inſenſibiliter diſcutiendis, in ſcrophulis v. g. partium carnoſarum, aut ſtrumis glanduloſarum, in aceto diſſolutum uſurpatur, vel ſolum, vel cum emplaſtro de cicuta miſtum: unde etiam emplaſtrum aquapendentis ex gummi Ammoniaco egregium, externè applicatum in ſcirrhis, ac indurationibus lienis deſperatis. Videatur Sennertus *lib.* 3. *Praxeos pag.* 492. ubi de ſcirrho lienis.

Inter præparata eſt gummi Ammoniacum depuratum; ſed potius ſelectum & per ſe purum ſumendum & uſurpandum eſt. Nam ſolutione & inſpiſſatione per acetum ſeu vinũ pars ſubſtantiæ volatilioris exhalat, in qua tamen non levis ejus vis exiſtit; altera pars verò per acidum nonnihil figitur, quo minus iſtud in corpore corrigere queat.

In deſtillatione dat phlegma ſpirituoſum acidum, deinde oleum acre: ſpiritus deſtillatur per arenam ex retort. in capella vacua, qui ab oleo ſeparandus & rectificandus. Hic celebris eſt in reſolvendo muco quocunque viſcido. Sic etiam B. D. Michaëlis præparavit ſpirituum aſthmaticum ex gummi Ammoniaco, ſulphure & ærugine, qui ad expectorationem viſcidorum convenit. Nempe

℞. *Virid. æris l. Cryſtall. vir. æris* ʒiij. ad ʒjv.
Gumm. ✱ci ʒij.
♃*is* ʒj. l. ʒjß.

Hæc invicem miſta & deſtillata igne arenæ per retortam, dant ſpiritum acidum volatilem penetrantiſſimum, & oleum admodum fœtidum, quæ invicem ſeparantur; ſpiritus verò rectificatur.

Egregiè hic ſpiritus incidit pituitam viſcidam tam in ventriculo, quàm in pulmonibus.

Digitized by Google

nibus. In affectibus ſtomachi miſcetur cum elixyr ſtomachi; in affectibus pectoris cum elixyr pectorali; & mirum, quantum faciat in acida, tenaci, ac viſcida pituita temperanda; adeò ut in affectibus ſtomachi & pectoris eo vix detur par remedium; cum & ipſe ſpiritus æruginis ſolus, ſi ritè paratus, inciſivum ſit, & penetrantiſſimum in aſthmate pulmonali & ſtomachali.

Modus genuinus binas ſubſtantias, gummeam & reſinoſam, ex ferulaceis ſubjectis extrahendi, vid. Salam *de Eſſen. pag.* 39. Aliàs etiam Ra ſeu eſſentia ex gummi Ammoniaco, aliisque ſimilibus concretis paratur cum ſpiritu vini tartariſato, vel tinctura tartari, item c. ~⊖ ✱ci vinoſo &c. non multum à ſuo ſimplici recedens: vid. Williſius *in Pharmac. Rat. Vol.* 2. *pag.* 13.

Proſtant in officinis pilulæ de Ammoniaco Quercetani, quæ egregiè conveniunt in expurganda materia cruda ac viſcida, & imprimis in affectibus hypochondriacis, aliisque morbis chronicis, quibus tamen præſtantiores ſunt pilulæ de Ammoniaco Hartmanni, quas videbitis *in ejusdem Praxi Chymiatr.* ſicuti etiam Bontius *in Med.* Indorum habet pilulas de Ammoniaco, quas commendat valdè in affectibus ſplenis.

GUMMI ſeu RESINA ANIMÆ.

Gummi ſeu reſina animæ eſt elegans gummi odoriferum & ſuaveolens. Inter balſama à nonnullis, imprimis Wormio *in Muſéo*, refertur. Differentia vid. in Autore. Adfertur ex India Occidentali, ex inſula ejusdem Hiſpaniola. Rarò tamen interni eſt uſus, ſed externè ſaltem uſurpari poteſt in affectibus nervorum, & capitis atque pectoris catarrhalibus, vel ſub forma ſuffitus in catarrhis & coryza, in quibus eſt evporiſton Hartmanni, vel in forma linimentorum & emplaſtrorum; idque imprimis in vulneribus & contuſionibus capitis, atque miſcetur commodè cum emplaſtris cephalicis, bregmati capitis applicandis; & nervinis in luxationibus articulorum, affectibus paralyticis, partium nervoſarum læſionibus, contuſionibus, item pro his firmandis.

Gummi hoc cum arena intermixtum & deſtillatum, dat oleum, quod olfactum, valdoperè conducit in coryza.

GUMMI ARABICUM.

Gummi Arabicum genuinum vix apud nos reperitur, ſed in Arabia Ægyptiaca ex arbore ſpinoſa acacia Ægyptiaca dicta, colligitur, ex qua gummi hoc facillimè in aquam liqueſcens exſudat. Moderni ejus loco noſtratia gummata recipiunt, quæ tranſudant; v. g. ex arboribus Perſicorum, ceraſorum, prunorum, & ſimilibus. De his conf. Tobias Aldinus *in horto Farneſ. Sect.* 2. *pag.* 18. Bellon. *l.* 2. *cap.* 56.

Subſtantia ſua glutinoſâ & mucilaginoſâ pariter ferè ac tragacantha convenit pro temperanda, lenienda, inviſcanda, & ita demulcenda lympha acri, in affectibus faucium & in aſperitate aſperæ arteriæ; uti etiam in pleuritide: in qua imprimis convenit, ſi recipiatur pomum, & excavatum impleatur gummi Arabico, coquitur ad ignem, & coctum ita aſſumatur. Egregium erit remedium in pleuritide, & tuſſi ſedanda aliisque pectoris, uti & partium urinariarum affectibus. Præſcribitur in pilulis bechicis & linctibus. Uſurpatur quoque in dyſenteria & aliis alvi fluxibus, ubi quidem Ludovici tragacantham albam præfert.

Externè ſolvunt id cum aceto, & ſerpiginibus illinunt, quos curat. In ambuſtis cum albumine ovi applicatum puſtulas præcavet.

ASA FOETIDA.

Aſa fœtida eſt ſuccus ſeu lachryma, viſcoſa, lenta ex granis variis ſplendentibus concreta, odoris inſtar allii, & ex laſere in Lybia colligitur, ex qua ſauciata magis gummoſa quàm reſinoſa reſudat; unde à quibusdam vocatur ſuccus Lybicus, ſeu etiam Syriacus. Olim appellatus fuit ſuccus Cyreniacus, quoniam ex Cyreniaco agro copioſiſſime fuit advectus, quo ipſo tamen hoc tempore carent. Eſt vel clara, pellucida & limpida, vel eſt obſcura & turbida, quæ à fœtore ingente dicitur Teuffels-Dreck: vid. Wormius *in Muſæo.*

Quoad facultates, frequentiſſimo apud Indos eſt in uſu, tàm in condiendis alimentis quàm medicamentis. Commendant contra appetentiam dejectam & tollendum faſtidium, flatus discutiendos, ad excitandam Venerem, in qua apud ipſos quotidiano eſt uſu; & etiam in dolore dentium, pro quo ſcopo dentibus cavis inditur: Conf. Wormius *in Muſæo pag.* 223. Apud nos verò rariùs adhibetur propter odoris gravitatem, niſi quod in colica & ſuffocatione hyſterica internè & externè certiſſimum ſit experimentum. Nam uti teſtatur odor, conſtat ſale volatili copioſo, admodum acri & penetrante; cujus ratione acidum in inteſtinis torminoſum ac corroſivum, emendat ac corrigit. In paſſione hyſterica cum caſtoreo, tàm in ſubſtantia quàm ſuffitu uſurpatur. A veteribus in affectibus pectoris, tuſſi, peripneumonia, &c. cum oxymelite miſta; cum ovo verò ſorbili ad raucedinem uſurpata fuit. Adhibetur etiam non inconvenienter in pellendis menſibus, lochiis & ſecundinis, ſi ſcilicet hauriatur cum pipere & myrrha in aqua mulſa; videatur Wormius *in Muſ. pag.* 325.

Digitized by Google

Eſſentia cum ſpiritu vini tartariſato inde extracta optimè convenit in colica torminoſa & paſſione hyſterica. Eadem aſa fœtida cum caſtoreo conſtituit eſſentiam anodynam D. Langii, in variolis felici cum ſucceſſu uſurpandam: ſicut & cum caſtoreo, myrrha, & camphora elixyr uterinum conſtituit.

Pilulæ fœtidæ Aug. & de aſa fœtida conveniunt ad promovendos menſes.

Externè in tumoribus lienis emplaſtra, nec non emplaſtrum Mynſichti contra morbos ab incantione ortos inde paratur. Marito noviter ligato haud ita quidem optimè ſucceſſit.

B.

BALSAMUM VERUM.

BAlſamum verum Arabicum, aliàs etiam vocatur balſamum Ægyptiacum, Syriacum, opobalſamum, balſamum Judaicum, & à loco natali Giliadenſe. De hoc videatur Volckamerus; ſicut de carpobalſamo & opobalſamo, hujusque genuini notis Veslingius *Epiſtol. & Obſervat. pagin.* 122. 196. & 199. ſicut, de balſamis in genere & ſpecie eleganter tractat Dœringius, nec non Wormius *in Muſéo.* Arboris deſcriptionem videbitis in Hoffmanni *Clave pag.* 576.

Cæterum variæ de hoc balſamo (utut valdè commendetur, & decantetur apud veteres, adeò ut etiam theriacam ingrediatur) lites ſeruntur inter modernos; an tantum ſit remedium, & an genuinum balſamum Syriacum hoc tempore apud nos detur. Multi negant, pauciſſimi affirmant. Quicquid ſit, in noſtris regionibus non datur ampliùs, adeò ut quidam dubitent, apud nos unquam videri guttulam genuini opobalſami; cùm in ipſa Syria & Arabia rariſſimus ſit ejus proventus, & non niſi inter Magnates deprehendatur. Cum ergò non ampliùs aut ratò ad nos transportetur, quæritur de ſuccedaneo ejus. In compoſitione autem theriacæ hodiè facilè ei ſubſtituitur cardamomum, aut oleum deſtillatum caryophyllorum, utpote quod pro alio quovis uſu illi ſubſtitui poteſt. Aliàs in uſu Medico ſubſtituitur oleum deſtillatum ſuccini, vel quibus hæc olea minùs placent, balſamum de copaiba ſubſtituant, quod ad balſamum verum proximè accedit, & Peruvianum longè antecellit.

BALSAMUM DE TOLU
ſeu
TOLUTANUM.

Balſamum tolutanum eſt liquor allatus ex India Orientali balſamicus, cujus proprietates proximè ad opobalſami veri naturam accedere aſſerit Bartholinus *Act. Med. Haffnienſ. Volum.* 1. *pag.* 5. & *M. A. N. C. ann.* 2. *Obſervat.* 164. *pag.* 262. Sed rarum eſt apud nos, quoniam eſt pretioſum, quin ſufficiat nobis abundè balſamum Peruvianum & de Capaivve.

BALSAMUM de COPAIWE

autem eſt balſamum coloris aurei, conſiſtentiæ liquidæ, ipſi terebinthinæ admodum ſimile, ita ut meritò terebinthina exotica vocari poſſit, ex India Occidentali proveniens; quod proximè accedit ad proprietates opobalſami veri. De hoc videatur imprimis Bauhini *Theatr. Botan. Tom.* 1. *P.* 1. *Libr.* 3. *cap.* 38. *pag.* 306. qui dicit; quod in Braſilia reperiantur arbores, quas vocant Copaibas, ex quorum cortice per æſtatem inciſo emanat liquor, dictus balſamus Copaiba, qui ſit ſingularis ad vulnera recentia curanda, & cicatrices inducendas. Sed præſtantioris omninò, magisque præſentanei effectus eſt, quàm terebinthina.

Conſtat particulis volatilibus balſamicis, cum ♀eis permixtis, humores viſcidos ſtagnantes incidit, acidum morboſum invertit, & acrimoniam inviſcat, vulnera interna & externa mundificat, & eorum conſolidationem promovet; unde internè uſurpari ſolet contra phthiſin, quam ſanare dicitur: In exulceratione renum & veſicæ itidem; ſpecificè tamen & mirificè in gonorrhœa à gutt. xii. xv. ſumptum in lacte calido. Uſitatiſſimum fuit remedium Sylvio & Lindano, qui dederunt guttas quinque vel ſex in vino Hiſpanico omni manè. Non ſolum in gonorrhœa vera, ſed etiam virulenta, dederunt balſamum Copaiba cum Mercurio dulci, idque feliciſſimo cum ſucceſſu; ſtagnantem enim in veſiculis ſeminalibus genitalem liquorem per urethram cum ☉ eliminat, gratâque & balſamicâ vi ab ulteriori humorum corruptione loca defendit. In diarrhœis quoque, præſertim in cholera & dyſenteriis, ab acrimonia humorum ortis, feliciter exhibetur. In ſtranguria, aliisque affectibus urinariis, ſimiliter egregiè commendatur, quos balſami hujus guttæ aliquot in decocto petroſelini ſubitò ſolvunt: Calculum & urinam promovet, renes confortat, & loca urinaria mundificat.

Utendi modus internus eſt à gutt. v. ad xii. vel cum dupla aut tripla tincturæ tartari redigitur per ſolutionem in tincturam ſeu eſſentiam, doſi guttul. xxx. admodum egregiam.

Externè antecellit Peruvianum in uſu vulneratio, & vulnera, niſi ſint nimis gravia, intra 24. horas promptè glutinat vix cum tantillo cicatricis veſtigio. Id quod frequenti experientia confirmant Belgæ.

BALSA-

Digitized by Google

BALSAMUM INDICUM.

Balſamum Indicum Peruinum ſeu Peruvianum adfertur ex provincia Peru Indiæ Occidentalis. Succus eſt oleoſus, planè ſingularis, denſus, ponderoſus, ſaporis acris, linguam & fauces vellicans, adeoque ſal volatile penetrans oſtendit; egregium eſt aromaticum, reverà balſamicum, analepticum, & ſpirituum confortativum, & ſummè anodynum; concretum certè anomalon, quia nec cum aqueis nec oleoſis, neque volatilibus, neque fixis miſcetur. Diſſolvitur quidem in ſaccharo diſſoluto; ſi verò in aquam infunditur, iterum ſe revolvit: Cùm ſpiritu vini calido optimè commiſcetur, tamen ſi refrigeſcit, ſupernatat iterum. Propterea ſi eò internè uti voluerimus in ovo leniter cocto, eleganter ſolvi & aſſumi poteſt; vel miſcetur in forma pulveris cum ſaccharo. Externè propter viſcoſam conſiſtentiam, & nimiam glutinoſitatem, non absque moleſtia applicatur; præcavetur hoc optimè, ſi in forma liquida cum vitello ovi probè ſubigatur: hoc enim modò facilè ſpiritibus & oleis commiſcibilis redditur, qua ratione v. g. in doloribus partium muſculoſarum catarrhalibus commodè adhibetur.

Balſamus hic ita cum vitello ovi ſolutus longè acrior & penetrantior fit, magisque fauces vellicat, quam per ſe guſtatus.

Duæ ejus ſunt differentiæ: limpidum & craſſum. Limpidum eſt, quod exſtillat ex corticibus; craſſum, quod ex illis excoquitur. Limpidum eſt meliùs; poſteriùs eſt ignobilius. Odorem habet elegantem, & quo gratior eſt ſuffitus, eò meliùs eſt balſamum; item, quò gratius & purius, eò meliùs; unde miſceri poteſt cum aliis ſuffitibus odoris gratia. Eſt in frequenti uſu, & non adeò carum, uti reliqua balſama. Internè & externè adhibetur. Internè prodeſt inſigniter partibus nerveis, harumque quibusvis, tàm internis quàm externis læſionibus, ſpeciatim valdopere convenit in ventriculi debilitate ac anorexia, item in affectibus renum & pulmonum, & internis partium corruptelis, in ſpecie quidem in phthiſi, ſi ſit ex ulcere pulmonum quacunque cauſa oborto: in quali ulcere purificando & conſolidando, guttæ aliquot cum ſaccharo in pilulam redigantur, & quotidiè manè aſſumantur. Sunt, qui miſcent non ineleganter cum balſamo ſulphuris, vel additione copioſioris ſacchari in formam pulveris ſeu trageæ, ubi ulcus eſt purificandum & conſolidandum.

Non minoris uſus eſt hoc balſamum in aſthmate, in quo curando egregiam ſolet monſtrare efficaciam: Quin & in aliis pectoris affectibus, raucedine, tuſſi inveterata, aliisque catarrhis uſurpatur. Ulteriùs Chartelon ad dolores nephriticos compeſcendos, & ad calculum mirè commendat, guttatim in vehiculo calido aſſumptum; uti videre poteſtis *in Tractatu de Spiritu Gorgonio pagin.* 204. Item in affectibus uteri, imprimis in uteri debilitate & ſterilitate, menſtruationibus deficientibus, cum aliis permiſtum balſamum Peruvianum eſt egregium. Sunt etiam, qui volunt in intermittentibus, imprimis quartanis, uſurpare balſamum Peruvianum, ſi ſcilicet aliquot guttas ante paroxyſmum, aſſumant ægri.

Cæterum externè frequentiùs ferè ſolet adhiberi, quam intrinſecus. Singulare eſt vulnerarium, & commendat ſe ubique ſuavitate odoris: & ſanè vulnera, quæcunque promptè conſolidat citra ullam ſuppurationem, ſi iis recentibus quotidie bis tepidum, & nonnihil liquefactum, inſtilletur: in vulneribus graviſſimis tàm partium carnoſarum, quàm in ſpecie nervoſarum, permiſcetur cum balſamis & unguentis vulnerariis. In ulceribus ſordidis quoque mundificandis æquè ac conſolidandis ratione amaroris optimum eſt, detergendo purulentiam & ſordes ulceris & vulneris. Nervis autem imprimis eſt dicatum, unde in vulneribus & contuſionibus partium nervoſarum, præferendum ſimplicibus omnibus; ſive adhibeatur ſolum cum ſpiritu appropriato diſſolutum, ſive miſtum cum oleo hyperici & cum cerumine aurium, & ſic fit unguentum egregium vulnerarium. Præterea dolores partium nervoſarum ex interno acido natos lenit, lympham diſcutit, membra paralytica ex laxitate & nimia humiditate nervorum, tendinum, & ligamentorum, reſtaurat & firmat; ſive ſolum cum ſpiritu vini imponatur, ſive cum ſpiritu ſalviæ vel florum anthos; vel permiſceatur cum oleo lumbricorum terreſtrium & formicarum, vel etiam oleo deſtillato ſalviæ, & illinatur ſpinæ dorſi & partibus affectis; & ſic egregium erit balſamum Peruvianum in paralyſi, dolore iſchiadico, & ſimilibus affectibus. Ulteriùs externè in affectibus ſtomachi, in nimio vomitu, &c. eſt egregium, regioni hujus illitum; ſive ſolum, ſub forma unguenti, cum oleo nucis moſchatæ, vel expreſſo vel deſtillato; ſive cum aliis, in ſpecie emplaſtro de Ladano Cratonis, vel in ſpecie cum emplaſtro de tacamahaca applicatum.

Non minus etiam balſamum Peruvianum convenit in affectibus inteſtinorum dolorificis, uti etiam in flatulentiis, illitum extrinſecus

ſecus umbilico, ſiſtit dolores, & flatulentias diſſipat. Clyſmatibus etiam in dyſenteria commodè permiſcetur: Conf. *M. A. N. C. ann.* 3 *Obſervat.* 77. *pagin.* 128. & Velſchius *Mictomim. C.* 1. *Obſervat.* 79. *annexo ann.* 4. & 5. *M. A. N. C.* In doloribus & tumoribus partium eſt egregium; ſi ſcilicet permiſceatur cum ſpiritu vini, & applicetur partibus dolentibus, & articulis affectis, & tumentibus. Specificum etiam eſt in doloribus artuum ex contuſionibus & læſionibus nervorum obortis, teſte Thonero *in Obſerv. pagin.* 203. In oſſibus quoque fractis permiſtum cum aliis applicetur ſuper locum fracturæ; imprimis miſceatur cum extracto ſymphyti, & addatur pulvis oſteocollæ, & fit egregium unguentum ad oſſium fracturam. In rhevmatismis, & inde oriundis doloribus, balſamum hoc non ſine commodo illinitur. Commodè ſubſtituitur oleo deſtillato ſuccini in affectibus capitis & nervorum: omnibus enim in genere ſcopis convenit, ad quos oleum hoc laudatur, cum non tam vehemens ſit; de quo videatur Heinricus ab Heer *Obſerv.* 17. Hinc cum hoc ipſo convenientiſſimè malaxantur emplaſtra cephalica, ſtomachica, & uterina. Denique ſpinæ dorſi inunctum, vel etiam regioni ſtomachi, proficuum eſt in rigoribus & horroribus febrium intermittentium in ſpecie in quartanis.

Si miſceatur cum ſale tartari, & affundatur ſpiritus vini, ſuggerit elegantem tincturam ſtomachico-nervinam, guſtu acrem, & propter copioſos, quos excitat, ructus nonnihil nauſeoſam, ſed proficuam, ſcilicet ad imitationem Williſii *Pharm. Rat. Vol.* 1. *pag.* 81.

BDELLIUM.

Bdellium eſt gummi vel lachryma ex arbore creſcente in Aſia, Media, & Arabia: Parum fragrans, pellucidum & purum.

Internè rari eſt uſus, utut commendari ſoleat in affectibus pectoris pro temperanda lympha acida & acri.

Externè in emplaſtra nervina & ſtyptica in vulneribus recentibus uſitata recipitur.

Pilulæ de bdellio propter vim ejus adſtrictoriam in fluxu hæmorrhoidali nimio, ac menſium commendantur, ſi ʒj. propinetur, potenter namque fluxum inhibere dicuntur, imprimis ſi accedat ſuffitus bdellii, receptus per anum. Videre poteſtis de hac efficacia pilularum Solenandrum *Sect.* 4. *Conſ.* 20. & Foreſtum *l.* 23. *Obſervat.* 5. *Scholio*; non minùs quàm Riverium *in Praxi pag.* 511.

BENZOIN.

Benzoë ab aliis vocatur Aſa dulcis: nihilominus Aſa dulcis & Aſa fœtida ſunt duo gummata omnino diſtincta & discrepantia. Noſtra interim non eſt eadem cum veterum Benzoë.

Internè ſpeciatim valdè commendatur pulmonibus, adeò ut non incommodè vocetur à Bartholeto balſamum pulmonum, qui *Libr.* 5. *de Dyſpn. C.* 1. Convenit enim vi aromaticâ tam in temperando acore lymphæ catarrhalis, nec non in vulneribus & ulceribus, phthiſi pulmonum, & in genere in tuſſi & aſthmate; quàm vi balſamicâ reſtituendo & confortando pulmones.

Aliàs in manu detenta benzoë arcere dicitur torporem & ſtuporem, quem inducere ſolet torpedo piſcis: Conf. Johannis Stephani *in Opera Miſcellan. Med. pagin.* 422. ſuffitus etiam adhibetur pro affectibus catarrhalibus, & pectoris pro ſedanda tuſſi, raucedine, & aſthmate, &c.

Præparationes Benzoës variæ ſunt. Inter has ſe offert ſolutio rubra, tinctura aut eſſentia benzoës dicta, quæ paratur cum ſpiritu vini rectificatiſſimo, vel tartariſato, & prodeſt internè in affectibus pectoris; ſed hæc quoniam facillimè ☵atur à quovis liquore, ferè externô ſolum uſui inſervit. Egregia quoque eſt in odontalgia cum bombace denti indita, quæ etiam paucâ eſſentia opii poteſt acui. Hæc aquæ roſarum vel alii inſtillata, in momento emergit liquor lacteus, egregium ſpirans odorem, atque eſt elegans & efficax coſmeticum contra maculas faciei: quin & manus purificat, maculas detergit, & cutim nitidam, candidam, & glabram reddit, ſi manè & veſperi eâdem manus laventur, & per ſe exſiccentur: manè verò aqua communi abluantur. Cum ſpiritu tartariſato parata etiam rubedinem & puſtulas faciei curat.

Ex hac Ra cum aqua ſimplici magiſterium ſeu reſina præcipitatur, quæ eluenda & blandè exſiccanda.

Poſt magiſterium ſequuntur flores, qui ſublimantur è benzoë pulveriſata per crucibulum igne arenæ, imponendo huic pyramidem ex charta craſſiore confectam, ut orificio crucibuli exactè reſpondeat, & ſic partes ſubtiles, quæ in igne elevantur in altum, chartæ ſub forma ſicca adhæreſcent, & ita colliguntur flores, qui plumâ abſterganţur. Sublimatio hæc, novam chartam ſemper applicando, continuetur, donec tota benzoë, relictis impuritatibus, in flores redacta fuerit. Facilis ſunt præparationis: videatur Rolfinccii *Chymia*, & Wedelii *Pharm. pagin.* 135.

Maximè commendantur in affectibus pectoris, tuſſi ſicca nocturna, dyſpnœia, orthopnœia, &c. temperando lymphæ catarrhalis

vitia.

d by Googl

vitia. Sic in tuſſi inveterata & contumaci experimentum habet Amatus Luſitanus *in C. 6. Curat. 90.* Liquor Benzoes fit, ſi, exemto vitello, albumen ovi ad duritiem repleatur benzoë; hoc ſic repletum in loco frigido facit, ut abeat benzoë in liquorem per deliquium coſmeticum.

Sequuntur modi deſtillandi oleum ex benzoë, quorum aliquot quidem enumerat Autor. Verum oleum deſtillatum benzoë haberi nequit: Benzoë enim, utut reſinoſum ſit concretum, talis tamen eſt texturæ, ut in igne tractata difficulter in oleum deſtillatum ſuaveolens poſſit redigi; quin potius ſubſtantia butyroſa empyreumatica elicitur, facilè coagulabilis in aqua.

Optimus modus eſt, quem Autor aliis præfert, tertius, quoniam hoc modo acquiritur non inelegans oleum per ſe præparatum, quod rectius per alembicum deſtillatum in cineribus fit purum. Quid de benzoinis particulis ſulphureis repetita deſtillatione depuratis referat Thomſon, videatur *Epilog. Chym. pag. 78.*

Cryſtalli autem parantur ex benzoë, ſi hujus truſtula integra in aqua roſarum, florum aurantiorum vel violarum macerentur, poſt aquarum medietas abſtrahatur, procedendo deinde more ſolito; & refrigeratis omnibus reliquo corpori lapilli eleganter adhærent pectori dicati: videatur Bartholettus *lib. 5. de Diſpn. cap. 1.*

Lapilli hi ſunt partes ſalinæ in benzoë ſolutæ per aquas, quæ denuò congeruntur, & ſub cryſtallorum forma relicto corpori adhærent; cum aqua iſta deſtillatione abſtracta prodit ſimul oleum, ſed paucum, & pretioſiſſimum propter egregium odorē & virtutes; uti etiam in reliqua aqua non abſtracta, ſed nudè tantùm decantata, ſupernatat pinguedo oleoſa elegantiſſima, quæ ipſa deſtillatione poteſt ſeparari. Cryſtallos benzoës in ſpiritu vini, à Magiſterio ejus relicto, concreſcentes videbitis in M. A. N. C. *Ann. 2. Obſerv. 240. pag. 342.*

In Autoris tertio & optimo modo deſtillandi oleum benzoës, additur alius modus præparandi cryſtallos benzoës, qui tamen non ſunt ita elegantes, atque ii, qui fiunt ad modum ex Bartholeto jam dictum.

Qui plura, præter Autorem, de benzoës deſtillatione cupit, videat *Vigenarium Tract. de ſale & ſulphure pag. 49.* qui reperitur *in Theatro Chymico Tom. V.* ſicuti deſtillatum ex benzoë diverſa conſiſtentia videbitis in Boyle *Hiſt. Fluidit. & Firm. pag. 106.*

C.
CAMPHORA.

CAmphora alio, & quidem Græco nomine vocatur *κάφορα*. Concretum eſt quaſi reſinoſum, apparenter ſalſum, mirabiliſſimum omnium vegetabilium, & maxima laude dignum in Praxi medica; unde ob peculiares quas habet vires in morbis plurimit uſurpatur. Eſt duplex:

1. Borneina; & hinc
2. Japonenſis, vulgò Chinenſis dicta.

Borneina eſt, quæ ex Borneo Inſula adfertur, & eſt nativa ex arbore ſui generis exſtillans. Altera eſt magis artificialis, ſeu per artem præparata. Hæc præ illa multo ignobilior, & ſaltem ad nos deferri ſolet. Utriusque differentia, & ex quibus arboribus eliciantur, optimè deſcriptum proſtat in *Obſervationibus Naturalibus* Bocconi *pag. 267.* & Kircheri mundo *ſubterran. lib. 9. Sect. 3. cap. 5.* Præterea ex radice canellæ ſeu arboris cinnamomi, uti & ex ipſa zedoaria etiam reſina & oleum inſtar camphoræ genuinæ, in Inſula Zeilon parari ſolet; de qua vid. *Acta Societ. Angelic. Volum. 1. pagin. 724. M. A. N. C. Ann. 4. & 5. pagin. 139.* item *Acta Haffnienſ. Vol. 3. pag. 168,* nec mirum eſt, ex cinnamomi radice talem camphoratam ſubſtantiam elici, cùm ex fuligine oleum camphoræ ſimile obſervaverit Boyle *in Phil. Experiment. pag. 322.*

Magna fuit hactenus controverſia inter Autores; cujus naturæ ſit camphora? imò multi fuere, qui eam mineralibus & foſſilibus magis annumerare, ac è bituminum genere eſſe arbitrati ſunt. Conf. Mœbius *de Camphora.* Natura ejus eſt abſtruſa, nil enim exinde præparari poteſt. Revera autem eſt ſubjectum ſulphureum, quia flammarum rapaciſſima, etiam in aqua ardet, Volatiliſſima eſt ſubſtantia, nullo modo ſine ſucceſſiva evaporatione aſſervabilis, niſi in vitris exactiſſimè clauſis aſſervetur: Conf. Bartholini *Act. Med. Vol. 1. p. 106.* rectè adeò dici poteſt Mercurius Vegetabilium, vulgò putant, ſi addatur ſemen lini, vel grana piperis, &c. non evolare; ſed vanum hoc eſt: unde Tacchenius *in Hipp. Chym. cap. 21.* camphoram alcali volatile, à natura propria pinguedine ſaturatum purum putum ſal volatile oleoſum eſſe, rectè dicit; & inde adeò penetrantis & volatilis naturæ. Hinc, quoad effectus, penetrans ſatis eſt, & ardentiſſimâ ſuâ ſubſtantiâ puſtulas excitat linguæ admota. Febres tamen malignas ardentiſſimas curat, licet calida dicatur in gradu quarto; & quidem ſal volatile hoc apparenter eſt ſalſum, quia tàm à menſtruis acidis, quam ſalſis, indifferenter ſolvitur.

Quæſtio eſt de camphora; an ſit frigida, an calida? Sunt qui frigiditatem probant ex eo, quod incandeſcentias & inflammationes ſiſtat, atque Venerem reſtinguat, hinc quaſi refrigeret: caliditatem defendunt ex vi penetrativa; deinde quod etiam

in mediis aquis accenſa vehementiſſimè flagret : nam ex camphora faciunt ſtirias glaciales ardentes inſtar candelæ, dum recipiunt ſtiriam, quam excavant, & indunt camphoram : ſimiliter fit nive conglomerata, & impletâ camphorâ pila ardens. Quicquid ſit, camphora per ſe eſt ignis concentratus ; hinc calidiſſima, & neque frigida eſt, utut corpori adhibita, quatenus ſpirituum impetum ſopit, ac inde natos dolores ſiſtit, refrigerare videatur.

Modus probandi camphoram legitimus eſt cum pane calido triticeo, quem etiam habet Autor noſter.

Quod attinet virtutes camphoræ, inter omnia remedia diaphoretica univerſum corpus penetrantia, & ſpeciatim ſpiritus influos afficientia, eorumque dyſcraſias corrigentia, & in craſi naturali conſervantia ; peculiariter excellit. In febribus ergò malignisſimis, ex contagio ſpeciatim natis, in peſtilentialibus, & ipſâ peſte, non habetur ſimile alexipharmacum & cordiale. Arbitror enim optimum præſervativum, & unum è primariis curativis peſtis, eſſe camphoram, quæ illud, qualecunque fuerit contagium, enervare, ſpiritusque roborare, & eorum vigorem ac impetum inſigniter intendere ſolet.

Hinc in deliriis melancholicis habitualibus ſive cum ſive ſine furore, præmiſſo vomitu, rarò fallit, & ſpiritus in naturalem craſin redigit, ubi cum ſaccharo Saturni & Arcano duplicato Mynſichthii miſceri poteſt. Paracelſo in uſu pro dictis affectibus fuit cum oleo moſchi, qui Practicus eſt accuratiſſimus.

Præter ſpiritus autem influos corrigendos convenit etiam in ſpiritu inſito ſeu balſamo partium vitali reſtituendo ; unde putredini incipienti in vivis, ut gangrænæ & ſphacelo, in ulceribus & vulneribus putridis, fœtidis, aut ad putredinem inclinantibus, præ aliis potenter reſiſtit.

Porrò diureticum præbet validum. Ulterius ſunt qui, juxta communem ſententiam camphoram mares caſtrare, & Venerem arcere aſſerunt ; unde natus verſiculus ſcholaſticus :

Camphora per nares caſtrat odore mares.

Sed ſufficienter hunc verſiculum refutat Tacchenius *loco allegato*, ubi de viribus camphoræ ; & confirmat, quod Reſinatores camphoræ Venetiis (uti & Amſtelodami) ſint maximè ſalaces, & copioſiſſimam progeniem alant. Crugnerus *in Tract.* **von dem Tannen-Baum** / *cap.* 3. *pagin.* 31. *refert*, quod camphoræ ʒß. in ſpiritu abietis ʒjv. Venerem concitare ſoleat. Quod tamen extinguat Venerem curioſa eſt obſervatio Loſſii, *pag.* 314. quò etiam pertinet, quod habet Hildesheim *in Spicilegio* 2. *pagin.* 149. *de Affectibus capitis*, quod ſcilicet camphora pudendis alligata & in brachio geſtata, membrum virorum flaccidum facit. Hoc certum eſt, in gonorrhœa exturgeſcente genitura, & imprimis Gallica virorum, maximè prodeſſe ; quod ipſum an ſit, quod abſumat genituram, vel quod probabilius eſt, quod compeſcat turgeſcentiam, & abſumat acidum, quô genitura eſt imprægnata in gonorrhœa maligna, ut inde fiat genitura tenuis ? itidem in medio relinquo.

Hinc & in furore uterino camphora eſt egregium remedium, ſi accenſa toties in potu ordinario extinguatur, quoties neceſſitas expoſtulat, pro liquore imprægnando ; quod ipſum ceu expertum commendat Horſtius, uti videre poteſtis in *Centur.* 3. *Epiſt.* Bartholini *pagin.* 147. Paſſionibus hyſtericis obnoxiis eodem modo extincta in potu vel aqua propinata, maximè quoque confert ; ſicut & camphoræ ʒj. & aqua appropriata, in qua ſolvitur, valdè commendatur à Rivetio *in Praxi* ; quinimò medicamentis aliis permiſcetur. Sed non omnes ferunt camphoram. In paroxyſmo epileptico camphora eſt egregia, & miſcetur cum Laudano opiato & appropriato.

Non mirum eſſe debet, quod camphora proſit in furore uterino, utpote delirii ſpecie ; quia ſimiliter in mania eſt egregia. Propterea etiam Hillerus ad maniam externè præſcribit ablutionem temporum liquore camphorato.

Qui plura cupit de vi camphoræ in mania, videat ſcriptum Penoti.

In febribus malignis cum vigiliis, & delirio vel incipiente vel confirmato, maximum levamen adfert cum epithematis fronti applicandis ad aliquot grana permiſta. Certè mirabiles præſtat effectus, ſi ſingulis horis epithema renovetur. Non incommodè etiam adhibetur in aliis febribus, item, in agrypnia compeſcenda & ſuavi ſomno inducendo, utut olfactu arcere eundem dicatur propter gravem & penetrantem odorem. Dolores etiam podagricos, & affectus articulorum mirè ſanat camphora, imprimis ſi diſſoluta in ſpiritu vini applicetur ; Unde etiam camphora ſolet præſcribi in unguentis podagricis, & linimentis contra articulorum dolores. In arcenda gangræna & camphora eſt expertiſſimum remedium, & ardentiſſimos dolores mitigat. Præcordiis camphora applicata, mira facit in affectibus ventriculi. In tertianis vim febrifugam habere dicitur camphora, ſi ad ʒj. in nodulo appendatur præcordiis : Singulare hujus rei experimentum habet D. Schrœck, qui aliquot tertianâ laborantes per ℈j. vel ʒß. camphoræ in linteo ſcrobiculo cordis appenſo

Digitized by Google

penſo curavit; ubi ceſſante febre camphora abſumpta fuit, præmiſſo levi univerſali: in affectibus melancholicis addi poteſt crocus. In coryza euporiſton eſt D. Tanckii, cum oleo amygdalarum dulcium ſoluta, & naribus illita; ubi etiam planè ceſſat olfactus, miranda præſtat: obſervatum tamen fuit, quod olfactui nocuerit; cujus rei experientiam habet Bartholinus *Centur.* 3. *Hiſt.* 91. In odontalgia uſurpatur, ſi diſſolvatur in oleo origani Cretici, & applicetur denti dolenti. Quod ſi camphora internè emplaſtris addenda eſt, optimè cum balſamo Peruviano diſſolvitur: Conferatur M. A. N. C. *Ann.* 6. *Append. pag.* 180.

Inter Præparata eſt oleum deſtillatum camphoræ, unum ex magnis poſtulatis chymicis, utut non facilè reperibilibus. Expetitur propterea, quoniam ſic mirum intenditur ejusmodi vis penetrativa alexipharmaca, adeo ut quidam dixerit: ſe paſſurum ſuſpendium, ſi quis peſte correptus ex uſu quinque vel ſex guttarum olei camphoræ non liberetur. Hujus tot ſunt præparationes, quot ſunt capita Chymicorum, quæ ſæpius ſunt vanæ, ſi per ignem examinentur.

Ante omnia inquirendum eſt; an detur oleum camphoræ verum? Multi ex hac ratione negant, quod camphora radicaliter non poſſit ſolvi, ſed in aqua denuo regeneretur. Nota enim genuini camphoræ olei eſt, ſi ſine cujusvis olei additione ipſum ab ▽ non reducatur. Si autem oleum camphoræ, artificioſiſſimè etiam præparatum, uti & ſpiritus, infunditur in aquam, ſubitò ſe conſpiciendam præbet camphora in antiqua forma: ſic v. g. ſi in ſpiritu vitrioli, vel juxta Williſ. *de Ferm. c.* 9. *p.* 60. in aqua forti, vel ſimilibus ſpiritibus acidis corroſivis, ſolvitur camphora, ſaporem & odorem perdit; ſubitò autem ac ita diſſolutæ inſtilletur aqua ſimplex, denuò renaſcitur camphora, & ſub antiquo ſapore & odore ſupernatabit: videatur Boyle *de Orig. Form. & Qualitat. pagin.* 211. Hinc Williſii error facilè patet, dum putat; aquam fortem partes camphoræ ſalinas excipere, ſulphureis intactis, unde oleum ſuperficiei ſolutionis innatet; quia & hoc affuſâ aqua ſimplici in antiquam camphoram regeneratur; quin præparatio hæc potius erit nociva, quàm verum oleum; ſi verò ſpiritus nitri miſtus ſit cum ſpiritu vini, non amplius ſolvit camphoram, ſed hæc ſupernatat: ſic ſpiritus vini, tam rectificatiſſimus, quàm cum ſpiritu ſalis Ammoniaci acuatus, in momento ſolvit camphoræ ultra ſub triplum; videatur Ludovici, *Pharm. pag.* 24. Boyle *loco allegato pagin.* 83. ſed quæ inſtillata aqua communi regeneratur in corpus antiquum: ſi cum Bolo Armena deſtillatur, oleum prodit rutilans; quod tamen aquæ infuſum, dat camphoram antiquam. Nihilominus mediante terra ſigillata Sileſiaca fieri poteſt egregium oleum irreducibile. Nempe

℞. ▽ *e ſigill. Sileſ.* part. ij.
camph. part. j.

Hæc ſeorſim pulveriſata miſceantur probè diligenti & diuturna tritura; id quod imprimis neceſſarium eſt; hinc deſtilletur per retortam, prodit oleum perſpicuum. Ineſt enim in ▽ ſigillata ∽, diſſolvens camphoram; oleum ſupernatat aquæ, guſtatu primum lene, ut ex odore terus percipiatur, ſed ſi penitus ſentiatur, acrem & vehementem in lingua impreſſionem relinquit. Dubitavit tamen aliquis, an verum ſit tale inſtitutum? ita tamen optimè ſuccedere negotium dixit: Accipiatur lac, & cum eo optimè miſceatur camphora, & diuturna tritura ſubigatur, hinc cum ▽ bolari ordinaria miſceatur, & hinc per ☓. in balneo ſicco deſtilletur; addit, in ℳ caloris gradum nimis eſſe moderatum, in alio verò vaſe periculum eſſe, ne lac empyreuma contrahat; id, quod prodiit, de novo cum lacte & bolo miſceri, ac deſtillari; idque tertia vice repetendo; tum rei deſtillatæ affundi ▽, probè concutiendo, ſic enim tandem in quiete ſupernatare ℈ camphoræ, ab ▽ ſeparandum.

Genuinum etiam paratur oleum hoc modo: Camphora ſi deſtilletur per retortam, per vices ſucceſſivè tantillum camphoræ retortæ imponendo, ope ignis tota in oleum irreductile mutabitur.

Egregium pariter eſt, ſi camphora cum oleo terebinthinæ vel baccis juniperi ſolvatur & deſtilletur, & dat oleum mirandæ efficaciæ in nephriticis affectibus: ſed non eſt genuinum. Si pro peſte oleum camphoræ parandum:

℞. ℈*i deſtill. ſuccini* ℔. *roris mar.* p. iij.
camph. j.

Digerendo in loco tepido per 3. dies naturales: deinde ex retorta vitrea benè lutata per arenam deſtillentur, & ſic prodit oleum camphoræ compoſitum antipeſtilentiale. Hæc deſtillatio repetatur cohobando ſecunda vice; non tamen oleum hoc genuinum eſt, ſed tantum per accidens, propter adjunctum oleum, & reviviſcit.

Doſis ſunt gtt. vj. ad viij.

Ita Medicus Veronenſis Heniſius habuit oleum peſtilentiale aurei coloris, compoſitum ex oleo deſtillato camphoræ, ſuccini & citri; quod in curanda peſte felici cum ſucceſſu exhibetur. Tanta cum hoc oleo Heniſius præſtitit in peſte Veronenſi, ut ipſi columna triumphalis fuerit erecta. Unde Norimbergenſis quidam Medicus aſſerit; ſe ea die, quâ peſte quis corripitur, aliquot

Digitized by Google

guttulis olei camphoræ eandem certò curaturum esse : quod si ille, qui manè assumpserit aliquot olei camphoræ guttas, illo die à peste corriperetur, se velle pœnam patibuli in se recipere, si non peste infectum curaret per oleum camphoræ. Videatur Hartmannus *in Praxi Chymiatrica*, & Mœbius *in Anat. Camph. pag.* 53. In suffocatione uterina valdè emendatur medicamentis aliis permistum. In mania oleum camphoræ cum moscho singulare experimentum fuit Prævotii, *Medici Practici Patavini*, & à Paracelso *de Philosophia Vitali Tract. 2. cap.* 4. in mania tanquam præsentaneum remedium commendatur hocce :

℞. *Oleum camph.* ʒj.
Musci l. Moschi ʒß. l. ʒj.

Misceatur & administretur qualibet vice ʒß. Mirabiliter enim coagulare dicitur materiam maniæ, ceu ∇ in glaciem coaguletur, & extinguere calorem corporis ac ebullitionem.

Olei camphoræ cum bolo per retortam destillatæ guttas X. furorem maniacum aliquot horum spatio sistere dicit Prævotius.

Imprimis oleum camphoræ desiderari solet propter vim cosmeticam.

Alias pro oleo camphoræ externo optimum est, si assumatur oleum amygdalinum, in quo solvatur camphora ; radicaliter autem non potest solvi, sed in aqua denuo prodit : nihilominus commodè usurpatur in odontalgiis, si applicetur denti dolenti ; vel indatur denti carioso & excavato.

Alii pro usu externo, oleum camphoræ compositum parant, præsertim in doloribus articulorum à frigiditate, & passione colica.

℞. *Sapon. Venet.*
Camph. ana part. æqu.

Miscent probè, & ex retorta vitrea, igne suprà & infrà adhibito, pellunt ; quod prodit, spontè solvitur in oleum.

Liquor camphoræ (habet quidem Autor alios modos) fit, si in albumen ovi ad duritiem cocti indatur camphora, & in loco frigido ita dissolvatur in liquorem ; qui liquor camphoræ est egregius. Quidam per alembicum prodire, nec amplius reduci posse affirmant.

Quidam in secretis habuit liquorem camphoræ antipestilentialem ex

camphoræ ʒj.
album. ovor. ʒvj.

quæ duo destillavit per retortam, & liquorem, qui prodit cum spiritu vini, cohobavit pro eleganti remedio antipestifero.

Spiritus vini camphoratus, vel spiritus vini rectificatissimi ʒj. cui additur camph. ϑj. singulare remedium est in quibuscunque inflammationibus, & vi anodyna omnes dolores sopit : hinc in podagra, & articulis arthritide affectis, maximè prodest pro sistendo dolore & pro dissipando tumore, quoniam acidum absorbet, quod in articulis gubernans dolores inducit arthriticos : Item in arcenda gangræna, & putredine incipiente & confirmata, non secus sphacelo, ulceribus & vulneribus putridis, fœtidis aut ad putredinem inclinantibus, frequentius applicatus, egregium est remedium, imprimis si aloë & myrrha fuerint addita. Cum aqua appropriata in gutta rosacea, & in varis, valet. Præterea quoque convenit in cholera, colica, in contracturis ex colica seu paresi, ut vocant, similibusque partium externarum & internarum affectibus. Potest camphora etiam solvi in spiritu theriacali, & sic fit spiritus theriacalis camphoratus, qui est tertium ingrediens misturæ bezoardicæ seu misturæ simplicis, in qua camphora est basis, & usurpatur in morbis malignis arcendis.

CARANNA.

Caranna est resina tenax, nigricans, instar picis ductilis ; juxta Cartagenam apud novam Hispaniam enata, ubi transsudat ex cortice arboris bacciferæ, Tlahueliloca Evanitel dictæ, vulnerato. Tacamahacæ in natura & viribus similis est ; hæc tamen nobilior, volatilior & penetrantior est, naturæ magis balsamicæ.

Pro usu externo vi anodyna non tantum Indis pro sopiendis doloribus partium externarum ab acido oriundis in usu est, sed & nos in cardialgia, & dolore, aliisque affectibus stomachi, sæpe exhibetur in forma emplastri, regioni stomachi impositi ; si scilicet in mortarium calidum immittatur & cum sufficienti quantitate Balsami Peruviani agitetur calido pistillo. Emplastro hoc in febribus continuis & malignis, ut & intermittentibus, ubi de anxietate præcordiorum conqueruntur ægri, nil melius est ; sic & in vomitu compescendo idem cum oleo nucis moschatæ & macis destillato convenit ; non secus ac in doloribus artuum, quos catarrhis vulgò adscribunt, quando in vel post sudorem artus frigori exponuntur & defluxio inde oritur, emplastrum hoc convenit. Quia & contra dolores articulorum & podagricos, nervorum vulnera, atque contusiones omnis generis valet, maxalatum cum oleo succini. Porrò in emplastris cephalicis, & pro bregmate usitatis, adhibetur. Nec ignotum est, contra odontalgiam frequenter à modernis adhiberi præservativè in forma emplastri magnitudine thaleri temporibus applicatum ; quo in casu quidam mastichis usum longè præferunt. In ophthalmia dicto modo applicatum est egregium remedium pro adstringendis defluxionibus ocu-

Digitized by Google

oculorum & compeſcenda lympha, in ophthalmia & odontalgia ſæpiùs excedente.

Egregium emplaſtrum de Caranna habet Autor ſub fine hujus capitis, quod in doloribus articulorum valdè commendatur.

Petrus Johannes Faber *in Myrothec. ſpagyr. libr. 2. cap. 41.* habet *℞. E. gummatis carannæ*, quam prædicat ceu ſpecificam in podagra & colica.

COLOPHONIA.

Colophonia eſt duplex: Una eſt remanentia, ſeu reſiduum iſtud craſſamentum, quod in deputatione & deſtillatione reſinarum abietinarum remanet: Altera eſt iſtud reſiduum, quod poſt deſtillationem terebinthinæ remanet.

Prior autem utut ratione reſinarum variet, nullum alium uſum habet, niſi quod emplaſtra & cerata ingrediatur, quibus debitam conſiſtentiam largitur. Poſterior non tantùm ingredi emplaſtra in vulneribus uſitata, ſed & commendari ſolet in pellendo calculo, ſi pulveriſata aſſumatur.

RESINA COPAL.

Reſina copal admodum candida, ſed rariſſimi uſus eſt. Commendatur ad affectus capitis, & nervorum. Imprimis tamen uſurpatur elicitum ex ea oleum deſtillatum per retortam in arena, uti poteſt fieri ex aliis reſinis omnibus.

E.

E L E M I.

ELemi eſt reverà reſina balſamica elegans alba & pellucida, quæ transſudat ex olea Æthiopica arbore oleæ ferè ſimili.

Internè nullum hactenus habet uſum. Externè vi balſamica mirè ſuccurrit vulneribus, quibuscunque, imprimis in affectibus & vulneribus capitis, ac nervorum ac tendinum, in quibus miſtum cum emplaſtro de betonica excellentiſſimum eſt remedium, omnibus balſamis vulnerariis præferendum; in ſpecie in vulneribus punctim inflictis præ aliis omnibus commendatur, uti videre poteſtis in Mindereri *Med. Militari pag.* 343. & 346. quod de contuſione partium nervoſarum ſimilibusque pariter notandum venit: hic elemi cum terebinthina miſtum in formam emplaſtri cranii vulnera optimè conſolidat. In vulneribus articulorum primatum habet, ita ut in his linimenta & emplaſtra ex baſi hujus gummatis facta ſint egregia. Arcæus habet linimentum prima fronte ſimplex, uſu tamen valdè excellens in vulneribus quibuscunque, imprimis capitis & partium nervoſarum quod eſt hoc:

℞. *G. elemi*
terebinth. clar. ā ℥jß.
pingu. caſtrati ℥ij.
porcin. antiqu. ℥j.
Liqueſcant ad ignem & fiat linimentum, quod mox in principio vulneri applicatum cuicunque mira præſtitit Arcæo; videatur in Sennerti *libro* 5. *Prax. pag.* 399. & 405.

Vel

℞. *G. elemi* ℥iij.
terebinth. ℥iß.
pingu. porcin.
human. ā ℥j.

Miſce, fiat linimentum ad vulnera recentia quamplurimis in frequenti uſu.

Propter vim ejus balſamicam elicitur etiam exinde oleum elegans odoriferum & penetrans, ex retorta per arenam; quod in affectibus paralyticis tremoribus & contracturis partium, laudatum eſt remedium.

F.

F U L I G O.

FUligo, in ſpecie camini ſplendens, quæ præ cæteris eſt elegans, Germanicè **der Spiegel-Ruß**/ nihil aliud eſt, quàm liquorum fumus elevatus & condenſatus. Fumus autem eſt flamma condenſata, flamma fumus rarefactus, ſeu particulæ liquorum minutiſſimæ reſolutæ, ita ut in lignis incenſis reſina ſub forma flammæ exhalans condenſetur tandem in fuliginem, & ſicut ligna per retortam deſtillata dant ſpiritum acidum volatilem & oleum lignorum; ita fumus per liquorum concremationem in forma fuliginis adſcendit, cujus volatilitas dependet à ſale volatili penetrante, maximè temperato à ſpiritu ſubtili & oleo deſtillato: adeò ut fuligo nihil aliud ſit, quam ſpiritus volatilis & oleum liquorum in forma ſicca, quæ per retortam deſtillando in forma humida prodeunt.

Sed quoniam de pinguedine olei ſub deflagratione ignis multum deſtructum eſt, hinc ſub phlegmatis vehiculo & tegmine copioſum ſal volatile aliàs in oleo concentratum, ſui factum juris, ſimul in forma propria evolat; ſicut ſubſtantia olei reliqua, quod ſub exhalationis celeritate deflagrationem ſubterfugit, etiam ſal volatile una evaporans ſecum concentrat. Spiritus verò iſte acidus lignorum compoſitus eſt ex acido volatili, & etiam ex ſale volatili ſpirituoſo: quæ duo poſſunt ab invicem ſeparari per corallia vel capillos cancrorum: de quo ſuo loco; unde deſtillata fuligo dat primò phlegma acidulum, ſimile ſpiritui lignorum, hinc ſpiritum urinoſum, cum quo ſimul habetur ſal volatile urinoſiſſimum copioſum, ſimile ſalibus volatilibus & ſpiritibus urinoſis, quæ ex animalibus eliciuntur; tandem ſuccedit oleum flavum & rubicundum empyrevmaticum, & admodum penetrans, ſimillimum ei, quod

Digitized by Google

aliàs ex lignis deſtillando elicitur, & ſuper cornu cervi uſtum rectificandum & ab empyrevmate liberandum eſt; & remanet poſt deſtillationem caput mortuum, quod porrò per elixiviationem ſal fixum largitur, quæ tamen in fuligine primitus non exiſtunt, ſed ab igne proveniunt. Conferatur, quoad hanc fuliginis anatomen Hoffmannus *in Clave pagin.* 584. item Beckius *Meditat. & Experiment. pag.* 109. & 110. ſicuti curioſam & ſingularem fuliginis anatomen docet Vigenarius *Tractat. de ſale & igne pagin.* 43. & 46. Fuligo igitur, cum mero ſale volatili & oleo gaudeat, eoque præſtantiſſimo, reverà erit ſal volatile oleoſum, & penetrantiſſimum, cujus intuitu & ſubſtantia vim habet concentrandi omne acidum; unde pulvis fuliginis cum aceto ſumptus ſudorem movet potentiſſimè, & in caſu ab alto pro reſolvendo ſanguine grumoſo confert hinc, & in curanda pleuritide à ʒß. ad ʒj. hauſtu vini vel aceto, vel aqua cardui benedicti hauſta egregiè confert, per ſudorem ſublevando, teſte Riverio *in Pr. l. 7. cap. 2. & in Obſervat. Med. c. 2. Obſervat.* 89.

Imò in partu difficili quoque non contemnendum remedium eſt, quando deficiunt dolores, & partus videtur in longum protrahi cum periculo fœtus & matris. Vis antifebrilis etiam in ea latet, tum ſi propinetur ante paroxyſmum intermittentium, additô tamen priùs vomitoriô; cùm ſi cum theriaca ſubigatur, item cum terebinthina ſub forma linimenti applicetur. In nimio verò febrium, tàm intermittentium quàm ardentium, ardore eadem cum albumine ovi aut aceto ſubacta, & plantis pedum vel carpis & palmis manuum applicata, excellit; ſimili ratione acetô paucô additô fronti & temporibus applicata narium hæmorrhagias compeſcit. In ulceribus imprimis malignis & cacoëtheis, crebriùs adhibetur. De uſu fulginis in bubonibus & anthracibus peſtilentialibus videre poteſtis Sennertum *Tractat. de Febribus*, ubi *de Peſte.*

Cæterum videtur eſſe differentia in fuligine ratione lignorum, ex quibus colligitur: certum enim eſt, aliam eſſe naturam fuliginis ex abiete, aliam è quercubus.

Spiritus fuliginis rectificatus urinoſus eſt ſeu volatilis & penetrans, unde potentiſſimum eſt ſudoriferum in ſyncope, lipothymia, paroxyſmis epilepticis, colica, pleuritide, febribus malignis & ardentibus; non minùs quàm etiam in lue Venerea. Imprimis etiam commendatur in promovendo partu difficili. Adhibetur ad ʒj. Sunt, qui ex uſu ſpiritus ſignum capiunt aut reconvaleſcentiæ aut futuræ mortis in ægro; ſi ſcilicet poſt uſum ejus in aceto ſimplici largiùs ſubſequatur ſudor, ſignum eſſe fauſtum ſperandæ ſanitatis, ſin ſecus, funeſtum. Externè in doloribus podagricis illitus ſpiritus commendatur; eſt enim penetrans & ſubtilis urinoſus, imprægnatus ſale volatili acri copioſo; unde habetur à quibusdam pro ſingulari menſtruo pro præparandis medicamentis.

In laboratotio Ceylonenſi exſtat ſpiritus fuliginis ſuccinatus.

Sal volatile fuliginis ejusdem reverà naturæ videtur cum ſale volatili cornu cervi, vel aliorum animalium, uti hoc aſſerit Glauberus *P. 2. Furnorum pag.* 149. & Boyle. Qui deſiderant ſal volatile in majori copia exinde, aliquod alcali, e. gr. cineres clavellatos, &c. fuligini addant, & ſubliment.

Uſus & effectus hujus ſalis volatilis reverà idem eſt cum ſale volatili animalium, ſaltem quod ſingularem penetrantiam & potentiſſimam vim diaphoreticam præ aliis habere videatur; adeoque dubito: an ſal volatile hoc fuliginis, ejusque ſpiritus, aliquam habeat differentiam pro lignorum, à quibus fit, diverſitate.

Aliàs ſal volatile fuliginis oleoſum elegans quidam ita præparant:

℞. *fulig. optimè rectif.* ʒx.
ſpiritus vini ʒxx.

Miſcent & deſtillant ex cucurbita vitrea ad tertiæ partis remanentiam: quod prodiit, rectificetur ad dimidium, & prodibit ſal volatile in forma ſicca puriſſima, ſuperfluitante liquore pellucido. Conſerventur hæc ſimul in vitro probè clauſo.

Eſt enim ex alcohol vini, quod eſt partim ſulphureum, partim ſalinum & volatili ſale fuliginis conflata maſſa, poſſuntque ſublimari per phiolam totaliter in formam ſiccam. Si alcohol vini fuerit aliquoties cohobatum ſuper aromata, exhauriet illud omne oleum aromatum, & poſt illud cum ſale volatili fuliginis transmutabit ſecum in purum & ſiccum ſal volatile.

Poſt ſpiritum prodit ſimul oleum flavum & etiam rubineum ſeu rubicundum, & eſt nihil aliud, ſicut omnia olea deſtillata vegetabilium, quàm ſal volatile concentratum ab acido volatili pingui. Oleum hoc, quoniam empyrevmatis & acrimoniæ nimiæ ratione minùs commodè propinatur, rectificandum eſt vel per ſe à ſale tartari aut cornu cervi uſto, vel cum aqua, vel ſpiritu vini.

Quoad uſum & effectum eſt penetrantiſſimum, cujus aliquot guttæ præ aliis oleis congeneribus vehementiſſimum ſudorem movent, & in ſuffocatione hyſterica, pro pellendo fœtu in partu difficili, optimè uſur-

Digitized by Google

uſurpatur. Pro lignorum tamen varietate, ex quibus fuligo prodit, aliqualem in effectu habere poſſe differentiam, probabile videtur, cum de craſi concreti adhuc nonnihil participet. Quod aliàs de ſpiritus & olei ſumma vi confortativa, aut agonizantium refocillativa, multi jactitant, vereor, ne hyperbolen ſapiant. Externè ſiccat ſcabiem, ſanat lepram & elephantiaſin, non minùs commodè etiam permiſcetur unguentis & emplaſtris pro ulceribus cacoëtheis corroſivis & putridis. Locis quoque podagricis illinitur cum effectu; eſt enim reſolutivum & anodynum.

Aliàs Glauberus *loco citato*, & du Hamel *de Foſſil. pag.* 371. curioſum habet modum parandi oleum fuliginis per congelationem à frigore:

℞. *Fuligo pulveriſata.*

Coquatur in aqua tamdiu, donec rubeſcat: hæc aqua tempore hyberno ſummis frigoribus nocturnis exponatur, ut congelaſcat, & ita in hujus aquæ centro reperitur liquor ſalino-oleoſus elegans & penetrantiſſimus. Præfero tamen deſtillatum.

Ex fuligine etiam & ſuccino elici poteſt oleum camphoræ odorem repræſentans, multumque in receſſu habens.

Sal denique fixum, quod in capite mortuo, aut fuligine ad albedinem calcinata, reperitur, mirè commendatur.

Reſolvi poteſt, quod rectè monet Autor, in cella per deliquium in oleum, ſeu potiùs in liquorem, qui in omnibus ulceribus malignis inveteratis cacoëtheis & inſanabilibus fiſtulis, lupis & ſimilibus ulceribus, miracula præſtat, ſi inungantur tali liquore, vel ſolo, aliis unguentis miſto, cùm alcalina vi deſtruat acidum. Sunt, qui in cancrinis ulceribus laudant iſtud; ubi tamen metuo effervescentiam.

Clauderus *de Balſamatione pag.* 192. mediante ſpiritu ſalis Ammoniaci ex fuligine extrahit eſſentiam, quam vocat eſſentiam alexipharmacam.

Proſtat etiam in pharmacopoliis emplaſtrum quoddam ex fuligine, quod impoſitum bubonibus & anthracibus peſtilentialibus, valdè commendatur, quod attrahat venenum foras, tumorem emolliat, & ſic ad felicem ſuppurationem perducat.

Nec uſu alchymiſtico fuligo caret; beneficio cujus, ſpeciatim ejusdem ſalis, ſolutio ſolis habetur, ut videbitis in Hoffmanni *Clave in Autorem pag.* 584. & Claudero *loco allegato pag.* 202. & 204.

G.

GALBANUM.

GAlbanum, quod nonnulli metopium appellitant, eſt gummi reſinoſum ex plantæ cujusdam ferulaceæ, cortice transſudans. Creſcit in Syria, ex qua etiam ad nos adfertur.

In ſpecie congeneres ſunt illæ ferulæ Ammoniaco, niſi quod hoc internè magis, illud verò externè uſurpatur. Habet reſinam acerrimam, penetrantem, & acriorem quàm gummi Ammoniacum.

Internè tamen quidam galbanum in affectibus flatulentis & hyſtericis, & quibusvis morbis partium convulſivis, laxativis permiſcetur; reſolvit enim & evacuat mucos viſcidos. Confirmat hoc Autor, quando Galbanum commendat ad promovendum partum & menſes, ſive ſolum ſive permiſceatur cum myrrha & gummi Ammoniaco in formam pilularum.

Externè in genere mirè incidit & emollit viſcida, & etiam adhibetur à Chirurgis in emplaſtris attractoriis, **in den Zug-Pflaſtern.** Nihilominus ſpecificè confert in affectibus convulſivis doloroſis partium internarum abdominis, ab acido ortis in ſpecie pathematis hyſtericis, quin & convulſionibus omnis generis, ſub emplaſtri forma ſuper alutam extenſum, & umbilico applicatum & admotum, vel alio quocunque modo uſurpatum; ſicut & permiſceri ſolet in ſuffimigiis cum caſtoreo, aſa fœtida, myrrha, & ſimilibus. Affectus inteſtinorum ſpasmodicis galbanum cum oleo caſtorei, vel cum oleo deſtillato ſuccini & ſpicæ malaxatum, & ita abdomini impoſitum, inſigniter mitigat.

In apoplexia particulari Galbanum ſpinæ dorſi ac aliis locis applicetur.

Ea, quæ dicuntur de galbano crudo, longè magis conveniunt ejusdem oleo deſtillato, tàm ſimplici quàm compoſito, Galbanetum Paracelſi dicto.

Oleum galbani deſtillatur per retortam ex arena, quod rectificatum, utut fœteat, in affectibus abdominis ſpasmodicis, colica convulſiva, affectibus hyſtericis, hemiplexia, membris paralyticis, convulſivis, præſertim ex colica pareſi affectis, contracturis artuum, & aliis affectibus ſcorbuticis, ſingulare eſt, umbilico vel regioni & ſimilibus partibus affectis inunctum: In affectibus flatulentis unguentum fieri poteſt ex oleo deſtillato galbani, chamomillæ, & oleo deſtillato baccarum lauri. Compoſitum oleum galbani multis modis variari poteſt: uſitatiùs eſt galbanum Theophraſti Paracelſi cum gummi hederæ & terebinthina, ab Autore deſcriptum, quod eſt elegans, & expertum remedium in colica convulſiva, aliisque affectibus abdominis ſpasmodicis, inunctum umbilico & locis vicinis. In ſpecie maximè convenit in colica, quæ abit in pareſin mem-

Digitized by Google

membrorum, & in contractura ex colica. In genere ad omnes affectus nervorum, qui ex casu oriuntur, aut contusione & dislocatione, galbanetum est egregium; nec non in hemiplexia, nuchæ illitum. Huic galbaneto Paracelsi commodè etiam opium addi potest, & ita destillando unà prolici, ut acquirat sic oleum præsentaneam magis vim anodynam, dolorum sedativam: Conf. Bartholini *Act. Medic. Haffniens. Volum.* 1. *pag.* 25.

Galbanetum seu spiritus terebinthinæ galbanetus, uti ab Autore, & Hartmanno *in Praxi Chymiatr.* describitur, est communis descriptionis, & usus; potest tamen meliorari sequenti modo:

℞. *galb.* ℔ß.
℘ *terebinth.* ℔ j.

Destillentur: oleo destillato affundatur.

℘ *destill. lavend.* ʒj.

& repetatur destillatio; unde evadit balsamum admodum generosum, quod pro majori penetrantia cum spiritu vini misceri, & aliquantisper digeri seu circulari potest, & sic penetrantissimum erit ad dolores colicos & paralyticos ex colica; imprimis si misceatur cum aliquot guttis olei saponis Veneti, vel cum aliquot guttis olei camphoræ: Galbanetum hemiplecticum, quo spina dorsi partesque affectæ largiter inungi indies calidissimè debent, hoc modo potest parari.

℞. ∽ *terebinth.* ℔ij.
Galban. pulveris. ℔ß.
Gumm. heder. ʒiij. destillentur per ☉ igne ⁘ lento plurimum, post fortiori. Hoc oleum commisce cum
∽ *juniperi* ℔j.
℘ *philosoph.* ℔ß.
laur. ʒiij.
adde his
Euphorbii optim. pulveris. ʒiij.
Mastich.
Myrrhæ
Thuris ana ʒj. Stent in digestione pro usu. Hoc solo galbaneto ad prædicta loca inunctus hemiplecticus post pauciſſimos dies restitutus cœpit movere pedem.

In Hoffmanni *Thesauro Pharm. Sect.* 4. *no.* 6. prostat ex galbano balsamum matricale non inelegans.

Cerotum vel emplastrum de galbano seu matricale habetur in dispensatorio Augustano, quod Zvvelfferus *in Animadvers.* correxit, & valdè prodest in passione hysterica & colica convulsiva, abdomini vel umbilico impositum.

Loco hujus emplastri in passione hysterica sufficere potest galbanum simpliciter liquefactum & depuratum, malaxatum cum oleo destillato succini *p. ij, l. iij.* & oleo spicæ *p. j.* quod super alutam inductum regioni umbilicali applicetur.

Aliud emplastrum seu cerotum matricale videbitis apud Zvvelfferum *in Pharm. Regia*, & plura de galbano, gummate Ammoniaco & similibus ferulaceis apud Freitagium *in Aur. Med. de Purgantibus.*

H.
HYPOCISTIS.

HYpocistis est succus, qui exprimitur & elicitur ex cisto, planta quadam exotica, & inspissatur in consistentiam crassam & viscidam, ferè similem succo glyzyrrhizæ; unde & tota planta cepit vocari Hypocistis. Modum præparandi describit Stœckerus *in Praxi pag.* 143.

Valdoperè adstringit: Ergò conveniet in quibuscunque fluxibus, tàm sanguinis, quàm aliorum excrementorum. Cæterum, quoniam partim apud nos quoque rarus est, partim adulteratus, substituitur optimè loco ejus succus seu rob acaciæ nostratis.

L.
L A C C A.

Laccæ imprimis synonyma sunt removenda. Datur primò Kugellack/globulata, seu rotulata lacca; quæ si est communis, paratur ex ligno Brasiliano in lixivio cocto, quo ipso creta imbuta in globulos subigitur; altera est Florentina, paratur ex Ra coccionilliæ & creta depurata, addito paucogummi Arabico.

Nunc ad resinam laccæ, de cujus natura & origine valdè disceptatur: Nonnulli opus formicarum esse putant; dissentiunt tamen in modo, dum alii dicunt; quod formicæ alatæ, dum fugunt & pungunt radices arboris, ex puncturis istis transsudet gummi. Alii volunt, quod gummi laccæ sit alimentum, quod formicæ alatæ arbori insidentes exsugant instar apum ex plantis & arboribus, & ita condensata instar mellis ab iis reddatur; unde & Amatus Lusitanus & Aldrovandus laccam vocant formicarum alatarum stercus; de quo videre potestis Bontium *in Medicina Indorum*, & quidem *in Animadvers. in Garziam ab Horto cap.* 8. & Wormium *in Musæo pag.* 226. Alii verò nihil aliud, quam succum gummosum ex arbore sui generis transsudantem, hinc successivè solis ardore inspissatum dicunt, quæ sententia verior est. In regno enim Pegu reperitur arbor, Jujuba Indica spinosa rotundifolia, ex cujus ramulis transsudat lacca: cum verò in eadem regione formicæ multæ alatæ reperiantur, quæ gummi hoc delectantur, iisque arboribus copiosè insident, unde & sæpè interdum sub indurationè unà invisceantur; hinc factum est, ut putarum

Digitized by Google

putatum fuerit illud à formicis elaborari; cui tamen aſſerto contradicentem videbitis Franciſci **im Oſt-Indian. Luſt-Garten** / *pag.* 279. & 821. Conf. Grevv. *Muſ. Soc. Reg. p.* 192. *Theſaur. Mexic. p.* 58. *Miſc. Nat. Curioſ. Ann. IX. pag.* 459.

Reſina hæc admodum rubra & perſpicua eſt, unde maſticatum ſalivam rubore & colore quaſi ſanguineo inficere ſolet, utut ſit omninò dura & exſiccata: quæ rubedo unde oriatur, vid. ap. Bartholin. *in Exercit. Miſcell. pag.* 66. Advehitur vel in granis, vel ramulis, vel etiam in maſſis; Optima autem eſt lacca in granis.

Quod attinet uſum Medicum, Veteres eo decocto pro expellendis variolis & morbilis uſi ſunt: Verum cautus ejus ſit uſus; quia eſt diureticum. Aliàs in affectibus ſplenis, aliisque morbis chronicis, hypochondriacis, cachecticis, ictero, &c. commendari ſolet, in quibus affectibus uſus ejus tutus eſt. Moderni tamen eâ rarò interne utuntur. Specificè autem, ſi quod aliud remedium, convenit in affectibus gingivarum, imprimis in ſcorbuto oris, eoque etiam deſperato, cruentatione, putredine & gangræna. Propterea Tinctura Laccæ Mynſichthii, quam deſcribit *in Armament. Chymiatr. Sect.* 2. *pagin.* 46. adeo incomparabilis eſt in cura gingipedii, & vacillationis dentium. Parat autem beneficio lapidis medicamentoſi Crollii, & pauco aluminis; quæ diſſolvit in aqua, & in hac laccam. Melior præparatio ejus eſt, quæ fit per phlegma vitrioli, cui addatur O uſtum; ſic brevi poſt tinctura rubicunda elicitur; beneficio cujus Doct. Michaëlis etiam deſperatos curavit, & quorum gingivas etiam gangræna invaſerat: in ſpecie nobili cuidam gangrænam oris ſcorbuticam, cujus putredine totum Muſéum infectum, curavit. Non inconſultum foret, ſi addatur myrrha; cum parili ratione ex ſola myrrha ſimilis & forſan utilior tinctura in affectibus oris & gingivarum parari poſſit, quæ per ſe, vel cum tinctura dicta laccæ poteſt miſceri.

Cæterum loco tincturæ laccæ Mynſ. cùm non ſemper proſtet in officinis, poteſt fieri decoctum ex lacca pro gingivis gangrænoſis non minoris efficaciæ, cujus deſcriptio videatur in Schenckio; vel

℞. *Lap. medicamentoſ. Croll.* ʒj.
▽ *ſedi minor. l. vermicular. cochlear.* ā q. ſ. pro ſolutione dicti lapidis.

Coquantur & colentur: Colaturæ infunde

G. lacca ʒjß.
alum. uſti ʒj.

flor. aquileg. p. iij.

ſtent in infuſo per 24. horas, poſteà filtretur,

D. S.

Zahn-Tinctur.

Tinctura hæc putredinem gangrænoſam & incipientem cancrum gingivarum ſcorbuticarum arcet, gingivas roborat, & flaccciditatem corrigit.

Pro incruſtandis more Chinenſium arculis, baculis, &c. ſubtiliſſimum ſolùm deſiderat lacca ſpiritum vini, videatur Ludovici *Pharm. pagin.* 224. A quibusdam lavari ſolet lacca, ſed meliores ejus partes eluuntur; videatur Zwelfferus *Animadverſ. in Pharm. Aug. pag.* 414.

Trochiſci de lacca ſunt uſitati in obſtructionibus viſcerum, lienis, aliisque morbis chronicis & hypochondriacis.

LADANUM.

Ladanum eſt ſuccus in pilulas ſeu maſſas parvas & friabiles collectus, medius inter reſinas & gummata. Hujus natura & origo non parum eſt controverſa: ſcilicet dicunt quidam, eſſe gummi arboreum; alii è barbis & pilis caprarum plantas depaſcentium deſumi: quod erroneum. Nihil aliud eſt, quam humiditas rorida glutinoſa ex arbore, quæ vocatur Ciſtus Ladon ſeu Ledon, in Cypro Inſula imprimis proveniens.

Modus colligendi eſt hic. Nimirum dum ros matutinus humectat folia illius arboris, unde provenire ſolet, humor viſcoſus in iis contentus, colore ſolis interdiu rarefactus & diſſipatus, jungit ſe cum rore, & noctu concreſcit in parvos globulos, & parvas pilulas, & poſtmodum ex foliis iſtis decutitur exſiccatur. Quod ſi verò fiat, ut ſequente die ante collectionem folia hæc, cum inhærentibus iſtis gummoſis granulis, devorentur à capris, facile pingui ſua viſcedine barbis pilisque illarum adhæreſcit; quod occaſionem dedit, ut quidam aſſerant; eſſe Ladanum humiditatem roridam viſcidam ex comeſtione Ciſti Ledon barbis earum adhærentem. Gummi reſinoſum eſt, & concretum prorſus ſingulare, quod neque in oleo, neque in aqua ſe ſolvi patitur. Spiritus autem vini integrum ladanum ſolvit.

Effectus & virtutes ejus quod attinet. Temperatum eſt, adeoque intrinſecus acrimoniam, præſertim lymphæ catarrhalis, mitigans; unde adhibetur, rarò tamen, contra affectus capitis catarrhales, uti habet Autor atque Hoffmannus *in Clave p.* 586. tuſſim nocturnam, & ad aurium dolores ſiſtendos, cum hydromelite aſſumptum.

Digitized by Google

Externè vim emplaſticam habet, unde contra affectus nervinos uſurpatur à quibusdam. Quin & anodynâ vi gaudere dicitur, hinc & ad catarrhos, & aurium dolores ſolvendos in forma ſuffitus ſæpè in uſum cedit. Peſſis uterinis junctum ſecundinas elicit, & vulvæ dolorem ſedat. Stomacho applicatum valdè convenit in ejus vitiis, unde in officinis proſtare ſolet emplaſtrum ſtomachale de ladano Cratonis.

Habentur pilulæ de Ladano catarrhales ſeu cephalicæ non inconcinnæ compoſitionis, quas Crato ante paſtum ſolet præſcribere pro confortando ſtomachi vigore.

LIQUIDAMBRA.

Liquidambra liquor eſt oleoſus, admodum odoratus, effluens ex arbore quadam Indiæ Occidentalis, nomine Ocacol ſeu Ocoſolt; videatur Autor.

Hæc eſt admodum pretioſa, uſusque rari interni; niſi quod ſaltem odoris gratiâ expetatur, & ſuffumigiis addatur, uti & emplaſtris contra tumores. Alias in uſu medico eſt rara.

LYCIUM.

Lycium equidem Veteribus fuit cognitum, modernis verò quid ſit, adhuc controverſum & ignotum eſt; cum nuſpiam inveniatur. Unde modernorum nonnulli in locum ejus ſubſtituunt ſuccum inſpiſſatum ex radice rhamni, periclimeni & cyclaminis, in ſpecie ſumach pro ſcopo adſtrictorio. Stœckerus *Prax. pagin.* 84. hoc deprædicat tanquam egregium ophthalmicum.

M.

MASTICHE.

MAſtix eſt lachryma ſeu gummi reſina ex omnibus ferè nobiliſſima, transſudat ex lentiſco arbore ſauciata eodem modo quo gummi ex noſtris prunis & ceraſis; apud nos eſt rara, viſitur frequenter in Italia, præcipuè in hortis Magnatum, & in hotto Patavino. Primatum obtinet ea, quæ in Inſula Chio reperitur, ubi tàm copiosè naſcitur, ut incolæ ex ea vectigal non leve quotannis habeant, unde & Maſtiche Chia dicitur, quæ optima; ſicut & Ballonius refert, primarias Inſularum opes & fortunas ibi in maſtichis collectione conſiſtere.

De electione & adulteratione videatur Autor.

Quod attinet virtutes maſtichis, ventriculo admodum commendatur; adſtringit enim, & ventriculi tonum optimè reſtituit atque conſervat; unde meritò maſtix omnibus purgantibus additur, ut vim eorum venenoſam nonnihil corrigat. Quin & in cerebri morbis, quæ per conſenſum ſtomachi oriuntur, egregia eſt. Hunc in finem coquitur in aqua, ut modum habet Autor; quod tamen melius fit, ſi aqua pluvialis recipiatur; quod decoctum in diarrhœa frequenter uſurpetur.

Habent aliàs & alium modum aquam maſtichinam reddendi ex ſolo ſuffitu ollâ vacuâ excepto, & hinc aquâ repletâ, qui hic eſt:

Maſtichem in prunas ardentes injiciunt, fumum ejus excipiunt vaſe quodam novo vitreo: quod ſi fumus probè receptus fuerit, ſubitò vel aquam communem, vel aliquam deſtillatam appropriatam, vel decoctum, ſecundùm intentionem medicam, affundunt, & optimè tegunt; ſic enim aqua ſapore & facultate maſtichis imprægnatur, quæ exinde potum dat ſtomachicum, & inteſtinorum fluxibus, in ſpecie quidem in dyſenteria, egregium. Vid. Hoffmannus *Clav. pag.* 588.

In ſubſtantia tamen uſurpari quoque poteſt, ſi ejus grana integra, ij. vij. vel x. jejuno ſtomacho deglutiantur aut maſticentur, appetitum mirè provocant, ſtomachum roborant; & poſt paſtum deglutita digeſtionem promovent, ſicque lienteriæ, & cœliaco fluxui ſuccurrunt. Denique maſtix in dyſuria, vitio veſicæ enata, eſt optima. Galenus tanti facit maſtichen, ut omnibus reſinis illam præferat: contrà Dioſcorides præſtantiſſimum omnium reliquarum reſinarum terebinthinam eſſe dicit; & certum eſt, in multis inter ſe convenire hæc duo; unde Glauberus loco maſtiches ſubſtituere ſolet grana ex terebinthina à formicis collecta.

Extrinſecus quoque magni uſus eſt maſtix in nervorum affectibus, & roborando ſtomacho, ſi inducatur ſuper alutam, & applicetur formâ emplaſtri ventriculo in nauſea & vomitu: diſcutit & reſolvit, & atoniam fibrarum roborat. Tandem etiam, & quidem ejus grana, inter primaria apophlegmatizantia referuntur, & ſola maſticata ſalivationem eleganter movet, & hâc mediante elicit lympham, quæ gravat caput.

Maſtiche de cætero deſtillata

1. Aciditatem ſubtilem & gratiſſimam prodit in phlegmate ſpirituoſo.
2. Oleum flavum & elegans, &
3. Obſcurum & rubicundum.

Spiritus rectificetur, & habetur liquor acidus volatilis, & pro ſtomacho roborando optima medicina.

Modum deſtillandi oleum habet Autor per retortam ex arena. Elegantior autem modus eſt per veſicam, ſtanno obductam

Digitized by Google

ctam, cum affuſione aquæ ſimplicis; ſic ſine ullo empyreumate prodit oleum elegans medicamentoſum, quod ad aliquot guttas aſſumptum ſtomachum roborat inſigniter, hinc in morbis ſtomachi & inteſtinorum egregium. Externè convenit in nervorum affectibus, diſcutit & reſolvit, & atoniam fibrarum roborat. In vomitu, nauſea & diarrhœis optima medicina eſt; ſicut & in faſtidio gravidarum ceratum de tacamahaca cum oleo maſtichis malaxatur & ſtomacho applicatur.

Rubicundum oleum eſt nobile vulnerarium, aliis balſamis, linimentis, & emplaſtris, vulnerariis additum. Et quanta vis vulneraria horum ſit, oſtendit experientia in Cultrivoro Pruſſiaco: de quo videatur Beckerus *Tract. de Cultrivoro.*

Oleum per coctionem paratum magni uſus eſt in roborando ſtomacho, ſi inungatur eidem in vomitu & nauſea. In ani procidentia ab hæmorrhoidibus inducta nil melius eſt, quàm oleum maſtichinum, in quo ebullierunt ſcarabæi pilulares.

Poſt ſpiritum acidulum & oleum ſequitur ſpiritus vini maſtichatus, qualem in doloribus ſtomachi habet Paracelſus *Tract. de Præparat. pag.* 132. & ita paratur:

℞. *Maſtich.* ℥iij.
Galang. ℥j.
ſpir. vin. rectif. ℔ß.

Miſta deſtillentur per alembicum.

Remanentiæ addi poſſunt ſilices calcinati pulveriſati, ſic oleum ſubtile aſſequimur.

Aqua ſtomachalis maſtichina optimè fit ſequenti modo:

℞. *Maſtich. el.* ℥iij.
Galang.
caryophyll. ā ℥j.
zingib.
macis ā ℥ß.
rad. acori vulg. ℥iij.

Affundatur vinum Malvaticum, & digerantur probè in loco calido; hinc deſtillentur in Mariæ balneo.

Doſis eſt cochl. j. vel alterum per horā unam ante paſtum, poteſt etiam linteum duplicatum huic aquæ immergi, & ſimul applicari.

Item:

℞. *Maſtichis* ℥jv.
galangæ
macis ā ℥j.
cinnamom.
zedoar.
Ladani ā ℥ß.
Spir. vin. rectif. ℔ij.

Deſtillentur in MB. ~ progrediens cum elæoſaccharo citri edulcoretur, & in atonia ventriculi dicto modo uſurpetur.

Pertinet huc etiam ſyrupus maſtichinus, quem deſcribit Timæus à **Güldenklee** / *in Epiſt. pag.* 456.

Pilulæ maſtichinæ valdoperè uſurpantur in ſtomachi & mulierum affectibus; imprimis quidem in cephalalgia mulierum ex conſenſu uteri.

MYRRHA.

Myrrha gummi reſinoſum eſt, mixtum ex oleo & mucilagine, ex arbore exſtillans exotica, bola dicta, ſauciata. Affertur ex Syria, & regionibus Africæ, & eſt balſamum revera quoddam naturale, quod effectus ejus teſtatur in corporibus quibuscunque, tam vivis quàm mortuis à putredine conſervandis, quæ in ſpiritu vini myrrhato citra ullam corruptionem diutiſſimè aſſervari poſſunt; præprimis ſi ſpiritus vini benè rectificatus, aliquantiſper cum ſpiritu ſalis acidulatus ſit.

Delectum, & quænam ſit præferenda alteri, Autor clarè ſatis explicat.

Saporis eſt amariſſimi propter copioſum ſal volatile oleoſum admodum acre; unde ſingularem vim habet acuendi bilem in corpore noſtro, & multum commendatur ab Helmontio *pagin. mihi* 626. uti etiam ab Horſtio *in Judic. ſuper Chirurg. Infuſoriam pagin.* 88. Dum autem balſamum eſt myrrha, in ulceribus & corruptionibus partium internarum eſt magni uſus, in phthiſi nempe pulmonum, empyemate, ulceribus renum, & ſimilibus malis nimis frequentibus, corruptionem & putredinem ulcerоſam cujuscunque corporis corrigendo, & fermentum acidum corruptivum ulcerum enecando ac tollendo. Plura de myrrhæ viribus, pro præſervandis à putredine corporibus, videantur ap. Mindererum *Aloëdar. cap.* 6. uti præter alia modum & remedium ex myrrha, auro & thure pro ſenibus ad vitam longam parandi præſcribit, quod à multis magni fit; & dicunt: huc reſpexiſſe Magos, qui Salvatori hæc dono dederunt. Unde etiam primarium ingrediens eſt elixyr proprietatis. Porrò aciditatem ventriculi, ejusque cruditatem optimè corrigit, convenitque egregiè in ſcorbuto aliisque morbis chronicis curandis, iis in ſpecie, qui ex vitio menſium, proveniunt; unde in pellendis lochiis & fœtu, tàm vivo quàm mortuo, primarium eſt ſimplex vegetabile. In ſecundina retenta & putreſcente myrrha eſt egregium remedium. In febribus non minus egregia eſt, tertiana & quartana ante paroxyſmum, mirificè dyſcraſiam ſanguinis corrigit, & blandâ diaphoreticâ vi heterogeneitates ejus ad peripheriam corporis expellit; hinc imprimis in febribus malignis cum excretione

Digitized by Google

cutanea conjunctis : videatur Hoffmanni *Clav.* & in variolis & morbillis præservativè & curativè mirabiliter confert ; non secus ac puerperarum purgamenta mirabiliter promovet ; speciatim præcordiorum anxietates in hisce morbis mirè elevat.

Quin & in peste præservationis causâ adhibetur, uti Paracelsus jam olim ad Sterzingenses scripsit ; unde pestis & morborum contagiorum tempore nunquam ægros visitent Medici, nisi mastichis & myrrhæ masticatione prius se muniverint. Myrrha non solum menses pellit, sed etiam quascunque quocunque in loco eruptiones sanguinis excitat, & auget ; v.g. in sputo cruento obnoxiis observavi usum elixyris proprietatis revocasse malum sopitum. Tandem myrrha ad magnitudinem pisorum aliquot assumpta, in catarrhis & morbis catarrhalibus, ex lympha acida oriundis, v. g. tussi sicca, raucedine ex vitio ♎is, febribus catarrhalibus epidemicis, digestione læsa, &c. egregia est, & multum commendatur. Lumbricorum hostis est myrrha internè æquè ac externè. Egregium denique est anodynum & traumaticum ; videatur Ammannus *Mater. Medic, pagin.* 137. unde in vulneribus inveteratis, quæ jam degenerant in ulcera, præservat à putredine verminosa, & simul illa mundificat ; sicut etiam externè convenientissima est medicina in corruptione ac putredine vulnerum, quæ ex defectu spiritus partis læsæ insiti supervenit in ulceribus malignis & cacoëtheis mundificandis atque fermentis eorum destruendis, sivę misceatur cum decoctis pro abluitione, sive cum unguentis aut emplastris, quæ imponuntur, ulceribus talibus ; imprimis ulcera putrida verminosa & maligna gangrænam minantia curat, sicut & ipsi gangrænæ æque ac mortificationi partium opitulatur & hinc consolidatio facilis promovetur ; unde Kulandus eam in emplastris sæpe exhibet ; sicut etiam ad Balsamum Vulnerarium Rulandi non ineptè copiosa myrrha recipitur. In scorbuto oris & gingivarum putredine egregiè convenit cum lacca, vel sola masticata.

De modo præparationis medicamentorum ex myrrha adhuc notandum, quod ea, quando cum aliis sociata cum liquore aqueo coquenda, in fine coctionis addenda sit ; quia coctionem non sustinet, & sub coctura maxima ejus vis exhalat & perditur.

Cæterum ex myrrha aliàs fit fucus muliebris contra rugas faciei valdè expertus hoc modo :

℞. *Patella ferrea nova,*

Candefiat nonnihil prope ignem : Huic mulier, quæ habet faciem rugis obsitam, ex ore vinum album uno impetu adspergat, & patellam ipsam restinguat, atque mox, capite linteo amplo contecto, vaporem inde surgentem facie excipiat : subinde postmodum in eandem patellam rursus igne candentem myrrham pulverisatam projiciat, eodemque linteolo contecta, fumum myrrhæ exhalantem facie similiter excipiat ; denuo ipso linteolo faciem contegat, & cubitum se conferat. Fucus hic singulis octo diebus paratus vetulas rejuvenescere facit ; rugæ enim seniles ita prorsus evanescunt, ut sic perpetuò erugatæ juventutem etiam in senio mentiri queant.

Quoad præparata, sunt, qui commendant valdè extractum myrrhæ in febribus intermittentibus. Cæterum modus parandi hoc extractum est arcanus : nam myrrha concretum est anomalon, quod neque purè oleosis, neque purè aqueis solvitur, nec spiritus vini, nisi rectificatissimus, aliquid de myrrha, & quidem ejusdem tantum resinam, extrahit : quæ in specie convenit, quando vermes in ulceribus generari incipiunt, unguentis & lotionibus permixta. Quod si tamen cùm salibus alcalinis, vel acidis, v. gr. spiritu salis, misceatur spiritus vini benè rectificatus, optimè subigi potest ; nam spiritus salis radicaliter solvit myrrham, & per aliquot dierum digestionem essentiam extrahit ; deinde spiritu salis ad debitam consistentiam abstracto ; commodè cum spiritu vini potest extrahi ; scilicet modus hic obtinetur in communi elix. proprietatis præparatione. Sed commodissima est præparatio, imprimis pro mulieribus, si extrahatur myrrha vel cum alcali fixo, aut volatili ; sic v. g. fit optima essentia myrrhæ, si myrrhæ & alcali tartari ana digerantur cum leni aquæ humectatione ; hinc cum spiritu vini rectificato extrahuntur, sicut Wedelius *in Pharm. pag.* 85. cum spiritu tartari & spiritu vini facit essentiam myrrhæ balsamicam. Spiritus vini quoque tartarisatus, & tinctura tartari benè acris, convenientissimum est menstruum pro extrahenda myrrha : & hæc est *Essentia salutis* Doct. Langii, cum quovis liquido miscibilis, remedium polychreston usitatissimum in variolis, mensium pathematis, hysterica passione, &c. Imò sola aqua, cum sale tartari acuata, solvit myrrham in tincturam rubicundam : Conferatur Clauderus *de Balsam. Corpor.* quod & spiritus salis Ammoniaci cum spiritu vini paratus facit. Quamcunque putredinem corporis internam & externam potenter arcet, & potenter præcavet, fœtum mortuum potentissimè pellit.

Spiri-

Digitized by Google

Spiritus vini myrrhatus, ſeu, qui ad tempus ſuper myrrham in infuſione ſteterit, optimè conſervat corpora à putredine.

Quoniam myrrha in ſpiritu vini Ammoniacali ſolubilis eſt, tentandum; qualis acciperetur ſpiritus, ſi cum ſale Ammoniaco, & cineribus clavellatis miſceatur myrrha, & hinc affuſo ſpiritu vini deſtilletur; cum ſuccino enim res egregiè procedit: nam quacunque ratione alias deſtillata myrrha parum dat olei empyrevmatici, ſed ſpiritum acrem reverà ſudoriferum.

Oleum myrrhæ per ſe haberi nequit: deſtillata enim per retortam ex arena tranſit paucum oleum, ſed potiùs phlegma puniceum acidum, quod arcanum habetur ad venena putrefactiva & corruptiva, quæ per ſudorem expellat, utut ſit ingratum.

Ut copioſiùs acquiratur oleum, miſcent cum ferratura abietina, uti habet Autor, ſed eſt impoſtura. Contenti ergò ſimus cum eſſentia. De liquore verò ſeu oleo myrrhæ per deliquium videatur Autor, qui præparationem habet, includendo myrrham albumini ovi indurato ac reponendo in locum frigidum, quod egregium eſt coſmeticum contra lentigines, rugas faciei & cicatrices deformes vulnerum delendas, ſi ſæpiùs illinatur; deſtruit enim acidum intercutaneum.

Trochiſci de myrrha, quos veteres in uſu habuerunt, à ʒß. ad ʒj. multum proſunt in muliebribus affectibus, præſertim ad ciendos menſes ac promovendum partum difficilem, etiam fœtum mortuum.

O.

OMPHACIUM.

OMphacium alio nomine imprimis appellatur agreſta, eſtque nihil aliud, quàm ſuccus ex uvis immaturis expreſſus. Obſervetur tamen, ne fiat confuſio hujus cum oleo omphacino, quod fit ex olivis immaturis, de quo ſuperiùs: Unde agreſta, dum eodem modo ex uvis immaturis, ac oleum omphacinum ex olivis immaturis exprimitur, omphacium dicitur.

Uſurpatur internè propter vim adſtrictivam, egregiè enim adſtringit, & propter aciditatem moderatam efferveſcentias maſſæ ſanguineæ compeſcit & corrigit. Sed apud nos rari uſus eſt. A Gallis verò contra æſtum & ſitim febrilem, & alia pathemata febrium ardentium uſurpatur. In phlogoſi hypochondriorum laudatur alias; unde ſyrupus de agreſta interdum in tali caſu præſcribi ſolet, qui tamen ob copioſum ſaccharum non æque convenit.

OPIUM.

De opio notandum hoc, quod ſint duo diſtincti liquores, opium nempe, & meconium; utrumque ex papavere ſativo oriundum. Opium eſt ſuccus gummeo-reſinoſus inſpiſſatus, qui ex capitibus papaveris albi ferè maturis inciſis & vulneratis tranſudat, & exſtillat, adeoque in ſe continet nucleum reſinoſum. Tres autem ſunt ejus differentiæ; datur enim opium album, nigrum, & flaveſcens; quæ utut promiſcuè poſſint uſurpari, nihilominùs opium nigrum magis eſt uſitatum. Meconium verò eſt ſimilis ſuccus lacteo-herbaceus, ex integra papaveris planta inciſa & contuſa expreſſus, filtratus & inſpiſſatus.

Elegans ſanè & neceſſarium ſimplex vegetabile in Medicina eſt opium, videatur in ſpecie Winclerus, Freitagius, Hartmannus, Doringius, Sala *in Ternar. Bezoardicorum*, Deodatus *in Panth. Hygiaſt.* Schillingius, Baco de Verulamio *in Tract. de Hiſt. vitæ & mortis, pag. 96. & ſeqq.* Tillingius & Wedelius *in Opiologia.*

Modum colligendi opium verum habet Autor, qui rectè dicit; quod nos ſolum habeamus meconium, idque adulteratum; & multis quisquiliis permiſtum. Propterea loco hujus meconii ſuaderem, parandum noſtrâs ad imitationem Quercetani, cujus modum habet Autor, ubi de papavere, ut meliùs conſulatur ægris adhibendo noſtrâs meconium.

De opii uſu & ejus operandi ratione admodum variant ſententiæ; dum opium laudatur ab hoc, culpatur ab illo: quod tàm veteres, quàm moderni præprimis, faciunt. Veterum tamen maxima pars, & quidem ſuperioris ſeculi, illud virulentiæ & narcoſeos accuſantes culparunt & rejecerunt, & adhuc nonnulli tremunt in ejus uſu, quorum ſententias de uſu opii ejusque malignitate collectas videbitis in Zvvelfferi *Pharm. Reg. Edit. ult. pag.* 153. & ſeqq. Veteres Græci, & cum Galeno Arabes, multum eidem tribuunt; unde compoſitionibus ſuis magnis, Mithridatio, theriacæ, &c. pro baſi inſeruerunt. Zacutus *Libr.* 1. *Med. Princip. Hiſt.* 61. fuſius eſt in explanandis noxis ex opio inconvenienter adhibito oriundis: & proſtant exempla, etiam poſt externum opii uſum inſecuram fuiſſe mortem: vid. Foreſtus *lib.* 9. *Obſerv.* 14. *Schol.* uti etiam in Zacuto *citato loco*, & *in libr.* 1. *Prax. Obſervat.* 61. Plurimi modernorum poſt Praterum, qui primus ſub ſcamno rejectum protraxit opium, magni faciunt, adeò ut dixerit Praterus, ſemi-mortuum etiam opii uſu ſe reſtituere velle. Hujus imitatorem ſe ſiſtit Sylvius, qui dixit: ſe nolle praxin exercere, ſi careret opio; unde & opiator dictus eſt.

Interim diverſitatis ratio ex hoc ſequitur; quod iſti opium rejecerunt, in præparatione debita & uſu ejusdem delinquentes. Veteres autem fermentationem inſtituerunt, & ſic correctum, & ſatis tutum habuerunt; quod moderni pariter debitè corrigere conati ſunt, ac remedium ſalubre inde experiuntur. Legitimè ergò præparatum, & legitimè uſurpatum, optima & elegantiſſima eſt medicina.

Decantatum autem eſt vi anodynâ & narcoticâ. Utraque materialiter fundata eſt in oleo ſeu ſulphure amaro ſomnifero, ut loquitur Helmontius *Tractat. duumvirat.* §. 8. *pag.* 346. adeoque in ſale volatili ſatis acri, per quàm oleoſo, ſed ſpecialis texturæ ex ſemine primitus natæ, hinc opii ſapor acerrimus; unde rectè inter calefacientia numeratur. Quæ aliàs elementa per ignem Chymicum ex opio elici poſſunt, eadem reſpondent ferè ſimilibus aliis concretis gummeo reſinoſis, vid. Wedelii *Opiol. pag.* 33. Inter veteres enim anilis fuit controverſia: an ſit frigidum opium? an calidum? Et quidem veteres inſiſtentes ſuis hypotheſibus, quod vis narcotica & ſoporifera conſiſtat in frigiditate, dixerunt, quod ſit frigidum in quarto gradu. Moderni, qui objiciunt amaritiem, inflammabilitatem & odorem ſulphureum, & qui invenerunt, quod in opio ſit copioſum ſal volatile acre oleoſum, ſtatuunt, quod ſit valdè calidum. Hoc confirmat, quod omnia hæc narcotica ſimplicia odorem fœtidum referant, oriundum à ſulphure crudiore indigeſto. In principio ſulphureo vim hanc narcoticam latitare, ſpiritus vini confirmat, qui nimium aſſumptus narcoticus eſt. Sopor hic morboſus iis ſimilis eſt, qui à gas carbonum incenſorum Carotici redduntur; qualis ſopor dependet à ſulphure per incenſionem minùs fixo & maligno: Fumus narcoticus metallorum etiam in ſulphure tali immaturo conſiſtit. Gas, quod ex liquoribus fermenteſcentibus exhalat, ad ſomnos profundos mirè cogit; nam effluvia hæc etiam de natura ſulphurea volatili ſunt. Ea propter opium non ſecus ac vinum aliique liquores inebriat: de quibus vid. Meibomius *Tractat. de Cereviſ. aliisque inebriaminibus.* Cum igitur vis narcotica non à frigore, ſed ſpeciali ſulphuris opii textura dependeat, hæc controverſia de opii frigiditate & caliditate eſt inutilis, tàm in theoria, quàm in praxi. Formaliter ergò vis opii medicamentoſa, omnium dolorum ſedativa ſeu anodyna, & hinc narcotica, in ſubſtantia ejusdem oleoſa concentrata, ſed facili reſolubili, & in odorem penetrantiſſimum diffuſibili, reſidere videtur; quatenus ſpiritus influentes immediatè afficit, eosdemque ſapore ſuo quaſi condenſat, & hinc quoscunque ſpirituum impetus, & inordinatos motus, tàm locales quàm inteſtinos plus minùs ſiſtit & coërcet, ſicque plus minùs eorum volatilitatem & ſubtilitatem, indeque expanſionem facillimam & mobilitatem figit quaſi aut condenſat, eosque torpidos reddit; unde conſequenter quascunque ſanguinis & reliquorum humorum agitationes compeſcit. Hæc eſt vis generalis, à qua omnes reliqui effectus derivari poſſunt.

Ut taceamus vim ejus ſomniferam & deliria ſiſtentem. Eo ipſo, quo motus ſpirituum ſiſtit, convenit tàm in præcavendis quàm ſiſtendis paroxyſmis epilepticis, cum cinnabari antimonii propinatum: commodè etiam miſcetur cum camphora & ſalibus volatilibus. Optima hinc quoque medicina eſt in doloribus abdominis convulſivis, paroxyſmis hypochondriacis & hyſtericis, & ſimilibus, ad quos in ſpecie laudanum hyſtericum paratur. Porrò, quatenus ſpirituum impetum compeſcendo, & ita ſenſibilitatem partium nonnihil obtundendo, dolores compeſcit, etiam in doloribus colicis, nephriticis, podagricis, iſchiaticis, odontalgicis, cephalalgiis & ſimilibus convenit.

Sic cùm omnes humorum motus in corpore humano obortos plus minùs ſiſtat, ratione hujus virtutis generale & catholicum eſt febrifugum. Febres intermittentes ſedat ſpecificis ſociatum, & ante paroxyſmum, præmiſſis præmittendis, adhibitum. Quoad febres continuas & ardentes in incremento conſtitutas has optimè ſiſtit; teſtis eſt Brendelius *Conſ.* 104. ſicut & Bartholinus *Hiſtor. Anat.* 48. *C.* 1. In febribus malignis, quando agrypnia & alia ſymptomata urgent, utramque pariter paginam abſolvere dicit Horſtius *in Chirurg. Infuſor. pag.* 88. imprimis ſi adſint anxietates præcordiorum; ubi cum alexipharmacis & ſudoriferis propipatur. Habet enim virtutem ſudoriferam & Walæus *Meth. med. pag.* 65. aſſerit, quod opium ſit baſis theriacæ, & quod theriaca hanc vim ſudoriferam obtineat à ſolo opio: de qua virtute opii ſudorifera vid. Primeroſius *lib.* 4. *de Febribus cap.* 10. uti & Hartmannus *de Opio, Theorem.* 5. *pag.* 50.

Patet ex dictis, an opium ſit venenum, an medicamentum? Perverſo uſu omninò veneni vices ſubire poteſt, quod legitimè uſurpatum divinum eſt remedium. Nam dum ſpiritus, in quibus radix vitæ conſiſtit, immediatè afficit, eorundem impetum motivum cohibendo, ſanè veneni inſtar vitæ inſidias ſtruere videtur. Obſervatum tamen fuit, opium ſucceſſivè in magna doſi aſſumptum continuato uſu non eſſe nocivum; quin ſicuti Turcæ drachmæ pondere illud aſſumere valent, conſuetudinis vi ita alterati; ita cuidam phthiſico per plures

ſepti-

Digitized by Google

ſeptimanas quotidie duo ferè grana in forma electuarii cum aliis ordinavi, ſine ullo vel minimo ſymptomate: confer. M. A. N. C. *Ann.* 4. *pag.* 290. *Acta Societat. Reg. Ann.* 1. *pag.* 597. Journal des Sçavans *Ann.* 68. *pag.* 282. utut etiam cauti nec adeò temerarii eſſe debeamus in doſi.

Cum ergò adeò egregium ſit opium in uſu medico, non mirum eſt, ſi communiter aliis medicamentis compoſitis permiſceatur: Sic D. Michaëlis habuit eſſentiam theriacalem anodynam, uterinam anodynam, urinariam anodynam, quæ eſſentiæ compoſitæ quàm plurimæ poſſunt præparari ab eo, qui novit facultates ſimplicium, permiſcendo ſpecifica cum opio.

Cæterum utut polychreſtum remedium ſit opium, niſi tamen legitimè ſive præparetur, ſive uſurpetur, morbos potiùs prolongare, quàm curare ſolet; neque enim radicem morborum attingit, ſed impediendo humorum motum, morbos diuturnos & contumaces reddere ſolet: imò perverſo abuſu ſiſtendo & quaſi figendo materiam peccantem, ſeu cauſam occaſionalem, ſymptomata gravia & atrocia reddit: ut in podagra.

Imprimis igitur ratio legitimè illud uſurpandi attendenda, quæ in tribus cautelis conſiſtit.

1. Ut legitimo tempore detur.
2. Legitimo modo; &
3. Legitima præparatione.

Tempus quod attinet, in morbis acutis in principio & incremento morbi, conſtantibus adhuc omnibus viribus, detur; non verò in ſtatu & imminente criſi, aut circa ſtatum, ubi eorum uſus periculoſus, & cum interitu ægri eſt conjunctus. In chronicis verò morbis ſaltem uſurpentur ad præcavendos paroxyſmos graviores, ſed ante paroxyſmum: extra paroxyſmum eorum uſus fruſtraneus eſt, & morbus tunc diuturnior redderetur: in pthiſicis ex ſpirituum textura debili magis conſtante vires magis roborari ſolent: aliàs non, niſi cautè, nec niſi omnia jam deſperata ſunt.

Modus adhibendi Ingitimus conſiſtit in eo.

Ut nunquam ſolum, ſed ſemper cum ſpecificis morbo appropriatis, propinentur, quia hæc tunc jucundius, & felicius operantur.

Imo non una, ſed partitis vicibus detur, & quam primum ſomnus ſentitur, abſtineamus.

Præparatio tandem opii eo reſpiciat, ut ſulphur ejus volatile minùs maturum narcoticum, ſeu textura ejus alcalina oleoſa acris perquam tenax & viſcida corrigatur, & quaſi maturetur ſimul, retentâ ſaltim virtute ſpecificâ anodynâ, vel etiam cum aliis appropriatis compoſitione ulteriori jungatur. Præparandi modi ſunt varii:

1. Sunt, qui admiſcent hyoſcyamum, ſed peſſimo conſilio: nam hyoſcyamus potiùs intendit ejus vim narcoticam, quàm quod imminuat.
2. Alii ſolvunt opium in aqua deſtillata vel rore majali, filtrant, & denique coagulant. Sed hæc eſt ſuperficialis ſaltem depuratio, & fæculentiarum foliorumque, quæ ſucco huic ſubindè ſunt commiſta, ſeparatio, nullô modô legitima correctio.
3. Alii opium ſolvunt in ſpiritu vini, digerunt, filtrant, & incraſſant ſibi coagulant. Sed notum eſt, quod ipſe ſpiritus vini per ſe ſit narcoticus, ſtupefactivus & inebriativus: potiùs ergò ſpiritus vini exaltabit virtutem opii narcoticam, quam corriget.
4. Alii præparant opium ſuper prunas ſeu carbones, torrendo & exhalando ſenſim ſenſimque; ſic enim dicunt, quod ſulphur narcoticum fœtens exhalet, & virulenta pars ſecedat; quæ tamen toſtio inanis eſt, bona & mala exhalant & opii vires caſtrantur, cum, ſi quid noxii gas inſit opio, hoc ſub extractione & digeſtione vel ſpontè exhalat.
5. Par ratio eſt, dum alii ſub toſtione ſimul excitant fumum ex ſulphure carbonibus injecto, ad modum ſcammonii ſulphurati; ſic enim fit, ut exhalet partim virtus narcotica, partim ſe inſinuent in opium partes acidæ ſulphuris, reliqua nimis caſtrantur, non cicurantur. Idem dictum ſit, dum
6. loco torrefactionis opii ejus quidam cum ſpiritu vini deflagrationem inſtituunt: Nam & ſic de nobiliori ſulphure opii non parum ſubtrahitur.

Hæ ſunt vulgares & uſitatæ apud Autores correctiones, ad quas plurimas alias poteſtis examinare.

Ut autem açquiratur vis anodyna, & auferatur narcoſis, triplex ſe offert extrahendi modus; vel per acida; vel per alcalia; vel per fermentationem; qui duo poſteriores ſunt optimi.

Quod præparationem per acida concernit, minùs concinnam cæteris arbitror, ex eô, quia acida, præſertim graduata ſeu mineralia, nonnihil caſtrant opium; nimis enim concentrant reſinam, invertunt texturam ejus, & novum quaſi concretum efficiunt, agunt immediatè in ejus ſal volatile acre oleoſum, ejusque ſaporem immutant, hinc junctum oleum ſeu ſulphur hoc ipſo ſimul aggrediuntur, illudque figunt, & ſic non ſolùm vis narcotica, ſed

Digitized by Google

ſed etiam anodyna, aufertur ab acidis; unde in lethargo, ab opii abuſu inducto, aliquot tamen cochlearia aceti aſſumpta mox ſedant ſomnum: id quod etiam fit, ſi acetum cum ſpongia applicetur naribus. Interim opii præparatio per acida ritè inſtituta optimè convenit in morbis acutis & certis affectibus; ita enim opium extractum citra vim ſtupefactivam ægros reddit admodum quietos & placabiles, quos è contrà ſi cum ſpiritu vini extractum fuerit præter vim ſtupefactivam deliros & turbidos facit. De diverſitate autem extractionis cum aceto deſtillato & ſpiritu vini notabilem locum videbitis in actis Anglicanis. Hunc in finem igitur adhibentur acetum deſtillatum, ſuccus citri, cydoniorum, phlegma vitrioli ſpiritu proprio acidulatum, ſpiritus ſalis, aut ſpiritus vini cum ſpiritu ſulphuris acutus, quæ elegantem tincturam extrahunt: e. gr. opium in aceto deſtillato ſolvitur; hinc poſt menſtrui abſtractionem cum ſpiritu vini extrahitur, & in conſiſtentiam debitam redigitur: Alii

℞. *Opii*, v. gr. ʒj.
Cui affundunt
Spiritum vini,

Pro ſingulis opii unciis ſpiritus vitrioli, vel ſpiritus ſalis, vel ſpiritus vitrioli Philoſophici ʒj. addunt, & ita breviter mediante digeſtione ſolutionem, extractionem, & poſt filtraturam ad conſiſtentiam debitam redigunt. Aliam per acida opii præparationem & correctionem videbitis in Digby Recepts, *Vol. 2. pag.* 394.

Secunda, quæ per alcalia, tàm fixa quàm volatilia, fit correctio, in morbis chronicis, in ſpecie in febribus, & ſiſtendis doloribus, convenit. Hæc inter primatum obtinet ſal tartari, vel oleum ejusdem per deliquium, quod ſolvit & penetrat texturam opii, diſſolvit reſinam ejus, & particulas ſulphureas digeſtione blandâ avolare facit. (Optimus modus eſt, ſi opii & ſalis tartari ana recipiantur, probè invicem terantur, & imprægnentur cum aqua communi ad conſiſtentiam pultis fluidioris, ponantur ſimul propè fornacem, ut blandâ digeſtione ſucceſſivè areſcant & exſiccentur: Hinc affundatur ſpiritus vini rectificatiſſimus, vel tartariſatus, qui in momento elicit eſſentiam opii elegantiſſimam; ſal tartari autem non attingit: ponantur in digeſtionem repetita ſpiritus vini affuſione tamdiu, donec non ampliùs tingatur. Extractiones hæ ad conſiſtentiam redigantur, ut habeatur eſſentia liquida, doſi gut. x. vel xv, vel menſtrui abſtractione fiat extractum ſpiſſum, ut habeatur laudanum opiatum, vel in forma pilulari, vel cum aliis in pulvere propinandum, aut in quovis liquido facillimè diſſolubile. Vel

℞. *Lixiv. Sal. Tart.*, ſolvatur in eodem opium; vel etiam modo communi cum ſale tartari teratur, ſolutio filtretur & inſpiſſetur per exhalationem: magmati reſiduo ſolubili affundatur ſpiritus vini probè rectificatus, vel tartariſatus, qui eſſentiam elicit, & remanet ſal tartari cum ſcoriis opii. Alcali agit in concretum opii reſinoſum, diſſolvit ejusdem texturam viſcoſam ab ejus oleo dependentem, reſolvit oleum, illudque nonnihil figit, & ita egregiè correctum reddit opium perfectè anodynum, ſine ulla narcoſi, & magnarum virium & poteſtatum; imprimis ſi addatur ſpiritus terebinthinæ.

Pertinet huc præparatio eſſentiæ opii non inelegans Zvvelfferi, quem videbitis in *Pharmac. Reg. pag.* 83, dum ſcilicet extrahit vel ſolvit opium cum aqua cinnamomi, & ſolutionem hanc præcipitat cum ſale tartari.

Egregiè valdè & elegans præparatio in Anglia mihi fuit communicata, quæ ſic fit: Scilicet opium permiſcetur cum ſale tartari, & affunditur ſpiritus terebinthinæ, ponitur in legitima digeſtione, donec correctum ſit opium, tandemque denuò in formam pilularum redigitur. Hac ratione elegans ſanè & ſecretum habetur correctivum omnium vegetabilium venenoſorum, tàm catharcticorum quàm narcoticorum: vid. Starck. *p.* 11. & *Medulla* Chymiſcher Artzneyen/ *Part.* 2. *pag.* 395. Quô correctô, & hujus medio paratæ pilulæ, multùm in receſſu habent, & remedium polychreſtum conſtituunt; quod ipſum non ſecus ac ipſam correctionem ceu pluribus in caſibus proficuam ſingulariter vobis commendo. Opii cum ſpiritu vini & ſale tartari varias præparationes videbitis in Digby *Medic. Experim. Part.* 1. *pag.* 5. item Willisio *Pharmac. Ration. Vol.* 1. *pag.* 321.

Nec incongrua eſt, quæ fit per alcali & acidum ſimul, opii præparatio, ad modum nempe, quô fit ſal eſſentiale tartari, v. g.

℞. *Opii conciſ. vel. pulveriſati*
Sal tartari, ana ʒj.

Humectata nonnihil, & aliquandiu digeſta, ſuperfundatur paulatim acetum, quamdiu effervescentia obſervabitur, ſic optimè recluditur opium; continuatâ ad punctum ſaturationis blanda effervescentiâ, denuò digerantur per 14. dies leni igne, & fœtorem ſulphureum exhalare ſenties, quo facto filtra ſolutionem, & ad mellaginem abſtrahe, & habebitur elegans laudanum opiatum ſimplex. Vel mellago dicta extrahatur cum ſpiritu vini, vel ſpiritu quodam abſtracto; unde denuò vel eſſentia liquida vel extra-

Digitized by Google

extractum ſpiſſum obtineri poteſt; quod aliis præparationibus meritò præfero; tutiſſimum enim eſt, etiam in doſi paulo majori. Loco aceti ſunt etiam, qui vinum adhibent, tantum ſcilicet hujus, quantum ſufficit ad ſalis tartari per acidum vini ſaturationem. Confer. du Hamel. *de Affect. Corpor. pagin.* 448.

Tertio fermentatio cum ſuccis vegetabilium, v. gr. pomorum Borsdorffianorum, vel cydoniorum, vel alio quodam ſtomachicô appropriato inſtituitur, qua omninò invertitur opium, adeò ut ſulphur narcoticum crudum miteſcat. Correctionem hanc per fermentationem debemus Helmontio, qui primus id ſucco cydoniorum depurare & fermentare eſt aggreſſus: Confer. Wedelius *in Opiolog. pag.* 58. vel M. A. N. C. *Ann.* 6. *Append. pagin.* 34. & Williſius *Pharm. Rat. Volum.* 1. *pag.* 321. unde ſunt, qui pro illo Helmontii habent laudano opiato, de quo *Tract. Jus Duumvirat.* §. 64. dicit: *Felix æger, cujus auxiliator Medicus novit lethalia à papavere ſeparare, retento auxilio excitatore poteſtatis in Duumviratu*; Sicut & præparatio hæc per fermentationem mihi in Anglia à filio Helmontii communicata fuit. Convenienter additur ſal tartari pro correctione, quod quidem fermentationem opii impedit: interim ſi ſaccharum addatur, hæc reſtaurari poteſt. Videatur Langelott. *in Epiſt. ad N. C. pag.* 14. & *in Epiſt. ad Bartholinum C.* 3. *Epiſt.* 45. *pagin.* 188. 190. & 201. ubi præparationem hanc magis perficere aggreſſus eſt, & ulteriùs declaravit: nempe diſſolvitur fermentationis medio concretum viſcoſum opii, extrahitur ejusdem ſubſtantia ſalina, quæ magis temperat ſubſtantiam oleoſam, volatiliori nocivo ſulphure avolante; Utut fermentatio hæc, prout Langelott nobis communicavit, non ſemper ſuccedat, nec opium à virulentia narcotica tantoperè ſeparatum & correctum ſit, adeoque videtur, Langelottum encheiriſes quasdam ſubticuiſſe, vel remedium non adeò nobile acquiſiviſſe, ac ipſe prædicat. Hoc modo etiam poteſt præparari Laudanum opiatum cum ſucco aurantiorum ad imitationem Beckeri *in Medico Microcoſmico pag.* 159.

Non inelegans denique, & ſcopo ſimili valdè conveniens eſt, quam habet D. Conerdingius, & *Fermentum* vocat *Narcoticum*, quo cum egregia præſtitit: Recipit opium cum fermento acri benè fermentatum & in ſpiſſatum, rurſusque cum ſucco citri diſſolutum, & per manicam Hippocratis trajectum, ac denuo inſpiſſatum cum ſpiritu vini extrahit, filtrat, & denuo coagulat, ac quiritque ſic opium correctum non inelegans.

Ex opio legitimè extracto, & cum aliis appropriatis compoſito, emergit laudanum opiatum, quaſi nunquam ſatis laudandum remedium propter egregias virtutes & facultates.

Conſideravimus jam ejus extractionem per varia menſtrua, eum in finem factam, ut purum ab impuro, utile medicamentoſum ab inutili, ſeorſim habeatur. Cùm itaque concretum gummeo-reſinoſum ſit opium, adeoque in ſua textura ex multiplicibus coaluerit particulis, etiam conſequenter quovis menſtruorum genere ſolubile, & ſuo modo extrahibile exiſtit; ita ut tam menſtrua aquea, v. g. ros majalis, ſuccus citri vel cydoniorum, vinum &c. quàm menſtrua ſulphurea, v. g. ſpiritus vini, & menſtrua ſalina & acida & alcalina, v. g. acetum, ſalis ſpiritus, oleum tartari per deliquium, &c. ſolvere apta nata ſint opium; de quo confer. Wedelius, *in Opiol. pag.* 56.

Cæterum ex omnibus his pro opio correcto convenientiſſimum menſtruum eſt ſpiritus vini; ſicuti pro opiô non correcto acetum deſtillatum convenientiſſimum eſt. Nam in opio non correcto concretum ſpiritus vini volatile ſulphureum vim narcoticam opii, in particulis ejus ſulphureis fundatam, magis exaltat, adeoque interdum nocentius reddit. Sanè quantum interſit inter laudanum opiatum ſimpliciter cum ſpiritu vini paratum, & quanta ejus ſit differentia ab eo, quod cum aceto deſtillato perficitur notabili obſervatione declaratur in *Act. Soc. Reg. Vol.* 1. *p.* 597. Ex qua ipſa ſanè concludendum eſt, præparationem ejus per acida magis in morbis acutis, febribus ardentibus & malignis convenire: Sicuti ejusdem præparatio cum ſpiritu vini (præcedente tamen cum alcali digeſtione) in morbis chronicis & febribus intermittentibus magis conducere.

Ex laudanis opiatis ſimplicibus mille modis compoſita fieri poſſunt: Inſtar omnium ſit v. gr. laudanum hyſtericum Conerdingii, cujus genuina compoſitio hæc eſt:

℞. *Extract. opii per fermentationem præparat.* ʒij.
Extr. zedoar. ʒj.
Extract. Cal. arom. ℈j.
Caſtor. gr. xv.
Spec. diacala-minth. ℈j.
Croci ʒß.
Lap. Bezoar. Occid. ℈j.
Olei deſtillat. ſuccini q. ſ.
M. f. Maſſa:

ex qua formari poſſunt pilulæ, vel cum ſaccharô aliôve additô pulvis. Doſis laudani facti compoſiti gr. VI.

Hujus loco Veteres videntur uſurpaſſe pi-

Digitized by Google

lulas de caſtoreo, vel etiam confectionem Archigenis, quam videbitis in *Diſpenſ. Auguſt. pagin.* 112. & 253. præter hactenus dictas Zwelfferi, Digby & Williſii, conſiderationem quoque merentur *Elixyr uterinum Zvvelfferi in App. ad Animadv. in Pharmac. Auguſt. pagin.* 57. *pilulæ hyſtericæ ejusdem in Pharm. Reg. pagin.* 66. item *Eſſentia uterina Cnœffelii in* M.A.N.C. *Ann.* 6. *Append. pag.* 135.

Omnes reliquæ præparationes, quas habet Autor, ſunt vanæ & nocivæ : Id quod patet ex ſuperiùs dictis ; quia non rectè corrigitur, ſed ſaltem palliatur opii venenoſitas. In genere, tot ſunt deſcriptiones, quot capita : Nam utut in omnibus ſoleat aliquid admiſceri, v.g. aliquid de perlis, de coralliis & ſimilibus ; non tamen faciunt ad correctionem, ſed ad alios uſus.

Quod attinet doſin, hæc variat pro varietate præparationum ; & permiſtionis cum aliis. Opium crudum ex planta propinatur vix ad gran. j. Turcæ, Perſæ & Indi, aliique populi Orientales, in frequentiſſimo uſu habent opium crudum. Ratione conſuetudinis ergò poteſt variari doſis : Referunt enim Autores, quod à dictis populis ad drach. j. crudum aſſumatur cùm inſigni fructu, quod habeant exinde inſomnia quaſi, verſentur in hortis & viridariis jucundis & amœnis.

OPOPANAX.

Opopanax eſt ſuccus gummeus, effluens ex ferula ſeu planta umbellifera ſauciata, quæ dicitur panax ; videatur Tabernæmontanus. Triplex autem datur : Heracleum, Chironium, & Æſculapium ; de quibus vid. Hoffmannus *de Medic. Officinalibus.*

Heracleum maximè in uſu eſt, & naturæ ac virtutis ejusdem cum galbano, ſagapeno, & gummi Ammoniaco. Omnia enim hæc gummata, præter virtutem inciſivam & attenuativam mucilaginum craſſarum ac viſcidarum, à ʒß. ad ʒj. citra moleſtiam eas per alvum purgat ; & propter utramque vim opopanax ab Autore tam inter alterantia quàm purgantia tractatur. Vis ejus in ſale alcalino acriori latet : Unde in aſthmate, & tuſſi veteri valdè convenit ; imprimis ſi propinetur cum ſuccô marrubii & melle.

Externè vi diſcuſſivâ eminet & tumores citra ſenſibilem evacuationem diſparere facit. Commendari quoque ſolet contra ulcera antiqua & fiſtulas. Aliàs rarò uſurpatur.

Cum autem plures adhuc quisquilias commiſtas habeat, depurandum eſt, ſolvendo in menſtruo aquoſo, aqua ſcilicet, vino, vel ſucco citri, & ita emolliendo aut abſtergendo ſordes viſcidas in primis viis ſtabulantes, conducit. Cæterùm opopanax & gummata dicta rarò in ſubſtantia præſcribuntur, ſed adduntur aliis pilulis pro ſcopo inciſivo & aperitivo : vel ex iis fiunt pilulæ cum aliis ; ſicut habemus pilulas de Ammoniaco, de ſagapeno, de opopanace, de galbano &c.

P.

PISSASPHALTOS.

Piſſasphaltos eſt duplex : nativum & factitium. Nativum veteribus uſitatum non amplius eſt ex uſu, & ejus notitia incognita modernis. Artificiale eſt miſtura ex pice & bitumine.

Uſurpatur in emplaſtris, ubi opus eſt diſcuſſione in loce profundiore.

PIX.

Pix duplici ratione ex arboribus reſiniferis colligitur : vel ſauciantur arbores, ut per plagam inflictam ſuccus reſinoſus effluat ; vel ex talibus arboribus, nimia pinguedine ſuffocatis, & quaſi ſtrangulatis, per aliqualem deſtillationem eliquatur pix. Modum præparandi habet Autor. Pix altera ſolutione depurata, dicitur Pix navalis. Uſus internus nullus eſt.

Quod attinet uſum externum, quem habet Autor, eſt ſatis clarus. Imprimis convenit iis, qui per nives inter faciunt, ſi nimirum quis membra pice illinat, à quocunque frigore immunis erit. Deinde pix navalis in unguentis, emplaſtris & ceratis, ubi opus validiore diſcuſſione, iſchiadi, podagræ & ſimilibus affectibus arthriticis conducit, partem nerveam roborando. Uſum picis expertum in arthritide videbitis in Bartholini *Hiſtoriis Anatomicis Centur.* 6. *Hiſtor. Anat.* 95. Conf. Boot *de Affect. Oculi. cap.* 11. Unde in tumoribus partium ex lympha acri & acida ortis, ſedandis, pix eſt egregia, quoniam diſcutit lympham, & foras per poros cutis extrahit aquam.

Inter præparata ex pice eſt oleum deſtillatum, quod Autor per retortam præparat ; attamen melius fit per alembicum è cucurbita ampla, non tamen alta ; & magis eſt penetrans ac conveniens in quamplurimis affectibus externis : primo loco prodit ſpiritus acidus.

Rec. Picis nigræ q. v. imponè urinali amplo vitreato, ſed non adeò alto, ſuperponendo capitellum cum juncturis bene obſeratis, & leni igne deſtillentur ex cineribus aut arena tres liquores, primus aureus, qui optimus pro venenis, ſecundus rubeus, pro podagra & doloribus ex fluxionibus frigidis, tertius pro fiſſuris adhibendus ; ſerventur vaſis

Digitized by Google

vasis bene obturatis ; primus inungatur pulsibus, secundus & tertius parti affectæ.

Aqua picis arthriticis doloribus utilis dicitur.

Quidam etiam cum pice præparant regulum antimonii.

R.

RESINA TEREBINTHI,

Seu

TEREBINTHINA CYPRIA,

Et

RESINA LARICIS,

Seu

TEREBINTHINA VULGARIS.

EX multiplicibus arboribus stillant resinæ, quæ ut plurimum septenario numero comprehenduntur; ut sunt: Terebinthus, lentiscus, larix, pinus, abies, cupressus, strobilus, ut dicit Zacutus Lusitanus *Pharm. cap.* 16. Præterea etiam ex aliis plurimis resinæ terebinthiacæ efficiuntur, v. g. ex chrysanthemo Peruviano, de quo confer. Velschius *Hecatost.* 1. *pagin.* 79. Imo coctione simplici ex his floribus balsamus potest elici odoris terebinthinæ, ex quô more communi oleum terebinthinæ simile destillari potest.

In officinis duplex datur terebinthina:

1. Quæ ex arbore terebintho elicitur, dicitur Cypria ; quoniam imprimis colligi solet in Insula Cypro, & advehitur per Venetias : propterea communiter præscribitur terebinthina Veneta ; dicitur etiam Indica.

2. Vulgaris seu laricea, quæ colligitur ex larice nostrate, in alpibus Tyrolinensibus copiosè crescente, sponte suâ & magna sæpè copia terebinthinam stillante.

Et quidem in genere omnis succus, qui solet destillare ex arboribus dictis resiniferis, vocari solet usitatè terebinthina ; propriè tamen & κατ' ἐξοχὴν iste, qui est ex terebintho arbore. Utraque terebinthina promiscuè usurpatur, nisi quod Cypria magis sit volatilis & penetrantior, ac internè magis ; Laricea verò externè usurpatur, cum stomacho nimis molesta sit ? videatur Heinricus ab Heer *Observat. pagin.* 10. Nihilominus quando est clara, pura & pellucida, nullo modo cedere videtur terebinthinæ Venetæ ; unde illa in locum hujus substitui potest : quo propiùs enim terebinthinæ vulgares accedunt ad terebinthinam veram, eò sunt meliores. Tales resinæ sunt sulphur resolutum arborum: quod si ab alcali compari coaguletur, transit in substantiam resinæ arboris : Ergo natura sua sulphurea est, seu oleosa, ut Paracelsus *Tract. de Element. refert*, & suggerit copiosum oleum volatile elegans. In recessu tamen habet acidum volatile temperatum, unde terebinthina per se ex retorta in arena destillata primùm suggerit phlegma spirituosum acidulum simul etiam copiosum sal volatile, & hinc tandem oleum ; quod effervescit potentissimè cum spiritu vini, vitrioli, & spiritu nitri : imo excitatur tanta effervescentia, & cum tanto ardore, ut non possit alembicum manibus contineri ; & ambo abeunt in consistentiam balsami seu terebinthinam quasi artificialem : vid. Boyle *de Orig. Formarum pagin.* 125. & Wedelius *de sale volat. vegetabil. P.* 2. *pagin.* 20. Symson Zymolog. *pagin.* 146. Ita ut terebinthina nihil aliud sit, quam sal volatile admodum oleosum, è sufficienti acido concentratum. Curiosum est, quod ex oleo terebinthinæ & vitrioli invicem mistis sublimari possit sulphur artificiale, teste Boyle *in Chym. scept. pag.* 133.

Usum quod attinet, internè & externè convenit. Internè solet referri inter moderatè laxantia & purgantia. Virtute balsamica dicata est renibus ac vesicæ, ut & cæteris vasis utinariis ac spermaticis, & talem in urina texturæ alterationem efficit, ut urinæ odorem violaceum inducat : quod etiam præstat si in forma clysmatum saltem applicetur, & diutius retineatur. In exulcerationibus igitur & vulnerationibus renum, æquè ac vesicæ, aliarumque partium internarum, absceſſibus mesenterii, primatum ducit, valdè abstergit & mundificat ulcera interna & consolidat. Nam terebinthina est verum quoddam Balsamum septentrionale, uti rectè vocatur à Starckey *in Pyrot. pagin.* 151. quo possumus uti internè pariter & externè ; cùm externè cujusvis genuini Balsami Orientalis vires exserat, internè vi balsamicâ pectori & viis urinariis speciatim conferat. Præter vim dictam convenit in calculosis effectibus, in absente præservando, & præsente pellendo : mirum namque est, quam abstergat renes, & præservet à coagulo calculoso, dum balsamica sua vi renum fermentum urinæ corruptivum, corrigit & emendat. Et præprimis in gonorrhœa curanda fermenta vitiosa in testibus abstergit ; propterea pilulæ elegantes fiunt cum saccharo Saturni & Mercurio dulci, addita camphorâ, si adest gonorrhœa maligna ; in gonorrhœa simplici verò cum succo citri assumitur, vel cum succino præparato in pilulas cogitur. Præterea pectori & læsionibus partium pulmonalium, ex lympha acri natis, succurrit ; hinc in phthisi & præcavenda, imprimis quæ sequitur partium in-

Digitized by Google

internarum exulcerationem, empyemate, tussi & similibus, mirè succurrit. Fluori albo mulierum, uteri vitiis, excoriationi & similibus multum confert.

Optimè autem terebinthina Veneta internè assumitur in variis formis ; vel si in balsamum sulphureum redigatur ; vel sub forma pilulari ; vel cruda in forma Boli cum saccharo subacta ; quin & sub forma liquida seu potionis cum melle & vitello ovi subigitur, & cum succo citri, vel vino Malvatico, aut aqua fragorum in liquorem lacteum, redigitur & adhibetur in nephritide, empyemate, pleuritide ; idque Autore imprimis Platero.

Externè vis ejus balsamica satis decantata est, ratione cujus corpora à putredine conservat : quod artificium est Schwammerdammii ; unde nullum ferè linimentum, nullum emplastrum vel unguentum chirurgorum ad vulnera & ulcera est, quod non terebinthina vulgaris, tanquam anima & corpus, ingrediatur. Pro ulceribus curandis cum melle miscetur sub nomine unguenti digestivi. In dysenteria, ubi noxa intestinorum ab exulceratione inducta sananda, clysmata cum terebinthina conveniunt : qualia videbitis in Barbette. Conveniunt, & in colica pertinaci humorosa ; item in convulsione habituali, nec non in colica convulsiva, dolore lumbari nephritico, & ischuria vitio renum.

Quoad præparata, notandum, quod à multis terebinthina in præparatione medicamentorum lavari soleat in aqua appropriata ; sed est inanis lotio ; multum enim suffuratur aqua de sale ejus volatili balsamico : Quod etiam fit, quando à quibusdam leni ignis ardore exhalatur, ut amittens glutinositatem spissescat & facilius cogi queat in pilulas ; sed in hoc etiam multum tollitur de sale ejus volatili, in quo consistit ejus primaria agendi vis balsamica : vid. Zvvelferus *Animadv. in Pharm. August. pag.* 419.

Inter præparata sunt spiritus sive oleum subtilius terebinthinæ, qui malè destillatur per vesicam cum aqua, quia sub destillatione aqua resolvit sal volatile alcalinum, & secum rapit, atque ita minus volatile habebitur oleum ; vid. Zvvelfferus. Optimè econtra terebinthina liquefacta miscetur & subigitur cum cineribus, sive alio alcali fixo aut arena, & ita destillatur per retortam vel alembicum ex arena moderato igne : sic enim additum alcali retinet crassius & spissius inquinamentum oleosum terebinthinæ, simulque hebetat acidum & oleum prodit volatile penetrantissimum & perquàm efficax. Nam terebinthina succino videtur vicina, & simile sal volatile continere.

Quadruplex autem oleum terebinthina fundit, colore & consistentia distinctum : Nam quod primò prodit, album est & tenuissimum, & communiter spiritus vocatur ; alterum flavum & tenue, tertium rubicundum crassius, balsamum terebinthinæ dictum ; & ultimum instar balsami nigricantis & crassioris, liquori non innatans.

Spiritus terebinthinæ internè est nephriticus : convenit in affectibus urinariis, in mictu cruento & purulento, ab ulcere renum & vesicæ enato ; in affectibus pulmonum ; unde in pleuritide à Bartholeto *lib. V. de Dispn. cap.* 11. valdè solet commendari, quod scilicet humorem in thorace impactum solvat, & ad vias urinarias felici cum successu perducat. Externè est vulnerarius & balsamicus : in ischuria urinæ fluxum promovet inungendo, tàm vitio renum quam vesicæ ; miscetur cum unguento dialthææ, & dimidio olei scorpionum : in primis convenit contra frigus hyemale ; & mammarum aliarumque partium ulcera curat ; quod & oleum crassius pariter efficit. Schraderus *Observat. & Hist. ex Harvæo de gener. Animal.* collectis, annectit modum cadavera conservandi mediante oleo terebinthinæ, *pagin.* 236.

Oleum flavum internè solet commendari in peste & febribus pestilentialibus.

Oleum crassius convenit contra frigus hyemale : imò si partes frigore læsæ omnibus annis iterum intumescant, certò curat inunctum, etiamsi per multos annos duraverit. Potest etiam fieri oleum terebinthinæ, & spiritus compositi pro variis usibus, præsertim diuretico, si v. gr. cum succino, cum camphora, aliisque destilletur : Confer. Willisius *Pharmac. Rational. Volum.* 1. *pagin.* 157.

Oleum terebinthinæ à sale marino abstractum spiritui vini fit commiscibile, teste Boyle *de Specif. pagin.* 126, *& Hist. Fluid. & Firm. pagin.* 83. qui etiam refert, quod hoc, sæpius per se destillatum, tandem in coagulum abeat, *cit. loc. pagin.* 20. quod verum arbitror ; observavi enim aliquando, quod oleum terebinthinæ copiosius & diutius in vase terreo asservatum seposuerit in fundo coagulum camphoræ simillimum.

Cum spiritu terebinthinæ etiam paratur balsamum sulphuris egregiè penetrans, adeò, ut si aliquot guttæ inungantur carpis pulsuum, paulò post sentiatur in urina sulphuris odor. Satis expertum est in mictu cruento & purulento, atque in gonorrhœa, uti & in affectibus pectoris & partium pulmonalium.

Spiritus terebinthinæ melliti Autor mentionem facit, qui internè singulare nephriticum

Digitized by Google

ticum eſt; externè autem elegans ſuppurativum, digeſtivum, & excellens mundificativum ulcerum & vulnerum inveteratorum.

Pilulæ de terebinthina fiunt vel cum ſola, vel cum additis. Ex ſola, ſi cum igne blando & ſpiritus volatiles & phlegma acidulum exhalent cum oleo volatili, & ex terebinthina ſic inſpiſſata formentur pilulæ; cui & aliquot grana ſcammonii præparati addi poſſunt; vel cum aqua communi vel cum deſtillata quadam aſlumendæ. Hæ utut oleo ſubtiliori ſpoliatæ ſint, non tamen inanes ſunt in doloribus nephriticis nothis circa regionem lumbarem perquàm contumacibus. Cum additis fiunt pilulæ cum rhabarbaro, quæ in expurgandis renibus & viis urinariis, hinc in calculo veſicæ, conveniunt; primas vias abſtergunt, & blanda diureſi pollent; urinæ ardorem ſimul temperant, & hinc etiam in ſtranguria uſurpari poſſunt. In tali caſu valdè commendantur pilulæ de terebinthina Mynſichti.

S.

SACCHARUM.

SAccharum vocabulum eſt Arabicum, cum apud Arabes & nomen & res frequentiſſimè fuerit uſitata; German. **Zucker.**

Prima controverſia eſt: an ſaccharum veterum idem ſit cum ſaccharo modernorum? Nego. Quid revera ſit, paucis explicabo: Saccharum noſtrum ſuccus eſt ex proprii generis planta arundinacea benè contrita, expreſſus, calore ignis plus minusvè excoctus, inſpiſſatus, & ſic tandem defæcatus. Hæ arundines, quæ copiosè proveniunt in India, tàm Orientali quàm Occidentali, item in Calabria & Sicilia, ſunt ſingulares ſpecies arundinis, quæ in ſe habent ſuccum, quendam ſubdulcem, & maſticatæ illum præbent. Et quidem apud Chymicos eſt modus parandi ſalia eſſentialia ex plantis, dum exprimunt ſuccum, coagulant, & in formam ſalium redigunt: Hac ratione ſaccharum eſt nihil aliud, quàm ſal vel tartarus, ex ſucco per coagulationem illius igne elicitus. Hoc ipſum ſaccharum noſtrâs omninò fuit incognitum veteribus, & ita omninò inuſitatum: econtrà veterum ſaccharum fuiſſe nihil aliud, niſi manna, non quælibet, ſed ea duntaxat, quæ in Arabia felici, & India Orientali in certis arundinibus, præſertim circa genicula, majoribus fruſtis, majorique duritie, nocturno frigore circa arundinem elevata, & ſubſequente vehementiore ſolis calore coagulata inveniebatur; propterea vocatur etiam mel arundinaceum. Unde fit, quod non omne, æquè ut manna, alvum leniat, cum inter vocatas mannas eæ magis alvum citare ſoleant, quæ ſunt liquidiores. Nec ipſe Arabs, Serapion, noſtri ſacchari meminit.

Interim veterum ſaccharum non planè interiit, ſed adhuc in India Orientali, aliô tamen nomine, mambu, ex ſucco circa genicula transſudat, & ſpontè concreſcit.

Multas de noſtro ſaccharo controverſias, ut & modum inſpiſſandi ſuccum ex arundinibus, videbitis apud Monardum *libr.* 2. *Epiſtol.* 22. quem ſecutus Salmaſius *de Saccharo & Manna*, Matthiolum *libr.* 1. *Epiſtol. pagin.* 71. & Bartholinum *libr.* 1. *Epiſtol.* 3. *pag.* 6. *Epiſt.* 49. *pag.* 206. & *Epiſtol.* 45. *pagin.* 228. 229. 230. Conferatur & in ſpecie Eraſmus Franciſci **in der Schau-Bühne und Oſt- und Weſt-Indiſchen Stadt-Garten/** *pagin.* 262. *ſequ.* nec non Salmuth *in Panciroll. libr.* 2. *Tit.* 5. *pagin.* 125. Grevv. *Muſ. Soc. Reg. pag.* 224. De alga ſaccharifera Borealı *vid. Act. Medic. Haffnienſ. Vol.* 1. *pag.* 119.

Obiter noto: dum veteres in ſuis diſpenſatoriis, ut Arabs Myrepſus, ſaccharum ſubinde miſcent medicamentis, non imitandos eſſe illos, & loco ſacchari illorum noſtrâs ſubſtituendum; quoniam plus eſt nocivum, quàm proficuum. Noſtrâs ergò ſaccharum artificiale eſt ſal quoddam eſſentiale, ex ſucco plantæ inſpiſſato genitum, & habet ſe inſtar muſti recentis expreſſi & inſpiſſati: Nam & muſtum vini inſpiſſatum diuturnitate temporis copioſum ſal dulce cryſtallinum, ſed obſcuri coloris, quaſi ſaccharum candi rubrum, in latera & circa fundum vaſis ſe ponere ſolet.

Porrò pro varietate locorum naturalium varia ſortitur nomina: unde appellatur Madarienſe, Canarienſe, Thomæum, Melithæum & Valentinum; uti habet Autor. Differunt porro ratione puritatis & purificationis; dum aliud dicitur ſaccharum candi, aliud finum, & cætera. Modus reſinandi ſaccharum eſt ſatis clarus apud Autorem.

Ipſum autem ſaccharum tanquam ſal eſſentiale imprægnatum eſt principiis plantæ, iisque valdopere fermenteſcibilibus, acido nempe & alcali; quæ copioſo oleo temperata ſunt, ex quibus neceſſariò concretum tale emergit, quod, quantum in ſe eſt, quodlibet acre temperare in corpore, & partes ex actioribus ſuccis læſas lenire, indeque dolorem non nihil demulcere ſolet. Sed hæc vis temperativa ſubinde invertitur, quatenus hoc ipſum ſaccharum, non ſecus ac alia dulcia, admodum fermenteſcibile exiſtit; id quod patet exinde, quoniam ſaccharum per ſe deſtillatum ſubminiſtrat ſpiritum acidum & corroſivum inſtar aceti

cujusdam, quod corrodit corallia, perlas & similia subjecta. Imo si saccharum permisceatur cum antimonio, & destilletur, simul prodit liquor antimoniatus, dum saccharum corrodit antimonium, & corrosum per retortam secum transportat. Præterea destillatur spiritus ardens & inflammabilis instar spiritus vini, qui potest parari ex saccharo per fermentationem; si scilicet saccharo q. s. in aqua soluto addatur fermentum, quod invenitur apud pistores panum mellitorum, feces vini, &c. & sic subministrat spiritum ardentem volatilem. Imò vel nudum saccharum, solutum in aqua, facilè fermentat & fermentando in vinum dulcissimum evadit instar vini Hispanici, quod hinc in acetum commutari potest; de quo vid. Beccherus *Phys. subterran. libr.* 1. *pagin.* 378. Quod si fiat hæc fermentatio sacchari cum liquore betulæ, erit potus magis medicamentosus; adeòque propter hanc vim mustaceam tàm facilè fermentat: quæ fermentatio patet adhuc ex eô, quod carnes recentes, sicut per sal commune præservantur à putredine; ita adsperso saccharo subitò putrescunt. Saccharum ulteriùs lucidos & ferventes in se continet spiritus, quod patet ex eo, quod, si in loco occulto sive opaco fricetur, possint conspici scintillulæ, propter spiritus igneos & ferventes in saccharo residentes: vid. Borellus *Centur.* 1. *Observat.* 3. *pagin.* 6. D. Tackius *in Tractatu de Consanguinitate auri, spiritus vini & sacchari, pagin.* 147. Propter vim facilè fermentativam promptè in stomacho primisque viis acescit, & volatili aciditate bilem turbat, eamque in p. n. orgasmum excitat. Hinc est quod veteres dixerunt: Saccharum, aliaque similia dulcia, bilem augere; & hinc hypochondriacis, scorbuticis & cachecticis admodum inimicum est, & inimicissimum febricitantibus. Idem de hystericis judicandum, utpote quæ tantillo sacchari propinato paroxysmum statim incurrunt. In talibus etiam subjectis ex sacchari usu subitaneæ massæ sanguineæ agitationes oriuntur, inflationes abdominis, murmura & borborygmi, ructus, tormina, diarrhœæ, phlogoses &c. propter similem fermentationem & agitationem saccharum ventriculo, pulmonibus & pectori nocet: id quod sufficienter & eleganter Garenziers *in Tractat. de Tabe Angl. pag.* 95. Hoc dum præstat saccharum ratione particularum salinarum, reliqua ejus substantia pinguis in consistentiam viscidam atque mucosam degenerat, & succos corporis hoc ipso non nihil glutinosos reddit. Ergò cautus sit sacchari crudi interni usus: Unde syrupi, conservæ, condita, & similia medicamenta cum multo saccharo parata non adeò crebrò apud nos amplius in usu sunt. Demonstrat namque Heinricus ab Heer quod multi ægrorum divitum soleant interire in febribus propter abusum syruporum & medicamentorum dulcium vel saccharatorum, quæ nimium exasperant febres; cum è contra pauperiores, qui non semper sint solvendo medicamenta saccharata, nudis decoctis & similibus felicitet curentur. Curiosum est de saccharo, quod refert Hornius *in Arca Moysis pag.* 51. quod omnibus cibis admisceri queat, exceptis intestinis; hæc enim saccharo si condiantur, fœteant ac recens stercus bovinum.

Internè nullum usum habet, nisi quod fauces leniat, earumque asperitatem nonnihil obtundat, nec non julepis ad conciliandum gratiam inserviat. In phthisi additur *lacti*, ut ejus coagulationem impediat. Externè verò egregium vulnerarium, simulque concretum balsamicum, putredini resistens, rectè dicitur Becchero *Physic. subterran. lib.* 1. *pag.* 316. Eoque meliùs convenit, si diluatur cùm tantillo spiritus vini non dephlegmati. In ulceribus putridis unguentis addi potest. Turcæ quotidiè solent vulnera recentia abstergere vino, & hinc post abluitionem inspergere saccharum pulverisatum, & sic non inconcinnè se ipsos curant: vid. Starizius **in seinem Helden-Schatz** / *pag.* 132. In febribus intermittentibus, si scorbutus simul affligit, aut dolores convulsivi scorbutici, clysmata ex lacte prosunt, in quo saccharum adjecto vitello ovi solutum.

Inter præparata est saccharum penidium, item spiritus, quô corallia & perlæ solvi possunt. Autor per se destillat per alembicum, vel retortam: Meliùs est, si addatur vel arena, vel silices contusi, ne saccharum ebulliendo ora retortæ excedat: sic enim per retortam destillatum dat spiritum acidulum, & oleum empyreumaticum. Ille rectificatus simillimus est spiritui lignorum, tàm quoad usum in solutione corporum & vi diaphoreticâ, quàm quoad texturam, dum pariter ex duplici substantia, acida & oleosa volatili, compositus est. Sunt, qui hoc modo destillant spiritum de saccharo nephriticum, pro promovendo scilicet calculo, dum recipiunt scilicet saccharum additione copiosæ aquæ liquefactum, quod superinfundunt lateribus parvis, sive contusis & candefactis: hoc continuant tamdiu, usque dum candefacti lateres nihil amplius imbibant, tunc frustula inprægnata saccharo indunt retortæ, & per eandem pellunt spiritum singularem, qui laudatur in nephritide, & in chymia elegans est menstruum pro solvendis concretis testaceis, coralliis, &c.

Usitatum

Digitized by Google

Uſitatum etiam eſt oleum ſacchari, ſive liquor ejus, aut ſyrupus, qui paratur ex præſcripto Autoris cum ſpiritu vini. Cæterùm obſervetur, quod ſpiritus vini etiam rectificatiſſimus non ſolvat ſaccharum, utpote quod, ceu ſal quoddam eſſentiale tartareum plantæ, pro genuino menſtruo, requirit menſtruum aquoſum; ſin verò adhuc eſt phlegmate imprægnatus, poteſt ſe ſociare cum ſaccharo, oleum ſacchari, expertum eſt remedium in leniendis faucibus, earumque aſperitatibus non nihil obtundendis, & in tuſſi, in qua ipſum magni fit: Pro quâ tuſſi variæ ejus proſtant præparationes: Valde per ſe hunc liquorem commendat Hartmannus *in Praxi*, non minùs quàm Riverius, & alii Autores; ſunt qui magis reddunt appropriatum, & loco ſpiritus vini ſimplicis recipiunt ſpiritum baccarum juniperi, & cum eodem præparant oleum ſacchari? Alii ſpiritum vini affundunt ſuper ſimplicia, pectoralia, & extrahunt eſſentiam ex his; & hâc eſſentiâ ſolvunt ſaccharum, & methodo uſitatâ faciunt liquorem ſeu oleum pro tuſſi.

Autor habet, quod communi methodo ſpiritus vini accendatur, & ſic ſeparetur à liquore ſeu oleo ſacchari: meliùs tamen eſſe exiſtimo, ut non tàm accendatur, quàm abſtrahatur per alembicum, ut ſic relinquatur oleum ſacchari.

Oleum hoc ſacchari egregium præterea eſt vulnerarium, & quod recentia glutinare facit, vel quod ulcera jam facta purificat & detergit; abſterſivam etiam vim habet externo uſu, & omnem putredinem in ulceribus arcet. Idem liquor poteſt fieri jucundiſſimus, ſi ſpiritus vini, in quo ſolutum eſt ſaccharum, miſceatur cum aqua cinnamomi, & ſic deſtilletur per balneum, in roſtro vero alembici ſit nodulus moſcho repletus.

Autor noſter pariter olei per deliquium cum albumine ovi mentionem facit, quod oculorum affectibus, ophthalmiis, lippitudinibus, & nebulis dicatum eſt.

Saccharum ſi fermentatur, dat potum vinoſum, qui in febribus ardentibus optimè convenit, & ventriculo confert: videatur Beccherus *in Phyſ. ſubterranea.*

Præterea conficitur etiam ex ſaccharo eſſentia, & cryſtalli ſacchari ad tuſſim & aſperitatem gutturis; ſed ſal ex relicto capite mortuo nullius momenti eſt.

SAGAPENUM.

Gummi ſagapenum ſeu ſerapinum ejusdem ferè naturæ cum galbano, gummi Ammoniaco & bdellio eſt: colligitur enim ex ſimili prorſus planta ferulacea, ſicuti omnia reliqua gummata, quod ex eadem per inciſionem ſauciata transſudat & extillat. Sicut & ejusdem uſus eſt cum dictis gummatibus, imò etiam cum reſinis, maſtiche & ſimilibus, paulò tamen acrior, adeoque penetrantior videtur.

Externè frequenter emplaſtra attractiva primariò ingreditur.

Pilulæ de ſagapeno ſunt multi uſus, ubi viſcerum, lienis, vaſorum lacteorum, & meſenterii ſunt obſtructiones. In menſibus & lochiis obſtructis, aliisque affectibus uterinis, optimè conveniunt; quod etiam de pilulis fœtidis, quæ ex ſagapeno originem duxerunt, dicendum, vel ſolis, vel cum pilulis de ſagapeno miſtis.

SANGUIS DRACONIS.

Sanguis draconis eſt lachryma quædam rubicunda inſtar cinnabaris, in parvis quaſi grumis in panes coacta, vel folliculis foliaceis incluſa, ex arbore quadam ſauciata in Lycia transſudans ad nos delata, quæ Dioſcoridi cinnabaris vocabatur; de quâ conf. Langii *Epiſt. pag.* 325. Arbor hæc vocatur Draco, quod fructus hujus arboris imaginem repræſentet draconis.

Hic ſanguis rariſſimè ad nos affertur genuinus, quin ſæpè ſanguine animalium, præſertim capræ vel hirci, adulteretur; hinc & cum aceto aliisque acidis miſtus effervescere ſolet: unde propter ſuſpicionem talis adulterii rarus ejus ſit uſus, nec vires à veteribus adſcriptas obtinet, nec tutò uſurpatur. Hi enim adſtrictorias illi tribuerunt facultates, & propterea tàm internè quàm externè in fluxibus quibuscunque ſanguinis ac humorum valdè laudarunt; externè in hæmorrhagia vulneris, ac ſanguinis arteriâ diſciſsâ compeſcendo & ſiſtendo. Quæ vires cum in noſtro deficiant, nemo eodem utatur; quin magis æſtimo extract. tormentillæ ſimilis coloris, conſiſtentiæ ac effectus. Adhibetur aliàs à nobis in pulveribus dentifriciis pro colore rubro illis conciliando. Aliàs nullius eſt uſus.

SARCOCOLLA.

Sarcocolla propter glutinoſitatem ita vocatur, quia gummi glutinoſum & emplaſticum eſt, conglutinans quaſi & coagulans carnes: eſt gummi ex arbore Aſiatica ejusdem nominis emanans.

Electionem habet Autor ſufficienter.

Adſtringit valdoperè; hinc & veteribus ad dyſenterias uſitata fuit, & contra ſputum ſanguinis pariter commendatur: Oribaſio valdè fuit in uſu, qui exinde paravit electuarium contra ſputum ſanguinis.

Quoad uſum externum, conſtituit die Hefft-Pflaſter/ & applicatur vulneribus & ulce-

Digitized by Google

ulceribus consolidandis & conglutinandis, in quibus pro carne regeneranda & cicatrice obducenda usitatissima est, item temperandis acrioribus lymphæ fluxibus, v.gr. oculorum, imprimis conducit.

SUCCOLATA.

Succolata, chocolata potiùs dicenda, quæ non est nativum quid, sed massa composita artificialis, ab Indis elaborata, & in nostras regiones transportata. Paratur sc. ex fructu cujusdam arboris Indiæ Occidentalis, amygdalis simili, qui dicitur Cacao, intus & extus flavet, & succo blando oleoso temperato turget; unde & ad amygdalarum species à quibusdam refertur: Confer Veslingius *Observat. pag.* 154. item Hoffmannus *Clav. pag.* 600. Ex hoc fructu exprimitur succus ab Indis, inspissatus, & parum cinnamomi, fœniculi, piperis & croci, & similia aromata gustui partim, partim etiam viribus magis conferentia, præprimis vegetabile Ariothes dictum pro colore, adduntur; videatur Marquartus *de Med. Indorum*, & Marcus Aurelius Severinus *de Chocolata*. Ex fructu pariter hoc exsiccato contuso ac pulverisato Indi coctione parant potum egregium.

Chocolata genuina apud nos rara est, & sæpissimè mirè adulteratur. Potus hujus usitatissimus est apud Indos in America, & dein Hispanos & Anglos. Coloris est subfusci, & quando Angli parare volunt pro potu, recipiunt chocolatam, coquunt in lacte vel vino; unde subflavum acquirunt colorem: quando coquunt in vino addunt saccharum; saporis elegantis & instar emulsionis amygdalaceæ.

Anglis & Indis ipsis usitatissimus est ad vires corporis confortandas & conservandas, & sanitatem in æquali tenore sartam tectamque obtinendam. Nempe vim egregiè temperantem quodvis acre, hinc egregiè nutrientem, & consequenter materiam genituræ augmentantem, obtinet; hinc pectori & stomacho imprimis dicata est: adeò ut servis suis manè opificium aggredientibus propinent potum chocolatæ, unde fiunt adeò robusti & laborioſi, ut per integram diem sine alimentis, cibo & potu, possint perdurare. Vis hæc nutritiva & confortativa corpora hujus fructus cacao, potest deduci per artificium chymicum: destillatione nempe, si iste fructus, prout ad nos fertur, igne aperto per retortam examinetur, prodit primo succus seu phlegma quoddam, quod sapit jusculum carnis: postea succedit spiritus & oleum, quæ habent saporem & odorem pinguedinis ex carnibus, dum assatur, in prunas destillantis: vid. Febure. Apud nos usurpatur imprimis pro conservanda valetudine senum, item pro nutriendis phthisicis, hecticis, & ad atrophiam declinantibus. Anglis quoque in tussi & affectibus catarrhalibus, ex lymphæ acrimonia acido-salsa ortis, in usu est: quin & in scorbuto convenit, per quam Angli curant suos scorbuticos; temperat enim acidum nitrosum, imprimis si cum lacte decoquatur, aut cum lacte calido dissolvatur & assumatur manè dosi ʒß. Aliàs etiam in vino vel in aqua calida dissoluta pauco addito saccharo matutinis horis hauriatur.

Hispani, sicut nos vinum, honoris gratiâ advenis & amicis, tàm sexus virilis quàm muliebris, propinant potum chocolatæ. Compositionem ejus & potum apud Indos videb. in Franciſci **Luſt-Garten** / *pagin.* 491.

In tussi Indi suffimigium faciunt ex fructibus Cacao. Ex eodem fructu etiam eliciunt pinguedinem instar butyri delicatam, quâ præter usum cosmeticum in affectibus pectoris, præsertim tussi, crebriùs utuntur.

STYRAX
seu
STORAX CALAMITA.

Styrax Calamita: calamis fuit inclusus, non quia fuit liquidus, sed ut suavis odor conservaretur, nec ab aëre ambiente dissiparetur. Est enim succus resinosus purus & concretus, suaveolens, & in hoc præ reliquis palmam ferens, qui ex arbore Asiæ, Provinciæ Syriæ, Ciliciæ & Pamphyliæ, colligitur. Hujus nobilior substantia oleosa expressione aut alia quacunque ratione separata styracem liquidum genuinum constituit: substantia remanens est iste storax, qui ad nos defertur.

Propter hanc igitur odoris gratiam commendari solet, quòd caput & spiritus animales confortet: in gravedine igitur & anxietate præcordiorum maximè usurpatur. Conducit quoque in affectibus capitis, stomachi, uteri, pectoris, tussi, raucedine, catarrhis, & similibus malis; unde rotulis & pilulis permisceri solet, sicut & pilulæ de Styrace satis famosæ sunt, rari autem est usus propter pretium.

Externè in suffitu conducit capiti, quod roborat & confortat, vertigini & catarrhis succurrit. Quibusdam pro roborando stomacho in emplastri forma arcanum est.

Aliàs verò non magni usus est.

Quoad præparata, pro usu internô essentia storacis paranda est cum spiritu vini rectificatissimo tartarisato.

Externè

Digitized by Google

Externè oleum ſtomachale per coctionem ex ſtyrace elicitum ſecundum Zvvelferum *Pharmac. Reg. pagin.* 263. ventriculo & abdomini in horum malis à frigida, ut vocant, cauſa natis utile inungitur.

STYRAX LIQUIDUS.

Styrax liquidus officinarum eſt liquor pinguis & craſſiuſculus, conſiſtentiæ terebinthinæ, ex flavo ruffeſcens, ſed admodum graveolens, ſuavis tamen. De hoc non ſciunt autores, quæ dicunt; quoniam neſciunt, quid ſit? nec conveniunt inter ſe.

T.

TACAMAHACA.

TAcamahaca reſina eſt ex arbore procera, tacamahaca, populo ſimili, in India occidentali Provinciæ Hiſpaniæ exſudans ſolidæ conſiſtentiæ; adeò ut rariſſima ſit tacamahaca liquida: de qua vid. M. A. N. C. *Ann.* 3. *Obſerv.* 296. *pag.* 510.

Hæc rarò interne uiurpatur.

Externô uſu eſt frequentiſſima & uſitatiſſima in genere ad quoſcunque dolores partium externarum, in ſpecie nervoſarum, ex vitio lymphæ acidæ natos mitigandos & demulcendos, unde vi anodynâ, reſolutivâ, diſcuſſiva, nerorũ confortativâ, &c. eſt nobiliſſima: temperat & lenit quodvis acre, acrimoniâ ſibi connatâ diſſolvit & attenuat viſcidum hinc inde congeſtum. Deinde in affectibus flatulentis ſtomachi & inteſtinorum, colicis convulſivis, hiſque ſimilibus ex irritatione nervorum natis, paſſionibus hyſtericis, &c. eſt elegans & multi effectus, ſi ſcilicet in mortariô calidô diſſoluta ſuper alutam extenſa partibus affectis applicetur. Præ cæteris etiam eſt ſpecificum expertum, applicata ventriculo in dolore ejus vid. Poterius *C.* 3. *cap.* 32. Unde etiam tale emplaſtrum uſitatiſſimum fuit Doct. Michaëlis, quo in febribus continuis & malignis, ut & intermittentibus, ubi de anxietate præcordiorum conqueruntur ægri, nil melius eſt; ſicut & in vomitu compeſcendo, malaxatum cum oleô nucis moſchatæ vel macis deſtillato, vel oleô ſuccini, convenit; non ſecus ac in doloribus artuum & partium muſculoſarum, quando in vel poſt ſudorem artus frigori exponuntur, & defluxio inde oritur malaxata cum Balſamo Peruviano; e. g.

In capitis affectibus dolorificis, & catarrhalibus pathematis, emplaſtrum tale vertici & temporibus commodè applicatur. Dolores dentium carioſorum delet, ſi iis indatur: in quibus alias mulierculæ noſtrates geſtant emplaſtrum ex tacamahaca in forma thaleri temporibus applicatum, & multis chirurgis ſecretum eſt ſecretorum, quo tamen quidam maſtichis uſum tacamahacæ longè præferunt. In affectibus nephriticis & doloribus arthriticis, ſpeciatim iſchiade, nec non contuſionibus omnis generis ſimili ratione applicatum, multi eſt uſus, malaxatum cum oleo ſuccini: ſicut etiam poſt arthriticos paroxyſmos partium affectarum fibras ac membranas roborare, ac debitum in tonum reſtituere ſolet.

Oleum aliàs anodyno-polychreſtum ex tacamahaca paratur nervis ſingulare, & in affectibus catarrhalibus, multoque aliis præſtantiſſimum.

Modus parandi hic eſt:

℞. *Tacamahaca.*

Maceratur cum vino, & per arenam deſtillatur, additis ſilicibus calcinatis, ne liquefactum gummi in forma nativa per retortam prodeat: prodibit primùm phlegma, hinc oleum album, poſt luteum, denique rubicundum: quæ omnia probè rectificata quoſcunque tumores & dolores optimè tollunt in hemicraniis, affectibus coxendicis, podagricis, &c. temporibus illitum defluxiones ſiſtit, & ſedat dolores dentium; in paroxyſmis colicis, uterinis, &c. illitum umbilico, optimè evadet remedium: vid. Hoffmannus *Clav. pag.* 601.

Emplaſtrum ſtomachale Autoris ex tacamahacæ p. iij. Styracis p. j. & momento ambræ, paratur, & ſic præſtantius eſt Poterii.

TARTARUS.

Vox tartari tripliciter uſurpatur:

Primò generaliter pro omni acido vinoſo, quod in vino reperitur, & cum vino ſemper conjunctum manet, etiam puriſſimo; & quod eſt parens aceti in vinô, dum ſubigit partem vini volatilem in aceto. Hic tartarus in vino eſt Autor, quod vini potatores ſint obnoxii arthritidi & colicæ; ſicut calculi & renum morbi ab acido ejusdem coagulante oriuntur: & ita admodum variat pro inſigni varietate vinorum. Quò magis enim matura vina, eò tartarus hic magis vel minus volatilis eſt: magis volatilis, ut etiam cum ſpiritu per alembicum rapiatur; id quod fit in vinô generosô Hiſpanicô, Ungaricô, Rhenano: interdum eſt minus volatilis, ut remaneat in fundo; interdum fit, ut vitrum vini effuſſum in tabulam per noctem, manè monſtret tartarum in tabula, qui in vino fuit, cujus farinæ eſt Gallicum & Jenenſe: ſic vinum Hiſpanicum minorem, Rhenanum majorem, Gallicum quoque parcam tartari quantitatem ſuggerit. Quædam verò vina, Moravica

Digitized by Google

v. gr. adeò tartarea ſunt, ut tartarus manifeſtè appareat, ſi nempe ovum per noctem vino immittatur, altero manè prorſus cryſtallis quaſi vitreis, aut imprimis tartareis, incruſtatum extrahitur: quod fit, quando acidum in vino rodit teſtam ovi, quæ copioſo ſale volatili alcalico eſt impregnata: Dum ergò rodit, ſe conjungit cum ſale volatili alcalicô corticis ovi, & coagulat ſe in cryſtallos. Hinc enim fit, quod lapilli cancrorum infuſi vino ejus adimant aciditatem, & illud robur ſuum amittit & ſaporem, & cum iis ſe coagulat atque unit; quoniam acidum rodit lapillos cancrorum.

Secundò ſpecialiter tartarus vocatur illa ſubſtantia vini, quæ per fermentationem ulterius ſeparata, tanquam terreſtris pars in fundum detruditur; & alio nomine propriè vocatur Fæx vini.

Tertiò, propriiſſimè tartarus vocatur concrementum cryſtallinum acidum terreſtre, quod doliis & parietibus doliorum adhæret: ita vocatur, quia fit ex fæcibus, ab acido vini in talem cryſtallum coagulatis, & eſt nihil aliud, quàm ſal eſſentiale vini.

Differt ergò tartarus verus à fæcibus vini in eo, quod fæces imprimis conſtent ſalibus volatilibus, & partibus terreſtribus copioſis: Tartarus verò ipſe copioſo ſale acido ſubtili, figente ſpiritus volatiles fæcum, & concentrante ſalia volatilia earundem, eaque cum terreſtri fæcum portione in cryſtallos coagulante.

De generatione ejus & creſcendi modo optimè egerunt in ſpecie Portzius *in Anal. Chymica Vini Rhenani*, item Beccherus *Phyſic. ſubterran. libr.* 1. *pagin.* 429. *ſeqq.* & Helmont. *in Tract. Tartari vini Hiſtoria pag. mihi* 235. *ſeqq.* Nempe, ut aliquid de generatione dicam, notum eſt, quod ex muſto, dum fermentat, præter gas ſylveſtre narcoticum inebrians, ſubeuntes ſuffocans, & candelas extinguens, per fermentationem ſeparetur portiuncula non benè miſcibilis, quæ abundat particulis vini ſalinis, tàm volatilibus quàm acidis, admiſtis ſimul portionibus terreſtribus; Unde ſecedit in fundum vaſis, & dicitur Fex vini. Jam in omni vino imprimis, quod habet copioſum tartarum, eſt ſubtile acidum, quod ſucceſſivè rodit fæces alcalinas & terreas, & dum rodit, coagulantur ambo in ſal cryſtalliforme: ſub quâ coagulatione ſalium cum partibus terreſtribus fæcum, oritur tale concretum ſalino-acidum, quod dicitur tartarus; & quidem ex vino albo concreſcit albus, ex vino verò rubeo ruber.

Tartarus ergò eſt ſal enixum, ex acido vini in ejus ſubſtantia media contento, & fæcibus alcalinis oleoſis concretum utut in textura ſui acidum dominari videatur: Parili enim ratione ex aceto, ceu tartaro liquido, & ſale tartari, vel alio quodam fixo, concretum tartareum obtinetur ſimile tartaro; vel ex ſale tartari, aut quocunque alcali alio, & vino facilè concretum tertium inſtar tartari haberi poteſt: & hæc compoſitio mechanica ipſam tartari generationem naturalem docet: confer. Tacchenius *in Hippocr. Chym. pag.* 80. *in Clave Hippocr. Chym. pag.* 88. Beccherus *Phyſic. ſubterr. pag.* 369. *& ſupplem.* 2. *pag.* 85.

Ex his patet, quid de tartari virtutibus habendum ſit; nempe habet vim reſolutivam, abſterſivam & digeſtivam pro detergendo muco aliisque ſordibus in ſtomacho, & inteſtinis, ſeu primis viis, ſtabulantibus. Hypochondriaci & cachectici utuntur *illa* pro laxanda alvo, in ejusdem nimia obſtructione. Uſurpatur in vehiculo calido, ut diſſolvatur. Refert Thonerus *de Cachex. lib.* 3. *Obſervat.* 4. quod quidam cachecticus, abhorrens ab omnibus medicamentis, fuerit reſtitutus ſolertiâ Medici, qui loco ſalis communis omnibus alimentis addidit pulverem tartari, quâ eleganti fraude æger fuit curatus.

Cæterùm cum in tartaro adſit pars terreſtris & fæculenta, quæ non eſt ſuperabilis à noſtro ſtomacho, & inſtar calcis cujusdam in fundo ejus præcipitetur & ſubſidat, propterea ſuperficialiter præparari ſolet, ut ſecernatur pars craſſior & fæculenta: fitque per ſolutionem iteratam & coagulationem, ex quibus oritur cremor & cryſtalli tartari: Solvitur enim tartarus in aqua calida, agitatur probè cum baculo, & ſolutus dat in ſuperficie cutem ſeu ſpumam ſalinam, quæ cum cochleari perforata ablata & denuo pulveriſata, dicitur cremor tartari; aqua verò reliqua trajicitur per pannum, & in loco frigido denuò concreſcit in cryſtallos tartari.

Sed obſervetur, quod interdum, ut cryſtalli fiant puriores & magis perſpicuæ, ſæpius iteretur hæc ſolutio; ſed perperam: nam ſemper in aqua pars alcalica volatilis remanet, unde debilitantur, & tantum virium decedit.

Tartarus depuratus ſeu cremor & cryſtalli tartari egregiè incidunt viſcidum & abſtergunt, penetrant, urinam promovent, & ſimul blandè laxant; unde medicamentis laxantibus & purgantibus adduntur quia eorum vim laxativam promovent: Conſtant enim utroque principiô fermentativô, acido & alcali volatili, utut præponderet acidum. Imò ſunt, qui cremorem & cryſtallos tartari ceu digeſtivum univerſale, & præpa-

Digitized by Google

præparativum excrementorum ad purgationem & evacuationem commendant. Hinc in affectibus hypochondriacis, nephriticis & affectibus cachecticis & similibus pro stimulanda leniter alvô commodè propinantur; purgantibus enim additi adjuvant eorundem operationem.

In febribus intermittentibus medicina polychresta in tartaro est, sive solitariè usurpetur, sive crystalli subigantur diu terendo cum coralliis præparatis, quod dicitur specificum esse febrile Kergeri.

Verùm in usu crystallorum & cremoris tartari observetur; quod primo assumendi sint in liquore, quantum possibile, fervido, vel carnis, vel gallinæ, vel alio jusculo, vel cerevisia calida, ut melius dissolvantur in eodem; quia alias moras in stomacho nectunt, tardiusque operantur. Secundò, dum assumuntur, benè sunt motitanda pro faciliori dissolutione eodem fine, ne in ventriculo coagulata aut concreta subsistant, sed resolvantur.

Elegantem modum cremorem & crystallos tartari cum simplicibus alterantibus & purgantibus imprægnandi, submini strat Zvvelffer. *in Mantissa Hermet. ult. Edit, p.* 411.

Prostant etiam in affectibus hypochondriacis pilulæ de tartaro Quercetani.

Sic quoque prostat elegans Tractatus Medicorum Heilbrunnensium *de Cremore Tartari*, conscriptus contra Pastorem quendam paganum, qui omnes morbos curare voluit cremore tartari.

Habemus in officinis cremorem tartari seu crystallos rubicundas sub nomine pulveris Hepatici Dresdensium, qui valdè convenit in corrigendo stomacho, & in compescendâ ebullitione sanguinis à sale volatili: Convenit itidem tempore æstivô pro arcendo æstu nimio, pro arcenda ebrietate & similibus aliis; hinc Germanis dicitur **das Sauff-Pulver**; quia manè si sumpserimus, potum consueto majorem in noxiè perferre possumus, atque ad quam plurima alia commendari, notum est. Præparationem videri potestis in Rolfinckii *Chym. in Artis formam redacta.*

Autor etiam Nu. 2. & 3. præscribit modum parandi tartarum chalybeatum, qui est egregium medicamentum. & multi usus in malo hypochondriaco. Optimè paratur cum ana *Crem. tartari, & limat. Martis*, terendo & coquendo tamdiu, donec omnis Mars resolutus instar pulveris reperiatur; & in cachecticis, quartanis, scorbuticis, hypochondriacis, & aliis affectibus chronicis, optimo cum successu adhibetur; absorbet enim acidum in affectibus chronicis, hypochondriacis. Confer. Zobelius *in suâ Tartarologia.*

Succedunt nunc præparata ex tartaro chymica: & quidem primò tartarus igne apertô per retortam destillatur, unde prodit (1.) phlegma spirituosum urinosum. (2.) oleum copiosum admodum fœtidum empyreumaticum; & (3.) remanet caput mortuum nigrum, continens copiosum sal fixum lixiviale, & terram nigram.

Suprà dixi, quod constet tartarus ex copioso alcali volatili concentrato per acidum vini subtile: Dubium ergò; ubi acidum tartari in ejus destillatione maneat? & quomodo amarities illa spiritus destillati oriatur? Communi modo si procedatur, destillatione aciditas ex tartaro haud separabitur aut vix sensilis eadem observabitur; adeoque phlegma acidiusculum, quod pro spiritu tartari vulgò exhiberi solet, suppositum est. Dum ergò moderato & leni igne retortæ inditus urgetur tartarus, liquescit, acidum agit in alcali, & alcali vicissim in acidum, & tali mutuâ actione & reactione seu fermentatione subtiles partes erumpunt sub forma liquoris seu spiritus urinosi; Quod enim talis oriatur fermentatio in retorta, patet exinde, quod tunc temporis copiosus exhalet spiritus seu gas sylvestre adeò incoërcibilis, ut omnia vasa angusta & clausa penetret, imò ædes perreptet, propter obortam fermentationem intensiorem; Quod si verò exactissimè vasa sint clausa, non potest fieri quin rimas agant, & dissiliant. Dum ergò acidum agit in alcali, fit, ut sensim sentimque acidum & alcali arte resolutæ se conjungant, & cum oleosa parte maximè abundante colliquentur, acidumque prorsus obliteratur usque adeo, ut ex commissione oleositatis, acidi & alcali ex colliquatione mutua, indeque mutata textura, oriatur partim liquor oleosus crassus & fœtidus, qui cum sit oleum destillatum, nihil aliud est, quàm sal volatile tartari concentratum ab acido, & in olei corpus seu formam redactum; partim verò sal tartari fixum alcalinum in capite mortuo remanens, qui aliorum acidorum more ex arctiori combinatione & fortiori liquefactione acidi pinguis cum alcali volatili originem duxit.

Tartarus nempe ex suâ primâ generatione est admodum alcalicus ex sale acido præpollente; quod etiam gustus testari potest: nihilominus si per ignem destilletur, in omnibus productis ne tantillum acidi reperitur; quoniam omne acidum, concentratum per fermentationem & subactionem ab alcali, concentratur ab arte cum alcali, & dat oleum. Idem alcali liquefactum cum acido, dat sal alcali fixum in capite mortuo, adeo ut hoc non sit naturale, sed omnino artificiale.

Digitized by Google

Spiritus iſte tartari, ſive liquor urinoſus tartari, qui primùm prodit, probè dephlegmetur, ſic fit tandem urinoſus volatilis, & eò melior in operationibus, & efficacior in Medicina.

Modi parandi ſpiritus tartari volatiles ſunt varii: Sunt qui ſpiritum tartari vulgarem rectificant proprium ſuper caput mortuum remanens, quod copioſo ſale fixo eſt imprægnatum. Fundamentum eſt hoc, quoniam ſcilicet in ſpiritu tartari, utut urinoſo, adſit tamen ſubtile acidum, quod impedit penetrationem ſalis volatilis penetrantiſſimi; Dum ergò reaffunditur ſpiritus tartari capiti mortuo, imprægnato ſale fixo, fit, ut à ſale fixo acidum in ſpiritu reſtitans imbibatur, & ſal fixum uniat ſeſe cum acido in ſpiritu volatili, & illud retineat; unde ſpiritus tartari urinoſus perfectus exhalat, & inſtar ſpiritus cujusdam urinoſi volatilis ſe repræſentat. Paucus quidem habetur, revera tamen perfectè urinoſus volatilis. Volatiliſari etiam poteſt ſpiritus tartari vulgaris, ſi ſcilicet miſceatur cum ſpiritu vini, hinc dulceſcit, & ſaporem & odorem nauſeabundum & fœtidum prodit, quâ miſturâ deſtillatâ, prodit ſpiritus tartari volatilis cum ſpiritu vini, in fundo temanente phlegmate: qui ſpiritus egregium ſolet eſſe ſudoriferum.

Duo aliàs in tartari præparatis primaria ſunt, quæ modernos exercent:

(1.) Spiritus volatis urinoſi in majori copia acquiſitio.

(2.) Salis tartari fixi cum variis acidis, aliisque corporibus, pro uſu Medico combinatio.

Quoad prius, plures admodum tentati fuerunt modi copioſum ſpiritum urinoſum, & ſi poſſibile, ſal volatile ex tartaro elicere, in quo præprimis occupatus fuit Ludovici, ubi videri poſſunt experimenta in M. N. A. C. *Ann.* 6. *Obſerv.* 243. *pag.* 358. qui tandem ex parte una ſacchari vilioris cum tartari part. ij. extremo arenæ gradu octo vel decem horarum ſpatio elegantem ſpiritum urinoſum ad ℥xij. & ℥xiij. acquirit, tartareo odore & ſapore ſimillimum: quorum tamen loco melior & copioſior ſpiritus volatilis habetur ex fæcibus vini exſiccatis, ex quibus omnem ſuam volatilitatem tartarus habet; & qui novit artificium hoc, ſimul acquirit ſal tartari volatile egregium, qui in forma nivis alembico adhæret, ſaporis urinoſiſſimi & ſubfœtidi odoris, inſtar ſalis volatilis urinæ. Nam miſcela tartari cum alumine, aut etiam volatiliſatio ſalis tartari fixi cum alumine inſtituta, nil valet: Quod enim tunc prodit volatile urinoſum, maximam partem eſt ex alumine, nempe portiones ſunt urinæ humanæ, quæ alumini pro meliori cryſtalliſatione fuit addita.

Sed eo ipſo, quo tam copioſum oleum empyreumaticum in deſtillatione tartari prodit, manifeſtum eſt, ſub hoc ipſo ſal volatile copioſiſſimum ab acido pingui concentratum deliteſcere. Artificium ergò copioſius parandi ſubſtantiam urinoſam volatilem ex tartaro, conſiſtit in concreti hujus reſolutione; quod ipſum fit tribus modis:

(1.) Vel ipſum oleum cum ſale alcali fixo mediante digeſtione recludendo.

(2.) Subſtantiam oleoſam per ignem deflagratione deſtruendo.

(3.) Eandem mediante putrefactione invertendo.

Priorem quod attinet modum per digeſtionem & rectificationem olei tartari empyreumatici, deſtillati cum ſale tartari aliovè fixo, & inde ſalis volatilis copioſi elevationem, hunc videbitis in Ludovici *de Sale Tartari pagin.* 19. & præſertim in Hoffmanni. *Clave pag.* 604. & ipſemet vidi optimè ſuccedere negotium.

Secundus modus per deflagrationem manifeſtus eſt in deſtillatione tartari cum nitro per retortam tubulatam in clyſſo urinoſo, ſpiritu carminativo, & ſimilibus. In his enim adjumento nitri deflagratur pingue tartari, & colligitur in receptaculo ſpiritus tartari volatiliſſimus urinoſus, qui ſuper caput mortuum rectificatus ſal volatile ſuggerit. Nempe nullum oleum empyreumaticum tunc prodire ſolet, deſtructo concretô pingui, mediante detonatione & ignis deflagratione. Spiritus hic eſt potentiſſimus; Receptaculum autem contineat aliquid aquæ ſimplicis pro clyſſo urinoſo, vel ſpiritus vini pro ſpiritus carminativo.

Hujus ſpiritus tartari ejusque ſalis volatilis uſum quod attinet, imprimis ea, quæ dicuntur de ſpiritu tartari fœtido, intelligenda ſunt de ſpiritu tartari volatili, in quo vires ſunt exaltatæ, & longè potentiores quàm in vulgari: cumque ſit volatilis urinoſus, patet, quod conveniat externè & internè in affectibus ab acido vitioſo, præſertim vinoſo oriundis, cùm hoc tanquam ſui compos ratione ſalis urinoſi etiam in remotis corporis locis præ aliis volatilibus deſtruat & dulceſcere faciat, ac ita morbos inde natos curet. Unde inſignis eſt ejus uſus internè in pleuritide, affectibus hyſtericis, hypochondriacis, ſcorbuticis, cachecticis, & ſimilibus morbis chronicis tartareis, per urinam & ſudorem purificando ſanguinem; in febribus etiam intermittentibus, præmiſſis præmittendis, egre-

by Googl

egregium eſt ſudoriferum & diureticum; urinam enim movet potenter; adeoque in hydrope eſt ejus uſus adeò exoptatus. Ulteriùs in pareſi ex colica ſpiritus tartari volatilis vel intrinſecus aſſumptus, à ℈. ad ʒß. vel extrinſecus membris paralyticis inunctus, eſt expertum remedium, & quidem internè in tali caſu adhibetur ſub vehiculo vel vini vel decocti enulati; curat enim ſic pareſin per ſudorem: In calculo, podagra, & arthritide vaga & fixâ, doloribus artuum ſcorbuticis & ſimilibus, egregii quoque eſt uſus; quoniam acidam lympham, nervos infeſtantem, & tendines pungentem & corrodentem emendat, coagulationem in tophos impedit; internè aſſumptus, externè inunctus, aut cum linteis applicatus.

Tertius modus per putrefactionem eſt elegans & penetrantiſſimus. Sic habetur ſpiritus & ſal volatile, teſte Becchero *Phyſic. ſubterr. pag.* 429. *& ſeq.* item *in ſupplem.* 2. *pagin.* 93. Novi amicum, qui ex tartaro egregium & copioſum paravit ſpiritum inſtar ſpiritus ſalis Ammoniaci penetrantem, in quibuscunque morbis tartareis, ex acido viſcido oriundis, maximè utilem. Artificium conſiſtit in legitima tartari putrefactione. Retulit hic ipſe amicus, ſe tartarum miſcuiſſe c. ſ. q. aquæ ſimplicis, coquendo ad diſſolutionem tartari, quam coctura inſpiſſavit in tantum, ne tartarus in grana denuò concreſcere & coire potuerit; ſic enim ſucceſſivè putreſcere. Putarim, ſi verus eſt proceſſus, meliùs eſſe, ſi cum muſto hoc modo coquatur tartarus: non ſolum enim promovebitur putredinis negotium; ſed etiam ipſum muſtum ſupplementum ſpiritui & ſali volatili ſubminiſtrabit. Alii copioſa aquâ affusâ in blandâ digeſtione tartarum continent, ac ita ad putredinem eundem deducunt. Arbitror optimam & breviſſimam viam putrefaciendi tartarum eſſe, ſi miſceatur cum ſolutione ſalis cujusdam alcali fixi, donec ceſſante effervescentia diſſolutus appareat tartarus, & ita blando calore c. ſ. q. aquæ digeratur: Enervabitur ſic acidum tartari, diſſolvetur & invertetur textura olei, & conſequenter motu putredini ſimillimo ita alterabitur tartarus, ut ſpiritus & ſal volatile haberi queat. Nempe videtur huc reſpexiſſe Langelott in famoſa ſui tartari fermentatione, de qua vid. *Epiſtol. ad Nat. Curioſ. pag.* 10. & Bartholinus *Centur.* 2. *Epiſtol.* 42. *pag.* 532. item *Epiſt.* Beckii *ad Langelott.* de hac materiâ; dum ſolutioni ſalis tartari additur tartarus crudus, quo ingens ebullitio excitatur propter ſal tartari fixum, quod congreditur cum acido tartari; in cryſtallos abeunt lamellarum inſtar, & ſunt diureticum ſingulare. Et hoc eſt, quod ſal tartari per fermentum proprium fermentatum det ſpiritum volatilem.

Sed effervescentia hæc eſt ſaltem, non verò fermentatio; & bullæ iſtæ communes ſunt quibusvis aliis fermentationibus concretorum nonnihil pinguium; & ſpiritus, qui hoc modo obtinetur, nihil præ vulgari tartari ſpiritu obtinet. Unde & Beckius minùs ferit ſcopum, dum concretum quaſi Ammoniacale exinde emergere putat: quod tamen ad concretum tartari pingue, & diverſimodè compoſitum, non adeò quadrat. Habeatur ſaltim ratio pinguedinis in tartaro, ejusque per alcali putredinis motum reſolutionis, & res ſponte patebit, uti ſuprà ex olei empyreumatici cum ſale fixo digeſtione innotuit.

Cæterùm optimus ſpiritus tartari volatilis eſt, qui fit ex fæcibus vini; & præ cæteris omnibus per detonationem cum ana nitri paratus ſpiritus ſic dictus carminativus de tribus, cum parte tertia ſalis tartari vel cin. clavell. aut, calcis vivæ per retortam ritè deſtillatus in receptaculum, cui ſpiritus vini tartariſatus infuſus ſit; & tinctura ſolaris nephritica Ammelungii, quæ præparatur ex ana tartari, nitri, mineræ antimonii, & ſilicum Saalfeldian. ſolarium, qui maculas & fibras quaſi ſolares ſtriatas habent: pulveriſatis his admiſcendo nitrum in aqua calida ſolutum, ſubigendo probè, & reponendo aliquandiu in cella, ſæpiùs agitando, deſtillantur poſtmodum per retortam cautè, ne cum impetu fulminante omnia diffringant: liquor prodit urinoſus coloris nonnihil aurei, egregius propter ſal volatile tartari non nihil oleoſum; nam parum ſulphuris antimonii eſt, quod continet, & nihil quod ex ſilicibus habet: parum igitur reſpectu hujus præſtare poteſt.

Poſt ſpiritum tartari vulgarem, oleum copioſum fœtidum, ſub quo copioſum ſal volatile ab acido pingui concentratum deliteſcit prodire, ſuperiùs dixi; Hæc enim duo conjuncta exeunt ſub forma olei, quod eſt liquor craſſus obſcurus & fœtidiſſimus; ob id à multis rejicitur ut inutile quid: ſed perperam; cùm in eo ſit ſal volatile concentratum egregium, magnarum in Medicina virium. Multa certè latent adhuc in hoc oleo paucis cognita. Miſcetur cum cornu cervi uſto, vel cum cineribus animalium, & rectificatur aliquoties; ſic acquiritur oleum coloris aurei, ſaporis & odoris penetrantiſſimi, in colica, paſſione hyſterica, &c. doſi gutt. iij. vel iv. in hauſtu vini: corrigit quodcunque acidum, & pellit ſudorem fœtidiſſimum.

Digitized by Google

Ubi opus ergò forti ſudorifero, optimum eſt. Præſervat calculum, purificat renes, &c. Externè ad ſcabiem & luem Veneream multùm conducit: Adhibetur etiam in tumoribus malignis, bubonibus & carbunculis peſtilentialibus, imprimis pro iisdem maturandis, ut & pro ulceribus purificandis & conſolidandis: Mirificè reſiſtit doloribus podagricis, & emplaſtri loco renibus applicatum, dolores nephriticos ſiſtit.

Poſtquam oleum prodiit, in capite mortuo ſal fixum reſtitat, conjunctum cum copioſis nigris terreſtribus portionibus, quod factum ex colliquatione alcali & acidi: quæ duo cum particulis terreſtribus & pinguibus colliquata abeunt in ſal fixum, quod de omnibus ſalibus lixivioſis vegetabilium verum eſt, quæ non nativa ſunt, ſed igne producta, per fortem colliquationem facta.

Hoc ſal tartari elixiviatum fixum eſt medicamentum ſingulare multi uſus in Medicina & Alchymia. Nam quæcunque acida aliena in primis viis deſtruit, febrifugum eſt optimum, ante paroxyſmum in vino aſſumptum, pellit potenter urinam: Deinde digeſtivum eſt celebre in morbis chronicis & affectibus hypochondriorum ab acido ortis. Ulteriùs etiam liquefactum in aqua adhibetur pro correctione omnium venenorum imprimis purgantium, v. gr. pro infuſione purgativa ex fol. ſennæ in aquam appropriatam; addatur ſal tartari fixum, & hoc elicit potenter virtutes, ut promptè ab illo ſequatur purgatio. Ex hoc fundamento prodit infuſum laxativum mannagettæ, quod deſcribit Zvvelfferus *in Pharm. Reg.* quod paratur equidem cum cremore tartari; meliùs tamen foret, ſi pararetur cum ſale fixo tartari. Unde in uſu eſt, ut ingrediatur nodulos purgantes & alterantes vino infundendos ſal tartari fixum; hoc enim ſolutum à vino efficit, ut extrahantur fortiùs virtutes vegetabilium.

Si hoc ſal tartari ponatur in locum humidum, liqueſcit in liquorem, & vocatur oleum tartari per deliquium, ad differentiam olei deſtillati fœtidi. Hoc externè in uſu eſt creberrimò inter cosmetica, contra ſerpiginem imprimis, pruritus, ſcabiem, puſtulas, varos, & ſorditiem cutis quamcunque, præſertim c. ſ. q. olei amygdal. dulcium factum: Deſtruit nempe acidum intercutaneum. In achoribus & tineis capitis infantum, in gutta roſacea & ſimilibus, quæ proveniunt ab acido fermentativo ſub cuticula concluſa, egregium eſt.

Tandem etiam in Alchymia ſal tartari magni eſt uſus pro reſuſcitandis metallis, & pro elaborando Mercurio corporum metallicorum, unde etiam privilegiatum dicitur ſal tartari Tachenio, quatenus tanquam naturæ ſemi-mineralis potentiùs operatur in concreta metallica, aliaque mineralia, agendo in eorum ſulphur; unde inter ſalia reſuſcitativa dicta præ cæteris eminere ſolet. Ejus enim ſingularis eſt vis potenter omnia reſuſcitandi, & Mercurios vivos producendi. Fundamentum conſiſtit in hoc; ſolvuntur metalla per ſpiritus acidos, dum ergo ſal tartari fixum adjicitur, conjungit ſe cum acido, quo acido ſeparato, ipſa metalla liquefacta in igne regenerantur, antiquam formam aſſumunt & reſuſcitantur: item concretio metallorum, qua Mercurius vivus acquiritur, fit ab acido. Dum ergò hoc acidum per ſalia reſuſcitantia, ſolvitur & attrahitur, fit, ut ſolvatur coagulationis vinculum, & acquiritur Mercurius corporum metallicorum, qui multi eſt uſus in Alchymia & Chymia.

Quod II. ſalis tartari cum aliis, præſertim acidis, pro uſu medico combinationem attinet, has inter eminet terra foliata tartari: ſcilicet ſali tartari fixo affunditur acetum deſtillatum q. ſ. pro ſaturando ſale tartari; ſic acidum volatile aceti ſe jungit cum ſale fixo tartari, & prodit per alembicum inſipidum: hoc ſi fit toties, usque dum acetum ſub antiquâ ſua acredine ſuper alembicum aſcendat, & remaneat ſal tartari ab aciditate aceti ſaturatum, fit tartarus quaſi regeneratus, terra dicta foliata tartari, vel ſal tartari eſſentiale.

Multum valet in Medicina, eſtque excellens menſtruum pro recludendis vegetabilibus, & extrahendis eorum eſſentiis; ſicuti eadem terra foliata tartari convenit egregiè in eliciendis tincturis metallorum, & cum hac præparatur tinctura Martis aperitiva ex vitriolo Martis. Terra hæc foliata tartari, conjuncta cum ſpiritu ſalis Ammoniaci in digeſtione, eſt remedium ſingulare in malo hypochondriaco, ſcorbuto, & ſimilibus. Vocari etiam ſolet aliàs ſal eſſentiale vini, quoniam parata eſt ex ſale tartari fixo, aceto & ſpiritu vini; adeò ut ex hâc terra denuò poſſint deſtilleri, tanquam ex tartaro, ſpiritus, oleum, & ſal fixum mira naturæ pericycloſi. De hâc terra tartari foliata videatur Zvvelfferus *in Apologia contra Tachenium*, Tachenius *in Hippocrate Chymico*, & Rolfinccius *in Chymia*. Egregium eſt diureticum, quod magnifecit

Senner-

Sennertus. Si ſolvatur in loco frigido in liquorem, vocatur liquor terræ foliatæ, tartari ſeu arcanum tartari. Terra foliata tartari, ſit cum ſale volatili Ammoniacali conjungatur, & per retortam, in cujus recipiente ſi ſpiritus vini, deſtilletur, liquor prodibit admodum ſpirituoſus volatilis, & valdè penetrans, qui reſolvitur in ſpiritu vini & eſt remedium penetrantiſſimum atque gratiſſimum.

Terra hæc foliata tartari, loco tædioſæ cum aceto præparationis, compendioſiùs haberi poteſt, ſi

℞. *Cryſtall. tartari* ℥viij.
Sal tartari ℥iv.
Aquæ comm. ℔iij.

Filtretur liquor poſt ebullitionem factam, & evaporetur ad ſiccitatem, & in fundo reſtabit ſal candidum.

Hoc ipſum optimè cum Martialibus jungitur, ſpeciatim cum vitriolo Martis, & exinde ſit vel in forma liquida Tinct. vitrioli Martis Zvvelfferi, vel in forma ſicca pulvis Martialis compoſitus: vid. Zvvelfferus *loc. alleg.* Quin imò & ipſe cremor tartari cum vitriolo Martis probè ſubactus, compendioſiùs ſub eadem efficaciâ eadem remedia, tàm in forma ſicca, quàm humida, ſuggerit Autore Ludovici *in M. A. N. C. Ann.* 3. *Obſervat.* 250. *pag* 454.

Tinctura tartari ab Autore deſcripta, propriè loquendo eſt non ens, & nihil aliud, quàm ſal tartari fixum, ſubtilius cum ſubſtantia fæculenta, ex calcinatione intenſiore enata, in ſpiritu vini ſoluta. Nam perfectè calcinatum ſal nullam deponit tincturam; ſed quicquid tincturæ eſt, id habet à ſulphure carbonum incenſorum, ab alcali tartari imbibito; unde etiam usque ad cæruleitatem calcinari debet, quo elegans & rubicunda tinctura obtineatur. Tinctura ergò iſta non elicitur ex ſale tartari; ſed oritur ex ſpiritu vini, cum ſcoriis terreis ſalis tartari per fortiorem calcinationem genitis, ſe tingentis; quibus pro tincturæ exaltatione ipſum ſal à ſpiritu vini blando calore imbibitum aliquantulum tribuit. Per experientiam conſtat, violentâ calcinatione ad cæruleitatem usque ſucceſſivè ipſum ſal tartari abſumi penitus, ut factâ novâ ſemper lixiviatione, inſpiſſatione & calcinatione totum ſal fixum deſtrui & in fæces obſcuras commutari poſſit. Has fæces, quæ cæruleum colorem ſali tartari conciliant, imbibit ſpiritus vini cum particulis ſalinis, & exinde tincturam iſtam repræſentat. Si recipiatur caput mortuum ſpiritus carminativi probè calcinatum, & infundatur in ſpiritum vini rectificatum, cujus partibus iij. pars 1. ſpiritus tartari addita fuerit, mediante digeſtione pars alcalica ſpiritui committitur, ac elegans ac pro uſu Medico efficax tinctura ſic paratur.

Vi alcalinâ acida primarum viarum abſorbet, cum iisdem in ſalſum ſaporem diureticum abit, & egregium remedium eſt contra calculum, mucilaginem ſtomachi incidit, appetitum provocat, corpora reſinoſa diſſolvit, & uſui medico aptiora reddit, menſes ſtimulat, &c. Cum hac quælibet reſinoſa aliàs irreſolubilia in eſſentias adiguntur.

Paratur etiam tinctura tartari acris, ex tartaro & calce viva coctis vel calcinatis, hinc extractis, inſpiſſatis; quod cum ſpiritu vini digeritur, & ad uſum ſervatur.

Ex hoc ſale tartari fit tartarus vitriolatus, affundendo ſali tartari ſpiritum vitrioli. Alii cum ſpiritu ſalis componere ſatagunt ſal tartari, ſed labor horum fruſtraneus eſt: Nil aliud enim quam vitriolum & ſal congeneratum accipiunt. Præfero ergo modum Tacchenianum *in ſua Clave Hyppocrat Chym. pag.* 70. optimè fit ex oleo tartari per deliquium & vitriolo ex minera Martis ſolari in aqua ſoluto, ad imitationem nempe Tacchenii *loc. alleg.* vid. Wedelius *Pharmac. pag.* 21. ſic enim in ſal ſalſum amaricans abit.

Elegans & univerſale eſt digeſtivum ante purgationem pro affectibus ventriculi & inteſtinorum & aperitivum viarum & meatuum obſtructorum, ſapore enim ſuo falſo, & vi nonnihil laxativa & diuretica inſigniter abſtergit & temperat; hinc in morbis chronicis remedium meritò laudandum eſt. Obſervatur quoque, quod ſi tartarus vitriolatus à ℈j. ad ʒß. purgantibus admiſceatur, dimida ſaltim doſis ſit ſumenda purgantis, quoniam tartarus per ſe habet vim proritandi alvum, & ſtimulandi inteſtina ad excretionem.

Ulteriùs paratur tartarus vitriolatus metallicus, ſeu qui conjungitur cum metallis, imprimis tartarus vitriolatus antimoniatus, ex liqueſcentia & fuſione mutua antimonii & ſalis tartari, elixiviati ex capite mortuo, affuſo ſpiritu vitrioli.

Quidam ad imitationem tartari vitriolati parare ſatagunt tartarum nitratum, ſi ſpiritus nitri conjungatur cum ſale tartari; (per effervescentiam enim coëunt) qui egregius dicitur in multis morbis internis, cui multum tribuit Bartolettus *in Tractat. de Reſpir. Diffic. libr.* 5. *cap.* 1. ſed obſervetur, quod ſicut ſal tartari cum ſpiritu ſalis

Digitized by Google

ſalis conjunctum, dat ſal commune; ita cum ſpiritu nitri det verum nitrum regeneratum.

Denique cum ſal tartari fixum non ſit adeò magnarum virium, ſi ſub fixitate ſua perſiſtat, propterea ſemper allaboratunt omnes Alchymiſtæ, ut volatiliſaretur: Ubi obſervetur diſtinctio, quod aliud ſit ſal tartari volatile, & aliud ſit ſal tartari volatiliſatum. Nam ſal volatile tartari poteſt parari ex fæcibus vini exſiccatis. Quod autem attinet ſalis tartari volatiliſationem, ad quam primus omnium ſtimulum addidit Helmontius *Tractat. de Febribus cap.* 15. §. 26. *& cap.* 17. §. *ultimo*, magnus requiritur labor, & qui norunt volatiliſare ſal tartari, habent ſuccedaneum liquorem Alcaheſt, ſeu menſtruum univerſale. Sal enim hujusmodi fixum volatiliſatum eſt remedium penetrantiſſimum, quod Autore Helmontio proreptat ad quartum digeſtionis limen, quod ſtatuit in arteriis, quodque ſaponaria virtute quascunque partium ſordes abſtergit, & corpus purificat virtute ſtupenda. Mirum quid in melancholicis affectibus præſtat ſal tartari volatiliſatum.

Natura volatiliſationis ſalium fixorum conſiſtit in eo, ut terra ſigens ſuperflua ſeparetur à ſalibus fixis, ut ſalia colliquata, acidum pingue cum alcali volatili, rediganturin naturam volatilem, quæ, quoniam ignis colliquatione admodum ante ſunt concentrata, emerget ſal volatile quaſi oleoſum acerrimum, penetrantiſſimum, in ſolutionibus corporum & inde parandis remediis efficaciſſimum.

Quare autem ſalia fixa tanto ſtudio volatiliſare nitantur Autores, & in quo ſalia fixa volatiliſata, à ſalibus per ſe volatilibus differant, optimè videtur explicare Beccherus *in Suppl.* 2. *pag.* 82. *& ſeq.* Conf. Beckius *Epiſtol. de Sale Tartari pagin.* 19. Item *in Experiment. pagin.* 124. *&* 144. *& ſeq.* Perficere hoc ipſum res multi laboris eſt, ut hoc docet Barnerus *in Prodr. Vindic. litera C.* & imprimis laborioſiſſimum ſe exhibuit Ludovici *Tractat. de Sale Tartari.* Modi volatiliſandi inſtituuntur varii; infelici tamen cum ſucceſſu. Sunt, qui alumen cum ſale tartari fixo miſtum deſtillant; unde acquirunt ſpiritum urinoſum, & ſal volatile: ſed hoc ſal non ex tartaro, verum ex alumine eſt: Quidam volunt volatiliſare per ſpiritum vini rectificatiſſimum; & verum eſt, quod aliquid ſubſtantiæ volatilioris alcaliſatæ rapiat ſecum ſpiritus vini per repetitas per retortam cohobationes; ſed genuinam non ſapit volatiliſationem. Alii volunt volatiliſare per deliqueſcentiam reiteratam in aere, quali modo Zvvelfferus *in Pharmacevt. Regia pagin.* 247. magno hiatu multa promiſit: ſed labor hic eſt ridiculus, & ſophiſticus; quoniam acquiritur nil niſi aqua elementaris. Epicriſin quoad hunc laborem videbitis in Ludovici *Præfatione de Sale Tartari*, item in Beckii *Medit. & Experim. circa Rerum Naturalium Princip. pagin.* 155. Alii volunt volatiliſare ſal tartari fixum per rorem majalem, & ſpiritum ejus; quod eſt magis probabile: ſed eſt labor admodum difficilis. Alii aceto mediante hoc peragere nituntur, ita ut ſal eſſentiale tartari, crebriori deſtillatione & renovata imbibitione ſal fixum totum tandem ſecum rapiat: Succedit negotium, ſed tàm tardè & ſucceſſivè, ut particulæ fixiores repetito igne & aceti roſione ita diſpergantur, ut nullibi inveniantur. Alii ex ſpiritu tartari, oleo tartari deſtillato & ſale tartari fixo, per repetitam digeſtionem & deſtillationem omnia unire, & tandem ipſum ſal fixum ſic volatiliſare nituntur: ſed quod habetur ſal volatile, videtur eſſe ex oleo, dum ipſum ſal fixum maximam partem in fundo remanebit. Ergò meliores encheiriſes ulteriùs inveſtigandæ erunt. Modum ex tartaro eliciendi ſal volatile habet Boyle *Chym. Scept. pag.* 142.

Plura qui cupit de tartaro ejusque medicamentis, videat Sachſium *in Ampelographia.*

THUS.

Thus eſt reſina elegans, exſtillans ex arbore exotica. Solet adulterari ſæpiùs & permiſceri cum cortice & reſina pini, ſed fraus poteſt deprehendi in ignem injectione; quia fumus de pino talem non ſpirat odorem, quemadmodum thus.

Vulgò duplicis habetur generis: Maſculinum & fœmininum. Maſculinum eſt, quod eſt album, aut modicè flavum puriſſimum, & in globulos rotundos concretum inſtar teſticulorum: Fœmininum eſt magis reſinoſum & molle.

Quoad vires, non ultimi uſus eſt. Ingreditur theriacam. Alii pro roborando & confortando ventriculo deglutiunt aliquot grana thuris, iisque ventriculum admodum confortari dicunt. Vires habet temperatas, indeque ad acriores humani corporis ſuccos & lympham, præcipuè acidam & ſalſam nimis, in affectibus capitis & pectoris, aliquali temperaturâ, corroboratione & adſtrictione opus habentibus, ut in tuſſi ſicca, aſthmate & raucedine, multum convenit. Singulare eſt

pro

Digitized by Google

pro cura pleuritidis ; unde Quercetanus recipit pomum dulce excavatum , replet cum ʒj. thuris, poſtea operculò rectum ſub cineribus coquit; quod ita coctum in pleuritide comeditur , ita ut aquæ carduibenedicti ʒij. ſuperbibantur : Videatur de hoc ipſo Riverius *in Praxi*, uti etiam in *Cent.* 1. *Obſervat.* 86. Hoc pomum adhuc melius perficit Foreſtus *lib.* 2. *Curat.* 85. qui intromittit *thuris* ʒß. *& flor. ſulph.* ʒj. quæ coquit. Tale pomum ſimiliter utile eſt in aſthmate : vid. Riverius *Cent.* 4. *Obſerv.* 88. Item pomum hoc modo paratum eſt egregium experimentum in dyſenteria, dum ulcuſcula inteſtinorum conſolidat, & fluxum ſanguinis inhibet, & imprimis in dyſenteria ſumitur convenienter cotoneum excavatum. Aliàs thus & ad diarrhœas & muliebria profluvia laudatur. Ratioris tamen eſt uſus interni.

Extrinſecus frequentius uſurpatur in ſuffitibus capitis pro catarrhis, vertigine , coryza, & ſimilibus, uti & in procidentia ani & teneſmo, ſi ſcilicet in ſella fit ſuffitus, qui ano aperto excipiatur. Deinde frequentis eſt uſus in ulceribus manantibus , & vulneribus nervinis : ſicuti etiam epuloticum eſt primarium : unde nullum ferè balſamum, unguentum & emplaſtrum vulnerarium & ulcerarium conſolidans eſt, quod thus non ingrediatur : pro quo ſcopo etiam ſolet pulveribus dentifriciis permiſceri , quando copioſus ſanguis per gingivas tranſſudat.

Oleum thuris in phthiſi efficaciſſimum eſt remedium.

Faber *in Myrothec. ſpagyr. lib.* 2. *cap.* 43. præparat ex thure quintam eſſentiam thuris balſamicam cum ſpiritu terebinthinæ, quæ egregium eſt remedium.

TRAGACANTHA.

Tragacantha eſt liquor gummoſus ex planta , tragacantha dicta , exſudans , quæ eſt frutex parvus, friabilis admodum, & ſpinoſus, in Italia frequens ; unde à quibusdam dicitur ſpina hirci ; ex radice imprimis ſciſſa vel fracta exſudat.

Gummi hoc in aquâ communi facilè in mucilaginem reſolubile eſt, egregium in tuſſi ſicca & raucedine , aliisque affectibus pectoris , pro demulcenda acrimonia , ubi rotulæ inde fiunt , quæ ſucceſſivè deglutiuntur. Quod valet de humoribus acribus in pectore , valet de urinæ acrimoniâ, quando convenit in dyſuria, exulceratione renum, ſtranguria, &c. dum eandem acrimoniam ſimul demulcet & compeſcit, partes quoque exaſperatas , excoriatas, earumque fiſſuras, &c. mitigat ; unde tàm externo quàm interno uſu mucilago ejus frequenter uſurpatur.

Externè mucilago hæc convenit ad fiſſuras manuum, pedum , papillarum, &c. cum aqua ſpermatis ranarum extracta. Ingreditur pulverem ſympatheticum compoſitum : qui convenit in vulneribus cum contuſione , oſſium fractura, & ſimilibus ſymptomatibus conjunctis. Aliàs externus uſus rarus eſt.

Proſtant in officinis ſpecies diatragacanthi utiliſſimæ pro compeſcenda tuſſi , ſub forma rotularum & morſulorum liquefactæ in ore , & ſenſim ſenſimque deglutitæ , & quidem in catarrhis ſalſis , ubi oriuntur raucedines , aliique cognati affectus.

Sub trochiſcorum quoque formâ cum aliis propinatur, uti ſunt trochiſci de carabe, de terra ſigillata, &c.

TUBERA CERVINA.

Tubera cervina , **die Hirſch-Brunſt** / vocatur etiam fungus cervinus, uſitatiſſimè boletus cervi. Eſt ſpecies fungi , & figura externâ membrum genitale cervi repræſentat ; unde fabula orta eſt , quod in ſylvis ex ſpermate cervi, in orgasmo ejaculato, creſcat. Sed nihil eſt teſte enim Lonicero & Valerio Cordo , fungus talis reperiri ſolet etiam iis in locis , ubi nunquam fuêre cervi reperti.

Hinc patet , quod externa figura occaſionem dederit commento , quod oriatur ex ſpermate cervi , adeoque ad Venerem conducat ; unde ingreditur electuaria Venerem ſtimulantia; ſed peſſimô conſiliô, cùm ex ſe ſit indigeſtæ naturæ, & inſtar omnium fungorum aliquid maligni in receſſu habeat : Ergo potiùs extinguit Venerem, quam quod provocet. Hinc ſecutum ex unô inconvenienti adhuc aliud , quod mulieres illum permiſcere ſoleant in poculis amatoriis cum aliis quibusdam ſpeciebus incantatoriis & magicis. Hæc enim omnia ſunt vana & inutilia, adeoque fungus hic optimô jure ab officinis potiùs exulare debet , quàm ut eodem fruſtra utamur. Videatur Wormius *pagin.* 139. & Valerius Cordus *in Notis in Dioſcor. cap.* 83.

FUNGUS LUPINUS.

Seu lupi crepitus ab Autore hic additus, eſt fungus ſui generis famoſus apud Chirurgos, & exſiccatus in vulneribus recentibus pro ſiſtendo ſanguine undecunque manante uſurpatur : ſpongiæ enim inſtar hunc imbibit, qui coagulatus talem acquirit texturam , ut exinde obturetur orificium in vaſis ſanguinem fundentibus. Præſtantioris effectus obſervatur, ſi diſcindatur in taleolos, & comprimatur quantum poſſi-

Digitized by Google

bile, & tunc imponatur ; qualem modum præparandi docet Felix Wurzius *in Chirurgia, de ſymptomatis vulnerum.*

V.

VINUM.

VInum nihil aliud eſt, quàm muſtum ex uvis expreſſum, fermentatione depuratum & exaltatum ; nempe totius maturationis fructuum progreſſus fit per fermentationem.

Cum muſto hoc commune habent omnes omnium vegetabilium ſucci expreſſi, ut fermenteſcendo depurentur, partim per heterogenearum & non miſcibilium particularum ſeparationem, partim per reliquarum miſcibilium arctiorem unionem, & per oleoſitatum volatiliſationem. Dum enim in ſucco fermentatio ceſſans ulterius continuatur, per motum hunc inteſtinum partes ſalino-oleoſæ magis magisque attenuantur, perfectè volatiliſantur & fiunt liberiores, dum ab aliis ſeparantur, & in volatilitate ac in penetrabilitate ſic exaltantur ; ex qua exaltatione ex parte in ſpiritum abeunt, indeque liquores vinoſi prodeunt, uti in vino ex uvis, item pomaceo, pyraceo, &c. manifeſtum eſt. Pariter hoc fit, ſub fermentatione muſti, unde ſequitur vis vini roborandi & confortandi ac ebrietatem conciliandi ; unde muſtum ſub fermentatione longè aliter ſe habet, ac poſt eandem. Nam ſi quis vel dolium muſti ebiberet, nunquam tamen inebriaretur ; quodſi verò vel cantharus vini generoſi aſſumatur, vis illius ſentietur, facileque quis inebriabitur. Propter egregias has virtutes vinum non immeritò vocatur ſanguis terræ, & Princeps omnium vegetabilium à Paracelſo.

Aucta ulterius fermentatione magis ſucceſſivè attenuatur acidum hoc, partim extrudit, partim concentrat alcali, & ſimul ſupprimit oleum & ſpiritum, adjuvante imprimis calore externo ; & ſic ex vino fit acetum. Nempe tartarus, per ſubſtantiam vini novi diſperſus, fermentatione, continuatâ ita recluditur, ut in fluorem abeat, ut loquitur Williſius, hoc eſt, totam maſſam undique repleat. Hinc Billichius acetum tartarum liquidum, tartarum verò acetum ſiccum ſeu coagulatum appellat.

Muſtum, ex quo fit vinum, compoſitus eſt liquor falſus ſalinus oleoſus, de acido nempe & alcali participans: & quidem, quò magis de alcali & oleo participat eò dulciora exinde fiunt vina. Per ſe alba ſunt vina ; rubra verò fiunt, ſi muſtum fermentet unà cum parte vinaceorum: nempe alcali vinaceorum temperat acidum, & ita texturam immutat, ut exinde rubeſcat, alcali cum oleo concurrens. Hinc vina rubra magis tartarea, diutiusque in corpore ſubſiſtunt, quàm candida.

Vina dulcia, muſcatellinum, Hiſpanicum, &c. non ſolent fermentari, ſi pars phlegmatis prius evaporarit. Hinc eſt, quod non tantummodò ſunt glutinoſa, ſed & quod phlegmatis defectu non poſſint ſufficienter fermentari, unde non ritè exaltatur oleum, nec debitè in ſpiritum volatiliſatur ; hinc multò minus ſpiritus de vino Moſchato & Hiſpanico colligitur, quam de vino Rhenano vel Gallico ; hinc etiam ſaporem acidulum pungentem acquirere nequeunt, ſed dulcia permanent, cùm oleum non ſufficienter rarefactum impediat reſolutionem, ſalium præprimis acidi, & conſequenter ſaporis debitam intenſionem. Unde muſtum recens, ſi infundatur limaturæ Martis, fermentare neſcit : equidem bullas copioſas in ſuperficiem ejicit propter acidum Martem rodens, & ita non nihil cum Marte efferveſcens : Interim tamen, quoniam acidum, relicto proprio alcali, in Martem agit, fermentatio ceſſat, & ita nec acetum nec vinum fit, quin talis ſolutio per plures annos, ſi parum phlegmatis evaporaverit, aſſervari poteſt. Hinc & ex vinis dulcibus deſtillatione plus olei, ex cæteris ritè fermentatis plus ſpiritus, acquiritur.

Fermentatione muſti in vino viget actio acidi in alcali, hinc copioſa ſubſtantia alcalina pinguis terrea præcipitatur in fundum, & fæces vini, acido in vino imprimis dominante ; quod tamen acidum vini, ceſſante fermentatione, redit denuò, & ſolvit ex parte fecem, cum eaque coagulatur in ambitu vaſis in tartarum. Hinc dulcia vina parum tartari ſuggerunt, etiam Hungarica : In vino ergò deprehenditur acidum reſolutum cum ſufficiente portione alcali volatilis & oleo intermiſto, eoque ex parte volatiliſato. Alcali vino inexiſtere docet imprimis Mechanica Beccheri quoad triplicem vini ſubſtantiam, quam videbitis *Phyſic. Subterran. lib.* 1. *cap.* 2. *pagin.* 33. *ſeqq.*

De vino, ejusque productis, aceto & tartaro, plura habent Potzius *in Anat. Vini Rhenani* ; Item Canonherius *de Admirandis vini virtutibus*, Beccherus *loc. allegat. pagin.* 429. *ſeq.* & Helmontius *Tractat. Tart. Vini pag. m.* 255. *ſeq.*

Uſum medicum vini quod attinet, in hoc duæ ſunt penſitandæ partes;

(1) Pars

(1.) Pars oleoſa ſalina volatiliſata, ſive ſpiritus volatilis ardens; & hinc
(2.) Subtile acidum, quod in omni vinô deprehenditur.

Ratione ſpirituoſæ partis moderatus vini uſus eſt ſummum reſtaurativum; ſummè enim debilitatos maximè recreat & refocillat, ſimulque agiles facit, & exhilarat ſpiritus noſtros, unde in febribus malignis hauſtus vini optimum dicitur cordiale. Pro iis, qui in exercitio Venereô nimis delaſſati atque debilitati ſunt, ita ut animum linquant, hauſtus vini, imprimis Hiſpanici, reſtaurativum optimum eſt: idque eò magis, ſi indatur & agitetur cum vitello ovi vel ovo ſorbili, & aliquot granis ambræ; & mirè reficit ſolus odor vini lipothymicos, ſyncopticos & ſummè debilitatos. Spiritus hi nihil aliud ſunt, quàm oleum vini fermentationis medio, adjuvante igne, attenuatum & volatiliſatum. Spiritus hi propter aliqualem ſymboliſationem promptè ſe ſociant ſpiritibus noſtris vitalibus, indeque iſta alacritas, & virium incrementum ab ejus uſu.

Subſtantia vini acidula amica imprimis & perquam grata eſt ſtomacho, acrimoniam alcalinam corrigit, & digeſtionem primam valdè promovet, appetitum revocat, & ſanguinis conſiſtentiam nimis fluidam, & inde vires reſolutas corrigit & reſtituit; adeò ut tutò in febribus poſſit concedi pro virium refectivo, modò non nimis inordinatè uſurpetur; adeò ut acidum à ſtomachi fermento poſſit ſubigi, & in ſalſum volatile mutari, & ſic non fit nocivum. Venenis præterea reſiſtit; Unde in peſte optimum eſt præſervativum hauſtus vini generoſi manè aſſumptus: id quod omnes peſtis victores unanimi conſenſu teſtantur. Videatur Willis *de Febr. cap.* 18. *de peſte*, Helmontius *pagin.* 878. & Diemerbroccius *pag.* 145. Imo vini meracioris potus oculorum dolores & rubores curat; vid. *Aphoriſm.* Hippocrat. 31. *Sect.* 6. *& Aphoriſm.* 46. *Sect.* 7. Poterius *Centur.* 2. *Obſerv.* 63. Riverius *Centur.* 3. *Obſervat.* 25. & Borellus *Obſervat.* 77. *Centur.* 2. *pag.* 175. Sed per nimium uſum vini, ratione acidi in ſtomacho non ſubacti, & in duodeno non ritè correcti, atque cum acore ſuo ad partes transmiſſi multa mala generantur, in inteſtinis tormina, in maſſa ſanguinea ebullitiones, in partibus membranoſis & nervoſis dolores podagrici, in renibus calculi, aliaque, quæ ab acido vulgò derivantur. Aliàs per ſe nemini nocet. Eraſmus Franciſci *Part.* 3. *pagin.* 30. **Luſtiger Schau-Bühne/** ex Baldo Anglo refert: **Man könne einem gantz verdorbenen Faſſe mit Wein/ ſeine vorige Güte wieder ſchaffen/ ſo man in demſelbigen Faß eine lebendige Natter umbringet.**

Anatome Chymicâ accedente ſubminiſtrat ſpiritum ardentem, qui dicitur aqua vitæ, quoniam ſpiritus vitales roborat & confortat, quatenus ſymbolizat quaſi cum ſpiritibus noſtris, ut facilè in eorundem conſortium rapiatur; & propter egregias virtutes à Zapata dicitur aurum potabile vegetabile, cum magis confortet corpus, quàm alias aurum potabile. Hujuſmodi ſpiritus per alembicum deſtillatur, vel in balneo Mariæ; Copioſior, iſque optimus, per veſicam elicitur ex fæcibus vini, & pro uſu medico melior; turget enim partibus ſalinis alcalinis volatilibus oleoſis, quæ dilutæ ſunt phlegmate aqueo. Spiritus vini ergo eſt quaſi oleum ſeu pars ſulphurea vini, fermentando volatiliſata, hinc ſaccharum aut ſal & his affinia concreta non ſolvit, benè autem concreta oleoſa, pinguia reſinoſa, & ſimilia.

Spiritus vini rectificatus dicitur alcohol vini: ejus ſignum eſt, (1.) ſi cochleare unum ſpiritus vini in terram effunditur, nec tamen guttula ulla illam attingat; ſed potiùs ſub nebulæ formâ in aëre diſpergatur. Dein (2.) ſi cum pulvere pyrio ſubigitur ac accenditur, & nullam relinquat humiditatem, (3.) ſi linteum à ſpiritu vini madefactum poſt ejus deflagrationem ſine humiditate reperitur.

Cæterum eſt adhuc alius modus parandi ſpiritum vini per congelationem à frigore, quem docuit Paracelſus, & vocatur ſpiritus vini Philoſophicus: Nempe ſub hyberno frigore intenſiſſimo exponuntur dolia vino repleta, ſicque pars aquea ſalino-acida convertitur in glaciem, in medio ſpiritus vini ſubtiliſſimus & volatiliſſimus, non facilè coagulabilis, apparebit; Spiritus vini enim à frigore ad medietatem pellitur: vid. etiam Boyle *in Chym. Scept. pagin.* 45. & Kunrath *in Medulla deſtillatoria pagin.* 28. qui per glaciem, extrinſecus cucurbitæ admotam, poſt vini in balneo Mariæ digeſtionem præparare ſatagit.

Optimè ſpiritus vini rectificatur & dephlegmatur; ſi cohobetur à ſale tartari fixo; ſic enim ſal tartari abſorbet & retinet apud ſe omne phlegma, & ſpiritus ſulphureus puriſſimus adſcendit: vid. Boyle *Tentamin. pagin.* 38. Hoc ſal tartari exſiccandum, & de novo ſpiritus affundendus tamdiu, donec fiat rectificatiſſimus, qui ita abſtractus dicitur ſpiritus vini tartariſatus: rapit enim ſecum aliquid de partibus ſalis tartari per alembicum; idque eo plus, quo ſæpiùs affunditur & deſtillatur; eſtque menſtruum pro extrahendis eſſentiis ſimplicium vegetabilium; fortiùs enim

enim penetrat conſiſtentiam miſti. Vix ulla in ſpiritibus, ex quibusvis vinis deſtillatis, obſervatur differentia. Generoſa vina, utut plus inebrient, minus tamen ſpirituum reddunt. Ineſt ſpiritui vini ſingularis quædam penetrans acrimonia præ ſpiritibus ex aliis vegetabilibus paratis: Conſtat ſpiritus vini ex oleo volatiliſato; adeoque de occultô, ſed ſubtiliſſimo, acido volatili participare omninò arbitror; idque eò magis, quo potentius & generoſius eſt vinum, quod non tantummodò Beccherus *in Phyſic. ſubterr. pagin.* 360. & 425. item *in Clave pagin.* 156. Kunckelius etiam *Obſervat. pagin.* 119. aliique referunt; ſed etiam effectus iſti, nempe quod vitella & albumina ovorum mox coagulat, &c. quæ alias ab acidis fiunt. Ut nihil dicam de offa iſta ex ſpiritu urinoſo & ſpiritu vini rectificato oriunda, in quam hunc, ratione hujus acidi cum ſpiritu & ſale volatili urinæ vel ſalis Ammoniaci, tanquam ſale urinoſo puriſſimo, coagulari poſſe Helmontius inquit; quatenus ſal volatile permiſtum cum ſpiritu vini arripiat acidum ſubtile in ſpiritu vini; quod tamen nonnihil eſt controverſum; cùm non propiè dicta coagulatio, ſed ſaltim olei vini præcipitatio, eſſe videatur.

Quoad uſum ſpiritus vini, hic ipſe internè potenter penetrat, incidit, attenuat, & ſuccos acidos noſtri corporis oleoſitate volatili temperat & corrigit, quare in cruditate ſtomachi acida convenit, & digeſtionem primam nonnihil promovet: id quod patet ex eo, quod ſpiritus acidiſſimi, ſpiritus vitrioli, nitri & ſalis cum ſpiritu vini conjuncti, digeſti & circulati, dulceſcant. Cum rob ſambuci dilutus in omnibus inflammationibus conducit. Ex ſpiritu vini verò nimium hauſto ſtupores fiunt propter vim ſulphuream.

Quæritur; cur cantharus vini nos citius inebriet, quàm ſpiritus vini ex cantharo illo prolectus? Reſpondeo; quod ſpiritus vini in iſto vino contentus longè mitior ſit, nobisque magis conveniens, quàm qui deſtillatione prolicitur: nam hic poſterior alterationem in igne paſſus, magis concentratus, & ad oleorum deſtillatorum naturam propiùs accedit; unde etiam aſſumptus diu poſt adhuc ructus movere ſolet, nec tam citò deſtribuitur & aſſimilatur in nobis, quàm ille ſpiritus, qui cum vino hauſtus eſt. Vinum ergò ob mitiorem, quem in ſe habet ſpiritum, longè citiùs ſe unit, cum ſpiritibus noſtris, indeque potentius nos afficit, quàm ſpiritus vini, & longè magis copiam ſpirituum intendit.

Externo uſu efficax eſt ſpiritus vini, propter vim temperandi, coagulata reſolvendi, & acidum corrigendi: in eryſipelate in ſpecie convenit, quoniam acidum ibidem ſingulare corrigit, & ortam inde inflammationem egregiè extinguit. Hujus ratione conducit in omnibus inflammationibus, quæ ex contuſione oriuntur, dum ſanguinem in ecchymomate coagulatum diſſolvit, fluxilem & exſpirabilem facit; & cùm à putredine præſervet illa, quæ ipſi infunduntur, hinc etiam ulcera ſordida, cacoëthea, maligna & putrida, egregiè mundificat & ſanat: putredinem enim arcet; & acidum putrefactivum potenter coërcet ac ſedat; ſive ſolus inſtilletur aut applicetur illis; ſive eô abluantur; ſive ipſi prius infundatur aloë, myrrha, & ſimilia, & eluantur.

Spiritus vini camphoratus fit, ſi ſolvatur camphora in ſpiritu vini rectificato, & per alembicum deſtilletur. Eſt generoſiſſimum & penetrantiſſimum remedium in peſte, imprimis internè; & in gangræna ac ſphacelo externè egregiè & potenter convenit. Præterea eſt egregium remedium in compeſcendo dolore podagrico, quem extrinſecus applicatus potenter corrigit.

Spiritus vini alcaliſatus nihil eſt aliud, quàm ſpiritus vini rectificatus ſuper ſal tartari, vel aliud ſal fixum alcalicum.

Mediante ſale tartari & ſpiritu vini balſamum Samech parare ſolet Helmontius, in quo ſimplex phlegma redit, oleum volatile cum ſale tartari remanet, remedium nobile: de quo vid. Blas *Hum.* & Boyle *loc. all. pag.* 44. §. 39. encheiriſes Helmontius reticet, unde à nemine idem Samech hactenus præparari potuit. Potiùs experientia teſtatur, ſpiritum vini rectificatum à ſale tartari recenter calcinato abſtractum, aliquid ſalis alcali ſecum rapere, & exinde ſpiritum tartariſatum ſeu alcaliſatum vocari: idque eò magis, ſi ſuper ſal tartari aliquandiu digeſtus fuerit. Idem ſpiritus vini tartariſatus efferveſcit cum ſpiritu vitrioli, & concretum ammoniacale quaſi præbet: teſte Ludovici *de Sale Tartari pagin.* 22.

Præter hunc communem ſpiritum vini tartariſandi modum adhuc alius eſt, ſi nempe ſpiritus vini ℥xx. affundantur tartari albi ℥jv. & per cucurbitam in arena ſimpliciter ad dimidium deſtillentur: prodit ſic ſpiritus pinguiſſimus, quatenus ex tartaro crudo partem olei abſorpſerit. Spiritus hic tartariſatus ſolvit olea deſtillata aromatica, ut ejus medio aliis liquoribus poſſint commiſceri.

Supra inſinuatum fuit, in ſpiritu vini eſſe occultum acidum, & hoc eſt, quod quidam

Digitized by Google

dam dicunt: Spiritum vini ad ſummum licet rectificatum, habere in ſe tartarum, quo impediatur ab ipſa penetratione. Ut igitur ſeparetur,

℞. *Spiritum vini.*

Infundatur cineribus vitium elotis.

Deſtilletur aliquoties leniſſimo igne ab iis: Alii poſt digeſtionem ſaltem filtrare ab iis jubent.

Spiritus hic, quibusdam ſpiritus cinificatus dictus, dicitur habere ſingularem virtutem penetrandi, & ſpeciatim operandi in aurum, ſicque eſſe quaſi majus circulatum Paracelſi: De quatuor menſtruis Paracelſi vid. in ſpecie Pantaleon *in Tum. Hermet. aperto.*

Wedelius *Pharmac. pagin.* 36. pro impetrando ſpiritu vini tartariſato, ſpiritu vini ſuper cineres clavellatos, & Ludovici *in M. A. N. C. ann.* 6. *&* 7. *Obſervat.* 244. *pagin.* 17. ſuper calcem vivam rectificat.

Spiritus vini microcoſmicus, ſeu conjunctus cum ſpiritu volatili urinæ juxta Autorem, rectè paratur, & conſiſtit in eô clavis pro eliciendo ſulphure ſeu tinctura ſolari, quando priùs aurum debitè & radicaliter eſt reſeratum per appropriatum & conveniens menſtruum: aurum enim ſic ſolutum optimè per ſpiritum vini & ſpiritum ſive ſal volatile urinæ extrahitur in tincturam rubineam. De quâ controverſia, an ſit proprium menſtruum pro paranda auri tinctura? videatur ſcriptum D. Hartmanni, qui pro agricola defendit ſpiritum vini cum ſale urinæ contra Dethardinum. Item ſpiritus vini certô modô & ſingulariter cum Mercurio præparato conjunctus, fit menſtruum ſolvens aurum: & ſunt, qui putant, quod ſit azoth Paracelſi, vel liquor alcaheſt Helmontii. Cum eodem ſpiritu vini microcoſmicô etiam ex Marte extrahitur tinctura rubra; quæ excellens eſt ad affectus lienis & hyſtericos. Aliàs ſpiritus vini cum ſpiritu urinæ, vel aliô urinosô miſtus egregius eſt in doloribus partium tàm arthriticis, quàm aliis ab acido vitiosô natis.

Quinta eſſentia ſeu elixyr vini in forma olei à Paracelſo præparatur, & ceu ſummum remedium corporis humani conſervativum & refectivum commendatur. Verùm in integra ℔. vini vix ℈i. quinta eſſentia eſt, reliquum omne eſt phlegma. Præparatur per diuturniorem digeſtionem, ubi concentratæ partes in forma oleoſa adſcendentes quintam eſſentiam conſtituunt pro Alchymicis operationibus. Vid. Paracelſus *libr.* 4. *de vita longa pag.* 96. *&* 86. Hanc quintam eſſentiam vini vulgò de oleo vini explicant, ſed malè. Nam oleum vini & oleum ſpiritus vini non tantum habent in receſſu, & facilè parabilia ſunt, Autore Ludovici, *de Sale Tartari pagin.* 25. Sic enim ſulpur ſeu oleum ſpiritus vini cum ſpiritu vitrioli parare docet Williſius *in Pharmac. Lat. Part.* 1. *pag.* 162. ſicuticum ſpiritu ſalis concentrato oleum ſpiritus vini parat Glauberus *Part.* 2. *pag.* 29. Quo etiam facit oleum & anima vini Glauberi *l. c. pag.* 269. mediante qua vina debilia, item pomacea & pyracea, in vina generoſa perficere nititur: quod tamen theoria eſt ſine praxi. Pertinet huc alius procedendi modus Autoris *No.* 11. *pagin.* 229. ſub nomine magiſterii vini ſeu lapidis vini vegetabilis; dum nempe ex vino Lullius parat lapidem vegetabilem ſeu Mercurium vini, mediante quo purpuream veſtem extrahit auro pro metallis tingendis, & ſpecialiter corpore humano curando.

Supra dictum fuit, ſpiritum vini ſaltem eſſe oleum vini reſolutum, & à proprio phlegmate ſolutum, adeoque pro olei ratione de ſale volatili participare. Hoc ſal volatile ſeu Mercurium ſpiritus vini per incenſionem Glauberus parare voluit; reverà tamen eſt non-ens, utut magnifica jactitet, & ex accenſo ſpiritu vini quod prodit, ſal volatile catholicum eſſe innuat: ſcilicet ſub alembico ſpiritus vini rectificatiſſimus accenditur, ita collo cum cucurbita alembico adaptato, ut vaſculum, in quo ſpiritus vini deflagrat, ſuppoſitum undiquaque liberiùs accedentem aërem intromittat: Roſtrum alembici recipiente inſtructum eſt, & ea ratione, ſi ſpiritus vini ℔j. flamma abſumpſerit, præbere phlegma ſatis copioſum, vix unum alterumvé granum ſalis, interdum nihil, in receptaculo impetrabitis. Eandem difficultatem experti fuerunt, qui ſpiritum vini cum oleis miſcuerunt, ut deflagratione ex iis ſal volatile præparent, quæ irrita ſunt. Facit huc etiam ſpiritus vini rectificatiſſimi cum ſpiritu nitri rectificato facta permiſtio & ex his poſt ſedatam effervescentiam ſalis volatilis præparatio, quem modum primus habet Glaſer. in Chym. & repetitur à Wedelio *de Sale Volatili Plantarum P.* 1. *pagin.* 42.

Sequuntur feces vini; quæ ſunt ſubſtantia iſta, quæ mediante fermentatione fuit ſublimata ex muſto, dum fieret vinum. Conſtant copioſâ terrâ & ſale volatili oleoſo, unà cum acido ſubtili, quæ cum ſale volatili conſtituunt ſalſum acidum hoc ab oleo ita temperatur in muſto, ut ſapor dulcis emergat.

Feces hæ vini deſtillatæ ſuggerunt ſpiritum vini elegantem; id quod remanet, exſiccando ſeparatur â phlegmate & hinc deſtillantur igne aperto eo modo, quo tartarus

deſtillari ſolet; prodit ſpiritus, ſal volatile & oleum, quæ rectificatione poſſunt ſeparari. Spiritus urinoſus longè copioſior ex his elicitur, quàm ex tartaro, cum ſale volatili eleganti; quale ex tartaro vix ullâ arte parabile eſt. Omnibus etiam iisdem uſibus inſerviunt, quibus aliàs ſatisfacit ſpiritus tartari.

PHYTOLOGIÆ

CLASSIS III.

DE

PURGANTIBUS PRIMARIIS.

OFferunt ſe nunc purgantia vegetabilia, quæ ſimiliter ſunt duplicis generis: primaria nempe, & ſecundaria. Ne autem opus ſit idem repetere, quædam in genere de eorum natura & uſu præmonenda.

Quod purgandi rationem in genere attinet, omnis vis purgandi vegetabilium conſiſtit in parte reſinoſa admodum acri, ratione cujus purgantia ut plurimum ſaporem acrem & valdè purgantem exerunt; unde etiam vomitoria acrimonia ſua, irritando ſtomachum, vomitus excitare, & purgantia inteſtina irritare, & maſſam ſanguineam in fermentativum motum ciere ſolent.

In genere duplici ratione operationem exerunt, irritando & fermentando. Pro varietate hujus acredinis unum altero fortiùs purgat: ſic colocynthis fortiùs purgat quàm aloë; eſula fortiùs quàm jalappa. Cæterum promiſcuè operantur, tàm evacuando excrementa quæcunque, quàm horum defectu alterando maſſam ſanguineam. Unde cadit diviſio illa veterum, nil prorſus in receſſu habens, quando purgantia juxta triplices vias corporis diſtinxêre; ita, ut (1.) alia ſtomachum, inteſtina, meſenterium, linem, epar, os & pancreas; alia (2.) vaſa majora & maſſam ſanguineam; alia (3.) vaſa minora, articulos, caput, & juncturas articulorum, totamque corporis peripheriam purgent. Hæc verò cum circulationi ſanguinis repugnent, talo ſuo ſtare nequeunt, ſed ſufficit diſtinctio in purgantia fortiſſima, fortiora & mitiora.

1. Fortiſſima ſunt, quæ cum maſſa ſanguinea partes ſolidas & artus perreptant & non ſolùm fermentativam vim in illa exſerunt, ſed & in his aliqualem operationem imprimunt; quæ tamen ſunt periculoſa.

2. Fortiora ſunt, quæ ad maſſam ſanguineam pertingunt, eamque alterant & colliquefaciunt.

3. Mitiora ſunt, quæ expurgant ſaltem primas vias, ventriculum & inteſtina.

Sic & diviſio in quatuor electivè purgantia, cholagoga, phlegmagoga, melanagoga, & hydragoga, nulla eſt, & à modernis ſatis exploſa.

Quæritur autem; an nullus delectus eorum habendus ſit? Reſpondetur diſtinguendo inter purgantia promiſcuè operantia, & inter talia promiſcuè uſurpata. Omninò delectus haberi debet, quia præter vim purgantem adhuc ſpecificas qualitates obtinent: ſic v. gr. aloë hæmorrhoides ciet; bryonia, præter vim laxativam, reſiſtit vermibus; colocynthis in chronicis mulierum morbis magis valet; helleborus niger in affectibus melancholicis & maniacis, & ſic porrò: Ratione ergò hujus omninò delectus eorum, non qua purgantium, ſed qua ſpecificorum, pro varietate affectuum habendus, & experientia conſulenda, nec ad humores fictitios reſpiciendum eſt.

Interim omnia purgantia propriè dicta aliquid venenoſitatis habent reconditum, exceptis rhabarbaro & aloë, ratione cujus veneni acris colliquefactivi, uti vocat Helmontius *de Febribus*, & Cnœffelius *in Tractat. de Febribus Epidemicis Malignis*, ſanos non minùs quàm ægros expurgant, & utiles æque atque inutiles ſuccos evacuant, & de viribus & ſuccis vitalibus aliquid deprædantur, ut inquit Helmontius, quod ſymptomata eorum varia, utplurimum convulſiones artuum, tormina, dyſenteriæ, exulcerationes ani &c. teſtantur. Cautè igitur uſurpanda; & corrigentia addenda, quæ fuerunt apud veteres aromata, ut zingiber, aniſum, maces, coriandrum &c.

Sed quid hæc corrigunt? Nonnihil ſaltem imminuitur his noxa; non autem corrigitur venenum, ſed unâ eâdemque ratione manent venena. Correctio enim hæc non

eſt

zed by Google

eſt vera, ſed ſophiſtica, dum malignitatem purganti permittunt, ut ſe exſerat; & dum noxam inducunt, ejusmodi aromata ſaltem eandem corrigunt. Alio ergo modo ſunt corrigenda.

Legitima autem corrigendi ratio fit tribus modis: vel per ſalia fixa, vel per acida, vel per fermentationem. Cum enim vis in reſina conſiſtat, hinc alcalia corrigunt oleoſum; acida alcalia ſeu ſal volatile oleoſum ſupprimunt; fermentatio texturam mixti totam variat, & ferociam volatilem mitigat. Inter alcalia autem ſal tartari primatum obtinet; acida addenda non ſunt nimis copioſa, nec acria, aliàs purgantium vim prorſus deſtruunt & caſtrant. Talia autem acida ſunt ſuccus citri, cydoniorum, acetum deſtillatum; non verò ſpiritus vitrioli. Optimus corrigendi modus eſt fermentatio, qua blandè & moderatè fiunt agentia; adeò ut fermentatio ita invertere dicatur illarum malignitatem. Inſtituitur cum ſuccis appropriatis pomorum Borsdorffianorum, citri, &c. in quibus omnia vegetabilia recentia, æquè ac mineralia purgantia, facilè fermentari poſſunt, hâc ratione virulentia partim invertitur, partim ex purgantibus fiunt confortantia & rectiva: ſic ex helleboro nigro per artificioſam fermentationem fit excellens refectivum & corroborativum capitis. Notandum adhuc, antimonium diaphoreticum purgantibus additum eorum vim augere. ſed non ſit edulcoratum, aliàs non auget.

Notetur porrò quoad efficaciam purgantium, Medicis veteribus & noſtratibus medicaſtris mulierculis perſuaſum eſſe, quod niſi decies & quindecies, aut etiam vigeſies, purgentur ægri ab aſſumto purgante, inefficax fuiſſe: Unde videbitis veteres præſcripſiſſe pilulas ad ʒii. cum jam vix ad ʒj. præſcribantur. Vid. Helmontius *Tractat. Scabies & Ulcera ſcholarum.* Nos potiùs ſequimur Hippocratem, qui *in Aphoriſmo ult. Sect.* 1. dicit: ſi expurgentur, qualia oportet, facilè fit & leviter ferunt, i. e. ſine moleſtia ægri, ſed cum alleviatione, & absque ſymptomatum graviorum concurſu. Nam purgatio inſtituitur, vel ut præſerventur, vel ut curentur homines.

In præſervatione quinquies aut ſexies ad ſummum poteſt fieri evacuatio: in curatione tantum purgatio inſtituitur vel in declinatione acutorum, vel in progreſſu chronicorum. Nam in principio morborum purgatio eſt nociva, quoniam omnia adhuc ſunt cruda; & concocta medicamento purgante educenda & movenda, non cruda, neque per initia, niſi turgeant; plurima verò non turgent, uti habet Hippocr. *Sect.* 1. *Aphoriſm.* 24. Ergò eradicativa evacuatio nullo modo conveniet. Tandem etiam in progreſſu ſufficit, ſi inſtituatur purgatio ter vel quater; & quidem ſi ſint morbi chronici, in illis poteſt ſingulis quatuor ſeptimanis propinari purgans: In acutis non niſi in declinatione, quando nondum facta eſt criſis, nec æger per ſudorem benè fuit curatus, bis vel ter evacuare ſufficit, ſimul ac exceditur, æger detrimentum patitur. Ergò cauti ſimus in purgantibus, & quando non admodùm exiguntur, ſaltim largus provocetur ſudor, qui melior erit omni purgante.

Ex inſigni autem purgantium abundantia, quæ regnum vegetabile ſubminiſtrat, pauca quidem ſelectiora nobis ſufficiant: qualia ſunt aloë & rhabarbarum; utpote quæ duo ſola ex purgantibus inſontia, & absque malignitate eſſe judicantur: Item jalappa, helleborus niger, ſenna, ſcammonium & colocynthis. Porrò inter præparata pharmaceutica ex tot purgantium formulis ſufficiant:

1. Infuſum ſennatum.
2. Eſſentia jalappæ citrata.
3. Pulvis ex jalappa vel ſcammonio cum ſalibus digeſtivis compoſitus.
4. Inter tot pilularum varietatem pro pilulis uſualibus pilulæ aloëticæ ſufficient; pro pilulis purgantibus verò ſufficiat extractum quoddam catholicum ex iſtis ſelectis concinnatum; nunc cum Mercurio dulci, nunc cum helleboro, nunc cum aliis ſpecialibus caſibus appropriandum.

Inter primaria purgantia ſe primum offert.

A.

AGARICUS.

AGaricus duplex eſt: arboreus & petroſus: Hic alio nomine lac lunæ dicitur, & revera minerale friabile eſt, de quo ſuo tempore; arboreus adnaſcitur caudici laricis, è quo colligitur terebinthina. Sunt quamplurimæ arbores, quibus adnaſcuntur fungi, & omnes ſunt reſiniferæ, ut picea, larix, abies &c. Omnibus tamen præfertur, qui eſt è larice deſumptus.

De hoc obſervetur, quod omnes fungi ſint ſuccus excrementitius, non aptus nutritioni arboris; unde non mirum eſt, ſi conjunctam habeant malignitatem. Habet in ſe reſinam, ratione cujus purgat mediocriter, & quas eliminat ſordes, ſub forma liquaminum ſeroſorum, pituitoſorum & mucilaginoſorum, effluunt; hinc ab antiquis inter phlegmagoga & hydragoga refer-

refertur: non quod talia in corpore humano extiterint, ſed quod in hanc formam ab agarico mutatæ fuerint. In ſpecie ad pectoris affectus laudatur, ut excrementa illic collecta evacuentur: licet enim in affectibus pulmonum purgantia ſint nociva, quemadmodum hoc in phthiſi, in vulneribus & aliis affectibus pulmonum veriſſimum deprehenditur; nihilominùs in tuſſi, aſthmate, &aliis, ubi neceſſarium eſt, ut purgatio inſtituatur, frequens ejus uſus. Unde in hydromelita, ſyrupos magiſtrales, & decocta pectoralia, uſitatiſſimè ingreditur agaricus. Poſt pectus uſitatum etiam eſt in evacuando capite; cujus phlegma craſſum & viſcidum, non minùs quàm ex thorace & tota maſſa ſanguinea, ſolet expurgare.

Veteres remediis cardiacis & alexipharmacis, uti Dioſcorides, & alii antiquiores, illum adnumerarunt, & hinc theriacæ Andromachi inſeruerunt. An verò agaricus veterum cum noſtro idem ſit, in medio relinquimus. Noſtrum certè hoc non præſtat, & in purgandi uſu tantùm eſt. Rectè dicit de hoc Cardanus: in corporibus ſenilibus agarico bono nil meliùs; malum verò veneno proximum eſſe. Valdè nocet ſtomacho, nauſeam ac vomitum & cardialgiam cauſat, inteſtinis tormina & hypercatharſes excitat; hinc pro correctione zingiber & macin vulgò addunt.

Meliùs corrigitur per oxymella, hoc eſt, acida blanda, quæ & apud veteres uſurpata ſimul, partim ut corrigant & mucilaginoſa recrementa reſolvant, partim ut abſtergant, quo faciliùs ab agarico purgentur.

Quoad modum utendi, in ſubſtantia non uſurpatur, ſed tantum infuſis vel decoctis à ʒj. ad ʒß. vel etiam ʒvj. Et cùm ſit tardæ operationis, & leniter ſoleat evacuare, ſolemus admiſcere cremorem tartari, tartarum vitriolatum, ſalem tartari & ſimilia alia, quæ ſtimulorum loco adduntur.

Inter præparata ſe offert extractum agarici, quòd præparatur vel ex agarico crudo, vel, quod meliùs, trochiſcato, nunc per menſtruum ſpirituoſum, v. g. ſpiritum vini, nunc aquoſum, dum infunditur in aquam appropriatam.

Hîc, quænam præparatio ſit melior? quæritur: vid. Zvvelfferus *in Animadv. in Pharmac. Auguſtanam*, qui controverſiam decidit pro menſtruo ſpirituoſo ſulphureo, ſpiritu nempe vini. Cùm enim vis in reſina conſiſtat, hinc per menſtruum ſulphureum optimè extrahitur: non tamen ſpiritus vini ſit nimis rectificatus, ſed qualiquali phlegmate adhuc impregnatus; unde eò feliciùs & meliùs extractionem ſuam perficiet.

Doſis eſt à ϑj. ad ʒß.

De agarico trochiſcato obſervetur, quod ſæpiùs ſubſtituatur loco agarici crudi, quoniam ejusdem malignitas aliquantiſper corrigitur per admiſtum zinziber, & propterea tutiùs uſurpatur agaricus trogiſcatus loco crudi, quando miſcetur pro infuſione & decoctione. Trochiſci de agarico fiunt cum oxymelite.

Pilulæ de agarico ſunt ſimplices, vel compoſitæ; quæ poſteriores dicuntur pilulæ de hiera cum agarico: & utræque adhibentur in evacuando muco craſſo & viſcido, ſeu pituita acida inteſtinorum & ſtomachi. Sed doſin tantam ad ʒiß. qualem Autor habet, nos non uſurpamus; ſatis enim eſt violenta; ſed tantùm ad ϑj. ſæpiùs infra ſubſiſtimus, addito ſtimulo juſto, ut minori doſi pariter operentur: miſcentur tamen pro meliori operatione cum vehiculo convenienti, e. g. gummi Ammoniaco: Agaricum loco ſaponis ad fricandum caput in lotionibus ejus medicatis adhibet Timæus in affectibus capitis, vid. *Caſ. pag.* 22. 26. 315.

ANAGYRIS NON FOETIDA.

Ita dicta ad differentiam fœtidæ. Eſt laburnum Dodonæi, vel ſiliquaſtrum Montalbani, Germanicè **Baum-Bohnen**/ quia in ſiliquis maturis fabæ continentur.

Uſus Medicus hujus plantæ nullus eſt. Quidam tamen grana ejus pulveriſata, emetica fortiſſima ad ſanguinem usque eſſe, deprædicant.

ASARUM.

Aſarum, **Haſel-Wurtzel**/ remedium eſt polychreſtum & multi uſus, vomitorium & purgans per inferiora forte, imò ſimul diureticum, morborum diuturniorum remedium, & menſes ſtimulans.

Subminiſtrat officinis folia recentia, & radicem.

Vis ejus reſidet in ſapore acri aromatico, fundato in acido volatili oleoſo, emergit exinde alterans diſcraſiam ſanguinis.

Folia aſſari recentia tres, quatuor, quinque vel ſex, pro varietate circumſtantiarum, inciſa vel trita, & cum ʒiij. vel iv. vini albi per noctem infuſa & expreſſa, pro emetico forti inſerviunt ad febres intermittentes, dum adhuc ſunt in principio, ingruente præſertim paroxyſmo febrili; & fortiùs operantur adhuc, ſi exprimatur infuſio. Quando verò blandè laxare voluerimus, tum fol. aſari no. viij. x. ad xij. infunduntur in aqua card. benedict.

Radix

Digitized by Google

Radix fortem aromaticum saporem & odorem spargit instar zingiberis in quo residet vis specialis corrigendi fermentũ febrile, ejusque fomitem viscosum dissolvendi in chronicis, præsertim in quartanis, obvium: Per se exactè trita seu minutissimè pulverisata à ʒ ß. ad ʒ j. potenter satis & nauseosè movet vomitum, & interdum per secessum & sudorem cum urina simul evacuat. Unde cum zingibere vel pipere nigro pro remedio emetico & diaphoretico contra quartanam datur à Strobelbergero *Tract. de Remed. febrium intermittentium*: Sed robustioribus, in quibus præstantius observatur, esse antimonialibus; item quartanis chronicis tàm simplicibus quàm duplicatis, horâ unâ aut duabus vel tribus ante paroxysmum; sic in ipso ingruente paroxysmo vim vomitoriam exerit, sæpeque unà cum sudore morbum tollit: Si verò hic denuò revertatur, duabus vel tribus vicibus reiterandus ac repetendus quoque usus asari. Propinari potest in vino malvatico, Gallico, & Rhenano, probè calefacto.

Pulvis tamen hic variat in operatione, ratione præparationis; si enim minutissimè pulverisetur, eò efficaciùs vomitum & urinam pellit, uti & menses; sin verò minùs accuratè pulverisetur, per inferiora solummodò purgat in insigniori ventriculi subversione.

Sunt, qui multùm collectionis modo tribuunt, ita ut sursum decerptum vomitus; si verò folia deorsum decerpantur inclinando super terram, & radix effodiatur per inferiùs factam foveam, per secessum purget.

Decoctum etiam præparatur vel in vino vel in aqua simplici: Si decoquatur in vino, retinet vim vomitoriam & cathartícam; si verò decoquatur in aqua communi, vis emetica & laxativa perit, horumque loco ritè administratum fit egregium alterativum & potens diaphoreticum, & diureticum, & in morbis & febribus chronicis intermittentib⁹, præsertim ex vitiis primarum viarum ortis; quam vim Helmontius ipse olim expertus est, & Zwelfferus *in Pharmac. Reg. pag.* 47. confirmat: Vid. etiam Rulandus *in Curis Empiricis*.

Præter purgantem, etiam alterativam virtutem exerit simul in genere in omnibus morbis chronicis pro resolutionis scopo, præsertim in hydrope, in scirrhis hepatis & lienis, quos attenuat, resolvit & colliquat, atque potenter per urinam evacuat. Porrò convenit in ictero nigro, quartanis, affectibus melancholicis, splenèticis, &c. vid. Freitagius *in Aurora Medic.* ubi etiam ad menses suppressos stimulandos commendatur, additis imprimis simul etiam aliis specificis in infuso vel destillato in ▽ à ʒ j. ad ʒ ij j. In hydromelite decocta & epota omnem pituitatem pulmonum resolvit, & asthma ac tussim potenter abigit.

Cæterùm ex signatura, quâ aurem refert, ad obauditionem conferre quidam volunt: Hinc folia vel sola, vel aliis specificis juncta coquunt, & decoctum auribus instillant, aut sub forma, suffitus auribus applicant. Alii lixivio, in quo decoctum fuit asarum, lavant caput, & specificum dicunt ad catarrhos quoscunque, in specie si affligant auditum, & hinc auditum & memoriam confortare credunt.

Ex radicibus & foliis asari paratur cum ▽ extractum, quod quibusdam locis usuale est. Datur à ʒ ß. ad ʒ j. vid. Hartmannus *in Praxi Chymiatr. pag.* 12. & Sennertus *in Instit. pag.* 1392.

Essentia auribus excepta ad auditum læsum & tinnitum aurium prodest.

Quidam parant oxymel radicis asari, quod conducit in affectibus stomachi, & in febribus intermittentibus chronicis pro vomitu.

Quin & electuarium diasari Fernelii inde prostat, quod ab ʒ ß. ad ʒ v j. propinatum movet per vomitus & secessus.

B.
BRYONIA.

BRyonia simplex ferè asaro similis est, cujus radix in usu. Ita dicitur, quod flores ejus partim confertim decrescant, partim etiam musco sint molliores; planta est aspera cum baccis rubris, quæ ubique crescit. Dicitur etiam vitis alba, ad differentiam nigræ, Græcis ἄμπελος λευκὴ, quoniam instar vitium ambit arborem, & adscendit ad illarum summitatem; radix est prægrandis, longa, canosa, albida, fungosa, intus circulis notata, saporis acris, amaricantis, nauseosi & viscosi, odoris nullius: Germanis dicitur **Zaun-Rübe / Gicht-Rübe / Gicht-Wurtz / Scheiß-Wurtz.**

Scilicet radix hæc in usum traducta est cathartícum, quia inter purgantia non est postrema, potenter evacuans liquamina tenuia, flavescentia & serosa; hinc inter hydragoga & serum evacuantia recensetur. Infusum enim hujus radicis cum aliis in vino vel menstruo appropriato hydropicis ab ʒ ß. ad ʒ v j. propinatum, pro potu specificè commendatur, tàm propter vim purgativam lymphæ nimis abundantis, quàm alterativam. Sub ejusdem autem vi purgante latet vis singularis grumositatem sanguinis, aliasque sanguinis stagnationes, & ortos inde tumores, resolutiva & acidi temperativa: Vid. Takius *Phas.* 2. *p.* 165. qui magna bryoniæ tribuit: quin etiam conducit singulariter ad lumbri-

cos, & variarum formarum vermes, lacertas, bufones, aliaque animalcula ſubinde in hominum inteſtinis reperibilia enecanda & expellenda. Hoc non tantummodò duobus egregiis experimentis confirmat Freitagius *in Aurora Med. c.* 37. ſed etiam D. Michaëlis ex ancilla Altenburgica bufones & ranas deturbavit bryoniâ & iride noſtrate: quam hiſtoriam videbitis in M. A. N. C. *Ann.* I. *Obſervat.* 103. *pag.* 236. & Bartholino *Centur.* 4. *Obſerv.* 19.

Menſes ac fœtum pellit, abortumque ſæpe procurat: Singulariter tamen in hydrope uteri, menſium & podagræ affectibus laudatur. Hoc autem certum eſt, quod, qui norunt corrigere radicis bryoniæ venenum laxativum, ſatis potens habeant uterinum, præcipuè ad menſium affectus non contemnendum, & medicamentum diureticum ad evacuandas aquas hydropicorum, quod experimentum fuit Helmontii, *Tract. Hydrops ignotus.* Zacutus *lib.* I. *Med. Princ. Hiſt.* habet exemplum curatæ melancholiæ per uſum bryoniæ.

Et quidem non tantùm internè adhibita radix bryoniæ curat hydropem, ſed externè etiam contuſa, vel ſola, vel cum ſtercore vaccino, aut columbino, aut caprillo, in forma cataplaſmatis, renum regioni applicata, aquas in abdomine collectas evacuat. Applicatur etiam pedibus œdematoſis, item in hydrocele ſcroti & ſimilibus, in quibus ſerum purgat, & tumores diſcutit. Convenit etiam in ſcrophulis, tàm apertis, quàm non-apertis, ſi hujus radicis in taleolos minutiſſimè ſectæ ℔ß. fricetur in ſartagine, quousque contabeſcat, hujuſque colatura cum terebinthinæ abietis ℔ß. & ceræ ℥v. in ungv. redigatur, idq; ſupra ſtrumas cum panno lineo apponatur manè & veſperi; tunc vel ſtrumas diſſolvit, vel ad ſuppurationem deducit, atque ulcera ſanat: Sicut id expertus teſtatur Zacutus Luſitanus *l.* I. *Prax. Obſerv.* 117. Si radix excavetur, & proprio operculo tegatur, liquor illic colligitur, qui locis podagricis illitus egregiè confert: Vel radix recens contuſa, cum oleo lini ſubacta, & tepidè applicata, dolores iſchiadicos aliosq; arthriticos tollit; tamdiu repetendo, donec materia morbifica reſoluta diſſipetur. Ut & in omni ſanguine grumoſo diſſolvendo, & contuſionibus; ſicut & folia contuſa in livore applicata ſanguinem grumoſum diſcutiunt. Unde in gangræna & aliis tumoribus Tackii experimentum fuit, ſi radix recens contuſa aut raſa in forma cataplaſmatis imponatur, vel ſola, vel chærefolio miſta. Ad dolores quoque arthriticos vagos per transplantationem curandos utilis cenſetur, ſi nimirum membrô per tempus appendatur, ac deinde in horto aut loco fertili, ubi hæc radix creſcit, ſepeliatur. Tandem quando opus eſt expurgatione uteri, recipitur radix bryoniæ & adhibetur ſub forma peſſi uterini vel ſuffitus.

Inter præparata eſt fecula, quæ calx mortua eſt, nullius uſus & poteſtatis.

Succus verò radicis bryoniæ vel per ſe ad aliquot uncias, vel addito ſaccharo in ſyrupũ redactus ad ℥ß. valdè uſitata ſunt ad grumoſum ſanguinem reſolvendum, & hydropem curandum, ſyrupi præparationem ex bryoniæ ſucco, ſale ejus & ſaccharo, habet Faber *in Myrothec. ſpagyr. l.* 6. *c.* 10. quem commendat in ſpecie ad cachexias virginum.

Nectar ſuccoſum Cloſſæi, cujus præparationem habet Autor, non inconveniens eſt remedium ad ʒ j. ſatis valdè purgat.

Unguentum Agrippæ adhibetur externè inunctione ſtomachi vel umbilicali, ab eoque evacuatur ſerum ex inteſtinis per alvum; internè verò tutò non aſſumitur. In tumoribus etiam œdematoſis conducit. Deſcriptionem ejus videbitis apud Zwelfferum.

CARTHAMUS.

Carthamus uſitatiſſimè cnicus vocatur. Planta eſt capitata ſpinoſa, & propter florem croceum ſeu crocum ſylveſtrem, quo verus crocus adulterari ſolet, cognita.

Uſitata ſunt ex hoc in officinis ſemen & flores.

Semen eſt album, oblongum & anguloſum magnum, conſtans intrinſecus pulpâ eleganti, ſaporis leviter amaricantis ingrati cum lentore, quod, utut pſittacis uſitatum & gratum ſit alimentum ſine ulla laxatione, hominibus tamen pro purgante inſervit phlegmagogo, & ſordes in forma copioſi phlegmatis craſſi, viſcidi & mucilaginoſi, abducit. Unde convenit, ubi primæ viæ ſunt obſeſſæ craſſâ & viſcidâ mucilagine, uti etiam in pectoris affectibus in aſthmate & tuſſi, à craſſa & viſcida materia ortis, quapropter inter pituitam evacuantia refertur. Mucilaginoſæ autem eſt naturæ, eaq; proter corrigitur per aromata acria, zingiber, cinnamomum, &c.

Modus utendi in ſubſtantia eſt rarior, plerumque in forma emulſionis propinatur: Vid. Freitagius *Aurorâ Med. cap.* 21. *pag.* 284. e. g.

℞. *Semin. carth.* ʒ i j. vel ʒ i i j. ad ℥ß. Cum aqua quadam blandè aromatica, v. g. fœnic. aniſi, vel decocto ſem. fœnic. vel aniſi, redigatur in formam emulſionis purgantis elegantiſſimæ, adde.

℣ cinnam. ʒ j.

M. D. S.

Carter-Tränklein auf einmahl.

Eſt gratæ potionis, & potenter id, quod moleſtum eſt, expurgat & evacuat.

Præterea pro ſcopo laxandi admiſcetur quoque

que decoctis & infuſis ab ʒ ß. ad ʒ vj. ſed malè. Interim rarius apud nos uſurpatur. Solet etiam in clyſteribus præſcribi, ubi opus eſt forti purgatione & revulſione à capite in affectibus capitis, caro, apoplexia, epilepſia, lethargo, & quidem in principio.

A modernis flores vocantur in uſum, qui ad ʒ j. etiam purgant, & cum floribus calendulæ in menſium affectibus & ictero flavo; quam vim ex ſignatura, ratione coloris flavi, quidam derivare conantur.

Ex floribus his paratur conſerva contra icterum flavum, & hepatis obſtructiones.

Alii extractum ex ſemine parant cum menſtruo vel phlegmate ſpirituoſo, ut aqua aniſi ſpirituoſa, corticum aurant, vel ☿, ſpiritu aniſi, non adeò fortiter rectificatis, &c. cujus doſis à ℈ j. vel ʒ ß. ad ʒ j. fortiter purgat. Sub forma pilularum ſolet etiam exhiberi.

Proſtat & ſyrupus & electuarium de carthamo, cujus doſis eſt ab ʒß. ad ʒ vj. ultra ʒvj. rarò fit adſcenſus, utut Autor habeat ʒ j.

CASSIA.

Caſſia fiſtula ita dicitur, quod gerat fiſtulas, in quibus ſuccus niger reperitur, qui eſt uſitatus. Caſſia enim triplex eſt in officinis.

1. Caſſia aromatica veterum, quæ reverà eſt verum cinamomum modernorum.
2. Caſſia Poëtarum ſeu canella; &
3. Caſſia hæc laxativa noſtra, quæ in ſpecie dicitur caſſia Ægyptiaca, item Alexandrina.

In veterum præſcriptionibus pro ſcopo ciendi menſtrua & pellendi fœtum ſubinde præſcribunt corticem hujus caſſiæ Ægyptiacæ: Sed tum caſſiam fiſtulæ veram ſeu cinnamomum potiùs intelligatur. Malè ergò loco hujus cinnamomi intelligunt noſtrates corticem caſſiæ laxativæ, quæ fraus ſaltem ex errore nominis enata eſt. Ipſa autem caſſia laxativa, iterum duplex eſt: vel orientalis, vel occidentalis, quam differentiam videbitis in Wormii *Muſ. l.* 1. *p.* 194. Orientalis minor eſt, & ex regionibus Africæ propinquis affertur. Occidentalis Braſilienſis eſt major, & magis potentem eſſe orientali, quidam cum Autore noſtro, ſtatuunt: Sed falſum hoc eſt, quod videbitis confirmatum in Bartholino *l.* 1. *Ep. p.* 8. quod nimirum orientalis tantùm purget, non verò occidentalis. Adfertur ex America, & eligenda eſt ea, quæ capſulâ ſuâ extractâ, coloris nigri, & nonnihil rubeſcentis eſt. Non aſſumatur autem auſtera ſeu acida, ſed potiùs dulcis, & aliqualis aromatica, pro uſu medico. Recipitur nempe fiſtula, & ex ea elicitur, ſuccus vel nigra medulla, quæ præprimis refertur inter purgantia, & eliminat ſordes flaveſcentes; quâ ratione inter blanda cholagoga relata fuit: Clementer enim & leniter ſolet laxare alvum.

Vis conſiſtit in fermentatione, propter quam eſt flatuloſa admodum, & murmura ac tormina affert; unde in hypochondriacis, hyſtericis & gravidis plus nocet, quàm juvat. Ex eadem ratione & ii errant, qui mox in principio febrium eandem propinant, quia agitationem febrilem augent. Aliàs uſurpatur pro affectibus urinariis, & contra ſtranguriam laudatur pro temperanda nimia acrimonia urinæ. Quod tamen Hœferus *in Herc. Med.* negat. Niſi enim recentiſſima ſit, facilè aceſcit, & propterea ad ſtranguriam diſponit: Pleuriticis ſpecificè commendatur ad ʒ j. in principio, quoniam ſimul ſputum egregiè promovet, infuſa vel decocta in potionibus expectorantibus, videatur Foreſtus. Cæterum utut internè valdè commendetur caſſia ab Autoribus, multum tamen ipſi detrahit Quercetanus: Dicit enim, malignum eſſe remedium, ne quidem purgare nec laxare, ſed quod, dum tractetur cortex & deſtilletur, det liquorem cauſticum & corroſivum.

Externè contuſa, vel cum herba ſolani decocta, & podagricis locis illita, laudatur: etiam in inflammationibus optimè convenit.

Cæterùm non tantùm pulpa intus contenta ſolet purgare & evacuare; ſed etiam interſtitia lign[illegible] inter pulpam contuſa: Id quod caſu fuit inventum: Nam cùm talis cortex fuiſſet projectus ſimiæ, ex illo devorato fortiter purgata fuit: Conf. Pechlinus *de Purgant. pag.* 216. Grana adſtringunt, vid. Boyle *de Orig. Form. pag.* 199. ex Garzia ab Horto *Aromat. Hiſt. lib.* 1. *c.* 29.

Uſitata ex præparatis eſt medulla. Sub nomine pulpæ caſſiæ recenter extractæ veniens; nam brevi poſt extractionem acceſcit, & auget tormina, inducitq; multa ſymptomata; unde ſemper extrahitur, quando adhibetur in uſum. Modum videbitis apud Autorem. Infantibus datur ad ʒ i i j. adultis ab ʒß. ad ʒj. & ʒ i ß. utut apud nos rarò uſurpetur. In Italia ad ʒ i ß. propinari ſolet frequenter, ſed eſt nauſeabundum remedium. Inſtar epithematis extracta caſſia cum ſpiritu urinæ illinitur podagricis affectibus: Vid. Fernelius: quin clyſteribus ſæpiùs addita fuit olim.

CATAPUTIA MINOR.

Cataputia minor propriè dicitur lathyris minor: Nam major eſt, quæ dicitur ricinus. Dum dicitur lathyris, obſervetur, ne cum lathyro, de quo in alterantibus primariis dictum, confundatur. Planta lactea eſt, acerrimum ac cauſticum lac inſtar eſulæ fundens; unde rectiſſimè ad eſulas refertur, ac eſula minor dicitur. Planta hæc copioſas habet capſulas ſeminales, quæ ſemina matura hinc inde ſpargunt; unde & Germanis **Spring-Körner** dicuntur. Lac hocce cauſticum, ti-

biis ac cruribus affricatum pro scopo exulcerandi adhiberi potest.

Pro usu pharmaceutico subministrat nobis tantùm grana: Folia enim propter vim causticam & corrosivam vix in usu sunt.

Semina mulo-medicorum purgans sunt, v.g. si à granis x. ad xij. vel xv. decorticata & trita cum ovo sorbili assumantur, κατὰ πόδα violentissimè ac in momento purgant. Propinantur iis, qui hausérunt philtrum, vel qui per veneficium aliquid interiùs assumpserunt. Et quidem, si fortiter purgare debent, masticentur bene; qui verò vomitum magis desiderant, integra deglutiant.

Aliàs cataputia & ad vesicatoria refertur. Folia quoque trita cum lacte bubulo, adhibentur, ubi scopus est locum debilem reddere, ita ut posthac nunquam crescant.

Succus seu lac hoc inspissatum violentissimè purgat serum, & nulli scammonio aut lacti esulino cedit; ex quo tamen lacte inspissato cum ℞ tartari extractum seu essentia mitior parari potest.

COLOCYNTHIS.

Colocynthis Arabibus dicitur Handal, unde trochisci & extractum alhandal. Est cucurbita quædam sylvestris, & inter purgantia validiora, cum scammonio recensetur; cui elleborus niger, pro Triumviratu contendens, advenit.

Officinis subministrat fructum seu pomum, qui propter frigiditatem climatis non provenit apud nos; sed ex Ægypto adfertur, ubi repit per terram sarmentis longis, sicut apud nos cucurbitæ, foliis amplis & lanuginosis.

Sunt amarissimi saporis, in quo consistit vis laxativa. Vis ejus consistit ferè in resina perquam viscida, cum intensissimo amarore conjuncta, unde non tantummodò pertinaci adhæsu tormina gravissima ciet, sed præterea vi alterativâ, attenuativâ & colliquefactivâ etiam viscidissimorum contentorum, insigniter pollet; hinc ad pituitam vitream, crassam & viscidissimam expurgandam, imprimis in incrustatione stomachi à pituita acida, nil meli⁹ est quàm remedia ex colocynthide. Et cùm colliquatas sordes sub forma mucosa ferè soleat evacuare, propterea inter phlegmagoga primaria censetur; unde in affectib⁹ chronicis contumacioribus, v.g. epilepsia, febribus intermittentibus, colica pituitosa, egregiè convenit. In lue Venerea multum comendatur, & dixit Helmontius; se melius velle curare per colocynthidē luem Veneream, quàm per omnia decocta lignorum, modò sit legitimè correcta, & venenum laxativum sufficienter castigatum. Pro quo scopo quidam recipiunt pomum dimidium colocynthidos, pro viribus ægri & varietate circumstantiarum macerant per noctem in vino in vitro clauso, manè clarum per declinationem sine expressione effundunt quod ipsum æger, qui aërem frigidum vitare debet, calidè bibat, & quinquies vel sexies assumptum luem Veneream curare dicitur. Hinc brodium vel jusculum ex lactuca, portulaca, endivia, &c. aliquot post assumptionem ejus horis præscribunt, & cibum per totum illum diem interdicunt. In affectibus menstruationum fœminarum ut hemicraniis, & pellendo fœtu mortuo, primatum obtinet: Vid. Timæus *in Consil.* & *Epist.* Aliàs in arthritide præprimis & malo ischiatico multum commendatur. Vid. Zacutus Lusitanus *L.* 3. *Histor.* 30. & 31.

In substantia ad grana vj. à quibusdam usurpatur; difficilis autem est pulverisationis, nisi à seminibus repurgatum misceatur cum partibus duabus, vel ana, vel dimidio sacchari, & invicem probè in mortario contundantur; vel forfice minutissimè concisa, cum pauco guñi Arabici vel tragacanthi & aquæ rosarum vel vini impastetur, & blandè exsiccetur. Sed cum periculosius sit ejus usus, facilè additione aliquot granorum salis tartari mitigari potest.

Externè decoctum colocynthidis in lixivio cum absinthio & similibus adhibetur contra tineas capillorum, vermes & pediculos, dum in eodem lavatur caput, omnes vermes enecat, ut cesset infestatio eorum: Idquod præstat decoctum imprimis seminis, quod etiam à quibusdam habetur pro purgante. In mensium defectibus pro pellendo fœtu mortuo, item in secundinis, in lochiis provocandis decoctum colocynthidis Timæus, tàm in forma suffitus, quàm in forma insessus aut injectionis, aliisve modis adhibitum commendat: Conf. Timæus *in Cas. L.* 4. *Cas.* 9. *pag.* 207. item *Cas.* 34. *p.* 233. & *in Epist. lib.* 3. *Ep.* 40. Aliàs pulpa à ℈j. vel ℥ß. ad ℥j. clysteribus incoquitur pro fortiori alvi stimulo in affectibus somnolentis, imprimis in apoplexia cum aliis specificis. Ligata autem tunc temporis sit, necessum est in petia; nisi enim hoc fieret, solet adhærere intestinis, eaque exulcerare, monente Lobelio *in Observationib.*

Interim, quoniam cum malignitate insigni est conjuncta, de qua vid. Salmuth *C.* 3. *Obs.* 2. uti etiam simile exemplum habet Platerus *L.* 3. *Obs. p.* 805. adeò ut cum nausea, syncope, lipothymia, & similibus evacuet, per se rarò usurpatur, nisi in robustioribus intestinis; sed saltem stimuli loco aliis purgantibus addi solet.

Ut ergò tutius & jucundius in usum vocari possit, modis variis corrigitur; quæ correctio consistit in viscidæ resinæ attenuatione, & hostilis amaroris mitigatione: quib⁹ ritè correctis,

Digitized by Google

rectis, loco veneni laxativi egregium alterans, reſolvens & menſtruis deficientibus conveniens medicamentum haberi poteſt. Obtinemus hoc ipſum optimè per alcalia; acida enim caſtrant, non corrigunt colocynthidem, alcalia verò tàm fixa, quàm volatilia, hic optimè conveniunt. Pro correctione veteres addidere oleum commune, nec abſurde adeò; cum hoc obtundat ejus aculeos: attamen ſuperficialis eſt hæc correctio. Riverius & Freitagius *Auror. Med. pag.* 336. inſtituunt correctionem infuſione in urinam; ſic enim ita corrigitur, ut amaritudinem maximè deponat, & remedium inſipidum evadat, ſimulque vehementia & virulentia ita infringitur, ut ad ʒ j. tutò poſſit exhiberi: id quod teſtantur omnes ferè practici. Videatur imprimis Riverius *l.* 1. *Praxeos cap.* 15. Sed cum nauſeoſum quibusdam videatur hoc corrigens, meliori modo corrigitur per ſpiritum roris majalis. Alii correctionem minus artificioſam inſtituunt per macerationem in aquæ & vini Rhenani partibus æqualibus, vel in ſero lactis, & ſic deponit multum de amarore & venenoſitate: ſed neceſſum eſt, ut putreſcat, & per longum tempus ſtet in balneo, additis plantis aromaticis, mentha, & ſimilibus; ſicque multum conducit in menſibus ciendis, & eſt potens remedium. Alii aliá ratione corrigunt, blandis acidis ſcilicet, v. g. aceto, ſpiritu mellis, aut vino, quod virulentiam non nihil coërcet, ſi infundantur poma. Potentius corrigitur malignitas purgativa colocynthidos aceto, cum arcano tartari imprægnato, ſed hac ratione caſtratur. Optima correctio fit cum ſale tartari, quod cum pomo colocynthidis digeſtum omnem amarorem extrahit, & texturam viſcidam promptè corrigit atque aurei coloris liquorem dat, inſpiſſandum, & cum ♆ in ℞ m blandè amaricantem extrahendam, quæ etiam pro lubitu in extractum ſatis tutum & mirè redigi poteſt: pulpa candida manet in fundo, quæ inſipida eſt.

Præſtat tandem hoc etiam Arcanum tartari conveniens ejus corrigens.

Quoad præparata, trochiſcorum alhandal deſcriptionem videbitis in Zvvelffero & aliis diſpenſatoriis, alii decoquunt colocynthidem, decoctam inſpiſſant, & addunt panem triticeum pro trochiſcis formandis; vel poſſunt fieri fortiores, ſi loco panis triticei ipſe colocynthidis pulvis correctus addatur.

Infunduntur in vinum, commodiſſimè in ♆ probè tartariſatum; vel hujus loco in ℞ m tartari mediocrem, & paratur extractum, quod poſtmodum ad granum unum vel alterum additur aliis purgantibus, præſertim pilulari in forma loco ſtimuli in gonorrhœa virulenta.

Poteſt etiam vinum cholagogum fieri, ſi ℈ j. trochiſcorum alhandal bulliat in vino Rhenano, & filtratura poſtmodum exhibeatur pro potu laxativo.

Autor noſter mentionem facit ſpiritus vitæ aurei Rulandi, qui nihil aliud eſt, quàm ♆, cui trochiſci alhandal infuſi: melius paratur, ſi recipiatur ♆ tartariſatus, ſpiritus hic ad ʒ ij. uſurpatus purgat fortiter.

Ipſa colocynthis ſi extrahatur cum ♆, dat reſinam, quæ potens remedium, & ſubſtituitur loco extracti trochiſcorum alhandal, de quo vid. Zvvelfferus *in Pharmac. Reg. pag.* 75. poteſt etiam fermentari cum ſucco pomorum.

Faber *in Myrothec. Spagyr. l.* 2. *cap.* 29. docet parare quintam eſſentiam ex colocynthide, quæ eſt egregium remedium, & purgans non inelegans.

Poma colocynthidos ſi macerentur in aqua, & per veſicam deſtillentur, dant ſimul oleum, cujus gutt. una vel altera umbilico illita ſufficienter purgat per inferiora.

Proſtat etiam in officinis oleum diacolocynthidis Quercetani per coctionem paratum, quod non adeò eſt nocivum inteſtinis, adhibetur pro inunctione ſuppoſitoriorum, ut felicius operentur; additurque etiam clyſmatibus pro fortiori alvi ſtimulo. Inungitur umbilico pro pellendis vermibus & lumbricis; vel ſolum, vel cum aloë & felle taurino, inſtar unguenti mixtum.

De ſeminibus referunt quidam, quod etiam laxativa ſint, ſed mitiora, ita ut Lobelius teſtetur, ſe illa in majori doſi, quam colocynthidem ipſam, exhibuiſſe, & purgationem meliorem, utiliorem & minimè moleſtam ſenſiſſe. Ex his Freitagius parat extractum purgans compoſitum, ex ʒ iv. ſemin. colocynthidos, ʒ ij. aloës & ʒ j. ſcammonii, cum ♆ ℔ j; quod cum aliis elegans purgans à ℈ ß. ad gr. xiij.

COLUTEA VESICARIA.

Colutea veſicaria, Germanis **welſche Linſen**/ colutea dicitur à colore florum luteo; veſicaria vero à veſicis, quas repræſentat.

Officinas non ingreditur. Sunt tamen, qui putant, folia ejus foliis ſennæ poſſe ſubſtitui, unde nonnullis **falſche Senes-Blätter**/ dicuntur. Bartholinus refert in Epiſtolis ſuis, quod in obſidione Haffnienſi horum duplam doſin receperint, & eundem cùm foliis ſennæ effectum habuerint. Quantum verò in ſpecie plantæ differant colutea & ſenna, optimè explicat Jungius *in Doxoſcop. Phyſ. P.* 2. *Sect.* 3. *cap.* 17. *pag.* 225.

EBULUS.

Aliàs vocatur chamæacte, i. e. parva ſambuc⁹,

Digitized by Google

vel ſambucus fruticoſa, quod quoad ſpeciem & figuram conveniat ferè cum ſambuco, & non niſi majoris & minoris ratione differunt? ebulus enim eſt humilior & fruticoſior.

Hinc quæ dici poſſunt de ſambuco, etiam intelligenda venient de ebulo, niſi quod ſambucus ſit calidior, acrior & fortius purget quàm ebulus.

Cortex interior, præſertim radicis, ſaporis eſt amaricantis, odoris ingrati, qui conſiſtit in ☉e volatili acri, particulis ♃eis & viſcoſis immerſo; unde potenter purgat phlegmata aquoſa in hydropicis; deinde etiam lympham acidam & acrem, vellicantem partes nervoſas circa articulos; unde in affectibus arthriticis à lympha acri commendatur pro purgante, & in genere in omnibus morbis, ubi eſt ſeroſa colluvies, non inutiliter præſcribitur. Cortex ergò pro ſcopo purgandi præſcribitur in infuſo vel vino, quod quidem violentius eſt, aut decocto, quod mitius agit: vel ſolum, vel unà cum aliis: cujus doſis in infuſo ſolet eſſe ad ʒ i i j. l. ℥ ß.

Externè cortex recens coquitur in oleo lini, additur ſuccus expreſſus corticis ad impræ-gnationem olei, ebullit, poſt exprimitur: Optimum hinc eſt remedium contra ambuſtiones.

Acini potenter evacuant aquam & lympham in hydropicis, & arthriticis.

Succus baccarum ab ℥ j. ad ℥ i j. propinatus purgat per inferiora in hydropicis, & ſimul per vomitum, ſi præprimis ex corticibus proliciatur.

Aquam deſtillatam ex ſambuci aut ebuli radice commendat Autor: Quercetanus *in Pharmacop.* habet aquam deſtillatam purgantem ex baccis corticibusque ebuli & ſambuci.

Alias ex ſemine ebuli & ſemine ſambuci, oleum fit per expreſſionem, quod eſt egregium vomitorium. Laudatur præſertim à quibusdam pro philtro propinato. Doſis ʒ j. ad ʒ i ß. in cereviſia tepida. Externè illinitur umbilico & ventriculo pro laxatione alvi. Virtutes arcani chamæactes cloſſæi ſatis expreſſæ ſunt ab Autore.

Quod attinet virtutem alterandi in floribus & foliis ebuli, eſt illa diaphoretica. Ex ſpiritu ebuli proprio, digeſto ſuper grana ebuli, fit ℞ vel eſſentia granorum ebuli, quæ eſt elegans remedium in curanda ſuffocatione uterina; non minus etiam ℞ granorum ſambuci.

Proſtat quibusdam in locis extractum corticis interioris c. ♆, quod à ϑ ß. ad ϑ j. humores ſeroſos educit.

ELLEBORUS NIGER.

Hactenus duo ellebori genera innotuerunt; unum nigrum, alterum album, de quo in ſequentibus. Niger elleborus à Paracelſo, vocatur ſenior & daura; albus verò junior, aliàs elleborus niger veratrum dicitur; quod mentem vertat, quoniam in maniacis & melancholicis eam invertit; unde dicitur caput elleboro dignum, i. e. inſanum, dicitur niger ratione radicis, nigra, & albus ratione radicis alba, non ratione florum, qui in nigro ſunt albi, in albo nigri.

Quatuor autem ſpecies ellebori nigri nobis jam in promptu ſunt.

1. Eſt elleborus niger legitimus, ſeu veratrum nigrum flore roſeo albo, juxta Matthiolum ſtyriacus flore purpureo. Paradoxa quidem videtur hæc de coloribus florum relatio, ſciendum autem, quod flores hellebori nigri primũ albicantes poſt aliquot dies rubeſcant. Germanice vocatur **Schwarze Nieß-Wurtzel**/ ab efficacia: dicitur etiam **Chriſt-Wurtzel**/ quia circa menſem Januarii aut feſtum nativitatis Chriſti lætiſſimè floret ad Aprilem usque. Folia ſeptem vel plura, ex parte crenata circa caulem habet.
2. Species hellebori nigri eſt hortenſis flore viridi roſarum in modum, ut plurimum novem folia crenata habens.
3. Helleboraſter ſeu pſeudohelleborus niger noſtras adulterinus, domeſticus, hortenſis, flore ex flavo virideſcente.
4. Helleborus Hippocratis flore luteo, helleborine tenuifolia, helleboraſtum nigrum, &c. Buphthalmi potius ſpecies eſt.

Helleborus niger genuinus ſiliquas habet numero ut plurimum octo, ſemen oblongum continentes: radix nigra numeroſis conſtans fibrillis, odore eſt gravis, ſapore acris, amaricans & nauſeoſa; folia ejus ſunt volatiliſſima, & ſi guſtantur, acrimoniam habent inſignem morſicantem inſtar piperis; ſunt enim acriora quàm folia plantarum antiſcorbuticarum, ſi deſtillantur, prodit ♈ ſimilis ſaporis, ac habet ipſa planta; unde remanentia ſi calcinatur, parum vel nihil ſalis fixi continet; ſal enim volatile acre adſcendit alembicum, à quo aqua ſaporem habet acrem; vid. Zwelfferus, *in Pharmac. Auguſt. pag.* 139. *& Pharmac. Reg. pag.* 34. Vis ergò purgatrix ejus conſiſtit in ſale volatili acri, & perquàm penetranti, quod inſimul corrigit acidum p. n. folia hæc cum ſaccharo Paracelſus pro vita longa commendat, & balſamum ſalutis exinde parare docet, cujus Tackius in ſe ipſo experientiam fecit: vid. ejus chryſogonia.

Folia apud nos rarò uſurpantur, propter acrimoniam.

In uſum vocatur tantum radix ellebori ſtyriaci, cujus colligendæ rationem habet Autor ex Heurnio. Diſcrepant tamen & dicunt colli-

Digitized by Google

colligendam esse mense septembri sole in libra, vel mense Martio sole in ariete existente: quidam colligunt mense Octobri, cum enim fioret rigorosissima hyeme sub mediis nivibus tempus autumnale illi est quasi vernum, & æstivum instar hyemalis; adeoque autumnali in maximo est vigore, perpetua fronte viret. Sub collectione autem ejus probè observetur, ne confundatur cum radice aconiti, radicibus elleborinis non absimili, quæ quoque in iisdem provenit montibus, & maligna est ac venenosa, & cum maximo ægri detrimento ac nocumento conjuncta.

Radix est nobile purgans, & pharmaca recondita habet: unde dicitur secundus rex medicaminum purgantium, quod nihil adeò sit salutare humano generi sub luna, quàm elleborus niger. Contrarium dicitur de brutis, quæ jugulantur ab elleboro nigro, teste Matthiolo. Paracelsus præfert omnibus aliis simplicibus purgantibus, quoniam curet quatuor morbos principales, qui ipsi sunt: podagra, hydrops, epilepsia & apoplexia. Dicatur enim capiti in epilepsia, apoplexia, vertigine, paralysi, &c. in specie in affectibus chronicis, genus nervosum & caput affligentibus, indeque tàm mentem turbantibus, quam morbos convulsivos inferentibus; adeoque systemati nervoso convenit, & causis morborum partium nervosarum occasionalibus confert, indeque melancholicis, affectibus cutaneis, scabie ferina, ulceribus partium internarum, pro fomite interno corrigendo & eliminando, egregium est. Conferatur hîc specificum melampodii non purgans pro melancholicis, quod recenset Velschius *in Hecat. 2. num. 20. p.* 11. certum aliàs est, quod acuet ingenium, & spiritus roboret, hominesque hilares atque promptos reddat; id quod experientiâ propriâ confirmat Gesnerus *Epist. pag.* 13. Paracelsus multum tribuit elleboro nigro ad prolongandam vitam; unde vocatur etiam thesaurus vitæ. Ad insaniam præstantissimum vocatur alexipharmacum à *Zacuto Lusitano l. 2. Hist. 29.* Sicut & ellebori nigri ope, unà tamen cum aliis, aliquot hydropicos curatos fuisse ab Ezlero, constat. A Matthiolo dilutum seu infusum ellebori nigri specificum purgans vocatur quartanarium: vid. Matthiolus *Comm. in Dioscor.* & Deodatus dicit: vim specificam elleboro nigro inesse educendi omne id, quod sanguini permistum, aut eundem corrumpit; & rectè dici fugam dæmonum. Conf. Freitagius *Auror. Med.*

Dosin tàm in substantia, quàm in infuso habet Autor. In infuso usurpatur præsertim cum senna.

Externè convenit in usu sternutatorio; unde Helmontius *Tr. Asthma & Tuss.* §. 65. præstantem pulverem sternutatorium exinde parat: dum

℞. *Rad. helleb. nigri,*
Sacchari, ana part. æqv.
M. f. pulvis.

Qui pro majori svavitate aliquot guttas ℈i destillati caryophyllorum, l. cinnamomi, l. majoranæ, irrorari potest.

In coryza optimus est; & longè tutius usurpatur, quàm elleborus albus; item radix hujus hellebori fonticulo imposita non tantummodò acrimoniâ suâ excretionem fonticuli promovet, sed simul etiam corpus turbat, teste Walæo *in M. M. pag.* 43.

Ceterum, quoniam est vehemens remedium ἄνω & κάτω violenter purgans, rarò, aut planè non, in substantia usurpatur, nisi prius corrigatur aliquantisper. Testantur enim observationes, quod elleborus niger inducat convulsiones lethales: id quod quidam dicere volunt de elleboro albo tantùm, Hippocrati usitato: verùm enim verò prostant etiam exempla de elleboro nigro: sic Hildanus *in C. Epist. pag.* 914. refert, quod quidam princeps per extractum ellebori nigri pro purgante fuerit interfectus: item quod mulier cum extracto ellebori nigri purgata intra sex horas sit mortua: sicut etiam du Hamel *Tr. de aff. corp.* refert, radicem hanc fonticulo applicatam, purgationem per superiora & inferiora excitasse. Ut ergò malignitas præcaveatur, propterea præparatur, & quidem cum vino hoc modo.

℞. Radices ellebori nigri justo tempore collectas:

Macerentur in vino malvatico, exsiccentur in sole vel alio calore, exemptis tamen primùm interaneis seu medulla, quod ter est repetendum; tunc pulverisanda radix, & vitro indenda: huic superfundendus succus rosarum pallidarum, & in sole vel alio calore vel furno siccanda radix, quod iterum ter repetendum, tandem radix sicca denuò pulverisanda & servanda.

Dosis est à ℈ ß ad ℈ j.

Vinum cydoniorum à multis dicitur specificum corrigens ellebori nigri, quod etiam confirmat Zvvelfferus *in Pharmac. Reg. pag.* 35.

Præparatio ellebori nigri per pomum assatum, quem refert Autor, fuit Fonsecæ secretum.

Aliàs per ea quoque corrigitur, quæ in genere de purgantibus commendata sunt. Per alcalia tamen ita corrigitur, ut, si sero lactis, vel aquæ destillatæ seri lactis cum sale tartari imprægnatæ, infundatur, insigniter cicuretur elleborus. Si verò acida placeant, ad imitationem Hartmanni *in Praxi Chymiatr. p.* 17. recipiatur phlegma vitrioli, vel phlegma aut spiritus vitrioli addatur sero lactis, qua

mix-

mixtura, irrorentur radice ellebori nigri: tamen notandum, quod acida nimis castrent eum, ut in majori dosi usurpetur, quo plus enim spiritu acidulatum fuerit phlegma, eò minus evacuat: nam acidum figit sal purgans, & vim deleteriam; & quo dilutius, minor dosis præscribitur; qui mitius corrigunt, præferunt succum cydoniorum infusum radicibus ellebori.

Pro decoctis autem & infusis indeque paratis extractis item nodulis, in morbis hypochondriacis, melancholicis, quartana, affectibus capitis, catarrhalibus, aliisque chronicis, item in affectibus cutaneis externis, scabie, serpiginibus, vid. Hildanus *loco allegato*. Recipienda est radix cruda, acri & volatili insigniter turgida, non verò, prout communiter fit, præparata. Eligatur pro infuso radix recens vel potius radiculæ fibrosæ, rejectis partibus lignosis, quæ fibrillæ, quia maximam partem substantiâ corticali constant, virtute medicamentosa copiosius ditatæ sunt; sicut in toto vegetabilium regno cortex duplo plus, quàm medulla lignosa, virtutis obtinet. Menstruum sit aquæ. Elegantissimum autem infusum fit cum vino Neccarino vel Moscatellino, quod propinatur à ʒ j. ad ʒ ß. pro scorbuto infusio in sero lactis probè depurato facienda est, addendo parum salis tartari, & egregium sic laxativum per epicrasin habetur.

Huc pertinet etiam aqua hellebori nigri destillata, quam sufficienter purgare asserunt, non tantummodo, quæ ex helleboro recenti paratur ad imitationem Borrichii *in Hermet. sapient. pag.* 341. Sed recipiunt etiam *Rad. elleb. nigri* ℔ *j.*

infundunt

Vini Mens. iv.

unà cum semine anisi & fœniculi, ceu corrigentibus: denique per MB. vel VB. destillant ♈m: cujus cochlear unum vel alterum pro corpore evacuando propinatur.

Non contrariatur hîc Zwelfferus; volatiles enim admodum sunt particulæ medicamentosæ, præsertim salinæ hellebori nigri; unde non tantummodò destillata ejus acre admodum sapiunt, sed etiam in cineribus ejus nullum sal fixum remanet. Conf. Zwelfferus *in Pharmac. Reg. pag.* 34. 76. *&* 206. item in *Animadv. in Pharmac. Augustan. p.* 139.

Extractum ejus variè paratur, tam cum ♈, quàm menstruo aqueo. Quidam extrahunt ellebori nigrum cum phlegmate vitrioli acido, vel solo, vel acuato cum spiritu proprio aliquantisper: extractum inspissant in consistentiam mellis. Sed non habebitur extractum purgans; quia propter aciditatem vi medicamentosa purgans castratur, quod tamen maniacis convenit. Elegantior modus videtur Bartholetti, qui in *Encyclop. pag.* 417. radices ellebori nigri debito tempore collectas aceto imprægnatas solet extrahere per serum lactis caprinum, & postea extractionis evaporatæ ℔ j. admiscet ʒ ß. spiritus vitrioli.

Deinde extrahitur etiam cum spiritu vini, vel cum spiritu anisi, uti Autor *in Notis ex* Heurnio & Weckero dicit: adeo ut Hippocrates semper cum elleboro nigro propinaverit anisum, tanquam proprium correctivum. Utrasque verò extractiones qui conjungunt, totam vim ellebori nigri concentratam possident:

℞. *Rad. elleb. nigri Styriat.*
℔ *j.*
infundatur in
♈ ♍*if. q. f.*
Stent in MB.

per diem & noctem, filtretur cum forti expressione: à filtrato liquore abstrahatur spiritus vini, & remanet extractum: extractæ hæ cum spiritu vini radices coquantur quatuor ollis aquæ ad dimidietatem; postea benè exprimantur. Decoctum expressum cum albumine Ovi clarificetur, colatura evaporetur ad consistentiam mellis, addendo primùm cum spiritu vini paratum extractum, evaporentur leniter, & extractum servetur usui. Semper sub decoctione aliquid salis tartari vel olei ejus p. d. addendum est.

Præ cæteris extrahatur cum vino Rhenano, ut sic ab acido & tartareo vinoso simul nonnihil castigetur helleborus: extractio inspissetur ad debitam extracti consistentiam. Loco vini etiam aquâ simplici, cum sale tartari acuatâ, paranda est. Aliis radicem hellebori in vino Rhenano infundere placet, sub digestione sal tartari addendo, & quidem non ineptè: sic enim fit quasi sal essentiale seu terra foliata tartari, quæ sub digestione radicem hanc optimè corrigit. Hinc hoc extractum cum vino ita paratum est instar binorum modo sinuatorum.

Optimè autem secundùm Zwelfferum paratur cum sola aqua simplici per decoctionem: decoctum inspissatur in consistentiam rob, quod ulteriùs extrahatur per spiritum vini tartarisatum, & sic fit essentia hellebori nigri purgans, & per spiritus vini abstractionem extractum egregium: Vid. *Animadv. in Pharmac. Aug. pag.* 139. *& Pharmac. Reg. p.* 76.

Gedanenses, duobus modis extractionem helleborinam parare solent. Primo infundunt pulverisatum cum sero lactis destillato, addendo sal tartari albissimum quantitate sufficienti. Secundô modô infundunt radices in sero lactis cum spiritu vitrioli non dephlegmato, & utroque modo extractum correctum obtinent.

Dosis

Dosis extracti hellebori nigri est à ℈ ß ad ℈ j. l. gr. xxv. ad summum, utendi modus ejus est in forma pilulari, addendo stimulum, vel ex scammonio vel ex colocynthide.

Quod etiam extractum ellebori nigri prosit ad prolongandam vitam, vid. in Bartholino *cent.* 5. *Observat.* 28. Quod si tamen in forma liquida desideretur, ita præscribatur in dictis catibus:

℞. ∇ *menthæ* ℥ j.
Extr. helleb. nigr. ℈ j.
troch. alhand. gr. j.
Ess. & is liquid. ℥ ß.
Syr. de pom. Reg. sabor. ℥ ß. *M.*

Plura præparata ex helleboro qui cupit, vid. Thiermayer *in Consil. lib.* I. *pag.* 66. *& sequentibus.*

De balsamo elleborino, qui multum commendatur ad prolongandam vitam, vid. Penotus *Tract. de Medicam. p.* 485. qui dicit expressè: quendam Decanum ex illius usu ad 186. ætatis annum vitam protraxisse, ut illi mortuo tale fuerit positum Epitaphium:

Hic jacet edentulus canus atque Decanus.
Rursus dentescit, nigrescit, & requiescit.

Præterea Claud. Deodatus *lib.* 3. *Panth. Hygiastici p.* 52. habet balsamum senecturis Paracelsi, paratum ex decocto ellebori nigri certo modo præparato, item *Thesaur. vitæ ejusdem.* Faber *lib.* 4. *Myrothec. spagyr. cap.* 17. habet oleum ellebori nigri purgans, præparatum ex radice sicca per destillationem per descensum, in quo dicit consistere curam catarrhi perfectissimam. Hildanus *in Epist. p.* 974. habet crystallos ellebori nigri purgantes ex Deodato, quæ etiam videri possunt in Fabri *Mirothec. spagyr. lib.* 2. *cap.* 5.

Syrupi elleborati elegantissima & efficacissima sunt remedia. Per extractionem cum menstruis aqueis vel vinosis parati, & loco inspissationis in syrupum redigi possunt, ad imitationem Zwelfferi *Pharmac. Reg. pag.* 34. vel ad imitationem Cnöffelii, de quo vid. M. A. N. C. *An.* 6. *&* 7. *pag.* 18.

ELLEBORUS ALBUS.

Elleborus albus, seu junior Paracelsi flore est subatro. Radix frequentissimè in usu fuit Hippocrati & veteribus, quia robustissima eorum corpora illum perferre potuerunt; apud nos verò, propter summam virulentiam, rarissimè usurpatur, nisi in fortissimis subjectis; cum impetu enim per superiora & inferiora purgat, quicquid in corpore invenit. Dicitur insuper, quod recens imposita ventriculo soleat vomitum ciere. Colligitur tempore verno, sole ingrediente signum tauri, vel sub ortu solis incremento lunæ in signo leonis vel capricorni.

Purgat egregiè phlegmata crassa & succos melancholicos; unde inter melanagoga refertur vulgô, & non nisi in melancholicis, maniacis, furiosis & aliis, qui non possunt curari cum antimonialibus, ad elleborum album, tanquam ad ultimum refugium, devenimus. In mania sanè vomitus ex elleboro albo est radix curationis propter vim alterativam cum vomitoria conjunctam, vid. Lindani collegium in Hartmanni praxin; sicut & D. Michaelis per essentiam ellebori albi curavit hic virginem melancholicam, quæ à dæmone obsessa putabatur.

Quod si tamen ritè corrigatur, ut saltim per inferiora purget, etiam in aliis affectibus usurpari poterit. Incorrecta enim vehementissimum est remedium, quod mortes & tragica solet excitare; vid. in M. A. N. C. *An.* 2. *pag.* 279. item Geigerus *in Microcosmo hypothondriaco c.* 23. *pag.* 283. Kircherus *in Musurg. cap.* 23. *pag.* 283. Matthiolus *in Comment. Dioscoridis* refert, quod Hispani ex elleboro albo pararint præsentaneum venenum, quo illitæ sagittæ incontinenti enecant bestias: id quod se expertum esse dicit in gallis gallinaceis, quos tali sagitta læsit, ubi statim interempti sunt, ut interius sine noxâ assumpserint. Ex quo multum inclarescit virtus, quâ operantur venena: & dicunt Hispani, non posse talia venena corrigi, nisi per succum cydoniorum, vel per mala cotonea aliquot devorata; cuidam tamen, cui elleborus albus per fraudem propinatus, castoreum ad ℈ ij. pro alexipharmaco fuit: vid. Thonerus *pag.* 227. Foresius *l.* 18. *Observ.* 44. pulverem florum nymphææ albæ proprium radicis hujus ellebori albi esse dicit remedium.

Externè sternutatoria solet ingredi, quæ reddit satis fortia. Mitius est Helmontii, quod fit ex ana sacchari & radicis ellebori nigri: vid. *p.* 298. *in Tract. Tussis & asthma*, quodque in affectibus cerebri commendatur à Riverio *lib.* I. *Prax. cap.* I. *pag.* 16. Utut autem usu interno radix sit adeò potens laxans, externè tamen cingulum ex foliis ellebori albi applicatum abdomini & circa regionem renum est experimentum singulare ad hæmorrhagias uteri & ani sistendas, uti hoc refert Lindanus *in praxi*, & Hartmannus *praxi chymiatr ubi de Hæmorrhagiis.*

Ut autem internè pro pluribus affectibus exhiberi queat, malignitas ejus cicuretur, aut corrigatur: quod fieri potest non tantummodò per acida, de quo vid. Mynsichtius, sed etiam decoctione & cautâ infusione cum vino. Modos videbitis in Autore. Præ ceteris tamè, ut tutus sit ejus usus in furiosis & maniacis, in quibus vitiosos, viscidos ac tenaces humores potenter revellit, corrigitur hoc modo:

Digitized by Google

℞. *Radic: s ellebori albi, nigrore ra-*
ſione à radice ſeparato:

Inciſæ in taleolas infundantur in ſuccum roſarum tribus vicibus, ſemper iterum exſiccando; ut ita à ʒ i ß. ad ℥ ß. pro infuſo in vino albo uſurpari poſſit, quod doſi cochlear. j. per inferiora tantum purgat ſine detrimento.

Quin & cum ſale eſſentiali tartari, ſeu ſale tartari cum aceto imprægnato, corrigitur, quod infuſum blandè evacuat ſupra & infrà. Lindanus præparat ita:

℞. *Rad. elleb. albi* ʒ ß. *ad* ʒ *j.*

Coquit in vino, donec molleſcat: radix, ubi cocta eſt, eximatur, in aliud vinum calidum infundatur, & relinquatur per noctem; ſecundâ autem vice coqui non debet, ſed relinqui tantùm in loco calido: tunc mane illud vinum vel ſine expreſſione, ſi minus validum illud velimus; vel cum levi aut forti expreſſione, prout validiſſimum intendimus, adhibeatur.

Doſis hujus vini ſumma eſt ʒ j.

Cum hoc repetitis vicibus mirè cicurati & mites redduntur maniaci.

Vinum vomitorium Heurnii fuit expertum remedium in aſthmate convulſivo & catarrho ſuffocativo, modò iterum in uſum revocaretur. Gesnerus *Epiſt. p.* 12. dicit, quod dederit ſuæ ancillæ cochlearia duo vini malvatici, in quo radix ellebori albi cum aliis jam diu fuit macerata: unde illa poſt tres horas per vomitum plurimum materiæ excrementitiæ rejecit, per frictiones quasdam extremorum ſenſit, aliàs ſatis benè tulit, pertinet huc infuſum ellebori albi in vino pro curandis maniacis & quaſi dæmoniacis, quod videbitis in Append. M. A. N. C. *An.* 4. *pag.* 42.

EPITHYMUM.

Epithymum, Thym-Seyde / eſt cuſcutæ quædam ſpecies ſuper thymum creſcens.

Veteres inter blandè laxantia & diuretica retulerunt, & quando nitroſæ naturæ eſſe dicitur ab Hoffmanno, vi abſterſiva cum aliis commodè uſurpari poteſt, præſertim verò in chronicis morbis, ab acido vitioſo natis, in uſu eſſe ſolet. Rarò tamen uſurpatur hodierno tempore, & ferè in infuſo, integra planta contuſa cum aliis, & propterea eſt ordinarium ingrediens nodulorum purgantium vino infundendorum, ab ℥ ß. ad ʒ v j. in affectibus hypochondriacis ſpleneticis, & cutaneis ſcabioſis. Tantum præſcribitur pro leni laxante in infuſo: nam non ſuſtinet decoctionem, quia vis ejus multâ decoctione avolat, & propterea quoque rarò vel planè non eſt præſcribenda in ſyrupis & apozematibus, quemadmodum rectè hoc monet Foreſtus *l.* 3. *Obſerv.* 32. In inſania, epilepticis & vertiginoſis affectibus, imprimis qui oriuntur per conſenſum ſplenis & hypochondriorum, eſt expertum remedium.

Præparatur ex hoc ſyrupus, qui tamen valdè eſt compoſitus: vid. Poterius. *ſpag. L.* 3. *pag.* 559.

ESULA.

Eſula generale nomen eſt omnium tithymalorum, qui inter plantas venenatas referri ſolent. Continent in ſe ſuccum lacteum, qui inſpiſſatus concretum ſimillimum ſcammonio præbet, ut etiam loco ſcammonii eô uti poſſimus, unde ſæpè pro ipſo ſcammonio vendi ſolet. Malè quidam diſcrimen faciunt inter tithymalum & eſulam, cum diverſitate tantum patriæ vel loci differant. Eſt enim tithymalus cupreſſinus, vel foliis pini, vel foliis linariæ; item major & minor; quæ iterum foliis oblongis & rotundis: Vis earum conſiſtit in acrimonia planè cauſtica, aut ſale volatili penetrante adurente & quaſi piperino, in quo omnes eſulæ conveniunt.

Radix, & præprimis cortex radicis, in officinis uſitatus admodum acris eſt, & violenter purgat; quare Autor, couſticam virtutem deſcribens & confirmans, ruſticorum rhabarbarum vocat. Noxas ejus deſcribit Gabelchoverus Cent. I. c. 37. ſicut & Schenckius *L.* 3. *Obſ. de Cachexia* ſimiliter meminit febris ardentis, ex uſu eſulæ præpoſtero. Uſurpatur interne in ſuccis viſcidis, ex eſu lactis in ventriculo coagulati ortis, ac Lindano fuit in uſu, quando nautæ Belgæ biberunt lac, illique poſtmodum cereviſiam dulcem ſuperinfuderunt, atque ita tales humores cumularunt. Et D. Michaëlis puerulum cujusdam mercatoris, deſperatâ alvi obſtructione laborantem, curavit per eſulam, poſtquam nihil perfecerat etiam fortiſſimis purgantibus: dedit nimirum illi eſulæ radicem pulveriſatam, & ſucceſſit exoptatiſſima alvi apertio, & æger fuit ſalvatus.

Dum autem eſt maligna, cautè eſt præparanda & corrigenda. Inter acida ſunt ſuccus citri, aurantiorum acidorum, & cydoniorum: in quibus radicis cortex per diem & noctem in aceto maceratur, exprimitur, & exſiccatur. Cortex hoc modo præparatus à ʒij. ad ʒiij vulgò vino infunditur. In infuſo tamen cum vino, ubi paulò fortius agendum eſt, commodius cortex radicis non præparatus uſurpari poteſt. Optima correctio ſit per alcalia, ſpeciatim, ſal tartari: vid. in Williſii *Pharm. Ration. P.* 2. *pag.* 309. Rarò tamen uſurpatur propter vehementiorem operandi modum, nec niſi inteſtinis durioribus ac alvo pertinaciori, præſertim in ſubſtantia convenit. Nec uſurpatur niſi cum vel poſt uſum ellebori fruſtraneum: nam helleborus niger, quod non attingit, ad illud accedit eſula.

Opti-

Digitized by Google

Optimum extractum paratur, quod habet Freitagius, ſi cortex per diem & noctem cum aceto, aut ſucco vel cydoniorum, aurantiorum, aut citri maceratus exprimatur, poſt exſiccatus aquæ menthæ, cardui benedicti, vel abſinthii, vel aliis, cum oleo tartari per deliquium vel ſale tartari acuatis, immergatur, quæ poſtmodum inſpiſſatur ad conſiſtentiam mellis ſpiſſioris.

Sunt qui conſervam parant è floribus & foliis eſulæ cum Saccharo; ſed violentum eſt remedium: niſi enim addantur corrigentia, nunquam tutò in uſum eſt vocanda. Quin tam eſſentiam eſulæ habet Faber. *l.* II. *myroth. cap.* 6.

Fundunt eſulæ lac cauſticum & acerrimum, quod tibiis affrictum easdem ſolet exulcerare, adeò ut impudentium etiam mendicorum fraudi inſerviat, qui hocce ſucco cutem ſibimet exulcerant ſcabritiei ſpecie.

FRANGULA.

Frangula aliàs dicitur alnus nigra baccifera; cujus cortex interior tantùm uſurpatur. Duplicem enim habet corticem: craſſiorem & teneriorem ſeu interiorem: ſed poſterior tantum adhibetur, qui valdè purgat imprimis liquamina ſeroſa, ſi recens eſt, per vomitum & ſimul per alvum; ſi ſiccatus, tantùm per alvum. In hydrope autem imprimis uſurpatur à robuſtioribus ſubjectis, in nodulis purgantibus vino infuſis, à ʒiij. ad ʒvj. & ne noceat ventriculo, ſolent addere aromata. Quidam corticem exſiccatum in ſubſtantia à ʒj. ad ʒiij exhibent. Correctio tamen fit commodiſſimè in aceto, acuato cum terra foliata tartari, ex quo extractum fieri poteſt.

GRATIOLA.

Gratiola ſeu gratia Dei, Germanis **Wild-Aurin**/ confunditur ſæpius cum Lyſimachia galericulata. Plantula eſt foliis acutis, centaurio minori ſimilis, ad cujus ſpecies potiùs referenda videtur; unde centauroides, dicta.

Hæc ipſa etiam inter purgantia hydragoga ſic dicta refertur, & non ſine ratione: ejus enim folia ſapore ſuo amariſſimo inſignem habent vim abſtergendi primas vias, & evacuandi quæcunque excrementa in corpore ſtabulantia per inferiora; in diſpoſitis tamen etiam ſupra: unde & hydropicis imprimis commendatur, cujus rei exemplum ſubminiſtrat Freitagius in aurora medicorum. Sed non adeò violentum eſt purgans, neque correctione multâ indiget. Utendi modus eſt in infuſo à ʒij ʒß. Præter vim purgantem ſimul eſt alterativa, & ſpecificè quoque exhibetur pro lumbricis enecandis, & ex inteſtinis, & ventriculo expellendis, forma pulveris à ℈j ad ſummum ʒß, rarò ad ʒi adhibita. Commendat Joel contra venena & febres.

Sunt, qui pro cotrectione gratiolam macerant in aceto, & exſiccant, hinc infundunt in lac, denique ſiccant, & in pulverem redigunt: quem à ℈j. ad ℈i v. propinant.

Conſerva inde paratur cum ſufficienti quantitate ſacchari, quæ eſt vomitiva, & pro dictis affectibus uſurpatur: vid. Gruling. *in Florileg. Doſis eſt à* ʒ *v j. ad* ʒ *j.* Succus inſpiſſatus, quem habet Autor, à ℈j. ad ʒ ß. vel ʒj. vomitorium eſt inſigne, & in febribus intermittentibus chronicis convenit, tàm vi alterante & correctivâ fermenti peregrini, quàm contenta præternaturalia primarum viarum evacuativa.

Sunt qui faciunt extractum cum ſpiritu vini: ſed meliùs & rectiùs facit, qui extrahit cum vino malvatico, vel ſero lactis, vel cum aqua agrimoniæ. Fieri adhuc poteſt ex gratiola magiſterium per præcipitationem: ſi ſcilicet recipiatur aqua fontana, acuetur oleo tartari per deliquium, & huic aquæ infundatur planta exſiccata & inciſa, idquè in loco calido, ut fiat extractio: Quod ſi jam ſufficienter imprægnata, filtretur: filtrata aqua cum aqua ſolutionis aluminis calida præcipitetur: tandem decantetur ▽, & ſic remanet magiſterium gratiolæ. Quem modum parandi magiſteria ex vegetabilibus quibuscunque cum aqua aluminis per præcipitationem invenit Mynſicht. ſicut hunc poſtea imitati ſunt Rolfincius & Zwelfferus. Verum magiſteria hæc parum valent; quia ▽ aluminis ſimul ▽ata adulterata ſunt, quod probè notandum.

Quibusdam etiam ſal gratiolæ fixum cineritium commendatur in hydrope, utut virtute purgativa ſit ſpoliatum.

H.

HERMODACTYLUS.

HErmodactylus verus, ſeu Colchici Ægyptiaci radix, rarò proſtat: noſtrates autem loco ejusdem exhibent Colchici radicem albam non venenatam: dicitur Colchicum, quod in Colchide reperiatur. Mirè hæc planta ratione temporis variat: verno enim tempore protrudit folia, æſtivo tempore ſuccedit fructus, autumno fert flores nudos abſque foliis, unde & nonnullis **nackende Magd** dicitur; & tandem hyeme per radicis multiplicationem ſe diffundit.

Ipſa planta & flos non ſunt in uſu; radix tamen ejus in officinis hactenus fuit recepta, ſed male; à veteribus enim radix hæc inter venenatas radices relata fuit. Lis eſt inter botanographos: quid ſit veterum hermodactylus, & quidnam loco hermodactyli veri propriè ſit recipiendum? de hoc obſervandũ venit, quod dicit Manardes *in Annot. ia Meſuen p.* 389. *ut notiſſima radix nunc ea eſt, quam officinæ hermodactylum vocant, ita ignotum eſt, quo nomine ſit apud veteres uſitata, &*

Digitized by Google

quam rem ipſi voluerint Hermodactyli vocе ſignificare. Noſtri hermodactyli vires vix poſſunt conferri cum iſtis laudibus, quas veteres ſuo hermodactylo tribuerunt; vocatur enim anima articulorum, & ab Avicenna theriaca articulorum delentium.

Uſus ergò radicis hermodactyli, cum de ejus genuina eſſentia nobis non conſtet, eſt rarus; quæ nobis uſitata, eſt effœta, quia ex diverſis oris affertur, & ob ariditatem ferè nullius uſus; unde ſecurius eſt planè ab eo abſtinere, de cœtero radix Colchici alba recens ſatis ſolet hypochondria infeſtare ac turbare, alvumque eo modo laxare, uti obſervatum fuit à Ludovici *in Pharm. pag.* 141. Imò tormina & affectus inteſtinorum excitat, & gravia ſymptomata infert; corrigi ideò ſolet, & quidem impoſtoriè, per aromata; commodè tamen permiſcetur cum re acri, ut ſcylla & ſucco raphani, ut ratione acrimoniæ ſalinæ horum & augmentetur vis purgativa, & facilitetur operatio.

Doſis eſt à ℈j. ad ʒj. Infuſum ex ea non poteſt fieri, quia eſt reſinoſa nimis, niſi extrahatur cum ſpiritu anili, juniperi, cinnamomi, & ſimilibus.

Quidam in ſuperiore peſte radice hâc Colchici albâ, ſuperſtitione quadam inducti, loco amuleti uſi ſunt.

Inter Præparata proſtant pilulæ de hermodactylo, quæ veteribus uſitatæ fuerunt in doloribus articulorum arthriticis & paralyticis affectibus, ſimilibusque aliis &c. nobis verò rariſſimi uſus ſunt.

Paracelſus veterum laudibus perſuaſus habuit pulverem arthriticum ſeu podagricum purgantem, è radice Colchici alba, uti & turbith: qui vid. in Hartmanni *praxi Chymiatr. C.*230. §.17. ſeqq. ſed jam ferè in deſuetudinem abiit. Ex hoc pulvere Paracelſi enatum eſt famoſum electuarium marocoſtinum, cujus Autor eſt Mindererus, pro præſervanda & curanda arthritide, cujus etiam baſis eſt radix hermodactyli. Ita Poterio uſitatum purgans in affectibus articulorum fuit extractum ellebori nigri, miſtum cum extracto hermodactyli albi.

JALAPPA.

Jalappa radix eſt exotica ex Indiis occidentalibus allata, & nihil aliud eſt, quàm bryonia Mexicana vel Peruviana: ſimilis eſt mechoacannæ; unde alias vocatur mechoacanna nigra. Non tamen ex Indiis ad nos affertur, ſed etiam in hortis noſtris creſcit; eſtque reverà radix plantæ iſtius, quæ flos mirabilis Peruvianus vel Mexicanus dicitur à Carolo Cluſio in libro ſuo de plantis exoticis, & Hoefero *in Herc. Med. pag.*386. Idæc interim deprehenditur differentia, quod illa exotica fortius purget quàm noſtrâs. Datur flore luteo, albo & purpureo, qui veſpertino tantùm tempore floret, matutino verò florem claudit. Planta aliàs eſt heteroclita.

Radix iſta ingens & craſſa in taleolas diſſecta & exſiccata in uſu eſt, & in reſina ejus vis purgandi materialiter reſidet: quod in ejus extractione cum ſpiritu vini manifeſtum eſt, & ulterius conferri poteſt Williſius *in Pharm. Rat. Vol.*1. *pag.* 115. quare perennat, in hortis: radix nimirum recens ſucco ſcatet lacteo, qui ſub exſiccatione in reſinam concreſcit.

Satis ſufficienter purgat, quæcunq; invenit, imprimis ſub forma liquaminum copioſorum aqueoſorum & ſeroſorum flaveſcentium; unde & inter hydragoga vulgò refertur, & hydropicis imprimis confert. In ſpecie prodeſſe melancholicis & hypochondriacis dicitur, ac contra lumbricos eſt appropriata medicina. In omnibus caſibus, etiam infantibus, tutò poteſt uſurpari, cum non ſit purgans malignum.

Modus uſurpandi eſt vel in ſubſtantia ſub forma pulveris, vel reſinæ, vel infuſi ſeu eſſentiæ. In ſubſtantia adulto datur à ℈ ß ad ℈j, in adultis fortioribus tamen ad gr. xxiv. vel ʒ ß adhibetur; infantibus verò datur pro ratione annorum comodè cum tartaro vel cum cremore tartari, gr. 1. vel altero numerum annorum tranſcendendo: v. g. refert Bartholinus *C.* 5. *Hiſt.*69. quod quidam, qui ʒj. radicis Jalappæ uſurpavit, 70. habuerit ſedes, adeo ut vitam agere voluerit ex purgatione nimia; utut eadem doſis in alio nihil omnino profecerit: teſte eodem *Cent.*III. *Epiſt.*350. 63. ſed obſervetur differentia; nam ſi eſt recens, purgat valdè, & ultra ℈j. non debet aſſumi; quod ſi verò ſit antiqua & carioſa, ſubſtantia reſinoſa erit imminuta, & tunc adſumi poterit ultra ℈j.

Notandum autem, quod jalappa, uti omnia purgantia reſinoſa, inteſtinis adhærendo excitet tormina & hypercatharſin; quæ impediuntur, ſi addatur ſtimulus ſalinus & ſic reſinâ diſſolutâ in minori doſi efficacius, & ſine inſigni moleſtia, operatur. Confer *Collegium in Ludovicum.*

Jalappa noſtrâ diſſecta & exſiccata eundem ſaporem & colorẽ habet cum Jalappa officinali, ita ut Jalappa Indica officinalis ordinariò ad ℈j vel ʒß, illæ verò ʒß. ad ℈i j. vel ʒj. propinata, ejusdem ſit efficaciæ; ſicut & ſuccus foliorum hujus floris Peruviani inſpiſſatus adultos & infantes optimè purgare compertum eſt.

In forma liquida à quibusdam fiunt infuſa, dum Jalappam, aquæ incoquunt, aut vino infundunt: ſed malè; aqua enim ex illa nullam vim exhaurit.

Eſſentia ergo ex radice Jalappæ paratur per ſpiritum vini rectificatum, ita ut ad hujus ʒß, ſumantur ℈i j. jalappæ. Gratioris ſaporis erit, ſi aliquot guttis olei deſtillati anili vel corticum citri aromatiſetur; vel radix jalappæ pro meliori correctione, & ſaporis gratia,

Digitized by Google

gratia, cum corticibus citri vel aurantiorum infundatur, & ſic fit ſuave & egregium elixyr citri purgans; in lue Venerea, podagra, hydrope, & aliis ex ferosâ colluvie proventibus affectibus, ſuaviſſimè & ſine nauſea evacuat per alvum: Qualem eſſentiam jalappæ laxativam videbitis in Bartholino, *Cent.* 3. *Epiſt.* 36.

Doſis à cochl. j. ad ij. vel ʒ ij. ad ʒ ß. prout plus vel minus ſpiritu vini imprægnata, vel aut magis aut minus ſpiritus vini fuerit phlegmaticus.

Ex hoc fundamento paratum fuit elixyr purgans D. Michaëlis, cui alia catholica purgantia fuerunt admiſta.

Ex hac deinde eſſentia cum ſpiritu vini extracta facilè etiam præcipitatur reſina jalappæ, ſi hinc infundatur aqua communis; ℔ j. jalappæ ʒ i ij. reſinæ exhibet: Vid. Wedelius *Pharmac. pag.* 168. & 242.

Doſis eſt ad gr. xij. vel xv. Verùm, quod notandum, hujusmodi reſinæ in forma ſicca pro more concretorum reſinoſorum inteſtinis facilè adhærent, & adhærendo glutinoſitate ſuâ inducunt interdum tormina & hypercatharſes: Hæc ut præcaveantur, & reſinæ meli⁹ operentur, cum ſtimulo ſalino abſtergente præſcribantur, atque ſic facilè abſtergunt & adhærent, atque vellicatio impeditur. e. g.

℞. *Aloës ſuccotr.* gr. xv.
Mag. vel *reſ. jalapp.* gr. iij.
Arcan. dupl. Mynſ. ϑ ß.
Eſſ. citri gtt. iij. vel jv.
M. D. S.

Purgier-Pulver.

Nec inconvenienter ex reſinis poſſunt fieri emulſiones cum ſeminibus oleoſis ad imitationem Timæi *in Epiſt. pag.* 184. & 219.

M.

MECHOCANNA.

MEchocanna eſt radix alba, & ſpecies pariter bryoniæ exoticæ: Vid. Monardes; quæ in taleolas inciſa ad nos adportatur. Dicitur aliàs Rhabarbarum album, propter convenientiam, quam habet cum eo. Ex provincia Hiſpaniæ novæ, Mechoacanna dicta, ad nos adfertur.

Quoad vires, egregium purgans eſt & unum ex mitiſſimis, quod ſine gravium ſymptomatum concurſu blandè evacuat è corpore quæcunque heterogenea, imprimis liquamina ferosa flaveſcentia, & mucilaginoſa, & hinc pituitam ex primis viis, capite, & partibus nervoſis, ac pectore, purgare dicitur. In ſpecie autem iis convenit, qui tertianis nothis laborant, & ſuccis copioſis viſcidis ſcatent. Sed rarò in adultis uſurpatur, frequentiùs & commodiùs pro infantibus, vermibus laborantibus, & quorum ventriculi & inteſtina ſunt referta copioſo muco viſcido, & cruditatibus, tàm ex pulte & lactis grumis, quàm ex adiphagia congeſtis, quia cum minima moleſtia purgat, & nec guſtui nec odoratui moleſta, utut ferè à modernis jalappa loco hujus undique ſubſtituatur. Plures laudes qui deſiderat Gabelchoverum conſulat *C.* I. *Obſerv.* 13. *in Scholio.*

Doſis pro infante eſt à ϑ ß. ad ϑ j. in lacte nutricis vel pulte: pro robuſtioribus paulò ad ʒ j. adſcendere licet: adultis autem ordinariè ad ʒ ij. datur in ſubſtantia in forma pulveris. Interim & aquis appropriatis cum ſale tartari acuatis infunditur, ubi ʒ ß. ad ʒ vj. ſumatur, & infuſum in loco frigido relinquatur, filtrando ſub uſu. Electuarium quoq; purgans non inelegans ex Mechoacaña poteſt fieri, ſi extrahatur cum vino Canarienſi generoſo, cui inſtillentur aliquot guttæ olei tartari per deliquium. Alio modo poteſt fieri electuarium compoſitum D. Michaëlis in formula hac:

℞. *Fol. ſenn. ſſt.* ʒ i ß.
Rad. polypod. ʒ j.

Decoquit in ſufficienti quantitate aquæ ſimplicis ad ℔ j. circa finem addendo:

HB. epithymi ʒ j.
Vini cydoniorum ℔ ß.

Colaturæ addantur:

Pulv. ſant. albi.
Pulp. cydon. ā ʒ v.
Pulv. Mechoac. ʒ i ß.

& cum ſufficienti quantitate mellis vel ſacchari fiat electuarium.

Quidam etiam ex Mechoacanna parant morſulas purgantes hoc modo:

℞. *Pulv. Mechoacann.* ʒ ij.
Diagrid. ʒ v.
Margar. præpar.
Corall. r. præpar. ana ϑ i j.
Smaragd. ppt. ϑ i ß.
Sacchar. albiſſ. in aqua cinn. & roſar. ſol. ℔ i ß.
℞ *Cinnam.*
Caryopyll. ā. gtt. xij.

M. f. l. a. *Morſuli purgantes*: quorum doſis ʒ ß. ad ʒ v j.

Rotulæ etiam inde ex ʒ j. fieri poſſunt cum ſufficienti quantitate ſacchari in aqua roſarum ſoluti; vel harum loco panis Martius exinde paretur.

Faber *in Myrothec. l.* 2. *c.* 28. habet quintam eſſentiam ex Mechoacanna, quam aſſerit egregiũ purgans quæcunq; maſſæ ſanguineæ excremenra, eamque multis laudibus effert.

Extractum Mechoacannæ cum ſpiritu vini, quod habet Autor noſter, eſt de nihilo, adeò ut ʒ j. ejus vix tantum operetur, quàm ʒ j. in ſubſtantia: Vis enim ejus laxativa latet in mucilagine gummoſa: ſi ergò cum ſpiritu vini extrahitur, gummi intactum relinquitur; unde potiùs cum vino Rhenano aut cum aqua quadam deſtillata,

Digitized by Google

cum oleo tartari per deliquium acuata, extrahitur. Extractum verò mechoacannæ compoſitum ſatis clarum eſt, & elegantis compoſitionis.

MEZEREUM LAUREOLA, ſeu DAPHNOIDES.

Mezereum ſeu Laureola, Germanis **Kellers-Hals**/ unde ſemen coccognidii, frutex ſeu arbuſcula eſt elegans, creſcens in hortis, primo vere producens flores: Vocatur etiam thimelæa & chamelæa. Flore eſt purpureo, fructu rubro. In uſu eſt mezerei radicis cortex & folia; rarò verò baccæ. Corticis ſapor cauſticus & erodens eſt, ad naturam euphorbii & cataputiæ accedens; quia abundat acerrimo ſale volatili. Cum impetu autem varia liquamina liquidiſſima & ſeroſa, atque hydropicos, ſurſum & deorſum expurgat, propter cauſticam tamen vim, & nimiā malignitatem rariſſimè uſurpatur, niſi probè caſtratum fuerit. Corrigi ergò poteſt hæc vis cauſtica ſalina volatilis, per ſuccum cydoniorum immaturorum, vel acetoſæ: vel & aceto infundendo, acerrimum ejus ſal deſtrui poteſt; liquor tamen non decantandus, ſed cortex & folia ſunt per evaporationem lentam exſiccanda, aliàs nullius uſus evaderent.

Doſis corticis & foliorum eſt à gr. vj. vel viij. ad ℈ß. Hoc interim obſervandum eſt, quod folia mezerei in vino decocta menſes cieant ſingulari efficacia ſine laxatione: Vid. M. A. N. C, *Ann.* 4. *Append. pag.* 34.

Cæterùm, utut internus uſus ſit ratus; externo tamen frequentiùs radix mezerei loco ſetacei adhiberi poteſt in affectibus oculorum, ubi particulæ ejus orbiculares aliquantiſper in aceto, vel lixivio acri, vel aqua, in qua nitrum ſolutum fuit, maceratæ, auriculis perforatis inferuntur; ſic enim fit, ut inſtar cujusdam fonticuli copioſiſſimum eliciat ſerum: Medicamentum fuit D. Schegelii. Videbitis quoque ejus effectus adhuc obſervatos à Riverio, vel quicunque eſt Autor, in *C.* 4. *Obſ.* 100. Timæo *in Epiſt. pag.* 52.

Inter præparata in officinis exinde proſtant pilulæ, quæ rariſſimi ſunt uſus.

MYROBALANI.

Myrobalanorum quinque ſpecies uſitatæ ſunt in officinis, quas Autor recenſet: eſt tamen adhuc ſexta ſpecies, quæ in India inſtar condimenti ſolet adhiberi. Sunt fructus parvi, & reverà pruncola exotica, quæ nomen habent à figura externa.

Adferuntur autem nobis exſiccata, & ſaporem habent acidulum, nonnihil adſtrictorium. Evacuant, ſimulque etiam adſtringunt. Ratione pulpæ ſucculentæ more noſtrorum prunorum nonnihil laxant, fermentando ſuccos corporis: Ratione corticis autem, & reliquæ ſubſtantiæ ipſi⁹ pulpæ, validè adſtringunt. Quare, quia parum laxant, & magis adſtringunt, rarò uſurpantur, niſi in alvi fluxibus, principio imprimis diarrhœarum, dyſenteriarum, epatico, &c. Quin & fermentationes & effervescentias blandè temperant ſapore ſuo acidulo. Aliàs rariùs uſurpantur.

Quoad utendi modum: In ſubſtantia ferè nihil laxant, magis autem in infuſo; & quidem ſine adſtrictione, ubi mediante aqua ſucculenta ejus pulpa magis reſolvitur, unde plus præſtare ſolent. Infunduntur autem commodè pro ſola purgatione in ſero lactis. Quò autem plus decoquuntur, eò magis adſtringunt: ſin priùs pulveriſati aliquantiſper torreantur, tunc aſſumpti ſolent adſtringere, non purgare: adeò mutant vires pro varietate præparationum.

In uſu eſt ſyrupus de myrobalanis Sennerti ad diarrhœas, dyſenterias, & alios fluxus. Sic quoque habemus ſyrupum compoſitum Mynſichthi, cujus non ultimum ingrediens ſunt myrobalani. Aliàs verò myrobalani rarò uſurpantur; & his quoque facilè carere poſſumus.

P.

POLYPODIUM.

POlypodium dicitur ita à figura radicis, quæ variis ſcirrhis ſeu polypis hinc inde eſt circumſepta; Germanis **Engel-Süß**/ ob dulcedinem radicis admodum ſuavem. Species eſt filicis, ac ſemina ſua itidem in dorſo gerit. Creſcit circa radices arborum, quercus, abietis, fagi, coryli, &c. Optimum autem eſt, quod creſcit ex radice quercus, quia de acrimonia quercina vitriolacea nonnihil participat.

In uſu eſt radix, quæ innocenter refertur inter purgantia, cùm & hunc in finem nunquam præſcribatur; ſaltem vi aliquali abſterſivâ promovet purgantium operationem. In affectibus hypochondriacis & ſpleneticis, valdè convenit; ejusdem enim eſt naturæ cum filipendula, filice, &c. unde inter melancholiam evacuantia, & aperientia vulgò dicta refertur. Vi quoq; ſuaviter laxativâ, ac primas vias è muco acido depurativâ pollet. Per ſe rarò aut nunquā uſurpatur, ſaltim aliis additur; hinc etiam infuſum ejus, vel potiùs decoctū, cum foliis ſennæ pro laxandi ſcopo in melancholia eſt egregium: vel cum aliis appropriatis nodulis alterantibus, & laxantibus, ab ℥j. vel ℥iß. ad ℥ij. præterpropter vino vel aquæ infundi, vel cum purgantibus appropriatis decoctis ejusmodi incoqui poteſt. Et quidem, ut ex hujusmodi purgantibus vis alterans & purgans melius & felicius poſſit extrahi, adduntur aliquot drachmæ cremoris tartari, vel ſalis tartari fixi: hujusmodi enim ſal acuit menſtruum, ut extrahantur virtutes talium ſimplicium eò convenientiùs.

Exter-

Digitized by Google

Externè pro uſu dentifricio Freitagius *in Aur. Med. pag.* 253. vino permiſcet ſpiritum ſulphuris, ut leviter aceſcat: Huic miſturæ infundit radiculas polypodii per 24. horas: poſtmodum ſiccat, & iisdem utitur pro dentifriciis. Loco radicis polypodii poſſet aſſumi radix biſtortæ, quæ eſt major, vel radix ariſtolochiæ rotundæ, cyperi, &c. & cum his ita imprægnatis fricari dentes.

Proſtat in officinis ſyrupus de polypodio, quem videbitis in Poterii *Pharm. ſpagyr. pag.* 559. & Zwelffero *in Notis ad Pharm. Auguſtanam.*

PSYLLIUM.

Pſyllium habetur majus & minus: Planta eſt glabra, nobis exotica, in Italia creſcit, cujus ſemen ad nos pervenit.

Semen pſyllii majoris ſolet evacuare recrementa, ſimulque habet vim mitigandi humores, eosque obtundendi, & convenire ſolet in dyſenteria & diarrhœa, ut ſimul abſtergat, & etiam acrimoniam humorum temperet. Uſurpatur in infuſo à ʒ iij. ad ʒ vj. Uſus tamen ejus rarus eſt.

Semen pſyllii minoris communiter refertur inter alterantia: Nobis autem inuſitatum eſt, niſi quod parilem mucilaginem ſuggerat, ac ſemen cydoniorum, in affectibus faucium ardentibus, angina, ardore & ſiccitate linguæ, eſtque ejusdem uſus cum mucilagine cydoniorum, niſi quod magis conveniat in ambuſtis cum ſaccharo Saturni, camphora, ſucco cancrorum fluviatilium, &c.

R.

RHABARBARUM.

RHa eſt vox Geographica, ita dicta à fluvio Sarmatiæ principali Rha ſeu W'olga, Regnum Moſcoviticum profluente, in cujus confiniis Rha ubertimè creſcit. Duplex eſt Rha: Barbarum & Ponticum: Rha Barbarum rurſus in duplici differentia; vel enim eſt verum Moſcoviticum, & Sinicum ſeu Orientale. Sinenſe reverà lapathi ſui generis ſpecies eſt, uti hoc oſtendit Moriſonius *in Horto Bleſenſi pag.* 340. & *in Dialogo pag.* 470. Neuhoff in der Geſandſchafft nach China. Moſcoviticum nullius eſt pretii; id verò quod habemus ex Oriente, tantùm eſt uſitatum. Dubium tamen eſt: An hoc noſtrum Rhabarbarum idem ſit cum Rhabarbaro veterum: Vid. pluribus Panarollus & Salmuth *Comment. in eum L.* 2. *Tit.* 4 *pag.* 122. Semine gaudet triquetro, hinc concludo, eſſe ex lapathorum genere.

Quod uſum Rhabarbari attinet, mitioribus ac optimis purgantibus jure accenſeri debet, quia evacuat leniter corpus, & poſtquam evacuavit, adſtringit, & ſolum inter purgantia dicitur carere malignitate cum aloë. Sed præter vim laxativam ratione ſalis acris, habet vim alterativam, bilis vitioſæ correctivam, cachexias, & ſimiles affectus chronicos multum emendat, & ceu appropriatum in calculo, hydrope, & ictero, aliisque affectibus hepatis à vitioſa bile oriundis, ſeu in maſſæ ſanguineæ dyſcraſia, & in quibus morbis ſal volatile urinoſum eſt depravatum, aut nimis oleoſum, commodè cum aliis uſurpatur, magis alterandi, quàm laxandi ſcopo. Adeoque à Cratone anima hepatis vocatur; ſordes enim ſua R, ſcilicet flavedine, intenſè inquinat: Imò ſudor luteus à Rhabarbari uſu obſervatus eſt, unde bilem ab illo evacuari, vulgò æſtimant. Præſcribi poteſt pro purgatione & pro alteratione, & propinari in affectibus cachecticis cum paſſulis minoribus rob paſſularum, vel infuſo paſſularum, medicamentis tartareis, Martialibus, &c. ſi miſceatur cum gummi guttæ & reſina jalappæ, eſt ſpecificum purgans hydropicorum, dum etiam ex maſſa ſanguinea ſerum evacuat, ac expurgat.

Vis autem Rhabarbari laxativa ſuperficialis eſt, & in ſubſtantia mucilaginoſa menſtruo aqueo, præſertim extrahibili, reſidet, cujus ſubtiliores & volatiliores particulæ laxant. Rarò in ſubſtantia & ſolitarium datur pro ſcopo laxationis & purgationis, cum ſic ad ʒ j. uſurpandum foret, niſi in diarrhœis, dyſenteriis, &c. ubi laxandi & ſimul adſtringendi, cauſamque ſimul morboſam inteſtinorum corrigendi animus eſt; ſic enim à ϑ j. ad ʒ ß. propinari poteſt. Quodſi magis adſtringere, quàm laxare velimus, torreri poteſt, ut vis laxativa exhalet: hoc enim Rhabarbarum toſtum adeò ferè adſtringit ut terra ſigillata, & in fluxibus alvi, commodè cum nuce moſchata, laudano opiato & ſimilibus præſcribitur; propter quam virtutem adſtrictivam etiam in hæmorrhagiis quibuscunque commendari ſolet: Conf. Pechlinus *de Purgant. p.* 233. & Borrichius *in Apolog. contra Conringium.* Rhabarbarum quoque Paracelſo dicitur, habere inſe vim & arcanum arenas & calculum pellendi, ſi laxativa ejus vis ei auferatur. Plura qui cupit de virtutibus Rhabarbari in roborando corpore videre poteſt Scholzium *Epiſtol.* 15. qui ejus continuato uſu hydropem curavit, & vulnus in capite periculoſum. Pro ſcopo autem purgativo infuſio Rhabarbari in aqua frequenti in uſu eſt: Infuſo enim Rhabarbaro in aquam appropriatam. v. g. Cent. minoris, abſinthii, &c. Aculeatam cum oleo tartari per deliquium, vel ſale aut cremore tartari, quæ ſaporem ejus nauſeoſum corrigunt, vis purgans abit in aquam, & reſiduum in ſubſtantia tantum adſtringit. Commodè etiam infunditur in ſerum lactis, quod valdè

Digitized by Google

valdè convenit in febribus intermittentibus, tertianis ſic dictis bilioſis, & quartanis ſcorbuticis, in quibus hæc infuſio eſt elegans & egregia; modus infundendi talis eſt:

℞. *Rhabarb. opt.* ʒ ij. vel ʒ iij.
♁ ♀ ℈ j. vel *crem.* ☾ ℈ j. vel ʒß. ad ʒj.
Infundantur in
▽ *m ſimpl.* ʒ iij.
ſtent in loco calido, colaturæ adde:
Syr. de cich. ſolut. ʒ j.
M. pro *Hauſtu purgante.*

Si cremor tartari recipiatur, ebulliat parum ad tartari diſſolutionem. Optimè etiam cum ſenna infunditur; per decoctionem enim vis ejus volatilis laxativa perit, & adſtrictoria tantùm permanet.

Syrupus de cichorio cum Rhabarbaro, ſolet permiſceri cum infuſis & decoctis alvum laxantibus. In ſpecie infantibus convenit recens natis, quos præſervat ab epilepſia, evacuando meconium ex eorum inteſtinis.

Extractum de Rhabarbaro propinatur ad ℈ j. in vehiculo quodam diſſolutum; poteſt etiam redigi in pilulas. Extrahitur cum aqua alterante, cum oleo tartari per deliquium acuata; in febribus tertianis & ſic dictis bilioſis mirè convenit. Hac ratione Wedelius *in Tract. de Sale volatili plant. & in App. ad Ann.* 4. & 5. *M. A. N. C. pag.* 277. animam Rhabarbari extrahit:

℞. *Rhabarb.* ʒ j.
♁ ♀ ʒ *ij.* ad ʒ ß.
▽ *æ hepat. nob.* ʒ x.

& dicit medicamentum eſſe longè nobiliſſimum & reverà polychreſtum.

Extractum autem juxta Weckerum cum ſpiritu vini paratum, nil valet, minùs purgat quàm ipſa ſubſtantia.

Paracelſus *Tr. de Tartaro* ex Rhabarbaro Ram habet in arena vel veſica, in qua vim ſolutivam auferendam eſſe dicit, quod facit ſal tartari. Hæc citò ad vias urinarias dilabitur, & calculoſis ſuccurrit: Nam propter amaritiem deſtruit acidum, & promptè vergit ad vias urinarias.

Ex infuſione Rhabarbari fit magiſterium, ſi ſcilicet infundatur aqua aluminis, quod magis laudatur vi laxativa, quàm ipſum Rhabarbarum per ſe uſurpatum. Sed præ Rhabarbaro crudo vix prærogativam obtinebit, præſertim cum ſub ▽tione cum terra aluminis adulteretur.

RHABARBARUM MONACHORUM.

Jam dictum fuit, Rhabarbarum verum eſſe lapathorum ſpeciem; unde ipſius defectus olim Monachi, Meſues *Commentatores*, aliam lapathi ſpeciem ſubſtituerunt. Nempe duo lapatha imprimis ſunt in uſu medico: Anguſtifolium, quod aliàs oxylapathum dicitur, & latifolium ſeu hippolapathum, quod eſt Rhabarbarum Monachorum.

Radix hujus conſpirat nonnihil cum viribus Rhabarbari genuini, cum in dupla doſi non ſolùm laxet, ſed etiam amaricante ſapore vim Rhabarbari alterativam, adeoque, ut dicunt, epaticam, æmuletur. Uſus ſaltem eſt in infuſis & decoctis cum aliis hujus generis alterantibus.

RICINUS.

Ricinus ità dicitur, quod grana ejus figuram animalis ricini, Germanis **Hunds-Mücken**/ pone aures eorum ſedentium, repræſentent: Dicitur aliàs cataputia major, & παρὰ δάκτυλον, quod folia ejus quinque digitos quaſi repræſentent. Ordinariè dicitur planta Chriſti, Germanis **Wunder-Baum**/ quod ſpe cioſè ac ferè ſine pari creſcat.

Duplex eſt: vel vulgaris minor, vel major ſeu amaricans. Differentia cognitu eſt facilis, præter magnitudinem: Majora ſunt nigra, nec adeò eleganter picta, quàm minora: Ricinus minor non niſi ſemina in capſulis hirſutis contenta nobis ſuppeditat.

Famoſa ſunt ſemina hæc vi emeticâ: Matura enim num. viij. ad xij. aſſumpta, mirè turbant corpus, quoniam nimis potenter, fortiter ac violenter purgant, & cum impetu ἄνω & κάτω, quicquid inveniunt, ejiciunt; hinc rariſſimi, niſi apud Agyrtas, ſolet eſſe uſus. Hungari verò, qui fortiora aliàs medicamenta facilè ferre poſſunt, gr. xxx. abſque noxa aſſumunt: Sunt, qui ex ſeminibus his cum lacte terendo parant emulſionem catharcticam ſatis potentem, quo vis ejus purgans aliquatenus temperatur: Vid. Velſchius *Hecatoſt.* 2. *pag.* 13. Notandum tamen, non totum granum eſſe, quod purget, ſed dividitur granum in duas partes, in quarum medio membrana eſt duplicata, ſeu tunica bipartita in quavis iſta cathartica reſidet. In Perſia planta hæc ſeritur in agris, ac exinde oleum fit dulce & elegans, quo in cibis præparandis utuntur: Vid. Olearii *Itinerar. Perſic. lib.* 5. *cap.* 7. *pag.* 566.

RICINUS AMERICANUS.

Ricini majoris ſeu Americani grana nigra dicuntur grana tiglia, & incluſa ſunt capſulis glabris.

Hæc decorticata & deglutita purgant valdè admodùm, ſuprà & infrà; hinc rariſſimi niſi apud agyrtas, uſus eſſe ſolent. Ruſticis robuſtioribus gr. j. aliis verò quarta pars grani ſufficit. Dixit tamen mihi quidam empiricus: Quod unum granum aſſumtum ſit expertiſſimum remedium ad vermes; ſe illo aliquan-

Digitized by Google

aliquando evacuaſſe vermem cucurbitalem ingentis magnitudinis, & quod citò operetur, utut non ita tutò. Integrum iterum ſecedit, per acta tamen operatione. Vid. Monconys Voyage *Tom.* I. *pag.* 135.

Exprimitur inde oleum, cujus gutt. j. vel ij. in juſculo carnis, vel unà cum ſaccharo propinata ſufficienter purgant: Vid. Velſchius *Hecatoſt.* 2. *p.* 13. Borellus *C.* 3. *Obſerv.* 29. ubi facilem oſtendit purgationem cum oleo ſeminis ricini Americani, quod etiam vocat nucleum pineum Indicum. In hoc oleo ſingulare quid contra epilepſiam infantum latet, ſi cum pinguedine erinacea in linimentum redigatur, cujus guttæ quædam umbilico illitæ, mira faciunt.

Ex remanente poſt oleum expreſſum corpore ſunt, qui extractum purgans beneficio Kæ tartari fieri exiſtimant.

SENNA.

Senna genuina officinalis debet eſſe Alexandrina ſeu Orientalis. Italica vulgò ſubſtituitur, ſed non tantæ eſt efficaciæ ac uſus: Affinis eſt coluteæ veſicariæ quoad folia, imò & quoad effectus; unde ſolet à quibusdam etiam haberi pro ſennæ ſuccedaneo, ubi tamen coluteæ folia in dupla doſi aſſumenda: idque non ſine experientia, qualem videbitis in Bartholini *Hiſtoriis Anatomicis C.* 5. *Anatom. Hiſt.* 60.

In uſu ſunt ſolùm folia, folliculi rarò, imò nunquam.

Purgat autem ſufficienter, quicquid adoritur. In febribus tamen diuturnis, affectibus hypochondriacis, melancholicis, quartana, ſcorbuto, aliisque morbis chronicis, in affectibus mulierum, & ſimilibus aliis, ubi fomes morboſus in lento ac viſcido humore radicatur, unum eſt ex mediocribus & uſitatiſſimis purgantibus, cui multa encomia hinc inde tribuuntur, quoniam eſt valdè moderata, & ſine graviorum ſymptomatum concurſu, turbulentia & agitatione maſſæ ſanguineæ, blandè ſolet elicere & purgare excrementa viſcida atque ſeroſa, plus minùs flavedine tincta, ex primis viis & maſſa ſanguinea, & ad catholica purgantia imprimis referenda eſt. Blandè dico: nec quemquam impediat, quod excitet interdum tormina: nam hæc faciet mucilago viſcida in ſenna, quæ adhæreſcendo inteſtinis tales cruciatus cauſatur. Vis ejus laxativa in volatilioribus reſinoſis particulis conſiſtit, quæ mucilagine nonnihil viſcidâ ſunt involutæ, hinc coctione prolixiori virtutem laxativam amittit, & potiùs ingentia tormina ciere aſſolet, prolecta ſic mucilaginoſâ ejus ſubſtantiâ, quæ inteſtinis tenacius adhæret. Cum ergò & ventriculo non parum adverſa ac nauſeoſa ſit, & tormina excitet; propterea ſine adjectione ſtimuli ⊖ini tartarei nunquam eſt propinanda; nam dicit Cardanus, ſe vidiſſe virginem veſtalem, quæ ex ʒ j. decocti ſennæ bibita, veneni ſymptomata paſſa ſit.

Doſis in ſubſtantia eſt à ℈ j. ad ʒß. cum ſocio tartareo; in qua tamen ratò & nunquam uſurpatur, niſi quod quandoq; pulvis ſennæ Montagnanæ à ℈j. vel ʒß. ad ʒ j. præſcribatur. In forma autem liquida frequentiùs uſurpatur; idque in infuſo magis, quàm in decocto à ʒ j. ad ʒ i ij.

Menſtrua aut ſunt vinum; vid. Rulandus *Theſaurus p.* 249. vel menſtruum aquoſum, & quidem ſemper cum tartareis acuendum. Hinc cum ſale tartari ſi præparetur, ſufficit infuſum; ſi verò cremor tartari addatur, neceſſaria eſt ejus aliqua decoctio. Aliàs in affectibus hypochondriacis commodè recipi poteſt ſuccus pomorum Borsdorffianorum depuratus vel ſolus, vel cum aliquot guttis olei tartari per deliquium acuatus, cum quo loco aquæ ſimplicis, infundatur ſenna.

Sic etiam fit eadem decoctio cum ſero lactis caprilli, quod ſaporem acrem in ſcorbuto peccantem ſpecificè temperat, ſi infundatur aut in eo blandiſſimè ſenna ebulliat. Tandem & ſub infuſo in nodulis laxativis vino infundendis ſenna ordinatur.

Præparata ſennæ quod attinet, ad ea pertinet pulvis ſennæ Montagnanæ, quod paratur ex foliis ſennæ, cremore tartari, & aliis; cujus doſis eſt à ℈j. vel ʒß. ad ʒ j. & ʒ iß; nec non pulvis tartari cryſtallini ſolutivus compoſitus Zwelfferi *in Animadv. Pharm. Auguſt.* & *in Pharm. Reg. p.* 31. & 42. Sed utut convenienter purgent, propter doſin tamen nimiam & nauſeam rarò præſcribi ſolent: conf. Ludovici *Pharm. p.* 152. Syrupus de pomis regis Sab. adhibetur in affectibus hypochondriacis & melancholicis.

Quidam cum ſenna præparant electuarium purgans polychreſtum hoc modo:

Ponunt ad ignem ſyrupum roſarum ſolutivum ad ʒij. huic leniter calenti injiciunt:

Sacch. Canthi rubri pulver. ʒ iß.
quo ſoluto addunt:
Fol. ſenn. ʒ iß.
Crem. ℈ ʒ i i j.
Zingib. ʒ j.
Sem. aniſi ʒ ß.

Miſc. cum ſpatula, removeatur ab igne, donec frigeſcat: hinc iterum aliquid ſyrupi roſati ſolutivi injiciunt & miſcent.

Doſis eſt inſtar nucis juglandis.

Extractum ſennæ ratò proſtat, & eſt ſuſpectum; quia metus eſt, ne ſub inſpiſſatione vis laxativa evaporaverit.

Tinctura ſennæ eſt mirabilis: cum ſpiritu vini, utut dephlegmato, fieri nequit; ſed potiùs recipiatur ſolutio ſalis eſſentialis tartari, cui ſenna infunditur.

Digitized by Google

SOLDANELLA.

Soldanella dicitur etiam braſſica: Germanis **Meer-Kohl** & **Meer-Winde**; nil tamen affinitatis habet cum braſſicis. **Meer-Winde** autem dicitur, quoniam in locis marinis hinc inde ſerpat, & flores habeat inſtar volvuli. Ubertim creſcit in Italia & Provinciis Gallicis, inde autem folia exſiccata ad nos adferuntur.

Planta eſt rari uſus; copioſiſſimas aquas purgat unde in evacuando ſero ſcorbutico, & ſimilibus affectibus, à ſeroſa colluvie natis, ſpeciatim in hydrope, officium ſuum egregiè facit; adeò ut Eraſtus eam nunquam in curatione hydropiſcos omittendam aſſerat; quo in caſu præſertim cum Rhabarbaro jungenda venit, utpote cum quo optimè hydropicis porrigitur. Caret malignitate, quam velare alia purgantia neſciunt.

Doſis foliorum pulveriſatorum eſt ℥ j. ad ℥ ij. pro decocto verò ʒ ß. ad ʒ j.

Quibusdam ſuccus ad ʒ ß. in uſu eſt, qui inſpiſſatus ultra ʒ i ß. aut ʒ j. dari non debet. Quintam eſſentiam ſoldanellæ habet Faber *lib. II. cap.* 17.

SPINA INFECTORIA.

Spina infectoria, ſpina cervina, ſpina alba, rhamnus catharcticus ſeu ſolutivus, Germanis **Wegedorn**/ creſcit juxta ſepes, in ſylvis, etiam cultura provenit in hortis noſtris.

Floret Majo, fructus fert autumno.

Pro uſu purgandi ſuggerit baccas rubras in fine Septembris aut initio Octobris colligendas, quæ pro medicina domeſtica laxativa inſerviunt, ſufficienter purgant varia liquamina ſero involuta; unde convenire valdè dicitur in affectibus cachecticis, chronicis, hydrope, arthritide, & ſimilibus, ubi abundat colluvies ſeroſa, præſervativè & curativè. Rarò præſcribuntur in ſubſtantia; ſed in uſu inde eſt ſyrupus de ſpina infectoria ſeu de ſpina cervina ex ſucco baccarum paratus, domeſticus aliàs dictus, quia Imperatori Maximiliano tanquam medicina domeſtica in podagra frequentis uſus fuit. Præparationem videbitis in Solenandro *Conſ.* 20. & Zwelffero, etiam in Autore, qui loco ſacchari rectè mel ſub ſole, aut per ſe depuratum, ſubſtituit; ſolus poteſt præſcribi ab ʒ j. ad ʒ i ß; quoniam eleganter purgat. Præprimis autem competit infantibus tenellis à ʒ ij. ad ʒ ii j. feces quidem virore inficit, easdem tamen perquam commodè laxare ſolet. Datur in cochleari vel ſolus, vel cum pauco lapillorum cancrorum miſtus, nec non cum ſyrupo de cichorio cum Rhabarbaro miſtus.

Ad hujus imitationem ſyrupum compoſitum videbitis in Zwelfferi *Pharmac. Reg. pag.* 32.

Inter reliqua præparata *num.* 3. Extractum rhamni habet Autor, quod elegans; cum vis tithymali cauſtica aceto roſarum deſtruatur: plus minus aceti addatur, quo plus minus acre eſt & validius. Ad hunc modum non incommodè etiam parari poſſunt extracta de eſula, tithymalo & aliis purgantibus, cum in iis per acetum & nitrum corrigatur vis maligna purgativa: ob nitrum autem in calcinatione acquiritur alcali fixum, quod dum extrahitur cum aceto, habetur tartarus regeneratus, hoc eſt, ſal eſſentiale tartari, ex aceto roſarum & nitro ortum, & compoſitum. Solutio cum aqua roſarum ſuperflua eſt.

STAPHISAGRIA.

De ſtaphiſagria ſuprà inter alterantia ſecundaria dixi, quia malè inter purgantia refertur, cum pro hoc ſcopo nunquam uſurpetur.

T.

TURPETHUM.

TUrpethum vegetabile hic intelligitur ad differentiam mineralis, quod ex Mercurio præparatur. Alio nomine dicitur turbith, quod qualis ſit radix? & quodnam veterum turpethum fuerit? utrumque nos latet; quoniam ex peregrinis locis ſolet afferri. Hinc & doſis ejus, unà & uſus, ſuſpectus & controverſus eſt; & quia validum nimis purgans, rarò uſurpatur.

Quatuor rebus nomen turpethi imponi docet Monardus *in Annot. in Meſuen. Epiſt. annexis pag.* 386. quas inter:

1. Eſt radix tripolii Dioſcoridis, quæ eſt turbith Serapionis.
2. Radix pityuſæ, quæ eſt turbith Dioſcoridis; & putatur eſſe tithymalus folio pini ſeu cypreſſinus; vid. Tabernæmontanus *pag.* 990. & 991.
3. Eſt radix tithymali fœminæ, myrthites vocatæ, quâ nunc paſſim ſub turpethi nomine utuntur medici.
4. Quod folio ferulæ conſtare dixit Meſue, cum quo Meſues turpetho videtur convenire thapſia, quæ in Galconia Galliæ, item in Sicilia & montibus apuliæ reperitur, quod multi iſtud turpethum eſſe putant, quo nos utimur.

Ab his omnibus diſtinctum adhuc eſt turpethum Indicum Garziæ, de quo vid. Dodonæus *Tr. de purgantibus pag.* 174. & 175.

Quicquid ſit, hæc radix turpethi ſeu Indica Garziæ ſeu thapſia, quæ in officinis à medulla lignoſa ſeparata obſervatur, potenter ſatis operatur, & omne, quod attingit ſub forma mucilaginis craſſæ & viſcidæ, evacuare ſolet, eamque non tantum ex primis viis, ſed beneficio ſanguinis circuli ex aliis etiam partibus: hinc inter pituitam evacuantia, & phlegma-

goga

Digitized by Google

goga ferè numeratur. Unde regula: quicquid agaricus non attingit, turpethum promovet: & quod turpethum negligit, colocynthis attingit. Et hic eſt progreſſus majoris & minoris efficaciæ. Imprimis ſolet commiſceri cum aliis: in affectibus arthriticis cum hermodactylis conſtituit pulverem purgantem Paracelſi; in morbis chronicis & diuturnis ſpecificè convenit. Doſis eſt à ℈j. ad ʒß vel ℈ij. rarò ad ʒj. per ſe: aut in infuſo à ʒij. ad ziij. Parari autem debet in infuſo non cum liquore vinoſo aut aquoſo, quoniam eſt reſinoſa radix, egregium ergò eſt vel in ſubſtantia, vel forma eſſentiæ, vel extracti cum ſpiritu vini parati, utut totum remedium rari ſit uſus. Aliàs & in uſu ſunt ſpecies dia-turbith cum rhabarbaro, quæ dantur quoad ſummam doſin à ʒß. ad ʒj. Et quidem in minori doſi valdè conveniunt pueris vermiculantibus, uti etiam adultis: nam poſt Mercurium nihil fortius exturbat vermiculos, quàm ſpecies diaturbith. Unde ſpecificum ſunt medicamentum tam adultis quàm infantibus; quibus dantur cum ſaccharo ſub forma morſulorum vel tabellarum, ut ſic decepti vermium ejaculationem ſuſtinere queant. Horſtius *in Obſ.* refert, ſe ex ruſtico ſpeciebus dia-turbith cum rhabarbaro bufones evacuaſſe.

Tinctura aurea inde elicitur cum ſpiritu vini tartariſato, quæ egregium eſt remedium, ubi validiore evacuatione opus eſt. Reſina elicita cum ſpiritu vini valdè purgat, & in deturbandis vermibus & animalibus, tàm in adultis quàm infantibus, adhibetur. Faber *lib.* 2. *Myrothec. Spagyr. cap.* 24. habet quintam eſſentiam turbith. paratam cum ſpiritu roris majalis elegantem.

TAMARINDI.

Tamarindi revera ſunt ſiliquæ Arabicæ, congeneres caſſiæ ſolutivæ; qui vocantur etiam dactyli acidi; creſcunt in arboribus proceris, & ſiſtulis ſiliquoſis membranaceis per longitudinem incluſis, quæ contuſæ, & cum quibusdam nucleis duris fuſcis ſplendentibus commiſtæ, ad nos deferuntur. Arbor ſpecies eſt Palmæ Indicæ: vid. Proſper Alpinus *de plantis Ægyptiacis.*

Fructus iſte ſuccoſus ſeu pulpa nigra ſuavem habet ſaporem acidulum, qui eſt vinoſus, hinc in temperanda bile confert, i. e. blando acore fervorem & orgasmum bilis reprimit, agitationes maſſæ ſanguineæ inhibet, nimiam acrimoniam humorum temperat, horumque fervorem & ſitim compeſcit, & nimios ardores ac incaleſcentias corporis ſapore acidulo ſuavi inhibet. Propter aliqualem nitroſitatem cruditates abſtergit blandè & laxat, ſeu potiùs ſaltem alvum apertam conſervat. Vulgò tamarindos inter cholagoga referunt. In febribus tertianis bilioſis, & continuis ardentibus, benignis & malignis, & imprimis ſcorbuticis, egregiè conferunt. Item ſcorbuticis, quibus ſubinde phlogoſes vagæ aut amaror oritur aliaque ſimilia pathemata moleſta ſunt, tamarindi optimè conveniunt.

Uſitatiùs recipitur pulpa Tamarindorum ſaccharo condita, ut aſſervari poſſit; cujus doſis eſt ʒ j. ad ʒ ij. ſed melius eſt, ſi loco ſacchari pulpa Tamarindorum cum ſucco paſſularum inſpiſſetur, & ita ad tempus aſſervetur. Commendatur valdè ſoluta in cereviſia aut potu ordinario, vel in decocto hordei, aut aliis liquoribus appropriatis, qui fiunt inſtar juleborum; quoniam liquores aceſcunt, & colorem rubicundum acquirunt; id quod etiam facit decoctum tamarindorum tam ſimplex ex tempore parandum, quàm compoſitum cum paſſulis: pro quo ʒiij. vel iv. coquantur in ſero lactis vel aquâ in affectibus bilioſis, febribus, tertianis ardentibus & malignis.

Porrò ex tamarindis etiam ſal eſſentiale ſeu tartarus parari poteſt ad legem, quam præſcribit Sala. Ex iisdem tamarindis cum ſero lactis infuſis, alia tatione tartarum parare docet Bartholinus *C.* 5. *Hiſt.* 21.

Hæc ſunt primaria purgantia, ex quibus ſufficere poſſent ſequentia: Nempe

1. Senna, tanquam polychreſta.
2. Rhabarbarum.
3. Elleborus niger.
4. Jalappa, &
5. Ubi validius agendum, colocynthis.

His quinque ſatis armati ſumus pro ſcopo purgatorio, modò legitimè adhibeantur.

CLASSIS IV.
DE
PURGANTIBUS SECUNDARIIS,
A.
A L O E.

ALoë, ſuccus eſt gummeo-reſinoſus, amarus, ad myrrhæ odorem ferè inclinans, ex planta ejusdem nominis, quæ etiam ſempervivum marinum dicitur, expreſſus, & leni calore inſpiſſatus ac in quadruplici habetur differentia, quatenus ratione puritatis & feculentiæ admodum differt.

1. Impuriſſima dicitur Caballina, quia equis inſervit curandis, hâc purior eſt
2. Epatica, ita dicta, quod hepatis colorem habeat.

Digitized by Google

3. Succotrina, quod ex Sucotra, Insula Orientis, apportari soleat. Hæc ex incisis foliis sua sponte stillans, & ☉is calore condensata, optima est, & ulterius purgata, rubenti colore splendet;

Unde

4. Lucida exsurgit, quæ omnium optima est, internè assumpta.

Virtutes hujus succotrinæ & lucidæ quod attinet, blandè admodum evacuat excrementa flava, liquida & acria; unde vulgò inter cholagoga refertur: sed male. Suâ enim ℞a flavâ fecesita tingit, quæ antea in corpore flavæ non fuerunt.

Præter vim purgantem, obtinet vim adstringentem, & in majori dosi minus purgat, quam in minori. Duæ enim in Aloë substantiæ sunt:

1. Substantia mucilaginosa aquosa.
2. Viscida resinosa instar cujusdam colophoniæ.

Hæc in ☿ solubilis est; illa verò in menstruo aqueo, sub cujus tegmine subtilis & acris quædam resina laxativa delitescit, & in hac sola substantia consistit vis purgans atque laxans. In altera verò substantia, fibras stomachi, & intestinorum firmando, vis styptica latet. Unde, ubi purgatione solâ opus est, aloë integra non omnibus convenit, sed prior substantia mucilaginosa speciatim requiritur: ubi autem opus est, ut substantia illa resinosa & balsamica retineatur, selecta saltem lucida aloë, non lota, usurpetur aut in forma pulveris, addendo grana aliquot tartari vitriolati; aut in forma pilularum, cui etiam gummi ammoniacum interdum additur, ad imitationem Tilemanni, qui

℞. *Aloes lucid.* ℥ß.
G. Xci. cum ✝ *sol. & inspiss.* ℥j.
♀*i* ☉*lat.* ℥ ß.

Cum essentia Martis liquida fit massa pilularum.

Dosis sit à pilulis v. viij. ix. ad x. in morbis chronicis. Aloë hæc, præter vim laxativam in mucilagine fundatam, ratione resinæ suæ habet quoque vim egregiam præservandi à putredine, humorum corruptelas plus minus præcavendo & corrigendo; unde etiam lumbricis & ascaridibus inimica est, quos præservat, & genitos fugat & expellit, sive internè assumatur cum aliis, sive externè applicetur instar unguenti.

Præterea stomacho est amica, cui specificè succurrit: abstergit mucum crassum & viscidum, unde dicitur lætitia stomachi, & **bitter im Mund/dem Magen gesund**: Conf. Mindererus *in aloëdario*. Hinc in pilulis de hiera cum agarico in detergendo ventriculo & intestinis non melius habemus remedium; uti etiam Freitagius in *Aur. Medic.* scribit. Hinc quibusdam dicitur quasi fel naturæ, naturæ balsamus & vermium specifica antidotus; vis enim balsamica egregia est in aloë, in qua ipsa non cedit myrrhæ vel myrrhatis; hinc inter omnia purgantia aloë & rhabarbarum habentur innocua; cum reliqua de virulentia & venenositate corpori inimica, plus minus participent.

Cùm verò aloë succus medius sit inter resinas & gummata, ratione substantiæ resinosæ præpollentis facilè potest inhærere intestino recto, ubi sunt venæ hæmorrhoidales, & continua sic irritatione provocare dolorem & fluxum hæmorrhoidum: unde ii, qui sunt dispositi ad hæmorrhoidum fluxum, ex assumptione frequenti aloëticorum eundem solent incurrere. Id quod tamen aloësoli non convenit, quin etiam alia laxativa idem præstare solent: Confer hîc Manardus *in lib.* 12. *Epist.* 3. *pag.* 226. qui in Rhabarbaro eundem stimulum observavit; it. Scultetus *in Arm. Chirurg. Obs.* 68. à Scammoniatis.

Ex dictis facile patet, quare aloë & remedia aloëtica post laxationem alvi obstructionem ejus relinquant: Cujus ratione etiam hypochondriacis, melancholicis, nec iis, qui sunt constitutionis siccioris vel naturâ alvi pertinacioris, remedia ex aloë minus conveniunt; unde ulteriùs patet, quare aloë in minori dosi subinde meliùs operetur quàm in majori: mulieribus itidem gravidis non convenit, quoniam solet proritare menses, & pellere fœtum, & quod dicitur de aloë, dicitur de elixyre proprietatis, cujus ingrediens primarium constituit aloë.

Externè ob vim balsamicam in usu est chirurgico; propterea pro mundificandis vulneribus externis, quæ in ulcera solent degenerare, magni est usus; sive decoquatur in vino cum aristolochia, cum nicotiana & myrrha, & adhibeatur pro eluendis ulceribus *sordidis*; sive misceatur cum emplastris & unguentis appropriatis, myrrha, thure & similibus: pro quo scopo sufficit aloë epatica vel caballina; nam ita detergit sordes & putredinem. Imprimis si sint vermes in ulceribus, iis potenter resistit, vulneribus recentibus inspersa aloë, tàm integra, quam resina separata, omnis vulnerum progressus præcavetur, & putredini resistit. Præterea propter vim mundificativam & adstrictivam detergit, & consolidat vulnera, arcendo degenerationem & corruptionem nutrimenti, & cicatricem ad constrictionẽ conducit; adeoq; vulneraria est insignis.

In curandis pediculis, irritationibus intercutaneis, ejus ℥j. solvatur in ℔j. ▽ graminis: quâ Timæus *in Cas. & Epist.* frequenter usus est; sicut etiam in scabie usum suum præstat.

Inter præparata primo loco se offert aloë depu-

Digitized by

depurata ſeu lota: Sed malè præſcribitur quoniam vis purgans conſiſtit in parte mucilaginoſa, quæ facilè per aqnam ſeparatur; vis verò adſtringens in parte reſinoſa, aquæ reluctante, remanet: vid. Zwelfferus *Animadv. in Pharm. Aug. pag.* 107. & 404.

Pro ſcopo igitur laxandi & purgandi extrahatur aloë cum aqua ſimplici, vel fumariæ, aut rore majali ſale tartari vel olei tartari per deliquium guttis aliquot acuato; quo mediante mucilaginoſa ſubſtantia laxativa elicitur, relicta reſinoſa inutili, quæ in aqua non ſolubilis eſt: hinc omnis poſtmodum ℞a, factâ evaporatione phlegmatis, ſucceſſivè inſpiſſata dat extractum cathartícum, in pilulas formandum, à gr. iij. iv. v. ad vj. egregiè laxans, vel ad ℈j. fortiter purgans. Interim non nimium ſalis tartari addatur, aliàs vim purgandi omninò deſtruit; cum alcalibus enim in ſufficienti quantitate ſpiritus vini digeſta, amarorem & vim cathartícam inſigniter deponit.

Pilulæ hæ vel ſolæ ita uſurpandæ ſunt, vel additis gummatibus, ſalibus, aliisque, diverſimodè ſpecificari, & præſertim in morbis chronicis aliquot horis ante cœnam loco uſualium pilularum capi poſſunt. Conf. Ludovici *Pharmac. pag.* 135. 183. & *de ſale tartari pag.* 76. & 81. Wedelius *Opiol. pag.* 52. pro pilulis ſuis aloeticis parandis menſtrui loco phlegmate aceti, ſub præparatione terræ foliatæ abſtracto, utitur.

Occaſione hujus extracti exortæ ſunt pilulæ Glaſſianæ, & Francofurtenſes; quæ poſteriores nihil aliud ſunt, quam aloe cum ſucco violarum extracta, cujus ℔j. addatur ℥j. extracti gemmarum ſambuci contuſarum, cum aqua ſimplici parati.

Aloes interim ſegnitiem aut caryophyllorum aut rorismarini oleo egregiè excitari, Pechlinus *de Purgant. pag.* 144. *aſſerit.*

Balſamus ſeu extractum aloës, quod habet Autor, eſt adſtrictorium & roborans, non purgans: per ſpiritum enim vini acquiritur pars reſinoſa purgativæ contraria.

Sequuntur aloës inſuccatæ, quâ aloe ſuccis roſarum, violarum, verbaſci, liliorum convallium, &c. imprægnatur & exſiccatur, quæ inſuccatio aliquoties repetitur, ſed hæc ſuperflua eſt, modò ritè præparetur extractum. Fit hoc ſcilicet eum in finem, ut non nihil temperetur, corrigatur & acuetur reſina viſcoſa aloes: unde oritur aloë violata & roſata Hieronymi ab aquapendente. Dantur à gr. xv. ad ℈j. Sic aloë, ne hæmorrhoides irritet, ſolet ſolvi & imprægnari cum ſucco verbaſci. Ubi maſſæ ſanguineæ craſis corrupta eſt, in iis præparatur per ſuccum cichorii, endiviæ, taraxaci, &c. in impuritate ſanguinis inſuccatur cum ſucco fumariæ, & Freitagius in affectibus melancholicis. Aliàs oleum purgans ex aloe deſtillatur, quod umbilico illitum vermes necat.

Timæus aquam habet aloeticam contra morbos externos non inconcinnam, quæ ita ſe habet:

℞. ▽ *Abſinth.* ℔j.

Diſſolvuntur in ea aloës ʒij. terendo probè & ſubigendo.

Hâc fricanda & abluenda ſunt corpora puerorum in balneo, pro enecandis pediculis, crinonibus ſeu dracunculis & ſironibus, aliisque ſimilibus cutaneis affectibus: vid. Timæus *l.* 5. *Caſ.* 23. In capillorum quoque defluvio commendatiſſima eſt, ſi eâ crines laventur.

ELATERIUM.

Elaterium nihil aliud eſt, quam ſuccus lacteus expreſſus & inſpiſſatus ex cucumere ſylveſtri aſinino. Genuinum colligitur ex ipſo fructu, quando flaveſcere & maturare incipit. Quidam tamen etiam recipiunt radicem, quidam totam plantam contuſam, & ſuccum exprimunt, inſpiſſant, & ſub nomine elaterii venditant; ſiquidem tota planta inter purgantia fortiora excellit, ut ex fructu ſit omnino violentius illo, quod ex reliqua planta deſumitur. Radix ſaporis eſt acris amariſſimi, ingrati & nauſeabundi, odoris nullius. Conſtat particulis ♎inis acribus hinc vim habet ſuccos corporis colliquefaciendi, partesque fibrarum ſenſiles irritandi; ſuccus enim iſte eſt non leviter cauſticus, ita ut quidam medici eundem ante triennium in uſum non trahant. Radix pro ſcopo purgandi in talcolas diſcindenda, quæ filo connexæ in ♎e umbroſo ponantur, & exſiccentur; cucumis hic aſininus convenit ſpecificè in aſcite & reliquis ſeri & lymphæ abundantiis eliminandis.

Extractum autem hujus tantum uſurpatur, rarò aut nunquam in ſubſtantia propter amariſſimam acrimoniam, & hinc violentam operationem. Optimum autem eſt, quod paratur juxta Morellum *in Tr. de materia Med. pag.* 68. cum ſpiritu vini, (aut cum ℞a tartari, ut docet Williſius *Pharm. Rational. part.* 2. *pag.* 312. addendo in fine inſpiſſationis oleum deſtillatum macis & cinnamomi.

Doſis ejus eſt ad gr. xv. vel ℈j. vel ſolitariè, quod rarò tamen fit, vel cum Mercurio dulci: eſſentia verò cum ℞a tartari parata datur ad ʒj. Non facilè corrumpitur, ita ut Cardanus aſſerat, durare poteſt ad centum annos, & quò vetuſtius, eò efficacius deprehenditur. Mirum eſt, ut dicit Borellus, quod purget aquas ex cavitate abdominis: experientia tamen confirmatum, quòd poſt aſſumptum manè elaterium, hydrope aſcite laborantis abdomen, admoto cingulo, fuit repertum ſenſibiliter imminutum poſt meridiem; ſicut & retulit mihi D. Michaëlis, ſe aliquando in aliquot

Digitized by Google

gravidis, quæ ob ſerum abundans in tunicis, fœtum ambientibus, fœtus motiones animadvertere nequiverint, beneficio ſuæ eſſentiæ elaterii effeciſſe, ut denuò ſentirentur.

Porrò ipſa radix cucumeris aſinini in taleolas diſſecta legitimè exſiccata, cum ſpiritu vini tartariſato vel ℞ a tartari ſuppeditat eſſentiam fortiſſimè purgantem; unde & Medicis quibusdam eadem in quovis ferè hydrope eſt in uſu; in ſpecie in hydrope uteri D. Michaëlis habuit expertiſſimam, addendo ſimul aromata & appropriata; inter quæ eſt oleum cinnamomi & ſimilia; vel macis ſimul infunditur; doſis ʒ j. ad ʒ ij.

Eſſentia hæc abſtractione ſpiritus vini inſpiſſari poteſt in debitam conſiſtentiam extracti, addendo ejus ℈j. olei deſtillati cinnamomi & macis ℈ß. & ita hydropicis doſi ℈ j. feliciter exhibuit. Quidam & in gravidis uſurpare non dubitant, ſed caute hîc agendũ. Freitagius imprimis eſſentiæ vel extracto, quæ fiunt cum ſpiritu vini, præfert hanc compoſitionem: ſi ſcilicet cum ſpiritu vini extractum factum, vel parata eſſentia, permiſceretur cum ſucco cydoniorum, vel berberum vel pomorum, & hæc ad conſiſtentiam electuarii coquerentur.

Aliàs & per acida & per fermentationem quoq; corrigi poteſt, ſi nempe elaterium ſolvatur in ſucco violarum, cydoniorum, pomorum, vel aliis, pro ſpecifica morborum varietate, & poſt fermentationem & reſidentiam partis impurioris inſpiſſetur.

Denique ſuccus cucumeris aſinini recens ad cochlear unum propinatus fortiter purgat; id quod hortulani noſtri optimè norunt. Præter virtutem purgativam multum facit externo uſu in tumoribus duris emolliendis, & ſcirrhis diſcutiendis, uti & ſcrophulis ac ſtrumis emolliendis; ſicque externè ingreditur uſitatè unguenta & cataplasmata ad ſcirrhos lienis & infarctus deſtinata, uti & ad quoscunque tumores duros: De cujus efficacia in ſcrophulis vid. Riverius *in Obſervationibus communicatis.*

EUPHORBIUM.

Euphorbium ſuccus acerrimus eſt ex ſauciata planta ejusdem nominis exſtillans, veteribus cognitus. Cæterum iſta planta: an ſit arbor, an frutex, an ferula? diſcrepant Autores; quoniam incognita eſt omnibus Botanicis. Ejus tamen formam ſubminiſtrat Dodonæus, quam figuram omnes imitantur, utut monſtrum magis, quàm plantam referat. Hoc certum eſt, noſtrum diſtinctiſſimum eſſe à veteribus. Hofmannus *de Medicam. Officin. p.* 35. rectè dicit: Illud, quod ſub euphorbii nomine ex Aſia ad nos adfertur, eſſe ſuccum Indicum tithymalinum inſpiſſatum, acrem & fortiter purgantem; vis enim ejus cauſtica, & acrimonia convenit cum ſucco eſulæ: unde quæ de eſula dicta, hîc applicari poterunt. De denominatione vid. Rolfinccius *de Purgantib. p.* 180. *ſeqq.*

Hinc propter ſui cauſticam acrimoniã, & potentem operandi vim, quam veteres pituitam ab euphorbio validiſſimè trahi ab articulorum commiſſuris compaginumque cavitatibus, à cerebro & nervoſo genere aſſeruerunt, ſcilicet in apoplexia, comate, lethargo, & ſimilibus affectibus ſoporoſis, uti etiam in tremore & nervorum reſolutionibus, ceu præſtans remedium à quibusdam ſolet laudari; non tamen pro ſcopo purgandi apud nos ampliùs operatur, nec niſi à robuſtioribus tentari debet, quia eſt validum remedium, & in ſubſtantia, uti dicit Autor; vix ad ℈ß. aſſumitur. Vidit tamen Freitagius ejus uſum ſatis innoxiè frequentatum à ruſticis, robuſtisque corporibus, qui pulverem ejus ad ℈ j. pondus cum evidenti ſucceſſu adhibuerunt, cæteris medicamentis nihil proficientibus. Belga quidam contra quartanam felici cum ſucceſſu dedit in pilulis ad ℈ j. & ultra: Conf. Pechlinus *de Purgantibus pag.* 240.

Electionem & eligendi modum videbitis apud Autorem noſtrum.

Externè pro uſu chirurgico frequentiùs & latiùs adhibetur, ſi pulveriſatum adſpergatur oſſibus carioſis, cujus acrimonia, à ſale volatili dependens abſumit acidum corroſivum. Inſpergitur vel ſolum, vel permiſtum cum ana radicis iridis Florentinæ, vel Ariſtolochiæ rotundæ, vel cum aliis ſimilibus, & cum ſpiritu vini irroratis. De qua virtute euphorbii vid. Helidæus de Paduanis, & Hildanus *Cent.* 2. *Obſ.* 92. *Cent.* 4. *Obſ.* 21. & 96. nec non *Cent.* 5. *Obſ.* 22. item Fallopius *l. de Ulceribus. C.* 271. Riverius *C.* 2. *Obſ.* 66. Keslerus *Cent.* 5. *Proceſſu* 42. Ulterius euphorbium convenit in punctura nervi, e.g. unguentum Sculteti *in Armament. Chirurg. Obſ.* 64. quod parat ex

Euphorbii optimi ℈j.
Terebinth. ʒß.
Ceræ parum.

Extendit ſuper linteum, & applicat calidè loco puncturæ nervi: quæ ipſa compoſitio jam ex Galeni ſcholis eſt derivata: Vid. Sennertus *l.* 4. *Prax. capite de Vulneribus nervorum, p.* 471. id quod etiam obſervavit Helidæus Paduanus *in Obſ. p.* 310. Ab hemicrania quoque contumaciori fœminam Wedelius curavit ſolo euphorbio.

Præterea & in uſu ſternutatorio naribus applicatum validiſſimum eſt, adeò ut hæmorrhagiam nimiam uſu ejus vereri debeamus; vid. Kerckringius *Spicil. Anatom. Obſ.* 57. *p.* 109. Eò ergò non utamur, niſi ℈ j. ejus cum ʒß. aut ʒj. pulveris iridis Florentinæ miſceatur,

Digitized by Google

tur, ſic mucum lymphaticum è naribus extrahit. In forma liquida pro ſternutatorio tutius uſurpatur:

℞. *Euphorb.* ʒ j.
Coquunt in
Aquæ ſimplicis, vel lil. convall. ℔ j.

Transcolata, & guttæ aliquot naribus indantur, & ſatis validum ac potens erit ſternutatorium: Conf. Ludovici *in Pharm. p.* 147.

Tandem externè linimentis & unguentis pro acriori ſtimulo additur contra atrophiam, paralyſin & ſimiles artuum nervorumque affectus.

Pro uſu interno quidam, ut aliquantiſper imminuatur acrimonia, corrigunt per aſſumptionem & exhalationem ſalis volatilis acris. Vix uſurpatur, niſi quod prius anni unius ſuperat ætatem. Annoſum eſt recipiendũ cum aceto, ſucco citri, aut aliis ſuccis acidis, correctum: Per acida enim vim ejus alcalinam cauſticam caſtrare poterimus. Nec contemnenda eſt coctio cum pomo citreo aut cydonio in clibano.

Trituratio cum oleo amygdalorum dulcium eſt inſufficiens. Tutiſſima eſt, quæ fit cum ſpiritu vitrioli. Peruviani in correctione euphorbii uſurpare ſolent antieuphorbiũ. Hoc cum deſtituamur, ipſi poſſumus ſubſtituere portulacam, monente Freitagio ex eo, quod antieuphorbium maximè cum ea conveniat.

Altenburgenſes non inconcinnè corrigunt hoc modo:

℞. *Euphorb. ſel.* ʒ iij.
Pulveriſato cum ℥ *amygd. dulc.*
affundunt
▽ *æ cinnam. opt.* ʒ j v.

Detinent in patella vitrea ad colorem fornacis tantiſper, donec arefactum ſit: cui demum affundunt

Succi Granat. acidor. ʒ j v.
~ ℈ *li* ʒß.

Et procedunt, ut prius: tandem infundunt maſſam aquæ deſtillatæ cydoniorum ʒ j v. & priorem obſervant proceſſum: Reſiccatum denique terunt affuſa gutta una vel altera olei amygdalorum dulcium.

Inter præparata proſtat oleum euphorbii commune, cujus præparationem habet Autor, & prodeſt in affectibus frigidis nervorũ, in ſpecie in catarrhis & lethargo, uti etiam in curanda atrophia, & hæc omnia externo uſu. Confert etiam ad generationem capillorum, in calibus ſcilicet, ubi aliud nihil juvat.

G.

GUTTA JEMOU.

GUtta Jemou, gummi guttæ, vel gutta gamandræ, eſt ſuccus concretus gummeo-reſinoſus rubeſcens, ſaporis in receſſu acris, veteribus incognitus, ſed modernis tantum in uſu: Planta verò & fructus, undè derivatur, certò ignoratur. Quidam putant, quod ſit ſuccus vel lac coagulatum ex planta lactifera, videatur Caſtellus *de Gutta Cambodia.* vel *Succo Cambodio*, Merrettus *in Notis in Art. vitrar.* Neerti *p.* 400. Bontius *de Medic. Indorum lib.* 2. *c.* 9. *p.* 150. Reverà tamen ſuccus eſſe videtur ex ricino Indico collectus & coagulatus; guñi ſcilicet quoddam eſt è caudice ricini, circa radicem vulnerato, deſtillans, & croco tinctum: Vid. Roſenbergius *in Rhodologia P.* 2. *cap.* 22. *p.* 2. & Bauhinus *l.* 12. *ſect.* 6. *Pinac.* Horſtius *l.* 7. *Obſ.* 37. *p.* 388. Ex ſemine item ricini Indici expreſſum & inſpiſſatum eſſe eundem putat Hofmannus *de Medicam. officinal. pag.* 23. Potens eſt remedium vomitus & ſeceſſus movens cum violentia & graviſſimis ſymptomatibus, maſſam ſanguineam colliquefacit, interdum non ſine periculo uſurpatur: teſte Horſtio *in Obſ. p.* 233. Cum autem promiſcua liquamina evacuet, præſertim ſub ſeri facie, contra hydropicos affectus imprimis, & à colluvie ſerоſa natos, uſurpatur, imprimis ſi permiſceatur cum ſale fraxini, vel cum ſale abſinthii, vid. Thonerus *in Obſ. pag.* 151. & Hœchſtetterus *Dec.* 3. *caſ.* 1. & *in Epiſt. Decadi* 6. *annexa p.* 746. *ſeqq.* Nemo interim inter Practicos eſt, qui eo adeò frequenter utitur, quam Lotichius atque Faber. Probabile eſt, hoc eſſe gummi contra podagram, cujus Manardus *in Epiſt.* mentionem facit.

Doſis non poteſt adeò certa præſcribi, ſed uti rectè monet Freitagius, modo remiſſiores, modo intenſiores habet virtutes in diverſis partibus. Propterea differentia quoad operationem ſubeſt certa. Præſcribitur adultis à gr. iij. v. vel vij. ad ʒß. vel gr. xv. utut rarò, cum non ſine conturbatione corporis, ſoleat operari cum tartari vitriolati vel cremoris ♋ i ʒ j.

Corrigatur autem neceſſe, ſive per alcalia, ſive per acida. Utrumq; modum Autor habet. Corrigitur Mynſichtho ſub Titulo = *Gummi de Peru roſatum*; cum ſpiritu vitrioli; ſed peſſimè: vid. Zwelfferus *in Animadverſ. in Pharm. Auguſt. p.* 461. Optimum eſt Thoneri judicium *l.* 3. *Obſ.* 3 qui dicit: ſi conjectura eſt, quod in ventriculo & primis viis hæreat viſcoſus humor, qui ægrè medicamento purganti cedat, & per emetica averruncandus ſit, ſe non præparatum commendare, quia ~ vitrioli adimit vim vomitoriam, & vomitum tantâ violentiâ non movet more aliorum vomitoriorum. Pro ſcopo purgandi per anum, corrigatur neceſſe eſt per alcalia fixa, præſertim ſal tartari, vid. Williſii *Pharmac. Rational. P.* 2. *Sect.* 2. *C.* 3.

Vulgò magiſterium guñi guttæ in uſu eſt, & ad aliquot grana ſtimuli loco aliis purgantibus appropriatis admiſcetur in cura hydropis, uti etiam in affectibus arthriticis. Præpara-

tio-

rationem habet Autor *num.* 2. ubi tamen melior eſt illa, cui oleum tartari vel ſpiritus vini tartariſatus adhibetur, & cum aqua ſimplici præcipitatur: quin & eſſentia aurea cum ℞ a tartari inde dicitur.

M.

MANNA.

DE Manna apud veteres pauca proſtant, unde diſceptant autores: quid ſit? & quomodo generetur? Quidam rorum cœleſtem inſpiſſatum, & in granula coagmentatum eſſe dicunt: vid. Febure *Chym. p.* 170. Quidam verò ſuccum ſubpinguem ex vegetabilibus ipſis, ſpeciatim arborib⁹, quibus innaſcitur, deſtillantem, quod & veritati conſentaneum videtur. Qui plura curioſa & elegantiſſima de ea deſiderat, adeat Magnenum, de Manna, Claudii Salmaſii de Manna & Saccharo Commentarium, Sennertum *lib.* 3. *Prax. pag.* 88. Corteſium *in Miſcellan. Decad.* 8. *Tr.* 5. qui ventilavit controverſiam: num, uti noſtratibus, ita & veteribus cognita fuerit Manna: de qua controverſia Manardus *lib.* 1. *pag.* 6.

Manna nihil aliud eſt, quam glutinoſior ſuccus, ex quibusdam arboribus per corticem tranſudans, qui veſpertino tempore, remittente æſtu, nonnihil condenſatus, cum rore deciduo incorporatur & hinc noctis temperato frigore condenſatur & granulatur, adeoque tam in trunco, quàm in ſurculis arborum, item in foliis reperitur, poſtquam calore diurno aquoſa pars abſumitur. Bartholinus *C.* 1. *Epiſtola* 54. *pag.* 231. ceu teſtis occulatus docet, quod in Calabria ex inciſa arbore fraxino & orno per tranſſudationem fiat & colligatur materia, eodem modo, quo ex pino reſina, vel ex ceraſo gummi: cum quo conferendus ſimul Hoffmannus *de Med. Officinal. pag.* 50. Id quod etiam teſtatur Thonerus *Epiſt.* 16. *pag.* 315. qui refert, quod in Syria in montibus, qui ſcatent arboribus reſiniferis, & plantis pingui ſucco dotatis, ſingulis annis, ſed æſtate tantum fervidiore, etiam copioſè reperiatur adhæreſcens arborum foliis.

In inſula Ceylonenſi albiſſimam & dulciſſimam à formicis parari, & arborum ramis imponi, teſtatur Helbigius in M. A. N. C. *Anno* 9. & 10. *Obſ.* 194. *pag.* 459. Manna quoque in foliis borraginis in hortis reperitur, de qua videri poteſt Hœferus *in Hercule Medico.* Jam verò licet materia etiam reperiatur in ipſo campo, lapidibus & ſimilibus locis vicinis, non tamen putandum, quod ſit ros coagulatus in lapidibus & ſimilibus locis, ſed arboribus deſcendat.

Manna igitur nec ad gummata, nec ad reſinas commode referri poterit, ſed potius ad ſuccum quendam ſubtilem cum rore miſtum & condenſatum. Orientalis Syriaca autem optima eſt, ſed rariſſimè ad nos perveniens occidentalis hodierno tempore uſitata, quæ in Calabria, Italiæ Provincia, ex arbore fraxini & orni copioſè, ut & ritè, colligitur. Poſt hanc optima eſt Laricea, quæ ex Larice arbore colligitur, teſte Sylvio, manna autem Calabrina rurſus duplex eſt; vel manna foliorum, vel manna corporis: illa ex foliis orni & fraxini; hæc ex trunco & ramo ſauciato colligitur. Sub collectione rorida ferè eſt ſubſtantia, quæ Martem in rubiginem rodere valet; unde cum lapideis & ligneis cultris colligitur, ne nigreſcat. Sylvius variare, inquit, mannæ virtutem, pro varietate ſcilicet plantarum, ex quibus colligitur; obſervetur ergò, ut colligatur ex plantis odoratis & homini ſalubribus.

Cæterum ſubſtantia eſt dulcis, & liqueſcens in ore, & dulcedine ſua palato blandiens. Eligenda autem eſt recens: nam vetuſta abit, quod dicunt, in bilem, ſeu acquirit ſaporem nidoroſum.

Quod attinet virtutes Mannæ, notum eſt, quod ſit elegans ſuave, & temperatum laxativum. Vis hæc laxativa conſiſtit in motu fermentativo, quo laxat & abſtergit ſordes, quas in liquamina flaveſcentia mutat; unde inter cholagoga vulgo refertur. Proinde in promiſcuo eſt uſu tenellis ac adultis & gravidis, & non gravidis: ſed magis infantibus videtur convenire quàm adultis: iſtis cum pulte propinata vel ſub lactis vehiculo ſuaviter admodum, & pro ratione deſeos, ſufficienter laxat.

Quoad doſin, infantibus à 3 ij. ad ʒß; adultis verò ab ʒj. ad ʒij. pro aperienda alvo commodè datur.

Utendi modus eſt, quod infantibus in pulte, adultis verò in juſculis detur, & hæc omnium optimè convenit pro laxatione mulierum prægnantium: videatur Foreſtus *l.* 2. *Obſ.* 28. *de morbis mulierum.* Interim caveamus propter dulcedinem, & hinc facilem fermenteſcentiam, & aceſcentiã, ne hyſtericis illam, hypochondriacis, ſcorbuticis, febricitantibus, debili ſtomacho laborantibus, bilioſis, & ad diabeten diſpoſitis, propinemus quibus minus convenire ſolet.

Quoad præparata, quidam electuarium laxativum parant ex prunis, paſſulis & manna. Alii verò cum nitro aquam purgantem & ſimul ſudoriferam inde deſtillare volunt per veſicam: de quo videatur Hœferus *Herc. Med. pag.* 385. Sed aqua hæc nihil valet: manna cum nitro in fundo remanet, vix tantillum ſpirituoſitatis adſcendit, quod purgandi vim habet.

Sequitur Manna tartariſata, quæ apud nos in uſu, & elegans remedium eſt, cum propter tartarum minus fermentativum ſit: doſis ʒj. ad ʒij. Proſtat etiam Manna compoſita, additione Jalapæ.

Huc

Digitized by Google

Huc pertinet Manna Julebata, quæ fit hoc modo:

℞. *Mann. elect.* & non adeò pingu. ℥ iij. vel jv.
Crem. ℞*i* ℥ iij.
∇ *ſimpl.* vel *ſcabioſ.* vel *alius pectoral.* ℥ v.

bulliant leni igne ad diſſolutionem tartari: & colentur.

Hauriri poteſt in quibuscunq; affectib⁹ pro laxativo alvi, & abſterſivo primarum viarum.

Præter hæc obſervetur in Manna, quatenus de rore participat, ſingulare ſal eſſentiale nitroſum, quod parare docet Ludovici *in Pharm. pag.* 186.

Spiritus Mannæ duplex parari poteſt: vel per præmiſſam fermentationem, vel eadem omiſſâ per nudam igne aperto vel arenæ deſtillationem. Per fermentationem acquiritur ſpiritus ſulphureus inflammabilis; ſine ea autem vel per ſe, ut vult Autor, cum addito duplo arenæ vel boli ad ebullitionem nimiam inhibendam igne arenæ prodit ſpiritus acidulus, adeoque non inſipidus, ut communiter tradunt, cum oleo empyreumatico, qui ſudoriferum eſt egregium, & ſingulare quid in receſſu habet. Item deſtillari poteſt Manna admiſto capite mortuo, poſt deſtillationem ſalis communis relicto: Videatur Wedelius *Pharm. pag.* 28.

Quoad fermentationē, fermentatur Maña eadem ratione ac mel: Scilicet diſſolvitur Maña inſufficienti quantitate aquæ ſimplicis vel pluvialis, ipſiq; additur aliquid fæcum cereviſiæ non lupulatæ vel fermenti communis: hinc fermentatione peractâ deſtillatur per veſicam, & rectificatur ſpiritus ſulphureus inflammabilis per veſicam, aut cucurbitam ex arena vel balneo Mariæ, lento igne.

Spiritus, qui *num.* 6. ab Autore deſcribitur, vocatur aliàs Mercurius Mannæ, cui multa tribuunt in præparationibus remediorum ex metallis; ſicut ſingulariſſimum menſtruum eſt pro extrahendo ſulphure ſolari, & reliquorum metallorum, ut & gemmarum. Manna enim hæc turget rore Majali, ſale igneo hermetico impregnato; unde Mercurium ſeu ſpiritum planè ſingularem dat, qui multa habet in receſſu.

Hinc ex rore & Manna, ſalem ſaccharinum ſunt qui conficiunt, idque duplici modo:

1. Manna ſimul cum rore putreſcat, ſicque procedatur, ut Autor docet *de Rore lib.* 3. *cap.* 3. *pag.* 322. 323. ſub nomine *Tartari Philoſophici.*
2. Grana Mannæ electiora albaq;, ſuperaffuſo ſpiritu vini rectificatiſſimo extrahuntur.

Certum enim eſt, Mannam præter roris fructum de reſina fraxini quoque ac aliarum arborū, in quibus colligitur, participare, quæ mediante ſpiritu vini extrahenda eſt. Extractio fit tamdiu, quam videmus eum tinctum reſinoſa Mannæ pinguedine, quæ abſtracto ſpiritu vini inſtar butyri ſe habet. Quando ſpiritus vini non ampli⁹ tingitur, reſiduum cum rore depurato miſtum ſolutumque, inſtitutâ leni digeſtione ac ſuccedaneâ evaporatione cryſtallos tandem inſtar ſacchari ſubdulces præbet. O.

OPOPANAX.

De Opopanace ſuperiùs in claſſe ſecunda de alterantibus ſecundariis dixi.

SCAMMONIUM.

SCammonium alio nomine etiam dicitur ſcammonea. De hoc obſervetur, quod ſit concretum gumeo-reſinoſum polychreſtum, valdoperè purgans, unde & in menſtruo aqueo diſſolvi, & reſina ejus, ſpeciatim cum ſpiritu vini extrahi poteſt: virtute multum differt à ſcammonio veterum: Hoc namq; ex herba quadam de convolvulorum genere colligebatur, è cujus radice benè matura excavata ſuccus inſpiſſabatur; hocq; eſt verum & veterum ſcammonium in Palæſtina & Syria natum, benignius noſtrate, adeò ut Autore Meſue, & ejus aſſeclis aliis, ad ℥j. potuerit propinari abſq; ullo periculo. Deinde tamen ſpe lucri variè fuit adulteratum, ita ut integram plantam cum radice contuſam expreſſerint, & inſpiſſarint, ut rectè docet Moriſſonius *in Horto Bleſenſi p.* 339. & *in Dial. p.* 473.

Noſtrum ſcamonium nihil aliud eſt, quàm ſuccus lacteus eſulæ vel tithymali inſpiſſatus & coagulatus. Videatur Fallopius *in Tr. de ſimplicibus purgantibus.* In convolvulo tamen ſylveſtri, ſi idem ſuccus lacteus inſpiſſatus fuerit, illi ſimilis requiritur. Præter hoc quod noſtras eſt diſtinctum à ſcammonio veterum, multas ſuſtinet adulterationes, dum variæ quisquiliæ, heterogeneæ partes & ſordes, illi permiſcentur, adeò ut accuratâ depuratione ac præparatione opus ſit, antequam in uſum medicum adhibeatur.

Noſtras differenter & validiſſimè purgat, quicquid adoritur, ſub ſordium ſeroſarum flaveſcentium, & fœtidarum facie exterminat, unde vulgò cholagogum reputatur, quod tamen falſum eſt. Excreta enim ab aſſumpto ſcammonio non à bile veniunt, ſucci corporis laudabiles à ſcammonio corrumpuntur, ſieque expurgat tàm ſanos quàm ægros. Exinde per ſe rarò præſcribitur, ſed loco ſtimuli ſaltem aliis purgantibus additur à gran. iij. ad v. Sic cum Hiera Galeni ſociatum dicitur appropriatum ſpecificum pro expurgandis iis, qui laborant morbo regio vel ictero flavo. Quod uſum ſcammonii attinet, adhibetur vel in forma ſicca, pulvere nimirum & pilulis, vel humida, ſi ſubigatur cum aqua ap-

Digitized by Google

propriata, ubi fit, ut inſtar lactis ſcammonium albeſcat.

Sed malignum eſt, uti dixi, ſcammonium, propterea neque gravidis, neque infantibus & pueris commodè propinatur: nihilominus apud modernos, imprimis Belgas, obtinuit, ut ejus gr. ij. vel iij. cum liquore appropriato, v.g. lacte, pro eorum laxatione adhibeatur.

Commodè hoc poteſt fieri, ſi prius ſit præparatum, & in præparatione iſta correctum. Inſtituuntur autem correctiones variæ, è quorum I. eſt diagrydium veterum, factum cum cydonio; nec eſt adeò inelegans: fitque duplici modo: vel immittendo ſcammonium in pomum cotoneum, vel ſolvendo illud in ſucco cydoniorum vel pomorum Borsdorffianorum, & ad conſiſtentiam extracti inſpiſſando; quas præparationes habet Autor *num.* 1. & 2.

Quercetanus parat cum ſucco limonum, ad cujus imitationem Petrus Johannes Faber *in Myrothec. ſpagyr. lib. 2. cap. 25.* parat quintam eſſentiam, ſeu extrahit extractum ſcammonii cum ſucco limonum, per ſpiritum vitrioli acuato.

Modus ab Autore *Nota* ℨ. deſcriptus elegans eſt, & ex Brendelio deſumptus, quem habet *in Chymia in artis formam reducta.* Cum enim reſina ſeu magiſterium ſcammonii paulò acrius ſit, nec adeò commodè in omnibus formulis uſurpari queat, & præparationes ejus cum fumo ſulphuris, aut etiam cum ſpiritu vitrioli aliisque, caſtrationes ferè, aut incertæ admodum ſint doſeos; propterea optima præparandi ratio hæc eſt. Modus hic Brendelii etiam videri poteſt in Rolfinccii *Chym. lib. 5. Sect. 2. cap. 17. pag. 332.* Relinquitur nempe ſic picea reſina, torminum, ſubverſionis ſtomachi & aliorum malorum autor: Emulſio verò inſpiſſata ſcammonium optimè depuratum relinquit. Quod ſi ulterius corrigere eſt animus, emulſioni ita factæ ♃ tartari per deliquium inſtillari poteſt, ad ʒ iß. emulſionis ad ʒ j. vel ʒ iß. olei præterpropter.

Magiſterium vel reſina ſcammonii per ſpiritum vini, vocatur aliàs pulvis Syrius, quæ ad ℈ß. uſurpari poteſt; ſtimuli autem loco gr. ij. vel iij. ſufficiunt: Spiritus enim vini exaltat reſinas purgantium, ut in pauca doſi operentur, & quod dixi de reliquis reſinis purgantibus, de hac quoque eſt intelligendum & obſervandum, quod nunquam ſit præſcribendum ſolum, ſed admiſto ſtimulo ſalino, ne adhæreat inteſtinis.

Præparant quidam ex ſcammonio medicamentum, quod vocant Rubinum vegetabilem, ex ſcammonio nimirum crudo, eodem modo atque reſinam ſcammonii parant, & præcipitant cum ſucco roſarum rubrarum provincialium: poſt præcipitationem reſinæ in fundum, moderatè ſeparatur ſuccus roſarum per inclinationem, & denique cum ℞ roſarum reſinæ ſuperinfuſæ colorabitur eadem reſina rubicundo colore elegantiſſimo: tandem exſiccatur, & pulveriſatur.

Scammonium etiam ob acrimoniam cauſticam ulterius glycyrrhiza optimè depuratur juxta modum *num.* 5. deſcriptum, quæ ſtimulos acerbos & volatiles ſcammonii inviſcat, & cicurat. Dixi enim ſuperiùs, quod glycyrrhiza temperet acrimoniam humorum & ſuccorum in noſtro corpore; ergò & medicamentorum aſſumptorum acrimoniam infringet: Dum igitur ita in ſcammonio illa corrigitur, impeditur, quò minus ſuccos utiles in corpore colliquefaciat, nec exulcerationem in inteſtinis, nec dyſenteriam inducat.

Pilulæ ſcammoniatæ compendioſius parantur, ſi reſina cum ſucco roſarum blandè inſpiſſatur.

Præparatio per acida validiora, e.g. cum ſpiritu vitrioli, quam habet Autor, nil valet: Non eſt vera præparatio, ſed potiùs caſtratio; figunt enim talia acida ſal acre in ſcammonio purgans, ſicque non corrigunt, ſed caſtrant: Id quod patet ex eo, quod ſcammonium vitriolatum poſſit propinari ad gr. xxv. quod nullo modo fit in crudo. Et hoc etiam verum eſt de alio modo, quo fit magiſterium ſcammonii ☿latum; quando ſcilicet ſcammonio pulveriſato affundunt ſpiritum vitrioli rectificatum, ſolvunt, extrahunt, & extractum præcipitant cum oleo tartari, & procedunt, ut in magiſterio coralliorum, abluendo illud; cujus doſis eſt à ℈j. ad ℈jv. Sed apparet ex magna doſi, quod non ſit correctio, ſed potiùs caſtratio.

Quò & præparatio ſcammonii cum ſulphure pertinet; unde ſcamonium ſulphuratum; quod fit per imbibitionem cum fumo ſulphureo. Jam verò, cùm fumus ſulphureus acidus & ſpiritus vitrioli ſint ejusdem naturæ, & eſſentiæ, patet, quod ſit caſtratio, non verò genuina præparatio: imò doſis incerta redditur, cùm pars quædam minùs ſuffumigetur, & corrigatur. Aliàs hoc ſcammonium ritè ſulphuratum generalius & potentius eſt, quam diagrydium, & commodiùs loco ſtimuli adhibetur quàm diagrydium.

Pertinet huc quoque Cerberus triceps, vel pulvis Comitis de Warwick, qui aliàs paratur ex cremore ♃, antimonio diaphoretico, & ſcammonio ♃ato; rectiùs tamen ex magiſterio ſcammonii.

Per ſe autem ſcammonium ♃atum ad gr. xv. ad ſummum ℈ j. poteſt uſurpari: v. g.

℞. *Scamm.* ♃*at.* ℈ ß. ad gr. xij.

cũ aqua fumar. ſufficienti quantitate ſubigatur, ut fiat emulſio, quæ cum ſyrupo de Nym-

phæa

phæa edulcorata guſtui grata eſt. Poſſunt & ſemina melonum, &, reſina jalappæ addi.

Quidam, cum ſcammonium aſſumptum ſit ingratum propter amaritiem, & nauſeabundum ſaporem.

℞. *Scammon.* ♃*ati* gr. xij.
permiſcent cum
Sacch. Candi ʒ ij.
Subigunt cum
Mucil. tragac. facta c.
▽ *roſar.* q. ſ.

& exinde faciunt orbiculos, quos illinunt oleo ſt illatitio ligni Rhodii.

Corrigitur ſcammonium etiam per alcalia, ubi ſal tartari emĩnet: hinc lixivio ſalis tartari injiciatur ſcammonium, & emerget ℞a rubicunda, quæ inſpiſſata, & cum ſpiritu vini extracta, dat eſſentiam laxativam. Cum hoc tartari ſale invertitur ſapor & odor ejus nauſeoſus. Zapatha *in Clave Med.* eſſentiæ ſcammonii cum ſpiritu vini extractæ & filtratæ addit ſaccharum cum aqua appropriata ſolutũ, quam vocat aquam rubineam ſolutivam.

Fit etiam ſal ſcamoniatum purgans ſcilicet.

℞. *Scamm.* ℔ j.
Solvatur in ▽ q. ſ.
Poſtmodum
℞. *Sal commune*;
quod ſolvitur in ▽ fontana.

Ambæ ſolutiones permiſcentur invicem, & evaporantur ſenſim ſenſimque, & in fundo reſidebit ſal, quod ſine ſapore nauſeabundo purgat leniter.

Datur à ℈ß. ad ℈j: eſtque nihil aliud, quàm ſal commune impræg̃natum ſcammonio.

Denique pro correctione ſcammonii diagrydium ſolet permiſceri cum gelatina cydoniorum; unde vocatur diacydonium laxativum. Præparationes videbitis in Autore noſtro: & quidem de gelatina cydoniorum ſupra egi *in claſſe* I. *ſub cydoniis.*

Huc referendus ſyrupus citri ſcammoniatus vel diagrydiatus, qui fit hoc modo:

℞. *Scamm. crudi* vel ♃*ati* ʒ j.
cui ſuperfundatur.
Succi citri depur. rec. expreſſi ℔ ß.
vel ℔ j.

Terantur invicem; ſtent in vitro benè obturato in digeſtione per tres dies & noctes in loco calido. Sæpiùs agitando & movendo, atque ultimo die permittatur ſine agitatione, ut clareſcat: Hinc ſolutio clara decantanda & transcolanda per linteum. In colatura clara diſſolvuntur ſacchari ℔ ij. vel iij. & blando igne rediguntur in conſiſtentiam ſyrupi: cujus doſis eſt cochlear.

Et hæc quoque dicta ſint de purgantibus ſecundariis. Cæterum ex hiſce ſufficere poſſunt: Aloë, & ſcammonium; adeò ut cæteris facilè ſuperſedere poſſemus.

SECTIO II.

Tradens

ZOOLOGIAM,

ſeu

REGNUM ANIMALE.

ANimalia, quæ in uſum medicum adhibentur, eligenda ſunt viventia, vel violentâ morte interempta; quæ enim ſpontè vel morbo vel ſenio interierunt, ſunt planè inepta; quoniam maxima eorum vis, quæ reſidet in ſale volatili, impræg̃nato ſpiritu vitali inſito, propter ſenium & ob id deficiens fermentum, & longum morbum exhauſta eſt. Quod non tantum in uſu pharmaceutico obſervatur, ſed etiam in culinari.

Partes animalium diſtinguuntur in duras & molles: Duræ ſunt oſſa, cornuæ, ungulæ, & qui huc pariter referri poſſunt, dentes. Hæ ipſæ partes uſui medico conveniunt, quatenus acidum quodcunque abſorbent, non ſine inſigni effervescentiæ motu, quia ſale volatili alcalino turgent. Dum autem acidum abſorbent, & ſanguinem fluidiorem reddunt, eo ipſo in ſimul ſudoriferæ ſunt.

Compoſitionem & reſolutionem animalium ſpagyricam quod attinet, omnia, im-

præg̃nata ſunt copioſo ſale volatili. Hoc ipſum tamen, dum adhuc ſunt in ſuo eſſe animalia, eſt ſalſum, ſeu acidum volatile urinoſum. Hoc ſal ſalſum volatile, dum deſtillatur, mutat naturam, & ſub ignis examine rigoroſo ſal volatile urinoſum prodit, & adhæret lateribus alembici; ſal verò acidum volatile arripit partem ſalis volatilis, & cum illo, mediante pingui conjunctum, ſub forma olei craſſi fœtidi, & turbulenti unà abit & tranſit. Nam oleum tale non reperitur in iisdem, ſed fit tandem in ignis examine. Vulcano ergò chymico ſi ſubjiciuntur animalia, deſtillatione rigoroſa ſubminiſtrant:

1. Phlegma.
2. Spiritum.
3. Sal volatile.
4. Oleum fœtidum.
5. Caput mortuum.

Spiritus penetrantiſſimus eſt & volatilis & potenter ſudoriferus, non tamen præciſè ſulphureus, quia minus inflammabilis; nec ſalinus, ſed mediæ naturæ, qui ſi unitur cum ſale

Digitized by Google

volatili, vocatur ſpiritus eſſentificatus. Spiritus hic eſſentificatus, vel ſal volatile rectificatum, egregiè penetrat, quodcunque acidum in corpore abſumit, temperat & corrigit, ſal volatile maſſæ ſanguineæ augmentat; ſanguinem coagulatum & congrumatum diſſolvit, ejus ſtagnationem impedit, ejusq; motum propter auctam fluiditatem promovet ſudorem ac urinam potenter ciet, quascunque obſtructiones partium reſerat & reſolvit.

Oleum deſtillatum ad aliquot guttas interiùs aſſumptum in hyſtericis affectibus & colica ſummum pariter remedium eſt, & excedit virtutes ſalium volatilium, dum reverà ſunt ſalia volatilia concentrata; ſed propter inſuavitatem ſaporis & fœtorem vix tolerabile: ſi tamen ſuper caput mortuum rectificetur per retortam, habetur oleum aurei coloris & inſtar ignis penetrantiſſimum & efficaciſſimum, ſudorem ciet, acidum quodcunque ſimul deſtruendo, utut rarò uſurpetur. Externè etiam propter odorem ingratum, uſurpatur rarò; nihilominus podagræ, artubus paralyſi ac tremore affectis; item qui laborant pareſi illitum optimè convenit. Præterea in bubonibus & carbunculis peſtilentialibus maturandis & extrahendis olea deſtillata ex animalibus ſunt egregia, tumores duros emolliunt, eosque uti & alios, imprimis ſanguineos, diſcutiunt & attenuant, quo minùs ſuppurari & in abſceſſum degenerare queant.

Sequitur denique caput mortuum, poſt deſtillationem reſiduum, quod eſt inſtar carbonis nigrum, ſed ſi in aperto vaſe calcinetur, prorſus albeſcit. Dicitur terra uſta ſeu calcinata, fitq; v.g. cornu cervi uſtum, vel oſſa humana uſta. Hæc oſſa ita combuſta nihil aliud ſunt, quam terra mortua, omni activa vi & ſale fixo ſpoliata, adſtringunt tamen, quia acidum imbibunt; unde in dyſenteriis admodum conveniunt, ut & in febribus intermittentibus cum ſpecifico febrifugo Strobelbergeri, doſi 3 j. ante paroxyſinum. Dum etiam humiditates quascunque imbibunt, exſiccare & partes laxas corroborare dicuntur. Præterea acidum in primis viis imbibunt; id quod patet exinde, ſi enim illis inſtilletur ſpiritus acidus, illum, ut nihil acidi ſuperſit, abſumunt & imbibunt. Et propterea poſſumus adhibere in fluxibus alvi, & hæmorrhagiis habitualibus atque ſcorbuticis.

Quæritur hic de partibus hiſce duris: an in capite mortuo remaneat ſal fixum, ſicut in vegetabilibus? Multi hoc negant in animalium partibns duris, utpote in quibus ob continuam aëris inſpirationem, & fermentationem nil fixi reperiatur in corpore humano, & omne per urinam & excrementa abeat; quicquid enim eſt in animalium hiſce partibus duris, vel ſub forma ſalis volatilis & olei tranſit, vel ſub forma calcis ſeu terræ inſipidæ remanet: Alii contrà affirmant, cum partes duræ vitrificari poſſint; unde ſuſpicio non levis ſit, ſal fixum quoque occultatum in iis contineri: negantes verò regerunt, quod ſine alcali vitrificari poſſint.

Cæterum hæ ipſæ partes duriores blandâ cum aqua ſimplici coctione dimittunt ex ſe gelatinam, in qua ros ſeu ſuccus glutinoſus nutritivus cum ſale volatili copioſo imprægnatus continetur; iſtis oſſibus, ex quibus gelatinæ ſunt extractæ, hoc eſt, quæ ſunt calcinata ſine igne, non tantùm ſalis volatilis hinc continent, quàm ſi crudè adhibeantur; interim tamen, quoniam participant adhuc de ſale volatili & oleo, meritò calcibus iſtis poſt deſtillationem reſiduis præferuntur. Quomodo gelatinæ ſint parandæ, docet Wedelius in M. N. C. *Ann.* 3. *o.* 72.

Non pingues ſunt ſolidæ, liquidæve. Solidæ ſunt viſcera carnoſa, v. g. caro, cerebrum, ſecundina, epar, uti etiam pili, lana, corium, &c. Hæc omnia cum igne examinata eadem ſuggerunt producta pharmaceutica, quæ partes duræ; minus tamen ſalis volatilis, utut penetrantiſſimi. Spiritus equidem & ſal volatile difficulter eliciuntur ex partibus mollibus; ubi autem diſſectæ hæ ad putrefactionem aliqualem ſeponuntur, copioſius longè & penetrantius ſal volatile & ſpiritum ſuggerunt, parcius verò oleum. Per ſe aliàs deſtillatæ copioſius oleum fœtidum ſuggerunt, atque terram mortuam & ſiccam relinquunt; nullum verò in hiſce ſalis fixi veſtigium deprehendere datur: quod itidem de lumbricis, v. g. obſervandum, qui putrefacti longè copioſiùs & penetrantiùs ☉ volatile ac ſpiritum ſuggerunt. Formicæ etiam quæ uti acidum ſpirant, ita per ſe ſpiritum acidum ſuggerunt; putrefactæ tamen ſpiritum & ſal volatile urinoſum ſubminiſtrant. Sunt tamen, qui putrefactionis tædia per additum alcali fixum prævenire, & ita dicta ſubjecta tractare ſatagunt.

Partes liquidæ, quales ſunt ſanguis, urina, eadem producta ſuggerunt, ut modo dictæ partes; ſed copioſiora ſalia volatilia & penetrantiora, ſi præcedente aliquali putredine recluſa fuerint: caput mortuum horum ſal fixum relinquit: Sic ex ſanguine bubulo ſal fixum, ſed ſui generis, ferè inſtar ſalis communis, & ſalſi ſaporis, in aëre tamen diffluens, obtinetur, quod in urinis animalium etiam per ſe manifeſtum eſt.

Ex dictis patet: animalia eorumq; partes quoddam ſal volatile urinoſum continere. Sed accidentalis ſubinde differentia eſt obſervanda, quatenus ſalia hæc volatilia animalium,

Digitized by Google

malium, pro varietate animalium multum variant; copiosius enim & penetrantius est in sylvestribus, quàm in domesticis: deinde acrius & volatilius in maribus, quàm fœmellis. Ulteriùs penetrantius & volatilius est in maribus non castratis, quàm in castratis. Insecta imprimis constant subtili sale salso magis, seu acido sulphureo volatili & urinoso fortiter conjunctis, adeo ut juncta subministrent spiritum acrem volatilem & penetrantem, qui respectu aliorum longè est volatilior ac penetrantior, ac in animalibus majoribus; qualia sunt millepedes, lumbrici, scarabæi & formicæ, quæ acriori & penetrantiori sale volatili, adeoque imprimis diuretico, constant. In Marinis, cancris, piscibus, &c. temperatum magis est & subtilius, in animalibus verò majoribus terrestribus acrius ferè & uniusmodi elicitur.

Cum igitur omnia animalia putrefacta suggerant sal volatile; alia verò salia aliis pro ratione partium temperatiora sint, quæritur: an ejusdem naturæ, usus & efficaciæ sint salia illa volatilia? Affirmatur. Conveniunt omnia in genere, quod salia acida destruant, & sudorifera sint: attamen & specificas simul dotes habent, sic v. g. sal volatile sanguinis humani est epilepticum; lumbricorum in arthritide vaga & fixa convenit; cancrorum fluviatilium est diureticum; bufonum antihydropicum: ita ut & in his quædam quasi respublica detur.

Pinguiores partes, ut sevum, axungiæ, &c in piscibus der Thran / in hoc conveniunt, quod constent parte sulphurea, quæ in recessu ab acido occulto concentratur: hinc cum alcalibus in sapones abeunt, quod & olea vegetabilium faciunt, quæ cum lixivio mista, instar butyri fiunt; omnes hinc pinguedines animalium vim habent relaxandi & emolliendi crassa, dolores sistendi, attenuandi, & plus minùs anodyna sunt.

Stercora animalium certè abundant sale volatili salso, quasi ammoniaco, quod ex acido stomachi fermentativo, ipsorumque alimentorum fermentando accescentium cum horum alcali debitè unito producitur, quæ ipsa dum de oleo bilis plus minus participant, ad naturam nitrosam ferè accedunt; unde sudorem movent, sanguinis grumos dissolvunt, & vi diaphoretica ac diuretica in dysenteria, pleuritide, angina, &c. commodè usurpari possunt. In specie ad affectus chronicos hypochondriacos pro corrigendis vitiosis saporibus, speciatim acidis, pro abstergendis primarum viarum sordibus, & hinc pro cienda urina, egregii sunt usus. Pro hoc scopo inter animalia terrestria excellunt stercora caninum, lupinum, & muscerda.

Quæ in prolegomenis Autor de resuscitatione animalium in genere tradit, lectu sunt digna & multa de hæc prostant exempla.

ZOOLOGIÆ,
CLASSIS I.
DE
ANIMALIBUS TERRESTRIBUS PERFECTIORIBUS.
A.
AGNUS.

DE Agno quibusdam in usum venit pulmo, qui uti & pulmo vulpis commendatur specificè in phthisi & affectibus imprimis in vulneribus pulmonum, quod an verum sit, digladiantur inter se Autores. Instar omnium vobis sit Kircherus *in Arte Magnet. lib. 2. part. 3. cap. 6.* qui tanquam pro aris & focis pugnat, quod partes animalium prosint partibus in homine, quibus respondent, vel quod partes humanæ prosint partibus, cum quibus symbolizant, vel similitudinem gerunt; adeo ut pulmo agni, vulpis & cervi, conveniant in affectibus pulmonum. Hos tamen non immerito irridet Helmontius, Schraderus *in dissertat. de Facultat. Medicamentosis*, & alii, quod post mortem ejusmodi partes amittant hanc analogiam, appropriationem & symbolizationem.

Dicit Autor, quod ossa calcinata vulnera, etiam quæ difficilioris sunt consolidationis, consolident. Hoc non tantum de ossibus agni calcinatis, sed de omnibus aliis verum est; quoniam sunt instar terræ mortuæ, quæ absumit acidum, quod consolidationem vulnerum aliàs impedire solet: vid. Alexander Benedictus *l. 3. Prax. pag.* 110.

Sequitur coagulum. Mirum est, quod coagulum agni, hœdi, vaccinum, & similia lacticinia, præstent in lacte coagulato assumpta dissolvendo; utut mihi res videatur suspecta.

Prostat quoq; in officinis Oesypus, quæ nihil aliud est, quàm pinguedo lanarum succidarum, commendatur à vulgo in luxatorum

Digitized by Google

doloribus, & tumoribus colli leniendis, hisque emolliendis: ſed hujus loco butyrum majale vel alia pinguedo anodyna ſufficere poteſt, ſicut & Zwelfferus *in Animadv. ad Pharmacop. Auguſtan p.* 415. ex officinis planè rejicit eandem.

ALCES.

Alces eſt animal de genere cervorum, cujus deſcriptionem nobis communicavit Wormius *in Muſeo l.* 3. *cap.* 24. ſicut & integros tractatus ſcripſerunt Andreas Baccius de magna beſtia alce, & Wigandus de alce Boruſſica.

In uſum medicum accerſuntur cornua, ungulæ, & nervi.

Cornua, ſpecificè commendantur in epilepſia, tremoribus, ſpasmo, convulſionibus, ac ſimilibus, affectibus; & in his ipſis longè præferri ſolent cervinis cornubus, in quo ipſo tamen merito conſulenda uberior experientia: vid. Hoffmanni *Clavis p.* 641.

De alcis ungulis notum eſt, quod contra epilepſiam, ſpasmum ac convulſiones commendentur, experimentis jam à multis annis confirmatis: & quidem non ſoluminternè, ſi ſcilicet ejusdem raſura mox propinetur cum aqua liliorum convallium, vel cum ▽ lavendulæ; ſed & externè prouſu amuletico appenſa, aut annulo incluſa, & digito geſtata: de quo videatur Schenckius *Obſ. pag.* 119. dum ſolo contactu epilepticos reſtituit: quod à Levino *Lemnio in Tr. de Occult. naturæ mirac. lib.* 2. *cap.* 3. confirmatur. Quæritur jam: qua ratione vim epilepticam exerat? reſpondetur: non tantum ob vim abſorbendi acidum, ſed & aliam ſecretiorem cauſam ab extrà. Alces nimirum beſtia eſt admodum meticuloſa, & à ſtrepitu etiam arboris in fugam pellitur: hic metus in totum corpus transfertur, præprimis in ungulas, & quidem poſteriores; illud autem falſum eſt, quod quidam inde vim hanc ei tribuant, quod animal epilepſia tactum, aurem ungula pedis poſterioris dextri ſcalpat, & in eandem inferat; utut etiam Heinricus à Brahe de medicamentis epilepticis referat ſe habere expertum, quod portiuncula in ſiniſtram aurem immiſſa, veluti ſcalpendo mota, epilepticos reſuſcitarit; ſicut Mizaldus hoc ipſum pariter pro miraculo refert. Verùm nugas eſſe Crato *in Epiſt.* 49. *p.* 60. dicit. Præterea etiam in vertigine ac tremore, tàm partium externarũ quàm internarum nec non palpitatione cordis, in ſuffocatione uterina ſpecificè commendatur, ſive ſcrobs, ſive præparata ungula, aliaque ejus præparata, propinentur. Sed reverà vix exiſtimo tantum tribuendum eſſe huic ungulæ, quin præſtantiora proſtent.

De nervis obſervetur, quod Autor habet, & non abſonum videtur; id quod non tantum de hoc verum eſt, ſed etiam de nervis ex hominibus & cervis.

Inter præparationes eſt ungula præparata, quæ fit lege communi.

Ungula calcinata & magiſterium nil valent. De magiſteriis tamen obiter noto, quod ex cornubus animalium, oſſibus, ungulis, & ſimilibus partibus duris, ſint difficilis præparationis, propterea, quoniam ineſt mucilago glutinoſa ſeu gelatina, quæ impedit, quo minus poſſit ſolvi à menſtruo. Ut ergò fiat diſſolutio, priùs coquenda ſunt in aqua, ut prodeat mucilago, & quaſi gelatina: hinc facile corrodi poſſunt per ſpiritum acidum, & ſic ſoluta per oleum tartari per deliquium, præcipitari in magiſterium.

Cæterum cornu alcis eodem modo præparari & uſurpari poteſt, ut cornu cervi, tàm in pulveribus, quàm potionibus, doſi ℈j. ad ʒß. imo ignis beneficio ſpiritum & ſal volatile ſuggerit contra epilepſiam, tremores, ſpasmos, convulſiones, & ſimiles nervorum affectus: vid. Finckius *in Encheirid. c.* 6. Contra venena & morbos malignos laudat Panarollus, *Pentec.* 3. *Obſervat.* 30.

Faber parat egregiam quintam eſſentiam antepilepticam ex hoc cornu, *Myrothec. lib. II. cap.* 30.

Ex cerebro etiam aqua & ſpiritus cum ſale volatili per retortam igne aperto deſtillari poteſt.

APER.

Dentes contra pleuritides, anginas, & alias inflammationes partium internarum febri junctarum optimum ſunt ſpecificum ad ʒj. in forma pulveris propinati. Coagulatum ſanguinem reſolvunt, abſorbent acidum, quo abſorpto ſudor ſequitur. In angina & omnibus ſpeciebus ejus ſpecificè expertus eſt Valeriola *l. b.* 2. *Obſ.* 11. qui dat raſuram dentis apri ad ʒj. cum oleo amygdalarum dulcium & ſaccharo cando. Hæc raſura dentis apri commendatur permiſta decoctis antipleuriticis, quoniam ſubminiſtrat gelatinam.

Teſticuli apri ſunt ſpecifici in ſterilitate mulierum, & ad ſtimulandam Venerem.

Quod de ſtercore in ſanguine ſiſtendo habet Autor noſter, de ſtercore potius porci domeſtici intelligatur.

Fel ſtrumas diſcutit, genitalibus verò illitum Venerem ſtimulat.

In folliculo felleo lapilli interdum reperiuntur, quæ in ictero & nephritide ſpecificè laudantur: vid. Unzerus *de Nephrit. p.* 124 Schenckius *in Lithogen. pag.* 94. & Tulpius *l.* 4. *Obſervat.* 51.

Urina apri in veſica collecta valdè laudatur ad comminuendum calculam veſicæ & renum. Commendatur etiam lectimingis. Ipſa veſica

Digitized by Google

vesica in furno exsiccata epilepticis commendatur ab Henrico ab Heer *in Spadacrene p.* 276.

Magisterium ex dente nil valet.

Ex testiculis cum aliis paratur essentia, præsertim cum spiritu sanguinis galli, quæ non tam mulieribus in sterilitate, quam viris in impotentia, adhibetur. Magnates quidam utuntur essentia testiculorum apri ad promovendam Venerem.

De sanguine quæ habet Autor nostet, quod destillatus in aquam conveniat in hectica, intelligendum potius est de porcellis non tantum sylvestribus, sed etiam domesticis.

ASINUS.

Asinus inter omnia animalia pilola hoc habet privilegium, quod careat pediculis.

Ungula ejus solet ungulæ alcis esse vicaria in morbo comitiali.

Imprimis sanguinem suggerit, qui prope aures extractus contra maniam & furores maniacos laudatur. Modum propinandi & eliciendi in venietis in Hartmanni praxi chymiatrica: tempore verno scilicet instituatur venæ sectio prope aures ejus, & sanguis linteo novo excipiatur atque exsiccetur. Sunt, qui in camino exsiccant, ut de spiritu seu sale volatili lignorum participet, magisque sudoriferus sit. Asservatur per integrum annum citra virium debilitatem. Sub usu recipitur hujus lintei frustulum, longitudine unius digiti, & latitudine palmæ, injicitur in liquorem appropriatum, usque dum sanguis omnis extractus sit: dehinc bibat æger, & expectetur sudor. Michaëlis etiam in aula Altenburgensi, & in multis aliis locis, hoc ipso curavit multos maniacos. Idem potus etiam commendatur ad morbos ab incantatione oriundos.

Ex sanguine asinino præparatur alias essentia, quæ præservare dicitur ab epilepsia.

Sordes aurium ex asino illinuntur temporibus, & solent conciliare somnum, imprimis in febribus malignis; sed non adeo frequenter usurpanda inunctio, ne nimis profundus excitetur somnus.

Lac Asininum potum potenter nutrit; unde usus hujus frequens est in Italia contra phthisin, hecticam & exulcerationem partium internarum. Quia enim asinus est bestia sana & longæva, hoc ipso lac ejus salubrius est præ cæteris, & in atrophia & ariduris maximè confert; laxat simul alvum, & vi nitrosa urinas promovet, & præterea præfertur lacti bubulo in cura phthiseos, & nephritide præservanda.

Lotium asini contra fœtorem narium commendatur, per illas attractum.

Stercus in Majo collectum singulare remedium est contra quasvis hæmorrhagias, quocunq; in loco erumpentes, sive propinetur in substantia ad ʒj. vel plures; sive ex infuso in aqua appropriata exprimatur succus, sive fiat Sytupus. Hinc

Externè stercus asininum solum naribus applicatum sistit hæmorrhagiam vel cum aceto subactum, & naribus intrusum, idem præstat: quidam & stercus pulverisatum naribus insufflant, idquè feliciter & non sine commodo: Sic

℞. *Sterc. Asin.* ℥vj.
Musc. querc. ℥iij.

Miscent, & ad solem vel in loco quodam caldo siccant, ex indeque faciunt pulverem, qui per nares attractus subitò illarum hæmorrhagias compescit: & quidem non solum attrahitur per nares, sed etiam suffitus stercoris asinini experti in tali casu sunt.

Renes pulverisati arefacti, & cum melle miisti, ac assumpti strangurios efficaciter medentur.

Ut crescant pili, secretum habetur lichen asininus, qui est verruca dura circa genua asini crescens.

B.

BOS.

BOs, cujus fœmina communi nomine vocatur vacca, uti multa subministrat culinaria; ita non mediocria exhibet officinalia.

De cornubus contra impotentiam nonnihil deraditur, dum bos cum vacca in coitu versatur, quod ad stimulandam & excitandam Venerem, specificè laudatur. Sunt etiam, qui putant, omnia omnium animalium cornua habere vim alexipharmacam: id quod utut verum sit de cornu cervi, non tamen de omnibus affirmare possum. Cornu bovis itidem usurpatur ad suffimigia in tempore pestis.

Fel bubulum præ reliquis est acrius, volatilius, penetrantius, & hinc usitatius in clysmatibus, ubi stimulat & proritat alvum, aliàs contumacem, & hæmorrhoides: sicuti etiam cum aloë emplastri vel unguenti forma umbilico applicatur contra lumbricos infantum & adultorum: quod, ubi strictè adhæret, certo adsunt lumbrici. Addi etiam solet myrrha & oleum colocynthidos, & sic simul quoque laxat. Ulteriùs sicuti fella animalium omnia in genere, ita etiam bubulum, non minoris usus est in affectibus oculorum, detersione opus habentibus, ungula, nebula, albugine, &c. item in aurium affectibus, in discutiendo tinnitu, in surditate & hebetudine auditus cum bombace auribus inditum.

Aqua fellis destillata ungues, maculas, nebulas & cicatrices oculorum delet, & acrimoniâ volatili clarificat visum: nec minoris usus est in aurium tinnitu, hebetudine auditus; & surditate, aliisque affectibus aurium. Essentia autem fellis bovis inspissati, cum spiritu vini extracta, præter usum cosmeticum propter

alcali

Digitized by Google

alcali volatile fellis, egregia eſt in affectibus oculorum, & tinnitu aurium cum bombace illita.

Fel tauri inſpiſſatum magni eſt uſus pro ſtimulanda alvo, ſi ſcilicet ad 3j. clyſteribus permiſceatur.

Jecur in Nyctalopia prodeſt : vid. M. A. N. C. *Ann.* 3. *Obſ.* 133. *pag.* 208.

Splen bovis valde laudatur in affectibus lienis contra ejus duritiem, inflammationem, dolorem & tumorem. Eſt experimentum ſingulare Paracelſi contra menſium ſuppreſſionem, & inde ortam cachexiam virginum, ſi minutim conciſus in aqua decoquatur. Vulgò uſurpatur decoctũ ſplenis bovis Quercetani, Crollii, aut Hartmanni: ſed hoc non eſt durabile, & facile corrumpitur : imo addita plus præſtant, quàm ipſe ſplen. Cum ſpiritu meliſſæ præparata laudatur in obſtructionibus menſium & inde nata cachexia virginum. Commodè poteſt miſceri cum eſſentia Martis liquida, ut magis reddatur appropriata in talibus caſibus, præprimis ad quoscunque partium internarum, imprimis meſenterii, infarctus & obſtructiones reſerandas D. Michaelis habuit ſplenis eſſentiam compoſitam, cum eſſentia Martis miſtam, ad menſium fluxum impeditum & doloroſum. Quidam & ad promovendum appetitum laudant. Præparandi modi ſunt varii, & videri poſſunt apud Hartmannum *in Pr. chymiatrica, ubi de menſibus obſtructis.* Lien bovis ſi deſtilletur cum ſpiritu vini commendari ſolet ad quasvis ſtomachi debilitates; ſed vanum eſt.

Sanguis vix in uſu eſt, niſi in eo caſu, ubi poſt graviores vulnerationes artuum & articulorum atrophia ſequitur, debilitas membri & articulorum dolores; ubi membrum in ſanguinem bovis vel canis modò mactati recentem & calidum immittatur: ſic mirè confortabuntur membra antè ad motum inepta.

Medulla vitulina in affectibus nervorum uſus eſt frequentis.

Sevum bubulum liquefactum in ſtranguria, umbilico illitum, ſatis potens eſt remedium. Conficitur ex ſevo bubulino, alcali & ▽, in maſſam coactis, ſapo; quibus & in Belgio fuligo additur. Optimus eſt ſapo Venetus, ſpecificum in ictero.

Oleum ex hoc cum cineribus clavellatis deſtillatum in podagra laudatur, aliisque articulorum & junctuarum doloribus; vel per ſe, vel cum ſpiritibus urinoſis, unguentis nervinis, &c. miſtum & illitum.

Urinæ vaccæ menſe Majo collectæ pedes aliquandiu immittuntur: dein emplaſtrum Norinbergenſe imponitur, & ſic curatur podagra. De urina tauri vid. Helmontius *de Lith. c.* 7.

De ſtercore vaccino refert Autor, quod plebei in colico dolore ſuccum ex ſtercore expreſſum propinent; quod verum eſt: & non ſolum in colica, ſed etiam in pleuritide præſentaneum eſt remedium, & curat per ſudorem certô experimentô. Externè ſingularum vim anodynam habet, & partibus dolentibus, inflammationibus partium externarum, & imminente gangræna, ut & locis ambuſtis, ne exulcerentur, inſtar cataplasmatis recens impoſitum, optimum eſt remedium; inflammationes enim imminuit, dolores ſedat, & gangrænam arcet. Speciatim verò in dolore podagrico multum confert, cum lumbricis terreſtribus contuſum, & impoſitum. Abdomini applicatum ſingulare eſt remedium in curanda colica, & diſſipandis flatibus. Applicatur etiam abdomini in hydrope aſcite, in forma cataplasmatis pro imminuendo tumore, & diſcutienda aqua; poſt ſtercus enim humanum ſtercus bubulum in tali caſu eſt optimum. Vulgò & contra ſuppreſſionem utinæ laudatur; vid. Zacutus Luſitanus *in l.* 2. *Praxeos admirandæ Obſ.* 65. In tumoribus partium œdematoſis applicatum valdoperè conducit.

Ex hoc ipſo ſtercore, eodem modo atque ex ſtercore humano, per digeſtionem & ſublimationem repetitam poteſt præparari zibethum occidentale, ſic dictum à Paracelſo, quoniam ſuavem ſpirat odorem inſtar zibethi. Quidam loco muſci ſiccatum ſole omni odore exutum, & aquâ roſarum aliisque imprægnatum, pro pulvere Cyprio ſumunt.

Per deſtillationem ſuggerit aquam, quæ vocatur aqua omnium florum; quia bos innumeris floribus veſcitur, & interne valde convenit in nephritide, ad ciendum calculum & urinam propter ſal volatile nitroſum, quod adſcendit per alembicum; unde in hunc finem valdè commendatur à Poterio. Externè ſingulare eſt in uſu cosmetico ad delendos nævos & maculas faciei, atque ruborem poſt variolas relictas. Poppius *in Tract. de Hydrope* dicit: quod aqua hæc, cum rore majali deſtillata, tumoribus aquoſis & hydropicis applicata, eos certò diſcutiat.

Reperiuntur in bovibus non rarò lapilli, & quidem interdum non exiguæ quantitatis, qui duplices: vel in ventriculo ſecundo, vel in folliculo fellis.

Priores conſtant ex pilis invicem convolutis, & mucilagine quadam obductis, qui non ſingularis uſus: poſteriores verò ex ſale volatili alcalino, ab acido præternaturali coagulato, conſtantes, reverà bezoardici, & multi uſus ſunt, in larga nempe doſi aſſumpti, de quorum generatione videatur Wormius *in muſeo.* Cum vino vel aceto ſumpti ad ſanguinem congrumatum, imprimis ex caſu ab alto, reſolvendum egregii ſunt; item in ſubluxatione

Digitized by Google

ne ſpinæ dorſi, contra icterum flavum & nigrum, valdè laudantur, doſi ʒj. ita enim per urinam & ſudorem, præmiſſis præmittendis, feliciter curant. Præterea in nephritico dolore ſcorbutico egregii ſunt, & ſubitò dolorem ſiſtunt. Venena pellere, eademque per ſudorem diſcutere, & epilepticos inſultus arcere dicitur. Pulvis hujus lapidis errhinum præbet egregium: & magis fit conveniens adhuc, ſi cum ſucco betæ illinatur naribus; mox enim ſternutationem movere ſolet.

Sequitur Lac. In lacte tria ſunt obſervanda:

1. Generatio lactis mirabilis ex gramine & fœno.
2. Triplices diſtinctæ ejus partes; &
3. Singularum Uſus.

Quoad 1. Lac eſt ſubſtantia pinguis, butyroſa & oleoſa, adeoque mirum, qua ratione ex fœno tam elegans poſſit generari liquor; Unde apparet, quantum valeat & vis menſtrua fermenti digeſtivi, in ſtomacho reſolvens gramina & herbas, ex iisque particulas pingues oleoſas tam ſingulariter eliciens.

Quoad 2. partes lactis ſunt tres:

1. Subſtantia prima eſt butyroſa, oleoſa, & pinguis ſulphurea.
2. Caſeoſa ſalina, viſcida & terreſtris.
3. Vehiculum horum, ſeu ſerum.

Quoad uſum: lac in genere eſt ſuccus temperatus, dulcis, anodynus in doloribus ſcorbuticis, & egregiè nutritivus; hinc contra tabem, atrophiam, phthiſin, hecticam, uti etiam ad ſimiles morbos, præmiſſis præmittendis, nil melius eſt quàm lac. Cum autem multam habeat partem oleoſam pinguem & butyroſam, quodcunque fluidum tenuius incraſſat, & egregiè inſimul temperat quamlibet corporis noſtri acrimoniam, unde ſcorbuticis ſpecificè convenit, adeo ut in illo curando nihil ſit melius, imo divinum & præſentiſſimum remedium, ratione caſei & butyri mirè temperans eorum acidum, & ratione ſeri iſtud temperatum per urinam evacuans, uti & iis qui hepatis, renum veſicæque, & ſimilibus partium internarum exulcerationibus, laborant; ratione enim partis ſeroſæ ſimul adjuvat conſolidationem ulcerum; unde in tonſillis exulceratis gargariſmata cum lacte coquuntur. Sic in affectibus urinariis ex nimia ſeri acrimonia & corroſivitate, v. g. in mictu cruento, dyſuria ſeu ardore urinæ, ſtranguria & ſimilibus; uti & in dyſenteria, frequens lactis uſus eſt: & quidem in dyſenteria convenit iſtud lac, in quo aliquoties ferrum vel chalybs ignitus fuit extinctus, & vocatur lac chalybeatum; modo aſſumitur per os: modo ſub forma clyſteris injicitur per anum. Pro temperanda acrimonia cantharidum, eſulæ, & arſenici aſſumpti egregium eſt: Item ſi qui in antimonialibus vel Mercurialibus occupati ſunt præparationibus, hi uſu lactis, vel butyri, præſervantur, ne acida mineralia iſta, eorumque effluvia, nocere queant. Epilepſiam hypochondriacam uſu lactis, in quo ſemper ʒß. ſaponis Hiſpanici ſoluta, quotidie ad ʒiij. hauſti, curatam videbitis in M. A. N. C. *Ann.* I. *Obſ.* 83. *p.* 202. quod etiam Sylvius *in Praxi l.* I. *cap.* 46. ictericis commendat. Flores ſambuci in lacte decocti & ita aſſumpti, præſervant egregiè ab eryſipelate: quod idem decoctum etiam lactis ubertatem nutricibus ſuggerit.

Externè notum eſt, quod ſit egregium anodynum, & dolores ſiſtat, excoriationes leniat, & mitiget, item tumores ad ſuppurationem tendentes temperet; unde etiam externè flores ſambuci cum lacte cocti ſubminiſtrant egregium diſcutiens inflammationum, uti etiam ipſum lac incoctionis florum ſambuci eryſipelata diſcutit, ſalia ſuppuratione effervescentia ſuaviter maturat; hinc rectè dicitur Autori, quod dyſenteriæ, teneſmo, renum & veſicæ exulcerationibus ſit optimum. In dolore atrociſſimo abdominis ex acido & arthritide, clyſteres ex lacte in ſcorbuticis doloribus ventris inſigniter laudantur. Cataplaſma quoque ex floribus ſambuci & foliis hyoſcyami in lacte coctis mirè commendatur, ſi abdomini inſternatur. Aliàs balnea ex lacte ſolent uſurpari, ubi eſt nimius ſqualor, & nimia exſiccatio partium in tabe & atrophia: humectat enim leniter, & blandè partes aptas reddit ad recipiendam nutritionem.

Pro ratione autem ſanitatis ipſius beſtiæ & paſturæ pecorum admodum variat. Sic in genere bonitas lactis, Autore Helmontio, non ex propriis qualitatibus, ſed ex ſanitate & longævitate beſtiæ, diſtinguitur, quo enim longævior & ſanior illa eſt, eò ſalubrius eſt lac; hinc quoq; pro ratione paſtus variat, & quo ſalubriores, magisq; appropriatas animalia comedunt herbas, eò ſalubrior fit lac. Unde ſi vaccæ herbis antiſcorbuticis veſcantur, lac eo magis ſcorbuticis proderit; ſi pro uſu hectico & vulnerario herbis vulnerariis veſcantur, transplantatur vis plantarum in lac, & magis appropriatum erit.

In uſu autem lactis probè obſervetur: quod debeant vitari omnia acida, ne coaguletur; unde cum lacte permiſcetur aliquid ſacchari, vel aliquid de ſpiritu urinoſo, v. g. ſalis ammoniaci; peſſima namque omnium eſt lactis corruptio, quando coagulatur; ſic enim inducit colica tormina, choleram, infarctus meſenterii, cachexiam, & alia vitia.

Diæta lactis & lacticiniorum, quando eſt inſtituenda, fit hoc modo: jejuno ſtomacho aſſumitur bonus hauſtus lactis; in ſcorbuto cum eſſentia cochleariæ, in phthiſi cum eſſentia hederæ terreſtris, vel eſſentia vulneraria: poſt hauſtum inſtituitur moderatus motus, & per

Digitized by Google

tres horas imperatur jejunium: tribus horis ante cœnam denuo aſſumitur eodem modo ac manè, & jejunium iterum imperatur, ut fiat diſtributio.

Porrò obſervetur, quod debeat aſſumi recens emulctum, & adhuc calidum; quò citius enim poſt emulctionem ex beſtia hauritur, eò eſt melius, quoniã poteſt facilè alterari ab aëre, aut etiam ſponte ſua alteratum ad coagulationem diſponitur: unde natura mammis papillas appoſuit, ut harum ſuctu immediatè in fœtum nutriendum lac tranſeat.

Hujusmodi lactis alteratio patet ex eo;

1. Quod facile aceſcat.
2. Quod pauco, poſtquam emulctum eſt, interjecto tempore in verminoſam convertatur progeniem, & copioſos exhibeat vermiculos, ſi tantillo temporis aëri fuerit expoſitum.
3. Quod lac ſit quaſi magnes venenorum, & tempore peſtilentialis miasmatis lac contrahat vitium ex aëre, adeò ut quaſi cœruleſcat & liveſçat; videatur Kircherus *in Scrut. Peſtis*.
4. Ulterius patet, quod corona ſerpentina, ſeu lapis ſerpentinus, ſi injiciatur in lac, deponat in illo omne venenum, quod ex animalium vulneribus venenatis hauſit; adeo ut extractus ex lacte nullum amplius poſſideat.

Cæterum in legitimo uſu ejus attendendũ, ne corrumpatur in ſtomacho primisque viis, id eſt, ne vel cruditate acidâ præcipitetur præmaturè, & ita ratione caſei & butyri pituitam acidam, tenacem & viſcidam, relinquat; unde morbi chronici tàm oriti, quam exaſperari aſſolent; vel cruditate nidoroſa diſponatur ad putrefactionem, adeoque in liquamen amareſcens, flaveſcens nauſeoſum, & quaſi bilioſum abeat: quod metuendum eſt in iis, qui laborant febribus, tam continuis quàm intermittentibus quibuscunque, & aliis acutis, propter facilẽ alterationem; quoniam, uti dicunt, bileſcit, auget humorum agitationem, & facit acriorem & acerbiorem. Hoc autem intelligendum eſt de febribus intermittentibus & acutis vulgaribus: nam in febre intermittente ſcorbutica aſſumitur bonus hauſtus lactis in die intercalari, vel etiam ſeptem vel octo horis ante paroxyſmum. Deinde in hypochondracis, ſeu, ſpleneticis, comitialibus, affectibus capitis, in cephalalgia, vertigine, epilepſia & ſimilib⁹, non eſt conveniens lactis uſus: nam per præmaturam à cruditate acida præcipitationem in caſeum ſolet inducere dolorem capitis: nihilominus ſi ſit ex ſcorbuto, uſitatiſſimè uſurpatur internè hauſtum, vel externè fomenti loco capiti applicatum. In affectibus ſtomachi, nauſea, vomitu, diarrhœa & cholera eſt inconveniens lac; nihilominus ſi ex irritatione ſtomachi propter acrimoniam ſalis ſcorbutici oriantur, in tali caſu optimè conducit lac; iis, qui laborant tumoribus hepatis vel lienis, aut infarctibus meſenterii, non convenit lac; quoniam facilè corrumpitur, & niſi inveniat patulas vias, ſubſiſtit, & obſtructiones auget: propterea prius aperiendæ viæ & iſtiusmodi obſtructiones, reſerandi meatus, diſcutiendo tumores, antequam fiat progreſſus ad diætam lacteam, uno nomine: uti lac ritè digeſtum optimum nutrimentum, & ſubinde ſuaviſſimum medicamentum ſolet exiſtere; ſic hoc ipſum in ſtomacho quocunque modo corruptum peſſimi veneni naturam aſſumit.

Hæc de lacte in genere: ſequuntur nunc partes lactis, inter quas eſt ſerum ſeu aqua lactis.

Serum ſit vel per ſe, dum per occultam fermentationem ſenſim ſenſimq; aceſcit, & ſeparatur pars butyracea & caſeoſa à reliqua ſubſtantia; vel ſit adjectione tertii, inſtillatione ſucci limonum vel citri, ſpiritus acidi, vel acido quocunq; admiſto, dum illa conſtringunt poros, ut illis conſtrictis fiat ſeparatio & receſſus caſei ad fundum, & ſerum blando ſapore gratiùs reddatur. Ut citiſſimè fiat hoc ſerum lactis, v. g.

℞. *Lactis* ℔ *j.*

Hoc bulliat ſuper ignem, & dum ita bullit, injiciatur alumen pulveriſatum quantitate avellanæ vel ~ ☉i, & ex hoc coagulabitur in momento, & ſupernatabit ſerum, quod à lacte coagulato ſeparetur, & ſuper igne clarificetur.

De hoc ſero obſervetur; quod ſit aqua imprægnata ſale volatili nitroſo alcalino, non nihil oleoſo, & quaſi ſale volatili de natura ammoniacali; unde non modò ſponte ſua acorem contrahit, ſed & propter copiam ſalis volatilis urinoſi, cum acido nitroſo juncto, habet vim laxandi moderatè alvum, & abſtergendi ſordes in primis viis ſine noxa, & ratione ſubſtantiæ ſalinæ ſtimulat. Unde gravidis poteſt ſerum lactis propinari ſine noxa pro laxanda alvo, quando eſt obſtructa. Ratione ſalis nitroſi etiam refrigerat commodè, & ebullitionem maſſæ ſanguineæ moderatè compeſcit: propterea ſolet propinari convenienter in febribus bilioſis ardentibus, uti etiam in febribus malignis, ſive ſolum, ſive modicè acidulatum cum ſucco citri, vel ribium, & ſimilibus: Ulternis notetur, quod utut lac noceat hypochondriacis, & quorum viſcera non benè conſtituta, iis tamen valde proficuum ſit, ſerum lactis, quod ſale nitroſo temperet acidum in primis viis, & referet infarctus viſcerum. Unde etiam in hypochondriacis, ſcorbuticis, alvo duriore moleſtatis, indeque etiam poſt uſum pilularum laxativarum conveniens eſt hauſtus ſeri lactis, ut pilulæ diſſolvantur, & earum operatio facilius ſecedat. In nimio hepatis fervore prodeſſe dicunt, nimiaque ſeri ſanguinis acrimonia;

Digitized by Google

nia; adeoque pro tali ſcopo tempore æſtivo jejuno ſtomacho horis aliquot ante cibum bonus hauſtus aſſumi debet: cui ſimul poſſunt infundi vel diuretica, vel purgantia, vel aperientia, aliaque alterantia pro vario ſcopo; præſertim in ſcorbuto, & ſic eo magis erit conveniens. Si decoctum vel eſſentia fumariæ ſero lactis inſtilletur, convenit in purificatione ſanguinis, in ſcabie, & ſcabie ſicca moleſtatis, præſertim contumaciori, in ardore urinæ & ſputo ſanguinis ab acrimonia humorum ſalſa, exedente vaſcula, ortis: unde etiam ii, qui ſunt pruriginoſi, commendatum ſibi habeant ſerum lactis. Serum lactis cum ſuccis antiſcorbuticis hauſtum eſt egregium. Non tamen adeò conveniens eſt ſenibus; ſed potius in vegeta ætate aut adoleſcentia conſtitutis. Præterea ſerum lactis diligenter deſtillatum per balneum præbet egregium menſtruum pro infuſione medicamentorum alterantium & purgantium in ſcorbuto, malo hypochondriaco, & ſimilibus affectibus.

Dixi ſupra, quod ſerum lactis habeat in ſe ſal volatile nitroſum: unde Bartholetus præparat ex ſero lactis remedium, quod vocat mannam ſeu nitrum ſeri lactis, in *Encyclop. pag.* 400. Suavis eſt ſaporis, cujus ʒj. largiùs operatur, quam mannæ vulgaris ʒiij.

Sequitur butyrum, quod eſt altera pars lactis pinguis & oleoſa, nucleus nutritivus ipſius lactis, rectè ab Helmontio vocatur herbarum magiſterium, eſtque nihil aliud, quam copioſum ſal volatile ſufficiente oleo, mediante hujus occulto acido condenſatum, & ita in conſiſtentiam olei ſpiſſiorem pinguedine molliorem redactum. Ratione ſubſtantiæ pinguis & oleoſæ temperat omnem acrimoniam, acidum imprimis venenorum mineralium.

Proſtat in officinis quibusdam butyrum purgativum, ex butyro majali, cui laxantia infuſa, paratum: uti enim inter omnia lacticinia apud nos lac majale eſt optimum, ita butyrum majale interno vel externo uſu omnibus palmam præripit.

Quidam butyrum non ſalitum miſcent cum cancris fluviatilibus contuſis, hæc invicem exprimunt, & ad abſumptionem humiditatis inſpiſſant, fitque butyrum cancrinum, quod contra phthiſin eſt ſingulare remedium, uti & contra caſum ab alto: eſt enim egregium vulnerarium ratione cancrorum, in ſpecie in exulcerationibus renum & partium urinariarum, & aliarum internarum: Conf. *Sachſ. Gamarol. p.* 813. & 824.

Oleum ex butyro deſtillatur per retortam ex arena, miſcendo cum lateribus, cineribus & ſimilibus, etiam cum alcali fixo.

Caſeus, tertia pars lactis, ſunt craſſiores & quaſi terreſtriores fæculentiæ, copioſo tamen alcali, moderato oleo, ſociatæ. Demonſtrari hoc poteſt, quoniã caſeus vetus, fœtens, quiq; ad putredinis alterationem plus minus vergit, cum pauco alcali fixo vel calce viva deſtillatus ſpiritum & ſal volatile urinoſum perfectè ſuggerit. Meritò ex culinis debet exulare, quia peſſimè nutrit partes; hinc nullius eſt uſus in corpore humano; videatur Johannes Petrus Lotichius, de caſei nequitia. Nam interno uſu homines diſponit ad infarctum viſcerum, arthritidem & nephritidem, niſi ſtomachum offendat, qui illum ritè ſubigat, & in chylum debitum convertere queat. Externè verò caſeus vetuſtus ratione ſalis volatilis urinoſi contra podagram, ex acido volatili ortam, temperando iſtud ſiſtens, valde commendatur, ſi illinatur parti; idque jam ab experientia Galeni notum eſt, nam ſucceſſu temporis caſeus vetuſtus inſtar pomi putridi acquirit vim anodynam abſorbendi & temperandi acidum; unde facilè patet, quare mitiget & compeſcat podagricorum dolores.

Ubera vaccæ juvenculæ cocta, indurata & pulveriſata, cum aliis appropriatis miſceri ſolent pro augendo nutricibus lacte: videatur Zwelfferus.

Priapus tauri, tam in pulvetis forma ad ʒj. uſurpatus, quam decoctum ex raſura aſſumptum, in dyſenteria ſpecificè prodeſt, uti etiam in pleuritide; vid. Helmontius.

BUBULUS.

Bubulus, **der Büffel**/ animal eſt ſylveſtre, & quæ dicta ſunt de bove, intelligenda quoque veniunt de bubulo, in gradu tamen excellentiori.

BUFO.

Bufo antipathiam fovet cum aranea, contra quam ſe munit uſu plantaginis: unde ſunt, qui volunt, quod lapis Butleri præparetur ex araneis & bufonibus, quod tamen eſt ridiculum. Hiſtoriam bufonis habebitis in Wormii *Muſeo l.* 3. *pag.* 265.

Bufones ni inter omnia animalia venenata principatum tenent, ſiquidem ſingulare de modo intoxicandi cibos per ſalem, veneno bufonum imprægnatum, experimentum Deodatus *in Valetud. pag.* 79. refert, cujus fides ſit penes Autorem. Sed venenoſitas hæc bufonum non videtur in alio conſiſtere, quàm vel in eorum furore, vel in eorum excrementis, ſpeciatim urina acri, cauſtico volatili ſale imprægnata, quam acrimoniam obtinere videtur ex alimentis, nempe minutulis iſtis ſcarabæis, qui in eorum ventriculo & colo reperiuntur. Quod ſi autem quis læſus fuerit à bufone, huic læſioni reſiſtere dicuntur cancri fluviatiles, ſaliva humana, cornu cervi, terra ſigillata, ſmaragdus, & in ſpecie flores vitis; cum his enim ingentem inimicitiam gerunt bufo-

Digitized by Google

bufones, ipſe quoque bufo loco læſo applicatus, brevi ſanat. Conf. *Acta Haffn. pag.* 265. *Vol.* 2. Cæterum experimentum etiam præbent contra morſum viperæ, aliorumque ſerpentum venenatorum; ſi nempe læſioni à vipera factæ applicetur mox bufo vivus contuſus, certò exinde evadunt læſi. Ipſis bufonibus maximè adverſatur pix liquida, quæ eos interficit: conferatur Paulli in ſua Παρεκβάσει de febribus malignis, item Borrichius *in Herm t. Sapient. pag.* 177. Obſervavi etiam, quod bufones attactu olei tartari per deliquium, miris geſticulationibus dolorem prodant, tandem brevi poſt moriantur.

Bufo tamen mortuus omni caret veneno, & interno & externo uſu multum facit in medicina.

Uſum quod attinet bufonum internum medicum: exſiccantur, pulveriſantur, ac propinantur internè pro cienda urina: ratione enim dictorum ſcarabæorum minutiſſimorum pulvis bufonum egregium diaphoreticum & diureticum eſſe videtur, quo ipſo & hydropicos curare ſatagunt. Inter diaphoretica etiam refert Willisius *Pharm. Rat. P.* I. *pag.* 200. doſi à ʒß ad ʒj: nempe in peſte ultima Londinenſi hujusmodi pulvis crebrius uſurpatus fuit. Quoad vim diureticam & hinc hydropis curativam, experientia hujus prima facta eſt caſu; de quo videatur Petræus *Diſſ.* 35. *Textu* 54. Hildanus *in Epiſt.* 69. *C.* I. *pag.* 1028. Solenander *Conſil.* 15. *Sect.* 5. *Marcellus Donatus Hiſtor. Mirabil.* Kyperus, & alii, ut autem certiorem præſtent effectum, recipiantur bufones menſe Julio transfoſſi, exſiccentur in umbra, & abſciſſis capitibus, & exemptis inteſtinis, ſubtiliſſimè pulveriſentur, quorum ϑß. ad ſummum gr. xv. hydropicis tribus vel quatuor vicibus propinata, egregiè opitulantur; ita tamen, ut vel quartus dies poſt aſſumptiones interponatur, ne debilitetur æger. Secretum fuit Kyperi, qui cum ana ſacchari patienti propinavit, & mirabilem exinde habuit effectum: videatur Helmontius *in Tum. Peſtis*, Faber & Kircherus *in Scrutin. Peſtis.* Alii contra febres intermittentes propinant ante paroxyſmum. Sunt qui recipiunt bufones vivos, eosque extinguunt in ſpiritu vini vel vino malvatico, poſtea eximunt, totos in retortam immittunt, & per gradus igne aperto pellunt ſal volatile, egregium ſudoriferum & diureticum; ſpiritus vero vini vel vinum, quo extincti fuere bufones, habetur expertiſſimum & egregium alexipharmacum internè hauſtum.

Externè bufo vivus contuſus, & renibus inſtar cataplasmatis applicatus, in hydrope laudatur: vid. Helmontius *Tract. Ignotus Hydrops* §. 36. item Riverius *in Praxi l.* 11. *C.* 6. quin & externè contra malignitatem peſtilentialem adhibetur, adeo ut utrumque, peſtis curatio & præſervatio, certò ſit in bufonibus: hinc non ſolum bubonibus & carbunculis peſtilentialibus bufones exſiccati applicati, omnem malignitatem extrahunt, & ita curant ægrum, ſed in ſpecie etiam ex ejus pulvere cum aliis emplaſtra pro bubonibus peſtilentialibus felici cum ſucceſſu parat Hildanus loco citato. Sic integrum bufonem arefactum appendi poſſe pro amuleto ſeu xenechtho in peſte, videbitis tàm in Hildano quam Zwelfero *in Pharm. Reg. pag.* 140. & Helmontio *in Tumulo Peſtis Tit. Zenechthum p. m.* 76.

Ulteriùs bufo arefactus de collo ſuſpenſus vel in ſcrobiculo cordis, vel admotus axillis, vel ſaltim detentus in manu, quamcunque hæmorrhagiam, præſertim in febribus malignis variolis, & ſimilibus, quam certiſſimè ſiſtit & curat; vid. Bierlingius *in Adverſar. Append. C.* I. *p.* 152. Bufo coctus & cataplaſmatis inſtar appoſitus in angina commendatur à Mizaldo *C.* 8. *pag.* 2. Pulvis bufonum, vel exſiccatorum vel calcinatorum, in nodulo appenſus circa ſcorbiculum cordis, ſingulare quid contra incontinentiam urinæ obtinet, imprimis puerperarum, quando in partu ex inepta tractatione obſtetricis veſica laceratur, id quod monet per experientiam edoctus Heinricus ab Heer *Obſ. oppidò rar.* 14. In cura cancri, præſertim mammarum exulcerati multum faciunt bufones, ſive ſolus bufo calcinatus in olla, ſive exſiccatus adſpergatur cancro exulcerato, ſive permiſceatur prius pulvis exſiccati bufonis cum auripigmento, & cum fuligine ſimul, & cum petia ſaliva madida applicetur cancro exulcerato: Conf. Jonſtonus *l.* 4. *de Quadruped. c.* I. *part.* I. *p.* 188. notandum alias, bufones comburendo eructare flammam fuſco-cæruleam; unde ſulpicor, in iis latere principium ſulphureum animale.

Offi□ulum bufonis ex brachio vel femore deſumptum, propinatum internè mira facit in epilepſia. Externè applicatum denti dolenti odontalgiam curat, experientiâ Helmontii *Tr. Buttler, p. m.* 503. & Heurnii. Amicus quidam curioſus retulit, ſe per literas ab experto quodam medico practico certiorem fuiſſe factum, quod nempe mater quædam perterrita, brevi poſt infanti lactanti præbuerit mamas, unde brevi poſt infans horrendâ correptus epilepſiâ fuerit: ſed quod cum tantùm officulum bufonis pulſibus carpi applicatum fuiſſet, mox paroxyſmus ſedatus fuerit: intermittentem etiam febrem eodem modo applicatum, in virgine nobili aliquando fugavit.

Neceſſe autem eſt, ut præſente homine bufo exſpiret, ut idea timoris, in quo tum temporis beſtia verſatur, toti illius imprimatur corpori ad operationes, quibus deſtinatur ritè peragendas.

Sal

Digitized by Google

Sal bufonum volatile penetrans & egregium eſt diureticum & hydropicum.

Deſcriptionem olei bufonum ad ſcrophulas, ejusque uſum, videatur in Borelli *Cent.* 4. *Obſ.* 38. *p.m.* 305. In hydrope commendant Foreſtus *lib.* 19. *Obſ.* 35. & Riverius *Prax. lib.* 6. *cap.* 6. in lepra cutisque impuritatibus Hartmannus *in Prax. Chym atr.* Sic quidam præparare volunt oleum anodynum catholicum ex infuſione bufonum in oleo communi. Paratur quoque oleum tale catholicum anodynum, ſi ſcilicet bufones vivi extinguantur in aqua, in qua ſal marinum vel commune eſt diſſolutum: Colantur, poſtmodum inſtituunt coagulationem liquoris; bufones verò calcinant cum ſale, & fundunt cum calce, poſt fuſionem ſolvenda eſt calx in aqua, ut abeant feces, & hinc denuò cum oleo amygalarum dulcium miſcenda eſt, quod oleum inunctum tumoribus & doloribus quibuscunque eosdem mirabiliter lenit.

Lapis bufonum, an reverà ſit ex bufone? res nondum eſt certa, utut ſint, qui dicunt, oriri illum ex bufonum capitibus: ſed merum figmentum & mendacium eſſe credo: Attamen ſubſtantiam quandam teſtaceam ſeu cranium bufonum ſenilium vel grandævorũ illum eſſe, quidam credunt. Reverà autem vel ad lapides ſtellares reducendus, vel inſtar fungorum in ſaxis & petris, non verò bufonum in capitibus, oriri ſolet: Conferatur Hoffmannus *in Cl. Schræd. p.* 191. Alii bufonios dentes molares piſcis lupi eſſe aſſerunt, vid. *Acta Societ. Reg. Anglic. Vol.* 1. *p.* 301.

Quoad uſum medicum, in peſte inſignis efficaciæ illum eſſe, dicit Autor. Ad renum dolores mitigandos & tollendos, ad calculi generationem prohibendam, ſimiliter celebratur hic bufonites, qui ipſe etiam ſpecificus dicitur ad hydropem, uti videri poteſt in Hildano *ſupra cit. loco.* Commendatur itidem admotus externè ad tumores, & inflationes venenatas ab animalium puncturis vel morſicationibus illatas, quas crebro contactu diſcutere dicitur. Staricius quoque im Helden-Schatz/ *p.* 29. dicit: Quod lapis bufonum, ubi adſunt venena tàm intra quàm extra hominem, lachrymans quaſi guttas ſudoris emittat, & mutet colorem. Cum autem lapides hi minimè pro parentibus agnoſcant bufones, facilè patet; quid de eorundem uſu, iſti hypotheſi ſuperſtructo, habendum ſit?

C.

CANIS.

DE cane dicit Autor, quod vivus impoſitus abdomini in dolore colico, illum mitiget: Vid. Ronſſeus *in Epiſtolis*, Boyle *Uſefulneſſ. Experim. Philoſ. P.* 2. Borellus *C.* 3. *Obſ.* 28. & Bartholinus *C.* 3. *Obſ.* 66. & *C.* 6. *Obſ.* 53. catellos podagricorum pedibus applicatos non tantum claudicaſſe, ſed etiam colica tormina, item odontalgiam in hos, loco affecto impoſitos, transplantata referunt.

Pulvis oſſis canis miſtus cum pulvere pyrio in ejus præparatione impedit, quò minus audiatur ſonitus: Vid. Staricius im Helden-Schatz/ *pag.* 160.

Cerebrum canis commendatur ad maniam: Alii commendant cerebrum catellorum deſtillatum cum ~ vitrioli in cura maniæ.

Item aqua deſtillata fellis ex catulo in ſpiritu liliorum convallium luna creſcente propinata ſpecificum dicitur in epilepſia.

Auxungia canina ob vim penetrantem vulnerariam præ cæteris laudatur. Multi in aceto, vel illitam pani, vel etiam permixtam alimentis, contra phthiſin & epilepſiam laudant. Alii aſſant canem & pinguedinẽ deſtillatam in phthiſi propinant cum egregio ſucceſſu.

Stercus honeſtiore nomine album Græcum appellatur in officinis. In hoc legitimè ex canibus, præſertim oſſibus ſolis cum nullo vel pauco potu, nutritis, collecto, vis medica haud vulgaris eſt recondita, & multum habet in receſſu; gaudet enim ſale Ammoniacali, ſudorem movet, ſanguinis grumos diſſolvit, acidum primarum viarum deſtruit, & hinc in pleuritide mirè convenit. Egregium experimentum eſt in nimio fluore menſiũ, ad compeſcendã hæmorrhagiam uteri; item in dyſenteria, paſſione hyſterica, & colica ex acido auſtero orta: hinc decoctum carminativum egregium ex albo Græco cum hordeo in vino malvatico Fienus habet, quod videbitis in Hœfteri *Herc. Med. pag.* 13. Ad hæc quantum hoc ſtercus in anginæ medela conferat tonſillarum inflammationibus, notum eſt: ſiquidem internè propinatus pulvis, ſicuti etiam in aliis faucium & partium internarum inflammationibus, eas per ſudorem curat. Vulnerarium pariter inſigne eſt; unde in decoctis vulnerariis haud rarum eſt in conſolidandis vulneribus.

Pro his facultatibus exaltandis præprimis colligendũ eſt ſtercus hoc menſe Julio, quando canicula ſcil. ſidus, adſcendit. Mynſichtius docet etiam, quomodo ſit colligendum pro cura anginæ *in Armam. Chym. p.* 824.

Imò externè in angina faucium jam à Galeni temporibus uſitatum eſt, ſive pulvis inſuffletur gutturi, ſive idem ſtercus cum melle ſubactum dictis locis illinatur, aut cataplaſmatis & unguentis, tàm ad diſcuſſionem quàm maturationem, deſtinatis miſceatur: abſceſſum diſcutit, maturat & rumpit, & parat viam ad puris excretionem: ulcera etiam faucium curat, dicto modò illitum.

Plura qui cupit de miris ſtercoris canini facultatibus ad curationem anginæ, dyſente-

Digitized by Google

riæ ac vulnerum: Vid. Zacut. Luſitan. *Med. Princip. Cent.* 1. *Cur.* 86.

CAPER, CAPRA.

Cornu capri, uſitatè adhibetur in ſuffitibus pro excitandis mulieribus hyſtericis, item pro exſuſcitandis epilepticis.

In uſu imprimis eſt ſanguis ex capro, ruta muraria aliiſque balſamicis blandis nutrito; de cujus modo colligendi multa habet Helmontius *Tr. Pleura furens, pag.* 179. & *Tr. ſextupl. Digeſt. alimenti* §. 75. *p.* 224. Riverius *in Praxi cap. de Pleuritide*, Zwelfferus *in Animadv. in Pharm. Aug. p.* 419. Petræus *Noſolog. Diff.* 40. Vidius *l.* 10. *cap.* 20. Arcularius, Heurnius, Sanctorius *l.* 15. *c.* 4. Rondeletius *in Conſil.* Crato *Conſ.* 150. Lælius à Fonte *in Conſult.* 84. Cæſalpinus *l.* 3. *c.* 29. *Prax.* Foreſtus *in Schol. ad Obſ.* 28. *lib.* 24. Paſchalius *lib.* 1. *Meth. cur.* 47. Borellius *C.* 2. *Obſ.* 88. Kircherus *lib.* 3. *de Magnet.* Kyperus *in Inſtitut. Phyſ.* & alii. Sed non adeò neceſſarium eſt, ut hircus juxta modum Helmontii, præciſè cornubus ſuſpendatur. Sanguis hic non ſolùm ex abſciſſis aut vulneratis genitalib⁹, uti vult Helmontius *Tr. ſextuplex. Digeſt.* ſed etiam è collo ſtillans, unà cum ſero ſuo, colligatur; qui juxta modum Ludovici *in Pharm. p.* 167. in VB. probè & citra combuſtionem, exſiccatus, præ aliis animalium ſanguinibus acidorum volatilium eſt deſtructivus. Hinc experimentum egregium eſt Helmontii contra pleuritidem & alias inflammationes, junctus imprimis cum dente hippopotami, apri, cinnabarinis, &c. vid. Helmontius *Tr. Pleura furens.* In caſu ab alto, vulneribus & contuſionibus ſanguinem grumoſum diſſolvit, & in aceto ſumptus potentiſſimè urinam pellit, imò & egregium ſudoriferum, atque hinc & ſecundariò diureticum eſt. Quidam eò contra calculum veſicæ ac renum utuntur, & inde quæque balſamum antipodagricum parant: Conferatur Gabelchoverus **im Würtenbergiſchen Artzeney-Buch**/ & Scaliger *Exerc.* 344. *num.* 8. qui dicit: ſanguinem hircinum in renibus ac veſica lapidem frangere, tàm verum eſſe, qnàm ſolem meridie lucere: hinc pro uſu lithontriptico hircus ſeu capra herbis antiſcorbuticis nutritur: Vid. Helmontius *loc. alleg.* Sic etiam areanum ſanguinis hircini contra calculum compoſitum videbitis in M. A. N. C. *Ann.* 6. *Append. p.* 128.

Dein deſtillatus ſanguis hirci, dat ſpiritum & oleum. Oleum hoc ſanguinis hirci in podagra, membris contractis & dolentibus egregiè prodeſt.

Caro hædina prodeſt in acuendo viſu.

Sevum hircinum uſitatiſſimum eſt in dyſenteriis, & tenesmo, ſi diſſolvatur in decocto vulnerario, & pro clyſtere injiciatur; ubi tàm conſolidativa, quàm anodyna vi confert; à ʒß ad ʒj. uſurpatur, nunc in aqua florum acaciæ, nunc in vehiculo aceti; ſic probè tecto ægro ſudorem fortiter prolicit. Nunquam oleum admiſcendum, alias nimis coagulatur. Quin & euporiſton inde contra ſtranguriam paratur, ſi recipiatur ſevum hircinum è candelis, hocque virga umbilicus inungatur, & ſtranguriam brevi ſedat: ſed hoc multos ſpe ſua fefellit; ſi verò addatur oleum deſtillatum corticum aurantiorum, magis juvabit.

Lac caprinum præ aliis lactis ſpeciebus turget ſero nitroſo & nitro volatiliori, indeque magis abſterſivum ac diureticum eſt, omnes vires in gradu eminentiori obtinet, quæ ſero lactis vaccini adſcribuntur. In ſpecie autem pro uſu antiſcorbutico & æſtu compeſcendo lac & ſerum lactis caprilli commendatur, uti & in cura podagræ, imprimis ſi capra nutriatur herbis articularibus, podagræ curæ deſtinatis; tunc enim mirè commendatur. Lac capræ paſtæ purgantibus, moderatè, & ſimul tamen egregiè, purgat infantes per nutricem, ſi propinetur nutrici. Omnibus præſtat lac capræ propter copiam ſeri & nitri volatilis; quoniam ſpirituoſum & agile eſt animal, & hinc purum dat lac, quod minus præ aliorum animalium lacte in ſe continet materiæ caſeoſæ.

Stercus rarioris uſus eſt; quia tamen nitroſius reliquis, hinc externè adhibitum vi reſolutiva, & tumorum duriorum diſcuſſiva valet; unde in podagra & œdemate cum urina ægri ſubactum, & inſtar cataplasmatis applicatum, egregiè juvat.

Urina hædi vi diuretica laudatur in calculo pellendo, eodemque præſervando, eaque calida adhibenda. Urinam hirci Hartmannus præfert omnibus aliis diureticis: Conferatur Helmontius *de Lith. C.* 7.

Veſica urinaria ad urinæ incontinentiam prodeſt certiſſimè.

Ungula capræ, vel etiam veſica, in olla concremata ſeu combuſta, & ex poſca ſumpta, medetur iis, qui noctu ſtragula permingunt, ſi aſſumatur ſub ingreſſum lecti: Horſtius *Diſp. lib.* 1. *pag.* 7.

CAPRA ALPINA ſeu RUPICAPRA.

Capreola ſeu Rupicapra, **die Gembſe**/ eſt ſpecies caprarum ſylveſtrium, quæ altiſſima montium adſcendunt ſine noxa.

Medicinalia quæ ſubminiſtrat, ſunt quidem illa plurima, ſed tamen rari uſus: e. g. ſanguis, quem Rochas *de Aquis mineral. l.* 1. in vertigine hauriendum commendat, hic locorum haberi non poteſt.

Ex animali ergò hoc, tanquam in his regionibus raro, nil niſi lapis ſic dictus in uſum medicum venit, quem in ventriculo continet,

Digitized by Google

net, propter quem animalia hæc imprimis venantur, & vocatur, Ægagropila; de qua videatur Georgius Hieronymus Velſchius, *Diſſert. de Ægagropilis.* In ventriculo nimirum ſecundo ipſius damæ hi lapilli generantur. Malè tamen ad lapides referuntur, cum baſis ſeu fundamentum eorum ſint ſaltem compages filamentorum, ac fibrarum, duriorum vegetabilium, quibus rupi capræ veſcuntur, in ſpecie doronici, quæ difficilis digeſtionis ſunt: circa quæ coagmentatur durior & viſcoſior chyli pars, & tandem beneficio fermenti coagulatur in lapillum; cujus ſignum eſt iſtud, quod reperiantur inſtar pellicularum conglobatarum, ita ut appareant ſimiles ceparum pelliculis, & una ſuper alteram appareat, ſicuti in cepis conſpicitur: Vid. Borellus *C.* 1. *Obſ.* 5. *p.* 10. Harderus *Apiar. Obſervat.* 14. *pag.* 57. & Sachſius *in Gammarologia.* Vocantur quibusdam Bezoar Germanicum; qua ratione enim generantur hi lapilli, eadem generantur lapilli in capris Indiæ. Et quidem omnes lapilli qui reperiuntur in animalibus, beneficio fermenti acidi volatilis coagulantur.

Differunt Ægagropilæ magnitudine imprimis: Odorem habent jucundum, & pondere ſunt leves. Habent ſuas virtutes ex duplici fonte: Virtutem præcipitantem & diaphoreticam ex ſale nitroſo; alexipharmacam à plantis, quibus veſcuntur.

Quoad vires ipſas, pilæ hæ vi ſudorifera pollent in pleuritide, variolis, & præ cæteris in partu difficili, fœtu & ſecundinis expellendis, ubi ad ʒj. exhibentur. D. Michaëlis in partu difficili Principiſſæ Altenburgenſis egregium inde effectum aliquoties obſervavit. Longè tamen præſtantior in partu difficili eſt lapis albeſcens in rupicapris ex peculiari capſula circa hepar extractus, extus albicans, intus albidior, è ſucco chyloſo concretus; cujus doſis gran. vj. Epilepſiæ quoq; medentur. In dyſenteria ſunt ſingulare remedium, cujus fluxum ſanguineum coërcent. In quartana conveniunt, ſi præmiſſis univerſalibus propinentur ante paroxyſmum; abſorbent enim acidum, & ſubſequente ſudore quartanam curant. In lipothymia & palpitatione cordis ex malo hypochondriaco; uti & in vertigine per conſenſum cum hypochondriaco malo, latet egregium remedium in hoc rupicapræ lapide: & dum eſt alexipharmacus, prodeſt in affectibus epidemicis.

Cæterum cum alia proſtent remedia magis familiaria ejusdem efficaciæ, propterea rarò adhibetur concrementum hocce.

CAPRI CERVA ORIENTALIS, à qua LAPIS BEZOAR ORIENTALIS.

Capri cerva ita dicitur, quoniam animal eſt inter capras cervasque quaſi medium; longiora & erecta gerit cornua, ac quædam earum pelle verſicolore, tygridum inſtar, indutæ ſint. Hæ tàm in India Orientali in provincia vicina Perſiæ, Ægypto & China, quàm Occidentali inveniuntur. Confer itur Marggravius.

In uſu præprimis eſt lapis ejus durus, variæ magnitudinis, ſplendidus foris & quaſi lævigatus, coloris utplurimùm atro-virentis, è plurimis lamellis ſibi invicem incumbentibus coagmentatus, qui linguâ Perſicâ vocatur Bezahar ſeu Bezoar, hoc eſt, venenis reſiſtens. Ad hujus imitationem & nos omnia remedia, quæ reſiſtunt venenis potenter, vocamus Bezoardica.

Lapis hic Bezoar invenitur in anteriori ſeu primo ventriculo, qui vocatur Omaſus, utut interdum, ſi ſit major, etiam in reliquis ventriculis reperiatur. Modus generandi eſt idem atque ſuperiùs dixi de Rupicapris.

Uſus eorum eſt decantatiſſimus, ejus tamen inſignes fallaciæ propter crebriora adulteria ſeu ſophiſticationes: & hinc eſt, quod ſæpiùs irrito uſu ſit præſcriptus lapis Bezoar, adeò ut Guarinonius, *in Conſ.* 216. dicat: ſe nunquam vidiſſe, quod lapis Bezoar aliquid laudati dignum præſtiterit. Imò Hildanus *C.* 6. *Obſ.* 89. dicit, quod frequenter uſurpatus maximè ſoleat nocere; & habet *Obſ.* 88. exemplum, quod ex intempeſtivo lapidis Bezoar uſu fuerit producta quartana & mors. Artificium ergò conſiſtit in eo, ut falſus à vero cognoſcatur & diſcernatur. Cæterum hoc eſt difficultatis maximæ in cognitione & electione: id quod clarè deducit Hildanus *C.* 4. *Obſ.* 24. Hinc Autor noſter octo bonitatis notas appoſuit, quibus & nona ex Philippo Balde *in Deſcript. Indiæ Orientalis* addi poſſet, quæ hæc eſt: Recipiatur lapis Bezoar, exactiſſimè ponderetur, poſt injiciatur in aquam ſimplicem per 24. horas, hinc exemptus ſi exactum rurſus pondus habeat, quod habuit, antequam erat injectus, genuinum dicunt; ſin verò pondere eſt auctus aut imminutus, ceu falſus eſt rejiciendus, cùm verus lapis adeò compactus & ſolidus ſit, ut humorem nullum imbibere queat: Contrarium docet Thevenot Voyage *P.* 2. *p.* 20. Plura de notis bonitatis videbitis apud Bauhinum *cap.* 26. Wormium, Cluſium & Bartholinum *in Actis Hafnienſ.*

Quoad virtutes lapidis Bezoar, longus in decantandis his eſt Zacutus Luſitanus *L.* 1. *Med. Princip. Hiſt.* 21. nec injuria, quatenus tanquam concretum alcalinum acida vitioſa lapillorum cancrorum inſtar abſorbent: de quo conferatur Bartholinus *l. a.* & Tachenius *Hipp. Chym. p.* 166. & in morbis venenatis, peſte, & febribus malignis, vi ſudorifera ſeu alexipharmaca ſingulari pollent, in

Digitized by Google

in quibus horum efficaciam commendat Hildanus *C.5. Obſ.29.* & Sennertus *in Paralipom. p.* 184. ſocians imprimis cum pulvere Pannonico rubeo, pulvere Bezoardico Sennerti aut Ludovici, antimonio diaphoretico & ſimilibus: Unde polychreſtus horum uſus eſt: ſicut & in ſyncope poſt purgationes nimias, in palpitatione cordis, & ubicunque vel acidum abſorbendum, vel acrimonia temperanda, vel humores reſolvendi ſunt. Teſtatur Zacutus Luſitanus, in melancholia hypochondriaca aliisque conducere, in debita tamen quantitate præſcribendus. Sed dubium eſt: an vi propria ſint alexipharmaci? an verò virtute ſuccorum vegetabilium aſſumptorum, qui unà corpus ejus conſtituunt; cum ultrà ſphæram Bezoardicorum non operentur, adeoq; ſolis in febribus malignis non fidendum ſit. Diemerbroeck *Tract. de Peſte pag.* 205. Bezoar optimum orientale ad ʒ ß. imò ʒjv. fruſtrà ſe adhibuiſſe teſtatur; ſicut & Crato *in Tract. de Peſte* cervinis & ♁ alibus poſtponit.

Utut ergò Bezoar valdè commendetur in pellendis venenis, nihilominus ejus uſus eſt rarus & ferè exoletus apud Anglos, & omnes ferè modernos, ut propter creberrimam adulterationem vel rarò vel nunquam utamur lapide Bezoar, quia inter mille apud nos vix unus genuinus reperitur: quod imprimis patet ex eo, quoniam longe copioſiores ſunt apud nos in Germania, & viliori etiam conſtant pretio, quam in ipſa India orientali, vicinaq; Perſia, utut ſuo loco natali; Imò magnatibus tantum dantur, & vix unus ad mercatores pervenit genuinus. Et licet omnes genuini ſint, non tamen omnes vim habebunt alexipharmacam & ſudoriferam, ſed iſti tantùm, uti rectè dicit Wormius *in Muſeo*, qui ex animalibus montanis deſumpti ſunt, & ex plantis ſalubribus victitant: ſicut vix datur cervorum damarumq; genus, in cujus ventriculo aliave parte interna non generentur tales lapides, qui tantum ex depaſcentia herbarum ſalubrium bezoardici fiunt, & pro lapide Bezoar venditantur; non omnes enim lapides Bezoar ſunt alexipharmaci, ſed ii tantum, quorum animalia veſcuntur herbis alexipharmacis; unde lapis Bezoar præſtantiſſimus habetur Perſicus, quoniam in Perſia contrayerva copioſè creſcit, quàm depaſcit, capricerva. Quoniam verò eſt nimis pretioſus, experientia etiam ejusdem effectus pauca eſt aut nulla, quoniam in tàm pauca & parva doſi, ad grana nempe v. vel vj. ad ſummum præſcribitur, ſub qua nihil operatur & rarò ſolus; de ejus vi ſpecifica parum vel nihil certi concludi poteſt. Conferatur Zwelfferus *in Append. ad Animadv. p.* 65. ſemper enim à ʒß. vel gr. xv. ad ʒj. vel ʒß. dari debet, teſte Williſio *Pharm. Rat. Volum. I. p.* 200. Propter nimiam tamen caritatem & adulterationem lapidum Bezoardicorum ſufficiat lapis Bezoar artificialis alexipharmacus, naturali ſimillimus, Cnœffelii, quem videbitis in M.A.N.C. *Ann. 6. Append. p.* 28. Nos utimur aliis Bezoardicis ſicut etiam Rulandus *in Tract. de Morbo Hung. p.* 147. apertè teſtatur, quod cornu cervi nobilius ſit lapide Bezoardico. Succedanei igitur loco nobis ſufficit calculus humanus, & lapis fellis bubuli, qui longè meliores ſunt Bezoar, & egregii in pellenda urina, ciendo ſudore, & vi alexipharmaca in curanda peſte: id quod de calculo humano expertum fuit modernorum Anglorum experientia in ultima peſte Londinenſi, ſicut & arbitror, quod lapides in noſtrorum animalium ventriculis reperti earundem futuri ſint virium.

Plura qui cupit, videat Philiberti Sarazeni *Epiſt. de Notis Bezoar*, Manlii *Epiſt. ad Cratonem*, Hyeble *Tr. de Lapide Bezoar*, Catelanum, Encelium *de Reb. metall. l. 3. C.* 49. Cluſium *in Exotic.* Bauhinum, qui integrum & exactiſſimum *Tractatum* habet de hoc lapide, Primeroſium *de Error. vulgi lib. 2. c. 36.* Zwelfferum *loc. all. p.* 17. & 65. ac *in Pharm. Reg.* Horſtium *in Diſp. pag.* 242. Guibertum *in Med. officioſo, Tractatulo de Peſte p.* 511. Wormium *in ſuo Muſeo*, item Hildanum *C. 5. Obſ. 29. C. 6. Obſ.* 89.

Quoniam ergo minus tutus eſt uſus lapidis Bezoar tàm Orientalis quàm Occidentalis, propterea rarò proſtant ex eo præparata. In Mynſichthi tamen *Armament. Chym. p.* 29. habetur Bezoar potabile, per reſolutionē & extractionem lapidis Bezoar; & *pag.* 34. proſtat magiſterium lapidis Bezoar.

CAPRI-CERVA OCCIDENTALIS.

De hac videatur Marggravius. Fractu eſt difficilior, minus ſplendens, ſuperficie ſcabra, & Orientali major, ita ut Bartholinus *in Ep.* 79. *Cent.* 2. ad 6' libras mercatorias, i.e. ℔ jx. ſe vidiſſe referat.

Quæ dixi de lapide Bezoar Orientali, de Occidentali quoque ſunt intelligenda. Obſervatum tamen eſt, quod lapis Bezoar Occidentalis in dupla doſi vix præſtet, quod Orientalis in ſimplici. Ut ergò tales præſtet effectus, lapis Bezoar Occidentalis in dupla doſi eſt præſcribendus. Negat tamen Grew Occidentalem Orientali eſſe ſubſtituendum, vid. Experiences *pag.* 114. qui itidem refert, quod Orientalis cum ~☽ebulliat, & ſolvatur, non autem ~☉li; id quod non fit in Occidentali; conf. *Act. Med. Hafn. Vol. 5. p.* 327.

Lapidem Bezoardicum artificialem parare docet Prævotius *Hort. Med. pag.* 33.

CAPREOLUS, CAPREA.

Capreoli & Capreolæ ſeu Capreæ forma ſatis

ſatis eſt incognita, de quo non memini, me aliquid legiſſe præſcriptum in ſpecie.

Virtutes, quas habet vel fel, vel ſtercus, vel coagulum, quoniam conveniunt cum felle, ſtercoribus, &c. aliorum animalium, non opus eſt, ut de hoc multa dicam.

CASTOR.

Caſtor, der Biber / eſt animal, amphibion, quod partim in aquis degit, partim in terra vivit.

Quoad caſtoris partes officinales, has inter ſe offerunt dentes, quos Autor noſter quidem omiſit. Conſtant ☉e volatili, gelatinâ temperato; unde acrimoniam temperant, & cum dente hippopotami ejusdem vires obtinent.

Axungia caſtoris in uſu quoque eſt, in affectibus cerebri, paralyſi, & inde orta atrophia, in tremore artuum, & ſimilibus, aliisque affectibus nervinis doloroſis, externè inuncta; hinc in convulſionibus quibuscunq;, colica, affectibus hyſtericis, & torminibus poſt partum laudatur, abdomini inuncta. Fel caſtoris ad ſtimulandam Venerem adhibetur.

Ipſum verò caſtoreum vulgò nihil aliud, quàm teſtes caſtoris eſſe creditur, quia pellicula continetur rugoſa: Sed falſiſſimum hoc eſt, & mera fabula; quia in fœmellis etiam reperitur: teſte Wepfero *Cicut. pag.* 129. Longè enim differunt à teſticulis hi folliculi ad inguina ſiti, in quibus peculiare genus cujusdam humoris pinguis & oleoſi colligitur. Caſtor nempe propè teſticulos habet certos folliculos hirſutos, cuti inſculptos, in quibus colligitur caſtoreum. Siti ſunt inter teſticulos & inter anum ſtatim ſub cute, in quibus eodem modo colligitur ac zibethum. Et quidem abundantius colligitur in maribus, parcius in fœmellis. Uterque folliculus membranâ propriâ eſt concluſus, & inter hos folliculos eminet pudendum, quod tamen nullo meatu ad hos tumores pertingit, adeò ut nihil commercii habeat cum membro genitali, vel cum teſticulis. Liquor in his folliculis contentus eſt oleoſus, pinguis & ſeroſus, fortiter penetrans, & ſale volatili aromatico imprægnatus, qui continuo ſtillat à caſtore ſæpiùs lingendus: Poſtmodum in folliculis condenſatus & exſiccatus friabilis redditur, & caſtoreum conſtituit, ad reſinam propius accedens, ſaporis acris & ferientis. Similis certè liquor non reperitur in regno animali. Per ductum autem appropriatum deducitur in folliculos, & per fermentationem partim ex ſudore, partim aliunde, transmutatur in talem liquorem, ſicque lympha craſſior alterata videtur.

Plura qui cupit, videre poteſt Aldrovandum, Wormium *in Muſéo l.* 3. *cap.* 23. *pag.* 320. Charras *de Compoſ. Theriac. c.* 70. *p.* 98. Chioccum *in Muſéo Calceol. Sect.* I. *p.* 93. Rondeletium *de Piſcibus*, Jonſtonium *in Hiſt. Animalium*, Ælianum & Bartholinum *C.* I. *Epiſt.* 9. *pag.* 27. & 28. Caſtellum *de Hyæna odorifera pag.* 49. *Obſ. Schraderi pag.* 212. *Anatomen Caſtoris Pariſienſis*, Pechlinus *de Aëris & Aliment. defectu p.* 73.

Vis ejus fundata eſt in ſale volatili admodum oleoſo, acri & penetrante, & ſenſus graviter afficiente. Unde imprimis ad affectus nervinos doloroſos & capitis multum valet, ubi ſenſuum hebetatio adeſt, ſpiritus enim animales torpidos excitat, indeque in lethargo, paralyſi, apoplexia, epilepſia & quibusvis affectibus convulſivis, tàm internis quàm externis, aphonia, vertigine caſtoreum frequentiſſimi & egregii uſus eſt, quocunque modo adhibitum, imò nobiliſſimum eſt remedium carminativum, & flatuum diſcuſſivum; unde in affectibus inteſtinorum & abdominis torminoſis & flatuoſis, inflatione ſtomachi, v. g. colica flatulenta, paſſionibus hyſtericis, ſuffocatione hypochondriaca, &c. ſacra anchora eſt, ſive externè appenſum, ſive internè propinatum, acidum in primis viis, præprimis ex pancreate, & quocunque in corpore humano corrigit, motusque convulſivos potenter ſiſtit & compeſcit. Ulterius in aurium tinnitu, aſthmate convulſivo, epilepſia uterina, aliisque morbis uteri, in ſpecie pro uſu pellendi fœtum & ſecundinas, ciendi menſes ſuppreſſos, & cum difficultate ac variis abdominis pathematis fluentes, ſiſtendi mulierum dolores poſt partum, & promovendis lochiis, aperto conſilio datur, & cum myrrha ſociatur. Miror interea, Zwelfferum *in Pharmacop. Reg. p.* 65. & 81. omnem uſum caſtorei in morbis uteri rejeciſſe: ſaltem rejicit ex præconcepta opinione, ut patet *loco allegato*; omnes tamen mulieres caſtoreum, uti alia fœtida & graveolentia, ferre non poſſunt. Porrò in affectibus ſomnolentis & ſoporoſis notum eſt, quod ſolum caſtoreum ſingulariter corrigat virulentiam opii, & ſomnolentiam ab opio inductam unde etiam in lethargo, comate, cataphora, caro & ſimilibus affectibus, ex gas liquorum fermentescentium ortis, nil meli° quàm caſtoreum, præmiſſo priùs vomitu, aut cum appropriatis purgantibus aſſumptum. In prædictis affectibus hinc cum ſcammonio ſæpè propinatur, ut alterando ſimul laxet: Vid. Zacutus Luſitanus *l.* I. *de Med. Princ. Hiſt.* 16. ac Foreſtus *l.* 10. *Obſerv.* 33. qui per pilulas cochias & caſtoreum ſoporoſum excitavit: Uti etiam Borellus *C.* I. *Obſ.* 52. quædam de caſtoreo ejusque facultatibus contra lethargum habet experimenta. In variolis & morbillis aliisque exanthematibus expellendis, imò præſervandis, caſtoreum ſingulare quid obtinet. Vermes enecat, teſte Zacuto Luſitano *Praxeos Admir.*

mir. Obſerv. 133. qui ad ℈j. ter in lacte cum euphoria propinavit. Præterea corrigit ellebori albi malignitatem & virulentiam, uti videri poteſt in Thoneri *Obſ.* 227. *pag.* 227.

Externè caſtoreum in aceto ſolutum, & cum ſpongia naribus applicatum, lethargicos excitat; uti etiam refocillat, qui ex vaporibus narcoticis, ex carbonibus, cellis cereviſiariis, vinariis vel ſimilibus, ſomnolenti ſunt. In paralyſi, affectibus abdominis torminoſis & flatuloſis, colica, v. g. paſſionibus hyſtericis, &c. frequentiſſimi uſus eſt, externè appenſum. Hinc etiam in affectibus apoplecticis, epilepticis, ubi graviter ſtimulantes revellentesque præſcribuntur clyſteres, iis addi ſolet: In tinnitu aurium, & ſimilibus affectibus aurium, egregium eſt bombaci involutum, & auribus applicatum, ii, qui caſtoreum ſecum geſtant, in aqua facilè ſuffocantur & ſubmerguntur, quod, utut mirum videatur, nihilominus experientiam adducit Bartholinus *Cent.* 2. *Hiſt.* 17.

Cautelam circa uſum caſtorei Hœchſtetterus inſinuare vult *Dec.* 4. *Caſ.* 2. *pag.* 369. Nempe ubi habitus biliоſus, humores attenuati & tenues, ſpiritus ſubtiles ac mobiles ipſius uſum vix convenire, benè autem in corporibus humidis & pituitoſis. Vix tamen univerſalem hic ponendam legem experientia docet.

Quoad præparata, proſtant in officinis aqua hirundinum cum caſtoreo, & aquæ vitæ mulierum cum caſtoreo, quæ medentur colicæ paſſioni, ut & paſſionibus hyſtericis: imprimis ſi epilepſia conjuncta ſit cum paſſione hyſterica, aut in epilepſia per conſenſum uteri, aqua hirundinum cum caſtoreo conducit.

Oleum caſtorei infuſum frequenti uſu uſurpatur in paralyſi & tremore artuum inunctione externa: ante paroxyſmum febrilem inungitur ſpinæ dorſi, in ſpecie in quartana, ad imminuendum rigorem febrilem.

Oleum caſtorei deſtillatum rarum, & propter empyreuma horridum eſt: quod ſi tamen non tàm per retortam, quàm potius per veſicam cum ſufficiente quantitate aquæ deſtilletur, habebitur oleum minus fœtidum & efficaciſſimum, quod in amiſſa loquela propter paralyſin linguæ inſtillatur non ſine fructu & ſucceſſu. Multi parant extractum; verùm ſic multum de ſubſtantia volatiliore exhalat. Medetur paſſionibus colicis & hyſtericis, in quibus commodè permiſcetur clyſteribus: ſicut etiam in clyſteribus ſtimulantibus & revellentibus pro affectibus apoplecticis & epilepticis præſcribi ſolet.

Frequentiùs autem ſub forma eſſentiæ adhibetur, quæ potenſ eſt remedium in omnibus prædictis affectibus nervinis, imprimis in cardialgia, colica convulſiva & paſſionibus hyſtericis. In apoplexia & epilepſia cum aqua liliorum convallium, vel aqua ſalviæ & ſimilibus ſolet præſcribi. Variolas tàm præſervat, quàm curat eſſentia caſtorei, expellendo malignitatem, & per diaphoreſin diſcutiendo, quando in morbis malignis acidum nervos irritat, ut in variolis cum epilepſia, doſis eſt ℈j. ad ʒß. vel ſola, vel cum aliis appropriatis. Eadem eſſentia & externè convenit in difficili auditu, tinnitu aurium, & murmuratione earum, ſimilibuſq; affectibus aurium, ubi à guttula j. ad ij. auribus prius purgatis, inſtilletur, vel cum bombace indatur: Idq; eo meliùs, ſi cum eſſentia caſtorei permiſceatur ſpiritus formicarum. Sic applicatur abdomini & umbilico in colica & paſſione hyſterica cum linteis. Partus tempore vix præſentius datur remedium, quam eſſentia caſtorei, quatenus fœtum promovet, & dolores poſt partum præcavet. Pariter & in aphonia frequentiùs confert, & egregium experimentum eſt in affectibus apoplecticis & ſimilibus. Fluorem album alterat, cum eſſentia ſuccini in ∇ hyſterica vel vino generoſo. Optimus eſſentiam hanc parandi modus eſt cum ſpiritu vini probè tartariſato, vel cum ℞ tartari ipſa, vel cum ſale tartari, vel ſpiritu vini, vel ſpiritu formicarum, vel alio quodam appropriato: Conferatur Ludovici *Pharm. pag.* 644 & 645. Acidis præparandum non eſt caſtoreum, qui ab acidis invertitur non nihil textura ejus ſalina volatilis oleoſa, & ita quaſi caſtratur. Pro affectibus nervinis etiam cum ſpiritu ſalis Ammoniaci vinoſo extrahi poteſt.

In Zwelfferi *Pharmacopœa Regia pag.* 67. proſtat eſſentia caſtorei compoſita, quam inter alia commendat ad expellendas variolas & exanthemata alia, & D. Langius *ex caſtoreo & aſa fœtida eſſentiam* parabat anodynam dictam, cum ſpiritu vini tartariſato aut ℞ tartari. Hanc propinabat non ſaltem in affectibus uterinis & hyſtericis, ſed ſpeciatim præſervandis variolis ac morbillis, & ne foveæ remanerent. Si verò tempeſtivè ante febrim adhiberi poſſet, variolas omninò præcavet: Præſente autem jam febre expellendæ ſunt, & demum adhibenda hæc eſſentia. Proſtat etiam in officinis ex caſtoreo, tanquam baſi, elixyr Uterinum Crollii; ad cujus imitationem elixyr extemporaneum ex eſſentia myrrhæ, galbano, ſuccino, caſtoreo, camphora, aliiſque parari poteſt.

Pellis caſtoris combuſta hæmorrhagiam ſiſtit.

CATUS DOMESTICUS.

Catus domeſticus animal eſt iracundum, & exinde in ira rabidum, venenoſum & virulentum: Vid. Kircherus *in Scrut. Peſt. p.* 206.

ubi

Digitized by Google

ubi habet exemplum de rabida fele interfecta, atque hoſpitibus in cœna appoſita, iisque exinde in furorem & rabiem actis: Imò quod halitus etiam ſanarum ſit venenatus, & diſponat ad phthiſin, tabem & atrophiam.

Rari autem uſus eſt catus domeſticus.

Mulo-Medici ſeu Veterinarii ex eo volunt præparare medicinam catholicam pro cura vaccarum, equorum, &c. hoc modo:

Felem vivam coquunt in aqua, donec caro ab oſſibus ſecedat: decoctum refrigeratum infundunt beſtiis ægrotantibus.

Axungia eſt imprimis in uſu medico contra epilepſiam, habita ſexus ratione: Vid. Schmuck *in Curat. Medico-magicis.* In cujus tamen defectu præfertur axungia cati ſylveſtris.

Aliàs felibus pro cura epilepſiæ tertiam caudæ partem abſcindunt, & ex illo erumpentes tres guttas ſanguinis propinant ægro calidas in aqua florum tiliæ, obſervato ſaltem ſexu: Vid. Hildesheim *in Spicileg. 7. pag.* 609. In eryſipelate feli vel cato nigro auricula vulneratur, atque exinde exſtillans cruor parti eryſipelaceæ inungitur ſuperimpoſito linteo ſicco, illico eryſipelas dicitur curare, aliàs eryſipelas recedere ſolet: Id quod teſtatur Lotichius *Obſ.* 97.

CATUS SYLVESTRIS.

Catus ſylveſtris frequentiùs in uſum venit medicum, cujus axungia efficaciſſimum dicitur remedium in colica, in cujus paroxyſmo graviori guttæ quædam liquefactæ, & umbilico inſtillatæ, egregiæ ſunt: ſexus tamen ratio habeatur, uti refert Hildesheim *Spicil. 7. pag.* 609. In epilepſia, præter ea, quæ habet Autor, pariter eſt certiſſimum remedium abdomini illita. Refert namque Brunnerus, quod ex felis ſylveſtris fœmella inuncta axungia umbilico fœminæ epilepſiam curet; ſin ex maſculo, maſculi: Et hoc confirmat Schmuck *in Curat. Magico-Magnet. pag.* 9. Tandem contra atrophiam axungia cati ſylveſtris reliquis pinguedinibus præfertur, externè illita, quoniam impedit, ne membra ulterius contabeſcant, ſed potiùs illorum nutritionem adjuvat.

CATUS ZIBETHINUS.

Catus Zibethinus, Ziebeth-Katze/ eſt animal peregrinum, in Inſula Ceylano; de cujus ſtatura & figura videantur rerum exoticarum orientalium Scriptores.

Animal hoc multum expoſtulatur, imprimis propter liquorem juxta teſticulos ſitum, qui dicitur zibethum; quod ipſum itidem non eſt ex teſticulis beſtiæ, ſed omninò ſunt diſtincti teſticuli à vaſculo zibethico. Nam veſicula zibethi eſt membrana vel folliculus membranaceus cuti intus impactus, hiſpidus & hirſutus, in medio habens rimam, ita ut primo aſpectu fœmineum genitale videatur: Et quidem ſita eſt inter teſtes & penem in maribus, ſic tamen, ut nullum habeat commercium cum membro & teſtibus: Intrinſecus continet cavitatem, cujus parietes glanduloſa ſubſtantia incruſtat, durior ipſis teſtibus; per quas glandulas tranſſudat iſtiusmodi liquor, qui per cochlear parvum, eximitur, & pro uſu ad nos transfertur.

Plura qui cupit, videat Jonſtonium *in uberrima hiſtoria Animalium* & *Caſtellum, de Hyæna Odorifera*; Bartholinum *Cent. 4. Hiſt. 1.* & *Cent. 5. Hiſtor. 49. Act. Soc. Reg. No.* 124.

Zibethum ipſum per ſe eſt liquor fœtidus, tantillum tamen adeò illitum fortem & ſuavem ſpirat odorem. Internè propter odoris fragrantiam in parva doſi ſolet miſceri ſpiritibus odoriferis, aquisque analepticis: De vi autem confortativâ multum adhuc digladiantur autores, & irrident illos, qui pro tali ſcopo adhibent: Nam propter iſtam odoris penetrantiam non ab omnibus æquè ferri poteſt. Mulieribus cum aliis odoriferis aromaticis & carminantibus, item cum caſtoreo, optimè intro propinari poteſt in paſſione hyſterica, utut ratò internè uſurpetur: Maribus verò umbilico illitum in colica convulſiva ſpecificum ſingulare fuit Paracelſi, qui vel ſolum, vel cum oleo nucis moſchatæ inunxit, tormina enim quæcunque abdominis, etiam cum oleo laurino mixta, inſigniter alleviat. Imò ſunt, qui ex zibetho, moſcho, oleo macis & ſimilibus remedium parant, quod mulieres hyſtericas diu à paroxyſmis præſervat, modò non nares nimium feriat; unde mulieribus, dum paſſionibus hyſtericis corripiuntur, zibethum inungunt vulvæ. Porrò externè etiam pro exercitiis Venereis roborandis cum oleo majoranæ vel ſpicæ, aliisque appropriatis laudatur. Imò ſunt, qui zibethum cum balſamo apoplectico glandi penis illitum pro fœcundatione laudant, præprimis iis, qui frigidioris ſunt naturæ. Zibetho ſi inungantur induſia, omnes fugantur pediculi: ſed unguentum pro tali uſu nimis eſt pretioſum. Vid. Staricii Helden-Schatz/ *p.* 122.

CERVUS.

Cervi hiſtoriam fuſè deſcribit Graba *in Elaphographia*, Georgius Agricola *de Uſu Cervi*, Caſpar Hoffmannus *in Paralipomenis*, & Wormius *in Muſéo*. Totus meritò alexipharmacus & diaphoreticus dicitur, & omnia ex eodem parata easdem virtutes alexipharmacas & ſudoriferas obtinent.

Specialiſſimè in uſu eſt cornu, quod reverà eſt concretum medium in animali & vegetabili regno ; nam eſt reverà truncus è cervo creſcens : Et perplacet eorum opinio, qui renovationem in cornibus cervinis inde fieri dicunt, quod plantis novellis utantur cervi pro victu. Curioſum nempe eſt, quod cervus non caſtratus quorannis nova generet cornua, atque tunc quando cornua ſunt dura & perfecta, cervus Veneri inhiare ſoleat ; contra in cervo caſtrato nunquam cornua decidere certum eſt, ſed ea perpetuò conſervat. Burrhus & alii mutationem cornuum ſingulis annis ex eo fieri dicunt, quod cervi ſerpentibus veſcantur, qui & ipſi exuvias deponere ſolent. Optimè autem hæc docet Rhedi *in Experim. circa res ex India allatas p.* 110. item Sachſius *Gammarol. p.* 182. & 462.

Cæterum cornua hæc ſunt vel tenella, quæ ſurculum arboreum referunt, cortice ſuo non nihil hirſuto veſtitum, ſuntque humidiuſcula & rore ſanguinolento reſperſa ; vel indurata, ubi adoleverint, quæ, ut arbores, aridæ fiunt, hinc ad perfectionem proventa, decidunt ſpontè. Unde ex ipſis cervis colligi debent, quando in ſummo perfectionis ſtatu ſunt, ſcilic. tempore verno, quando cervus recentibus plantis veſcitur, decidua, vel intra duos dies fœmineos, i. e. 15. Auguſti & Septembris : Tunc enim ſunt maturiora & ponderoſiora, interius magis compacta, dura & albicantia, ac ſpiritu & ſale volatili oleoque copioſiſſimo imprægnata ; quod etiam de ſpiritu dicitur : Efficacior enim ex talibus cornibus deſtillatur.

Quoad utendi modum, cornu cervi rarò crudum & ſaltem raſpatum aut pulveriſatum uſurpatur, quoniam eſt duriuſculum & difficilis digeſtionis, utut etiam interdum ſub tali uſu in mortario probè tritum propinari poſſit in affectibus, ubi acidum in primis viis obtundendum, & blanda diaphoreſi opus eſt : ſic reverà aliis dentibus vel cornibus, v. g. unicornu marino, aut ebori, æquipollet : imò debito tempore collectum, ab Horſtio *Diſpenſ. p.* 239. *Problem. p.* 9. ipſi lapidi Bezoar præfertur, & meritò : ſed ejus loco præparatum potiùs, & ita in molliorem conſiſtentiam redactum, uſurpatur.

Præparatur autem cornu cervi pro uſu alexipharmaco, ſudorifero & expulſivo veneni, nunc ſine igne, nunc cum igne.

Id quod cum igne præparatur, eſt cornu cervi uſtum, ſeu id quod remanet poſt deſtillationem ſpiritus olei & ſalis volatilis, & poſtmodum ad albedinem calcinatur. Eſt pura terra mortua, nullumque ampliùs habet uſum in ſcopo diaphoretico & alexipharmaco, niſi per accidens ſeu privativè, acida nempe quælibet primarum viarum potentiſſimè & avidiſſimè imbibendo, & ea inſipida reddendo aut alterando, atque ita activitatem ejus in alias corporis partes impediendo : utut

1. Mirè in diarrhœis & laxitate inteſtinorum humidũ abſorbendo adſtringat ; adeoq; in morbis acutis cum fluxibus alvi, hæmorrhagiis, vomitu, cholera, &c. commodiſſimè propinari poteſt : Vid. Horſtius *in Probl. Decur.* 1.
2. Ubi eſt acidum abundans in inteſtinis, poteſt propinari : nam & acidum, & varios hinc inde ſuccos acres, potenter abſorbet.
3. Ubi ſunt lumbrici in inteſtinis, poteſt propinari, quoniam illos pellit, præcipuè infantum.

D. Michaëlis cornu cervi cum antimonio, ana lævigatum in crucibulo calcinavit pro pulvere antidyſenterico : cujus compoſitionem videbitis in Hoffmanni *Clave Schrœder. lib.* 2. *C.* 77. Cornu cervi hoc cum antimonio calcinatum Hartmanno in frequenti uſu fuit in dyſenteria epidemica : addit ſimul aurum.

Eligatur potiùs pro uſu alexipharmaco cornu cervi ſine igne ſeu philoſophicè calcinatum, coquendo ſcilicet leviter cum aqua ſimplici vel appropriatis, donec molleſcat, & fiat friabile aliquantiſper ; vel ſuſpendendo fruſtula cornu cervi in alembicum, quando deſtillantur aquæ ex plantis, adeò ut adſcendens vapor penetret partes ſuſpenſas, & exinde fiant molles & friabiles. Utroq; modo extrahitur ex cornu cervi gluten roridum nutritivũ mucilaginoſum, quod levi frigore in gelatinam condenſatur. Hoc cornu cervi ita præparatum de ſale volatili & oleo quidem, ceu principiis activis ſub gelatinæ forma jacturam patitur, magnam tamen ſalis volatilis & olei partem adhuc retinet, ratione cujus à ℈j. ad ʒß. prodeſt ad temperandum acidum primarum viarum ; ſicut & egregium eſt diaphoreticum in morbis malignis, & elegans alexipharmacum, atque malignitatem expellit, ardores & æſtuationes nimias in corpore ſedat, junctum cum unicornu vero, & foſſili, ♆ ſigillata, lemnia, bolo Armena, ſuccino, coralliis, antimonio diaphoretico, camphora, ☉ibus volatilibus, & laudano opiato in refracta doſi. Atque hoc verum eſſe, patet ex eo, quod cornu cervi philoſophicè præparatum, ſi indatur retortæ, præbeat ſpiritum, ſal volatile, & oleum, utut non in tanta copia, ac ſi deſtilletur cornu cervi crudum. Adeoq; in morbis acutis, benignis & malignis, pro ſcopo alexipharmaco & expulſione ſudorifera, planè polychreſtum eſt remedium, meritò cornu cervi uſto præferendum : Videatur Helmontius *in Scriptis p.* 373. & Horſtius *in Diſpenſ. p.* 239. Hinc una cum aliis varii ex hoc pulveres

Digitized by Google

veres bezoardici & diaphoretici componuntur, e.g. Sennerti, Michaëlis, Ludovici, &c.

Magisteria cornu cervi per præcipitationem nil valent; calces enim sunt planè inertes. Istud quod per abstractionem cum spiritu nitri fit, tolerabilius est, ut ex spiritu nitri sal volatile nonnihil infractum sit; unde fit remedium salsum tertium, malignitatis non ineptum correctivum: de quo videatur Ludovici *Pharm. pag.* 294.

Gelatina coquendo elicita nihil aliud est, quàm ros ille nutritivus, quo cum nutritur, & quasi quinta essentia cervi, & alexipharmacæ æquè ac antifebriles vires in ea sunt reconditæ, si ejus ʒß. vel ʒvj. ad ʒj. in cerevisiæ vel potus ordinarii mensura dimidia aut integra dissolvatur, ita contra æstum & malignitatem febrium aliorumque morborum, & pro expulsione, optimum est cuporiston. Sed temperata magis est, magis analeptica, & temperando quæcunque acria in corpore, atque inde natas effervescentias sedando, caloris naturalis mitigativa; hinc in febribus continuis usitatius nihil est gelatina cornu cervi, tàm in Julebis alterantibus & alexipharmacis, quàm potu ordinario dosi largiori propinata. Nam ista gelatina est nihil aliud, quàm sal volatile concentratum à mucilagine spermatica. Prostat vel simplex, pro hecticis phthisicis, scopo expulsivo in variolis, purpura, febribus petechialibus; vel aceto destillato irrigata; vel succo citri acidulata, & ubi est ardor & ebullitio massæ sanguineæ nimia, est magis conveniens.

Ex gelatina cornu cervi paratur aliàs egregia essentia seu extractum cum spiritu sambuci aut juniperi per fermentationem ex baccis præparato; cui essentiæ si addatur postmodum sal proprium volatile cornu cervi, erit essentia elegantissima alexipharmaca & sudorifera.

Ulteriùs ex cornu cervi, spiritus volatilis destillatur; vel cum vel sine oleo. Cornu cervi per se destillatum ex retorta, dat primò phlegma spirituosum; deinde ☉ volatile; & tandem oleum empyreumaticum. (Ex ℔ viij. cornu cervi spiritus rectificati ℔ ij. eliciuntur) Remanet cornu cervi ustum instar carbonis nigrum, quod reiteratâ in vase aperto calcinatione ad albedinem redigendum.

Absque oleo destillatur cornu cervi per retortam cum nitro: nempe ex cornu cervi raspato, & cum duplo nitri permisto, per retortam destillatur, quemadmodum aliàs clysti destillari & parari solent. Prodit spiritus cum sale volatili parum verò admodum olei.

Alii non ineptè simul addunt partim ad odoris gratiam, partim ad meliorem pro genere nervoso appropriationem, succini albi debitam quantitatem, & appellatus spiritus cornu cervi succinatus. Dosis hujus spiritus per se rectificati ad movendum sudorem est ʒß. ad ʒij. Videtur hanc destillationem subinnuere Graba *in Elaphogr. pag.* 209. dum spiritum talem additione salis infernalis parare docet.

Quomodo ~ CC. rectificandus, docet Ludovici *Pharm. p.* 293. Aliàs usitatissimus est in cura febrium, ac morborum acutorum malignorum pro excitando sudore, non minus quàm in cura epilepsiæ. Penetrat totum corpus, vi alexipharmaca malignitatem corrigit, per sudorem eandem expellit, acida vitiosa corrigit, & pustulas, maculas, variolas, petechias, &c. expellit. Paucis, polychreston est remedium. Certè in incremento morborum malignorum nihil melius est.

Quidam sal volatile figere tentant beneficio acidorum, aceto, spiritu salis, &c. sed male agunt; quia acida vim ejus potius destruunt. Potiùs igitur per se usurpetur, cujus dosis est ℈ j. ad ʒ ß. Ratum est, quod refert Mœbius *Dissert. de Vomitoriis*, quod sal volatile cornu cervi ritè exhibitum præter sudorem etiam soleat vomitum ciere, de quo nullus alius aliquid monet.

Spiritus cornu cervi rectificatus, seu cum sale suo volatili probè imprægnatus, addito modico camphoræ, excellens est sudorifera rum in febribus & morbis malignis.

Pertinet huc imprimis liquor cornu cervi succinatus, qui elegantissima medicina est:

℞. ☉ *vol. succini* probè *rectif. aciduli*, C.C. optimè depur. ā. part. æqual.

Dissolvuntur in spiritu cornu cervi rectificato, aut essentificato, q. s. ad fortem saturationem. Cessante effervescentia hac destillentur & rectificentur; sic salia volatilia cum spiritu adscendunt, & liquorem hunc constituunt, pro usu admodum multiplici.

Ejusdem cum spiritu & sale volatili naturæ & essentiæ, sed quasi concentratæ, est oleum destillatum, quod à cornu cervi usto, vel etiam à sale tartari aliquoties rectificatum, fit aurei coloris, & cujus aliquot guttæ, vj. viij. vel x. ad xij. idem præstant, quod salis volatilis ℈j: sed simul ardorem corporis & æstus insignes concitat. In passionibus hystericis & colica convulsiva singulare est remedium: Nam hoc oleum nihil aliud est, quàm sal volatile cornu cervi concentratum; quod probatur ex eo, quod mediante sale tartari probè subactum & digestum, dimittat tandem spiritum urinosum volatilem, & sal volatile, de quo videatur Barnerus *in Prodr. Vindiciarum Lit. B.* Encheirises sunt observandæ hæ: Duplæ sumantur partes sal. tartari, ad p. j. olei; vel sumatur tantum salis tartari, donec mutuâ tritura in grumos quasi abeat. Factâ digestione diu-

Digitized by Google

turna deſtillentur per retortam vitream in arena, & prodibit liquor obſcurus: cui additur ſpiritus vini, & ita in phiola alta igne arenæ ſublimatur ☉ volatile.

Ulterius efficax poteſt fieri eſſentia cornu cervi; nempe oleum cornu cervi fœtidum, affuſa pauca aqua, rectificatur, donec aureum acquirat colorem: hinc oleum illud conjungitur cum ſale volatili proprio interventu ſpiritus vini, & ita eſſentiam conſtituit; nam ſal volatile, oleum & ſpiritus, nequeunt jungi, niſi interventu ſpiritus vini. Conferatur tackius *in Pharſi* 2. *pag.* 118.

Salis fixi nihil ex cervo obtineri poteſt.

Etiam præter cornu cervi maturum colliguntur tenella cornua cervi, quæ etiam vocantur typhæ cervinæ, item cornua cervina novella, die Hirſch-Kolben / quæ ſimiliter uſurpantur in uſu medico.

Deſtillata ſuggerunt aquam ſpirituoſam, paucum vel nullum ſal volatile: quod ſi verò putrefiant, ſal volatile facilè dant. Dicta aqua è typhis cornu cervi, eſt egregia contra palpitationem cordis, & egregium vehiculum pueris & infantibus, etiam adultis, pro remediis alexipharmacis in morbis & febribus malignis, & expellendis variolis & morbillis, item in epilepſiis, tàm per ſe, quàm aliis remediis appropriatis permiſta. Sic & puerperæ in purpura hac aqua utuntur feliciter; item in nimio fluxu lochiorum, dyſenteria & ſcorbuto, præparationem habet Autor.

Sequitur corium, quod dat cingulum pro mulieribus. An verò peculiare quid obtineat? diſputare nolo: ligaturam aliquid efficere credo. Burrhus tamen illud valde commendat contra podagram, ſi ex eo ritè præparato caligæ fiant; qui ipſe parari curabat veſtem ex corio cervino principi cuidam: nihilominus non credo, quod res ſucceſſerit feliciter. Schmuckius *in ſcriptis pag.* 29. partum certò promovere teſtatur lumbis applicatum.

Os de corde cervi nihil aliud eſt, quam tendines muſculorum cordis circa arteriæ magnæ exortum, qui ætate indurati, in ſubſtantiam cartilagineam, & tandem oſſeam degenerant: videatur Boyle *de Firmit. & Fluid. Sect.* 70. quod & in aliis animalibus videre eſt. Tale enim os non tantùm eſt in cervo, ſed etiam in bobus. Imo, teſtantibus anatomicis, in ſenioribus hominibus ſimilia oſſa in corde fuêre reperta; ſicut & ipſa arteria magna circa cor in cartilaginem mutata, obſervata fuit. Unde Plempius errat, qui oſſa hyoidea pro oſſibus cordis cervi venditat. Os hoc vulgò præ ceteris dicatum eſſe cordi putant: unde etiam confectionem alchermes ingreditur. Sunt tamen qui negant, contra abortum, tanquam ſpecificum, cum granis chermes, & cum convenienti vehiculo, mirè ſolet commendari; utut, præter lenem vim temperandi acidum parum valeat: vid. Crato *Tom.* 2. *Epiſt.* 160. & Chioccus *in Muſ. Calceolarii Sect.* 6. *pag.* 697. Quidam dicunt: quod propinatum doſi debita os cordis cervi puellæ laſcivæ, ſi ſuſpicio eſt imprægnationis, poſſe hoc pacto perveniri in certitudinem rei. Sed vana ſunt iſta ſingularia attributa, quæ huic oſſi adſcribuntur, nata ex præconcepta hypotheſi de cordis eminentia præ ceteris partibus, & de radice vitæ in corde fundata. Conf. Ludovici *in Pharmacia.*

Priapus cervi eſt multi uſus. Attendendum autem, ut configatur & transfodiatur cervus eo tempore, quo in coitu reperitur; ita enim maximi uſus eſt in ſtimulanda Venere in forma pulveris ad ʒj. aſſumptus cum ovo ſorbili & pauco vini generoſi, & multum confert ad ſtimulandam Venerem: teſte Solenandro, *Sect.* 4. *Conf.* 69. Dyſentericus verò uſus nullus eſt, dum hiat in venerem, ubi potius damnum infert: videatur Helmontius *Tract. Pleura Furens.* Alio verò tempore, quocunque etiam, ſi cervus transfoſſus fuerit, & priapus inde collectus, optimum & ſingulare euporiſton eſt contra dyſenteriam & pleuritidem; ſicuti dixi de priapo tauri ſeu bovis & ceti. Et quæ valent de his priapis, ea κατ' ἐξοχὴν dici poſſunt in cura dyſenteriæ & pleuritidis de hoc priapo cervi; ſive ſub pulvere aut raſura à ʒß. ad ʒj. in aqua appropriata, pro dyſentericis, & pleuriticis, addendo parum laudani opiati, aſſumatur; ſive recipiatur raſura hujus priapi, & coquatur, & decoctum exhibeatur ægro; aut decoctione inde paretur gelatina, expectando ſudorem: in quibus affectibus repetito uſu ſunt egregii, commodè etiam electuariis anti-dyſentericis raſura hæc additur. Præterea contra colicam paſſionem & affectus hyſtericos egregiè convenit confirmante Bartholino *Cent.* 6. *Hiſt.* 50. Externè priapus pulveriſatus, & cum vino teſtibus inunctus, ſingulariter ſtimulat Venerem, teſte Bartholino citato loco, concubitum etiam voluptuoſiorem excitat.

Teſticuli cervini optimi ſunt ad ſtimulandam Venerem, ſi à cervo ſub Veneris æſtu occiſo exſciſſi exſiccentur, & pulveriſati aſſerventur pro uſu.

Sanguis & viſcera ſanguinea, non ſecus ac cornua, vi diaphoretica quoque decantatiſſima ſunt: unde Hartmannus *in Praxi Chymiatr.* ſanguinem cervi, ☉ & ☽ in ariete exiſtentibus, pone aures extrahit, & linteaminibus excipit; quæ vino infundit, & ſudorem ſic provocat. Specificum dicitur contra propinata venena, dolores artuum, & alvum ſiſtendam: vid. Wormius *in muſeo l. c.*

Ex

Digitized by Google

Ex ſanguine cervi, vel ex aliis viſceribus ſanguineis, ſpiritus volatilis, & ſal volatile, deſtillari poſſunt, quæ in morbis malignis & epilepſia uſitatiſſimè adhibentur.

Oleum ſanguinis cervi commendatur in podagra.

Lachrymæ, quæ colliguntur circa oculorum angulos in cervo, fueruntq; ſordes concretæ circa angulos oculorum in iis, dicuntur lapis Bezoar Arabum, qui pro ſcopo alexipharmaco commendant; quod tamen falſum & fabuloſum eſt: vid. Ludovici *in Pharm.* nihil enim valent, & nullus eorum uſus eſt, quicquid etiam in hoc puncto aſſeratur à Zacuto Luſitano *lib. 5. Med. Princ. Hiſt. 29.*

Sevum cervinum optimum eſt in excoriationibus ſuperficialibus remedium conſolidans: vid. Mindererī **Krieges-Artzney** *pag. 54* In procidentia ani calidè inungatur, & blande intrudatur. Quin & contra intertriginem, uti & fiſſuras manuum & pedum ex frigore; penetrat enim admodum, & præ aliis pinguedinibus eſt reſolutivum, D. Neſter recepit guttam ſevi cervini unam, immiſit in urinam periculosè decumbentis; unde hanc habebat obſervationem: ſi gutta ſubſidebat in urina, deſperationem? ſi verò ſupernatabat, ſalutem futuram deprædicabat.

Aſtragulus in dyſenteria laudatur.

Lapis in corde, ventriculo, vel inteſtinis repertus, æquiparandus omninò, ſi non præferendus, lapidi Bezoar, & compoſitus eſt ex acido & alcali urinoſo, ita tamen, ut alcali prævaleat.

COCHLEA.

Cochleæ teſtaceæ imprimis in uſu ſunt & quidem majores, quæ juxta vites reperiuntur, uti & eæ, quæ dicuntur limaces, **die rothe Wege-Schnecken**/ quæ ſunt ſine teſtis.

Uſurpantur vel totæ, vel ejus partes.

Limaces, & omnes cochleæ valde commendabantur pro hectica & phthiſi, modò ritè ſtomacho digerantur; ſuggerunt enim gelatinam, copioſo ſale volatili admodum temperato, quale habetur in plantis refrigerantibus, imprægnatam. Unde præparatæ ad eſum, imprimis ſi antè nutriantur cum ſaccharo, egregium nutrimentum pro partium ſpermaticarum ſeu nervearum ſuſtentatione ſuggerunt, adeoque ad febres hecticas, ardores corporis lentè emaciantes, & inde natas atrophias, non incommodè uſurpari poſſunt. Ita Itali cujusdam ſingulare remedium fuêre, qui exhibuit limaces montanos hoc modo præparatos: per aliquot dies non paſcebantur, ſed tantum ſaccharo & farina ſatiebantur duobus vel tribus diebus, poſtea in aqua & pauco aceto coquebantur leniter, poſtmodum verò jure optimo gallinæ vel arietis. Hac ratione præpatati & propinati egregiè conveniunt in hectica; humectant enim bonumque ſanguinem generant, nec ſunt difficilis adeo digeſtionis. Sic Amatus Luſitanus *C. 3. Cur. 53.* curavit quendam hecticum per cibum pullorum gallinarum, teſtudinibus nemoralibus ſaginatorum, unà cum potu lactis aſinini. Conf. Riverius *C. 1. Obſ. 92.*

Externè podagram, & ſimiles dolores, ab acido obortos, curant & ſiſtunt, propterea quoniam ſale volatili alcalico occulto conſtant; ratione cujus abſorbet acidum podagricum. Limaces enim, ſeu cochleæ contuſæ, ſuggerunt ſuccum aquoſum, nonnihil viſcidum, qui ſimillimus eſt ſpermati ranarum, in receſſu habens alcali temperatum; adeo ut in affectibus podagricis & eryſipelaceis egregiè conveniat. Cum teſtis contuſæ, & in conſiſtentiam cataplasmatis redactæ, atque parti tumenti impoſitæ, ſpeciatim proſunt in reſolvendis & diſcutiendis tumoribus aquoſis & ſeroſis. Petrus à caſtro tanquam ſecretum in aſcite commendat, abdomini impoſitum. Præterea etiam in aliis hydropis ſpeciebus particularibus, egregiè conveniunt; imprimis ſi iis contuſis inſpergatur pulvis ſimi caprilli, & addatur ſemen carvi; ſic enim cataplaſma fortius reſolvens evadit. Imo coſmeticæ ſunt, ſi liquor ex cochleis contuſis ſale tartari conſperſis paretur.

Limaces vivi appoſiti proſunt ad procidentiam ani, in nimio tumore ac ardore hæmorrhoidum.

Sunt porrò, qui ex ipſis cochleis benè prius ablutis per balneū Mariæ deſtillant phlegma ſeu aquam pro uſu diuretico, ut & coſmetico in vitiis cutis, manuum & faciei, videatur Tachenius *in Hippocrate Chymico.*

Liquor tamen per deliquium meritò aquæ deſtillatæ præfertur, tam ſecundum Autoris manuductionem ex cochleis contuſis & ſale communi, vel meliùs cum ſale tartari conſperſis in loco frigidiuſculo, ubi in liquorem egregiè coſmeticum defluunt, quàm ſimpliciter ex cochleis vel limacibus acubus pertuſis ſponte ſua effluens: uterque liquor ſale volatili alcali temperato, i. e. minus oleoſo, imprægnatus eſt; ratione cujus in ardoribus & doloribus, ex acido viſcido oriundis, in ſpecie in podagra, egregiè anodynum & refrigerans eſt egregium remedium.

Teſtæ cochleaceæ congeneres ſunt teſtis cancrorum fluviatilium, hinc uſus pariter diureticus eſt. Unde adeo decantatæ ſunt in cura hydropiſeos per urinam curando. Uſurpandi

pandi modus eſt, ut tantum exſiccentur & pulveriſentur. Tempore hyberno opercula habent, quo ſe contra hyemem defendunt; hæc benè abluta, & pulveriſata, pariter per urinam curant hydropem, ſi ſingulis manè & veſpertino tempore ſumantur in convenienti vehiculo, quantum curelli cuſpis capit. Alii recipiunt dicta opercula, reſolvunt in ſpiritu ſalis, per abſtractionem menſtrui coagulant, & per deliquium fluere faciunt. Talis liquor diureticus egregius eſt in hydrope. Loco ſpiritus ſalis in vino acidulo, vel aceto, ſolvantur, & idem erit.

E.

ELEPHAS.

OFficinis nil ſuggerit niſi dentes, ebur dictos, qui ex maxillis prodeunt, & foras prominent: interdum ſunt ingentis ſatis magnitudinis, adeo ut in India Orientali, & in regione magni Mogol, inveniantur, ut in utroque poſſit inſidere homo ſine gravatione & moleſtia Elephantis.

Ebur hoc pro more dentium firmioris & compactioris eſt conſiſtentiæ, & ſale volatili magis concentrato imprægnatum. In medicina eſt magni uſus, vix autem nobilius eſt cornu cervi noſtrate; imò ferè inferius, minus de virtute alexipharmaca obtinens, utut ſtructura ſua ferè coincidat; unde & omnia remedia, quæ ex cornu cervi parari poſſunt, inde habentur. Præ oſſibus dentes, & ſpeciatim ebur, acriora & magis corroſiva acida potentius imbibere, ab iſtis excitatas effervescentias compeſcere, phlogoſes vagas reprimere, ſpeciatim poſt iræ ex candeſcentiam varia metuenda mala præcavere, item contra abortum præſervativè convenire, & fluorem album nonnihil reprimere ſolet.

Eodem modo tractari poteſt ac cornu cervi, eadem quoque producta ſuggerit: imprimis præparatur tàm ſine igne ſeu philoſophicè, quàm cum igne. Præ ceteris tamen uſitatiſſimum eſt ebur philoſophicè præparatum pro ſcopo temperandi acidum oberrans in corpore humano, & compeſcendi phlogoſes ac febriles ebullitiones eminet; dumque ebullitiones febriles ſiſtit, valde commendatur in febribus ardentibus, item malignis, propinatum nunc ſolitariè, nunc cum antimonialibus diaphoreticis, nunc cum coralliatis abſorbentibus, nunc cum ſalinis abſtergentibus, nunc cum aliis valde roborare dicitur hepar, ſeu convenire in maſſæ ſanguineæ deficiente craſi corrigenda, & hinc cum hepatico rubro Dreſdenſium, aliisque remediis hepaticis miſcetur. Beato D. Michaëlis in uſu erat pulvis epaticus compoſitus, qui conſtabat ex ana eboris ſine igne, & epatici rubri: quem frequenter uſurpabat poſt potum nimiū, item in phlogoſi varia ſcorbuticorū, anorexia &c. Ratione acidi, quod compeſcit, commendari ſolet in fluxu mulierū albo, ſicuti alias eſt remedium, quod valde convenit mulieribus: imprimis commendatur iis, quæ acido abundant: ſpecialiſſimè autem illud contra abortum laudant quidam, in quo præcavendo vel ſolum cum magiſterio coralliorum, præparato cum ſucco citri, frequens adhibetur, imprimis ubi is metuendus eſt ob ſymptomata abdominis: præterea in lumbricis ſolet propinari infantibus, ubi uſus non eſt fruſtranei. In paſſionibus hyſtericis datum ebur ſine igne cum appropriatis eſt utile remedium. Contra iracundiam tandem valet, quod tamen & cornu cervi ſine igne quoque competit. Doſis eſt à ℈j. ad ʒß. vel ℈ij.

Ebur uſtum eſt terra mortua, omni virtute & efficacia activa ſpoliata, unde uſus interni eſt nullius, aut rarioris; vulgariter in officinis dicitur ſpodium ex ebore, ad differentiam ſpodii mineralis. Adhibetur externè in collyriis, & in exſiccandis vulneribus.

Spiritus qui ex ebore deſtillatur, mitior eſt ſpiritu C.C. jugulam Elephantis epilepticam pronuntiat Velſchius *Hecatoſt.* 1. *p.* 94.

EQUUS.

In lingua pulli recens editi reperitur caro rubicunda glanduloſa, coagulum ſeu Hippomanes dicta, ſpithamæ longitudine, quæ & eximenda, antequam aërem hauriat pullus, alias devorat illam: ex qua parte carnoſa ſiccata & pulveriſata præparant quidam ſingularem medicinam pro epilepticis, & quidem ex mare pro maſculo, ex fœmina pro fœmella. Autor noſter cœliacis & dyſentericis commendat.

Lac equinum præprimis commendatur in phthiſi & atrophia.

Stercus equi recens, imprimis ex mare non caſtrato, internè non tantum in ſanguine compeſcendo adhibetur, ſi ſuccus ex ſtercore exprimatur, ſed etiam præterea ad colicam convulſivam, paſſionem hyſtericam, pleuritidem, icterum, morbillos, & variolas egregium eſt remedium, utut multis nauſeoſum. Unde etiam ſunt, qui dicunt, quod ex hoc ſtercore ſit paratus ſyrupus divi Lutheri, qui eſt ſingularis in colica, in hyſterica paſſione, idem ejus uſus eſt, & vix habetur præſentaneum magis remedium contra coliam, quàm ſtercus equinum. Angli illud dicto modo præparatum, ceu euporiſton uſitatiſſimum, adhibent in pleuritide, quam curat per ſudorem, ſi mox in principio ejus adhibeatur. Quod autem de pleuritide dicitur; de omnibus inflammationibus partium internarum eſt intelligendum: nec vulgaris eſt uſus in angina idem ſtercus, quod imprimis convenit, ſi ſit paſtum

Digitized by Google

ſtum animal avena: ab hoc ipſo enim obtinet virtutem diſcuſſivam & per ſudorem curat: In peſte laudatur à *du Hamel de Affect. Corpor. pag.* 321. In variolis uſus obtinet, ut infantibus æquè ac adultis infundatur nodulus ſtercoris equini in cereviſiam vel potum ordinarium, ut eruptio variolarum promoveatur, & fauces ab iis defendantur, idque efficit propter vim nitroſam volatilem: hinc in ictero flavo pro correctione bilis nimia pinguedine, & actuenda eadem admodum commendatur, In ſtranguria notum eſt remedium, quod ſubitò etiam externè contumaciſſimam curat.

Externè adhibetur in hæmorrhagiis, ſi ex illo fiat cataplaſma cum aceto, & applicetur parti, ubi effluit ſanguis: Alii volunt, quod ſtercus equinum ſiccetur, ſiccatum pulveriſetur, & pulveriſatum adſpergatur ſanguini effluenti; ſic enim inſtar pulveris ſympathetici ſanguinem ſiſtere dicunt. Valdè confert in diſcutienda Inflammatione faucium vel partium oris.

Poſt ſtercus eſt ſudor, qui quidem non ſolet adhiberi; nihilominus ſi poterur à muliere prægnante cum vino, fœtum ejicere, & abortum producere ſolet. Equorum ſudores noctu lucere, videbitis in Borelli *Obſ. Cent.* I. *Obſ.* 3. *pag.* 6.

Lichenes equorum ſunt ingentes iſtæ verrucæ, quæ adnaſcuntur pedibus equorum, & quas interdum dejiciunt ſuâ ſponte in ſtabulis. Hi multum commendantur in curanda paſſione hyſterica ſub forma pulveris. Aliqui etiam horum raſuram comendant ad quemcunque ferè morſum. Externè inſtar ſuffitus recipiatur in vulvam; hoc ipſo enim mirè paſſiones hyſtericas compeſci aſſerunt.

Pulveriſati & naribus inflati hæmorrhagias ſiſtunt: vid. *du* Hamel *de Affect. Corpor. pag.* 317.

Eſſentia etiam horum lichenum valdoperè convenit in curanda paſſione hyſterica, qualem præparare docet *Agricola Comm. in Poppium pag.* 896. ſicut & Hartmannus & Crollius extractum lichenum ad idem malum adhibere ſolent.

Sequuntur teſtes equini per caſtrationem exempti. Hi prius diſcindantur, & poſt temperato igne exſiccati cum eſſentia myrrhæ irrorentur, ut diutius durent: ſic pulveriſati mirè commendantur in compeſcenda colica, & eorum uſum hinc rectè commendat Zacutus Luſitanus, Fonſeca *in Conſ.* 89. *lib.* I. aliique. Doſis ʒß. ad ʒij. l. ʒj. Propinatur pulvis, vel ſolus, vel cum ſemine aniſi, vel cum priapo tauri aut cervi, Zwelfferi certè experimentum fuit, pulverem horum cum aqua florum liliorum alborum ad pellendum partum difficilem, fœtum mortuum, ſecundinam, lochia, & ſi quid in partu, vel poſt partum remanſit in utero.

Conf. Gesnerum *lib.* I. *Epiſtolarum pag.* 27. item Fonſecam *in Conſult.* 89. Horatium Augenium, *P.* I. *lib.* 7. *Epiſt.* 8. *Henr. ab* Heer *Obſ.* 14.

Ungula equi eſt etiam officinalis contra paſſiones hyſtericas, & exinde parant extractum pro uſu interno. Partes iſtæ ungulæ equinæ, quæ abſcinduntur, quando nova imponenda eſt ſolea, pulveriſatæ & exſiccatæ, ad ʒj. aſſumptæ, valde conveniunt in diarrhœa & dyſenteria, uti affirmat Agerius *in Tr. de dyſent. pag.* 26. & eadem ungula frixa cum butyro & aſſumpta, fuit ſecretum Helmontii in cura dyſenteriæ. Obſervetur autem, quod non debeat deſumi ex equo laſciviente, aliàs magis erit nociva quam proficua: Suffitus ejus genitalibus exceptus menſes retentos & fœtum mortuum promovet. In peſte quoque commendari ſolet.

Res mira eſt, quod ſoleæ equinæ ex ferro, quo alius fuit interfectus, fabricatæ equos reddant celeres curſu, & capiſtrum ex eodem ferro eosdem, utut ferocientes, admodum placidos ac tractabiles efficiat.

Saliva equorum ſpumeſcentium recens detracta & cum oleo roſarum vel amygdalarum amararum ſubacta, in aurium tinnitu, earumque doloribus, nec non verrucis delendis, commendatur.

Hippolithus, uti ſtructura, ita & uſu coincidit cum lopide Bezoar occidentali, M. A. N. C. *Ann.* 3. *Obſ.* 246. *Ann.* 4. & 5. *Obſerv.* 167. *pag.* 215. *ſeqq.*

EQUUS MARINUS.

Equus marinus, qui vocatur hippopotamus, potiùs autem & genuino vocabulo Roſmarus, Germanicis **Wallroß** / dictus, à modernis tantum eſt inventus, cujus varias qualitates & facultates videbitis in Chiocci *Muſeo Calceolarii Sect.* 6. *pag.* 694. Muſeo Wormii, & Martens **Spitzbergiſche Reiſe-Beſchreibung.**

Ex hoc hippopotamo imprimis uſitati ſunt dentes magni; quorum unus, qui utroque latere oris reperitur, eminet in maxillis, qui deorſum verſus reflectitur, reliquis omnibus ſurſum vergentibus. Hic dens præparatus eſt ſpecifica medicina contra quaſcunque hæmorrhagias aſſumptus, quod præter Minderum *in Medic. Milit. pag.* 169. confirmat etiam experientia D. Michaëlis, qui pulveris horum dentium fœminam, deſperato fluxu hæmorrhoidum gravatam, unica doſi ab eo liberavit. In terrore etiam, & contra alterariones corporis à terrore inductas, propinari ſolet, ne noceat. Nempe pro more

Digitized by Google

aliorum hujusmodi concretorum potenter vitiosa acida absorbet, & hinc mille natis malis confert. Prætereà quoque ad morbos convulsivos quoscunque, expertus est, unde etiam quidam annulos exinde fabricari faciunt ex hoc dente, quos digitis vel manuum vel pedum applicant contra spasmum, imprimis flatulentum.

Priapus hippopotami, osseus ferè est, & rotundus, crassus, ponderosus, crassissimus verò propè glandem. Hic, ejusque imprimis officulum, pellit calculum & promovet partum & secundinas. Pars hujus anterior mollis pulverisata curat stranguriam.

Conf. Bartholini *Cent.* 2. *Hist. anat.* 43. *& in C.* 3. *Epistolarum ejus pag.* 290.

ERINACEUS.

Distinctas habet vires pro ratione præparationis. Erinaceus coctus & comestus, vel ejus decoctum in jusculo usurpatum, diureticum egregium constituit, & hinc in cachexia & in hydrope convenit: vid. *Act. Med. Haffn. vol.* I. *p.* 49.

Hujus epar cum felle, contra epilepsiam laudatur.

Erinaceus calcinatus seu combustus dat cinerem, qui contra mictum involuntarium egregium specificum est, sive stragula permingantur à dormientibus, sive vigilantibus. Frequenti & experto etiam in usu fuit D. Michaëlis, cui medicus quidam tetulit, quod per viginti annos fuerit affectus mictu involuntario, tandem tamen assumpto pulvere erinacei combusti à ℈ j. ad ʒ j. curatus.

Talem pulverem habet Bartholetus *in Encyclop. pag.* 164 qui pulveris erinacei combusti partes iij. miscet cum gutturis galli calcinati parte j. & propinat.

Axungiam erinacei contra hernias commendat Autor, & rectè. In enterocele enim & omphalocele lumbis inungitur, ut ejus medio facilius reponantur, & quasi retrahantur intestina, atque etiam melius firmentur, sive sola, sive mista cum axungia ursina. Linimentum etiam contra epilepsiam infantum ex hujus pinguedinis partibus jv. & olei sem. ricini majoris expressi parte j. fieri solet.

HOMO.

In genere lectorem remissum volo ad Helvetii *diribitorium*, & Beckeri *Medicum microcosmicum*, ubi tractat de homine, omniaque medicamenta, quæ ex illo vel spagyrico, vel Galenico, vel alio modo, possunt præparari, accuratè explicat. Totum autem hominis corpus in usum medicum ferè trahitur; quamvis enim nefas ducant alii, ex corpore humano remedia parare, ludicrum tamen hoc esse Beckerus & Helvetius dudum ostendêre.

Partes humanæ, quæ ex homine, sive interfecto sive vivo, desumuntur, sunt primo loco halitus: de quo notandum, quod ex illo possint fieri Crystalli, quas multum commendat Bartholetus per instrumentum vitreum, cujus forma videri potest in *Tractatu de Dispn. pag.* 391. & Mayowius *Tract. de Chirurg. Infusor. pag.* 275. Item in hominis anhelitu sulphur seu oleum inflammabile habet Borrichius *de ortu & Progr. Chym. p.* 9. Idem halitus, imprimis hominis jejuni, ad sistendam ophthalmiam, & discutiendas oculorum inflammationes, prodest, referente Burrho *in Epist. ad Bartholinum*; item ad clarificandos oculos infantum, si nutrix jejuna manè masticet semen fœniculi, & post masticationem exhalet halitum in oculos infantis.

Capilli sunt vegetabile quoddam, naturæ tamen quodammodo corneæ, poris gaudent instar avium pennarum; sunt concavi, quidam rotundi, quidam triangulares, vel alia forma præditi: vid. Plempius *Fundam. Medicinæ & de Capillor. & unguium Vitiis cap.* I. Sengwerdus *Exercit. Physiol.* 8. Duplices sunt: aut congeniti, ut in capite, palpebris, & superciliis; aut post geniti, ut in mento & pube.

Pro usu medico usurpantur pulverisati & destillati. Pili pulverisati singulares dicuntur in sistendis narium hæmorrhagiis, observante Heinrico ab Heer *lib.* I. *Obs.* 5. Notum etiam est, quod mulieribus in paroxysmo hysterico & epileptico soleant vellicari pili pubis, ut citius ad se redeant.

Capilli per se ex retorta destillati dant phlegma, spiritum urinosum, sal volatile, & oleum admodum copiosum; & hoc de omnibus animalium pilis intelligendum. Spiritum cum melle mixtum, & capiti illitum, ad crines augendos commendat *le* Febure *in Chym. P.* 2. *l.* 2. *cap.* 8. *p.* 182. Oleum destillatum ad generandos capillos in alopecia multum laudatur, si loco calvo illinatur: videatur Heinricus ab Heer. Lichenes certissimè extirpare cum saccharo ♄ ni mixtum, habet le Febure *l. a.* Beneficio capillorum solutorum in spiritu nitri vult Glauberus extrahere animam nitri.

Ungues in usu sunt vomitorio. Modus utendi prostat in Autore: In pulvere scilicet assumpti, vel infusi in vinum, potentissimè vomitum & fœcessus movent, quod experimentum est castrense extemporaneum celeberrimi in Polonia medici Cnoeffelii; videatur Heinricus ab Heer. *Obs.* 29. & Helvetius *in diribitorio* 110. quam vim purgandi exserere

Digitized by Google

ſerere dicuntur, imprimis in ſero hydropicorum, v.g.

℞. *Raſur. angv. hum.* ʒj. infundatur in *Vini Rhen.* ℔ j.

digeratur, & raſura ferè tota in mucilaginem diſſolvitur: filtraturæ addatur ℣ ʒj.

Et de vino hoc emetico gij. ad ʒß. propinata fortiter ſupra & infra operatur. Plura videbitis in Beckeri *Med. Microcoſmico pag.* 14. *ſeqq.*

Multæ etiam inſtituuntur curationes magico-magneticæ naturales per ungues, imprimis, ad curandas febres chronicas. Modum habet Autor, qui videri poteſt. Exemplum videbitis in M. A. N. C. *An.* 3. *Obſ.* 89. Inſtituuntur quoque curæ transplantatoriæ pro viribus recuperandis per ungues: ſic Marcus Marci *in Philoſophia Veterum Reſtit.* refert, quod ſegmenta unguium in quercum perforatam immiſſa & concluſa, podagram & curent & præſervent.

Saliva jejuni hominis ſpiritu acidulo ſalſo quaſi Ammoniacali turget, ratione cujus vulnera mundificat & ſingularem vim diſcutiendi & reſolvendi tumores habet, coſmetica eſt, & contra ſerpigines, lichenes, jejunè illita, imo contra maculas à variolis relictas valet: unde etiam granum hordei maſticatum & ſaliva humectatum, ſi imponatur hordeolo in oculo, ſolet curare idem, ratione ſalivæ maturantis, aperientis, & diſcutientis. Vulgus contra vulnera à viperis aliisque animalibus illita utitur, in quibus etiam laudat Zacutus Luſitanus *lib.* 5. *Praxeos Hiſt.* 32.

Aurium ſordes ſeu cerumina, ſunt mucus quidam viſcoſus, flavus, amarus, & inſtar medullæ oſſium inflammabilis, quo meatus auditorius & membrana tympani oblinuntur. Ab Ariſtotele bilis quædam ſpecies ſtatuitur, ex arteriolis cerebri ad auriculæ alvearium transſudans: quod refutat Placentinus *de Aurium ſtruct. cap.* 16. & [illegible] Neoterici verò, in ſpecie Charleton *Pathol. Exerc.* 19. & Molinettus *Diſſert. Anatomico Pathol. cap.* 9. pro excremento tertiæ coctionis partium illarum, ex quibus auditus organon præprimis cartilagineum componitur, habent.

Contra colicam ſpecificè valent, in potu aſſumpta, & vulnerarium conſtituunt ſingulare & egregium, vel ſola, vel cum ſulphuris balſamo vel de Peru illita vulneribus, in ſpecie nervorum recentibus punctim læſis. Eſt ſecretum Helmontii, uti videri poteſt *Tract. Alimenta Tartari Inſontia pag.* 252. §. 24. quod etiam ab aliis uſu confirmatum fuit. Fit etiam balſamum vulnerarium ex cerumine hoc, ſi coquatur cum oleo juglandium expreſſo, quod valde commendatur in cura vulnerum recentium. Agricola *in Chirurg.* parva habet unguentum, quod prædicat efficaciſſimum, quo mirabilia brevi tempore in inflammationibus, ſinoviis & ſuppurationibu præſtitit. Compoſitio hæc eſt:

℞. *Cerum. aur.* ziij.
Sacch. ♄ *ni* ʒij.
℥ *expr. avellan. q. ſ. M.*

quod ſi debeat eſſe conſiſtentiæ craſſioris, ſuper ignem inſpiſſari poteſt.

De ſudore curioſa ſunt, quæ habet Helvetius loco citato *p.* 118. quod linteum ſani hominis ſudore madefactum vulneribus impoſitum, his balſamum mumialem ſanandi inferat: dum contrà morientium ſudor linteo exceptus non tantum hæmorrhoides dolentes & tumentes diſcutiat, ſed & excreſcentias p. n. deleat.

Lac humanum cum aliis lactis ſpeciebus convenit, maximè tamen appropriatum eſt hominibus alimentum. In uſu eſt ſpeciatim phthiſicis, héćticis & emaciatis, imprimis quidem, ſi æger ipſemet exſugat mammas fœminæ, cujus felicem experientiam præmiſſis præmittendis obſervavit B. D. Michaëlis: ſicuti quoque refert Foreſtus *lib.* 4. *Obſ.* 19. In ſpecie Venereum & contra impotentiam laudatur; unde pro fortificandis viribus in Venereo actu, hauriatur. Sicut & Ludovici *in Pharm.* obſervavit, lacticinia à Venere imprimis & vini ingurgitatione maceſcentes & tuſſientes juvenes quandoque reſtituiſſe. Pariter ad ſomnum conciliandum extrinſecus fit epithema ex lacte muliebri cum ſemine papaveris, quod inſtar emulſionis vel etiam cataplaſmatis fronti ac temporibus applicatur. Ad ruborem faciei commendat le Feburе *l. a. p.* 183.

Sanguis menſtruus, ſeu zenith juvenculaarum à Paracelſo dictum, multa & mirabilia habet recondita, non ſemper revelanda, in ſpecie primus virginis impollutæ: figmenta tamen de eo relinquo, ut autem in ſanis ſanus per ſe, ſic in vitiatis vitiatus eſt: hic verò ab œconomia vitali proſcribitur, & cadaveris indolem induit.

Quæritur in ſpecie: an ſanguis menſtruus tuto internè propinari poſſit? affirmatur. Recipiatur ſanguis menſtruus, excipiatur linteo: linteum probè tinctum exſiccetur, & ſub uſu cum aceto ſcillitico, vel vino Rhenano extrahatur è linteo ℟, quod internè commodè epilepticis, & ad promovendum menſtruum fluxum propinari poteſt. Conf. M. A. N. C. *Anno* 9. & 10. *Obſ.* 35. *p.* 101. Guttas ejus iij. in cochleari vino aſſumptas mox menſes producere dicit Helvetius loco citato; cui tamen contrarium aſſerere videtur Helmontius *Tract. Lunare Tributum*, prope finem *pag. m.* 735. Externè induſium alterius recens menſtruatum & geſtatum laudat Hoffmannus *in Clave l.* 5. *Sect.* 1. *p.* 662. Linteum

Digitized by Google

cruore menſtruo tinctum & exſiccatum, hinc denuo humectatum, & eryſipelati applicatum, omniq; parti doloroſæ, evaneſcere facit tumorem & dolorem: in ſpecie verò pedi podagrici applicatum, mirum juvat. Quin imo febris tertiana curata eſt beneficio hujus menſtrualis linteï collo tantum appenſi. In morphæa ſanguinem menſtruum virginis vel alius juvenculæ boni habitus, tanquam ſpecificum laudat Hartmannus *Pr. Chym. p.* 215. In affectibus ab incantationib⁹ & veneficiis oriundis multa præſtat ſanguis menſtruus; nam & ipſe ad veneficia adhibetur, & ſunt puellæ ac mulieres, quæ beneficio ſui menſtrui philtra ſua parant. Tale exemplũ videmus in Borello *C.* 1. *Obſ.* 65. Hoc ipſo ſanguine primitus erumpente impenetrabilitatem ab armis etiam ſibi quidam volunt conciliare. In delendo quoq; incendio adhibetur: ſed exinde mulierem, cujus eſt ſanguis, non parum cruciari, ſunt qui aſſerunt.

Secundina humana ſequitur, quæ dum hoſpitium hominis amplius eſſe nequit, plurimis morbis depellendis conducit: in hac enim multa latitant arcana, adeo ut chymici quidam celeberrimi noſtro tempore panaceam exinde voluerint parare unde non eſt fruſtraneum, quando omnia ferè bruta mox à partu ſecundinas ſuas egreſſas avidè devorent: quod ipſum naturæ peculiari inſtinctu peculiarem ad uſum negari non poteſt: & hanc ſecundinam ab equis devoratam fuiſſe, Veterum Hippomanes, qui, hoc ipſo multa præſtitiſſe in veneficiis & philtris, ſunt, qui ſtatuerunt: ſecundinæ igitur à matre prodeuntes vel concremandæ, vel in aquam abjiciendæ: ſi enim putreſcunt, aut easdem minus profundè defoſſas animalia viva devoraverint, & fœtui & matri gravia ſymptomata conciliant.

Quoad uſum medicum, miram vim habet in epilepſia: Conf. *du Hamel de Affect. Corpor. pag.* 444. ſecundinis pellendis, in doloribus poſt partum, in fœtu mortuo ejiciendo, in abortu cauſando, & in partu difficili, quin etiam in philtris proficuus admodum ejus habetur uſus.

Utendi modus eſt vel in forma pulveris, vel ſpiritus vel aquæ deſtillatæ ſpirituoſæ pulvis fit, ſi ſecundinæ minutim conciſæ blandè exſiccentur & pulveriſentur, quod tamen citra jacturam partium volatilium haud facilè fit, unde ſecundinæ inciſæ potius balnei calore deſtillentur ad ſiccitatem, hinc remanens ſubſtantia pulveriſetur, remotis membranis: pulvis oleo deſtillato caryophyllorum, aliove ſimili, imbuatur, ut conſervetur à corruptione; rarò tamen ultra annum conſervari poteſt, quin tandem vermiculos generet. Doſis ʒß. ad ʒij. in prætatis affectibus.

In forma liquida:

℞. *Secundinæ mulieris ſanæ unacum reliquis in partu prodeuntibus*;

Quæ inciſa in cucurbita vitrea capaci probè clauſa, in loco leniter calido ad putreſcendum reponatur; ita enim tota ſecundina convertitur & reſolvitur in liquorem aqueum perfectè limpidum, limpidus hic liquor horrendum fœtorem habet, nullum tamen vermem generat, ad annum autem dimidium ferè debent ſtare in digeſtione. Hic in balneo Mariæ ſi deſtilletur, dat phlegma & ſpiritum urinoſum volatilem; phlegma abjicitur, ſpiritus verò eſt rariſſimi & prodigioſi effectus, in morbis mulierum, & ad ʒß. promptiſſimè pellit fœtum, ciet urinam, & menſes. In philtris curandis pulvis & ſpiritus ſecundinæ *mirabilia* faciunt.

In epilepſia, tam juniorum, quam adultorum, pulvis & ſpiritus dictus mirabilis eſt, adeo ut & contra epilepſiam hæreditariam commendetur, quo ſpiritu ab epilepſia curatus dicitur Rex Poloniæ à ſuo medico aulico Cnoeffelio. Eodem etiam multæ mulieres ſanitati reſtitutæ ſunt, quæ per 6. annos nihil per menſtrua excreverunt. Mediante hoc ſpiritu D. Michaëlis paravit eſſentiam è vegetabilibus contra partum. Aquâ ex putrefacta ſecundina ſi humectetur linteum, & injiciatur in incendium, mox hoc compeſcere dicitur. A Feburе *in Chym. p.* 184. inter coſmetica refertur.

Alii hoc modo procedunt:

℞. *Secundinam primiparæ*;

Conciſam deſtillant per alembicum, & quod prodit, cohobant ſepties à capite mortuo.

Curata fuit hoc ipſo mulier, quæ 12. annos epilepſia laboravit, propinatur ante paroxyſmum. Sunt etiam qui anodynum antipodagricum ex ſecundina faciunt. Secundina per 6. menſes in cella aſſervatur, ſic reſolvitur in liquorem; qui externè applicatus, omnes dolores podagricos illico lenit.

Maculas maternas cruentis adhuc ſecundinis tangendo & lavando curare ſolent: vid. Septalius in animadverſionibus: quod idem etiam facit, ſi ſanguis, qui cum ſecundina prodit, illinatur, & abſtergit mirificè maculas in ſcabie etiam volatica; videatur Agricolæ *Comment. in Popp. cap. de Saturno pag.* 289. *& Praxis Chymiatrica* Hartmanni.

Urina nunc cruda nunc præparata in uſu eſt. De urina cruda notum eſt, quod conveniat in veneno viperarum arcendo: teſte Zacuto Luſitano *lib.* 3. *Praxeos admirandæ, & in ſpecie in Obſ.* 94. Potus urinæ propriæ laudatur, in præſervanda & curanda peſte. In cura icteri, hydropis, cachexiæ & ſimilium affectuum, ex ſanguinis craſi ortorum, in ſpecie quidem in ſcirrhis lienis, multum valet. Mariti urina hauſta à mulieribus

Digitized by Google

ribus parturientibus partum facilitat, vi[de] le Febure *l.c.p.* 186. In tympanitide ⊡, in qua cocta ſemina dauci, fœniculi, cumini, &c. & pota, valdè conducit.

Externè urina in ſe eſt egregium anodynum, doloribus partium nervoſarum applicata. In podagra pediluvia inde parata ſummum levamen adferunt. Imò Cosmetica eſt, ſi ſcabioſi ſe lavent urina; hinc & maculæ poſt variolas & morbillos illa laventur, ut citius evaneſcant. In fiſſuris quoque manuum, labiorum & pedum à frigore conducit. Exulcerationes aurium ſanat, mundificat vulnera & ulcera, & contra gangrænam ſtercore vaccino & urina humana nil meliùs. In clyſmatibus quoque egria eſt, imprimis pueri impoluti, ſi in flatulentis copioſis abdominis & tympanitide nec non in hydrope, applicetur, uti videri poteſt Valleriola *lib.* 1. *Obſ.* 2. vel etiam in Sennerto *lib.* 3. *Prax. p.* 734. Plura Conradus *in Medulla deſtillatoria*, tractat *de Effectibus variis urinæ Lib.* 1. *Tract.* 4. Quicquid tamen præſtat, hoc imprimis ratione ſalis volatilis abundantis, & in ſapore ſalſo prædominantis, perficit, ratione cujus etiam refrigerare dicitur, & æſtuationes ſiſtit; hinc præſtans eſt contra inflammationes epithema ſequens:

℞. ▽ *Comm.* ℔ viij.
⊡ *hum.* ℔ ij.
✝ ℥ jv. vel v.

Invicem coquantur in olla vitreata (quia in vitrificatione ſemper ſtannum additur) parum ceruſſæ vel nihili addendo, ad medicatis abſumptionem.

Tandem urina recens excreta vim habet magneticam in cura morborum magica, propter conſenſum mumialem ex toto. Modi ſunt varii; celebriores duo ſunt:

1. Quando in una urina ægri ter ebullit lardum, vel potius caro porcina; hæc verò poſtmodùm cani eſurienti vel porco, unà cum juſculo, propinatur: Vid. Paracelſus; ſicut & mediante hac transplantatione dolores podagricos nuper hic Lipſiæ curatos novi.
2. Quando ovum in urina ægri coquitur, poſt nonnihil apertum in acervum formicarum ſepelitur; ſic, hoc abſumpto, atrophia laborantes, & mariti per incantationem faſcinati, curantur: Vid. Hartmannus *in Praxi Chymiatrica*, & Boylo *in Phil. experimentali, pag.* 153. & 324.

Sic & ex urina ægri cum farina placentulæ formantur, & cani pro transplantatione morborum deglutiendæ afferuntur: Fabri cujusdam miniſter hic Lipſiæ in urinæ podagrici carnem ſuillam coquebat, quam cani devorandam dabat; unde podagræ paroxyſmus ceſſabat. Plura de curationibus magneticis cum ⊡ habet Bartholinus *in Hiſt. Anat. C.* 3. *Hiſt.* 66. Marcus Marci *in Philoſophia vet. Reſtit.* Helmontius & Williſius *in Pharmac. Ration. p.* 2. *Sect.* 2.

Quoad præparata ejus, deſtillatur inde ſal volatile, & ſpiritus urinoſus, qui imprimis duplici ratione paratur:

1. Per ſimplicem deſtillationem, vel
2. Per prævium fermentationem, aut putrefactionem. In utroque caſu prodit ſpiritus volatilis urinoſus, valdoperè penetrans, & nihil eſt aliud, quàm ſal volatile ſalſum urinæ.

Primo modo prodit phlegma, quod etiam aliàs plurimi per crudam ad craſſitiem mellis coctionem ſeparant. Deinde ſal volatile ſalſum & ſpiritus, obtinetur; qui, ſi non perfectè alcalinus ſit, ſuper calce viva rectificetur. Quibus verò ſuſpecta eſt calx viva, ſuper cineres vel ſalem tartari rectificationem inſtituere poterunt, & ſpiritum & ſal volatile urinæ habebunt purè urinoſum. Quidam ſpiritum urinæ mediante calce viva, ſine tamen igne, deſtillant ſequenti modo: Cucurbitæ immittunt calcis vixæ ſ. q. cui ſuperfundunt Urinam vel recentem, vel ad tertiam partem lentè evaporatam: mox imponunt alembicũ cum receptaculo, & ſic ſubtilem & volatilem urinæ ſpiritum brevi tempore acquirunt. Melius deſtillatio hæc per retortam inſtitui poteſt. Curioſum eſt, quod hoc modo primo loco ſpiritus prodeat; idque cum hac differentia; quod ſpiritus urinæ hoc modo paratus, cum ſpiritu vini miſtus eundem non ſoleat coagulare in offam albam, quod tamen aliis urinæ ſpiritibus commune eſt; quod oſtendit: Vel mutari certo modo à calce viva texturam ſalis & ſpiritus urinæ; vel ex ipſa etiam calce viva aliquam ſubſtantiam volatilem exſurgere ſimul. Spiritus hic urinæ hoc modo cum ſpiritu vini deſtillatus mirè fit volatilis, & mirè penetrans.

Modus Autoris per putrefactionem melior eſt, ubi ſpiritus & ſal volatile mox primo loco ante phlegma & oleum prodit, & volatiliſſimus eſt: Quatenus in quavis putrefactione plus minus perfecta reſolvitur textura & miſtio urinæ, acidum infringitur & enervatur, & attenuatur oleum; unde alcali volatilis emerſio & exaltatio fit, quod quotidiana rerum putreſcentium confirmat obſervatio, & ſic ſpiritus & ſal volatile mox primò prodeunt, rectificetur per phiolam ex arena, ſic partim acquiritur ſal volatile, partim ſpiritus. De utraque præparatione, videatur Autor, Zwelfferus *in Append. ad Animadverſ. p.* 72. item Williſius *Pharm. Rat. Vol.* 1. *p.* 160. Conf. etiam Glauberus *Part.* 2. *p.* 133. qui ſpiritum urinæ in copia per fermentationem ſuper fimum equinum parare docet.

Digitized by Google

Coagulat ſpiritus urinæ ſpiritum [illegible] in offam albam; oleum autem in ſaponem liquidiorem coagulat. Sicut enim alcalia fixa cum oleis vegetabilium expreſſis conſtituunt ſaponem; ſic hic ſpiritus urinæ per fermentationem paratus pariter coagulat olea deſtillata, quatenus ſal volatile urinæ ſe unit cum ſale volatili, quod eſt in oleo. Conf. Barnerus *Tract. ſpiritus vini abſque acido*: item Wedelius *in Pharm. p.* 202. Boyle *in Hiſt. Fluid. & Firmit. pag.* 101. & 102. qui tamen errat, dum ſpiritum urinæ ſine fermentatione paratum ſpiritum vini non coagulare aſſerit.

Si autem deſtillata urina eſt hoc modo, remanet ingens copia ſalis fixi in capite mortuo cum aqua elixiviandum. Hoc autem non eſt de natura urinoſa, ſed inſtar ſalis communis, nempe ſal ſaſſum; & additione argillæ vel beli part. iij. ſi deſtilletur, dat ſpiritum acidum, ſimilem ſpiritui ſalis communis, quod alias nulla faciunt ſalia fixa; ſicque reverà nihil eſt aliud, quàm ſal commune eſculentum, quod cum alimentis ſumitur, quodq́, ſua antiqua forma partim cum urina, partim cum fecibus alvi prodit. Unde obiter moneo, quod ii, qui faciunt nitrum in locis, ubi exponitur ſtercus & urina hominum ex terra tali ſale impregnata, neceſſe habent, ut refinent nitrum à ſale fixo eſculento, quod aſſumptum cum ſtercore & urina denuò excernitur, quod in nitri generatione ex ſtercoribus adhuc eſt fixum, ideoque ſeparandum, quoniam illud reddit impurum.

Ex urina humana, ad conſiſtentiam mellis aut ſyrupi ſpiſſioris ſeu extracti mollioris inſpiſſata & putrefacta, hinc cum duplo vel triplo arenæ permiſta, ſucceſſivis aperti ignis gradibus uſque ad ſummum ejus rigorem deſtillata, reperitur in ſummitate retortæ materia, cæteris prioribus ponderoſior, quæ eſt phoſphorus aut nocticula aërea.

Commodiſſimè ſpiritus urinæ paratur ex ſale Ammoniaco, quod nihil aliud eſt, quàm alcali urinæ ab acido fixatum: ſi enim ſali Ammoniaco debita additur alcali fixi portio, & ex retorta vitrea ambo deſtillentur blando calore, alcali fixum conjungit ſe cum acido figente, & ſal urinæ albiſſimum, quia fugax eſt & volatile, dimidiæ horæ ſpatio alembicum petit: Vid. Tacchenius *Morbor. princ. pag.* 174. & Wedelius *Pharm. pag.* 23.

Quoad uſum, phlegma urinæ in ulceribus aurium eſt egregium: ſi eſt debilius, aliquid de ſpiritu urinæ addendum:

Spiritus & ſal volatile urinæ eſt medicina excellentiſſima, corrigit & deſtruit quodcunque acidum in corpore humano, potens eſt ſudoriferum, penetrat viſcidum, incidit, & meatus obſtructos reſerat, urinam & calculum pellit, & in iſchuria vitio renum egregius eſt; unde quidam ſpiritum urinæ à ſilicibus nigris calcinatis aliquoties cohobando ſpiritum cœruleum acquirunt, & in iſchuria à calculo maximè laudant; qui tamen effectus omnis à ſolo ſpiritu urinæ eſt. Prætereà convenit in omnibus inflammationibus, quatenus vi ſudorifera alcalina ſanguinem diſſolvit ejuſque circulum reſtituit. Catholica febrium intermittentium eſt medicina ante paroxyſmum præmiſſis univerſalibus. In ſcorbuto & malo hypochondriaco eſt ſpecificum remedium, imprimis ſi miſceatur cum ſpiritu cochleariæ per fermentationem parato. In cachexia virginum, præmiſſo vomitorio, eſt expertus; unde & tympanitico & hydropico inſervire poteſt. In ſpecie ſolent ſpiritum urinæ commendare in podagra, ſimilibusque morbis, qui dicuntur tartarei: unde etiam hic ſpiritus ſpecificum eſt antiquartium, & dicitur propterea ſpiritus antiquartius D. Michaëlis, dum à tali tartarea materia, ut audit Paracelſo ortam quartanam curat. In epilepſia, morbisque ſoporoſis, potenter ſuccurrit. Externè anodynum eſt contra dolores colicos, & quoscunque aliós ab acido vitioſo oriundos. Epilepticos, morbisque ſoporoſis obnoxios, potenter excitat, naribus applicatus. Ut taceam uſum in operationibus metallicis pro penetrandis & eliciendis metallorum ℞is.

Ex urina & vitriolo deſtillatur ſpiritus efficaciſſimus volatilis, qui contra epilepſiam, albuginem & cataractam oculorum eſt egregius. Spiritus ☉is Ammoniaci à *vitriolo* Martis cohobatus fermentationis abolitæ tàm ſtomachi, quàm maſſæ ſanguineæ, dicitur reſtaurator.

Sunt, qui recipiunt urinam, eamq́; *inſpiſſant* in conſiſtentiam mellagineam, huic addunt raſuram cornu cervi & ſuccini, & deſtillant per retortam in arena, prodiq́; ſic ſpiritus compoſitus admodum urinoſus, adhærente lateribus recipientis ſale copioſo volatili, ex his tribus ſubſtantiis exactè concreto.

Pertinet huc lapis animalis, ſeu Mercurialis, paratus ex ſpiritu vini & ſpiritu urinæ, ſe ipſum multiplicativus: Conferatur Becke *in Experim. pag.* 329. item Digbii Außerleſene *Recept. Vol.* 2. *pag.* 405.

Stercus humanum ſequitur, quod vocatur à Paracelſo ſulphur occidentale, idque non immeritò: dicit namque Glauberus *de Natura ſalium pag.* 455. quod in ſtercore humano ſit ſulphur, omninò ſimile ſulphuri communi minerali. Subjectum eſt oleoſum, & hinc anodynum; unde ſingulares obtinet uſus in medicina. Ut taceam uſum internum alexipharmacum in cura morſus animalium venenatorum ac rabidorum: de quo vid. Zacutus

Digitized by Google

cutus Luſitanus *lib.*3. *Prax. Admir. Obſ.* 89. Matthiolus *Comm. in Dioſc. l.*2. *c.*73. Riverius *in Obſ. communicat.* 38. & *morbor. infrequent.* Napellus in ſuo loco natali eſt venenatus; unde ſi aſſumatur, nullo alio remedio curari poteſt, quàm ſtercore humano, quod vel recens vel aridum debet aſſumi in liquore. In peſte curanda & præſervanda ſingularium eſt virtutum ad magnitudinem, avellanæ matutino tempore aſſumptum. In uſu externo pro tumoribus & inflammationibus quibuscunque emolliendis, ſuppurandis æquè ac maturandis etiam doloroſiſſimis, item pro ardore temperando, nil melius cataplasmate ex ſtercore humano, vel ipſo ſtercore calidè ſuperimpoſito: Idque in tumoribus tàm benignis, quàm malignis. Conferatur Helvetius *in Dirihitor. p.*112. & 158. Sic in carbunculis & bubonibus peſtilentialibus egregium remedium eſt ſtercus proprium adhibitum. Item recens impoſitum parti ex podagra dolenti valdè imminuit dolorem. Temperat acidum in inflammationibus, & cum alii capitibus morſibus venenatis impoſitum certum levamen adfert. Sic etiam Saar *in Itinerario*, in den Oſt-Indiſchen Kriegs-Dienſten / refert, quod in India Orientali reperiatur ſerpens, cujus morſus ſit venenatiſſimus, ut exinde homo ſauciatus, niſi intra 8. horarum ſpatium ſtercus proprium poſſit imponi, moriatur. Ulteriùs ſphaceloſa loca & membra reſtituit, & ab ulteriore progreſſu conſervat: Conf. Beccherus *Phyſ. ſubterran. lib.* 1. *pag.*314. Commendatur etiam ad curationem morborum Magico-Magneticam, vid. Zacutus Luſitanus & Schmuckius *Theſ.* 1. *pag.*3. *in Proœmio*: Tenzelius *in Medic. diaſt. pag.* 70. & 74. In veneficio arcendo notum eſt, quod ſtercus humanum ſit magni uſus, ſi ſcilicet parti dolenti ex veneficio applicetur ſtercus humanum, vel ſolum vel cum allio, vel aſa fœtida; ſic enim fit, ut illi, qui perpetravit veneficium, ſapiant omnia ſtercus humanum & allium, adeò ut neceſſum habeat ſolvere veneficium. Alii ſtercus proprium impoſitum, ubi aliquandiu jacuerit, in veſica iſtud ſuſpendunt, & ita veneficam veneficium ſolvere cogunt.

Si per retortam deſtilletur prodit aqua & oleum fœtidum.

Aqua ſale volatili oleoſo nonnihil imprægnata, internè, præter vim diureticam, ad calculum, hydropem & epilepſiam conducit: Imprimis curat morſus canis rabidi: Externè eadem valdè convenit in affectibus oculorum, imprimis quidem, ſi ſit ſtercus humanũ ejus, qui veſcitur tantummodo pane, & bibit ſolummodo vinum. Ferdinandus *in Hiſtor. Mirab.*25. laudat collyrium ad ſuffuſionem incipientem ex aqua ſtercoris humani deſtillata, in qua fel muſtelæ piſcis miſtum eſt: Paronychias quoque, cancros, carbunculos & inflammationes externo uſu ſanat.

Oleum in vulneribus & ulceribus cancroſis & cavis fiſtuloſis mammarum, & in ipſo cancro exulcerato, ſummum eſt remedium. Sic pariter convenit doloribus & abſceſſibus ab incantatione ortis.

Ex ſtercore hoc humano Paracelſus vult præparare ambram vel zibethum occidentale. Notum enim eſt, quod moſchus recens, ſi non ſufficienter oleat, à mercatoribus in latrinis ſuſpendatur, ſicque odor ejus intendatur; vel cum urina humana ſubigatur: Vid. Boyle *in Philoſophia experiment. P.*2. Pari ratione ſtercori, ſi affundatur aquæ quantitas ſufficiens, miſceatur in pultem ſpiſſiorem, ponatur in balneo Mariæ vel balneo vaporoſo, beneficio diuturnæ digeſtionis & fermentationis fœtor exibit, & ſuavem ſpirabit odorẽ inſtar ambræ vel moſchi: Vid. Hoffmannus *Clave Pharm. Schræder. l.*2. *c.*75. *p.*106. & 107. quod ipſum etiam fit beneficio reiteratæ ſublimationis; ſic enim fit elegans pulvis Cyprius, inſpergendus capillis. Nihilominus Roſencreuzerus *in Aſtronom. infer. p.*257. dicit: Quod zibethum humanum ſit pinguedo, quæ reperitur circa teſtes maris, quæ ſi illinatur parti genitali mulieris, fœmina attrahat fœtum, & præcaveatur abortus.

De genitura nihil dico, utut Paracelſus ex inde parare voluerit ſuum homuncionem.

Succedit jam ſanguis humanus, qui recens contra epilepſiam hauritur, & colligitur ex homine vivo, eoque ſano. Pro epileptico autem uſu colligatur ex homine violenta morte interempto, imprimis decollato, quod inculcat Lindanus, cum alius ſanguis vix talem efficaciam habeat. Sunt tamen, qui ſanguinem cervi humano præferunt, potiſſimum, ſi vitæ prolongandæ gratia exhibeatur. Si guttæ aliquot ſanguinis exſtillantis internè propinentur, ceſſat hæmorrhagia. In ſcabie laudatur ab Hartmanno *in Praxi Chymiatrica.*

Notum enim eſt, quod ſanguini inſit vis ſympathetica, dum adſpergitur pulveri ſympathetico: item ſi linteum, ſanguine ex utero vel naribus, &c. madidum injiciatur in ignem, fit, ut omnis ceſſet hæmorrhagia. Similiter ſanguinis in ferrũ cadens exſtillantis fumus naribus ſuſceptus, earum hæmorrhagias ſiſtit.

In deſtillatione ejus acquiritur ~ ſalinus volatilis, & ſal volatile. Sanguis recens grumoſus quidem deſtillatus ſuggerit phlegma, & oleum, paucum verò ſpiritus & ſalis volatilis; ſin verò evaporato nonnihil phlegmate reponatur ad aliquot ſeptimanas, ut ad putredinem nonnihil declinet, & ſitum contrahat, ſal volatile elegans copioſum cum ſpiritu & phlegmate dabit. Quod ſi ſanguini recenti deſtillando addatur alcali fixum,

Digitized by Google

fixum, plus ſalis volatilis ſuggerere ſolet, teſte Mayowio *de Nitro pag.* 160. An verò ſit differentia quædam ſpiritus & ſalis volatilis ex ſanguine recenti eliciti, ab iisdem ex putrefacto paratis, ſunt, qui dubitant, utut affirmativam ſententiam defendat Hoffmannus, *loc. alleg. pag.* 44.

Spiritus & ſal volatile ſanguinis non ſaltem potentiſſimum eſt ſudoriferum, ſed habetur ſpeciale remedium apoplexiæ & epilepſiæ: in quibus caſibus non tantùm feliciter eos expertus eſt B. D. Michaëlis, ſed & confirmatur à Boyle *in Experim. circa ſanguinem humanum*, & Helmontio *Tr. Spiritus vitæ.* Imprimis quidem ſi miſceatur ſpiritus ſalinus ſanguinis humani cum ſpiritu vitrioli ſimplici vel cephalico, & fit miſtura cœrulea vel potius viridis, expertiſſimi uſus in epilepſia. Cum igitur ſpiritus ſanguinis humani adeò conferat ad epilepſiam, hinc inde parati fuere ſpiritus epileptici compoſiti. Si ad ſpiritum ſanguinis humani caſtoreum, aut camphora, aut opium, & alia affundantur, ſpiritum antepilepticum, & hyſtericum egregium habebimus: Videatur Billichius *in Parad. & Obſ. Chym. pag.* 115.

Oleum autem ſuper caput mortuum rectificatum, egregium eſt anodynum, ita ut propter luxurians principium ſulphureum quoscunque ſiſtat dolores; unde in doloribus partium nervoſarum, à vitioſo acido oriundis, optimum eſt remedium. Beckerus *in Microcoſmo p.* 145. habet oleum ſanguinis humani ſecretum, quod cum luna creſcit ac decreſcit.

Quin & quinta eſſentia ſeu lapis animalis inde paratur eodem modo, ac ſupra de cornu cervi inſinuatum, pro concilianda amicitia inter amicos: Vid. Begvinus *in Tyrocin. Chym. pag.* 352. *ſeqq.* & Beckerus *in Microcoſmo*: Scilicet ſi ſpiritus cum ſale & oleo proprio in digeſtionem ponantur, & repetita cohobatione & præparatione certa, uniantur in liquorem rubicundum, qui quaſi nucleus totius ſanguinis humani eſt.

Sanguinis humani elixyre hydropicos bis curavit deſperatos & conclamatos, intra tres dies, ℥ß. qualibet vice propinando per tres vices Borellus *Cent.* 3. *Obſerv.* 16. *pag.* 290. quod parare ſolent ex ſanguinis craſſamento per ſpiritum nitri dulcem in ☧am rubineam extracto.

Mumia antiqua appellatione eſt nihil aliud, quam corpus balſamo conditum & exſiccatum, quæ corpora apud veteres fuerunt vel Regum vel Principum in Oriente. Quæ apud nos in officinis proſtat, parum in receſſu habet ex eo, quod ſaltem ſit liquamen, quod effluit ex cadaveribus, quibuscunque morbis defunctis, aloë, myrrha, bitumine & ſimilibus conditis. Vid. Wormius *in Muſ. l.* 3. *cap.* 36. *p.* 344. Chioccus *in Muſ. Calceolarii Sect.* 6. *pag.* 696. *le* Febure *in Chymia*, Eraſmus Franciſci *in Spec. Artium, & Morum varior. exteror. l.* 6. *de Sepultur. & Honorib. Sepulchr. p.* 480. Joh. Jac. Chifletius *de Criſi Hiſtorica de Lint. Sepulchral. Chriſti C.* 1. & 2. Nardii *Comm. in Lucret. p.* 635. Libavius *Singular. p.* 3. *l.* 7. *cap.* 6. Struppius *Conſenſu celebr. Medicor. ſuper Exoticis Medicam.* Gryphius *Mum. Uratislav.* Horſtius *in Diſp. p.* 332. Clauderus *de Balſamat. corpor. c.* 4. Gaſſendus *in vita Peireſck.* 4. *p.* 153. Matthiolus *in Dioſcor. l.* 1. *cap.* 85. & *in Epiſt. Medic. l.* 5. *p.* 647. Caſpar Hoffmannus, & Kircherus *in Oedipo Ægyptiaco.* Unde propter ejusdem minus fidum uſum Mumiæ tàm Orientali quàm hodiernæ meritò præfertur artificialis, quam vocamus Mumiam patibuli, præparatam ex corporibus ſtrangulatis, quæ fumo ſuſpenſa ſiccantur, & cum aloë, myrrha, croco, cinamomo, opobalſamo, camphora, &c. condiuntur: Vid. Paracelſus *T.* 9. *Oper. Tract.* 3.

Modum condiendi, quem primus dedit Paracelſus, differentiam itidem, ac adulterationem, videbitis in Autore.

Ipſa autem Mumiæ vox imprimis è Paracelſi ſchola nata eſt, qui præter ſpecies ejus, ab Autore noſtro recenſitas, duas adhuc habet: corporalem unam, alteram verò ſpiritualem. Corporalem quod attinet, ejus nomine intelligit partes corporis violenter mortui ſolidas, quæ concentratæ in ſe continent Mumiam illam, &c. Per ſpiritualem verò intelligit ſubſtantiam ſubtiliſſimam unicuique concreto inditam, vel ſpiritum vitalem, qui in ſanguine fluctuat.

Mumia de Piſaſphalto *Not.* 3. in Autore aliàs etiam dicitur nativa, & magis nociva eſt, quam ſana.

Nota 4. eſt Mumia ſine Mumia; ſolum corpus non balſamatum, ſed æſtu ☉is ſub ∴ exſiccatum, & induratum.

Juxta *Notam* 5. autem paratur elegans Mumia, ſi ſumatur caro hominis ſuſpenſi, aut rota confracti, & inciſa imprægnetur myrrha, exſiccetur ſucceſſivè, & in fumum ſuſpendatur, qui fiat è ligno & baccis juniperi. Hæc Mumia propter remanentiam ſpiritus vitalis mumialis ſingularium eſt virium in affectibus capitis frigidis, paralyſi, epileſia, & vertigine: In ſpecie præter vim alexipharmacã in diſſolvendo ſanguine congrumato, & ſic in caſu ab alto, in vehiculo appropriato, expectando ſudorem, item in menſibus promovendis: doſ. ʒj. Propter eundem ſpiritum fermentatum plus habet in receſſu in internis viſcerum corruptelis, & vi balſamica reſtituere pollet corpora. Externè verò nullum ferè paratur unguentum & emplaſtrum in

Digitized by Google

in graviori vulnere conſolidando ſine admiſtione Mumiæ præparatæ artificialis : Vid. Wormius *Muſ. pag.* 31.

Aliàs de corporum condituris cum eviſceratione ſcripſit Sebizius *in Diſputat. de Condit. Cadaverum*, Timæus à Gülden-Klee/ *l.* 6. *Epiſt.* 10. Philippus Guibertus, Horſtius, Hœfferus *in Herc. Med. l.* 5. *cap.* 2. Rolfinccius *de Purgant. Vegetab. Sect.* 1. *Artic.* 2. *cap.* 24. Velſchius *in Obſ. Reuſn. Obſ.* 102. *pag.* 105. Corporum verò condituras ſine eviſceratione videbitis in Jeſſenii à Jeſſen *Append. Inſtit. Chirurgic. p.* 105. & Clauderi *Meth. Balſam. Corpora.*

Extractum ſeu ℞ a Mumiæ cum ſpiritu terebinthinæ Quercetani internè confert ad præſervandam putredinem internam, & vi balſamica ad ulcera.

Alii recipiunt fruſtula, & cum aloë & myrrha inſpergunt, imbibunt aliquoties cum ſpiritu ſalis, poſteà exſiccant fruſtula humida : Deinde cum ſpiritu vini, vel quod melius eſt, cum ſpiritu baccarum juniperi, extrahunt eſſentiam Mumiæ elegantem, quæ ad caſum ab alto & ſanguinem congrumatum, magni uſus eſt : Unde Clauderus *Tr. de Balſam. corp. p.* 195. ℞ am Mumiæ paravit per extractionem cum cinerib⁹ clavellatis in aqua deſtillata quadam ſolutis, ſub nomine eſſentiæ purificantis.

Oleum olivarum mumiatum reverà eſt optimum balſamum vulnerarium,

Cutis & exinde paratum cingulum, frequenti in uſu eſt ad paſſiones hyſtericas, ad pellendum fœtum mortuum, item ad partum difficilem : De cujus præparandi modo videatur Bartholinus *C.* 3. *Hiſt.* 87. Sed hujus loco Ludovici *in Pharm.* Corium cervinum ſubſtituit.

Pinguedo humana præ reliquis nobis convenientiſſima eſt, & inter pinguedines temperatas primatum obtinet vi anodyna & emolliente; unde conducit in affectibus paralyticis & trementibus, relaxatione tendinum, fibris contractis & induratis, tendinumque ſubitanea contractura ac induratione, quæ ſequitur contracturam in paralyſi & tremore, permiſta cum balſamo Peruviano & oleo lavendulæ. Convenit etiam pinguedo hæc in atrophia & aridura, mixta cum arcani aluminis Würzii debita doſi in formam linimenti: Conf. Baco de Verulamio *Sylva ſylvar. C.* 1. §. 58.

Linimentum autoris cum ſpirtu vitrioli eſt egregium in ariduris, quoniam eſt valdè penetrans.

Pinguedo miſta cum cinerum vitis vel vulgar. part. ij. vel iij. & per arenam deſtillata, ſuggerit oleum empyreumaticum, ſed volatile admodum & penetrantiſſimum, oleo philoſophorum ſimillimum, & ſingulare in dolore artuum chronico, paralyſi, &c. Conf. Borrichius *Tr. Sapient. Ægypt. p.* 331. Poteſt deſtillari & rectificari ab oſſibus humanis calcinatis, proderit ſic in contracturis partium, tophis podagricis, luxationibus articulorum, aridura, fractura oſſium pro conſolidationis promotione, aliſq; ſimilibus malis : In aridura miſcetur cum oleo philoſophorum, & arcano aluminis : Nempe ſal volatile copioſum concentratum in hoc oleo vires hujusmodi reſolutivas, & acidi dolorifici correctivas, exſerit; quodq, recens odorem inſtar ſalis cujusdam volatilis reddit. Si ipſi ſpiritus vitrioli inſtilletur occultè, ſed cum æſtu, & fumi albi eructatione effervescit, adeoque naturæ inſigniter alcalinæ erit.

Oſſa humana cum ebore, vel cornu cervi, vel aliis animalium partibus durioribus, colludunt, ſimilemq; præparationem habent. Beneficio oſſis humani integri poteſt fieri purgatio artificialis tanta, quantam volumus: ſi recipiatur os ex brachio, vel fremore hominis, violenta morte interempti, & hoc, exempta medulla, impleatur cum ſtercore alicujus hominis, foramina obturantur cum cera, & ſic in aquam calidam immittitur, hoc quamdiu jacet in aqua calida, tamdiu expurgatur iſte, cujus ſtercus fuit incluſum, adeò ut ſic aliquem usq; ad mortem purgare poſſimus. Poteſt etiã fieri alio modo, ut quis omni nocte lectum ſuum maculet, ſed eſt ludicrum.

Præparantur vel cum igne, vel ſine igne: Cum igne præparata vel parum vel nihil præſtant: potius ſine igne ſeu philoſophicè præparata adhibentur, & hæc dicuntur vim habere laxativam Autore Paracelſo & Crollio. Propterea Crollius & Paracelſus illa cum medicamentis purgantibus antipodagricis ſemper permiſcuêre, cum in arthritide per ſe à ℈j. ad ℈ij. pro alvo laxanda adhiberi poſſint. In dyſenteria etiam cum aliis proſunt ſingulariter : In paralyſi & tremore artuum commendantur permiſta cum ſpecifico cephalico & cinnabari antimonii, quos affectus per ſudorem, præmiſſis univerſalibus, certò curant, & fuerunt experimentum D. Michaëlis.

Dicunt, quod ſi coſta notha ex ſuſpenſis pulveriſetur & aſſumatur, ſingulariter proſit in dyſenteria : De quo vid. Staricius im Helden-Schatz/ *pag.* 122.

Oſſa humana deſtillata dant ſpiritum & ſal volatile, quæ valde conveniunt in doloribus artuum & dyſenteria pro ſudore.

Sub deſtillatione ſimul prodit oleum, quod convenit in tophis & gummatis Venereis in ſpecie; hinc in podagra & affectibus aliis articulorum externè illitum. In fracturis tanquam ſingulare remedium laudatur ab Agricola *in Chirurg. pag.* 329. Ulcera ſerpentia, præmiſſis præmittendis, cum tantillo colcotharis mixtum, mundificat & ſanat : Teſte *le* Febure *in Chym. p.* 226.

Digitized by Google

Ossibus similes sunt dentes, qui ipsi ex homine, imprimis violenta morte interempto, commendantur in impotentia & morbis per veneficium, si nimirum ex illis fiat suffitus. Dens hominis longa tabe interfecti, si applicetur denti porosо & cariosо, exinde fit, ut iste sponte decidat.

Præ cæteris autem ossa cranii humani in frequenti usu sunt. Eligendum est cranium, quod ex homine violenta morte interempto reperitur, vel ex patibulo vel ex rota, imprimis si ad aliquot annos sub dio jacuerit, & sit nitidũ & purgatum ab omni sorde. Hujus ossa tantum rosa, aut pro more ossium præparata & assumpta, in frequenti usu sunt in dysenteria, affectibus arthriticis, & epilepsia. In pavore nocturno, qui solet esse prodromus epilepsiæ, est expertissima rasura cranii humani, & instar baseos cum succinatis, cinnabari antimonii, ⊖ibus volatilibus, &c. in plurimis pulveribus epilepticis præscribi solet, modo legitimum habeatur. Encomia pro cura membrorum convulsionibus affectorum videbitis in Borrichio *l. c. pag.* 335. Potiùs hausus ex cranio humano taliter collecto, est expertum remediũ in scrophulis, fuitq; secretum Hartmanni; & usu comprobatum à D. Michaëlis. Milites putant, si quis ex cranio humano hauriat potum, fore, ut sit immunis ab insultibus armorum. Imprimis ex cranio commendatur os triquetrum, quod fit ex concursu futuræ sagittalis cum osse lambdoideo, præ reliquis specificum in epilepsia: Vid. Hildanus *C.* 1. *Epist.* 95.

Præparari solet cranium humanum cum aqua spirituosa liliorum convallium, & est potens specificum antepilepticum.

Per retortam destillatum suggerit sal volatile, & spiritũ urinosum, qui à capite mortuo rectificetur. Sunt specifica in affectibus capitis, in apoplexia, &c. in specie in epilepsia.

Galreda similis ex cranio humano paratur, ac ex cornu cervi, quæ in apoplexia, epilepsia, aliisque affectibus capitis commendatur.

Extractum galredæ Theophrasti est potens antepilepticum.

Sunt, qui præparant essentiam cranii humani ex gelatina hoc modo:

℞. *Rasur. Cranii humani*;

Affundunt acetum destillatum ad supereminentiam trium digitorum, hoc relinquunt in digestione, deinde exprimunt & accipiunt gelatinam: Gelatinæ inspissatæ affundunt spiritum vini, digerunt, in fundo subsidet oleum coloris aurei, quod separandum est per inclinationem.

Usnea cranii humani, seu muscus, qui crescit in craniis hominum violenta morte interemptorum, aëri expositus, est singularissima plantula, ut rectè inquit Helmontius *in Tr. Magnet. vulner. curat.* Seminium habet ex aëre, & succum nutritivum ex cranii liquore: unde propter vegetationem singulare quid obtinet. Ratò autem reperitur, nisi in capitibus per longam annorũ seriem aëri expositis.

Hæc Usnea est multi usus: quascunq; hæmorrhagias tàm intrò adhibita, statim solet coërcere & curare, quàm in manibus saltem detenta: Vid. Sennertus *in Praxi l.* 1. *P.* 3. *Sect.* 4. *c.* 8. *p.* 954. Boyle *in Philos. Experiment. pag.* 253. & si fieret digestio usneæ cum ℞ sulphuris vitrioli, sanè possent fieri miracula in compescenda hæmorrhagia. Quin & Kircherus *in Regno naturæ magnet. p.* 195. etiam externè contra infantum epilepsiam multum prodesse scribit. Contra penetrabilitatem armorum verò laudatur ab Helmontio *l. c.* §. 45. 57. *seqq.* Staricio Helden Schatz/ *pag.* 98. Aliàs basin unguenti armarii & sympathetici constituit, & hinc propter hanc vim telis illitum in vulnerum ab ipsis inflictorum curatione est efficax. Descriptio, cujus primarius inventor est Paracelsus, est hæc:

℞. *Usn. cran. hum.* ℥ i j.
Mum. veræ (in defectu hujus *M. patibuli*) ℥ ß. *boli Armenæ.*
℀ *Rosar.* ā ℥ j.
Lini ℥ j.
M. f. unguentum.

Sunt, qui non sine ratione & effectu addunt pinguedinem ursinam & aprinam.

Rationem singularium virium usneæ sufficientem subministrat Helmontius *in Scriptis*, in specie *loc. supra cit. p.* 602. §. 44. 45. Conf. etiam M. A. N. C. *Ann.* 2. *Obs.* 53. *pag.* 98. *seqq.*

Quidam usneam vegetatam parant & recipiunt muscum è lapidibus grandioribus pratorum, von den grossen Feldsteinen/ mense Aprili collectum, & leviter exiccatum pulverisant grosso modo *in* mortario vitreo, irrorando cum vino malvatico vel Petri Simonis, ut consistentiam pultis crassioris acquirat: Postmodum hunc pultem cum cultro illinunt cranio rotâ fracti cadaveris admodum, subtiliter; ubi sensim exaruerit, denuò repetunt: Ponunt sub dio radiis solaribus; quoties verò pluviæ supervenient, dimovent à loco: aliquoties hæc reiterando, usque dum efflorescat, & postmodum usneam inde colligunt, quæ non est inferior usnea ex cranio sponte perveniente: Videatur Hildanus *Epist.* 27.

Aliàs in usneæ cranii humani defectu quidam etiam substituunt muscum ex tegula, quem in hæmorrhagia narium aceto imbutum vertici imponunt: Vid. Bartholinus *in Hist. Anatom. Cent.* 5. *Obs.* 97.

Cerebrum humanum est certissimum specificum in apoplexia, uti etiam in epilepsia.

Per destillationem suggerit aquã copiosam & oleum. Quia autem empyreuma olet, si destilletur per retortam, melius est, ut prius

Digitized by Google

prius deſtilletur in balneo Mariæ, & eliciatur aqua, poſt ex reliqua maſſa exprimatur oleum, quod egregium eſt antepilepticum. Aqua hæc à Bartholeto contra memoriam amiſſam, eamque confortandam, maximè laudatur; vis enim egregia cephalica in ea latet; imò & vis anodyna: quare & contracturis tendinum & nervorum aqua cum oleo illitum egregium eſt remedium. Melior erit hæc aqua, ſi cum aromaticis & floribus cephalicis aliquoties deſtilletur. Aliàs de ſubſtantia cerebri oleoſa, deque oleo ejusdem pingui, aliisque productis, optimè poteſt videri Burrhus *in Epiſt. ad Bartholinum de Cerebro Epiſt.* I. *pag.* 15.

Per ſe parum ſpiritus ſuggerere ſolet; ſi verò aliquandiu in fruſtula inciſum ſeponatur, ut inchoato putredinis motu ejusdem oleum reſolvatur, & hinc affuſo ſpiritu liliorum convallium deſtilletur ac rectificetur, haberi poteſt ſpiritus urinoſus oleoſus ad capitis affectus, epilepſiam, & ad deperditam memoriam, planè ſingularis.

Fel humanum deſtillatum ſubminiſtrat aquam inſignem ophthalmicam, quæ maculas, ſuffuſiones, ungues, & pannos oculorum, certò detergit & abſtergit. Burrhus ad delendum unguem oculorum ſolet adhibere fel humanum, deſtillatum in cucurbita cum alembico cœco.

Fel humanum inſpiſſatum cum ſpiritu vini digeratur, & extrahitur eſſentia, per filtrum ſeparanda. Talis eſſentia tanquam ſingulare ſpecificum in curanda ſurditate & tollendis aurium affectibus, commendari ſolet.

Appendicis loco conſideranda venit controverſia: An remedia ex corpore humano deſumpta peculiarem habeant prærogativam præ aliis remediis congeneribus, ex aliis animalibus deſumptis?

Hic primò duo conſideranda:

1. Textura partium animalis materialis.
2. Participatio earundum de radice vitæ, ſeu ſpiritu influo & inſito, vel inde derivanda quadam efficacia formali.

Quoad priùs, materialiter nempe conſideratæ partes humanæ, hic iterum conſiderandæ ſunt ſub duplici ſtatu; vel

(α) Quatenus ſibi relictæ ſaltem ſuperficiali tritura, exſiccatione, aliovè crudiore modo, paratæ ſunt: &

(β) Quatenus ignis ope, vel per putrefactionem, vel alia ratione texturam concreti multum immutante ſunt elaboratæ.

Ratione prioris nullum dubium eſt, quin ex ſuperficiali ſui compoſitione & textura à ſemine nata, ſpeciales ſuas, plus minus ab aliis animalium partibus differentes, proprietates obtineant. Nam ſicuti ebur, cornu cervi, pulvis viperinus, ſanguis hircinus, lapis cancrorum, &c. ſpeciatim à ſe invicem differunt; ita etiam ab his ipſis cranium pulveriſatum, aut ſecundinæ pulvis, aut lac aliave, differre viribus, admodum probabile eſt.

Ratione poſterioris verò, & quoad præparationem vel per ignem, vel per putrefactionem, vel alios modos, texturam concreti admodum invertentes, arbitror: inter præparata hinc remedia paucam vel nullam ratione virium præ aliis his congeneribus eſſe differentiam.

Quoad poſteriùs, nempe quoad efficaciam quandam formalem, quam ex participatione radicis vitæ, nempe ſpiritus habere debeant, diſcrepantes de hoc ſunt Practicorũ ſententiæ.

Quoad hoc negotium ſatis ſpinoſum, reſponſio triplici obſervata circumſtantia eſt limitanda:

1. Omnis præparatio, quæ vel per ignis vim, vel per putrefactionẽ, vel per ſolutiones per menſtrua corroſiva, vel aliis modis perficitur, deſtruit tàm texturam materialem concreti ex ſemine prius natam, quàm efficaciam formalem à ſpiritu mumiali dependentem. Deſtruitur enim ſic & invertitur concretum, fatiſcit, & annihilatur Mumia vitalis; adeoque ſic nulla ab aliis congeneribus, etiam aliorum animalium, præparatis erit differentia.
2. Remedia, quæ immediatè vel multum de ſpiritu participant, & proximè & ſine magna interjecta temporis mora pro uſu adminiſtrantur, reverà, ratione ſpiritus influi præſertim, omni efficacia formali, à principio vitali dependente, non deſtituta ſunt. Conferatur hic, v.g. ſanguis recens in pulvere ſympathetico, item ſudoris viventium & morientium differentia.
3. Remedia ex corpore humano deſumpta, parum de ſpiritu participantia, aut etiam diutiùs aſſervata, præſertim partes ſolidæ, minùs de ſpeciali & formali agendi proprietate participare videntur.

LEPUS.

EXhibet cinerem, qui eodem modo, quem vult Autor, collectus & paratus, vi diuretica valdè commendatur in promovendo, calculo, ſi interius aſſumatur: Videatur Solenander *Sect.* I. *Conſ.* 5. & Foreſtus *L.* 24.

Oculi leporis, vertici applicati, pellere fœtum, dicit Autor: Cujus rei experientiam primus manifeſtavit Hartmannus, & ceu certum & expertum commendavit: Idem videtur confirmatum à Majore *in Tract. de Inunctione Vert.* §. 6. uti etiam in Riverio *lib.* 15. *Praxeos cap.* 18.

Digitized by Google

Sanguis leporinus eſt egregium experimentum in curanda dyſenteria, ex lepore probe in venatione agitato, adeoque in ſummo pavore mortis conſtituto: tunc per juguli inciſionem colligatur ſanguis, & ita linteis mundis excipiatur & exſiccetur. Sic ſanguis exſiccatus & pulveriſatus, ac doſi 3j. in aqua appropriata aſſumptus, contra epilepſiam internã, dyſenteriam & eryſipelata, ſingulare eſt remediũ: videatur Helmontii *Tr. Poteſt. Medicam. pag. m.* 476. & Mindererus in der Krieges-Artzeney/ *pag.* 42. Capiatur tempore verno aut menſe Martio. Pro uſu ſumatur linteum cruore leporis tinctum, infundatur in hauſtum vini vel aquam appropriatam, donec omnis color extractus: poſtmodum vinum infuſionis hauriatur, & remedium erit planè ſingulare in dictis affectibus, imprimis dyſenteria, uti D. Michaëlis hoc ipſum propria experientia edoctus confirmavit; & à Schmuckio quoque laudatur *in Theſaur. 2. Secret. Med.* 10. ubi tamen ſanguis hic defecerit, ſanguis agninus, ſi benè priùs agitaretur, & in terrore ac pavore interficeretur, ſubſtitui poſſet pro uſu dyſenterico. Externè linteum ſanguine leporino impræg̃natum imponatur quoque eryſipelati, locisque podagricis, & noctu dolentibus, qui brevi poſt ſublevantur.

Porro cerebrum leporinum ad difficilem dentium proventum in infantibus gingivis illinitur. Sed obſervetur, eſſe forte admodum remedium, & non niſi aliis extraneis & fruſtraneis adhibendum.

Cor, tanquam certum experimentum ad quartanam commendatur. Sumatur ſcilicet. Cor leporis in fuga dicto modo capti, probè diſcindatur, & exſiccetur lentè, pulveriſetur, & dividatur in tres vel quatuor partes: quarum una ſemper ſumatur in quartana ante paroxyſmum: videatur Sennertus *in Praxi pag.* 313. de febribus: Sic Doctor Tobias Tornerus multis hominibus propinavit hunc pulverem in quartanis, id quod videbitis in Horſtii *Obſ. lib.* 4. *pag.* 234.

Uterus leporinus commendatur valde in hydrope uteri, & ad impediendam ſterilitatem mulierum, ſi ſiccetur, aut aſſetur & comedatur; imprimis ſi fiat eſſentia ex matrice leporis, & ſecundina mulieris fœcundæ, & propinetur internè, mulieres ſteriles conceptioni idoneas reddit: loco matricis leporinæ matrix ſuilla vel cervina poteſt uſurpari. Aliàs in ſterilitate fuerunt Hartmanni ſecretum teſticuli cervæ, vel ex iſtis præparata eſſentia.

Quod dicitur de matrice leporina, valet de coagulo leporis, ſi propinetur mulieribus finito fluxu menſium, quod in ſterilitate mirè etiam commendatur.

Oſſiculum tali, der Haſenſprung/ commendatur in inflatione ſtomachi, & in colica.

Axungia leporina præ cæteris pinguedinibus in uſu eſt chirurgico pro aperiendis abſceſſibus ſuppuratis, in ſpecie vetus axungia illinitur loco affecto. Præter dictam vim etiam optima eſt pro eliciendis ſpiculis, fruſtis lignorum, globulis, aliisque partibus heterogeneis ex vulneribꝰ partium, ubi vel illinatur, vel cum duplo emplaſtri de betonica, aut ſolum, aut cum lapillor. Cancrorum pulvere miſtum, applicetur. Tandem in herniosis applicatur axungia illita corio, ſpinæ dorſi vel ſola vel miſta cum axungia urſina.

Pili, dicit Autor, linimentis ſanguinem ſiſtentibus miſcentur; hinc adeò fuit famoſum Galeni unguentum ex aloe, myrrha, thure & pilis leporinis combuſtis ana: quod in ſpecie commendatur ac hæmorrhagiam in arteriotomia, quæ aliter difficulter poteſt ſiſti propter ſanguinis impetuoſum nimis affluxum.

LUPUS.

Lupus pauca ſuggerit medicinæ uſitata.

Mulierculæ dentes argento incluſos dant infantibus pro fricandis gingivis, ut facilitetur eruptio: videatur Autor.

Epar lupi ad 3j. in aqua appropriata propinatum, commendatur in ſcirrho lienis. Ex eodem fit electuarium Neapolitanum cujus deſcriptionem habet Bartoletus in *Encyclop. pag.* 167. quod laudatur poſt morbum Gallicum ad excitandam appetentiam & corroborandum ventriculum.

Inteſtinis vis ad colicam tribuitur: videatur Riverius *in Obſ.* 2. à Pachequo communicata. Et ſunt, qui faciunt ex inteſtinis lorum ſeu cingulum, quo circumdant abdomen & lumbos pro cura colicæ: ſed falſum eſt. Interdum ſtercoris loco uſurpantur in colica.

Stercus enim revera eſt decantatum & expertum remedium contra dolores colicos, de quo videatur Sennertus *lib.* 3. *Praxeos pag.* 260. uti & Hartmannus *in Pr. Chimiatr. p.* 154. Foreſtus *l b.* 21. *Obſ.* 15. Amatus Luſitanus, *c.* 3 *Cur* .12. Riverius *c.* 1. *Obſ.* 86. & 89. Zacutus Luſitanus, *Med. Pr. Hiſt.* 96. *lib.* 2. Panarolus *Pent.* 3. *Obſ.* 36. Datur ad 3j. in vehiculo calido.

Sæpius fit, ut in ſtercore lupino reperiantur oſſicula, quæ propter duritiem ſubterfugiunt ventriculi digeſtionem: hujusmodi oſſicula pulveriſata cum ſucceſſu in colica propinantur.

Pellis lupi ad dolorem colicum multum commendatur ab Autoribus. Dicunt etiam quod lupi pellis pro veſte geſtata procreet audacem animum: de quo videatur Ronſeus *in Operibus Med. Epiſt.* 24.

Faber *in Myrothec. Spagyr.* habet. Q. E. lupi, quam multum commendat externè in ulceribus malignis.

MO-

Digitized by Google

MOSCHIUS, ſeu MOSCHI CAPREOLUS.

Moſchius aliàs dicitur Gazella Indica, capra Moſchifera, Aſiatica, & Dorcas, ſeu cervus odoratus: vid. Klobius *de Ambra p.* 66. eſt animal inſtar cujusdam capræ, quod ſuggerit liquorem odoriferum, Moſchum, cujus animalis iconem & deſcriptionem videbitis in M. A. N. C. *Ann.* 6. *pag.* 171.

Sunt, qui Moſchum eſſe teſticulos animalis exiſtimant; quod vero non reſpondet: vid. M. A. N. C. *An.* 4. *Obſ.* 205. *pag.* 287. *&* *An.* 9. *&* 10. *Obſ.* 38. *pag.* 107. *&* *Ann.* 8. *Obſ.* 53. Mihi magis arridet plurimorum experientia veritati magis conveniens, qui dicunt; Moſchum colligi in folliculo appropriato, non ſecus ac Zibethum aut caſtoreum ſupra genitalia in ventre ſit, haud procul umbilicum.

Præterea totum animal eſt Moſchus ſeu Moſchiferum: adulteria multiplicia ſunt. Familiariſſimum eſt illud: capellam Indicam, moſchiferam ſcilicet, à canibus venaticis agitatam, venatores fuſtibus miſerè contundunt & laceraht, ut in toto corpore tubera congrumata oriantur, ex quibus verberibus animali mortuo enatos tumores ex ſanguine grumoſo filo conſtringunt, & ſic ad aliqualem putrefactionem aſſervant, tumque moſchi parum addunt; unde exſiccatum intenſum odorem moſchi ſpirat.

Confer. Mandelſloh in itinerario, *p.* 69. 70. Bartholinus *in Actis Medicis*, Caſtell⁹ *de hyæna odorifera p.* 52. Jonſton *in Hiſt. animalium cap.* 7. *de Caſtore p.* 127. *&* 225. Highmorus *de Aff. hypochondr. c.* 6. Schrœckius *de moſcho*, Bellonius *l.* 2. *Obſervat.* 14 *&* 15. Chioccus *in Muſ. Calceolarii*, Salomon Albertus *Orat. de Moſcho*, Maccabæus *de Confect. Al-Chermes, à Strobelbergero An.* 1627. *Latinitati donatus, p.* 11. & Eichſtadius *Tr. de Conf. Alcherm. cap.* 13.

Solet interdum adulterari & multiplicari moſchus cum ſanguine humano & columbino additis quibusdam aromatibus. Facit huc; quod moſchus longo tempore amittat odorem ſuum, quem tamen recuperat, ſi irroretur cum urina pueri, vel ſi ſuſpendatur in latrina humana. Aſſervatur igitur in vaſculis plumbeis, ut odor & vis diſſipabilis metallo quaſi vincta teneatur: vid. Schrœckius *Hiſtor. Moſchi cap.* 7. *pag.* 27.

Quæritur: unde nam oriatur odor moſchi? dicunt oriri ex plantis ſuaveolentibus & odoriferis, quibus veſcuntur animalia. Dictus autem odor haud adeo rarus eſt, cum & per putredinem intendatur æquè ac producatur: Sic præter moſchium animal, ſunt etiam animalia, quæ rejiciunt excrementa moſchi odorem ſpirantia: Rhodius *c.* 3. *Obſ.* 98. refert, quod reperiantur interdum recrementa quorundam ſerpentum, quæ moſchi odorem fundant. De odore moſchato recrementorum crocodili, piſcium quorundam, imo hominum, videatur Caſtellus loco citato, & Bartholinus *in Hiſt. Anat.* 52. *Cent.* 6. ſicut & *Hiſt.* 86. refert nonnulla de odore moſchato uri pilorum, Conf. Veslingius *Obſ. p.* 42.

Quoad uſum: eadem, quæ de zibetho dicta etiam hic applicari poſſunt; ſiquidem notum eſt, quod ſit ſubjectum odoratiſſimum, ſpiritus animales mirè afficiens; conferatur Ludovici *Pharm. pag.* 646. *&* 647. Moſchus & Zibethum, in iis, ubi ſpiritus animales agiliores & volatiliores ſunt, ut & qui gravioribus meditationibus, cautè uſurpentur: quia in majores & diffuſiores impetus aguntur; ſpiritus enim non nihil ſubtiles nimiſque volatiles diſſipant, quinimo ſimul inebriantem ſeu caput turbantem vim habet. Hinc, qui pro confortanda memoria iis nimium utuntur, tandem ſpirituum defectum inde ſentiunt, ob nimiam volatilitatem; legitimè verò uſurpata in affectibus capitis ſumma medicina ſunt. Sane quanta ſit ejus penetrantia, innoteſcit ex Riverio *c.* 4. *Obſ.* 35. qui ex aſſumptione moſchi pro curatione Quartanæ, poſt paroxyſmum ſudorem, moſchi odorem ſpirantem, refert. Vulgo commendatur moſchi odor in arcenda peſte: de quo imprimis videatur Zacutus Luſitanus *lib.* 1. *Med. Princip. Hiſt.* 10. uti etiam Terentius *de rebus Indicis Mexicanis*; & ſimiliter in malignis. Huic tamen non ſine ratione contradicit Guibertus *in Medico officioſo pag.* 512. cui & ipſe ſubſcribendum eſſe cenſeo.

Ut verò moſchus & ambra potentius operentur, inſtituatur depuratio eorum, & in conſiſtentiam olei redigantur: binæ ſcilicet cucurbitæ orificiis conjungantur, uti aliàs per deſcenſum deſtillare ſolemus: in medio interne ponatur ſubtile linteum; in ſuprema autem cucurbita contineatur moſchus, poſtmodum collutentur dictæ cucurbitæ, & in diebus canicularibus per aliquot dies radiis ſolaribus exponantur, ſic moſchus ſucceſſivè liqueſcit, & deorſum deſtillat in inferiorem cucurbitam per linteum, & ſic habetur Oleum admodum penetrans.

Alii eſſentiam moſchi præparant, quæ ſit nunc ſimpliciter per nudam cum ſpiritu vini infuſionem, nunc artificioſè magis: qui modus & cum zibetho optimè inſtitui poteſt: de quo videatur Faber *in Myrothec. ſpagyr. cap.* 26. *lib.* 1. Item miſceatur moſchus vel zibethũ cum oleo amygdalarũ dulcium, donec omnis vis odorifera planè exhauſta fuerit: tunc oleo huic affundatur ſpiritus vini rectificatus

Digitized by Google

digerantur in balneo Mariæ, & deſtillentur; ſic ſpiritus vini arripit ſecum per alembicum ſubſtantiam odorabilem & medicinalem Moſchi vel Zibethi, crudo & inerti corpore in fundo relicto.

M.

MULUS, MULA.

SAnguinem muli, ſeu mulæ potiùs, quidam illinunt ad tollendas verrucas; & lichenes muli in vino infuſi, ad epilepſiam commendantur.

Urina cum luto ſuo pedum clavos curare, dicit Autor: imo hoc ipſum in pedum podagra ſeu articulari morbo mirè convenit.

Ulterius ſpuma oris mulæ collecta, & in vino calido propinata, aſthmaticos curare dicitur.

MUS.

Mures elixi & pro cibo dati infantibus, impediunt, quo minus noctu ſtragula permingant.

Cinis etiam murium internè commendatur ad mictionem involuntariam. Capita muris uſta cum melle miſta, & illita, ſolent curare alopeciam. *Horſt. diſpenſ. lib.* 1. *pag.* 7.

Muſcerda aliàs Officinis dicitur album nigrum: mirabiliter alvum laxat, & experimentum eſt mulierc ularum, à Rulando in curationibus notificatum, pro purgandis infantibus. Sumitur gr. j. ad gr. iij. muſcerdæ, & uſurpantur vel per ſe pulveriſatæ cum pulmento, vel grana hujus iv. v. vel vj. cum lacte trita, & per linteum trajecta, infantes leniter & eleganter laxant; gr. vij. vel viij. in infantibus adultis fortius laxant; potentius ſtimulant quam clyſteres: unde etiam adultis vij. murium ſtercora in morbo iliaco pro referanda alvo multum laudantur; ſicut muſcerda in ſuppoſitoriis & melle frequentiſſimè adhibetur, quoniam valdè ſtimulant: unde permiſcetur etiam clyſteribus pro ſtimulanda alvo & inteſtinis.

MUS ALPINUS.

Mus Alpinus ſeu murmentum, in montibus alpinis reperibile, pinguedinem ſuppeditat, quæ mirè conducit in pleuritide, in qua ſiſtenda fuit ſecretum Paracelſi.

In Mynſychthi *Armamentar. Medico-Chym. pag.* 188. habetur oleum ſeu unguentum contra pleuritidem, cujus baſis etiam eſt axungia muris alpini.

O.

OVIS.

QUod habet Autor de cerebro arietis, quod profit in arcendo ſomno immoderato in morbis epidemicis, videbitis imprimis in Burggrafio *de Morbo Ungar. cap.* 9 *p.* 52. Cerebrum ovis, ſicuti etiam arietis, commendatur illitum gingivis ad facilitandam dentitionem.

Quæ habet Autor de felle, quod ſoleat in ſpecie commendari ad cancrum exulceratum, gangrænamque, ſi illinatur ad ſimilitudinem linimenti vel unguenti, incerta videntur.

Vulgò Oeſypum parant, quem autem Zwelfferus valdè ridet.

Pulmones & alia carnoſa capiti prodeſſe, dicit Autor. In phrenitide recipitur pulmo vel ex ove vel agno, vel vervece, & applicatur capiti raſo calidè. De carne vervecina, noctu inſtar multarum lampadum lucente, videbitis in *C. I. Obſ.* 3. Borelli *pag.* 6.

Omentum adhuc calidum ex ove extractum, & applicatum abdomini in colica & dyſenteria, certum eſt remedium, & comprobatum ab Amato Luſitano *in curationibus*.

Stercus commendatur ab Autore in Angina ſeu ictero flavo.

Veſica ovis & capræ ſunt ſpecificum in mictu involuntario. Dantur ad ʒj. videatur *Praxis Chymiatr.* Hartmanni *P. I. pag.* 252.

RANUNCULUS VIRIDIS.

Utut omnes ranæ ſint officinales; præ cæteris tamen ranunculus viridis, **der Laub-Froſch**.

Quæcunque pulveriſata interne convenit in ſiſtendo ſanguine; unde etiam appenſa ſolet interdum ſubſtitui bufoni.

Sunt qui præcipiunt, ut ranunculus viridis totus calcinetur, & de pulvere, quantum cultelli cuſpide capi poteſt, in lacte muliebri propinetur infanti ſtatim poſt partum, antequam lac vel alium cibum aſſumat; ſic enim fieri dicunt, quod præſervetur infans ab epilepſia.

RHINOCEROS.

Rhinoceros eſt animal ingens taurum magnitudine æquans, nimis robuſtum: de quo videantur exoticarum rerum ſcriptores. Sanè dum in hoc ſolo ſubinde unicornu animalis fit mentio, hoc ipſo nihil aliud, quam rhinocerotem inſinuari aſſerit Deuſingius *in ſuis Exercit. Miſcell.*

De hoc ex India Orientali afferuntur cornua prægrandia, quæ geſtant in extremitatibus narium.

Commendantur via alexipharmaca in morbis malignis; unde etiam ſubſtitui ſolet unicornu in iisdem, uti videri poteſt in Zacuto Luſitano *l.* 4. *Medic. Princip. Hiſt.* 51. Doſis eſt à ℈ß ad ʒj. ſunt, qui tornari curant exinde pocula, ex quibus hauriunt vinum vel alium potum. Præſervare enim à veneni potu, dicunt; quod tamen hyperbolem ſapit.

Inte-

Digitized by Google

Interim cum cornu cervi, unicornu, vel ebur, nobis ſufficiat, cornu Rhinocerotis commodè carere poſſumus.

In Fabri *Myrothec. Spagyr. lib.* I. *cap.* 29. habetur Quinta eſſentia Rhinocerotis; uti etiam in Bartholeto *de Reſpirat. pag.* 416. Aqua deſtillata cornu rhinocerotis, cui ipſe multum tribuit in morbis malignis.

S.

SERPENS.

COlligendi ſunt tempore verno, ſtatim poſtquam depoſuere exuvias, & è latebris fuerunt egreſſi, atque plantis vernalibus & tenellis veſci incipiunt; ſerpentum vernationem & ovorum exclusionem videbitis in M. A. N. C. *Ann.* I. *pag.* 18. item ſerpentum ex ovis generationem *in Act. Med. Haffnienſ. vol.* 2. *pag.* 15.

Officinalia quod attinet, ſerpens loco viperæ convenienter poteſt ſubſtitui, cum totus ſit diaphoreticus & alexipharmacus, & multorum morborum ſaluberrima medicina; unde pulvis eorum vocetur Bezoardicum animale.

Cæterum obſervetur, quod Autor commendet ſerpentes integros combuſtos, verum in combuſtione vis egregia, quæ conſiſtit in ſale volatili & ſpiritu, exhalat: potius exſiccandi ſunt pulveriſandi, & cum ſpiritu vini camphorato irrigandi, ut exaltetur pulveris vis alexipharmaca. In febribus malignis, purpura, febribus petechialibus, in peſte, & ubi eſt malignitatis ſuſpicio, datur à ℈j. ad ʒß, ciercque ſudorem. Sanguinem quoque mundificat, affectus cutaneos curat, & imprimis in cura luis Venereæ mirè convenit.

Præterea ſerpentum caro comeſta, vel paſtus caponum aut gallinarum cum ſerpentib⁹ factus, mirè convenit in firmanda ſanitate & prolonganda vita: Lotichius *Obſ. pag.* 425. valdoperè proſunt pro accenda ſterilitate virorum, ſi edantur: Sic Dux Bavariæ habuit gallos criſtatos, quos cibavit ſerpentibus, & uſurpavit pro cibo, quo factus fuit fœcundus.

Ipſæ gallinæ cum ſerpentibus ſaginatæ non ſaltem ſalaciores evadunt, ſed etiam fœcundæ, quod ſingulare robur in ſpiritibus & maſſa ſanguinea teſtatur.

Singulare dicunt eſſe experimentum, ſi ſerpentibus ſuſpenſis evellatur lingua, & carbunculis peſtilentialibus imponatur.

Exuviæ ſerpentum imprimis ſunt officinales, quas tempore verno ſemper deponunt: pro rejuveneſcentia verò nihil in receſſu habent, aliàs aranearum, lumbricorum, cancrorum, &c. hoc pariter præſtarent, quia cutim ſimiliter deponunt. Internè commendantur contra icterum. Sic Tilemanni pulvis anti-ictericus conſtat ex part. ij. lap. ceraunii præpar. & altera parte exuviæ ſerpentum pulveriſatæ; qui etiam Agricolæ & Dn. D. Michaëlis experimentum fuit. Doſis ʒj. ad ʒß. Aliàs & internè conveniunt inſigniter; hinc nata opinio, quod lumbis applicatæ pellant aquas hydropicorum, per urinam. Decoctum exuviarum ſerpentum valdè commendatur in cura morbi pedicularis.

Externè pariter ad facilitandum partum lumbis & ventri circumligatæ conducunt, antecedente prius linimento ex cancris fluviatilibus, lumbricis terreſtribus, & exuviis ſerpentum, cum axungiæ vulpinæ & leporinæ ſufficienti quantitate. De hac vi exuviarum in facilitando partu, vid. Kunrath *in Medulla Deſtillat. lib.* I. *Tr.* 5. & Schmuckium *Curat. Magico-Magnet. pag.* 30. Ulterius exuviæ mirè commendantur ab Horſtio *in Diſpenſ. ad Alopeciam*, exuviæ pulveriſatæ, miſtæ cum pulvere cancrorum fluviatilium, mirè conveniunt in vulneribus nervorum: Idem pulvis eſt expertum in vulneribus oculorum. Item, ſi pulvis exuviarum inſpergatur in vulnus recens, intra triduum illud curare dicitur.

Præter hæc etiam datur lapis ſerpentinus magneticus, ſeu venenorum magnes; hic lapis ſerpentinus eſt ſubſtantiæ lapideæ ſeu potius oſſeæ, ex India Orientali, regno magni Mogul, primitus allatus, & ex ſerpentibus pileatis à Brachmannis partim elaboratus, partim erutus; qui hanc habet virtutem, ut applicatus morſui venenato, mox adhæreat, & quidem tamdiu, donec exhauſerit omne venenum; poſtmodum ubi turgidus fueris, decidat; hinc lacti impoſitus, venenum hauſtum illi communicet, & ita lac ex livido cœruleſcat: lapis poſtea exemptus, rurſus applicatur morſui, & ſi aliquid adhuc veneni ſit reliquũ, denuo adhæret vulneri; ſin verò nihil reperit, ſponte decidit: conferatur Kircherus *in Regno Naturæ Magn. cap.* 5. *p.* 58. item Rhedi *Experim. circa res naturale*. Et curavit nuperrimè D. Tachenius canem quendam à vipera demorſũ hoc lapide ſerpentino.

Cùm autem lapis hic, ejusque efficacia, adhuc controverſa ſit, lapis ſerpentium ſeu magnes venenorum artificialis, naturali illi ſimillimus, confectus fuit à Cnœffelio: vid. M. A. N. C. *Ann.* 6. *Append. pag.* 29.

Quoad coronas ſerpentum, multa de his circumferuntur, nempe duplices ſubſtantiæ candidæ oſſeæ nomine coronarum circumferuntur: quædam ſunt dentes molares maxillæ inferioris, aut porcellorum ablactatorum, aut pullorum equinorum aliorumvè ſimilium animalium: Conf. M. A. N. C. *An.* 3. *Obſervat.* 128. *pag.* 205. Quædam verò ſunt chelæ ſquillæ marinæ, quæ dentatæ ab uno latere

Digitized by Google

latere ebore quovis nitidiores; Hoffmannus *in Schræd. pag.* 185. Sed quod ſerpentes pileatos attinet, longè alia eorum ratio eſt, de quibus vulgo lapides circumferuntur: videatur Kircheri *Regn. Naturæ Magnet.*

Ubi aſſumpto pulvere Bezoardico animali ex ſerpentibus, altero die velimus purgare, difficilius ſequitur purgatio; quoniam pulvis Bezoardicus vegetabilis reſiſtit veneno, & malignitati purgantium, vid. Petræus *Noſol. Diſſ.* 50. *Tom. II.*

Sal volatile, ſpiritus & eſſentia mirè conveniunt in morbis malignis & lue Venerea.

Axungia ſerpentina remedium eſt contra ſerpentum morſus, *Act. Med. Hafn. vol. II. pag.* 263.

SUS.

Sus vel porcus animal eſt homini ſimillimum, quoad partes internas, ut ſimia quoad externas; ſicut etiam ſanguis & caro ad ſanguinem & carnem humanam quam proximè accedunt. vid Becker *Microcoſm. p.* 166.

Sunt qui aquas deſtillatas laudant ex porcellis junioribus, aut carne ſuilla contra phthiſin, atrophiam, hecticam, & alios ad atrophiam tendentes morbos. Sed nihil valent.

Fel prodeſt in affectibus aurium & oculorum.

Hepar ad affectus hepatis ſolet uſurpari, ſi admoveatur.

De pulmonibus quæ habet Autor ſunt legitima.

Pinguedo ſuilla eſt temperata, & valdè convenit in emolliendis tumoribus, & leniendis doloribus ex inflammatione obortis, cataplasmatis admixtum: imprimis in angina tumorem maturat, quia ſalium effervescentiam temperat, ut melius in ſalſum tertium cocant. Pinguedo porci bulliens, guttatim ſuper lauri foliis projecta, & ambuſtis inuncta hæc intra tres dies curabit quaſi quodam incantamento; videatur Borellus *Cent.* I. *Obſ.* 76. *pag.* 81.

Quidam recipiunt telum, quo inflictum fuit vulnus; iſtudque immittunt cruentum adhuc in pinguedinem porcinam vel lardum, & ita ægrum in diſtans curari ajunt, ceu ab unguento armario: videatur Schmuck, *in Curat. Magico-Magnet. pag.* 45.

Lardum temperatum eſt & nobis conveniens; emollit enim & reſolvit. Hoc arefactum quidam loco unguenti armarii adhibent, eodem modo, ac de pinguedine dixi; ſi imponatur lardum, vel corium lardi, verrucis ut incaleſcat, & poſtmodum ſuſpendatur in camino furni, vel in fimo equino ſepeliatur, ſicut exſiccatur in fumo, vel putreſcit in fimo lardum, ita exſiccatur, & putreſcit verruca. In odontalgia quoque recipiunt fruſtulum ligni acutum, fricant eo dentem dolentem ſeu gingivas, poſt verò lardo infigunt: ſic brevi poſt evaneſcit dolor. In angina cum inflammatione linguæ, conducit lardum emolliens duritiem. Agricola *in Chirurg. Parva pag.* 804. & Mindererus in der Krieges-Artzney/ *pag.* 209.

Stercus ſeu ſuccerda ſequitur in quibuſcunque hæmorrhagiis, in ſpecie narium, præ reliquis ſtercoribus conducit, ſive ex ſtercore recenti exprimatur ſuccus, & propinetur internè, aut applicetur fronti ac naribus externè; ſive ex hoc ſucco, miſcendo cum vino atque ſaccharo, fiat ſyrupus internè aſſumendus: videantur Prævotius & Joel *in Praxi*; ſive ſtercus aridum naribus injiciatur, aut cum aqua appropriata, vel ſucco plantaginis teratur & ſubigatur, pro uſu interno & externo; ſive ſtercus recens adhuc calidum circumligetur fronti ac temporibus, vel etiam naribus tantùm adhibeatur; aut fiat ſuffitus naribus excipiendus; vel etiam ſuccum inſtar turundæ naribus injiciatur.

Vide Rodericum à Caſtro *lib.* I. *de morbis mulierum*, Riverium *lib.* 4. *Prax. cap.* 8. Qualem uſum, & inſignem vim, etiam deprædicat Zacutus Luſitanus *lib. ultimo Praxeos.*

Quæ verò de veſica habet Autor, potius de membro genitali, in ſpecie de vulva, intelligantur. Contra incontinentiam ſcilicet urinæ quamcunque diurnam & nocturnam, ſiccetur, pulveriſetur, & exinde farcimen paretur, vel calcinata in forma pulveris propinetur, & certum eſt levamen: & hac ipſa dicitur quidam curatus, qui à primo ortu urinæ incontinentia laboraverat. D. Michaelis aliquoties felici cum ſucceſſu adhibuit. Ex hac vulva quidam medicus præparat ſpecificum remedium ad partum.

Matrix porcæ in fumo exſiccata, & ad ʒß. exhibita, ſingulare dicitur remedium in epilepſia.

Eſt etiam lapis porci, qui dicitur reperiri in ſtomachis porcellorum Indicorum: alii dicunt, in veſica eorum fellea. Quicquid ſit, multum commendatur hic lapis, & paratur exinde panacea in morbis acutis malignis, & peſtilentialibus, in affectibus mulierum, apoplexia, epilepſia, in genere contra quoſcunque affectus difficiles curatu: ita quidem, ut in aquam vel cereviſiam injiciatur per unam vel alteram quadrantem horæ, & liquor bibatur; cæterum meritò irridet hunc uſum Tachenius *in Hipp. Chymico*, & non tantum eſſe inutilem, ſed etiam ridiculum, niſi in ſubſtantia exhibeatur. Propterea Barbette *Tr. de Peſte pag.* 21. dicit calculum in veſica fellea humana repertum poſſe ſubſtitui lapidi porcino, majori cum fructu & ſucceſſu.

F. TAL-

Digitized by Google

T.

TALPA.

VInum decoctionis talpæ prodeſt iis inſigniter, qui laborant ſcrophulis & ſtrumis.

Sub forma calcis, dum talpa aduritur & calcinatur, in lepra uſurpatur, & ſingulariter in ſcorbuto prodeſt; ſicut internè in ulceribus cancroſis & ſcorbuticis.

Cor contra herniam laudatur ab Autore, & Hartmanno.

Sanguis talpæ, præter id, quod curet alopeciam, peculiariter contra gangrænam & ſphacelum laudatur, ſi papyro illitus exſiccetur poſtmodum ſub uſu humectetur aqua & imponatur, contra paronychiam ſanguis & pellis talpæ applicata, eſt experimentum Helmontii.

Sic & in eryſipelate, imprimis mammarum, & cancro, ſive exulcerato, ſive non exulcerato, manus impoſita, in qua talpa mortua ſingulare quid confert & ſubito ceſſare facit: videatur Autor, uti & Schmuck *in Curationibus Magico-Magneticis*, & Horſtius.

In gangrænoſis mammillarum affectibus, præ cæteris conducunt dentes ex talpis vivis exſciſſi: mirè etiam conveniunt in dentium affectibus, ut & in dentitione infantum.

TAXUS.

Tantummodo adeps adhibetur propter vim fortius penetrantem, quam alii adipes. Unde applicatur renibus in nephritide, vel cum unguento dialthææ, quando volumus compeſcere dolorem; vel cum oleo ſcorpionum ſimplici, quando volumus pellere urinam & calculum.

V.

VIPERA.

VIpera dicitur quaſi vivipara, cum cæteri ſerpentes ſolcant eſſe ovipari: inter omnes ſerpentes venenata præprimis æſtimatur, ſummum nihilominus alexipharma cum, & multorum morborum ſaluberrima medicina.

Conſule Marcum Aurelium Severini, *de Vipera Pythia*, Fabium Paulinum, *de Viperis in Trochiſcis præparatis*, Abbatium *de Admirab. Vip. Nat. & mirific. ejus Facultatibus* Langellottum, & Harderum *in Apiario*.

Colligendæ ſunt viperæ verno tempore, imprimis circa finem Maij, & principium Junii, quando exuvias depoſuere, & denuo incipiunt veſci plantis vernalibus & tenellis.

Quod virtutes attinet: pollent mirabiliter vi alexipharmacâ, ſudorifera, vitium reſtaurativa, malignitatis expulſiva, & vi balſamica ad vitam ſanam. Præterea in lue Venerea mirè conducunt; ſic decoctum viperarum commendat Tachenius *in Hipp. Chym. pag.* 65. quod confirmat experientia D. Michaëlis, qui aliquando reſtituit Gallicum beneficio viperarum, cui ita læſum pericranium, ut fermè decideret. In elephantiaſi & lepra non efficaciora habentur & magis appropriata remedia, quam ex viperis. Nota namque eſt hiſtoria à Galeno *l.* 1. *de Med. Simpl. c.* 1. commemorata de elephantiaſi deſperata, vino, in quo extinctæ fuerunt viperæ, curata: videatur etiam Borellus *c.* 2. *Obſervat.* 37. & Zwelfferus. In ſcabie continua maligna nihil melius eſt interno uſu viperis; vid. Charras *Remed. è Vip. cap.* 2. hinc ad pulchritudinem conferunt, vid. Rhedi *Obſ. p.* 32. annex. M. A. N. C. *An.* 1. *in Append.* In ulceribus inveteratis viperina remedia primatum ducunt. In ſterilitate mulierum quoque valdè laudantur, uti etiam infœcundis maritis: ſic refert Elideus Paduanus *in Obſ.* rariſſimam hiſtoriam, ſe beneficio decocti viperini mulierem lepra laborantem curaſſe, quæ cum anteà fuerit ſterilis, poſtmodum fœcunda facta, aliquoties peperit. Modum, quo debent nutriri capones & galli, deſcribit elegantem Zwelfferus *p.* 215. *Pharm. Regiæ*. Porro contra venena, morbos malignos ac venenatos quoscunque, tàm in febribus malignis & peſtilentialibus, quam in ſpecie quando jam usque eo res devenit, ut pulſus videatur deficere, vi alexipharmaca ſunt uſitatiſſima, unde Andromachus & Galenus trochiſcos de vipera in theriacam recepere. Præterea in ſtrumis & ſcrophulis nihil eſt melius medicamentis viperinis interno & externo uſu. Filum rubrum ſetaceum, quo ſtrangulata fuit vipera, ſi circumdatur collo angina laborantium, item ipſum viperæ caput collo appenſum, eandem curare dicitur; videatur Bartholinus *in Tr. de angina Puerorum*, tum in *cap.* 4. *Hiſtor. Anat.* 73. Wormius *in Muſ. l.* 3. *cap.* 8. & Charras *Remed. è Vipera cap.* 3. Quoad reliquas partes viperinas, hepar & cor, hæc cum carne in forma electuarii Hippocratis antidotum fuit in peſte; in qua tamen parum valet. In dyſenteria autem, præſertim epidemica egregium eſt epar; pulveriſatur enim & à ℈ß. ad ℈j. tanquam ſingulariſſimum remedium laudatur, ſi nempe miſceatur cum coralliis, unicornu foſſili, vel ℈ß. cryſtalli, & cum laudano opiato. In partu difficili epar viperinum pro arcano habet Helmontius.

Pinguedo viperarum interne ad ʒj. aſſumpta contra ſcabiem laudatur à Borello *c.* 2. *Obſ.* 37. in ſtrumis & ſcrophulis incipientibus egregia medicina eſt earumque incrementum præcavet. Cosmetica eſt, & faciei illita, maculas delet; unde vel ſola applicatur vel miſceri

Digitized by Google

ſceri poterit cum balſamo Peruviano, & ſic vetulis contra rugas facici elegans eſt remedium, quin & calidè vel externè palpebris cum penna illita, vel in ipſum oculum bis & ter in die quoad unam & alteram guttam immiſſa nobile eſt ophthalmicum & egregiè confert pro acuendo viſu, tam juvenum quam ſenum, vid. M.A.N.C. *Ann.* 2. *Obſ.* 207. *pag.* 206. & Ludovici *in Pharmac. p.* 159. ubi præfert mixturis ex antimonio ejusque croco, item Wedelius *de Compoſit. Medicam. l.* 1. *Sect.* 3. *cap.* 1. Bonitas ejus æſtimanda, ſi vel leni carbonum igne diffluxerit, & liquida permanſerit; videatur Wedelius *Pharm. pag.* 18. Hujus defectu pinguedo muſtelæ piſcis ſubſtituitur: vid. Ludovici *Pharmac. Diſſert.* 1. *p.* 300.

Oleum viperarum coctum in ſtrumis & ſcrophulis in magno uſu eſt.

Deſtillatæ viperæ eadem quidem ſuggerunt, quæ cornu cervi vel alia animalia; in ſpecifica tamen vi per ignem multum deſtructa & plus minus caſtrata ſunt; ſicque ſpecialem præ aliis differentiam vix videntur habere.

Oleum deſtillatum & rectificatum eſt ſudoriferum & alexipharmacum.

De artificio veterum parandi ſal theriacale cum ſale communi: vid. Tacchenius *in Hipp. Chym.*

Sal theriacale modernorum eſt ſal volatile viperarum & ſerpentum, quod paratur per retortā more conſueto igne aperto in vas recipiens capax; cum quo ſale ſimul prodit ſpiritus & oleum deſtillatum. Hoc rectificatum cum ſpiritu ſuo, dat liquorem ſudoriferum & alexipharmacum.

Sal volatile eſt magni uſus & efficaciæ in morbis malignis & venenatis à gr. vj. ad ℈ ß. vel ſolum, vel addito grano camphoræ in aqua appropriata; videatur Zwelfferus *Anim. in Pharm. Auguſt. p.* 212. *& ſeqq.* Cum verò vis ſpecifica ab igne multum deſtruatur, ſufficiat nobis ſal volatile & ſpiritus cornu cervi. Sunt qui volunt figere ſal viperarum per acida; ſed parant exinde crudum ſal ammoniacale.

Sunt qui parant ex viperis medicamentum, quod vocant aſtrum Microcosmi.

Recipe viperas, vel ſerpentes recens contuſos: abſtrahunt in balneo phlegma, quod denuo affundunt, & addunt dimidium ſpiritus vini, putrefaciunt in fimo vel balneo Mariæ per quatuor ſeptimanas: ſublimant poſteà, & aſcendit aſtrum cryſtallinum, quod in calore ſe coagulat, in frigore verò in oleum reſolvit.

Eſt remedium prædicatum contra peſtem, venena & morbum gallicum.

Trochiſcos viperarum ſufficienter perſtringit Zwelfferus loco allegato tanquam maximè inutiles; quia ſint tantum maſſa panis cum paucis viperarum reliquiis permiſta; ſicut & in peſte non ſemper cum fructu exhibitos notat Diemerbroeck de peſte, propterea à modernis in compoſitione theriacæ aſſumitur loco trochiſcorum pulvis bezoardicus animalis.

Vina viperina Italis & Anglis ſunt in frequenti uſu pro lue Venerea & concilianda facici elegantia & nitore; quorum præparationem ſufficienter demonſtrat & declarat Zwelfferus loco allegato, & *Pharm. Regia pag.* 150. eumque examinat Schrœckius *in Pharmacop. Reſt. pag.* 194. & le Febure *in Chym.*

Deinde fiunt pulveres viperini, qui aliàs bezoardici animalis nomine veniunt; quorum variæ hinc inde apud Autores proſtant præparationes. Per calcinationem tamen parandi non ſunt; quin potius recipiantur viperæ recentes exenteratæ: Exſiccentur per fumum baccarum juniperi.

℞. *Hujus pulveris ſicci part. iij.*
flor. ſulphuris
myrrhæ pulveriſ. à part. j. vel ß.
& adſpergantur poſtmodum aliquot guttis olei cinnamomi & ligni Rhodii.

Alii

Recipiunt viperas: easque benè lotas in vino Malvatico, miſcent cum ſale prunellæ ſeu nitro fixo, & exſiccant viperas in loco calido, ut redigi poſſint in pulverem; abſterſo tamen prius ſale prunellæ: & huic pulveri addunt corda & hepata propria pulveriſata, ſimiliter & irrorant ſpir. vini, ſicquè pro uſu reponunt.

Plures qui vult compoſitiones pulverum bezoardicorum viperinorum ſelectas, videat Cnoffelium *in Appendice An.* 6. M.A.N.C. *pag.* 25. & Zwelfferum *in Pharmac. Reg. pag.* 150. *ſeqq.* Veriſſima enim eſt Velſchii epicriſis *Hecatoſt.* 2. *pag.* 25. dicentis: pulverem illum quò ſimpliciorem, eò meliorem eſſe; & cum facile ad putredinem ruat, proin condiendum ſuadent quidam oleis deſtillatis, floribus ſalis ammoniaci, de qua præparatione videbitis Marcum Aurelium Severinum. Cæterum modum optimum pulverem hunc præparandi docet Charras *Tractat. de Viperis.*

Baſis eſt plurimorum medicamentorum: Doſis à ʒ ß. ad ʒj. plus minus, pro varia compoſitionis ratione, ut ut levior & conſequenter quantitas ejus inſignior ſit.

Quidam eſſentiam è viperis parant, vel cum acidis, vel cum ſpiritu vini. Eſſentiæ cum ſpiritu vini paratæ ſunt fruſtraneæ, quia parum eliciunt: quidam roborant ſpiritum vini ſalis volatilis additione, qui quidem colorem acquirit rubicundum; & ratione ſalis volatilis multum valet; ſed ſufficit ſpiritus cum ſale

Digitized by Google

ſale volatili. Eſſentiæ cum menſtruis acidis deſtruunt ſal volatile. Beatus tamen D. Michaëlis paravit ſuam eſſentiam viperinam, recipiendo viperas exenteratas conciſas exſiccatas, iisque affudit ſpiritum æruginis rectificatum: quo ipſo mediante diuturna digeſtione totæ ferè viperæ, pauciſſimis exuviis relictis, ſolvi ſolent: menſtruum abſtraxit ejusdem ferè ſaporis acidi, quo affuſum erat, extracto reſtitanti affudit ſpiritum vini rectificatum vel theriacalem, & ſic mediante digeſtione egregiam eſſentiam acquirebat pro purificando ſanguine, & cura affectuum cutaneorum.

Cum hac eſſentia curavit aliquando quendam Gallicum, ita ut poſt curam cuticula de toto corpore potuerit detrahi eodem modo, quo deponunt viperæ exuvias. Doſis ʒß. ad ʒij.

VITULUS.

Ex vitulo uſurpantur tantum pinguedo, & medullæ ex oſſibus extractæ.

Vitulina pinguedo, cui etiam ſubſtitui ſuilla vel humana poteſt, externo uſu emollit, laxat, temperat moderatè absque inſigniori acrimonia.

Pinguedo vitulina deſtillata cum additis cineribus, dat oleum empyrevmaticum, ſed volatile admodum & penetrans, quodque recens odorem inſtar ſalis cujusdam volatilis reddit. Si inſtilletur ipſi ſpiritus nitri, occultè cum æſtu & fumi albi eructatione efferveſcit; adeoque inſigniter alcalinæ erit naturæ: quod pariter de aliis pinguedinibus aſſerendum videtur.

Ejusdem ferè, ſed magis temperatæ naturæ, eſt medulla vitulina, quæ poſt cervinam eſt optima, & quidem cum ſit temperatiſſima, præter communem uſum cum reliquis medullis leniendi, blandè humectandi, emolliendi, digerendi, & abſceſſus maturandi, egregium eſt euporiſton in agrypnia vel ſomni defectu, quando non poſſunt anodyna & narcotica adhiberi, ubi tantillum temporibus inunctum vigilias arcet, & ſuavem ſomnum inducit. Sic in febribus malignis, & febre puerperarum, ubi deficit ſomnus bis vel ter in die inungantur tempora; uti & iis qui meditationibus nocturnis ſunt intenti, optimè conducit.

UNICORNU.

Unicornu jactatur duplex: unicornu terreſtre & unicornu marinum.

De unicornu veterum, quidnam & an ſit? multum adhuc inter ſe diſputant Autores; quidam negant, quidam affirmant: verùm unicornu terreſtre quadrupes, inſtar tauri, &c. uti illud deſcribunt, eſt non-ens, & nunquam in rerum natura repertum, utut mordicus illud quidam defendant, quos inter eſt Bartholinus *in Tract. de Unicornu*, qui affirmat dari adhuc. Loca verò ſacræ ſcripturæ quod attinet, ubi unicornu fit mentio, de rhinocerote ſunt intelligenda, animali maximè ferino, & hactenus indomabili: videatur Deuſingius *in Tract. de unicornu*.

Omnia autem iſta concreta oſſea, oblonga, dura, ſtriata, quæ in aulis principum viſuntur, ſunt ex piſcium cetaceorum quadam ſpecie, malè unicornu dicta: Nimirum juxta Grönlandiam capiuntur piſces cetacei, qui unicornu hoc in ſuperiori maxilla ſiniſtra pro dente habent, ſæpius trium ulnarum & ultra longitudine, ſive ſponte deponantur, ſive ex impetuoſo curſu in ſaxa frangantur. Figuram hujus piſcis, & dentis delineationem & hiſtoriam videbitis in Wormii *Muſæo l.* 3. *cap.* 4c. Kircheri *Mundo ſubterraneo Tom.* 2. *pag.* 64. Sachſio *Monocer.* Bartholino *de unicornu & in Hiſtor. Anat. C.* 4. *Hiſt.* 4. *& Epiſtolis c.* 1. *Ep.* 21. atque *c.* 2. *Ep.* 53. *&* 81. Calceolario *in Muſ. Sect.* 6. *p.* 687. uti & *Tulpio in Obſ. l.* 4. *c.* 55. *pag.* 395. Unicornu hoc marinum perquàm appoſitè rhinoceros marinum ſeu glaciale vocatur à Velſchio *Hecatoſt.* 1. *pag.* 25.

Hic dens ejusdem uſus cum cornu cervi & ebore dicitur Verulamio *in Hiſtor. vitæ & mortis p.* 85. Unde etiam easdem præparationes, quas vel cornu cervi, vel elephantis dens ſubit, pati poteſt, eadem producta ſuggerens. Hinc decantatus eſt contra epilepſiam juniorum, item contra tormina, quæ minantur convulſiones, contra venena, morbos malignos, peſtem, morbillos & variolas, ſimilesque alios morbos malignos. Doſis eſt à ʒß. ad ʒß. alexipharmacum eſt, & ſudorem egregie movet, certè in epilepſia non rejicio ejus uſum, quando acidum in primis viis in cauſa eſt.

Probam hujus unicornu hanc eſſe volunt, ut poſt uſum hujus arſenicum & Mercurius ſublimatus internè propinatus, non noceant; vid. *Foreſt. Lib.* 3. *Obſ.* 19. *Schol.* Interim exiſtimo cornu cervi crudum & raſpatum eodem ſucceſſu poſſe uſurpari, ac unicornu marinum.

Ex hoc Unicornu, ſicuti ex aliis dentibus, poteſt præparari per coctionem gelatina, per deſtillationem ſal volatile & ſpiritus, & alia ſimilia.

URSUS.

Urſus ſubminiſtrat in officinas pinguedinem imprimis, ſeu axungiam, de qua obſervatum eſt, quod, quando urſi tempore hyberno pingueſcunt, ipſa augeatur & creſcat in capſula. Hæc cum cinere muris illita ad alopeciam, eſt egregium remedium. In tumoribus diſcutiendis & reſolvendis multum commen-

Digitized by Google

datur. In hernia inteſtinali egregiè convenit, ſi regioni oſſis ſacri illinatur ſeu emplaſtri modo applicetur; ut quaſi retrahat inteſtina: poſt repoſitionem autem inteſtinorum in locum naturalem, impedit, quo minus poſſint denuo excidere, & fuit ſecretum D. Sulzbergeri, unde etiam Scholzius *Conſil.* 203. hernioſos inungit cum medulla cervina, ubi eſt ruptio, locum verò oppoſitum in dorſo & lumbis cum pinguedine urſina, admiſtâ anſerinâ, imò quando applicantur circa rupturam emplaſtra attrahentia ſemper in regione dorſi applicatur pinguedo urſina. Similiter contra prolapſum ſinus pudoris ſummum eſt levamen, unde etiam oſſi coccygis ſimili ratione applicatur. Inſtante partu obſtetrices manus pinguedine urſina inungunt, quæ abdomen mulieris deorſum verſus premunt, aut abdominis partem tumentem, & latera lumbaria inungunt, & inferiora verſus cogunt. In dolore podagrico compeſcendo pedes pinguedine hac, prius in aqua ſpermatis ranarum lota, inungi ſolent. Ulterius axungiam urſæ albæ ingens eſſe coſmeticum cuti illitum, ſunt qui affirmant.

Fel exſiccatum commendatur ad epilepſiam, & icterum, illosque morbos, ad quos reliqua fella, & eſt quoddam ſal volatile acre. Non proinde mirum videri poteſt, quod ruſtici in Finnlandia eo feliciter in multis affectibus utantur; egregiè enim penetrat, acidum abſorbet, craſſa incidit, & ſic ad quamplurinos affectus conducit.

VULPES.

Pingued. Vulpis multum in uſu eſt contra affectus nervorum, tremores & paralyticos affectus, nec non contracturas, & indurationes nervorum ac tendinum, externè illita.

Pulmo mirè laudatur contra phthiſin, alioſque affectus pulmonum, in ſpecie quidem ad eorum vulnera & ulcera vi conſolidativâ & conſervativâ. Ita D. Schneiderus ægrotum quendam, cui pulmo ingenti globulo tormentario fuit transfoſſus, quique cum frequenti ſanguinis expuitione fruſta carnoſa pulmonis ſimul rejecit, egregiè curavit per remedium ex pulmone vulpis recenti ac cruento, qui modo ex vulpe exemptus in aqua appropriata leviter coctus fuit; deinde minutim conciſo fuit admiſta conſerva radicis ſymphyti, florum ſymphyti, amylum, & imprimis ſarcocolla purgata, lota, & lacte muliebri nutrita: ſed revera dubito: an huic vulpis pulmoni tantum tribuendum: quin leviori in malo ſelecta Vulneraria huic præferrem; in graviori verò hunc pulmonem etiam inefficacem exiſtimarem.

Fel, oculis convenit.

Sanguis vulpinus ad calculum commendatur, vel in veſica, vel ejus canali morantem, ſi internè propinetur, & externè eo inungatur regio veſicæ.

Si quid ex vulpe utendum, lingua ejus uſurpanda pro extrahendis partibus heterogeneis è vulneribus: ſi ſcilicet menſe Martio ex vulpe vivo vel modò mortuo exſcindatur, & exſiccetur. Sub uſus tempore macceretur in vino Rhenano aut Malvatico, vid. Schenckius *in Obſ. lib.* 5. de vulneribus.

Totus vulpes contra phthiſin valdè prodeſſe dicitur, ſi caro vel aſſata, vel elixata, comedatur.

Oleum vulpinum per decoctionem factum, in affectibus nervorum valdè convenit. Diſcutit potenter, anodynum eſt, & in atrophia, contracturis & indurationibus nervorum ac tendinum externo illitu confert.

Looh de vulpis pulmone in aſthmate & tuſſi, aliisquè pulmonum vitiis, communis uſus eſſe ſolet. Verùm tabidis magis officere, teſtatur Ludovici *in Pharmacia.*

ZOOLOGIÆ,

CLASSIS II.

DE

AVIBUS.

AVes paucæ ſunt in uſu, Excrementa earum præ reliquis acria magis & ſalſa ſicque admodum nitroſa ſunt; perfectum enim nitrum cryſtallinum inde efflorescit, ſi ſtercus aquæ immittitur: id quod imprimis in ſtercore columbino videre eſt, unde in ſpecie ad affectus chronicos hypochondriacos pro corrigendis vitioſis ſaporibus, ſpeciatim acidis, pro abſtergendis primarum viarum ſordibus, & hinc pro urina cienda, uſus egregii ſunt. Excellunt pro hoc ſcopo ſpeciatim ſtercora gallinaceum anſerculorum junioruin, & hirundinum, vid. Pechlin. *de purgant. p.* 452.

ACCIPITER.

Sunt qui commendant excrementa accipitris ad partum promovendum & retentas ſecundinas internè vel etiam ſub peſſi forma ʒj. ſupponitur.

Nonnulli commendant ungues accipitris in pulverem redactos adverſus dyſenteriam.

ALAU-

Digitized by Google

ALAUDA.

Alauda magis eſt culinaris & alimentaris, quàm officinalis.

Ad colicam nihilominus commendatur. Hujus caro urinam, ſabulum & calculum proritat: id quod Hœferus *in Herc. Med. p.* 172. experientiâ propriâ confirmat.

De ſanguine alaudæ dicitur, quod calculum curet.

ANAS.

Anas culinaris & officinalis eſt. Et quidem virtutes officinales acquirit ex eo, quod veſcatur ranis & bufonibus; unde dicunt, quod ad duritiem ſive cocta ſive aſſata, ut pulveriſari poſſit, ſi pulvis inſpergatur in lacum, exinde innumeræ ranæ & bufones procreentur: id quod etiam fieri dicunt in fimo, ubi putreſcit.

De anate viva dicit Autor, quod ſi circa poſteriora deplumata ventriculo imponatur, ſedet colicam, ſed tum anas moritur.

Sanguis ratione ranarum & bufonum inter alexipharmaca refertur, qua vi in ſpecie magni æſtimat Paracelſus, unde etiam ingreditur antidotum Paracelſi ex ſanguinibus; quæ compoſitio videri poteſt in Crollii *Baſilica Chymica*. Et quidem quo magis veſcuntur bufonibus, eò magis fiunt alexipharmacæ, & venenis reſiſtentes; imprimis commendantur anates tales, quæ in ſanguine proprio, ſeu una in alterius ſanguine ſuffocantur.

Quidam ſanguinem anatis deſtillant, & parant ſpiritum, quem rectificatum ſale volatili imprægnant & ad ʒ i ß. vel ʒ i j. propinant pro medela adverſus venena. Calculum itidem renum & veſicæ valdè pellere dicitur.

ANSER.

De hoc ſe offert pinguedo, quæ eſt præ reliquis ſpeciebus ſubtilior, volatilior, & penetrantior, adeoq; admodum reſolutiva & diſcuſſiva. Internè cum pomo aſſato aſſumpta valdè convenit in emollienda alvo nimis obſtructa.

Externè ad alvum infantum nimis conſtipatam purgandam quidam recipiunt teſtam nucis juglandis mediam eamque implent cum pinguedine anſerina, & applicant umbilico, ſimulque abdomen illinunt ea pinguedine.

Confert in ſpecie ad rimas & fiſſuras labiorum. Porrò quia ſubtilis eſt hæc pinguedo, pedibus & manibus inuncta, has partes præſervat contra frigus externum, Staricius **im Helden-Schatz** / *pag.* 126. In affectibus nervorum paralyticis, in ſpaſmo, nerviſque rigidis ac contractis multi uſus eſt; unde fotus vel vapor ex pinguedine anſerina receptus in paralyſi ſcorbutica Weſtphalorum eſt experimentum, coquunt illam benè cum aqua & fotum ſeu vaporem recipiunt. Unguentum paralyticum mediante aſſatura ex anſere, ſimplicibus nervinis infarcto, paratum habet Bartholetus *in ſua Encyclop. pag.* 165.

Pinguedo anſerina probè purgata vicem unguenti armarii in curandis vulneribus ſubire poteſt, Schmuck *in Curat. Magico-Magnet. pag.* 43.

Stercus anſerinum eſt nitroſum valdoperè, multo ſulphure refertum, unde valdè penetrat. In ſpecie exſiccatum hoc ſtercus, pulveriſatum, & ad ʒ j. exhibitum, contra icterum uſurpat Bartholetus *loc. cit.* ſive ſit ſtercus anſerum adultorum, ſive etiam anſerculorum juniorum. Vi nitroſa ſulphurea mirè commendatur, & bilem corrigit, in ſpecie verno tempore, menſe præprimis Majo collectum: Conf. Deodatus *in Panth. Hygiaſt. l.* 1. *p.* 363. Efficacius autem erit, ſi anſeres prius veſcantur herbis antiictericis. Ad ſcorbutum optimum eſt remedium, in vino frequentius hauſtum, vel ſub forma pulveris, vel decocti. Hoc ſtercus anſerinum ulteriùs per urinam valdè pellit aquas, unde hydropem curare ob vim nitroſam facile credo.

Quercetanus *in ſua Pharmacopœia Tragea*, habet ſtercorariam, ſeu pulverẽ ſtercorarium, quem ingreditur ſtercus anſerinum.

Juniorum anſerum ſtercus recens menſe Aprilis & Maji collectum, deſtillatum per alembicum ſuggerit aquam egregiam, quæ vocatur aqua ophthalmica Imperatoris Maximiliani contra quoscunq; oculorum affectus, nebulas, ſuffuſiones diſcutiendas, dolores, viſus imbecillitatem, lippitudinem, &c. comẽndata; &c. uti videre poteſtis apud Lipſium *in Tract. de Variolis*. Modum deſtillandi aquam ex ſtercoribus videbitis in Poterio *in Pharmac. Spagyr. lib.* 1. *Sect.* 4.

Lingua anſerina ſtranguriam & difficultatem urinæ ex peculiari quadam proprietate curat, ſi ſiccetur, & exhibeatur; ſicuti eadem recens comeſta involuntariam mictionem corrigere dicitur.

C.

CICONIA.

QVod dixi de anate, dici poteſt de ciconia, quæ habetur alexipharmaca, quia ordinarium nutrimentũ ejus bufones, ranæ, quin & ſerpentes, ſunt: & ſicut cervus eſt alexipharmacus inter animalia quadrupedia ita non mitum eſt, quod inter volucres ciconia à dictis aſſumptis aliquali vi alexipharmacâ imbuatur, inde quoq; contra venena morboſq; malignos laudetur. Unde in ſpecie ciconiæ ſanguis multum commendatur in dictis affectibus,

Digitized by Google

ctibus, qui etiam tanquam basis ingreditur antidotum de sanguine Paracelsi; electuariũ alexipharmacum de ciconia dictum contra venena omnia laudatur. Præparandi modum videbitis in Autore *lib.*2.*c.*51.*p.*181. Hartmanno *Comm. in Crollium*, & ipsius Crollii *Basil. Chym.* qui etiam essentiam sanguinis ciconiæ contra venena in usu habuit: De cujus effectu videatur Fehr *de Scorz. pag.* 144. Dosis ejus est à ʒß. ad ʒij. Hinc etiam Burggrafius *in Biolychn.* ex sanguine ciconiæ parari posse remedium contra omnia venena asseverat; nam subministrat sal volatile copiosum, & sal cordis ciconiæ, & sal cordis pavonis, contra omnia venena mirificè commendantur. Præterea ciconia habet usum non inelegantem in podagra, in qua calcinata commendatur à ʒß. ad ʒj.

Stercus ciconiæ laudatur in epilepsia curanda, in qua, vel in substantia, vel in infuso assumitur, vel etiam pro stimulo appropriato clysteribus permiscetur; cum sebo cervino vel axungia anatis vel suilla illinitur sub forma linimenti. Reverà tamen huic stercori ciconiæ non cedit stercus cervinum parili ratione applicatum.

Axungiam pariter ad podagram commendant; unde ex pelle tibialia faciunt.

Sal volatile non foret frustraneum, si pro usu sudorifero & alexipharmaco adhibeatur.

Fit etiam ex ciconia oleum per coctionem in oleo communi, quod eundem habere dicitur usum in paralysi cum oleo viperino.

COLUMBA.

Columba per medium dissecta, & hoc modo applicata capiti, in phrenitide medicamentum fuit apud superiores Practicos multum commendatum; utut à modernis, sed minus rectè, negligatur. Eodem modo applicatur plantis pedum in febribus malignis cum phrenitide.

Quæ de hujus sanguine habet Autor, non tanti sunt pretii, cum oculis instillatus mox grumescat, & malum exasperet.

Fimus columbinus præ aliis insigniter nitrosus est, & salso seu ammoniacali egregiè refertus; hinc præ reliquis diureticus, & contra hydropem utilis; videatur Forestus *lib.*24. *Obs.* 25. Leviter autem est calcinandus, vel potius in vino vel aqua simplici macerandus, dehinc cum vino aut aqua extrahendum est sal nitrosum seu lixivium summè diureticum, quod intrinsecus haustum mirum quantum expellit hydropicorum aquas per urinam: addunt alii cineres stipitum fabarum, sarmentorum vitis, absinthii & tartarum calcinatum. In pleuritide stercoris columbini ʒj. in vehiculo convenienti usurpatur. Acetum affusum fimo columbino, percolatum, cum pauco melle mistum, in calculi paroxysmo egregium est. Alii, ceu singulare remedium pro pellendis mensibus commendant hunc fimum calcinatum. Conf. Herrtodt. *in Crocol. pag.*216. qui etiam *pag.* 117. parat aquam anticolicam ex basi stercoris columbini.

Externè usitatus propter vim leviter causticam & vesicatoriam, inter psilothra communiter refertur. Usurpatur vel per se aqua humectatum, vel cum semine sinapi, nasturtii, aut simili tritum, humectatum cum aqua simplici, & impositum in morbis chronicis: Eosdem præstat effectus, quos sal volatile acre nasturtii & sinapi. In hydrope & pedibus œdematosis stercus columbinum bulliat in aqua, vel cum aqua calcis vivæ probè subigatur instar cataplasmatis liquidi, & cum aliis applicetur tumoribus œdematosis ac serosis, imprimis si immineat pedibus œdematosis gangræna. Lixivio stercoris columbini si lavantur manus pedesque, ab omni frigore ad tempus erunt immunes: & chirothecæ ac tibialia linea hoc lixivio madefacta, idem præstant Staricius **im Helden-Schatz** *p.*116. Plura qui cupit de usibus stercoris columbini, videre potest Zacutum Lusitanum *lib.*11. *Princ. Med. p.*17. *&* 117.

CORVUS.

In pullis corvorum recentibus verno tempore ex nido exemptis, antequam vestiantur plumis, ex ore exsumitur caro, quæ hepar pullorum corvorum, & specificè epilepsiam curare dicitur.

Pulli corvorum, uti dicit Autor, *incinerati* commendantur ad morbum comitialem; si scilicet pulli corvorum nigrorum ex nido calcinentur.

Cor corvi gestatum arcere dicitur somnum, & putatur efficax remedium nimiæ somnolentiæ.

COTURNIX.

Pinguedinem coturnicis cum pulvere ellebori nigri vel radicis pyrethri in formam linimenti quidam redigunt, & in impotentia virili radici penis vel glandi illinunt: quibus subjungenda balnea nervina.

De excremento observetur, quod habet Autor; quia enim elleboro, tàm albo quàm nigro, vescuntur, hinc antepilepticum haud contemnendum esse, probabile est: Videatur Hœferus *in Herc. Medic. pag.* 12. ubi ceu singulare antepilepticum commendat ova coturnicis, si exsiccata & pulverisata ad ʒß. adhibentur. Unde alii dicunt, quod cerebrum coturnicis cum unguento myrtino admistum, & faciei epilepsia correpti inunctum, mirabile sit auxilium.

G. Gal-

Digitized by Google

G.

GALLUS, GALLINA.

DE Gallina per medium diſſecta, uti habet Autor, eadem dici poſſunt, quæ de columba. In phrenitide graviori per medium diſſectæ & cruentæ capiti raſo imponuntur, quod è ſchola Galeni ad nos dimanavit, ſi tantum per quadrantem horæ in capite relinquantur, horrendum fœtent. Item gallinæ integræ, quando vivæ deplumantur juxta podicem, tumoribus malignis, morſibus venenatis, bubonibus & carbunculis peſtilentialibus, imponuntur pro extrahendo veneno, ſed brevi poſt moriuntur. Repetantur harum applicationes, donec nullæ amplius moriantur, & res erit in vado: Zacutus Luſitanus à vipera demorſum ita reſtituit.

Ex gallis contuſis parant decoctum, ſeu jus conſummatum, in atrophia, hectica & phthiſi, uti & pro iis, qui reconvaleſcunt ex morbis chronicis: ſed ſtomachus debilis ea digerere non poteſt; unde eruditatem nidoroſam contrahunt. Maximè ergò ii errant, qui ægris ex gravioribus malis convaleſcentibus ejusmodi juſcula propinant; corpora enim impura quo magis nutriuntur, eò magis læduntur. Laudantur etiam in promovendis lochiis, imò ad fortificandam parturientem poſt partum, verum cum puerperarum corpora pariter impura ſint, iis ſubinde nociva erunt.

Huc pertinet jus Galli veteris quod à veteribus laudatur contra aſthmata & dyſpnœias: Videatur Amatus Luſitanus *C. 2. Cur.* 81. *in Schol.* valdè tamen exagitatur ab Helmontio *pag.* 765. §. 12.

Sanguis galli valdè prodeſt ad ſtimulandam Venerem, ſi ſcilicet ex hoc deſtilletur ſpiritus urinoſus, & rectificetur. Poteſt cum remediis ex formicis paratis miſceri, & virtus ejus magis exaltabitur; unde etiam ſpiritus, paratus ex ſanguine & teſticulis gallinaceis, valdè commendatur in ſtimulanda Venere, ité ſpiritus ex teſticulis & ſanguine pavonis ſeu galli Indici, ſi in his ſpiritibus diſſolvatur unum vel alterum granum ambræ.

Cerebrum gallinæ nigræ ad confortandam memoriam & in deliriis commendatur: Vid. Leo *lib.* 1. *de Art. Med.*

Tunica ventriculi interior ſiccatur, & pulveriſatur, ut compeſcat vomitum, præcaveat abortū in ſpecie, ſi metuend^o ex nimio vomitu: de qua tamen virtute non imeritò dubitat Helmontius *Tr. de Lith. c.* 3. §. 28. Laudatur etiam ad incontinentiam urinæ; unde ex hac tunica cum pulvere erinacei Bartholetus *in Encyclop. pag.* 164. habet pulverem ſpecificum ad mictionem involuntariam, cui Deodatus *in Panth. Hygiaſt. lib.* 1. *p.* 361. ſimul addit criſtam galli exſiccatam. Quidam in ſale cauſam quærunt, quæ inter eſt Riverius *in Prax. lib.* 9. *cap.* 5. ubi dicit: quod valdè proſit & conducat in conterendo calculo & arenis comminuendis: Ad menſes potenter ciendos à ℈ j. ad 3 ß. laudatur, imprimis in aqua cinnamomi vel ſimili ſi propinetur: Verum ſi quid operatur, fit ratione aquæ cinamomi.

De virtutibus teſticulorum ad ſtimulandam Venerem, videatur Amatus Luſitanus *in Curat.* 2. *cap.* 81. & ex eo Schenckius *Obſ. de Rebus Venereis.*

Pinguedo gallinæ eſt moderata & temperata præ cæteris omnibus, adeoque blandè & moderatè emollit, maturat, & indurata attenuat; hinc cataplasmata & unguenta pro tali uſu ſolet ingredi.

Guttur galli toſtum, pulveriſatum, & cum vino potum, eſt Solenandri experimentum contra mictionem involuntariam, quod primitùs docuit *Sect.* 4. *Conſil.* 11. quem ſecutus eſt Hartmannus *Prax. Chymiat. p.* 250. & Hœferus *in Herc. Med. p.* 343.

Stercus omnia ea præſtat, quæ columbinum: Sed non adeò eſt potens. Egregium ad icterum remedium paratur ex albo ſeu gilvo pullorum gallinaceorum, ex quo etiam Deodatus *in Panth. Hygiaſt. lib.* 1. *p.* 361. *& ſeqq.* ſummum arcanum parari dicit ad calculum, idque, ob vim nitroſulphuream, cujus doſis ſit à 3 ß. ad 3 j.

Ova reverà ſunt fructus gallinarum. De his multa dicuntur ſuperſtitioſa, inter quæ quoque puto hoc eſſe, quod dicunt: Ova die viridium, **am Grünen-Donnerſtag**/ excluſa, & fota poſtmodùm à gallina, prodere gallinas, quæ ſingulis annis pennas mutent: id quod propria experientia ſe expertum eſſe dicit Schmuck *in Curat. Magico-Magnet. pag.* 53.

Offerunt ova

1. Teſtas,
2. Albumen, &
3. Vitellum.

Ovorum teſtæ ſunt concretum quaſi hermaphroditicum; ſimul enim de regno minerali & animali participant. Materiam nanciſcuntur ex lapillis ſeu calculis, quos gallinæ devorant, quorum particulæ ſubtiliores in ventriculo ſub mucilagine ſua glutinoſa in ſubſtantiam teſtarum agglutinantur. Patet hoc, quod ſi gallinæ incluſæ ſine lapidibus vel arena nutriantur, ova ſine teſtis excludantur.

Aliàs teſtæ ovorum deſtillatæ per retortam, ratione ſubſtantiæ animalis, dant ſpiritum urinoſum & ſal volatile ſatis copioſum ſimul, cum oleo fœtido: Contra, quatenus de de natura minerali participant, relinquunt caput mortuum, quod igne aperto ulterius calcinatum faceſſit in calcem albam, tener-

Digitized by Google

tenerrimam & ſubtiliſſimam, attactu aquæ inſigniter effervescentem, & ebullientem, inſtar calcis vivæ.

Quoad uſum medicum, ejusdem naturæ ſunt cum lapillis cancrorum fluviatilium; quare tàm pulveriſatæ, quàm calcinatæ, egregiè abſorbent vitioſa acida primarum viarum, cumque iis in concretum nitroſum egregiè diureticum & nephriticum abeunt. Imprimis autem pro uſu diuretico conducunt teſtæ ovorum, ex quibus per incubatum pulli modò excluſi ſunt; mediante fotu enim certam ſimul alterationem patiuntur; quin etiam à quibusdam nomine præſervativi ſingularis calculoſis commendantur: Vid. Bartholinus *C.4. Hiſtor. Anat.23.* Riverius *Pr.l.11.C.1.* Barbette *Pr.l.4.c.8.* item Harvæus *de Generatione animal. pag.* 90. & 92. ubi dicit: Quod exterior cortex non ſit in ovo intra ovarium, ſed ſit ab urina vel craſſiore ſedimento urinæ gallinæ: in urina verò multum ſalis volatilis eſt, quod aptum eſt ad urinam movendam.

Contenta in teſta ſunt albumen & vitellum, quæ inſignem habent vim nutritivam, & reſtaurativam virium deperditarum, unde in defectu virium ex nimio coitu, vel corporis exercitiis frequentioribus, commendatur ovum recens immiſſum in vinum Malvaticum aut Rhenanum, addito uno vel altero grano ambræ, quod ex tempore vires amiſſas reſtaurare dicitur.

Ovum ad duritiem coctum, & aceto imprægnatum eſt expertum remedium in diarrhœa compeſcenda: Contra verò ovum ſorbile quosdam ſolet purgare, cujus rei exemplum refert Hœferus *in Herc. Medico*, unde commendatur in nimia alvi obſtructione.

Integra ova deſtillata videbitis in Bartholini *Act. Haffnienſ. Vol.2. pag.* 192.

Ex albumine fit pullus, qui nutrimentum, quando adhuc eſt in ovo, habet ex vitello; ſicut & poſt excluſionem abdomini adhæret aliquid, de quo etiam per aliquot dies nutrimentum habet.

Albumen ovi per ſe externè pro ſcopo refrigerandi adhibetur, & copioſum & temperatiſſimum alcali volatile in ſe reconditum habet, & quaſi cum ſpermate ranarū videtur conſpirare: unde imprimis refrigerare dicitur: Hinc etiam adſtringere, glutinare, &c. adeoq; ad inflammationes quascunq;, imprimis oculorum commendatur, benè agitatum uſque quo liqueſcat, ſpumeſcat, & in liquorem abeat: ſicut & vulnera oculorum conſolidare dicit Grulingius *in Curat.* I. *Obſerv.* 15. *Cent.*7. ubi & ſaccharum Saturni ei addi poterit.

Poteſt parari ex albumine ovi aqua & oleum: Nempe albumen ad duritiem coctum & contuſum in patina ſuper igne paulum intenſiore continuo agitando fatiſcit in oleum nigricans, quod ulteriùs per retortam in arena poteſt rectificari, & erit oleum inſtar ſolis fulgens, egregium vulnerarium & dolorum hæmorrhoidalium ſedativum. Prodeſt etiam contra ambuſta. Item albumen probè conquaſſatum, cum bolo miſtum, deſtillando dat aquam quodammodo gravem, omnibus iſtis affectibus, quibus albumen confert, convenientem.

Vitellum ovi pingue magis magisque oleoſum eſt præ albumine, unde plus nutrit, quàm albumen, vimque habet doloris ſedativam, anodynam, temperativam; emollitivam, ſuppurativam, unde ratione utriusque ingreditur clyſteres pro relaxanda alvo, & ſtimulandis inteſtinis. Contra vitellum ovi ad duritiem coctum, & cum pauco aceto roſaceo ſubactum contra diarrhœam remedium eſt excellens Helmontii *Tract. Pylorus Rector*: Addidi ego raſuram nucis moſchatæ, & bina vice feliciter exhibui.

Si coquantur ova ad duritiem, & acubus longis perforentur, exſtillabit in frigore liquor albus & limpidus, qui eſt egregium coſmeticum, imprimis ſi aliquot grana camphoræ in eodem ſolvantur, & vel ita uſurpetur, vel poſtmodum per alembicum aliquoties deſtilletur & aſſervetur.

Multi commendant hunc fucum compoſitum:

℞. *Succi agreſtæ deſtill.* part. ij.
Liqu. cryſtall. per deliquium.
℥ *albūm ovor.* ā part. j.
☉*is* ☽*i* parum M.

& in uſu diſſolvantur in ▽ ſigilli Salomonis.

Ex vitellis ovorum per expreſſionem paratur oleum, hoc modo purificandum:

Oleum liquefactum ſponte per linteum colandum, poſt imponatur patellæ ſtanneæ, & addatur aliquid de cera alba: hinc cum aqua fontana lavetur, agitando cum ſpatula lignea, ut aqua eluat impuritates. Dehinc exponatur ſoli ad aliquot dies & noctes, ut fæces in fundum ſecedant, & oleum ſupernatet, cujus uſus eſt egregius vulnerarius contra ambuſta & imprimis contra herniam.

Quidam etiam adhibent ad implendas foveas, relictas poſt variolas & morbillos, nec non ad fiſſuras, vel labiorum, vel papillarum, vel manuum ac pedum, uti etiam ani: Item ad dolores à cauſa externa obortos: dolores enim ſiſtit, & anodynum ſimul eſt, quin & coſmeticum eſt elegans, ſi prius facies abluatur cum aqua ſimplici, in qua borrax ſoluta: pòſt hocce oleo facies illinatur. Quod ſi remanentiæ poſt expreſſionem olei hujus per retortam deſtillentur, acquiritur ☞ urinoſus, & ſal volatile elegans, copio-

Digitized by Google

copioſum ſatis & admodum ſubtile, cum copioſo oleo deſtillato fœtido empyreumatico. Et ratione talis ſalis volatilis oleoſi videtur vitellum ovi ſolvere terebinthinam, balſamum Peruvianum, reſinas vegetabilium, olea deſtillata, &c.

H.
HIRUNDO.

INtelligitur hic imprimis hirundo domeſtica: nihilominus in genere quæcunque hirundines & earum nidi in caſu neceſſitatis poſſunt uſurpari. In genere hirundines integræ, præſertim juniores, valdè commendantur ad epileſiam & morbos convulſivos, ſive exſiccentur & ſub forma pulveris propinentur, ſive inſtar amuleti extrinſecus appendantur: Alii addunt, ut efficacius reddant remedium, pulveri juniorum hirundinum ana caſtorei, & ita bibunt. Specificè laudantur in paſſione hyſterica, ſive cum epilepſia partium externarum ſit conjuncta, ſive non.

Præparatio vulgaris aquæ hirundinum cum caſtoreo cum ſit valdè rudis, doctiorem docet Zwelfferus *in Animadverſ. ad Pharm. Auguſtanam.* Hæc aqua multiplicis uſus eſſe ſolet in paſſionibus hyſtericis, vertigine, epilepſia, apoplexia, & ſimilibus capitis affectibus, item in colica & palpitatione cordis, tàm interno quàm externo uſu.

In quorundam pullorum ventriculis reperiuntur parvi lapilli, verum hi lapilli ipſis communicantur à parentibus cum nutrimento. Vocantur lapides chelidonii, & contrà affectus oculorum & epilepſiam imprimis puerorum, commendantur; videatur Bartholinus *Cent.* 2. *Epiſt.* II. *Med. p.* 438. Sed nihil habent in receſſu. Accedit & hoc, quod rarò inveniantur, & propterea illis ſubſtituantur falſi. Propterà de lapide chelidonio tàm falſo, qui ſpecies eſt Opali, quàm genuino in ventriculo item hepatibus pullorum reperibili: Vid. Velſchius *Hecatoſt.* I. *p.* 74.

Nidus hirundinum unà cum excrementis eſt ſpecificum & uſitatiſſimum remedium contrà anginam & inflammationem tonſillarum. Verùm & nidus nil valet, ſed excrementa maximè ſalſa, nitroſa, quæ illic reperiuntur: Vi hac nitroſa inflammationes diſcutiunt, ardorem compeſcunt, & hinc maturationem & ſuppurationem promovent. In iisdem igitur factum cataplasma ex nido hirundinum eſt expertiſſimum Chirurgis. Præparatio eſt hæc:

℞. *Nidus*, ſicuti ſub tectis eſt (ſi adſunt pulli, eſt eò melius.)

Contunditur & coquitur, & per ſetaceum trajicitur. Hoc cataplasma partim applicatur ſimpliciter, additis tantùm aliquot oleis, partim admiſtis aliis quibusdam ſpecificis: Videatur Amatus Luſitanus *in Praxi & Obſervationibus.* Huc ſpectat cataplasma Mynſichthi compoſitum *in Armament. Chymico.*

Ipſe pulvis etiam hirundinum, & ſtercus miſta cum melle, & illitum internè in angina vel inflammatione tonſillarum, eſt egregium remedium, quod partim diſcutit, partim, ubi jam facta eſt ſuppuratio, rupturam & apertionem abſceſſus promovet: Sicuti idem illitum in uvulæ inflammatione, egregiè conducit.

Quod attinet ſtercus hirundinum, hoc eſt, de natura ſalis nitroſi volatilis ſeu Ammoniacalis, potenter penetrat, incidit, attenuat, & obſtructionem ex ſanguine reſtagnante, indeque ortam inflammationem removet; quia ſanguinem jam congrumatum reſolvit & diſſolvit, & ſic inflammationem imminuit. Quod ſi non poteſt tollere inflammationem, juvat internam fermentationem in ſanguine, beneficio cujus ſanguis in pus abit, & ſuppuratur. Quintam eſſentiam hirundinum ad anginam, epilepſiam & ophthalmicos affectus, vid. ap. Fabr. *lib.* I. *Myrothec. cap.* 19.

N.
NOCTUA.

EX noctua imprimis in uſum venit cinis ſeu noctua combuſta, quæ cum melle ſubacta & faucibus illita, mirabiliter apoſtema tonſillarum, & anginam ſuppuratam, maturat, teſte Hartmanno *in Praxi Chymiatr. pag.* 133. Eadem combuſta faucibus per cannulam inſpirata anginam rumpere facit.

O.
OLOR.

PEllis oloris colicos juvat, unde regioni ſtomachi applicant: ſed fomentationem calidam hic magis agere, quàm ſpecialem quandam vim, probabile eſt.

P.
PASSER VULGARIS.

PAſſer, ſicut eſt animal ſalaciſſimum, ita ad ſtimulandam Venerem ſolet uſurpari: In quo uſu præ aliis convenit ſanguis & cerebrum paſſeris, in actu Venereo transfoſſi. Dicunt quidem, quod paſſeres, quoniam laborant epileſiâ, etiam homines reddant epilepticos: Sed contrariatur experientia, ubi ex illorum eſu nulla ſecuta eſt epilepſia: ſin verò epilepſia ipſum ſupervenerit, factum id potius eſt ex uſu Veneris nimio, concitato à cerebro paſſeris.

Stercus paſſerum, pulveriſatum & propinatum infantibus, egregiè eorum alvum ſubducit.

Digitized by Google

PASSER TROGLOTITES.

Paſſer troglotites aliàs etiam vocatur regulus, & ſpecificè in affectibus nephriticis & calculoſis adhibetur; ſi enim aſſatus comedatur, ſive calcinati cinis adhibeatur, eſt præſervativum calculi; ſicuti etiam pulveriſatus, & pulvis in doloribus nephriticis aſſumptus mirè calculum ex renibus & veſica exturbat, & eorum motum promovet: Vid. Amatum Luſitanum *Cent.* 6. *Curat.* 93. Charleton *de Spiritu Gorconico pag.* 161. Zacutum Luſitanum *lib.* 2. *Medic. Princ. Hiſtor.* 129. Porrò commendatur in promovenda urina ſuppreſſa, ſicut & Görlicenſis habent eſſentiam reguli, quæ eſt conveniens in tali caſu: Videatur Hœferus *in Herc. Medic. pag.* 180. Novi quendam, qui in paroxyſmo calculi ac iſchuriæ aſſato troglotite in cibo comeſto convaluit.

PAVO.

Ex pavone imprimis in uſu eſt ſtercus, quod reverà egregium experimentum eſt contra vertiginem, & hinc epilepſiam juniorum: Videatur Heinricus à Brahe *de Medic. contra epilepſiam*, Borellus *Cent.* 3. *Obſervat.* 15. cujus ʒ j. tàm in forma pulveris cum pauco pulvere caryophyllorum & ſacchari miſta, vel etiam in forma liquida in hauſtu vini maceretur, & exprimatur.

Alii

Recipiunt ſtercus pavonis ad M. j.

Macerant in vini ſufficienti quantitate, lant per linteum, & dividunt in tres partes æquales.

Primam doſin propinant poſt paroxyſmum vertiginis, & ante novilunium, expectando ſudorem; ſecundam doſin poſtridie; tertiam imminente novilunio, ita ut ſubſequatur, benè contecto ægro, ſudor. Fuit experimentum Comitiſſæ à Waldeck.

Quædam matrona, ſic ſanavit quosdam epilepticos: Accepit acetum florum tunicæ, & huic feces pavonis recentiſſimas infudit, poſteà per linteum trajecit, ſicque novem continuis diebus manè propinavit. Imprimis elegans eſt hiſtoria, quæ ſatis confirmat uſum ſtercoris pavonis, in Quercetani *Diæt. Polyhiſt. Sect.* 2. *Tractatu* 1. Unde non eſt inepta conjectura Bartholeti, quod ſi ſtercus adeò ſit efficax in vertigine, cerebrum futurum ſit longè efficacius; cum & ipſe dicat; quod pavonis caro comeſta ſit optima iis qui laborant vertigine. Simul tamen, uti rectè monet Autor danda à novilunio ad plenilunia. Commodè etiam adhibetur clyſteribus in epilepſia pro ſtimulo, ad ʒ ß. vel ʒ j.

Pennæ, quæ ſpeculum referunt, inciſæ & in cereviſia vel aqua appropriata aſſumptæ, ſingulariter conferunt contra eryſipelata, & inflammationem mammarum: Videatur Hartmannus *in Praxi Chymiatrica pag.* 157.

PERDIX.

Quidam pennas perdicis incendunt & ſuffumigant mulieres hyſterica paſſione laborantes.

PICA.

Pica aſſata aut elixata atque comeſta ſingulariter prodeſt iis, qui per maleficium ſunt ligati, & ad Venerem impotentes.

Item cinis picarum cum aqua fœniculi benè ſubactus, & oculis applicatus, mirabiliter in iis confortandis convenit.

S.

STRUTHIO.

DE ſtruthione imprimis in uſu ſunt teſtæ ovorum, egregiè diureticæ & lithontripticæ; unde pulverem Volckamerianum ingrediuntur. Sed an præ teſtis ovorum gallinaceorum ſingularem habeant prærogativam? meritò dubitatur. Foreſtus *lib.* 20. *Obſervat.* 20. in arthritide vaga laudat.

T.

TURTUR.

TUrtur egregium remedium eſt Foreſti, cum maſtiche aſſatus, toſtus, & pulveriſatus, contra nimiam hæmorrhagiam uterinam; imò in dyſenteria, uti videri poteſt in Sennerto *lib.* 4. *Praxeos pag.* 175. Et hunc pulverem turturis, quem commendat ſimul Hartmannus *in Praxi Chym.* ceu expertum è ſe ipſo, in muliere nimio menſium fluxu laborante, laudat Lindanus *in Colleg. ſuper Hartmannum.* Confirmat hoc Hildanus, qui refert: Se hoc medicamento aliis irritis curaſſe dyſenteriam citra ſpem. Doſis eſt à 3 ß. ad 3 j.

V.

VESPERTILIO.

VEſpertilio neglecta eſt ab Autore; nihilominus ſanguis illitus hypochondriis, mirabiliter convenit pro compeſcendo dolore in ileo, Joëlis *Praxi pag.* 175. & Foreſti *lib.* 21. *Obſerv.* 23. & quidem non tantùm illitus hypochondriis, ſed etiam, ſi ſanguis diſcerpti veſpertilionis illinatur ventriculo.

ZOOLO-

Digitized by Google

ZOOLOGIÆ,
CLASSIS III.
DE
PISCIBUS.

PIſces pauca ſuggerunt, niſi ſubſtantias teſtaceas & lapideas: Interdum tamen & ex partibus mollibus aliquid in uſum medicum venit.

A.

ANGVILLA.

ANguillæ pinguedinem pro reſtituendo auditu commendari aſſerit Autor, & rectè. Modus hic eſt: Ex anguilla, dum aſſatur, exſtillat pinguedo, quæ ipſa excipiatur foliis lauri, & tepidè inſtilletur auribus, poſt obturandis; idque vel ſolum, vel additis olei deſtillati aniſi aliquot guttis.

Imprimis quoque pinguedo ad generandos capillos illita capiti valet. Præterea quoque miſta cum oleo momordicæ commendatur valdè in compeſcendo dolore hæmorrhoidum.

Porrò jecur, quod ſatis grande, perforatum, blando igne exſiccandum, & remedium ſpecificum ſingulare & optimum ſuggerit in partu difficili, doſi ʒ ß; imò Helmontius *Tract. Jus Duum-Virat.* §. 46. *p.* 247. Boyle Ludovici *in Pharm. p.* 578. *Panarol. Sent.* 3. *Obſ.* 21. aliique plures incomparabile id remedium eſſe aſſerunt. Exſiccetur autem unà cum felle, & pulveriſetur ad uſum. In nyctalopia etiam anguillæ epar laudatur in M. A. N. C. *Ann.* 3. *Obſ.* 133. *p.* 208. ex Panarolo *Pentec.* 3. *Obſ.* 49.

Pellis ſeu cutis anguillæ, ſive recens ſive ſalita, elegans & mirabile remedium ſuggerit in procidentia uteri, ubi ſuffitus inde inſtituatur; quo D. Michaëlis feliciſſimè uſus: Id quod etiam confirmat Sennertus *lib.* 4. *Prax. pag.* 96. & 97. Ferdinandus *Hiſtor. Medic. p.* 39.

Autor dicit: quod vinum, in quo viva perierit anguilla, homines vinum per vitæ ſpatium abhorrere faciat, & abſtemios reddat. Sed falſum eſt; videatur Salmuth. *Cent.* 3. *Hiſtor.* 12.

BARBO.

De Barbone videatur, quæ habet Autor, Timæus *lib.* 3. *Caſ.* 7. *pag.* 118. choleram morbum excitatum eſſe obſervat ex eſu & uſu ovorum barbi, quàm beneficio alexipharmacorum & bezoardicorum curavit.

CANCER.

Cancer imprimis duplex in uſum venit: vulgaris ſeu fluviatilis, propriè gammarus, qui in lacubus & ubique in noſtris regionibus reperitur; & aſtacus, qui rotundus & rarus eſt apud nos; in locis autem maritimis reperitur, & noſtratibus oblongioribus præferri ſolet.

Quod attinet uſum, cancri ſunt egregium alimentum medicamentoſum, iis, qui laborant febre hectica, & qui inclinant ad phthiſin. Unde butyrum cancrinum paratur: de quo ſuperiùs quale etiam videbitis in Sachſii *Gammar. pag.* 813. & 828. Egregiam etiam obtinent vim diureticam ciendi ☉m ratione ☿is volatilis urinoſi, temperati à pauco acido: Propterea totus cancer, vulnerarius eſt, quæ vis in ſingulari alcali fundatur.

Cancri ulterius conveniunt in præcavendo abortu, ſive propinetur ſuccus cancrorum cum bono vino expreſſus, uti vult Hartmannus *in Praxi Chymiatrica pag.* 282. ſive cancri fluviatiles cum juſculo pullorum contuſi propinentur, uti vult Joel *in Pr. pag.* 289. ſive ipſe pulveriſatus propinetur. Porrò commendantur ad malignos ſerpentum morſus à Wormio *in Muſeo lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 248. Pulveriſandi modus eſt talis.

℞. *Cancri fluviatiles* in plenilunio capti, ponantur in vaſe terreo non vitreato ad os furni, ut exſiccentur paulatim, pulveriſentur in mortario lapideo; qui pulvis internè eſt ſpecificum Poterii *in præſervando abortu* à ʒ ß, ad ʒ j. Cum ſale quodam fixo vegetabili, & aqua appropriata, intermittentes curat per ſudorem.

Præter hos & alios uſus pulvis hic confert egregiè vi diureticâ, mirè curat ulcera renum & veſicæ, & præferendus eſt longè cineribus cancrorum, utpotè qui ſunt pura puta calx: item ad ſanguinem congrumatum reſolvendum multum etiam valet.

Brodium ſeu juſculum decoctionis cancrorum, alvum ſolvit. Item ad ſcorpionum & viperarum morſum è vino per ſe bibuntur cancri; qui etiam cum cruſtâ triti & plagæ impoſiti auxiliantur morſui viperæ.

Extrinſecus magni ſunt uſus, ſi ſcilicet contundantur, & vel ſoli, vel cum aliis, inſtar cataplasmatis applicentur, vel ex contuſis ſuccus expreſſus inſtar fomenti admoveatur: In cephalalgiis febrium ardentium & malignarum, imprimis ſi ſimul adſit metus delirii aut phrenitidis: ſic enim Rulandus *in*

Theſ. Medico-Practico habet egregium frontale, quod ipſe in graviori capitis dolore & delirantibus ſemper cum feliciſſimo ſucceſſu adhibuit.

Similiter felici cum ſucceſſu uſurpatur in phrenitide & inſania, ſuperveniente febribus malignis: Addi poteſt, pro varietate circumſtantiarum, aliquid de opio, croco & camphora.

Item in ardoribus, doloribus & ſpasmis renum undecunque natis, in nephritide & calculo, vix melius eſt remedium ipſis cancris fluviatilibus contuſis & applicatis. Præterea quoque externè quascunque inflammationes ſiſtunt cancri & ſuccus ex iis expreſſus. In angina eſt expertiſſimum remedium ſuccus cancrorum fluviatilium cum ſucco ſedi expreſſus, & pro gargariſmate uſurpatus. In ambuſtis & combuſtionibus vix melius habetur ſucco cancrorum fluviatilium recenter expreſſo. Sicut & in faciei rubore Grulingius commendat. Ex eodem fundamento, in ulceribus ſordidis & fiſtulis ſuccus cancrorum fluviatilium cum ſucco nicotianæ infuſus vel injectus eſt elegans remedium. Hinc clyſmata ex decoctis cancrorum, item eorum ſucco in dyſenteria, ubi inteſtina craſſa, aut etiam rectum, læſa fuerint, optimo cum conſilio injiciuntur.

Lapilli cancrorum communiter oculi cancrorum dicti, multum differunt ab oculis veris nigris in capite repoſitis, cum hi ſuper ſtomachum potius concreſcant. Nam de oculis veris nota, quod ſi quis ʒß. vel ϑj. illorum in pulvere aſſumat, habebit pulverem egregiè purgantem Autore Deodato *in Panth. Hygiaſt. lib.* 1. *cap.* 44. De lapillis verò cancrorum alia eſt ratio: Nam hi in primo exortu nihil aliud ſunt, quam liquor tenuis aquoſus lacti haud abſimilis. Hic liquor, dum menſe Majo, Junio & Julio ægrotant cancri, obdureſcit in ſubſtantiam lapideam: Videatur Helmontius *de Lith. cap.* 7. §. 32. *p. m.* 67. Reperiuntur hi lapilli, quando deponunt antiquam cruſtam, & dictis menſibus novam induunt; nova hæc teſta ex cuticula illa, quâ involuti reperiuntur lapilli, renaſcitur, unde teſta recens eſt omninò mollis, quæ tamen beneficio acidi ſubtilis occulti ſenſim ſenſimque induratur. Utraque, & teſta & lapilli, turgent ſale volatili alcalino, minus tamen acri, ſed acido ſubtili temperato.

Hi lapilli cancrorum magnum habent effectum abſorbendi quodvis acidum vitioſum in corpore ſtabulans, diſſolvendi ſanguinem congrumatum, & per ſudorem vel urinam expellendi. Contra febres intermittentes quascunque, præmiſſo vomitu, ante paroxyſmum optima ſunt medicamenta, in ſpecie in quartanis, ſive crudi pulveriſati, ſive calcinati, imprimis ubi nimium frigus excedit, impediunt enim agitationem maſſæ ſanguineæ, & virtute abſorptiva potenter ſiſtunt. Præterea, dum cum acido in primis viis coëunt in tertium ſalſum, ſunt abſterſivi, reſolutivi, inſigniter diuretici, &c. unde etiam in ſtranguria, dyſuria, ſuppreſſione urinæ quacunque, & in calculo, optimum curativum & præſervativum ſunt; unde Ludovici *in Pharm. pag.* 448. pulverem nephriticum componit ex lapillis cancrorum, cinnabari nativa, & pulvere anodyno; quando autem vis diuretica in calculo pellendo intendenda, miſcentur optimè cum ſale volatili ſuccini: Conf. Wedelii *Pharmac. pag.* 7. ubi ſimul ſperma ceti addit. Aliàs vel crudi à 3 ß. dantur pro ſcopo nephritico, diuretico & ſanguinis coagulati reſolutivo, vel vino infuſi, vel cum cochleari aceti ſumpti: In caſu ab alto remedium ſunt expertiſſimum, imprimis quando coagulatus eſt ſanguis ab acido. Lapilli hi mirè conveniunt pro uſu vulnerario & ulcerario, in febribus vulneribus ſupervenientibus, aliisque ſymptomatis horum præcavendis; quoniam arcent acidum in primis viis, ne ex ejus abundantia & corrupta MSea augeatur corroſio in ulceribus & vulneribus. Et quidem propinatur vel cum vino acidiuſculo, vel cum aqua appropriata, cui addendum eſt tantillum aceti deſtillati: Sic affuſo vino vel aceto invicem effervescunt & ebulliunt, propter luctam acidi in aceto, & principii alcalini in lapillis. In his menſtruis in totum ferè diſſolvuntur ita, ut acetum vel vinum lixivioſum guſtum acquirant? Et licet corrodantur ab acido vel vini vel aceti, non tamen nocet, ſed propter ſaporem lixivioſum potius juvat, ut ſimiliter & fortius poſſint operari in corpore humano, teſte Sylvio *in Praxi*, & Helmontio. Bibacibus, arthritidi aut nephritidi obnoxiis lapilli hi ad 3 j. propinati optimum prophylacticum conſtituunt, per diureſin acidum vini evacuando. In ſynovia articulorum, interne uſurpati, & externè inſperſi, multum conducunt. In exulceratione renum & veſicæ, nec non pulmonum in phthiſi pariter ſunt ſacra anchora cum vino aſſumpti, pro expugnanda & expurganda acrimonia.

Plura de horum virtute videbitis in Helmontio *Tract. Blas hum. p.* 53. item *Tract. à Sede animæ ad Morb.* §. 20.

Uſitate etiam pulveres dentifricios in ſcorbuto ingrediuntur, ſive uſti, ſive aliter præparati: Nam acidum ſcorbuticum abſorbent ac imbibunt, & inde gingivas ac dentes roborant & firmant.

Putamina ſeu teſtæ, imprimis chelæ, ſunt ejusdem

Digitized by Google

ejus dem naturæ & uſus atque lapilli, quoniam habent eandem originem.

Præterea cancrorum putamina pulveres quoque dentifricios ingrediuntur. Ex cancris fluviatilibus fit per calcinationem pulvis candidus, ſaporis & odoris urinoſi inſtar ſalis fixi, ſeu potius inſtar calcis vivæ, egregium abſorbens & calculi præſervativum. Contra morſum canis rabidi ceu expertus jam ab antiquis temporibus commendatur, ſi aſſumatur cum radice gentianæ, & quidem jam Galenus illum laudavit. In cinere verò, cum nihil ferè ſuperſit de ſale volatili, huic in dicto affectu præfertur ſola cancrorum pulveriſatio.

Autor præſcribit modum deſtillandi aquam ex cancris per MB. vel cineres; melior tamen eſt, quæ ex cancris putrefactis elicitur. Hæc aqua præter virtutes ab Autore deſcriptas eſt mirabilis, in quibuscunque inflammationibus ſedandis; urinam pellit, & præterea in rabidorum canum morſibus eſt expertum remedium à D. Michaële, ſi miſceatur cum ℞. Bezoardica: & multum commendatur à Poterio in tali caſu, multum etiam in vulneribus & ulceribus partium internarum, in ſpecie pulmonum & pectoris, conducit, continuo ſumpta: Conf. interim Faber *in Myrothec. ſpag. l.* I. *cap.*21. ſub nomine Q. E. item oculis inflammatis & ſimilibus medetur; ipſi cancri poſt deſtillatam aquam remanentes exſiccati & pulveriſati conferunt internè egregiè vi diuretica contra ulcera renum & veſicæ, contra abortum, & ad ſanguinem congrumatum reſolvendum.

Aqua Quercetani cum aqua ſempervivi eſt elegantiſſima & expertiſſima in uſu externo, & præferenda ſucco expreſſo. Deſtillari etiam vulgo ſolent ex cancris aquæ analepticæ ad hecticam uſitatæ, quarum compoſitiones videbitis in Autore *noſtro, l.*2. *c.*38. & Sachſii *Gammarol. p.*683. *ſeqq.* Sed nihil valent.

Ex cancris putrefactis vel ſine putrefactione cum alcali deſtillatis acquiritur ſpiritus urinoſus & ſal volatile, de quibus tamen dubito, an magnam præ ſimilibus volatilibus habeant præeminentiam?

Phlegma autem hujus in æſtu inflammatorio oculorum ſedando egregium eſt, propter ſal urinoſum paucum, quod phlegmati adhuc ineſt, in forma epithematis.

Lapilli per retortam deſtillati dant phlegma, ſpiritum urinoſum, & ſal volatile, non tamen adeo copioſum, prodit ſimul oleum admodum fœtidum: ♍ ∇æ affuſione inſtar calcis vivæ effervescit, præſertim recens.

Liquor lapillorum cancrorum per deliquium, uti habet Autor, eſt egregius in calculo & ſuppreſſione urinæ: renes abſtergit; cietque potenter urinam. Modos plures collectos videbitis in Sachſii *Gammarol. p.*625. *ſeqv.* & Bauſchio *Tr. de Ætite p.*58.

Item ſunt, qui præparant ex lapillis cancrorum eſſentiam, quidam cum aceto, quidam cum terebinthina, & ſpiritu vini: vid. Boetius à Boot *de Gemm. cap.*176. Wormius *in Muſeo pag.*60.

Qui plura de cancris deſiderat, adeat Johannis Danielis Majoris, *Diſſert. Epiſtol. de Serpentib. & Cancris Petrefactis*, & Philippum Jacobum Sachs à Levvenheim.

CARPIO vel CARPO.

Carpionis fel, in affectibus oculorum commendatur, & quidem, ubi detergendum eſt, dum nubeculæ, ungues, & pelliculæ adhuc ſunt in fieri, nec adeo confirmati ſunt hi affectus, conveniunt fella piſcium, utpote temperata, & non nimis acria; ubi vero ſunt confirmati, requiruntur fella animalium terreſtrium, imprimis ſylveſtrium, utpote quæ ſunt acriora & volatiliora, & penetrantiora. Aliàs carpionis fel eſt egregium ſpecificum contra eryſipelata, cum alcali eius temperatum deſtruit acidum eryſipelatis: vid. Zvvelfferus contra Tacchenium.

Lapilli, qui reperiuntur in carpionum capitibus prope maxillas, ſunt congeneres cum lapillis cancrorum & percarum; talium enim textura, compoſitio & uſus, in deſtruendo acido, & cienda urina inter ſe conveniunt. Unde ipſe lapis carpionis triangularis ad compeſcendas hæmorrhagias teſte Willughbejo in Ichthyol. & contra eryſipelata, uti etiam ad curandam epilepſiam, in qua à multis pro arcano habetur.

Præter lapillos magnos in capite ſunt duo parvi lapilli lunari forma ſupra oculos ſiti, qui præferuntur illis in cura epilepſiæ, de quo vid. Finckius *in Medic-Dogmatico Hermet. p.*39.

CETUS & MANATI.

Cetum ſeu balænam deſcribit Cluſius *de Exotic. l.*6. *cap.*17. De manati verò præ ceteris videndus eſt Wormius *in Muſeo p.*58. Sed lapis manati dictus contra calculum uſurpatur, ubi tamen ſufficiunt lapilli cancrorum.

CONCHA.

Conchæ ſunt piſciculi minuti, ſeu parvi vermiformes, qui habitant in teſtaceis domicilis, à quibus teſtæ habent nomen, ut vocentur conchæ; & omnes piſces, qui habent tales teſtas, dicuntur conchæ; quarum variæ ſunt ſpecies: vel nobiles, vel ignobiles. Nobiles dictæ ſunt margaritiferæ, quæ præ aliis ſunt uſitatæ, utut ſub harum defectu etiam cochlearum noſtrarum majorum domunculi, præſertim earum opercula, commodè ſubſtitui poſſint. Pertinent huc oſtreæ, entali, dentali &c. quæ omnia ſunt certæ concharum ſpecies.

Omnes autem conchæ naturæ congeneris

Digitized by Google

ſunt cum lapillis cancrorum fluviatilium, niſi quod margaritiferæ conſtent ſale volatili magis digeſto. Teſtæ præparatæ pro natura marinorum acidum invertunt & deſtruunt, præſertim in primis viis, cum quibus in ſaporem ſalſum, nunc diaphoreticum, nunc diureticum abeunt; unde inter præcipitantia & febrifuga uſitatiſſimæ ſunt.

Præter hoc, quod teſtæ concharum ita crude propinentur, etiam calcinari ſolent igne aperto poſtmodum aquæ affuſione ferè inſtar ♆æ efferveſcunt, & ſapore acri urinoſo ſeu alcalino præditæ ſunt. Calx hæc inverſiva, abſorptiva eſt, & hinc potenter diaphoretica, & ſpeciatim febrium intermittentium curativa. Hinc ex concharum teſtis oblongis calcinatis paratur ſpecificum antifebrile tertianarum, cujus deſcriptionem, quam primus invenit Crollius, videbitis in Autore.

Quemadmodum ex conchis margaritiferis calcinatis Strobelbergerus parat ſuum ſpecificum antifebrile, *in Tract. de Curat. febrium.* Loco horum poſſunt ſubſtitui oſtrearum, imo etiam cochlearum teſtæ.

Caro, & omnes conchæ, ad quas etiam pertinent oſtreæ, commendantur in phthiſi & hectica, in atrophia & tabe, ſi oriatur ex ſtomacho & putrida in eodem corruptione. Oſtreæ in ſpecie turgent ſucco rorulento alcalino, quod in atrophia, phthiſi, lue Venerea &c. convenit.

H.

HALEC.

PEr eſum halecis ſine omni potu quidam hydropem curant, quale exemplum in paralipomenis habet Sennertus *p.* 149. Integrum halec ſalitum plantis pedum applicatum in febribus ardentibus refrigerat potenter, & adhibetur pro impediendo imminente delirio diſcruptum per medium halec, & inversè dorſo applicatum, ita, ut caput ſit in parte inferiore, cauda verò in parte ſuperiore, dicitur expertum in febribus intermittentibus. Palmarius *in Tract. de Peſte & morbis contagioſis cap.* 18. *p.* 470. tradit, quod cum prima halecia non ſalita à piſcatoribns in copia in maritimos locos deferantur, ſubitò venenum peſtilentiale evaneſcat.

Halecum muria eſt quaſi ☉ amoniacale, ex acido ſalis communis cum ſale volatili halecum: hæc uſurpari ſolet pro clyſmate extemporaneo, & ſufficienter purgat. In hydrope certè copioſè evacuat aquas in clyſmate cum paſſulis uſurpata: in reſiſtenda gangræna confert, & pro ſecreto habetur: egregium quoque eſt remedium pro partibus à frigore læſis, ſi abluantur cum illa: item pro eluendis ulceribus cancroſis, aliisque partibus ulceroſis valdè commendatur.

HUSO & ICHTHYOCOLLA.

De Huſonibus, nihil in uſu eſt, niſi gluten ejus, ichthyocolla dictum. Paratur ex oſſibus & partibus mollioribus cum ▽, inſtar aliarum gelatinarum, & pro conglutinatione & conſolidatione uſurpatur. Joel paravit ex ichthyocolla remedium ad ſputum ſanguinis: item Nicolaus Myrepſus facit exinde paſtillos ſeu trochiſcos contra eandem ſanguinis excretionem, propter hanc vim glutinativam & unitivam uſitatiſſimè ingreditur emplaſtra & unguenta ſarcotica. Tota eſt alcalica, vid. Porz. *Anat. Vini. p.* 24.

L.

LUCIUS.

LUcius piſcis, ſuggerit fel, quod oculorum affectibus egregiè inſervit, vel in ☿ vel in ſpermate ranarum, vel in ▽ exinde deſtillata, de qua vid. Hartmannus *Praxi Chimiatr. p.* 99. & eadem de hoc valent, quæ dixi de aliis piſcium fellibus. Fel hoc potentiſſimum habet ſal volatile, ideò reſolvit, attenuat, & vitia oculorum mitigat. Duo tamen incommoda habet:

1. Quod nonnihil viſcidum ſit & glutinoſum, adeoque oculis nimium adhæreat.
2. Quod nimiam habeat acrimoniam.

Quod ſi igitur metuatur, ut acrimonia hæc roſiva inflammationes inferat, temperetur cum aqua ſpermatis ranarum.

Porro non ſolum mandibulæ, ſed & capitis oſſa quælibet vim habent ſingularem abſorbendi & temperandi acidum vitioſum, indeque ſudorem & urinam ciendi, ac ejus excretionem promovendi. Hinc oſſa hæc capitis lucii egregiè commendantur in uſu antipleuritico, angina, & aliis eryſipelaceis inflammationibus, pulveriſata; Doſis pulveris eſt à ʒß. ʒj. & propinantur vel ſola, vel cum dentibus apri præparatis, in ▽ appropriata. Ex iisdem cauſis conveniunt etiam in gonorrhœa benigna, & fluore albo. Calculum & urinas nonnihil promovent, & efficaciter etiam renes detergunt.

Quoad præparata ejus: quidam parare volunt magiſterium; quod tamen nullius eſt uſus: potiùs hujus loco propinandus eſt pulvis. Oſſa deſtillata copioſum admodum, & elegans ☉ volatile ſuggerunt, ſingulare ſudoriferum & antipleuriticum.

Ex felle deſtillatur aqua, quæ tutius inſtillatur oculis, quam ipſum fel, vel beneficio ſpiritus vini eſſentia elicitur; ita enim ſal extrahitur, & egregium eſt experimentum in dictis oculorum affectibus. Modum videbitis in Hartmanni *Praxi Chymiatrica.*

MA-

Digitized by Google

MATER PERLARUM

Mater perlarum nihil eſt aliud, niſi concha, in qua reperiuntur perlæ. Obſervetur enim, quod concha exſpuat ſalivam ſeu liquorem limpidum, roſeidum & perſpicuum, qui ſi intra ſpatiola carnis retineatur, & ibi ſenſim ſenſimque coaguletur, abit in perlas, cujus perlæ ſenſim augentur per pelliculas: quod ſi hæc ſaliva exſpuatur extra conchæ, coagulatur & concreſcit in teſtam conchæ, quæ vocatur mater perlarum. Eſt ergo una eademque materia, niſi quod perlæ ſint magis depuratæ atque defæcatæ, quàm mater perlarum.

Quod attinet vires, internè habet easdem, quas lapilli cancrorum. Abſorbet acidum, urinam movet, & vulnerarium eſt, utut pro tali ſcopo rarò adhibeatur. Audacter tamen dico: ad quos uſus conveniunt perlæ & mater perlarum, ad eosdem convenire lapillos cancrorum; nam vis cordialis illis adſcripta eſt ridicula.

Superius dixi, quod Strobelbergerus ex matre perlarum præparet ſpecificum in tertianis, quod etiam parari poteſt ex perlis: unde rectè dicit Deodatus.

Qualis erat mater, filia talis erit: Conf. Boot *de Lapid. lib. II. cap.* 38. & diſſertationem elegantiſſimam D. Rolfinci *de perlis*.

MUSTELA.

Muſtela piſcis, die Aal-Raupe/eſt celebris propter epar, qui liqueſcit in liquorem oleaginoſum prouſu ophthalmico; quando ſcilicet epar hoc in vitrum clauſum ſuſpenditur, & exponitur leni ſolis calori. Unde æſtivo magis, quam hyberno tempore, parari debet, hyemali enim tempore, dum muſtelæ ova generant, & fœcundantur, hepar non liqueſcit. Hic liquor igneæ & penetrantiſſimæ eſt naturæ, & ſingulare ſpecificum in debilitate viſus, nubeculis, albugine, panno, ſuffuſionibus, omnibusque oculorum affectibus, quæ deterſione opus habent. Duplici autem modo adhibetur: vel ſaltem illinitur palpebris cavendo, ne in oculum penetret hujus ignea vis; vel ipſi oculo tantillum illinitur, ubi fortius agendum. Singulariſſimum & expertum uſum ejus primus celebrem reddidit Foreſtus *l.* II. *Obſ.* 38. Multum etiam commendatur ab Hartmanno *in Praxi Chymiatr. pag.* 95. quem ſecutus eſt Lindanus *in Praxin hanc Chymiatricam*. Loco hujus jecoris poſſunt ſubſtitui ejusdem inteſtina, ſi eodem modo per inſolationem in calore ſolis convertantur in liquorem oleaginoſum, & deinde etiam inteſtina lampetræ: vid. Borellus *c.* 3. *Obſ.* 91.

Ulterius tota muſtela cocta & comeſta adhiberi ſolet contra epilepſiam puerorum.

Lapis & ſpina muſtelæ piſcis pulveriſata, vel alio modo præparata, ordinario uſurpari ſolet contra epilepſiam, affectusquè convulſivos: ſpecifica quoque eſt contra pleuritidem, & ſolet miſceri cum pulveribus pleuriticis non ſine ratione; vid. Velſchius Ægagrop. *pag.* 5. *& Hecatoſt. II. pag.* 57.

O.

OSTREA.

RItè digeſtæ non ineptum nutrimentum pro partium ſpermaticarum ſuſtentatione ſuggerunt, quin etiam gelatinam copioſo alcali volatili temperato imprægnatam, ſimilem illi, qualis in ſpermate ranarum deprehenditur, cujus ratione ad febres hecticas, ardores corporis lente emaciantes, & inde natas atrophias, non incommodè uſurpari poteſt: cujus rei exemplum habet Lindanus *in Collegio ſuper Hartmanni Prax. Chym.* Quidam etiam ex oſtreis deſtillant aquam in cura hecticæ.

Teſtæ oſtrearum optimè poſſunt ſubſtitui conchis margaritiferis in uſu medico, & his conchis omnibus lapilli cancrorum; nempe omnia hæc oſtracoderma acida potenter abſorbent, cum iisdem ſaporem ſalſum acquirunt, & hinc potentes diureticæ ſunt.

Calcinata igne aperto in calcis vivæ naturam abeunt, alcali ſapiunt, cum acido non nihil effervescunt, potenter ſudores cient. Cum acidis, v. g. ſpiritu ſalis, ſolutæ, abſtracto menſtruo in loco frigido liqueſcunt per deliquium in liquorem ſalſum diureticum lithontripticum.

PERCA.

Perca, eſt culinaris: ſed hujus lapis in capite juxta ſpinam dorſi repertus, eſt in uſu in affectibus diureticis & renibus detergendis, à ℈j. ad ʒß. & facilius ſolubilis, quam lapilli cancrorum, meliusque acidum deſtruit in iis dyſuriis, quæ ex eſu & uſu acidorum oriuntur. Præterea in dolore pleuritico non minus commendatur, ac lapis lucii piſcis. Ab Eichſtadio *in Tract. de Confectione Alchermes*, hic lapis cum cardiacis adhibitus efficax habetur.

RANA AQUATICA.

Ranæ aquaticæ, quæ in fluviis, fontibus ſalubribus & puris degunt, præferuntur reliquis.

Sunt qui veſcuntur ranis benè paſtis & coctis vel aſſatis, imprimis earum coxis, in hectica vel phthiſi, uti etiam in atrophia: alimentum præbent conveniens, & ſingulares ſunt Italis.

Bertrutius ſanè ranas commendat tanquam remedium, quod absque dubio ſanet epilepſiam.

Rana

Digitized by Google

Rana pulverisata convenit in sistendo sanguine. Quin, quod integra rana quocunque modo præparata & applicata mirè refrigerat, dolores sistit, inflammationes coërcet; quatenus nempe insigniter sale volatili blando sine vestigio quasi acidi turget, unde istiusmodi etiam affectus ab acido natos mirè levant. Hinc & Rana à frigore in mucilaginem resoluta egregium cancri est remedium. Conferatur Helmontius *Form. Ortus* §. 25. unde rana exsiccata & pulverisata commendatur in ulceribus malignis inflammatis & aliis, uti etiam in cancro exulcerato; vid. Hœferus *in Herc. Medico. pag.* 66. & in scriptis Hildani. Sed ranarum loco earundem sperma usitatius est. Aliàs rana exsiccata & appensa solet interdum substitui bufoni in sistendo & compescendo sanguine. In peste ranæ singulare sunt remedium.

Ex ranis combustis fit cinis, expertus in hæmorrhagiis quibuscunque. Deinde confert etiam in curando cancro exulcerato, si ei inspergatur, imprimis quidem, si antea cancro exulcerato applicetur cancer vivus, ligatis chelis, donec moriatur; tunc inspergendus pulvis vel ex bufone calcinato, vel ex rana calcinata cum saccharo Saturni.

Aliàs ex ranis per tres dies in aquis limpidis reservatis, destillatur aqua ejusdem virtutis cum sperm ate ranarum, quæ & internè contra hæmorrhagiam uteri ad ʒij. est egregia, & in fluore mulierum albo, æquè ac gonorrhœa, optimè conducit.

Oleum ranarum ex iisdem in oleo rosarum decoctis similis ferè usus est ac spermatis ranarum. Præ cæteris anodynum est, & in gutturis inflammationibus confert; vid. alium modum oleum anodynum parandi in du Hamel *Aff. Corp. pag.* 420.

Præ cæteris epar ranarum exsiccatum & pulverisatum commendatur ad epilepsiam infantum: præparationem videbitis apud Hartmannum *in Praxi Chymiatr. p.* 66. & Sennertum *l.* 1. *Prax. c. de Epilepsi. p.* 607. singulare est sudoriferum, teste Velschio *Hecatost.* 2. *pag.* 20.

Sperma ranarum tempore verno super aquas natans imprimis est ex usu, quod copiosum admodum sal volatile mœrum habet, ut pluribus ostendit Tacchenius *Hippocr. Chym. p.* 131.

Usus spermatis hujus atque ovorum est tam in forma sicca, quàm humida.

In humida forma pro usu medico, mense Martio ante novilunium, colligatur saltem liquor viscidus, & ovula eximantur. Hic ne corrumpatur, indatur in loco frigido in saccum lineum rarum, porosum, suspendatur in loco frigido; sic ábit in liquorem, in quo solvitur tantillum aluminis aut etiam nitri, & sic postmodum ponitur in solem, & ad longum tempus durabile erit sperma hoc. Ratione sui copiosi alcali blandè corrigit quasvis aciditates subtiles & volatiles, unde refrigerare, dolorem mitigare, &c. assolet. Quascunque hæmorrhagias feliciter sistit.

Sic & ambustionibus, ophthalmiis, ulceribus dolorosis & inflammatis, cancrosis eluendis, &c. remedium est optimum, & coërcet nimium æstum & calorem; unde & quascunque inflammationes potenter sistit, cum linteis duplicatis adhibitum, adeo, ut in cura erysipelatis nihil sit efficacius, sicut etiam in ardore & inflammatione epatis nimia singulare est; unde elegans epithema est Bartholeti ad intemperiem epatis calidã, *in Tr. de Resp. p.* 492.

Intensissimos dolores sedat, idque ratione copiosi salis volatilis blandi, demonstrante Tachenio *in Hippocrate Chymico, pag.* 131. Convenit ergo in compescendis doloribus ab acido oriundis; unde applicata articulis podagricis, tam manuum quam pedum, aliisque arthriticis doloribus, nisi ab acido intensiore oriantur, suave solamen affert, præprimis, si in hac aqua pauxillum camphoræ fuerit dissolutum. In dolore capitis nimio instar epithematis applicatum est egregium. Deinde abstergit sordes & maculas, & similia mala ab acido orta, hoc enervando detergit, si misceatur cum tantillo camphoræ: imprimis in gutta rosacea, rubore faciei &c. tantummodò cum alumine asservatum sperma ranarum, est egregium in paronychia, herpete, & panaritio, linteum madefactum sanat in continenti istius dolorem; quando quidem applicatur, intensissimos excitat dolores, *subitò* tamen postmodum cessantes; nec est de nihilo, quod hoc sperma ranarum ad morsum viperarum laudetur à Basilio *in Curru Triumphali Antimonii, pag.* 88.

Quin & ex sperm ate ▽ destillatur: ubi tamen observetur, ut mense Martio vel Aprili colligatur in plenilunio; in novilunio enim sperma collectum dat aquam, quæ semper fœtet, licet centies destilletur. Aqua hæc partum promovere, doloresque ante partum cessantes denuo excitare, mihi retulit quidam; cosmeticum est egregium, sordes & maculas abstergit, cum tantillo camphoræ mistum: imò ad omnia valet, ad quæ ipsum sperma, teste Tachenio, modo legitimè & cautè destillatum. Destillatur autem per alembicum plumbeum, non vitreum, vel in MB, vel VB. lento igne; tunc enim sal volatile & alcali occultum secum rapit; Wedelius *Pharm. l.* 2. *S.* 1. *c.* 4. *p.* 74. Tachenius *loc. all. p.* 458.

In sicca forma usurpatur sperma & simul contenta ova, si levi phlegmatis exhalatione restitans materia mucilaginosa exsiccetur, & hinc in pulveris forma asservetur: quod ipsum

Digitized by Google

spermate ranarum remedia ... efficaciora videbitis in M.A.N.C. *An. 6. Append. p.* 182. *& seqq.* Conferatur similis Zwelferus *Animadvers. p.* 410. item *de sale in Chymia. pag.* 649. Alia ratione etiam in forma sicca hoc sperma per linteum ... hoc pluries madefactum & siccatum ... usu asservatur. Hac enim ratione evaporato phlegmate inutili, substantia mucilaginosa alcalina linteo inhaeret. Quo etiam facit *Linnus lineus crocatus Mynsicht. p.* 525 quod ... phlegmate evaporato inutili, substantia medicamentosa alcalina resideat, docet mechanica Chymica *Act. Med. Hafniens. vol. 2. pag.* 191.

Ex relicta sub ☿ destillatione mucagine, aliis additis, praesertim Saturninis, fiat emplastrum.

SEPIA.

Ex sepia, usurpatur imprimis os mollius & friabilius, egregium est simplex absorptivum quorum vis acidorum, ex quo facile polychrestus ejus innotescit usus in affectibus primarum viarum, & partium urinariarum; unde fuit pulvis praecipitans D. Langii, aliorumque, promptiori tamen ope imbibit acida, eaque in salsa transmutat quam reliqua testacea. Praecipuè specificum habetur optimum ad sistendam benignam gonorrhoeam virorum & mulierum, quam continuato usu sistit & refraenat, acidumque genitura corrigit. Dosis ℈j. ad ℈i j. vel solum sub conserva rosarum ac forma boli propinetur, aut sub forma pulveris cum crystallo praeparata, aut ♁io diaphoretico & succino praeparato; vel cum emulsione seminis agni casti. Externè in affectibus oculorum, lippitudine, ophthalmia & similibus est magni usus in collyriis, sive in forma sicca sufflatus, sive cum unguento appropriato instar linimenti applicatus.

Idem os sepiae calcinatum commendatur ad vitia gingivarum; unde ingreditur pulveres dentifricios cum aliis, vel cum melle sub forma linimenti. Quod si hoc irroretur cum succo cochleariae, vel spiritu ejus, fit specificum appropriatum in scorbuto oris.

T.

TESTUDO.

TEstudo, die Schildkröte/ quibusdam in locis est esculenta. Tribuitur illi singularis vis contra phthisin.

Crura commendantur à Solenandro contra podagram: si locis dolentibus imponantur, ... retineantur, donec putrescere incipiant: tunc sepeliantur in locum, ubi facile possint corrumpi. Periapton simile ex cruribus testudinis in podagra habet Aupm.

Paratur etiam syrupus ex testudine, qui commendatur hecticis & phthisicis, imprimis, si eorum affectus oriantur ex vitio culinae communis, stomachi, ratione autem sacchari plus nocet, quam prodest.

Quidam habent aquam ex ostreis, testudinibus & cancris, quam commendant iis, qui laborant phthisi vel atrophiâ.

Sunt etiam, qui singulari artificio parant magisterium ex testudinibus pro tabidis hoc modo:

Rec. Testudines nemorales, q. v. abscissis capitibus & extremis sinantur suspensae, ut sanguis totus excoletur, deinde absque elixatione separetur chelis, & intestina pariter eximantur, & seorsim hepata & corda seponantur, carnes, quantum possibile, separatae abluantur, spiritu vini, deinde inspergitur ☉ prunellae, mox in hypocausto exsiccentur; sic carnes, exsiccatae imponantur Pelicano cum ☤ enulato vel herba aliqua aut radice appropriata; ☤ emineat 4. digitos, stet in digestione per 20. dies, quibus elapsis decantetur ☤, & pulvis in ▽rosaceam immittatur, additis guttulis ♎♀ p. d. & mox praecipitabitur magisterium, quod potest aromatisari oleo vel essentia citri: hinc misceantur pulveres cordium & hepatum, & ad singulas ʒ. horum pulverum specierum diambrae & gemmarum ana ʒ ß. Sed ut magis reddatur specificum, potest addi pulvis specialis pro phthisi aut species diatragacanthi frigidi. In tabe igitur, phthisi & hectica febre etiam secundi gradus cum jusculo aut conserva propria ad ʒß. propinari potest. ☤ decantatum evapora, & remanebit extractum praestantius pulvere: Hujus ʒß. cum Elect. resumtivi Nicolai ʒß. mirè confert, possuntque simul pulveres admisceri, ut efficacius operetur.

THYMALLUS.

Thymallus, vel usitatius aschia, axungiam suppeditat, quae in vitro clauso exponatur soli, sic liquescit & depuratur, datque liquorem oleoginosum elegantem rubicundum instar rubini, idque eò magis, si misceatur cum melle, & hinc assequitur egregiam vim abstersivam, contra maculas oculorum, ungues, foveas variolarum, & cicatrices earum & vulnerum, iis hinc, dum coëunt, illinendus. Imò his ita parata axungia instillata consolidat citra cicatricem, & ideo magis, si permisceatur cum tantillo balsami Peruviani. Unde in variolis, quando jam decidêrunt crustae, illinitur commodè pro delendis maculis & replendis foveis: id quod fuit secretum Foresti in curandis variolis.

TINEA.

Tinea, die Schleye/ vi curandi dicterum imprimis commendatur, viva scilicet extrinsecùs applicata. Applicandi ratio est diversa.

Quidam imponunt umbilico, donec moriatur; alii plantis pedum; alii regioni splenis: sed D. Moebius umbilico & hepatis regioni applicabat; unde per noctem relicta tumescit & flavescit eo in loco, ubi applicatur: vid: Fonseca *l.* 2. *Cas.* 34.

TRUTTA, die Forelle.

Truttæ pinguedo imprimis est in usu pro illinendis fissuris ... [illegible]

Dentes ejus simpliciter præparati ... [illegible] ... epilepsiæ sunt.

Quidam recipiunt dentes truttæ, ... sant. & præparant cum aqua petroselini ... culo, cujus dosis est à 3j. ad 3ij.

ZOOLOGIÆ
CLASSIS IV.
DE
INSECTIS.

INsecta multa habent in recessu. Totus enim illorum exercitus præ reliquis animalibus turget sale volatili acerrimo; ubi aquatilia temperatissimum habent sal volatile; terrestria verò sal volatile acre, oleo tamen nonnihil temperatum.

APES.

Apes dicuntur sterilitatem ad tempus inducere; res tamen adhuc est dubia. Exsiccatæ aut calcinatæ, & contritæ contra alopeciam laudantur, si misceantur cum melle, & locis calvis inungantur.

Alias apes in suo labore duas nobis subministrant substantias valde profícuas: mel concretum musteum, saccharo quasi aut saltem mannæ affine; & ceram; quæ fiunt ita: Apes nimirum succum gummeo resinosum vegetabilium, quem hinc inde exsugunt ex floribus, una cum subtiliore & volatiliore rore nostrno subactum, colligunt per linguam, & sub lingua in vesicula quadam magnitudine grani milii seponunt eam, quem tandem per fermentationem maturatum iterum evomunt, & in foveis cereis recondunt, ubi sensim sensimque deinde fermentando tandem in temperatum mel perfectum abit: cera autem non est in corpore, sed crassiorem & viscidiorem hanc substantiam ad pedes ultimos secernunt.

Plura de natura ac generatione mellis & ceræ, aliisque huc pertinentibus, habet Magnenus *de Manna*, Borellus *Cent.* 1. *Obs.* 10. & Helmontius *Tract. Nutritio Fœtus in utero*, qui mel recte vocat gloriam roris, in quo collecta sit Q. E. plantarum. Est enim nihil aliud nisi extractum seu balsamum florum, unà cum subtiliori & volatiliori roris substantia. resinam enim florum cum sale roris universalis apes suggerunt pro materia mellis. Quercetanus ergo mel rorem & cibum cœlestem dixit. Substantia autem roris resinosa, quæ ex floribus exhalat, coercet ... Hinc igitur ros mel turget sale hermetico seu universali. Hinc tanta vis latet in melle, ut menstruum pro resolutione metallorum, etiam nobiliorum, constituat: Ex rore & manna enim destillatur Mercurius universalis.

Cæterum mel hoc varium est pro locorum, item pro apium, diversitate & prout vegetabilia, & iis insidens ros, variat, unde opinum est, quod ex locis frugiferis & fœcundis colligitur: hinc in quibusdam tartariæ locis dicunt reperiri mel, saporem dulcem & elegantem habens instar sacchari, collectum è cannis, è quibus Veteres collegerunt saccharum. Mel ergò, utut corpus dulce instar sacchari videatur, in recessu obtinet duo salia, acidum & acre, & simul copiosum ..., easdemq; parum affectiones & alterationes, atque supra de saccharo dictum. Acidum enim se manifestat quando destillatur; prodit enim phlegma acidulum, & si fermentetur, dat acetum acerrimum. Propter hæc duo principia atque sulphur, affusa aqua instat cujusdam musti fermentat facile, & suggerit potum vinosum seu mulsum, quod degenerat in acetum. In melle est hoc mirabile, quod si in magnum cadum panis secalini tantillum injiciatur, totus abeat in copiosissimas formicas, uti videre potest in Conradi *Medulla destillatoria*, *Tit. de Melle*. Præterea, utut compositione, usu & effectu mel in plurimis conveniat cum saccharo semper tamen vis quædã singulariter penetrans, abstergens, & quasi menstrualis in eodem consideranda venit, quæ nempe ex rore & sale universali, melli commisto, originem ducit.

Ratione autem hujus salis universalis mel vim habet conservativam potius corporis ... præ cæteris præservat; omnes putredines, ... vim vitalem senum resuscitat, quorum ... facilè sempiterescibile, deficientem fermentationem in MSea denuo restaurat. Hinc propter vim conservativam & corpora defunctorum quibusdam in locis melle oblinuntur.

Quoad usum, mel, in ... consideratum ... tenus est concretum ... [illegible]

quamlibet in corpore contentorum acrimoniam temperare, partes læſas internas indeque dolentes demulcere, ſimulque egregiè nutrire, & ſordes quascunque, ac viſcoſitates primarum viarum, potentia ſalina latente abſtergere & reſolvere valet, tam internè intra corpus aſſumptum, quèm externè vulneribus & ulceribus applicatum. Unde convenit in ventriculo, copioſa, craſſa, ac viſcida pituita nimis onerato, imprimis autem convenit pectori ac pulmonibus, & uſitatiſſimè fiunt potiones mellitæ, hydromelita & oxymelita cum herbis pectoralibus; vid. Zacutus *lib.* 2. *Med. Princip. Hiſt.* 2. Convenit quoque renibus propter vim balſamicam, & urinam promovet; præ cæteris convenit ſenibus & ſubjectis pituitoſis, uti vocant; biliosis verò, melancholicis & pueris nocet.

Externo uſu in malo hypochondriaco contumaci, mel depuratum ad aliquot uncias clyſteribus cum lixivio dilutis additur; quale clyſma mirè abſtergit inteſtina, in ſpecie ſi craſſo muco ſint obſeſſa. In chirurgia egregiè mundificat vulnera & ulcera, putredinemque arcet; unde vel ſolum, vel cum camphora vel balſamo de Peru. Hinc quidam permiſcent crudum vitellum ſolum cum melle: quidam unguenta faciunt ex vitello ovi ad duritiem cocto cum ℥j. mellis; quæ ſubigunt, donec ad conſiſtentiam mediam redigantur, & colorem rubicundum acquirant, & huic unguento multum attribuunt, quod omnia vulnera & ulcera, tam recentia quàm antiqua, & inveterata phagedænica & maligna depuret adeò, ut etiam à gangræna præſervet; quidam addunt ☽um vini, & ad conſiſtentiam coquunt, Hafenrefferus *de morbis externis l.* 2. *cap.* 2. Borellus *Cent.* I. *Obſ.* 96. Mel ſolum cum terebinthina permiſtum elegans eſt pro digeſtivo contra fermentum corroſivum ulcerum; unde quidam practici ☁ mellis cum ☁ terebinthinæ ana permiſcent, & per retortam deſtillant igne arenæ, & acquirunt potentiſſimum abſterſivum in ulceribus cacoëtheis, &c. & hanc vim obtinet ratione ſalium, acidi & urinoſi, volatilium.

Quando autem Mel internè uſurpatur, obſervetur cautela, ne fermentando corrumpatur in ſtomacho: dum enim fermentat in corpore, nunc facile aceſcit, nunc ex oppoſito ſub cruditate nidoroſa facilè amareſcit. Plura qui cupit de uſu & noxa mellis: vid. Gabelchoverum *Cent.* 3. *Curat.* 34. in Scholio, uti etiam Zacutum *l.* 2. *Med. Princip. Hiſt.* 62.

Inter præparationes, ſeſe offert mel depuratum: depuratio iſta, quæ fit cum aqua ſimplici, qua mellis ☁ copioſè exhalant volatiles, meritò venit improbanda cum Conrado & Zwelfero *in Pharm. Reg. pag.* 24. Ergò altera præparatio per manicam Hippocratis præferenda eſt priori.

Multum ſequitur. Mel enim fermentari ſolet, ſi recipiatur ejusdem pars j. ▽æ communis vel pluvialis partes viij. hinc deſpumantur, & ad tertiam usque partis remanentiam coquuntur: quo facto, cum tantillo fecum cereviſiæ, vel fermenti in aqua tepida ſoluti, reponuntur in fermentationem in vaſe aliquo modo clauſo, & in loco calido per 40. ☌, aut donec non amplius ebulliat; & fit multum, quod valdè eſt uſitatum in regionibus ſeptentrionalibus, Lithuania & Moſcovia, ubi deeſt Vinum.

Dicitur liquor vinoſus, quia vini inſtar habet vim inebriandi fortiſſimam, ut quis vix dimidium menſuræ poſſit haurire. Fermenti loco quidam immergunt ſacculum ſinapi ſemine repletum: alii ſingulis ♆iv addunt ☉☿ ʒj. & ℞æ ♀i ʒij. atque hac ratione ex fermentato melle, ſi per veſicam deſtilletur, copioſus etiam elicitur ☁ ardens ex MB. rectificandus. Si ſal ♀i, vel aliud ſal fixum addatur melli, hoc exinde inſtar ſanguinis rubeſcit. Hujusmodi mulſa poſſunt fieri medicata, quando cũ melle & ▽ permiſcentur plantæ pectorales.

Etiam in officinis proſtat Hydromel uſitatum in affectibus pectoris & pulmonum, dum plantæ pectorales decoquuntur in ▽ & melle, & nunc eſt ſimplex, alterans in tuſſi, vel conſolidans in ulcere pulmonum, vel purgans; additis plantis alterantibus, conſolidantib⁹ & laxantibus, v. g. foliis ſennæ, vel agarico.

Qui vult uberiorem modum parandi ſpiritum mellis, melicrata, hydromelita, & liquores vinoſos, videat Deodatum *Panth. Hygiaſt. l.* 2. *c.* 19. Conrad. *in Medulla deſtillat.*

Mel deſtillando duplicem dat ▽am: albam & flavam. Prima eſt mitior, ſecunda acris. Conveniunt in affectibus oculorum, item in delendis maculis & cicatricibus, & vulneribus oculorum relictis: In affectibus incipientibus ▽ prima eſt optima, in gravioribus autem ſumatur ſecunda, quæ interdum cum pauco ſpiritu miſcetur: loco cujus etiam uſurpari poteſt ▽ mellis compoſita, ubi nubecula gravis diſcutienda. Poſt aquas has ſeu phlegmata prodit ☁ acidus volatilis corroſivus, & oleum craſſum empyreumaticum, non ſatis clarum. Ut verò ſpiritus melior habeatur, & ſit magis penetrans, putreſcat ad tempus mel; ſi verò fermentando aceſcit, ſuggerit ſpiritum inſtar aceti deſtillati. Spiritus autem acidulus cum phlegmate unitus & circulatus, ſuggerit menſtruum ſingulare magnarum virium, quia in illo latet ſal.

Obſervetur, quod mel ſub deſtillatione facile ebulliat, & per alembicum adſcendat; pro evitanda igitur ebullitione ipſi quædam admiſceantur, v. g. arenæ triplum, aut laterũ,

aut ſilicum, ſimiliumque, quæ impediunt ejus impetuoſum motum & ebullitionem, retortaque ad medietatem ſaltem repleatur: ex ☿ incinerato ſal elixiviari poteſt.

Spiritus acidus commendatur contra calculum, & ad pellendam urinam. Externè hoc ipſo ſpiritu ſunt, qui parare volunt ℞ am Coralliorum; ſolvit enim corallia ac perlas.

Oleum mellis, quod inſtar ▽æ vitæ ardet, cum ♆ circulatum, multum conducit in uſu chirurgico tam in læſionibus partium recentibus, quàm ulceribus, purificat & mundificat ulcera maligna & phagedænica, vel ſolum, vel cum camphora aut balſamo de Peru miſtum. ℞ ex hoc oleo cum ♆ parata commendatur internè in curanda phthiſi & ulceribus pulmonum.

Oleum mellis compoſitum, quod habet Autor No. 2. fuit balſamum podagricum Hartmanni, eique in magno uſu pro leniendo dolore podagrico.

Ex melle poteſt fieri acetum in continenti cum ſemine crucæ: uſus ejus eſt in Chymicis pro ſolvendis lapidibus, gemmis, perlis, & metallis.

Quidam ℞ am ex melle cum ♆ ♋iſato aut ♒ mellis inflammabili per fermentationem parato, extrahunt, ejusque dimidium abſtrahunt, quam pro humore viſcido in pulmonibus reſolvendo, ac per urinam & ſordes expellendo, maximè laudant.

Aliàs mellis præparata ſunt varia, quæ tamen omnia eò recidunt, ut habeatur ſal iſtud roris concentratum cum balſamo florum.

Sal commendatur imprimis ad curandam carunculam penis, ſi cum cera viridi redigatur in unguenti formã, uti aſſerit Bartholetus.

Cera eſt craſſior & pinguior pars mellis, quæ diſponitur in ordinem ab apibus; ſubjectum eſt reſinoſum, quod ſumma quoque corroſiva non attingunt, & in ▽ induratur magis, quam ut liqueſcat. Ingreditur emplaſtra ad conſiſtentiam debitam: Interno uſu non niſi oleum ceræ ſuggerit, cujus optima præparatio eſt, ſi ceræ ℔ j. miſceatur cum oſſium calcinatorum ℔ ij. ſic enim hæc retinent ♒ acidum ceræ, ut ſolum oleum inſtar butyri craſſi prodeat, quod naturæ alcalinæ eſt. Oleum autem hoc à phlegmate ſeparatum, cum ℔ iij. vini, & ☉ ☽i. ℥iij. denuo rectificetur, & prodit clarum atque penetrantiſſimum. Aliàs eodem modo deſtillatur, ut oleum philoſophorum.

Egregiè convenit, & ab Hartmanno & Crollio commendatur internè pro uſu diuretico ad gr. iij. vel iv, & ▽ petroſelini: item in procidentia ani, cujus crebriorem prolapſum præcavet: præterea quoque valdopere penetrat, incidit & reſerat, & propterea in affectibus urinariis & renum eſt egregium: utut parcius ſit adhibendum propter vim nimiam pellendi urinas; unde in doloribus nephriticis poteſt aſſumi, facta illinitione externa cum oleo ſcorpionum & philoſophico, in loco dolente. Externè egregium eſt in fiſſuris mammillarum: vid. Aldrovandus *de Inſect. l.* I. *cap.* 3. Vulnerarium prætereà eſt; unde Balſamum vulnerarium Mindereri ingreditur: Nempe

℞. *Terebinth.* ℥ß.
℥ *hyper.* ℥j.
g. elemi ℥ij.
℥ *ceræ* ℥j. *M.*

Reſolvit & attenuat tumores contumaciores frigidos ex lympha vitioſa ortos; item gummata podagrica ac nodos, tophos, & gummata Venerea; potenter enim reſiſtit veneno corroſivo. In ſcirrho, curat ſine metu cancri & exulcerationis. Tollit prætereà dyſuriam & ſtranguriam, ſi umbilico illinatur: vid. Faber *in Myrothec. lib.* I. *cap.* 27. Sic & contra nephriticos affectus miſcetur cum oleo ſcorpionum & oleo philoſophorum: contra ambuſta verò & læſiones ab igne acuatur cum pauco olei ovorum: in convulſionibus ex punctura nervi eſt optimum: vid. Sylvius *in Pr. lib.* 2.

Aliàs paratur etiam oleum ceræ, ſi cera flava infundatur per ℥. ſeptimanas in ⊡ humana, quæ ⊡ tamen ſingulis alternis diebus permutari debet, atque tum deſtilletur.

Præparatio magiſterii eſt ſatis clara.

Propolis, quæ uſitatè vocatur cera virginea, eſt materia craſſa, & uſurpatur externè in emplaſtris & cataplasmatis, in principio vulnerum applicandis, pro extrahendis alienis, & præcavendis ſordibus ſupervenientibus: eſt elegans cicatrizans & incarnans, quod ulcera curata carne replet, & cicatrice obducit.

A.

ARANEUS.

ARanearum viventium vis maligna nota, mortuarum verò innocens eſt in febribus intermittentibus. Utut enim rarius internè uſurpentur; ruſticus tamen quidam hic loci araneas mortuas exſiccatas & pulveriſatas ægris febre intermittente laborantibus quàm plurimis à ♃ j. ad ʒß. felici cum ſucceſſu propinavit. Nam omnia talia inſecta abundant ſale volatili urinoſo & acri, unde internè ſumpta ratione ſalis volatilis urinoſi pellunt urinam, & arenas movent.

Externus earum uſus in febribus intermittentibus magis frequens eſt, dum quidam vel ſolum, vel cum aliis applicant pulſibus metacarpi: alii araneam vivam majorem includunt nuci juglandi, & appendunt de collo, imprimis in Quartanis.

Si concludantur araneæ in vaſe quodam, ſe mutuis puncturis interficiunt, & poſt mutantur in liquorem fœdum, qui deſtillatus dat ſpiritum copioſum, & ſal volatile urinoſum.

Ex

Digitized by Google

Ex araneis, ceu baſi, & earum telis, conficitur decantatum emplaſtrum febrifugum Strobelbergeri contra quartanas. Deſcriptionem habet Autor *in Parte anteriore*: ſed ea non eſt in omnibus legitima.

Ex araneis majoribus fit oleum aranearum ſimplex per infuſionem, quod pullibus illitum contra febres experimentum eſt.

Paratur etiam ex iſtis per infuſionem oleum aranearum compoſitum, cujus elegantem deſcriptionem Mindererus habet. Hujus uſus eſt pro malaxandis emplaſtris & unguentis, applicandis anthracibus & bubonibus peſtilentialibus aliisque ulceribus malignis & cacoëtheis adhibetur: ſicut uſitatum ſimiliter eſt in febribus malignis, peſtilentibus, petechialibus aliiſque ſimilibus affectibus, ut carpis manuum, temporibus & regioni ſtomachi & aliis partibus externo impetui expoſitis, illinatur, imprimis ubi ex inquinamentis aëris peſtis eſt contracta, ſive ſolùm, ſive permiſtum cum oleo ſcorpionum compoſito Matthioli, vel oleo ſuccini, camphoræ, carbunculi, & ſimilibus.

Telæ araneorum ſunt communiter mulierum experimentum pro conglutinandis vulneribus recentibus, quas cum mica panis benè maſticata permiſcent, & applicant.

ASELLI.

Aſelli uſitatius vocantur millepedes ſeu oniſci: Colligendi ſunt, qui reperiuntur in locis Saxoſis, & intra fiſſuras lapidum murorum antiquorum; hinc copioſo ſale nitroſo volatili, admodum acri, ſcatent, ſimili, quo lumbrici imprægnati ſunt, acriori tamen. Si horum leniter exſiccatorum pulvis cum floribus nitri Mynſichthi miſceatur, habetur pulvis diureticus ad ciendam urinam egregii uſus: Sic notum eſt experimentum Horatii Augenii *Tom. II. Epiſt. med.* 8. *lib.* 9. & Wilhelmi Laurembergii, dum pulvis aſellorum propinatus fuit in decocto cicerum rubrorum, quo calculus veſicæ, jam excindendus, fuit diſſolutus & excertus. Alio tempore facta eſt ſimilis experientia Romæ in Monacho, ab Angenio curato: item in Anglia duabus mulieribus calculo afflictis cum fructu potus hic fuit propinatus, Sennertus *Prax. l.* 3. *pag.* 8. *c.* 2. *de Calculo veſicæ pag.* 847. Unde in Anglia infundunt in cereviſiam fermentandam, & faciunt potum pro præſervando calculo veſicæ. Quin & ratione ſalis volatilis urinoſi in incidendo, penetrando & reſolvendo muco acido, viſcido, tenaci, valent; unde in affectibus ſplenis & hypochondriacis ſunt magni uſus: hinc in reſolvenda mucilagine, implente & farciente pulmones, non habetur potentius remedium, quocunq; modo præparentur & propinentur: propinati in mediocri doſi ſunt expertiſſimi in aſthmate, ſive cum aceto & vino propinentur à gr. v. uſque ad ℈j. ſive in petia ligati infundantur vino & hoc poſt expreſſionem hauriatur: Alii faciunt electuarium ex millepedibus præparatis, melle permiſtis addito guñi Ammoniaco, quod pro curando aſthmate, & ſimilibus pulmonum affectibus, eſt expertiſſimum & potentiſſimum. A modernis contra arthritidem vagam, & dolores artuum ſcorbuticos adhibentur, quod quidam ex ſignatura, qua ſe movent & contrahunt, deducere conantur: Vid. Mœllenbroccius *Tract. de Variſ. p.* 133. Notandum præterea, quod infecta hæc æquè atque alia præ reliquis primatum obtineant in affectibus doloroſis & morbis convulſivis partium internarum ſcorbuticorum & hypochondriacorum, unde etiam in aſthmate convulſivo, præferuntur omnibus reliquis remediis vino infuſi: Videantur imprimis ea, quæ habet Willis *in Pathologia cerebri, in Tract. de Affectu hypochondriaco, & ſuffocatione uterina*: item Hertodt. *in Crocolog. c.* 13. *pag.* 129. Laudantur porrò in fluxu albo, teſte Bartholino *C.* 5. *H.* 97.

Denique interno uſu in vulneribus fiſtulis, & aliis ulceribus partium corporis inveteratis & deſperatis, ut & recentibus, miram vim habent chirurgicam aſelli. Angli utuntur pro curandis ulceribus malignis & phagedænicis; ſicut de ulceribus mammarum mirabilia recenſet Boyle *in Philoſophia experimentali*; & Bartholinus *Cent.* 4. *Epiſt.* 92. *p.* 522. Similiter & egregium experimentum videbitis in Riverio *cap.* 4. *Obſ.* 89.

Quomodo interno uſu adminiſtrentur & præſcribantur, optimè docet Williſius *Pharmac. Rat. P. II. p.* 250. 268. 283. & 341. Nempe vel pulveriſati adhibentur in convenienti quodam vehiculo; vel eorundem 50. 60. & c. infunduntur in aquam appropriatam, vel in vinum, teruntur probè, transcolantur, & ita infuſum bibitur. Quidam cum vino vel Rhenano, vel Malvatico ter infundunt, & toties lento calore exſiccant & pulveriſant: Vid. Quercetanus *in Pharm. Dogm. Reſtituta*; alii cum ♏u ♋is, aut ☉i, aut ♁i, millepedes imprægnant, vel ſolvunt, ſed male; Vereor enim, ne caſtretur potiùs earundem vis medicamentoſa.

Putrefacti in liquamen abeunt, relictis ſaltim exuviis liquori innatantibus, ex quo ♏urinoſus volatilis fortiter diureticus & potens ſatis deſtillatur.

Aſelli plures invicem coacervati, ut non nihil putreſcere incipiant, deſtillati dant elegans phlegma volatile, quaſi nitroſum, ſummum remedium in affectibus nephriticis & calculoſis, tàm renum, quàm veſicæ; item partes iij. lumbricorum cum p. j. aſellorum miſtæ, & inſtituta digeſtione in liquorem ſi-

Digitized by Google

mul abeunt potenter diureticum. ℞ am millepedum cum ℞a ♎i parare jubet Williſius *de Scorbuto*.

Externè millepedes in oleo olivarum, vel oleo lini, infuſi & cocti, oleum conſtituunt anodynum, imprimis ſpecificum contra dolorem hæmorrhoidalem, quem optimè curat & ſanat: de quo conferatur Riverius. Singulariter enim anodyni ſunt millepedes.

BOMBYX.

Bombyx rari eſt uſus in medicina, niſi, quod quidam exſiccatos adſpergant capiti pro arcenda vertigine & lethargo. Præ aliis in uſu eſt filum ſericum Carmeſinum ſive cocco ſive granis Kermes tinctum, de cujus uſu in eryſipelate & podagra, dum eo ligatur articulus podagra afflictus, idem de ſimili uſu vid. *in* Eichſtadio *de Confectione Alkermes cap.* 12.

CANTHARIDES.

Canth arides præferuntur verſicolores. Mediocri s magnitudinis in frumento inventæ, & imprimis ejus ſpecies, quæ vulgò muſcæ Hiſpanicæ dicuntur, quæ in alis transverſas lineas habent.

Omnes cantharidum ſpecies turgent ſale volatili acerrimo morſicante, quod in tantum ſtimulare ſolet urinam, ut etiam veſicam exulcerare & erodere ſoleant; idque non ſaltem uſu interno, ſed & externè applicatæ pro ſcopo veſicam excitandi: Propterea majores noſtri inter venena numerarunt, & tantum pulſui externo, adhibuere. Internè cantharides præ omnibus remediis reliquis contra ſuppreſſionem urinæ deſperatam laudantur, vid. Zacutus *lib.* 1. *Prax. admir.* ubi ad iſchuriam cum oleo amygdalarum dulcium commendat; item ad pellendas aquas in hydrope *lib.* 2. *Hiſtor. Med. Dub.* 67. uſus etiam ſunt egregii ad gonorrhœam virulentam, ac ad promovendum calculum ac ſabulum: Vid. *Fallopius de Compoſit. Medicam. cap.* 3.

Modus utendi eſt in infuſo cum vino, inquit Bartholinus *Cent.* 4. *Epiſt.* 54. *p.* 346. Cantharidum uſum in gonorrhœa virulenta & iſchuria non ſemel felici cum ſucceſſu expertus ſum. Notandum verò, ne noceant cantharides (pro interno uſu) integras eſſe ſumendas; quia extrema, quæ reſecantur, ſunt alexipharmacum ventris. In gonorrhœa præprimis virulenta Practicum quendam Lugduni Batavorum ſolis cantharidibus multos feliciter curaſſe, quæ in vino fuerint maceratæ, addendo adhuc aliam infuſionem temperatam refertur: Vid. Bartholini *Epiſt. Med. Cent.* 4. *Epiſt.* 53. *pag.* 343. item, *Epiſt.* 21. *p.* 93. & *Ep.* 65. *p.* 400. nec non *in Hiſt. Anatom. Cent.* 5, *Hiſt.* 82. & Galenus *lib.* 2. *de Antidotis.* c. g.

℞. *Pulv. cantharid.* ℈ j.
infund. in
Vini Rhen. ℥ iij. vel jv.

Infuſum ſtet per aliquot ☌ in loco tepido; poſt filtretur liquor, ne ſubſtantiæ aliquid tranſeat, & ſub uſu miſceantur cochl. vj. vij. vel viij. cum cantharo vini; ſic totum vinum imprægnatur, ita, ut cochlear j. ſufficiat (adſcendendo tamen in dies) ad pellendam urinam & calculum.

Fundamentum conſiſtit in eo, ut vis ☉is volatil. cauſtici temperetur ab acido vini (vel etiam aceti) & abeat in ſalſum temperatum, non adeò corroſivum. Effectus quos hoc modo præſtant, videbitis *c. l.* & tutius adhiberi hoc infuſum, quam in pulvere, cenſet Velſchius *Schol. in Obſ.* 89. *Rümleri p.* 53. vel ſumatur de hoc infuſo cochlear parvũ in juſculo galli, vel cereviſia tepida tempore matutino.

Sunt, qui cantharides cum ſ. q. vini præparatas internè propinant in arthritide, quoniam ſal urinoſum volatile cantharidũ acidum arthriticum præcipitat, & abit in ſalſum volatile inſipidum, ſicque per ☐m eliminatur; unde quidam empiricus in Gallia habuit pulverem ex cantharidibus in urinæ retentione deſperata, hydrope & arthritide. Meretrices utuntur cantharidibus pro expellendo fœtu. Pulvere eorundem cantharidum ſunt, qui ſtimulare volunt Venerem, internè adhibito: ſed male res cedere ſolet, dum præterea, quod ſtimulat Venerem, etiam mictum cruentum inducit. Item Salmuth hiſtoriam habet de ſene, qui juvenculam duxerat, cui ut placeret, accepit medicamentum, cui adjunctæ fuerunt cantharides; exinde factum, ut altero die nuptiarum fuerit mortuus, penè rigido permanente poſt mortem: ita quoque vidit D. Michaëlis, quod quædam merettrix cuidam pro ſtimulanda Venere pulverem cantharidum propinavit, ex quo fuit mortuus; quoniam fuit crude & ſine præparatione propinatus. Crollii enim experientia docuit, quod corrodant ac ulcerent veſicam, & inde inducant mictum cruentum, adeò ut non tantum interno uſu, ſed etiam veſicatoria ex iis parata & cervici applicata, ardorem urinæ & mictũ cruentum induxerint: Vid. Borellus *Cent.* 2. *Obſ.* 58. *p.* 158. & *Obſ.* 98. *p.* 192. Hæc vis, ut corrigatur, quo tutius poſſint interius aſſumi, & non ſequatur exulceratio, ſed provocetur ☉ in hydrope & affectibus aliis, elegantiſſimè præparatur cum aceto, oleo vel vino, ut modo dictum: ſi tamen extrema cantharidum ſumantur pro infuſo diuretico, hoc legitimo modo miſtum, nunquam cruciatum vel veſicæ exulcerationem provocat, ut nec pinguioribus abſtergentibus, aliiſque corrigentibus, opus fuerit.

Rarum eſt, quod Hungari, dum cantharidum

cum pulveriſatarum 10. una vice aſſumunt, deinde largum ſudorem, & copioſum urinæ fluxum, obſervent cura dolorum: Conf. M. A. N. C. *Ann.* 1. *pag.* 296.

Remedium noxæ, à cantharidibus veſicæ inductæ, conſiſtit in temperatura particularum iſtarum acerrimarum, quàm optimè præſtat uberior hauſtus lactis, præcipuè cum ℞ Qi vel cum ſaccharo, quod commendat Boyle *in Philoſophia experimentali*. Item emulſio ex amygdalis dulcibus & melonum ſemine; item fœniculi ſemen cantharidum alexipharmacum obſervatum fuit. Conf. M. A. N. C. *Ann.* 2. *p.* 179. nec non pulegium ex Sennerti *Praxi l.* 6. *p.* 8. *c.* 16. quo etiam referri poteſt ſemen ammeos: Vid. Johannes Baptiſta Sitonus *in Miſc. pag.* 105.

Uſus interim veſicatoriorum adhuc frequens eſt, in quibus cantharides ſemper baſin conſtituunt: & quidem non ratione ſpinarum, aculeis ſuis glandulas & fibrillas ſubcutaneas pungentium atque irritantium, quas innumeras microſcopii ope obſervavit Borrichius *in* Bartholini *Actis Hafnienſ. Vol.* 4. *Obſerv.* 80. *p.* 186. & *Vol.* 5. *Obſerv.* 89. *p.* 217. cum hæ in cantharidibus pulveriſatis non amplius adſint; ſed potius ratione ☉is volatilis acris. Sub uſu autem corpus tantùm eligitur, abjectis alis, pedibus & capitibus, quæ ut benigniora & inutilia, rejiciuntur; pulvis deinde cum fermento acri & pauco aceto in formam cataplaſmatis redigitur, & applicando veſicas excitat. Uſitatè, e. g.

℞ *Cantharid. ablatis alis & capitibus* Nro. v. ad vj.
Fermenti ℥ j. vel ℥ jß. M.

Irroratur cum aceto, & applicatur.

Verum hic modus, quod rectè Hœferus *in Herc. Med. p.* 158. urget, taxatur ob acidum fermenti & aceti; infringit enim nonnihil ſal volatile cantharidum cauſticum; unde quantum aceti vel fermenti additur, in tantum caſtrant vim veſicantem in cantharidibus, adeoque tunc non adeò potenter veſicas excitant; nec procedit hic modus, niſi, ubi motus agendum. Quidam verò recipiunt ſolas cantharides à ℥ iß. ad ℥ ij. plus minus pro varietate circumſtantiarum, permiſcent cum medulla panis ſecalini, irrorant cum ▽ appropriat. & ita applicant pro excitandis veſicis: Sin verò potentius agere velimus, ſubigantur cantharides cum pulpa ficuum, recipiendo ficuum pinguium ab ℥ß. ad ℥ j. pulv. cantharidum à ℥ iß. ad ℥ ij. plus minus prout res nata, & hæc ſub forma cataplasmatis imponantur nuchæ pro excitanda veſica, ubi pro lubitu ſtercus caprinum aut ſemen ſinapi, ſumul addi poſſunt. Optimus tamen modus eſt ſub emplaſtri potius, quam cataplasmatis forma, unde igitur potiùs emplaſtrum veſicatorium in diſpenſatorio Auguſtano, aut quod habet Autor *lib.* 2. *cap.* 53. *Num.* 20. & Ludovici *Pharm. p.* 419. hujuſmodi enim emplaſtrum applicatum egregiè veſicam excitat, vel

℞ *Terebinthinam*;

Miſce cum cera liquefacta: His ſub refrigeratione pulvis cantharidum inſpergatur. Si placuerit, unguentum de althea addi poterit in robuſtioribus; in infantibus verò miſceatur cum emplaſtri citrini ana, aut hujus parte dimidia.

Sunt etiam, qui præparant veſicatoria indolentia ex cantharidibus, addita myrrha, maſtiche, & ſimilibus; egregia certè & elegans compoſitio.

Quod ſi animus eſt diutius manantes conſervare veſicas, tunc emplaſtro de ſpermate ranarum, vel emplaſtro albo camphorato veſicæ inciſæ applicatæ parum pulveris cantharidum additur. Ludovici *in Pharm. p.* 420.

Hic uſus externus cantharidum ſaltem hactenus cognitus fuit; attamen is ſatis polychreſtus, compluribus affectibus, præſertim partium nervoſarum dolorofis, aliiſq; ex lymphæ vitio natis multum confert: Vid. Crato *Conſil.* 21. *p.* 40. potiſſimum in febribus malignis plantis pedum feliciſſimo cum ſucceſſu applicantur: Vid. Paulli *in Digreſſ. de Febrib. malignis*; in maloiſchiadico & artuum doloribus: Vid. Gallarus *in Obſerv.* in hydrope: Vid. Reusnerus *in Obſerv.* 18. in peſte, Cumanus *Obſ.* 99. in bubonibus Venereis laudantur à Felice Wurzio; Hippocrates verò cantharides etiam commendat in peſſo ad expurgandum fluorem album *libr. de Superfœtat. edit. Lind. T. II. p.* 660. *XXIII.*

Quidam magiſterium diureticum cum ☽ ☊ parant, quod cum oleo Qi præcipitatur; ſed potius pervertitur vis diuretica: Vid. Ludovici *P. urinac. pag.* 419. Hinc potiùs laudatur eſſentia diuretica ex cantharidibus per ℞am Qi parata: Vid. Williſius *in Pharm. Rationali P.* I. *S.* 4. *c.* 2. Vel

℞ *Cantharid.* ℥ß. ☉ ☌ ☾ ℥ vj.

Irrorentur cum q. ▽ &c. & in formam pultis dilutioris ſeponantur in locum ſepitum, aliquandiu irrorationem continuando, ſi ſint exſiccatæ; ſi igitur per ☌ 8. vel 10. ſteterint, affundatur pulveri ☿ ☊ ſatus, & eliciatur ☿, quæ propter coloris gratiam pulveré vermium cochinillæ, qui ſimiliter ſpecies cantharidum ſunt, & egregiè diuretici, tingi poteſt, ſic eſſentia gratiſſimi coloris evadit.

Oleum cantharidum fit per infuſionem pro uſu Venereo; ſi enim hoc inungatur penis vel teſticuli, ſtimulare Venerem, & promovere erectionem penis, dicitur.

CIMEX.

Cimices cum ſucceſſu adhibentur pro expel-

lendo

lendo fœtu & secundina. Notum est, quod habet Autor de quartanariis, quod videlicet, si immittantur in pensem, valdopere proliciant urinam, & titillando faciant, ut retentio urinæ curetur.

FORMICA.

Formicæ sunt animalia, quæ non habent sibi subjectum simile in toto regno animali: sunt vel alatæ vel non alatæ, vel naturales, vel artificiales; & quidem, quæ in usum medicum veniunt, sunt vel majores vel minores. In genere autem istæ sunt optimæ, quæ aliàs reperiuntur in sylvis, ubi arbores resiniferæ crescunt, & copiosæ betulæ: hæ enim præ cæteris abundant ☿ copioso ☉ sub-acido, spirantque acidum. Hinc observatum est à Botanicis, quod flores cœrulei, colorem cum rubore commutent, parili modo ac si ☿ minerali essent illiti. Nempe formicæ liquorem talem acidum fundunt, qui dubio procul causa est illius pruritus, quem suo contactu nobis inferunt: Acidum hunc esse liquorem, præter odorem experientia probatur. Nam formicæ vivæ aquæ injectæ, & baculo agitatæ atque irritatæ, liquorem quendam deponunt, qui totam aquam acetosam reddit, ut etiam ▽ hæc acida ferrum & Saturnum rodere queat. Post has & artificiales parantur, dum

Melli admiscetur panis secalinus; sic per fermentationem generantur formicæ, quæ alatæ avolant: Vid. Conrad. *in Medulla destillatoria.*

Naturales pro usu medico colligantur, speciatim mense Junio & Julio, die sereno imprimis, luna crescente, hoc modo: Cucurbita, in cujus fundum frustum casei sit repositum, immittatur acervo formicarum; ita casei odore allectæ omnes cucurbitam intrant, quarum si copia pro spiritu destillando acquisita fuerit, baculo acuto eximatur caseus, & superaffundatur ▽ ad supereminentiam trium digitorum: cum plantis autem aromaticis imbutus sit spiritus vini, & destilletur: spiritui destillato novæ formicæ addantur, digerantur, & iterum destillentur lege artis, sic fæpiùs cohobando ☿ efficacior, atq; aciditate volatili sat fortiter imprægnat⁹ erit. Imprimis autem censetur commodum tempus lunæ incrementum, quia lunæ vires formicæ sentiunt: nam in interlunio quiescunt, novo lumine totis etiam noctibus operantur.

Formicæ mirè sunt confortativæ, ita, ut ☿ animales deficientes, exhaustos aut destitutos mirè recreent, unde formicarum ☿ analepticum est egregium omnium sensuum, & vi memoriæ confortandi insigni pollet: magnanimos reddit, Venerem egregiè stimulat, & in exercitio validos ac robustos reddit viros. Idem omnibus ▽ is apoplecticis & analepticis præferatur; valdè enim convenit pro c[illegible] borando corpore humano, & viribus ac[illegible] & quidem in affectib' capitis, apoplexi[illegible] tigine, paralysi, & in specie in morbis [illegible] contra sterilitatem utriusq; sexus inter rem[illegible] dia alia non ultimum est; catarrhis potens[illegible] resistit, dum lympham superabundantem [illegible] urinam educit; diureticus enim valdopere [illegible] ☿: valdè commendatur in catarrho suffoca[illegible] tivo & similibus præcavendis & curandis.

Externè formicæ mirabiliter nervos co[illegible] niunt, eorumque dolorem, paralysin, tremo[illegible] rem, &c. curant, item doloribus resolutum [illegible] læsum tonum restituunt & firmant, dolores [illegible] sistunt, paralysin tollunt: ad mulierum quo[illegible] que sterilitatem egregiæ sunt: Vid. Conradus *in Medulla destillatoria.* Unde ☿ formi[illegible] carum additur ▽ is articularibus antiparalyticis, & contra partium dolores usitatus. Vel etiam ipsis speciebus articularibus formicæ adduntur, & hinc affuso ▽ ☿ æ articulares parantur ad paralyticos imprimis affectus, aliosque morbos partium nervosarum, penetrando, attenuando, & imprimis resolvendo, sicq; tonum pristinum partibus restituendo, quatenus penetrantia sua volatili quosvis motus insigniter referat acidum viscidum nervis infensum incidit, dissolvit, mobile facit, ita, ut non corrigendo, sed dissolvendo & removendo fomitem, conferre videatur. Cæterum ☿ formicarum externè in affectibus aurium conducit; in difficili enim auditu & in tinnitu egregiè confert; unde ☿ acousticus Mindereri, pro basi agnoscit formicas: sicut egregia mistura ad auditum fit, si misceatur ☿ formicarum cum essentia castorei, & cum bombace auri indatur, vel etiam instilletur, auditum mirè promovet & roborat. Spiritum formicarum & lumbricorum terrestrium ana auribus etiam indunt cum bombace pro eodem usu. Præterea externo usu ☿ lumbricorum terrestrium & formicarum valdè convenit in arthritide & affectibus oculorum; volatile enim sal penetrans acidum arthriticum absorbes & corrigit. Id quod etiam verum est de malo ischiatico & similibus affectibus, in specie in arthritide non tantum communi & fixa, sed etiam vaga scorbutica, egregiè multum conducit: in paralysi & tremore artuum externè inungi solet ☿ lumbricorum ♆ estrium & formicarum, vel solus, vel mistus cum ▽ cephalica, seu ☿ cephalico.

Omnes hujus spiritus vires in excellentiori gradu sunt in ▽ magnanimitatis Lauremb[illegible] rii, quæ ex basi formicarum destillatur, beneficio ☿ compositi cum plantis specificis [illegible] qua, præter ejus Autorem, videatur etiam Starickius im Helden-Schatz pag. 86. fra[illegible] tatem animalem recreat, & speciatim V[illegible] vigorem restaurat, & sterilitati medet[illegible]

egregiè succurrit, si sæpiùs adhibeatur. Usurpatur cochleatim. Adhuc egregia est ad debilitatem ingenii, & memoriæ conservationem, roborat caput, ab apoplexia præservat, &c.

Cæterum mirabilis est earum odor acidus; nam si formicæ per se destillantur, suggerunt spiritum acidissimum qui, & Martem corrodit in vitriolum, & ♄um in saccharum, ita tamen, ut denuò acidus possit abstrahi, pariter atque ♏ viridis æris præ aliis acidis corrosivis hoc obtinere solet, ut immutatis quasi viribus denuò destillando abstrahi queat. Probabile etiam est aliis insectis, præsertim pungentibus, similem aciditatem quandam inesse, in qua per aculeum communicata pathemata solita superveniunt.

Spiritus hic formicarum acidus corpus, odore saltem perceptus, mirificè recreat. Quin & ♏ urinosus paratur paratur è formicis vel per se, vel cum calce viva; per se formicæ invicem congestæ ▽ simplici nonnihil humectatæ, vel contusæ asservantur in cella, & seponuntur ad putredinem; hinc enim brevi post situm contrahunt, & sic destillatæ suggerunt ♏ ⊡ osum, & ☽ volat. elegantissimum; cum calce viva si formicæ misceantur, & affundatur ▽, submittanturque blando △ ni cinerum sic effervescunt, resolvuntur, & suggerunt ♏ blandè urinosum, calcem vivam tamen spirantem: hujus ratio est, quod aciditas omnis à calce viva sit absorpta. Hic ♏ urinosus cum sale volatili proprio acuatus remedium in cerebri affectibus nobilissimum est, quod vel odore solo partium nervosarum dolores & lancinationes, tremores, & similia sistit: Vid. Wedelius *de ☉e volat. Plant. c.* 3. Egregium diureticum est, pellens urinam, purificans renes, & specialius scorbuto atque hydropi convenit. Usurpantur ♏ bi guttatim dosi gutt. xxx. vel xl in ▽ lavendulæ, menthæ, aliave aromatica. Externè quoque aquis articularibus additus in doloribus partium nervosarum, in malo ischiadico, doloribus artuum & scorbuticis vagis ex acido natis, item arthriticis illitum summum & mirabile est remedium; inde in paralysi & tremore aliis remediis omninò est præferendus, simili ratione, atque de lumbricis infrà dicetur. Angelus Sala habet ▽m formicarum, quam propinat loco Vomitorii.

Tandem & oleum prodit, dum destillatur ♏ per se: quod rectificatum ophthalmicum est contra ungues oculorum, & visum fortificat blandissimè illitum.

Sic & oleum per infusionem in usu est: scilicet formicæ oleo communi infunduntur; quod non secus ac oleum lumbricorum affricatur externè in affectibus nervorum & artuum; item inungitur iisdem ferorum ad provehendam generationem & genituram; item si inungitur eodem penis in sua radice, armat in Venerem: quem in finem & scroto & testibus illinitur. Egregium est in acuendo auditu, bombace auribus inditum, vel solum, vel cum ana olei lumbricorum; unde oleum acusticum Mynsichthi pro basi agnoscit formicas; item in ulceribus phagedænicis serpentib' & malignis suo illitu valdè convenit.

Liquor uti habet Autor, tàm parari potest ex formicis, quàm ex earum ovis, per digestionem in clibano, qui valdè convenit in suffusione & aliis affectibus oculorum; item aurium, auditu gravi, & similibus aurium morbis.

Ova formicarum ad ʒj. si assumantur, excitant ructus & flatus immodicos, instar moschatæ olere solent, unde cum pulvere nucis moschatæ possunt propinari lusûs gratia ad generandos flatus. Internè aliàs non sunt in usu; externè in affectibus aurium conducunt; & ex illis paratum oleum commendatur ad gravitatem auditus.

Acervus formicarum externo usu multum usurpatur, idque in specie pro usu balneorum siccorum vel humidorum, in partib9 nervosis & musculosis roborandis: Nempe totus colligitur, & cum sacco aquæ simplici incoquitur, ex quo decocto in conopæo excipitur vapor vel toto corpore, vel saltem quibusdam partibus. Eximiè prodest in sistendis doloribus lancinantibus; item vagis artuum, mediante sudore copioso prolicito; vel decocto tali immergitur corpus vel membrum affectum pro balneo humido, in malo ischiatico, & contractura artuum scorbutica: item in affectibus arthriticis & paralyticis, tàm veris, quàm nothis in tremore & similibus affectibus articulorum & nervorum: imò & similia balnea egregiè conveniunt sterilibus mulieribus, aut crebrius abortientibus, perinde est: Vid. Conradus *in Medulla destillatoria.*

HIRUDO.

Hirudines externè adhibentur, ut exsiccant sanguinem, adeoque in quibusdam locis solent esse vicariæ scarificationis & cucurbitularum. Applicantur autem in nimis & chronicis cephalalgiis temporibus: item in venis pedum juxta suras, & bracchiis, pro evacuatione lenta: in affectibus hæmorrhoidalibus, tumentibus, vel etiam suppressis, usitatissimè applicantur. Vid. Borellus *Obsery. Cent. I. Obs.* 63. *p.* 66. Interdum etiam vulvæ applicantur in mensium suppressione, vel quando non sufficienter fluunt lochia.

Præparandi & applicandi modum habet Autor. Quod si applicatæ ano illum ingrediantur, & metuenda sit exulceratio intestinorum, injiciatur clyster ex ▽ salina; tunc enim iterum egrediuntur.

lendo fœtu & secundina. Notum est, quod habet Autor de quartanariis, quod videlicet, si immittantur in penem, valdopere proliciant urinam, & titillando faciant, ut retentio urinæ curetur.

FORMICA.

Formicæ sunt animalia, quæ non habent sibi subjectum simile in toto regno animali: sunt vel alatæ vel non alatæ, vel naturales, vel artificiales; & quidem, quæ in usum medicum veniunt, sunt vel majores vel minores. In genere autem istæ sunt optimæ, quæ aliàs reperiuntur in sylvis, ubi arbores resiniferæ crescunt, & copiosæ betulæ: hæ enim præ cæteris abundant ☿ copioso ☉ino sub-acido, spirantque acidum. Hinc observatum est à Botanicis, quod flores cœrulei, colorem cum rubore commutent, parili modo ac si ☿ minerali essent illiti. Nempe formicæ liquorem talem acidum fundunt, qui dubio procul causa est illius pruritus, quem suo contactu nobis inferunt: Acidum hunc esse liquorem, præter odorem experientia probatur. Nam formicæ vivæ aquæ injectæ, & baculo agitatæ atque irritatæ, liquorem quendam deponunt, qui totam aquam acetosam reddit, ut etiam ▽ hæc acida ferrum & Saturnum ròdere queat. Post has & artificiales parantur, dum

Melli adnisceatur panis secalinus; sic per fermentationem generantur formicæ, quæ alatæ avolant: Vid. Conrad. *in Medulla destillatoria.*

Naturales pro usu medico colligantur, speciatim mense Junio & Julio, die sereno imprimis, luna crescente, hoc modo: Cucurbita, in cujus fundum frustum casei sit repositum, immittatur acervo formicarum; ita casei odore allectæ omnes cucurbitam intrant, quarum si copia pro spiritu destillando acquisita fuerit, baculo acuto eximatur caseus, & superaffundatur ▽ ad supereminentiam trium digitorum: cum plantis autem aromaticis imbutus sit spiritus vini, & destilletur: spiritui destillato novæ formicæ addantur, digerantur, & iterum destillentur lege artis, sic tæpiùs cohobando ☿ efficaciorem, atq; aciditate volatili sat fortiter impræegnat⁹ erit. Imprimis autem censetur commodum tempus lunæ incrementum, quia lunæ vires formicæ sentiunt: nam in interlunio quiescunt, novo lumine totis etiam noctibus operantur.

Formicæ mirè sunt confortativæ, ita, ut ☿ animales deficientes, exhaustos aut destitutos mirè recreent, unde formicarum ☿ analepticum est egregium omnium sensuum, & vi memoriæ confortandi insigni pollet: magnanimos reddit, Venerem egregiè stimulat, & in exercitio validos ac robustos reddit viros. Idem omnibus ▽ is apoplecticis & analepticis præferatur; valdè enim convenit pro corpore laborando corpore humano, & viribus animalibus & quidem in affectib⁹ capitis, apoplexia, vertigine, paralysi, & in specie in morbis sensuum & contra sterilitatem utriusq; sexus inter remedia alia non ultimum est, catarrhis potenter resistit, dum lympham superabundantem per urinam educit; diureticus etiam valdopere est ☿: valdè commendatur in catarrho suffocativo & similibus præcavendis & curandis.

Externè formicæ mirabiliter nervis conveniunt, eorumque dolorem, paralysin, tremorem, &c. curant, item doloribus resolutum & læsum tonum restituunt & firmant, dolores sistunt, paralysin tollunt: ad mulierum quoque sterilitatem egregiæ sunt: Vid. Conradus *in Medulla destillatoria.* Unde ☿ formicarum additur ▽ is articularibus, antiparalyticis, & contra partium dolores usitatis. Vel etiam ipsis speciebus articularibus formicæ adduntur, & hinc affuso ☿ ▽æ articulares parantur ad paralyticos imprimis affectus, aliosque morbos partium nervosarum, penetrando, attenuando, & imprimis resolvendo, sicq; tonum pristinum partibus restituendo, quatenus penetrantia sua volatili quosvis morbos insigniter referat acidum viscidum nervis infensum incidit, dissolvit, mobile facit, ita, ut non corrigendo, sed dissolvendo & removendo fomitem, conferre videatur. Cæterum ☿ formicarum externè in affectibus aurium conducit; in difficili enim auditu & in tinnitu egregiè confert; unde ☿ acousticus Mindereri, pro basi agnoscit formicas: sicut egregia mistura ad auditum fit, si misceatur ☿ formicarum cum essentia castorei, & cum bombace auri indatur, vel etiam instilletur, auditum mirè promovet & roborat. Spiritum formicarum & lumbricorum terrestrium ana auribus etiam indunt cum bombace pro eodem usu. Præterea externo usu ☿ lumbricorum terrestrium & formicarum valdè convenit in arthritide & affectibus oculorum; volatile enim sal penetrans acidum arthriticum absorbet & corrigit. Id quod etiam verum est de malo ischiatico & similibus affectibus, in specie in arthritide non tantum communi & fixa, sed etiam vaga scorbutica, egregiè multum conducit: in paralysi & tremore artuum externè inungi solet ☿ lumbricorum ☿ estrium & formicarum, vel solus, vel mistus cum ▽ cephalica, seu ☿ cephalico.

Omnes hujus spiritus vires in excellentiore gradu sunt in ▽ magnanimitatis Lauremberg., quæ ex basi formicarum destillatum beneficio ☿ compositi cum plantis specificis: de qua, præter ejus Autorem, videatur etiam Staricius im Helden-Schatz, pag. 86. Facultatem animalem recreat, & speciatim Veneris vigorem restaurat, & sterilitatem mulierum

egregiè ſuccurrit, ſi ſæpiùs adhibeatur. Uſurpatur cochleatim. Adhuc egregia eſt ad debilitatem ingenii, & memoriæ conſervationem; roborat caput, ab apoplexia præſervat, &c.

Cæterùm mirabilis eſt earum odor acidus; nam ſi formicæ per ſe deſtillantur, ſuggerunt ſpiritum acidiſſimum qui, & Martem corrodit in vitriolum, & ♄um in ſaccharum, ita tamen, ut denuò acidus poſſit abſtrahi, pariter atque ♒ viridis æris præ aliis acidis corroſivis hoc obtinere ſolet, ut immutatis quaſi viribus denuò deſtillando abſtrahi queat. Probabile etiam eſt aliis inſectis, præſertim pungentibus, ſimilem aciditatem quandam ineſſe, in qua per aculeum communicata pathemata ſolita ſuperveniunt.

Spiritus hic formicarum acidus corpus, odore ſaltem perceptus, mirificè recreat. Quin & ♒ urinoſus paratur paratur è formicis vel per ſe, vel cum calce viva; per ſe formicæ invicem congeſtæ ▽ ſimplici nonnihil humectatæ, vel contuſæ aſſervantur in cella, & ſeponuntur ad putredinem; hinc enim brevi poſt ſitum contrahunt, & ſic deſtillatæ ſuggerunt ♒ ⊡oſum, & ☿ volat. elegantiſſimum; cum calce viva ſi formicæ miſceantur, & affundatur ▽, ſubmittanturque blando △ni cinerum ſic effervescunt, reſolvuntur, & ſuggerunt ♒ blandè urinoſum, calcem vivam tamen ſpirantem: hujus ratio eſt, quod aciditas omnis à calce viva ſit abſorpta. Hic ♒ urinoſus cum ſale volatili proprio acuatus remedium in cerebri affectibus nobiliſſimum eſt, quod vel odore ſolo partium nervoſarum dolores & lancinationes, tremores, & ſimilia ſiſtit: Vid. Wedelius *de ♁e volat. Plant. c.*3. Egregium diureticum eſt, pellens urinam, purificans renes, & ſpecialius ſcorbuto atque hydropi convenit. Uſurpantur ♒ hi guttatim doſi gutt. xxx. vel xl in ▽ lavendulæ, menthæ, aliave aromatica. Externè quoque aquis articularibus additus in doloribus partium nervoſarum, in malo iſchiadico, doloribus artuum & ſcorbuticis vagis ex acido natis, item arthriticis illitum ſummum & mirabile eſt remedium; inde in paralyſi & tremore aliis remediis omninò eſt præferendus, ſimili ratione, atque de lumbricis infrà dicetur. Angelus Sala habet ▽m formicarum, quam propinat loco Vomitorii.

Tandem & oleum prodit, dum deſtillatur ♒ per ſe: quod rectificatum ophthalmicum eſt contra ungues oculorum, & viſum fortificat blandiſſimè illitum.

Sic & oleum per infuſionem in uſu eſt: ſcilicet formicæ oleo communi infunduntur; quod non ſecus ac oleum lumbricorum affricatur externè in affectibus nervorum & artuum: item inungitur iisdem ſcrotum ad promovendam generationem & genituram; item ſi inungitur eodem penis in ſua radice, armat in Venerem: quem in finem & ſcroto & teſtibus illinitur. Egregium eſt in acuendo auditu, bombace auribus inditum, vel ſolum, vel cum ana olei lumbricorum; unde oleum acuſticum Mynſichthi pro baſi agnoſcit formicas; item in ulceribus phagedænicis ſerpentib⁹ & malignis ſuo illitu valdè convenit.

Liquor uti habet Autor, ràm parari poteſt ex formicis, quàm ex earum ovis, per digeſtionem in clibano, qui valdè convenit in ſuffuſione & aliis affectibus oculorum; item aurium, auditu gravi, & ſimilibus aurium morbis.

Ova formicarum ad ʒj. ſi aſſumantur, excitant ructus & flatus immodicos, inſtar moſchatæ olere ſolent, unde cum pulvere nucis moſchatæ poſſunt propinari luſûs gratia ad generandos flatus. Internè aliàs non ſunt in uſu; externè in affectibus aurium conducunt; & ex illis paratum oleum commendatur ad gravitatem auditus.

Acervus formicarum externo uſu multum uſurpatur, idque in ſpecie pro uſu balneorum ſiccorum vel humidorum, in partib⁹ nervoſis & muſculoſis roborandis: Nempe totus colligitur, & cum ſacco aquæ ſimplici incoquitur, ex quo decocto in conopæo excipitur vapor vel toto corpore, vel ſaltem quibusdam partibus. Eximiè prodeſt in ſiſtendis doloribus lancinantibus; item vagis artuum, mediante ſudore copioſo prolicito; vel decocto tali immergitur corpus vel membrum affectum pro balneo humido, in malo iſchiatico, & contractura artuum ſcorbutica: item in affectibus arthriticis & paralyticis, tàm veris, quàm nothis in tremore & ſimilibus affectibus articulorum & nervorum: imò & ſimilia balnea egregiè conveniunt ſterilibus mulieribus, aut crebrius abortientibus, perinde eſt: Vid. Conradus *in Medulla deſtillatoria.*

HIRUDO.

Hirudines externè adhibentur, ut exſugant ſanguinem, adeoque in quibusdam locis ſolent eſſe vicariæ ſcarificationis & cucurbitularum. Applicantur autem in nimiis & chronicis cephalalgiis temporibus: item in venis pedum juxta ſuras, & bracchiis, pro evacuatione lenta: in affectibus hæmorrhoidalibus, tumentibus, vel etiam ſuppreſſis, uſitatiſſimè applicantur: Vid. Borellus *Obſerv. Cent.* I. *Obſ.* 63. *p.* 66. Interdum etiam vulvæ applicantur in menſium ſuppreſſione, vel quando non ſufficienter fluunt lochia.

Præparandi & applicandi modum habet Autor. Quod ſi applicatæ ano illum ingrediantur, & metuenda ſit exulceratio inteſtinorum, injiciatur clyſter ex ▽ ſalina; tunc enim iterum egrediuntur.

Digitized by Google

LACERTUS.

Lacertus vel lacerta malè inter insecta refertur, cùm revera sit quadrupes.

In affectibus dentium in usu sunt, si pulvis lacertarum aquaticarum applicetur denti, facile illum evelli posse dicunt: imò si sanguis lacertæ in dentem cavum immittatur, dentem sponte sua decidere volunt. Sed rarò usurpantur. Varios usus videbitis in Autore. Præ cæteris tamen binis in casibus sunt in usu:

1. Internè contra strumas, ubi

℞. *Lacerti*,

infundantur aceto, post exsiccentur, ut corrigatur in iis, si quæ subest malignitas: dehinc exsiccati pulverisantur: Jam

℞. *Lacert. pulveris.* ℥ j.
Mellis ℥ jv.

Misceantur invicem in consistentiam electuarii, cujus ʒ i j. vel iij. omni manè sumptæ, & per aliquot septimanas continuatæ, pro strumis curandis laudantur.

2. Externè contra hernias commendatur oleum lacertarum infusum, quod tamen ad Autoris modum minus rectè paratur. Potiùs sumantur lacertæ Nro. xxx. infundantur oleo communi antiquo cum insperſione thuris, myrrhæ, mastichis, sarcocollæ & resinæ pini. Fonseca *lib.* 2. *Conf.* 36. item Zwelfferus *in Pharm. Reg. pag.* 266.

LUMBRICI TERRENI.

Ex lumbricis præstant ii, qui habent annulum flavescentem circa collum. Horum captio & modus colligendi, optimè videri potest *in Scriptis* Glauberi *P.* I. *p.* 57. & Drawizio *de Scorbuto*, in specie *Sect.* I. ubi *de arthritide vaga scorbutica*: Observetur nempe tempus pluviosum tempore vespertino, & dum ex terra copiosè super plantas perrepunt, facile capi possunt. Alii eodem tempore perfodiunt terram baculo, quem hinc inde agitant, sic lumbrici, talpas metuendo, copiosè prorepunt.

Sed in specie, antequam adhibentur, prius purificandi sunt: Nempe misceantur prius cum ♀ pura & muſco terrestri, vel quercino, ut ita hinc inde rependo intra dictas substantias se ipsos purificent: Vid. Neander *Tabacolog.* ubi dicit: quod muscus quercinus eos disponat ad vomitum plurium excrementorum.

Quoad vires, in lumbricis his multa latent arcana medica, imprimis diaphoretici & summè diuretici sunt. Inest enim iis sal volatile, insigniter tamen nitrosum; unde egregium medicamentum est in quibusvis affectibus chronicis, cachecticis & hydropicis aliisque quamplurimis morbis tàm hypochondriacis quàm scorbuticis, in quibus idem præstant, quod vegetabilia amaricantia, alterando materiam peccantem occasionalem, si subigantur, vel infundantur, vel coquantur in vino [illegible] vegetabilibus appropriatis alterantibus [illegible] rientibus, & menses cientibus, propter [illegible] penetrantem, reserantem & diureticum [illegible] exinde in morbis splenis mirè conducit. Item in ascite, in qua decoctum lumbricorum terrestrium cum radice fœniculi [illegible] troselini solet commendari; vel etiam [illegible] tes conquassantur cum vino, exprimitur [illegible] cus & hauritur: Item omnia ex lumbr[illegible] parata medicamenta in eodem hydrope [illegible] veniunt; quoniam cient potenter urin[illegible] imò summum sunt anodynum ad omnes [illegible] fectus dolorosos, præsertim ex acido vel [illegible] scorbutico ortos, tàm partium internarum [illegible] quàm externarum mirè conducit. In cien[illegible] da urina, ad dolores vagos in arthritide [illegible] scorbutica, nihil melius habetur hisce: Vid. Wierus *in Observ.* Mœllenbroccius *de Ve[illegible] ris*, Wedelius *in Opiologia p.* 83. & Dra[illegible] wizius *de Scorbuto l. a.* In aliis etiam affe[illegible] um doloribus, ex quacunque fiant causis [illegible] terna, usurpantur, præprimis in affectib[illegible] nervorum; veterib⁹ & modernis in cura ict[illegible] frequens eorũ usus est, si infundantur vel co[illegible] quantur, aut pulverisati adhibeantur, vel sol[illegible] vel cum aliis appropriatis permisti. Propter[illegible] valdè sunt convenientes in ictero pilulæ Lo[illegible] chii. Item pulvis lumbricorum cum ☉ si[illegible] ℘ ☾ lato mistus est specificum singulare [illegible] decoctum lumbricorum terrestrium cum chelidonio majori est appropriatum, imprimis si addantur grana juniperi, quæ vim diureticam lumbricorum magis promovent. Contra affectus dolorosos scorbuticos, præsertim vagos, veteres lumbricos cum lacte subegerunt, quod per linteum expressum propinarunt feliciter. In dysenteria decoctum lumbricorum valdè commendatur à Sennerto *in lib.* 3. *Prax. pag.* 281. Ulterius pulvis lumbricorum multum convenit in augendo lacte mulierum, si præparati propinentur ad ʒ j. imprimis cum lacte lunæ, vel cum semine fœniculi, aut si fiat decoctum lumbricorum cum radice & herba fœniculi; id quod fuit secretum Helidæi Paduani *in Observ. pag.* 83.

Externè in convulsionibus, spasmis & contracturis scorbuticis, ac paronychiis, præsentaneum sunt remedium lumbrici, sive contusi instar cataplasmatis, sive vivi applicentur loco ex arthritide vaga dolenti & rumidæ, quamdiu, quamdiu moriantur; & sic dolor cessat quasi malignitatem dolorosam extrahant. Vel ex lumbricis fiunt balnea, infectos, &c. quibus balneentur membra. Conf. Mœllenbroccius & Drawizius *l. a.* In morbus arthriticis, externè applicatum fomentũ ex eo decocto, vel succus applicatus. Contra [illegible] tiũ nil melius lumbric[illegible]

Digitized by Google

forma cataplasmatis contuſis & applicatis. In vulneribus & contuſionibus nervorum multum conducunt lumbrici; unde ad nervos penitus conciſos conducit pulvis lumbricorum lavatorum & benè exſiccatorum, cum aliquali proportione terebinthinæ miſtus, qui per dies 20. ſuper vulnus poſitus iſtud ſanat, & nervos denuò unire facit: Idem præſtant ipſi lumbrici ſoli, ſi pulvis horum miſceatur cum oleo proprio lumbricorum. Et in genere omnibus medicamentis, puncturis nervorum ac tendinum applicandis, permiſcendus eſt pulvis lumbricorum terreſtrium, in ſpecie ſi admiſceatur parum pulveris lapillorum cancrorum.

Quoad præparata, hæc inter eſt ▽ lumbricorum terreſtrium in MB deſtillata, de qua vid. Crollius *in Baſil. Chym. p.* 349. Parum differt à phlegmate ſimplici, prodeſt in hydrope, & tanquam vehiculum convenit pro remediis ad provocandos menſes, & reſerandas obſtructiones uteri, aliosq; morbos chronicos. In vulnerum affectibus comodè permiſcetur potionibus vulnerariis. Aquæ tamen huic præferendus eſt ſpiritus.

Deſtillantur in ſpiritum urinoſum maximè polychreſtum, vel per putrefactionem, vel per ſimplicem cum alcali deſtillationem; non cum ☿, uti vulgò eſt in uſu; ſic enim virtus lumbricorum remanet in fundo. Prior modus ita procedit:

℞. *Lumbrici loti.*

Includantur in cucurbitam amplam, vel aliud vas vitreum capax probè clauſum, ut parum vel nihil exhalare queat: exponatur in digeſtionem vel MB, vel ardori ☉is, tempore æſtivo, vel alio in loco moderatè calido, ut putrefiant & fermentent, quæ fermentatio interdum adeò eſt impetuoſa, ut ſi calor ſit tantillum major, diſrumpat vitra; liqueſcunt in liquorem liquidum aurei coloris: peracta fermentatione & putrefactione terra copioſa nigra remanet in fundo, exuviæ verò inanitæ liquori flavo ſupernatant: Liquor hic filtretur & deſtilletur per alembicum.

Hic habet craſin lumbricorum, & omnibus uſibus convenit, ad quos lumbricos commendavi. Doſis eſt ʒß. ſi ritè rectificatus fuerit, ad ʒj. in quocunque vehiculo pro ſcopo diuretico & ſudorifero. Unde D. Michaëlis cum ~ *lumbric.* part. j. & ~CC. cum ☋e volat. part. ij. ex vegetabilibus artheticis paravit eſſentiam ſuam compoſitam contra arthritidem vagam. In contracturis ſcorbuticis & ſpasmo ſcorbutico ſingulares præſtat effectus internè & externè; externè quidem miſtus cum ſpiritu formicarum. In affectibus doloroſis, miſtus cum duplo ▽æ arthriticæ ad extra, & illitus, majora præſtat, quàm ~ ☋ ✳ci.

♈, à ~u relictum, unà cum exuviis, ſi in prata aut agros abjiciatur, denique copioſiſſimos producit lumbricos; ſicuti Mellenbrockius *l. a. cap.* 15. refert exemplum lumbricorum regeneratorum in vaſculo ſolutionis, factæ per ~ nitri cum ~ vini conjunctum.

Quoad poſteriorem modum, ex non putrefactis per ſimplicem deſtillationem, addito ☋le fixo, vel ☿a, prodit ~ urinoſus; paucus tamen, nec adeò penetrans & volatilis, quàm iſte per putrefactionem: Vid. Wedelius *Pharm. p.* 83. & *de* ☋ *vol. plant. p.* 225.

Oleum lumbricorum per infuſionem paratur cum oleo communi, quod in conquaſſationibus & contuſionibus applicatum valdè commendatur. In quibuscunque nervorum vulneribus & puncturis, nec non vulneribus articulorum, vel per ſe, vel miſtum cum oleo deſtillato lavendulæ, eſt expertum à Barbette. Hinc oleum nervinum carpi à Foreſto commendatur.

Convenit etiam oleum lumbricorum in dolore aurium, quarum inflammationem diſcutit & mitigat, optimè quoque prodeſt in convulſionibus à cauſa externa. Ab Hildano *C.* 4. *Obſ.* 27. laudatur ad lac augendum.

Liquor per digeſtionem in ſole & putrefactionem probè filtratus & inſpiſſatus ad tertias, atque in loco frigidiore poſitus, cryſtallos generat inflammabiles inſtar nitri, Autore Becchero *Phyſ. ſubterr. l.* 1. *p.* 329. Liquor verò Autoris per linteum denſum transcolatus convenit in arthritide vaga ſcorbutica, in artubus contractis paralyticis, & omnibus affectibus nervorum, & ad atrophiam, aliaque ſymptomata convulſiva præcavenda, internè & externè. Liquor lumbricorum cum tantillo camphoræ acuatus, blandiſſimè oculis illitus in gutta ſerena maximè laudatur.

Pulvis lumbricorum in clibano exſiccatorum nil valet, ſed eſt terra mortua, quia omne ſal volatile per toſtionem evolavit; potius moderato igne exſiccentur, vel poſt phlegmatis in MB deſtillationem reſidui, ☋e volatili turgentes, pulveriſentur.

LUMBRICI INTESTINORUM.

De his refert Autor, quod ſoleant propinari internè ad lumbricos enecandos. Cæterum impoſturam detexit Tabernæmontanus: nam dant potiùs novos in inteſtinis lumbricos, quàm quod illos arceant. Unde etiam agyrtæ non priùs propinant ſuos pulveres vermes expellentes, quàm quando pulverem lumbricorum adhibuerunt.

MUSCA.

Muſcæ contritæ, & ex iis liquor expreſſus commendatur in alopecia & calvitie curanda: ſicuti etiam ex muſcis deſtillanda aqua laudatur valdè in affectibus oculorum.

Digitized by Google

PEDICULUS.

Pediculi rarò uſurpantur, niſi quod ſoleant quandoque vivi devorari à ruſticis contra icterum: Conf. Zacutus Luſitanus *libr. ult. Prax. Admir. cap. 2. Obſ. 7.*

SCARABÆI.

In ſcarabæis reperitur abundans ☉ volat. urinoſum, & multum præſtant in uſu medico, imprimis in affectibus externis membrorum ex lympha admodum acri. Quod dicitur de aſellis, lumbricis, formicis, &c. quod abundent ☉e volatili ⊡oſo, certiſſimum eſt de ſcarabæis, & omnibus eorum ſpeciebus. Triplices autem ſcarabæi ſpecies in uſu ſunt:

1. Scarabæi cornuti,
2. Pilularii, &
3. Unctuoſi, Italis cantarelli dicti, **Mayen-Würme.**

SCARABÆUS CORNUTUS.

Uſus ille ob ſignaturam ab Autore additus, rarus eſt. Internè inſigniter & potenter cient ⊡m, adeoque in affectibus nephriticis & arthriticis, mirè conveniunt.

Pulveriſata cornua contra partum difficilem laudantur.

Aqua ex ſcarabæis parata ad præſervandum calculum & arthritidem commendatur.

Oleum per infuſionem factum, externè inunctum ſuccedaneum eſt olei ſcorpionum in cienda urina & promovendo calculo, item in affectibus nervorum, in ſpecie contracturis & paralyſi: auribus inſtillatum in doloribus & in defectu auditus optimè convenit. Aliàs laudatur oleum ſcorpionum & ſcarabæorum conjunctim contra convulſiones epilepticas infantum, item in mulieribus in partu difficili. Notandum hic, uti habet Hœferus *in Herc. Med. p.* 38. quod tali oleo per infuſionem parato, & pullibus illito, producatur febris quædam artificialis, ſimulans ephemeram ſeu ſynochum putridam.

SCARABÆUS PILULARIUS.

Scarabæus pilularius cum oleo lini infuſus & coctus in uſu eſt, tale enim oleum ſingulariſſimum & expertiſſimum eſt anodynum in doloribus & tumoribus hæmorrhoidalibus cœcis. Oleum hoc Principiſſa quædam Italiæ pro ſingulari habuit ſecreto: Vid. Borellus *in Obſervationibus*, & Riverius *in Scriptis*; & quidem Borellus *Cent.* 1. *Obſ.* 63. Fonſeca *l.* 1. *Conſiliorum.* Scarabæi etiam pilulari bulliant in oleo maſtichis inungantur anis prolapſis, in ſpecie ſi contingant poſt hæmorrhoidum inflammationem: Vid. Riverius *Obſerv.* 27. *Morborum infrequentium.*

Cinis ſi inſpergatur inteſtino recto, impedit, quo minus poſt factam repoſitionem poſſit denuò prolabi.

SCARABÆUS UNCTUOSUS.

Scarabæus unctuoſus ita dicitur, quia, ſi menſe Majo capitur, & aliquantiſper teratur, emittere ſolet liquorem viſcoſum unctuoſum & ſubflavum, de quo conferatur Borellus *Cent.* 4. *Obſ.* 7. Hic liquor in ſe habet alcali volatile acre, ratione cujus cantharidum naturam imitantur, ut rectè dicit Autor noſter; potenter enim urinam pellunt, & acidum vitioſum, in affectibus nephriticis & podagricis, aliiſque per eam copioſiſſimè evacuant; ſive internè aſſumatur pulvis, ſive artificio chymico alia exinde præparentur remedia. Paratur igitur remedium antipodagricum exinde, hoc modo:

Recipiantur ſcarabæi unctuoſi menſe Martio, Majo, vel medio Junii, in locis pratenſibus & arenoſis capto, & absq; attactu manus in ſcatula collecti:

Suffocentur in ♆, & blandè exſiccentur: diſcindantur, & in eorum medio reperitur iſtud liquidum viſcoſum, quod exprimitur, & aſſervatur in vitro.

Dehinc ipſum corpus blandè exſiccum & pulveriſatum miſceatur cum proprio liquore unctuoſo, ut acquirat conſiſtentiam debitam: Poſt

℞. Hujus *balſ.* ʒj.
℥ *deſtillat. aniſi,*
Caryophyll. aa. gtt. iij.
M. f. *Pilulæ.*

Harum pilularum recip. grana ij. & propinentur artheticis, ſcorbuticis & nephriticis, manè jejunio ſtomacho in aqua florum ſambuci vel roſarum vel cum pauca quantitate conſervæ roſarum: moderatè vivat æger in diæta, & jejunet uſque in meridiem. Tunc largius prandium potumve cereviſiæ aut mulſi poterit ſumere; abſtineat tamen à vino: circa meridiem excitabitur dyſuria & ſtranguria, quæ ferè per ʒ. dies durabit. Imminentibus verò his ſymptomatibus, ægro potus concedendus eſt vel largiſſimus; hoc enim indicium eſt, ♆um ad vias urinarias tendere; ſi autem ex uſu primæ doſeos ſuperveniat ſtranguria, reiteretur ſecundo die, & optatus erit eventus in curando calculo; ſi verò operationem exſerit prima doſi, non reiteretur, antequam integra operatio ſit finita.

Colligitur ⊡ omnis in terreo vaſe, poſt evaporet ad ſiccitatem, ſic in fundo remanebit mucilago ♆ea, unde cognoſci poterit materia podagræ vel calculi. Effectu pilularum obtento, & dolore, in excernenda ⊡, ceſſante, omni manè repetatur doſis, ægerque tota die domi ſe contineat, & cibis aromatiſatis abſtineat. Pilulæ tàm diu continuentur, donec materia tartarea in ⊡ amplius non conſpiciatur, utpote quæ poſt 7. vel 8. ſeptimanas plerumque ceſſare ſolet. In principio,

Digitized by Google

cipio, ſicut & deinde ſingulis 10. aut 12. ſeptimanis, æger ſequenti pulvere evacuetur:

℞. *Spec. caryocoſt.*
pulv. ℈i cryſtall. ſolut. à ʒß.
♀ ☉*iat.* ∋ ß.
oſſ. microcoſm. calcinat. ∋*j.*
diagryd. ♃*at. gr. v.*
M. f. Pulvis.

Detur in juſculo carnis 6. horas ante prandium.

Sub uſu pilularum in urina apparent guttulæ ſanguineæ, quod non terreat, quia eſt ab acrimonia humorum.

Aliàs diuretica ex his ſcarabæis ad rabiei præſervationem conducunt: remedium eſt Avicennæ hactenus apud practicos ſepultum; cujus tamen mentionem videbitis in Append. M. A. N. C. ad *Annum* 1. *pag.* 31. utut ejus doſis non imitanda; quoniam Hungari fortioris ſunt idioſyncraſiæ: Conf. M. A. N. C. *Anno* 3. *p.* 225. & Sennertus in praxi, ubi de Rabie.

Succedaneus eſt hic ſcarabæus ſcorpionum, ut rectè hoc inſinuat Hœferus *Hercul. Med. pag.* 110.

SCINCUS.

Scincus Marinus eſt piſciculorum, vel juxta Ludovici *in Pharmac. pag.* 727. lacertarum exoticarum genus, quod in Italia ſatis frequens.

Quoad vires, ab Italis ſolet commendari ad ſtimulandam Venerem, & promovendam penis erectionem; qua ratione rotulas & morſulos aphrodiſiacos ingrediuntur: vid. Langius *in Epiſt. Med.* 66. *p.* 363. item Horſtius in diſpenſat, *C.* 6. *pag.* 7. Præterea dicuntur alexipharmaci & venenis reſiſtentes, unde etiam theriacam ingrediuntur. Verum ſcinci hi marini, qui Venetiis venduntur, & in officinis noſtris monſtrantur, parum aut nihil in ſtimulanda Venere & Venenis reſiſtendis præſtant, & qui Venerem ſtimulant, ſunt ſcinci terreſtres, ſpecies Crocodili, qui Autore Foreſto *l.* 26. *Obſ.* 19. ad nos non feruntur.

Plura de ſcincis videbitis in Rondeletio *l. de Amphib. c.* 4. Matthiolo *in Dioſcor. l.* 21. *c.* 60. Imperato *in Hiſtor. Natural. l.* 28. *p.* 739. & Wormio *in Muſæo.*

SCORPIO.

Scorpiones abundant copioſo ☉e volatili acri, uti reliqua inſecta; unde ſunt egregiè diuretici, utut propter veneni ſuſpicionem internus eorum uſus olim non fuerit obſervatus. Moderni tantũ in electuario Orvietano ſcorpiones ſiccos pro alexipharmaco adhibent: Conf. Bartholini *Acta Med. Hafnienſ. Volum.* 2. *pag.* 265. Alii ſcorpiones pulveriſatos doſi gr. j. ad gr. v. cum aliis remediis internè propinant pro ſcopo ciendi ☉m; vid. Hœferus *in Herc. Med. pag.* 110. & Riverius *Prax. l.* 14. *c.* Dum enim ☉m cient, ſimul egregiè abſtergunt, & ſabulum in renibus & veſica, nec non calculum, promovent. Rarò tamen internè adhibentur, ſed potius externè ℞, tam compoſitum quam ſimplex, uſurpatur.

Oleum ſimplex paratur per infuſionem & inſolationem cum oleo communi, cujus egregia vis eſt in acrimonia admodum volatili conſiſtens; cujus intuitu & internè diureticum habetur in promovendo calculo & ſuppreſſione ☉æ. Externè regioni renum, item regioni pubis vel veſicæ illitum, idque aut ſolum, aut cum unguento dialthææ, vel addito petroleo, vel oleo terebinthinæ, juniperi, ceræ, &c. aut cum cataplasmatis ex cepis, ſeu ex parietaria, & ſimilibus aliis remediis. Si cum eorum oleo inungatur membrum virile, habetur arcanũ in obſtructione viarum urinariarum, ſunt qui etiam oleum hoc ad aliquot guttas intro propinare ſuadent ad calculi & urinæ excretionem. Habet & vim anodynam, unde in dolore aurium planè eſt ſingulare, ſi ſcilicet una vel altera gutta calidè inſtilletur auri dolenti, aut cum bombace indatur; vel ſolum vel mixtum cum dimidio olei amygdalarum dulcium videatur Schmuck *Curat.* 2. *ſecreto Med.* 11. Aliàs etiam pro uſu alexipharmaco & antipeſtilentiali, nec non ad præſervationem contra morbos epidemicos illinitur pulſibus regioni cordis, atque aliis membris.

Olea ſcorpionum compoſita pro ſcopo alexipharmaco plurimis modis variant, & pro lubitu cujusvis practici facilè præparari poſſunt. Oleum compoſitum Matthioli oleum Caravatinum, à Georgio Caravita aliàs dictum & deſcriptum, qualem compoſitionem videbitis *in Pharmacop. Auguſt.* cum Zwelfferi *Animad. p.* 325. 326. & 332. commendatur uſu externo pro illinitione pulſuum in peſte, aliisque affectibus malignis, in bubonibus pro malaxandis emplaſtris & unguentis; in morſibus venenatis cum aliis remediis, de qua virtute videatur Gabelchoverus *Cent.* 5. *p.* 216. cum oleo citri & oleo camphoræ miſtum dat balſamum antipeſtilentiale, quod applicatur pulſibus, temporibus, & aliis locis aëri expoſitis: in febribus malignis & petechialibus eodem balſamo ſimiliter ſolet fieri inunctio. Aliàs compoſitionem magis egregiam hac ipſa Matthioli habet Zwelfferus *in Pharm. Reg. p.* 268.

Oleum ſcorpionum ſanguineum, quod habet Autor, eſt elegans, & inde probè obſervanda compoſitio: eſt egregium in affectibus renum, veſicæ, & aliis. Aliàs Angelus Sala *in Tractatu*, quem vocat *anatomen vegetabilium pag.* 55. parat eſſentiam ſcorpionum egregiam.

Digitized by Google

SECTIO III.

Tradens

REGNUM MINERALE

CAPUT I.

De

TERRIS.

TErra ſimplex ut nullibi reperitur, ita nec illa in uſum venit, ſed diverſimodè miſta, adeoque variorum colorum, conſiſtentiæ, ſaporum, indeque multiplicium proprietatum.

Terras omnes pro miſtionis ratione non incommodè in 3. claſſes dividit Becherus *Phyſ. Subt. l.* 1. *p.* 529. ex quibus pingues, quaſi argillaceæ ac lutoſæ terræ inprimis ſunt, quæ ad medicum uſum veniunt, adeoque ♁eo principio ſeu pingui occultè acido inſigniter imprægnatæ atq; exinde medicatæ dicuntur, quia obtinent vires multiplices, corpori humano, uſu tam externo quàm interno, utiles.

Pinguis iſta ſubſtantia ♍as imprægnans, mineralis, ac præſertim metallica eſt, rudimenta ♁ea metalli cujusdam cum particulis quibusdam metallicis plus minus perfectis unà continens, undè ♍æ ♂ales, ☉res, ♄inæ, exindè emergunt. Hinc etiam eſt, quod ex limis lutisque ſubindè varia metalla parabilia ſint, in quo ipſo excellit. Experimentum Becheri in ſuo ſupplemento I. *p.* 36. mediantè limo & ♌ lini ferrum conficere nititur, ſed reverà non eſt nova ferri generatio, ſed ſaltem ferri ex limo per præcipitationem manifeſtatio. Limus enim iſte, ſeu lutum, ♂ialis eſt, ſed ſimul continet ☾um acidulum, quando enim deſtillatur talis limus, ☾um acidum ſuggerere ſolet, quando verò calcinatur limus, ☾us acidus rodit ♂em, inque crocum transmutat, hinc color iſte ex flavo rubens laterum. Aſt ſi additur ♌ lini, hujus alcali quod in omni reperitur ♌ abſorbet & deſtruit acidum limi, quo abſorpto, ♂ non deſtruitur in crocum, ſed conſervatur, & ex limo quaſi præcipitatur, hincque lotione poſtmodum elicitur. Quodſi limo & ♌ lini addatur arſenicum, & iſto modo tractentur, loco ♂ produci dicitur ♀. Sicut amicus quidam ex ochrâ & ♌ lini ſubſtantiam quaſi cupream præparaſſe aſſeruit. Quod res ita ſe habeat cum iſto limo, confirmatur experimento, quod habetur in deſtillatoriâ curioſâ Elſholzii *p.* 93. ubi mediante ♉ poſt deſtillationem ♎ci cum lateribus permiſto intenſioris ignis beneficio ex lateribus iſtis, omnis color ruber extrahitur, ut ♎ colore flavo elevetur, ♉ candido relicto, idquod fit, quod ♂iales particulæ, quaſi ♉ ☉i rubicundæ, mediantibus ♎ibus eliciantur exterra iſtâ lateritia, ac ita ſeparentur. Sic ♍am mineralem Americanam refert Boyle *in Chymiſt.* ſceptico propè finem, auro egregiè ditem. Pertinet huc mirabilis iſta ♍, ſucceſſivè multiplicia metalla producens, dequa refert Borrichius *de ortu & progr. Chymiæ p.* 150. Adeoque ♍æ quæcunque lutoſæ, pingues, minerales, &c. præſertim medicatæ, tanquã prima rudimenta metallica, ſeu venæ metallicæ imperfectæ, conſtant ♁e metallico, in debita matrice ♍ea ſuſcepto, quod defectu debitæ maturitatis, & principii ☿ialis, in perfectum metallum non coaluit, ſed partim exhalavit, partim aliquid ſui veſtigium in iſtis ♍is plus minus reliquit. Unde & ☉ in ♍am ſigillatam reduxiſſe Joh. Montanum refert Becherus *Phyſ. ſubt. p.* 198. item mineram ♂is in aëre ſponte in limum ſolutam idem obſervavit *ſuppl.* 1. *p.* 49. Præſuppono nempe hîc, quod in generatione metallorum fiat progreſſus à volatilit. ad fixitatẽ, ita, ut principia metallica, ſint originaliter volatilia, & effluviorum vel fumorum ſpecie per ♍æ, meatus hinc inde vagentur, indeque per aërem & ▽am facilè ſint diſſipabilia, poſtquam, verò concreverint in metalla, acquirant fixitatem, vimque igni reſiſtendi, undè etiam metallum, quo fixius, eò etiam nobilius, ut patet in auro. Dico ergò quod ♍æ tales medicatæ ſint originaliter, ſeu in primò ortu tales Venæ metallicæ, ſed immaturæ & imperfectæ quæ de ♁e metallico plus minus quidem obtinent & participant, ſed crudo & immaturo, nec ad debitam fixitatem & conſiſtentiam concreto; & ſi de metallo corporali quid participent, parum omnino erit. Hinc etiam eſt, quod ♍æ noſtræ medicatæ, circa fodinas metallicas, utplurimum oriantur, undè & iſtorum metallorum vim ac virtutem poſſident, prout de illis plus minus participant. Hinc ♍a Strigonienſis naturæ ☉is, rubrica fabrilis naturæ ♂ialis, creta naturæ quaſi ♄inæ eſſe ſolet: hinc etiam ♍æ in mineris ♂is erutæ ſimiles vires atque ♂ ipſe poſſident. ♍æ iſtæ ☉es, quæ ex aurifodinis Ungariæ eruuntur, vi ☉i egregie pollent, & ſic porro de aliis.

Obſervandum etiam eſt, quod ex ♍is hujusmodi lutoſis plus minus medicatis, ſpiritus ſingularum virtutem ♎que volat. deſtillari ſoleat, tam pro vegetabilibus & hominibus, quàm metallis: de ſpiritu luti fontalis cœrulei, mirabilium virium; vid. Becheri *Phyſ. ſubt. l.* 1. *p.* 87. & *ſuppl.* 1. *p.* 148. Alium ſpir.

cum

Digitized by Google

cum ☉ volatili ex argillâ flavâ in Fioniâ in malignis affectibus utilem, & argentum inaurantem, vid. *in Act. Med. Haffn. vol.* I. *p.* 36. Ex rubro limo ☾um, aurum ſolvẽtem, deſtillare docet Becherus *ſuppl.* I. *p.* 78. ob id & ☾us hujusmodi ſingulares, lutorum ac ♒arum pinguium, ad præparationem Ræ philoſophicæ, pro menſtruo ſuo philoſophico ſunt, qui recipere volunt, exiſtimantes, hujusmodi ♒as pingues, ♁eo mineralium principio divites, magneticâ quaſi vi ☾um univerſi ☿ial ex aſtris, præſertim ☉e, in regionem ſublunarem affuſum, allicere, qui iisdem confermentatus plus minus, ſal ♒æ centrale à ſublimioribus vocatur chymicis: ex tali ergò proſapiâ oriundum lutorum ☾um, præſertim ſi roris ſimul accedat crebrius irrorati beneficium, etiam univerſales dotes, tam pro metallis perficiendis, quàm hominibus conſervandis obtinere aſſerunt, ac præſertim vernante cœlo, fermentante ♎e, ☉e in ariete exiſtente aſtralibus dotibus prægnantiſſimas iſtas ♒as lutoſas eſſe annotant. Inter omnes autem pro hoc opere iſtas laudes habent, qui ad ortum ☉is i. e. ex loco nativitatis ☉is effoſſæ ſunt, unde & ♒a Adamica ob rubicundum plus minus colorem à quibusdam dici ſolet. Conf. in ſpecie Rhumelius *in Antidot. Chym. p.* 162. It. Cramer in *Diſſ. de Tranſmut. Metall. c.* 3. §. 14. *&* 15.

Uſus ♒arum medicus eſt vel generalis vel ſpecialis. Ille ex texturæ materialis omnibus communis ratione emergit, unde I. tanquam corpora exſucca, arida & poroſa, omnes potenter exſiccant.

2. Acidum omne abſorbent, ita ut imbibita ab his ▽is ſuam acrimoniam emittant.
3. Eo ipſo, quo imbibunt acida, ſimul junctim abeunt in texturam quaſi aluminoſam fiuntque potenter adſtringentes.
4. Dum de ♁ minerali participant, hoc ipſo temperant ſimulque figunt fermenta morborum malignorum volatilia nimis acria, unde
5. In malignis, præſertim cum p.n. fluoribus, vel alvi, vel narium, vel hœmorrhoidum, optimo ſucceſſu uſurpantur. Hinc
6. Per accidens ſudorifera, plus minus confortativa exiſtunt.

Uſus ſpecialis ex permiſtis variis mineralium effluviis & metallicis corpuſculis, præſertim ♁eis oritur, hinc ♒ ☉is ex fodinis auri eruta ſpeciatim vi ☉i analepticâ pollere obſervatur, de quâ vid. Barthol. *Cent.* 4. *ep. p.* 384. it Hofmannus *clav. p.* 133. D. Michaëlis accepit aliquando ♒am talem ☉em rubicundam ex aurifodinis Hungaricis, quam, cum ☾ ☉is cum ſolviſſet, intergeſto pauco tempore viſa ſunt folia auri in eâ innatare. ♒ ♂ialis, quæ in fodinis mineræ ♂ reperitur, eundem uſum habet in morbis chronicis, quem ipſe ♂, acida abſorbentẽ, menſes ſtimulantem &c. Sic ♒ ab effectu antiſcorbutica à loco natali Norwegica dicta, nobile ſpecificum ad ſcorbutum doſ. ʒß.ʒj. per ſudorem hunc ipſum curans, de quâ Bartholinus *Cent.* I. *Epiſt.* 89. *Wormius in Muſ. p.* 16. *Hofm. Clav. p.* 138. Pertinet huc ▽ hybernica, eſt nigra, levis, Anglis uſitata in caſu ab alto ad reſolvendum ſanguinem congrumatum. Sunt aliæ plures ♒æ medicatæ, minus tamen uſitatæ, uti ſunt ♒ Erythrea, ♒ Samia, Cimolia, pluresq; aliæ ſimiles, quas vid. *in* Hofm. *l. c. it. in Muſ.* Wormii & Calceolarii.

Conſideremus potius ♒as medicatas magis uſitatas, quas inter excellunt argillaceæ ſigillatæ.

TERRA LEMNIA.

Seu Turcica, de quâ litigant Autores, an detur vera, veteribus uſitata; ſunt qui negant & qui, idque verius, affirmant, uti hoc non tantum Veſlingius *propriâ Obſ.* confirmat *in ſuis Epiſt. & Obſ. p.* 113. ſed ejus etiam exiſtentiam Worm. Cont. & Hofmañ *Clav. p.* 130. ſed quoniam rara & cara eſt, ſufficiat, inſtar omnium terra Sileſiaca, etiam propter hanc rationem terræ Meliteæ præferenda, de quâ ♒ Melit. ſeu ♒ S. Pauli; it. de linguis ſerpentum & ovulis ſerp. in Inſula Maltha reperibilibus, vi alexipharmacâ venenis reſiſtere dotatis, præ aliis vid. *Muſ. Wormii p.* 7.

TERRA SIGILLATA SILESIACA.

Tam Strigonienſis, quàm Lignicenſis: Strigonienſis naturæ ſolaris eſt, & veluti extractũ ☉is in viſceribus ♒æ, ut rectè hoc aſſerit Schwenckf. *in Catal. foſſilium Sileſiæ, p.* 395. qui omnium optimè de hâc ipſa ♒a egit. Negare hoc quidẽ vult Sennertus, quia hæc terra non tàm ☾ ☊is, ut ☉, ſolvatur, quam ☾ ☊li: attamen quilibet mineralium ☾us hujusmodi ♒as promtè ſolvunt. Lignicenſis lunaris naturæ habetur.

Terræ hæ Sileſiacæ ſunt frequentis & proficui uſus, præſertim in morbis malignis, cum diarrhœa aut ſanguinis effluviis conjunctis, it: in dyſenteriâ epidemicâ egregiè proſunt. In variolis & morbillis, in quibus nil periculoſius, ac ſi diarrhœa l. dyſenteria ſuperveniat, optimè hæ ♒æ conveniunt. Certè in his & ſimilibus malignis morbis dum anxietates præcordiorum urgent, optimè quadrant. Sudorem ſimul promovent & in purpurâ, variolis, ac ſimilibus egregiè conveniunt.

Ex generali terrarum uſu monitum fuit, quod abſorbeant acida quæcunque, unde patet, quid habendum ſit de præparationibus earum cum ☾ ☋i aut ☊i, & paratis inde liquore ſtiptico, vel auro potabili pauperum, deſcriptis ab Hofmanno *Clav. p.* 133. nempe emergunt exinde liquores adſtringentes quaſi aluminoſi,

Digitized by Google

minosi, sed dum extra corpus jam acido saturata sunt, minus in corpore efficaces esse necessario sequitur, unde minus hujusmodi liquores laudare possum. Pluribus usum harum ♀arum & satis concinnè expressit Schwenckfeld, *l. c.*

Per se satis puræ existunt ♀æ, ita, ut non opus sit easdem lavare, nam per lotionem obliteratur pars earum laudatissima, & usui medico maximè habilis. Par ratio est de magisteriis harum ♀arum, dum nempe ♀æ hæc in menstruo acido solutæ, & ita imbibitæ, præcipitantur per ☉ ☾, cadit siccalx iners, de acido & alcali simul, utut insensibiliter participans, adeoque nullarum virium. Destillatæ hæ ♀æ suggerunt ☿um acidum, sed paucum; quodsi ulterius urgeatur △is, aliquid ☉iforme tandem sublimatur, quod cum ☿ tuo potest uniri. Spiritus hic multum laudatur in febribus malignis, julepis additur, sed cum sit adeò parcus, non videtur mereri operæ pretium, ac ♀a restitans aliquo modo castrata deprehenditur. Quod enim hujusmodi spiritus solvat ☉ revera adhuc sub judice lis est, & ipsa talis solutio, an multum præstitura sit, præ aliis similib⁹ ☉ solutionibus meritò dubitatur.

BOLUS.

Bolares ♀æ ex pallido plus minus rubentes, ♂iales naturæ esse solent, quas inter excellit bolus Armena dicta, sed rara, & cara; unde litigia de hujus existentiâ Autorum nostra non facimus. Si quis vult usurpare bolum loco Armenæ, usurpet Toccavicensem, cui similem statuit Worm. in Museo, cumq; naturæ solaris esse Sachsius asserit, *Ampelogr. p.* 43. In morbis malignis præsertim ac venenosis utilis. Hinc & in sputo cruento, phthisi & similibus ab acidiore lymphâ natis affectibus.

CRETA.

♀ Hæc candida, de natura ♄a nonnihil participare videtur, ex eo, quod ☿u ☉is vel ☌i tractata, concretum adstringens dulce, ferè instar ♄ repræsentet: unde facile patet, quis ejus sit usus; tam internus, quam externus. Interne quidem speciatim commendatur, ad absorbendum acidum in ardore stomachi.

Externè inservit infuris creta pustulis & achoribus manantibus, intertrigini, excoriationibus partium & similibus affectibus, in Erysipelari, membris etiam ex podagrâ dolentibus & rubentibus à quibusdam feliciter applicari vidi, acidum nempe volatile istis affectibus peccans absorbendo.

TERRA JAPONICA.

Alias Terra Catechu dicta: quid sit, adhuc pondum certè constat, ferè tamen tanquam aliquid artificiale habetur. Cujus usus adstrictorius, non secus ac paratæ inde ♃æ, vid. *in Misc.* A. N. C. A. 2. *p.* 209. *seqq.*

MARGA.

Alias Medulla Saxorum. Duplex est, vel durior & incarnata, vel mollior, candida, ac friabilis, quæ posterior, speciatim lac lunæ, à quibusdam propter aliqualem similitudinem Agaricus mineralis dicitur: medulla Saxorum est egregia in grumis sanguinis dissolvendis casu ab alto, contorsione vertebrarum, rarò solitariò, quàm cum lapidibus ♃, usurpata, item in ☽æ affectibus ab ejus acrimonia acidâ natis, speciatim stranguriâ, egregia existit. Quin etiam ad dysenteriam à quibusdam non sine ratione usurpetur.

Lac Lunæ vero in specie ad lac mammarum augendum adhibetur.

Externè eosdem ferè habet usus, magis tamen præsentaneos, atque supra de creta dictum. Vide Majoris *dissertationem de hoc argumento.*

RUBRICA.

Hujus differentiam optimè recensuit Hofmann. *cap.* 1. *p.* 137. sed apud nos saltem cognita, est rubrica fabrilis, concretum ♂iale, hæmatiti suo modo cognatum; unde etiam in effectibus tam externis quam internis conspirant, in dysenteriâ pauperum egregia est.

LAPIS BEZOAR MINERALIS.

Hisce ♀is medicatis etiam venit associandus, de quo sufficienter agit Boccone *in Obs. naturalibus pag.* 225. nempe apud Veteres, præsertim Arabes, subinde facta est mentio ejus, quem nemo tamen explicare potuit. Hactenus hinc inde variis in locis præsertim in Siciliâ reperti sunt hujusmodi lapides fossiles albi, qui propter virtutes, & texturæ similitudinem lapis Bezoar, sed mineralis, appellati fuerunt. Figura est rotunda, interdum oblonga, maximi eorum non superant ovum gallinæ. Colorem habent albicantem, interdum nonnihil cinereum; sapor est instar Boli Armenæ, vel ♀æ Lemniæ, compositio est instar lapidis Bezoar animalis, dum quasi tunicam pellicula una super alteram quasi ducta est, & in centro parum salsedo, super quod istæ crustæ coaluerunt, deprehenditur. Pelliculæ istæ vel crustæ 4. 5. 6. subinde observantur, usus est idem qui lap. Bezoar animalis, saltem quod duplicata dosi utantur.

CA-

CAPUT II.

De Aquis.

Hæ, ſunt vel ſupra-terraneæ vel ſubterraneæ; iſtæ ſunt pluvia, nix & ros, hæ ſunt ▽æ fontanæ variæ, quas inter excellunt acidulæ, & thermæ. Aqua pluvialis, nivea & ros, conveniunt omnes in eo, quod ſint meteora, quæ ex effluviis terræ, & corporum quorumvis vehiculo ▽eo unitis, deorſum verſus denuò feruntur, ſed ſingulares earũ vires, quas ab ▽ com. diſtinctas habent, imprimis conſiderandæ ſunt. Ante omnia putredini ac corruptioni minimè obnoxiæ hæ ſunt aquæ, præſertim ▽ pluvialis Martia, ac ros Majalis, quin potius præ ▽ com. vim ſpecialem fœcundandi omnia vegetabilia obtinent, imprimis ros. Ex pluviali eminet Martia, virtute ſyderum largiter, ut dicunt, imprægnata, hinc etiam tonitrualis magni æſtimatur, ſulphure & nitro nonnihil imbuta. Nam tonitru nihil aliud eſt, quàm ſonitus pulveris pyrii naturalis ſeu ſulphuris & nitr. volatilium in nubibus incenſorum. Tonitrualis talis ▽ inſpiſſata, ac hinc deſtillata, ~, ⊖ volatil. ac ☌ ſuggerit. Non autem putandum eſt pulverem flavum, ſubinde cum pluviali aqua etiam tonitruali deciduum, eſſe ♃ quoddam genuinum; nam revera nil aliud eſt, quàm pulviſculus iſte flavus, qualem muſcus terreſtris clavatus, item pini ac ſimiles arbores reſiniferæ in julis ac ſtrobulis copioſè excludunt. De quo vid. Miſc. A. N. C. *Ann. 6. pag.* 122. item Beckmann. *Diſſ. de prodigiis ſanguinis cap.* 1. §. 6.

Pluviales hæ aquæ ſubinde ſolutivæ acquiruntur, de quo Conf. **Kunckel** *Obſ. part.* 2. *p.* 123. & ex hoc concilianda venit manifeſta illa Hoffmanni contradictio, quam habet *in Clav. p.* 140. *& p.* 218. dum nempe ▽ pluvialis, quæ nitroſa eſt, ſolutum argentum ex ▽ non præcipitat, dum alia ⊖ magis urinoſum ac minus nitroſum continens, promtè illam præcipitat. Illuſtrat hoc imprimis **Kunckels** experimentum, qui duplicem ▽æ *nivalis* obſervat differentiam. Dum nempe nix quæ mitiori tempeſtate cadit, adeoque ſtatim liqueſcit, lunam aqu. fort. ſolutam non præcipitat; Quæ verò frigidiori tempore cadit & non liqueſcit, promptè ſolutionem illam præcipitando lacteam reddit. Unde frigus hybernum ex alcali oriri idem ſuſpicatur. Nam, utut Hoffmann. *Clav. p.* 141. audacter pronunciet, in hyeme ac flante boreâ ⊖ aëris acidum eſſe, æſtate verò alcaliſatum, tamen nullum fide dignum experimentum pro hoc aſſerto profert. Quomodocunque enim agas, uniformiter nitroſum ⊖, nempe viſibile ex aëre elicies, niſi hetero-

rogeneæ particulæ ſubinde admiſtæ ſint. Vulgò nivem nitro abundare aſſerunt, contrarium tamen eruditus defendit Bortichius quod vid. in Bartholini *Cent.* 3. *p.* 424. quin potius ☌ ſeu ♃ fœcundans, in nive obſervat. Conf. *ortus & progreſſ. Chym. pag.* 4. und nix quæ diutius terræ inhæret propter ⊖ urinoſum & adjunctũ ☌ tantopere agros fœcundat. Unde etiam ▽ nivea ſudorifera ab Autore dicitur. Et deſtillata nivis aqua ad ℥j. aſſumta, vi laxativa ac diuretica pollet.

Ros imprimis majalis, aut Junii principio collectus fertiliſſimus aſſeritur, cujus anatomen optimè ſuggerit Ludovicus *Pharm. pag.* 118. dum ex rore ac pluviis ordinariâ deſtillandi ratione, à Schrœdero etiam inſinuatâ, partem ſpirituoſam elicuit, ex digeſtis verò aut in doliolis quaſi putrefactis ſpiritus ſtriatos cum ſulphureo odore acquiſivit, reſiduum magma, tempore vernali ſponte fermentare cœpit, & ejus ſubſtantia ſulphurea argentum pertinaci aureâ tinctura imprægnat, de quo Conf. M. A. N. C. *A.* 3. *pag.* 452. Ac tandem ⊖ cubicum ſubamaricans, adeoque de naturâ ſalis cõmunis nonnihil nitroſi ſuggeſſit. In rore ſane ⊖ volatil. nitroſum latere aſſerit Digby, unde etiam mirabilis ejus fœcundandi vis. Curioſam roris obſervationem ſubminiſtrant *Act. Soc. Reg. Vol.* 1. *p.* 26. dum in rore, non niſi in vaſe ligneo putreſcibili, fungum natum, culices genitos, millepedes copioſos prognatos, muſcas productas, & tandem ⊖ volat. nitroſum ex rore paratum obſervarunt. In rore ergo hoc ejusque ſale menſtruum latet admodum conveniens pro extrahendis vegetabilium eſſentiis, quinimò etiam pro auro ſolvendo ſingulare menſtruum in rore eſſe docet Borellus *Cent.* 1. *Obſ.* 6. hinc & ex rore & manna menſtruum ſingulare, cœleſte dictum, vel mannæ Mercurius appellatum, pro radicali auri ſolutione, ejusque in eſſentiam potabilem redactione parare nituntur. Ex iſto nempe rore qui lunâ creſcente ante ſolis ortum verno tempore, adeoque balſamicis menſibus collectus eſt. Ex hactenus dictis patet equidem, ⊖ volatil. plus minus nitroſum hæc meteora obtinere, ſed univerſale hoc eſſe, ſeu ſpiritum mundi appellatum, radicale ☉ aliorumque corporum ſolvens, non ſtatim ſequitur, utut ſuas vires in vegetabilia & animalia eidem non denegemus. Conf. de his judicium Morhofii *in Ep. de Tranſmut. Met. pag.* 38. *&* 40. Unde etiam medicinam ſuam univerſalem ex rore paravit Dinheim, non ſecus atque Becherus ⊖ ſuum cœleſte ex rore & pluviâ pro graviſſimis curandis morbis parat. Conf. *Phyſ. ſubt. lib.* 1. *p.* 182. *&* 186. Ipſe Helmontius per ignem ſe in rore ⊖em ſaccharinum, magnorum morborum remedium obſervaſſe dicit. Nempe ex dictis aquis, in ſpecie ex rore,

vel menſtruum univerſale, vel ipſum etiam Philoſophorum lapidem parare multi voluerunt. Quia imprægnatæ ſint Mercurio ſeu ſale univerſali, ſuo ſulphure tincto, hæc exaltata, & fixata, & auro confermentata, omne negotium abſolvere dicunt. In ſpecie Burrhus menſtruum univerſale ex aqua pluvia Martia elaborare voluit, quæ ejus ſpes caruit quidem ſucceſſu, acquiſivit tamen inde menſtruum pro ſolvendo auro, non tamen tale, quale genuini Philoſophi volunt, nempe in quo aurum tanquam glacies in ♈ tepida ſine ſtrepitu liqueſcat & diſſolvatur. Ratio hujus hypotheſeos eſt, quod in aëre reperiri ajunt ☉ naturæ univerſale, ſeu mundi genuinus ſpiritus, Avicula Hermetis, Mercurius univerſalis, verum ſcil. naturæ ſolvens, ſimulque agens catholicum, beneficio cujus creſcant & vegetentur vegetabilia, vivant per reſpirationem animalia, ac multiplicentur mineralia, eſſe univerſale agens, quod actuet omnia rerum ſemina.

Aquæ ſubterraneæ, ex terrâ tamen ſcaturientes, medicatæ, ſunt primariò acidulæ ac thermæ, hincque ſuo modo aqua fontana fluviatilis, putealis &c. Medicarum harum aquarum energia dependet ſpeciatim à contentis mineralibus ac metallicis effluviis. Ante omnia ergo conſiderandum venit, quâ ratione contenta poſſint probari. Probanda venit autem tàm

1. Contentorum quantitas, quàm
2. Contentorum qualitas.

Quantitatem addiſcimus partim mediante inſtrumento dicto **die Waſſer-Spindel/** partim mediante ponderatione. Illud quidem quo magis mergitur, eò tenuiorem, leviorem ac paucioribus contentis ſaturatam innuit aquam, quo verò magis eminet, eò copioſiora contenta aquæ ineſſe oſtendit.

Ponderationis medio cognoſcitur, ſi vas cui certum pondus aquæ com. infuſum ſit, poſtmodum aquæ medicatæ infuſione ponderetur; quo gravior enim iſta eſt, eò copioſiora contenta in receſſu fovet.

Qualitatem ſeu ſubſtantiam contentorum in aquis medicatis cognoſcere poſſumus vel in genere; nempe odore, ſapore, effectu & ſimilibus: ubi obiter notandum, plures aquas medicatas ſulphureum ſpirare odorem, non quod ſemper de ſulphure participent, ſed quod ſpiritu mineralium acidi, dum agunt in ſubjecta metallica ſolvendo & rodendo odorem ſulphureum ſpirare ſoleant. V. gr. aqua fortis dum rodit argentum, ♏ ☉ dum ſolvit Martem, ſulphureum odorem exhalant.

In ſpecie verò cognoſcimus contenta tribus modis:

1. Evaporando, ſeu deſtillando, & conſequenter contenta coagulando, ſic enim remanentiæ ſapor, color, figura, &c. ipſa contenta manifeſtabunt. Et ſalia in ſpecie blandâ evaporatione coagulata ſpeciales figuras exerunt. Sal commun. cubicam aut pyramidalem, cum baſi quadrata, nitrum figuram oblongam ſtriatam, cum crepitatione in igne. Alumen figuram octoëdricam cum ſapore adſtringente &c. exhibebunt.

2. Præcipitando. Idque variis modis, prout variant ſubjecta præcipitanda in aqua medicatâ ſoluta. Nempe mediante decocto Gallorum fit præcipitatio aquæ medicatæ, quæ nigreſcit, ſi de vitriolo participat. Mediante ♃ ☿ p. d. etiam dum aqua medicata vitriolica præcipitatur, viride obſcurè nigricans in fundum dimittit. Mediante ♄, ſi de ſulphure participet; hoc enim ſulphureas quasvis ſolutiones in formâ lactcâ præcipitare ſolet, ut in lacte ſulphuris notum; Mediante ſolutione lunæ in ♈ ſi ♈ medicata de ☉ e com. participet, parum enim hujus aquæ ſolutioni dictæ inſtillatum, eandem lacteam reddit, lunamq; præcipitat, id quod aliàs ſal com. præſtat. Item mediante ☉ ☿ p. d. ſi medicata ♈ ſit aluminoſa; cadit enim ſic pulvis albicans, qui in △ examinatus in copioſas bullas attollitur.

3. Terras vicinas in & circa fontes ſcaturiginem examinando, quæ, & qualia metalla contineant, de quibus mineralibus, participent, &c. nam hæ ipſæ ſemper ramenta ſua medicatis fontibus comunicare ſolent. Conf. Auguſti **Hauptmanns** ſcriptum **von dem Hornhauſiſchen Gnaden-Brunn.**

Hiſce modis addatur & præcipitatio iſta aquæ mediante Coccionella. Si enim fumantur aquæ font. puræ ℥iij. quarum quælibet peculiariter imprægnata ſit vitriolo, nitro & alumine, quælibet harum injecto ſaltem unico Coccionellæ grano, diverſam ſtatim acquiret faciem. Vitriolaceæ ex nigro rubeſcentem; nitroſæ, rubicundiorem; aluminoſæ incarnatum exhibebunt colorem. Hoc ipſum cum aquis fluentibus vel fontanis tentatum quoque continget, unde facilè contenta judicabuntur.

Pro cognoſcendis ergo contentis aquarum medicarum, nulli horum modorum ſoli fidendum eſt, ſed omnes ſimul adhibendi; quoniam facillimè tàm evaporando ipſa contenta inter ſe, quàm præcipitando, cum medio præcipitante novam texturam componunt, & ita, vel nova contenta mentiuntur vel vera contenta variè larvant. Imò omnes hæ probæ non adeò exactæ ſunt, quin propter varia contentorum in aquis medicatis proportionem, cohæſionem, texturæ mutationem &c. plura hujusmodi fontium contenta, minus exactè cognoſci queant. Conf. Becher. *Phyſ. ſubterr. lib.* 1. *pag.* 192.

Quod

Digitized by Google

Quod ergo attinet acidulas, conſtant hæ vitriolo Mart. hoc eſt minera Martiali à ſpiritu acido ſulphuris embryonati arroſa & mediante aqua diſſoluta. Probatur hoc tàm à priori per experimentum Rochas *Tr. Scrutinium aquarum mineral. cap.* 2. Nempe hic ita acidulas perſcrutatus eſt, fodiendo, usque ad ſcaturiginem fontis acidi. Reperit tandem, quòd aqua quædam ſimplex ac inſipida, currendo per ☲am mineralem evaſerit ſalſa, ac ut ipſe loquitur ſale Hermetico impregnata, hæc curſu ſuo tandem lambit venam Martis, eamque corrodendo, tandem acidulas conſtituit. A poſteriori idem probatur per præcipitationem, dum decocto gallarum acidulæ permiſtæ atramentū conſtituunt; item per ochram, quam hinc inde deponunt acidulæ, quæ eſt minera ♂ in ſubſtantiam croceam ſoluta. Item per ſaporem, qui eſt acido-dulcis vitriolaceus quaſi, item per effectus in animalibus, dum acidulæ potatæ, excrementa nigra dejici faciunt, non ſecus ac ſolutiones Martis artificiales vitriolaceæ efficere ſolent. Generantur ergo hoc modo acidulæ, per acidum, ſive acidum illud (probabiliter ſalis univerſalis ex aëre ſoboles) aquas impregnet ante ſolutionem mineræ, ſive poſt ſolutionem factam aquæ præterfluentes, lixivium quaſi abſorbeant. Hæc ſunt eſſentialia ingredientia acidularū, per accidens interdum etiam de ☿ participant, unde vomitoriæ obſervantur, de quibus vid. Rochas *cit. loc.* item de ☉; cum ☉ & ☽ ſæpius ex eadem minera generentur, item de ☊, quâ ratione acidulæ Egranæ etiam ☊ continent. Vid. Langius de uſu acidularum Egranarum. Ex hiſce patet, quis ſit uſus acidularum: Nempe ratione acidi △is embryonati ſunt abſterſoriæ, primarum ☿iarum mundificativæ, quarumvis ſordium remotivæ, diureticæ, &c. ratione Martis ſunt acidi vitioſi errato digeſtionis primæ geniti, primas vias, & hinc maſſam ſanguineam occupantis abſorptivæ, & per alvum evacuativæ. Nempe bibitæ hæ aquæ ab alcali in toto corpore præſente mox præcipitantur, hinc acidum pergit per primas vias, eluit quosvis meatus, & copioſæ urinæ fluxu denuò excernitur. ♂ vero præcipitatus imbibit vitioſa iſta ♀ea acida, eaq; ſecum ſub formâ ſtercorū nigrorum extra corpus abripit.

Conveniunt ergo acidulæ in quibusvis chronicis malis, vitio digeſtionis primæ in ventriculo, aut inteſtinis ortis, adeoque in affectibus hypochondriacis quibusvis, ſcorbuticis, ſpleneticis, ictericis, nephriticis, (eluendo vias urinarias & fermentum renum vitioſum, lotii putrefactivum, cujus occaſione generantur calculi, abſtergendo & removendo,) febribus intermittentibus chronicis, ſpeciatim quartanis afflictis. Dubium eſt, an conveniant hydropicis: Scrupulum movet Platerus *in ſuis Obſervat. pag.* 572. quia aquæ acidæ augent morbum, & in hydrope mortuis, ventre aperto ▽ acida ſero commiſta deprehenſa fuit. Contrarium tamen experientia oſtendit Langius *Diſſ. de uſu acid. Egranar. Theſ.* 10. §. 29. item *Miſc. N. C. A.* 2. *pagin.* 319. ſanè cum potentiſſimè ſint diureticæ acidulæ, nec melior ſit modus curandi hydropicos, quam per copioſum urinæ fluxum, patet acidulas non eſſe nocivas hydropicis. Obſervetur tamen ne bibantur malo jam nimis confirmato, & in quo viſcera interna jam ad corruptionem tendunt. Deinde conveniunt maximè in illâ hydropis ſpecie, quæ ex febribus intermittentibus chronicis, præſertim quartanis, ictero, vitiis menſium & ſimili occaſione genita eſt. Dubium eſt, an epilepticis conducant? Diſtinguatur in epilepſiâ per conſenſum, viſcerum præſertim abdominis, ſplenis, meſenterii, uteri, ut in gravioribus hyſtericis, &c. in talibus optimè conducunt acidulæ, item ſi ex terrore, ſimilive graviori animi pathemate ſit genita. Dubium, an conveniant in arthritide? &c. In arthritide adventitiâ, pro fomite ejus ex primis vîis eliciendo optimè conferunt, ut articulis affectis minus levaminis ferant, quod thermis ſaltem conceſſum. An in paralyſi conveniant? In paræſi ex colicâ, paralyſi ſcorbuticâ, &c. conveniunt. In aliis paralyticis affectibus, ex cerebro vel nervoſo genere primariò affecto minus videntur conferre. Quid de lue Venerea? Non arbitror quod hic aliquid proſint, præſertim cum nullo experimento hactenus confirmatum fuerit. Totum negotium diſtinctione eſt expediendum; Aut enim benè tranſeunt acidulæ, tam per urinam, quam per alvum, & tùm bibantur audacter, cum certa ſpe ſalutis: aut ſubſiſtunt plus minus intra corpus, & ſtagnando augent morbum, eumque periculoſiorem reddunt, adeoque maturè deſiſtendum eſt.

Nocent autem acidulæ phthiſicis, etiam iis, qui jam ad hanc declinant, adeoque debili pulmone, aut crebrioribus catarrhis obnoxio præditis. Non ferunt tales acidum gas, quod acidulæ ſpirant, quin corrugentur partim, partim perfectè erodantur pulmones, adeò ut noverim exempla juvenum literatorum, aliqualiter ad phthiſin diſpoſitorum, qui hauſtu acidularū perfectè phthiſici redditi, hydropici redierunt. Item qui conſtitutionis ſunt magis macilentæ, idque ex conſtitutione plus minus hectica, iis minime conveniunt acidulæ; qui verò ex acido auſtero macriores exiſtunt, ut ſunt ſcorbutici, hypochondriaci, ſplenetici, &c. talibus optimè conducunt, cum poſt earum uſum habitiores reddantur.

Digitized by Google

Quoad utendi modum obſervandum venit tempus bibendi, quantitas ac aliæ cautelæ. Tempus optimum eſt vernum & æſtivum. Menſes præſertim Aprilis, Majus & Junius. Autumnali & hyberno tempore turbidæ, minus efficaces, ac minus ſalubres obſervantur.

Quantitatem docet natura affectus plus minus confirmati, conſtitutio ægri plus minus robuſta, euphoria major vel minor: bibendi modus eſt, ut adſcendatur gradatim, perſtatur in ſumâ doſi aliquandiu, ac denuò gradatim deſcendatur v. gr. die 1. bibantur vitra 3; 2. die 5; 3. vitra 7; 4. vitra 9; 5. vitra 11. uſque ad ſummam doſin, quam ſtomachus ſine læſione eſt ferendo. Unde quidam plus, quidam minus ferre id valent. Summa doſis per unam alteramque ſeptimanam, diutius, ſi ſaltem ſemel, minus diu ſi bis in die bibatur, continuetur, tandem iisdem gradibus denuò deſcendatur. Bibunt quidam ſemel in die, ſaltem mane; quidam etiam bis, mane & à meridie; & qui bis bibunt, quidam eandem doſin utroque tempore, quidam verò dimidiatam ſaltem à meridie doſin potus antemeridiani.

Cautelæ obſervandæ ſunt: 1. Non bibantur acidulæ niſi probè præmiſſa ſint univerſalia, univerſum corpus, præſertim primas vias mundificantia.

2. Viſcera ejus qui bibere vult, ſint integra & robuſta, præſertim ventriculus & pulmones.

3. Emunctoria corporis ſemper ſint aperta & fluida; hinc alvus, nunc pilulis uſualibus aloëticis, nunc clyſmatibus irritetur, urina etiam copioſè fluat, tantum ſaltem ejus excernatur, quantum acidularum bibitur. Quod quidem rarò fit primis diebus, quia ſub his ferè per alvum laxare ſolent, ſed poſt aliquot dierum uſum copioſior diureſis ſupervenire ſolet.

Ut itaque melius reſpondeat alvus, interdum tertiâ l. quartâ qualibet die pilulæ, aut in fuſum quoddam ſennatum bibatur. Idque vel una alterâve horâ ante acidulæ hauſtum, promovebitur enim ſic mirabiliter acidularum tranſitus, vel potius à meridie bihorio ante cœnam capiatur laxativum; ſic enim ſequenti mane acidulæ melius alvum aperient, vel aſſumto tali laxativo, matutinus potus intermittatur & pomeridianus ſumatur. Clyſmata etiam commodè uſurpantur, tàm manè ante potum, quàm veſperi, poſt potum. Ut urinæ conſervetur fluxus, interdum tinctura tartari acris, tinctura noſtra nephritica, ſpiritus carminat. l. aliud ſimile remedium in uſum vocetur.

4. Blando motu promoveatur promtior earum operatio: quoniam ſic facilius deſcendunt per alvum, ac motu aperiuntur corporis pori, copioſiorque promovetur diaphoreſis.

5. Diæta ſit moderata, potius parca, quàm nimia, ne alimentorum onere impediatur acidularum operatio. In iis, qui bis bibunt, quotidie prandium parcius, liberalior cœna concedatur, nec unquã absq; notabilibus appetitus ſtimulis à mensâ ſecedatur. Nam

6. Non bibantur acidulæ, niſi vacuo exactè ſtomacho, aliàs l. fruſtra, l. non absque inſignioribus turbis bibi poterunt.

7. Sub uſu acidularum remedia aromatica ſtomachica ſimul adhibeantur, hinc hauſtulus vini in cœna, Zingiber in India conditum veſperi aſſumatur, eſſent. piperis, aut elixir proprietatis manè, horâ unâ ante acidularum potum, interdum in pauco vehiculo calido aſſumatur.

8. Poſt abſolutum acidularum potum laxativa abſtergentia blandè purgantia non omittantur, ut reſiduæ acidularum Martiales particulæ, quæ ſubinde plures menſes in corpore deliteſcunt, horum ope penitus eliminentur.

9. Poſt acidulas hauſtas, optimo conſilio ingrediuntur thermæ, partim ut viſcera abdominis horum medio ad debitum tonum denuò redigantur, & remotis internis impedimentis, externarum partium mala à thermis melius removeantur.

Sed de generatione acidularum vid. Rochas *in Scrutinio ♁ min. cap.* 2. item de earum naturâ & uſu vid. Helmont. *in Paradoxis de fontibus Spadanis*; item qui ejus veſtigiis inſiſtit Tacchenius *Hipp. Chym.* de genuino acidulas bibendi modo. Langius *in Diſſ. hujus Argumenti.*

Dubium eſt, an etiam acidulæ extra locum natalem alioſum transvehi, & cum fructu uſurpari queant? Diſtinctione res poteſt decidi: Nempe acidulæ quædam acido eſurino ſunt ditiores, aliæ è contra magis impregnatæ ſunt minera ♂li. Jam notũ eſt, quod acidulæ aliquãdiu reſervatæ, deponant ſubſtantiam ♁eam, flavam, uno nomine ochram Martialem, quæ nil aliud eſt, quàm minera ab acido arroſa, quæ ubi penitus imbiberit acidum ſolvens, hoc ſecum coagulat, & ita tandem acidũ cum minerâ coagulatum ad fundum præcipitatur, ſupernatante phlegmate inutili parum acidulo. Iſtæ ergo aquæ, quæ pauperiores ſunt acido iſto eſurino, & reſpectivè magis Martiales, in loco natali neceſſe eſt bibantur, quia aliàs acidum à minerâ abſorptum fundum petit, & aquam vi medicatâ maximam partem orbatam relinquit: Nec eſt quod objicias, acidulas tales in vaſe clauſo aſſervatas, adhuc ~u turgere, ita, ut ſi paulum relaxetur operculum, hoc cum impetu explodant; nam hoc non ſunt ~us minerales in ♁â præſentes, quia notũ eſt, quod omnẽ

Digitized by Google

omne acidũ ſolvens quandam mineram metallicam, ſub roſione & ſolutione ejus gas elaſticum, ſeu flatuoſum emittat, quod ſpatii defectu ſubinde vaſa disjiciat. In acidulis ergo dum viget adhuc actio acidi rodentis in mineram, etiam ſimile gas excitatum iſtos effectus producit.

Quodſi verò ditiores ſint acido acidulæ, quod diutius operationem in mineras exercet, nec tàm citò, cum hâc coagulata, fundum in formâ ochræ petit, tales acidulæ aliorſum poſſunt transvehi, non tamen diu nimis aſſerventur, quoniam aliàs etiam non levem virium jacturam patiuntur.

Cum itaque acidulæ fiant ex roſione ſalis quaſi univerſalis mineralis in venam metallicam, dubium oriri poſſet, cur non incaleſcant quandoque acidulæ, cum actio talis vix ſine effervescentiæ motu & exæſtuatione fieri poſſe videatur? ſed dilutum acidum aqua, & ipſa vena metallica, proprio acido, jam plus minus ſaturata eſt, unde minori impetu, & blandiore roſionis actu, acidularum fit generatio. Obſervavit tamen etiam acidulas calentes in Carinthia Paracelſus in chronico Carinthiæ; facit etiam huc fons iſte mirabilis Paderborniæ, deſcriptus *in Ephem. Erudit. A.* 66. *p.* 254. ubi ex uno fonte tres diſtincti rivi exeunt, quorum primus aquam tepidam, & ebullientem vehit, ac de ſalibus & mineralibus participare dicitur, alter vehit aquam frigidam, turbidam & albicantem, tertius ex utrisque apparenter compoſitus acidus eſt.

Debiliores, aut metallo pauperiores ſubinde obſervantur acidulæ, artificialibus propterea acidulis fortificandæ: Varia acidularum harum artificialium eſt compoſitio, quæ tamen facilis eſt, modò naturæ ductum ſequamur; nam, quod quidam ſpiritum ex ♁ nitro & ſulphure, ſeu clyſſum mineralem acidum, pro acidulis artificialibus ſubſtituunt, nihil eſt, cum ♂ minera deficiat. Optimè ergò acidulas naturales imitantur, & conſequenter artificiales conſtituunt, liquores ♂is ☉is dicti ex minera Martis ſulphurea parati, ſeu ut vulgò dicunt, ex marcaſitâ ferreâ. Mineræ iſtæ in Haſſiâ, Thuringiâ, Miſniâ & plurimis aliis locis reperibiles, in terris pinguibus argillaceis ferè reperiuntur, & conſtant ſulphure & Marte, utut Haſſiacæ interdum etiam de Venere ſimul participent. De Sole quod aliquid contineant, ut quidam ſibi perſuadent, hoc vel parum, vel nullum eſſe arbitror. Minera talis recens collecta, quando ſuggerit ſulphur perfectum, & quod copioſum ſe in formâ ſiccâ ſublimat. Caput mortuum verè à magnete copioſum trahitur, adeoque totum ferè Martiale eſt. Hoc dicto modo ſulphure privatum, nihil amplius vitriolacei ſuggerit, aëri verò expoſita recens nera efflorescit in lanuginem cryſtallinam, quæ tandem perfectum vitriolum, ex albo virideſcens, inſtar vitrioli Martis conſtituit, ejusdem non ſolùm ſaporis, ſed ex quo etiam ſpiritus ſimillimus ſpir. vitr. Martis deſtillari poteſt. Cùm verò omne vitriolum conſtet parte ſulphuris acidâ, cum metallo Mart. vel Vener. corroſo, ſequitur etiam hîc, ſulphuris ſubſtantiam reſolutam, mediante ſuo ſpiritu rodere mineram Mart. adjunctam, & ita amborum combinatione efflorescere in vitriol. hinc & in minerâ vitrioliſata, nihil ſulphuris amplius reperitur, ſin ejus aliquid remaneat, tandem in aëre etiam ☿ abit. Reſolutio hæc ſulphuris fit ab aëre, non quatenus calido, nam omni anni tempore hoc æque ſuccedit, imò æſtate ferè minùs efflorescentia illa vitriolica apparere ſolet; non quatenus humido, nam minera recens aquæ comm. infuſa, decocta, etiam longo tempore, nullam alterationem patitur; ſed quatenus vim habet diſſolvendi ♀a tàm mineralia, quàm alia quæcunque, quæ vis fundata eſt in ſale quodam ſingulari, in aëre reperibili, quatenus, ut rectè dicit Hoock in Microgr. in aëre eſt menſtruum pro ſolvendis corporibus ſulphureis, ratione cujus etiam absque aëre nullus ignis eſſe poteſt. Operatio hæc manuducit ad explicandam acidularum naturalium ex parte naturam, illarum nempe, quæ ex ſimplici minerâ vitriolicâ, ab aquâ ſubterraneâ præterfluâ ſolutâ originem ducunt. Minera hæc, ita vitrioliſata immittitur in vaſa figulina non vitreata, quæ ſeponuntur in cellam, aliave loca ſubterranea, ſic enim lanugo vitriolica per dicta vaſa ſeu ollas tranſudat, & texturâ, quaſi lixiviali ollarum, præcipitatur ex iſto vitriolo, quicquid crudius, acidius, aut impurius fuerit, quæ lanugo, penna ſeparata, in rore majali ſoluta, optimas acidulas artificiales conſtituit. Prodeſſe enim obſervatur inſigniter hic liquor in malo hypochondriaco, ſcorbuto, cachexiâ, hæmorrhagiis nimiis quibusvis, etiam menſium, cum tamen menſium defectum etiam curet.

THERMÆ.

THermarum generatio adſcribitur vulgò igni cuidam ſubterraneo, à quo iſtæ tàm inſigniter incaleſcant. Virtus verò medica, ſalibus & mineris metallicis, quas alluunt. Verum ignis talis ſubterraneus eſt nonens, cum nullibi poſſit eſſe ignis, ubi non continuus conceditur aeris affluxus & refluxus; quin imò ad hoc, ut aere mediante poſſit incendii ignis quidam ſubterraneus, neceſſe eſt, ut præcedat prius motus concitatus particularum ſulphurearum, quo mediante aeris acceſſu, hujusque omnimodâ reſolutione, ignem poſſint formaliter conſtituere. Quod de montibus ignivomis hic proferunt, quaſi

porosa, ut facilè appareat, illud florem esse, sive apocrisin mineralium fermentantium unam, ceu fermentativis spiritibus, sursum eluctantem.

De sulphure dubium est, annon hoc etiam thermas ingrediatur? Certè, plura ejus in omnibus thermis sunt vestigia, ut taceam odorem sulphureum, ex mutua actione salium in marcasitis plus minus sulphureis emergentem, deprehenditur sulphur in thermis, partim crudum, seu corporaliter, partim, idque frequentius volatil. seu spiritualiter, de gas sulphureo ac sulphure volatili thermas imprægnante vid. Bech. *Phys. subt. pag.* 701. cum quo merentur, ut conferantur ea, quæ habet William Simson *in Cimologia Physica, pag.* 10. *&* 11. Sententia ejus ex Anglico in Latinum translata, ita se habet. *Eruditus D. Brovvne in suis itineribus refert nobis has observationes: Sulphur, quod est in magna abundantia in pluribus thermis, continuò avolat, nec in iis reperitur, si aquam thermarum evaporaveris. Propterea putabam magis rationale, extra aquas, quam intra aquas calidas inspicere. Nam pluribus in locis, qui erant super thermas, & qui recipiebant vapores thermarum, vidi sulphur adhærere: Et, pro satisfaciendo curiositati, canalem, per quem thermalis aqua continuò fluebat, aperiri curavi Badæ in Austria, & meis manibus ex superiori canalis parte, extraxi substantiam, vix à floribus sulphuris distinguibilem, qua plures capsulas replere potui &c.* Idem Autor refert: quod aliquando ambulans in inferioribus thermis Badæ, & inclinans auf die Lehne/ observavit, quod ejusdem globuli argentei, in colorem flavum, tanquam aureum erant mutati utut aliquo usque ab aqua distaret. Unde fecit experimentum. Suspendit monetam argenteam, ad pedis altitudinem, supra thermas, & reperiebat illam coloratam, intra minuti temporis spatium.

Varietas thermarum pro ingredientium marcasitarum, ac junctorum mineralium varietate multiplex est, quatenus simul præter acidum & marcasitas sulphureo-lixivialem substantiam, & de ♀e corporali vel nitro vel alumine participant. Interdum & Martiales esse solent, sic enim Carolinæ thermæ, præter principium salinum minerale, & de vena Mart. & ☿ indeque nato topho, seu calce ferruginosâ participat, teste Langio de thermis Carolinis c. 3. Teplicenses thermæ sale, alumine & nitro turgent &c. hinc Simson *in Cimologia seu Physica* rectè differentiam thermarum primario procedere asserit à differentia & magna varietate sulphurum ac corporum mineralium, per quæ transeunt, aut cum quibus sunt imprægnatæ, unà cum aliis mineralibus particulis, quas vel in loco fermentationis, vel in aliis locis, per quæ transeunt, arripiunt. Hinc est, quod quædam harum thermarum possunt pro cura morborum bibi internè, quædam verò non. Istæ, quæ potu hauriri possunt, in genere talia erunt, quorum sulphura, aut à sulphure communi vitrioli, aut antimonii, aut de marcasitis, vel pyrite his cognatis participant, sed aliæ thermæ, quæ non possunt commodè internè usurpari, sunt, quæ imprægnatæ sunt sulphure aut minera bituminis, arsenici, auripigmenti &c. vel quæ ad minimum ex talibus marcasitis originem ducunt, quæ de hujusmodi sulphuribus participant.

Usus thermarum in genere ex eorum sulphure volatili, & hinc ex textura, & sapore earum stiptico est judicandus, in specie verò ex ingredientibus, iisque subinde variis determinandus venit.

Conveniunt ergò thermæ in genere in affectibus præsertim nervorum, horum nempe atonia, seu resolutione fibrarum partium nervosarum, item in doloribus earum quibusvis, tàm fixis, quàm vagis. Hinc in specie in paralysi, stupore partium, metu apoplexiæ egregiè conferunt. Item in doloribus brachiorum, crurum, & capitis, profectò multum in recessu habent thermæ, hinc in tremore, morbisque convulsivis partium externarum subinde sunt admodum utiles. Sanè colicas convulsivas, & inde natas artuum paræses, hisque supervenientes, tàm veras paralyses, quàm contracturas, mirificè thermæ lenire solent. Penetrat nempe illarum sulphur, una cum subtilioribus mineralium salibus, ac resolvunt quasvis partium sordes, nervoso generi inimicas, easque per sudorem evocant, ac simul sapore quasi stiptico firmant, ac densant resolutas partes nerveas. Corrigunt simul acidum partium nervosarum, & per sudorem feliciter eliminant. Porrò in doloribus nephriticis egregiæ sunt, anasarcam, hydropem optimè curant, tumores partium flatulentos, & inde factas inflationes quasvis auspicato tollunt. Sterilibus mulieribus, istis præsertim, quarum uterus nerveus atoniâ laborat, & hinc variis sordibus scatet, feliciter ad concipiendum disponunt. In fluore mulierum albo egregios thermarum novi effectus. De arthritide res dubia est, an & hic conferant. Timæus refert *in Epist. pag.* 812. se non vidisse podagricum, cui conduxerint, quin potius rigidos & contractos reddiderint: Distinctione res videtur expediri, nempe podagricis confirmatis, & in quibus acidum podagricum fortius locis articularibus infixum est, adeoque qui jam ad nodos nonnihil dispositi sunt, his arbitror thermas vi stipticâ, & adstrictoria, simulque roridi succi potentet resolutiva nocere, & eosdem, ad præfatas contracturas disponi. Istis, è contra, qui

Digitized by Google

CAPUT III.

De

Lapidibus, Gemmis, & Coralliis.

LApides adhuc hodie generantur, principio nempe ſuo ſeminali materiam debitè transmutante. Triplex imprimis eorum eſt differentia, à Bechero *in Phyſic. ſubterr. pagin.* 136. inſinuata, dum nempe alii lapides fluunt in igne, adeoque fuſiles, & tandem vitreſcibiles ſunt; alii non fluunt, ſed in calcem forti ignis rediguntur, alii denique nec fluunt, nec in calcem rediguntur, ſed in igne etiam fortiſſimo incolumes perſiſtunt: horum rurſus alii candeſcentes perſiſtunt, frigefacti verò rumpuntur, & pereunt, alii candeſcunt & frigeſcunt quoties lubet, nunquam alterabiles, id quod in rubino, granato, adamante &c. evenit.

Differentias has ſi ad inſtrumenta naturæ mechanica applicemus, non improbabili hypotheſi texturam lapidum materialem, & inde dependentes proprietates varias explicare poterimus dicendo: in lapidibus materialiter dominari ſubſtantiam terreo alcalinam cum acido ſulphureo debito ſaturatam; hac tamen differentiâ, quod quidam abundent alcali, nec plus acidi ſulphuris coagulantis obtinent, quàm ad debitam illius ſaturationem ſufficit, & tales in igne ſunt fuſiles; alii copioſius de ſulphureo principio participant, adeoque non ſunt fuſiles, ſed in igne calcinantur in calc. vivam, quatenus acidum ſulphuris poſt pinguedinis in igne abſumptionem, ceu fixum remanens, terræ ſolutione actuatum, ſeu in motum concitatum, cum alcali coit, & effervescit: Alii denique in quibus acidum ſeminale ſeu ſpecificum, cum puriore & defæcatiore coiverit alcali, debita proportione & exactâ ſymmetriâ, & mutuò invicem firmo coagulo coaluerint, tertiam differentiam conſtituunt; forſan tamen & in horum quibusdam alcali veſtigia deprehendere poſſumus, ii ſcil. qui igneſcentes in igne, ſed poſtmodum frigefacti aut aqua extincti fatiſcunt, videtur enim hoc fieri, quaſi inſinuatione aquearum particularum alcali ab acido quodammodo ſecedat, indeque concreti compages diſſolvatur.

Rem ita ſe habere, illuſtrant mechanica Chymiæ, præſertim in arte vitraria, experimenta; nempe ſi arena, ſilex, cryſtallus cum ana ſalis tartari forti igne calcinentur, facilè liqueſcunt, & promptè in vitrum abeunt, ex quo ipſo poſtmodum, additione particularum metallicarum, gemmæ artificiales parari ſolent, naturalibus ut ovum ovo ſimiles, interdum præſtantiores, ſolâ duritie exceptâ. Conf. Digby *in Medicina Experiment. Volum.* 2 *pag.* 458. 489. Nempe acidum illud fixum, quod ſuo corpori alcali terreo ſaturatum tanquam principium ſeminale ſeu forma conſtituit lapidem, ita ut ex utriusque arcto & convenienti coalitu fiat corpus fixum, in igne conſtans, hoc ipſum alcali addito ſe inſinuat, illius quantum poteſt ſimul informat, & cum eodem lapidem artificialem, nempe vitrum, ſed ob mutatum particularum ſitum, perſpicuum, & ob alcali copiam in igne ductilem, & ob acidum dilatatum, minus concentrans alcalinum terreum, facilius fragilem, ob acidum tamen fixum, fortiter coagulans in igne fixum conſtituit: Hinc, ſi plus alcali additum fuerit, nimis enervato acido, facilè vitrum in loco humido fatiſcit per deliquium, in liquorem ſilicum dictum, cum quo ſolito, ſed vano conatu tanta mirabilia præſtare nititur Glauberus *Parte* 2. *p.* 121. ex quo per ♆ ſilicum pulvis ex alcali denuò præcipitari poterit. Conf. Helmont. *Tract. Terra* §. 16. Eſt nempe vitrum cryſtallus artificialis, ex alcali ſuo acido ſaturato conſtans, ſaltem mollius eſt cryſtallo, quia acidum illud, quod antea paucius alcali informabat, adeoque potentius illud concentrabat, & duritiem tribuebat, additi alcali occaſione copioſioris, minus potens factum, minus firmiter hoc coagulat: & his quidem modis perſpicui fieri videntur lapides, qui opaci ſunt ex alcali impuriori, cui ſcilicet plus particularum terrearum adhæret, & ſimul in coaguli conſortium rapiuntur, generantur: utut moles earum etiam multum ad majorem opacitatis apparentiam conferat, non ſecus ac vitrum craſſius, ex perſpicuo opacum magis videtur, ſiquidem arenæ, ex quâ plures opaci lapides conſtare videntur, communes albæ, vel leviter flaveſcens, utut corpuſcula opaca videantur, per microſcopium tamen luſtrata, perſpicuum terè exhibent corpus, fruſta nempe glaciei aut cryſtalli, aut purioris aluminis repræſentare videntur.

Fundamentum ergo lapidum perſpicuorum, adeoque gemmarum omnium videtur cryſtallus, opacorum verò proprie ſic dictorum (ad differentiam lapidū ſemimetallicorum, ſeu potius ad mineras metallorum reducibilium, quales ſunt magnes, lazuli) videtur lapis candidus, adeoque & in radice perſpicuus, quia albus color ex perſpicui confuſione oritur. Multiplices tincturæ gemmarum, & colores opacorum, ex metallico principio oriuntur, nempe vel ex particulis metallicis, in cryptis ſubterraneis ſolutis materiæ lapidum, ex quo coagulantur, permiſtis,

Digitized by Google

vel ex effluviis, & exhalationibus metallorũ, dum ſunt in fieri, hinc inde diſperſis, & materiæ lapidum permiſtis. Optimè ergo Velſchius *Hecatoſt.* 1. *Obſerv.* 38. *pag.* 51. gemmas omnes ex cryſtallo & fluore metallico tingente generari aſſerit, id quod præter argumenta & experimenta illius loci confirmant.

1. Amethyſtus & ſmaragdus Bohemicus, qui ex corpore cryſtallino, & ſuperinductâ ſubſtantiâ tingente, dum in minerâ ſuâ conſiderantur, conſtare obſervantur, ex corpore nempe partim tincto, partim adhuc cryſtallino. Conf. Merrettus *in notis ad artem Vitrariam Neeri pag.* 380.

2. Quod ex gemmis quibusdam colores ſeparabiles ſint; nam ſapphiro v. gr. facilè omnis color demi poteſt, nempe mediante cæmentatione cum pumice, & aliis; ita ut planè decolor, & perſpicuus pro cryſtallo habeatur, de novo poliendus, & nitidiſſimè præparandus, dicuntur **weiſſe Sapphier.** Granati orientales fortiori in igne liqueſcunt, & inſtar vitri coagulantur, ſimulque colorem perdunt; Bohemici verò duriores ſervant eum, niſi fornacis vitrariæ calor intenſior eum abſumat, ut innuit Merrettus *pag.* 393. Smaragdo etiam mediante igne fortiori, virorem exui poſſe, peritus talium rerum gemmarius mihi retulit, ſed ſubeſſe periculum fracturæ, cum granati & ſapphiri ſine ruptione flammam tolerent: hoc idem teſtatur experimentum Becheri cum Jaſpide, *Phyſic. ſubterran. lib.* 1. *pag.* 171. cum quibus conf. Morhof. *de Tranſmutat. pag.* 69.

3. Ars, quæ naturam non niſi imitari poteſt, idem oſtendit in gemmarum artificialium præparatione, dum vitro cryſtallino, per metalla addita pulveris formâ tincturam inducit. Confer. Digby *loc. cit. pagin.* 458. 489. item Glauber. *pag.* 243. vel quod manifeſtius negotium declarat, dum cryſtallus naturalis, per ſubjecta mineralia ſulphurea in igne, mediantibus expulſis effluviis, eleganter & diverſimodè tingitur. Confer. Neeri *cap.* 75. *pagin.* 137. & Merretti *notæ pagin.* 379. Quoad opacos verò & ignobiliores idem aſſertum probari poteſt.

(α) Ex lapide lazuli & Armeno, quorum cyaneus color non niſi ex Venerea eſt proſapiâ, cujus ratione & laxativa, ac emeticâ vi nonnihil inſtructi ſunt.

(β) Silices non rarò de metallo ipſo aliquid continent, ut nihil dicam de ſilicibus ſolaribus, de quibus videndus, utut non ſemper approbandus Glauberus; certè lunam ex ſilicibus cum aqua fort. non absque lucro quendam elicuiſſe refert Commentator in **Erkers Probier-Buch**/ *pagin.* 76. aliàs de ſilicibus ſolaribus, item Martialibus vid. Hoffmann. *Clav. pagin.* 186.

(γ) De talco notum eſt commune chymicorum aſſertum, rubrum de auro aliquid continere, quod penitus non vanum eſſe, ſed interdum in quibusdam talci ſpeciebus aurum reperiri vid. Boyle *Tentam. pagin.* 73. item Becherus *Part.* 1. *Phyſ. ſubterr. pagin.* 140. ut

(δ) Nihil jam dicam de magnete, hæmatite, &c. qui ad mineratum Martis naturam propius accedunt. Saltem rubedo iſta hæmatitis ex Marte eſt, cum facilè Martialia quævis rubedinem, item flavedinem exhibeant.

Compacta autem, utut ſint corpora lapides, ex fluido tamen originem ducunt, cum iisdem in fluore potius conſtitutis, quàm jam coagulatis, tincturas permiſceri probabile videatur. Confirmatur etiam

1. Quod reperiantur cryſtalli plurimæ herbis virentibus, palcis, gramine, pilis, ligneis truſtulis naturaliter intus refertæ &c. Vid. *Muſeum Septalianum* c. gr. in quo ipſe vidi cryſtallum, cui incluſa aquæ guttula, eaque fluida erat, quæ omnia à fluida cryſtalli materia includi ante ſui coagulationem oſtendunt. Quod non in cryſtallis ſolùm, ſed aliis quoque lapidibus fieri probat Boyle *in Hiſtor. Fluid. & Firm. pagin.* 148. qui truſtum ligni in communi quodam lapide invenit.

2. Quin etiam geneſis cryſtallorum horum oſtendit, qui ſæpius ex duriſſimo ſaxo & marmore, quaſi tranſudando geniti, obſervantur, quale elegans ſpecimen in prædicto Muſeo obſervatum.

3. Curioſum eſt experimentum, quo ex aqua ſola absque ignis adjumento ſaltem pulveris cujusdam injectione gemmæ artificiales factæ fuerunt, quod refert Morhof. *Epiſt. de Scypho vitreo pagin.* 5. item *Epiſt. de Transmut. pagin.* 21.

Manu nos ducunt hæc ipſa ad illam hypotheſin, quæ ex aqua omnes lapides genitos affirmat, quam & primus docuit Helmontius, & prolixius peculiari ſcripto confirmare aggreſſus eſt Chirlay *Tractat. de Lapidibus.* Nec abludunt illæ obſervationes aquarum immediatè lapideſcentium, tàm quæ ipſæ in lapides immediatè abeunt, quàm quæ alia injecta petrificant, ſive ſui in porulos

Digitized by Google

porulos eorum insinuatione, & ibidem in lapidem coagulatione, seu simplici incrustatione. Ex iis, quæ immediatè in lapides abeunt, eminet ista, quæ in spelunca Baumanniana in lapidem tophaceum, Tropffstein dictum, abit. Conf. Velschii *Hecatost.* 1. *p.* 86. Boyle *Hist. firm. & fluid. pag.* 181. Hamel *de Affect. corp. p.* 161. Sanè ex aqua immediatè coalescere lapides minus probabile est, quin potius mediatè ex eadem à principio lapidum seminali variè immutata & in aliam texturam redacta generari eosdem, nil repugnare videtur, cum non pura, ac pellucida sit ista ▽, quæ in lapidem abire observatur, sed naturali crassior, ponderosior, interdum lactescens; talis ergo aqua particulis partim jam ad lapidescentiam dispositis imprægnata, partim adhuc disponenda, abire in lapides posse, verisimile existimo, præsertim, si aëris adjumentum accedat. Conf. Morhof. *Epist. de Transmut. pag.* 17. unde & famosa ista per alcahest reductio lapidum in aquam non immediatè, sed mediante saliformi corpore, in quod lapides abeunt, peragitur.

Quoad usum lapidum, & speciatim gemmarum, tàm internum, quàm externum ante omnia duo consideranda sunt:

1. Ipsum corpus gemmæ crystallinum.

2. Superinducta huic tinctura metallica: Hæc in illo clauso nullius esse potest pro interno usu efficaciæ, nisi ab illius carceribus solvatur: unde duo principalia emergunt gemmarum præparata: nempe earum præparatio seu pulverisatio, & hinc tincturæ extractio.

Præparatio illarum nil pro medico usu adjumenti adfert, quin potius crystallus, quantum præstare potest, loco omnium gemmarum sufficiet. Duriora verò cum sint corpora gemmæ, quàm ipsa crystallus, ipsumve vitrum, patet facilè, quod minus adhuc, quam vitrum pulverisatum operari queant; hinc insulsa sunt fragmenta quinpue lapidum pretiosorum, aut species de gemmis, adeò, ut affirmare ausim, tantum, si non plus, vitrum minutim pulverisatum præstare in corpore, quantum gemmarum pulvis. Equidem de porphyrite, dum teruntur minutim duriores ipsæ gemmæ, aliquid abradere poterunt, sed & hujus nulla efficacia, unde in soluto suo corpore nulla gemmarum interno usu erit efficacia, quicquid in contrarium nitatur Borrichius *de Hermet. Sap. pagin.* 322. & 328. Quodsi in mortario ista fiat trituratio seu præparatio, ramenta mortarii admista non leviter adulterabunt gemmarum pulverem, adeò, ut ob id Zacutus Lusitanus præparationes gemmarum pistillo mortarioque aureis vel argenteis perfici debere asserat.

Tincturarum extractiones ex gemmis quod attinet quæritur de his, an vera substantiæ gemmarum tingentis extractio detur, & quæ non sit simplex corporis illarum integri dissolutio: deinde, si dantur, an non potius sint solutiones metallicæ, à quibus nempe tinguntur gemmæ, adeò, ut consequenter nec virtus earum ultra potentiam solutionum metallicarum extolli queat. Nempe duplici operationi innititur tincturarum ex gemmis præparatio:

Prima est corporis totius solutio.

Secunda ex hoc soluto extractio tincturæ.

Equidem 1. Compactissimum gemmarum, idque exactè homogeneum observatur corpus adeò, ut quælibet metalla fixitate & in igne constantiâ superent; nam & aurum longè adamas superat, hinc difficillimæ eædem existunt solutionis, nec, nisi mediante ignitione, & in menstruis corrosivis extinctione, aut, cum subjectis solventibus v. gr. sulphure aut nitro, simultaneâ calcinatione solvi possunt: nec facilè adhuc trituræ gemmarum, quantum quidem facit Borrichius *de Herm. Lap. pagin.* 330. tribuere velim.

2. Solutis postmodum particulis totius concreti sibi invicem homogeneis, tam pertinaciter salia menstruorum corrosiva adhærent, ut vix separabilia novum cum illis concretum constituant, unde & novæ vires ex utrisque emergant: Nempe hæc ita sibi relicta, evaporata dant salia gemmarum, non propria, cum ex concreto gemmarum, quasi salso, firmissimæ compagis, nullum salinum corpus per se in aqua solubile haberi queat: sicut eadem salia impropria per deliquium resolvuntur in liquorẽ, malè ℞ gemmarum dictum: sicut, si solutio illa cum alcali, aut alio medio simili præcipitetur, cadit magisterium gemmarum, nudus nempe harum ℥, ejusdem, si non deterioris cum gemmis pulverisatis, seu præparatis, conditionis.

3. Tincturæ in gemmis, etiam coloratissimis, summa & paucitas, quia substantiæ metallicæ tingentis incredibilis est extensilitas, unde & perspicuæ sunt gemmæ (cum opacæ necessario essent, si copiosior tinctura plenariè illas imprægnaret) & in artificialium gemmarum præparatione, aliquot grana tingentis ponderosi metallici corporis, plures uncias vitri levioris inficit; Confer. Neeri *de arte Vitraria cap.* 77. *p.* 144. *cap.* 78. *pagin.* 147. *cap.* 82. *pag.* 150. item Glauberus *Part.* 2. *pagin.* 243. quantum ergo requireretur granatorum pro tinctura rubrâ, smaragdorum pro tinctura viridi eliciendis? Hinc

4. Quævis hactenus notæ tincturæ aut nudæ solutiones, totius gemmei corporis, aut meræ impostura fuerunt: cujus exem-

Digitized by Google

plum v. gr. ſit tinctura ſmaragdi vulgatiſſima, ab Autore deſcripta, quæ eſt nil aliud, quàm ſolutio tincta, compoſita ex ſpiritu vini, ſpiritu urinæ, & ramentis ferreo-æneis mortarii, in quo ſit pulveriſatio, ne tantillum quidem de ſmaragdo eâdem participante. Sic ſulphur granatorum argentum in aurum tingens, quidam ita parare volunt:

℞. ☿ *Menſuram* j.
Acet. deſtill. menſ. ß.
⊖ *com.* ℥ij.
deſtillentur ignè forti: In liquore deſtillato ſolvantur.

Sal armoniac. ℥ij. Menſtruum hoc affundatur granatis pulveriſatis, ut extrahatur ſulphur, decantetur & novum affundatur, &c. Extractiones conjunctæ abſtracto liquore corrodente ab ℥jv. granatorum ℥j. ſulphuris in fundo relinquunt. Chymicus quidam Torgavienſis granatos cum aqua regia extraxit, menſ. abſtraxit, & reliquum cum luna conjunxit, quo major ſulphuris granatorum portio fuit, eo major auri quantitas rediit. Verùm nil minus hoc eſt quàm ſulphuris granatorum extractio, rudis nempe particularum ſuperficialium ſolutio: lunæ in ſolem transmutationem hoc medio factam, tamdiu ceu falſam admitto, donec veritatem ipſe inſpexero. Idem judicium valet de gemmarum præparationibus, mediante ſale armoniac. per ſublimationem factis. Nempe, quantum gemmarum ab acido ſalis com. adjumento ignis ſolvi poteſt, tantùm ſal armoniac. ſecum rapit, adeoque ad ſuperficiales ſolutiones, totius in ſuas minutas particulas, non verò genuinas extractiones hæ pertinent. Nec ſpiritus vini affuſus, aliquid extrahet, niſi in quantum ☿ica ejus ſubſtantia ſolvendo particulas ſal armoniaci ſimul harum medio particulas gemmarum imbiberit. Non equidem tanquam impoſſibiles tincturarum extractiones ex gemmis negare volo, multa ſanè adhuc in naturâ latent abſcondita, ſuo tempore manifeſtanda; eo ipſo enim, quo ignis vi calor ſapphiro & ſmaragdo poteſt exui, hoc ipſo poſſibilitas ſeparationis tincturæ ex corpore gemmeo eluceſcit, attamen genuinas iſtas, & præparatione difficillimas, & quantitate paucas, & uſu non adeò ſingulares exiſtimo. Hinc

5. Et poſito, extrahi poſſe tingentes particulas gemmarum, ex ſuperioribus clarum eſt, metallicæ eas eſſe proſapiæ quidni ergo potius ipſis ex metallis hæ ipſæ eliciantur, ubi nempe concentratæ, quàm tanto labore emantur ex gemmis, in quibus diſperſæ, v. gr. granatus & rubinus ex auro colores ſuos participare dicuntur, ſapphirus ex lunâ, nempe Veneri ſociatâ, ſmaragdus & chryſolithus ex Venere, Topaſius & Hyacinthus ex croco Martis, &c. Conf. Keslerus redivivus *pagin.* 356. utut in gemmarum artificialium præparatione magnus luſus ſubſtantiæ metallicæ tingentis obſervetur.

Supereſt ergo conſideremus, quid externo uſu valeant gemmæ, inſtar amuletorum nempe appenſæ vel applicatæ? Sane plures ſingulares annotatæ hoc in puncto leguntur hiſtoriæ, quas omnes, l. caſui, l. imaginationi ac ſuperſtitioni obſervatorum attribuere haud facilè poſſumus. Rubinus geſtatus, opacus redditus, mortis index ex Backio refert Hoffmann. *Clav. pagin.* 155. Sapphirus anthraci peſtilentiali circumductus, virus omne magneticè elicit. Confer. Hartmann. *in Prax. Chym. ubi de peſte* item Marc. Marci *Phil. Vet. Reſtit. de Magneſiſmo Sapphiri.* Smaragdus annulo exiliens illi, cui appropinquat, mortem annunciat. Conf. Timæus *in Caſibus pagin.* 79. 81. Jaſpis viridis, hinc inde maculis rubicundis interſperſus hæmorrhagiam narium, in manu detentus, cohibet. Turcois fractus l. aliâ ratione mutatus ſaltem ſecum geſtatus, caſuum graviorum pericula avertit. Vid. Boot *de Gemmis*, item Schmuck *in Curationibus Magico-Magneticis pagin.* 17. ut nihil dicam de nephritico aut hæmatite lapidibus. Sane effluvia noſtra, quin multum valeant ſubtilitate ſuâ, ſe inſinuando, & hinc alterando plus minus gemmas, nullum dubium, utut res pluribus adhuc experimentis illuſtranda veniat. Conf. Helmont. *Tr. Poteſtas Medicaminum, pag.* 62.

ADAMAS.

DE hoc dubium eſt, an interno uſu dyſenteriam inducat. Conf. Sennert. *Paralip. pagin.* 130. Multi affirmant, quibus tamen contrariatur Wormius *in Muſeo*, qui dicit, quod pulveriſatus ſumptus, dyſenteriam curet potius quàm inducat. Pro conciliatione dico, ſi non ſit exactiſſimè pulveriſatus, ita, ut adhuc eminentias quasdam acutas obtineat, poteſt inferre dyſenteriam, ſi verò lævigatus & pulveriſatus minutiſſimè, nil mali infert.

GRANATUS.

TInctura hujus ſoli tribuitur, unde miri ejus effectus in affectibus cordis, palpitatione, ſipothymia, venenis &c. prædicantur, quod ipſum tamen magis externo quàm interno uſu præſtare ſolet.

LAPIS NEPHRITICUS.

EX viteſcente colore non ineptè ad ſmaragdos hunc refert Beccherus *in Phyſ. ſubter-*

ſubterran. lib. 1. *pagin.* 547. unde rarum eſt, quod etiam obſervatus fuerit lapis nephriticus albus, de quo vid. *Miſc. N. C. A.* 3. *pag.* 46. id nominis obtinet ex effectu, dum nempe nephriticos dolores demulcere, & calculi excretionem promovere obſervatus fuit. Externè nempe applicatus collo, brachio, aut coxendici appenſus, & quidem argento incluſus, majoris efficaciæ putatur. Has vires exiſtimo obtinere nephriticum vi ſpaſmorum ac motuum convulſivorum ſedativâ, quibus in ureteribus, ac locis membranoſis finitimis remittentibus, & dolores nephritici abeunt, & calculi ſponte promoveri ſolent. Unde etiam in doloribus coli, ſuppreſſione urinæ, laudari ſolet. Hoc ipſum docet, quo jure, interno uſu, tanquam diureticum & tanquam lithontripticum uſurpetur, unde, & liquorem lapidis nephritici, item magiſterium nephriticum ex hoc lapide præparant. Modum præparandi vid. in Hoffmann. *Clav. pag.* 154. Nempe, utut vi amuletica ſpaſmos ſedando, aliquid adjumenti adferat, tamen propterea interno uſu, non ſtatim eundem effectum præſtabit, multò minùs ſi ſalium ſub præparatione, additione, textura ejus plus minus invertatur & alteretur. Conf. integer *Tract. de hoc lapide*, editus à Caſp. Bartholino.

RUBINUS.

HUjus tinctura ex auro eſſe dicitur, quod confirmatur præter alia ex eo, quod rubini frequenter, in locis, ubi aurum adeſt, inveniantur, teſte Merretto *de Arte Vitraria pag.* 419. hinc & cryſtallus calcinando præparata, per ☉ in aqu. reg. ſolutum & in pulverem redactum in carbunculum quaſi mutatur; vid. Neeri *de Arte Vitraria c.* 129. *De Rubinis Albis* Velſchius *Hecatoſt.* 1. *pagin.* 68.

SAPPHIRUS.

Ordinariè eſt cœrulea, dantur tamen etiam albæ naturales, de quibus vid. Velſchius *Hecatoſt.* 1. *pag.* 67. Famoſiſſimus ejus uſus eſt in carbunculis peſtilentialibus, quaſi magneticè curandis, in circulum nempe circumductus. Nam brevi poſt circulus nigreſcit, & carbo integer â parte ſanâ ſeparatus excidit. Ophthalmicus etiam habetur, unde ejus uſus quibusdam ſolet eſſe in variolis & morbillis, ad præſervandos ab his oculos. Si nempe is crebriùs circa palpebras & oculorum bulbos ducatur.

SMARAGDUS.

HUjus viror Venereæ eſt proſapiæ, ut ſuprà dictum. Obſervantur tamen etiam ſmaragdi albæ, teſte Velſchio *loc. citat.* Amuleti inſtar appendi ſolent infantibus, contra pavores nocturnos, terrores ſubitaneos, morbosque convulſivos & epilepticos. Sed propterea non ſtatim etiam interno uſu pro iisdem affectibus conferre præſumendum eſt, utut ſmaragdus præparata, à quibusdam pro talibus ſcopis, item pro alvi fluxibus præſertim dyſentericis adhibeatur.

DE CORALLIIS.

HÆ ſunt concretum petroſum, ſeu lapideum, adeoque revera ad mineralia pertinent, prout nempe ceu genitum conſideratur. Quoad ſui verò generationem, res dubia eſt, utrum magis ad vegetabilem vel mineralem naturam inclinet, cum triplex quoad hanc controverſiam ſit phyſicorum hypotheſis. Dum 1. quidam aſſerunt, corallium ex ſucco lapideſcente ſui generis ſucceſſivè generari, & per extrapoſitionem augmentari.

2. Alii exiſtimant, eſſe revera fruticem ſeu plantulam ſui generis, quæ factâ vegetatione, ſucceſſivè partim ſpontaneo naturæ ſuæ motu, partim aquæ marinæ ſalſæ adjumento in lapidem induretur.

3. Sunt, qui exiſtimant, corallia eſſe vegetabile ſucceſſivè à penetrante humido petroſo ſui generis induratum, & ita petrificatum. Mediam qui ſuſtinent ſententiam, lithodendron ſeu arborem lapideum eadem appellare ſolent, adeoque mediam inter vegetabilia & mineralia naturam ipſis tribuunt, uti hoc facit Sala *l.* 1. *Aphoriſmo* 40. Controverſiam hanc non facimus noſtram, cum longior obſervatio & experientia rem decidat. Præ cæteris Vid. Kircherus *Mundo ſubt.* Tenzelius *in Exegeſi Chymiatrica*, ubi *de Tinctura Corall.* Præ cæteris Baccone *in ſuis Obſervationibus naturalibus pagin.* 1. *& ſeqq.* Ganſius *de Coralliis*, item Deuſingius *in Vindiciis fœtus extra uterum geniti*, *Sectione* 8.

Dubium etiam eſt, an mollia, an verò dura deprehendantur ſub aquis corallia duplici diſtinctione videtur hoc expediri: diſtinguendo inter corallia

1. Matura & immatura; illa revera ſub aquis dura ſunt, hæc aliqualem mollitiem habent, usque ad perfectam maturitatem, præſertim cortex quaſi tartareus ſeu cruſta ſubinde nonnihil mollis obſervatur, quæ tamen levi aëris attactu ſubitò indurantur.

2. Inter ipſum corpus corallii & inter capitula coralliorum, ſucco lacteo turgida: Iſta ſunt dura, hæc verò nonnihil

Digitized by Google

nihil molliora, & ipſe, quem continent ſuccus lacteus, de facili in duritiem debitam tendit.

Notabilis eſt duplex eorum differentia, dum nempe rubra ac alba reperiuntur, nigra enim corallia impropriè dicta talia ſunt. Non videtur eſſentialis inter hæc duo corallia differentia, quin alba quaſi immatura, rubra maturiora eſſe videntur, quod præter Kircherum illuſtrat Velſchius *Hecatoſt.* 1. *pagin.* 108. qui poſſidet corallii fruſtulum, infra albicans, ſuperius rutilum.

In coralliis rubris, pro uſu medico duo ſunt conſideranda: 1. ipſum concretum corallii, ſeu corpus integrum, 2. eorum rubedo ſeu tinctura.

Concretum, pro lapidum naturâ eſt ſalino-terreum, de acido & alcali participans, ſeu & alcalino-terreum, debito ſuo, ſed mediocri acido concentratum, ac ſubſtantiâ tingente imprægnatum, adeò, ut in compoſitione materiali, per ſe terreum alcali præponderet; hinc facilè abſorbet acida, eadem, mediante effervescentiæ motu, ſecum coagulat, & hinc calcinata corallia, corpus calc. vivæ ſimile relinquunt.

Quoad rubedinem ſeu tincturam hanc, naturæ ſolaris eſſe ac de ſulphure ☉i originem ducere, ſunt qui exiſtimant. Sed hujus aſſerti rationem aut experientiam ſolidam hactenus audire nullam contingit, quin potius Martialis naturæ eſſe videtur ſubſtantia tingens, cum Mars facillimè per acida blanda rubedinem exerat. Ipſa coralliorum virtute blandè adſtrictoriâ, hæmorrhagiarum ſedativa, affectuum hypochondriacorum & melancholicorum correctiva, aliisque Martis proprietatibus idem confirmantibus.

Quoad uſum eorum conſideretur: 1. ipſius concreti uſus internus & externus, & 2. tincturæ ejusdem adeò decantatæ uſus.

Ipſa corallia abſorbent ac invertunt quælibet vitioſa acida, id quod mechanica chymica, cum quibusvis acidis oſtendit, utut non absque effervescentiâ & ebullitione fiat. Hinc abſorbendo eadem, mutatione texturæ, ſaporem & vim ſtiptico-adſtrictoriam pro Martialium quaſi naturâ acquirit, unde in cruditate primarum viarum acida, & inde natis exæſtuationibus corporis vagis, febribus intermittentibus, malo hypochondriaco ac melancholia, item dyſenteriâ, gonorrhœâ, tàm virorum quàm mulierum, perquàm egregia ſunt. Palpitationes cordis, epilepſias infantum, ſimilesque morbos convulſivos præſervat partim, ac curat. Uno nomine, vis coralliorum conſiſtit in occulto alcaliſato, ut rectè loquitur Hofmann. *Clav. pag.* 162.

Externus concreti coralliorum uſus eſt, quod appenſa exhibeant amuletum celebre contra faſcinationes & incantationes, ita, ut etiam fugare dæmonem dicantur, id quod præter aſſertum Paracelſi propriâ experientiâ confirmat Helmont. *Tractat. Injaculatorum modus intrandi &c.* ubi refert, quod tinctura corall. rubr. multum ſolaminis det in morbis ab incantatione ortis. Item, armillam ab his applicatam ſponte disruptam fuiſſe in quadam à dæmone obſeſſa. Unde etiam contra ligationes maritorum laudari ſolent, de quo vid. præſertim Ganſius *de Coralliis.* Ulterius appenſa amuletum contra terriculamenta ac imaginationes nocturnas haberi ſolent. Præterea fulmina arcere & ab iisdem tàm ædificia quàm agros præſervare à Paracelſo aſſertum fuit, ab aliis etiam affirmatum, quod tamen tanquam paradoxon in medio relinquimus.

Tincturæ coralliorum uſus planè eſt celebris, tanquam ſummum analepticum, ~um quorumvis, ac ſpeciatim cordis confortativum, ſummum ſanguinis purificativum, ejiciens per diaphoreſin quælibet fermenta heterogenea, hæmorrhagias quasvis cohibens, in palpitatione ac ſyncope, febribus item malignis mirabile, cachexiam etiam virginum curans, ictericis ſcorbuticis ſummè proficuum. Conf. Bortich. *Herm. Sap. pagin.* 326.

Hinc duo generalia præparata medica ſuggerunt corallia.

1. Pulverem corall. ſimpl. doſ. ʒß. ʒj. usque ʒj. ſolitariè exhibendum, aut etiam aliis permiſcendum. 2. Tincturam corall. determinato guttarum numero uſurpandam.

Quoad pulv. corall. ſanè hic ſimpliciter præparatus, & exactè pulveriſatus, quibusvis vis aliis præparandi modis eſt præferendus, adeò, ut cæteras, præter hanc Autoris præparationes, deſtructiones potius coralliorum rectè appellitet Hofm. *Clav. p.* 162. In ſpecie habeatur ratio, ne extra corpus acidis nimis ſaturentur, aliàs enim absque efficacia intrò propinantur: interim tamen cum blandè acidis ſimul miſta propinari poſſunt, quando ſcopum adſtrictionis ſimul intendimus, quia cum blandè acidis corallia acidiuſculam & adſtringentẽ acquirunt naturam. Hinc, juxta Sylvium, corallia cum pauco ※ à nobis in ſucco citri in miſturis propinantur. Sufficiat ergò nobis ſimplex pulvis præ aliis Autoris præparationibus, eò deterioribus, quò magis acido corallia ſaturant. Quales ſunt quælibet calcinationes coralliorum, ſive viâ ſiccâ ſive humidâ inſtituantur. Via ſicca enim calcinata corallia acidum ignis copioſè arripiunt, hinc ſaturata eodem pondere augentur, & fruſtra ferè intro propinantur, utut calcinatione iſta ſint apta reddita, ad deponendam ſuam tincturam, de

quo

Digitized by Google

quo vid. Tacchen. *Hipp. Chym. p.* 27. & *in Clav. pag.* 172. Nam, utut calcinata ſic corallia penitus albeſcant, hoc fit, non propter jacturam tincturæ, ſed propter acidum ignis, rodens corallia, & hinc texturam nonnihil immutans. Fortiter ſic calcinata, corpus inſtar ♆ repræſentant, dum aquæ affuſione efferveſcit, ex quo vano labore ſal quidam dicere geſtiunt, cum levis ſaltem cremor ſit, qui ſupernatat. Quodſi adjectis ſalibus, nitro, ♁e, aliisque præparentur, ab horum acido in igne ſaturata, inermia redduntur. Quod enim acidum horum coralliis adhæreat, ex eo patet, quod eadem cum ſulphure calcinata in aqua ſimplici ſolvi poſſint propter acidum ſulphuris coralliis adhærens.

Calcinationes in via humida quod attinet, quælibet acida quidem corallia rodunt ac diſſolvunt, ſed hoc ipſo plus minus pro uſu interno inepta reddunt, abſtractis acidis concretum nihilominus ſaliforme ex corpore coralliorum, & particulis acidis in eodem concentratis reſtitat, quod malè ſal coralliorum dicitur, cum nulla arte genuinum ſal ex coralliis dici queat, ſed hæc ſunt ſaltem concreta ſaliformia ex additis acidis nata. Non ſecus ac ſalia hæc p. d. ſoluta malè oleum vel liquores coralliorum appellantur, cum nudæ & ſuperficiales ſint eorum ſolutiones. Par ratio eſt coralliorum cum ☿o tractatorum, & hinc deſtillatorum ridiculè ſpir. prodiens, ſp. coralliorum dicitur à Glaubero *P.* 2. *pag.* 119. cum ~ ſaltem ſit ☿i, acido ☿i cum coralliis corroſis in fundo vaſis reſtitante. Solutiones coralliorum cum ſpiritu æruginis factæ equidem hoc privilegii habent, quod menſtruum eodem ferè ſapore ac virtute denuò ſeparetur, ſed, niſi cautè paratus ſit ſpiritus coralliorum, hinc facta ſolutio aut ſal ferè Venerei quid ſapit. Si quæ coralliorum ſolutiones, & inde coagulata ſalia in uſum vocanda ſunt, ſint eadem facta per acida blanda vegetabilium, v. g. ribium, aut citri; taliter enim ſoluta corallia, aut per ſpontaneam ſubſidentiam, hinc nata coralliorum magiſteria, in corpore noſtro adhuc ſolubilia exiſtunt, nec absque uſu omni propinantur. Cætera magiſteria nullius ſunt valoris, ſive ſint communia, per præcipitationem coralliorum ſolutorum mediante alcali factam, ſive ſint butyracea, ſeu farinacea, aliàs dicta ſolubilia, quorum optimus modus eſt hic, qui fit cum ſpiritu vitrioli philoſophico, ſolutio filtrata præcipitetur cum ſpiritu vitrioli rectificato, magiſterium edulcoretur & uſurpetur. Nam priora iſta communia, ſunt calces planè inutiles, ex corpore coralliorum, cum particulis acidis & alcalinis coagmentato conſtans, nullius planè uſus interni. Poſteriora verò butyracea, aut ſolubilia, quia jam acido ſunt ſaturata, (nam impoſſibile eſt, etiam mille edulcorationibus acidum penitus ſeparare) intra corpus nihil uſui obtinebunt. Adeoque quævis coralliorum ſolutiones, ſeu calcinationes humidæ, longè inferiores ſint coralliis crudis, niſi forſan magis ſtipticæ fuerint. Modò dixi, nullum ſal ex coralliis elici poſſe, id quod verum eſt, quicquid etiam dicat Borrichius, qui ſal coralliorum eorumque tincturam, poſt debitum tritum, per ſolam aquam deſtillatam decoquendo elicere ſatagit, vid. Herm. *Sap. pag.* 329. ſed obſervandum, quod coralliis, de ſale marino ſimul coagulato ſemper aliquid adhæreat, unde ſuſpicandum, quod ſal illud coralliorum Borrichii inde proveniat, præſertim cum aſſerat Borrichius, figuræ cubicæ ſalem ſic ex coralliis factum fuiſſe, qualis eſt ſalis marini.

Ad calcinationes humidas, ſive ſolutiones pertinet etiam coralliorum ſublimatio cum ſale armoniaco facta in flores. Nempe & quantum acidum armoniaci rodere poteſt de corpore coralliorum, tantum unà ſecum rapit, ita, ut & ſic nil aliud, quam nuda ſubtilia coralliorum ramenta acquiramus.

Pergimus ad tincturam coralliorum, cujus tot modi, quot capita Chymicorum, utut rariſſima avis ſit vera tinctura coralliorum, quam equidem, ceu non-ens cum Sala, aliisque penitus rejicere nolo, ſaltim hactenus nullam genuinam me obſervaſſe fateri cogor. In tinctura ergò hâc rite præparanda, ac præparata examinanda obſervetur.

1. Coralliorum concretum duriſſimum eſſe, & cui ſubſtantia tingens intimè concoagulata inhæret, unde mox difficillimæ & non cuivis obviæ præparationis erit tinctura.

2. Tincturæ paucitas, ſiquidem cum Laurenbergio in aphoriſmis contra Salam hic facio, ℔j. coralliorum vix ʒß. tincturæ ineſſe.

3. Hinc famoſiores etiam tincturæ coralliorum non tàm ſunt genuinæ eorum extractiones, quàm ſubtiles ſaltem corporis eorum integri ſolutiones, vix, niſi conſiſtentiâ, à ritè pulveriſatis, ac præparatis coralliis differentes.

4. Tincturæ coralliorum ſæpius ſunt ſaltem menſtruorum, quæ vel ipſa ſimpliciter, vel occaſione mutatæ cum coralliis texturæ, ad iſtam rubedinem mediante digeſtione induendam diſponuntur, interdum nihil penitus de coralliorum ſubſtantia obtinentes

5. Dubium eſt, an non tinctura quædam concinnior Martialis idem præſtare queat, quod ipſa coralliorum tinctura, aut an effectus tincturæ non potiùs ſubinde ab additis,

Digitized by Google

additis, partim ex ſe medicamentoſis, partim propter novam cum coralliis emergentem texturam medicamentoſis factis emergant, quàm ex ipſis coralliis. Res ut pateat, in ſpecie modos quosdam præparandi tincturas conſideremus, nam quos Autor habet, ſufficienter excuſſit Ludovic. *Pharmaceut. pag.* 737. ac ſpeciatim Hoffmannus *in Clave.*

Pro parandis ergò tincturis duæ potiſſimum operationes in uſu ſunt:

1. Ipſius corallini corporis apertio.

2. Subſtantiæ tingentis ſeparatio, ſive hæc fiat addito ſpiritu vini aliove, ſive ſimplici deſtillatione, ſive aliis modis &c.

Pro aperiendo corpore media menſtrua ſunt varia, & quidem primum acida mineralia & vegetabilia, tàm nativa, ut ſuccei ribium, citri, acetum; quàm arte facta, ut ſpiritus lignorum, ſpirit. panis, ſpir. mellis, mannæ &c. Equidem tincturæ, quæ fiunt ex coralliis, per acida mineralia coroſis, vix, præterquam ſubtiles coralliorum ſolutiones erunt, utut modus Tachenii altius quid in receſſu habeat. Corallia per acida vegetabilium nativa ſoluta, hinc ſpiritu vini extracta, ſunt etiam ſubtiles ſaltem ſolutiones, dum ſpiritus vini reſinoſam ſuccorum ſubſtantiam imbibendo, ſimul particulas coralliorum in iis concentratas arripit. Acida vegetabilium arte facta ſpir. lign. panis ſecalini, etiam ab oleo ſeparatus & ſuper panem bis coctum rectificatus, qui citra ignem etiam tincturam corall. elicit, ſunt ſubtiles coralliorum ſolutiones, color verò eſt à menſtruis. Si enim hi, ſpiritus præſertim panis, etiam arenæ, vel aliis coralliis affundatur, etiam rubra tinctura emergit; nempe hi vegetabilium ſpiritus compoſiti ſunt ex acido volatili ac ſimul ſpiritu oleoſo inflammabili. Hæc ipſa vel ſimplici digeſtione vel corporis terreo-alcalini attactu ſponte rubedinem contrahunt. Facilis hæc res eſt probatu: Si enim coralliis, v. gr. ſpiritus lignorum affundatur, & facta ſolutione abſtrahatur, acidum in coralliis concentratum manet, ſpiritus verò ſulphureus ac volatilis ſaltem redire ſolet, non ſecus, atque acetum coralliis affuſum, & hinc in corpus ſaliforme concentratum, ſi deſtilletur hoc ſalinum coagulum, ſpiritus volatilis ardens prodit, quem vulgò ſpiritus corall. ardentem vocant, cum tantum ſit ſpirit. vini ex aceto revivificatus, id quod obſervetur contra Autorem *N.* 9. ſub tit. *Spiritus ſeu Oleum Coralliorum* &c.

Per alcalia etiam tractantur corallia, ut ſuggerant tincturam. Memini me Londini apud Dn. Febure vidiſſe talem tincturam, qui ſolutionem coralliorum extraxit cum ſpiritu ſalis volatilis tartari, hinc per retortam tincturam coralliorum coloris obſcuri & ſubrubicundi deſtillavit, ejusdem ſaporis & odoris cum menſtruo, in epilepticis, uterinis affectibus, palpitatione cordis &c. elegans remedium. Aſt dubito, an non effectus hic magis ſpiritui ſalis tartari, quàm coralliis ſit tribuendus. Alii mediante ſal tart. corallia calcinant, vel corallia & nitri ana fluere ſinunt in crucibulo, & ſic alcaliſatur nitrum, maſſæ ergò recenti affuſus ſpir. vini rectificatus, egregiam Ram rubicundam extrahit, quæ tamen non eſt coralliorum tinctura, ſed tantum ſpir. vini ſuper alcali ſponte ſe tingentis, ſicut in tinctura tartari notum.

Tandem & oleis deſtillatis mediantibus tincturam dicere ſatagunt, ſive cum Autore oleum citri, ſive cum Langellotto oleum deſtillatum aniſi recipias. Certè olea ſucceſſivè ratione occulti acidi de coralliis aliquid abradunt, & hinc particularum talium contactu texturam mutando rubedinem contrahunt.

Par ferè ratio eſt cum oleo corall. ſuccinato Autoris, nihil de coralliis participante, niſi quantum acidum ſuccini ſimul per retortam abripuerit.

Ulterius non pauci mediante rore aut nive, aut aquâ pluviâ parare nituntur tincturam: ſed ut ex ſuperioribus notum eſt, ſal nitroſum in hisce meteoris deprehenditur, unà, cum adjunctâ pinguedine ſeu ſubſtantiâ oleosâ: facilè itaque ab iſtis ſalibus arrodi corallia, & hinc ex magmate iſto compoſito mediante ſpir. vini tincturam parari, parum tamen de ſubſtantiâ coralliorum participantem, & quæ etiam ad ſubtiles ſaltim coralliorum ſolutiones pertinet. Alii corallia, per roris majalis, aut aquæ nivalis continuam & diutinam evaporationem ita tandem emolliunt, ut tincturam ſuam per ſe in deſtillatione ſub forma olei fundent. Pertinet huc, quod per triturationem, cum ſale marino diutius continuatam, ita diſponantur corallia, ut tincturam oleoſam rubicundiſſimam leniſſimo ignis gradu dimittant. Imò Borrichius *de Herm. Sap. pag.* 327. ſimpliciter deſtillata corallia, aquam & oleum empyrevmaticum, utut paucum largiri, aſſerit, ex quo oleo, mediante ſpir. vin. ulterius tincturam coralliorum perficit. Quoad hos labores obſervandum eſt, fixa corpora eſſe corallia, & quæ de ſubſtantia ſua petroſa nihil deſtillando dimittere valeant. Quod ergò ſub forma olei illius pauci, & vix nonnihil aciduli ſuggerunt, hoc revera ex ſubſtantia vegetabili lignoſa coralliorum oriri videtur. Et ſi verum eſt, ut non ineptè ratiocinatur Tachenius *loc. cit.* fixam eſſe coralliorum tincturam, & quæ etiam in igne ſubſiſtat, non video, quomodo eadem tàm facilè

Digitized by Google

facilè destillando prolici possit, nisi salina corpuscula, cum quibus coquendo aut triturando examinata fuerunt, sub destillatione nonnihil elevata, partem substantiæ coralliorum secum rapiant.

Hi sunt famosiores modi, tincturas coralliorum præparandi, cuilibet liberum est modum eligere, qui magis placet, utut genuina tinctura coralliorum, inter modò dictas præparationes, aut alias satis notas nondum comparuerit.

Syrupi coralliorum non adeò approbandi sunt, quoniam succi vegetabiles solventes post solutionem corallia denuò dimittere solent, ita ut parum de iis syrupus participet. Potius ergo ex tempore mixturæ de talibus succis præscribantur & saccharo edulcorentur.

CAPUT IV.

De

Margaritis.

MArgaritæ seu perlæ, sunt coagulum ejusdem materiæ & naturæ cum ipsis testis concharum, seu, ut vulgò dicunt, cum Matre perlarum, estque commune omnibus concharum & ostrearum speciebus, ut margaritas certo tempore proferant. De quo Confer. *M. A. N. C. Ann.* 3. *pagin.* 59. Perlæ genuinæ in ipso corpore concharum seu ostrearum deprehenduntur, ex quo postmodum successivè excluduntur. Constant simpliciter ex pluribus pelliculis, admodum subtilibus, sibi invicem cæparum instar superinductis, nullâ aliâ materiâ inter eas contenta. Deprehenduntur etiam perlæ minus perfectæ, quas ipsæ ostreæ excludunt, ante debitam perfectionem, & unà cum pelliculis subtiliorem & molliorem substantiam quasi farinaceam interjectam habent. Hinc istæ priores elegantes splendidæ, & quasi perspicuæ ordinariè rotundæ, aut eleganter ovales spectantur, hæ posteriores minus splendentes, magis albidæ, magisque opacæ sunt. Meretur quæ hic legatur Dissert. Rolfincii *de Margaritis.*

Margaritæ sunt quasi gelatina animalis, firmiter congelata ac coagulata, & propter successiva incrementa lamellatim congesta, adeoque sale volatili oleoso ab appropriato suo acido concentrato constant. Ex quibus facilè patet, quo modo usus perlarum explicandus sit. Nempe, usus earum est vel privativus, de quo altum apud Autores silentium; vel positivus, quem plenis buccis autores extollunt, utut à paucissimis obtineatur. Privativus usus est, in quo passivè se habent perlæ, quod promptissimè absorbeant ac imbibant varia acida, à quibus in particulas corporis sui minutas dissolvuntur, utut pelliculæ, ceu firmioris coaguli substantiæ minus dissolvi queant; adeoque saltem pro scopo acidum primarum viarum temperandi, imbibendi, effervescentias compescendi propinari possint, sed pro quo scopo mater perlarum longè commodius usurpatur, utpote melius quàm ipsæ perlæ dissolubilis. Hinc rectè mater perlarum hoc respectu easdem habere vires asseritur, imò alia etiam marina, cancrorum nempe aut percarum lapilli ejusdem cum perlis erunt usus, teste Ludovic. *Ph. pagin.* 723. etiam cancr. testæ non inferioris erunt pretii Autore Verulamio *Histor. Vitæ & Mortis pagin.* 85. Sed quoad positivum usum, ab omnibus nobilissimum confortativum prædicatur, quo balsamus vitæ conservetur, vires insigniter restaurentur, ac imprimis hecticorum ac tabidorum exhausta corpora tanquam rore quodam nutritivo appropriatissimo humectentur & restaurentur. Hos effectus qui assequi nititur, necesse est perlas in primum suum lac seu spermaticum liquorem resolvere queat, sub tali enim formâ alcali volatil. oleosum temperatissimum, vires analepticas, æstuationis hecticorum temperativas, ac tabescentium refectivas exerunt, sed quàm paucis hic concessum est adire Corinthum. Omni conatu huc contendunt Chymici, hinc que variis solutionibus, coagulationibus, volatilisationibus torquent margaritas, sed inani conatu. Forsan subtilior ac penetrantior substantia, aliqualem cum margaritis cognationem habens, & in quo citra vim corrosivam destructivam blandè quasi liquescant perlæ, hoc præstare poterit, quod vix melius quàm in rore inveniri posse, probabiliter conjecturatur, præsertim si ipsæ ostreæ roris beneficio ad genituram perlarum disponantur.

Patet ex dictis, quid habendum sit de præparationibus Authoris, tàm perlarum solutionibus, quàm horum in concretum salinum coagulationibus aut variis modis in magisterium præcipitationibus; nempe penitus pro usu Medico superficiales sunt. Perlæ enim semel extra corpus acido saturatis intra corpus instar calcis primas vias infestabunt, unde potius crudè saltem pulverisatæ propinentur, pro acido sui generis, præsertim gravidarum abortum minante absorbendo, & aliæ quævis præparationes intermittantur; nisi quibus mediantibus in primigenium lac redigantur. Conf. Helmont. *Tr. Potestas medicaminum, p.* 42.

item *de Febribus cap.* 8. §. 7. Cum quo conf. Tachen. *Clav. pagin.* 121.

CAPUT V.

De

Lapidibus cæteris minus Pretioſis.

ÆTITES.

DE hoc præter Laurenbergium Banichius integrum edidit Tractatum. Eſt lapis ſui generis in medio concavus, alia ſubjecta in ſe continens, pro quorum contentorum varietate etiam nomen mutat, unde ille, qui lapidem continet, ætites propriè talis dicitur; qui verò terram, Geodes vocatur; ſicuti etiam reperitur, qui aquam in ſe continet, & hydrophites dicitur. Falſum eſt in aquilarum nidis deprehendi, à quibus nempe ad facilitandum partum colligantur. Nam in fluminibus, rivis, montibus, ſaxorumque commiſſuris inveniuntur, ſed qui è nido aquilæ hanc abſtulerit, nemo obſervatus fuit. Deeantatus eſt ejus uſus ad partum promovendum, ſi femori alligetur, ſicut eundem retardat, adeoque abortum præcavet, ſub axillâ, vel circa præcordia geſtatus, de quo ipſo tamen nullibi, præterquam *in Valeriola lib.* 1. *Obſerv.* 10. clarum exemplum obſervatum fuit.

ALABASTRITES.

MArmoris ſpecies eſt, quæ nil præterquam unguentum de alabaſtro officinis ſuggerit, temporibus illinendum ad arcendum capitis dolorem. Si calcinetur forti igne alabaſtrum, calc. vivæ proprietates acquirit, unde non mirum eſt, ſi ▽, in quâ alabaſtrites calcinatus eſt ablutus, contra gangrænam laudetur, ſicuti alabaſtrites calcinatus elotus, inſtar ♆ lotæ ulcera curat, oculorum lacrymas ac lippitudines corrigat, &c.

AMIANTHUS.

PRo uſu Medico nil ſuggerit; nam linimentum Bootii ex amiantho contra tineam capitis, & quod ſupra *lib.* 2. deſcribit Autor *cap. ultimo* de amiantho nil participat, ſed ſaltem ex Saturno conſtat. Duriſſimum ſubjectum eſt, revera talco cognatum, ad cujus naturam propius accedit, quàm ad naturam aluminis, utut alumen ſciſſile etiam proximè ad amianthi texturam accedat. Concretum eſt, ignibus invictum, & menſtruis haud reſolubile, hinc prioris ratione linteamina ſingulari arte ex hoc lapide conficiunt, quibusvis ignium flammis illæſa. Tale marſupium in Muſeo Septaliano Mediolani vidi, ab ipſo Autore, qui artificium fila ex amiantho conficere optimè noverit, præparatum, in quod injecit aliquot nummos aureos, qui cum marſupio igni impoſiti, ſine marſupii læſione liquefacti fuerunt, & hic eſt amianthus iſte, ex quo Veteres velamenta pararunt, in quibus corpora mortuorum comburebantur, ut cineres eorum genuinos acquirerent. Sed modus præparandi & texendi occultus eſt; nam quem Wormius deſcribit *in Muſeo*, non eſt genuinus. Curioſum interim eſt, quod filum & chortam artificiosè ex ſilice facta referat Velſch. *Hecatoſt. I. pagin.* 12.

LAPIS ARMENUS & LAZULI.

HI lapides ejusdem ſunt naturæ, cupris ſeu Veneris hujusque vitrioli naturam ſapiunt, & in locis ☉latis reperiuntur, vimque ſuam ex ♀e & vitriolo derivant, quod non ſapore tantum produnt, ſed etiam, non ſecus ac vitriol. ſupernè ac infernè, plus minus tamen, purgant: Ut rectè hoc innuit Mindererus *de Vitriolo cap.* 1. imò ſi rectè res conſideretur, uterque lapis potius mineræ ſunt Veneris, nonnihil de ſole ſimul participantes, ſpeciatim lazuli. Ex quo, quomodo per Mercur. viv. ſol extrahi queat, docet Boot *de Gemmis & Lap. cap.* 39. *pagin.* 290. de lunâ an aliquid contineant reverà dubium eſt. Nam, quod profert Eichſtad. *de confect. Alkerm.* lap. Lazuli etiam de argento participare, quoniam ſimilis pulvis cœruleus ad pingendum aptus & ultra-marino reſpondens ex hoc lapide æquè ac ex lunâ confici poſſit, minus ſatisfacit, nam color ultramarinus, quem ex hoc lap. conficiunt (conficiendi autem artem docent Comentarii in Erckers Probier-Buch/ *pagin.* 91.) hoc ipſi convenit, quatenus Venereæ naturæ: Et ex lunâ nullus cœruleus liquor produci poteſt, niſi Venere adulterata ſit. Ex Venere ergo hujusque facili vitrioleſcentia vis eſt laxativa horum lapidum, plus minus tamen, prout magis vel minus de Venere participant. Siquidem maturitate ſaltem hi duo lapides differunt, unde etiam immaturior, minusque Venere dives Armenus purgare ſolet. De quo confer. Velſch. *Hecatoſt.* 1. *pag.* 97. præſertim creberrimè lotus hic lapis minus purgare ſolet, ☉o ♀eo hoc ipſo ſeparato. Apud Arabes Medicos crebro in uſu fuerunt hi duo lapides, tam pro ſcopo purgandi, quã affectib⁹ capitis medendi: dum ad epilepſias, melancholias, imprimis manias, hos lapides, præſer-

Digitized by Google

præſertim lazuli commendarunt. Unde ab iſtis temporibus mutuâ Autorum & commentatorum ſubſcriptione citra rationem ac citra experientiam ad noſtra tempora idem aſſertum propagatum fuit. Sanè vis cephalica horum lapidum quoad iſtos affectus mihi ſemper fuit ſuſpecta, cum nulla fida hujus rei experimenta apud Autores me obſervaſſe meminerim. Sunt, qui his lapidibus hanc vim adſcribunt, propter lunaris ſubſtantiæ participationem, quæ tamen exigua eſt, utut hanc copioſam putârint, cœruleo colore decepti, qui tamen ex lunâ nullo modo eſt, ſed ex Venere. Non de luna, ſed Venere participare hos lapides, confirmant præparationes lap. lazuli, tàm in Autore, quam Hoffmanno obſervandæ, mediante ✱co, aut ~ & ſale volatili urinæ prolatæ. Hæ enim cœruleæ reverà Venereæ ſunt. Conf. *Act. Hafn. Vol.* 1. *pag.* 129. Cum ergo & hæ ipſæ tincturæ ad affectus capitis laudentur, & tamen reverà ex cupro ſint, facilè patet, totum hoc negotium de uſu cephalico horum lapidum eorumque præparatorum ruinoſo inniti fundamento.

LAPIS CALAMINARIS.

DUplex hic eſt, nativus unus ex propriâ minerâ erutus, & factitius, ex minera Saturni, ſub hujus calcinatione ſponte exhalans, & fornacibus adhærens. Conf. Commentator Erckers *pag.* 303. pro uſu mechanico in uſu eſt hic lapis, ut ex eodem cum cupro fiat aurichalcum. Præparandi modum vid. *cit. loc. pag.* 260. item in Merretto *in notis ad artem Vitr. Neeri pag.* 353.

Quoad uſum Medicum, crudi eſt ſaltim externus, præparati internus. Crudus externè adhibetur pro ulcerum curâ, conſolidatione, cicatriſatione, pro excoriatione infantum &c. promptè ſcil. abſorbet acida ulcerum & excoriationum, hincque ſapore adſtrictorio poros partium ſtringit, ut facilis conſolidatio ſequatur. Internè magiſterium lapidis vel ſecundum Autoris modum paratum, vel calcinando cum nitr. & hinc ☿ elixiviando ad imitationem Glauberi paratum *Part. II. Furn. pag.* 93. inter remedia purgantia ſupra & infra, non ultimum locum obtinet. De cætero quod hic lapis ♃ ſolare in ſe habeat, ut pluribus in locis ſuorum ſcriptorum Glauberus jactitat, nondum adeò planum eſt. Modum concentrandi mediante hoc lapide ſpiritus minerales, it. præparationem ejus cum nitro, vid. ap. Glauberum *Op. P.* 2. *p.* 93. *& part.* 1. *p.* 27.

LAPIS CALCARIUS.

ESt lapis admodum ſulphureus, quia calcinabilis, ſub quâ calcinatione & ſulph. ſpirat, & dimidium ferè ponderis amittit, unde propter ♃is copiam, & hujus poſt calcinationem relictum acidum, non vitreſcibilis exiſtit, acido ♃is alcali vitrificans conſumente, ut rectè loquitur Helmont. *de Lithiaſi c.* 3. §. 28. Et ſulphur copioſum ex ☿ parari poſſe aſſerit Becherus *in Oedipo chymico pag* 67. ſed optarim, ut modum extrahendi ♃ docuiſſet, cum hactenus nullus conſtet modus ♃eitatem ☿æ, præterquâ igne aperto calcinando manifeſtandi, aut in apertum producendi, uti patet ex experimentis Ludovici *in Miſc. A. N. C. A.* 6. *pag.* 368. circa quæ experimenta tamen pro ♃e eliciendo obſervandum, lapidem calcarium ſubjectum eſſe in concreto ſuo admodum concentratum, adeoque fixum, nec, niſi forti igne, & in quo aëris acceſſus, non penitus impeditus eſt, mutari, aut ſulphuris ejus veſtigia manifeſtari poſſe.

Conſumto ergo ſulphure ejusque pinguedine, ceu glutine miſti, & concretum lapidis fatiſcit, & friabile fit, reſtitatque in lapide ita calcinato acidum ♃is cremati, ſimulque alcali ſub ignis actione magis manifeſtatum; hæc ipſa ab aqua ſoluta concitato motu efferveſcendo calorem adeò ſenſibilem producunt. Tandem ſub aqua cum terreis particulis coagulata firmum quaſi lapideum coagulum conſtituunt. Incaleſcentia iſta fit, uti dixi, ab efferveſcentia, non verò ab igneis particulis, ſub calcinatione unà in calce fixatis; confirmat hoc mechanica Chymica: ſi enim ☿ lota ſpir. ſalis ſolvatur, & poſt ſolutionem menſtruum abſtrahatur per retortam, relicto verò ☿ aqua affundatur, mox intenſiſſimus ardor excitatur, acido nempe ſpiritus ſalis in particulis calcis lotæ alcalino-terreis concentrato, mediante aqua ſoluto, & cum iſtis ita efferveſcente, qualia phænomena ex calce lota ſimplici, intenſiore licèt, igne tractata non apparent. Ineſſe autem acidum in ☿ probatur:

1. Quia aqua ☿æ recens ſalia volatilia, quibus affunditur, deſtruit, eadem figit & ſecum in ſubſtantiam terream transmutat.

2. Quia aqu. ☿æ infuſione lixivii ſal tartari turbatur, & præcipitatur, quatenus terreæ particulæ, acido in aquâ ☿æ adhærentis, occaſione alcali tartari, quod ab acido promtè abſorbetur, extruduntur & dimittuntur.

3. Quia aqua calc. vivæ lacti infuſa brevi poſt hoc ipſum coagulat, atque ad grumeſcentiam diſponit.

Ineſſe etiam alcali in ☿, probatur:

1. Quia aqu. ſolutionis calc. vivæ ſulphurea ſubjecta, ſulphur commun. antim. &c. ſolvit extrahitque, pariter, atque lixivia ſalium alcaliſatorum facere ſolent.

2. Quia armoniaco addita, ſal ejus volat. & ſpiritus eodem modo ac alcaliſata ſalia addita prodire permittit.

3. Quia colorem infuſionis ligni nephritici per acet. deſtructum infuſa aqua ♆æ reſtituit, alcalium more; Conf. Boyle *de Coloribus pag.* 184.

4. Quia ſolutionem Merc. ſublimati in minii colorem, utut tardè, præcipitat.

Aqua ergo ſeu lixivium, quod ex lotione ♆æ emergit, conſtat utroque ſale, adeoque quaſi Ammoniacale quid conſtituit, & ſub copulâ hâc, aliqualem petroſæ ſubſtantiæ partem, quaſi aluminiformiter aliquamdiu retinet; hinc enim cruſtæ vel ſupernatantis, vel poſt exhalationem reſtitantis ſapor ſubdulcis, nonnihil ſtipticus, quaſi aluminoſus, acido cum alcali terreas ſimul particulas retinente: unde etiam aquæ ♆æ alcali fixum ſi addatur, cruſta nulla amplius coagulatur, vel quod acidum infringatur nimis, vel quod petroſa ſubſtantia præcipitata fuerit. Hinc etiam in perfectum corpus ſalinum coagulari, aut ſalium ſalſorum more cryſtalliſari perfectè non potuerunt, ob interpoſitas nempe lapidoſas quasdam particulas, debitam unionem, & inſitum cryſtalliſationi convenientem redactionem impedientes: adeò, ut nullum ſal propriè dictum ex calc. vivâ ob id elici queat.

Aqueis autem vehiculis dilutа ſalia agunt, non verò pinguibus, unde nec ab his v. g. ſpir. vini, ℞ terebinthinæ &c. calc. vivæ effervescentia fit: utut à ſpir. vini affuſo hujus rei ratione incaleſcentiæ non obſcura poſt horas aliquot deprehendantur veſtigia. Conf. *Miſc. A. N. C. A.* 6. *p.* 371.

QUOAD USUM MEDICUM.

PRimo ſe offert aqua ♆æ poſt hujus extinctionem reſtitans, deinde poſt hujus ſeparationem calx lota, ſeu extincta remanens.

Aqua ♆æ, nunc ſimplex, nunc compoſita cum ſulphureis, aut ſalinis, aut Mercurialibus ſubjectis in uſum Medicum admittitur. Aqua ♆ ſimplex uſurpatur tàm internè quàm externè. Internè convenit non tantummodo in pectoris affectibus, de quo conf. Willis *Phil. R. P.* 2. *pag.* 229. ſpeciatim in exulcerationibus aut abſceſſu partium intra pectus ſitarum, ſed etiam in quarumvis partium abdominis abſceſſibus, poſt ruptionem mundificandis & abſtergendis, item ad diabeten eſt egregia hæc aqua calc. vivæ conf. Willis *Phil. R. Part.* 1.

Externè aqua ♆æ dicitur aliàs aqua pretioſa ſive benedicta chirurgorum propterea quod externè in affectibus chirurgo obvenientibus præſertim tumoribus & ulceribus mirifica præſtet. Dominantur enim in aqua ♆æ ſalia alcaliſata, hinc particulæ terreæ ſeu petroſæ, combinatæ, adeoque quaſi aluminoſæ, unde in ulceribus antiquis corrodentibus, ambuſtionibus, ulceribus Gallicis, item quibusvis aliis, etiam gangrænam minitantibus optima eſt hæc aqua, inflammationes arcet, ſeu per ſe, ſeu cum ſaccharo Saturni applicetur, gangrænæ mirè reſiſtit, ſed crebrius applicata & renovata, imprimis ſi ſpir. vini camphoratus addatur. In herpetibus & ſerpiginibus, tam ulceratis quàm non ulceratis expertum eſt remedium, in omnibus nempe his abſorbet acida, & blandè ſtringit poros, ac firmat fibras. Nam chirurgus iſte qui rectè acida, ac ſalia acidula ulcerum ac tumorum temperare & mitigare novit in arte ſuâ eſt perfectus. Aqua hæc egregia eſt in ſcabie, ſi eâdem membra affecta laventur, ſive ſola adhibeatur, ſive ſimul cum ♃e in ſcabie ſimplici, ſive cum Mercurio dulci in ſcabie malignâ. Cremor etiam ſeu cruſta candida, ſubſtantiæ huic ſupernatans, labiis ulceris cancroſi inungitur, ut pars corrupta abſumatur, remanente ſanâ. Eâdem cruſta, cum bolo Armenâ eſt ſpecificum in Ozænâ. Ambuſtionibus mirè ſuccurrit, in ſpecie, ſi ℞. aqua ♆æ recens, & affundatur ei oleum roſarum quantum ſufficit, ſubitò congelaſcent in modum butyri ad ambuſtiones præſtantiſſimum. Huic aquæ ♆æ impoſita crura optimum levamen percipiunt, in eorundem doloribus lancinantibus.

Aqua calc. vivæ compoſita eſt, quando permiſcetur cum ſulphure, contra ſcabiem, puritum, ſerpigines egregia v. g.

℞. ▽ ♆æ ℔j.
ſulph. ℥iſati ʒiij - ʒß.

Ebulliant invicem, colatura detur pro uſu externo, quo abluantur ſaltem articulationes corporis ſcabie infeſtati, l. etiam hâc ipsâ aquâ eluantur unguenta articulis contra ſcabiem affricta. Meliori effectu in ſcabie cruſtosâ aquæ ♆æ ℔j. addatur ſcoriarum reguli ℥ii ʒiij. miſtura uſus externi egregii. Permiſceatur etiam cum Saturno nempe ſaccharo ejus: videlicet in inflammationibus, eryſipelate, ulceribus cum inflammatione junctis, &c. v. g. ℞. Aquæ ♆ q. v. ſuperfunde roris majalis q. ſ. ut lene effervescant, colaturæ menſuræ uni, adde ſacchari Saturni ʒj. lava hâc ipsâ miſcelâ ulcera antiqua, & linteola madefacta ſuperimpone, inflammationes etiam gangrænas minitantes compeſcet.

Miſcetur etiam hæc aqua ♆æ cum Venere, dum nempe infunditur pelvi æneæ, exinde egregium ſapphirinum colorem contrahit, eſtque egregium remedium contra puſtulas & ulcera oculorum, horumque ſcabiem, pruritum, &c.

Tan-

Digitized by Google

Tandem cum Mercurio, tàm dulci, quàm ſublimato etiam miſcetur: nempe ſi aquæ hujus menſuræ j addatur ☿ii dulc. ʒj. & aqua hæc miſta ſupra dictis affectibus, præſertim ulceribus contumacioribus, applicetur.

Pertinet huc aqua phagedænica in Galliis uſitata præſertim in principio gangrænæ, ſpeciatim quando loca nervoſa occupat, ut progreſſus inhibeatur; præparatur ita:

℞. ▽ *comm.* ℔ xx. huic immittantur
☤ ℔ iv. ceſſante ebullitione addantur

Arſen. ♁*iſ.* ʒij.
Maſtych. ♁*iſ.* ʒj.

hæc omnia benè agitanda, cum ſpatula lignea, donec ☤ in fundum ſe ▽tet. Tunc decantanda aqua ſupernatans clara, cui addatur

☿♎*i* ʒij.
♆ *rectif.* ʒvj.

M. & reſerventur pro uſu.

Aqua revera uſu egregia, quæ, ſi adhuc acrior videatur, temperari poteſt additione pluris ♆. Conf. Feburc *in ſua Chymia*, item Glaſer *in Chymia*.

Tandem aqua ☤ compoſita polychreſta ad tumores cum inflammatione, exulcerationes humidas, metum gangrænæ &c. ſic paratur:

℞. ▽ ☤ ℔iiij - v.
☒ ℔iß.
Lithargyrii ℔ß.
Olibani
Myrrhæ
Maſtychis ää ʒß.
Camphoræ ʒj.

Coqu. ſimul, usque dum lithargyrium ſit ſolutum, & calidè cum linteis applicetur bis vel ter in die.

CALX LOTA.

ESt aquæ affuſione actioribus ſalibus, ſaltem manifeſtioribus, ſpoliata. Abſorbet potentiſſimè uſu externo quælibet acida, adſtringit ſimul, & poros firmat, unde exſiccare dicitur, ad ulcera & ambuſta optimum. Hinc de calce lota unguenta ad ambuſtiones ſunt uſitatiſſima. v.g. Calcis benè lotæ, miſce cum oleo roſarum ſeu lini; & bene agitentur in mortario plumbeo ad conſiſtentiam unguenti ad ambuſta egregii. In mortario plumbeo fit agitatio, hâc ipsâ enim abraduntur ſucceſſivè particulæ plumbeæ & uniuntur cum unguento, unde id eò præſtantius evadit. Ad ulcera quælibet etiam fit remedium polychreſtum ex calce lotâ:

℞. Calcis bis terve lotæ, & ferè exſiccatæ q.v. adde olei lini pro ratione, tinge bolo electo ad carneum colorem, & confectum erit unguentum egregium.

Ex ſuperioribus notum eſt fixa ſalia eſſe in calce vivâ, unde curioſum eſt, nihilominus & urinoſum volatilem ſpiritum ex calce vivâ haberi poſſe, idque tribus modis:

1. Cum ⏦⊖ is, qui affuſus ☤æ & ſubitò deſtillatus urinoſum & penetrantem ſpiritum ſuggerit.

2. Cum ſp. vini hic rectificatus ☤æ recenti affuſus & abſtractus forti igne, ⏦um quaſi ♀ſatum prodit, evidenter urinoſum.

3. Ex coagulo ☤æ cum ſpir. vitrioli facto, cui additum ſal tartari fixum, deſtillando ſpiritum urinoſum volatilem ſuggerit.

In hoc tamen volatili ⊡noſo ⏦u videtur Baſilius Valentini quæſiviſſe vim ☤æ lithontripticam, atque nephriticam, unde ſpiritum ☤æ, utut occultè, parare docuit, quem plures imitati, pauciſſimi ſeu nulli aſſecuti fuerunt. Unde loco hujusmodi ſpiritus pro uſu diuretico & nephritico cum ♀o ex ☤â Ram nephriticam pararunt, cujus Autor eſt D. Sultzberger, & in frequenti uſu fuit D. Langio: deſcripta eſt *in Hoffm. Clav. pag.* 175. Alii liquoris forma uſum ☤æ diureticum adminiſtrarunt. Nempe ⏦ui ſalis v.g. ℔j. injiciunt per vices particulas ☤æ, nucis avellanæ magnitudine, donec deſinat effervescere, & ☤ totum ⏦um ſalis imbiberit. Stent per 3. vel 4. horas, calcinant igne carbonum in crucibulo, donec fluant, infundatur in mortarium, & fiet inſtar ſilicis duræ. ♁ſatis affunde aquam candidam, extrahe ⊖, filtra per chartam, evapora ad ſiccitatem: pone in conchâ ſatis amplâ in locum frigidum, & liqueſcit in ☍ laudatum contra nephritidem & arthritidem. Cui tamen non videntur cedere liquores nephritici aliorum ex mollioribus lapidibus parati, mediante nempe ſpiritu ſalis. Ingredientia vid. *in Hoffm. Clav. p.* 154.

Tandem in forma ſalis vim nephriticam ex ☤ alii ita eliciunt: ℞. ⊖ χ*ci*
☤ aa,

fac in crucibulo S. S. S. ita, ut ultima vice ☤ eaq; in majore quantitate inſternatur. Clauſo crucibulo, calcinetur probè igne diuturno, maſſa refrigerata ſolvitur in ▽, permittitur, ut ad cryſtalliſationem usque evaporet, qui cryſtalli ſunt egregium diureticum. Nempe acidum ſalis comm. in χco ſe jungit alcali fixo calc. vivæ, particulæ verò ⊡oſæ volatiles, partim, eæq; copioſiores avolant, partim ab acido ☤æ figuntur, & unà concentrantur, emergit exinde ſal ex urinoſo ſalſum, & ut dixi diureticum.

CALCULUS HUMANUS.

HIc vulgò ludus humanus dictus, à Paracelſo & hinc Helmontio, proprio nomine duelech vocatur. Concretum eſt ſalſum, magis tamen alcalinum, ex ſale volatili ⊡æ acido convenienti ſaturato concretum,

Digitized by Google

uti hoc illuſtrat anatome ejus facta à Tach. *Hipp. Chym. pag.* 14.

Hic calculus vi & texturâ urinosâ volatili vitioſum acidum primarum viarum abſorbet, hinc in ſalſum, tàm diureticum, quàm egregiè ſudoriferum abit. Sanè vi ſudorifera & antipeſtifera à non paucis lapidi bezoardico æquiparatur. Et ſicut urinæ propriæ hauſtum in conſtitutione epidemica multi ceu egregium præſervativum extollunt, ita calculus humanus, ex iisdem cum urina elementis compoſitus, haut inferioris erit pretii. Et ſanè, non ſaltem in nupera peſte Anglica aliquoties uſus ejus antipeſtilentialis cum ſucceſſu fuit obſervatus, ſed etiam jam olim in ſuperiori ſeculo idem fuit obſervatum. Nempe Chriſtoph. Hiebele, Phyſicus Conſtantienſis edidit An. 1598. *Tr. Germ.* vom Bezoar-Stein/ in quo *pag.* 22. quod vis bezoardica calculi humani tantum non ſuperet lapides bezoardicos veros, aſſerit. Præterea calculus humanus egregium habetur remedium in curandis philtris, præmiſſo nempe vomitorio de quo elegantem, vid. *Obſervationem* Henr. ab Heer *Obſerv.* 13.

Tandem multi miſerè torquent humanum calculum, pro ℔ ludi Paracelſi, exinde parando, labore tamen vano, cum alius longè ſit Ludus Helmontii, nempe cryſtalli mollioris ſpecies diſtincti etiam toto cœlo à lapide Ludi Helmontii Antvverpiano, de quo meretur legi locus *Miſc. N. C. A.* 4. *pag.* 119.

CRYSTALLUS.

EST quaſi gemma omnium molliſſima, ut plurimum ſub certæ figuræ determinatione coagulata, id quod ſpecifico ſuo debet acido: ſimili nempe ratione, atque videmus ſalia, ſub coagulatione ſui ex determinata particularum minutiſſimarum figuratione & ſituatione in certas figuras ſe diſponere, ſic v. gr. ſal comm. in forma cubica concreſcit, ☐ in forma octangulari, ☉ in forma ſtriarum hexangularum, ⊕ in forma rhombi &c. ita etiam cryſtallus in coagulatione ad figuram ſexangularem, ſubinde etiam octangularem ſe diſponit. Eſt cryſtallus lapis vitreſcibilis, adeoque conſtituit corpus ejus primariò ſubſtantia alcalina, acido ſuo compari mediocri ſaturata. Ex qua craſi & conſtitutione fluit,

1. Uſus ejus, acidorum exceſſivorum & corroſivorum in primis corporis viis ſaturativus & correctivus: eo ipſo enim, quod præ aliis gemmis & lapidibus mollior exiſtit, facilius ab acidis arroditur, hinc ſpecificum habetur in cholera morbo, teſte Langio *lib.* 1. *Ep.* 1. & Heer *Obſ.* 1. *p.* 26. in iſta nempe, quæ à bile æruginoſa ortum ducit, cujus ſpeciale digeſtivum, ſive antidotum habetur. Hinc etiam infantibus viridaria cum intenſioribus torminibus excernentibus non immeritò cum aliis cryſtallus propinatur, ad acidum iſtud corrigendum. Hinc etiam cum oleo amygdalarum dulc. uſurpata cryſtallus experimentum eſt pro iis, qui ☿ inconſideratè aſſumſerunt; abſorbet nempe acidum iſtud ℈ii cryſtallus, dum ℥ amygdal. dulc. vices intermedias ab acido læſas demulcet. Notabilis, quoad hunc effectum, eſt obſervatio Valleriolæ *l.* 1. *Obſ.* 6. Propinavit nempe

Cryſtalli puriſſimæ ℥j.
Theriacæ ʒij.
Butyri rec. ʒj.
decocti hordei q. ſ.
M. facta eſt potio.

Ulterius etiam ad lac augendum interno uſu adhibetur cryſtallus, non ſecus ac fluorē alb. mulierum ſuo modo ſolet compeſcere.

2. Ratione texturæ illius materialis cum acidis quibusvis, præſertim mineralium in ſalſum commutata cryſtallus acquirit vim diureticam, & hinc ſuo modo nephriticam.

Hinc cryſtallus forti ♎e uſta & calcinata, optimo conſilio in vino extinguitur, quæ extinctio aliquoties repetitur, emergit ſic vinum egregiè diureticum. It. cryſtallus hæc in ſpiritu ſalis extingui, & ita, vel in forma liquida ſolutionis, vel etiam in forma pulvis probè trita pro ſcopo diuretico poteſt propinari. Eodem res recidit, ſi cum ♃ vel ☉ cryſtallus calcinetur, utroque enim in caſu acidum additorum ſubjectorum rodit cryſtallum, & ita concretum, quaſi ſalſum diureticum, conſtituit. Non ſecus atque ſi in via humida, cryſtallus candefacta in aqua appropriata ſpir. vitrioli vel ſulphuris acidulata extinguatur; nempe res ſemper eò recurrit, & vel liquor, vel illius evaporatione ſal quaſi ſalſum, hujus verò p. d. ſolutione, liquor obtineri poteſt pro uſu diuretico. Vel compendiosè cryſtallus candefacta in ſpirit. vitrioli extincta in ℥em redigatur pro uſu diuretico. Conf. *M. A. N. C. Ann.* 6. *app. p.* 120.

Eadem præparationis & præparati eſt ratio, ſi cum ☉Xco miſceatur cryſtallus, & poſt ☊onem mutuam ex ♍ l. p. d. fiat liquor, l. ♎tetur exinde ♓is. Acidum nempe ſalis com̃. in Xco ſe ſociat cryſtallo hic in via ſicca, quod aliàs facit ſpir. ſalis in via humida.

Autor num. 7. habet cremorem cryſtalli, ſed revera tota hæc præparatio, cum liquore ſilicum Glauberiano coincidit, adeoque pro uſu Medico exilis pretii eſt.

HÆMATITES.

DIctus ita, partim à colore, partim ab effectu in ſanguine ſiſtendo. Minera eſt Martialis, adeoque mediæ quaſi naturæ inter terram, lapidem & metallum. Participat in ſpeciè de ♂e & ſaltem in ferrifodinis reperitur. Etiam elegans ♂ ex eo per fuſionem parari poteſt, quin imò, interdum etiam ferrum inſtar magnetis, ſed obſcurè trahere animadvertitur.

Arte

Digitized by Google

Arte chymicâ lapis ſimilis artificialis colore & uſu ex ſaccharo Saturni & vitriolo Martis parari ſolet à quibusdam, hæmatites artificialis dictus, & in ſecretis habitus, proſtat tamen deſcriptio *in M. A. N. C. A.* 2. *pag.* 227. Uſus Medicus hujus lapidis plane excellens eſt, in ſiſtendis quibusvis hæmorrhagiis, idque vi Martiali, abſorbente acida, ſanguinis præternaturalia, effuſiones occaſionaliter ſubinde excitantia, & cum his in texturam ſtipticam abeunte: Vim hanc exerit tàm uſu interno, quàm etiam externo, utut non omnis æque efficax uſu externo, vel appenſus, vel manu detentus obſervetur. Elegans tamen eſt obſervatio de ſingulari efficaciâ hæmatitis cujusdam appenſi in ſanguinis fluxu compeſcendo, quam refert Boyle *Tractat. de Gemmis pag.* 198. Internè pro ſcopo adſtrictorio, hinc acidi abſorptivo. Omnium optimè ipſe crudus in ſubtiliſſimum pollinem redactus propinatur. Addi poteſt oleum nucis moſchatæ & extractum Croci, de quo vid. Hofm. *pag.* 179.

Inter præparata eminet ſpeciatim ejus cum Xco ſublimatio in flores coccineos ſive ☉ei coloris, & ex his cum ſpiritu vini parata tinctura, quam præparationem præter Polemannum de ſulphure Philoſophorum optimè deſcribit Zvvelferus ſub nomine Aroph Paracelſi *Mantiſſ. Spag. pag.* 338. Ex ♀ hujus ſublimationis recenti, & adhuc nonnihil calido, mediante ſpir. vini extrahi poteſt elegans tinctura Martis pro ſubjecti conditione adſtrictoria & aperitiva. Idem caput mortuum in cellâ p. d. ſolutum, liquorem aurei coloris reddit, qui anima Martis dicitur, mediante quo Mercurium vivum ſimplici miſtione figere geſtiunt, ſed ſuperficialis ſaltem eſt Mercurialium particularum incruſtatio. Flores ipſi hæmatitis ſunt egregium remedium diaphoreticum atque febrifugum, præſertim in quartanis, egregium etiam digeſtivum, quaſi Martiale in morbis chronicis utile. Tinctura iſta florum hæmatitis, & ipſa Martialis eſt proſapiæ, indeque egregiè alterativa. Aliàs facili viâ, mediante ſpiritu ſalis aut nitri, tinctura verè ſtiptica & adſtringens parari poteſt ex hæmatite, cujus deſcriptio vid. *in* Hofm. *Clav. pag.* 180. fit concinnior, & uſu efficacior hæc ipſa Ra, ſi loco hæmatitis, crocus Martis ex nitro ☿ratus adhibeatur.

Dixi ſupra, mineram Martis eſſe hæmatitem, unde non ſine ratione ſunt, qui ſulphur naturæ ſolaris, ſed adhuc immaturius, nec debitè fixum, in hæmatite quærunt. Nempe internè in ſulphureo principio conſpirant ♂ & ☉, hinc quidam ſunt operoſi in eliciendo hoc ſulphure ex Marte, mediante quo ☉ ſubigi, & hoc illius medio ita exaltari poſſit, ad peragendas metallorum transmutationes. Sulphur ex hæmatite ita elicere geſtiunt: parant nempe lixivium forte ex calc. viv. & ſale tartari, quo ipſo ſulphur facilè ſolvi & extrahi queat, vid. Bauſch. *de Hæmatite & Ætite.*

LAPIS JUDAICUS.

INgreditur inter alia liquores nephriticos dictos, nam in ſe ipſe lapis in urinæ difficultate, & calculis, non contemnendum eſt remedium, id quod confirmat Borrichius *Hermet. Sap. pag.* 319. Præparatur etiam pro hoc uſu cum acidis, ſed nil peculiare præ lapide crudo vel præ cryſtallis hoc modo paratis obtinet.

LAPIS LYNCIS.

HIc lapis eſt vitreſcibilis, & cum ſale tartari in igne fuſionis fluit in vitrum, ex quo, addito cobalto fit fluor cœruleus: interim acet. deſtillat. infuſus ſolvitur nonnihil, unà cum bullularum copioſarum elevatione. Solutio facilè per alcalia præcipitari poteſt. Peculiare nihil hic lapis præ lapide Judaico vel cryſtallo obtinet, nam & crudus diureticus eſt, & per acida præparatus concretum ſalſum ejusdem efficaciæ conſtituit. Interim à quibusdam ceu ſingulare ſpecificum ad febres intermittentes, item contra pleuritidem laudatur, de quo conf. Hofm. *Clav. pag.* 182.

MAGNES.

ESt revera minera Martialis ſui generis, unde etiam non niſi circa ferri fodinas reperitur, adeoque præ Marte vel hæmatite ſpecialem uſum habet nullum. Abuſus potius tavandus eſt, dum nempe pulveriſatum magnetem miſcent emplaſtris externis herniis imponendis, internè verò propinant limaturam Martis, eo fine, ut magnes in emplaſtro attrahat particulas ferreas aſſumtas ad locum rupturæ, ut ita talium beneficio eò melius conſolidatio acceleretur.

Cæterum, ratio & aperientia apertè monſtrant, quod magnes in pulverem redactus, quia polos invicem confundit, vim attractivam omninò perdat, ita, ut exinde omnis vis magnetica in emplaſtro tali attractu ſperata, ſit ridicula & inanis conf. Kircherus *Tract. de Magnetiſſimo.* Aliàs modo ſobriè fiat, non rejiciendus eſt penitus magnetis uſus externus, etiam in emplaſtris, quatenus idem atque Mars aut ejusdem crocus efficere judicatur, modò vis ejus attractiva non ſimul intendatur.

OSTEOCOLLA.

OSteocolla concretum eſt lapideum, in locis arenoſis, circa radices arborum ſponte

Digitized by Google

ſponte ſucceſſivè creſcens, ſeque in lapideam duritiem conſtringens, ſicuti præter figuram externam, hæc oſteocollæ geneſis *in Act. Soc. Reg. Volum.* 1. *pag.* 664. pluribus & eleganter deſcribitur: fixus eſt lapis, nec calcinabilis igne, acida etiam non ſine difficultate, ac inſigni efferveſcentiâ eundem adoriuntur, nihilominus tamen mirabilis ejus eſt effectus in conglutinandis fracturis oſſium, unde & nomen accepit; in talibus enim caſibus internè aſſumtus mirè promovet calli generationem, & conſequenter oſſium fractorum conſolidationem. Conf. Hild. *Cent.* 1. *Obſervat.* 91. & *Cent.* 3. *Obſ.* 90. Propinatur internè cum pulvere cinamomi, & pauco ſaccharo, aut etiam vehiculo coctionis vincæ-pervincæ. Interim tamen internus uſus in oſſium fracturis non ſit nimius, quia obſervatum, quod callum nimis magnum fecerit. de quo Hildanus *loc. all.*

Præterea in fluore muliebri egregium eſt remedium, ac ſingulare in hoc affectu ſpecificum. Retulit nobis Tachenius, ſe beneficio hujus lapidis curaſſe nautam, qui ex ſummitate antennæ in navem decidit, binasque coſtas fregit, ſeque opinari, quod ex hoc lapide medicamentum catholicum febrifugum, contra quosvis intermittentes parari poſſit.

PUMEX.

NOn tàm lapis eſt, quàm lapis quaſi calcinando deſtructus: uſus ejus externus in dentifriciis ſatis notus, ſicuti etiam pulveriſatus internè contra ſtrumas uſurpari ſolet. Notum aliàs eſt, quod quidam ejus medio tincturas ex coralliis & gemmis parare volunt, ſed proceſſus eſt ſophiſticus, ut Laurembergius contra Salam demonſtrat. Aliàs calcinatus pumex ex affuſione aceti deſtillat. tincturam viridiuſculam ſuggerit, id quod ſuſpicionem movet, hunc lapidem etiam de Venere nonnihil participare.

SILEX.

LApis durus, ſed vitreſcibilis. Per ſe, ac nativâ formâ, etiam pulveriſatus fruſtra uſurpatur, nullum enim uſum in corpore exerere poteſt, utpote qui à nullo acido corroditur, niſi ritè prius præparatus. Rationem vid. in Tachen. *Clav. p.* 169. adeò ut rarum ſit experimentum, cujus mentionem facit Beck *in Exper. pag.* 19. quod ſilex per certum menſtruum ab eo ſeparabile in aqua ſolubilis reddi queat.

Præparationes ejus reſpiciunt imprimis uſum diureticum, idque parili ex ratione iisdem etiam præparationibus, atque ſupra de cryſtallo dictum fuit. Imprimis in vino ignitus, & hinc extinctus ſilex aliquoties, vinum egregie diureticum reddit. In ſubtiliſſimum alcohol redactus, in ſpiritu ſalis ſolubilis evadit, & hinc oleum Lud. nephriticum ex eo parari poteſt, de quo vid. *Miſc. A. N. C. Ann.* 4. *pag.* 120. Si deſtillentur ſilices, revera tantum liquoris, quantum pumices, ſuggerunt, unde dubito, an parcum iſtud ♃ acidulum, quod ex ſilice prolicuit Ludovic. *in M. A. N. C. An.* 6. *pag.* 366. non potius ex vaſis luto, vel alia quadam circumſtantia, quàm ex ſilicibus originem duxerit. Patet etiam, quod fruſtra ſilices, & ſpeciatim ☉res, addantur tincturæ nephriticæ Ammelongii, utpote quam ex antimonio, nitro, tartaro & ſilicibus ☉aribus per ☾am tubulatam igne aperto deſtillando præparat. It. propter fixam ſuam naturam cum ſale tartari aut etiam nitro deſtillatus per ſimilem ☾am, nil revera liquidi ſuggerit, ſed quicquid tunc ſpir. urinoſi obtinetur, hoc omne ex additis ſubjectis ſalinis originem ducit, de quo conf. Glauberus *Op. l.* 2. *c.* 55. & 59. Benè tamen cum alcali addito liqueſcit in vitrum, ex quo mediante ſpir. vini facilè tinctura poteſt parari, quæ tamen magis videtur eſſe tinctura ſalis tartari, quàm ſilicum. Par ferè judicium eſt ferendum de iſta tinctura nephritica, quæ ex ſilice igniario parari docetur *in M. A. N. C. An.* 4. *pag.* 120. quæ ipſa tamen forſan etiam de ſulphure lapidum aliquid participare poteſt, quia in ſpecie lapides iſti ſulphurei eliguntur. Cum iſto liquore ſilicum coincidit ferè ♁ ſilicum cum nitro factum, vinum in calciforme corpus coagulans, de quo vid. Tackius *Chryſogonia pag.* 54. 55.

Cætera præparata quælibet ſilicum ad ſcopum diureticum ſunt directa, de quibus idem judicium, atque ſupra de ſimilibus ex cryſtallo præparatis.

LAPIS SPONGIÆ.

SPongiæ mediæ ſunt quaſi naturæ *inter* vegetabilem & animalem. Quatenus tamen deſtillatæ ſpongiæ ſuggerunt ſpiritum urinoſum, ſal volatile & oleum, quæ ſunt ſimilia productis animalium, facilè patet, quod magis ad animalem, quàm vegetabilem naturam inclinent. Lapis in his ſpongiis inventus, tàm crudus, quàm calcinatus egregii uſus eſt in ſtrumis, quas abſumit, ac inſenſibiliter reſolvit, internè ſub lunæ decrementis uſurpatus, ſive ſolitarius ſive cum arcano duplicato miſtus propinetur.

TALCUM.

SUbſtantia eſt mineralis lapidoſa ſui generis, lamellatim & ſquamatim concreta, adeoque revera ex corpore fluido orta, ut pluribus declarat Morhoſius *in Epiſtol. de Transmut. met. p.* 22. & 47. ſub iſta fluida ſui conſiſtentia facile de metallicis particulis aliquid

Digitized by Google

aliquid imbibere, hisque imprægnari potest, unde differentia talci quoad varios colores, item exinde est, quod in quibusdam talci speciebus aurum deprehendatur. Conf. Boyle *in Tentaminibus pagin.* 73. item Becherus *Physic. subterran. libr.* 1. *pagin.* 140. Quod talcum utplurimum rubrum, ℞ tractatum aliqualem solutionem & extractionem patitur, ex quâ solutione etiam pulvis diaphoreticus parari potest Autore Ludov. *Pharm. pag.* 321. Nullius hactenus usus est interni, utut sulphure talci, ceu singulari remedio plures morbi curari queant, de quo confer. Hoffmann. *Clav. pag.* 188. saltem usui externo hactenus talcum inservit, nempe, quoniam consistentiæ est quasi unctuosæ, propterea speciatim oleum pro usu cosmetico exinde elaborare, ausi fuerunt chymici, nunc viâ siccâ, nunc humidâ. Viâ siccâ calcinando diutissimè igne reverberii, frustra tamen laboratur, cum talci substantia immutabilis maneat, & humidum ejus radicale paucissimum per calcinationem fuerit immorsum, tantum corpus calciforme acquisiverunt, cum intra dimidiæ horæ spatium levi igne tractatum in optimum pulverē possit redigi; conf. Morhof. *de Transmut. pag.* 47. Equidem Borrax ipsi permistus, forti igne tandem in fluorem eum redigit, qui tamen labor scopo Medico cosmetico plane non inservit. Acida, si cum iisdem in viâ humidâ tractentur, parum valent, adeoque alcalia potius eundem domabunt, sed si & præparationes consideremus, nil aliud præter liquorem salinum acquiritur, nil præstans aliud, quàm oleum tartari p. d. Præ cæteris elegans præparatio est talci Veneti in pulv. subtilissimum cosmetico usui inservientem, per fumum sulphuris; conf. *Misc. A. N. C. A.* 6. *Append. p.* 186. Aliàs cæteræ quævis præparationes, tàm quas habet Laurenbergius contra Salam, vel Wormius *in Museo*, item Keslerus aliique revera inanes sunt labores, ne pulvis talci genuinum, multo minus oleum suggerentes. Moderni ergo tritum hic adhibuerunt, speciatim Langelottus, qui talcum facilè tritu suo friabilem, & hinc ferè unctilem reddit, usui cosmetico convenientem. Cosmetica ejus vis in duobus consistere videtur.

1. Quod subtilia & vitiosa ista acida intercutanea, nævos ac pustulas excitantia plus minus in se recipiat, & quasi absorbeat.

2. Quod extrinsecus quasi incrustatus, colorem candidum, & eleganter nitidum conciliet.

UNICORNU FOSSILE.

Distinguendum est ante omnia genuinum à spurio. Hoc exactè ossa animalium repræsentat, legitimâ figurâ ac magnitudine, leve & porosum nihilque aliud est, quàm ossa animalium, aliquandiu sub terrâ sepulta denuò eruta. Verum autem revera ad mineralia pertinet, ac id nominis accepit, quia sæpius, sub formâ cornu cujusdam oblongi, striati, instar veri unicornu marini, nisi quod grandius ac vastius sit, effodiatur, interdum sub formâ eboris, aliàs aliorum animalium; sed duplex hujus deprehenditur substantia, prima perfectè dura, altera in prioris interstitiis contenta friabilis, linguæ adhærens, &c. utraque hæc substantia nil aliud est, quam marga mineralis, hinc inde coacervata, cujus quædam partes, ex interfluente fluido sui generis induratæ, consolidatæ, ac in osseam quasi substantiam ferruminatæ fuerunt, quæ ipsa pro varietate pororum & meatuum, vel ipsius margæ, vel loci, in quo invenitur, aliorumve varia animalium exhibet membra, casu ita, nullâ naturæ lege figurata; vid. Kirch. *Mundi subterran. lib.* 8. *Section.* 2. *cap.* 4. ubi de cryptis Siculis plura ejusmodi concreta continentibus. Usus hujusmodi unicornu fossilis, in multis coincidit cum terrâ sigillatâ, magis tamen convenire observavi in dysenteriâ, item variolis ac morbillis; aliàs usu absorbendi acidi, figendi inde ortas effervescentias, hincque ex mutatâ texturâ adstringendi cum multis aliis concretis terreis convenit.

CAPUT VI.

De

Metallis.

Non sunt perpetua, seu æterna corpora metalla, sed communes corporum particularium hujus Geocosmi mutabilitatis leges subeunt, adeoque generabilia in terræ viscеribus, & successivè augmentabilia, atque etiam ibidem corruptibilia existunt. Quoad generationem, experientia docet, mineras metallicas, semel exhaustas, interjecto certo annorum numero denuò imprægnari & metallis impleri. Decantatissima est maris Tyrrheni Insula Elba, vel Ilva, circuitu suo 20. milliaria Italica complectens, ex quâ non per plurima secula tantum ferrum fuit erutum, sed etiamnum hodie copiosè adeò eruitur, ut semel eductum ferrum, à 20. annis denuò renascatur, testibus omnibus mineralium rerum scriptoribus. Conf. Tach. *Clav. p.* 41. In Cornubia

Digitized by Google

Britanniæ Magnæ Provinciæ, ob Jovis fodinas celebri, per experientiam obſervatum, fodinas Jovis exhauſtas, terrâ deſuper injecta repletas poſt 30. annos denuò apertas novum ſtannum copiosè regeneratum reddidiſſe. De Saturno res nota eſt, quam copiosè è mineris ſuis regenerari ſoleat. Sol in Ungariâ inſignium filamentorum formâ externâ quaſi excreſcere ac ſureulis tenellis vineisque non rarò implicari teſtantur obſervationes; Conf. *A. N. C. A.* 1. *pag.* 290. *& A.* 2. *pag.* 188. non ſecus ac luna graminis modo ex mineris ſuis ſaxeis criſpa eleganti formâ in Miſniâ progenerari, triviale eſt. Unde & experti metallurgi, interdum ante debitam metalli perfectionem per cuniculos ſubterraneos venam ejus ſe denudaſſe, ſicut è contra, interdum ſe tardius, ac ſero nimis, poſt metalli geniti denuò factam conſumtionem, & ab effluviis ſubterraneis reſolutionem ſe adveniſſe conqueruntur. Conf. Becherus *Phyſ. ſubterr. lib.* 1. *pag.* 107. item 292. item 337.

Compacta autem utut ſint corpora metalla, ex fluido tamen originem ſuam ducere, non ex eo ſolum fit probabile, quod ☿ currens arte in perfectum metallum durum, tantillæ ſubſtantiæ tingentis adjumento, fuerit mutatus, ſed quod ipſa metalla, intra ſaxa duriſſimasque petras reperiantur utplurimum incluſa, quo non, niſi ſubtilis fluidi inſtar, aut fumorum, & effluviorum in formâ prius deferri, & ſe ibidem, ceu debitâ in matrice inſinuare potuit eorum materia; quos etiam fumos metallicos, eorumque motus, **die Witterungen**/ ceu venarum metallicarum primos Autores, probè obſervare ſolent metallurgi. Quin imò plures proſtant hiſtoriæ, obſervati in mineris & intra ſaxorum cavitates liquoris fluidi, licèt craſſioris, nunc albidi, nunc ex albido vireſcentis, vel cœruleſcentis, quem **ein Gur**/ item **Berg-Gur** vocant metallarii, Helmontius vero Bur, qui brevi poſt, ſuâ ſponte coagulatus, totus perfectum metallum, nunc plumbum, nunc argentum exhibuit. De hoc liquore metallico, hoc obſervarunt metallurgi Freibergenſes: **Gur der Metallen finden ſich unterſchiedlicher Farben/ weiß/ roth/ gelb/ ꝛc. und wo ſie gefunden werden/ da iſt kühnlich zuverſichern/ daß ein Anbruch da ſey. Wo eine Pfirſichblut-farbene Gur gefunden worden/ iſt ein gewiß Zeichen/ daß Cobolt Ertz oder blaue Farbe da breche. Dieſe Gur/ wenn ſie an die Lufft kommt/ geſtehet ſie/ und wird bald hart/ wenn ſie aber noch in der** Minerâ **in eine** Cucurbitam **mit einer** Cucurbita **wohlverwahrt/ gethan wird/ kan man ſie auch auſſer der** Fodina **eine Zeit** liquidam **erhalten. Dieſe Gur iſt** ſeminium, **oder** materia proxima **der Metallen/ welche aber noch nicht zur rechten** Maturität **kommen iſt/ alſo/ daß eine ſolche Gur/ wenn ſie probirt wird/ gar viel läſt davon fliegen/ weil ſie noch nicht fix/ ſondern noch gar zu** volatil **iſt.**

Non autem aqueum eſt fluidum hoc, aut fumoſum, ex quo metalla generantur proximè (niſi remotè tandem hoc ex aqua ceu prima materia oriri cum modernis Helmontii aſſeclis dicere velis) ſed loquuntur Chymici ex Alberto M. prima materia metallorum (i. e. ſemen metallorum) eſt humidum unctuoſum ſubtile, quod eſt incorporatum terreſtri ſubtili fortiter commiſto (Confer. Bech. *ſuppl.* 1. *pagin.* 32.) ſeu, eſt humiditas non madefaciens manus, adeoque nec propriè eſt humida, ſeu aquea, ſed viſcoſa ac Mercurialis.

Materia autem hæc proxima, ex qua coagulantur metalla, Veteribus ex Mercurio & ſulphure conſtare aſſerta fuit, quibus Baſilius & Paracelſus, ſal quoque addiderunt: non, quod iſta ſint vulgaria corpora, quæ hoc nomine aliàs appellantur, ſed per Mercurium intelligunt humiditatem metalli radicalem, unde facilis eorum ductilitas ſequitur per ſulphur ſubſtantiam cogentem & coagulantem illud humidum in corpus, quæ duo, debita matrice ſaxea excepta, cum hac ex parte arrepta, quæque ſal vocatur, in perfectum metallum abeunt. Adeoque Mercur. eſt alimentum ſeu materia, ſulph. eſt fermentum digerens ſeu forma, ſal eſt commune utriusque receptaculum, in quo firmo nexu coëunt, & de quo plus minus ſimul in coaguli conſortium rapiunt. Mercurialis hæc ſubſtantia copiosè in Merc. vulgi reperitur; unde hujus volatilitas, fluiditas, mobilitas, &c. oriuntur. Sed quæ non pura exiſtit, ſed jam ſulphure quodam minerali, plus minus metallico inquinata eſt. Pariter ac ♃is ſubſtantia, in ♁e vulgari ineſt, aſt volatilis adhuc, nec maturata debitè: hinc, ſicut ex his duobus jam perfectis mineralibus, ſulphure & Mercurio arte fit corpus tertium, quaſi metallicum v. gr. in cinnabari, ita ex his principiis puris, h. e. à principio metallorum ſeminali ex altatis, humiditate Mercuriali, & pinguedine ſulphurea, debita matrice exceptis, fit corpus perfectè miſtum, metallum. Matrix iſta in lapidibus vitreſcibilibus uberius deprehenditur, indeque alcalino-terrea fixa eſt. Aliis Chymicis animæ, ſpiritus & corporis appellationes, ſulphuri, Mercurio & ſali imponere conſuetum eſt. Principiorum horum materialium, non obſcura etiam in concretis jam, & intima colliquatione ex mineris ſuis extractis metallis deprehendi-

Digitized by Google

hendimus vestigia: v.g. ♃ in ♂e manifestum evadit, in croco ♂is cachectico Zvvelf. *Mantiss. Spag. p.* 337. sub cujus præparatione ☉ fusum injectione ♂is saturatum successivè, tandem ab hujus ♃e inflammatur & alcalisatur, non secus ac si sulphure communi hoc factum fuisset. Jupiter, utut Mercuriale videatur metallum, tamen cum duplo nitri mistum in moderato igne, tandem ingenti flamma cœrulea detonat, & ☉ alcalisatum relinquit. ☿ialis substantia v. g. in Saturno evidens, est, qui immediatè ☿ vivus coagulatus videtur, unde etiam, Saturno fuso aliquandiu ab igne remoto, injectus Merc. vivus, hic promptè coagulatur ab illius effluviis, in massam Saturni æmulam, etiam malleabilem. In ☉ & Lunâ, ceu perfectissimè mistis metallis, & quorum principia intimè subacta, & confermentatione arctissimâ colligata sunt, minus manifesta deprehendere possumus principiorum illorum vestigia, attamen facillima cum Mercurio vulgi sub amalgamatione sociabilitas, & mutua unio, facillima etiam à sulphure communi accenso horum alteratio & volatilisatio, radicalem hæc inter conspirationem persuadet.

Matrices denique istæ saxeæ, in quibus metalla reperiuntur, omnes vitrescibiles sunt, tam immediatè, quàm mediante addito alcali, unde scoriæ à metallorum fusione relictæ, vitra tincta repræsentant.

Hæc, si ad instrumenta naturæ & artis mechanica applicemus, etiam in sulphure acidum pingue seu coagulans, in ☿io verò alcali volatile coagulatum deprehendimus, quibus ♁ vitrescibile, alcali nempe suo acido nonnihil saturatum, pro habitaculo quasi inservit. Hinc in ♂e & ♀e ♃eis metallis, acidi dominantis manifesta vestigia apparent, ex erosione proprii corporis in crocum l. æruginem, modo tantillo ▽ eo actuatum fuerit: ♄bus verò ☿ialis, adeoque alcalino principio volatili dives, quævis acida promtissimè absorbet, cumq; iis in corpus dulce salsum coit. ♃ quod attinet, metalla semper cum ♃e reperiuntur; quod ideò Paracelsus triplex statuit, minerale, quale est nostrum vulgare, embryonatum, quo, tanquam cortice nuces, metalla vestiuntur immediatè; metallicum, quod metallorum substantiam constituit. Hæc 3. ♃a rectè sola modificatione differre dicuntur, minerale & embryonatum manifestò acida sunt, quod etiam sui deflagratione spirant, unde & de metallico quoad acidum hoc dubitandum non erit. ☿ vero etiam vulgi, qui quasi spurius aut leprosus filius est ☿ii metallici, adeoque in radice unus idemq;, nil aliud est, quàm alcali volat., quippe omnes alcali talis proprietates possidens ab acido sulphuris nondum penetratum & elaboratum: & sicuti vulgo alcalia fixa ex acido ♃is & ♁ vo-

latili plantarum producuntur, acquiruntque notabilem fixitatem, ita metallorum eodem ferè modo se habet genesis, materiæ ♃eæ acidæ cum alcali ☿iali abeunt in metalla, idq; longa annorum serie, transcolatæ per infinitos ♆e poros: & ☿ium vivum cum alcali si quis ad punctum saturationis perfectæ usque acido replere sciret, tàm fixum eum redderet, quàm aurum, quod & olim tentare aggressus est Paracelsus, dum ☉ horizontale præparavit. Hinc etiam ☿ vivus à nullo alio præterquam ab acidis in textura alterari & coagulari solet, alcalibus nullum jus in eum obtinentibus, uti per mechanicam chymicam pater. Conf. pluribus Tachen. *de ☿io alcali Metallicum repræsentante, Hipp. Chym. cap.* 25. hinc etiam ☿iale metallorum principium de naturâ ♁ium volatilium urinosorum esse asserit Becher. *Suppl.* 2. *p.* 111. qualibus ♁ bus & ☾bus ☉osis metalla perfecta mirè emolliri, & longè fluidiora reddi, adeoque ad ☿i vivi texturam disponi, ibidem curioso exemplo monstrat. Adeò, ut ☿iale metallorum principium per alterum ♃eum tanquam alcali per acidum in metallum coagmentari sic constet.

Atque ex hactenus jactis fundamentis, facile est & proprietates metallorum, in genere & specie, eorumque differentias explicare: Proprietates metallorum sunt ponderositas, malleabilitas, seu sub malleo ductilitas, ignescibilitas, & fusibilitas: quas inter primatum ducit ductilitas, omnibus & solis propriè dictis metallis competens, quibus & suo modo fixitas addenda. Proprietates hæ ab uno alterove principio seorsim haud deducendæ, sed considerentur hæ in concreto, quatenus ex principiorum materialium textura fluunt, utut respectu unius alterius ve principii, radicaliter magis attributum quoddã metallo cuidam conveniat. ☽ ductilitas ergo ex firmo ♃is & Mercurii, sibi mutuo sufficientium nexu, adeoque tenaci hinc concreti consistentiâ originem ducit, hinc ☉ maximè omnium ductile pondus ex ☿iali imprimis principio, hinc, quo plus ☿ii participant metalla, eò graviora; quò minus, eò leviora, propterea ☉ omnium est ponderosissimum, ob copiosissimum ☿ium, sufficienti ♃i, arctissimè sociatum, & quod solum in ☿io vivo submergitur, cætera omnia leviora. Et quæ ☿io plus minus supernatant, leviora sunt, multo ♂ & ♀ parum de ☿iali principio obtinentia. Levissimum est ♌ ob ♃ volatilis nec benè cum Mercuriali substantiâ cohærentis copiam, Luna & Saturnus ferè pondere coincidunt. Ignescibilitas ex sulphureo principio oritur, particulas igneas recipiente & concentrante: fusibilitas à Mercuriali cum salino probè unito oritur principio, quo plus enim conti-

nent Mercurii, eò facilius tunduntur; quo plus verò ſulphuris, eò difficilius; hinc, quo plus Mercurii iis additur, eò molliora, & ad fuſionem aptiora redduntur. Hinc metallorum per ſe patet differentia, quatenus omnium materia eſt Merc. cujus varia coctio varia dat metalla: Forma eorum miſcens & Mercurium ſubigens ſeu coquens, eſt ſulphur, unde pro hujus diverſitate, diverſa corpora metallica, in matricibus ſalinis, & ipſis plus minus durioribus. Metalla ergo quædam ſunt perfecta, quædam imperfecta: Perfecta, ut ſol & luna, ex ſulphure fixo, potenti, puro, & ſubſtantiæ Mercuriali puriſſimæ & perfectiſſimæ fortiter & intimè concentratis, & exactè ac æqualiter ſubactis genita, in terrâ ſeu ſale admodum fixo, & puro, ſed pauco, magis tamen hæc ſoli, minus lunæ conveniunt, unde & ex firmâ talium unione, fixum adeò concretum, & cum quo cæteræ proprietates metallicæ imprimis conveniunt, emergit. Fixitas præ aliis metallis, his propria, abſoluta quidem in ſole, reſpectiva eſt in luna, id quod experimentum Gaſtonis Clavei in Apologia oſtendit, qui ſolis & lunæ ana ℥j. ſeorſim per duorum menſium ſpatium in fornacæ vitraria in continuo igne & fluore aſſervavit, & hinc ſoli nil, lunæ verò duodecimam ponderis ſui partem deceſſiſſe obſervavit. Imperfecta metalla iterum ſunt vel dura vel mollia. Illa mollia ſunt, quæ facile funduntur, ac fluunt in igne, & poſtmodũ demum candeſcunt, id quod ex prædominante principio Mercuriali, cum ſale plus minus obtinent, pauciore vero minusque fixo ♀e; nam utut ☿ ſulphureum ſit ſubjectũ, volatile tamen adeò ejus ♀ & minus cæteris unitum, ſeu confermentatum exiſtit, ut facilem fluxum impedire nequeat, utut propter hanc rationem in fluxu proprium corpus inſigniter atteret. Duriora ſunt, quæ difficulter funduntur in igne, ſed potius prius incandeſcunt, ex ♀e forti & pauco Mercurio, cum ſalino principio copioſiori, ut ♂ & ♀.

In radice ergo & eſſentia omninò inter ſe convehiunt metalla, accidentibus verò ſaltẽ differunt, quæ ex principiorum componentium puritate & bonitate, horumq; varie proportionata miſcela originem ducunt; Unde etiam mutuo transmutabilia exiſtunt. Nempe exinde eſt, quod nunquam aut rariſſimè ſola inveniantur in ſuis mineris & venis metalla, quin utplurimum aliquot metalla ſociata deprehendantur. Quin imò pauca ſunt metalla, quæ non de alio etiã plus minus participent. Rariſſimus eſt ♄nus, qui de luna non participet in ſuo corpore, & quam difficulter ſeparari poteſt ☽ à ☿e, pertinaciter corpori lunari inhærente. Aurum ipſum lunæ particulas ordinariè continere ſolet, poſt ſolutionem ejus per ℞ reſiduas. ☿ rara eſt, quæ non de ſole aliquantum participet: & huc facit imprimis curioſa iſta ♍ Borrichii *de ortu & progreſſu Chym. p.* 149. quæ aëri expoſita, & aqua pluvia irrorata, varia metalla ac mineralia ſucceſſivè genuit.

Ut autem diverſimodè miſta ex mineris eruuntur metalla, ita etiam hæc ipſa non pura & omnibus numeris abſoluta, i.e. **gediegen/** niſi rariſſimè in mineris ſuis inveniuntur, ſed ferè cũ copioſis concretis ♃eis diverſimodè confuſa, & iisdem ſociata in venis ſuis obſervantur, unde prius △is vi per modũ liquefactionis ex mineris ſuis elicienda ſunt. Nociva autem admodum ſunt metallis adjuncta iſta ♃ea mineralia, ſ. ♃ com. ☍, ♉, cobaltum, ſ. alia ſint, dum enim igne fuſionis hæc ♃a, quatenus adhuc volatilia, deflagrant, acidum eorum vol. rodit junctum metallum, & hoc ſecum partim unà volatiliſatum in auras abripit, quod vocant **rauben/** ut præter experientiam quotidianam, in furnis fuſoriis, de quibus vid. **Ercker im Probierbuch/** manifeſta mechanica chymica demonſtrat Tach. *Hipp. Chym. c.* 8. partim etiam acidi talis ♃is adhæſione minus liquefactile & fluxile metallum redditur, vocant **Spröde/** ut ergo fuſilitas promoveatur, & acida illa ♃a coërceantur vel ſeparentur, mineris fundendis alcalia v.g. **den ſchnellen Fluß/** it. Saturnina v.g. Lythargyrium, de quibus vid. **Ercker im Probier-Buch/** *p.* 84. adduntur, ut horum medio metalla pura per fuſionem haberi queant: Alcalia ſcil. diſſoluunt ♃a eorumque abſorbent acida, hincque reducunt metalla & fuſilia eadem reddunt. ♄ etiam omne acidum ♃eum, ipſe concretum maximè ☿iale, promtè abſorbet, & hâc ratione etiã ignobilia metalla, ♂em, ☿em. & ☽n, ob ♃is horum acidi cruditatem, imbibendo quaſi à nobilioribus metallis, ſole & luna, ſeparat: quibus paucis fundamentis totum artificiũ tàm artis metallorũ & minerarum fuſoriæ, quàm artis probatoriæ unicè innititur, de quibus; vid. **Ercker** *in Aulâ ſubterr. p.* 32. 55. 56. 65. *&c.* ut nihil dicam, de magis ♃eis mineris metallicis, quibus aliquali toſtione ♃ phlogiſton prius ſeparandum venit, antequàm furnis fuſoriis immittantur. Confer. **Löhneiſen von Bergwercken/** *pag.* 67.

Generantur autem metalla omnia ex proprio ſuo ſemine, in conveniente materia ſe multiplicante: Seminale principium radicatum eſt præſertim in ſulphure, quod uti vocant, maris, calidi innati, ac di vices obtinet; Merc. verò fœminæ, humidi radicalis, alcali &c. & perficiuntur in debitis excepta matricibus. Sed, prout potentius eſt ſulphur, & prout purior ipſi occurrit Mercur. & defæcatius eſt receptaculum, eò nobiliora, aut

Digitized by Google

aut ignobiliora generantur metalla, eaque diversa, vel metallica corpora, perfectis corporibus plus minus affinia, ut ♄, cincum, cobaltum, bismuthum &c. adeoque rectè ex unâ radice surgere, & singulari virtute convenire dicuntur metalla. Materia illa proxima, à principio seminali, sui multiplicativo alterata, nunc fumi, vel vaporis specie hinc inde oberrans, matricibus petrosis appropriatis se insinuat, nunc liquidæ substantiæ Gur dictæ formâ, nunc aliâ facie deprehenditur. Seminale verò metallorum principium sulphureum, à primâ creatione terræ visceribus concreditum, non cessat appropriatam materiam, (sive illa aqua fuerit simplex, sive eadem plus minus alterata) ad Mercurialem liquidatem disponere & in eâdem se multiplicare. Conservatur vis ista seminalis universi spiritus, qui uti omnibus seminibus se applicat, & cujus beneficio per inspirationem vivunt animalia, & eodem cum pluviis, rore, aliove vehiculo communicato, vegetantur vegetabilia; ita ejus ope certis terris aut mineris copiosius ob meliorem sui receptionem, se insinuans, vim seminalem mineralem & metallicam fovet, augmentat, & in vigore suo conservat. Patet exinde, quid astra ad metallorum generationem faciant, causæ enim universales cum hæc sint, speciali modo ad metalla generanda conspirare, aut unicuique planetæ suum metallum subesse, ejusque influxu generari aut foveri, dici non poterit, cum asserti talis evidens fundamentum sit nullum. Quin potius existimandum, quod sicut ad animalium & vegetabilium feliciorem statum, suo influxu, (qualiscunque demum sit) promovendum multum conferunt, id quod vel tempestatum anniversaria mutatio ostendit, ita & suo modo ad metallorum genesin concurrere, & promovere eandem, haud equidem dubitarim, sed generalis sive universalis saltem est hic concursus, specialem dispositionem seminalem & ordinationem omninò præsupponens: ututipsa ex antiquitate etiam constet, planetarum nomina metallis fuisse attributa. De quo vid. Borrich. *de Ortu & Progress. pag.* 29. unde & signa eadem metalla & planetæ habent, quæ tamen metallorum signatura, alio ex fundamento derivanda venit. Signa metallorum quod attinet, auro circulus cum puncto centrali, ceu perfectissimo, absolutissima tribuitur figura: Argento verò ejus dimidium venit: Metalla rubea ac aurea ab auro signum mutuant, sine centrali tamen puncto, ac pro diversitate imperfectionis suæ, diverso etiam in loco signum ejus exhibent, sed imperfectionis nota, signo crucis reliquis metallis appenditur. Antimonium omnium difficillimè ab imperfectione immune reddi potest, hinc in fronte crucem gerit, omnium facillimum cuprum est, adeoque quasi caudæ loco, signum hoc habet, Medio modo se fere habet Mars, unde à latere simili fere signo notatur. Ab argento reliqua alba metalla sua signa habent, ut plumbum & stannum. Mercurius verò seu argentum vivum, cum radicem solis & lunæ constituat, expressum est ☉ ☾que signis combinatis propter adhærens tamen sulphur impurum, nec metallicum fixum crucem etiam gerit.

Considerandus jam venit metallorum usus, qui triplex, vel Medicus, vel Chymicus vel Mechanicus.

Mechanicus est in quamplurimis artibus manualibus v. gr. aurifabraria, ferri ac cupri fabraria &c. Usus Chymicus est perficere metalla, & ex ignobilioribus nobiliora per transmutationem facere; de quo ipso, cum non sit hujus loci, vid. præ cæteris perspicuus Becherus *in Supplem.* 2. item Philaletha *in Introitu aperto ad Regis Palatium.* Fundamentum totius tincturæ philosophicæ est principium Mercuriale purum vel humidâ vel siccâ in formâ, sulphure metallico fixo probè imprægnandum, & plus quàm saturandum, his, pro fermento determinante, aurum addendum, ut fiat aurum plus quàm perfectum. Ex his paratus pulvis omnibus metallis facillimè ob fluxum Mercurialem copiosum se insinuat, & ratione adjuncti sulphuris tingentis, eorum Mercurium perficit, & in Sol figit. Fundamentales operationes sunt, Solve & Coagula. Nempe Mercuriali principio subjecta sulphure auri imprægnata sunt subigenda, & horum sulphur cum illo coagulatione mediante concentrandum: Operatio fit in athanore sive furno philosophico, ignis digestionis unicus, sed successivè intendendus, vas seu phiola vocatur ovum philosophicum.

Quoad medicum usum, imprimis considerandum venit, an etiam cruda sive integra, & nativa, sub sua constitutione aliquid valeant, an verò saltem præparata? Equidem positivum effectum metallis, eorumque particulis integris tribuere non possumus, tàm clausa enim & solida sunt corpora, ut ullam nobiscum communicationem habere nequeant, quin saltem acidi in contentis corporis nostri, præsertim primarum viarum, sapores arrodendo eadem, absorpti, per accidens, & privativum metallorum integrorum usum nobis insinuant. Mars scilicet acida illa absorpta per intestina secum abripiendo, morborum chronicorum accidentarius existit domitor. Venus arrosa ab acido primarum viarum in vitriolum degenerat, cujus consequens est stomachi subversio sive vomitus. Lunam ♄etenus assumtum memoriæ conciliasse robur asserit

Digitized by Google

Tachenius *Præf. Hip. Chym.* Aurum ab acido melancholico-hypochondriacorum cum horum fructu absumitur, teste **Mögling** *de Vellere Aureo pagin.* 9. Saturnus hypochondriacis isdem parili cum fructu propinatur: & ♃is limaturam quidam hystericis mulieribus pro acido eorum specifico, nervis adeò infenso propinare assolent. Idem omninò de metallis candefactis in ▽ simplici extinctis asserendum, quorum ramenta aquæ communicata, plus minus vitriolica, parili ex ratione privativè corpori conducunt: de aqua ferrariorum Martiali res nota est: aqua extinctionis Saturni alvum laxat: Vinum, in quo pluries aurum extinctum, icterum curat, teste Poterio *Pharm. Spag. ubi de decoctis.* Eadem aqua extinctionis auri paronychiæ dolorem sedat. vid. *M. A. N. C. A.* 4. *App. pag* 41. plurib. aquæ ejusmodi auratæ usum deprædicantem Burrhum vid. *in Epist. ad Barthol. de oculis p.* 44.

Præparata quod attinet metalla, eorumque usum, imprimis circa sulphura metallorum fixa, horum extractiones, & inde paratas tincturas, occupati sunt Chymici, inescati nempe effatis Helmontii *Tract. Herbis, Verbis & Lap.* & Polemanni *de Sulphure Philosoph.* Inter alia ♃☉♀is imprimis extollentium, propter vim anodynam, archæi sive spiritus ferocientis sedativam, quo cessante ejus orgasmo p. n. ejusque robore vitali sic restaurato, ipse vegetior insurgat in causas occasionales morborum: quibus & alii vim temperativam horum sulphurum cujusvis acris in corpore, adeoque præternaturales effervescentias contentorum & irritationes solitarum partium excitantis, adducunt: adeò, ut ♃a hujusmodi metallica, genuinas penacæas omninò constituant, seu ex corporibus metallicis perfectis, seu imperfectis, istis tamen cognatis, v.g. ☉io eliciantur. Pertinent adeoque huc omnes tincturæ solares, aura potabilia, tincturæ lunares, essentia & tincturæ vitrioli Veneris. Pro hoc ergo tincturas & sulphura metallorum præparandi scopo, metalla in primam suam materiam reducere, hinc sulphura tingentia eorum separare, & ita metallica corpora, ob animæ nempe separationem destruere gestiunt. Sed de hoc ipso accuratiores, & circumspectiores Chymici omninò dubitant, pernegantes, ex metallis solutionem partium essentialium vel minimam fieri posse, ob homogeneam eorum, & fortissimam mixtionem, utut per addita multipliciter larvari possint, sub integritate tamen essentiæ: adeò, ut sicut per se metallum quoddam potabile reddere impossibile sit, sed additum liquidum omninò requiratur, ita etiam sulphur aut oleum aut tincturam ex metallis elicere, æque impossibile esse, utut per præparationum varietatem, additorum multiplicitatem, & varias hinc omnium factas combinationes, nunc sulphuris, olei vel tincturæ, faciem præferre queant, ipso metallo integro sive corporaliter adhuc præsente: sanè possunt inflammabilia reddi metalla, possunt volatilisari, ut facile auras petant, possunt ita apparenter destrui, ut etiam modis hactenus cognitis reduci nequeant, integrum tamen metallum utut in minima sui redactum, & aliorum plus minus homogeneorum additione variè incrustatum, semper præsens erit: Venus cum ☋X facilè inflammabilis reddi potest, quod etiam Boyle observavit *in Hist. Fluid.* & *Firm. pag.* 52. & *Chym. Sceft. part.* 3. ipsa tamen Venus in suo concreto manet integra, quis autem non existimaret, Veneris sic sulphur haberi, aut corpus saltem ejus totum destructum esse? Luna cornea, vel adeò volatilis, vel ita destructa est in suo concreto, ut nullâ ratione nisi per Saturnum, & hoc etiam cum damno, reduci queat.

Quis ergò corpus Lunæ ex parte destructum esse non existimet, nisi integram reductionem modò docuisset **Kunckel** / *in Observat. lit. G. No.* 5. Curiosum est experimentum, quod habet Becher. *Supp.* 2. *pag.* 29. ubi mediante Lunâ certo modo præparatâ Mercurii vivi partem in Lunam transmutat, quis hic non asserat, Lunæ animam seu sulphur tingens extractum esse, quod in Mercurio vivo corpus reinduat, & hunc ita in Lunam animet, cum tamen ex processu clarum sit, integram semper Lunam, absque ejus vel corporis destructione, vel partis cujusdam essentialis separatione permansisse. Porro aurum non solvitur in spiritu salis communis etiam rectificatissimo, sin vero auro etiam purissimo, absque ullâ Lunæ miscelâ affundas spiritum vel oleum salis, pedetentim leni digestionis igne, spiritus elegantem citrino-aureum acquirit colorem, quem ex auro extraxit, ipso auro in fundo albo remanente. Aurum hoc album, nullo modo, nec borrace, nec alcalibus &c. in aurum reducibile est; quis ergo non dicat, auro suum sulphur extractum esse, nisi antimonium fraudem ostenderet, cum quo aurum fusum denuò in pristino splendore redit, quem, utut ab antimonio superaddi auro asserant, nondum tamen hoc probatum, & res hæc altioris indaginis est: Nempe spiritus salis aliquantulum ex superficialibus auri particulis quasi abrasit; quod patet, quod ☿ ipsi injectus, ☉ particulas in fundum præcipitat, simul verò etiam particulæ quædam ☋is auro in fundo tam pertinaciter adhæserunt, ut nullâ ferè arte separabiles sint, hinc apparens ille albus corporis color. Idem aurum dum in auro fulminante, occursu ☊, non secus ac sulphur in pulvere pyrio sclo-

Digitized by Google

ſclopetat, hoc ſulphuris ſui ratione facere à quibusdam aſſeritur, quod quam falſum ſit, ex eo apparet, quod aurum ipſum in forma pulveris purpurei, poſt fulminationem remanere ſoleat: adeò verum eſt Philoſophorum effatum, facilius eſt aurum conſtruere quàm deſtruere. Cupri quodnam genuinum ſulphur aut quæ conveniens ejus tinctura? quatenus cum aqu.fort.cœruleum, cum ſpirit. urinæ cyaneum, cum ſpiritu ſalis viridem colorem exhibet. Quod præparationes ℞arum ex luna hactenus innotuerunt, plures earum, etiam pro genuitis habitæ, cœruleo colore conſpicuæ, quas omnes tamen falſas fuiſſe, & ☿is tantum in ☽à hoſpitantis fructus, modernorum probat induſtria. Sanè cum colores metallorum (qui ſulphuris putantur effectus, & cujus extractione ℞æ ſimilis coloris fiant, remanente corpore Mercuriali albo) oriantur proximè à ſpecificâ, unius cujusq; metalli textura, quæ ex ♁e & ☿io, firmiſſimè in ſale confermentatis, & ita ab his omnibus junctis dependeat, facilè apparet, quod fundamento ruinoſo, iſta ſulphuris tingentis extractio, & metalli potabilis præparatio innitatur. Ita, ut videantur non tàm exactiones, quàm per addita in ſulphura & tincturas mutationes. Equidem qui contrarium aſſerunt, non ineptè viis hactenus cognitis modisque ordinariis fieri hoc neutiquam poſſe, concedunt, ſed ſublimiora requiri media. Nempe vel ſecundum Sendivogium, *in novo Lumine Chymico*, quærendam & præparandam talem humiditatem, quæ ☉m, ſine violentia ſeu ſtrepitu ſolvit, imò ita ſuaviter & naturaliter, ſicut glacies aquæ calidæ beneficio liqueſcit: Vel ſecundum Helmont. inveſtigandum eſſe univerſale illud menſtruum, liquorem Alcaheſt, de quo idem dicit: *Aurum radicaliter in partes heterogeneas, ſalem ſcil. ♁ & ☿ium per ſe ſequeſtrari ſe non pati, niſi per unicum liquorem conſtructivum*, quo ipſo hunc innuit. Sed quamdiu deficit nobis talis liquor, haud, niſi Adeptis conceſſus, nec judicare de præparatis ejus medio remediis metallicis, nec, an revera illius ope eſſentialis partium fiat ſeparatio, aut externi ſaltem ♁is extractio, affirmare poſſumus: utut & hoc in puncto ſtrenuè ſe ſe illis opponat Beccherus *Phyſ. ſubt. lib.* 1. *pag.* 483. *ſeqq.*

Quod de ♁ibus metallicis, & hinc paratis ℞is liquidis hacten' dictum, idem de ☉ibus ex metallis etiam aſſerendum, genuina talia hactenus parata fuiſſe nulla, utut ex additorum ratione, præſertim menſtruorum, corpora ſaliformia, in quibus tamen integra delituerint metalla, producta fuerint: v.g. ex metallis ☉ fixum à ſe paratum refert **Kunckel**/ *Parte* 1. *Obſ. Lit. B. n.* 3. & *P.* 2. *p.* 168. quo ☿ium in ☽am transmutavit: quæ vis transmutatoria mox oſtendit, non genuinum, aut propriè dictum ſalem fuiſſe, ſed de integra metalli natura, ſaltem ſimul de ejus ſulphure participaſſe.

Utut autem reductio metallorum in primam materiam, & ♁is ac ℞arum hujus medio præparatio ſit adeò ardua, attamen etiam absq; tali reductione utilia medicamenta, eaque varia ex metallis fieri poſſunt, etiam anodyna & analeptica, plus minus polychreſta, quæ & ipſa, more hactenus recepto, ♁a & ℞æ, ſeu latiori ſenſu, ſecundum hactenus dicta vocari poſſunt. Non ſecus enim ac cinabaris nativa vel ☿ii, optima ſunt remedia, defectui ♁is ☿ialis fixi, ejusque tincturæ elegantioris, à Baſilio Valentino deſcriptæ, ſuo modo ſubſtituenda, ita etiam de aliis præparationibus metallicis, hoc ipſum affirmandum. Obſervandum autem hic, duplices eſſe remediorum hujusmodi operandi rationes, dum quædam in propria & nativa operantur, quædam ex nova textura, quam cum aliis, ſub præparatione additis, conſtituunt, alienas novasque potentias acquirunt: qua ratione v.g. ☿ vivus aſſumtus, brevi innoxius transit, qui per ſublimationem acidis combinatus corroſivus ac venenoſus evadit. Sub his ergo metallorum præparationibus ut utilia medicamenta ex iis ſub ♁um vel ℞arum formâ eliciamus, quæ tamen ſubtiles ſaltem, & plus minus artificioſæ ac coloratæ ſolutiones erunt, opera danda, ut ita præparentur metallica corpora, quo textura eorum in minimis ita alteretur, ut quaſi nonnihil aperiatur, atq; ſubſtantia earum ♁ea quaſi extravertatur, quæ aliàs in concreto intimè clauſa delitescit: Rem totam ut exemplo intelligibilem reddam, conſideremus ☿ium vivum, hic per ſe ♄tatus, ♁ ſuum externum (de quo conf. Hipp. *Chym. Tachenii* c. 24.) extravertit, & hujus medio mutat texturam, ac ☤ rubicundus evadit, texturæ fixioris, virtutis diaphoreticæ, & hinc febrifugæ, utut in majori doſi, aut repetito uſu, etiam ſalivatorius ſit, iſtæ tamen virtutes in eodem vivo non deprehenduntur, attamen facile iterum reducibilis eſt in antiquum ☿ium vivum, in quo iſtud ♁ quaſi obrutum delitescit, & qui alias etiam proprietates obtinet: Vel, ſicut regulus ☿ii, cum acidis tractatus, dat ☿ium vitæ emeticum, cum alcalibus verò ſalibus fuſus, abit in ſubſtantiam, ſimilem ſcoriis reguli, quatenus in hac præparatione ſulphurea ejus ſubſtantia, mutato quaſi minimorum ſitu, extra poſita eſt, quæ in regulo aliàs intus quaſi delitescit, unde etiam ex hoc ipſo, ita præparato ♁e reguli ☿ii vulgo dicto, per reductionem idem regulus denuò acquiri poteſt, in quo ♁ iſtud denuò intus occludatur, ex quo tamen antea extraverſo, cum ♆ non inconcinna ℞a pro uſu Medico analeptico-diaphoretica fieri potuit, qualem ex regulo obtinere non poſſumus.

Digitized by Google

mus. Pro his ergo & ſimilibus elegantioribus metallorum præparationibus præliminaris corporis metallici in minutiores ſui particulas requiritur recluſio, ſive ſolutio: Actio, quæ duobus ſaltem fieri poteſt modis, per acida nempe, & per ☿ium, quibus & tertius, ſi placet, addi poteſt, tritus. Per acida fiunt ordinario ſolutiones ſive viâ ſiccâ, ſive humidâ. Via ſicca ſolvit metalla acidum ignis, fundendo, ſive liquefaciendo, it. acidum ſalium aut ♁is, ſub cæmentatione metallis additorum, item volatiliſatio, cum ſale Ammoniaco: Viâ verò humidâ ſolvunt liquores acidi non ſine ſtrepitu & effervescentiâ plus minus tàm minerales varii, quàm vegetabiles, illos inter ▽is & ℞ia primatum ducunt, hæc verò inter + eſt, quibus adde & menſtrua ex rore, & pluvia &c. parata, niſi & hæc ad acida mineralia ſuo modo referre velis, cum non, niſi ſub forma ſalis com̃. aut nitroſi operari ſoleant: ac perinde eſt, ſive immergantur metalla menſtruo, ſive hujus halitui & vapori ſaltem exponantur. Solutio hæc eſt ſaltem ſuperficialis totius in partes minutiſſimas corroſio, unde facilè etiam metalla ita corroſa, reduci poſſunt. Reductio hæc conſiſtit, in particularum acidarum menſtrui ſeparatione, ſive fiat per ſimplicem in igne excandeſcentiam, ſive per adjuncta ſimul ſalia alcalia, quæ inter eminet borrax Veneta, & hinc ſal tartari, quibus mediantibus propter acidi metallo adhærentis factam abſorptionem, metalla per fuſionem in crucibulo reducuntur. Vid. in ſpecie **Ercker** *in Aula ſubterranea pag* 164.

Mercurius ſolvit metalla amalgamando, eaque ſola, nulla alia mineralia, niſi ad metallorum naturam plus minus accedant, uti eſt v. gr. Regulus Antimonii: Ratio eſt, quod in radice cum illis conſpiret, cum & illa de principio Mercuriali, quale in Mercurio vivo, ſed jam inquinatum, abundat, participant, unde facilè hic illorum concretum ingredi, eaque penetrare, & in minima ſui diſcerpere valet, idque eò promtius ac facilius, quo plus de hoc ipſo participant, ut Sol, Luna, Saturnus, difficilius verò & tardius illa, quæ minus de eo participant, ut Venus, Mars, Jupiter: Venus quidem difficulter, Mars verò & Jupiter per ſe ob Mercurii paucitatem ſulphuris verò reſpectivam abundantiam & cruditatem, minimè cum Mercurio amalgamabilia ſunt. Hinc etiam calces metallorum, v. gr. Sol fulminans, Luna cornea, cum Mercurio difficillimè amalgamabilia exiſtunt, ob ſulphur acidum menſtruorum ſolventium pertinacius ipſis adhærens. Modum amalgamationis deſcribit Zvvelferus *Mantiſſ. Spag. pag.* 320. fundamentum verò oſtendit Becherus *Phyſ. ſubt. l.* 1. *pag.* 445. & *Suppl.* 2. *pag.* 111.

Metallorum hæcce per amalgamationem ſolutio, ſaltem in minimas ſui particulas diſcerpit metallum; nam poſt ☿ii ſeparationem ♄ ſive calx relicta, per ſe facilè in metallum reducibilis eſt: ſeparatio autem ☿ii optimè fit per ☽am, aaa blande deſtillando, & ita ☿um vivum denuò acquirendo. Conf. de hac ☿ii ara; etiam metalli poſt aaationem reductione **Ercker**/*p.*199 *loc.cit.* Alcalia ergò in metallurgi operantur, ſed acida, & ☿, niſi hunc ad ſolvens alcalinum non ineptè referre velis, qui, ut in metallo conſtituendo alcali vices reſpectu ♁is obit, ac ☿ vivus alcali metallici naturam repræſentat, ita ☿ vivus per illa, quæ alcalinæ naturæ ſunt, fortificari poteſt, ut potentius aaamando ſolvat, de quo vid. Becher. *Suppl.* 2. *p.* 111. In metallis verò jam ſolutione prævia in minima ſua redactis, alcalia, præſertim volatilia, non penitus inefficacia obſervantur, penetrando nempe intimius eorum texturam, & extravertendo nonnihil eorum ♁, unde non inconſulto ♅ cum ☾ urinæ ſociatus, à quibusdam, pro extractione Rarum metallicarum, præmiſſis prævis illorum calcinationibus ſive ſolutionibus adhibentur: Quin imò pertinet huc effatum Baſilii de ☉☽, dum inquit **Salmiac iſt nicht der geringſte Schlüſſel aufzuſchlieſſen die Metallen/darum er auch von den Alten einem flüchtigen Vogel verglichen wird. Er kan auch führen die Farbe und R der Mineralien und etlicher Metallen mit ſeinen geſchwinden Federn biß auf das Schnee-Gebürge.** V. Baſilii **Wiederholung des groſſen Steins** *pag.* 93. Sed obſervandum tamen ſimul, quod ſalia alcalia, eo ipſo, quo agunt in ♁a metallica, primariò inſerviant ad Mercurificationem metallorum, ſeu ad ☿ios corporum ex metallis parandos. Scilicet ſalia hæc ſunt reſuſcitativa dicta, v. gr. ☉ ☿i, ☐æ, ☽, +, & ſuo modo ſal comm. non quod ex metallis Mercurium reſuſcitent, eumque vivum ſiſtant, qui cum ſulphure concretum metalli antea conſtituerat, talis enim vivus ☿ metallis non ineſt, ſed quod agendo in acidum ♁is, hujus vim enervent, ita, ut coagulum metallicum talium additione & interpoſitione mollius, & hinc fluidius, tandem perfecti ☿ii vivi ſchema repræſentet. Ut rem, ſimili aliquo modo illuſtrem, parili nempe ratione atque lapides vitreſcibiles, aut ſilices, alcali additione in vitrum, facilè fuſile abeunt, quin etiam uberioris alcali additione p. d. liquores reddunt, ſaltim quatenus alcali enervat acidum lapidis, quod hinc latius dilatatum aut diffuſum, firmam talem coagulationem facere nequit, quin vel vitrum molle, vel etiam p. d. liquorem ſuggerat, ita etiam ſalia iſta ☿m ex metallis non ſeparant, ſed ex iis novâ texturæ mutatione faciunt: quod ipſum tamen in perfectis metallis, absq; ſimultanea ☿ii vivi additione

fieri

Digitized by Google

fieri nequit, propter intimiorem ♃is cum ☿io colliquationem, quasi & concentrationem, ad quam vix præterquam maximè homogeneum penetrare valet agens. Rarissimæ aliàs sunt aves hujusmodi ☿ii corporum à quibusdam propterea etiam inter non-entia relati, non tamen omnino negandi sunt, utut difficilioris acquisitionis. Proba ☿ii corporis metallici, qua à ☿io currente vulgi distinguitur, est hæc, quod talis ☿ corporum in volâ manus detentus, promtè cum quodam fervore ☉ injectum solvat, ita, ut ex calore & fervore, quo ☿ in istud solare corpus agit, vix in manu detineri queat. Deinde talis ☿ corporum in corpore humano nullam salivationem efficere ajunt, sicut solet facere ☿ vulgi. Sed, cum hæc ☿ificatio ferè instituatur eum in finem, ut Philosophici lapidis seu tincturæ Physicæ labori in viâ siccâ inserviant, de hâc verò nostri instituti non sit dicere, ob id de his materiis consulendus præ cæteris hoc in puncto perspicuus Becherus *Physic. subterr. lib.* 1. *& hujus suppl.* 2.

Istis duobus modis in minimas integri sui corporis particulas, nempe integrales rediguntur metalla, ultra quem effectum, an aliquid amplius præstet tritus, equidem haud adeò constat, utut ⊖ aëris universale, imprimis hic efficaciter concurrere, & corporis reclusionem efficere intimiorem asserat Langelottus *in Epist. præfixâ Experim. Tilemannianis*, de quo tamen uberior consulenda venit experientia.

AURUM.

Hoc ex accuratiorum Chymicorum scrutinio ex ♃e pauco, sed potente ☿io multo utroque depuratissimo, sale puro pauco invicem exceptis contextum dicitur. Variat, nec omnes ejus individua inter se conveniunt. Ungaricum præ cæteris hoc tempore est nobile. In Insula Madagascar mollius & instar Saturni facilè fusile, pallidius item atque quasi immaturius reperitur. Conf. Borrichius *Ortu & progressu pag.* 50. item Boyle *in Tentam. p.* 65. Usus ejus crudi vel minutissimâ sub formâ pulveris vel sub formâ potabili, mediante sui extinctione, non adeò insignis est, nec tanti ponderis, de quo jam supra monitum. Et præterea conf. Hoffm. *Clav. pag.* 200. Quoad præparatum verò in ejusdem ♃e seu tinctura vim cordialem, analepticam, morborũ præsertim acutorum panacæam, inesse Autores asserunt. Non deneganda est remediis solaribus egregia sua in morbis acutis efficientia, acris cujusvis insigniter correctiva &c. sed præparata ex sole remedia, eorumq; vires, accuratè prius perpendendæ sunt, adeoque in judicio de remediis ex sole tria probè observanda sunt.

1. An corpus ☉re magis vel minus reclusum sit, optimè enim Paracelsus pro auro potabili parado primum gradum statuit, ut fiat volat. nec amplius possit reduci.

2. Quale & quomodo adhibitum sit menstruum; pro ejus enim indole, & inde sæpius natâ apparenti saltem tinctura diversas facultates viresq; acquirunt solaria remedia.

3. Ipsorum menstruorum cum corpore auris conflideretur probè congressus, exque his nata nova textura & novum emergens concretum, subinde stipticum, interdum laxativum, unde etiam variæ novæque vires non præcisè solares originem suam nanciscuntur. Meretur hic considerationem effatum Verulamii *Tr. de Hist. vit. & mort. p.* 84. 85. dum inquit: *Existimamus, spiritus salis, per quos fit dissolutio, virtutem illam quæ reperitur, largiri potius, quam ipsum aurum.* Quodsi aperiri possit ☉ absque corrosivis aut per corrosiva, benè postea abluta, rem non inutilem fore arbitramur. Nam, ut rectè loquitur Poterius, *summa auri præparatio in dissolutione consistit, hæc verò procuranda est sine corrosivis, secus non medicamentum, sed venenum conficitur, at sunt corrosiva ea omnia quæ è salis spiritibus educuntur.*

Depuratur ☉ partim à sordibus superficialibus, partim ab imperfectis metallis, ipsi adhærentibus. Metalla quæ adhærere solent, sunt imprimis ☽, item ♀, ex quibus præsertim ♀ difficilioris separationis existit. Luna convenientissimè separatur aqu. fort. it. per aqu. reg., qua ratione etiam ♀ potest separari, hæc tamen specialius mediante Saturno elicitur, utraque, tam mediante antimonio, quàm mediante cementatione separatur. Per ▽m depuratur convenientissimè ☉ per repetitas ejus recentis affusiones & extractiones, hæc enim Lunam & Venerem saltim extrahit, aurum verò intactum relinquit: Calx relicta, probè edulcorata, ☉ purum existit. Conf. Erker *in Aula subterr. pag.* 158. Per ♈ depuratur ☉, quatenus hæc solum ☉ solvit, Lunam intactam relinquit. Solutio hæc cum purâ vitrioli in aqua commun. solutione præcipitata calcem auri purissimam optimèque tinctam suggerit. Conf. Erker *cit. loc. pagin.* 195. *&* 196. Sed convenit saltem, quando ☉ ☽æ permistus est; nam si etiam ♀ adsit, hæc ab ♈ simul solvitur.

Depuratur etiam sol cum Saturno, modo, quem docet Autor *p.* 366. nempe concretum Saturni Mercuriale imbibit omnia ignobilia metalla, & sic etiam Venerem, quatenus horum acidum isto ☿iali concreto saturatur, & ita absorbetur. Sed ☽m cum ☉e relinquit, hinc etiam est, quod ☉ purus cum ♄no tractatus, aut capellatus interdum pallidior factus fuerit. Nempe propter lunam, cujus sem-

per aliquantum in ♄ reperitur. Conf. Boyle *in Orig. Form. p.* 264. it. *in Tentam. pag.* 84.

Omnium optimus purificandi ☉ modus eſt cum ♂io: nam Saturnus ſaltem imperfecta metalla recipit, Lunam, in Sole relinquit, cementum ſubinde aurum impurum relinquit interdum etiam de eo aliquantulum abſumit. Solum ♂ eſt, quod tanquam lupus ratione ♎is ſui acidi quælibet cætera metalla rodit, & abſumit, ſolum ☉ optimè purificatum relinquit. Nempe poſt reguli Solis triplicem fuſionem, quam vid. in Autore *p.* 429. relictus regulus Solis, in igne fuſus, mediante follis flatu ab adhærente ♂io purificatur, & ita puriſſimum obtinetur. Confer. **Ercker** *in Aulâ ſubterr. pag.* 191. item 207. Reductionem metallorum cæterorum, præſertim Lunæ, poſt Solis cum ♂io fuſionem, vid. *cit. loc. pag.* 191. *&* 209. Quidam auro hoc modo depurando tertiam vel quartam ♀is partem addunt, eum in finem, ut ☉ hinc accipiatur elegantius tinctum, ♀ enim Soli addita colorem ejus rubicundiorẽ, & intenſiorem nonnihil facere ſolet, h. e. ☉ gradare. Conf. **Ercker** *pag.* 185. *&* 207.

Depuratio per cementationem fit ſaltem iſtis in caſibus, quando ☉ multum ſuperat reliqua metalla addita, nempe laminis ☉i, vel fruſtulis depurandis, adduntur ſalia quædam, cum farina laterum, & S. S. S. facto debito ignis gradu calcinantur; ſalia addita, Lunam, ac Venerem abſumunt, Solem intactum relinquunt. Farina laterum eum ſaltem in finem additur, ne metalla aurumve fluere poſſint, item ut inſerviat ſimul, pro cõmodo receptaculo metallorum ex ☉o ſeparandorum. Salia iſta, quaſi eſſentialia ſunt ſal commune & vitr. ad rubedinem calcinatum, quæ in omni cemento requiruntur. Addi etiam ſolet interdum ſal ammoniac. quod mirè cementationem promovet, & celerius abſolvi, ſed tum neceſſe eſt addatur ſimul nitr., ut coërceat nonnihil ſal. ammoniaci fugacitatem. Viride æs quibusdam etiam quandoque additur, quod, ubi paulo validius aut citius agendum eſt, convenit. Adeoque optima ingredientium proportio eſt, pro cemento reguli, recipiendo ſalis commun. vitrioli calc. ana part. j. Farinæ laterum part. ij. Miſc. Plus enim farinæ ſi additum fuerit, debilitantur ſalia, quo minus plus operari queant. Hiſce etiam quidam addere amant æs uſtum, hæmatitem, crocum ♂is, tutiam &c. eo fine ut graduetur ☉ pro elegantiore colore; ſed fruſtra hoc fit, aut enim parum vel nihil elegantiæ ſic auro accedit, vel ſuperficiale ſaltim eſt, quod ſic contrahit. Confer. **Ercker** *Aula ſubterran. pagin.* 177. 182. *& ſeqq.* Non autem de nihilo eſt auri colorem per cementa poſſe intendi, id quod experimentis non levis momenti oſtendit Morhof. *de Tranſmut. Met. pag.* 76. *&* 84. An verò mediantibus hujusmodi cementis aurum ſimul augeri poſſit, ut pondere notabiliter excreſcat, in medio relinquo, modum hujus rei, ſed adhuc dubium; vid. in **Ercker** *pag.* 207.

Calcinatio ſeu ſolutio auri, ſive fiat in viâ humidâ ſive in viâ ſiccâ, plurib. modis tentata fuit, nunc per menſtrua notiora, nunc per ſublimiora vel ſecretiora, ſemper tamen per acida, ita, ut à quibusdam pro non ente habeatur ſolis per alcalia ſolutio. Unde etiam cognitæ hactenus auri ſolutiones, corporis aur. impetuoſa corroſione, hincque nata effervescentia ac ſtrepitu peracta fuit, unde ſemper omni ſtudio ad menſtruum ſuaviter ac ſine ſtrepitu aur. ſolvens & quaſi liquefaciens intenti fuerunt Chymici. Hocque imprimis in ſpiritu mundi ſeu ſale univerſali in pluviâ, rore, item in tritu, alii per menſtrua ex mineris appropriatis, alii aliis mediis tentarunt.

Ordinarium menſtruum eſt nitr. & ſal; ſpiritus nitr. ſolvit aurum, ſed cum conſortio ſalis; vel communis vel armoniac. vel ſalis urinæ ſeu ſpir. urinæ. Solus ſpir. nitri, ſeu ▽ ☉ non attingit, ſicuti è contra ſalia quælibet, aut ſpirit. ſalis ☉ non ſolvit, ſine ſocietate nitri; nempe ☉ corporale, nam calcinatum antea, aut aliis modis præparatum prius ☉ ſpiritus ſalis ſolvere valet. Hinc ▽ ſi ejus ℥iij. vel jv. addatur ℥j. armoniaci, vel ſalis commun. vel ſpir. ſalis fit optima ▽♕, quæ aliàs ſimpliciter ex nitro addito ſale commun. deſtillando igne aperto parari ſolet. Alias ſpiritus nitri ⊖i com. affuſus, & hinc abſtractus, fit ▽♕ & loco ⊖ commun. perfectum ◐ relinquitur. Par ratio eſt, ſi ▽ bis ab æquali portione nitri abſtrahatur; nam & ſic in ▽♕ degenerat; vid. *Act. Hafn. Volum.* I. *pag.* 146. Ratio eſt, quia nitr. omne ſemper adjunctum habet aliquantum ⊖ commun. quod vocant den **Schalck** / hujus ⊖is ſpiritus ſimul elevati ratione, ex nitro hæc ▽♕ emergit. Pertinent nempe huc ⊖ia mirabilia Glauberi, quæ ſunt: ℞. ⊖ commun. ℔j. ſolv. in ▽ com. q. ſ. ſolutionem filtra, huic in retorta vitrea vel terrea optima affunde ſpir. vitrioli cum ſuo ℔ ℔j.; & ex arenâ gradatim, tandem fortiſſimo igne pelle, prodit primo ↝ inſipidum, tandem ſpirit. ⊖is optimus, quod in fundo remanet, in aqua com. ſolve, filtra, evapora ad cuticulam, & ad cryſtalliſationem in loco frigido repone, qui ferè in forma ⊖is nitroſi apparent. ⊖ hoc mirabile, quod figit & ſolvit, uſurpatur præcipuè ad ſolvendum ☉ ac alia ſubjecta ſulphurea, tàm in minerali, quam vegetabili, aut animali regno. Idem præſtat ↝

&

Digitized by Google

& ♁ ſulphuris, ſi loco ſpiritus vitrioli eodem pondere ſumatur. Si loco ſalis commun. ſumitur ☌ purificatum, & jam dicto modo tractatur, prodit ſpirit. nitri & quod remanet ♁ mirabile, ad medicamenta ex Luna paranda, utile. Obſervandum autem, quod ♁ illud prius mirabile, ulterius præparandum ſit pro auro ſolvendo. Nempe ſali huic in crucibulo fuſo injiciantur ſubinde carbones, quos diſſolvit, idque tamdiu, donec intenſè rubrum colorem acquirant, hinc demum injici ſolet aur. & promptè diſſolvetur. Solutio hæc viridiuſcula apparet, ſed ubi digitis adhæreſcit, maculam purpuream relinquit. Ex dictâ ſolutione beneficio Mercurii denuò haberi poteſt aur. ipſum. Quodſi dicta ſolutio præſertim adjecto ✱co deſtillatur, guttæ elegantes flaveſcentes per alembicum transeunt, quas putavit Glauberus eſſe ex ſole, ſuumq; ☉ potabile vocavit; quod falſum, ſunt enim ſaltem ſulphur carbonum. Ex dictis patet, quod oleum antimonii glaciale ſeu butyrum antimonii, ☉ corporale non ſolvat, quoniam ſaltem de ♁ is participat, benè autem ſpiritus nitri additione paratus ſpirit. nitri bezoardicus, qui promptè ☉ ſolvit, & menſtruum peracutum Boylei conſtituit. Perinde autem eſt, ſive in ſpiritus, ſeu ſui fluores redacta ſint ſalia, ſive eadem in aqua ſoluta auro addantur, ſolvunt etenim ſic ☉ in crocum purpureum, cujus deſcriptionem vid. in Zvvelfferi *Mantiſſ. Spag. p.* 319. Qui crocus ulterius in ſulphur ſolis, ſive aur. diaphoreticum poteſt redigi, ſi nempe ex hoc croco Zvvelferi mediante ſale armoniac. addito, ſed qui prius terna vice à ſale comm. fuit ſublimatus, ritè ſublimato poſt edulcorationem acquiritur pulvis coloris elegantis inſtar purpuræ, qui ulterius cum ſpir. vini tartariſato circulari, & ad tincturam ſolis exaltari poteſt. Eadem ſolutio auri melius adhuc in forma ſiccâ fieri poteſt, ſi nempe eâdem proportione ſalia iſta, cum auri foliis miſta, abſque aqua cucurbitæ imponantur, & optimè ſigillentur, lentoque igne per aliquot horas digerantur; ſic alumen bulliendo ſalia & auri folia ſolvit, & quaſi philoſophicè vaſe clauſo calcinat, materia fit quaſi aureo-lutea, quæ ſoluta cum aqua commun. præcipitatur cum ♁ tartari p. d. ſic crocus decidit, præmiſſa edulcoratione lento △ reverberandus, & ex hoc croco varia fieri poſſunt, cum corroſiva è ſalibus corpuſcula facilè ablui poſſint, quod in aqua reg. non æquè ſuccedit. Nam corroſivorum iſtorum menſtruorum particulæ tenaciſſimè adhærent calcibus ſolutis, indeque interdum non levem noxam iſtis conciliant. Ut autem ſalia ♈is corroſiva à calce ſolis ſeparentur, curioſus modus eſt hic:

℞. Pulvis auri per aqu. reg. in calcem redacti, &, quantum poſſibile, jam edulcoratus, & ipſi additur Mercurii dulcis ana, miſta probè ſublimantur mutuò; ſic enim Mercur. quamvis acrimoniam corroſivam in ſe recipit, ita, ut calx auri, inſtar lanuginis ſubtilis ac blandus remaneat, atque ſic longè cõmodius tinctura ex eo elici poſſit.

Præter hæc menſtrua corroſiva, mitiora alia elaborare ſategerunt Chymici; ex rore nempe, pluviâ, melle, manna, &c. ac ſanè, ex his ſubjectis præparari poſſunt menſtrua, aur. ſolventia; non enim ſaltem ros majalis auri folia immerſa ſucceſſivè diſſolvit, uti patet *in vellere auri* Beguini, *in Tyrocinio pag.* 408. ſed etiam ſimilem ſolutionem docet Borellus *Cent.* 1. *Obſervat.* 6. *pagin.* 12. ineſt enim his ipſis meteoris ſubſtantia ſalina ex textura nitroſa, ad naturam ſalis commun. accedens, plus minus de ſale univerſali aëreo participans, unde non impoſſibile, ex horum præparatis menſtruum ſolare acquirere, ſed non videtur hujusmodi ſolutio, adeò multum differens à communiter notis auri ſolutionibus, cum & ipſum aur. ſic ſaltem in minutiſſimas ſui particulas redigatur, ſaltem quod propter ſolventis ſubtilitatem, ſubtilior etiam & elegantior calx auri acquiratur. Conf. Morhof. *de Tranſmut. Met. pag.* 37. Ex eodem fundamento, nempe ex ſale naturæ univerſali, aurum ſolvente & penetrante, idque ſuaviter, procedit etiam tritus Langelotti, ſed quoniam effectus iſte, ſpeciatim ex ſale aëris derivatur, potius hujus per debitum magnetem ſive ſint alcalia ſive ☌ certo modo præparatum, ſive alia ex aëre extracta, & hinc ejus medio auri ſolutio inſtituenda erit, cum ſummo nempe laboris compendio: interim tentandus eſſet liquor iſte ex auri tritu prolectus, quid cum eodem & Mercurio vivo fieret, an ſcilicet corporale aur. exinde acquiri queat, an vero ☉ ita fluidum, cum ☿rio ſe comiſceret, revera enim magnum naturæ ſecretum eſt, ſine corroſivis, auri corpus habere fluidum. Exiſtimo itaque, quod talis tritus, potius prædiſponat ☉ ad concinniorem ex eo remediorum facilioremq; præparationem.

Præter dicta menſtrua etiam ex mineris quibusdam deſtillando prolecti ſpiritus ad auri ſolutiones adhibentur, qualis eſt ſpiritus Marcaſitæ ſolis, de quo V. Zvvelff. *Mantiſſ. Spag. p.* 331. ſic pariter ex menſtruo ex minera argenteâ, rubrâ, pellucidâ, elicito obtinetur liquor ☉ ſolvens, non ſecus ac ♁us mineræ argenteæ immaturæ, de quo vid. *M. A. N. C. A.* 4 *p.* 115. *&* 116. faciunt huc terræ quædam plus minus ☉res, ex quibus etiam prolecti ♁us vim ☉ ſolutivam ſubinde obtinere dicuntur, tali nempe menſtruo videtur

tur uti Mœglinus *in Præparatione auri potabilis Tr. vellus Aureum.* Præter dicta menſtrua, Autor etiã alia recenſet, ut ☾um ſalis, ☾um & ♌ ♄i, + alcaliſatum, ♅ alcaliſatum &c. ſed hæc ipſa ☉ non ſolent ſolvere, niſi prius recluſum ſit, adeoque hæc & ſimilia menſtrua, potius ad extractiones, quam integri corporis ſolutiones conveniunt. Diſſolutio auri cum menſtruo aqueo inſipido, rectè ceu vix poſſibilis ab Autore aſſeritur, ſaltem nondum tale obſervatum fuit. Adeptorum iſtud, in quo ſol ſuaviter liqueſcendo ſolvitur, quid & quale ſit, nemini præterquam ipſis ſolis notum eſt. Balſamum ſalis dulcem, quem Autor inſinuat pro auri ſolutione, hujus uberiorem explicationem vid. in Hoffmann. *Clav. pag.* 202.

Præcipitationes ſolutionum ſolarium fiunt vel medio, quod afficit menſtruum, vel quod afficit ☉m ſolutum. Menſtruum afficiunt quælibet ſalia menſtruo contraria, & cum menſtrua hæc ſint plus minus corroſiva, acida, etiam alcalia tàm fixa quàm volatilia ∓bunt ☉, quod etiam facere ſolet Saturn. cum ſolutio auri plumbeæ patinæ infuſa, ☉ dimittit, quatenus ♄m rodit. Par ferè ratio eſt, dum Glauberus *in Part.* 4. Teutſchlands Wohlfahrt / auri in ſpiritu ſalis ſolutionem cum laminâ ♃is præcipitat. Medium præcipitationis, quod ſolem ſolutum immediatè afficit, eſt Mercur. hic injectus auro ſe aſſociat, & idem ferè ſecum ad fundum rapit, hincque in auri ſoluti locum menſtruum ferè imprægnat. Poſt præcipitationem per alcalia factam emergit aur. fulminans ſeu ſclopetans, in quo tria conſideranda; 1. Menſtruum ſolvens, 2. Alcali præcipitans, 3. Paratum inde magiſterium fulminans.

Menſtruum ſolvens neceſſe eſt, ut participet de ſpiritu nitri & hinc de ſale volatili urinoſo; alterum ubi deficit, non acquiritur ☉ fulminans, hinc optimè ſuccedit negotium per ſpiritum nitri, vel ♅ cum ✱co imprægnatum. Item ſi ℞. ſpir. nitri, ipſique addatur aliquantulum ſalis volatilis urinæ, etiam obtinetur menſtruum huic rei aptum; Conf. Kunckel *Obſerv. lit. F. nu.* 1. è contra ſol cum ſpir. ſalis ſolutum & alcali tartari præcipitatum, non fulminat, defectu nempe nitri, ut obſervat Tachenius *Hipp. Chym. p.* 33. non ſecus ac aurum in ♅ ex ſpir. nitr. & ſpir. ſalis paratâ ſolutum, cum alcali tartari præcipitatum, non fulminat, ut obſervat Hoffmann, *Clav. pag.* 204. defectu nempe ſalis volatilis urinoſi: adeoque curioſa & notatu digna eſt præparatio auri fulminantis Eichſtadii, quam habet de confectione *Alkermes* §. 20. qui præparat ☉ fulminans mediante ſpiritu nitri, in quo nitr. quantum capere poteſt, ſolutum fuit, ſolutionem hanc præcipitat, cum lixivio ſalis tartari & acquirit ☉ fulminans, utut nihil ſalis volatilis vel armoniacalis acceſſerit, in quo ipſo revera contrariatur omnibus, præſertim Williſio *de Fermentat. pagin.* 77. qui neceſſario ⊖✱ ſimul requirit. Certum enim eſt, quod ſpir. nitri proprio ſale imprægnatus ☉ ſolvat, ſaltim fulmin's ratio, ex ſalis volatilis defectu, non adeò manifeſta eſt, niſi dicere velimus, in nitro ordinario reperiri ſimul de ſale commun. & ipſum nitr. ratione generationis ſuæ ex urinâ & ſtercorum animalium ⊖ volat. etiam in ſe continere, ita ut ex his in dicto menſtruo miſtura armoniacalis, licet occulta, reſulter.

Quoad præcipitans, requiruntur ſimplicia ſalia alcalia; aliis enim modis, Mercurio v. gr. aut Saturno præcipitatum aurum, non fulminat. Perinde autem eſt, ſeu ſal fixum, ſeu ſal volatile recipias. Sal fixum ſufficit, ubi jam in menſtruo ſal armoniacum, vel ſal quoddam volat. fuerit. ⊖ volat. requiritur, quando nullum tale in menſtruo præexiſtat: pro uſu medico præferenda eſt præcipitatio cum ſal volat. e. g. ſpir. aut urinæ.

Quod tandem ☉ fulminans attinet, conſideretur; 1. Ratio fulminis, 2. Ejus uſus tam Medicus quàm Pharmaceuticus. Fulmen quod attinet, hoc quidam derivare volunt ex ſulphure ☉, quod cum nitro ex menſtruo, per præcipitationem regenerato, inſtar pulveris pyrii per inflammationem aut deflagrationem fulminet. Sed hoc falſum eſt, non enim deflagrabile ſulphur in auro deprehenditur, quia fixum eſt. Præterea poſt fulminationem factam aur. integrum denuò deprehenditur, quod fieri non poſſet, ſi inflammationem paſſum fuiſſet. Eſt ergo fulmen hoc nihil aliud, quàm diſplo-ſio quædam, ex particularum ſalinarum à ſolari corpore, cui firmiſſimè adhærent, diſſociatione, & disgregatione nata, ita ut ☉ nihil conferat, præterquam quod ſubjectum ſit, cui tàm firmiter ſalia adhærere apta nata ſunt, & quorum mediante igne quaſi effervescentium ſubitanea ac violentâ diſſilitione, & ſonitus & impetus naſcuntur. Rem ita ſe habere, patet ex eo, quia aur. fulminans, ſæpiſſimè edulcoratum, & quantum poſſibile, à ſalibus ſeparatum vim fulminandi amittit; deinde, quod in præcipitatione ſal fixum copioſius paulo additum, etiam fulminationem impedit, figens ſcilicet nimis particulas acidas, eorumque motum impediens, quo minus cum volatilibus ſalinis particulis effervescere & diſplodi queant, reſtituitur tamen hoc modo perdita vis fulminandi cum irritatione ſpir. vini vel ammoniaci. Tandem hoc confirmant etiam acida,

quæ

Digitized by Google

quæ fulminatorium impetum cicurant, ſive viâ ſicca, ſive humidâ adhibeantur. Nempe auri fulminantis part. ij. & flor. ſulphuris pars j. ſi ſucceſſive ponantur in crucibulo, calx fulminandi vim amittit. fl. ſpiritus ſalis vim fulminatricem peſſundat, non ſecus, ac aurum fulminans, in acet. deſtill. coctum fulminationem amittit, quatenus nempe acida hæc ſalinarum præcipuè volatilium particularum texturam plus minus invertunt, & ita diſploſivum impetum impediunt. Interim notabile eſt, quod quidam referunt, quod aurum fulminans, ſi ignem ſuperius admoveas non ſclopetet, ſed leni & parvo ſtrepitu avolet, cum ignis infernè admotus aurum fundi faciat, ac bullula quaſi deſuper emergat, unde ſclopetatio. Par ferè eſt ratio pulveris ſclopetantis, qui fit ex nitri partibus iij. ſulphuris part. j. ſalis tartari part. iß. quæ pulveriſata miſceantur, & infra adjuncta igni fulmen edunt, quæ ſuperiùs admota igne leni ſibilo diſſiliunt. Maximus impetus ſub fulmine deorſum tendit, ſed non ſolum, quin potius in orbem diffundatur, teſte Williſio *de Fermentatione pagin.* 78. Ratio verò probabilis, propter quam impetus fulminis ferè deorſum fertur, videtur auri pondus & gravitas, cui juncta ſalia, ſub diſploſionis actu, magis deorſum quam ſurſum ferri videntur.

Aurum fulminans uſum habet alium laxandi, item diaphoreticum; minus exactè edulcoratum alvum ſtimulat, exactius verò edulcoratum diaphoreticum eſſe ſolet, pro uſu laxandi à gr. vj. ad x. propinatur, cujus effectum illuſtri exemplo declarat Rolfinc. *in Chym. in art. form. red.* hinc quidam gr. x. ☉ fulmin. cum ſ. q. Ellebori nigri extracti in pillulas redigunt, quod egregiè contumaciſſimam alvum ſolvit. Obſervatur interdum aurum fulmin. vomitus excitare, ſed hoc fit per accidens, ſi nempe non benè depuratum eſt à Venere, pertinaciter aliàs auro adhærente. Recipiendum ergò potius eſt aurum purum Saturno vel aqu. fort. & poſtmodum antimonio purgatum, hoc in aqu. reg. ſolutum, ♉tandum eſt cum ♒ci & probè edulcorandum, cujus gr. v. ad vij. porrigi poſſunt adulto. Liquor à ♉tato reſiduus dat egregium nitrum poſt aliqualem evaporationem aliis uſibus proficuum, & quod in motu ardenter febricitantium, aut anginâ, vel pleuritide correptorum diſſolutum eſt egregium. Infantibus tàm lactantibus, quàm ablactandis, libenter propinare aurum fulm. hoc ſoleo, præſertim imminente epilepſia.

Dum lactantur adhuc infantes, & ſunt adhuc teneriores, gr. j. vix transcendo, & quod leniter operatur, impeditum à grumo lactis in ſtomacho. Dum verò ſunt robuſtiores paulo, etiam ad gr. ij. commodè adſcendi poteſt. Contra febres diuturnas, v.g. quartanam, commodè etiam uſurpatur, ad gr. v. vel vj. unà cum aliis ante paroxyſmum propinando.

Inſervit hoc ☉ fulm. etiam aliis exinde parandis remediis; ſic enim ex eo paratur ☉ diaph. Poterii *cujus deſcriptionem V. in Append. ad Pharm. Spag.* Inſervit etiam ℞ Solis inde parandæ mediante ſpir. & ſal volatili C.C. ac ♅, qui modus fuit uſitatus Angelo Salæ, cujus *Proceſſus* vid. *de ☉ potabili pag.* 226. Inſervit etiam parandis exinde per detonationem floribus, & ex his parandæ ℞: optimus modus eſt, ſi in vaſe argenteo ſuo tubulo à latere inſtructo ☉ fulm. ad gr. ij. ſucceſſivè injiciatur, hoc enim cum ſtrepitu valido ♒cum conſcendit, ejusque parietibus ſub ♃is ſubtiliſſimi & purpurei ſpecie adhæreſcit, à ſalibus, per exploſionem liberatum. Flores iſti cum ♅ cum ſale volatili urinæ acuato, elegantem ☉Ram ſuggerunt. Alius modus parandi hos flores, per deflagrationem, cum ♅ vid. *in Beguini Tyroc. Chym. pag.* 356. ex quibus floribus cum Ra ♀i extrahi poteſt elegans Ra relinquens corpus album, in ☉ irreducibile. Alium modum per ☽ulam cupream, parandi flores ☉is ex hoc ☉ fulm. v. ap. Glaub. *Part.* 2. *furn. Philoſoph. cap.* 26.

In calcinatione vaporoſa, quam Autor deſcribit ex Paracelſo, qui hoc modo ☿ & ♃☉i parat, genuina videtur epicriſis Hofm. *Clav. p.* 204. crocum iſtum ex ☉o effloreſcentem, potius eſſe ♀is filium, quàm ☉ prolem.

Calcinatio amalgamatoria, & diverſi ejus modi, ab Autore conſignati, non ſunt rejiciendi, cum fiat per menſtruum ſolari corpori admodum homogeneum, ipſique amicum, & inſervit calx Solis hoc modo parata aliis remediis parandis. Amalgama tale ☉re, elegante perſe♉tari poteſt, in ♃em rubicundum, quem vid. *in* Zvvelf. *Mantiſſ. Spag. pag.* 321. idem amalgama per exhalationem à ☿io liberatum, & cum ♃e aliquoties calcinatum, dat crocum ☉i admodum elegantem, quem vid. *in* Zvvelf. *cit. loc. pag.* 320. hunc crocum Solis ulterius Baſilius extrahit cum ſpir. ſalis per ♅ dulcificatum, & h. e. quod facta menſtrui abſtractione **den Purpur-Mantel** appellat. Obſervandum autem eſt, quod pro feliciori uſu Medico crebri° ☉ aamandum ſit, ut in eò ſubtiliorem redigatur ♃m, ad imitationem nempe modi deſcripti in proceſſibus *de ☉ Pot. Sale. p.* 284. Facit huc elegans crocus auri, ex ejus amalgamat. reſtitans, poſtquam ☿ per ♅ denuò fuerit ſeparatus, ac deſcribitur *in Tumba Semiramitis cap.* 3.

Quoad calcinationem cementatoriam, hæc cum ♃e & auro crudo ſimpliciter non procedit, benè autem poteſt procurari hic labor, ex auro primitus calcinato, uti docet

hunc modum Zvvelfer. *Mantiſſ.Spag.p.*320. quoad cementationem cum ſale com. quatenus ☉ à ~ ſalis adjecti ſolvitur in ſubtilem ☿em; vid. in Ang. Sal. *Chryſologiâ pag.*225.

Aurum cum cornu cervi ultò frustra tentatur, benè autem ſubtiles auri laminæ cum C. C. recenti in taleolas inciſo, aut ejus raſura, faciendo S.S.S. in pulverem purpureum, in Medicina admodum proficuum redigi poteſt. Nempe ſi in pyxide quaſi cementatoriâ fiat primò ſtratum raſuræ cornu cervi, cui imponatur lamella tenuis auri, & ſic pergatur, usque ad ſummitatem vaſis, quod exactè clauſum primò igne blando arenæ, ſucceſſivè magis magisque intendendo tractetur, dein eximatur, ſimpliciter teratur, iterum calcinetur, donec colorem eleganter purpureum acquirat. Etenim perfecta auri calcinatio dici nequit, non enim à ſalibus volatilibus & urinoſis crudum aurum ſolvi poteſt, ſaltem ſalia acido-urinoſa volatilia C. C. ſe inſinuant in auri poros, idq; eò facilius, quo tenuiores ſunt lamellæ, & penetrando leviter iſtud facilè, cum reliquo corpore C. C. miſcibile reddunt. Interim C. C. hoc ſolare uſum habet non contemnendum in dyſenteriâ præſertim epidemicâ, febribus malignis, cum fluxibus alvi & ſimilibus. Auro nempe ita nonnihil alterato, promptiſſimè abſorbente acida iſta ac corroſiva fermenta, unde dicti affectus oriuntur.

Volatiliſatio auri, h.e. minutiſſimarum ejusdem particularum mediante menſtruo acriori per ♁am vel ☿ cum ♌tio variis modis fieri poteſt: præ cæteris ~ ♎ bezoardic⁹ hic efficax eſt, qui ☉ ſecum rapit per ♁am, ut in formâ cryſtallorum rubicundor. hinc inde in ♁a adhæreat. Conf. Boyl. *de Orig. Form. pag.* 260. it. Hofm. *Clav. p.*206. ſic Helmont. *Tr. Progymnaſma meteori* §.6. etiam ☉ in formam ♋i pumicei per ♁am ♌are docet. Curioſus etiam eſt labor, quo ☉ peculiari menſtruo ſolutum in corpus rubini inſtar, ſive ☉ transparens, per ♁am ſublimatur v. *M.A.N.C. A.*6. *app. p.*94. Facit huc, quod refert Boyl. *in Chym. Scept. tom.*2. *p.*4. quod nempe regulo ♃ in ſtellato cum ☉o miſto ♌ari poſſit mediante ♎o butyrum ♃iale, quo ipſo ſimul magna pars auri rapiatur per retortam. Sed omnes hæ volatiliſationes crudam auri calcem, integrum nempe corpus in minutiſſima ſui corpuſcula redactum, adhuc continent.

Auri ſoluti in minima ſua corpuſcula genuina extractio dat eſſentiam, ſeu tincturam Solis, quæ aurum potabile ordinariò dicitur. Sed genuinam & rigoroſam talem tincturam ſive ſulphuris ſolis extractionem, videre hactenus non contigit apud ullum vel ſcriptorem, vel Chymiatrum; adeoque quæ hactenus hoc nomine venerunt, ſunt ſaltem ſubtiliores & elegantiores plus minus auri ſolutiones, & exaltationes, non verò extractiones. Cauſa difficultatis genuinæ auri tincturæ eſt, quod ad negotium hoc requiratur deſtructio ipſius Solis corporis, quod tamen facilius eſt conſtruere, quam deſtruere, omnibus ſublimioribus hoc atteſtantibus Chymicis; nam ſulphure Solis ſeu ſubſtantia tingente extractâ, auri corpus integrum eſſe nequit: nam quod deſtructione ſulphuris metallorum interni & externi ex Helmontio plures aſſerunt, hactenus à pauciſſimis intellectum, à nullo realiter demonſtratum fuit. Jam verò cum ex cæteris ignobilioribus metallis hactenus nullo artificio ſulphur tingens extrahi potuit, quid de auro putandum erit, omnium concentratiſſimo? Ad hæc, Ræ ſolares omnes ſolent eſſe rubicundæ admodum; rubedo autem omnis concentrata flavedo eſt; quantum ergò auri in ſe flavi pro concentratione ſui in rubicundam tincturam requireretur, quæ tamen adeò facilis & copiosè vulgò acquiritur? Ad hæc omnes illæ, quæ per menſtrua corroſiva fiunt, ſuſpectæ ſunt ex eo, quod menſtrua talia ex parte tenaciſſimè auro adhæreant, & vix ullâ arte ſeparabiles ſint, &, ſi ſeparantur tandem, ut in auro fulminante poſt ſui detonationem fit, nil, niſi integri auris pulvis reſtitat, ulterius diſſolvendus & extrahendus: atque ad hoc alia, quàm hactenus nota requiruntur menſtrua, vel inſipida, vel talia, quæ ſuaviter aurum colliquefaciunt, qualia tamen raritate cum ipſo phœnice certant. Conſiderandum porrò & hoc pauciſſimum ſulphur eſſe in Sole, Mercurio integram corporis molem conſtituente. Dubitare ergò meritò quispiam poſſit, an aurum integrum, exactè volatiliſatum, & adeò in corpus irreducibile, ſed ſummè penetrabile redactum, quale eſt illud Beccheri *Phyſ. Subt. pag* 481. non idem præſtare poſſit, aut etiam amplius quid certis in caſibus, quàm nudum ejus ſulphur, cum ex Mercuriali principio parata remedia, vi correctiva vitioſorum corporis ſaporum ſint appropriatiſſima, ut ex Mercurio vulgi notum eſt. Tincturæ ergò ſolis hactenus cognitæ & originem ſuam & efficaciam Medicam habent vel ex menſtruis variis, ſub multiplici præparatione adhibitis, & hinc variam tincturam & effectum Medicum obtinentibus, vel ex horum cum auri calce, ſeu croco certâ & novâ texturâ, indeque novis acquiſitis qualitatibus, ſive ſub ſolutione, ſive ſub ♒one, & repetitâ ſolutione ſeu exaltatione, textura iſta emergat; parili nempe ratione, atque Luna, in aqua forti ſoluta, prout diverſimodè ♒tatur etiam diverſas qualitates & vires acquirit. Conf. Bech. *Phyſ. Subt. l.*1. *pag.*401. ut plurimum etiam Ræ ejusmodi non tam poſitivè, quàm privativè acida morboſa ſubtilia ac acutiſſima figendo & potenter

potenter corrigendo operantur. Forſan etiam ratione corporis quaſi aperti, & ſulphuris plus minus extraverſi, vim anodynam, & confortativam exerunt, utut hæc operandi ratio, admodum intricata ſit. Unde hyperbolicæ iſtæ laudes, & præſentanei effectus, Ris hujusmodi tributæ, non prius admittantur, quam morbi, ejusque cauſarum exacta ratio, ipſius præparationis, & inde nati remedii accurata conſideratio, & omnium concurrentium circumſtantiarum circumſpecta trutinatio ſit inſtituta. Facillimè decipitur, qui facilè credit. Nec ſatisfacit ad genuinæ tincturæ Solis legitimationem, tàm relicti corporis, quàm ipſius tincturæ irreducibilitas; nam, utut hoc omninò requiratur tamen integrum auri corpus, ita vel attenuari & volatiliſari, vel per menſtruorum adhæſiones ita mutari poteſt, ut modis hactenus cognitis reduci nequeat, interim tamen integrum auri corpus permaneat. Conf. Becherus *Phyſ. Subterran. libr.* 1. *pagin.* 480. Non ſecus ac Luna cornea, olim reduci tota non potuit, quæ tamen per artificium à **Kunckel** monſtratum *Obſervat. P.* 1. *lit. g. num.* 5. hodiè omnis reduci poteſt. Patet ex his etiam, quid de Luna fixa ſeu corpore poſt auri ſolutiones vel extractiones reſiduo albo, ſed fixo ponderoſo, & aqu. fort. reſiſtenti, adeò, ut nil, niſi tinctura ſeu flavedo ſolis deficiat, habendum ſit, nempe non pauci pro non-ente & fallaciâ ſaltem Chymica habent, dum corpus Solis ita appareat, quia quædam ſalia tàm intimè ſe cum eo conjungunt, ut etiam fuſionem patiantur, quæ ſi poſtea cum Antimonio vel Marte auferantur, rurſus ſplendeſcit ☉: id quod patet ulterius, quod iſtæ tincturæ ita paratæ, dent ☉ per reductionem, quod non feciſſet ſolum ♃ Solis extractum: & ☉ poſt recuperatum ſplendorem levius reperiri ſolet, quia abſceſſerunt ſalia: Conf. etiam Bech. *Phyſ. Subt. l.* 1. *pag.* 485. Equidem urinoſum eſt, quod Hauptmannus *in ſuo Scripto Colliſivo* contra Detertingium præter modò dictam Lunam fixam, ordinariò ſic dictam, ex corpore auri extracto reſiduam, adhuc alius Lunæ fixæ naturalis ex mineris quibusdam parabilis mentionem facit *pag.* 81. quæ ipſa primitus aurum fuerit, ſed cujus tinctura ſucceſſivè denuò exhalavit, reſtitante ſaltem corpore albo fixo: ſed non immerito quis ſuſpicari poſſit, probas non exactè adeò forſan fuiſſe inſtitutas, cum in hac arte, ex mineris eliciendi metalla, plures defectus adhuc obſerventur, quæ impediant, quo minus exactè adeò metalla ex iis haberi queant.

Præterea etiam Lunam fixam ex Luna vulgari arte paratam, à Venere poſtmodum in ☉ tingendam inſinuat *pag.* 17. ſed cum occultavit parandi modum, de hoc certi quid determinari non poterit. Ex quibus etiam patet, quanti pretii ſit Solis anima, quam elicere geſtiunt quidam, & quæ vel argentum vel ℥ium in ☉ tingat. Sanè, ſi aliam præter lapidem Philoſophorum tingentem ſubſtantiam ſive animam ex Sole elicere geſtiunt, hi ab homogeneâ, & firmiſſimâ auri texturâ omninò deluduntur, quicquid etiam dicat Morhof. *Transmut. p.* 70. 74. Nam hiſtoria, quam ibidem refert, potius vim tingentem in ♀ fuiſſe, oſtendit copioſior Lunæ transmutatio, quàm ipſum ☉ fuerit, cui animam extraxiſſe putabant. Huic parallelam hiſtoriam vid. in Becheri *Phyſ. Subt. l.* 1. *pag.* 161. adeoque ſub genuinæ tincturæ Solis defectu, ſaltim elegantiores auri ſolutiones, & ſubtiliſationes pro uſu Medico, ſubinde non inefficaces, comparere ſtudeamus. Ad has pertinent etiam iſtæ, quas habet Autor, & quarum epicriſin vid. *in Hofm. Clav.*

Tinctura No 1. Color potiùs eſt à menſtruo, quod tamen ſubtiliores Solis particulas imbibit, quàm à Sole. Ad hæc eadem extracta potiùs aſſervanda, quàm deſtillanda; de Sole enim cum hoc menſtruo nihil per retortam, vel cucurbitam prodit.

No. 2. Notabile eſt, quod ℞ ☉res cum ~ ſalis paratæ aliquot guttarum doſi aſſumtæ, omnia excrementa alvi, nigerrimo tingere ſoleant colore. Aliàs liquorem Solis cum ſpiritu ſalis ejusque hyperbolicas laudes, vid. in Glauberi *Part.* 2. *pag.* 20.

No. 4. Obſervandum, quod non omne butyrum ♁ii, aut inde paratus ~ ⊕i philoſophicus aurum ſolvere ſolet; ſi enim cum ☿≏o vulgari præparetur butyrum ♁ii, neque hoc, neq; exinde paratus ~ ⊕i philoſophicus ☉ ullo modo ſolvunt; ſi vero ☿ viv. ſolvas in ſpir. nitri, hunc præcipites, cum ⊖ comm. q. ſ. & exinde abſtrahendo menſtruum, ita intendas △m, ut acquiras ſublimatum cryſtallinum, hinc ☿≏ pro præparatione butyri ♁ii uſurpatus, dat butyrum, quod ſolvit ☉, uti etiam exinde paratus ~ ⊕i Philoſophicus.

No. 6. Si ritè procedatur per repetitas cohobationes, ☉ cum ſpiritu nitri ex parte transire ſolet; conf. Hofm. *Clav. pag.* 206.

No. 7. Miror, propter quem finem ♃ ♄i tàm crebro adhibeatur, ad tincturarum Solis extractiones, cum revera hoc ſit ex aceto, parum vel nihil de Saturno participans.

No. 8. Meliorationem proceſſus hujus cum ſpir. ſalis, & inde non inelegantem Ram, vid. in Zvvelf. *Mantiſſ. Spag. pag.* 322.

No. 11. Sanè manna, præſertim cum ſpiritu roris juncta, ſuggerit menſtruum ac ſal volatile, quod mannæ Mercurium vocant, pro extrahendis mineralium tincturis egregia. Non elegans eſt hic auri tinctus liquor, ſeu aurum potabile, cum mannæ ſpiritu.

Digitized by Google

℞. Mannæ rec. q. ſ. v. g. ℔ij. impone cucurbitæ vitreæ & lento igne ex arena deſtilla, prodibit ſpiritus cum oleo junctus. Oleum ſepara per tritorium à ſpiritu, ſpiritum deſtillatum denuò immitte in retortam parvam, & igne lento cinerum prolice ſpiritum, & ſi videas aliquot guttas ſupernatare olei, ſepara, & tandem tertiâ vice pone in retortam, iterumque lento igne deſtilla. Jam porro

℞. ☉ *limati partem* j.
☿*ii vivi p.* ij.

fac amalgama, quod effundatur in aquam calidam, & hinc per corium trajiciatur, Mercurii remanente amalgamate in corio inſtar coaguli; jam

℞. *Hujus amalgamatis part.* j.
Flor. ♃ *p.* iij.

ſimul commixta impone crucibulo ad ignem lentum, continuò agitando ſpatulâ ligneâ, ne ſulphur accendatur. Deinde, quando obſervas ſulphur totaliter abiiſſe, augeas ignem, ita, ut ☉ igniatur, ignitum ſtet per mediam horam, invenies tuum aurum, quod nonnihil intumuerit.

℞. *Hujus* ☉ *part.* j.
Sp. Mannæ part. iij.

impone ſimul in phiola in cineres calidos per viij. dies, quibus elapſis videbis ſpiritum rubicundum, quem per inclinationem decanta, aliumque affunde, ſtet per alios viij. dies, iterum ſeparetur, & hic labor toties repetatur, donec aurum album inſtar Lunæ in fundo exiſtat. Liquores tincti abſtrahantur per cucurbitam ad conſiſtentiam debitam.

No. 12. Conf. hic tartaro-maſtix Moraviæ Joh. Ferd. Heerdot. qui *Part. 2. pag.* 257. ex ♈ & ſale tartari volatili invicem junctis, adeoque per Valentini Mercurium vini, item ad imitationem Raimundi Lullii nobilem tincturam Solis præparat, ubi per Lunariam intelligit Vinum. Poteſt etiam pro majore dilucidatione ſimul conferri Brentzius in *Farragine Philoſophorum pagin.* 13. item ejus Hand-Griffe Lullii, ubi hujus tincturæ præparatio etiam clarè oſtenditur.

Dum Autor in nota ad hoc aurum potabile ſublimationis cum χco mentionem facit, conf. Hofm. *Clav. p.* 313. ubi habetur elegans enchiriſis ad ſublimandum crocum ☉is.

No. 13. Decantatiſſimæ hujus tincturæ multæ proſtant, ut ſic dicam, deſcriptiones, magis tamen genuina hæc Autoris videtur. Defenſionem hujus auri potabilis Londinenſis vid. in Borrichii *Herm. Sap. pag.* 290. B. D. Mich. ita parare ſolebat hoc ☉ pot. Londinenſe: ☉ ſolv. in ♈ cum χco facta, ſolutio per ♑am abſtrahitur, & cohobatur toties, (obſervando, & ſeorſim colligendo ultimas guttas intensè tinctas, & admodum graves) donec omne aurum in forma ℔i craſſi rubri cum ♈ prolectum fuerit, quod intensè tinctum obſervatur; nam & collo, ac ſummitati ♑æ adhærere obſervatur ℔ ruberrimum, quod tamen ſimul, atque poſt ſeparationem vaſorum aëre adſpiratur, colorem flavum nanciſcitur. Liquor iſte ruber, blando calore inſpiſſatur, quod remanet, cum Fl. ♃ aliquoties reverberatur, ſeu candeſcit es wird ausgeglühet/ ſic auri corpus habetur priſtinum, ſed admodum molle. Huic auri calci affunditur ℔ ♄i rubrum vel flavum, ponuntur invicem in digeſtionem, donec hâc aliquandiu continuatâ ℞a perfecta elicita fuerit.

No. 18. Conf. propter quasdam enchiriſes, Sala *de* ☉ *potabili p.* 277. it. Hofm. *Clav. p.* 214.

No. 20. Autor hujus præparationis eſt Mynſicht. *Theſauro pag.* 4.

Tincturæ Solis, cum oleis deſtillatis vid. in Mynſichto *pag.* 7. de quibus genuina eſt Autoris cenſura. Pertinet huc balſamum Solis ex oleis inſtar balſam. ſulphuris, de quo Zvvelf. *Mantiſſ. Spag. pag.* 330.

Salificatio ☉ eſt nulla, utut per corpora & menſtrua ſalina addita, in corpus ſaliforme, ☉ poſſit redigi.

Mercurificatio auri eſt perquam difficilis, præparationem tamen Mercurii Solis non inelegantem vid. *in Theatr. Chymici Tom.* 2. *pag.* 137. Sanè, quod detur Mercurius Solis, confirmat Pater Tremellius, Comiti Montecuculi *à Conſiliis ſacris*, qui affirmavit Herbenio, vidiſſe ſe ſuis oculis inſtrumentum, cujus beneficio ex Sole, currentem Mercurium ſerè in inſtanti elicuerit. Inventor hujus fuit Græcus: Ait idem Pater, quodſi nimis violenter tractetur inſtrumentum, atque nimio motu incaleſcat, ſtatim reverberari in pulverem. Sic Eduardus Kellæus in auro fuſo foramen, usque ad centrum molis fecit, in quo pulverem album incluſit, idque vaſe fictili adaptavit, & circumfuſo ♈ igni admovit, ex calefacta mole, omne ferè ☉ in Mercurium currentem fuit converſum.

De tincturis & extractionibus Solis qui plura cupit, adeat Tilemannum ejusque proceſſus circa Solis extractiones, item Angelum Salam *in Chryſologia*, item *de Auro potabili:* item *Commentarium in novum Lumen Chymic.* Sendevogii *pagin.* 452. & 453. *Volum.* 6. *Theatr. Chym.* item *pag.* 460. item Tackius *Tractat. de Conſanguinitate Auri, Sacchari, & ♈*, utut Kunckel *in Obſervat. Part.* 2. *pag.* 127. Aurum potabile, cum ſaccharo paratum, non auri, ſed ſacchari tincturam eſſe rectè aſſerit. Aurum potabile, cum ſpiritu roris in Borelli *Centur.* 1. *Obſervat.* 6. cum ſpiritu nivis, in Barthol. *Centur.* 3. *ep. pag.* 256.

ARGENTUM.

LUnam poſt Solem perfectiſſima, ob ſulphuris figentis, minus tamen quàm in Sole copioſi, potentiam, & ☿ii, depuratiſſimi in

Digitized by Google

in copiosâ terrâ salinâ perfectam & exactam commistionem. Mineræ, ex quibus eruitur, sunt multiplices, ad quas etiam pertinent, minera ☽æ rudis rubra, seu, ut vocant, **roth gülden Ertz**/ it. minera dicta **Glaß-Ertz**. Nam **roth gülden Ertz** est minera copioso arsenico juncta, de quo vid. Zvvelf. *Mantiss. Spag. p.* 332. sicuti idem per mechanicam potest probari; si enim recipiãtur lapidis seu magnetis arsenicalis part. ij. & ☽æ pars j. & invicem fusionis △e comiscentur, **so wird ein recht gölden Ertz daraus.** Minera verò **Glaß-Ertz** dicta, constat, uti hoc mechanica docet, ex ♄e & ☽a, ex ☽a enim ♄e & pauco ☋ comm. fusis, **wird ein recht natürlich Glaß-Ertz.**

Luna in mineris suis, etiam aliis ignobilioribus metallicis juncta est; nam uti rara est ☽a, quæ non etiam aliquid ☉is contineat, ita ordinariè cum ☿e juncta est, excepto **dem gewachsenen härichten Silber**; hoc enim purum est, uti per experientiam edoctus, mihi asseruit supremus mineratum præfectus Freybergæ, qui simul observavit, quod gr. vij. ad x. hujusmodi ☽æ, mirum sit & optimum remedium in partu difficili, ♃is formâ propinatum. Arte possumus imitari hujusmodi argentum pilosum. Nempe solvatur ☽ in ▽, coaguletur ad consistentiam, ☋is hoc forti △e admotum, in pilos tenues excrescere incipit. Propter hocce cum ☿e commercium, dependet diversitas operationis, remediorum ☽arium; nam ea, quæ multum adhuc ☿is participat, subinde insignes vomitus movere solet. Conf. Boyle *Tentam. p.* 83. cum è contra ex ☽â pura remedia laxativa admodum debilia esse soleant, ut observavit Ludovici *Phar. p.* 229. adeoque vis laxativa aut vomitoria ☽æ, à ☿e primariò dependet, id quod etiam confirmat calx & ☽a potabilis, quæ à ☿e separata, absque evacuatione, simplici alteratione operatur. Conf. **Kunckel** *Obs. part.* 1. *lit. g. n.* 6. & *part.* 2. *p.* 13. Ergo ex ☽â saltem remedia alterantia habemus, eaq; omnium consensu cephalica, melanchoiicis, maniacis, memoriæ defectum patientibus & similibus dicata, utut eorum immediata operatio ultra primas vias non videatur extendi.

Ut ad usum Medicum adhibeatur, ante omnia purificanda venit, quæ propriè consistit in separatione ab ignobilioribus metallis, speciatim ☿e, à quâ difficillimè separatur. ♄ multum hic equidem potest, sed necesse est, ut quintuplum vel sextuplum ejus pro ☽â purificandâ recipiatur, interim tamen non sufficit, quin imò ♄, dum interdum ☿eus est, cum ☽â cupellatus, ☿em denuò ☽æ affricat. Ergo ☽a per fusionem cum ☉o & Borrâce depuranda venit, modo, quem primus docuit **Kunckel** *Obs. lit. g. n.* 4, sin vero ☽ cum ♂e & ♃ commista sit, optimè ♁io vel ☉o depuratur: nam ♂ cum ♄ non bene liquatur, ab ♁ii vero addito ♁ acido exceditur, ♃ vero statim abit in scorias, quæ cum sint crassiores, cupellam, vel cineritium non ingrediuntur, & præterea de ☋e & ☽â subinde simul deprædantur. Hic ergo cum addito ☉o deflagrando consumitur.

Calcinatione imersivâ, seu solutione mediante, in calcem redigitur ☽a; menstruum appropriatum est ▽ vel ~☉, emergit exinde solutio amarissima, quod idem de ☽ cum ~♁is tractata observat Helmont. Tr. ignota actio regiminis §. 11. Curiosum, tamen est, quod ▽ à Regulo ♁ii ♂ali abstracta, ☽m amplius non solvat, conf. *Acta Med. Hafn. Vol.* 2. *p.* 189. ex solutione hâc per evaporationem blandam crystalli, per ▽nem verò cum sale, aut ejus ~☽ cornea habetur. Crystalli pro usu interno suggerunt pilulas purgantes, pro usu externo lapidem infernalem, seu optimum causticum potentiale. Crystalli pro usu interno, vel solitarii, cum pane subacti, & in pilulas redacti, sunt optimum purgans hydropicum, mirè laudatur à Boyle in suis scriptis & parantur saltem ex ☽â ♄no purgata, quarum descriptionem succinctam vid. in Hamel *de aff. corp. p.* 395. quodsi solutioni huic ante evaporationem debitam quantitatem ☿ii addas, acquiruntur post evaporationem crystalli, magis efficaces & minus nauseosi; conf. Glaub. *Oper. part.* 2. *p.* 53. ex his crystallis cum ☉ super carbones candentes injectis, flores ☽res parare docet Glauberus *loc. cit.* sed parum de ☽â participantes, hæc enim maximam partem à ☉o, per carbones alcalisato reducitur: ex iisdem crystallis cum ~*ci ac ▽ Ram parare docet ☽rem *loc. cit.* Glauberus.

Quoad lapidem infernalem, genuina ejus præparatio est hæc:

℞. *Lunæ Limat.* ℥ij.
▽ *duplum vel triplum.*

Solutio in cucurbita abstrahatur in ∴, ad medietatem seu donec Luna in formâ ☋is remaneat. Hoc ipsum mittatur in crucibulum amplum, quia substantia hæc saliformis in principio ebulliendo se inflat, imponatur + igni blando, donec ebullitiones cessaverint. Hinc augmentetur ignis, ut materia instar olei in fundo crucibuli fluat, quæ infundatur **in einem warmen Einguß**/ & materia instar lapidis reperietur indurata. Lapis hic, quantitate pisi non solum optimus est pro parandis fonticulis, sed etiam carnem superfluam luxuriantem simplici attactu mortificat. Omnis iste effectus ab acido ▽is cum ☽â concentrato originem ducit. Unde idem fieri possit cum ♂e vel ☿e iisdem mediis, sed lapides caustici ex his

parati facillimè in ♎e per d. diffluunt. Ad hanc Lunæ in aqu. fort. ſolutionem pertinet etiam quartatio, ſeu ☉is impuri, ac Lunæ plus minus permiſti ab hâc ſeparatione, ita quidem, ut hujusmodi ☉is pars j. ☽æ part. iij. invicem colliquefactæ uniatur, hinc iis aqu. fort. affundatur, quæ ☽m abſorbendo & ſolvendo, ☉m in formâ ☤is nigri dimittere ſolet: ratio proportionis eſt, quia ſi plus ☉is ſumatur, v.g. ſi tripla proportione ☉ ☽æ ſit commiſtus, tunc talem miſturam aqu. fort. non attingit, unde ad minimum quadrupla proportio requiritur. ▽ ergo omnem ☽m in ſe continet, quæ decantetur: Liquori decantato immittatur lamina ☿, quam immediatè rodit ▽, ita, ut ☽ ſoluta exinde circa lamellas ♆tetur. Quodſi huic ſolutioni cupri immittatur bacillus ferreus, ☿ ſe ♆tabit & Mars diſſolvitur, hæc Martis ſolutio ♆tari poteſt per zincum, vel lapid. calaminarem, & tandem, ſi inſtilletur ☉i fixi liquor vel ♌ ♀i p. d. hoc ♆bit omnia mineralia. Quodſi ſuperſtes hic liquor blandè evaporet, recuperabitur perfectum ☉, ex quo novam ▽ deſtillare poterunt. Solutio hæc cum ▽ ſi ♆tetur cum ♎ comm. vel ♒ ♎is, cadit ☤ ☽æ ſolutæ, & vocatur propter conſiſtentiam tenacem, facilem tamen fuſibilitatem, & aliqualem volatilitatem ☽a cornea. Eadem ♆tio etiam cum ♌ ☉i fieri poteſt, ſed parata inde ☽a cornea minus tenacioris eſt conſiſtentiæ: curioſum eſt, ſimplex iſta ♆ione, fixum ☽æ corpus ad talem volatilitatem eſſe redactum, ut etiam in proximo ſit gradu ad ☿ificationem; vid. Becher. *Phyſ. ſubt. part.* 2. *p.* 115. Hæc ipſa ☽a cornea cum ♒ quovis urinoſo dat eſſ. ſeu Ram ☽arem non inconcinnam. Propter ſui autem volatilitatem admodum difficulter reducibilis eſt, ♎ ♀i hic nil valet, ſed ♄ teſte Tachenio *Hipp. Chym. p.* 46. interim tamen nec hoc ſine damno fit, genuina ergo reductio eſt iſta, quæ fit ſuperinjecto ſevo vel ♌ olivarum, autore Kunckel *Obſ. Lit. g. n.* 5.

Ad calcinationem amalgamatoriam pertinet ſuo modo arbor Philoſophorum dicta.

℞. *Lunæ capellatæ* ℥ß.
▽ ℥j.
Solvantur: hinc
℞. ☿*i viv.* ℥j.
▽ ℥ij.
Solvantur.

Miſceantur hæ ſolutiones, quo facto ſuperadde:

☿*ii viv.* ℥iij.
▽ *font.* ℥viß.

indantur omnia in vitrum oblongum, & reponantur in locum moderatæ temperiei. Aliàs curioſa eſt generatio ☽æ cum ♃e, de quâ vid. Balduinus Tr. hujus nominis, it. Kunckel *Obſ. p.* 9. ſed hæc ad calcinationem cæmentatoriam pertinet.

Quod ☽a cum ☿♎ tractata, quaſi reſinam relinquat, illuſtrat ulterius Boyle *in Orig. Form. p.* 222. cum hâc ratione etiam inflammabilis reddatur, imò, ☽a à quâ ſæpius ☿ ſublimatus fuit, inſtar ceræ fluxilis fieri ſolet.

Calcinatio cæmentatoria cum ♃e etiam absque ♎e fieri poteſt, ſecundùm modum nempe Poterii; aperitur enim ſic corpus ☽æ nonnihil, ut uſui Medico fiat aptior:

℞. ☽ *cupellata* p. j.
♃*is triti* p. ij.

ex ☽â in bracteolas redactâ fiat cum ♃ S. S. S. in crucibulo, atque tum △i ſuppoſito crucibulo deflagrat ♃, acida tamen ejus ♎ia ☽æ plus minus adhærere ſolent. Repetitur hæc operatio bis vel ter, donec ☽ perfectè ſit calcinata. Ex Lunâ, hoc modo calcinata, non ſaltem concinna tinctura ſeu Luna ſuo modo potabilis per ♒ urinoſos poteſt parari, ſed etiam Lunæ ita calcinatæ affundantur ▽æ cephalicæ, & exinde habebitur remedium pro capitis affectibus profectò egregium. Poteſt poſtmodum edulcorari cum ſyrupis appropriatis, & de parata hinc miſtura cochlear unum vel alterum propinari, pro circumſtantiarum ratione; conf. Hofm. *Clav. p.* 218. 219. Retulit ſanè ſæpius D. Michaëlis Virum, eſſe magnæ æſtimationis, qui hujus ▽æ beneficio priſtino memoriæ vigori ſe reſtituerit. Eadem aqua pota ſimul alvum laxare ſolet, vi nempe aliqualis ☿ei contagii.

Tinctura Lunæ genuina non datur, ſed quæ vulgò hoc nomine veniunt, ſunt ſaltem, ſimplices plus minus ſubtiles Lunæ ſolutiones, ſiquidem ex iisdem non ſaltem Luna omnis reducibilis denuò eſt, ſed etiam omnes tincturæ cœruleæ, revera ſaltem ſuppoſititiæ ſunt, cum Lunæ intimus color, revera ſubrubicundus ſit, ſeu **dunckelroth**. Ergo quælibet vulgares Lunæ tincturæ cœruleæ, hunc colorem habent à ☿e, Lunæ permiſta, unde, non ſolum ad extractionem earum ♎ volat. oleoſum ſimul accipitur, quod cum ☿e ſemper cœruleum ſeu ſapphirinum colorem dat, ſed etiam ſi tali tincturæ cœruleæ, dicto modo paratæ, affundatur ſpiritus vitrioli mutatur color cœruleus in viridem, cum particulæ cupreæ, ab acido arreptæ, quaſi vitriol. quoddam conſtituant. Ergo etiam quælibet Autoris tincturæ, cum cœruleæ ſint, parvi pretii erunt. Communis præparationum ratio ferè in his duobus conſiſtit, quod Luna primò acidis præſertim calcinatione cæmentatoria cum ſulphure tractari ſoleat, hinc ſpir. urinoſus volatilis, urinæ, ♎*ci, C. C. &c. vel ſolitarius, vel ♅ maritatus,

pro

Digitized by Go

pro tincturæ extractione adhibeatur. Unde, quantum acidi Lunæ adhuc adhæreſcit, tantum etiam de hâc Lunâ, ab iſto ſpir. volat. urinoſo, ratione acidi abſorbetur, & hæc eſt Luna, ſeu tinctura ejus potabilis. Quodſi vero Luna pura adhibeatur, & ab omni contagio ♀eo ritè depurata, nullus talis cœruleus color emergere ſolet. Sufficiat ergo pro Luna potabili, ceu remedium ☽re, in formâ liquida, illud, quod deſcribit **Kunckel** *Obſ. part.* 1. *lit. g n.* 6. & quod fit ex Lunâ puriſſimâ, cum ♃e cæmentatâ, & hinc ☋*ci in formam liquidam redacta, quæ ita, pro uſu cephalico convenienter admodum uſurpari poteſt, ſicuti abſtracto menſtruo ⊡oſo, remanet corpus ⊖iforme, ex quo ſpir. Lunarem deſtillare docet id. *Obſ. part.* 2. *p.* 13. ſicut aliàs Luna in ☋ ☽i ſoluta, hinc in vitriol. coagulata, & ♆ imbibita, ex parte deſtillabilis evadit. Pertinet huc pro remedio Lunari in formâ ſiccâ **Graf Woldemars Narren-Pulver/weil er ſeinen närriſchen Trompeter damit curiret hat.** ℞. Lunam puram, ſolve in ▽ ☲ta cum ▽ ⊖ſa, edulcora optimè, extrahe calcem cum ☋*ci, qui ubi ſaturatus fuerit, denuò abſtrahe, corpus remanens extrahe aliquoties cum ſpir. vini. quo denuò abſtracto, remanet ♄ griſeus.

Pertinet huc etiam Lunæ ſublimatio, eaque duplici medio, partim mediante regulo ♁ii, partim *co. Primo modo:

℞. *Lunæ puræ* ℥iij.
Reg. ♁*ii* ℥iij.- iv.

Fundantur, pulveriſentur, & ♎mentur, horis 12. ſecundùm artem, ita tota Luna cum ♁ii reg. abit in flores, cujus doſis eſt gr. iv. ad ix. in epilepſiâ, philtris & ſimilibus. Cum *co vero fit Lunæ ſublimatio, ſecundùm methodum, quam docet Zvvelf. *Mant. Spag. pag.* 333. quo etiam facit liquor Glauberi, qui fit ex Luna in aqua forti ſoluta, & cum ☋ *ci præcipitatâ, habetur ſic pulv. & ex hoc p. d. liquor elegans, qui vid. in ejusdem *Proſperitate German. Part.* 4. *p.* 69.

Ad prædictàs Lunæ præcipitationes pertinet etiam labor, quo Luna in ſulph. ac cinnabarim redigi poteſt:

℞. Lunæ finæ laminatæ, & cum *co pulveriſatæ in cucurbita in S. S. S. redactæ, & quater præcipitatæ remanentiam, quæ edulcorata, inſtar alius cujusdam ſulphuris penitus deflagrat, Lunare hoc corpus ita alteratum, cum Mercurio vero probè terendo, miſtum & ſublimatum, dat cinnabarim: obſervandum tamen, quod cum Luna prius calcinata felicius ſuccedat negotium, quàm cum Luna ſimpliciter laminatâ.

Quoad ⊖ificationem Lunarem, & ſimiles in Autore proceſſus, conf. Hofm. *Clavem.* Quoad Mercurium Lunæ, præ aliis notandus venit proceſſus Beguini, quem habet in ſuo *Zyrocinio p.* 307. & quem magni æſtimat Becherus *Phyſ. ſubt. lib.* 1. *pag.* 459.

FERRUM.

HOc vulgatiſſimum eſt metallorum, utpote cujus univerſalis eſt diffuſio per univerſæ ſaltem terræ ſuperficiem, à polo, ad polum, ſiquidem omnis limus ac lutum, terraque pinguis Martem vel actualem vel potentialem, h. e. ab aliis agentibus, præſertim acidis, plus minus ſolutum, & in vitriolicam naturam redactum, contineat; unde & Belgæ ex ceſpitibus ſuis bituminoſis ♀m & Martem nonnunquam eruunt: & latures cocti, Martiali croceo colore infecti obſervantur: unde etiam lateres quidam cocti inveniuntur, qui æquè ac Mars vim magneticam directricem concipere ſolent: & ſa è terræ illa verticitas, ſeu ſitus magneticus polaris, quo in fluido æthereo fluctuans, æqualem tamen & æquabilem inſtar magnetis ad polos verticitatem obtinet & conſervat, probaliter hinc dependere videtur. Hanc ipſam quoque Martis, ſubſtantiæque Martialis univerſalitatem, comprobat ulterius experimentum Becheri *ſuppl.* 1. *pag.* 37. 51. de quo ſupra.

Conſtat Mars primariò copioſâ terrâ, quaſi alcalinâ ſeu principio ſalino: ſulphure forti ſeu potenti, & admodum acido, ſed pauco; & Mercurio ſeu fluido alcalino volatili, adhuc pauciori. Ex his ſequitur difficultas, ſeu durities, reſiſtens fluxui, ejusque in igne reſiſtentia, ob terræ copiam, malleabilitas difficilis, color fuſcus, difficillima amalgamato, ob Mercurii defectum, ob ſulphuris vero iſtius paucitatem, indeque debitæ miſtionis defectum, aliqua mixti apparens ſaltem heterogeneitas, fricabilitas, durities, & per ignem alteratio, ac incenſio. Nam, & limatura Martis in ipſo per candelam accenſam tranſitu igneſcit, & ipſæ ſcintillæ, ex chalybe per ſilicis attritum excuſſæ, per microſcopium conſideratæ, globuli Martis vitrificati, ab intenſo calore & incenſione eſſe ſolent, quibus ſæpe aliæ chalybis partes, nondum fuſæ, adhæreſcunt. Conf Hock. *in Micrograph. p.* 45. & ex eo Hamel *in aff. corporum p.* 77. & 174. Ab eodem ſulphure, ejusdem nempe aciditate, eſt facillima Martis, à quovis humido ♀eo in crocum ſeu rubiginem eroſio, quatenus, debito ſocio alcalino ſeu Mercuriali non ſaturatum, facilè medio aqueo ſolutum, datâ ſic occaſione, propriam terram arrodit, eamque in crocum commutat. Conf. Tachen. *Clav. cap.* 8. *p.* 175.

Eſt aliàs ♃ ♂is acidum maximæ apud omnes Chymicos æſtimationis, cum omnes affirment, nullum metallum reperiri, nec ullum minerale, cujus ♃ potentius, & ♃i ☉ri vicinius, adeoque univerſalius ſit, quàm hoc ♂is, unde hoc ♃e ☉is embryonato ☿io vel vivum vel corporum animare geſtiunt, pro ☿io Philoſophico præparando, tanquam ſubjecto lapidis in viâ ſiccâ.

Conſpirant mutuò ferrum & chalybs, perfectius ſaltem hoc eſt gradualiter, dum acidum ♂is aliquali ſubſtantiâ ☿iali nonnihil ſaturatum, adeoque quaſi perfectius miſtum, tenacius & firmius evadit: fit hoc per alcalia inprimis, v. g. raſuram cornuum animalium, carbones, præſertim ligni fagini, urina humana &c. quatenus horum alcali plus minus vol. dicto modo ſeu principio Mercuriali analogum Martem alterat; conf. Wedel. *Pharm. pag.* 55. quoad nempe modum chalybem parandi. E contra unctuoſa, v. g. ſi chalybs △itus cerâ, ♁, ſevo inungatur, Mart. molliorem reddunt; ipſa aqua com. aliquantum de alicali participans duriorem Martem reddere ſolet. Quodſi verò chalybs iſtis pinguibus emollitus iterum igni aliquoties tradatur, & in aqua extinguatur, cataphractis, quæ ictibus ſclopetariis reſiſtunt, conficiendis aptiſſimus judicatur. It. ſi fiat maſſa ex ☿ & ♁ olivarum, inque hoc involvatur ♂ & ponatur ſub carbonibus, usque dum △ totaliter accendatur, Mars poſtea extrahatur, & à paſta ſeparetur, adeò erit mollefactus, ut inſtar Lunæ tractabilis ſit. Econtra ſi fiat aqu. deſtillata ex vermibus ♍bus, & rad. raphani, & in his mixtis extinguatur ♂ mirabilem duritiem acquirit. Idem artificium ex ferro parandi chalybem, ſed minus perfectè per △em clauſum fieri poteſt; conf. Bech. *Phyſ. ſubt. l.* 1. *p.* 510.

Quoad uſum Martialium, eſt ille abſorbere acida primarum viarum vitioſa, ac præternaturalia, quarum occaſione, non ſaltem negotium digeſtionis primæ, hujusque perfectionis turbatur, ſed etiam ab illo ipſo partes nerveæ ac membranoſæ, in iſtis locis malè affectæ, fibras contrahunt, unde omnia tenſa, adeoque quaſi infarcta & obſtructa videntur, à quo ipſo etiam ſanguinis turgeſcentia menſtrua impediatur: iſtis autem acidis abſorptis, & remittit tenſio fibrarum, ceſſat ſtrictura pororum, redit menſtruorum fluxus, unde talibus in caſibus ♂ ex effectu aperire dicitur. Hic enim per ſe texturæ ♍eæ ratione, ab acidis quibuslibet, ſaporem & vim adſtrictoriam acquirit, adeò, ut revera per ſe ſemper adſtringat, per accidens vero aperiat, idque nempe ex falſa hypotheſi, quaſi obſtructiones tot morborum ſint cauſæ. Aliquoties ſane obſervavi, idem Martiale remedium nunc ſiſtere menſes, quod alia occaſione eosdem provocat. Conf. Tach. *Hipp. Chym. c.* 28. & *in d. cap.* 8. Per ſe ergo ♂ vel extra corpus acidis, imprægnatus, ſeu intra corpus acidis fermentis imprægnatus, adſtringit, vomitus & alvi fluxus quosvis, etiam dyſenterias curat, unde lac chalybeatum veteribus non inconſulto contra dyſenterias laudatum fuit, it. quasvis hæmorrhagias, tàm inteſtinorum, quàm menſium, veſicæ, narium &c. hinc ſcorbuticorum hæmorrhagias, præ aliis atroces, Martialia ſiſtunt, acre illud, quod vaſa rodit, abſorbendo, & corrigendo. Gonorrhœas item, fluores muliebres &c. ſupprimit. Per accidens verò, optimo tamen ſucceſſu, ſuccurrit malo hypochondriaco, ſcorbuto, cachexiis, ictero, menſibus, aut deficientibus, aut inordinatis, affectibus ſpaſmodicis, v. g. ſuffocationi hypochondriacæ, paræſi, hydropi & ſimilibus, ex cruditate primarum viarum acidâ natis chronicis malis, quo etiam febres quartanæ inprimis pertinent. Et confirmant hoc acidulæ, vi Martiali inprimis proficuæ. Sed probè obſervandum eſt, ut hoc fiat cum cautione, cum in morbis chronicis, cum ſcirrho viſcerum junctis, periculum ſit, ac magis noceat ♂, ſcirrhum contumaciorem reddendo, quàm proſit, ut rectè Tachen. *in Cl. p.* 181. monet.

Ex dictis patet, ſuo modo verum eſſe, quod dicit Tachenius, perinde eſſe, quocunque modo ♂ præparetur, quia per ſe adſtringat, per accidens aperiat. Pro concinniori tamen praxi proficuum videtur nonnullam præparationis habere rationem. Nam quo minus ſaturatur Mars acidis extra corpus, eo magis ſuo modo aperitivus eſt intra corpus; quò verò magis imprægnatur acidis, præſertim ☉oſis, *intimè* cum penetrantibus, it. quò magis textura ejus nonnihil invertitur, & in ſubſtantiam quaſi terream mutatur, eò magis in priori quidem caſu, ſaporem & texturam ſtipticam acquirit, in poſteriori verò ab acidis abſorptis, in aluminis quaſi naturam degenerando, fortem vim adſtrictoriam acquirit.

Ex plurimis ergo Martialibus remediis ſufficiant nobis in praxi, 1. quidem pro ſcopo aperiendi, ut vocant, in formâ liquidâ in robuſtioribus, ſeu valido ſtomacho præditis, & potentiori acido donatis, liquor Martis ſolaris, à gutt. xv-xx. uſurpatus, in debilioribus vero ſolutio Martis cum ſucco pomorum, ad præcavendam ſitim, mediocriter inſpiſſata à gutt. xx. ad xxx. uſurpata. Medio in caſu ſit tinctura vitrioli Martis Zwelf. quam deſcribit *Manſiſſ. Spag. p.* 337. vel hujus loco tinctura Martis vitriolata Ludovici, quæ vid. in M. A. N. C.

Digitized by Google

N.C. *A.* 3. *p.* 454. aut saltem cum duplo ♀i probè teritur, & cum s. q. aquæ simpl. in loco calido facta solutio Martis paratur, dos. gutt. 30.-40.

In formâ verò solidâ pro scopo alterandi seu aperiendi, sit in robustioribus limatura Martis crudè pulverisata, in debilioribus verò ☉ Martis compositum, ex iisdem ingredientibus, quibus tinctura Zvvelf. paratum, saltim ☿is attracti evaporatione ad consistentiam pulveris redacti dos. gr. 15. ad ℈j. vel hujus loco paratur pulv. cachecticus Cnœfelii, ex limatura Mart. cum ☉e ♀i in aceto soluto irrorata, & repetitis vicibus ita ad pulveris formam redacta; conf. M.A.N.C. *A.* 6. *app. p.* 111. aut saltem simpliciter fiat crocus Martis aperitivus ex vitriol. Martis per simplicem ad rubedinem calcinationem facto; vid. *cit. loc. p.* 105. dos. ℈ß. gr. xv.

2. Pro scopo adstrictivo fit in formâ quidem siccâ terra vitrioli Martis dulcis, post vitrioli Martis destillationem & exactam edulcorationem restitans, aut hujus loco crocus Martis per præcipitationem, cum lixivio ☉is ♀i ex vitriolo Martis paratus dos. ℈ß. gr. xv.

In formâ verò liquidâ fit tinctura Martis adstringens, quam malè tincturam ♃is vitrioli vocant, & paratur ex prædicta terrâ vitrioli Martis, vel croco Martis præcipitato, in spir. nitri soluto, seu quod melius in spir. nitr. à ☉ com. abstracto soluto; posterior enim hic spir. ad naturam aqu. reg. accedens, potentius adoritur & penetrat Martem, tanquam subjectum solare, quàm spir. nitri simpl. aut aqu. fortis. Solutio hæc filtrata abstrahitur per retortam, ad consistentiam pultis spissioris, cui affundatur spir. vini rectificatus, & obtinebitur post debitam digestionem elegans tinctura stiptica, dos. gutt. xx. usque ad xxx. usurpanda.

Hæc ipsa facilè ostendunt, fundamentum medicamentorū Martialium quorumvis, quæ sunt saltem solutiones plus minus subtiles, quas non faciunt alcalia, tàm fixa quà volatilia, sed acida. Nam licet Mars cum lixivio ☉is ♀i, vel ☉ absinthii irroratus, tandem fatiscat in crocum, quem vocant crocum Martis aperitivum cum salibus, tamen non videtur, quod alcali agat in Martem, sed potius ☿ alcali diluens, actuando acidum Martis, Martem in crocum seu rubiginem redigit. Deinde dubito, an hic crocus multum prosit in Medicina. Nam, dum acidum Martis proprium rodit corpus, alcali sociatum, isti se jungit, & ita ex alcali, acido, & corpore terreo Martis, fit calx terrea salsa, quasi magisterium quoddam, non adeò in primis vis solubile, vel alterabile. Quodsi Martis limaturæ affundatur alcali volat. spir. nempe ☉ ☽ci, Mars cum alcali quidem turgescit, & quasi fermentando attollitur, & in calcem cinereo-flavescentem redigitur, sed idem de hoc atque priori videtur judicandum. Hinc etiam ☿ ceu alcalinum subjectum non agit in Martem, sed superficiale est amalgama Borrichii, quod prostat *Vol.* 1. *Act. Hafn. p.* 148. & observatio ista ☿ii, agentis in Martem, ulteriorem sui considerationem meretur. Quo modo tamen ex Marte & Mercurio adjecto tantum vitriolo cœruleo & aceto acerrimo fieri queat genuinum amalgama, docet Poterius *Pharm. Spag.* ubi de ☿io.

Utut autem in via sicca nullam actionem alcalia edant in Martem, dubium tamen est, an non in viâ siccâ, accedente ignis motu penetrare, & plus minus solvere possint. Sunt enim, qui ☉ ♀i, cum ♆ calcinatum, & ita acuatum, cum Marte, vel crudo, vel prius in calcem redacto, calcinando subigunt, unde alcali acerrimum, & ferè igneum, ♃e Martis quasi ánimatum acquirere volunt. Facit huc tinctura ♃is vitrioli quorundam, qui vitriolo Martis affundunt liquorem silicum Glauberi: incoquunt forti igne, ut fluat massa, mixturam hanc ponunt in cellam, irrorando paucâ aquâ, ut ita aliquali deliquio fiat instar pultis, materiæ postmodum inspissatæ superfundunt ♈ optimum, digerunt in ℳB. per 8. vel 10. dies extrahuntque tincturam, quam filtrant, & aliquali menstrui abstractione exaltant: saporis est haud ingrati, magnarum virium participans de ♃e Martis anodyno.

Aliàs ordinario modo acidis saltem tractari solet, unde emergunt concreta vitriolica tam propriè, quàm impropriè dicta: propriè, si cum ♃ aut spir. vitrioli tractetur Mars impropriè, si aliis acidis in concretum quasi vitriolicum redigatur. Acida hæc, quibus Mars pro usu Medico præparatur, sunt vel internum vel externa. Internum; dum v. g. facili humoris attactu in rubiginem abit, vel quando Mars crebrius in aqua extinguitur, unde aquæ ferratæ non incongrui usus pro pauperibus, oriuntur. Acidum enim Martis, acido ignis adventitio acuatum, aquâ plus minus solutum, proprium corpus rodit, & arrosas vitriolicas particulas ex parte in aquâ extinctionis relinquit. Spectat huc, dum quidam aquam cotis recipiunt, quo acuuntur enses, & chalybem in eâ multoties extinguunt, quæ pauperibus, lienis tumore correptis egregiè succurrit. Pertinet huc modus Poterii, parandi crocum Mart. quem habet *Pharm. Spag. pag.* 169. dum limaturam Martis subtilissimam, aquâ comm. irroratam diebus canicularibus solis radiis ex-

Digitized by Google

ponit, hocque aliquoties repetit, unde mira Martis incalescentia, & facilis ejus intra paucos dies in crocum conversio. Nec abludit modus Panarolli *Pentecost.* 5. *obs.* 32. qui limaturam Martis irrorat cum succo cichorii, unde successivè in ☉e fervente abit in crocum, ex quo cum ☿ ℞ extrahitur.

Acido vero externo præparatur Mars vel in viâ siccâ, vel in viâ humidâ.

In viâ siccâ, se offert 1. acidum ignis, dum Mars diutius igne tractatus in crocum redigitur, estque primus modus in Autore consignatus. Perinde enim videtur, sive spiritus lignorum acido ♂ solvatur, & solutio intensiore calore in crocum siccum redigatur, seu ipsæ lamellæ aut bacilli ferrei, diu igni expositi, in crocum abeant. Deinde cum sulphure, ejusque acido, per pinguedinis deflagrationem separato, Mars in crocum vertitur, idque duplici modo, vel calcinatione fusoriâ, ab Autor No. 2. descripta, vel calcinatione cæmentatoria, in Autore No. 3. Fusoriâ istâ calcinatione crocus Martis aperitivus, quibusdam in specie crocus Martis saccharinus dictus, præparatur ab Autore, sed non adeo concinna videtur hæc præparatio, propter rationes à Glaubero *Operum P. II. p.* 57. adductas, dum crocum sic paratum in tale concretum abire asserit, quod nullo acido, ne spiritu nitri quidem aut aqu. fort. solvi possit, quia vitrescunt quasi particulæ Martis.

Calcinatione cæmentatoria verò acquiritur genuinum Martis vitriol. nempe laminas Martis cæmenta cum sulph. pulverisati 2plo, △ paulatim adhibito, donec sulph. accensum fit. Materia exemta pulverisata calcinetur iterum per se sine motu, ne nimis cito avolet sulph. sic enim pinguedine sulphuris absumtâ, acidum ejus intimius penetrat ♂. Jam

℞. *Martis hujus calcinat.* ℔j.
♃ ʒiß.

Misce exactè, ac calcina iterum per horæ quadrantem, quem laborem repete quinquies & pluries, & semper in aqua calida extingue, aqua ista coquitur ad apparentiam cuticulæ, & sic in cellâ concrescunt crystalli virides vitriolacei, adeoque genuinum Martis vitriol. in viâ siccâ. Præparatur etiam Mars in viâ siccâ cum acido salis comm. vel quod perinde cum acido ⊖ *ci, dum Mars pulverisatus, cum ana vel 2plo ⊖*ci sublimatur in elegantes flores croceos, & remanet simul ☿, de quo infra. Pertinet huc, quando Mars tractatur cum ☿♎, nempe si

℞. *Scoriæ Reg. Martis sine* ⊖*ibus* paratæ, & misceantur
♏, partes æquales.

Hinc destillentur per retortam igne fortissimo, unde ☿io vivo redeunte, acidum salis comm. ex ♏o arctissimè adhæret Marti, partim in formâ butyri transit, partim cum eo in ☿ remanet, quod ratione adjuncti acidi, sed nondum sufficienter saturati, facilè per d. fluit ac solvitur. In viâ siccâ etiam tractatur Mars cum acido ☉i, detonando nempe secundum rationem, quam describit Zvvelf. *Mant. Spag. pag.* 337. sub nomine croci Martis cachectici. Notabile est in præparatione, quod ☉ fluens, Marte sufficienter saturatum, tandem incendatur ac detonetur, sicque in perfectum alcali abeat, pulvere rubro Martiali, minimè cachectico, seu aperitivo, sed potius inerti, aut saltem adstrictivo, cum aqua comm. ab alcali separando. Observabile tamen est, quod in hâc deflagratione, & detonatione fl. Martis & nitri simul adscendunt, quos si poteris colligere, elegans habebis remedium, quod fieri poterit, si in retorta tubulata operationem institueris.

Præparatur etiam Mars acidis externis in viâ humidâ, eundem solvendo vel per immersionem, vel per evaporationem vel illinitionem. Per solutionem immersivam, quælibet acida Martem corrodere solent, uti sunt quælibet vegetabilium succi acidi, quo etiam pertinet extractum Martis, seu magisterium Martis liquidum Mynsichti, mediante succo acetosæ, ac pulpa tamarindorum paratum; it. succus cydoniorum, pomorum Borsdorffianorum &c. it. vinum suo modo solvit Martem, unde vina extinctionis Martis, qualia referuntur ab Autore, sub nomine tincturarum Martis n. j. sufficiant, seu simpliciter limatura Martis candefacta in vino Rhenano aliquoties extinguatur, donec sufficienter imprægnetur, vel ad imitationem Prævotii,

℞. *Lim.* ♂*is* ʒvj.
Vini ℔ij.

Macerentur per 24. hor. in loco calido, colatura bulliat ac despumetur in vitro, evaporet ad formam extracti, cujus dosis est ʒß. it. + quocunque modo applicatum solvit Martem, ex quâ solutione inspissatâ, cum ☿ essentia, seu tinctura parari potest, quam vid. in Autore de ℞is n. 2. Cum tartaro etiam, ratione ejus acidi, Mars commodè solvitur, v. g.

℞. *Lim.* ♂ ℔j.
☿ *alb.* ℔iij.
▽ *comm.* ℔xij.

Ebulliant per horas 12. affundendo semper ▽ rec. quantum evaporaverit, crebriusque movendo filtretur liquor niger, & evaporetur pro lubitu, v. g. ad consistentiam syrupi. Imò, spir. ⊕is genuinus aceti privignus etiam Martem solvit in tinctu-ram, circa quam miror inconstantiam tàm

Zvvel-

Digitized by Google

Zvvelferi, quam Hofm. dum ille *in app. ad animadv. p.* 61. ſolutionem cum hoc ♏u paratam, ceu ℞am adſtringentem coṁendat, qui in *Mant. Spag. p.* 337. mediante hoc ſpir. ex croco Martis cachectico, tincturam Martis anticachecticam, & conſequenter aperitivam parare vult, Hofmanni vero in hoc puncto inconſtantia & contradictio vid. *in Clav. p.* 230. & 232. Imò quilibet ſpirit. mineralis, promptiſſimè Martem ſolvit, ſic Martem in aqu. forti ſolvit, abſtrahit, calcinat, ſicque crocum ſuum adſtringentem parat Sala. Præ cæteris ſpirit. ♃is, & quod ferè idem, ſpirit. vitrioli Martem ſolvunt, quorum ſolutionum inſpiſſatione, genuinum habetur vitriol. quæ vid. in Autore, ubi de calcinatione immerſivâ. Sed obſervandum, quod ſpiritus vitrioli rectificatus ♂i affuſus, eum non ſolvat propter nimiam particularum acidarum ſolventium concentrationem, unde requiritur, ut duplo vel ♃ proprii, vel aqu. comm. diluatur ſpirit. vitrioli, ſic enim ſolvit Martem, & evaporatione abit in cryſtallos, ſeu magiſterium chalybis vitriolatum, h. e. genuinum ♁. Pertinet huc vitriol. Martis Riverii, qui recipit ſpirit. vitriol. rectif. part. j. ſpirit. vini p. ij. infundit in lebetem ſeu catinum ferreum, ac ſubſidebit, & adhærebit lateribus vitrioli Martis, quod exſiccatum & pulveriſatum ſerva. Pertinet huc magiſterium quorundam Martis albiſſimum, ad affectus hypochondriorum, icterum &c.

℞. *Lim. & puræ* q. ſ.

Calcinentur igne reverberii ad ſummam rubedinem, tum bis terve irroretur ☼ fortiſſimo, & exſiccetur, demum extractio fiat, cum ☼ pauco ſpirit. vitrioli acuato, & ♒tetur cum ♏ vel ♎ vitrioli, & habebitur magiſterium candidum, absque edulcoratione in vitro probè munito reſervandũ doſ. ℈ß.-℈j. Obſervandum autem, inter vitriola hæc artificialia hanc eſſe differentiam, quod vitriol. factum cum ♃e cæmentando, ſit melius eo, quod fit cum ſpiritu vitrioli: licet enim ſpiritus ſulphuris & vitrioli nullâ notabili differentia diſcrepent, ♃ tamen acutiſſimis flammarum ſtimulis adactum, in corpora metallica citius, faciliusque penetrat, & conſequenter particulas eorundem exactius diſſolvit. Calcinationis vaporoſæ modum deſcribit Autor n. 5. & cum quibusvis hactenus recenſitis acidis fieri poteſt. Sicuti etiam calcinationem illinitionis deſcribit Autor n. 6. & cum quibusvis hactenus conſideratis acidis etiam ſuccedit. Sed, ſub omnibus his præparationibus ſaltem Mars integer, cum ſalibus ſolventibus plus minus fortiter ſociatus, faciem ſaltem variam & multiformem ludit: & quò minus ſaturatur acidis extra corpus, eò conducibilior eſt uſus intra corpus. Ex quibus facilè patet, quid de tincturis Martis, nonniſi præviis hujusmodi ſolutionibus præparandis, habendum ſit. Ad hujusmodi Martis ſolutiones pertinet etiam Mars fulminans. Dubitant non pauci an detur? ſed dum notum eſt, in quantum efferveſcat & incaleſcat Mars cum ſpiritu nitri, cum ſolvitur, præſertim ſi ſimul aliquid alcali ☿i addatur, it. ſi conſideretur experimentum Becheri circa globum ferreum, incluſi ſpir. ☉ ope diſploſum, facilè patet, non impoſſibilem eſſe Martem fulminantem, utut pro ejus præparatione enchiriſes debitæ, nondum æquè ſint obviæ. Modum tamen Mart. fulm. deſcribit Sachſius *Ampelogr. p.* 590. Difficultas parandi Martem fulm. eſt, quod ſub ſolutione Martis in aqu. forti vel ſpirit. nitri, ſubſtantia volatilis & gas, quaſi fulminans, ſoleat in auras evaneſcere. Hinc inde quidem Martis proſtant proceſſus, ſed quoniam incerti, tranſeant.

Quoad volatiliſationem ac deſtillationem Autor deſcribit aquam Martis, ſed concinnior eſt præ hâc aquæ Martialis ophthalmicæ ſine igne per ⁂ deſtill. quam habet Burrhus *in lit. ad Barthol. pag.* 47. Nempe aqua ſimpl. ♂i affuſa, dum in vaſe clauſo loco moderatè tepido aſſervatur, acidum Martis agendo in proprium corpus efferveſcentiam quidem minus ſenſilem, cum ſenſili tamen calore junctam excitat, cujus beneficio aquæ particulæ gas Martis imprægnatæ, per ⁂ tranſeunt. vid. Autor n. 3. Juxta hanc notabilis eſt ſolutio ♂ cum ſpirit. ſalis, utpote cujus abſtractione & particulæ Martiales ſimul tranſeunt, & in fine etiam deſtillationis ſimul ſi. Martis elevantur. Conf. Hofm. *Cl. pag.* 227. ſed hoc præſertim notabile eſt, quod ſi Marti, ejusque puræ limaturæ affundatur ſpiritus ſalis, ut fiat ſolutio in vaſe clauſo, quod blandiſſimo igne ſpirit. Martis volatilis ſeu gas quoddam Martiale ſingulare tranſeat. De quo intelligendus Bech. *Phyſ. ſubt. lib.* 1. *pag.* 407.

Oleum ♂ ab Autore n. 6. præſcriptum, nil aliud eſt, quàm præparatio quædam vitrioli Martis n. 7. Autor habet deſtillationem vitrioli Martis, quam exactè traditam vid. in Zwelf. *Mant. Spag. p.* 337. Circa quem obſervetur, quod ſpiritus vitrioli Martis vel ☿is ſimul participent aliquid de metallis, quorum tenues & ſubtiles quasdam particulas ſimul abradunt, quod patet, non tantum in ſpiritus viridis aëris præparatione, quem ſub rigoroſiore igne, viridiuſculum interdum prodire obſervavi, ſed etiam per alcali injectionem ſubtiliſſimus quidam crocus ex illis ſpiritibus ♒tari poteſt,

Digitized by Google

teſt, aut ſi ſpiritus hujusmodi per ⁂ pellatur, in fundo ♄em quaſi metallicum relinquit, unde etiam in ſpiritu vitrioli ♀is vis quædam vomitoria interdum obſervatur.

Sequuntur tincturæ Martiales, quæ nil aliud ſunt, quàm ſubtiles ſolutiones, adeoque liquores occultè vitriolici. Duplex labor in earum præparatione fere obſervabilis eſt.

1. Corporis Martialis per acidum ſolutio.
2. Sublimatarum particularum per ☿ ex ſolutione Martis extractio.

☿ per ſe non agit in Martem, benè autem ac facilè ſe jungit acidis, quantum ergo de ſolutione Martis acidi imbiberit, tantum ſimul de Marte huic adhærente participabit, adeoque ſubtiles vitriolici liquores erunt. Ad tincturas has pertinet & ſequens tinctura ſeu eſſentia Martialis.

℞. ♄ii *puri* ℔j. *Fluat in* +o △e *fortì*, injice
Limat. chalyb. ℔ß.

Fluant aliquandiu, & infunde in mortarium. Refrigerata denuo funde, contunde, adde iterum limaturam chalybis & procede ut ante. Factis ſic ſcoriis, affunde horum ℔ij. ſpir. ſalis ℔iv. idque guttatim, pone in digeſtionem, ruditer agitando, poſtea extrahe aqua comm. vitriol. filtra, coagula. Hujus concreti vitriolacei Martialis q. v. deſtilla ex ∴ primo igne leni & adſcendit ♃ quod ſeorſim ſervandum, poſt igne fortiori, & acquires ſpiritum, tandem fortiſſimo, & adſcendet ſublimatum in altum, quod ſolve ☿ & ſerva tanquam meliorem Martis eſſentiam.

Sublimationis Martis negotium, cum ✻co faciendum, atque exinde parandam tincturam, ſpiritum ſalis Martialem, ſulph. vitrioli Martiale anodynum, omnium optimè & exactiſſimè deſcribit Zvvelf. *Mant. Spag. p.* 338. *&* 339. ex quo fideliter exſcripſit Hofm. *p.* 228. Flores ♃ti, coloris aurantii, ſanè perquam egregii ſunt in morbis chronicis, loco digeſtivi uſurpati: inprimis febrifugi ſunt.

Ipſe ſpirit. ſalis Martialis acidularum loco uſurpari, & uſu diuretico commodè adhiberi poteſt. ♃ vitrioli anodynum quod Zvvelf. inde parat, ſuſpectum eſt, an præter vim ♉tatoriam ſimul vi anodynâ polleat. Retulit tamen amicus, ſe egregiam vim, ſi non perfectè anodynam, ſaltem demulcendi & quietos ſervandi ægros, obſervaſſe.

CUPRUM.

HOc eſt mixtum Marti in multis ſimile, copiosâ ♉â, quaſi alcalinâ, ſeu ſalino principio conſtans, melius & intimius principio ☽iali puriori penetratum, cum ſulph. forti acido, mediocriter omnia miſcente: hinc metallum magis quàm Mars malleabile, extenſile, ac fuſile evadit, unde etiam Soli ac Lunæ, ſine eo, ut horum metallorum impediat fuſibilitatem, commodè miſceri poteſt; contrarium fit in Marte, qui non poteſt miſceri cum iſtis, quia liquefactionem eorum impedit. Reperitur in mineris terræ, nunc pura, nunc, idque ſæpius, Lunæ ſociata, cui etiam pertinaciſſimè adhæret. Sulphur ejus inter ſublimioresChymicos admodum nobile habetur, appropriatum nempe, pro albis metaliis tingendis, adeò, ut Valentius de lap. aſſerat, ♀em maximam partem eſſe tincturam Solis, hinc etiam Lunam fixam ♀e mediante in Solem tingere volunt. Ex iſto miſtionis modo, etiam inſignis iſta colorum varietas emergit, cum non tantum mineræ ♀eæ, præ aliis inſigniter ac diverſimodè coloratæ appareant, ſed etiam, nullum minerale eſt, quod præter ♀em tam varios colores producat, idque tum mediante ſolutione, complurium menſtruorum ope, quàm mediante ♉one, omnes tamen illi, intra limites ex viridi cœrulei, & cœruleo viridi ferè comprehendi ſolent. Conf. Bech. *Phyſ. ſ. p.* 398. it. Kunckel *Obſ. P.* 2. *p.* 61. ſic ♀ cum urinoſis tractata, cœruleum, cum acidis, aceti, aut ſalis comm. viridem, cum ☿ aut etiam ♉ cœruleum, cum ſpiritu vitrioli in formâ liquida virideſcentem, in forma coagulatâ cœruleum colorem repræſentat. Iſtâ etiam miſtionis ratione facilis etiam ♀is inflammabilitas explicanda venit, ſic enim non ſaltem ♀ cum ☽♃ tractata per deſtillationem ♉ facillimè inflammabile relinquit, ſed etiam ♀ in ☿ ſoluta, poſt hujus abſtractionem ♉ ſaliforme relinquit, totum deflagrabile, quæ præparata inflammabilia ex ♀e △m ſeu flammam viridi colore tingere ſolent. Conf. Bech. *Phyſ. ſ. l.* 1. *p.* 406. it. Boyle *in Orig. Form. pag.* 221.

Quoad uſum cupri ſeu ♀is, ſanè tam crudè uſurpata, quàm quocunque hactenus modo præparata, eſt noxia, ob nauſeas, vomitus, inſignes ſtomachi ſubverſiones, etiam per plures dies durabiles, ſupervenientes: adeò, ut neſciam nauſeoſa magis, ſtomachoque horridiora ſubjecta, quam ex ♀e. Unde miror, cur renibus ac partibus genitalibus remedia ♀ea conferre dicantur, niſi forſan aſſertum hoc præconceptæ minusque fundatæ innitatur hypotheſi, quaſi ♀ partibus ♀i inſervientibus etiam dicata ſit, vi analogiæ macro- & micro-coſmi, ſatis futile. Alia interim eſt ratio, ſulphuris, ſeu ignis ♀is Helmontii, ex vitriolo ♀is, beneficio liquoris alcaheſt parati, ſummè anodyni ac confortativi, cujusvis ſpirituum impetus

Digitized by Google

petus ſedativi, ex quo cum ☿☿gium ſuum diaphoreticum, ſeu ☉ horizontale univerſale ipſius remedium parat: ♃ illud benedictum ac fixum ex ☽o ♀is elicitur, quatenus hoc aliquali, utut ſuperficiali, corporis ſolutioni prædiſpoſitum eſt, pro faciliori præparatione. Sed quam paucis hactenus conceſſum eſt adire Corinthum; vid. Polemannus *de Sulphure Philoſophorum*, ſed ut taceam alia, quæ hocce ſcriptum reddunt ſuſpecta, rejectionem hujus vide in Becher. *Phyſ. ſ. l.* 1. *p.* 482. Veſtigia tamen virtutis hujusmodi anodynæ ſpirituum ſedativæ deprehendere poſſumus, in ♁ ſympathetico, ex vitriolo ♀is parato, vulnera & ulcera, etiam abſentium, curante, cujus deſcriptionem & præparationem vid. in Hofm. *Clav. pag.* 238. Hinc potius externo ſaltem uſui eoque chirurgico, inſervit ♀: quatenus pro texturæ ſuæ ratione acida quælibet abſorbet, ac ſimul hinc ſaporem ac texturam ſtipticam ſeu adſtrictoriam, ac deterſivam, & mundificativam acquirit. Unde in ulceribus mundificandis, conſolidandis, in abſceſſibus putridis purificandis, in gangrænâ arcendâ, uſitatiſſima ſunt ♀ea, & præ cæteris in uſu ſunt æs uſtum, hinc viride æris, & poſt hujus deſtillationem ♀ ſeu crocus ♀eus remanens. Hæc uſitatiora, magisque polychreſta, emplaſtrorum chirurgorum & unguentorum contra ulcera & gangrænas ſunt ingredientia.

Quoad præparata, coincidunt hæc revera cum præparatis ♂ibus, & eadem etiam ferè producta, mutatis ſaltem nominibus, exhibent. Sic, quoad ſolutionem immerſivam, alcalia non majus jus in ♀em quàm ♂em habere videntur, unde acidis potius, hisque quibusvis ſolubilis exiſtit: hæc inter ſunt ℞, quæ ♀m ſolvendo, ☽m ipſi permiſtam ſinceram exhibet. Conf. Erkers *Aula ſubt. p.* 88. ▽ promptiſſimè ſolvit ♀m, ſed ſub diſſolutionis actu & concitato intenſiſſimæ effervescentiæ motu, gas ♀eum ſingulare adſcendit, de quo ut & aliis circa hujusmodi ſolutionem phænomenis vid. Becher. *Phyſ. ſubterr. pag.* 406. Cum ☁ ☉i aut ſulphuris ſoluta ♀ reddit ⊕ ♀is cœruleum, ex quo, cum oleo tartari p. d. ▽tatur calx ♀is ſub nomine florum vitrioli ♀is, quæ nonnihil laxat per inferiora, & præſentaneum eſt remedium in lumbricis conf. Zwelf. *Mant. Spag. pag.* 344. Timæi *Ep. pag.* 393.

Æruginis, ſeu viridis æris generalis appellatio, quemcunque crocum ſeu vitriolescentem ſubſtantiam ex ♀e efflorescentem denotat. Sic vapori aceti expoſitæ lamellæ ♀is, vel ſi immergantur ☩o vel ☁ui ☉i, & ſuſpendantur in aëre vel cæmentatæ cum ſulphure & ſale exponuntur ♎i, ex omnibus his flos viridis excreſcens, ſeu ſubtile ⊕ ♀is, viridis æris nomine venire ſolet. Specialius tamen illud ſolet eſſe, quod parant Galli, qui lamellas ♀is ſtratificant cum vinaceis recentibus, & hujusmodi ſtratis unam partem ☩i & 3. vel 4. part. ⊡æ puerorum affundunt, idque ſubinde repetunt, ſucceſſivè ſic laminæ ♀is penitus in æruginem erodantur, quæ in maſſam compacta, ordinarium viride æs conſtituit. Conf. Zwelf. *Apolog. contra Tach. p.* 203. ex hoc ipſo viridi æris, præter uſum chirurgicum, dum unguenti Apoſtolorum, it. ungu. Ægyptiaci contra gangrænas & ulcera putrida uſitatiſſimorum baſin conſtituit, in ſpecie in uſu eſt deſtillatus ſpiritus, qui vel per ſe, vel cum aceto, vel cum ſulphure deſtillari ſolet. Per ſe quidem viride æs permiſcetur cum duplo ∴æ, & deſtillatur ſic ſpiritus revera ſingularis. Cum ☩o vero ærugo ſolvitur in ※, abſtrahitur ad ſiccitatem, remanentia ſolvitur in ▽ pluvia deſtillatâ, filtra, & ad tertias evapora, & concreſcent eleganter cryſtalli virides qui igne forti deſtillentur per retortam, donec nigredo appareat. Habetur hic ſpiritus, à quibusdam pro ſingulari antiepileptico Valentini. Cryſtallisatione hac ſeu cum aceto impræguatione, Venus aliquantulum, magis magisque recluditur, ac ſimiliter in particulas exhalibiles redigitur, unde, non tantùm viridiuſculus plus minus prodit ☁, ſed etiam, ſi ☁m hoc modo paratum, leni abſtractione in fæcem redigas, ex hâc ipsâ, cum ☁u ⊡æ, Ram cœruleam elicies: ♀is tamen potior pars, in ♀o remanet. Faciliori enchiriſi viride æris calefactum, cum ※ ſaltem irroratur, pro illius ℔j. ſufficiunt hujus ℔ij. ſic non minus ♀ aperitur, & commodè poſtmodum deſtillabilis evadit. ♀ ♀is, poſt ☁us ex viridi æris deſtillationem reſtans, ſuperfuſo ☁※ci, dat elegantem Ram ſapphirinam, quæ leviter exhalans, dat cryſtallos cœruleos, in maniâ perquam proficuos, ut quidam affirmant: Saltem idem præſtabit hæc Ra, quod decantatæ ☽res ℞æ promittere ſolent. Cum ſulphure tandem etiam ex viridi æris deſtillatur ☁ revera ſingularis, cujus præparationem accuratam vid. M. A. N. C. *A.* 6. *app. p.* 54. alias in uſu eſt ſp. aſthmaticus, cujus primus autor eſt Langelott.

℞. *Virid. æris* ℥iv.
Gumm. Ammoniac. ℥ij.
Sulphuris flav. ℥j. - ℥iß.

Miſta deſtillatur, & prodit ☁ flatuoſus, ac tandem oleum empyrevmaticum. ☁ accuratè per retortam rectificatur, quo ab empirevmate liberatus, ſubtilis ac penetrans, & in incidente muco viſcido bronchia obſidente efficaciſſimus evadit,

Sed in his ☌ationibus exactum ignis obſervandum eſt regimen, adſcendendo nempe per gradus, niſi enim hoc obſervetur, violentia ſpiritus omnia diſrumpit. Jam, quoad ſpiritus hos viridis æris, tam ſimplicem, quam cum acero deſtillatum, lis eſt non levis inter Tach. & Zvvelf. quorum hic tantum non pro ſuccedaneo liquoris alcaheſt, hunc ſpiritum venditat, ille verò nullo modo à communi ☿ differre aſſerit. Verùm, utut in multis coincidant mutuò ☿ ac ſpir. viridis æris, attamen poſterior hic penetrantior, & magis concentratus eſt, unde ſolvendo corpora, v. g. corallia, perlas, viperas, idem ferè ſpir. acidus denuò abſtrahi & pro novis ſolutionibus adhiberi poteſt, ita ut patum ejus cum corporibus ſolutis junctum maneat, cum ☿ ferè integrum cum concretis ſolutis maneat.

Adhuc participat ♏ viridis æris de ♁e ♀eo, in quo ♁eo odore, non levis virtus medica quærenda eſt, iſta ſaltem, quam adeò deprædicat Baſilius *c.* 15. de rebus naturalibus. Uno nomine, eſſentialiter ferè idem ſunt, accidentalibus quibusdam proprietatibus, & inde dependentibus in operationibus varietate, plus minus diſcriminantur. Confert hujusmodi viridis æris deſtillatus ♒ præſertim pro præparandis aliis remediis, tanquam conveniens menſtruum, ita ut loco ☿i longè commodius in uſum vocari queat. Conf. Zvvelf. contra Tach. *p.* 205. it. Hofm. *Clav. p.* 240. Ad hujusmodi ☿is deſtillata pertinet etiam non inelegans ille labor, dum ex ♀e, cum ☿☍o deſtillata ſpiritum viridem elegantem parare docet Zwelf. *Mant. Spag. p.* 344. Sicuti etiam hoc facit ſpir. vitrioli ☿ris deſtillatio, de ramentis ♀eis, ſimul per retortam, plus minus ſecum rapiens, unde & nauſeoſus exiſtit, niſi exactè rectificatus, ☿ hujus ſpiritus probè edulcoratum, egregium eſt remedium ſtypticum abſorbens, uſu externo chirurgis admodum conveniens.

℞æ ♀eæ rari uſus propter hoſtilem, quam ſtomacho faciunt, impreſſionem. Loco illarum ſufficiat ℞a ex viridi æris, aut hujus poſt deſtillationem reſtitante ☿o per menſtruum urinoſum paratæ.

♁ viride æris cauſticum Autoris non negligendum eſt propter detonationem iſtam nitri, à ♀e factam, quâ alcaliſatur ☉, non ſecus atque à ſulphure vulgari fieri aſſolet.

Inter curioſitates chymicas refertur etiam ☿ alba, quâ ipsâ ☿m in Lunam quidam ſed impoſtorie mutare volunt. Modi ſunt varii: Nempe ☿ ignita aliquoties, ſi in ſolutione ☌ci cum aqua comm. extinguatur, cruſtam acquirit albam, æmulam argenti, ſed ſublatâ eâ, cuprum priſtinum vultum acquirit, it. Merc. vivus cum ⊖☌co ſubactus & ſublimatus p. d. ſolutus ☿m impoſitam eleganter quaſi argenteam reddit. Conf. Willif. *de ferm. p.* 88. Speciatim tamen ☍☍ vel ſimpliciter depuratum ſublimando, vel addito ſevo aut alcali, in corpus quaſi metallicum ſublimatum, eleganter ☿m argenteo colore tingit, & quaſi in perfectum argentum transmutat, quatenus ☿is acidum, arſenicum tanquam Mercuriale ſubjectum promptiſſimè arripit, ac ſecum unit, indeque concretum quaſi argenteum emergit. Conf. Kunckel *p.* 1. *lit. g. n.* 1. & *part.* 2. *p.* 42. jam verò ſicuti arſenico in argentum quaſi mutatur ♀, ita hodie quidam mediante zinco ☿m palliare valent, ut nummi aurei, ſeu ducati inde parentur, qui etiam in apide Lydio ſubſiſtunt, & in omnibus ☉ referunt, ſaltem Saturnus in cupellâ fraudem detegit.

PLUMBUM.

POſt duriora ſequuntur molliora metalla, & ut illa ſulphureo-terrea, ita hæc Mercurialia magis ſunt. Primarius horum eſt Saturnus, totus Mercurialis, quatenus plurimum Mercurii crudi, non fixi, ſed volatilis, modicum ſulphuris coagulantis, & minimum terræ ſeu ſalis habet, adeò, ut nulla metalla minus ſalis participent, quam ☉ & ♄, adeoque prima eſt ſubſtantia metallica, poſt Mercurium currentem. Hinc, quoad proprietates mechanicas, ponderoſitas, ductilitas, & aptitudo, alia metalla viliora propter horum ſulph. acidum, quod ſaturatur Saturno, imbibendi. Quoad proprietates medicas, concretum quaſi alcalinum conſtituit, minimum acidi nativi obtinens, unde quovis alio acido extraneo ſaturari appetit, illudque promptiſſimè imbibit, & cum eo texturam nonnihil ſtipticam conſtituit, ut mechanica chymica quorumvis acidorum cum ♄o oſtendit. Hinc & acidum ſulphuris promtè appetit, & cum eo pondere creſcit, de quo conf. Hofm. *Clav. p.* 245. *ſeqq.* Idem fieri etiam ſolet cum ♂e, coralliis, aliisque acidi ignis appetentibus: ſed tamen dum ſubjecta quædam in △e creſcunt pondere, hoc non univerſaliter ex acido △is derivandum; nam & quibusdam corporibus pondus in △e ex ſubſidentiâ particularum, indeque textura arctiore, & denſiore, v. g. in regulo ♃ii contingit, de quo conf. Kunckel *Obſ. P.* 2. *p.* 33. Dubium autem, an, uti ſuo modo ex igne, ita etiam ex ▽, vel aëre accreſcat ac ponderoſior fiat ♄: de ▽â proſtat effatum Coment. in Erkers *aulâ ſubt. p.* 224. Cuprum in ▽a decreſcere, ♄m verò accreſcere: quod tamen à ſordibus quibusdam occulto-acidis, ♄o adhærentibus dependere magis videtur, quàm ex propria vi ♄i, multiplicativa ſui: Quoad æris vim

Digitized by Google

vim, res altioris videtur indaginis: teſtantur enim plurimi, de quo etiam vid. Hœferi *Herc. Med. p.* 398. quod ♄ revera pondere augeatur, ſi ſub dio conſervetur, ut pluviam & ☉m ſuſcipere poſſit, & ſi matrice ſua; i. e. ☿æ cavernis deſtituatur. Sanè, relatum mihi eſt Freybergæ à ſummo fodinarum præfecto, quod in fodinâ dictâ, die Halßbrücken/ſcoriæ ♄i ſemel exhauſtæ, aëri expoſitæ, per triennii præterpropter ſpatium de novo animentur, novoque ♃o imprægnentur, & denuò metallum largiantur, quod tamen non fiat alibi. Forſan ergo dum copioſæ plumbi mineræ quotidie in dicto loco funduntur, exhalantes volatiliores ☿iales dictarum minerarum particulæ exhauſtis his mineris ſe inſinuant, & à dictis ſcoriis, quaſi magneticè attrahuntur, quæ exinde apta reddantur novo fundendo metallo. Communiſſimum aliàs metallum eſt ♄, & in quibusvis ferè mineris, plus minus tamen reperitur ſæpius purus in venâ ſuâ; utplurimum tamen de ☽â ſimul participat, ita, ut nullum ferè plumbum, ſine ☽æ commercio. Conf. Ercker *aul. ſubt. p.* 33. Interdum ♄i mineræ ſimul etiam de ☿io participant, utpote in radice cum ♃o quodammodo conveniens, facilè tamen ab hujus contagio depuratur, ſi ♄ fuſo ♂ adjiciatur; hoc enim promtè roditur ab ☿io ♎eo, quod à ♂e abſorptum, plumbum ita purum dimittit conf. Ercker *p.* 57. 272. Fertilior plumbi minera, ſpeciatim Glantz-Ertz dicitur, Latinis Galena, quæ idem eſt, cum veterum plumbagine ſeu molibdænâ: utut & plumbum ſcriptorium ſpeciatim lapis molibditis quibusdam dicatur. Valdè etiam ♄ cognatus eſt ♑i, differunt tamen

1. Ratione munditiei, nam ♄ magis mundus eſt, ♑ immundus.

2. Difficultate calcinationis, dum ♄ difficilius, ♑ facilius calcinatur propter copiam ♎ ſuperficialis, hinc

3. ♎ ♄i ☿io ejus pertinacius junctum eſt, hincque in igne reſpectivè conſtantius, quod non fit in ♑e, in quo copioſius ſulph. luxuriat, minus ☿iali ſubſtantiæ commiſtum, indeque in △e diſſipabilius. In hoc tamen utraque conveniunt; quod ☿ium facilè coagulent, in conſiſtens corpus; coagulationis modum docet Boyle *hiſt. Fluid. & Firm. p.* 115. Idem experimentum etiam cum Regulo ♂ii ſuccedere, primus docet Wedelius *Pharm. p.* 173. nempe exſpirare aliquid in ♄ni hâc fuſione & calcinatione, extra dubiũ eſt, unde & tali, licet inſenſili fumo, ♄i ☿ius quodammodo figitur. Sunt & qui affirmant, & laminas talci tali fumo calcinari poſſe, ut in pulverem redigi queant. Dubium tamen videri poſſit, an integrum, & non immutatum metallum hâc ratione in auras redigatur, utut revera nil adſit, quod ſeparationem quandam partium in ♄o facere poſſit. Hinc & talis Saturni fumus, halitu hauſtus, ſupra & infra purgat, conf. Boyl. *c. l. p.* 116. Porrò licet ♄ ſit ☿iale metallum, per addita tamen quodammodo inflammari poteſt: ſi nempe granulatus miſc. cum ana ſulphuris, & hoc inflammetur, apparebit ſic flamma potentior longè & acutior quàm ex ſulphure vulgari; repetitur hoc aliquoties, idque tamdiu, donec non amplius flagret ♄: hoc modo alteratus ♄ promptâ fuſione abit in vitrum, dum præcedente deflagratione proprie dictæ, ac puriores ♄i partes abſumptæ ſunt: vitra enim ut omnia, ſic & metallorum, fiunt ex alcali, colliqueſcente cum ☿a. Aliàs facile vitrum ♄i fieri poteſt, ſi minii part. ij. cum ſilicum fluv. calcinatorum part. j. in crucibulo fundantur, & hinc in vitrum effundantur. Ex ſupra dictis patet uſus Medicus, quod nempe internè & externè, apprimè valeat in abſorbendis acidis, unde, cum externi dolores, ardores, rubores, ex acido oriantur, hoc verò uſu ♄i abſorbeatur, vulgo etiam refrigerare ab effectu dicitur: dum ex mutata hinc ſui texturâ, vim adſtrictoriam aliqualem acquirit. Internè ergo in acidis hypochondriacis, ſcorbuticis, ſpleneticis, præſertim melancholicis, & maniacis, it. ut vulgo vocant, atrabilariis, abſorbendis & edulcorandis, ſingulare eſt remedium ♄. In colica, biliosâ dictâ, it. phthiſi ex acri acido corrodente, egregius eſt ♄. Ac ſanè, in omnibus dictis affectibus chronicis, ſingularis eſt ejus uſus.

Hoc mali ipſi affricare ſolent, quod nempe ☽m extinguat, maresque impotentes reddat. Quæ tamen traditio eſt vulgaris, ſed debito experimento, aut ſolidâ obſervatione nondum ſtabilita. Externo uſu, rectè à Paracelſo dicitur columna chirurgiæ, quatenus & inflammationes, ardores, rubores, dolores tumorum, abſceſſuum, ulcerum omnium optimè ♄ curat, abſorbendo nempe in ſe volatile illud corroſivum plus minus acidum, quod partes molles depaſcitur in ulceribus, quod efferveſcendo in locis intercutaneis, ardores, quod pungendo fibrillas nerveas intenſiſſimos dolores concitat. Hinc ordinariè unguenta & empl. chirurgorum, ceruſſas, lithargyrium, minium, plumbum uſtum, ſaccharum ♄i ac ſimilia ingrediuntur, ceu primariæ baſes. Imo ipſæ ♄i laminæ, ulceribus manantibus impoſitæ, ſeu applicatæ egregiè conferunt. Præter ea ambuſtis mirificè confert, in quo caſu excellit butyrum ♄i dictum, ex ♃o in aceto ſoluto, & hinc cum oleo roſaceo vel oleo raparum in butyri conſiſtentiam, per agitationem in mortario plumbeo redacto, ambuſtis egregium remedium præſertim recentibus. Coſmeticus præterea eſt ♄, quatenus acidum

illud subtile, quod in guttâ rosaceâ, in pustulis scabiosis, in tuberibus, varis, ac faciei pustulis inest, corrigit: quâ ratione etiam oculorum malis, his præsertim quæ ab acriori lympha & acidiore, oriuntur medetur.

Depuratio ♄i fit optimè: ℞. ♄m funde in crucibulo, & sic per horæ quadrantem relinque, injice parum ✻ci, agita paulisper spatulâ ferreâ, donec ✻ in auras abierit, tunc impuritates supernatantes abjice, & habebis ♄m instar ☽æ, quod etiam valet in ♃e depurando.

Ad calcinationem cæmentatoriam pertinet etiam elegans granulatio ♄i, it. ♃is, quæ fit cum ♆, nempe ♄ vel ♃ ducantur in minutissima, quantum fieri potest, filamenta, cum quibus & ♆ fiat S. S. S. in crucibulo, observando cautè, ne filamenta ista se mutuò contingant. Adhibeatur successivè △, donec hic in tantum increscat, ut sufficiat fundendo Saturnum, sed non amplius. Quo facto, refrigerata materia, cum aqua simpl. probè elota, subtilissimè granulatum ♄m & ♃m emittit.

Solutio immersiva, fit ordinariò per acida quælibet. Notabile tamen etiam est, quod & lixivialia jus habeant solvendi ♄m, ut patet in lixivio decoctionis lithargyrii, pro tingendis ad nigredinem pilis usitato; de quo conf. Tach. *Hipp. p.* 44. Dubito tamen, an idem jus sit lixivii in Saturnum crudum, quod in eundem, prius calcinando cum igne, in lithargyrium redactum, adeoque acido ignis jam ante impræg-natum? Acida verò solvunt Saturnum, quæ solutio, nonnihil evaporata, concrescit in crystallos, ⊖, it. saccharum, it. vitriol. ♄i appellatos. Communiter fit cum ☩ secundum normam ab Autore præscriptam, interim tamen cum ✻ cum nitro acuato, it. cum spir. ⊕ similes crystalli fieri possunt, non secus ac solutio ejus in spiritu nitri, dulces & elegantes admodum crystallos suggerit, imò cum ♀o etiam Saturn. tractatus, paria ac cum ♁ habet producta. Saccharum hoc Saturni, mediocris depurationis & exaltationis gratiâ, aliquoties cum ✻ denuò solvatur, hocque ad crystallisationem usque avocetur, imò tandem, si cum spir. vini dissolvantur hi crystalli, post spirit. illius sufficientem abstractionem, in crystallos puriſſimos concrescent. Notabile etiam est, quod idem saccharum cum spirit. formicarum fieri possit, sed hoc Saturni saccharum cum spir. form. paratum, si destilletur, spiritum planè acidum fundit, eò quod in aciditate illâ spiritus form. nihil aut parum sulphurei latitet, unde vel sponte patet, quod iste, qui ex saccharo Saturni comm. destillatur spir. & ♁o non Saturni, sed ♁i sint proles. Usus hujus sacchari Saturni est idem, qui supra fuit insinuatus, & internè inprimis confert, præsertim, si ♁m solutionis, cum nitro acuatum fuerit. Ex hoc saccharo Saturni p. ij. & vitriol. Martis p. j. invicem mistis probeque tritis emergit mistura facilè liquescens & rubescens, quæ cum ♈ tractata, tincturam elegantem, vulgò antiphthisicam dictam, constituit, & maximam partem de Saturno, parum de Marte participat, omnibusque usibus, quibus Saturn. internè conducit, confert. Conf. Hofm. *Clav. p.* 247. Ex solutione hâc per acida factâ denuò ♈tari potest Saturnus, id quod præstant tam alcalia, v. g. ♁o ☿i p. d. uti insinuat Autor sub tit. magist. Saturni, quàm etiam spiritus salis, vel spiritus vitrioli, qui solutionem hanc in magisterium candidissimum ♈tant. Pertinet huc Saturnus corneus ex solutione ista cum spir. salis ♈tando paratus facilè liquescibilis ac promptè in ☿ viv. redigibilis, de quo conf. Bech. *Phys. subt. p.* 461. idem ferè obtinetur à præcipitatione solutionis istius, cum muriâ seu solutione salis comm. in aqu. cadit enim sic mag. ♄, volat. ac additis convenientibus sublimabile, quod Autor sub nomine salis Saturni volatilis insinuat. Nempe in metallicis sal comm. & nitr. effectus habent ferè contrarios. Dum nitr. figit, sal comm. volatilisat, ut in Luna corneâ, Saturno corneo, butyro ♁ii, quod figitur per nitrum, manifestum est. Imo Saturnus in aqua fortis solutus & spirit. urinæ præcipitatus, planè amplius reducibilis non est. Ad hanc sacchari Saturni præparationem pertinet etiam Saturnus fulminans, nempe si solutio cum ✻ facta ad siccitatem usque abstrahatur, facillimè, si tantillum ignis fuerit intensior, fulminare solet, omniaque disjicere, id quod etiam fit, si sacch. Saturni paretur cum ✻ cum spir. nitri acuato, nam & sic, sub exsiccatione nimiâ fulminare solent. Calcinatione vaporosâ paratur cerussa, modo ab Autore insinuato, estque revera *nihil* aliud; quàm subtilius Saturni saccharum seu sal, & quidem pro usu Medico fieri solet saltem cum ♁o modo vulgari, pro usu verò alchymistico, fit cum ♁, in quo solutum sit ✻; sic enim pulcherrimam & subtilissimam habebis cerussam. Usus cerussæ inprimis est externus Chirurgicus.

Destillatio hæc aliàs adeò famosa, reverà nil aliud nobis suggerit, quam spirit. vin. ex aceto regeneratum; olea etiam, flavum & rubrum, ab ♁o sunt, nullo modo ex Saturno, & eò melius succedit hæc destillatio, si saccharum Saturni, ne tàm cito in corpus redeat, pro discontinuatione sui cum triplo aluminis usti destilletur. Nam, quod spir. & olea hæc non sint ex Saturno, sed ex aceto patet:

1. Quia alia menstrua si adhibita fuerint,

Digitized by Google

rint, ut ſupra de formicarum ſpiritu dictum, idem effectus, ac deſtillationis productum non acquiratur.

2. Quia ex coralliis cum ☽ ſolutis, eadem ferè producta deſtillando acquiruntur.

3. Quia ☿ facillimè, vel ſponte vel alcali addito, in Saturnum reducibile exiſtit. Conf. Becher. *Phyſ. ſubt. lib.* 1. *p.* 412. 427. it. Hofm. *Clav. p.* 250. utut autem ſpiritus iſte mentitus Saturni, nihil de Saturno participet, olea tamen quædam Saturni tamenta ſecum rapere, haud impoſſibile eſt, dum ſub ♌ reconditum acidum, pertinacius particulis Saturni adhæſerit, & ita quasdam earum ſecum per ♑m rapuerit.

Ex ſaccharo Saturni & olei deſtill. terebinth. mutuâ unione fit balſ. Saturni terebinth. quod deſcribit Zwelf. *Mant. Spag. p.* 348. it. Hofm. *Clav. p.* 251. Nobiliſſimum eſt remedium in gonorrhœâ & quibusvis partium internarum exulcerationibus, ſed non æque ſuccedit præparatio. Enchiriſes quædam latent, non omnibus cognitæ. Suſpicor tamen melius ſucceſſurum negotium, ſi ſaccharum Saturni pulveriſatum, leniſſimo igne calcinetur, ut quaſi incipiat fumum emittere, atque ita ſaccharum hoc calidum imitatur ♌, pro parando exinde balſamo rubicundo. Quod balſ. dum Autor deſtillare ſatagit, frùſtra laborat, nihil aliud etiam præterquam in ♌ terebinth. redit, nihil, aut parum admodum, de particulis Saturni participans.

Ad hæc deſtillata pertinet etiam non inelegans & curioſa deſtillatio ſacchari Saturni, cum ſpir. vitrioli, quam vide in Hofm. *Clav. p.* 250. Ipſe proceſſum communicatum accepit à D. Mich. & bonâ fide conſignavit, ſed in fine mancus eſt, unde qui curioſitatis gratiâ eum elaborare voluerint, ita pergant. Quando nempe eò perventum eſt, donec poſt cohobationes, per reiteratas deſtillationes, totaliter uniantur, poſtremo igne valido in ♃ aut cineribus iterum deſtilla, pone in phiolâ in digeſtionem fimi equini, diligentiſſimè claudendo ſigillo hermetico, ultimò deſtilla per phiolam in MB. fervente, deſtillatum illum liquorem ſerva, tanquam præſtantiſſimum theſaurum & panacæam medicam, quæ calcibus metallicis, philoſophicè præparatis ſolvendis, & in liquorem potabilem reducendis, ſufficit. Eſt omnium morborum, etiam qui fixas radices egere, ſalutaris Medicina. Poteſt etiam ex minera Saturni, & ☿♎ parari deſtillando liquor gummoſus, inſtar butyri ℥ii, nempe:

℞. ☿♎

Mineræ Saturni aa ℔iß.

Sed neceſſe eſt, ut ſit minera Saturni minus fixa, ein flüchtiges Bley-Ertz / nam cum minera Freybergenſi non ſuccedit, deſtillentur in modum butyrii ℥ii, & obtinetur butyrum Saturni: Rectificetur butyrum, uti & cinnabaris Saturni, obtinetur ſimul etiam ☿ currens, ſed non eſt ☿ ℔i, ſed ☿ vulgi in minerâ deliteſcens. Sin vero butyrum ℥ii, recenti mineræ Saturni affundatur & deſtilletur, acquiritur genuinus Saturni ☿: nam primitus ☿ ex ſublimato vivificatus ſe ſublimavit, ſi ergo denuò rec. mineræ miſceatur, genuinus Merc. Saturni prodit. Ex butyro bezoardicum Saturni præparari poteſt, more conſueto cum ſpir. nitri, ſingulare in peſte, ſcorbuto, melancholiâ hypochondriacâ &c. idem butyrum cum ▽ præcipitatur in pulverem inſtar ☿ii vitæ, blandè purgans per inferiora: ☿is hic ac bezoardicum Saturninum in Chirurgiâ ſunt egregia, ulcera cacoëthea & à cauſis internis nata, interno uſu, cauſam occaſionalem corrigendo & removendo, curantia. Idem labor etiam cum minerâ ♃is fieri poteſt, remedium utile exhibens, in quibusvis ſanguinis impuritatibus vid. Hofm. *p.* 286.

Pertinent huc etiam flores Saturni, ex Saturno cum ſulphure cæmentato, & hinc cum ana ſalis comm. & 2plo boli vulgaris, mediante ſolle parati, qui labor etiam ſimiliter cum ♃e procedit; de quo conf. Zvvelferus *Mantiſſ. Spag. p.* 349.

Tincturæ Saturni genuinæ ſunt nullæ, rem ſi exactè conſideremus, aliud nil acquirimus, quàm menſtruorum aliorumve additorum colorationes, plus minus de Saturni ſaccharo participantes, unde loco harum ſufficiat vel tinctura illa antiphthiſica ſupra inſinuata, vel ſimplex cryſtallorum, ſeu ſacchari Saturni cum ſpir. vini ſolutio & extractio, quam Autor ſub tinctura tertia inſinuat. Nam ſulph. Saturni, ab Autore primò inſinuatum, reverà nil præterquam ♌ aceti eſſe videtur, minimum vel nihil de Saturno participans: Mannæ Saturni confectionem pro hoc labore vid. in Hofm. *p.* 251. Tinctura ſecunda Autoris coincidit cum oleo Saturni balſamico, eſtque ſolor ſaltem ex oleo, de quo ſupra. Tinctura elaboratior *n.* 4. eſt ſaltem ſaccharum Saturni, cum ſpir. mellis ſubtiliſatum, & hinc ulterius cum ſpirit. vini tartariſato tractatum.

Quoad ☿ificationem plures hujus hinc inde referuntur modi, quorum fides ſit penes experientiam: Probabiliſſimum videtur aſſertum Zvvelferi, ex floribus iſtis facillimè parari poſſe ☿m corporis Saturni &c.

JUPITER.

APud veteres duplex plumbi eſt differentia, albi & nigri, quibus & moderni, tertium, nempe cinereum addunt, utut

neutrum alteri adeò affine ſit, quin quaſi ſpecie differant. Plumbum nigrum eſt illud in vulgus notum; plumbum album eſt illud, quod hodie vocamus ſtannum, cinereum eſt biſmuthum. Veteres verò alio modo hæc ipſa explicarunt; nempe ſtannum illorum non idem eſt cum noſtro, ſeu plumbo candido, ſed ſtanni nomine vel biſmuthum intellexerunt, ut ſuſpicatur Wormius *in Muſéo pag.* 124. vel miſtura plumbi nigri & Lunæ veteribus ſtannum dicta fuit, uti vult Jungius *in Doxoſcopiâ p.* 170. ſicut miſtura Solis & Lunæ iisdem electrum, hodiè vero nobis miſtura aëris & plumbi, **Glockenſpeiß**/ Italis Bronzo.

Jupiter in ſuâ textura materiali, conſtat copioſâ terrâ candidâ, cum ſubſtantiâ ☿iali mediocri, puriore, ſulphure verò impuro, minus maturo, ſeu fixo, unde concretum, minus exactè miſtum, & facilè ac multis modis alterabile, ſimulque aliis metallis commiſcibile evadit: propter paucitatem ☿ii, minusque firmam miſtionem, ſed majorem poroſitatem, omnium leviſſimum eſt metallorum, minus etiam ductile, & ſub malleo facilè frangibile: ♃ in eo inprimis activum obſervatur, cum nitro, inſtar ☿is pyrii incenditur, & undique diſpergitur, parte nitri in alcali fixum immutato. Flammam cœruleam ſic exhibet, unde & ☿ialia remedia quælibet, v. g. Bezoardicum ☿iale, antihecticum Poterii, ſudoriferum magnum Fabri, ſub cœruleo colore conſpicua eſſe ſolent, unde & ſolutio ☿is calcinati cum oleo tartari p. d. commiſta, cœrulea evadit. Autore Williſio *de Ferment. p.* 88. Interim tamen & ſub calcinatione ignis, rubrum reddi poteſt ſtannum. Propter ſulphur hoc luxurians omnia reliqua metalla, præter Saturnum, (cui omnia facillimè & optimè commiſcentur, ſed tamen etiam hoc nomine mitiori ſaltem ignis gradu) maximè ☿m, friabilia reddit, & minus fuſilia, minusque malleabilia, **ungeſchmeidig**/ hinc etiam reliquorum metallorum diabolus dicitur, utpote, quorum texturam metallicam, maximè immutat, & à quibus ſummo etiam labore, vix denuò ſeparari poteſt.

Quoad uſum, epati ac utero ordinariò commendari ſolet ☿, ſed neſcio quo fundamento: Paſſiones namque hyſtericæ, ad quas commendatur, ex utero non ſunt, nec epatis mala, quibus conferat, æque nota ſunt. Quin potius primis in viis acida quædam vitioſa ſpecifica abſorbere, temperare, & inde nata pathemata, hyſterica vel epatica vulgò dicta, corrigere poterit, & hinc vi diaphoreticâ inprimis prodeſſe obſervatur.

Præparationes ejus quamplurimæ, eæque in pluribus cum Saturni præparatis coincidunt. Solutio ejus in quovis fit acido: ſed hæc in uno facilius quàm in altero, unde pro facilitandâ ſolutione ♃ vel reverberando in calcem redactus vel probè prius eodem modo ac Saturnus granulatus recipiendus eſt. In ▽ ſolutus ♃ hâc abſtractâ difficillimè fuſilis, nec amplius perfectè reducibilis eſt: ſolutio ſimplex evaporata dat cryſtallos, ſeu ſal, ſeu ſaccharum, ſeu nitr. ☿is, præcipitata verò dat magiſteria. Salis ♃ præparatio fit ordinariò cum ☼, ſed neceſſe eſt:

1. Ut ☿ optimè reverberando ſit calcinatus, aliàs parum effeceris: modum hujusmodi calcinationis reverberatoriæ; vid. in Zvvelf. *Mant. Spag. p.* 345. & in Hofm. *Clav. p.* 253.

2. Neceſſe eſt, ut ☼ ſit fortiſſimum, aut cum nitroſis, præſertim ſpiritu nitri nonnihil acuatum. Cryſtalli hi ☿is, ſeu ⊖, admodum laudatur in paſſione hyſtericâ, tàm interno quàm externo uſu: Externè quidem, ſi p. d. ſolutum hoc ſaccharum, calidè umbilico inungatur: ſed utut uſum internum pro hoc affectu in medio relinquam, quid externus hic uſus valeat, equidem perſpicere non poſſum.

Ad has ſolutiones pertinent etiam cryſtalli mineræ ☿is, **die Ziengraupen**/ nempe: ℞. Mineræ ☿is pulveriſ. ℔j. aff. ſpir. vitrioli ſepties rectificati ℔j. digere aliquandiu in MB. poſtea affunde ▽æ comm. ℔ij. mixta benè invicem filtra, dum adhuc calet, & concreſcent cryſtalli ▽â edulcorandi & pulveriſandi, doſ. gr. j. ij. iij. Pollent inſigni vi laxandi, conducunt ſpeciatim in hydrope, affectibus ſcorbuticis internè, it. in fiſtulis deſperatis cum melle roſato externè. Conf. Hofm. *Clav. p.* 256.

Quoad magiſteria præcipitata, parari hæc poſſunt præcipitando, vel per urinoſa, tàm fixa, ut ☌ ☿ p. d. quàm *volatilia*, ut urinam &c. vel per acida, ut v. g. ſpir. vitrioli, hinc magiſterium ☿is Mynſichti, quod vid. in ejusdem *Armam. p.* 22. quin etiam cum ſpiritu ſalis idque ferè tutius, quàm cum ſpiritu vitrioli poteſt fieri præcipitatio: imò, fieri poteſt experimentum, annon ☿ in ☼ vel ▽ ſolutus, cum muriâ, aut ſpiritu ſalis præcipitatus ſingulares proprietates inſtar Lunæ corneæ vel Saturni cornei acquirat.

Per calcinationem vaporoſam fit ceruſſa ☿is, non ſecus ac ex Saturno, vel per vaporem +i, vel per ſimplicem lamellarum Jovialium in ſpiritu ⊕i vel ▽ factam intinctionem, & hinc in ♎ libero ſuſpenſionem, ut ita ſucceſſivè efflorescant in ſubtile vitriol. ſeu ceruſſam.

Ex deſtillato butyro Jovis cum ☿♎, loco magiſterii Jovialis diaphoretici, melius eſt; ſi buty-

Digitized by Google

ſi butyrum hoc Joviale, cum ſpiritu nitri figatur in bezoardicum Joviale, ad imitationem Zvvelf. *Mant. p.* 345. Pertinet huc etiam ſudoriferum maximum Fabri, factum ſimili ferè modo deſtillando ex amalgamate Joviali, cum ☿ ſublimato. Amalgama Jovis parandi rationem optimam docet Glauberus *P.* 1. *p.* 245. Nam, ſicuti ☿ vivus vapore Jovis liquefacti facilè coagulatur, ita ana Mercurii & Jovis facillimè in amalgama tranſeunt. Sed ex amalgamate hoc ſudoriferi iſtius deſcriptionem accuratam vid. in Hofm. *Clav. p.* 254. Conciſiorem & concinniorem vid. in M. A. N. C. *A.* 4. *p.* 289. vel Ludov. *Pharm. p.* 354.

Sublimatio prout Autor vult, vix adeò commodè videtur ſuccedere, potius cum addito ☉ detonando, optimè labor procedit. Nempe

℞. ☉*i* p. ij. ♃ p. j.

Vel etiam utriusque ana, miſta in cucurbitam tubulatam injiciuntur & detonantur; ſic enim flores copioſi exſurgunt, & repetitos ſibi invicem ſuperimpoſitos ☓cos hinc inde replent, remanente in fundo cucurbitæ alcali nitri fixo cum parte quâdam Jovis: ſicuti è contra, ex flor. ita ſublimatis, ☿m viv. ex Jove parare docet Keslerus in ſeinen 500. *Proceſſen Cent.* 1. *proceſſ.* 100. *p.* 151. Idem labor etiam per retortam tubulatam poteſt inſtitui. Ad detonationem hanc Jovis cum nitro pertinet etiam fulmen Glauberi, ex Jove, metalla deſtruens, quod deſcribit *P.* 1. *p.* 244. Sed reverà ex pelvi fulmen hoc videtur, de quo vid. Ludovici *Pharm. p.* 357. Fieri etiam poteſt ♎io Jovis cum ✱, recip. hujus p. ij. ♃ p. j. M. & l. a. ſucceſſivè, probè prius trita, forti igne ſublimentur.

Quoad tincturas Jovis, de his idem, ac ſupra de tincturis Saturni ſit judicium: Tinctura Baſiliana, quam deſcribit Autor, nihil aliud eſt, quàm ſubtilis calx, quam ex laminis Jovis acidum ignis extraxit, ex quo cum ✱ ☊ ſeu ſaccharum Jovis paratur.

MERCURIUS VIVUS.

MErcurius in genere optimè definitur, quod ſit vapor mineralis unctuoſus, viſcidus, craſſus, in terræ poris in liquorem homogeneum congelatus. Conſtituit hic ipſe humidum radicale metallorum, quod ab igne, ſeu calido eorum innato, nempe ſulphure, plus minus maturo, coagulatur, & fixatur in corpus metallicum, plus minus mobile. Geneſis ejus prima optimè videtur ſtatui poſſe ex ▽, ob ſimpliciſſimam ſui heterogeneitatem, ſed immutata hac ipſa, & à principio ſeminali proprio, naturæ mineralis, eſſentiæ acido-ſulphureæ, in talem ſubſtantiam transmutata, in certis nempe aquæ viſceribus, debitis ſcil. talis ſeminii matricibus: Et hoc eſt, quod alii dicunt, generari Mercurium ex aqua & acido univerſali: quod ſeminale ſulphureum agens, alias etiam ſulphur Mercurii internum, ſeu eſſentiale dicitur. Aliàs ☿ ſubjectum eſt alcalinum volatile penetrans, de quo ſupra, ubi de metallis in genere, indeque facile, cuicunque ſulphuri acido, ſe ſociat, eoque plus minus ſaturatur, in ſe aliàs immutabile, nec ullo igne alterabile, ſaltem per ſuum compar, h. e. ſulphur fixum metallicum perfectè ſubigitur, & in fixam naturam transmutatur.

Ex hoc ipſo verò & quaſi primigenio, & ſuo modo philoſophico ☿io, fit ☿ comm. ſeu vulgi, ſeu argentum vivum, per novam decompoſitionem, quatenus hic conſtat ex ſubſtantia ſulphureâ acida arſenicali vitioſâ, cum vero illo ☿ juncta: dicitur hoc ♄ externum ſeu occidentale, quod per artem ſeparare, omni conatu laborant Chymici ſublimiores, ut ita tandem nudam ſine veſte Dianam acquirerent, ſeu ut alii dicunt, ☿ium de ☿io haberent. Ratione hujus pertinaciſſimè adhærentis ſulphuris, variè ſuperficietenus & externâ facie mutabilis eſt ☿ comm. variasque larvas induit, etiam per ſe, leni igne præcipitabilis, unde etiam quocunque modo tractatus denuo reſuſcitabilis eſt in vivum ☿m. Hujus quoque medio & aliis ♄ibus ac ☉ibus corroſivis ♄eis ſociabilis exiſtit, unde & tàm facilè cum ♄e cinnabaris, cum ☉ ☿comm. verò ſublimatus, arſenici formam ludit.

Patet ex his differentia Merc. vivi, & Merc. corporum, dum nempe principium illud ☿iale, loco ♄is crudi arſenicalis, metallicum corpus alium ſerit, penetraverit, & in ſtatum currentem deduxerit: ☿ enim corporum metallicorum diſſolvit ☉ cum æſtu in volâ manus, hoc non facit ☿ vulgi, quia ſecum junctum habet ♄ metallicum externum, quod impedit illam ſolutionem. A quo ſulphure acido, etiam ſalivatio ortum habet, nam, præterquam quod ☿ corporum non ſalivet, ☿ vulgi præcipitatus per acida ſalia ſulphurea mineralium longè majorem vim ſalivatoriam acquirit, quàm ſub formâ vivâ obtinebat. Cumque ☿ vivus de principio ☿iali metallorum tam multum participat, ſponte patet, unde tam facilis ejus, cum metallis præſertim ☿ialibus ſeu mollioribus unio, & in amalgama reductio. Quin imo, forſan nullus ☿ vivus reperitur, qui non ſimul amalgamatis inſtar aliquod metallum intimè unitum & diſſolutum geſtet, unde & major ejus ponderoſitas, & facilior in ſphæras formatio ex parte dependet ita, ut etiam omnem ☿m vulgi, fluidum ſeu liquidum amalgama vocare ſoleat

leat Becherus *Phyſ. ſubt. l.* 1. *p.* 445. *& ſeqq.* 468. *ſeqq.* cujus tamen planiora negotium hoc dilucidius explicantia, expectamus experimenta *lib.* 2. proponenda, ſine quibus aſſertum hocce in medio relinquimus: ſaltem nigredo illa, quæ ab expreſſione ☿ii per corium ſupereſſe ſolet, à plumbo commiſto oritur, laminæ enim tenuiſſimæ Saturni, ſphæram ☿ii facilè obducunt, & tunc ille obſcurior & nigrior redditur: hinc & +o abluitur ☿ vivus & purificatur, hoc enim modo ſubſtantia ♄ina ex parte demitur. Ex omnibus autem metallis ſumma ☿ii vivi cum ☉e eſt amicitia, utut proprietates habeant planè contrarias, hinc & levi contactu, intimè in ſubſtantiam ☉i ſe inſinuat, illudque dealbat, & hâc ratione poſſum aliquantiſper corrigere damna à ☿io vivo illata, v. g. poſt inunctiones in lue ♀ea; cum enim ☿ vivus inimiciſſimus ſit nervis, propterea ii, qui tali inunctione uſi fuerunt, laborare ſæpius ſolent gravioribus nervorum affectibus, à reſidentibus hinc inde Mercurii particulis, quæ tamen optimè cum Sole corriguntur, unde Zacutus Luſit. unguentum habet ex Sole, cujus illinitione ex toto corpore ☿ extrahitur: ſic Riverius obſervat poſt durationem luis Venereæ ☿ialem cephalicam ferè intolerabilem, ex remanentiâ ☿ii in capite, curatam beneficio nummi aurei in ore detenti. Plura de Mercurii naturâ, tàm in genere, quàm de vivo in ſpecie, vid. in Bech. *Phyſ. ſubt. ejus ſuppl.* utroque; it. in Helm. Tr. *Progymnaſma meteori*, & hinc in Tach. *Hipp. Chym.* qui hujus veſtigio inſiſtit *c.* 25. *&* 26.

Mercurius vulgi reperitur in mineris vel fluens, ſeu vivus vel concretus, in formâ aut minerâ cinnabarinâ. ☿iſte vivus in mineris repertus aliàs ☿ virgineus dicitur nullo ſc. △e hactenus alteratus. Differentia hujus, quod nempe virgineus ſecum ☉ volatiliſet, vid. Act. Soc. Reg. *prima p.* 17. item Bech. *ſupp.* 1. *pag.* 83. ſed an hoc adeò proprium ſit Mercurii virginei, ferè dubito, cum aliàs ☿ quicunque iteratâ ſublimatione, ☉ ferè ſecum attollere ſoleat, hoeque Heslingii Azoth fuit. Dicitur alias ſervus fugitivus Chymicorum, quoniam nullo modo coërcibilis eſt, quin, ubi optimè alligatus putatur, promptiſſimè, inſalutato hoſpite, denuò aufugit, tanti nempe laboris eſt genuina ejus fixatio, utut aliqualis ejus coagulatio res trivialis ſit, utpote quæ non tantum cum ♄o & ♐e fieri poteſt, ſed & cum ⊕o, ⊕ris, & ſimilibus, in corpus mediocriter fixum redigitur. Conf. Rolfinckii *Chymia p.* 385. Utut enim eò redigatur, ut aliquas horas fortiorem ignis torturam patiatur, nihilominus tamen vel ſponte denuò caput exerit, vel facili labore in vivam formam reſuſcitatur, per alcalia nempe fixa, ut ⊖ ☿i, ♆, it. per limaturam ♂is &c. ratio eſt, quia, ☿ vivus ſaltem ab acidis, nullo modo ab alcalibus ligari nonnihil aut coërceri poteſt, unde additione talium acidum abſorbentium, facillimè reducitur. Pro uſu Medico, aliqualis ejus ſelectus inſtituendus eſt, Hiſpanicus & hinc Ungaricus, rectè cenſentur optimi, præterea tamen ulterius probandus eſt, idque tribus modis:

1. Si per retortam deſtillatus, parum vel nihil ſedimenti relinquat.

2. Si in cochleari argenteo ſuper prunas evaporet, quod ſi relinquat maculam flavam aut albicantem, utilis pro Medicina cenſetur; ſi verò remaneat macula nigricans vel liveſcens, nocivus eſt, minusque utilis; hujusmodi enim macula adulterium Saturni, vel nativum, vel artificiale oſtendit, dum Saturninis, bismuthinis, antimonialibus aut arſenicalibus admiſtis, plus minus inquinatus eſt.

3. Si à carbone candente quietus effumet, non autem cum ſtrepitu fugam meditatur. De hoc conf. Barthol. *Act. Med. Hafn. Vol.* 1. *p.* 148.

4. Si cum ♀ calcinato & ♆ aliquoties deſtilletur, & ſplendorem magis cryſtallinum acquirat.

Quoad uſum ☿ii vivi in Medicinâ, ad duo ſemper reſpiciendum eſt:

1. Ad ipſum corpus ☿ii vivi volatile & penetrans.

2. Ad adhærens ipſi acidum, & corroſivum ſulphur naturæ quaſi arſenicalis. Ratione illius repræſentat quaſi alcali metallicum, acidis quibusvis ſaturandum, quatenus ab adhærente ſulphure iſto nondum ſufficienter ſaturatus eſt. Hinc enim acidum ſulphuris, occultum licèt, facilè arripit, & cum eo in cinnabarin ſublimatur, hinc & ſpiritibus acidis tam facilè alteratur, quatenus horum ope ♃ ejus externum actuatur magis, & extravertitur, magisque ita ab his acuitur. Cum quibus acidis junctis, etiam concretum ſalſum tertium conſtituit, uti in Merc. ſublim, it. Mercurio dulci manifeſtum eſt. Conf. Tach. *Hipp. Chym. c.* 25. it. Sylvius *in Praxi lib.* 4. *de hydrope* §. 228. it. *de Lue Venereâ* §. 160. *& ſeqq.* Hinc ſub hac conſideratione ☿ acida vitioſa corporis arripit, & eadem ſimul ſecum extra corpus eliminat, & hac ratione genuinum luis Venereæ alexipharmacum, fixum hujus nervoſis partibus pernicioſiſſimum acidum abſorbens, & ſalivationis modo extra corpus rapiens.

Ratione verò poſterioris ☿ acris, acidus, corroſivus, & colliquativus exiſtit, indeque roris nutritivi, partium ſolidarum attenuativus, adeoque emaciativus, ac ſalivatorius,

Digitized by Google

rius, it. ſepticus & erodens: plus minus tamen, prout arte magis vel minus acuitur acidum ejus ſulphur & exaltatur, hinc ejus vis colliquativa, per acida ſulphurea mineralia. Ex quibus facilè eſt concludere, an ſit venenum Mercurius vivus per ſe equidem, quatenus corpus Mercuriale eſt, innoxius eſt, intimè penetrativus, & acidi vitioſi abſorptivus: ratione verò ſulphuris externi a cidi erodentis, & colliquefacientis, peſſimum eſt venenum, nervoſis partibus inimiciſſimum, & graviſſimorum nervoſi generis pathematum, fœcundus parens. Licet enim vivus propinatus ſine ullius nocumenti veſtigio cito tranſeat, hoc fit ſaltem propter parvam, quam in corpore nactit moram, alias enim ſi diutius in corpore ſubſiſteret, æque virulentiam ſuam prodaret per ſubſequentem ſalivationem, atque, ſi extra corpus, licèt vivus inunctus fuiſſet.

Quoad ergo attinet uſum Medicum, variat equidem hic, pro varietate præparationum & applicationum, laudatur tamen propriè alexipharmacum luis ♀eæ, quæ confirmata & inveterata vix aliter curari poterit, niſi per medicamenta ♃ialia, ſeu internè aſſumta, ſeu externè inuncta, tam purgando, quam ſalivationem movendo. Porro ſcabiem etiam ferinam optimè curat, interno & externo uſu, hinc nempe famoſum eſt cingulum ſapientiæ ſeu Mercuriale Rulandi de quo vid. Barthol. *Cent.* 3. *hiſt. Anat.* 79. quod proficuum eſt remedium, ſed pro genuino ejus uſu obſervetur:

1. Ut præmiſſa ſint univerſalia.
2. Benè ſit depurata maſſa ſanguinea.
3. Cum applicatione cinguli, aliorumque ſimilium Mercurialium, interna blandè diaphoretica adhibeantur.
4. Æger in loco calido aut tepido verſetur.

An lepram curet Mercurius per ſalivationem, tentatum fuit aliquoties, ſed parvo, quantum novi, cum ſucceſſu. Conf. Willis *Pharm. Rat. Vol.* 2. ubi de leprâ. Aliàs etiam ad tineam capitis pertinaciorem Mercurialia unguenta uſurpantur, ſed non caret periculo, propter varia nervoſi generis ſymptomata, quæ inde facilè ſuperveniunt.

Ulcera maligna, phagædenica, putrida & ſimilia aliis irritis mirabiliter curat Mercurius cum ungu. præparatus. Gallica præſertim aliaque contumaciora ſine Mercurio vel dulci vel præcipitato curare difficillimum erit. Tumores tandem duros ex viſcido ab acido coagulato genitos mirificè emollit Mercurius vivus cum linimentis applicatus, unde & empl. Vigonis cum Mercurio adeò crebri uſus eſt, quàm etiam lamina plumbea Mercurio vivo illita, vel Mercurius à plumbo coagulatus, in lamina redactus applicatione ſui diſcutit & reſolvit, doloresque junctos, corrigendo doloroſum acidum mitigat. Lumbricorum, pediculorum &c. juratus eſt hoſtis. Pro lumbricis Mercurium, cum ſucco quodam pulveriſari, & exhiberi jubet Autor, hoc ipſo innuit ſaccharum, cum quo facile in pulverem griſeum Mercurius vivus redigitur. Pediculos quocunque modo geſtatus vel applicatus ſubitò enecat. Alvum referat à fœcibus obduratis pertinaciter obſtructam & eatenus ilei remedium eſt. Ad aliquas ʒias, etiam libras, tutò ſucceſſivè propinari poteſt. Quin & partum promovere ʒæ pondere obſervatus fuit. Conf. Hofm. *pag.* 260. Coſmeticus denique exiſtit præſertim Mercurius dulcis, aut alio modo præparatus, quocunque modo applicatus. Maculas, puſtulas, rubores faciei, ſerpigines etiam, aliaque cutanea vitia, mirabiliter tollit: Nempe & acidum peccans corrigit, & ſimul humorem peccantem excrementitium reſolvit & colliquat, ſicque in aliud concretum mutat. Amuleti inſtar vel in avellanâ, vel in penna incluſus, de collo geſtari, contra peſtem, faſcinationes &c. adhiberi ſolet. Sed obſervetur in uſu ejus coſmetico, ne ſit nimius; nam utut aliquandiu elegantem faciei cutem reddat, tamen ſucceſſivè cariem, nigredinem, hinc caſum dentium & capillorum facit, cutim etiam tandem ſcabram, rugoſam, & citius quàm ætatis fert ratio, ſenilem reddit.

Purgatur Mercurius eum in finem, ut fœces, aut potius adhærentia concreta Saturnina, bismuthina, arſenicalia ſeparentur; talia enim aliàs præparationes Mercuriales partim impediunt, partim præparata Mercurialia uſui Medico minus apta reddunt. Optimus purgandi modus eſt deſtillatio, ſi Mercurius vel crudus, vel quod melius, ex ſublimato aut cinnabari revivificatus cum ſale tartari & ♆á bis vel ter deſtilletur, ſic enim evadit putiſſimus.

Quoad præparata ex ☿io, eadem omnia ſunt ſaltem magiſteria, h. e. cum ♎ibus variæ concretiones: magiſteria hæc ſunt vel in formâ fluidâ vel ſiccâ, illa ab hiſce demum originem habent. Sicca ſunt vel præcipitata, vel ſublimata.

Præcipitata.

1. Per ſe vi △is.
2. Per ♒ ♎inos abſtrahendo.
3. Propriè dicta ♍tata per alcalia, ſolutiones ☿ii per acida facta præcipitando.

Et hæc ♍tata rurſus ſunt vel ſimplicia, vel cum aliis metallis compoſita. Sublimata, ſunt vel cum ♁e, vel cum ♎ibus: illa, dant cinnabarim, hæc, pro variis accidentibus, varias denominationes obtinent.

Digitized by Google

Calcinatio & Præcipitatio.

QUoad ☿ii ſimplicis præparationes, emi-net hic ☿ per ſe præcipitatus, ſine ullo addito, in vaſe ſpecialiter ad id elaborato, quod tamen variat: nunc enim fit in cucurbitâ fundi plani, qualem deſcribit Zwelf. *Mant. Spag. p.* 353. nunc in duplici vaſe, quaſi duobus ☉alibus ad clepſidræ formam ſibi applicatis, qualem deſcribit Willif. *Pharm. Rat. P.* 1. *p.* 67. ſed non opus erit tam curioſis inſtrumentis, modò obſervetur enchiriſis à nemine obſervata, nempe ut △ ſuppreſſionis adhibeatur, i.e. ut carbones ſupra vas, in quo ☿ continetur, arenâ contectum, ponantur, hoc modo nempe & citius & tutius figitur, ſeu in ☧em cinnabarinum præcipitatur. Dubium eſt, quo modo corpus album fluidum volatile ☿ii vivi per ſe, ſine addito, ſolius caloris beneficio in ☧em, nonnihil fixum, rubrum, convertatur. Sunt, qui exiſtimant, ſimplicem texturæ in ☿io mutationem eſſe cauſam, ut Hofm. *Clav. p.* 265. alii calorem externum, ut Sylv. *de hydrope* §. 222. optima in hoc puncto eſt Tachenii ſententia proprium ☿ii ♃ externum, hoc modo præcipitare ☿m. *Hipp. Chym. c.* 25. nempe ſicuti à ſulphure ☿io addito, rubificatur ☿ in cinnabarim, ita parili ex ratione ☿ii externum, △e mediante actuatum, & quaſi extraverſum, & tingit, & etiam ita nonnihil figit ☿m. Una ex optimis præparationibus ☿ialibus eſt hæc, nam rite paratus bonum eſt remedium diaphoreticum, reſolvens, mundificans, plurium chronicorum morborum ex impuritate contentorum acidâ, plus minus fixâ natorum, remedium, uti ſunt lues ♀ea, ſcabies ferina, podagra, febres diuturnæ, aliaq; ſimilia, nempe conſideratè adhibitus aliàs, ſi non ritè ſit fixatus aut inconſideratius exhibeatur, etiam vomitus & ſeceſſus movet, imò continuato uſu ad ſalivationem tandem diſponit. Nobilis hic ♁tatus per ſe, magis nobilitatur, ſi amalgama cum ☉le vel ☽â hoc modo præparetur, in quo ipſo inprimis conſulatur Zwelf. *Mant. Spag. p.* 321. *&* 353. Non ſecus atque Poterius, qui nobilius ſuum ☉ diaphoreticum ex ☿io ♂ii, cum ☉ amalgamato, & ita per ſe ♁tato, recipit, ut prope finem *ejusdem Pharm. Spag.* videre eſt. Quo etiam facit Panacea iſta de la Vigne, quam vid. in Hofm. *Clav. p.* 266. Sed, utut pro uſu Medico, nobile ſic evadat remedium, quin etiam aliis præparationibus apprimè inſerviat, & pro ſublimioribus laboribus ſpagiricis recipi queat, attamen non nimis excedamus, in ejusdem laudibus ejusque uſum alchymiſticum non nimis extendamus, in quo ipſo peccaſſe videtur Zwelf. *cit. loc. p.* 354. nam ♀ corpus ☉i, utut in illud quodam quaſi amplexu feratur, adeò exactè non diſſolvit: ab iteratâ ex regulo antimonii & Lunæ ſcobe præcipitatione, an Mercur. novas vires acquirat, dubium, niſi forſan ex regulo, ſulphur externè adhærens Mercurio accedat. Adeoque ambigitur, an ſine interventu medii alterius ſeu clavis ſolâ digeſtione, ſublimando aut præcipitando ☉ cum Mercurio adeò amicabiliter ac intimâ unione commiſceri poſſit, quod, quamdiu non fit, voto transmutationis excedimus. Tentandum etiam eſt, annon digeſtum, & præcipitatum hujusmodi amalgama in priſtinum ☉ corpus denuo reduci poſſit, avolante Mercurio: & ſic præcipitata illa, cum Sole, Luna, Mercurio, & putatitia omnis generis Azoth ſe habent.

Vires Medicæ præcipitato ſimplici adſcriptæ, eædem, ac ſanè nobiliores hujusmodi compoſito adſcribendæ erunt.

No. 2. Eſt Mercurius præcipitatus per ſilices: coincidit hæc præparatio cum priori, ſaltem, quod moles ſilicum adjectorum impediant motum & præcipitationem Mercurii, unde quaſi vi coërcitus Mercur. faciliùs præcipitatur: ſilices an ratione ſui ſulphuris aliquid conferant, haud videtur veroſimile.

No. 3. Eſt Mercurius fixatus ſeu panacæa. Genuinum de hoc præparato eſt Ludovici judicium *Pharm. p.* 117. eſſe nempe cinnabarinæ naturæ, quatenus ex Mercurio vivo & ſulphure communi, reverà concretum cinnabarinum emergat, unde effectus ejus præ cinnabari nativâ vel antimoniali haud obtinebit ſingulariores. Sequuntur præcipitati Mercurii in viâ humidâ: nempe

No. 4. 5. 6. 9. Succedit in omnibus negotium, utut diverſimodè omnium optimè per ſpiritum nitri, qui & ſolvit Mercurium, & exinde abſtractus, præcipitatum intensè rubrum relinquit. Spiritus ſulphuris verò, ſpiritus & oleum nitri non ſolvunt Mercurium, utut eundem facilè in pulveris formam alterent, qui abſtractis ſpiritibus, ſaltem flavus aut citrinus remanet.

In his præcipitationibus duo conſiderentur:

1. Color ruber, qui non niſi à ſpiritu nitri conciliatur; nam ſpiritus ſulphuris & ☉li Mercur. præcipitatum flavum aut citrinum ſaltem relinquunt. Color hic oritur ab ipſo Mercurii ſulphure externo, ſicuti ſupra de Mercurio per ſe præcipitato monitum fuit, quia enim ſpiritus nitri & ipſe ſulphureus, agit in hoc ipſum ſulphur extraverſum, colore tali Mercurium tingit. Spiritus ſulphuris verò & vitrioli propter ſymbolum quod habent, agunt quidem nonnihil in ſulph. Mercurii, ſed debiliter, unde tantum flaveſcit.

2. De

Digitized by Google

2. De ſpiritibus acidis poſt debitam edulcorationem cum ▽, & deflagrationem cum V, nihil ferè, aut minimum ſaltem cum ☿▽o remanet, quod certum ſit hinc, quia ☿ ita præcipitatus non creſcit pondere, unde nec vim corroſivam ☿io addunt: ſed quicquid mutationis ☿io accidit, ſaltem ratione proprii ♃is acidi, in quod iſta acida mineralium ♃ea agunt, evenit; conf. Tach. *Hipp. c.* 25. Nam, ut in medio relinquam, quod Helmont. hinc inde aſſerit, ☿m ſulphure externo ſpoliatum, eſſe immutabilem, aut, quod Tach. affirmat, ☿m corporum, nec præcipitari per ſe, nec per ſpiritus acidos poſſe, quia careat illo ♃e externo adhærente, ſaltem pro hoc negotio notabile eſt, ☿m cum ſpir. nitri præcipitatum rubeſcere, non ſecus ac ſi ſpiritus communis, cum ♌i p. d. præcipitatur, qui etiam rubens cadit, prout nempe alcali fixum agit in ſulphur ☿ii externum, hoc afficit, extravertit, & ita colorem rubrum infert, alcalia è contra volatilia ☿m talem album præcipitant, quatenus hæc debilius agunt in ſulphura mineralia, quàm alcalia fixa. Conf. hîc Tach. *Hipp. c.* 7.

Præcipitatorum horum uſus, & ejus quidem No. 4. deſcripti, magis eſt internus, ſicut No. 9. ferè pro uſu externo uſurpatur in emplaſtris, & unguentis, pro ulceribus ☿eis aliisve cacoëtheis ac difficilioris curationis.

Præcipitatus No. 6. ſeu ☿ corallatus, optimè deſcribitur ab Hartmanno *Comm. in Crollium p.* 63. ac notandum eſt, præcipitatum hunc poſt ternam ſpir. nitri abſtractionem, & ſubſequentem calcinationem, ulterius cum V ter eſſe deflagrandum; ſic enim tutius & etiam auctâ nonnihil doſi, cautè tamen internè præparari poteſt.

☿▽ratus comm. quando præparatur per ▽onem cum aquâ ſalsâ, albeſcit, ob ſalinas volatiles particulas adhærentes, quæ ſolæ ☿io paulo exactius combinabiles ſunt: & hic extra in ulceribus cancroſis commendatur à Poterio, intra per inferiora ſaltem purgare, eidem dicitur, quod tamen minus vero ſimile videtur. Nam omnia hæc modo enumerata præcipitata in formâ liquidâ, ratione ſulphuris acidiſſimi nervoſas partes inſigniter ſtimulant, contenta verò corporis colliquant, unde vomitus, ſalivationes, ac ſeceſſus movent; & quidem magis illa hoc faciunt, quæ minus fixa ſunt, minus hoc faciunt, quæ magis fixa, adeò, ut hæc ad diaphoreticam naturam proximè accedant, ſaltem alvum tantùm ſtimulent. Hinc fixiſſimus eſt ☿ per ſe ▽tatus, præſertim cum ☉ ſociatus, poſt hinc cum ☾u ☿i paratus: cætera omnia minus fixa ſunt, præſertim cum aqua ſalſa ▽tatus, hinc enim facili enchiriſi, poſt ♒is nempe ſaltem evaporationem, ſublimati, & in perfectum ☿ium præcipitatum corroſivum venenoſum mutari poteſt. Id quod confirmat, ſi ii iſtas ſub præcipitatione alterationes magis ab acido ſulphure externo, plus minus actuato, quàm ab ipſis ſpiritibus acidis dependere: utut hi ipſi agendo in ♃ acidum illud vim ejus intendant, & ita præcipitationi ☿ii, ejusque plus minus fixationi, occaſionem præbeant, quo ſenſu explicanda etiam ſunt aſſerta Sylvii Tr. *de hydrope* §. 228. *& ſeqq.* it. *de Lue* ☿*ea* §. 160. *& ſeqq.*

Præcipitatus cum ♌ ☉i Autoris No. 5. revocat in mentem aſſerta Helmontii, Tr. *Ignota actio regiminis* §. 11. & *ſextuplex digeſtio* §. 29. quod oleum vitrioli ſolo attactu Mercurii tranſeat in alumen. Res à nullo hactenus comprobata, aut exemplo illuſtrata, ita ſe habet:

℞. ☿*ii* ℥j.
♌ ☉*i* ℥iiij.

Digerantur mutuò, & poſt ſolutionem plus minus factam, ac ♒is evaporationem, & ſubſequentem deſtillationem, remanet ♍ albus præcipitatus, qui edulcoratus probe, ſuggerit pulverem citrinum, mediante deſtillatione à cineribus clavellatis in idem ☿ii currentis pondus revivificabilem: ▽ verò iſta edulcorationis ſale vitriolico impregnata, ebulliendo evaporata, reddit genuinum alumen; res curioſa!

No. 7. Mercurius eſt per aquam ovorum præcipitatus: circa quem obſervetur, in Paracelſi ſcriptis occurrere ſubinde ☿m corallatum, it. arcanum corallinum, quod propter colorem etiam Mercurium hæmatinum, ab uſu verò in archidoxis Mercurium vitæ appellat, qui præparetur ex argento vivo in diaphoreſin, vel blandam alvi in ſolutionem fixato, quo vulnera & ulcera veſicæ, faucium & œſophagi curentur &c. hoc nomine non Merc. comm. cum nitro paratus aut præcipitatus ab Autore intelligitur, ſed, uti Helmontius hoc oſtendit *Tr. de Febb. c.* 14. §. 10. it. *Tr. Arcana Paracelſi*, eſt Mercurius vivus per liquorem alcaheſt fixatus, & per aquam albuminis ovorum edulcoratus; aliàs etiam ab eodem purgatio diacettateſſon Paracelſi vocatur, quæ podagram curet. Conf. de hoc Mercurio vitæ Paracelſi Knœfelius *Tr. Methodus medendi febres epidemicas, pag.* 75. *&* 85. Paracelſum ergo malè communiter intellectum peſſimè ſemper imitati ſunt, id quod etiam oſtendit hic præcipitatus per aquam ovorum, ad Paracelſi imitationem inſtitutus, ſed prout ab Autore præſcribitur, nullo modo ſuccedit. Potius conf. M. A. N. C. *A.* 4. *p.* 89. 90. ubi aquæ alb. ovorum genuina Knœtelio olim uſitatæ habetur deſcriptio: ac ſanè ibidem deſcriptus labor Mercurialis aſſeritur, quod fuerit genuinum remedium Knœfelii,

quo podagram curaverit, de quâ curâ non ſaltem publicè proſtat Epiſtola hujus argumenti, ſed etiam propter elegantem theoriam conf. Conſilia & Apologiæ Knœfelii M.A.N.C. *A.* 6. *p.* 148. & 152.

No. 8. Præcipitatus per ſmiridem nihil valet, nempe copioſus ☿ eſt in ſmiride, ratione cujus ſuperficialiter alteratur ☿, unde præcipitatus hic non eſt fixus, ſed in △e evaporans, in ☿m currentem redit, ♄ verò ruber, remanens, eſt à ſmiride, qui tanquam fixus ſuſtinet ignem.

No. 10. Præcip. albi labor arridet Hofmanno, ſed neſcio quare: habetur enim nihil aliud, quàm præcipitatum quoddam ſeu turbith minerale haud adeò multum differens, ab alio ſimili præcipitato, per alcali fixum, ex Merc. ſublimato parato, loco quorum omnium ſufficiat, v.g. turbith minerale Mynſichti *p.* 18.

No. 11. Præcip. dulcis. Simplex ſuccus eſt, nempe ☿ii vivi interpoſitione ſeparantur, minusque unitæ ſunt particulæ præcipitati, unde in eâdem doſi mitius operantur.

No. 12. 13. Præcipitata hæc per alcalia ex ſolutionibus acidis, cum ▽ factis revera reipſa coincidunt, ac eàsdem vires obtinent, cum ſupra dictis præcipitatis per acida factis, mitiora tamen paulò ſunt, minusque vehementia, quatenus nonnihil fixiora. Sanè rarioris uſus ſunt in Medicinâ internâ præcipitata Mercurialia per acidâ facta, quia tutiora ferè proſtent evacuantia, niſi forſan in chronicis, difficulter eradicabilibus, aliisque ſimilibus affectibus, unde frequentiſſimè in lue Venereâ internè & externè adhiberi ſolent.

No. 14. Mercurius præcipitatus vitriolatus &c. Mancus eſt hic ex Keslero petitus proceſſus, potius imitemur Knœfelium, qui ita remedium hoc paravit:

℞. ☿ *viv.* ℔j.
▽ *ex* ☉ & ☽ ℔ij.

Miſc. in cucurbitâ abſtrahatur per ♌, & cohobetur 4. vicibus; quintâ vice, rec. ▽ affundatur, & tribus vicibus cohobetur, ſic enim acquiritur Merc. præcip. ſuaviſſimè rubicundus: huic affundatur ſpir. vitrioli ℔j. abſtrahatur per retortam & cohobetur 4. vicibus, tandem △ rectif. exinde bis vel ter deſtilletur, ac tandem cum ▽ borraginis vel bugloſſæ edulcoretur, habebitur ſic elegans, dulcis & ſuo modo fixus præcipitatus, qui in morbo Gallico, it. morbis contumacioribus quibusvis, ulceribus chronicis, ac diuturnis multum præſtare valet.

Præcipitata, quæ ſequuntur metallica, eſſentialiter non differunt à ſimplicibus, ſaltem ob adjuncta metallica, præſertim ☉, hujusque beneficio mutatam texturam, & miſificatum ſulph. Mercuriale, mitior forſan erit eorum operatio, hinc Freytag. *in Aurora Med. c. II. l.* 4. dicit, ☉ *optimè corrigit malitiam Mercurii, ejusque noxiam coërcet naturam, & diaphoreticam vim ei conciliat.* Hoc ipſum tamen non ita abſolutè accipiendum eſt, cum ſupra & infra plus minus purgare, & continuatâ in minore pondere doſi, etiam ſalivationes ciere poſſunt: nempe, major vel minor fixitas Mercurii, ſemper hic attendenda eſt. Interim longiſſimè abſunt hæc præcipitata etiam metallica, ab auro horizontali, ſeu ☌io diaph. Helmontii, univerſali iſto remedio, & quod perficit, quicquid Chirurgus & Medicus poſſint optare ſanando. Vid. Tr. *Arcana Paracelſi*, it. Tr. *de Lithiaſi c.* 8. it. Tr. *de Febb. c.* 14. & hujus non obſcura proſtant veſtigia in Paracelſo Tr. *de morte rerum.*

No. 2. Deficit in hac deſcriptione primarium ingrediens, nempe ſimul recipi debent Merc. vivi ʒiv. quæ etiam ſolvantur in ▽; tres hæ ſolutiones conjungendæ ſunt, & modo, ab Autore præſcripto, procedendum.

No. 3. Hercules Bovii. Conf. de appellationis ratione Hofm. *Clav. p.* 270. ſicuti, pro dilucidandâ præparatione conf. Will. *Ph. Rat. P.* 1. *p.* 72.

No. 4. Aurum vitæ Hartmanni. Melius perfici poteſt, ſi ſecundum Knœfelii modum, poſtquam ex ♁ per ♌ in ▽ deſtillata fuerit, ut denuò affundatur, & ita 5. vicibus, in igne quodammodo fixius præcipitatur, poſtmodum procede ſecundum Autoris deſcriptionem.

No. 7. Præcipitatus viridis: B. D. Mich. utebatur ſubinde hoc præcipitato in gonorrhœâ ☿eâ, quam optimè per urinas expurgat: primitus quidem videtur malum augere, continuato verò uſu illud refrænat. Commodè etiam cum extracto Panchimagogo poteſt dari in formâ pilulari iis, qui lue Venereâ laborant.

No. 8. Vitrum ☌ii ☽re reipſâ nihil de ☌io participat; hic enim infuſione avolat, ☽ interim fuſa non abit in perfectum vitrum, ſed ferè propter ✱ ad naturâ ☽æ corneæ declinat.

No. 9. Vitrum ex ☿ vitæ, ſeu ſuccinum ♂ii, obſervandum, quod ☿ vitæ, ſi regulus ♂ii, in ♄m ♉tatus, ex hoc fit elegans vitrum flavum, inſtar ſuccini, unde rectius quibusdam ſuccinum ♂ii dicitur. Hoc mitius operatur quam commune vitrum ♂ii, utpote cujus reſpectu copioſius per inferiora purgat, quàm per ſuperiora, interim quando vomitus movet, lenius hos provocat, quàm ☿ vitæ communis. Interim obſervanda eſt enchiriſis Autoris, nempe abſtrahendas eſſe per ♋m partes minus fixas, aliàs ſub fuſione cum fumo, ☿ vitæ maximam partem evolat, nempe adhærent adhuc acidæ butyri ♂ii particulæ ☌io vitæ, cum quibus unà evolat. Si non

non adeò exactè edulcoretur ☿ vitæ, tunc, ſi jungatur ☿ vitæ, ambo coëunt, & acidum adhærens ☿io vitæ, jungit ſecum ☿ vivum, ut ita cogant in panacæam ☿ii purgantem, quam vid. in Autore *Tit. ſeq. No.* 13.

SUBLIMATIO.

MErcurius ſublimatus eſt vel corroſivus, vel non corroſivus. Ille, adjectione ♎is comm. fit; vid. Autor N. 1. 2. 3. ſine ♎e comm. ſolo ♁ & ☉, ac aliàs à Crollio vel propter coloris elegantiam, vel propter malè intellectum Paracelſum arcanum corallinum dicitur, ab Autore N. 8. 9. 11. deſcriptus. Ille pondere augetur, hic verò edulcoratus & ablutus nullum acceſſorium habet pondus, unde & corroſivitas, & pondus ſaltem eſt à ♎e com̃. non verò à ☉ vel ♁o; hæc enim nihil materiale de acido ſuo ſeu corroſivo ☿io addunt, quia ſine ♁o optimè etiam parari poteſt, ut ſufficienter docet Tach. *Hipp. Chym. c.* 24. ubi etiam genuina ☿♎tum parandi docetur ratio. Hoc obſervandum ſimul, quod ☉ additum agit in ♃ ♁i, hocque ſimul nonnihil elevat, hoc ipſum in ☿ii ♃ externum ſimul agere, adeò, ut ☿♎ corroſivus de acido ♎is comm. ſolùm participet, nihil vero de acido nitri aut vitrioli, benè autem de hujus ♃e. Unde etiam illa differentia butyri ♉ii, dum quoddam butyrum ♉ii, exque eo paratus ſpir. ♁i Philoſophicus ☉ ſolvat, aliud verò ☉ non ſolvat. Nempe com. cum ♁o ſimul ♎atum non ſolvit propter ♃ ejus, ſolutionem impediens, quod vero paratur ex ☿♎o ſine ♁o, ☉ ſolvit &c. Ille verò ſublimat9, qui ſine ♎e com̃. fit, nihil de ☉ vel ♁o acidi vel corroſivi adſciſcit, unde etiam ♎tus rubeus non corroſivus vocatur, quin facilè omne quod adhæret, edulcorando, eluitur: ſed tantum ♎ ☉i ♃eus, qui ſimul elevat ♃ ♎i, agitur in ☿ii ♃ externum, ratione cujus extraverſi, aſſurgit ♎tus ruber, non corroſivus: dum verò addito ♎e comm. profundius ☿ diſſolvitur, ♎atus albus corroſivus adſcendit.

Ex iſto corroſivo ☿♎o additione ânaticâ Merc. vivi fit Merc. dulcis vulgaris, ab Autore No. 4. præſcriptus. Nempe acidum illud ſalis comm. concentratum in ☿♎o, additione novi ☿ii vivi, diluuntur, & ita agendo ſimul in ☿m additum, multum in acrimoniâ minuuntur. Quoad enchiriſes præparationis, variat 1. Proportio ingredientium; prout enim magis corroſivus eſt ☿♎, eò plus ☿ii vivi addendum, & contra.

2. ☿♎, ac ipſi additus ☿ viv. ſi fuerint puriores, ſufficit unica ſublimatio, præſertim ſi exactâ triturâ prius ſubacta fuerint, ſin vero impuriores fuerint, ita, ut copioſa fuligo alba, ſublimiora ſublimatorii loca occupet inſtar arſenici, aut etiam ſordes nigricantes in fundo remaneant, reiteranda ſublimatio, donec purus fiat.

3. Quo magis intenditur in ☿io dulci ſcopus laxativus, eò minus repetenda venit ejus ſublimatio; quando vero parciorem laxandi vim volumus, crebrior reiteranda ſublimatio; ſic enim, quindecies aut vigeſies ſi factum fuerit, tandem diaphoreticus evadit Merc. dulc. ſiquidem Untzerus *l.* 2. *c.* 2. *de Mercurio* refert, quod Merc. ſublim. corroſivus pet ſe quinquageſies ſublimatus & rectificatus, reddatur revera ducis, ut nemini noceat, ſed tantum infra purget. Aliàs compendiosè paratur Merc. dulc. ſi nempe

℞. ☿♎ ℔j.
☿ *viv.* ℔ß. - ʒx.

Hinc conjungantur & terantur, affundatur ▽, & decantetur tàm diu, donec nulla in ea percipiatur acredo, purgat ſaltem per inferiora doſ. gr. vj. - x.

Quoad uſum ☿ dulcis, perquàm egregium eſt remedium laxativum in morbo Gallico, ſcabie, gonorrhœa virulentâ, epilepſiâ inveteratâ, aliisque chronicis ſimilibus morbis, in quibus commodè ſub formâ pilul. cum extr. hellebr. nigr. vel panchymagogi Crollii datur; doſ. cum aliis purgantibus eſt ad gr. xv. uſque ad ʒj. tardius operatur, nec ſolitariè ferè pro ſcopo purgandi uſurpandus. Infantibus quibus imminent variolæ, in primo morbi principio datus, habitâ ætatis ratione per vomitum & per alvum mirè ſuccurrit, & variolarum proventum multo facilitat. Probè aliàs notandum, ☿m hunc dulcem, non ſecus ac alia ☿ialia, non adeò commodè convenire corporibus biliioſis, aut aridioribus, cum è contra optimè conducant ♃icis atque ſanguineis. ☿io dulci huic, ſi admiſceatur ☿ vitæ petit hujus vis vomitoria, & fit egregium purgans per inferiora. Acidum enim ☿ii dulcis figit vim ♉ii vomitoriam, ut ſaltem per inferiora operetur. Vid. Hartm. *Prax. P.* 1. *c.* 4. §. 1. & ex hoc fundamento procedit Antiquartium Febrifugum Riverii, cujus genuinam aut genuinæ proximam deſcriptionem arbitror, quam habet Hofm. *Clav. p.* 275. Siquidem Riverius crebrius uſus fuit ☿io dulci pro purgatione & iſtum cum ſcammonio miſcere ſolitus fuit.

℞. ☿ *dulc.* ʒj.
Scam. præp. ʒß.

Ex quibus cum mucilagine tragacânthæ pilulas fecit, easque tecto nomine chalomelanos Turqueti vocavit; conf. *Cent.* 1. *obſ.* 26. & ſpeciatim *Cent.* 4. *obſ.* 33. & 97. Convenit inſigniter ☿ dulc. in affectibus hydropticis, aliisque ſimilibus, à colluvie ſerosâ natis: Externè hic ☿ dulc. commodè unguenta contra ſcabiem, aliasque ſimiles corporis ſordes, it. ▽s coſmeticas ingreditur, unde etiam celebre eſt adeò decoctum ♆æ cum ☿io

Digitized by Google

dulci, quod vid. in Autore No. 5, quod mirè prodeſt in lue Gallicâ, purificat ulcera Gallica, eaque mundificat, ſcabiem quamvis ferinam, ſerpigines, &c. optimè curat: ſi inflammationes adſint, aliquantum ſacchari ♄i ſimul addi poteſt.

No. 7. Lanugo perlata. Si rem exactè conſideremus præparatio Autoris eſt miſcela ☿ii, partim ♎i, ratione ♒ ☉is in menſtruo, partim ♓tati, ratione ♒ ☽i in menſtruo, & alcali ♀i in ♅ ♄iſato: hæc duo cum ☌ in floccos contrahuntur, ☿iale corpus ☉ibus iſtis plus minus larvatum, & nonnihil fixatum continentes, unde & vis laxativa: illa, quam Hofm. *p.* 277. hujus loco ſuggerit, & à D. Mich. habet, idem eſt, atque ſi ☿ ſublim. corroſivus cum ♁ ♀i præcipitatus mediante ☌ in aliam faciem mutaretur: negotium uno nomine parvi ponderis, & quod commune quoddam Turbith accuratius paulò paratum æquare valet.

No. 12 Omnis cinnabaris conſtat ☿io vivo & ♃e minerali, hæc duo mutuâ adhæſione conſtituunt concretum rubrum tertium, nempe ♃ ratione acidi ſui promtè ☿io alcalino ejusque ♃i externo ſociatur, unde etiam additione vel ♂ vel ☉ ♀i & ♆æ mediante deſtillatione, ☿ denuò à ♃ ſeparatur, & revivificatus prodit, quatenus hæc ♃ promptius arripiunt, & firmius ſibi jungunt: Perinde autem eſt, ſive ♃ minerale vulgare ☿io addatur per artem, ut in cinnabari artificiali, ſeu per naturam, ut in cinnabari nativâ, ſeu ſumatur ♃ minerale, in ☽io reperibile, ut in cinnabari ☽ii. Præparatio autem cinnabaris artificialis fit vel in viâ ſiccâ, vel humidâ; in ſicca, prout præſcribit Autor; in viâ humidâ, prout docet **Erker** *in Aula ſubt. pag.* 301.

DESTILLATIO.

BUtyrum ☽ii. Nihil aliud eſt quàm concretum fluidum, quod fit ex acido ☉is comm. in ☿♎to, hoc mediante igne in motum concitatum, rodit regulum ☽ii, & cum hoc ſoluto in formam ſpiſſi ſeu gummoſi, aut butyracei liquoris per retortam tranſit: dum vero acidum ☿♎i regulum ☽ii rodit, ☿ hinc ex ejus compedibus liberatus, revivificatur, & ita partim in vivâ formâ cum butyro prodit, partim cum ſulphure ☽ii, à regulo diſſoluto ſeparato ſe unit, ac ſublimat in collum retortæ in cinnabarim. Liquor qui prodit, infuſione aquæ turbatur, lacteſcit, & præcipitatur in ♄em album, qui malè vocatur ☿ vitæ, cum genuina ☽ii ſit proles, adeoque rectius magiſterium ☽ii emeticum vocatur. Pulvis hic eſt regulus Antimonii à ſpir. acido Merc. ſublimati ſolutus, ſed à menſtruo, per aquam ſimplicem ſeparatus; nam regulus ſeu metallica Mercurialis Antimonii pars copioſo adhuc gaudet ſulphure, quo ſaturatus, minus ſtrictè cohæret externis acidis, quin aquæ affuſione facilè ſeparetur. Aqua hæc, præcipitando pulverem album, recipit ſpiritum iſtum acidum ſolvendum, unde rectificata relinquit ſpiritum acidum, vulgo ſpiritum vitrioli Philoſophicum dictum, reverà ♒um ☉is rectificatum, quia ☿ ſublim. corroſivus non niſi de acido ſalis comm. participat.

Dictum fuit, butyrum eſſe regulum ☽ii ſolutum, adeoque non eſſe productum ☿iale: Cinnabarim verò conſtare ex ☿io revivificato & ſulphure ☽ii. Proba eſt facilis, quia ex ☽io, etiam ſine ☿io poteſt fieri butyrum ☽ii, v. g. in viâ ſiccâ:

℞. ☽*ii* p. j.
☉ *comm.* p. ij.
♁ *ad albed. calc.* p. iiij.

♄iſata deſtillentur per ♌m probè loricatam △e aperto, & tranſibit ♁ ſeu butyrum ☽ii; It. in viâ humidâ:

℞. *Reguli* ♄ q. v.

trajice per cribrum ſubtiliſſimum, ſolve in ſ. q. ſpir. ſalis, ſolutio hæc rectificata deſtillando dat genuinum butyrum ☽ii, aquæ affuſione in ♄em album emeticum præcipitandum. In his autem modis nulla obtinetur cinnabaris propter ☿ii defectum. Sicuti è contra ſi butyrum ☽ii deſtilletur cum ☿♎o ex ☽io calcinato, regulo ☽ii diaph. nulla obtinetur cinnabaris propter defectum ſulphuris Antimonii volatilioris.

Prout itaque magis vel butyrum ☽ii vel cinnabarim deſideramus, obſervandæ ſunt enchiriſes. Nempe ſi ☽ium cum ☿♎o invicem miſta prius aliquandiu in cellâ repoſita fuerint, copioſius butyrum acquiritur; è contra, ſi ſpecies ſiccæ probè miſtæ mox deſtilletur, & quidem citius paulò ign. ſuppreſſionis adhibeatur, copioſior ♁ acquiritur. In genere proportio ingredientium ſit, ut ☿♎i duplum reſpectu ☽ii ſumatur. Præter hoc butyrum ſimplex paratur, & cum aliis metallis compoſitum, v. g. ☉ & ☽; quò facit modus Petri Joh. Fabri, qui *in Pathol. c.* 12. §. 2. ita procedit:

℞. *Reg.* ☽*ii* ℔j.

Liquefiat in crucibulo, hinc adde

☉*i optim.* ʒß.
☽*æ optim.* ʒj.

Miſc. invicem, frigeſcant, & in ♄m ſubtiliſſimum redacta, miſceantur exactè cum ☿ ſublim. & ita l. a. deſtilletur; quod enim etiam de ☉ & ☽ ſimul cum butyro plus minus tranſeat, præter alios teſtatur Boyl. *Chym. Scept. p. m.* 132.

Uſus butyri ☽ii rarus eſt internus, utut ad guttas duas in vehiculo largo dilutum, intrò propinatum, pro ſcopo laxativo uſurpetur.

Digitized by Google

petur. Externus uſus crebrior eſt, ſpeciatim in gangrænâ & ſphacelo, ac carbunculo peſtilentiali, ut ejus medio pars viva à mortuâ ſeparetur. Pro fontanellis excitandis etiam commodè adhibetur. It. pro abſceſſibus maturis aperiendis guttula impoſita eundem aperiri facit.

Magiſterium ♃ii emeticum, ex butyro ♁tatum, ſeu ☿ vitæ purgans eſt ſatis validum, ſupra & infra, ſeu in ſubſtantia, ſeu in infuſo adhibeatur, uti Autor declarat. Præſidium tamen minus moleſtum eſt, ſi è regulo ♃ii præparetur, ſpeciatim è regulo ♂is, ac poſtmodum ♅ deſuper deflagret, ut volatiliores, acrioresque particulæ ita exhalent. Roſa mineralis Ang. Salæ idem eſt ☿ vitæ, ſed beneficio calidæ ⊡æ ♁tatus, mitior etiam hic eſt in operatione, quatenus ab alcali ⊡æ acrimonia ejus quaſi ⊖lica nonnihil corrigitur, quod ipſum, dum agit in ♀ ejus, roſeum ♂is colorem producit. Eſſe autem nihil aliud, quàm ♃ii regulum, patet ex ejus reductione, quia ☿ vitæ, fuſione cum ſulphure, denuò in regulum abit. Cum itaq; ☽ alcali ⊡æ corrigit ita ☿m vitæ, longè magis hoc facit ⊖ ♀i; hinc ſunt, qui

℞. *Butyri ♃ii rectif.* p. iij.
⊖ ♀ p. j.

M. & per triduum digerunt, hinc ▽ affuſâ edulcorant, ♂is gr. j. purgat ſolum per inferiora. Alii concinnius ℞. But. ♃ii rectif. ℥ij. huic calido guttatim inſtillant ☌i ♀i p. d. calidi usque ad punctum ſaturationis, & ♁onem omnimodam, quod accuratè obſervandum. Hoc facto, cum ▽ comm. eluatur ♃ ♁tatus, filtretur & exſiccetur, & habetur ☿ vitæ ſaltem purgans, cujus in infuſo gr. v. in vini Rhenani ℥ij. poſt digeſtionem & filtrationem uſurpantur. Aliàs, plures ſunt modi, quibus ☿ vitæ corrigitur, ab Autore recenſiti.

No. 1. Igne ♁æ exhalant ſucceſſivè, præſertim ſi ſubinde agitetur, volatiliores particulæ ☿ii vitæ, quaſi ☌icalis, unde poſtmodum ♅ ♀iſatus aliquoties ab eo abſtractus, optimè eum corrigit.

No. 2. Acidum ſalis comm. figit quodammodo ☿m vitæ, & hinc ſubſtantias volatiliores & acriores, lotione iſtâ ſecum abripit, ita, ut admodum cicuratus remaneat.

No. 3. Acidum nitri figit ☿m vitæ, adeò, ut quo plus de nitro additur, eò magis diaphoreticus fiat; quò minus, eò magis catharticus remaneat, v. g. in viâ ſiccâ, ſi ℥iis duabus nitri, ℥j. ☿ii vitæ ſucceſſivè ingerantur, nec ita diu in fuſione relinquantur, habetur purgans per inferiora elegans: ſi verò nitri triplum & unam partem ☿ii vitæ accipias, hæcque diutius in igne relinquantur, poſt abluitionem acquiritur ♃ diaphoreticus, uno nomine genuinum ♃ diaphor. Par ratio eſt in via humida: ſpiritus nitri ſextuplum, à Mercurio vitæ ritè abſtractum bezoardicum minerale ſudoriferum relinquit.

BEZOARDICA.

COmmunis præparandi modus eſt, ut butyro ♃ii cum cucurbitâ in vas aquâ frigidâ plenum impoſita inſtilletur ſpir. nitri rectif. tàm diu, donec ceſſet omnis efferveſcentia, quæ aliàs eſt inſignis, cum copioſorum fumorum rutilantium ejectione & inſigni cucurbitæ incaleſcentia. Spiritus nitri aliàs blandè ſpiritui ſalis ſeu ſpiritui vitrioli philoſophico commiſcibilis eſt, hic verò efferveſcentia oritur, quatenus dictus ſpiritus intimius penetrat in particulas regulinas ♃ii butyri, quas ceu alcalinæ naturæ diſſolvit, ſed inſigni cum efferveſcentia. Quodſi ſpiritus nitri fuerit debilior, præcipitatur ♃ ex butyro; ſin autem fuerit fortior, ſolvit ♃, & ita ſine præcipitatione miſcentur. Hoc facto, per retortam in arena fiat abſtractio usque ad ſiccitatem, ſpiritus qui prodit, vocatur ſpiritus nitri bezoardicus, compoſitus nempe ex ſpiritu nitri, & ſpiritu ſalis butyri antimonii, adeoque generoſior ℞, vel Boyleo ſic dictum menſtruum peracutum conſtituit. Menſtruum abſtractum denuò affunditur, & cum ℥j. ſpirit. nitri acuitur (ſi nempe butyri ſaltem ℥iij. vel iv. fuerint, ſi verò plus hujus ſumptum fuerit, etiam copioſiore ſpiritu nitri acuendus erit) abſtrahatur denuò, idque etiam tertiâ vice, ſemper cum addita ſpiritus nitri novi portione acuendus.

Pulvis relictus albus ♃iſatus, calcinetur, ſeu △iatur, in patella ferè candefacta ♁ea, ut copioſiores & acriores adhærentes ☁us nitroſi ita exhalent, quo facto ♅ adhuc ſemel deſuper deflagrandus eſt, & ita bezoardicum minerale erit præparatum: nempe, acidum nitri figit △eo-♀iales reguli ♃ii particulas, & ita cum iis in concretum ⊖ſum abit, quod poſtmodum ☁ ſub calcinatione, effumatione, concretum ♀ alcalinum conſtituit, dum & ♀ ☾i, ſimul in eodem nonnihil concentratur, adeoque nobile eſt remedium in febribus ardentibus, præſertim quibusvis malignis, fermentum febrile, acidum malignum figendo, efferveſcentiam hinc concitatam ſedando, & mediante ſudore maſſam ſanguineam purificando. Faciliori modo paratur à quibusdam, ſi ☁ ☾i p. vj. cum butyri ♃ii part. j. miſceantur; ſic enim unica & ſimplici abſtractione idem obtinetur, quod aliàs triplici aut multiplici cohobatione vix peragitur.

Præter hoc bezoard. ſimplex etiam cum quovis metallo fiunt bezoardica mineralia compoſita, quæ inter eminet ſolare. Tres modi

modi hujus ab Autore enumerantur, quorum primus No. 2. eſt inſignis. Nam ex butyro ♂ii, cinnabari ♂ii, ac ☉o, fit præſtantiſſimum remedium, in morbis acutis ſingulare, hinc vocatur quibusdam bezoard. ☉re cinnabarinum, de quo pluribus agit Greiffius *Tr. de Theriacâ cœleſti p.* 63. Obſervandum ſaltem, pro bezoardico ☉ri, ☉ probè à ☿e depuratum ſumendum eſſe, quia aliàs vomitus cieret.

No. 3. Eſt bezoardicum ☉re commune, circa quod obſervetur, commodius ☉ ſolvi in ☾☊i bezoardico, & ita, ſolutionem hanc miſceri cum butyro, addendo ulterius ☾☊ q. ſ. & modo ſupra dicto procedendo, remanet ♄ luteus in ♀ ſolvendus, quo deflagrato, remanet ♄ purpureus, in parvis catinis ♒eis candentibus aliquamdiu movendus, ut avolent ☾us acidi ☊oſi reſtante ♄e purpureo. ☉ ad butyrum ♂ii debet habere proportionem quadruplam, ita ut ad butyri ℥iv. ſumantur ☉i in ☾☊ bezoardico ſolvendi ℥j.

No. 4. Loco ☉i corporalis eligit Autor ☉ in ſpiritualem ſubſtantiam exaltatum, h. e. quâcunque ratione volatile factum, optimus modus, qui præſenti negotio inſervit, fit cum ☾☊i bezoardico, in quo ſolutum ☉ toties cohobetur, donec volatile fiat, & per ♑m tranſeat. Hoc, affunditur remanenti ♄i ♂iali, à quo ☾ nitri bezoardicus fuit deſtillatus, & tertiâ, aut quartâ vice, tandem ad omnimodam ſiccitatem abſtrahitur: ♄ remanens, cum ♀ ex fæcibus parato probè irroratur, & hinc in catinis parvis candentibus leviter calcinatur, donec nempe ☾us combuſti ſint.

Uſus bezoardici ☉ris non cedit lap. bezoard. etiam Orient. in febribus peſtilentialibus, dyſenteriâ epidemicâ, epilepſiâ, variolis & morbillis, petechialibus, & omnibus his cognatis affectibus nobilis eſt medicina: doſis ℈ß.-gr. xv.

No. 5. 6. 7. 8. ab Autore explicata bezoardica Lunaria parum valent, ac genuina eſt de his Hofm. cenſura *p.* 284. eadem omnia propter ☿m, à qua fictitia iſta ☽æ eſt ℞a ſuſpecta eſſe, adeoque potius Lunam prope depuratam, in ☾ nitri ſolutam butyro ♂ii, pro parando bezoardico addendam eſſe vel etiam Lunam corneam, aliudve conveniens Lunare magiſterium.

Bezoardicum Venereum No. 9. ſuſpectum eſt, ob vim vomitoriam, unde nemini uſum ejus ſuadere poſſum.

Bezoardicum Martiale ab Autore No. 10. deſcriptum facilè ſuccedit: Nempe butyrum ♂ii guttatim inſtillatur vel crocoMartis reverberato, vel limaturæ ejus, & hinc more conſueto procedendum: ſed concinnior præparatio eſt, ſi candefactis clavis equinis ex ſoleis in acetabulo ſuperinjicitur ana ♂ii pulveriſati, & ita fundantur ſimul continuò agitando, materia tota ſunt ſcoriæ: Harum ſcoriam p. j.

♀♎ p. ij. deſtilletur per ♑m in butyrum rubrum, remanente ♀ friabili, variegati coloris: Butyrum ♒tatur cum ☾☊i, & figitur cum eodem conſueto modo, hinc cum ♀ deflagratur: fit diaphoreticum ſingulare antifebrile. ♀ elixiviatur cum ▽ comm. per reſidentiam depuratur & filtratur, inſervit loco acidularum artificialium, ſi evaporetur in frigido, dat cryſtallos. Forſan etiam ex ☾ ſeu ♌ ☿ii rubro infra ab Autore N. 3. deſcripto, utpote, quod nihil de ☿io, ſed ſaltem de ♂e participat, dicta ratione bezoardicum ♂iale parari poterit.

Bezoardicum ♂iale, eſt egregium in quibusvis febribus, præſertim intermittentibus, it. cum hæmorrhagiâ aut fluxu quovis cruento ſymptomatico conjunctis.

Bezoardicum Joviale No. 11. commodè poteſt præparari ad Autoris præſcriptum, commodior tamen ac elegantior eſt ille modus, quem ſupra de ♃e explicavimus, & pluribus proſtat declaratus in Zwelf. *Mant. Spag. p.* 344. Uſus ejus egregius eſt in affectibus uterinis, in purpurâ puerperarum, in iis qui ſæpius hæmorrhagiâ narium laborant, in hecticis &c.

Circa bezoardicum ♄inum No. 12. nil valet deſcriptio Autoris, quin potius ex butyro ♄ni ſupra de ♄o deſcripto cum ☾u nitri bezoardicum ♄inum fieri poteſt, vel hoc labore fiat proceſſus, quibusdam in ſecretis reſervatus: Solve ♄i laminati p. ij. hinc inſtilla de butyro ♂ii, abſque ☿♎o parato p. j. & ♒tatur mox ♄ albiſſimus, cui affunde ▽m comm. ad eminentiam 4. digitorum, optimè agita & filtra, quod in filtro remanet, leni calore exſiccetur & habebitur ♄ ♂iatus laxativus, qui ſervetur. Leniter purgat, æſtuationes corporis temperat, viſcerum ardores, ac inflammationes, præſertim renum ac lienis curat: doſis pro ratione ætatis & circumſtantiarum à gr. ij. ad viij. Quodſi cum ſolutione hâc & butyro ♂ii more in bezoardicis recepto procedatur, habebitur bezoard. ♄ninum.

Bezoard. ☿iale N. 13. eſt non-Ens, ☿ enim vitæ ♂ii eſt ſoboles.

Sequuntur in Autore plures ☾us, ♎a, ac ♁ia ☿ialia, uno nomine magna Non-Entia, omnia enim hæc vel nihil de ☿io participant, & ſaltem ♁ium ſunt variæ mutationes vel ☿m larvatum ſub ſalibus diverſimodè abſconditum, adeoque nunc ad ♎ati, nunc ad ♒tati naturam propius accedentem continent propter uſum etiam internum ferè nullum, externum aliis tutioribus, aut ſaltem ☿io ♒tato communi, vel ☿io dulci facile ſupplendum, meritò à nobis ſicco pede relinquuntur,

Super-

Digitized by Google

Supereſt adhuc curioſum negotium, ☿ii nempe vivi, in aquam ſimplicem elementarem, virtutis tamen plus minus alcaheſticæ, redacto, quem proceſſum; vid. in Agric. *Chirurg. parv. p.* 146. & Zvvelf. *in Mantiſſ. Spag. pag.* 359. quem etiam modum videtur inſinuaſſe hinc inde Boyle *Chym. Scept.* ſed Mercurii in ▽m ſimpl. ex parte redacti hinc inde mentionem facit. Sed, quicquid ſit hujus rei, meritò ceu falſum laborem rejicit Hoffmann. *pag.* 290. ac ipſa natura ☿ii, etiam fortiſſimis △ & quibusvis laboribus immutabilis ſui ſimplici modo in aquam redactioni reluctari videtur.

CINNABARIS.

CInnabaris eſt vel nativa, vel factitia, hæc vel com. cum ſulphure com. vel ☿ii, cum ſulphure ☿iali præparata. Nativa verò non ſecus ac dictæ artificiales decompoſitum minerale eſt, ex ☿io vivo & ♃e minerali concretum, unde etiam facilè ex eâdem ☿ viv. revivificari poteſt, per ♂m, aut ☉ia alcalia, quibus ♃ ejusq; acidum promtius quam ☿io adhæret, modo, quem docet Zvvelffer. *Mant. Spag. p.* 359. & Ercker *Aula ſubt. p.* 301. Pro uſu Medico ♄ nativa non ſemper æquè tuta exiſtit, ex eo, quod de ♃e volatili ☍ico, ſubinde plus minus participet, unde prius depuranda venit. Depuratur autem, ſi minera ♄is fuerit ſelectior aut purior, ſaltem vel coctione ſecundum Hoffm. *Clav. p.* 291. vel lotione ſecundum Wedelium *Pharmac. pagin.* 8. ſi verò impurior fuerit minera, ſublimationis beneficio ♄is exinde eruenda eſt. Sub ſublimatione prima, ≏atum nigricans ferè adſcendit, quod repetitis ≏onibus in elegantem ♄m abit. Depurata talis ♄ dubitandi anſam præbet, an vilior ſit ♄i antimoniali, ac ſane non tanta mihi videtur ſubeſſe differentia, quin una alteri commodè ſubſtitui poſſit, imo ♄ nativa purior etiam antimoniali interdum præfertur. Sane in genere ♄ hæc nativa non ſecus ac ♃ialis eſt anodyna diaphoretica, in febribus malignis egregia, nervina inſigniter, indeque affectibus convulſivis, ac ipſi quoque epilepſiæ ſpecialiter dicata & affectibus ſpaſmodicis ſcorbuticis, mirè conveniens. Hinc ſociatur commodiſſimè aliis vel ≒tantibus ſeu abſorbentibus, unicornu marino, ebori ſine igne, coralliis, ☾ialibus, vel diaphoreticis, ut ☿io diaph. Bezoardico minerali aut ſolari l. anodynis, ut laudano opiato &c. qui uſus cinnabaris locupletiſſimus explicatus eſt uberius à Ludovici paſſim in ſuâ *Pharm. ſpeciatim p.* 351. Externè ♄ nativa ſelectior appenſa, amuleti inſtar, epilepſias infantum præſervat, quin quod & eadem carpis manuum applicata conducere refert Hoffm. *Clav. p.* 294. Cum itaq; tam egregium nativum ſit ♄ ſelecta, non opus erit pluribus præparationibus reformare naturæ inſtitutum, ne dicam infringere, quin quomodo à natura datur, convenientiſſimè uſurpetur. Bezoard. ſolare cinnabarinum, de quo ſupra, ſuam meretur laudem ſub nomine Panaceæ ſolaris à Knœfelio olim parata, de quo vid. *M. A. N. C. Ann.* 6. *Append. pag* 88. tinctura cinnabaris etiam à quibusdam paratur: ℞. Mineræ ♄ Ung. pulveriſ. q. v. affunde ſpirit. terebinth. ſtent in leni calore, & extrahet ♃, quod ſupernatabit. Hoc effunde, affunde ſpir. vini ad extrahendum, abſtrahe ad ☍ſitatem, doſ. gutt. jx. vel x. in phthiſi. Forſan hic eſt ille labor, quem inſinuat Becher. *ſuppl.* 2. *pag.* 79. Autor ſuggerit nobis ex hâc ♄ præcipitatum diaphor. ſed bonum concretum nativum laborioſo hoc artificio deterioratur, nec majores virtutes obtinebit, quàm ipſa ♄ nativa ſelecta, & alio etiam nomine aſtrum Mercurii vocatur, de quo Hoffmann. *Clav. pag.* 287. 294.

Dubium interim eſt, unde concretum hoc compoſitum, nempe cinnabaris nativa, vires adeò polychreſtas poſſideat: ſed licet ventriculi digeſtioni minimè pareat, neque in corporis noſtri œconomiam recipi poſſit, attamen aſſumta, quamdiu hæret in ſtomacho, archeum noſtrum ſeu ſpiritum alterando, variè mireque afficit, & ſulphuri antimoniali vim ſingularem diaph. acceptam refert, argentum autem vivum compedibus ſulphureis liberatum illuſtres illas dotes retinet, quibus contagioſis, epidemicisque morbis, ipſique peſti (etiam exterius appenſum) ſingulari virtute reſiſtet ab utroque ♃e antimoniali & Mercurio vim anodynam ſpecificam, veneni epileptici domitricem poſſidet. Taceo quoque, quod horum ſingula in morbo Gallico, ſcabieque maligna conferant, quæ ab iis junctis, longè uberius expectanda.

ANTIMONIUM.

HOc concretum eſt ſemimetallicum, quatenus in hoc decompoſito duæ ſubſtantiæ conſiderandæ ſunt, ♃ea nempe & Mercurialis, quæ aliàs ab illa ſeparata per ſe exiſtens, regulus appellari ſolet, ſubſtantia ♃ea eſt admodum copioſa, ♃i com. ſimillima, & per menſtrua, vel alcalina vel oleoſa ſaltem per ſe extrahi & elici poteſt, ut per accidens etiam acidis poſſit præparari. Conf. Tachen. *Hipp. pag.* 182. Willis *Ph. P. I. p.* 64. item *de Ferm. p.* 74. *Sala in ſuis ſcriptis p.* 319. Mayovv. *de Nitro p.* 236.

Subſtantia ☿ialis ſive regulus eſt propriè id, cujus ratione ad metallicam naturam propius accedit, propterea etiam Jungius *in Doxoſcopiis pag.* 170. regulum propriè ☿ium eſſe, reliquum verò corpus, ☿ii venam aſſerit. Conſtat hic regulus ☿ii metallico ſulphure ſui

Digitized by Google

generis paulo fixiori coagulato, reſpectu cujus ♃ iſtud ſuperius minerale, ipſi adhærens, externum dici poteſt. Subſtantia hæc metallica, ad ☿ui naturã proximè accedit, omnibus teſtantibus Philoſophis, unde & ♄ Philoſophorum regulus hic quibusdam dici ſolet, indeque ☿ium rectè naturæ hermaphroditicæ eſſe dicitur Poppio, quatenus in ſe copioſũ ♃ minerale, & ☿ium metallicũ contineat. ♃ illud internum, quod informat ☿m in regulo, naturæ fixioris paulo, & purioris eſt, indeque ad ☉is naturam proximè accedere, dicitur, & hoc eſt, quod ſub ℞is ☿ialibus, tanto labore, licet utplurimum fruſtraneo elicere ſatagunt chymiatri. De ſale manifeſta in ☿io non deprehenduntur veſtigia, utut in regulo tanquam concreto metallico ſubjectum ♁ eum, in quo ſubſtantia ☿ialis & ♃ea invicem coagulata ſunt, adeoq; quod ☉ aliàs dicitur, deeſſe nequeat: Et iſtius ſubſtantiæ ☿ialis ratione per acida ſolvi ac tractari ſolet ☌. Diſtincta ſunt hæc duo in radice, regulus ☿ii, & ipſi adhærens copioſum ♃ minerale externũ, quaten⁹ tamen utraq; ſub naturali ſui concretione invicem, utut non adeò intimè, coaluerunt, fit, ut, etiam tàm exactè ſeparari à ſe ipſis non ſemper queant, quin & alcalia, dum agunt in ♃a, etiam ſimul regulum illorum medio ſolvunt, ſicut acida, dum in regulum agunt, etiam ♃a, ſimul alterant: hinc & ex ſulphuribus ☿ii v. g. ♃eo aurato, etiam antimon. reducibile eſt, non ſecus ac alcalia ſub fuſionis igne, dum antimonii ♃ abſorbent, ſi diutius ſtent in fluxu, etiam regulum ſimul ♃is beneficio abripiunt: E contra ℞a iſta Tachenii *c.* 23. *Hipp. Chym.* ſi diutius in ſolutione relinquatur, etiam præter regulum, hujus medio, ſimul ♃ adoritur.

Quomodo aliàs tria iſta chymicorum principia ♃, ☿ & ☉ ſeorſim ex antimonio præparari queant; Vid. **Erker** *Aula ſubt. p.* 300. Aliàs inter tot Autores, qui de ☿io ſcripſerunt præſtantiſſimus eſt Baſil. Valentinus *in Curru Triumphali* ☿ii, præſertim cum notis Kerckringii editus, item Alexander **von Suchten** *in Myſteriis* ☿ii. Synonyma ☿ii ab Autore recenſita ſunt plura, ſpeciatim Lupus dicitur, quia ſcilicet omnia metalla ♃e ſuo copioſo acido imbibit, & abſorbet, præter ☉m, quem ſolum puriorem relinquit. Delectus ſit, ut non præcisè Ungaricum & Tranſilvanum recipiatur, ſed & quod alibi in mineris auriferis reperitur.

Habetur tamen etiam ratio, ut eligatur ☿ purum, & quod non ſit Saturno inquinatum, de quo ejusque proba vid. Willis *in Ph. Rat. P. I. p.* 61. Quoad uſum, ſubjectum mirabilitatis rectè dicitur ☿, utpote ex quo ſolo integrum Pharmacopolium poteſt repleri, ita, ut quicquid intendit Medicus vel Chirurgus, deprehendere queamus in ☿io. Interim ☿ crudum, mixtione naturali & coaleſcente â integrâ manente, nullam notabilem operationem, nec vomitu nec ſeceſſu exerit in homine, utut crudi ejus aliquot grana, contra epilepſiam, à quibusdam adhiberi ſoleat. Conf. Ludov. *Pharm. p.* 203. item Wedel. *Opiolog. p.* 94. Brutis è contra ☿ crudum optimè convenit. Sanè porcis propinatum, non tantum pingues & craſſos eos reddit, ſed & ſanat, quod idem de equis, aliisque animalibus aliquoties obſervatum fuit. V. *Act. Soc. Reg. Vol.* 1. *p.* 647. item Baſil. *de Antimonio p.* 187. it. Ephem. *Erudit. Ann.* 1668. Interim à quibusdam antim. crudum decoctis lignorum ſudoriferis contra luem Veneream, non absque effectu ſimul miſceri & incoqui ſolet.

Quodſi verò ignem expertum fuerit ☿, & particulæ ejus liberiores factæ, & quaſi magis extraverſæ, præſertim ſimul alcalium ſalium adjumento reſeratum, tunc exerere vim ſuam, & malitiam turbantem manifeſtare ſoler. Sic enim ſimpliciter per ignem nudum ſublimati flores adhuc in ☿ reducibiles, ſatis violenti ſunt, non ſecus ac vel per ☉i detonationem vel cum ejus alcali in aquâ ſoluti ebullitionem reſeratur ☿, ut fiat erocus admodum vehemens. Imò ipſe vapor ſeu fumus antimonii, halitu hauſtus purgare corpus aſſolet; vid. Miſc. A. N. C. *Ann.* 3. *pagin.* 241. Nempe acidum partes nerveas inſigniter vellicans in concreto ☿ii latitat, à quo iſtæ primarum viarum turbationes, & pro quo temperando operatores cum ☿io, panem butyro largiter illitum edere ſolent.

Vis hæc ☿ii, cathartico-emetica, non præcisè in ejus ♃, nec in ſubſtantiâ ☿ali ſeu regulina conſiſtit, ſed utrisque ſimul combinatis; hinc enim talem texturam conſtituunt, quæ acrimonia ſuâ, linguæ licet inſenſibili ſub mole etiam minimâ, ſtomachum tamen ſufficienter vellicare, & hinc in ſpaſmos ac vomit⁹ ciere poteſt. Probatur ex eo, quod ☿ antimonii, & ex eâ ſeparatum ♃ ſit absque vi catharticâ, & hinc ♃ illud Tachenii obſervatum fuit egregiè nimias hæmorrhagias uteri ſiſtere doſ. ℈j. Sicuti è contra ſubſtantia ☿ialis in ☿io diaph. ex regulo parata vel in Bezoard. minerali, quatenus fixata eſt, item in ☿io vitæ benè effumato inſons obſervatur. Conf. Willis *Ph. R. P. I. p.* 61, Præter uſus vomitorio cathartico-etiam in antimonio vis anodyna diaph. & analeptica, ſanguinisque ſingulariter purificativa obſervatur, quæ propriè fundatæ ſunt, in ejusdem ♃ fixiore, naturæ ☉ris, in regulo ſaltem aut exinde parato vitro, reperibili.

Ad præparationes antimoniales dubium eſt, an ſpecialis aſtrorum influxus, ſubinde ſit obſervandus. *Aff. quæſitum* Kerkring. *de Anti-*

Digitized by Google

Antimonio pag. 214. Panthaleon *in Tumulo Hermetis pag.* 24. Neg. è contra Welelius *in Pharm. p.* 171. Hoffm. *Clav. p.* 295. Boyle *in Tentam. p.* 70. Nihil hic decidere volo, res facti eſt, per experientiam illuſtranda. Interim univerſaliores hæ cauſæ ad ſpecialiſſimos hos effectus minus ſtrictè alligandæ videntur.

VITRUM ANTIMONII.

VItrum antimonii fit per ♃is mineralis ſuperabundantis exaltationem, & hinc per reguli ſeu Mercurialis ſubſtantiæ, cum reliquo ſulphure reſtitante, mutuam colliquationem, ac ita mutuâ unione in corpus vitriforme coalitionem. Probat hoc non ſaltem mutua vitri in regulum, & denuò hujus in vitrum mutatio, quam docet **Kunckel** *Obſervat. Part.* 2. *pagin.* 31. ſed & vitri antimonialis reductio in regulum, quod fit, ſi ℞. Reg. Antimonii q. v. Adde illi in crucibulo partem ℥i olivarum, crucibulo probè clauſo imponantur anemio, ut fundantur; ſic enim deprehenditur poſtmodum regulus antimonii, qui nova calcinatione, denuò in vitrum redigi poteſt, ſulphur minerale, pro vitro præparando ſeparatur exhalando ſub calcinatione, ad quam hæc enchiriſis imprimis conducit: ut antimonio ſemel calcinato, ſemper novum adjiciatur ♁, etiam calcinandum; ſic enim hoc poſterius ſine fuſionis metu facile calcinabitur.

Quoad vero fuſionem vitri obſervandum, ut ſub iſtâ aliquantulum ♃is com. deſuper injiciatur, loco antimonii crudi, uti Autor vult, hoc enim ♃ deflagrando, ſimul ♁ii ♃ minerale combuſtibile abſumit. Cæteras enchiriſes optimè notatas vide in Zvvelf. *Animad. pag.* 459. item Erckero *p.* 298. Pluribus modis parantur vitra, optima tamen ex his, pro uſu quidem Pharmaceutico, & inde paranda Ra, vitrum antimonii hyacinthinum, pro uſu autem Medico emetico-cathartico vitrum ſuccineum ex ☿io vitæ, aut ſaltem vitrum regulinum, ab Autore No. 8. deſcriptum. Notabile eſt, quod ex ♉ butyri ♁ii, vitrum ♁ii album non emeticum præparari aſſerat Willis *Pharm. P. I. p.* 62. Paratur etiam per addita vitrum ♁ii, ſpeciatim cum borrace, pro cujus additi quantitate, præparationis modo &c. nunc album, nunc rubicundum, nunc viride obtinetur vitrum ♁ii. Conf. Aut. No. 5. Kerckring. *de ☿io p.* 145. & 169. Sunt, qui ♋ ♁ii ex vitro ſibi promittunt, deluſi communi vitro; nam in illius analyſi, præter ♃ deflagrans, & regulum, in ♁ii vitro nihil deprenditur, à ♃e rubedo eſt, & ferè vomitoria vis, reguli verò particulæ metallicæ, colliquatione ſimul extenſæ vitrum formant. Hinc enim ut eò procedat melius vitrificatio, ſunt qui borracem, ex alcaliū nempe genere addunt. Cum auro etiam vitrum ♁ii ſolare, idq; transparens, quidam parare ſatagunt. Vid. Autor No. 9. item No. 10. ſed ſecundum modum Autoris non eſt ☉ transparens, ſed tantum vitrum ♁ii, partes verò ☉is, hinc inde diſperſæ opacitatem potius inducunt. Unde concinnior, magisque accuratus eſt, Hoffmanni proceſſus, quem vid. *pag* 198. Autor etiam facit mentionem ♁ii cum fructibus calvariæ calcinati, aut loquitur Poppius, i.e. cum C. C. Cæterum loco C. C. uſti potius ♁ ſimpliciter cum raſura C. C. miſceatur, & ita ad ſummam albedinem calcinentur, & ♁ ſic præparatum, idem ferè valere dicunt, quam ♁ fixum, cum nitro ſæpius detonatum. Sed neceſſe eſt, ut diu, atque exactè fiat iſta calcinatio, ne vis emetica redeat.

Vitrum ♁ii in ſe ipſo virulentum remedium non absque inſigni violentiâ, ſupra & infra purgans, utut de cætero accommodatiſſimum ſit præparatum pro tinctura ♃is fixi ♁ialis elicienda. Unde in Medicinâ, non niſi pro generoſo purgante ſupra & infra laxante adhiberi ſolet, in quem finem in ſubſtantiâ non concedendum eſt, ſed ſaltem infuſum ejus in vino Rhenano ad ℥ß-℥j. robuſtioribus perſonis interd. datur. In quem finem parantur pocula vomitoria ejus medio, qualis non tantum eſt calix vomitorius Rulandi, qui vid. in ſcript. ejus remediorum, ſed & ex ipſo ♁ii vitro poteſt fieri ſimpliciter vitrum ſeu poculam vomitorium ad imitationem Erckeri *p.* 299. Sed propter nimiam virulentiam, vix præterquam correctum adhibetur vitrum, ut mitius per ſuperiora, & ſi poſſibile ſaltem per inferiora purget. Eſt enim unum ex difficilioribus præparatis remedium ♁iale per inferiora purgans. Non poteſt hoc fieri, niſi aliquali ſubſtantiæ ♁ialis fixatione, ſed in tali inchoatâ fixatione & correctione, quâ, & acrimonia nimia ex illius textura hinc volatilitas exceſſiva, admodum penetrans, corrigitur, vix tàm exactè punctum illud medium poteſt obtineri, quin in defectu adhuc vomitivum, in exceſſu verò correctionis diaphoreticum evadant. Accedit & hoc quod rigidiores particulæ ♁iales medicamentoſæ, vix tractibiles ſint in ægrorum ſtomacho, ac ſunt vegetabilium, hinc vix ſine inſigniori irritationis moleſtiâ operationem abſolvunt adeoque vix absque vomitu. Ratio, quate deſideretur tanto ſtudio ♁ium per inferiora purgans, eſt, quod non tantâ virulentiâ colliquativâ operetur, ac vegetabilia, ſed ſaltem acrimoniâ vellicante, deinde accedit & hoc, quod ſulphure ſuo, ſingulariter temperante, corrigat ſimul ſordes vitioſas evacuandas.

Quoad correctionem ergo vitri antimonii plures ab Aut. ſunt recenſitæ, quas inter mentionem meretur No. 2. Modus eſt hic:

℞. *Vitri* ♂ii *pellucidi* ℥ij.
~ ☉*is* ℥iij.

Stent in infuſo in retorta vitrea per ♂ & ♌ poſt deſtillatur per ∴, remanet quaſi butyrum, quod ▽tetur cum aqua calida, ſiccetur, & erit magiſterium album, uno nomine ☿ vitæ, doſi ad gr. ij - iij. porrigendus, & modis ſupra cognitis amplius corrigendus. Correctiones cæteræ Autoris cum ſpirit. vitrioli antimon. ⚹ figendo, hoc coërcent & mitius reddunt. Optimus ex his modis eſt, ☿ vitriolatus purgans, quem etiam inſinuat Autor No. 6. NB. 2. Sed concinniorem præparationem vid. in Hoffmanno *pag.* 299. ubi vitrum ♂ prius fuſione cum nitro correctum, poſtmodum ſale tartari extrahitur, hinc cum ſpirit. vitrioli in ſal tertium præcipitatur. Eleganter etiam ſunt vitri correctiones tàm cum ſpiritu vini, quàm cum borrace factæ, ac Kerkringio *in Baſil. pagin.* 143. & 169. deſcriptas. Sic du Hamel *de Affectionibus corporum pagin.* 397. cum ana ſalis tartari fundit vitrum antimonii, & ex hoc ipſo ſal per inferiora ſaltem purgans parare docet.

Pertinet huc ☿ ♂ii fixus diaphoreticus:

℞. *Vitri* ♂ *pulveriſ.* ℥j.
℅ ☿ *p. d.* ℥viij.

infunde & digere per menſes aliquot loco calido, pone in cellam per 14. dies, hinc filtra per chartam, & cum ℅i vitrioli ℥vj. ▽ta, ▽tatum exſicca, nonnihil edulcora & uſui reſerva, operatur per ſudorem doſ. ʒß in aqua carduibenedicti. Correctio prima Autoris manca eſt, concinna admodum ex eodem fundamentu eſt vitri ♂ii correctio: ℞. Vitrum ♂ pulveriſ. affunde ⚹ donec eleganter rubeſcat, decanta, & abſtrahe in MB. ad remanentiam pulveris, huic aff. ſpir. vini & deſuper deflagretur, purgat per inferiora doſ. ij. iij. jv. gr.

CROCUS METALLORUM.

Hic eſt nihil aliud quam ♂ per △m & alcali fixum reſervatum. Res omnis huc recidit, ut per alcali ignis medio ita recludatur corpus, ut ejus ♃ & hinc ſimul regulus ſeu ☿ialis pars extravertantur. Sive ☉ia addita à ♃e ☿iali unâ operâ ſub croci præparatione ſimul calcinentur, ſeu ſalia, jam ante alcaliſata aſſumantur, hocque poſterius tàm viâ ſiccâ, quam humidâ. Dicitur crocus propter colorem croceum, metallorum, quia antimon. quibusdam Rad. metallorum dicitur. Dicitur & epar antimonii, quia integra maſſa ante ſalium elixiviationem obſcuram epatis rubedinem refert. Totius præparationis fundamentum eſt, ut alcali fixum ſolvat antimonii ♃ externum, ſub quo actu continuato & ſimul regulus antimonii unà diſſolvitur, poſtmodum per aquam ſimplicem ſeparantur ſalia, & reſiſtat pulvis croceus. Hic ex regulo paratus, prout deſcribitur ab Autore ſub nomine croci antimonii regulini mitior obſervatur, quam crocus ex antimonio crudo. Sicuti etiam, ſi ♅ deflagret ſuper croco, mitior itidem & correctior obſervari ſolet.

Modus præparandi eſt triplex:

1. Quando ☉ia ♂io addita hujus ♃is medio alcaliſantur ſub detonatione quæ poſtmodum agunt in junctum antimonii corpus, illudque in crocum ſolvunt. Fitque vel cum ☽o, l. cum ☿o, ſeorſim, l. cum utroque ſimul. Cum ♂ & ☽ ana invicem mixta detonentur in crucibulo, aliquandiu invicem fluant, hinc effuſa eluantur ▽, pulv. reſtans eſt crocus metallorum. Ex ▽ elotâ alcali ☽i ſubtilioris ♃is ♂ii particulas retinente impræg nata, inſperſione ⚹ ▽tat ♃ ſubtilius alias ♃ auratum dictum. Cum tartaro ſimilis ferè labor eſt, cum ana nempe antimonii invicem fundantur in crucibulo, donec ☿ abeat in alcali, à quo ipſo diſſolvitur ♂ in crocum. Conf. Baſil. Valent. *p.* 213. Cum ☿o & ☽o ana idem eſt proceſſus. ☽ enim à ♃e antimonii inflammatur, non ſecus atque à ♃e injecto fieri ſolet, ſub inflammatione unà cum tartaro abit in alcali, mediante quo ♂ vertitur in crocum. Obſervandum hic, quoniam ſub detonationibus hiſce, ſpiritus nitroſi, item ☿i avolant, commodè hic labor in retortâ tubulata poteſt inſtitui, ut ita evolantes ſpir. nitri vel nitro-tartarei poſſint in receptaculo capi. Obſervandum etiam, ☽ & ♂ii ana ſaltem ſumendum eſſe, plus n. ſi ſumſeris, figitur nonnihil crocus, & loco crocei coloris, flaveſcentem acquirit. Conf. Willis *Ph. R. p.* 1. *p.* 63.

2. Modus fit per additum alcali, & quidem

In viâ ſiccâ, hâc nempe ratione ex ana ♂ii & ☉is abſynthii invicem fuſis fit crocus metallorum abſynthiacus Mynſichti *pagin.* 12. ſed nihil intereſt hoc in negotio, an ☉ abſynthii aliudve fixum ſumſeris, cum de vi ſeminali abſynthii, nullus effectus ſperandus. Ergo ſumatur ☉ tartari, & cum eo fundatur ♂, ut poſt ſalis ablutionem remaneat crocus metallorum, vel ♃ antimonii emeticum. De quo conf. Willis *Ph. R. P. I. p.* 64. ſicuti ex ipſâ maſſâ, adhuc calidè pulveriſatâ cum ſpir. vini elegans tinctura analeptica parari poteſt, ut docet Willis *l. c.* & conferri poteſt Baſil. *de* ♂ *p.* 212. & 234.

3. Modus fit per additum alcali, idque

In viâ humidâ: Quando nempe ☉ tartari aliudve alcali per aquam ſimpl. in lixivium redactum affunditur antimonio pulveriſato, & igne arenæ benè bulliunt, aquam novam loco evaporatæ jugiter affundendo, donec antimon. probè ſolutum ſit. Quo facto ubi

omnia

Digitized by Goo

omnia refrixerint, copioſa aqua affunditur, invicem agitantur & hinc liquor ſupernatans flavus per filtrum transcoletur. Pulvis, qui remanet in filtro, aqua calida edulcoratus, ſive crocus antimonii ad uſum reſervatur, ulterius pro lubitu corrigendus.

Uſus horum crocorum in genere eſt emeticus, ſupra & infra purgans, unde robuſtioribus in ſubſtantia, delicatoribus ſaltem in infuſo propinantur. In ſubſtantia ſi uſurpentur, optimum eſt, ut cum tartaro redigantur in tartarum emeticum, qualis & commodè ex Mercurio vitæ paratur, idque ſecundum Mynſicht. *pagin.* 13. vel compendioſiore modo ſecundum Ludovici *de Sale Tartari pag.* 75. qui doſi gr. iij. vel iv. ſatis commodum ac elegans eſt vomitorium.

De croco metallorum Rulandi, quis & qualis fuerit, à multis fuit controverſum, ſed non tanti eſt laboris Conf. *Medic.* Rulandi vel Kerkring. *in Baſil. pag.* 227. Infuſa Martialia ex croco communi nomine aliàs, ad imitationem Rulandi aquæ benedictæ appellari ſolent, quæ præter uſum internum etiam externè clyſteribus commodè pro fortiori ſtimulo miſcentur, ſi nempe decocti croci metallorum cum vino Rhenano ℥iij. vel iiij. pro lubitu permiſcentur clyſteribus, & ita iliacis, colicis, ac ſimilibus ægris infunduntur.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM

HOc & bezoardicum minerale eſt unum idemque remedium, ſaltem duplici viâ, illud ſiccâ, hoc humidâ paratum, quicquid etiam in contrarium dicat Williſius *Ph. Rat. P.* 1. *p* 209. cujus contrarium ſufficienter aſſerit Wedel *in Pharm. p.* 38. *&* 90. Sunt nempe nil aliud, quam reg. antimonii acido nitri ſolutus, & hujus adhæſione fixatus, unde ex regulo Martiali, alcalino quaſi & acido nitr. emergit tertium ſalſum, fixum diaphor. in receſſu ſulphureum, quod tamen ſalium acidorum vel evaporatione vel ſedulâ edulcoratione & ita ſeparatione in calcem terreo-alcalinam ſulphuream redactum fuit. Adeoque omni acri temperando, fermento acido maligno imbibendo, & ſudorem excitando hæc inſerviunt. Quia verò ſulphur antimonii in antimon. diaph. ſimul roditur, non verò perfectè ab acido nitri imbibitur, hinc fit, ut facilè textura ſulphuris cum regulina ſubſtantia denuò emergat, & quaſi revivificetur, indeque antimon. diaph. interjecta aliqua temporis mora denuò emeticum evadat. Quod, ne fiat, tres enchiriſes obſervandæ ſunt:

1. Ex regulo præparetur, præſertim ♂iali.
2. Cum triplo nitri exactè miſtum, diutius nonnihil in fuſione relinquatur.
3. Edulcoratum licet, in aqu. comm. ebulliendo probè coquatur, ut ita ab omni nitro ſeparetur. Hoc antimonium ita paratum cum ☿ deflagret.

Præparatio eſt, ut antimonii p. j. Miſc. cum triplo nitri puri & in crucibulo candente invicem liqueſcant, quo facto, dum omnia per dimidiam præter propter horam in liquidiore conſiſtentia ſteterint, ſucceſſivè aquæ calidæ inſerantur, ut ita pulvis antimonialis fixus hujus beneficio ab adhærente nitro ſeparetur. Pulvis, qui ſubſidet, probe cum aquis calidis edulcoratus, uſui aſſervatur, aqua verò iſta edulcorationis ſucceſſivè evaporata concreſcit in cryſtallos, ſeu nitrum antimoniatum, reſtitante liquore lixiviali, non coagulabilis, ex quo verò mediante acet. deſtill. magiſterium antimonii diaph. ſeu ſecundum Autorem *N.* 2. Flores antimonii fixi poſſunt obtineri. Nempe ſub præparatione hâc nitri aliquantula pars à ſulphure antimonii ſub principio ingeſtionis in crucibulum candefactum, ſubigitur & alcaliſatur, ſed parum eſt, & lixivium illud poſt nitrum antimoniatum ſuperſtes conſtituit, quin potius cum ☿ à triplo nitro addito ſubigatur, ut nulla detonatio aut deflagratio fieri queat, nitri acidum, quod alias deflagrando in forma flammæ exhalat, agit in junctum antimonium, ſolvit regulum, & hinc ſociatum ſulphur externum, invertit texturam, figit, & ita immutat, ut poſt debitam præparationem calx terræ naturæ, quaſi alcalino ſulphureæ reſtiter. Unde etiam, poſt fixæ hujus ſubſtantiæ ſeparationem nitri major pars in forma debita denuò recuperetur. Parabile eſt hoc antimonium diaphoreticum ex omnibus antimonialibus, ſimili viâ, nempe croco metallorum, ſulphure aurato, Mercurio vitæ, regulo antimonii, & ſimilibus. Sunt, qui nitrum ex antimonio diaphoretico non ſeparant, neque edulcorant, ſed ſaltem diutius in candeſcentia relinquunt, concretum hoc nitroſum antimoniale in febribus ardentibus & malignis laudant pro ſcopo alterativo & diaphoretico adhibitum, quod ſimul alvum ſuaviter laxat. Alias enchiriſes circa hujus antimonii diaphoretici uſum obſervabiles vid. in Wedelii *Pharmac. pagin.* 91. item *in M. A. N. C. A.* 3. *pag.* 121.

Præter modo dictas præparandi rationes & aliæ ſubinde ſunt non minus concinnæ compoſitiones: v. g. cum ☉ & ☿. variatâ tamen proportione hoc diaph. parat Zvvelf. de de quo vid. Hofm. *Clav. pag.* 301. Tachen. ſimplici in igne fixatione, item decoctione & cum aceto ♆one antimonium hoc diaph. parat, v. Hipp. *Chym. c.* 27. ſed de hujusmodi antimonii diaph. cum aceto ♆ando præparatione meritò cum Zwelf. dubitatur, an non potius cadat ſic calx mortua, alcali & acido ſaturata, quam genuinum abſorbens ♁ diaph.

de quo tamen ulterior conſulenda experientia. Facit huc diaph. Helmontii Marggrafio ita dictum:

℞. *Flor.* ℥ii *Rubr. cum ammoniaco paratorum edulc.* ℥j.
☉ *puriſſ.* ℥ij.

terantur omnia minutiſſimè, miſce, fiat in crucibulo detonatio, & relinquatur pulvis albus, qui aquâ frigidâ aliquoties edulcoratus, poſt cum alcohol vini in retorta vitrea deſtilletur ad ſiccitatem, & relinquitur pulvis albus vel ſubflavus egregiè diaph. Hisce modis fit antimonium diaphor. ſimplex, ſolet tamen etiam fieri compoſitum, additis aliis metallis. Sic nempe antimonium diaphoreticum ♃ale, eſt id, quod vocant antihect. Poter. paratum nempe methodo explicatâ, cum triplo nitri & p. 1. reg. antimonii ♃ialis, hoc eſt, compoſiti ex partibus 5. ♃ & 4. ℥ii. Item antimonium diaphoreticum Martiale, ſeu pulvis cachect. Ludov. cujus clara deſcriptio proſtat *in Pharmac. pag.* 330. item *de Sale Tartari pag.* 72.

Pertinet huc antimonium diaphoreticum ☉re ſociatum cum calce Solis & modo ſupra dicto elaboratum, de quo vid. *M. A. N. C. An.* 6. *app. pag.* 23.

REGULUS ANTIMONII.

REguli in genere vocantur partes metallicæ, ſeparatæ ex mineris, à ſulphuribus ſuis ſuperfluis & combuſtibilibus, aliâve fæce quacunque, in ſpecie autem ex antimonio nucleus ejus, ſive pars metallica præparata, vocatur regulus. Adeoque regulus antimonii, h. e. metallica ejus pars, conſtans Mercurio metallico, de natura ferè Saturnina, ſulphure proprio interno, paulo fixiori coagulata. Fundamentum adeoque præparationis reguli conſiſtit in ſulphuris mineralis ſuperflui, ſeu externi, ab Antimonio ſeparatione. Separant ergo vel alcalia, quæ illud ſolvunt; vel pinguia, quæ imbibendo quaſi illud abſumunt; vel Martialia, quæ dum ab iſto ſulphure acido roduntur, mutuò ſe jungunt, ut regulus ſeorſim ſeparabilis fiat. Utut etiam per ſe, poſt ſuperflui ſulphuris ex antimonio per calcinationem ſeparationem, relicta ſubſtantia fuſionis igne in regulum abeat, eſtque modus Autoris No. 3. Quod itaque attinet modum ſeparandi ſulphur à regulo per alcalia, ordinariò tartari, nitri, antimonii ana detonata invicem funduntur in crucibulo, & poſtmodum mediante cono fuſorio ſubſidere permittitur regulus: nempe tartarus & nitrum detonatione iſta in alcaliſatum abeunt, quod agit in antimonium ſulphureum, atque invicem crocum metallorum ſive epar antimonii conſtituunt: dum verò fuſionis igni committuntur, alcaliſatum intimius penetrat ſulphur illudque extrahit, ut ita pars metallica, ab amplexu ejus fiat libera, quæ quia ponderoſior, utpote Mercurialis naturæ in fundo ſecedit, ſupernatantibus ſcoriis, quæ nil aliud ſunt, quàm ſal fixum ex tartaro & nitro, ſulphure antimonii externo largiter impræg natum, unde etiam hæ ſcoriæ uſu externo egregiæ ſunt in ſcabie, ulceribus præſertim tibiarum exedentibus, ſi lixivio ſolutionis ſcoriarum eluantur modicè partes affectæ, quin & ſuffitus ſcoriarum harum, cum ſuperinfuſa urina factus per infundibulum exceptus, pro remorantibus menſibus pellendis eſt egregius: Ex his ſcoriis, cum triplo nitri antimon. diaph. ex iisdem in aqua ſolutis, inſtillatione acidi ſulphur auratum, item ex iisdem cum ammoniaco ſublimando, flores fieri poſſunt. De quo poſteriore vid. *Miſc. A. N. C. An.* 6. *app. pag.* 87. Modus hic eſt quidem vulgaris parandi regulum, ſed melius eſt, ſi prius ſeorſim detonetur tartarus & nitrum, ac ita cum iisdem alcaliſatis, ex addito antimonio fiat regulus, Conf. Hofm. *Clav. pag.* 307. Idem fundamentum eſt præparationis Aur. No. 2. tartarus nempe cum antimon. calcinatur & fuſus ſuggerit alcali fixum, quod agit in ſulphur unde ſeparatur regulus. Par ratio eſt pulv. carbonum, mediante quo ſolo ex antimonio regulum parat Zvvelferus *Mantiſſ. Spag. pag.* 365. Nam carbones & ipſi in alcali fixum abeunt, dum interea ſulphur antimonii, cum carbonibus incenſis, ſucceſſivè exhalat, & abſumitur, unde reliquum ſulphur ab alcali ſolutum, à regulo ſeparatur, imò ſolo ſale tartari & antimonii ana eodem ex fundamento paratur regulus, modo, à Beſelio edocto *pag.* 234. ſed non nimis diu alcalia permittantur cum antimonio fluere, ne & hæc nimis penetrent in antimonii regulum, & dum in ſulphur exactius agant, ſimul de regulo deprædentur, ac totum ferè abeat in ſcorias. Modus parandi regulum per pinguia, v. g. colophoniâ, pice &c. ita ſe habet: ℞. ℥ii *& colophoniæ ana, vel* ℥ii *p.* iij. *colophon. p.* ij. contrita & miſta funde in crucibulo, hac enim ratione dimidio plus accipies quam alias. Ratio eſt, quia ſulphur antimonii impedit ſeparationem reguli ſui Mercurialis, & hunc plus minus ſecum retinet, ſub hac verò præparatione, ingreditur colophoniam, tanquam analogam, eoque regulum permittit citius & copioſius ſeparari. Vel ℞. ℥ii, ☉*i & picis, vel ceræ ana* ℔ß, ſuggerunt multum reguli, & ipſe Mercurius volatilis in regulo aliquantiſper figitur.

Tandem per Martialia etiam ſeparatur regulus, idque duplici modo: Aut enim limaturæ Martis candefactæ, vel clavis ferreis in crucibulo candeſcentibus adjicitur ana ℥ii, ut per

Digitized by Google

ut per se fluant; sic enim acidum antimonii sulphur agit in Martem, hunc rodit, unde regulus à sulphure secedens, facilè obtineri potest, idque eò promtius, si parum nitri in fine addatur; hoc enim alcalisatum in ♀ antimonii potentius simul agit, ut exactius separetur regulus. Vel secundo modo antimonio fuso intingatur bacillus ferreus candescens, & mox apparebit, actio antimonii rodentis & absumentis ferrum, quod reiteretur tamdiu, donec nulla amplius actio antimonii in ferrum sit observabilis. Quo facto massa effusa in conum fusorium suggerit regulum. In hoc sic dicto Martiali observandum est:

1. Quod ritè paratus, nec nimis celeriter effusus, parum aut nihil de Marte participet, cum hic omnis in scoriis delitescat, ut ut regulus sic purissimus & elegantissimus cadat.
2. Sulphur interim Martis agit in ♀ reguli antimonii, illudque magis exaltat, ac perficit ac tinctura suâ fixiori, suo modo nobilius reddit. Regulum antimonii Martialem optimè examinatum vid. in Pantaleonis *Tumulo Hermetis pag.* 23.

Porrò in regulo antimonii his modis parato, subinde in basi stella observari solet, quam quidem in solo regulo Martiali apparere, quidam ajunt, unde & regulum stellatum ex antimonio & Marte ritè parare, exactè & operosè docet Basilius *pag.* 295. sed modò ritè peracta fuerit operatio, etiam alius regulus, modò purior fuerit, revera stellam repræsentabit, in quocunque etiam temporis articulo fusio fiat. Stella reguli est merus positus striarum metallicarum ex antimonii corpore, quasi fortuitus: etenim striæ illæ particulæ metallicæ sunt, quæ separatæ à sulphure, proprio impetu, ex minutarum particularum figuratione ita locantur, unde quo minus sulphureus est regulus, adeoque purior, eò elegantior stella, quo impurior, eò levior, vel nulla apparebit. Unde etiam, quò magis striatum antimonium fuerit, eò plus reguli præbet, & stellam quoque elegantiorem.

Reguli ♃ialis præparatio in Autore clara est, quoad regulum ☉rem, hic, simpliciter ex auro constat, antimonio scoriarum instar supernatante, aut, si aliquid antimonii soli adhæserit, hoc facilè flatu cum folle poterit separari. Sicuti, si in scoriis hisce forsan aliquid corporis ☉is delituerit, facilè limaturæ Martis additione, in quod promptè agit antimonium & ita ☉m dimittit, hic ♄tari, ac separari poterit. Unum adhuc observandum, quod regulus antimonii Martialis, tanquam subjectum Mercuriale, adeoque cujusvis acidi facilè appetens, calcinando in igne, pondere crescat, de quo Conf. *Act. Med. Hafn. Volum.* 2. *pag.* 190. Usus reguli medicus specialis nullus est, nisi in quantum, ceu substantia antimonialis propriissimè dicta, ejusve nucleus, aliis remediis, exinde parandis, v. gr. butyro, floribus, vitro &c. inservit, sic etiam egregium diaphoreticum, sub nomine cerussæ Antimonialis ex eo parari potest, cum triplo nitri illud figendo, methodo ab Autore *No.* 5. descripta, quæ ipsa postmodum cum spiritu vini aliquoties deflagrata eò præstantioris erit usus.

Cerussa antimonii ☉ris Autor cum ☉ corporali non adeò benè succedit, potiùs ergò calx ☉is recipiatur, & procedatur eo modo, atque in antimonio diaphoretico ☉ri monitum fuit. Facit etiam Autor mentionem calcinationis antimonii ☉ris, mediante speculo ustorio. Res optimè succedit, prout descripta & delineata est à Febure *Volum.* 2. *Chymiæ*. Circa hancce antimonii calcinationem ☉rem,

1. Ponderis augmentum, sub tantâ fumorum exhalatione,
2. Antimonio sic superinducta fixatio, & effectus inde emergens diaphoreticus consideretur.

Prius ex condensatione partium antimonii, præsertim Mercurialium sive regulinarum, & arctiori earundem subsidentiâ emergit, evaporatis subtilioribus, volatilioribus, & inæqualem ac porosiorem corporis texturam magis condensantibus.

Posterius difficile est explicatu, nisi ex sale nitro-aereo alterante & figente regulum sulphureum, & in calcinatione hâc in concretum fixum, usu diaph. redigente, hoc explicare velis, cum Mayow *Tr. de Sale nitro-aereo pag.* 28.

PRÆCIPITATA ANTIMONIALIA.

HAbuimus calcinationes & solutiones antimoniales per alcalia, quæ speciatim, ejusdem sulphur externum attigerunt: sequuntur solutiones per acida, quæ præsertim in partem ejus Mercuriali-regulinam agunt. Menstruum acidum solvendo antimonio ejusque regulo accommodatum non est spirit. nitri, nec ▽, fiunt hæc equidem superficiali plus minus attactu antimonii regulum, non verò penetrant aut solvunt, nisi per sal com̃. quâcunq; formâ additum, redigantur in ℞am, solvendo antimonii regulo accommodatam, v. gr. ♂ diaph. fixum, in via humida ita paratum: ℞. ♂ calcinat. q. v. ab hoc aliquoties abstrahe ▽ vel spir. nitri, ad minimum ter, hinc spir. vin. rectificatissimus accensus, deflagret quater, unde superest antimon. diaphor. per ♄onem paratum. Idem labor secundum modum Antoris *No.* 1. fieri potest, modò crebriùs abstrahatur ℞. hinc aliquali ♎itione spiritus separatur, & spir. vini desuper

Digitized by Google

desuper deflagret, utut propter sal commun. additum haud adeò fixus evadat pulvis, quam si simplici aqu. fort. vel spir. nitri, ☞rio fuisset instituta. Aqua reg. ergò saltem est, quæ solvit antimonium, sed hoc saltem respectu ejusdem reguli, unde sulphur antimonii externum separatum sponte separat, ac supernatat, sulphuri comm. minerali simile. Conf. Aut. *N.* 2. *Not.* 2. & præsertim vid. Tachen. *Hipp. Chym. cap.* 23. *No.* 3. ☞tatum ℥ii diaphor. Autoris est nihil aliud, quàm bezoardicum minerale, ex croco metallorum paratum; idem ferè judicium esto de ejus *No.* 4. ☞tato regulo Martiali.

FLORES ANTIMONII.

POst calcinationes & solutiones antimoniales, sequuntur ejusdem ≏ationes in flores & cinnabares. Flores antimonii nihil aliud sunt, quàm ipsum antimonii corpus in album, vi ignis subitanei elevatum: Est enim antimonium concretum admodum volatile ob sulphuris, hujusque volatilioris copiam. Nam & regulus in flores elevari potest, sicut etiam, ex crudo antimonio, flores elevati, cum nitro ex borrace in vitrum & regulum reduci possunt. Dubium interim est, an totum antimonii corpus, per se in flores ≏ri possit. Præparantur flores ex antimonio vel per se, vel per addita. Per se fiunt, vel ex antimonio crudo, vel ex eodem præparato in regulum, quin etiam ex vitro antimonii pulverisato flores elevari possunt. Nam, uti antimonium sub sui calcinatione ad vitrificationem sub forma fumi, in copiosos flores elevatur, ita, quo diutius continuatur calcinatio, eò copiosiores flores exsurgunt, nisi mediante fusione in vitrum præcaveantur. Fiunt autem per se ex antimonialibus, per varia instrumenta, vel in cucurbita tubulata, uno vel aliquot alembicis instructâ, vel in retorta rostrata cum adaptato folle in furno, cum aludele sibi imposito, ad modum Glauberi *Opp. P.* 2. *pag.* 40. vel in crucibulis tribus in fundo perforatis, sibi invicem superimpositis, alii crucibulo, in quo est antimonium, impositis. Sed omnium optimus videtur modus, qui fit per cucurbitam tubulatam, cujus fundus ignem tangat, & cujus supremus ⅄ sit rostratus, aut saltem in summitate perforatus, quo gas & ☽ acidum convenienter possit exhalare, ne diffringantur vasa; estque hic modus Aut. *No.* 1. Tutius itidem succedit negotium, si subjecta in flores ≏anda antimonialia, cum arena permisceantur, ne fundantur, & fluant, hoc enim si fiat, nullos flores suggerunt.

Habentur hoc modo ex antimonio per se triplices flores, colore & majoris minorisve fixitatis ratione distincti, rubri in infimo, flavi sive lutei in medio. Rubri fixiores sunt, hincque cæteris tutiores habentur.

Per addita ≏tur flores ex antimonio præsertim per sal ammoniacum, quod in hoc negotio primatum ducit, ac præsertim ex minera antimonii, hujus medio triplices elevantur flores eâdem colorum differentiâ distincti, ex quibus rubicundi à sale ammoniac. per aquæ comm. edulcorationem probè separati seligendi sunt; ritè enim si processeris, pulvis coloris aurantii diaph. & antiepilepticus erit, simulque anodynus, nisi in dosi excesseris, & vocatur à quibusdam tinctura antimonii sicca, de qua etiam conf. Hofmann. *Clav. pag.* 311. *&* 312. nam in hoc loco non de nihilo est ejusdem enchirisis nitrum in terram per sulphur antimonii convertendi, vid. Autor *No.* 3. *&* 4. item 6.

Usus florum est, quod quidam sint emetici, quidam verò diaphoretici, ac simul anodyni, ammoniaci sunt fixiores, illi verò volatiliores: fixiores isti in tinctura sic dicta antimonii sicca imprimis se exerunt, volatiliores verò in cæteris ferè floribus, tàm per se, quàm cum sale ammoniaco paratis. Quoniam ergò utplurimum vehementi vomitu graviter turbant ægros, propterea corrigendi sunt. Correctio consistit in sulphuris volatilioris, ejusque acrimoniæ, quasi ☉ical is fixatione & attemperatione. Correctio prima Autoris omnium est optima, tutum ac elegans remedium, nempe sicut sal tartari, aut cum eodem paratum sal essentiale tartari est universalis corrector, quorumvis venenorum vegetabilium, ita etiam flores antimonii optimè corrigit.

No. 2. Distinguendum hic est inter flores per se mitiores, & inter hos maligniores. Mitiores isti corrigantur simpliciter ☽e mellis spirituoso cum spiritu vini juncto, prout innuit Hofm. *pag.* 313. Hoc enim modo flores in sole, vel alio loco calido, per mensem circulati, menstruo abstracto asserventur; sic enim violentia florum antimonii, quæ à cruditate quasi erat, beneficio hujus menstrui concocta & sublata est, ut tantum sedes moveat. Sin verò fortioris fuerint operationis flores, simul spiritus mellis acidus proliciendus, ac cum spiritu vini jungendus, ut eò certiùs figantur.

No. 3. Correctio hæc & fixatio per se est egregia, sicuti simili modo, & supra Mercurius vitæ pari ferè ratione correctus fuit. Coincidit hæc, quoad rem ipsam cum correctione Tachenii *Hipp. Chym. c.* 27. dum reguli flores acido ignis corrigit, & figit: nempe ut acet. destill. antimonialia quælibet figit & coë cet, ita & acetum lignorum vel carbonum in igne elevatum eandem vim habere manifestum est: idem labor est Basilii *p.* 245. saltem quod circumstantiæ varient, & pulvis candidus ex processu Tachenii emergat, qui in cæteris ruber est.

No. 4.

Digitized by Google

No. 4. Idem ferè, cum Mercurio vitæ ſupra inſinuatum fuit, & coincidit cum iſto labore, quoniam vel Mercurius vitæ cum Mercurio dulci, vel etiam fl. antimonii, per ☿ ✱ co ♎ ti eloti, cum eodem Mercurio dulci permiſcentur, prout docet Autor No. 3. de fl. ♃ii No. 2. Nam acidum ſalis comm. eſt, quod virulentiam florum coërcet: id quod manifeſtum eſt in viâ humidâ, quando nempe flores ♂ per inferiora purgantes præparantur, abſtrahendo à floribus communi modo præparatis, duplex pondus ∾ ſalis, quatuor vicibus & poſtmodum ab edulcoratis probe ſpir. vini ter deflagretur; ſic enim ſaltem cathartici evadunt.

Flores No. 7. Non benè ſuccedit hic labor: potius ergo uſurpanda præparatio Baſilii, cum Colcothare ☉i, *pag.* 199.

No. 8. Coincidit hic modus cum modo Baſilii, ſupra allegato & *pag.* 245. reperibili, quem modum, quare Hoffmannus rejiciat, cauſam non video.

Subnectit Autor fixationem ♃ii cum ♆, intricata & difficilis hæc præparatio corrigenda eſt per præparationem Hoffm *p.* 314. eſtque hæc fixatio cum ♆ nil aliud, quàm ♃is antimonii, mediante alcali ♆æ extractio, in via ſicca, & extracti, cum ✱ præcipitatio. Coincidit revera hic labor cum præparatione ♃is ♃ii in via humida, quam habet Autor, ubi de ſulphuribus antimonii, No. 1.

No. 9. De hâc cinnabari, ejusque natura &c. Vid. M. A. N. C. *Ann.* 3. *pag.* 172. ſed cinnabaris hæc ♃ii de ♃e ejus externo ſaltem participat, non de interno, cum ex regulo parari non queat; ob id cinnabaris nativa, huic antimoniali præſtantiæ palmam ferè facit dubiam, uſus ſupra, ubi de cinnabari nativa, fuerunt inſinuati. Saltem probè purificetur cinnabaris ♃ii, repetitis aliquot ♎onibus, tribus, 4. 5. nunc pluribus, nunc paucioribus vicibus, tamdiu nempe, donec purus adſcendat, nec ♎tum quaſi ☌ cale in cucurbitula ♎toria, ſupra cinnabarim appareat, aliàs adhuc vomitus movet. Urgenda eſt ♎atio forti ♎e, ut junctim ♃ cum Mercurio eò citius adſcendant aliàs Mercur. fugitivus avolat, & relictum antimonii corpus ſeu ſulph. comburitur.

DESTILLATIO.

DOcet imprimis Autor parare ✝ antimonii, de quo ipſo genuinum videtur judicium Becheri *Phyſ. ſubt. p.* 431. illud nempe adſcribendum eſſe ſulphuri minerali combuſtibili. hujus acido mineræ combuſto, adeoque ſpiritui ♃is maximè cognatum eſt, unde & non niſi ex minerâ deſtillando prolicitur. Quin imò Baſil. Valent. per campanam inſtar ∾us ♃is parare docet hoc ipſum acetum, circa quam præparationem probè notandæ encheiriſes, quas annectit Kerkring *in Comment. p.* 290. Sicut pro uberiore aceti hujus acquirenda copia, minera prius aliquandiu in ▽ pluviali, aut Majali, aut tonitruali digerenda eſt, & quaſi fermentanda, ut ita acidum illud ♃eum embryonatum in minera deliteſcens reſolvatur melius ac ☊bile evadat. Adhæc repetita ſemel deſtillati acidi ∾us ſuper novam mineram affuſione, digeſtione & ☊ione, major ejus copia acquiritur. Multum quidem pro uſu præparationum ♃ialium huic aceto tribuit Baſil. ſed quoad uſum Medicum dubito ferè, an adeo multum diſcreper à ſpiritu ſulphuris comm. unde & uſus ejus per ſe pateſcit.

Olea citius ex pumice genuina, quam ex ♃io elicies, ſuntque nihil aliud quam concreta fluida, craſſa, ponderoſa, ex acido additi corporis ſalini, cum particulis regulinis antimonialibus coaleſcente, enata. Addita iſta corpora ſalina, quæ ſub tali liquoris forma larvant ♂, ſunt frequentiſſimum, vel ſaccharum, vel ſal commun. cum ſaccharo, vel ſimpliciter addito antimonio crudo, vel huic cum ✱ plus minus imprægnato, prodit deſtillando liquor acidus ♃eus, plus minus empyreumaticus qui reverà eſt ex ſaccharo, ſed cui particulæ ♃iales regulinæ, plus min⁹ permiſtæ ſunt. Loco omnium ab Autore recenſitorum modorum ſit v. g. ♏ illud ♃ii ſaccharatum Hoffm. *p.* 315. ♏ tale ♃ii ſaccharatũ, accuratius paulo paratum, internè ſolet eſſe bonum ſudoriferum, ſicuti externè pro mundificandis ulceribus ſordidis ac cacoëtheis laudari ſolet. Par ratio eſt olei antimonii melliti, ab Aut. No. 9. deſcripti, ſub iſta nempe ebullitione acidum mellis rodit ♂, & aliquantulum ejus deſtillando ſecum rapit, unde emergit tale compoſitum, uſu externo chirurgico, pro ulcerum curâ celebre.

Olea ♃ii, quæ cum ſale com. fiunt, ſive ſicca ſeu humida via ab Autore inſinuantur No. 10. 12. 13. 15. 17. No. 10. reverà obtinetur ſimpliciter butyrum ♃ii, ex quo Mercur. vitæ ▽atur. No. 12. ipſo Aut. fatente, obtinetur ſaltem butyrum ♃ii. No. 13. ▽ hæc adhibita reverà eſt ∾ ſalis, unde cum fl. ♃ii deſtillatus, dat liquorem butyroſum, ex quo etiam ▽atur Mercur. vitæ duplex ab Aut. nempe vehementior iſte, cum ▽ comm. præcipitando vel correctior alter, cum ♏ tartari p. d. corrigendo.

No. 15. Sunt liquores ſalini acido-ſulphurei, ad imitationem butyri ♃ialis, adeoque cautè uſurpandi.

No. 16. Eſt reverà balſ. ♃is ♃ii, nam ☉ cum antimonio miſtum, deflagrando alcaliſatur, adeoque cum ſale tartari, junctis viribus agit in ſulph. antimonii, quibus ſuas ſuppetias addit ♆. Sulphure antimoniali per

alcalia ita extraverſo affunditur ſpirit, ſeu ℞ terebinthinæ, & ſic obtinetur genuinum balſ. ♀is ☿ii, deſtillatio quam injungit Aut. eſt ſuperflua, dubito enim, an de ☿iali concreto, aliquid per retortam tranſeat. Faciliori viâ ex ſulphure ☿ii aurato parari poteſt hujusmodi Balſ. ♀is ℞ quovis vel deſtillato vel expreſſo ad imitationem Polemanni *de ſulphure Philoſ. p.* 13. & 31. ſicuti etiam facilior modus inſinuatus eſt à Zvvelf. *Mant. pag.* 381. Verum eſt, ſanè nobiliſſimi ſunt hi balſ. ♀is ☿ialis, uſu chirurgico externo, tam pro conſolidandis vulneribus, quam mundificandis ulceribus.

No. 18. Non puto proceſſum eſſe genuinum.

No. 19. Prodit ſaltem ~ acidus panis, parum vel nihil de ♀e ☿ii participans, ex quo patet, quid habendum ſit de uſu ejus antiepileptico.

No. 20. 21. Clyſſi nomine inſinuat Autor ſpiritus minerales compoſitos, unde pro ingredientium varietate multiformiter variant, omnes tamen ferè per ⏢m tubulatam deſtillari ſolent. Clyſſus in Aut. eſt vel acidus vel urinoſus, ille à ♀ibus per deflagrationem ſui ſpiritum acidum ſuggerentibus, hic ab iisdem ♀ibus, cum ☿o & ☉o miſto. In aquâ ergo Stimmi ♀ea, ex ☿io ☉o & ♀e parata fundamentum operationis conſiſtit, quod hæc ipſa ingredientia, in ⏢m tubulatam, in fundo candefactam ingeſta flammam concipiant, ſub quâ ſpiritum acidum in receptaculum eructant. Interea ☉ deflagrans ex parte alcaliſatur, ſub ſui deflagratione cum ♀e, atque agit in antimonii ♀ quod ſubitaneam inflammationem ſubterfugit, atque cum eo ♉ inſtar croci metallorum conſtituit. Spiritus cum ſummo impetu prodeunt, unde inter recipientem & retortam, parvum foraminatam ſit apertum cum ſuo ligneo obturaculo ad prohibendam ruptelam. Proportio ingredientium Aut. non videtur adeò concinna; propter copiam ♀is enim tàm in ſulphure com. quàm antimonio ☉ non poteſt convenienter deflagrare; unde potius cum Glaubero

℞. *Antimonii* ℔j.
☉ ℔jj.
♀*is* ℥iij. *& deſtillet more præſcripto.*

Vel ad imitationem Knœffelii.

℞. ☉ p. ij.
♀ *crudi*
Regul. Antim. ana p. j.

Hæc invicem miſta deſtillentur, quod obſervetur contra Hoffm. *p.* 317. ſpiritus qui prodit, acidus volatilis ♀eus eſt egregium alterativum in morbis acutis, julepis permiſtus. Sicuti etiam loco acidularum artificialium potui poteſt inſtillari. Sudoriferus ſimul eſt, & maſſam ſanguineam ab inquinamentis variis non incommodè depurat. Vid. Autor. Loco ▽ com. in receptaculo contentæ ſunt, qui liquorem ſ. ▽ betulæ recipiunt, bono cum conſilio; accipiunt enim ſic liquorem, in depurando ſanguine & per poros expellendis illius impuritatibus mirabilem.

No. 21. Aqua Stimmi tartarea fit ex ☿, ♀ & nitr. nam attactu ſulphuris antim. ac tartari nitr. cum iſtis inſignem flammam concipit, ſub quâ ℞ tartari copioſum abit in ſpiritum urinoſum, qui interdum etiam ſub formâ ſalis volatilis ſe concentrat, & de ſulphure antimoniali plus minus participat. Ritè enim parata obſcurum rubicundum colorem poſſidet. Sub iſtâ autem deflagratione nitr. alcaliſatum cum aliquali ſalis fixi tartari parte agunt in adjunctum antim., & cum eodem crocum metallorum conſtituunt in ♉, unde ex ♉ adhuc regulus parari poteſt, & ex hujus ſcoriis ♀ auratum antimonii: Vel ex integro ♉ cum triplo nitri ☿ diaphor. obtinetur. Spiritus qui prodit urinoſus, volatilis, ſulphureus eſt egregium diureticum, diaphor. nephriticum. Carminativum, acidi correctivum, in genere plurium affectuũ chronicorum, ſub ſcorbuti, aut mali hypoch. nomine familiarium mitigativum. Pertinet huc famoſa Ra nephritica Ammelongii, quæ ſimili modo per retortam tubulatam ex ana tartari, nitri, mineræ antimonii, ac ſilicum ſolarium paratur. Nempe pulveriſata omnia præter nitr. probè miſcentur, miſtis nitrum in aqua calida ſolutum ſuperfunditur, ac probè invicem ſubiguntur, hinc in cellam per aliquot dies reponuntur ac tandem deſtillantur. Ejusdem naturæ eſt ſpiritus dictus carminativus cujus præparatio jam nota eſt.

EXTRACTIO.

SUlphur ex ☿o extrahitur, vel directè, vel indirectè. Directè per alcalia fixa, quos modos docet Autor in ſequentibus, item per ℞ tàm deſtillata, quàm expreſſa, ut in balſ. ♀is ☿ialibus, de quibus ſupra. Indirectè verò extrahitur per acida, v. g. per ▽ vel per ▽m. Hæc ipſa enim dum agunt in regulum ☿ii, immediatè per accidens faciunt, ut ſulph. ſeparetur à regulo, adeoque per ſe haberi poſſit. Qualis eſt modus Tachen. *Hipp. Chym.* quem etiam habet Zvvelffer. *Mant. pag.* 381. ♀a Aut. per alcalia extracta in plurimis coincidunt cum croco metallorum ſaltem, quod hic in via ſicca ferè præparetur. Interim tamen etiam ſulphura ☿ialia, tàm per alcalia ſoluta, adeoque in via humida, quàm non ſoluta in via ſicca parari poſſunt. In via humida, per liquores lixiviales extrahit ♀ ex ☿io Aut. No. 1. & 2. & ♀ extractum per ✳ facili modo præcipitat; hoc enim ſe ſociando cum alcali, extrudit antea

antea imbibitum ♃. In viâ ſiccâ, ♃ antimonii parat Willis *Ph. R. P. I. p.* 64. vel:

℞. ♂ ℔ß.
♆ ℔ij.

Miſta probè calcinentur per 12. horas, & elixivientur; lixivio inſtilletur ☍, & flores ſeu ſulphur antimonii elegantiſſimi ac crocei coloris præcipitabitur, ex quo cum ſpirit. vini tartariſato tinctura elici poteſt.

Sed utut his modis facilè & promptè ſulphura ex Antimonio extrahamus, attamen ne puriſſimæ quidem à regulino conſortio, penitus immunes videntur, quin totum ferè antim. per alcalia ita rubefieri & ſulphurari queat. Sulphura hæcce antimonialia in pulverem fixum diaph. redigere docet Aut. *Tit. Nix diaph.* ac ſanè ſuccedit negotium cum ℥ vitriol. ex Aut. præſcripto; Sed tutius, ac pro uſu Medico concinnius fit pulvis diaph. ſi cum ſextuplo ~ nitri fixatio inſtituatur.

No. 3. Hic ☿ alcaliſatus agit in ♃ antimonii, ſed neceſſe eſt, ut diu ac probè in igne ſubſiſtant, aliàs cum Autore fruſtra laboraveris: Par ratio eſt ♃is No. 6. inſinuati. Modus Aut. cum ♂e ſeparandi ♃ ☉ii, quod minus procedat, aſſerit Hoffm. *p.* 319. ſed ipſe non probavit, ſicuti plura alia ab eo poſita: arbitror interim non impoſſibile eſſe negotium. Nempe ſulphur antimonii adoritur Martem, qui dum ab ☍ fortiori, ſi manifeſtiori acido roditur, ♃ illud dimittit.

No. 4. Sic fit regulus Martialis, ex cujus ſcoriis facile ſulphur extrahi & præcipitari poteſt.

No. 5. & 8. Alcali nitri in epate ☉ii ab alcalibus lixivii, eliciunt ſulph. acidi inſtillatione, facile præcipitabile.

No. 7. ♃ Auratum triplex habetur; quod primò præcipitatur, eſt vehementiſſimum, ſupra & infra purgans; quod ſecunda vice cadit, mitius eſt; mitiſſimum, quia fixiſſimum, quod ultimâ præcipitatione ſeparatur. Poteſt etiam ſub hâc ipſâ ultimâ præcipitatione certâ encheiriſi præcipitari pulvis antiepilepticus ſingularis, ſed parum ſuggerit. Loco aceti quidam cum tartaro hocce ſulphur præcipitare, & inde univerſale purgans per inferiora parare ſatagunt.

℞. ☉ *Crudi*
☿ & ☌ ana *partes æquales.*

Seorſim pulveriſata miſc. exactè, detonentur in crucibulo, & fluant, ſeparetur inde regulus, quod ſi neceſſe videatur, ſeparatio reguli etiam ſecunda vice fieri poteſt: jam ℞. Scorias, paretur exinde cum ▽ ſimpl. ſolutio, ♒tetur pedetentim cum ▽ calidâ, in quâ ☿ albus probè purificatus ſolutus ſit, ♃ ♒tatum edulcoretur poſtmodùm probè, doſ. adultis à gr. j-v. infanti gr. j. Arbitror mitius ac tutius futurum remedium, ſi ☿ deſuper deflagretur.

No. 9. Non multum abludit à modo Williſii, quia alcali ☿i ſolvit ♃ & extrahit, acido ♕ cum ſubſtantiâ regulina conjuncto manente.

No. 10. Bonum medicamentum per ſui deſtructionem ſic enervatur: Alcalia ſolvunt ♃ & dum hujus acidum magis ab illis ſaturatur, quàm à ☿io hic dimittitur. Verum autem eſt, genuinum vel maximè ☉iale ♃ hoc ipſo modo obtineri, ipſo ☿io revivificato pro remediis ☿ialibus parandis propter ſui puritatē aptiſſimo. Variat interim ſeparandi hoc ♃ modus, dum quidam cinnabarim in lixivio coctum, ♒tant cum ☍ in ♃ grumoſum fundum petens, inflammabile, quod ſi digeratur cum ☿, & deſtilletur per retortā primo menſtruum, deinde ſanguinem oleoſum dulciſſimum elicis, quod optimum eſt medicamentum, ut dicit Poppius. Vel

℞. *Cinnab.* ☿ part. ij.
Limat. ♂ part. j.

Pelle per ☾m in ▽m frigidam & habebis ☿m vivum, acidum enim ♃is rodendo ♂m, ☿m dimittit vivum. Corpus in fundo remanens, & quod reverà in ſe continet ♃ auratum ☉ii ♎a cum ☉ ✱co, flores ſolve, ♒ta cum ☍, & habebis medicamentum nobile ex Marte & antimonio.

Loco Panaceæ ergo ex hocce ♃ cinnabarino magis conſultum videtur Conſil. Hoffmanni ſubſtituendum eſſe Bezoard. Solare cum cinnabari ☉iali miſtum. Hiſce quidem modis per alcalia fixa eliciuntur ☉ii ♃a, poteſt hoc etiam fieri per alcalia volatilia, ſicuti hoc ipſum actu fit in ♎one florum cum ✱co. Acidum enim hujus ſalis dum agit in regulū, alcali vol. agit in ♃, & ita ex his omnibus junctis aſſurgunt flores inflamabiles, qui tamen à ✱co eloti ♃ inflammabile repræſentant. Conf. Baſil. *pag.* 283. Quoniam tamen de integro ☉iali corpore participant, ferè vomitorii exiſtunt: Quidam ergo cautius per ✱ ſulphur antimonii ſic præparant:

℞. *Miner.* ☿ *Hung. aut* ☉ *crudi minut. pulveriſat.* ℔j.
☌ ✱*ci* ♎*ando depurati* ℥jv.

Quidam ana recipere amant, terantur probè in marmore, & ſubtiliſſimè, ac citiſſimè trihorium, quo citius, eò melius; hinc in cucurbitâ ſublimatoriâ vel etiam vaſe ♎orio plani fundi, ſpeciatim ad hoc conſtructo, fiat ſublimatio, leniſſimo △e cinerum vel arenæ, per 2. ♂ & ♌, ſed obſervetur, quod unâ vice ultra ℥viij. miſturæ ♎orio non debeant ingeri, deinde blandus, ſed æqualis △is gradus per duos dies & noctes continuetur, adſcendet ſic ſubtile admodum ♃ colore aurantio, quod inſenſibiliter operatur. Hunc edulcora cum ▽ pluviali deſtillatâ aliquoties, & exſicca, ut omnis acrimonia ſalina eluatur.

Sed probè attendatur ignis gradus; ſi enim in hoc erres, impuritas quædam ♃ialis unà elevatur, unde remedium emetico-catharticum evadit. Quodſi ulterius remedium hoc perficere velis, pulverem exſiccatum pone in phiolam in lento igne, dies noctesque 8. tunc fit rubicundiſſimus, eximè, & habebis veram ☉ii eſſ. volatilem, quæ meretur nomen ♃is ſolaris, ob virtutes eximias. Edulcoratum ✱ evapora ad dimidiam partem, ſtet in loco leniter calido, tunc ♒tabit ſe pulv. rubeus elegantioris coloris quàm primus, exſicca, inſtar ♃is ardet, in febribus plurima facit. Non minor ergo alcalium volatiliũ vis & poteſtas eſt in ☉ii ♃, quàm alcalium fixorum. Quod patet etiam ex ſpir. urinæ, quo ſi crebrius irroretur minera ☉ii, colore aureo undique fulgebit, ac inſtar ♃is aurati ☉ii colorabitur, id quod perſuadet, etiam hâc ratione ſulph. quoddam antimoniale parabile eſſe.

Tincturæ antimoniales vix proſtant genuinæ, h.e. de intrinſeco, nobiliore & fixiore ejus ſulphure participantes, quod ♃ intimè in regulo concentratum, naturæ ſolaris dicitur ab omnibus Chymiatris, adeoque genuinæ tincturæ ☉ii non minoris æſtimandæ ſunt quàm ipſæ ſolares ℞æ. Et talis ℞æ ☽ialis præparationem non minus difficilem paratu eſſe arbitror quàm metall. perfectorum tincturæ, de quibus ſupra prolixius actum. Unde hactenus cognitæ ☽iales ℞æ extractiones ſaltem & ſecretiones ſunt ♃is ☉ii externi, interim tamen non penitus propterea contemnendæ aut rejiciendæ, quin cautè & artificiosè paratæ, uſui Medico ſubinde egregiè inſerviant. Patet difficultas genuinæ tincturæ præparationis, quia, poſtquam quocunq; modo per cinnabaris confectionẽ, per extractionem cum alcalibus, aliisque viis ſulphur illud externum fuit ſeparatum, regulus tamen ejusdem ponderis, ac ante operationes has, vel non immutatus remanet, vel apparenter, larvatus licet, facilè reductibilis eſt. Hinc eſt quod imprimis pro genuinis magis aut huic vicinioribus tincturis parandis vitrum antimonii ſeligere ſoleant Chymiatri, quia hoc ſulph. externum, maximàm partem amiſit: Sed, & hic dubium eſt, an non rubedo, ſeu hyacinthinus vitri color, à ſulphure externo, aliquantillo ejus relicto, dependeat, quia, poſtquam ex tali vitro omnis tinctura per ♒um viridis æris fuerit extracta, relictum hujus ♉ in verum regulum abire ſolet, adeoque ♃ illud internum ſolare illibatum retinet: Adhæc, ex ♉ butyri ☉ii ritè parati, vitrum elicitur ♃e externo propter cinnabarim ♎tam carens, indeque vitrum album exhibens, ex quo, ſi non parari poſſunt æquè tincturæ, atque ex illo vulgari hyacinthino, ſanè manifeſtum evadit, quod iſtæ, magis de ♃e externo vitri hyacinthini, quam interno participent, adeoque rigoroſè loquendo, adeò genuinæ non ſint. Interim certum eſt, quod ſi, vel genuina quædam, vel huic proxima tinctura præparanda veniat, ea ex vitro antimonii elicienda, optimus hic eſt dux Baſilius cujus veſtigiis adeo laudabiliter inſiſtit Kerkringius *pagin.* 149. Sanè, hoc loco deſcripta & explicata tinctura inter hactenus cognitas, palmam omnibus præripere videtur. Et, ſi quæ alia tinctura antimonii uſum præſtare valet, qui eſſe dicitur, quod ☿ æquè corpus humanum purificare queat, atque ☉ puriſſimum reddere ſolet, hoc ſanè hæc ipſa tinctura præſtare valebit. Hujus nonnihil laborioſioris ſit quaſi vicarius illa, quæ ex vitro pariter per ♅ Ammoniacalem paranda docetur à Kerkringio *p.* 145. vel iſta Zvvelfferi ex vitro cum ſpir. virid. æris parata, *in Mant. p.* 381. Vulgarium aliàs & jam cognitarum tincturarum tàm ab Autore, quàm aliis deſcriptarum fundamentum eſt ♃is externi extraverſio, ſeu per alcalia ſeu per acida fiant. Unde, quæ ordinariè proſtant, ſaltem extraverſi hujus ♃ cum ♅ imbibitiones, adeoque nunc plus minus ſubtiles ſolutiones eſſe ſolent. Sic, per prævia alcalia extraverſum ♃ cum ♅ tinctutam conſtituit, quando ex ſcoriis reguli paratur ℞; vid. Kerkring. *pag.* 234. Vel quando ex ☿ cum alcali colliquato mediante ♅ fit ℞a ☉ii analeptica Williſii, *Ph. Rat. Vol. I. p.* 64. Vel, quando ex ☉o & ☿o invicem colliquatis, cum ſpir. vini fit tinctura, ut illa Aut. No. 12, D. Mich. olim in frequenti uſu. Vel etiam quando ex croco metallorum eadem, mediante ſpir. vini dicitur, quæ eſt Aut. No. 10. Quando verò roſione reguli per acida, per accidens ſulph. externum manifeſtius tantum, poſtmodum cum ſpir. vini elicitur, aut mediantibus illis acidis, antimoniales particulæ ſolutæ, cum ſpir. vini in tincturam unibiles reddantur, illud fit ſpeciatim per prævium cum ✳ aut ſpirit. ⊕ ſolutionem & extractionem, v.g. iſta Zvvelfferi *loc. cit. pag.* 381. vel Hoffm. *pag.* 321. ex vitro ☉ii ſolari, vel iſta Aut. ex eodem vitro No. 8. Vel ex ☉io fixo Aut. No. 16. Item ex floribus Aut. No. 23, 24 &c. Ad has claſſes tantum non omnes alias cognitæ, & uſitatæ tincturæ facilè poſſunt redigi.

No. 5. Eſt nobilis iſta ex vitro tinctura, quam parare docet Baſil. & genuinam enchiriſin inſinuat Kerkr. *p.* 149.

No. 7. Non ſuccedit præparatio Aut. niſi prius mediante ſpir. virid. æris particulæ antimoniales ſolutæ fiant aptæ, quæ ſpir. vini ſolvantur.

No. 13. Habetur liquor, quaſi butyrum antimoniale, unde minus commodè ſuccedit Autoris præparatio, quam propterea correctiorem dedit Hoffm. *pag.* 322.

No. 14.

Digitized by Google

No. 14. Eſt balſamum ſulphuris antimoniale terebinthinatum, ex quo poſt olei abſtractionem cum ſpiritu vini paratur tinctura balſamica.

No. 17. Etiam ex floribus per ſe factis & fixatis, ſine Ammoniaco cum ſpiritu vini parabilis eſt tinctura; vid. Zvvelfer. *Mant. pag.* 365.

Aliàs tincturæ No. 17. 18. 19. 20. 21. 23. coincidunt, quod ſint ſimpliciter florum antimonialium plus minus fixorum, mediante ſpir. vini in ſubtilem tinctam ſolutionem extractio.

No. 26. Hoc modo vix ſuccedit negotium; rara enim & ſubtilis textura ſpir. vini non valet imbibere aut ſolvere ſulphur antimoniale, ita ruditer paratum, niſi præviis quibusdam præparationibus magis ſubtiliſetur. Et ſanè loco quarumvis Ratum, ex ſulphuribus antimonii nempe externis, ſufficiat ſive Williſiana, ſive ex ſcoriis reguli Kerkringii parata.

No. 32. Lapis ignis Baſilii, non tàm levi paratur negotio, unde etiam rectè ab eodem deſcriptus fuit. Eſt nempe ſulphur antimonii internum fixum, quod uti Mercurium figit particulariter in Solem, ita ſub forma tincturæ ſummum eſt humani corporis medicamentum. Par ferè eſt ratio, quando Autor *No.* 17. & 19. tincturam lilii Paracelſi ſecundum alios parare docet, nempe tinctura antimonii, à Paracelſo lilii dicta, altioris eſt indaginis, uti docetur ab Helmontio, optimo Paracelſi interprete *Tractat. Arcana Paracelſi.*

INFUSIO.

EX pluribus infuſis antimonialibus, pauca ſufficiunt, omnia enim ad idem recidunt, & uſu interno ferè emetico-cathartica ſunt, externè verò clyſmatibus inſerviunt & oculorum affectibus.

Infuſi antimonii crudi nullus ferè amplius eſt uſus; nam quod ſupra & infra purget ſecundùm Autoris aſſertum, vix reſpondet experientiæ. Interim infuſum tale antimonii crudi ad icterum, item decoctum antimon. crudi pro permiſtione cum clyſmatis vid. *in M. N. C. A.* 4. *app. pag.* 38. Cætera infuſa, vitri, croci metallorum, Mercurii vitæ, &c. & quæ fiunt menſtruis plus minus acidis, v. gr. vino, ſucco citri, ribium, aceto, aut ſimilibus, horum acidum, etiam vini, utut dulce, nihil quicquam extrahit ex iſtis præparatis antimonialibus, ſed ipſas abradit particulas vitri, quæ adeoque in infuſo copioſiore, aliquandiu aſſervato, juxta fundum ſecedunt, id quod ſpeciatim manifeſtum eſt ex aceto, quod ſenſibiliter radit particulas antimoniales minimas, hinc non opus eſt, ut infuſi copiam in promtu habeas, cum aliàs particulæ plures ſecedant; niſi in talem redigas conſiſtentiam, quæ apta nata ſit, ſuſtinendis, &, ut ſic dicam, fulciendis illis particulis. Ob id etiam dulcia vina Hiſpanica, malvatica minus pro hujusmodi infuſionibus parandis, conducunt. Hinc etiam rectè Walæo Autore in hujusmodi infuſi potius quantitas menſtrui, quàm antimonii infundendi conſideranda, cum illud ſubtiliſſima quædam effluvia antimonialia abſorbeat ac imbibat, unde plus ejus, plus etiam imbibere aptum natum eſt. Rectè nempe vis antimonii inexhauſta dicitur ita, ut unum idemque antimoniale, mille infuſis novis parandis aptum ſit, cum minimum ſit, quod exinde liquores eliciunt: adeo ut nec ponderis ſenſilis differentia poſt infuſionem ſuperſit: ac etiamſi tandem poſt frequentiores infuſiones, debilitatum nonnihil videatur antimonium, ſaltem nova fuſione, vel incandeſcentiâ factâ, iisdem uſibus denuò inſervit. Pro uſu ergo ſelectus ſaltem fiat remediorum antimonialium per infuſionem paratorum, v.g. pro ſyrupo emetico inſtar omnium ſit præparatio Ludovic. *Pharmac. pag.* 212. vel iſte Chicocii *in Diſſert.* & *Epiſt. Med.*

℞. XX ℈ii ℥iv.

Affunde ſucci limonum quantitatem, quæ 4. digit. ſuperemineat vitro, digere calore leni per quatriduum, tincturam cum paucâ ſacchari quantitate in ſyrupum coque, quem à ℥ij. - ℥ß. propines, potens eſt emeticum. Vel pro ſelectu inſerviat ſapa vomitoria Sylvii:

℞. XX ℈ii *in pollinem redacti* ℥j.
Muſti rec. ℔j.

Digere per triduum in MB probè agitando ſubinde, filtrentur, & lento igne evaporentur, ad conſiſtentiam arbitrariam, vel ad conſiſtentiam ſapæ, doſ. in quantitate piſi maj.

Inter vina emetica, quaſi extemporanea, optimum eſt quod habet Kerckr. *pag.* 169.

Loco horum infuſorum liquidorum, in forma ſicca inſtar omnium ſit tartarus emeticus.

Pro uſu externo, ſpeciatim, pro uſu clyſmatico ſufficiat, vel ſolutio ſcoriarum reguli antimonii, harum ℥ß - ℥vj. in decocto clyſmatico paratum, vel addatur clyſmati vinum decoctionis croci metallorum, ad ℥ij-iij - iiij, ℥ß - ℥j. croci ita cum vino ebulliendo.

Pro uſu ophthalmico externo, communiter equidem crocum metallorum in aqua chelid. maj. fæniculi, euphraſiæ infundunt, in loco calido nonnihil ebullire ſinunt, & exactè filtrant & ita poſtmodum crebrius oculis, in metu ſuffuſionis, nebulis, albugine, &c. inſtillant. Et urinoſum eſt, quod obſervavit Schrœder *Obſervat. pag.* 232. aquam ejusmodi ophthalmicam ex croco interdum per alvos ægrum laxare. Interim minus

Digitized by Google

valere hanc pro oculorum medela, asserit Keslerus in suis processibus *pag.* 443. adeoque potius simile infusum, sed ex vitro paratum, pro oculis laborantibus conducit. Omnium optima est ea aqua ophthalmica, quæ fit ex capite mortuo buturi antimonii exactè destillati, cum aqua euphrasiæ extracto.

SALIFICATIO.

GEnuinum sal ex antimonio rarissima est avis, Aut. modus *No.* 2. plus in recessu habet, & ex Basil. desumtus est, modo reverà ita succedat, interim, pro facilitando labore observetur enchirisis Erckeri *pag.* 306. Cæteræ descriptiones Aut. *No.* 1. *No.* 3. sunt saltem concreta saliformia composita, cum addito acido aceti parata, adeoque non genuina. Quodsi antimonium per calcinationem cum sulphure ad istam salificationem disponatur, ut Aut. *No.* 1. *No.* 2. insinuat, & quasi antimoniale acquiri potest.

MERCURIFICATIO.

MErcurii antimonialis tot sunt descriptiones, quod capita, pauca tamen succedunt. In genere, qui parantur ex minera antimonii, suspecta sunt, cum mineris crudis, subinde aliquantum Mercurii vivi virginei inesse soleat. Langelotti modus *in Epist. ad Curios.* tentatus fuit, sed non æque respondit successus, fortè enchirisis quædam non ritè observata negotium fefellit. Fundamentum Mercurificationis consistit in eo, ut ex regulo, per salia resuscitativa recluso, præparetur Mercurius, quâ ratione D. Michael. fassus fuit, se ex antimonio crudo cum ☿ tartari, sale & oleo tartari, remanentibus hisce per annum in digestione, acquisiviisse Mercurium antimonii.

CAPUT VII.

De

Recrementis Metallicis Naturalibus.

NOn adeò recrementa sunt metallica, quin potius mineralia quasi semimetallica, & ferè decomposita naturalia.

COBALTUM.

VUlgo **Mücken-Pulver/** cum ejus odore & gustu mox pereant muscæ. Constat copioso ☌☽ cum Luna plus minus copiosa, & adjuncta Venere. Hinc rectè minera ☌☉ matura, Veneris & Lunæ immatura dicitur. Arsenicum sponte & facili in igne ☁one se exerit, Venerem color cæruleus per fusionem cum ☥ & silicibus vitrescibilibus copiosè exinde parabilis ostendit: Lunam ars docimastica subinde ex eo elicit. Ipsum cobaltum facilè in aqu. fort. solubile existit, suntque, qui medicamentum, contra epilepsiam exinde parare nituntur, sed, cum tutiora prostent, potius negligitur, adeoque usui Medico nondum inservit.

CHALCITIS, MISI ET SORI, ET MELANTERIA.

DEprehenduntur subinde in terræ viscеribus vitriola cruda & impura, Germanis **Atrament-Stein** dicta, eaque multipliciter discrepantia. Pyrites enim aëroſi & atramentosi tales, cùm metallo, sulphure, lapide aliisque simul concretis constent, non mirum vitriolorum crudorum & impurorum species varias exoriri. Germani hæc ipsa coloribus discernunt, & in nigrum, cinereum, luteum, & rubrum atramentum, i. e. **schwartz/ grau/ gelb und roth Atrament** dividunt. Pertinet ad hæc vitriola cruda veterum quadruplex ista concretorum mineralium differentia, nempe chalcitis, misi, sori & melanteria, ad quam omnia ista vitriola cruda, & attramenta reduci, nec possunt, nec debent. Interim chalcitim suggerunt nobis mineræ vitriolaceæ Brunsuicenses, ex soti etiam melanteria & chalcitide vitriolum excoqui refert Georgius Agricola. Conf. Jungius *in Doxo-Scopiis pag.* 1160. *& seqq.* & hinc Caneparius *de Atramentis.* Hujusmodi mineralia semi-vitriolacea, non sunt amplius in usu, & cum veteres chalcitim theriacæ addiderint, moderni loco ejus colcothar vitrioli addere solent.

BISMUTHUM.

REvera est concretum metallicum sui generis, unde & quibusdam non ineptè plumbum cinereum vocatur. Paracelsus ad antimonium refert; nam hoc facit duplex:

1. Commune nigrum de natura Saturni.
2. Alterum album, de natura ♃is, dictum Bismuthum.

Aliàs ab Autore Marcasita dicitur & quidem in specie marcasita argentea. Nam hoc ipsum Bismuthum, ♃i additum, hoc elegantius longè, fusiliùs ad instar argenti ferè reddit; est enim fluidissimum omnium metallorum in igne. Regulus tamen antimonii hic à quibusdam ipsi præfertur. Sicuti è contra zincum vocatur marcasita aurea, quia cuprum instar auri tingit, & in aurichalcum commutat. Alias etiam bismuthum tectum argenti à metallariis vocatur. Reperitur enim frequentissimè juxta Lunæ mineras,

Digitized by Google

mineras, non ſecus atque cobaltum. Fixius tamen eſt cobaltum & ſubinde, non parum Lunæ continet, quæ mediante nitro ex Biſmutho ſeparari poteſt, citra biſmuthi detrimentum, methodo Glauberi *P. 1. pag.* 182. Simul tamen de Venere participat, cum ex eo color cæruleus, Zafera dictus, parari ſoleat: eſt aliàs in ſe ſubjectum Mercuriale ponderoſum, fluidiſſimum, Saturno ferè finitimum. Uſus ejus Medicus hactenus eſt rarus, internè quidem extracta ab Autore deſcripta, ceu purgans ſatis forte ab eodem prædicantur, à nemine tamen adhuc Medicorum, quod ſciam, in uſum tracta. Benè autem internis uſibus adaptari poteſt, ſi ℞. Bismuthi q.v. ſolvatur in ſ.q. ſpirit. nitri, accidit ſolutio cum inſigni ſtrepitu, exhalante ſimul odore valde ſulphureo, quæ filtrata, copioſa aqua fontana ☞tatur & edulcoratur inſtar Mercurii vitæ, aſſervetur uſui. Pulvis hic præmiſſo vomitorio egregiè medetur febribus ardentibus mox in tempore adhibitum, item epilepſiæ infantum adultorum doſ. infant. gr. x. ad xij. adulto ʒß. Quantum ad alios affectus, ſpeciatim contracturam &c. valeat, conf. *Theda trifida Chymica pag.* 261. Alias uſu externo magiſterium bismuthi ſecundum Autoris manuductionem paratum eſt uſitatiſſimum coſmeticum. Si nempe cum aqua flor. Fabar. Rad. Sigill. Salom. Lil. alb. miſc. & ita mutuâ agitatione facta applicentur faciei, idque inprimis obeſioribus. In macilentis verò cum pomada aliisve linimentis & ungu. oleoſis miſta applicetur. Quæ de oleo & aliis habet Autor tanquam incerta in medio relinquo.

ZINCUM SIVE Sprauter.

ESt compoſitum ſive concretum ferè metallicum, Mercuriali-Saturninum, ſed immaturum admodum, & adhuc volatile, indeque facili igne in flores ſublimabile: cum ♀e permiſtum in pulchritudine & candore eum multum exaltat, cum Venere verò concretum aurichalci facit, quod, cum etiam faciat lapis calaminaris, tàm iſte, qui cum Saturno in eadem minera generatur, & ſubinde ab illa ſeparatur, ut Goslariæ fieri ſolet, quàm qui per ſe foſſilis eruitur, non impoſſibile eſt in radice ſuo modo cincum cum lapide calaminari convenire, ſaltem, quod illud fuſile in igne, hoc verò non ſit.

Præparata ejus hactenus cognita, ſunt flores, tàm per ſe, quàm cum addito parati; per ſe cincum ſub calcinatione copioſos flores ſuggerit, ſed, ſi parum picis deſuper injiciatur, reddit regulum. Flores hi multum laudantur ad oculorum affectus, ex acrimonia lymphæ natos, item ad ulcera & puſtulas oculorum &c. his enim in affectibus peccans ſpecificum acidum, mirè temperant & infringunt: cum aqua ophthalmica permiſti, & oculis applicati. Deinde cum addito nitro etiam fiunt flores, ſi cinci p. ij. & nitri p. j. deſtillentur per retortam, dant copioſos flores, unà cum ſpiritu. Flores hoc modo parati ſudoriferi ſunt, interdum vomitus & receſſus movent, doſ. gr. ij. Externè mundificant, & conſolidant ulcera manantia, ſive per ſe, ſive cum unguentis applicati. Dubium eſt, an non pro acido hypochondriaco corrigendo, ex zinco remedium parari queat, cum hoc quælibet acida promtè abſorbeat, & propterea ſolutiones metallicas quasvis ☞tet.

CAPXT IIX.

De

Recrementis Metallicis Artificialibus.

CADMIA ET TUTIA.

CAdmiæ rariſſimus uſus eſt, quin loco ejus uſurpamus tutiam ſive pompholygem, quod occaſionem dedit, ut ordinariò in officinis tutia & Cadmia confundantur. Nam genuina tutia eſt idem cum pompholyge, & videtur eſſe Cadmia capnites: Officinarum verò tutia præparata eſt Cadmiæ ſpecies, cum hæc tutia Alexandrina dicta ex Cadmia botrite fiat: ſicut eædem officinæ, ſub nomine nihil pompholygem, ſive genuinam tutiam exprimant, utut hæc ipſa ſuo modo, ad Cadmias referri queat, uti id ipſum Aut. ſub Cadmia capniti, item tutia præparata oſtendit. Conferatur ſimul, quoad hodiernã Cadmiam & pompholygem Merret. *in Not. in Artem Vitr. Neéri p.* 358. Relictis ergò omnibus his differentiis, pompholygem ſeu tutiam, h. e. nihil officinarum, pro uſu Medico adſciſcamus; quod enim fieri poteſt per pauca, fruſtra tentatur per plura. Aliàs tutia iſta ſive nihili oculis, acrioribus lachrymis perfuſis, inflammatis. ulceratis apprimè confert. In ulceribus manantibus, puſtulis ſordidis, item intertrigini inſperſa, egregiè confert, abſorbet nempe potenter peccantia hîc acida, imbibit uliginem & ſic texturam modicè adſtringentem acquirit.

LITHARGYRIUM.

ESt Saturnus genuinus ex Lunæ Solisque purificatione reſiduus, unde nunc lithargyrium argenteum, nunc aureum dicitur; præparationibus & uſu penitus cum Saturno coincidit, ut ſal, magiſterium, balſamus &c. oſten-

oſtendunt. Pro interno tamen uſu, ordinariè Saturno purificato, h. e. quantum poſſibile, à Venere liberato, utimur, ſicut, pro externis remediis lithargyrium uſitatius recipimus.

DE SALIBUS.

SAL COMMUNE.

COncretum eſt minerale ſalſum, conſtans acido embryonati ſulphuris mineralis ſeu ut alii dicunt, acido univerſali, jam ad mineralem naturam, per ſpecialia eorum ſemina determinato, quod uti, cum pingui ſubſtantia ſulphur minerale cum metallicis ☿ vel ♂. venis vitriol. conſtituit, ita, cum ſubſtantia ſubtili terrea facile fuſili & vitreſcibili, in concretum tale coaleſcit, quod ſal commun. conſtituit: Scilic. non improbabilis viderur ſententia Simſons *in Hydrologia Chymica*, quam hinc inde profert, talia & concreta ſalina mineralia, ut ſal marinum, ☉, ☾, ♁ eſſe ſaltem diſtinctas & ſpeciales concretiones primi entis ſalium, ita, ut ſpecialis differentia eorum dependeat ab his tribus, nempe ſulphureo acido, ſive eſurino ſpiritu, aqua, & glebâ minerali, à quorum variis ſolutionibus & mixturis, oriatur varietas ſalium mineralium in viſceribus terreis: aſſertum hoc ut dico, non improbabile, ulteriori tamen experimentali ſcrutinio omninò ſubjiciendum. Eſſe tale concretum ſalſum, docet mechanica Chymica ſynthetica, dum non ſaltem acidum fixum ſilicis, imbibendo alcali, cum eo in ſal commun. concreſcit teſte Tachen. *Hipp. cap.* 5. ſed & ſpiritus acidus ex ſale comm. elicitus cum alcali fixo quovis abit in ſal. comm. verum & genuinum, cubiforme, & cujus cubi mutuâ impoſitione ad pyramidale faſtigium tandem adſcendunt: id quod tàm in via humida, dum ſpirit. ſalis & oleum tartari p. d. miſcentur, manifeſtum evadit, quàm in via ſicca, dum ſal Ammoniac. cum ſale tartari pro deſtillatione ſpiritus Ammoniaci ſociantur, remanet ſic in cap. mort. ſal duplicatum, ſali comm. ſimillimum: ita tamen alcali fixum cum ſpiritu acido ſalis communis coit, ut plures particulæ terreæ figentes in alcali unà colliquatæ ſeparentur, ita ut primariò cum ſalinis particulis, in ſe reverà volatilibus, licet mediante igne colliquatis, immediatam ſocietatem ineat: Nihilominus tamen ſal hoc comm. artificiale præ naturali fixius longè obſervatur, cum nec in ſpiritum tam facilè deſtillari, nec in flores ♎ari queat, ut ſal naturale, quod & in acetabulo fuſum, in flores ſalinos albiſſimos ſe elevare ſolet, quod manifeſtum evadit, ſi objectum quoddam ſupra crucibulum teneatur. Ita, ut in ſeipſo conſideratum ſal comm. concretum minerale, minus, ſeu haud adeò fixum videatur, quin medium ſit, inter fixum & volatile, inter acidum & alcali, inter ſalſum & ſulphureum, & ad omnem hunc ſtatum diſpoſitum. Ut rectè aſſerit Becherus *Supplem. 2. pag.* 86. unde & tàm ſociabile exiſtit, alcali tam fixo quàm volatili, præ omnibus aliis, ut Becherus confirmat, tàm *in Smegmatis Reſolutione*, quàm *Salis Ammoniaci Compoſitione*, adeò, ut ſal comm. tàm ad fixorum, quàm volatilium ſalium ſtatum tendat. Nam præter acidum ſpiritum, in vulgus notum, & ſubſtantiam terreo-alcalinam, ex quibus coaleſcit, revera de volatiliori adhuc ſubſtantia participat, quam ſpiritum halituoſum vocat Helmont. *de Lithiaſi cap.* 3. §. 31. *& c.* 4. §. 16. Ratione cujus corpora metallica ♒ata volatiliora reddit, ut in Luna ac Saturno corneis, manifeſtum, eaque ad Mercurialem fluxilitatem diſponit, hinc & ſubſtantiam Mercurialem metallorum in ſale comm. ineſſe Becherus aſſerit *Phyſ. Subt. l.* 1. *pag.* 450. Præterea quoque & de ſulphure ☌ comm. participat, dum ſpiritus ejus manifeſtò ſulphur ſpiret, ſed & in deſtillatione ejus nonnihil ſulphuris flavi facile inflammabilis in retortæ collo adhærere obſervetur: nec eſt, quod vel ex argilla, vel bolo, cum quibus deſtilletur ſal commun. ſubjectis nempe pinguibus ſulphur tale derivari velis quod cum ſpiritu ſalis ſimul rapiatur & elevetur; nam, & cum ☉ uſto inſtituta ſalis deſtillatio paria dat Phænomena.

Triplex ſalis comm. eſt differentia, dum eſt vel fontanum, in aqua nempe communi ſolutum, vel montanum, ſive gemmæ, vel marinum.

Gemmeum à fontano differt, quod hoc plus, illud minus ſubſtantiæ terreæ contineat; marinum verò à fontano, quod illud magis bituminoſum ac ſulphureum ſit. Circa ſalis fontani præparationem, obſervandum eſt, quod in ejus confectione, aliquid de felle bubulo ſoleat injici, propterea, quia ſic facilius granuletur, & in majora abeat granula. Conſtat enim fel hoc ſale volatili oleoſo ſubtili, hoc ſe jungit acido ſalis comm. unde hoc facilius in granula ſe coagulat: Quidam, loco fellis bubuli, aliquid de ſanguine bovis injiciunt ex eadem ratione.

Uſus ſalis communis eſt vel culinaris vel Medicus, vel Chymicus. Culinaris eſt ad conciliandam ſaporis gratiam alimentis, ad condiendas carnes, ne tàm citò putreſcant, ſub quo ipſo ſal volatile ex carnibus ſolet imbibere, ut Tachenius oſtendit. Hinc in eſu communi minus ejus uſus eſt noxius. Utut enim in corpore indiſſolubilis ſit, & ultra primas vias non pergat, ſed cum excrementis

& urinâ

& urina excernatur, attamen crebriore uſu ☉ volat. corporis noſtri nimis imbibit, facilè tali occaſione acidi dominium & nocumenta in corpore intendere poteſt.

Uſus Medicus eſt imprimis internè diureticus ac nephriticus, ſpeciatim ejusdem ſpiritus. Externè ſal decrepitatum in diſcuſſione à reſolutione, tam flatuum quàm humorum ſeroſorum crebrius uſurpari ſolet: hinc v. gr. facculus ex milio toſto & ſale decrepitato ad cephalalgiam arcendam capiti imponitur.

Uſus Chymicus ſe exerit in ſpecie, in volatiliſandis metallis & diſponendis iisdem ad Mercurialem fluxum. Item in ſolvendo ☉o, ♃io, ac penetrando Mercurium. Curioſum nempe eſt, ad quasvis. ☉i ſolutiones, item reguli ♃ii, hactenus cognitas, ☉ comm. ſemper requiri, atque quod ex additis ☿o, vitriol. nitr. & ſale com. ſaltem ſalis comm. acidum penetret Mercurium, huic ſe ſociet, & in ſublimatione eundem corroſivum reddat.

Repetitâ purificatione per fuſionem, in aqu. ſolutionem, ac cryſtalliſationem, ☉ comm. tandem in calcem ſeu terram inſipidam converti poteſt. Teſte Borrich. *de Ortu & Progreſſu Chymiæ p.* 82.

Obſervandum eſt, quod ſal marinum longè magis crepitare ſoleat, quam ☉ fontanum. Decrepitationem hanc Hauptmannus **im Hornhauſſiſchen Brunn** *pag.* 62. attribuit pauco nitr. ſali comm. adhærenti, cum notum ſit, quod ☽ quodvis calore, præſertim igneo crepitare, & ſi vehementius tractetur, diſſilire ſoleat. Aliàs etiam crepitatio hæc ex particulis tartareis in ſalis comm. cryſtalliſatione concentratis, ignis actione erumpentibus, & ita clauſtra granulorum diſſilire facientibus derivari poteſt.

Sal fuſum, ſi poſt refrigerationem p. d. fluat, conſtituit ☉ illud ſolutum ſeu aquam ſalis Paracelſi, quâ in diverſis præparationibus chymicis, ſpeciatim Q. E. vegetabilium parandis, utitur. Conf. Febure *Chymia*, ubi de Q. E. Vegetabilium.

Ex ſale commun. æque ac ex nitr. per calcinationem cum ſulphure, aut carbonibus aut cum calc. viv. producitur alcali fixum: v. gr. cum carbonibus: Sali com. dum infuſione eſt carbonum fragmentula adjiciuntur, quæ cum ſale flammam concipiunt, & detonantur. Hæc carbonum adjectio tamdiu continuanda, uſque dum materia non amplius ſtrideat, & verè alcaliſata fuerat. Præparatio cum calc. viv. revocat in mentem ſpiritum illum volatil. urinoſum revera ſingularem, qui elicitur deſtillando ex ſpiritu ſalis acido, calc. vivæ af-

fuſo; Conf. Ludov. *Pharm. p.* 445. item *de ſale tartari p.* 39.

Per ſe ſal commun. deſtillari nequit, quicquid dicat Autor: ſub intenſiore igne fluit, quo fluore implicatæ particulæ, nullum faciunt receſſum à ſe invicem, quin potius perforent vaſa terrea, & ita perdantur. Ergo ſal commun. vel mediante adjectione ſubjecti terrei fluorem impedientis peragitur, vel mediante flatu, vel mediante inſtillatione guttata aquæ ſimpl. quæ duo poſteriores modi etiam quandoque conjunguntur. Glauberi deſtillatio, quam habet in furno Philoſ. *P. I. pagin.* 11. dum carbones candentes in aqua ſolutionis ſalis comm. exſtingit & poſtmodum ita deſtillat, furno nudo, ſuo receptaculo inſtructo, nil valet, nam parum ſuggerit, eſt & adulteratus, & fuliginoſus carbonum ſimul permiſtus. Addenda iſta ſali comm. ſub deſtillatione ſunt vel bolus com. aut argilla nonnihil calcinata, aut terra ſigillata, eſtque modus Autoris No. 1. Vel alumen uſtum, modo ab Autore ſub No. 1. Not. 4. inſinuato. Nec eſt, quod Autor exiſtimat, hunc ſpiritum vim maximam ab alumine obtinere, cum in alumine uſto ſeu calcinato, nil amplius deſtillabile ſuperſit. Vel laterum fragmenta, modo, ab Aut. No. 3. inſinuato, qui tamen facilius præparari poteſt, ſi lateres candefacti in aqua ſolutionis ſalis comm. exſtinguantur, ac poſtea deſtillentur, ſed minus hic obtinebitur ſpiritus, acido ejus laterum ſubſtantiam rodente, & ita in eadem coagulato. Item corallia, modo ab Aut. No. 4. inſinuato, ſed parum ſic obtinetur, coralliis acidum imbibentibus. Modum deſtillandi inſtillatione guttarum aquæ com. in ſal fuſum deſcribit Aut. No. 11. & conferri etiam poteſt Keslerus *in Proceſſibus* No. 221. & 223. ubi ſimul modus deſtillandi ſpiritum ſalis per retortam tubulatam cum folle, adeoque mediante flatu habetur. Dum deſtillatur ☽ cum guttis ▽æ ſimplicis, ſimul cryſtalli obtineri ſolent, qui tamen nil aliud eſſe videntur, quàm ipſa ſalis ex guttarum frigidarum inſtillatione deſilientis ſubſtantia ac particulæ, parum à ſale commun. niſi ſubtilitate differentes ac puritate: Par ratio illorum videtur, qui per flatum follis elevantur.

In genere ſpiritus ſalis ritè paratus, & qui uſui, tàm chymico quam Medico inſerviat, ſit

1. Rectificatus, tam à ♈e, quàm ſubſtantia ſtyptico-terrea.

2. Odoris non injucundi.

3. Coloris ex flavo viridescentis, quas optimè expreſſit conditiones Boyle *Tract. de invito experiment. ſucceſſu pagin.* 60.

Uſus Medicus hujus ſpiritus eſt, quod ſit egregiè diureticus, ac lithontripticus, tartareamque mucilaginem, ut dicit Aut. potenter reſolvit. Quod, utut ſuo modo de ſpiritu ſalis comm. etiam intelligendum ſit, attamen in ſpecie de ſpiritu ſalis marini, ultimo reverberii △e deſtillato, & qui non purè accidus, ſed quodammodo ſalſus exiſtit, ut dicit Tachen. *Hippocr. pag.* 97. hoc interpretandum eſt.

Porrò ſpir. ſalis egregiè ſitim exſtinguit, appetitum provocat, &c. cum itaque egregium uſum diureticum, ulterius hunc intendit Rhumelius, dum ſpiritui ſalis comm. p. iij. addit ſal volatil. ſuccini communis p. j. miſta hæc per digeſtionem invicem unire, hinc per filtrationem depurare, ſicque pro ſcopo diuretico aſſervare ſolet. Utut etiam ſpir. ſalis ſit admodum acidus, affuſus tamen concretis duris marinis, v. gr. teſtis concharum, lap. ♋ item teſtis ovorum ſtruthionis, poſt factam effervescentiam & ſolutionem, ſaporem ſalſum, acrem, pungentem, quaſi lixivialem acquirit, nephriticis in caſibus admodum utilem, utut ſolutio hæc inſtillatione alcalium fixorum adhuc poſſit præcipitari.

Quoad uſum Chymicum, dubium eſt, an ſpiritus ſalis ritè paratus ſolus & per ſe queat ſolvere ☉ absque nitri conſortio. Affirmare videtur Zvvelff. *Ph. Reg. pagin.* 322. & 324. & per experientiam ſingularem id comprobat Boyle *loc. cit. p.* 129. item Tach. *loc. cit.* Conf. Aut. No. 10. Non videtur res ſimpliciter neganda, quin totum negotium in artificioſa ſpiritus ſalis præparatione & concentratione conſiſtere videtur. Interim ſpiritus nitri ſeu ▽ à ſale comm. abſtracta reddit ſpiritum ſalis ſolem ſolventem, ſale mirabili nitroſo in fundo remanente; ſicut & ſal comm. acet. deſtill. ſæpius imprægnatum, ſpiritum ſolis ſolutivum ſuggerere affirmat Hoffmannus *in Clav. pag.* 202.

Spiritus ſal dulcis & cryſtalli dulces fiunt vel per ſe, vel per addita. Per addita, v. gr. cum ſpir. vini ſecundùm modum Aut. No. 5. 6. 7. quatenus nempe obtunditur, & ſimul diluitur acidus ſpiritus ſalis ſapor, & ita mitior redditur, quod ab uſu communi dulcificari dicitur. Item dulcificatur ſeu mitiòr redditur ſpir. ſalis per alcalia addita, ſed infringitur, & in ſal comm. redit, & ⇝ ſpirituoſum volat. acidulum ſaltem ſuggerit. Obſervanda autem hic eſt crebrior iſta, quam Autor No. 6. inſinuat ſalis ſolutio & cryſtalliſatio, de hoc proceſſu relatum fuit, quod ex ⊖ ℔ij. poſt crebriores ſolutiones & cryſtalliſationes vix ℥v-vj. cryſtallorum dulcium remaneant, quæ cum ſpirit. vini digeſtæ ſuavem huic ſaporem & odorem conciliant. Sal hoc dulcificatum cum calce aut foliis ☉ miſtum & leni igne fuſum inſtar ſanguinis rubeſcit, & pro medicina univerſali & ſummo cordiali commendatur. Sed ſpirit. ſalis per ſe difficilior eſt: magis in forma ſicca cryſtalli ſalis dulces dicti obtineri poſſunt, quàm ⇝ dulc. in forma liquida: imò, ſine vel addito, acidum infringente, vel ultimo ignis examine, quo ⇝ acido-ſalſus ferè prodire dicitur, non arbitror ſpiritum ſalis dulcem per ſe haberi poſſe.

No. 8. De ⇝u vitrioli nil prodit, niſi forſan ſulphuris ejus volatilioris aliquantulum aſſurgat; eſt enim ponderoſior vitrioli ⇝us, quàm ut tàm facilè adſcendere queat.

No. 9. ⇝ Eſſentialis: nil aliud prodit, quàm ⇝ ſalis concentratus, ſeu rectificatiſſimus. Sub hujus deſtillatione adhuc bolus addendus venit, ut rectè monet Hoffmann. *Clav. pagin.* 138.

SAL FOSSILE.

SIve ſal gemmæ. Eſſentialiter idem eſt cum ſale comm. conſiſtentia imprimis differens. Interim notabile eſt, quod ⊖ gemmeum Polonicum in ſuis mineris & levius ſit ac mollius, quàm poſtquam △i fuerit expoſitum, tunc & gravius evadit. Conf. M. A. N. C. *Ann.* 2. *pag.* 153. Parili ratione ſal gemmæ in fodinis Calabriæ eſt mollius, ita, ut variæ figuræ ipſi imprimi queant, quod △i expoſitum indureſcit. Teſte Barthol. *Cent.* 1. *Epiſt.* 54. *pag.* 231. De cætero vires, uſus, & præparata ſalis comm. & ſalis gemmæ, reverà coincidunt. Saltem de Balſamo ſalis gemmæ obſervandum, mancam eſſe Aut. deſcriptionem, quæ talis eſt: Si ſal gemmæ eò uſque redactum eſt, ut tàm promptè liqueſcat, affundatur ⇝ terebinth. ad eminentiam 3. digit. digerantur aliquandiu, hinc abſtrahatur crebrius cohobando, donec ♁ terebinth. rubeſcat. ♁ rubr. abſtrahatur ad conſiſtentiam aliqualem, donec elegans balſamus in fundo remaneat, cujus doſis & uſus ab Autore & Hartm. *in Prax. Chym.* proſtat.

SAL AMMONIACUM.

VEterum ſal Ammoniacum ſub arenis Libicis collectum, nativum fuit, hodie penitus incognitum. Nobis quod in uſu eſt, eſt ſaltem artificiale ex ſale com. fuligine & urin. hum. paratum, modo quem habet Hoffmann. *pag.* 349. ita ut noſtrâs ammon. ſit ſal duplicatum ex ſale volatili ⊡oſo, fuliginis & urinæ, & acido ſalis com. conſtans, ſiquidem & ⇝us ſalis acidus, cum quibusvis

ſalibus

Digitized by Google

ſalibus volatilibus in genuinum ſal Ammon. concreſcit, non ſecus ac acidum vitrioli, cum ſalibus volatilibus in ſimile ferè concretum abit, de quo vid. Ludov. *in Pharm. pag.* 558. ſicuti etiam in deſtillatione ſpiritus vitrioli epileptici Quercetani ex vitriol. Ungarico & urina hum. tandem ſub rigoroſiore ignis examine adſcendit in collum ♌æ ☉, Amoniaco ſimillimum, utut magis ♃eum. Uſus ☉✱ci eſt multiplex, tam Medicus quàm Chymicus. Medicus eſt, quod ſit egregium digeſtivum, inciſivum, & abſterſivum primarum viarum, nobile intermittentium, præſertim quartanæ remedium, ſtomachicum & ſordium ejus reſolutivum, hinc in chronicis crebrior ejus eſt uſus. Appetitum proſtratum reddit, & coctionem promovet. Refrigerat ſingulariter æſtuationes ſanguinis, imprimis cum nitro vel nitratis conjunctum. Externè ſal ammon. egregium eſt in faucium affectibus, v. g. in angina, miſtum cum ſucco ſempervivi majoris expreſſo, & vel ita gargariſatum, vel prius cum eo deſtillatum, ad modum Hoffmann. *pag.* 350. uſurpatum: in tonſillarum tumoribus, gargariſmis convenienter admodum additur. In aqua ſpermatis ranarum ſolutum podagricis cum levamine applicatur, oculorum affectibus medetur, quatenus in aqua roſ. vel euphraſ. ſolutum, ad leviſſimum ſaporem, oculorum nebulas & pannos ſeu ungues abſtergit & reſolvit, ſed & pelvi æneæ infuſa dicta ſolutio, aquam ſaphiream chirurgorum conſtituit, ad ulcera & puſtulas oculorum egregiam.

Quoad uſum Chymicum, notum eſt, quod multum valeat in ♌onibus corporum metallicorum & ſulphurum mineralium, in quo puncto mirè laudatur à Baſilio, unde & ♌onem ☉i mediante ejusmodi ammoniaco artificiali docet Zvvelff. *Mant. Spag. p.* 324. qui etiam ♂m & exinde ſic dictum ♃ ♂is anodynum, mediante hoc ♌mat, *pag.* 339. Obſervandum ſaltem, quo modo corpora ſublimata ac ♃a à ☉✱co denuò ſint ſeparanda. Nempe miſcenda ſunt cum ▽ ferv ente, & hinc ſubito aqua frigidiſſima infundenda, ſic enim ſeparatur ♃ vel ſubſtantia ♌ata à vinculis ſalium ad fundum, id quod vel tertia vice repeti poteſt.

Inter præparata eſt depuratio, tam per ſimplicem cryſtalliſationem, quàm repetitam ſublimationem peracta. Equidem pro uſu Medico ſufficit reiterata cryſtalliſatio, purius qui volunt, cum limat. Martis illud ſuperficialiter miſcere, & ita ab eodem ſublimare poſſunt: quò exactius invicem terendo miſcentur, eò magis acidum ammoniaci agit in Martem, ejusque partes quasdam ſimul ſublimat, unà cum aliquali ſpiritus urinoſi proventu.

Per deſtillationem ☉✱ duplices ſuggerit ♒; 1. Urinoſum, 2. Acidum. Urinoſus fit ſimpliciter per addita alcalia, aut etiam concreta, acidum abſorbentia. Inter alcalia ſunt v. g. Cineres Aut. modo No. 1. ſal tartari, vel ♄. Aut. modo ſub tit. ſpir. ſal ammon. urinoſus, item ♆ Aut. modus ultimus. Poteſt & idem parari ſpir. lapidi calaminari, hæmatite, Mart. &c. in paulo majore copiâ additis & aqua comm. perfuſis. Omnibus his modis infringitur acidum ſalis comm. in Ammoniaco, & liberatum alcali urinoſum, in formâ vel ſpirit. humidi vel ſalis volatilis ſicci adſcendit per ⁂. Ubi obſervandum, quod cum ſalibus fixis deſtillatum ✱ copioſum ſal volat. ſuggerat, niſi nimis humectetur, cum ♆ verò deſtillatum, nihil ſicci ſuggerat, ſed ſaltem in liquidâ ſubtiliſſimi ſpiritus, formâ prodeat. Ubi & hoc obſervandum, quod hic cum ♆ paratus ♒ vini coagulare neſciat, quod tamen quilibet alius bene rectificatus præſtat.

Uſus ♒☉✱ci urinoſi vel ſalis volatilis ad omnia ea ſe extendit, ad quæ ſupra ſpiritum urinæ, aliave ſalia volatilia animalium laudavimus. In genere activiſſimæ eſt penetrationis, & quod vis acidum, in corpore noſtro hoſtile, tàm internis, quàm externis in partibus corrigit plus minus & in ſalſum convertit. Speciatim vinoſa acida poſt ♒um ☿i volatilem, optimè cicurare poteſt. Febrifugum intermittentium eſt catholicum, etiam quartanarum, doſ. à ʒß - ʒj. ante paroxyſmum uſurpatum. Unde etiam B. D. Mich. ſpiritus antiquartius appellabatur, ab aliis ♒ antihypochondriacus, à Rhumelio, Panacea, Antitartarea, quod in morbis Paracelſi ☿eis omnib⁹ ſit egregius. Adhæc in paſſione hyſtericâ, ciendis menſibus & lochiis, affectibus podagricis, laudatur, externè dolores partium ab acido natos, etiam podagricos, cum ſpir. vini junctus, mitigare ſolet.

Quodſi ♒ ✱ci addito alcali præparetur, ſæpius abit in cryſtallos, ſeu ſublimat ſe in formâ ſalis volatilis ſiccâ: conſiſtentiam hanc alcali volatile, qua tale, per ſe non habet. Ergo adſit neceſſe eſt occultum acidum coagulans, quod ſimul adſcendit: ob id cum ♆ deſtillatum ✱ nulla ratione ſal in formâ ſiccâ ſubminiſtrat, ſed ſimpliciter in liquida, quocunq; modo tractetur, perſtat, quodſi verò ♒ui huic, dicto modo parato, addatur ♌ quoddam ♌tum, & ita blando ♎e rectificentur præter ♒um liquidum & ☉ vol. cryſtallinum adſcendit, forſan ex ♌ ♌to ſubtile acidum hanc conſiſtentiã tribuit. Capita mortua non negligenda ſunt, quin, quod ſupereſt ex ♌one cum ♆, ſi ♐iſato calido affundatur ♆ Ram extrahit nephriticam & diureticam egregiam: illud verò quod ex addito ſale ☿i remanet, ſolutionibus & coagulationibus

repetitis depuratum ☉ ſalſum præbet, primarum viarū abſterſivum, egregiè diureticum, febrifugum dictum aliàs ☉ hypochondriacum. Huic ſi affundatur ☿ extrahit ſubſtantiam ſalinam, quæ additione ſpir. vitrioli ♆ta, dat cóagulum ſalinum elegans, digeſtivum, æmulum ſuo modo ♃o vitriolato ſubtiliori. Hoc ipſo ☿ ex lateribus color ruber Martialis ſublimando elici poteſt, de quo conf. Elsholz *deſtillat. Curioſ. pag.* 92.

Præter dictos ſpiritus urinoſos etiam quidam occupati ſunt ex ✱co elicere ſpiritum acidum, qui tamen labor non merētur operæ pretium, cum nil præterquam ſpiritum ſalis com. acquirant: Zvvelff. *in App. p.* 54. mediante frumento tritici, ✱co addito hunc ſpiritum acidum parare contendit, ſed ☙ acidulum fœtidum acquirit, frumenti additi prolem, nullo modo ☾um acidum ex ✱co: melius procedit negotium ex ☿ ſpiritus urinoſi, cum addito ſale fixo parati, hoc enim ſi cum triplo boli permiſtum deſtilletur, ſuggerit ſpiritum acidum. Vel, ad imitationem Glauberi in præparatione ☉ium mirabilium, ☿ huic affundatur ☾ vitrioli, deſtillando prodit ☾ ſalis acidus ex ammoniaco, modo, quem docet Ludov. *de Sale tartari p.* 35.

Præter dictos ſpiritus ✱ci Autor adhuc mentionem facit alius modi No. 2. mediantibus lateribus △tis: de hoc relatum eſt, quod per retortam benè lutatam △e aperto propulſus ſuggerat ſpiritum, qui facilè ☉ diſſolvat, & egregiè conveniat in podagra, calculo, aliisque ſimilibus morbis tartareis.

No. 3. Nihil aliud eſt, quàm ſpirit. vini particulis ✱ci impræ̃gnatus, nempe quantū ♃is adhuc obtinet ☿, tantum de particulis ✱ci imbibit, quæ deſtillando unà elevantur, & ſic hunc ☾um conſtituunt. De quo etiam conf. Kerkring. *Com. in Valent. pag.* 145.

No. 4. Parum ☾us urinoſi acquiritur, quin maxima ✱ci pars, in forma florum hoc modo elevari ſoleat.

NITRUM.

Hoc concretum eſt ſalſum, ex acido ſpiritu, cum alcali ſociato, conſtans, quib⁹ & copioſæ particulæ ſulphureæ ſeu pingues intertexuntur. Aſſertum hoc per mechanicam chymicam manifeſtum evadit nempe ſpirit. nitri acidus ex nitro per deſtillationem elicitus, affuſus alcali fixo v. g. tartari ad ſaturationis punctum uſque, ceſſante effervescentia, & ♃is ſuperflui exhalatione, in perfectum regeneratur ☽, quasvis hujus proprietates obtinens: Sed obſervandum, quod non totum alcali, ſed ſaltem ſalinæ ejus particulæ naturâ ſuâ volatiles, cum acido nitri concreſcant, terreis fixioribus particulis maximam partem per præcipitationem ſub effervescentiæ modum ſecedentibus,

Hinc & ex ſpiritu am̃oniaci, vel alcali volatili cujusvis animalis, cum ☾ nitri etiam regeneratur perfectum ☽ in ſtrias licet ſubtiliores, quasvis tamen nitri proprietates obtinens. Sulphureas particulas ſimul ineſſe nitro, utut à quibusdam negetur, ex eo fit evidens:

1. Quod tam facilè deflagret, utut ad ſui inciſionem, aliquantulum extranei requiratur ſulphuris, quo concentratæ ejus pingues particulæ promptius à ſalium compedibus explicentur.

2. Quod generetur non niſi in terris pinguibus, aut ex vegetabilibus oleoſis, aut recrementis & partibus animalium pinguibus & ſulphureis &c.

3. Spiritus ejus dum deſtillatur, non ſolum ignis inſtar rutilat intenſè, quod ſulphuri diſſoluto, cum volatili acido, ab △e vehementer agitato, tribuo, & in omni igne evenire ſolet; Sed idem recens deſtillatus inſignem vim penetranti flavedine tingendi obtinet. v. g. Pennam intruſam croceo conſtanti colore inquinat, item cuti illitus flavam inſignem maculam relinquit, dum ab horum alcali, in quod agit acidum, ♆tatur quaſi reconditum ♄ in ☾u magis, quàm integro ☽i corpore reſolutum. Adhæc exinde phoſphorus iſte ſeu lapis Luminaris Balduini vim luciferam obtinet, dum creta ſolvitur in nitri ſpiritu, ſolutio filtrata per retortam deſtillatur, & vel ultimo ignis rigore tandem penitus in retorta quaſi exuritur, vel abſtracto ſpiritu materia reſtitans candida, ſub tegula in furno probatorio ultimis ignis gradibus exponitur. Relinquitur ſic ſubſtantia terrea, hinc inde intenſè flava, quæ eo uſque quo flavedine tincta conſpicitur, igni admota lucem rapit, & hinc △eum eundem ſplendorem, in loco tenebricoſo aliquandiu adhuc ſpargit, cæteris partibus non flaventibus, etiam non lucentibus. Flavedo hæc nihil aliud eſt, quam ſulph. ex nitri ſpiritu in creta per acidi in cretam actionem præcipitatum, & ſub ignis tortura, poſt acidi abſtractionem firmius in creta colliquatum.

Ad hæc

4. Sulphur in nitro ex accenſione ejus in flammam oſtendit Balduinus *Tr. Venus Aurea p.* 52. 53. Experimento quidem curioſo, ſed multis modis explicabili.

Origo horum principiorum ulterius inveſtiganda. Materiale ſeu alcali nitri ex locis & ſubjectis, ex quibus elicitur, oritur, ita, ubicunque ſubſtantia alcalina pinguis deprendatur, facilè ex eadem ♎i expoſita, nitr. emergat, hinc ex ſubjectis omnium trium regnorum, copioſè nitr. parabile exiſtit. Quoad animale regnum, ex locis, recrementis & urina animalium eorumque partibus abjectis, largiter impræ̃gnatis, putrefa-

Digitized by Google

trefactis, nitrum oritur, hinc ex terra antiqua ſtabulorum copioſum nitrum elicitur, ſic ex ſanguine animalium per putrefactionem reſolutis, nitrum generari poteſt, teſte Glaubero *Op. P. 2. pag.* 387. non ſecus ac ex partibus animalium putrefactis, geniti vermes, & ipſi putrefacti, tandem nitrum ſuggerunt, teſte *eodem loc. citat.* ſicut & ex lumbricis putrefactis nitrum tandem fieri oſtendit Becher. *Phyſ. Subterr. l. 1. pag.* 329. Quoad vegetabile regnum, non ſuccus ſaltem aut decoctum plantarum quarundam ſal eſſentiale, quod perfectum nitrum ſuggerit, ut fumaria, abſynthium, carduus-benedict. Mercurialis, borraginis, ſed & ex cineribus pinguibus antiquis, item coriariorum & ſaponariorum quisquiliis, aliisque cineribus ad ſaponis confectionem utilibus, in terram abjectis, & ita aeri expoſitis nitrum fieri ſolet. Conf. Ercker. *pag.* 306. & 325. it. Glaub. *loc. cit.* ut taceam Glauberi modum per furnum ſuum preſſorium, ex lignis ſpirit. acidum eliciendi, huncque ſali fixo lignorum affundendi, ex quibus aeri expoſitis, tandem verum nitrum concreſcat; vid. *Op. P. 1. pag.* 207. Minerale denique regnum, non terras tantum nitroſas pingues, nitri feraces, interdum longo tractu ſuggerit, ſed in muris antiquis calcareis, cellarum parietibus, &c. nitrum copioſum creſcere ſolet. Quin etiam arte parabile nitrum eſt, ſi ♆æ p. iij. & ſalis comm. p. j. calcinentur probè & poſtmodum aëri exponantur, efflorescent ſucceſſivè in nitrum elegantiſſimum. Ita, ut materiale alcali cum juncta ſubſtantia ſulphurea, non, niſi matricibus, in quibus generatur nitrum, adſcribendum videatur. De acido quæſtio eſt, quod in ſpiritus adeò mirabilis formâ prodit ex nitro, unde hoc originem habeat: optima vidètur hic ſententia illorum, qui partim ex ſubjectis, in quibus nitrum generatur, partim ex aëre illud derivant, & ita quaſi duplicatum faciunt, in quo ipſo negotio præ aliis conſulendus Mayovv *Tract. de Nitr. cap.* 1. 2. 3. ſcilicet absque aëris adjumento nullibi nitrum generari poteſt, nec ſolet, & terræ nitroſæ exhauſtæ, aëri expoſitæ novo nitro imprægnantur, & cap. mort. vitrioli aeri expoſitum reſolutione ſalis vitriolacei concentrati in cap. mortuo novum in vitriolum efflorescere ſolet, non tamen purum, ſed nitroſæ omninò proſapiæ, ut annotavit Zvvelf. *in Animadv. pag.* 384. 408. & *in App. pag.* 71. Sed totus ſpiritus nitri ab aere nullo modo procedit, quin propter pondus, fixitatem, intenſam acrimoniam maximam partem ex ſubjectis oritur, ab aere reſolutis, in quibus generatur: Nitrum ergò illud quod ex terris nitroſis oriatur, ſpiritum formantem habet ex ſale terræ centrali dicto, ſali comm. ſimili: nempe acidum univerſale in terræ viſceribus, ut per ſeminalia principia determinatur ad naturam acidi ſulphuris embryonati mineralium, ita cum terra confermentatum, ſive unitum, ſal centrale dicitur: Hoc, ut alia modificatione ſal comm. conſtituit, ita idem, dum cum alcalinis oleoſis ſubjectis, ab aere reſolutis nova fermentatione, ſociatum, & ab aeris univerſali ſale immediatè quaſi animatum nitrum conſtituit, quod deſtillationis beneficio, una cum ſubſtantia terrea, & reſoluto ſulphure evocatum, ſpiritum nitri concretum ſanè mirabile conſtituit. Hinc nempe ſal comm. & nitrum eleganter conſpirare mutuò, non ſolùm ex ſupra dicta mechanica patet, ſed &, cum omni nitro plus minus ſalis communis reperiri ſolet reſinatoribus der Schalck dictum, quod utut quidam ex ☉is hum. derivent, & ex ſale eſculento oriri aſſerant, attamen altiorem habere originem, non immeritò aſſerit Ercker *pag* 330. & 326. illud una cum nitro ex ſale illo terræ centrali generari ſuſpicatur: unde & fermentum nitrificum Hofmanni ex ſale comm. urina &c. conſtat. In vegetabilibus verò & animalibus, quæ ſubinde absque confermentatione cum terra ſuggerunt nitrum, acidum illud, quod ab aere animatum, cum alcali nitrum conſtituit, jam ineſt; nam & ſpiritus acidus lignorum, cum eorum alcali aut lap. calcarei in nitrum concreſcit, & quælibet plantæ nitroſæ, item animalia acido plus minus occulto oleoſo tegmine inveſtita, ceu concreti vinculo conſtant, quod putrefactione reſolutum, & à ſale aereo juncto immutatum, cum alcali in nitrum concreſcit: utut delicatius & parcius fit hoc modo, quod acquiritur nitrum, quàm ſi terræ committantur talia ſubjecta.

Ex aëre nitro accedit ſubſtantia illa, cujus ratione tàm inſigniter inflammationem rerum promovet nitrum, ita, ut ejus adjumento, res ſulphureæ promtiſſimo deflagrationis auxilio, ſubitò detonationem faciant: adeò, ut dubium ſit, an, absque ullo nitroſi cujusdam ſalis ſive ſubſtantiæ adjumento ignitio ſive incenſio actualis fieri poſſit, ſive ſubſtantia talis ſit concentrata in nitro, adeoque corporalis facta, ſive reſoluta, in aëre fluctuet, hinc in vaſe clauſo, cui nullius aëris patet acceſſus, nec carbo accenditur, nec candela ardet, nec ſulphur flagrat, ſed nitro addito incenſio cum ſpeculo uſtorio ſuccedit, quin etiam ſub aquis deflagratio durat, ita ut aeris & nitri æqualis ſit neceſſitas ad rerum incenſionem faciendam; potentior tamen ſit vis nitri, ceu quod vim illam aëreæ ſubſtantiæ concentratam

Digitized by Google

continet, unde etiam ſubſtantia iſta volatilis pinguium reſolutiva, incenſionem faciens, nitro & aëri communis non ineptè defectu etymi melioris, particulæ ſive ſpirit. nitro-aëreus appellari ſolet: ſed ne prolixior ſim, conſulendus eſt de his Mayovv. *loc. citat.*

Sal hoc nitri eſt ſimplex polychreſtum, ſanguinis coagulationi reſiſtit, eundem fluidum & mobilem conſervat, æſtuationem ejus mirè refrigerat, primas vias abſtergit, diureticum eſt, calculum pellit, ſitim compeſcit, inflammationem partium internarum, ut ſunt pleuritis, hepatitis, angina, egregiè curat, rectè à Bacone *in Hiſtor. Vitæ & Mortis pagin.* 101. aroma frigidum vocatur. Externè epithematis inſtar refrigerat partes, ſpeciatim epithema ex eodem cum aceto & ſucco ſempervivi teſtibus applicatum, ardorem corporis inſigniter mitigat, ebrietatem diſcutit, epati item ad motum, ad hæmorrhagias ab æſtuante ſanguine concitatas, ſiſtendas, confert. Utendi modus optimus eſt, ut diſſolvatur in potu ordinario ʒj. nitri præſertim antimoniati, in menſura dimidia diſſolvendo, & ita propinando.

Dixi nitrum antimoniatum eſſe recipiendum, hoc enim præ cæteris uſu interno confert, antimonialibus particulis imprægnatum & optimè per alcali, in quod ex parte abiit, depuratum. Nempe ſi nitro fuſo in crucibulo adjiciantur carbones, incenditur nitrum, & repetitis vicibus, poſt ſpiritus ſub iſta incenſione diſſipationem, alcali fixum remanet: quod ſi vero nitro fuſo adjiciatur ſulphur vel antimonium uti fit in lap. Prunellæ præparatione cum ſulphure deflagrante & detonante, acidum ex nitro avolat, ſulphuris verò acidum cum alcali nitri ſe jungit, ita ut lapis prunellæ comm. ſive cryſtallum minerale ſit tertium ſalſum fixum nullius pretii remedium, in iſtis effectibus, qui ipſi vulgo attribuuntur. Optima ergo nitri depuratio eſt, ſi in lixivio forti ebulliat, ſicque loco frigido reponatur, ut rectè docet Tachen. *Hipp.* Quodſi ergò ℞. Regulus antimonii, & cum triplo nitri præparetur antimonium diaphoreticum, non deflagrat nitrum ob ſulphuris reſpectu nitri defectum, ſed ſaltem mutuò liqueſcunt, utut, nihilominus quædam ejus pars in alcali abeat. Hinc poſt edulcorationem denuò concreſcit nitrum in ſtrias puriſſimum, à partibus alcaliſatis optimè depuratum in febribus & morbis acutis efficaciſſimum.

Alii ſimpliciter nitrum in crucibulo fluere permittunt, hinc in aquam bullientem effundunt, & denuò coagulari permittunt, idque 5. vicibus repetunt; ſic enim nitrum dulce & inſipidum factum eſſe ajunt, iſtis uſibus, quibus nitrum deſtinatur, probè accommodatum. Dixi, per ſulphuris adjectiones ſub hujus deflagratione ſimul ſpiritum nitri evolare. Res clara eſt, ſi enim hujusmodi fiant præparationes in retorta tubulata, ſpiritus nitri acidus obtineri poteſt.

No. 2. Nitrum fixum aliud. Si ex præſcripto Autoris procedas, nitrum ſatis purum ab alcali calc. vivæ depuratum acquiritur; ſin verò elixiviatum, denuò, cum dimidio calc. vivæ calcinetur, in perfectum tandem alcali abit.

Nitra perlata, corallata, Saturniſata Autoris non adeò multum valent, quin ſimplex corporum iſtorum præparatorum cum nitro conjunctio abundè ſufficiat.

Draco fortificatus Autoris nil aliud eſt, niſi nitrum concentratum cum ſpiritu proprio, nec multum differt à nitro communi. Terra foliata nitri eadem cum terrea foliata tartari eſt. Siquidem perinde eſt, ſive alcali nitri, ſive alcali tartari cum aceto deſtillato imprægnes & ſpir. vini ſolvas, idem nempe productum emergit.

Nitrum vitriolatum ſive arcanum duplicatum. Hoc eſt vel propriè dictum nitrum vitriolatum, vel impropriè. Illud vel immediatè ex nitro & vitriolo, vel mediatè ex capite mortuo aqu. fortis paratur. Impropriè ita dictum fit ſimpliciter ex ſpiritu vitrioli nitro affuſo, exinde abſtracto, prodit enim ſic ſpiritus nitri & ſal duplicatum, ex acido vitrioli & alcali nitri reſtitans. Item paratur à quibusdam ſimpliciter ex nitro cum carbonibus alcaliſato, cui ſpiritus vitrioli ad ſaturitatem usque affunditur, ſal inde emergens compoſitum, fuſionis igne tractatum nitrum vitriolatum conſtituit. Sed propriè dictum nitrum vitriolatum fit ſimpliciter ex nitro & vitriolo, vel proportione anatica, vel p. j. vitrioli p. ij. nitri miſtis.

Ex hac miſtura, vel deſtillatur ſpiritus, & prodit aqu. fortis, vel ſaltem calcinatur mutuo in crucibulo, donec omnis fumus ceſſet. Ex capite mortuo elixiviatur ſal vitriolacei nauſeoſi ſaporis, hoc denuò in crucibulo fundendum, in aqua ſimpl. ſolvendum, filtrandum, coagulandum, denuò fundendum, atque ſolvendum, idque dictomodo procedendum tàm diu, donec ſal perfectè candidum ſive cryſtallinum, ex inſipido amareſcens, absque ullo vitriolacei ſaporis veſtigio acquiritur hoc modo ritè paratum; non metuit epicriſes Zvvelfer. quas habet *Mant. Spag. pag* 407. cum in eo hallucinetur,

Digitized by Google

tur, quod repetitas fusiones & solutiones negligit, quibus mediantibus omne ⊕ penitus separandum venit. Constat adeoque hoc arc. dupl. & alcali nitri & acido vitrioli mutuò colliquatis, sub qua colliquatione probabile admodum est, alcali nitri, simul agere in sulphur vitrioli anodynum, ita ut sal hoc aliquali ejus contagio simul infectum sit: emergit exinde sal admodum polychrestum, egregium febrifugum intermittentium, tam loco digestivi die intermissionis, quàm ante paroxysmum usurpatum, speciatim in febribus scorbuticis, in quibus nobile remedium, non secus ac in affectibus chronicis, hypochondriacis, movet urinam, stimulat menses, præservat à suffocatione hysterica. In melancholiis hypochondriacis disponit ægros ad aliqualem somnum dos. ℈j.

Flores nitri in Aut. sunt nil aliud, nisi sal duplex ex sale & nitro, dum sub aliquali detonationis actu utriusque particulæ salinæ, quasi exsilientes, sursum attolluntur: alios flores ☉ habet Mynsicht. *pag.* 26. per transsudationem per ollam factam, dum solutio nitri præparati nonnihil inspissata, per ollam non vitreatam transsudat, sed nihil peculiare obtinet. Loco horum sufficiat nitrum antimoniatum revera polychrestum in Medicin.

Destillatur ex nitr. spirit. vel per se vel cum addito, & hoc vel argilla, vel alum. ustum, vel vitriol. idque tàm in forma sicca quàm humida.

Per se ex retorta tubulata, secundùm modum Aut. *No.* 2. insinuatum destillari solet, sed necesse est, sit terrea, aliàs nitrum fusum, quaslibet retortas perfringit & perforat.

Cum addito bolo vel argilla, paratur secundum modum 1. Aut. estque modus ordinarius. Additus nempe bolus fluorem nitri impedit, unde particulæ acidæ, vi ignis agitatæ prodeunt, & spiritum nitri constituunt. Par ratio, quando alumen ustum nitro additur. Cum sulphure paratur spiritus *No.* Aut. 4. quatenus sulphur deflagratione sui, nitrique incensione spiritum ejus sub forma flammæ prodire cogit, qui in receptaculo appositio colligitur, restitante nitro fixo in ☽a. Conf. Ercker *pag.* 210. Cum vitriolo addito paratur spiritus nitri, vel quando spiritus affunditur modo supra insinuato, cum enim longè ponderosior sit spiritus vitriol. in abstractione hic se insinuat alcali nitri, & spiritus volatilior ex nitro sic prodit. Quodsi in forma sicca misceantur & destillentur, prodit spiritus nitri, quem ordinariè vocant aqu. fort. ab Aut. *No.* 7. insinuatam. Hæc constat simpl. ex spiritu nitri, quod omnes operationes ostendunt. Dubium est, an aliquid etiam de vitriolo participet. Hoc ex supra dictis negandum videtur. Quia ponderosius & fixius est vitriolum calcinatum, quàm quod spiritum suum simul cum nitro possit fundere. Quin & hoc spiritu vitrioli cum alcali nitri, nitrum vitriolatum emergat. Sed observandum, differentiam non levem intercedere inter aqu. fort. & spiritum nitri simplicem.

1. Quia pannorum tinctores spiritum nitri non æquè commodum observent, sed necesse est aqua fort. habeant ex ana nitri & vitrioli paratam.
2. Metallorum purgatores observant aqu. fortem vitriolo Anglico factam, quod est Martiale, sordes suas solutioni communicare, unde color lutulentus redditur, unde pro tali aqu. fort. bonâ facienda, cum nitro & alumine illud faciunt.
3. Vitrioli genera diversa, diversam quoque operationem aquæ forti conciliant, unde nostri tinctores tantum appetunt aq. fort. in Belgio paratam, ex Anglico vitriolo factam.
4. Conf. hic curiosa observatio Bech. *Phys. Subt. l.* 1. *p.* 160. ergo pro decisione notandum: de spiritu vitrioli nihil prodire cum ♀ junctum, benè autem de volatiliori & ☿ eo halitu sive vulgo dicto ~u⊕li volatili♀m plus minus imprægnari, ratione cujus etiam differentiæ istæ ♀es & spir. nitri emergunt. ♀ ordinariè expetitur pro solutione ☽æ, quam solam, Sole intacto, solvit, sed pro hoc usu non adhibeatur crudè, sed prius depurata, h. e. ut vulgò vocant, gefällt ♀, i.e. à substantia ⊖ina, sali com. quasi æmula, cum ~u ☉i adscendente, per ♒ionem separata. Conf. Ercker. *p.* 151. it. 158. in quo ipso *pag.* 136. simul hoc notabile occurrit, ♀m in vasis ferreis paratam ☉m ex ☽a per solutionem separatum, elegantius reddere, propter Martis sulphur quod occultè intra se abscondit; aqu. fortis cognata est ♕, quæ ordinariè fit, si aqu. fortis addatur vel sal comm. vel Ammoniacum. Modus vid. in Zvvelf. *App. ad Animadv. p.* 54. Quin etiam spiritus nitri à sale comm. abstractus, ♕ evadit, non secus ac ~ ☉i bezoardicus genuinam ♕m constituit. Nitrum & ☓ cum, aliàs invicem incompatibilia sunt, ita, ut invicem mista, igni exposita, impetuosissimè denotando, quælibet vasa suo gas flatuoso diffringant, unde ex ☊o & ✱o ♕am destillare, ferè impossibile est, nisi per retortam tubulatam, secundum modum

modum à Basilio insinuatum in der Offenbahrung der verborgenen Hand-Griffe *Litera D.* Propterea Ammoniacum saltem spiritui nitri aut aqu. fort. additur pro menstruo ☉i.

Quoad usum Medicum, usurpatur spiritus nitri, tàm simplex quàm dulcificatus, h. e. cum duplo vel triplo spiritu vini mixtus & cessante fortissima effervescentia mutuo destillatus. Ex quo ipso spiritu nitri dulci, blanda abstractione crystalli nitri dulces elegantes haberi possunt, de quo Hofmann. *Clav. pagin.* 346. Spiritus nitri simplex egregius admodum est, in compescenda effervescentia febrili nimia quarumcunque febrium præsertim malignarum, figit simul effervescentes humores, & inde effervescentiam eorum sistit & compescit. Ad hæc singulare est carminativum, flatuum curativum. Unde in colica flatulenta aliisque ejusmodi affectibus egregius est. Usurpatur commodè ad aliquot guttas dilutus in convenienti vehiculo. Convenientior tamen est pro usu Medico spiritus nitri dulcis, qui easdem vires obtinet simulque diureticus est & lithontripticus, ita ut etiam calculum renum comminuere dicatur. Appropriatus magis redditur spiritus nitri dulcis pluribus affectibus, si spiritus vini dulcificans abstrahatur prius à speciebus appropriatis, v. gr. spiritus vini ab aromaticis carminantibus abstractus & cohobatus, cum spirit. nitri constituit egregium spiritum carminantem & anticolicum. Quod si dictus spiritus vini abstrahatur à speciebus pleuriticis, fit egregius spiritus in pleuritide, angina, aliisque similibus, partium internarum inflammationibus; julepis præterea, potionibus, &c. commodè permiscetur.

ALUMEN.

ALumen nostrâs rupeum ex ~u acido ♃is embryonati, & corpore aliquo petroso ab illo spiritu soluto & coagulato constat: Probatur hoc tàm per syncrisin, quàm diacrisin Chymicam. Nam si alumini in aqua simplici soluto, instilles lixivium quoddam alcalinum v. gr. oleum tartari p. d. alcali se jungit acido, & præcipitatur substantia candida, igne non liquabilis, sed repræsentat calcem lapideam, mineralis prosapiæ. Item creta in spiritu sive oleo sulphuris soluta & coagulata, concretum instar aluminis refert. Corpus illud petrosum, quod ita in coagulum aluminis abit naturæ Saturninæ esse non ineptè dicitur. Efficiente ergò convenit cum vitriolo, cum spiritus ☉is, vitrioli, sulphuris, reverà unus idemque sit spiritus, materiâ verò differunt: & sicut pro varietate metallorum Veneris sive Martis spiritus sulphuris revera conficit vitriola, ita pro diversitate saxorum sive lapidum, diversas etiam aluminis species producere, probabile est. Cum verò lapidis pulveres reduci haud adeò facilè queant, atque metallorum, hinc etiam species lapideorum ejusmodi corporum, quæ alumina ingrediuntur, hactenus non adeò rectè exploratæ sunt. Propter dictas rationes sæpissimè unà ac in iisdem locis & mineris vitriolum & alumen deprehendi solent. Usitatissimum hodie alumen rupeum, sive alumen rochas, sive glaciale, ita dictum propter figuram externam, item propter locum natalem &c. frequentissimè ex sua minera saxea, sive pyrite sui generis aus einem Kiesse / paratur, idque variis enchirisibus, pro mineræ ipsius varietate: Quibusdam in locis minera aluminis ex saxis, sive venis propriis eruta, torretur, hinc terræ beneficio elixiviatur, & inspissando in alumen cogitur. Conf. Kirch. *Mund. Subt. Tom. I. pagin.* 314. Nostrâs verò alumen paratur, dum minera ejus seu pyrites aliquandiu aëri exposita fuit, donec hinc inde alumen efflorescere incipiat, quo facto elixiviatur & urinæ affusione à variis sordibus, præsertim adhærente vitriolo, per præcipitationem depuratur, & evaporando in aluminis frusta redigitur: hinc urinosum illud volatile exsurgit, quod ex alumine cum sale tartari destillato, subinde obtinetur, & quibusdam pro sale volatili tartari imponit. Ex naturali hoc rupeo alumine, fit per artificialem misturam alumen saccharinum dictum. Nostras hoc alumen rupeum, veteribus ob pyrotechniæ ignorantiam fuit incognitum, quorum nativa alumina minus sincera fuerunt, habuerunt alumen liquidum, sive potius molle, utpote in pilulas redigibile, item habuerunt alumen concretum, quod vocarunt alumen scissile, quin in filamenta ductile, item rotundum alumen, quod in corpuscula globosa hiulca coaluit. Conf. Jungius *in Doxoscopiis pag.* 182. Refertur huc etiam à quibusdam alumen plumeum dictum, quod nonnulli cum amiantho confundunt, sed nullo modo ad alumina pertinet, concretum est sui generis amiantho cognatum, non tamen penitus idem. Concretum aluminis, ratione suæ texturæ materialis constituit substantiam, respectu nostri corporis adstringentem, exsiccantem, humores figentem & quasi coagulantem, unde interno usu dysenteriis & diarrhœis sistendis à quibusdam adhibetur, sicut & febrifugis remediis additum, eorum vim solet intendere; de quo usu febrifugo vid. Sala *in suis Operibus pag.* 664. item Rolfinck. *in Chymia.*

Externè

Externè usus est insigniter adstrictiorius, hinc gargarismis, in affectibus faucium, angina, uvulæ laxatione, putredine gingivarum convenienter additur. Item albumen ovi cum frustulo albuminis probè agitatum, addita pauca aqua rosacea, dat misturam candidam, egregiam in inflammationibus oculorum, erysipelate & similibus affectibus.

Inter præparata habeatur ratio ad bina aluminis ingredientia. Nempe ad spiritum sulphuris acidum, & ad substantiam solutam ♀eam. Spiritus iste firmissimè adhæret alumini, nec, nisi ♆ acidum, illudque non copiosum ex ☌e elici potest, secus, ac ex ☉o ex quo ☁ acidus intensè potest destillari. Ratio est, quod in ☉lo mineræ metallicæ solutæ proprio suo ♃e acido quodammodo saturatæ sint, unde acidum ♃is externum, non tàm potenter in iis concentratur, quin accedente △is motu denuò separabile fiat. In ☌e verò acidum illud intimè se coagulavit cum petrosis particulis, & cum iisdem forti adeò nexu coaluit, ut nulla arte totum separabile sit, quin multum ejus cum iisdem remaneat. Unde destillando ☌ intumescit, & insigniter ebullit ac ♆ & ☁um paucum acidum suggerit, quod supersest ♉ propter acidum concentratum in particulis terreis alumen ustū constituit, usitatissimum remedium, in abquæ alia sunt ejus synonyma. Ad hecticas quidem & ardentes febres magis confert saccharum aluminis Aut. No. 4. sed concinnior est præparatio, quam habet Hoffmann. *pag.* 349. ipsi à D. Mich. communicata. Pro intermittentibus autem febribus commodè admodum est magisterium aluminis Aut. seu extractum. Item pro hoc scopo convenit acidum tartari aluminatum Rolfinckii *in Chym. pag.* 289. Quod alumen plumeum attinet, hoc externo usu singulariter convenit contra ariduras, atrophias membrorum tàm crudum, unguentis aut linimentis additum, in quo casu etiam in paralyticis affectibus non incongruum est, quàm cum sal comm. præparatum, secundùm præscriptionem Felicis Wurtzii *in sua Chirurgia*, remedium egregium.

VITRIOLUM.

HOc est concretum compositum ex spiritu acido sulphuris embryonati, quod roserit mineram, plus minus maturam ♂ & Veneris, sicque coëunt, intercedente ▽ in ☉ genuinum; hinc etiam est, quod frequentissimè ♃ & ☉ ex iisdem mineris eruantur, non secus, atque in Svecia lapis mineralis deprehenditur ex quo ♃ ☉ ☌, & tandem minium successivè eruuntur. Conf. *Act. Soc. Reg. Vol.* 1. *pag.* 316. item *pag.* 34. confirmat hoc mechanica Chymia per lyncrisin, vel in viâ siccâ, cum ♃e stratificando & calcinando ♂ vel Venerem, & hinc eam ▽ eluendo, ut supra Aut. de ♂e in calcinatione ejus cementatoriâ, item in Venere ostendit, vel in viâ humidâ, cum ☁ ♃is vel vitrioli ♂m aut ♀m solvendo, & hinc per crystallisationem in genuinum ☉ redigendo. Propriè ergo duo sunt vitrioli genera ♂ & ♀is, & quod ex utroque plus minus est compositum. Venereum cœruleum est, quale nativum nativum optimè in Cypro deprehenditur, de quo conf. Tachen. *Hipp. Chym.* sicuti Ungaricum multum de Venere participat. Martiale ex albo viridi palleſcit, quale imprimis Romanum & Anglicum est, & sic cæteris paribus variat ejus subinde coloratio.

Vitriolum album quod attinet, ejusdem est naturæ, saltem quod minus de mineris metallis, iisque adhuc immaturis participet. Reperitur ☉ vel nativum simpliciter in mineris suis, ex quibus per elixiviationem & decoctionem separatur v. gr. Goslariense, vel delitescit in marcasitis atque pyrite vitriolaceis qui vel cum, vel sine prævia tostione ♎i expositæ fatiscunt, & in vitriol. efflorescunt, ex quibus illud postmodum elixiviatur, & evaporando crystallisatur, uti in minerâ Martis, ☉i v. gr. notum est. Hæc inter vitriola diversa formalis nulla est

fumenda carne excrescente, & nimis luxuriante, fonticulorum, ulcerum &c. item pulveribus dentifriciis in laxitate & putredine gingivarum revera egregius est. ♆ ac ☁us ejus specialem adeò usum non obtinent, quin conveniant in omnibus, cum ♆ vitrioli acidulo, usu tàm internò, contra æstum, sitim, & affectus diureticos, quàm externè in abstergendis ulceribus oris, in applicatione frontis contra cephalalgiam, it. contra ambustiones, &c.

Salis singularis absterſivi & laxativi mentionem facit Hoffmann. *pag.* 348. quod nihil aliud est quàm solutio aluminis, cum s. q. lixivii sal. tartari præcipitata, acidum enim & alcali se mutuo jungunt, & post filtrationem in crystallos salinos evaporatione coëunt. Sal hoc dos. ʒj-ij. egregiè laxat, abstergendo primas vias, sed dosis est nimis ingrata, in febribus autem speciatim confert. Qui præcipitatur pulvis fixus seu terra aluminis probe edulcorata pro ulceribus exsiccandis & ad cicatrisationem perducendis convenit. Supra quoque insinuata est vis aluminis febrifuga, quæ in sale ejus dulci, h. e. subtiliori substantiâ terreâ, proprio acido, non adeò saturatâ consistit, quæ hinc imbibit & promptè absorbet fermenta febrium acida; hinc & pro ardentium quàm hecticarum curâ tantopere expetitur manna aluminis, saccharum aluminis, primum ens dulce aluminis, &

differentia, niſi in quantum ex materiæ mineralis metallicæ varietate plus minus diſtincta ſunt, unde & æqualiter, uſui tam Medico, quàm Chymico inſerviunt.

Uſus nempe vitriolorum planè eſt multiplex, pro noſtro ſcopo tam Chymicus quam Medicus. Medicus tàm crudi quàm præparati. Chymicus ad iſtos pertinet, qui Mercurium ceu menſtruo philoſophorum pro parando lap. philoſophico in viâ humidâ exinde elicere ſatagunt, ſecundum verſum vulgo notum: Viſitabis Interiora Terræ, Rectificando Invenies Optatum Lapidem Veram Medicinam. Et ſanè ipſe Mynſichtus in Teſtamento Hadrianeo, non obſcurè inſinuat in vitriolo ſe laboraſſe: certè moderni ferè omnes vel nitriſtæ ſunt vel vitrioliſtæ, quam tamen controverſiam non facimus noſtram.

Uſus Medicus vitrioli crudi eſt ſaltem externus, præſertim chirurgicus, ſiquidem non ſaltem ſimplici ſuo contactu egregium eſt remedium vulnerarium & ulcerarium, de quo confer. Becher. *Phyſic. ſubterran. pag.* 115. item Tachen. *Hippocr. pag.* 120. 121. vel etiam nota eſt vis vitrioli, præſertim Venerei, ſympathetica pro curâ vulnerum & hæmorrhagiarum; ſicuti etiam vitriol. in aqua ſimpl. ſolutum, addito imprimis alumine quasvis hæmorrhagias, applicatum, mirabiliter ſiſtit. Errhinum quoque eſt egregium, ſi vitrioli ad albedinem calcinati, gr. IV. vel V. ſolv. in ſ. q. aquæ Lil. convall. v. gr. ℥j. & ita naribus attrahantur, egregiè aperit & reſolvit ibidem hærentem mucum. Ophthalmicum quoque eſt, & in ophthalmiis, unguibus, &c. oculorum in aqua appropriatâ dilutum & applicatum, confert.

Pro uſu Medico interno præparatur variè, in quem finem præmittitur depuratio. Hæc eſt vel abſoluta à ſordibus, vel reſpectiva à Venere. Abſolutè purificatur vitriol. à ſordibus adhærentibus à ſulphure ſuperfluo, minerâ, &c. vel ſimpliciter ſolvendo in aqua ſimpl. aliquandiu in loco tepido digerendo & poſt factam filtrationem evaporando & cryſtalliſando. Vel, quæ concinnior eſt depurandi ratio, vitriol. pulveriſatum, in cucurbitâ MB immergitur, & in calore moderato, eoque conſtante 4. vel 5. dies detinetur; ſic enim absque ullâ heterogeneitate alienâ fluidum evadit, ita ut ejus terra metallica ac ſulph. craſſius in fundo vaſis ſubſideant, ipſo puriore vitriolo ſupereminente. Vel curioſiſſimè depuratur per efflorescentiam in ♎ libero in vaſe terreo, modô inſinuatô à **Kunckel** *Obſerv. P. I. cap.* 6. redditur hoc modo vitriol. album, & ſeparatum à ſubſtantiâ minerali ſuperfluâ, facili modo m. ex arena deſtillabile evadit, & ſi rectè operatus fueris, ♀ paucum, illudque album relinquit. Depuratio reſpectiva inſtituitur in vitriolo Martis ab adhærente Venere ſeparando, quod fit, ſi vitriolo in aqua ſimpl. ſoluto ſuper ignem effervescenti intrudantur bacilli ferrei, quibus copioſè adhæret ♀, vel infundatur parum de limaturâ Martis puri, & agitentur mutuo, mox enim ♀ adhæret, tanquam ſi cupro incruſtatæ eſſent.

Mechanica hæc docet, quid habendum ſit de converſione Mart. in Venerem per ▽s vitriolaceas, minerarum, de quâ ipſâ plura hinc inde reperiuntur. Nempe eſt ſaltem converſio imaginaria quæ fit ſola præcipitatione, dum aquæ tales vitriolaceæ vitriolo Veneris turgidæ, injectum Martem rodunt, ſub quo roſionis actu particulæ Vereræ in locũ particularum Martialium ſurrogantur, quatenus ſub Martialium ſolutione præcipitantur, unde tunc Mars in cuprum transmutatum videtur.

Depuratum ita ♁ pro uſu Medico diverſimodè præparatur, quæ præparationes omnes ſeu reſpiciunt ſubſtantiam ♁i acidam eſurinã, vel ſubſtantiam ejus mineralem metallicam, hinc ex ♁o habetur per deſtillationem ♐ & ♌, ex reſtitante verò ♀ ſeu colcothare ♑ & ▽ ♁i, & ex hac vel ♎ando flores, vel extrahendo ſulph. anodynum, & tincturæ anodynæ vitrioli. Autor imprimis docet parare vitriola vomitoria; quæ tamen tranſeant, quia talium nullus eſt uſus, nec ſvadere cuiquam poſſum, ♁latorum vomitoriorum uſum, ſtomacho ſummè hoſtilium, tonumque ejus mirè invertentium. Hinc Aut. inſinuat calcinationem ♁li, quæ quoniam fit cum ♐is & ♏us jactura, rarò per ſe inſtituitur, cum ſub deſtillatione ♁i ♀ calcinatum remaneat. Quod verò attinet calcinationem ejus clauſam in rubedinem uſq;, conf. de hac **Kunckel** *Obſ. P. I. cap.* 6.

Vitriol. deſtillatum ſuggerit ♐um & ♌.♏us eſt vel vulgaris vel volatilis; vulgaris, vel acidus vel dulcis; acidus vel primus vel regeneratus. Spiritus volatilis eſt, vel ſimplex; vel compoſitus.

Phlegma eſt nunc inſipidum, ſed plus minus ſulphureum, nunc acidulum: Eliciuntur facili igne, guttatim prodeunt; nam ſi ſpiritus ſequatur, ſub nebularum forma ſe exhibere ſolet. Phlegma inſipidum ſulphureum Aut. No. 1. & 2. deſcribit, acidum verò No. 3. totum artificium in ignis conſiſtit regimine. Non ſunt autem de nihilo hæc phlegmata; non enim ſimplex humiditas ſunt Elementalis, ſed participant ſimul de ſulphure volatiliori ♁i, ſub quo & acidi eſurini ſulphurei aliquantum ſimul ſecum rapiunt, hinc vires egregias obtinent in febribus ardentibus & acutis ac quibusvis corporis æſtuationibus,

item

Digitized by Google

item in hectica ex viſcerum inflammationibus & corruptelis. Externè dolores ex combuſtione podagricos, item cephalalgiam ſedant, quam vim obtinent imprimis vi ♃is vitriolacei volatilioris, nonnihil anodyni.

Phlegmata hæc eo ipſo potentiora evadunt, ſi ſuper novum ⊕ ſubinde cohobentur. Conf. de virtute & uſu ♃is ⊕i Marci *in Philoſ. Vet. Reſt. pag.* 551. ubi Baſilius explicatur, qui multum æſtimat hæc ☿mata & nomine aquæ cœleſtis inſignit. Item M. A. N. C. *Ann.* 6. *App. p.* 55. Ad ♃ hæc pertinet etiam aqua ambram redolens ex ⊕o deſtillata, cujus primam mentionem facit Paracelſus l. 7. archidox. de ſpecificis, & hujus deſcriptio clara per Knœfelium parata, hinc proſtat in Hoffm. *pag.* 356.

Poſt ☿ ſequitur ~ v. trioli forti igne per plures dies deſtillandus, ſapore acidiſſimo: In præparatione ejus ☿ prius à vitriolo ſeparatur, alias vix ſine fracturâ retortæ ~uumque jactura fieri poteſt deſtillatio. Modum docet Aut. N. 6. ſub ultimo ignis conatu, loco nebularum pededentim exſtillat liquor craſſus, obſcurus quem ♁ vitrioli appellant. Deſtillatus ~ rectificandus venit per ☌m in capella vacua, aliàs vaſa diffringuntur: ſpiritus hic vitrioli idem eſt cum ſpirit. ſulphuris eſſentialiter, id quod docet mechanica. Nam:

1. Ex vitriolo artificiali per cementationem cum ſulphure parato, ſimilis omninò ſpirit. elici ſoler.

2. Quod ex ~ vitrioli & ♁ ♎to terebinth. miſtis & per retortam ♎tis genuinum ſulph. ≏ari ſoleat, quam mechanicam docet Boyle *in Chymiſt. Scept.*

Spir. vitrioli rectificatus præter uſum chymicum in parandis remediis, egregius eſt vi ſtomachica & diuretica. Cum enim de acido eſurino ♃is embryonati participet, cujus ratione ſtomacho grarus eſt, ſtiptico nonnihil ſapore tonum ſtomachi firmat, æſtuantibus blandum refrigerium conciliat, & primas vias per urinas mundificat. Hinc uſitatiſſimus eſt in morbis acutis, febribus &c. Autor etiam ad odontalgiam commendat, ſed abſtineamus ab ejus uſu in dentium affectibus, hos enim nigros reddit. Vid. rationes in Tachen. *Hippocr.* ♀ à deſtillato hoc ſpiritu aëri exponitur libero, in loco à pluviâ & ſolis radiis tuto, aliquandiu ita expoſitum, per annuum ſpatium, plus minus &c. denuò deſtillationi aptus natus redditur, ac novum ſuggerit ~um, qui propterea ~ ⊕li regeneratus dicitur. Dubium eſt, unde ejus origo, dum quidam ex aëre in vitrioli ♀ concentrato huncce ~um derivant, ſed malè: Nam ſaltem ex nudâ ☿is in ≏e inſinuatione & acidi in ♀ reſidui, ſed nimis concentrati reſolutione, & hujus in partes metallicas actione novum hocce ex ſurgit ⊕, dicto modo denuò deſtillandum, id quod probatur: 1. Quod, ſi ♀ tale ultimâ ignis actione penitus fuerit exhauſtum, ita, ut nihil de ſale aut acido concentrato remaneat, nullo modo ~u tali novo impræ̃gnari ſoleat.

2. Quod ♀ tali ⊕i per ≏m regenerabili affuſa ▽ idem præſtat quod ≏, ita, ut brevi poſt ~ putatus regeneratus haberi queat. Hinc

3. Si diutius aëri exponatur, nonniſi una vice regeneratio fit; totum enim ſic reſolutum ſal ⊕laceum, indeque deſtillatum novum ~um ſuggerere nequit. Interim negari nequit, quin ſub hâc ipſâ aëreâ reſolutione, & hinc vitrioli regeneratione, non levẽ alterationem acquirat ⊕ ſic regeneratum, cum regeneratum hoc ⊕ non adeò ſimpliciter ſit tale, quin de nitroſa natura multum participare videatur; de vid. Zvvelf. *in Animadv. pag.* 384. & 407. item *in App. pag.* 71. item *in Mantiſſ. pag.* 343. Hinc etiam volatilioris ferè naturæ habetur hic regeneratus ~, indeque ad epilepſiam à quibusdam præ vulgari laudatur.

Hactenus recenſiti ~ ſunt acidi inſigniter; non pauca hinc inde occurrunt in ſcriptoribus de ~u & ♁ ⊕li dulci, quale propriè loquendo ex ⊕lo eſt non ens, ex acido enim eſurino & minerâ metallicâ cum coaluerit ⊕ per ſe & propriè dictum ſpiritum dulcem aut ♁ habere non poterit, ſed vel ſubſtantiæ Martialis, ſimultanea præſentia, aliqualem dulcorem repræſentat, qui eſt modus Zvvelff. *Mantiſſ. Spag. pag.* 392. vel cum ſpir. vini facta dilutio & attemperatio ~ vitrioli dulcem ſuggerit, de quo vid. Hoffmann. *pag.* 359. Vel à ♀ vitrioli ſpiritus vitrioli effuſi ob acidum imbibitum facta quaſi caſtratio mitiorem ſeu dulcificatum reddit, modo Aut. No. 8. vel mitior ſaltem aciditas, cum ☒o procurata, modo Aut. No. 7. ſpiritus vitrioli dulc. appellari à quibusdam ſolet. Vid. plura in Zvvelff. *loc. cit.* Nam alia eſt ratio ♃is vitrioli dulcis ex ~u ejus viridi præparandi, Helmont. *Tr. Duumviratus* §. 9. de quo ſuo loco. Cæterum in omnibus hactenus dictis deſtillationibus, ſpiritus vitrioli qui prodit, non eſt purus, ſ. non eſt genuinum illud & naturale acidum ♃is embryonati, quale v. gr. in acidulis deprehenditur, & ex cujus in mineram actione ⊕ tandem concreſcit, ſed ſub deſtillatione acidum illud ſimul mineræ particulas ſulphureas immaturas metallicas ſecum rapit, unde auſterus & corroſivus, ſtomacho ſubinde nauſeoſus, ac ita plus min⁹ hoſtilis evadit, adeoq; quilibet comunis ~us ⊕i plus minus de metalli liquamine continet, unde etiã obſcurum colorem tandẽ adſciſcit, ex ſaturato ſucceſſivo metallico liquamine, eoq; noñihil

Digitized by Google

præcipitato: unde eò annituntur ſublimiores Medici ſedulò, ut acidum illud eſurinum volatil. ſalubre, nobisque gratiſſimum, per ſe acquirere valeant, adeoque tantopere in præparatione ſpiritus vitrioli volatilis, ut vulgo vocant, vel ſpiritus vitrioli albi Baſilii, de quo vid. Tach. *Clav. cap. 6. pag.* 97. deſudant: pro egregio epileptico, cephalico, ſtomachico, quorumvis ſordiũ, in quibusvis corporis culinis abſterſivum, antipyreticum, &c. ineſcati præſertim Paracelſi monitis, abſolutam epilepſiæ curam in tali ſpiritu vitrioli volatili conſiſtere. Genuinus hujusmodi volat. ſpiritus per alembicum ſtriatim prodire debet, ac penetrantem ſulphureum ſpirare odorem. Pro hoc aſſequendo vario conatu laborarunt Chymici, vel per ſimplicem in vaſe alto rectificationem, quemadmodum docet Aut. No. 4. Not. 1. quo etiam pertinet modus Horſtii *in Problematibus pag.* 65. Paracelſus uſque ad nonum alembicum deſtillationem ſpiritus vitrioli pro caduco morbo peragendam jubet, cujus ſenſum vid. explicatum à Knœfel. Miſc. A. N. C. *Ann.* 6. *App. pag.* 57. eſtque modus, quem inſinuat Autor No. 17. Nempe per toties reiteratam ♃is ſuper ſuum colcothar cohobationem: & ſanè plures Autores per hujusmodi ♃atis item ſpiritus ſuper ſuum ☿ cohobationem ſpiritus hujusmodi volatiles vitrioli parare geſtiunt, ut videri poteſt in Hoffmann. *pag.* 357. & 359. facit huc non minus concinnus modus parandi ſpiritum vitrioli volatilem Doct. Mœbii, cujus genuina hæc eſt deſcriptio. ℞. Vitriol. Goslar. vel Ungar. abſtrahe ☿ ex cucurbita terrea, probè loricata, per alembicum vitreum △ aperto, in excipulum terreum, ad ſiccitatem usque; quo facto novum vitriol. cucurbitæ immitte, & ☿ abſtrahe, repetendo tamdiu, donec cucurbita vitriolo repleta fuerit: Fracta cucurbita vitriol. calcinatum pulveriſa, & per retortam Waldenburgicam △ aperto deſtilla, & quidem tribus diebus igne leni, hunc tamen ſingulis diebus & noctibus per gradus augendo. Præſtat pro hac operatione retortam procurare ex argilla pura, omni ∵ libera, arena enim ſpirit. volatiles transmittit; Receptaculum remove, & ſpirit. volatilem penetrantiſſimum, tanquam ſummum cephalicum uſui aſſerva. Receptaculum retortæ iterum admove, infundendo prius aquæ ſimplicis debitam quantitatem pro ſpirituum condenſatione, urge igne & ♋a, donec oleum rubicundũ prodeat: quo apparente receptaculum remove & ∽ egreſſum, qui eſt communis vitrioli ∽, rectifica per ∵, ex retorta vitrea, & uſui ſerva. Appoſito iterum receptaculo △ ulterius urge, donec nihil amplius prodeat. Refrigeratis omnibus ∽ volatilem oleo affunde, & ſimul rectifica; ſic enim magis volatiliſatur. Quin & ipſe Helmontius cohobationem talem certam adhibet, in curioſiſſimo proceſſu deſtillandi ſpiritum vitrioli, quem habet de lithiaſi c. 8. §. 19. ob multiplices enchiriſes perquam notabili. Alii per effervescentiam & conſequenter præcipitationem ſpirit. vitrioli com. negotium hoc tentant, v. gr. per ſal. tartari adjectionem, vel C. C. uſtum vel ♋ lap. quo etiam proceſſus Aut. No. 13. pertinet. Sed parum ſpiritus maximam ♃is ſaltem partem accipiunt. Alii, cum addito tartaro ſpiritum ſubtiliorem & volatiliorem vitrioli parare ſatagunt, ſimili ex fundamento, ut Aut. No. 10. & 11. inſinuat. Alcali enim tartari agit in vitriol. & ſpiritum ejus præcipitat ac figit, unde etiam ex ☿ horum ſpirituum tartar. ♑latus elici poteſt, unde parum ſaltem ∽us aciduli prodire ſolet. Famoſior hic eſt ſpiritus aperitivus Penoti. No. 11. quo modo acidulus, ſubtilis, ac penetans acquiritur ſpiritus, ſi ritè ſit paratus & rectificatus, ſed parcus admodum eſt, ut non videatur operæ pretium, tantum de vitriolo prodit ∽us, quantum acidi, ab alcali tartari addito non fuit ſaturatum, quod cum agat ſimul in ſulphur immaturum metallicum, à quo ſpiritus vulgaris fixitas & auſteritas imprimis dependet, nonnihil ſubtilior & volatilior præ vulgari eſſe ſolet.

Alii hoc modo procedunt:

Vitriolum Ungaricum in aqua ſolutum, præcipitatur injecto alcali fixo, hinc filtratur, filtratus liquor ſeponitur, aliquandiu digeritur, hinc pulvere laterum addito miſcetur, & aquiritur ſpiritus volatil. elegans, ſed paucus: Conſultius faciunt, qui vitriolo affundunt ſpiritum Ammoniaci ſeu quemvis alium volatilem urinoſum; relinquuntur hæc tamdiu, quamdiu motus fermentativus conſpicuus eſt, hinc decantatur, cum lateribus miſcetur, & deſtillato acquiritur ſpiritus volatil. penetrantiſſimus. Poſterior hic modus congruit ferè cum ſpiritu vitrioli epileptico Hartmanni, ex vitriolo cum urinâ hum. parato, & deſcribitur ab Aut. No. 14. Verum volatilitas hîc potius ſali volatili addito, quàm vitriolo debetur, utut ſimul elevatum ſulphur volatil. acidulum ſuggerit ſpiritum copioſum, revera perquam elegantem in epilepſiâ, & quo ipſo B. Doct. Mich. plura in epilepſiis præſtitit. Aliàs communiſſimus modus eſt cum ſpirit. vini addito, ſpiritum vitriol. nonnihil volatilem parare, eo modo, quem Autor inſinuat in Not. ſub No. 4. & hâc ratione Doct. Mich. ſpiritum ſuum vitrioli cephalicum & epilepticum parare ſolitus fuit: ſcilicet

℞. Vi-

Digitized by Google

℞. Vitriolum cœruleum Ungaricum dephlegmatum, huic pulveriſato irrorando addidit ſpiritum vini à pecicbus cephalicis & epilepticis abſtractum, idque quinquies vel ſexies, poſtmodum deſtillat per arenam & prodit ſpiritus penetrantiſſimus, probè cuſtodiendus. Reliquum vitriolum more communi igne aperto deſtillatur & rectificatur. Cujus pars j. cum p. iiij. liquoris prioris vaſe clauſo per aliquot dies digeruntur & poſtmodum deſtillantur & aſſervantur. Pertinet huc etiam ſpiritus vitriol. viridis cujus mentionem facit Helmont. *Tract. Duum Virarus*, & ex qua ſulphur vitrioli dulc. elaborare nititur. Viror ſpiritui non eſt genuinus, ſed ortum habet à particulis Venereis ſulphreis, quibus ſeparatis, ſulphur vitrioli dulce anodynum ex iisdem elaborat Helmontius. Scripſit de ipſo hoc negotio Polemann de ♁re Philoſoph. qui itidem & ſpiritum vitrioli viridem parare, & ex eodem ſulphure vitrioli anodynum obtinere nititur. Curioſum eſt ſcriptum, & lectu dignum, non tamen ubique veritatem ſequitur, plus ſcilicet promittendo, quàm ipſe unquam præſtitit.

Tandem ſpiritum vitrioli etiam coagulare quidam ſatagunt, id quod fit vel per terrea abſorbentia vel per alcalia, ſpiritum cryſtalliſantia: per terrea v. g. terram ſigillatam, eſtque modus ab Aut. *N.* 19. inſinuatus, & acquiritur hoc ipſo tandem liquor ſtipticus alibi notatus, ubi de terra ſigillata. Quoad alcalia ab alcalibus fixis ſpiritus vitrioli in conſiſtentiam tartari vitriolati coguntur, à volatilibus v. gr. ſal. volatil. urinæ in conſiſtentiam inſtar Ammoniaci coit. Par ratio eſt coagulationis ejus cum nitro, cujus modum docet Autor No. 29. nempe hoc ipſo nitrum vitriolatum tandem obtinetur.

Poſt ſpiritum ſequitur vitrioli ℥ in deſtillationis ordine, propter conſiſtentiam, & apparentem unctuoſitatem ita dictum; reverà à ☁u nil differt, ſed concentratus eſt ſaltem ſpiritus, hic verò dilutum eſt oleum: nempe ſpiritus facilè per altiora vaſa evaporatione in oleum rubens acerrimum concentratur, ſicut oleum per ſuffic. aquam additam & hinc factam deſtillationem, facile in ſpiritum redigitur: de oleis vitrioli Aut. quæ nil valent conf. epicriſes Hofm. *in iſta loca*. Eſt itaque oleum vitrioli nil aliud, quàm acidum eſurinum ſulphuris per adhærentes particulas mineralium metallicas concentratum, & in tale concretum redactum.

Supereſt poſt oleum ♉ ſive colcothar perfectè calcinatum, quod adhuc conſtat ex ſale vitrioli emetico, quod elixiviando ſeparatur, & reſtante tunc terrâ vitrioli dulci. Sed ſal ☉li etiam ſimplici vitrioli calcinatione, ſub qua ſpiritus & oleum exhalant, facilè parari ſolet, modo ab Autore in ſalificatione vitrioli inſinuato: Sal hoc vitrioli eſt ſaltem ☉um depuratum, in quo ſubſtantia acida ſolvens, arctius colliquata minus de ſubſtantia minerali participat, tantū tamen hujus retinet, quantum pro conſiſtentia cryſtallina ipſi acido neceſſarium eſt, & ab ipsâ minerali metallica ſulphurea ſubſtantia vis ejus emetica oritur. Unde interdum, ſi aliqualis aeri ad hoc ſal pateat acceſſus, virideſcere denuò, & nativam vitrioli formam exhibere incipit, niſi benè ſit præparatum. Ex hoc nempe ſale reſoluto ab aere oritur ſpiritus iſte vitrioli regeneratus. Uſus ejus eſt ſimpliciter vomitorius, in quem finem mirè extollitur ab Angelo Sala, qui illud mannam vomitoriam appellat, doſ. ℈j. Sed quia nauſeoſiſſimum eſt hoc remedium, & quod uſurpatum, diuturna ſui veſtigia nauſeoſa in ſtomacho relinquit, & tutiora omnino antimonialia proſtent, hinc nemini Autor ſum, ut hoc utatur ſale. Extracto ſale per repetitam cum aqua calida elixiviationem quod remanet colcothar alhàs aqua vitrioli dulc. dicitur: quæ, uti ordinariò poſt calcinationem vel deſtillationem remanet, ita ſimilis omninò ſubſtantia, etiam per ♁onem per alcalia obtineri poteſt, & tunc ridicule à quibusdam pro ſulphure vitrioli anodyno habetur, uti patet ex Autore de præcipit. Vitrioli *N.* 2. 3. Hæc terra uſum habet internum & externum, internè ea ſaltem recipienda, quæ ex ☉o ♂iali reſidua eſt, ex ☉o enim ☿is admodum emetica eſſe ſolet, cum iſta ex ☉ ♂li, ceu optimus crocus ♂ adſtringens, aut terra quædam quaſi ſigillata, commodè adhiberi queat. Externè in Chirurgia eſt egregium, quod abſorbeat ulcerum & vulnerum fermentum acidum, indeque ad conſolidationem perducat. Nempe ut docet Helmont. *Tr. Scab. & ulc. Schol.* § 35. & 36. quod pro ulcerum medela ſit uſus colcotharis diverſimodè, juxta ulceris differentiam. Sive cum eodem in vino macerato ulcus abluatur, ſive pulvis ejus inſpergatur, ſive cum ℥ lini in linimenti conſiſtentiā redigatur, & Felix **Würtzens Braun Sälbigen** / ex hac ipſa terra dulci compendioſiſſimè paratur. Ulterius ex hac ♁ ☉ dulc. tàm ℞ adſtringens quam per ♎onem flores parantur. Quoad ℞am vulgo in officinis ℞ ſulph. vitrioli vocatur, ſed malè, cum propriè loquendo nil aliud ſit, quàm tinctura Martis adſtringens. Recipitur nempe terra hæc vitrioli dulcis Mattialis, nam vitrioli *V*eneris ſemper vomitus excitat, affunditur huic ſpir. vitrioli, vel, quod melius eſt, ſpiritus ſalis compoſ. paratus ex ſale marino, nitro & alumine, addito triplo boli, & ſolvitur, ſolutio filtrata per retortam abſtrahitur ad conſiſtentiam mellis ſive pultis, cui affunditur ſpir. vini rectificatus, digeruntur aliquandiu, tinctura filtratur

& uſui aſſervatur. Poteſt & abſtractione ♀ ad medietatem concentrari. Uſus eſt in quibusvis hæmorrhagiis, inprimis ſcorbuticorum, item uteri. Conducit etiam in vomitu nimio, diarrhœa, dyſenteria &c. Per ſublimationem cum ✱co ex iſta ♆ parantur flores coloris aurantii conf. Aut. ubi de ſublimatione ☉i. *No.* 1. Sublimationi hujusmodi multum tribuit Boyle *in ſua Philoſ. experim.* primum ens ♀is vocat, & huic ad pauca grana uſurpato, ſingularem vim anodynam, febrifugam, antiſcorbuticam tribuit. Scil. hoc in paſſu imitari ſatagit Helmont. qui in locum lapilli Buttleri ſuum drif ſubſtituit, quod parare eum ex ☉o volatiliſato, idque mediante ✱co plures autumant. Conf. Marci *in Phil. Vet. Reſt. pag.* 545. qui hoc modo per ✱cum parare hoc remedium ipſe *in Epiſ. ad B. D. Michaelem* faſſus eſt, conf. ulterius *M. N. C. A.* 4. *p.* 91. & *ann.* 6. *app. p.* 70. Sed, verum ut fatear, nondum tam ſingulares effectus ex hoc remedio videre vel obſervare licuit, unde vel aliud fuit drif Helmont. vel malè ſubſtitutum, miraculoſo illi lapidi Buttleriano. Ex vitriolo tandem & ſulphur anodynum, & ex hoc tincturam plures parare geſtiunt, quale ♃☉ obtinet, ratione mineræ ſuæ metallicæ Martialis vel Venereæ: poſt Paracelſum & Helmontius hoc ipſum imprimis extollit, qui ignem Veneris & inde paratam tincturam oleum ignis Veneris appellat, cujus veſtigiis inſiſtere nititur Polemannus. Fundamenta quibus Helmont. innititur, & præparandi ejus ratio, ferè in his conſiſtit, quantum quidem ex ejus ſcriptis hinc inde ſparſim colligere licet. Nempe accipit vitriolum Veneris, quia in hoc per ſolutionem ſpiritus ſulphuris embrionati apertum eſt nonnihil corpus Veneris & ejus principium ſulphureum quaſi extraverſum, ut eò facilius hinc ſeparari queat.

2. Sulphur hoc extraverſum ſublimando ſeparandum eſt à ſuo concreto, quod Helmont nunc per ſal volatile urinæ facere nititur, nunc arcano modo deſtillando vitriolum in ſpiritum viridem.

3. Volatiliſatum ita ſulphur perfectè extrahendum eſt per medium ſibi amicum, & proportionatum, ut ſunt ſalia alcalia, in ſpecie fixa volatiliſata, hinc ſalis tartari volatiliſati tanta in hoc puncto eſt præeminentia.

4. Extracta ſic ſulphura per ſpir. vini facile exaltari poſſunt in tincturas.

Sed cum plura hic requirantur & præſupponantur, non à quibusvis acquirenda, v. g. ſpiritus vitrioli viridis, item volatiliſatio ſal tartari, hinc alii per ✱ terram vitrioli dulc. ſublimando, & hinc ulterius vel præcipitando & extrahendo parare analogum remedium ſedativum annituntur. Conf. Knœfelii *M. A. N. C. A.* 6. *append. pag.* 36. & 70. quo pariter ſuo modo pertinet ſedativum archæi Zvvelf. *Mantiſſ. Spag. pagin.* 339. Alii ex vitriolo mediante oleo terebinth. per digeſtionem extrahere nituntur talem vim anodynam, de quo vid. Barth. *Cent.* 4. *Epiſt. pagin.* 344. alii ex oleo vitriol. & oleo terebinth. idem conficere tentant. vid. Heerdot. *in Tartaro-Maſtyche Moraviæ pag.* 20. illud ſulphur fixum vitrioli, quod Autor habet, idque deſumtum ex Hartm. *de Opio*, & cui genuina eſt deſcriptio Zvvelf. *in Mantiſſ. Spag. pag.* 395. & Keslero, nil revera valent, ſunt enim ſaltem portio ſubſtantiæ metallicæ, à vitriolo ſeparata, ut rectè oſtendit Hofm. *pag.* 364. unde etiam in præparatione & uſu ejus cautè procedendum, cum interdum vomitus excitet, teſte D. Mich. In liquida tincturæ forma præparari à quibusdam ſolet, idque etiam variis modis, non tamen vel adeò ſingularibus, vel ſingulare adeò anodynum largientibus. Cum ſpirit. vini ex vitriolo talem tincturam parare vult Hofm. *pag.* 364. item Aut. *No.* 1. Alii ex colcothare mediante ſpirit. vini eandem eliciunt, de quo vid. Tachen. *Hippoc. Chym. pagin.* 120. alii ſequentibus procedunt modis:

℞. ☉ p. ij.
♀ p. j.

deſtillatur ſpiritus, cujus & ſpir. vini rectificati partes æquales per cohobationem, uniantur pro menſtruo. Jam ℞. terra vitrioli per oleum tartari præcip. ℥j. affund. liquoris illius ℥iij. f. in vaſe exactiſſimè clauſo digeſtio, calore blandiſſimo & vaporis B. usque dum menſtruum rubedine intenſiori tinctum conſpiciatur: quæ tinctura decantanda, filtranda, & tertia vel media menſtrui pars abſtrahenda, & pro uſu ſervanda.

Alii ℞. ♆ ☉ *dulc.* ℔ß.
♁ ♀ *puriſſ.* ℥iij.

Miſta in retorta committuntur igni aperto, quo ſucceſſivè aucto deſtilletur, & tunc guttatim prodit oleum rubicundum, quo tempore ignis augendus, imò ſuppreſſionis per 4. vel 5. horas dandus. Oleum huic inſtilletur ✱ & ſic præcipitatur ſulphur ☉i in ♄em rubicundum, è quo edulcorato & exſiccato cum ſpir. vini rectificatiſſimo, interveniente digeſtione 3. ſeptimanarum tinctura extrahitur, quæ ſub forma olei ſpiritui ſupernatat, per tritorium ſeparanda. Sed quævis hæ & aliæ hactenus cognitæ hujusmodi ♃um & tincturarum præparationes nullo modo attingunt encomia, quæ ſuo ſulphuri Veneris attribuit Helmont, unde & longè ab ejus excellentia abeſſe manifeſtum eſt.

SULPHUR.

Digitized by Google

SULPHUR.

HOc concretum eſt minerale, & ex pingui minerali, ſive bitumine terræ & acido minerali univerſali contexta: confirmat hoc mechanica, tàm per diacriſin, quàm ſyncriſin. Per diacriſin enim ſubſtantia pinguis deflagrando abſumitur, reſtitante parte acidâ, in formâ liquidâ. Per ſyncreſin verò ſulphur artificiale ex oleo vitriol. & oleo terebinth. parare geſtit Boyl. *in Chym. Sceps.* Differentiæ ſulphuris ſunt, quod quoddam ſit nativum ſive apyron, ex ſuis mineris, citra ignis adjumentum extractum, quod deprehenditur interdum, adeo purum & pellucidum, ut inſtar ſuccini ſe habeat, de quo conf. Velſch. *Hec.* 1. *p.* 44. item Hofman. *pag.* 368. factitium eſt, quod ignis adjumento ex ſuis mineris elicitur. Sulphur ordinariè eſt flavum, obſervatum tamen & interdum rubeum, quò etiam ſpectat ſulphur caballinum, qui color ex particulis Martialibus adhærentibus oritur, ſiquidem ſulphur per retortas terreas deſtillatum, rubeum colorem acquirit, unde etiam ſulphur rubrum nativum, ejusdem eſſe naturæ manifeſtum eſt. Conf. Jung. *Doxoſcop. pag.* 186.

Sulphur hoc minerale concretum eſt ſui generis, quod quà tale metalla non ingreditur, utut analoga huic ſubſtantia in iisdem, ſulphur dicta, deprehendatur, eaq; in imperfectis præſertim metallis duplex, combuſtibilis & incombuſtibilis, quod alii nomine ſulphuris externi & interni metallorum innuere videntur, imo triplicem ſulphuream ſubſtantiam in metallis aſſerit Becher. *Suppl.* 2. *pag.* 75. *ſeqq.*

Porrò ſulphur nunc inflammabile adhuc eſt, atque tunc volatile dicitur, nunc inflammabilitate deſtructâ, idem fixum exiſtit. Fixitatem hanc per acida acquirit, de quo conf. Tachen. *Hipp.* 2. *pag.* 181. ſicuti etiam Polemannus *de Sulphure Philoſoph. pag.* 201. Sulphur minerale ſimplici digeſtione figi & perfici, adeoq; inflammabilitatem ejus tolli poſſe, aſſerit & præparationem cit. loc. docet. Id quod in mentem revocat curioſum aſſertum commentatoris **in Erckers Probier-Buch** / *pag.* 267. & 328. quod ☉ igne Solis per ſpeculum uſtorium non conſumatur, ſed potius nonnihil figatur.

Quoad uſum, communiter ſulphur balſ. pulmonum dicitur, id quod intelligendum de parte ejus pingui ſive bituminoſa; nam reſpectu partis acidæ potius eſt pulmonibus venenum. Siquidem non ſolum ſulphur incenſum odore ſuo pectus ſtringit, tuſſim & diſpnœam infert, ſed & internè, ut quælibet acida, ita in ſpecie acida ſulphuris vitrioli pectori hoſtilia & inimica ſunt.

Quare & acidularum uſus nocet ad phthiſin diſpoſitis. Ratione ergò pinguedinis illius balſamicæ, pulmonem conſervat & læſiones ex inſpiratis inductas corrigit, affectus catarrhales, pectus & pulmones infeſtantes, mitigat, lympham acrem temperando, apoſtemata aut ulcera pulmonum mundificat, & quantum poſſibile conſolidat, hinc phthiſicis, tuſſientibus, empyematicis, item pleuriticis egregiè confert. Vi item balſamica in peſte & febribus peſtilentialibus, tàm præſervando, quàm curando multum præſtat. Menſes ſimul pellit, & partum promovet, unde cautus ejus in mulieribus ſit uſus. Interim melius conducunt ſulphurea remedia craſſioribus & ſucci plenis corporibus, quàm macilentis, ſi nempe diutius eorum uſus continuandus ſit.

Externè egregium eſt coſmeticum, in ſcabie, ſerpiginibus, aliisque ſimilibus cutaneis affectibus, mundificandis & curandis. Ut autem tutius in uſum revocetur medicum, imprimis purius ſulphur eligendum, quæ ejus depuratio vel ſit in via humida, idque optimè per aquam calc. vivæ, de quo vid. Zvvelfer. *Mant. Spag. pag.* 397. item 401. vel in via ſicca, nempe per ſublimationem, quo ipſo acquiruntur flores ſulphuris dicti.

Flores ſulphuris ſimplices ſunt optimi; cautelæ, in ſublimatione obſervandæ, ſunt:

1. Optimè in cucurbita tubulata præparantur, in quam particulatim injiciuntur, parili ferè modo atque ſupra de flor. antimonii dictum.
2. Moderatum requiritur ignis regimen; nam ſi fuerit nimius, fluit ſulphur nec ſublimatur.
3. Hinc quidam varia addunt ſulphuri ſublimando, ad fluorem ejus impediendum; v. gr. terram ſigillatam, farinam laterum, alumen uſtum, terram calcinatam; nempe tale addendum eſt ſubjectum, quod nec in ſulphur agat, aut ejus texturam invertat, nec, in quod ſulphur agere, & ita florum proventus imminui queat.

Prioris ratione ſalia fixa rejiciuntur, poſterioris ratione vitriolum calcinatum quibusdam ſuſpectum eſt; optimè ergò ſal comm. vel ſal gemmæ addi videtur. Conf. Zvvelfer. *Mant. Spag. pag.* 398. Flores ſimplices ſunt optimi; quales Aut. *No.* 1. deſcribit. Gummata, myrrha, maſtiche, crocus, ac alia addita, nil valent, propter empyrevma, quod hæc ordinariò contrahunt, & ex quibus combuſtis nil elevari poteſt: talem præparationem vid. *No.* 3. Fl. ☉ albi *No.* 5. deſcripti ſunt parvi momenti, uti & fl. ☉ corallat. *No.* 6, nam revera de coralliis nihil adſcendit.

Digitized by Google

dit. Quoad Benzoes, non ſecus atque fl. ♃is, longè melius miſcentur cum illis gummatibus, quam quod invicem ſublimentur.

Sulphuris ſolutio non fit per acida, hæc enim figunt ſulphur, in ſpecie ▽, ſed absque ſolutione: menſtruum tamen peracutum fl. ♃is ſolvere, & in blando calore inſignem vim elaſticam exerere dicitur. Benè autem ſolvi poteſt, tàm per alcalia, propter acidum in ♃e reconditum, ratione cujus in ſe invicem agunt, quàm per olea ratione ſimilitudinis, ſive analogiæ in ſubſtantia pingui, quâ ♁ penetrat ſulphur, & illud quaſi liqueſcere cogit. Sed concretum minerale cum ſit ♃ adeoque denſionis & firmioris texturæ, etiam alcalia, ſaltem fixa, non volatilia illud ſolvere valent, nec obſtat exp. Boyle *de Coloribus*, dum ex ☿, ✱co & ſulphure ☁um rubrum deſtillat, quaſi alcali volatil. cum ſulphure ſoluto hunc repræſentaret; nam huic ſpiritui affuſa aqua ſimplex, mox præcipitat ſulphur in antiquam formam, ita ut nulla ſolutio, ſed ſuperficialis ſaltem particularum unio fuerit. Sic etiam olea ſaltem denſiora, non verò in ſpiritus volatiles reſoluta, ob eorum raritatem & ſubtilitatem in textura, quæ improportionata eſt, ut in ſulphur agat, in hoc negotio requiruntur. Attamen ſpiritus tales volatiles vinoſi, extrahere ſulphur & abſorbere nonnihil valent, quando nempe per alcali fixum, prius reſolutum fuerit; ut in tincturæ præparatione infra patebit.

Solutio ſulphuris per alcalia fit vel in via ſicca vel humida. Siccam docet Autor *No.* 2. humidam *N.* 1. & 3. utraque ratione ſolutum ſulphur, & hinc per acidum vini vel aceti præcipitatum ſuggerit lac ſulphuris dictum, quia mixtura lacteſcit, & ſulphur ſub forma ♓is candidi fundum petit. vid. Aut. Tit. *Præcipitatio Sulphuris.* Ubi obſervandum, cum ☿a factam ♃is ſolutionem *No.* 3. per urinam eſſe præcipitandum, nempe ob naturam Ammoniacalem ipſius ⊡æ, quatenus ſc. alcali ⊡æ ſaturat acidum ☿æ, dum interea acidũ ⊡æ ▽tat ♃ ex ſolutione: interim notabile eſt, quod aſſerit Bech. *Phyſ. Subt. l.* 1. *p.* 370. ▽tione nempe ſolutionis hujus, cum ▽ factam, non lac ſulphuris, ſed ▽m ♀i figentem ſaltem ▽are. Quoad uſum, multi equidem magnifaciunt hoc lac ♃is, præſertim, ſi fl. ♃is pars j. cum ♁♀ p. iij. fundantur in + & hinc ſoluta ▽tentur, acquiri nempe ſic ♃ fixiſſimum, egregiè diaph. genuinum pulmonum balſ. ſed magis placet aſſertum Zvvelf. *Mant. Spag. pag.* 401. eſſe nempe hoc lac ſulphuris calces inertes, propter acidi & alcali firmam adhæſionem inſolubiles, ac nullius uſus. Qui ergo magiſterium ♃is ♁ſum, ſive lac tale in forma ſicca deſiderat, procedat modo Conerdingii, nempe à ſolutione ♃is cum oleis deſtillatis factâ, abſtrahendo menſtruum, remanet ſulphur in forma reſinæ, facilè pulveribus commiſcendum. Reſina hæc ſi in ſpirit. vini denuò ſolvatur, & vel hic ad priorem conſiſtentiam abſtrahatur, vel cum aqua com̃. præcipitetur, extractum ſive magiſterium omnis fœtoris expers comparabitur.

Ex his ipſis operationibus alcali in ♃ etiam alia ſurgunt remedia, v. g. ſi ℞. alcali ♀ p. j. fl. ♃ p. ij. ac fundantur in +o, & poſtmodũ ſolvantur, in aqua, ſponte concreſcent cryſtalli, qui ſunt optimum purgans præſertim in hydropicis doſ. 3ß. Parili ratione & elegans liquor alexiterius compoſitus parari poteſt ſecundum Williſium *Ph. Rat. P. I. p.* 258. ir. ex ♃e cum ſale ♀i ita recluſo, mediante ▽ elegans paratur ℞a ♃is vel ſimplex, qualis eſt iſta Zvvelf. *Mantiſſ. Spag. p.* 402. & cui non abſimilis eſt ℞a ♃is Aut. *N.* 5. vel compoſita Williſii *Ph. R. P. I. p.* 377. nempe ſal ♀i tunc penetrat ac diſſolvit ♃ illud, hoc ipſo diſponit, ut unà cum particulis ſalinis à ▽ imbibi, & ita in tincturam exaltari queant, quæ ▽ ad medietatem abſtractione ulterius perficienda. Sicut aliàs ex lacte ſulphuris cum vino vel aceto ▽tato ℞ elegans parari poteſt, ſi nempe lac illud probè edulcoretur aquâ pluviali, pulvis verò candidus exponatur digeſtioni, donec ſucceſſivè rubicundum colorem contrahat. Hic pulvis cum ſpir. vini commodè extrahi, & in elegantem ℞am exaltari poteſt. Digeſtio iſta fit in cupella cum arena, ℞ extracta abſtractione ▽ ſive menſtrui ad medietatem usque concentrari, & tunc ad gutt. vj. vel x. pulmoniacis feliciter propinari ſolet.

Solutio iſta, quæ fit per ♁, dat balſamum ſulphuris, tàm pro uſu interno, cum oleis, præſertim deſtillatis, quàm pro uſu externo cum oleis expreſſis. Balſama ſulphuris cum oleis deſtillatis ſunt vel ſimplicia, vid. Aut. *No.* 1. vel compoſita, *No.* 2. quales compoſitiones ex reſinoſis ſubjectis additis *mille* modis variari poſſunt.

Balſama cum oleis expreſſis ſunt vel ſimplicia Aut. *No.* 3. vel compoſita, eaque pro uſu præſertim vulnerario multiplicia.

Præparatio hujusmodi balſami ſulph. fit, vel per ſimplicem ſaltem ſulphuris in oleum infuſionem ac digeſtionem, methodo Aut. vel quod melius eſt, per præviam cum ſale ♀i fuſionem, & hinc olearum affuſionem: quâ ratione balſami nobiliores, & uſui medico aptiores fiunt. Conf. Zvvelfer. *in Animadv. pag.* 446. Hofm. *Clav. p.* 374. & Rolfinck *in Chym. p.* 224. Hac enim ratione acidum ♃is à ſale tartari correctum, & quaſi abſorptum, pinguedinem ♃is aptiorem reddit, quæ imbibatur ab ♁ deſtillato vel expreſſo, affuſo. Inter ♁ quælibet petroleum eſt, quod optimè & intimè magis ſulph. diſſolvendo, illud in balſamum redigit: ſicut loco ſulphuris communis ſulphura ☉ialia adhiberi poſſunt.

Sic

Digitized by Google

Sic ♃ auratum ☉ii nobiliſſimum dat Balſamum teſte Polemanno *de ♃e Philoſ. pag.* 31. ſicut pro uſu interno ſulphur ex Cinnabari ☉ii recipitur, vel ♃ fixum Polemanni. Pertinet ad hunc laborem etiam ℘ ſulph. Linatum Aut. No. 7. ex quo ſingularis Medicina pectoralis parari poteſt, cujus genuina deſcriptio vid. Miſc. A.N.C. *Ann.* 6. *App. pag.* 78. Ex his laboribus obtinetur ulterius ℘ ſulphuris verum per deſtillationem; vid. Aut. No. 11. ſic enim poſt olei terebinth. ſeparationem reſtitans concretum quaſi reſinoſum, in ℘ craſſum deſtillabile eſt, quod multum de ſulphure participat. Tandem ex hoc labore poſt olei abſtractionem cum ſpir. vini parari poteſt tinctura ſulphuris vid. Aut. No. 4.

Quoad uſum revera polychreſtum remedium eſt Balſamus ſulphuris iſte, qui pro uſu interno paratur, ſpeciatim terebinthinatus egregius eſt in abſceſſibus & ulceribus partium internarum, hæc enim mundificat, purulentias abſtergit, & ulteriorem puris proventum cohibet, hinc in phthiſi, in ulceribus renū & veſicæ egregius eſt hic Balſamus; appetitū etiam provocat, corruptelā aut putredinem quamvis humorum præcavet, diureticus eſt, & in calculo renum & veſicæ conveniens. In dyſenteriis etiam epidemicis, eſt egregius. Sed nimius præcavendus videtur abuſus, ne ſpeciatim aridiora & emaciata ſubjecta ad hecticam diſponat. In ſpecie de uſu & abuſu Balſami ſulphuris; vid. Hœchſtetterus *in Decad. III. Obſerv.* 10.

Externè nobiliſſimum eſt vulnerarium balſamus ſulphuris, vulnera recentia, promtè & per primam intentionem conſolidat, inveterata verò & quæ ad ulceris naturam degenerant, mundificando, optimè ſanat, in ulceribus ſinuoſis mammarum, aliarumque partium glanduloſarum egregiè etiam convenit. De quo balſami ſulphuris uſu externo conf. Rulandus in ſuis curationibus empiricis.

Sulphur deſtillatione dat ſpiritum acidum; ſpiritus hic ſulphuris eſt acidum illud, quod ſub pinguedinis bituminoſæ tegmine occultatum eſt, unde non, niſi hâc ſeparata obtineri poteſt. Separatio alio modo fieri nequit, niſi per deflagrationem, ſub qua pinguedo reſoluta, mediante ſale ♎is abit in gas aqueum, & ſatiſcit denuò in ▽m ſimplicem; acidum verò ſeorſim collectum conſtituit ſpiritum. Colligitur variis modis, nunc per campanam, nunc per alembicum amplum, nunc in vaſe, ▽â ſimplici pleno, nunc aliis ſimilibus machinis. Res tamen omnis eodem recidit, modo debitæ obſerventur enchiriſes, ratione temporis & modi: Ratione temporis, inſtituatur præparatio ♎e humido ac pluvioſo; ſic enim propter aquearum particularum in ♎e abundantiam, facilius colliguntur acidæ particulæ ♃is & in guttas coëunt. Sicuti etiam quidam ſuadent, ut in conclavi, in quo præparandus ſpiritus ♃is, prius aliquantulum nitri ſupra prunas deflagretur, ſic enim copioſus ~ ſulph iis acidus acquiritur, aëre per ☉ animato, & copioſius attrahente. Conf. Aut. *No.* 1. & 2. Billichius *in ſuis Paradoxis Chymicis p.* 51. Kerckring. *in Com. in Baſil. pag.* 279. it. Hoffm. *Clav. p.* 373. Spiritus Aut. *No.* 3. vix videtur genuinus, quin multum de nitro participare videatur. Quoad naturam & uſum reverà ſpiritus ſulphuris eſſentialiter idem eſt cum ſpiritu vitrioli, ſaltem quod purus ſit nec liquamine ſulphureo metallico pro ut vitrioli ſpiritus inquinatus, hinc iisdem uſibus Medicis, quibus ſpiritus vitrioli inſervit, commodè etiam ſpiritus ſulphuris adhiberi poteſt. De uſu ejus ad vitam longam, vid. Helmont. *Tract. Arbor Vitæ.*

ARSENICUM.

ARſenicum eſt concretum quoddam ex corpore metallico Mercuriali & ſubſtantiâ ſulphurea volatili, hâc ſolvente, illo ſoluto, invicem ſociatis: ita quidem, ut in ſubſtantia ♃ea volatili acidum magis extraverſum ſit, quod ſolvat, & ſolutam, ſimulq; concentratam ſubſtantiam metallicam ſecum elevet. Probatur hoc:

1. Nam hinc pondus eſt ☉☾ci ſingulare, quale ferè metallicis aut Mercurialibus corporibus convenit.

2. Luna Cornea dicitur arſenicale concretum, ex quo facilè ☉☾ Lunæ parabile, de quo vid. Beech. *Suppl.* 2, *pag.* 74. propter acidum volatile ♃ cum ex ſale comm. illi adhærens, & ſecum in ☉☾ volatiliſans.

3. Hinc etiam metalla, v. g. ☽ it. ☉ per ♃ tractata, volatilia redduntur, & artificialia ☉☾a conſtituunt. Vid. Tachen. *Hipp. cap.* 8. non ſecus ac ♃a ☉☾alia ex mineris metallicis quibusvis effumare, & de metallo ſimul volatiliſare ſolet, quod vocant **rauben**; idque tàm in ſolaribus quàm lunaribus mineris teſte **Erker** *pag.* 302. unde & ☉☾ fumus metallorum communiter dici ſolet.

4. Mercur. vitæ propter dictas rationes etiam ☉☾cale concretum dicitur à Bechero, & ♑tus non ineptè quaſi ☉☾ habetur artificiale, ſaltem ob terreſtrium particularum in ☉☾co aliàs copioſiorem defectum acrius. Probat hoc etiam.

5. Mechanica: ſi enim cum alcali quovis fixo, vel hujus loco cum ſevo, ℘, aut ex utroque compoſito ſmegmate, ☉☾ miſceas, & ita per ☾m ♌les, quo nempe corroſivi ~us in arſenico ſaturentur, concretum metallicum frangibile in collum retortæ ſublimare ſo aſſolet: Vel quod alii faciunt:

℞. *Arſenic.* ℔j.
Cinerum Clavellat. ℔ß.

Incorporentur cum ℔j. ſaponis, & calcinentur in crucibulo, ſic regulum metallicum relinquunt, qui Veneri additus facillimè huic ſe commiſcet, ſeu, ut vocant, illam ingreditur, & dealbat inſtar Lunæ, ſed fugaciter, quatenus abundet ♁e ♀us, cujus acidum ſaturatur ☿iali hoc concreto reguli arſenicalis, dum ſub illa tractatione per alcalia, vel ☍ ſub deflagratione alcaliſata ∽us arſenici corroſivi ſaturantur vel imbibuntur ab horum alcali, ut concretum metallicum ſic ſeparetur. Simili ferè ratione etiam ☌ ſublimatum, Lunam colore lurido tingit. Acidum ſanè in arſenico manifeſtè præter dicta ſe exhibet, in ſumâ ejus corroſitate, cujus ratione quorumvis animalium exiſtit venenum, & ſpeciatim in homine tormina, vomitus, dejectiones, ſui intra corpus uſu, excitantur. Acidum hoc coincidit cum acido ſulphuris embryonati, in ♁e tamen communi, pinguedini ſeu bitumini terræ commiſtum, concretum volatilius, indeque promptius inflammabile conſtituit. Arſenicum è contra minus pinguedinis obtinet, magis acidum ejus cum metallico Mercuriali concreto coaluit, unde reſpectivè minus quam ♁ com. inflammabile aut volatile eſſe ſolet. Mercuriale verò corpus metallicum, & ipſum ex metallis, dum ferè adhuc ſunt in fieri, oriri videtur, adeoque & cobaltum ☽a immatura, ſed maturum ☌ rectè dici ſolet: Hinc etiam **das rothe Golden-Ertz/** de copioſa Luna ſimulque arſenico participat. Commune ergo & ordinarium arſenicum eſt, quod fumi inſtar ex mineris, ſub harum toſtione aut fuſione exhalat, & in formâ candidâ, ſubinde nonnihil flaveſcente, furnorum & caminorum ſummitatibus ſubinde adhæret, florum inſtar. Ex hoc, quod vocant **arſenicaliſch Mehl/** cum ſalis com. additione, & ternâ ſublimatione fit ☌ album cryſtallinum: Ex eâdem ſubſtantiâ arſenicali cum decima parte ſulphuris com. fit ☌ citrinum, cui cognatum eſt auripigmentum, concretum arſenicale nativum, quodq; in ſuis venis & mineris deprehenditur, & ſimiliter ex arſenico & ſulphure com. unà coaleſcente conſtat, & ex hoc cum ſale comm. ſublimando aliquoties etiam ☌ album cryſtallinum obtineri poteſt. Denique eſt ☌ rubrum ſandaracha dictum, quod vel nativum, cognatum auripigmenmento, ex auratiis mineris, **auß den Gold-Ertzen/** ferè præparatur. Vel eſt artificiale ex communi illo arſenico, cum minera ſingulari, quam vocant **Kupffer-Nickel/** additâ, confectum. Ex quibus facilè eſt differentias arſenicorum & varias ac multiplices illorum appellationes conciliare, v.g. Veteres ſolum nativum ex mineris ſuis erutum noverunt, idque vel flavum, quod Latini auripigmentum ob colorem aureum, Græci Arſenicum dixerunt, vel rubrum, quod Græci ſandaracham appellarunt. Ad horum ſimilitudinem ſubjecta mineralium ſulphurea cognata, ferè iisdem nominibus appellarunt. Nam ex omnibus metallicis & mineralibus glebis, dum funduntur, exhalat ſulphurea fuligo, eaque adhæret caminorum ſpatiis, colore plus minus flavo citrinove, quæ propriè Realgar, Italis Riſigallo vocatur; Ex hoc cum ſale comm. per ſublimationem fit realgar album, vel cryſtallinum, ſicut per eundem ex ignis artificio fit rubrum. Cum verò arſenicum nativum conſtet hoc realgare & ſulphure, & colore ſit flavo, ob id auripigmentum, reliqua ferè omnia arſenica appellantur.

Quoad uſum Arſenici, notum eſt, quod interno uſu ſit venenum corroſiviſſimum, unde cardialgias, convulſiones, ſudores frigidos, lipothymias, vomitus ac tormina, diarrhœas, ac mille ſimilia mala ſoleat inducere. Apud Veteres etiam fuerunt, qui remediis contra aſthmata arſenicum addiderunt, & ſanè moderni quidam, per ſuffitum cum tubulo, nicotianæ permiſtum, phthiſicis ordinare volunt. Ipſemet experimentum feci & phthiſico cuidam pulveri nicotianæ, gradatim adſcendendo, tandem 15. grana unâ vice per tubulum, idque per plures dies haurire juſſi, idque ſine ullo vel minimo nocumento, utut etiam ſine emolumento. Hoc ſaltem dicebat, ex uſu hujus fumi dentes ſibi quaſi ſtupeſcere, qui affectus eſt ab acido arſenici oriundus.

Quoad uſum externum, notum eſt, quod amuleti inſtar ſubinde appendi jubeatur contra peſtem, bono conſilio, modò crudum hoc in regione ſtomachali periculoſa ſymptomata non inferat. Potius E. laudaverim magnetem Arſenicalem Angeli Salæ, amuleti inſtar appenſum, æque proficuum. Ulterius potentiſſimum eſt pſilatrum, ubicunque ſub linimenti formâ applicatur, pilos eradicans præterea in affectibus Chirurgicis, ſpeciatim ulceribus malignis ac putridis, cancroſis, lepræ, & ſcabiei malignæ ſingulariter confert arſenicum præſertim prius præparatum. Hinc undique notus eſt pulv. ad cancrum exulceratum, ex arſenico, radice Aronis, & fuligine compoſitus, labiis cancri exulcerati, cautè tamen applicandus. Cum ergo venenum corroſivum ſit ☌, hinc ejus medela conſiſtet in iis, quæ acidum ejus corroſivum vel obtundunt, vel abſorbent, unde ſi forte incautius aſſumtum fuerit, præmiſſo (ſi adhuc in primis

Digitized by Google

primis viis hæret) vomitorio, convenit lac copioſius aſſumtum, item butyrum, it. cryſtallus mineralis cum lacte aſſumtus, &c.

Ex his facilè patet, quomodo venenum arſenici corrigendum veniat, ut medicina utilis evadat. Nempe corroſivitas ejus acida vel ſeparanda, vel immutanda, ut prioris quidem ratione ſubſtantia Mercurialis metallica reſtitet, quæ acida quælibet vitioſa tàm primarum viarum abſorbere, unde vis diaphoretica; quàm ulcerum corrigere, valeat, unde vis ſingularis ad ulcera cacoëthea. Poſterioris ratione ſalſum tertium cum corpore metallico plus minus junctum, abſterſivum, & ſimul nonnihil abſorptivum reſultat.

Inter præparata deſcribitur ab Authore

1. Arſenicum dulce, non tamen perfectè tale, quin de volatili corroſivitate plus minus adhuc retinens vim laxativam exerat.

2. Rubinus arſenici diaphoreticus: ſub cujus præparatione partim volatilius corroſivum ſeparatum, partim addito ſulphure juncta arſenici aut ☋i ſubſtantia ita quaſi diluitur, ut minus acre ac corroſivum evadat.

Sequitur ☋ fixum cum nitro præparatum, in hoc maxima ☋i pars ſub fumo avolat, aut ſaltem corroſivum ejus maximam partem ſecedit, quod ſupereſt cum ☉o alcaliſato ſe jungit, & concretum tertium fixum exinde evadit. Parari poteſt ſecundum præſcriptum Autoris, vel ana, vel cum triplo nitri, illud, ſi pro uſu ſaltem externo, hoc, ſi pro uſu interno expetatur. Loco nitri alii cum tartaro præparare amant.

℞. *Arſenic. albi* ℔j.
Tartar. alb. ℔ij.

Pulveriſata miſce, & per retortam Δe aperto deſtillata, in collo ☽æ ſe ♎at ☋, hoc, cum ana ſalis urinæ quater ♎ma, & in cellâ per deliquium ſolve, pro cura ulcerum. ☋ tale cum nitro ritè fixatum, interno uſu eſt diaphoreticum, & remediis antipeſtilentialibus non immeritò à quibusdam annumeratur, ſicuti etiam in pſorâ prodeſſe ſolet: hinc arſenicum fixum ſudoriferum No. 2. exinde Autor parare docet.

Externè arſenicum fixum ſingulariter convenit in ulceribus peſſimæ notæ, Venereis, peſtilentialibus, cancroſis, & ſimilibus, ſive p. d. fluere permittatur, in oleum arſenici fixi, quod præcipitetur cum acido: Pulvis qui cadit albus, commodè linimentis & emplaſtris contra dicta ulcera addi poteſt, ſive ab ☋co hoc fixo deflagretur, aut ſaltem abſtrahatur aliquoties ſpirit. vini; ſic enim evadet remedium eò nobilius pro ulcerum curâ: ſive ☋cum hoc fixum vino Malvatico infundatur, & hinc ad conſiſtentiam ſyrupi abſtrahatur, tutius ſic longè & melius ulcerum curæ adhiberi poterit. Confer. Hamel *de Affect. Corpor. pag.* 429. item Thomſom. *in Epilogiſmis Chymicis p.* 137. Ex hoc ipſo ☋co fixo cum ☽ ☉ amoniaci etiam tinctura cœrulea diaphoretica poteſt extrahi, de quo vid. Digby *Experiment. Tom.* 2. *p.* 455. Regulus ☋ci, cujus Aut. No. 3. mentionem facit, nihil aliud eſt, quam metallica ſubſtantia ejus, ab acido, per alcalia deflagrando, ſeparata, ut ſupra inſinuatum fuit.

Ultimò ſe offert ☽ & Butyrum ☋ci: ſecundum Aut. deſcriptionem prodit liquor craſſus inſtar butyri ♁ii, & ſequitur tandem ipſe Merc. vivus. Nempe ☽ acidi corroſivi dimittunt Mercurii, & alligant ſe ☋co, unde butyrum ☋ci & ☿ vivus emergit. Hinc loco ☿i idem butyrum parari poteſt ex arſenico, addito ſal. com. & vitriolo. Vid. Digby *Experiment. p.* 2. *p.* 455. ſicuti etiam ☽ ſalis fortis, ſeu ♍ ſalis com. ☋co affuſum, deſtillando coit cum eodem in butyrum. Spiritus ſalis equidem communis ☋ non ſecus ac talia ſubjecta ſulphurea ſolvere non poteſt, niſi prius in flores ſublimetur, & ita à ſuperfluo ſulphure ſeparetur, ſi verò ſpiritus ſalis, aut ♍ ſalis rectificatum accipiatur, ſolutio utcunque ſuccedere ſoler.

AMBRA GRISEA.

DE Ambra quid ſit, nondum res deciſa eſt. Speciatim Clobius Tract. Germanicum ſcripſit *de Ambra*, ubi octodecim congeſſit opiniones diverſas de Ambra nativa & ejus origine. Concludit tandem, quod ſit fimus avis cujusdam ſingularis, in Inſulis Orientalibus, ſpeciatim Inſula Madagaſcar. Alii partim vegetabile, partim animale eſſe volunt, ut Velſchius *Hecatoſt.* 1. *pag.* 122. alii ex melle & cerâ compoſitam eam putant, &c. Conf. Franciſci **Schaubühne** / *Part.* 2. *pag.* 616. Ambra griſea ab omnibus prædicatur ceu nobile analepticum, virium tàm vitalium, quàm animalium confortativum, unde etiam ad vitam longam non ineptè laudatur à Bacone de Verulamio *pag.* 100. Nemini nocere ſolet, nec fœminis, in quibus partum promovet, nec hyſtericis malis nocet, modò non percipiant odorem: melancholicis & hypochondriacis prodeſt, ☽us animales quaſi ſerenando, quorum nimium impetum etiam ſiſtit, & vi aliquali ſtupefactivâ quaſi inebriativâ eosdem afficit. Unde uſus ejus conferre ſolet aliquandiu ſenſuum externorum & internorum, ſpeciatim memoriæ functionibus, ſed diuturno uſu ſtupidos tandem reddit uſurpantes, & ſenſus internos antea reſtauratos, eò citius imminui facit. Porro Venerem egregiè ſtimulat & excitat. Egregium etiam eſt ſtomachicum, & ſtomacho crebrius eructanti confert.

Hinc ſyrupus ad ſtomachi vitia cum ambrâ deſcriptus proſtat in Fehr *Tr. de abſinth. pag.* 103. Uſurpatur vel per ſe pulvis formâ, nam cum ſeminibus oleoſis ſubacta, commodè pulveriſari poteſt. Conf. Zwelf. *Pharm. Reg. p.* 122. item cum ſaccharo commiſta, promtè etiam pulveriſabilis exiſtit. Cui ſaccharo poſtmodum ♁ ☊a addita, dant ☽m analepticum elegantiſſimum. Conf. Miſc. A. N. C. *A.* 6. *App. p.* 92. ubi de Ambrâ moſchata: Licet autem dicto modo Ambra commodè uſurpari queat, nihilominus tamen paratur ex eodem eſſentia, partim ut ſic facilius operetur, partim, ut commodius aliis miſceatur. Et quidem cum ambra ſit quaſi bituminoſæ naturæ, non, niſi ſpirituoſis ſolvi ſolet: ſpeciatim ♅♀iſatus optimè & ferè totam eam diſſolvit, cujus loco etiam ſpiritus roſarum, vel ſpiritus liliorum convallium, vel corticum citri, pro eſſentiæ ambræ præparatione adhiberi poteſt. Quodſi floribus roſarum, pro parando ſpiritu fermentantibus addatur aliquantulum ambræ, hæc ipſa fermentando ſimul recluſa, ſuggerit ſub ☁us ☊one☁um roſarum ambratum elegantiſſimum. Quoad ambram eſſentificatam Autoris, ſit loco ejus *Eſſent. Ambræ* Tachenii, quam habet Hoffmannus *in Clav. pag.* 381.

SUCCINUM.

UTi ejus facies externa, & vis electrica notiſſima, ita origo ejus, & quid ſit, obſcuriſſimum adhuc eſt. In genere à quibusdam pro vegetabili habetur, ab aliis pro minerali. Qui pro vegetabili habent, exiſtimant quod ſit reſina ſeu lacryma arborum reſiniferarum, quæ ex iisdem circa littora conſitis, ſucceſſivè mediante ſolis calore deſcendat in mare, ibidem induretur, & tandem ſuccini faciem repræſentet. Hinc ſunt qui affirmant, generari illud primitus in Svecia ex arboribus reſiniferis decidere & tandem ad littora Pruſſiæ ejici: Quæ vegetabilis naturæ exinde probabilis eſt, quoniam ex ſuccino eadem ferè præparari poſſunt quæ ex terebinthina, & ſpeciatim ſal volatil. ſuccini, quale in toto regno minerali non reperitur, ad aliud regnum pertinere videtur confirmare. Qui pro minerali habent ſuccinum, ad bituminoſa concreta referunt, uti ipſe facit Paracelſus, qui dicit Petroleum eſſe reſolutum Carabe, hinc obſervatur etiam ſuccinum foſſile teſte Heerdot *in Tartaro-Maſtiche pagin.* 31. Hoffmann. *Clav. pag.* 381. & Clebio *de Ambra pag.* 27. Quicquid hujus ſit, ex fluido, in concretum denſum abire ſuccinum, ex eo patet, quia non rara ſunt ejus fruſtula, in quibus paleæ, lignorum particulæ, muſcæ reperiuntur & ſuccini fruſtuli, cui aqua fluida incluſa, ſit mentio in *Act. Med. Hafn. Vol.* 2, *pag.* 308. Hæc ipſa ſuccino, dum adhuc fluit, ab ipſius viſciditate facile irretiri, & per ſubſequentem indurationem ita incarcerari potuerunt. Plura qui cupit de origine ſuccini, vid. Dœringium *de Balſamis.* Morhof. *de Tranſmut. metall. pag.* 51. item *Act. Medic. Hafnienſ. Volum.* 1. *pagin.* 110. *Volum.* 2. *pag.* 308. 309. 310. Reperitur ordinariò album & flavum: Quæritur, quidnam horum alteri præſtet? Communiter album præfertur flavo, quod tamen erroneum exiſtimo, quoniam albus color ſuccino non eſt nativus, ſed tantùm adventitius, & advenit ſuccino, quando eidem adhuc liquido in mari fluctuanti intermiſcet ſe ſalſedo aquæ marinæ, quæ ſalſedo, imprægnans ſuccinum, tandem colorem albicantem ipſi tribuit, id quod patet ex enchiriſi Autoris, qui docet modum, quo beneficio coctionis & digeſtionis in aqua ſalſâ, ſuccinum flavum converti poſſit in album, id quod ulterius confirmat Dœringius *de Balſamis*, qui inquit, quod fallantur illi qui ſuccino albo præ flavo majorem dignitatem tribuunt, cum flavum à maris ſalſedine in lacteum facilè converti poſſit. Hinc etiam Wigandus *Tractat. de Succino refert*, ſe obſervaſſe globulos ſuccini flavos, ætate, ac diuturno uſu albeſcere & palleſcere, ut appareat, flavum colorem eſſe ipſi quaſi proprium. Unde potius flavum ceu genuinum, pro uſu medico eligendum.

Quod attinet uſum ſuccini, virtutes ſanè egregiæ in eò latent. In ſpecie pinguedinem oleoſam Balſamicam, nervis convenientiſſimam obtinet, unde in capitis & cerebri affectibus, præſertim epilepſiâ & morbis convulſivis egregium eſt ſuccinum, & ſpeciatim ſal volatil. & ℞. Præ cæteris in epilepſiâ infantum mirè convenit, & hinc etiam liquor C. C. ſuccinatus in omnibus prædictis affectibus eſt mirabilis, imprimis epilepticis & catarrhalibus: in quibus ſuffitus ſuccini parte affecta crebrius exceptus eſt egregius v. gr. in Coryza, tumore & inflammatione tonſillarum, &c. hinc etiam pro iisdem capitis affectibus ℞ deſtill. ſuccini vertici inunctum præſentiſſimum eſt imprimis in apoplexiâ, & epilepſiâ item vertigine & cephalalgiâ ſenum.

Porro ſuccinum in affectibus nephriticis & urinariis eſt egregium, cum ſal volatil. ſuccini, copioſè admodum urinam moveat præſertim cum nitro miſtum. Unde etiam ſuccinum præparatum commodè in ſuppreſſione urinæ, ſtranguriâ & dyſuriâ ordinatur. In gonorrhœa quoque tàm virorum, quàm mulierum, ſuccinum eſt nobile ſpecificum: commodè cum terebinthinâ ex ſuccino fiunt pilulæ, quæ in gonorrhœâ ſunt egregiæ, quibus ſi addatur

Mercu-

Digitized by Google

Mercurius dulc. appropriatæ erunt in gonorrhœâ virulentâ. Succinum etiam nobile eſt, ut vocant uterinum, non enim partum ſaltim promovet, id quod potenter facit ipſius ℘ ac ſal volatile ſive internè uſurpetur, ſive externè ☍ umbilico & regioni pubis illinatur, ſed etiam hæc ipſa in paſſione hyſtericâ mirè conducunt externo pariter atque interno uſu. Non rari ſunt affectus convulſivi partium internarum, quos vocant **die ſchwere Noth im Leibe**/ talibus egregiè confert ſuccinum, interno & externo uſu: ad ſanguinem congrumatum reſolvendum & partes læſas in caſu ab alto reſtituendas egregium eſt ſuccinum; hinc & vulneribus nervorum, ſpeciatim capitis ſingulare quid obtinet ſuccinum, ejusque eſſentia. Hinc ulterius in ſputo cruento, vomitu ſanguinis, præſtans eſt ſuccinum, & ſanguinis excretionem reprimendo & ejus grumos diſſolvendo. Tandem in peſte, morbisque ſimilibus epidemicis, optimum eſt ſuccinum, omnibus atteſtantibus, qui in peſte illud præſervativè & curativè adhibent. Quo etiam facit, quod refert Helmont. *Tract. Tumulus Peſtis*, de Chirurgo in cura peſtis celebri, qui à contagio ſe præſervavit, affricando ſuccini fruſtulum, ſeptem pulſibus planetariis, idque quotidiè ſemel.

Tandem, præſertim olei ſuccini ritè parati internæ vires ſunt admirandæ, ut propterea commodè balſamum Europæum vocetur, & loco veri balſami haberi queat. Et quicquid virium petroleo aliàs tribuitur, multò magis huic tribui debet.

Quoad præparata ſuccini Autor 1. deſcribit ſuccinum præparatum dictum, ſub quâ præparatione, ut eò melius approprietur diverſis affectibus appropriatis aquis oleoſis præparandum eſt. Sic v. gr. quando expetitur contra catarrhos præparandum eſt cum aqua oleoſa & ∽-oſa ſerpilli, ſi contra epilepſiam vel apoplexiam, cum ▽ ſpirituoſa ceraſorum nigrorum &c.

Equidem reſinoſum concretum cum videatur ſuccinum, nec aquea, nec acida illud attingunt, quæ per ſpir. vini ad mediatatem abſtractionem, cum aquâ communi affusâ in magiſterium præcipitari valet, vel ſponte ſuâ in oleoſam conſiſtentiam reduci. De quo vid. *Act. Med. Hafn. Vol.* 4. *pag.* 158. Melius autem procedit negotium, ſi acuetur ſpiritus vini per alcalia, hinc enim ſpiritus vini tartariſatus melius huic negotio ſatisfacit, vel ſpiritus vini à ſale Ammoniaco per ℳ. fortiſſimo ignis gradu aliquoties abſtractus, concinnum eſt menſtruum, pro parandâ eſſentiâ ſuccini. Sic ſpiritus Ammoniaci vinoſus itidem extrahere & diſſolvere valet ſuccinum, non ſecus ac alcaheſt Glauberi, ſive lixivium nitri fixi, ſolvit nonnihil ſuccinum, ut poſt ☿is exhalationem per ſpirit. vini optimè in tincturam extrahi queat.

Sub deſtillatione ſuccinum ſuggerit 1. ☿ acidulum, 2. oleo primo ſubtilius, inde craſſius, illud albidum ſive proſpicuum, hoc nonnihil rubeſcens, & 3. cum oleum ſimul ſal volatile prodit, collo retortæ & receptaculi lateribus ſe affigens, in forma ſtriarum ſalis cujusdam inſtar Ammoniaci. Remanet craſſamentum inſtar picis aut colophoniæ nigrum tanquam cap. mort. Deſtillatio hæc peragitur nunc ſimpliciter ſine addito, nunc verò ſilices contuſi, nunc cineres elixiviati nunc pro lubitu aliud quid additur, quod impetum ſuccini nimis ebullientis refrænet, & oleum purius deſtillari faciat. Hæc ipſa benè ſeparanda & rectificanda ſunt, & quidem ſal volatile per ſublimationem ab his recedit, ☿ verò ſpirituoſum ab oleo per tritorium. Sal volatile eſſe ſolet admodum oleo impregnatum, ſaporis acidi, hoc ritè ab oleo ſeparandum eſt, ut habeatur purum. Depuratur optimè, ſi primum ſolvatur in ſpir. vini & ab hoc ſublimando ſeparetur, ſic enim multum olei in ſpirit. vini remanet, poſtmodum ſolvatur in aqua, ſic enim quicquid eſt olei, ſeparatur ac ſupernatat, ut per ſublimationem, leni igne inſtitutam, eamque aliquoties repetitam, acquiratur ſal candidum & blandè acidum, odore ſaltem ſuccinum referens. Recipitur hoc ſal volatile ita depuratum ad liquorem corn. cervi ſuccinatum, cum ſal volatil. C. C. efferveſcens, & debitâ unione nobilem illum liquorem conſtituens. Acorem habet hoc ſal volatile ex conſortio ſpiritus acidi, hinc, ſi miſceatur cum ♄ vel cum ſale tartari, & ita ſublimando vel deſtillando revocetur, ſal volatile urinoſum penetrantiſſimum & candidiſſimum obtinetur, acido à ſalibus fixis abſorpto, quo ſal volatile purum prodeat. Oleum quod attinet, hoc rectificandum etiam eſt, quod fit, ſi oleo ſeparato affundatur ſpirit. vini, & ita per ℳB rectificetur, habetur ſic oleum penetrantiſſimum, & admodum elegans, pro uſu interno aſſervandum, in vitro veſicâ munito, cera enim facilè liqueſcit. Quodſi enim ex arena vel cineribus oleum ſuccini rectificare velis, promtè nimis ebulliendo, omnia diffringit, & promtè inflammatur, hinc neceſſe eſt, ut miſceatur cum arena vel cineribus elixiviatis, quod tamen fortioris, & ferè empyrevmatici odoris eſſe ſolet. Aliis modis, idque per retortam tabulatam, curiosè ſuccinum deſtillari poteſt, ſi ℞. nitrum & ſuccini ana ℔j. calc. vivæ ad pondus omnium, deſtillentur per retortam tubulatam acquiritur ſpiritus urinoſus & ſal volatile egregium, cum pauco admodum oleo. Loco calc. vivæ etiam cineres clavellati vel ſal tartari

Digitized by Google

ſumi poteſt, ne ſal volatile adjuncta ♆ a nimis figatur. Parili ratione cum Ammoniaco ſociari ſuccinum poteſt:

℞. *Sci* ℥vj.
ſuccini ℥iij. vel iv.
♆ ℔j.

Hæc omnia ſeorſim minutiſſimè trita commiſceantur affundendo ♆ præterpropter ℔j. deſtillentur per retortam igne arenæ per gradus, liquor prolectus coloris eſt flaveſcentis, odoris & guſtus penetrantiſſimi ſuccinati, in cujus fundo ſeorſim fluctuat pars olei ſuccini, reliquis impermiſta: liquor ſpirituoſus ab oleo ſeparatus, per ſe aſſervandus, qui coloris aurei, ſucceſſivè in ſanguineam rubedinem mutatur. Spiritus hic affuſus myrrhæ ſuggerit eſſentiam egregiam pro uſu catarrhali.

Uſus horum ex ſupra dictis ferè patet, in ſpecie ſal volatile eſt nobile diureticum, lymphæ vitia imprimis corrigens, hincque in catarrhalibus affectibus, epilepſiâ, partu difficili, admodum proficuum. Oleum iisdem uſibus inſervit, internè & externè. Mirabile eſt in paſſionibus hyſtericis, partu difficili, apoplecticis & epilepticis, interno & externo uſu. Vertici capitis illitum mirè penetrat, & nervoſi generis ſpasmos coërcet. Ex hoc oleo fit etiam balſamum ſulphuris ſuccinatum, ad uſus prædictos egregium. Craſſamentum ſive caput mortuum loco colophoniæ commodè emplaſtris addi poteſt, cum nervis & partibus nervoſis magis appropriatum ſit.

SPERMA CETI.

ESt ſpecies pinguedinis piſcium, ex capite ſecreta, transcolatione ac cum lixivio depuratione parata. Præter aliàs nota, ſpeciatim attendatur ejus uſus coſmeticus, ſiquidem, cum oleo tartari vel aliis ſubactum, glabram & nitidam cutim reddit, ac ſpeciatim maculas faciei delet. Conf. *Miſc. N. C. A.* 6. *app. pag.* 192.

ASPHALTUM.

RAri eſt uſus, niſi uſu externo à quibusdam balſamo apoplectico addatur, idque tantum propter colorem nigrum, quem inde acquirit. Sed tamen melius faciunt, qui ejus loco ebur uſtum dicto balſamo, pro colore nigro addunt.

PETROLEUM, NAPHTHA ac OLEUM TERRÆ.

HÆc reverà coincidunt, ſuntque nihil aliud niſi bituminum liquidorum accidentales differentiæ, ſubtilius ſi fuerit, naphtha dicitur, huic proximum eſt petroleum, hinc oleum terræ, craſſamentum horum eſt Asphaltum. Petroleum ferè in fontibus quibusdam deprehenditur, quibus ſupernatat; item ex montibus quibusdam, ſponte ſuâ transſudare obſervatur. Sic petroleum, quod in agro Mutinenſi ſponte ſua exſtillat, ex rimis montis notum eſt. Fons petrolei in Alſatia reperitur, de quo vid. *Act. Soc. Reg.* 1. *pag.* 101. item in Bavaria; conf. Velſch. *Hecatoſt.* 1. *pag.* 78. Habetur duplex, flavum ſive candidum & rubrum, quod autem petroleum hoc revera ſit naphthæ quædam noſtratis ſpecies, patet ex eo, quod & in diſtans ignem rapiat, quod ipſe expertus ſum. Uſus petrolei tàm internus, quàm externus eſt egregius, ſiquidem internè menſes ſtimulat, febres intermittentes, etiam quartanam, tollit, minus tamen ſecurè, dentibus inditum, odontalgiam ſiſtit. Externè multum confert in affectibus nervorum, ut vocant frigidis, paralyticis & apoplecticis, item præſervat partes à frigore. Petroleum, in quo ſoluta camphora, eſt egregium præſervativum externum contra ſerpentes, Autore Paracelſo. Item regioni renum, vicinisque locis illitum, præſtans eſt in doloribus & affectibus nephriticis. Deſtillari poteſt vel per ſe, vel cum intermiſtis cineribus elixiviatis, & acquiritur oleum longè penetrantius, adeoque in dictis effectibus efficacius.

Oleum terræ petrolei ſpecies videtur, modernis ſaltem cognitum, ex India allatum, uſus ejus hactenus ſaltem eſt externus, ſed revera egregius. Autor commendat in Arthritide vagâ, & rectè. Conducit etiam in relaxatione ligamentorum circa articulos, & inde ſupervenientibus ſpontaneis quaſi luxationibus, aut motuum impedimentis. In Paralyticis quoque morbis, debilitatione partium à podagra, pro robore ac tono articulorum reſtituendo egregiè convenit. conf. in ſpecie Barbette *in Anat. Pract.* item Tulpius *l.* 4. *Obſervat. c.* 5. item Hofmann. *Clav. pag.* 388. item Pontium *de Medicina Indorum, pag.* 22.

CARBO PETRÆ SEU FOSSILIS.

ESt concretum terreum, ex bitumine, cum intermiſto quaſi lapide ſciſſili. Si deſtilletur carbo petræ, dat ſpiritum acidum, & oleum, quod rectificatum fit inſtar petrolei, unde non ineptè ſuſpicatur Autor, oleum tale ad affectus nervoſos & emolliendos tumores eſſe egregium, ſed cum ſufficiat nobis petroleum, non opus eſt hoc artificiali.

GAGATES.

AQuibusdam vocatur ſuccinum foſſile, eſt ſubſtantia bituminoſa, impura, quæ revera potiùs ad carbones terreſtres referenda videtur, quàm ad ſuccina. Bootio tamen de gemmis & lapidibus, eſt quaſi ſuccinum quoddam nothum & aduſtum, quoniam etiam adinſtar ſuccini calefacti paleas trahit, & ma-

Digitized by Google

& materia gagatis videtur ſimilis fæcibus ſive ☿, quod ex ſuccini deſtillatione in retorta remanet. Sunt, qui oleum gagatis, item emplaſtrum ex gagate mirè commendant ad affectus hyſtericos, umbilico illitum, aliàs reverà cognatum eſt oleum illud petroleo, adeoque promiſcuè poſſunt in uſum vocari.

TERRA CATECHU.

SEu terra Japonica, quid in ſpecie ſit, non æque conſtat. Sunt tamen, qui artificiale putant, ſive factitium, ex glycyrrhizâ, maſtiche, & quodam minerali corpore quaſi vitriolaceo compoſitum. Adſtringens eſt ſtipticum, quodque in ore detentum, copioſa ſputa prolicere ſolet, indeque ad effectus catarrhales à quibusdam adhibetur. Pro uſu adſtrictorio tincturam inde paravit Wedelius, de qua Conf. *Miſc. N.C. A. 2. p.* 209. ſicuti de ipſa terra hac vid. Hœfer. *Hercul. Medic. p.* 35. it. Horſt. *in Diſpenſat. p.*208.

PRÆPARATA MEDICAMENTA SIVE PHARMACEUTICA.

OPtimè dividuntur ſecundum conſiſtentiæ rationem in liquida, ſolida, ac mediæ conſiſtentiæ.

Liquida ſunt:

1. Deſtillata, aquæ, ſpiritus & olea.
2. Soluta & extracta, uti ſunt: Eſſentiæ, tincturæ, elixiria, infuſa, decocta, ℞ per infuſ. & decoct. Aceta medicata, liquores, galatinæ, emulſiones, vina medicata, ac alia infuſorum & decococtorum ſpeciales differentiæ, v.gr. Clyſmata, cataplaſmata, gargariſmi.
3. Expreſſa. Succi, it. oleum per expreſſionem.
4. Ex his diverſimodè miſta: Potiones, balſama, ſyrupi, julepi, linctus, epithemata, condita, unguenta &c.

Solida ſunt:

1. Contuſa & pulveriſata, nempe præparata, farinæ & ſpecies ſeu pulveres compoſiti.
2. Sublimata, ut flores, ſalia volat. ☿♎ &c.
3. Præcipitata ut magiſteria, ☿♍ &c.
4. Calcinata, ſalia fixa, lap. medicamentoſi, calces, uſta &c.
5. Miſta; morſuli, rotulæ, pilulæ, pomambræ, facculi, ſuppoſitoria, trochiſci, confectiones.

Mediæ conſiſtentiæ, eaque ferè miſta, ſunt conſervæ, boli, electuaria, ſapones, emplaſtra.

In ſpecie ea, quæ ℞ando in Pharmacopœis præparantur, ſunt ▽æ, olea deſtillata ac ෴us.

AQUÆ.

QUoad aquas deſtillatas ſunt hæc nihil aliud, quam ♆ concreti eſſentiale, motu & impulſu caloris ſeparatum, de viribus, h.e. concreti particulis activis plus minus participans. Circa has conſideretur primum ſubjectum, ex quo deſtillari poſſunt, quod ſunt vegetabilia & animalia. Mineralia enim ℞o nihil aquæ ſuggerunt, niſi forſan ♆ vitriol. recipias, aut deſtillata ex pluvia, nive, rore &c. Quoad ▽s verò ℞s tàm ex vegetabili, quàm animali regno, variat horum vis & efficacia, prout plus vel minus de concreto ſuo participant. Interim, malè præferuntur à quibusdam decoctis & infuſis, cum hæc, præſertim in animali regno multum de ſubſtantia ſimplicis participent, aquæ verò deſtillatæ parùm admodum. Oppoſita ſunt aliàs ℞io & decoctio ſimplicium, illa volatilioribus, hæc fixioribus debetur ſubjectis. Decoquimus animalium partes pro gelatina efficaci, quarum ▽æ nil valent. Deſtillamus antiſcorbutica, & aromatica in ෴us, quorum decocta parum virtutis ſpecificæ retinent, cum hæc in volatiliori conſiſtat ſubſtantia, quæ de coquendo avolat. Medio modo ſe habet infuſum, quod nec volatilia ſeparat, & fixa tamen imbibit. Sic eſſentia croci per infuſionem cum ▽ parata melior eſt, quam inde abſtractus ෴us, utpote in quo volatiliores ſaltem particulæ inſunt, quibus ſeparatis extractum remanet. Eſſentia contra utrasque & volatiles & fixiores extracti partes in ſe retinet. Vegetabilia ergò ſi rigoroſo igne, ſolum per ☽am ℞ntur, tàm recentia, quàm arida, dant ♆, ෴um acidum, ℅ empyrevmaticum. Parili ratione atq; ex lignis hæc obtineri ſolent. Moderato vero igne tractatæ, recentes crudæ dant ♆a, it. olea ℞ta, nempe aromaticæ, quæ fermentatæ ℅orum loco ſpir. volatilem, putrefactæ verò ſpiritum ♎oſum ſuggerunt. Conſiderandũ jam venit, quænã vegetabilia apta ſint, ut aquas uſui Medico convenientes ℞ando ſuggerant. Sanè hic unumquodque vegetabile, & unaquæque ejus pars, ſpecialem ferè meretur conſiderationem; multa enim quæ videntur ſimilia ſub ignis examine, ob motum extrinſecus inductum, & novum hinc particularum coalitum fiunt diſſimillima. Sic e.g. Piperitis ſimplex antiſcorbuticum acerrimum, deſtillatione ſimplici ▽m fundit, acrimoniam ſaporis exactè referentem; arum è contra, ſimilis apparenter naturæ inſipidam fundit aquam. Epatica verò nobilis apparenter mitis planta, ritè deſtillata, acerrimam volatilem ſuggerit aquam. Sic flor. Tiliæ, niſi probè obſerventur, aquam admodum mucilaginoſam fundunt. Herba ſalviæ & fl. ▽m odoriferam oleoſam dant, fl. roſarum aquam odoriferam non

non oleoſam: fl. Jaſmini aquam nullius odoris. Sic ligna, ſucci vegetabilium ſimplicem laticem elementarem ſuggerunt, ſine virtute medica. In genere tamen concreta vegetabilia ſunt vel fixiora vel volatiliora. Fixa ſunt, v. gr. Vulneraria, adſtringentia, ligna, radices, item ea, quæ ſunt dulcia, item conſiſtentiæ viſcidæ, glutinoſæ &c. hæc aquas merè elementares ſudant, unde ridiculi ſunt, qui aquas adſtringentes ex tormentilla, plantagine, portulaca haurire volunt. Pauca ligna aromatica ſunt, v. g. Saſſafras, juniperinum, quorum aquæ de volatiliori ſubſtantia participant, & aliqualem vim medicamentoſam obtinent. Ex ſaccharo, ſicubus, paſſulis, &c. aqua effœta habetur. Volatiliora, quæ ſunt, aquas medicinales ſuppeditant, easque vel volatilioribus ſulphureis, ut abſynthium, fœniculum, aliaque aromatica, vel ſalinis, idque nunc acrioribus, ut piperitis, Perſicaria, epatica nobilis, vel mitioribus, ut farfara, intibus, endivia &c. (Conf. Tachen. *Hipp. Chym. c.* 19.) quo etiam facit ſperma ranarum; vel utrisque ſimul imprægnatas, ut aniſum, ſalvia, &c. unde differentiæ talis reſpectu, non incommodè in tres claſſes dirimuntur herbæ à Zvvelf. *Ph. R. p.* 215. Colorem quod attinet, qui deſtillando aquis deſtillatis debet conciliari, etiam in hoc paſſu, ſua ſpecialis florum & plantarum eſt differentia, res tamen jucunda magis quam proficua eſt. *Vid.* Elsholz *in Deſtillatoria curioſa.* Lacteæ quædam obſervantur aquæ, præſertim ab aromaticis ſubjecta deſtillatæ, quod fit ob intermiſtas ſalino-oleoſas particulas, à quibus, ceu aquis non probè commiſcibilibus lacteus talis liquor emergit, ut in aqua ſalviæ, v. g. fieri ſolet: non confundendus eſt hic color recentibus deſtillatis aquis familiaris, cum aquarum deſtillatarum matre, ſive ut vocant, die Mutter / hæc enim uno nomine, eſt concretum quaſi ♀eum, ſolutum, h. e. particulæ ſalinæ volatiles, & ſpirituoſæ oleoſæ, ſucceſſivè ſe uniunt & figunt, & in ſedimentum tale rarum & ſpiſſum coëunt; unde in his potior ▽rum deſtillatarum vis & efficacia continetur, cætera aqua penitus inutili exiſtente.

Quoad animalium partes deſtillandas, uno nomine hæ ſuggerunt nihil, niſi ☤ inutile, plus minus empyrevmaticum, quod tàm in partibus ſolidis, quàm fluidis verum eſt. Ex cruore recenti ſimplex ☤ iners deſtillatur non ſecus atque ex cerebro.

In cæteris partibus præſertim carnoſis & viſceribus, conſiſtit vis animalium, in ſubſtantia gelatinoſa & glutinoſa, & extincta eorum vita, hoc unicum beneficium expectandum. Atque ſic ſe habent aquæ analepticæ, item impinguantes dictæ, ex ſanguine porcelli, vel vituli, cancrorum fluviatilium, pulmonibus & epatibus animalium communiter præparatæ, nam vis nutritiva in glutinoſa conſiſtit ſubſtantia, cujus licet aliquantulum deſtillatione ſimul elevetur, unde & aquæ illæ, prout & aliæ, ab amygdalis à ſymphyto majore elicitæ, ſucceſſu temporis rancescant, illud tamen ad nutritionem non æque ſufficit. Unde gelatinæ animalium longè præferendæ ſunt eorundem deſtillatis aquis. Eodem modo ſe habet res cum aqua ſeri lactis deſtillata, inani &c. Dubium ſaltem eſt, an non ex partibus animalium adhuc viventibus, ſpirituoſa eorum pars, virtutem ſuam exerere valeat. Ita, ut vivæ animalium partes aquis infundantur, & hinc deſtillentur, unde & Zvvelfer. pro aquis apoplecticis, item epilepticis deſtillandis hirundines vivas diſcerptas infundit, ſed revera & hoc parum eſt, quod Medicina exinde expectari valeat, cum vitâ extinctâ ignis ſuperveniens deſtruat vim ſpirituum vitalium; ita ut inutile ☤ prodeat.

Porro conſideretur modus deſtillationis, hic in tribus conſiſtit, vel in prædiſpoſitione ſubjecti deſtillandi, vel in inſtrumento deſtillationis, vel in addito deſtillando: quæ omnia eò collimant, ut copioſior & ſincerior volatilium particularum ſubſtantia elevetur. Prædiſpoſitio ſubjecti in vegetabilibus conſiſtit, in eorum maceratione, ſubjectorum præſertim duriorum, radicum, ſeminum, aromaticorum &c. aut fermentatione vel inchoata ſaltem vel abſoluta. Per inchoatam fermentationem acquiruntur aquæ, nonnihil ſpirituoſiores ac penetrantiores. Per abſolutam fermentationem verò aquæ, quæ ſuos inſequuntur ſpiritus etiam plus virtute plantæ ſuæ communicant, quam aquæ communes cum oleo in iis magis reſolutum ſit, à quo omnis earum virtus eſt.

Putrefactio etiam huc facit, ſpeciatim in fructibus, qui per ſe ſimplex ſaltem ☤ dimittunt, putrefacti verò plus minus ſale volatili acuatum illud largiuntur, quâ ratione ex pomis Borsdorffianis puttidis, egregia fit aquà chirurgica, contra ulcera, ambuſtiones, gangrænam &c. In animalibus putrefactio aliqualis diſponit earum partes, ut ☤a ſpiritu ac ſale volatili urinoſis, plus minus imprægnata dent. Quâ ratione ♒ fluv. lumbrici terras, aliquantisper putrefacti aquas medicamentoſas ſatis efficaces largiuntur.

Quod attinet inſtrumenta, variant hæc, pro ſubjecti deſtillandi varietate: pro vegetabilibus & animalibus MB, & hinc veſica ſunt uſitatiſſima, utut teneriora, ac volatiliora ſubjecta, etiam balneo vaporoſo, duriora aut fixiora etiam cinerum ignem requirant. Per veſicam deſtillandi modus eſt cognitus, commendo tamen inprimis modum Wedelii,

Digitized by Google

Wedelii, de quo vid. *Pharm. p.* 70. Vel concinnum etiam eſt vas quaſi compoſitum, ex veſica & MB. Zvvelff. *Pharm. R. pag.* 191. Vel inſtrumentum Febure, furnus nempe quaſi compoſitus, ex veſica & igne cinerum & arenæ. Item efficaces aquæ per retortam in vaporoſo balneo, v.g. è carduobenedicto, majorana &c. elici poſſunt, ſecundum modum Borrich. *in Ægypt. Lap. p.* 372. Tandem quoad addita rebus ♎andis, malè, niſi ſiccioribus aut aridioribus, v.g. ſeminibus, radicibus & lignis, ▽ com. affunditur, cum parum medicamentoſæ ſubſtantiæ in ▽ copioſâ diffunditur, ut in medicina parum valeant. Potius vel recentes per ſe ♎tur, & hinc aqua ♎ta propria, ſuper recentem plantam denuò affuſa, iterum ♎tur, & ſic per ſæpius repetitam cohobationem meliorentur. In quem finem imprimis convenit, ſi recip. vegetabilia rore madida, cujus menſtrua vis promovet utilium particularum ſeparationem. Vinum quibusdam affundi ſolet aut adſpergi, imprimis aromaticis, ut nempe à ſpirituoſitate ejus firmius abſconditæ particulæ oleoſæ ſolvantur ac imbibantur, & ſub vehiculo copioſius ſurſum rapiantur, & ipſa etiam concreta à vini aciditate magis incidantur & penetrentur. ▼ etiam quibusdam affunditur, ut ejus medio reſolvantur & eleventur, particulæ oleoſæ aromaticæ, unde aquæ cum & ſine vino ♎æ, item ▽ vitæ compoſitæ, quales ſunt apoplecticæ, epilepticæ, aſthmaticæ, hinc inde magno numero proſtare ſolent.

Sunt aquæ deſtillatæ porrò vel ſimplices vel compoſitæ, & hæ vel deſtillatione ſimultaneâ, vel ſucceſſivâ miſtione, exemplum ſit ▽ vitæ ſuaviſſima, ſi ℞. ~ aniſi & juniperi ana, exactè rectificentur, & loco proprii ♒is aquam roſarum fragrantem, cum tantillo aquæ cinamomi mixtam addas; decurrens per roſtrum alembici ~us ambram & crocum in nodulo permeet; tinctum hoc ♎tum ſaccharo aliquantulum edulcoretur. Aquæ ♎tæ quævis ſunt porrò vel magis vel minus durabiles. Nempe citius corruptibiles ſunt, quo minus oleoſis particulis ſaturatæ, quo magis verò principiis activis turgidæ ſunt, eò durabiliores, v. g. ▽ ſalviæ & majoranæ, magis durabilis eſt præ aqua acetoſæ vel veronicæ. Uſus aquarum ♎arum, eſt vel generalis vel ſpecialis. Generalis, quatenus ceu vehiculum inſerviunt aliis remediis propinandis, ubi obſervandum, quod crebrior earum uſus nauſeoſus ſit, quatenus ceu ſubſtantiæ rarefactæ, tonum ſtomachi nonnihil relaxant. Specialis uſus eſt varius, prout nempe plantæ, quæ de virtute ſui ſimplicis plus minus participant, etiã ſub hac conſideratione, nunc huic, nunc illi affectui magis appropriatæ ſunt. Hinc ſimplices ▽rum ſudores, v. g. ▽ plantaginis, portulacæ, tormentillæ, &c. promiſcuè uſurpari poſſunt. E contra ▽ menthæ in ſtomachi affectibus, ▽ fl. acaciæ in pectoris, ▽ lil. convall. in lipothymiis magis appropriatæ ſunt. Hac occaſione quæritur, an dentur ▽æ ♎tæ purgantes, ſunt, qui affirmant, ſunt qui negant. Sed aqua nicotianæ ex ſucco ♎ta ab ℥j -- ℥jß. vomitum movere obſervata fuit. Quercet. *in Pharm. reſtit. de aquis ſem.* Sambuci & ebuli, item de aquis ex dictis ſeminibus aloë & ſcammonio paratis, idem aſſerit. Conf. item ▽ purgans Zvvelfferi *Ph. R. pag.* 206. De aqua hellebori nigri laxativa. Vid. Borrichius *in Sap. Hermetis pag.* 341. ſic quæritur etiam, an detur aqua ♎ata anodyna ſeu ſomnifera? quod itidem affirmatur. Hinc conf. aqua anodyna Zvvelff. modo *cit. loco*; & pertinet huc aqua hypnotica Reineſii, qui ℞. Fellis leporis, ſem. papav. alb. & nigr. ana ℥ß. infundit in ſpir. vini per quatriduum & hinc ♎at. In ſpecie plures aquæ ſimpl. & compoſ. in officinis proſtant, quarum luxuria meritò rejicienda. Plures inertes ſunt, paucæ ſufficiunt. Quarum ſunt: ritè parata aqua flor. acaciæ, fœniculi, menthæ, ceraſorum nigrorum, chamemeli, chelidonii majoris, cinamomi ſpirituoſa, epaticæ nobilis, lavendulæ ſeu ſpicæ, Lil. convallium, it. Meliſſæ c. Vino, Majoranæ, Pœoniæ præſertim ex ſucco radicis Perſicariæ maculoſæ, Pulegii, roſarum rubearum ſvaveolentium, flor. ſambuci, ſalviæ, ſerpilli, taraxaci, ſpermatis ranarum, &c.

Quoad compoſitas, plures ab Aut. deſcribuntur, paucæ aliquid valent. Sic No. 2. aqua aperitiva nullius eſt pretii, ſic inter aquas apoplecticas, analepticas, ſpirituoſas, quas habet No. 3. 4. 7. 10. 11. 13. 30. 41. 46. una alterave abundè ſufficit v. g. aqua apoplectica Crollii No. 3. vel ▽ contra terrorem No. 41. Exempli loco, quod inſtar omnium ſit, & ad cujus imitationem plures ejusmodi aquæ compoſitæ poſſunt concinnari, ſit ſpirit. ſeu aqua apoplectica Doct. Mœbii:

℞. *Flor. lil. convall.* ℔ vj.
Cinamom. ℔ j.
Zedoar. ℔ ß.
Croci ℥j.
Macis
Caryophyll. ana ℥ß.
digere in vino Petri-Simonis per menſem, ♎a ſpiritum, quem ſerva. Tunc

℞. *Rad. Angelic.*
Valerian.
Pæoniæ ana ℥ij.
Fol. Meliſſ.
Roſmarini
Herb. Menth. ana M. iij.
Flor. Salviæ

Tiliæ ana M. iij.
Lavendul.
Spicæ
Salviæ, Thymi ana M. j.

Macera in ſpiritu ſuperiore per menſem, clauſo vaſe & benè munito ac deſtilla per veſicam. Tandem rectifica in balneo, ſuper ambrâ, moſcho & camphora, & habebis aquam compoſ. egregiam. Et aquis ejusmodi apoplecticis & analepticis, meritò ſpiritus ☉ini & ☉ia volatilia animalium adduntur, vel ſimplici miſtione, vel ſub ☊one iſta ſimul incorporentur, ſic enim fiunt optima.

No. 5. Aqua aſthmatica nil valet, potius infuſum uſurpetur, cum vel ſine ebullitione, ita namque ☊ando parum virtutis medicamentoſæ extollitur.

No. 14. Aqua cordialis frigida nil valet. Nil enim aliud acquiritur, quam ♑ acetoſum camphoratum. Idem judicium eſt de aqua No. 15. de quâ conf. Hoffmann. *Clav. pag.* 48. Inſulſæ etiam ſunt ſequentes aquæ No. 16. 17. de quibus ſpeciatim vid. Zvvelf. *Ph. R. pagin.* 249. Item quoad aquam antidyſentericam No. 21. idem Zvvelff. *p.* 222. No. 20. Aqua diuretica ex nucleis non eſt diu durabilis propter facilem rancorem, ſemina enim iſta oleoſa aliquantum olei ſubtilioris per alembicum tranſmittunt, à quo iſta ranciditas.

No. 24. Aqua ad gutturis affectus nil valet, magis decocta proſunt, quam deſtillata in tali caſu. Vel loco talium aqua ex ſempervivo majore, cum Ammoniaco ☊ata uſurpetur.

No. 31. Eſt aqua magnanimitatis, ex baſi formicarum, concinnata, modum, quo formicæ ſint colligendæ, vid. in Hoffmann. *Clav. pag.* 50. Plures hujus aquæ magnanimitatis hinc inde ſunt deſcriptiones, maximè concinna videtur illa, quam habet Laurenbergius *in Mnemon. Ciceron.* quæ vid. in Miſc. N. C. *Ann.* 3. *pagin.* 605. Egregia eſt hæc aqua ſpirituoſa ſpiritus animales & vitales recreans, & in vigore ſuo ac impetu elaſtico multum roborans, unde ſpiritus ita reficiendo quaſi animum reddit hominibus, unde & nomen aquæ magnanimitatis acquiſivit. Memoriæ ſuccurrit, in Venerem armat, atrophia correptis, ſenibus, aut aliàs debilitatis egregiè conducit, doſ. cochl. dimid. ad cochl. j.

No. 43. Aqua ſeu ſpiritus theriacal. camphoratus. Melius forſan eſſet à ſpeciebus theriacalibus recentibus ſpirit. vini abſtrahere, ad imitationem Hoffmann. *in Clav. pag.* 53. cum in theriaca mel vix quidquam ad rem conferat. Attamen & hoc notandum, facta fermentatione theriaces particulas ingredientium oleoſas ac ſpirituoſas melius reſolutas eſſe, ut ita ſpirit. vini melius cedant; adeoque, ſive theriacam, ſive ſpecies recent. ſumpſeris, parum aberrabis. ~ hic eſt polychreſtus, diaphoreticus, in morbis malignis ac peſtilentialibus multi uſus. Eſt tertium ingrediens miſturæ ſimplicis, quam habet Aut. No. 44. & ad hujus imitationem paratæ tinctura Bezoardicæ, quæ revera eſſentialiter inter ſe conveniunt. Primus Autor hujus mixturæ de tribus eſt Paracelſus, qui eandem in morbis acutis, & ſpeciatim ad epilepſiam commendat. Nempe recipit ad ejus compoſitionem ſpirit. tartari urinoſum rectif. item ſpirit. vitrioli per nonum alembicum, ſeu volatilem, & tandem aquam iſtam theriacalem camphoratam. Ad hujus imitationem compoſita eſt tinctura Bezoardica dicta Doct. Mich. Hic nempe ℔. ſpiritum tartari probè rectificatum, urinoſum, & ſpiritum vitrioli & invicem miſcet, ſub quâ mixturâ effervéſcunt mutuo: hæc duo, beneficio digeſtionis & ☊one probe unita, miſcentur cum ſpirit. theriacali, digeruntur ac ☊antur & ſic per retortam, camphora liquori unita ſimul adſcendit. Tingitur poſtmodum cum ſandalo in tincturam rubicundam. Compoſitionem ſpiritus ſui theriacalis vid. in Fehr. *de Scorzonera pagin.* 145. Sed quid proſunt tales rapſodiæ pro ſpiritu theriacali parando? Pauca acriora & volatiliora ſimplicia, per ſpirit. vini rectificatum, ſæpius cohobando & deſtillando extracta idem præſtant; ſiquidem baſin hujus tincturæ conſtituit camphora cum ſalſo volatili diaphoretico ex alcali tartari & acido vitrioli nato. Exaltari poteſt ulterius hæc ipſa mixtura ac tinctura mediante opio. Sic eſſentiæ ejus ſimul aliquantulum ipſi addatur. Loco laborioſioris hujus per deſtillationes tincturæ Bezoardicæ præparationis, ſunt quibus ſimplices infuſiones & hinc ſpirituum miſtiones placent. Vid. Ludov. in *Miſc. N. C. A.* 4. *pag.* 288. it. *in Pharm. p.* 263. it. Hoffm. *Clav. p.* 53. uſus miſturæ ſimpl. ſ. Rx bezoardicæ ritè paratarum eſt à 3ß. 3j. pro ſcopo ſudorifero, in quovis febrium genere, præſertim in principio, ac omnium optimè quadrat in febribus malignis morbisq; epidemicis, dyſenteria ab diarrhœâ epidemica. Mulieribus hyſtericis non incommodè propinatur.

Aquas Ophthalmicas, quas habet Aut. laudo; ſed alias præſtantiores vid. in *M. N. C. Ann.* 6. *Append. p.* 73.

No. 2. Collyrium hoc aloëticum eſt egregium. Pertinet huc aqua aloëtica Mercurial. Zvvelffer. quam vid. *in Animadverſ. pagin.* 301.

No. 3.

Digitized by Google

No. 3. Aqua ophthalm. Querc. eſt elegans præfertur tamen à quibusdam aqua infuſ. vitri antimonii.

No. 5. Aqua ſapphirea ad oculos eſt egregia ac multi uſus, ad oculorum ulcera, puſtulas, excreſcentias, nubeculas, albugines, &c. Multi, inquã, uſus eſt hæc ipſa, ſed prout actior vel temperatior eſt, hæc aqua etiam circumſpectè uſurpetur.

Pertinet huc alia aqua Chirurgorum nobilis: ℞. calc. vivæ ℔ij. aff. menſ. V. aquæ ferv. in colaturæ menſ. j. diſſolv. Mercur. dulc. ʒij. nulla ulcera ſunt corporis, quæ non funditus curet, etiam antiquiſſima, licet ſummo ardore æſtuent. Experimentum eſt contra ſcabiem quamcunque.

No. 8. Lac Virginis, à colore lacteo ita dicitur, & quod cœu coſmeticum à virginibus expetatur. Eſt ſolutio & mixtura quædam Saturnina, nunc cum, nunc ſine præcipitatione: Sine ea habetur in Aut. cum præcipitatione ſimultanea, idque mediante alumine habetur in Zvvelffer. *Animadverſ. pag.* 299. aliud quod præcipitatur cum ſale tartari, eſt in Williſii *Ph. R. Part.* 2. *pag.* 471. Omnia hæc ſunt egregia in ardoribus, inflammationibus, ruboribus partium ſiſtendis, maculis, puſtulis rubris ac ſcabie tollendis, vi autem Saturnina, acidum in dictis affectibus peccans, abſorbent, & aliquali adſtrictione poros firmant, ne tam cito recurrat malum.

Pertinet huc aqua iſta quaſi miraculoſa ſeu ſtiptica Galli dicti Vivient, de qua vid. *Act. Medic. Hafnienſ. Volum.* 2. *pag.* 116. & *pagin.* 349. deſcriptio ejus genuina habetur hæc:

℞. *Colcothar vitriol. rubrum, poſt deſtillationem* ∽ *reſiduum.*
Alum. uſt.
Sacch. candi ana ʒß.
Urin. pueri
Aqu. roſ. ana ʒß.
Plantag. ʒij.

M. opt. in mortario inf. in phiolam, hinc per declinationem liquor decantetur & uſurpetur. Monſ. *La Faveur*, qui genuinus hujus aquæ vult eſſe Autor, ita compendioſius præparat.

℞. *Vitriol.* ♂
♀ ana ʒj.
∽ *vitrioli.* ʒjv.

♎ntur per retortam parvam, uſque ad ſiccitatem: ejus, quod reſtat in retorta ℞. ʒj. diſſolv. in aqua ſucci urticæ vel alius ſimilis ʒij. & applica.

OLEA.

OLea ♎ta cum & poſt ♐ta prodire ſolent. Subjecta ex quibus eliciuntur, regnum minerale ſuggerit pauca, uti ſunt ex bitumi-

num claſſe, it. ♎, quod tamen per addita ſaltem ☌ ♎bile in ☌ redditur. ☌ ☉ia abuſivè tale dicitur, idque ſaltem ob aliqualem unctuoſitatis in digitis, & conſiſtentiæ rationem. Uberiora ☌ eliciuntur ex vegetabilibus & animalibus. Vegetabilia dant ☌ & per expreſſionem, & per ♎onem, ſuntque in genere nihil aliud, quàm reſina vegetabilium liquata, & à ſuo concreto ſeparata. Ut à ♎is incipiamus, conſtant hæc ex reſina vegetabilis, ita, ut reſina tota, in ☌ per ignis debitam applicationem abeat, & ☌ ♎tum totum, ſit materialiter reſina. Patet hoc ex eo: quodſi ex lignis, v. g. Guajaci, c. V eſſentiam elicias, quæ menſtrui abſtractione reſina eſt, tunc tale lignum ♎atum nullum ☌ ſuggerit propter reſinam per V abſtractam. Hinc & olea deſtillata facile in reſinam coagulabilia ſunt mediante nempe ſpiritu vitrioli rectificato, aut ♁ vitrioli. Fiat experimentum cum ☌ deſtillato aniſi, ♁ pinguedinis humanæ, rectif. recenti. Cum ☌ terebinth. juniperi deſtillato, &c. Omnia hæc ut inſtillatione olei vitrioli impensè incaleſcunt, ita mox in reſinam coagulantur. Quæ ipſa tamen reſina in conſiſtentia, colore, & aliis proprietatibus variat, prout ipſa ☌ deſtillata ſuas habent differentias, pro concretorum, ex quibus eliciuntur, varietate multiplices.

Olea deſtillata ſunt in duplici differentiâ: Vel ſubtilia ſeu volatiliora, facili igne deſtillabilia, ut bacc. juniper. menth. ſalviæ, &c. vel craſſiora, & reſpectivè minus volatilia & quæ rigoroſiori ſaltem Vulcani auſcultant, examini, ut ☌ tartari, ligni Guajaci &c. illa omnia ſuo modo ſvaveolentia, hæc fœtida & empyreumatica. Differentia non eſſentialis, ſed accidentalis intercedit, nempe ex reſina ab igne quidem liquefacta & reſoluta, ſed minus concentrata, & minus ab eodem vel per ſe remiſſiori, vel ab aquearum particularum interpoſitionem infractæ denuò colliquatæ, olea deſtillata priora; contra ſi fiat, poſteriora fiant: Hinc lignum ſaſſafras, item juniperinum, ex veſicâ deſtillata volatilia ſuaveolentia ſuggerunt olea, quæ per retortam deſtillata, non, niſi empyreumatica ſuggerunt. Semen aniſi vel fœniculi, per veſicam l. a. ♎tum, egregia volatilia dant ♁, quæ per retortam ſub rigoroſiori igne, non niſi empyreumatica exſpirant. Proximè ergo ☌, ♎ta ſunt reſinæ liquefactæ, remotè verò ſunt ſalia volatilia, ab acido pingui concentrata: Hinc enim diviſione ſui concreti per ſalia fixa, acidum imbibentia, ſalia volatilia ex illis elevari valent, ut non tantum de oleo tartari fœtido, ſed etiam de oleo deſtillato C. C. monitum fuit ſuo loco, ſed & ex deſtillatis aromaticis, de quo vid. Wedelius *de ſale volatil. plantarum*,

pag. 231. *&* 258. it. *in Pharm. p.* 100. mediante nempe digestione diuturna, in quo negotio imprimis observanda enchiritis, ut sal fixum duplum vel triplum, probè calefactum, adeoq; ab omni ☽e liberatum illis addatur. Ut taceam modum, per acida, nempe per ☁um ☉is ex ♁, is ☊is ☉ volat. eliciendi, si scil. prius in concretum quasi amoniacale redacta fuerint. Ex modò dictis sponte suâ patet ratio, quare substantia resinosa, quæ destillando in ♁ abit, quod uti dictum ☉ volat. ab acido pingui concentratum est, pro variâ sui in textura mutatione, & quidem per fermentationem attenuata & resoluta, in ☁m volatilem ♃eum seu inflammabilem per putrefactionem verò referata, in spiritus urinosos volatiles abeat: per colliquationem verò interiorem per ignem, primo carbonem, & tandem per hujus concremationem ☉ fixum largiantur. Ita, ut omnia hæc, ♁ ☊atum, ☁ inflammabilis, spirit. urinosus, carbo & ☉ fixum, sint formaliter artificialia per ignem producta, materialiter, sub corporis resinosi textura in misto præexistentia.

Olea ☊ta subtilia quia sunt ☉ia volatilia ♁sa concentrata, in parvâ etiam dosi, paucarum guttarum, adeò efficacia sunt, ac sub mole parva latissimè diffusiva. Equidem, nec aquæ, nec spiritibus, nec aliis subjectis probè uniri aut misceri possunt, si verò vel subigantur cum vitello ovorum, optimè cum quocunque potu dilui, sicque misceri possunt, ut vis eorum diffusa plane mirabilis se exerat. Nempe vitellum ovi mediam quasi consistentiam obtinet, inter oleosa & aquosa, adeoque & medium præbet, quo interveniente, resinas, ♁, cum ▽ jungere possumus: Extenduntur autem ita hujus medio ♁, ut guttæ x. ♁ destillati ansi, plus ℔xv. aquæ, colore & sapore imbuere possint. Scriptus item vini tartarisatus, vel tinctura tartari, ratione alcali etiam dissolvit, & secum unit olea destillata, & quoniam spirit. inflammabiles nil aliud sunt, quam ♁ destillata rarefacta, inde, ob radicalem symbolizationem spiritus talis inflammabilis, sed rectificatissimi ℔ij. -- iij. olei destillati ʒvj. vel ℈j. facilè absorbet ac imbibit.

Olea ☊ata Empyreumatica sanè, in se sunt efficacissima, in quo superant etiam ♁ ☊ata volatiliora, quoniam præ his, illa magis sunt concentrata, sed sunt ingratissima, ob fœtorem, & saporem nauseosissimum. Corriguntur ab empyreumate, non per spiritum ☉is, modo Glauberiano, quia hoc modo magis castrantur, sed per alcali, aut corpus huic analogum, aut simpliciter, mediante aqua communi, v. gr. ♁ ☊ata animalium, quæ omnia sunt fœtida, empyreumatica, corriguntur cum ♅ tartarisato, rectificando ea cum hoc vel à ♆a, aut quod melius à ☊e tartari abstrahendo. Hinc etiam triplex ♁, album, rubescens, & nigricans habebitur. Vel à C. C. usto, aut colcothare; sic enim etiam empyreuma seponunt. Sic ☁ & ☉ta volatilia animalium, quæ empyreuma spirant fœtidum, ab hoc vix melius liberantur, quam cum aqua comm. miscendo illa cum hâc & aliquoties rectificando per alembicum, sic enim semper materia fœtida spissa cum ▽ remanet. Sic etiam ☉ volat. succini optimè depuratur, solvendo aliquoties in spirit. vini & aliquoties hinc ♎ando.

Quoad destillandi modum, vegetabilia quælibet eorumque partes & producta, ♎e aperto tractata, ♁ suggerunt empyreumatica, à crasi concreti multum remota, plura verò, præsertim quæ texturæ sunt mollioris, & resinas volatiliores, indeque ut plurimum benè olentes obtinent, ut herbæ & fl. aromaticæ, ac semina, etiam mitiori ♎e destillabilia sunt, in ♁ volatilia. Ligna & radices vel firmioris ac fixioris sunt texturæ, adeoq; non, nisi rigoriori ♎i subjicienda, ut Quercinum, Guajacinum, Coryli, fraxini &c. nonnisi empyreumatica ♁ suggerunt, sive ipsa cruda sive extracta eorum resinosa destillentur, quæ ipsa cautè tractata etiam ♁ volatile & tandem empyreumaticum stillant. Quæ verò ex parte volatiliori ac rariori constant substantiâ,

I. ♁ volatil. per vesicam suppeditant, ut sassafras, lign. Rhodium. Quod verò supersit fixioris coalitus empyreumaticum, per retortam post spiritum prodit. Enchirises in oleorum destillatione observandæ, vid. in Aut. His adde herbas, quarum ♁ expetuntur, debito tempore esse colligendas, dum maximè vigent, adeoque balsamico suo tempore, quod est v. g. in radice, dum adhuc succo turget, nec in plantam aut florem abiit, sic enim plus olei continet. In quibusdam plantis tempus hoc est, dum ad florem se disponunt, in quibusdam, dum jam defloreſcunt, & eorum vis in semina jam nonnihil concentrare se incipit, v. g. cochlearia, ex quâ non alio, quàm hoc tempore ♁ elicere poteris.

Instrumentum pro oleis volatilioribus optimum est vesica, cum affusa aqua, qua ratione herbæ, flores & semina, fructus, item radices ac cortices aromatici, v. g. aurantiorum destillantur.

Cortices verò lignosi parilem cum ipsis lignis subeunt conditionem, & empyreumatica saltem per ☁m suggerunt. Nempe in illis volatilioribus, & aquæ commistio in vesica & intercedens refrigeratio, ignis nimium impetum sistit, indeque empyreuma arcet &c. In quibusdam tamen subjectis ♁ pet

infu-

infusionem volatilia, item per expressionem obtineri possunt. v.g. Spiritus vini alcoholisatum aff. semini anisi, vel corticibus aurantiorum, vel alii simili, stet in digestione, hinc decantentur,& post filtrationem aquâ infusâ seponantur, sic oleum extractum subtile, separatum supernatabit. Vel ℞. Flaved. Cortic.Citri, contundantur cum saccharo probè in mortario, sic saccharum cum succosis, simul oleosas particulas imbibit. Saccharum hoc aliquandiu asservatum, solvatur aqua communi, & successu temporis, oleum citri elegantissimum supernatabit.

Ex aromatibus commodè per vesicam, idque igne nunc intensiori, nunc remissiore, prout levius aut gravius fuerit destillandum oleum: sed pro usu Medico optima videtur destillatio illa cum ☿ quam habet Digby, idque per arenam; vid. *Exp.P.2.pag.*349.minus concentrata, sed subtiliora & penetrantiora sic fiunt olea,nec quæ adeò digestioni stomachi reluctentur. Possunt etiam igne arenæ destillari aromata, pro parando sale volatili, ex tali oleo, cum spiritu salis, sed modus curiosior, nec omnibus cognitus est.

Resinarum legitimam destillandi rationem suprà exemplo terebinth. insinuavimus, Animalium olea omnia, hactenus cognita, sunt empyrevmatica, & non, nisi rectificatione sedulâ, ad gratiam cum sensibus nostris redeunt, & volatiliora fiunt. Destillandi modum docet Autor.

Adipes & pinguedines animalium suggerunt oleum, vel per liquefactionem successivam, vel per destillationem ordinariam. Quoad liquefactionem, includuntur adipes sacculo lineo raro, suspenduntur in alembico, & lenissimo igne destillantur in receptaculum. Quæ tenuiores sunt ad solem destillantur in receptaculum, item per infundibulum chartaceum.

Quoad destillationem, destillantur optimè cum additis cineribus clavellatis, vel etiam cineribus ordinariis, modo, quem docet Ludov. *Pharm. pag.*104.

Pertinet huc oleum saponis, dum nempe hujus partes 2. cum arena p.3. mistæ destillantur,quod prodit oleum,à minio rectificari potest. Sic ex spermatis ceti p.j. & p.iij. arenæ mistis, oleum destillari potest.

SPIRITUS.

SPiritus sunt liquores subtiles destillati, sapidi, volatiles, cum aqua miscibiles, summè activi: inertes sunt aquæ, respectu spirituum, sicuti hi sunt liquores resoluti,respectu oleorum: nam revera in vegetabili, & animali regno resoluta olea, & extraversa eorum salia spiritus constituunt, & minerali in regno concentrati spiritus,communiter olea utut abusivè dici solent. Hinc ex dictis, & ex eo simul, quod aquæ commiscibiles sunt, patet,quod salium saltem sint larvæ,adeoque rectè spiritus omnes salium fluores dicuntur, sive solo fluore, quo ♃is ope soluti sunt, à salibus differunt: In minerali regno hoc clarum est, spiritus nempe vitrioli vel nitri acidum horum est in ♃ ex aëre arrepto solutum: Spiritus C. C. ex sale volatili, plus minus oleoso in ♃e soluto, constat: Spiritus verò urinosi vegetabilium, sunt sal volatile in ♃e dilutum, & spiritus vinosi sive inflammabiles eorum, cum sint ♁ destillata fermentando saltem attenuata & resoluta, illa verò in recessu sint salia volatilia oleosa, meritò etiam eandem censuram subeunt. Ex tribus ergò regnis eliciuntur spiritus. Animalium spiritus vel ex duris vel ex mollibus eorum partibus elaborantur: Ex duris v. g. cornubus, ossibus, ungulis, pilis, &c. ~ urinosi volat. & sal volat. post ♃ prodit,vel simplici ☊one per retortam igne aperto, aut intensiore arenæ vel harum partium rasura, cum ana vel duplo nitri per retortam tubulatam, detonationis beneficio præparantur, in quo casu ♁ maximam partem destructo pingui, ignis beneficio, in ~ urinosi & salis volatilis formâ prodit. Ex partibus verò mollioribus v.gr. sanguine, carnibus, it. animalia integra mollia, ut lumbrici, similes spiritus suggerunt, vel prævia putrefactione, copiosiores, & sale volatili saturatiores, eodem ignis regimine, vel absque putrefactione, sui cum ☿o calcinato mistione, dicto ignis gradu proliciuntur, ut de lumbricis supra monitum; nam sine his enchiresibus dictæ animalium parum spiritus & salis volatilis, multum olei empyrevmatici reddunt. Nempe in partibus talibus mollioribus acidum est, occultum licet, quod adhuc salis volat.ac spiritus separationem impedit,unde etiam ex sanguine animalium ⊖ fixum parari poterit, secus ac ex durioribus illorum partibus, in quibus omne acidum vitale, penitus saturatum,facilè sal & ~m dimittit unde in istis mollioribus, vel putredinis inchoamento, vel salis fixi additamento, acidum illud plus minus infringendum, ut separentur volatiliores particulæ,& copiosior ~ ac ⊖ volatile parcius è contra,nec adeò desideratum eliciatur oleum. An etiam ex his animalium partibus mollioribus, prius ritè exsiccatis, cum nitro detonando, per retortam tubulatam possit elici spiritus,nondum compertum est, de possibilitate sanè nullus dubitarem, siquidem sanguis bovinus siccus, nitro in crucibulo additus, cum insigni detonatione hoc figit, quo labore in retorta tubulata instituto spiritus & sal volatile aliàs evolans obtineri possunt.

Spiritus minerales pariter etiam salium fluores sunt,sive ut magis propriè loquar, ♃a volatilia, dum pingui sulphuris embryonati, quacunque ratione resolutô acidum ejus,

Digitized by Google

quod ſpiritus vocatur, ☿e dilutum prodit: id quod inprimis de ſimplicibus obtinet, nam quod compoſitos attinet, clyſſos dictos, nonniſi ♃is ac nitri deflagratione atque detonatione parabiles ſolent hi eſſe vel acidi, vel urinoſi: Illi ex mineralibus ♃eis ſolis, ſpeciatim ♃is, ♂io & nitro, hi ex addito ☿o cum nitro, aliisque pro lubitu, qui tamen revera eo ipſo, quod ☉oſi ſunt, minus minerale, regnum ſapiunt, ſed ad vegetabile potius pertinent, de ☿o maximam partem participantes. Nam de ☽i alcali volatili hoc modo ſeparabili, adhuc ſub judice lis eſt. De ~bus mineralium in genere notandum, pro diverſitate materiæ eorum, ſimul & operationis varietate diverſimodè etiam ſe habere, ~ vel in majore vel minore quantitate, vel fixi, vel volatiles magis ſunt: Nam cum ♁ Hungaricum minus liquaminis metallici contineat, embryonatum verò acidum liberum magis contineat, plus etiam ſpiritus ſuppeditat, reſiduo manente capite mortuo ſatis levi.

Cum ſale com. itidem ſe res habet. Hiſpalenſe, quod Germ. das Meer-Saltz dicimus, plus ~ præbet; & in ſale gemmæ ſimul diſtinctio obſervetur, quod plus vel minus de terreſtreitate participet. Multum quoque intereſt, quo modo operationem inſtituas: inprimis lentè feſtines, neque enim △ intermitti unquam debet, neque intendi. Prius ſi fiat, in motu qui fuerunt ſpiritus, progredi deſinunt, & expelli denuò difficulter poſſunt. Poſterius niſi attendas, à fortiori igne colliquatur facilè materia, nec ſal ſic fluorem adeò præbet. Sic etiam quo minus dictæ materiæ recipias, eò melius deſtillatio ſuccedit. Sufficiunt iv, v, vel vi. ℔. pro una retorta. Nam ſi nimia fuerit materia, colliquata plus minus ſpiritibus denegat.

Conſultum quoque eſt, ut finita deſtillatione, dum retorta adhuc candet, & omnia intenſius calent, receptaculum removeas, ne ſubtiliores ſpiritus, ſuum ☿ repetant. Spiritus minerales etiam quidam concentrare ſatagunt, quæ propriè dicta alia non datur, quam quæ fit per cryſtalliſationem & dephlegmationem, illa præſertim eſt ſpontanea illorum concentratio, in cujus locum ſuccedit dephlegmatio, ſic enim ~ concentrantur in olea. Sic ♌ ☽i ſponte cryſtalliſatum vid. in Boyl. *Hiſt. fluid. & firm. pag.* 126. Quæ per lapidem calaminarem fit ſpirituum concentratio Glauberiana, dum rodendo illum coagulantur cum eo particulæ ſalinæ, non eſt genuina, cum ſine jactura elici denuò non poſſint. Conſideranda etiam venit regeneratio ſpirituum mineralium, quæ non ſolum in cap. mort. vitrioli procedit, ſed etiam alumen calcinatum ac ſpiritu ſuo orbatum, ſi aeri exponatur, illud reaſſumere eundem dicitur. Terra nitroſa, aeri expoſita denuò efloreſcit, ſ. ♍ nitri, reſidua nempe ♌one ~us terra, ſucceſſu temporis & aëris beneficio in elegans nitrum effloreſcit. Verum, ſciendum eſt, neceſſarium eſſe in talibus corporibus, quaſi reſiduum magnetem, qui iterum attrahat ex igne ac de novo ſaturetur: Qui magnes conſiſtit in ſimili acido, ſed per deſtillationem in cap. mort. concentrato, hujus præſertim ab aëre facta reſolutione regeneratio iſta fieri videtur.

Spiritus vegetabiles in triplici ſunt differentia, vel oleoſi, & ſic inflammabiles, vel acidi, vel urinoſi; illi v.g. vini, menthæ, cochleariæ, aniſi &c. ſunt nihil aliud, quàm ♌ plantæ fermentatione mediante reſolutum: materialiter ergò ſpiritus inflammabilis eſt ♌ plantæ volatiliſatum, & rarefactum, ac in proprio ſuo ☿ ſolutum. Efficienter fiunt per modum fermentationis, ita ut non præexiſtant formaliter in concreto ante fermentationem, ſed hujus ſaltem medio fiant. Simili ratione atque muſtum non niſi poſt fermentationem ſpiritum inflammabilem dat. Utut autem oleoſæ particulæ aromaticorum ſimplicium attenuatæ & reſolutæ ab igne, ac ☿ aliquali dilutæ mentiantur ſpiritus, de quo vid. experientiam Borrichii *in Sap. Herm. p.* 370. conf. tamen ſimul Wedel *de Sale volat. Plant p.* 273. formaliter tamen adeò propriè ſpiritus dici non poſſunt. Dicta hactenus facilè per mechanicam probantur; nam plantæ oleoſæ, v.g. ſalvia, per ſe ex aqua cum ſale comm. ♌ata, dant ▽m ſpirituoſam cum ſupernatante ♌; quodſi fermententur plantæ & deſtillantur, dant ~m ardentem, cum pauco vel nullo planè oleo, quia ♌, volatiliſatum per fermentationem dat ſpiritum, Planta recens calcinata dat ſal fixum, ſin verò fermentetur & deſtilletur ~, ne dimidiam ſalis fixi obtinebis partem. Quoad uſum, dubium eſt, an ſpiritus hi omnes ſint ejusdem naturæ & eſſentiæ: Negatur. Utut enim integram concreti baſin non poſſideant, ſed plus minus ſaltem de eadem in ♌ rarefacta obtineant, attamen eo ipſo, quod ex oleo deſtill. conſtant quaſi materialiter, hæc verò eſſentialiter ab invicem differant, etiam de ~bus nullum dubium: Hinc ſpiritum vini, aniſi, cochleariæ, liliorum convall. roſarum, multum differre, manifeſtum eſt. Fiunt ergo omnia originaliter per fermentationem, vel immediatè, vel mediante abſtractione cum ſpiritu, per fermentationem jam parato. Unde & illi ſpiritus fermentati, hi abſtractitii dicuntur. Nam in his particulæ oleoſæ ſulphureæ ſimplicis ab affuſu ſpiritu ſulphureo-ſalino abſorbentur, & per deſtillationem intimè uniuntur. Hac ratione v.g. ex cochlearia, it. ſalvia, tàm fermentando ſpiritus, quàm abſtrahendo cum ſpirit. vini ſimiles ſpiritus parari poſſunt. Quâ ratione ſpiritus compoſiti, aquæ comp.

apo-

apoplecticæ parari ſolent. Parantur ſpiritus hujusmodi ex omnibus vegetabilium partibus, herbis, floribꝰ, aromaticorum præſertim fructibus maturis, ac ſuccis, ſeminibus ſubtilioribus, it. ex illorum decoctis, v. g. cereviſia, fermentando: uno nomine, quæcumq; vegetabilium, vel per ſe ſive quâcunq; ratione fermentabilia exiſtunt, fermentando ſpiritus ſuppeditant. Ex cæteris volatilioribus ſubjectis, non tàm facilè fermentabilibus, ut aromatis propriè dictis, radicibus & corticibus aromaticis, ſpiritus abſtractitii fieri ſolent. Spiritus vegetabilium urinoſos quod attinet & ex his parata ſalia volatilia, etiam hæc ſunt productum artificiale per putredinis motum, in quo ſubjugatur acidum, & nova textura concreti emergit, adeò ut ſuſpicer, etiam ex immutato oleoſo ſeu reſinoſo ſalia volatilia hæc manifeſtari. Parantur ex omnibus vegetabilibus & quibusvis horum partibus putrefactioni aptis. Sunt naturæ urinoſæ & omnes partes alcali volatilis explent, adeoque ſi per abſolutam putrefactionem parati ſint, de ſpecifica virtute concreti nil retinent, ſed omnes ejusdem naturæ, uſus & operationis ſunt. Et ſi quid ſpecialis virtutis obtineant, eam ab oleo adjuncto per putredinem nondum reſoluto habent. vid. Wedel. *de Sale Volatili Plantarum.*

Spiritus vegetabilium acidi ex durioribus lignis & corticibus deſtillabiles poſt ♆ prodeunt & per retortam igne aperto deſtillantur. v. g. Guajaci, ſaſſafras, coryli &c. naturæ ſunt duplicatæ, compoſiti ex acido & volatili ſulphureo, ſeparatio poteſt fieri, mediante infuſione coralliorum. Sic enim acidus ſpiritus rodit corallia & per coagulationem cum iisdem concentratur. Hinc factâ leni abſtractione ſpiritus oleoſus ſubtilis prodit, quæ enchiriſis vid. in Boyl. *Chym. Scept.* Uſus horum ſpirituum acidorum, non ſaltem eſt mechanicus pro ſolutionibus, & aliorum remediorum præparationibus, ſed & Medicus. Nam penetrant, incidunt, ſudores promovent, ac ſimul ſpecificæ virtutis aliquid poſſident, in quantum de oleo ad huc aliquid participant.

EXPRESSA ſeu SUCCI.

PRæparata pharmaceutica expreſſa, ſunt ſucci & oleo, ex ſolis vegetabilibus eliciendа:

Vegetabilia ipſa apta ſunt ad ſuccos eliciendos:

1. Flores.
2. Fructus.
3. Arbores, harum nempe radices & ligna. Et
4. etiam herbæ.

Ex floribus eliciuntur ſucci, vel communi modo, quem habet Aut. *cap. de Succis, No.* 1. Vel p. d. iſti, nempe qui fiunt per colliquefactionem caloris Solis & furni piſtorii ex floribus, accedente ſimul aliquali putrefactione: v. gr. liquor fl. cichorii, de quo vid. Aut. ubi *de Cichor.* It. Hartm. *Prax. pag.* 97. Liquor fl. cyani pro oculorum affectibus. Liquor fl. verbaſci, it. ſambuci, pro doloribus, ſpeciatim artheticis. Quin etiam ex aliis floribus ſimiles fieri poſſint liquores ſuccoſi, nullus dubito. Liquores tales, non ſolum craſſin concreti ſpecificam ſeu ſeminalem magnam partem adhuc continent, ſed & alcali volatili pollere, per putrefactionem exaltato, videntur. Hinc & affectibus ab acido ortis, egregiam conferunt operam.

Fructuum ſucci ſunt, qui ex inciſis & contuſis fructibus ſucculentioribus eliciuntur, ac pro uſu Medico ita aſſervantur. Idque tribus inprimis modis: Vel affuſo oleo, vel poſt aliqualem ☿is exhalationem, & deſpumationem, nempe ad quartæ partis conſumtionem cum ☿ addendo hujus ʒij. vel iij. ad ℔j. Succi ita præpærati & depurati. Vel qui modus omnium optimus, per reſidentiam ſpontaneam depurati ſucci, ♃is halitu ſive gas à fermentatione aliisve alterationibꝰ aſſervantur. De inſpiſſatis ſuccis in rob. vel rapam, v. gr. Juniperi, ſambuci, nihil attinet dicere.

Arborum ſucci, aliàs prima entia dicti, ſunt qui ex arboribus, denuò ad germinationem ſe diſponentibus, verno, vel declinante hyemali tempore colliguntur, & ex arboribus, eorumque radicibus, vel inciſis, vel terebratis, ſpontaneâ emanatione colliguntur. Sic de lachrymis vitis res nota eſt, de liquore betulæ vid. *Act. Soc. Reg. Vol.* 1. *p.* 717. de liquore Tiliæ ex trunco prope terram collecto, vid. *M. A. N. C. A.* 6. *app. p.* 50. vel ex ipſa radice inciſa effluente, ceu nobili antiepileptico Conf. Tilemann. *Mat. Med. p.* 308. it. ſuccus radicis juglandis ad cephalalgiam laudatus vid. in Barthol. *Cent.* 3. *Hiſt.* 97. Sic liquor ſalicis ex tenellis ſurculis inciſis defluens, contra nimiam ſalacitatem mulierum egregius. Aſſervandi ratio horum ſuccorum eſt vel ſulphuris fumus, ſupra laudatus, vel caryophyllatæ radix, vel levis fermentatio; conf. *Act. Soc. Reg. pag.* 772.

Herbarum ſucci vel ſimplici expreſſione, vel prævià c. aqua ſimplici coctione & hinc facta expreſſione ſive inſpiſſatione parantur. Extracta aliàs dicuntur, ac ſanè haud inferiores videntur extractis cum ſp. vini paratis. Conf. Angelus Sala *de Eſſent. Vegetab. p.* 89. Commodè ex hujusmodi ſuccis inſpiſſatis cum ſpiritu proprio eſſentia extrahi poteſt, ad imitationem nempe eſſentiæ abſynthii, quam habet Dravvitz. *Tractat.* von dem Schmertz-machenden Scharbock *pagin.* 164.

DE

Digitized by Google

DE OLEIS EXPRESSIS.

OLea expreſſa ex ſeminibus vel nucleis oleoſis eliciuntur, forti preſſurâ: Sunt nihil aliud, quam fluidior reſina, & ſuo modo quaſi mucilaginoſior, parte aliquali ♄is eſſentialis ſubacta, & in fluidum corpus redacta: & ſanè cum ſemina quælibet plus minus oleoſa eſſe ſoleant, etiam ex acinis & arillis, v. gr. ſambuci, uvarum, cynosbati, olea, communi olivarum oleo non diſſimilia, exprimi poſſunt. Conſtant olea hæc ſubſtantiâ pingui, occultè acidâ alcali volat. ſecum concentrante, unde invicem in concretum tale oleoſum coëunt: hinc Saturninorum infuſione liberantur non tantum à ſuperfluo acido, ut ſupra de olivarum oleo monitum, ſed & emulſiones oleoſæ ex illis ſeminibus vel nucleis paratæ tàm facilè aceſcunt. Aliàs expreſſa talia olea de craſi ejus concreti & vi ſpecificâ multum obtinent, ſimulque communi poteſtate leniendi, temperandi, emolliendi, lubricandi inſtructa ſunt.

EXTRACTA LIQUIDA.

PRimarius nempe finis Chymiæ Pharmaceuticæ, prout ſcil. Chymiæ Phyſicæ ſive Philoſophicæ contradiſtinguitur, eſt purũ ab impuro ſeparare, ut genuina medicamẽta hoc modo acquiri queant, unde & ſpagyrica apud Paracelſum audit, *ἀπὸ τῦ σπᾶν καὶ ἀγείρειν*, disgregare & congregare, quo nomine ipſa res etiam denotatur. In duobus enim illis, ſyncriſi & diacriſi, cum interveniente metaſtaſi, conſiſtit, quo etiam antiquiſſimum illud Philoſophorum, ſolve & coagula, ſuo modo pertinet. Purum illud, ceu nucleum medicamentoſum ab impuro, ſeu cortice, aut ☿ ſeparare inprimis docet per ſolutiones & extractiones, unde tincturæ, eſſentiæ, Q. E. extracta, totam medicamentoſam craſin ſimplicis, quantum poſſibile, poſſidentia, præparantur, & eliciuntur.

Conveniunt ſcilicet & differunt ſolutio & extractio: Solutio totum concretum reſpicit, ejusque in minima diviſionem molitur. Extractio certam tantum ejus ſubſtantiam reſpicit, eamque à cæteris cohærentibus particulis ſeparare geſtit. Hinc & illa, ſolutio totius, hæc verò partis ſaltem dicitur. Hinc etiam ſolutio magis in homogeneis, extractio verò in heterogeneis locum habere ſolet. Nempe ſolutio totum miſtum, aut potiſſimam ejus ſubſtantiam pro objecto cognoſcit, extractio verò in illius ſaltem certas particulas agit, & menſtruo communicat. Solutio porrò in ſolutionem continui, & ſolutionem totius dividitur, aut ut alii loquuntur, in ſolutionem integralem & elementarem: Continui ſolutio, quâ totum in partes ſui integrales dirimitur, & ſuperficialis tantum eſſe ſolet, dum totum in plures ſui integrantes aut quantitativas dividit partes, quâ ratione ☉ ab ♈, in particulas ſui integras dirimitur, quarum quælibet ☉ eſt. Solutio verò totius eſt, quæ etiam ſolutio radicalis ab aliis in partes elementares vocatur, quando corpus ſic reſolvitur, ut ejus forma & qualitates prorſus immutentur, adeoque in ſua principia reſolvatur, & ſpeciatim in primam ſui materiam, ſeu ſubſtantiam ſeminalem reducatur. Conf. Becherum *in Oedipo Chymic. p.* 147. & Williſium *de Fermentatione p.* 63.

In omnibus his, tàm ſolutionibus, quàm extractionibus, duo primaria conſideranda ſunt:

1. Ipſum medium ſolutionis & extractionis mobile, adeoque plus minus fluidum, quod menſtruum aliàs dicitur,
2. Ipſum corpus ſolvendum & extrahendum: quibus & ſimul meritò addendus eſt reſpectus mutuus ſeu ratio, quare hoc menſtruum, in hoc vel illud, non aliud corpus agere queat.

Menſtrui appellatio ab antiquiſſimis Philoſophis Chymicis originem habet, qui in opere lapidis ſui Philoſophico, ♃ tingens ☉re maſculini, ☿ alem verò aquam ſive ☽m ſuum fœminini ſeminis locum habere per analogiam ab animalibus deſumtam aſſeruere. Quæ fœminæ genitura, cum olim menſtruus ſanguis à menſtruo periodi ſuæ termino putatus fuerit, etiam fœminum hoc metallorum, ſeu Mercuriale principium menſtruum dictum fuit, quæ appellatio poſtmodum ſatis abuſivè ad quælibet ſolventia derivata fuit. Medium ergò fluidum ſolvens, ſive menſtruum, non quodvis agere in quælibet obſervatur, ſed determinatum ſaltem in ſui debitum objectum, unde inprimis disquiſitio inſtituta fuit, de menſtruo univerſali, quod in quælibet objecta agere, eaque diſſolvere, & in primam ſui materiam redigere queat, quodq; oppoſitum ſit cæteris menſtruis particularibus, non, niſi in ſpecialia quædam corpora operantibus. Equidem litigia illa, cum omnia adhuc pluribus videantur dubia, de univerſali menſtruo, an idem ſit cum liquore alcaheſt, an Paracelſus pariter univerſale ſolvens per hoc intellexerit, atque fecit Helmont, ex quo ſubjecto, an ex Mercurio vivo præparandum, quo vaſe aſſervandum &c. noſtra non facimus, tamdiu judicium de tanto arcano ſuſpenſuri, donec firmior experientia, certius quid in hoc puncto determinârit. Interea præter Helmont. videri poteſt Ludov. de Comit. *Tract. de duobus Artis & naturæ miraculis*, qui tamen Autor plurimis admodum ſuſpectus eſt. Becher. *Phyſ. Subterran. l.* 1. *pagin.* 175. Tachenius *in Echo ad Vindicias pag.* 5. & 33. Morhof *de Transm. p.* 13. *M. N. C. A.* 4. *p.* 112. & *A.* 6. *App. p.* 194.

Particu-

Digitized by Google

Particularia ergo menſtrua quod attinet, dubium eſt, quale ſit fundamentum, ſecundum quod ſaltem in determinata corpora agant, ſeu, ut alii loquuntur, an ſimilitudo, an verò contrarietas ſit inter menſtruum ſolvens, & objectum ſolvendum. Res decidi poteſt paucis: Obſervantur nempe:

1. Convenientia ſeu proportio formalis, i. e. requiritur certa in textura minimarum particularum menſtrui conformatio in figurâ, magnitudine, ſitu &c. cum poris, meatibus & texturâ particularum corporis ſolvendi, à quibus ut aliæ proprietates in conſiſtentiâ, raritate, & denſitate, pondere &c. dependent, ita & mutuus ſolventis cum ſolvendo reſpectus & agendi mutuò ac patiendi ratio dependent, non ſecus ac clavis ſeram aperiendi vim formaliter à proportionatâ ſui cum ſtructurâ ſeræ mechanicâ conformatione, obtinet.

2. Obſervatur etiam ſimilitudo certa materialis menſtrui ſolventis cum ſolvendo corpore, quatenus non quævis particulæ, ſed certæ ſaltem talem texturam habent, ſecundum quam in aliis ſibi ſimilis concretionis agere poſſunt, quâ ratione v. g. ♀ ceu ♌ aut reſina reſoluta, non verò ▽ deſtillata, aut alia ſimilis ſubſtantia vim habent extrahendi reſinas vegetabilium, aut agendi ſuo modo in alia ſimilia corpora: aut ſicut ☿ vivus ſaltem metalla, non alia mineralia, & in ſpecie ea, quæ magis ſunt Mercurialia, diſſolvit: non ſecus, ac non clavis ex cerâ vel ligno, ſed ex ferro, aut alio ſimili metallico corpore vim habet, etiam ſub optimâ conformatione reſerandi ſeram. Hinc non ineptè Bech. *Phyſ. ſubt. l.* 1. *p.* 399. de ſolutionibus metallicis aſſerit, quod inſit ejusmodi ſolventibus (dum v. g. ▽ ſaltem lunam, hæc cum ♁e ſaltem ☉ ſolvere valet) quædam vis & ſeminalis mineralis poteſtas, quæ cum metallis maximum magnetiſmum & ſimilitudinem habeat: quod ſanè & ſimiliter, de aliis, exactioribus paulò & accuratioribus ſolutionibus & extractionibus aſſerendum omninò videtur. Ex quibus ſponte ſuâ patet, quid de menſtruis inſipidis habendum, & an etiam menſtrua non corroſiva dentur, quæ firmiſſima, adeoque & metallorum corpora penetrare & diſſolvere valeant. Quod enim acrius & penetrantius linguam, ceu guſtus organum feriat quoddam menſtruum, hoc accidentarium eſſe ipſi videtur, habito nempe reſpectu ad operationem ſolutionis, ſicut ♃ & ☿, quæ ☉ in minima ſui integralia diſcerpunt, accidentario ſaltem reſpectu ad linguam ſe habent, quorum illud penetrantiſſimè linguam arodit, hic ne leviſſimè quidem afficit. Et aqua fortis æqualis, imò, ſi benè fuerit rectificata, intenſioris in guſtum activitatis & corroſivitatis, Lunam ſaltem, non verò attingere ☉ valet, & ſpeciatim perquam curioſum eſt menſtruum, quod docet Tach. *Hipp. Chym. p.* 23. de extractione ☉ per certam ♃, quæ poſtmodum etiam Lunam ſolvit, ſed niſi prius in Solem egerit, Lunam diſſolvere non valeat. Sic corroſivitatis ▽, quæ quamlibet extra Solem metalla ſolvere valet, ceræ, aut pici affuſa, hæc ne attingit quidem, ⚹ & Saturnum rodit in concretum ſaccharinum, ♂m verò in ♑icum, quæ moderatè linguam afficiunt, & novum ſaporem acquirunt, qui tamen ipſis reſpectu ſolutionis mutuæ planè accidentarius eſt, ſicut nec ▽ ratione aciditatis ſuæ linguam erodentis, in Lunam agit, nec emergens inde concretum amariſſimum ratione ſaporis talis, præcisè ſingulare quid obtinet. Sunt nempe hi ad organa ſenſuum noſtrorum reſpectus in menſtruis planè accidentarii, unde & ſolutionis ratione perinde eſt, ſi linguam noſtram feriat menſtruum, ſeu non: & olea, tàm expreſſa quàm deſtillata, quæ ſulphur diſſolvunt, utut mitius guſtum afficiant, æque tamen ac ⊡oſiſſima ixivialia, vi ſolutivâ pollent: & aqua, quæ ſaccharum, & ſalia concreta diſſolvit, ex lignis & vegetabilibus, ebulliendo, varia extracta elicit, & ex animalibus gelatinas extrahit, non quatenus inſipida, ſed aliâ ratione id præſtat. Nempe notanter loquitur Kerkring. *in Baſil. pag.* 174. de tincturis rerum extrahendis: non ſufficere, ut corroſivitate careant, aut dulcia ſint menſtrua, ſed oportet, ut peculiaris ſit iis amicitia & convenientia cum Mercurio corporis, cui ſuperfunduntur; ut verum & ſincerum ♃ ex iis extrahant. Sed ſi exactius conſideremus negotium, quoad menſtrua dulcia vel inſipida non tàm reſpectu ad guſtatum, vel linguam, quàm ad operandi modum habuerunt accuratiores Chymici, in ſolutionibus præſertim metallicis & mineralibus. Cum enim hactenus cognita menſtrua pleraque, & tantum non omnia, cum inſigni ſtrepitu & effervescentiâ adoriantur mineralium ac metallorum corpora, eaque impetuosè diſcerpant ac corrodant, ac in partes ſaltem integrales dirimant, adeoque ſuperficialiter tantum ſolvant, ſuique firmâ cum ſolutis adhæſione & coagulatione eadē immutent, & novum concretum ſic faciant, eaque ſimul, licet per accidens, penetranti mordacitate linguam feriant, propterea ſolliciti fuerunt Philoſophi Chymici, ut mitiora menſtrua acquirant, quæ ſine tantâ violentâ corroſione, peregrinæque labis impreſſione, vel ſuaviter concreta aperiant, eaq; plus minus radicaliter ſolvant, cujus ſpecimen eſt iſta ſolutio quâ ☉ glaciei inſtar in ♈ calidâ liqueſcit, ut Sendivogius ſcribit, vel ex ſolutis

prius ſaltem ſubſtantiam determinatam extrahant, ut v. g. ☿ reſinoſam ſubſtantiam absque luctâ, ex vegetabilibus, liquefaciendo quaſi eam, elicit.

Blanda talia menſtrua, & ſuaves hinc factas ſolutiones intelligunt inprimis Philoſophi, dum inſipidorum aut dulcium mentionem facere videntur, quæ ſi & guſtus organon minus ſenſibiliter afficiant, eo magis talia dicenda erunt. Aliàs reverà in ſe ipſo nil obſtat, quo minus inſipidum cum corroſivo ſtrepitu in quoddam corpus agat, & guſtu è contra acerrimum, mitiſſimè aliud afficiat. Sed, eo ipſo, quo diverſarum texturarum & proprietatum ad ſolutiones & extractiones rerum ſubinde adhibentur menſtrua, quæ in ſe ipſis conſiderata, non levem in corpus noſtrum agendi potentiam obtineant, dubium emergit, annon ex his ipſis, cum ſubſtantiis ſolutis & extractis novum concretum, novarumque adeò virium, reſpectu corporis noſtri emergat, conſtans nempe & facultatibus ſubſtantiæ extractæ, & viribus menſtrui, unà plus minus aſſociati, & potentiis novi concreti, hujusque ex amborum illorum coalitu novæ emergentis texturæ. Ac ſanè hoc punctum eſt, in quo non pauci impingunt, non attendentes, quàm diverſimodè, plus minus tamen ſolutum & extractum à menſtruo immutetur, & inde proprietates nunc novas, nunc ab antiquis diverſas acquirat: ſic nempe ex ♅ & ☽ amariſſimi cryſtalli concreſcunt ♀ in ♅ cœruleo; ſpiritus ſalis, viridi; ſpiritus urinæ cyaneo colore tingitur, & ſacchari Saturni dulcedo, non nativa, ſed ex concreto emergens novo, quin & novas vires medicas obtineat, nemo dubitabit. Conf. Bech. *Phyſ. ſubt. lib.* 1. *p.* 398. *&* 401. ac ſanè exinde tot impoſturæ circa tincturas præſertim exortæ ſuerunt, dum plurimæ corallorum, Solis, antimonii tincturæ vel à menſtruo ſaltem dependeant, vel nudæ ſolutiones ſuperficiales ſint, vel ſi quas habent operandi facultates, reſpectu corporis noſtri non ex ſe, ſed ex novo concreto, ex ſoluto cum ſolvente oriundo obtineant. Nempe huc pertinet effatum Helmontii. Omnis ſpiritus rodens eâdem actione quâ corpus diſſolvit, coagulatur: de ſpiritibus corroſivis & acidis hic præcipuè ſermo eſt, nam aliàs, prout de liquore alcaheſt refertur, ſunt & menſtrua, quæ citra corporis ſui diminutionem agunt. Sunt & menſtrua magnetica & philoſophica dicta, quæ non tam coagulantur, quam cum ſimili ſuo, quod ſolvunt, per totum ac radicaliter uniuntur. A corroſivis verò particulæ coagulatæ ſolventis iterum ſeparari poſſunt. Potius etiam de acidis, minus de urinoſis fixis, omnium minimè de urinoſis volatilibus intelligendum axioma eſt.

Caſtigandus hic etiam venit illorum error, qui ſimpliciter aſſerunt, extracta cuncta totius mixti virtutes fovere, & v. g. abſynthii extractum in febribus intermittentibus curandis æque convenire, ac ipſam plantæ hujus integram ſubſtantiam. Scil. cum menſtruorum forſan pauca ſint, quæ indifferenter & ſimul in omnes mixtorum partes agant, dum eorum potiſſima modò illorum ſulphura, modò ſalinam adoriantur: Sane, extractum cum menſtruo ♃eo paratum, quodque reſinoſam duntaxat concreti partem continet, parum de ſalinis ejus virtutibus participabit, niſi in quantum hæ in reſinoſo concreto, ſimul plus minus erunt concentratæ. Unde ex uno corpore duplex ſubinde parari poteſt extractum, reſinoſum ſcil. ac ☉inum ſeu mucilaginoſum, alia tamen non niſi unum exhibent.

Ex modo dictis & ſupra inſinuatis, facilè patet, minus de formali menſtruorum agendi ratione, ac cum ſolvendis corporibus ſimilitudine, nobis conſtare, ob id de materiali horum proportione, ceu ſenſibus notiori, nobis ſaltem conceſſum eſt tractare: cujus reſpectu etiam in triplicem claſſem non incommodè dividuntur menſtrua, in ▽ea, ☉ina, & ♃ea, & ☉ina ſpeciatim in acida & ☐oſa, ♃ea verò in volatilia, ſeu ſubtiliora, ac minus talia. Ex quibus omnibus poſtmodum, pro ſcoporum & objectorum varietate, menſtrua alia media ſeu compoſita ſubinde præparari ſolent. Quó v. g. pertinet menſtruum anonymum Boylei, cujus hinc inde, & præſertim *Tr. de origine formarum* mentionem facit, & ex viridi æris & ✱co, ſeu horum ſpiritibus combinatis conſtat. Sed hæc ipſa prolixius vid. in Wedelio *Diſſ. de Menſtruis, Pharmaciæ annexâ.* Quibus addatur & Williſ. *de Ferm. cap.* 9. Obiter tamen hoc notetur, quod menſtrua ▽ea, ſub ſolutione agant ſaltem in particulas ☉inas, easque ſolvant & extrahant, & his mediantibus, etiam alias ipſis junctas. Hinc

1. Infuſa aut decocta mixtorum parum ☉is, plurimum verò ♃is aut reſinæ obtinentium, nullius efficaciæ ſunt.

2. Concreta, ex quibus decocta aut infuſa jam parata ſunt, minorem quantitatem ſalis fixi per incinerationem ſuppeditant, quàm ſi integra comburantur. Id quod confirmat elegans Kesleri modus *Proceſſu* 324. ubi duplex ſubſtantia ex lignis ſeparatur, nempe liquor rubicundus ſalſus, una cum ſupernatante viſcoſâ ſeu reſinoſâ ſubſtantiâ. Ratione etiam hujus ſalis præponderantis contingit, ut gummata mucilaginoſæ ac glutinoſæ ſubſtantiæ,

Digitized by Google

tiæ, ab ▽ solâ optimè dissolvantur: nempe quod in animalibus est gelatina & gluten ex horum partibus elicita, illud in vegetabilibus mucilagines & gummata. Quoniam illæ, ut maximam partem ex ☉e volatili constare, resolutio Chymica destillatoria docet; ita hæc ejusdem hoc in passu naturæ existere, probabile fit. In metallica corpora ▽æ nullum jus, nisi prius △ta fuerint, quatenus scil. horum quædam pars corrosa, & in ⊕ redacta, ▽æ poros subintrat. Acida menstrua, agunt imprimis in mineralia & metallica, non tamen excludenda alcalia. Intercedit autem hæc differentia, quod alcalia magis in ♃, acida magis in ☿m agere videantur, utut, præter mineralia etiam alia subjecta, quæ de alcali multum participant, rodant, v. g. corallia, lap. ♋ &c. & quidem acida agunt in corpora, eadem vel solvendo tota, vel ex parte. Tota quidem, si ♃is parum, v. g. corallia, perlæ habeant, aut hoc firmius coagulatum possideant, ut metalla: Reliquæ verò præter ♃eam partem substantiam solvunt, si hæc ob laxiorem compagem, facilè à reliquâ separabilis existat, ut in ☉io: unde constat, quare mistorum pauciſſima, quæ à menstruis roduntur, non in partes elementales, sed saltem integrales redigantur.

His ita de menstruis, ceu solvendi & extrahendi mediis præmissis, consideremus ipsas exinde paratas solutiones & extractiones, sub nomine essentiar. Rarum, extractorum, elixirium vulgo notas, utut longè latius campus earum, sub consideratione Pharmaceùticâ se extendat, cum etiam decocta, infusa, aceta medicata, & alia plura sub se comprehendat, quia tamen remedia quædam speciatim, essentiarum & extractorum nomine veniunt, deque iis agere Autori placuit, etiam de iis ordiamur. Præmonendo, Ess. seu ℞am & extractum nonnisi consistentiæ ratione differre, ita, ut liquidius quod sit, & menstruo plus minus junctum, essentiæ, si coloratum fuerit, tincturæ nomine veniat, quod verò separato maximam partem menstruo, in spissiore requiritur consistentiâ, extractum appellari solet.

Parantur essentiæ & extracta ex omnibus 3. regnorum subjectis: De regno minerali in specie sub unoquoque simplici actum fuit. Quoad regnum vegetabile, de parandis ex ejus subjectis essentiis & extractis, satis accuratè agit Autor *cap.* 57. De extractis, ita, ut pauca quædam ulterius monenda videantur. Interim tamen non quælibet vegetabilia ad extractionem apta sunt, nempe volatiliora, it magis aromatica: sic enim herbæ scorbuticæ. it. aromaticæ, minus commodè pro extractis, melius pro essentiis inde parandis inserviunt; conf. Zwelf. *Ph. R. p.* 74. Quomodo autem quintæ essentiæ ex antiscorbuticis parandæ sint, i. e. quæ ∽u, ⊖e fixo, & ♒ destillato simul constant, vid. in *Act. Med. Hafn. Vol.* 1. *p.* 267. ubi simul curiosiora quoad antiscorbuticorum præparationem videri poterunt. Herbarum in genere notetur differentia, quod quædam sint magis resinosæ, vel magis mucilaginosæ ac succulentæ. Illæ, commodè spiritu proprio, prius quasi tartarisato extrahuntur; hæ verò, succos præbent inspissandos, quæ ferè extractorum nomine veniunt, vel essentiarum vegetabilium. V. Sala *de Essentiis vegetabilibus.* Sed elegantior parandi hujusmodi Ess. vegetabilium succosas modus est Ludovici, quem insinuat *Pharm. p.* 246. scil. additione alcali tartari, vel nitri alcalisati penetratur substantia gummosa essentiæ extrahendæ, eaque postmodum, quocunque modo ulterius præparata, in quovis liquido solubilis redditur. Quodsi ex hujusmodi essentiis succosis, vel extractis ulterius cum spiritu inflammabili, Ess. liquida paranda veniat, commodissimè spiritus proprius recipitur, ut remedium sic evadat eò efficacius. Quâ ratione ex roob sambuci, v. g. tanquam extracto baccarum, optimè cum spiritu fl. sambuci, vel cum spiritu ex baccis fermentatis parato, Ess. extrahitur, egregiè diaphoretica, & contra erysipelata, quali ratione etiam malvaticum juniperinum concinnatur.

Lignorum extracta rectè in resinosa & mucilaginosa dividit Aut. & utriusque præparationem docet, sed conferatur hic simul Keslerus supra *l. c.* ubi alius, isque concinnior habetur modus. Aromatum quod attinet extracta cum ☿ parata, hæc facilè, affusione ▽æ ▽tari possunt in magisterium, seu resinam, seu substantiam, quæ nucleum aromatis continet, & quæ ulterius ♒ destillati proprii imbibitione in viribus suis exaltari potest.

Quoad gummata, itidem duplicem, resinosam & mucilaginosam in substantiam distinguit Aut. & utriusq; præparationem docet, quæ tamen vid. in Sala *l. c. p.* 39. Interim obiter notetur, quod gummatum substantia medicamentosa pro usu interno, in specie in resinosis particulis consistat, unde commodè v. g. ex gummate Ammoniaco vel galbano cum ☿ ♄isato, aut tinctura ♀i essentia elici potest: sicuti gummata talia resinosa pro usu externo melius solvuntur in terebinthina, quam aceto; quâ ratione tacamahaca, v. g. facilè cum terebinth. subigi, & sub emplastri formâ applicari potest. Conf Zvvelf. *Animad. pag.* 129. it. 385. & *in app. p.* 26.

In specie circa quintas essentias ex vegetabilibus & animalibus parandas, solliciti sunt nonnulli, quo nomine aliàs conjunctio spiritus & salis, tanquam Mercurii, sul-

ſulphuris & ſalis intelligi ſolet. De hujusmodi quintis eſſentiis parandis vid. Zwelf. *in Pharm. R. p.* 217. ubi tamen non totum abſolvit negotium, cum iſta quinta ejus eſſentia ſub ſui in liquoribus ▽oſis ſolutione lacteſcat, & ita ♁i ac ſalis à ſpiritu ſeparationem & ▽onem oſtendat, cum tamen genuinæ quintæ eſſentiæ, in quovis liquido ſolubiles, & undique diffuſibiles exiſtant. Certè in vegetabilibus tota eorum craſis in ♁ deſtillato conſiſtit, unde ad hoc annitendum eſt, ut ♁ cum ſpiritu proprio, mediante ſale proprio ritè invicem uniantur, ut ſine ſeparatione promtiſſimè cuivis liquido miſcibiles ſint, ſicque vim totius medicamentoſam nobis promtiſſimè communicent. Nam, utut ♁ deſtillata ſufficere videantur, attamen concentrata eorundem textura, reluctatur multum ſtomacho, utut ab eorum uſu, crebri ac diuturni ructus ſequantur, unde nec diffuſibilia undique aut cum fluidis corporis noſtri æquè miſcibilia exiſtunt. Potius ergo cum ☿ exactè ☿iſato aut cum tinctura ☿i, mediante digeſtione ♁ deſtillata ita diſſolvenda, & invicem hæc ipſa unienda ſunt, ut facilius nobis communicabilia reddantur. Quodſi loco ☿ ~ proprius ⊖que proprium, ita cum ♁ ritè uniantur, non incommodè quintæ eſſentiæ locum ſupplere ſuo modo poterunt. Circa animalium hujusmodi quintas eſſentias notandum, quod ſicut ♁ vegetabilis, debitè elaboratum, craſin mixti ſatis benè referat, ita ſanè de ſimplici animalium gelatinâ hoc non minus intelligendum venit. Hæc nempe eſſentiæ loco animalium habenda eſt.

No. 2. Hic ex chalybe ☿ nihil extrahet, potius extractum ♂is cum ſucco pomorum: cætero extracto compoſito cum ☿ extracto, ſociandum venit, ut obtineatur ſcopus. Vel conf. correctio Hofm. *in Clav. p.* 83.

No. 9. Extractum theriacale. Habetur uno nomine extr. aromatico-opiatum, de quo & conferenda ſunt ea, quæ ſupra de ſpiritu theriacali monuimus, unà, cum iis quæ habet Aut. præſenti loco. Paucioribus negotium poteſt expediri, ſpecies theriacales ſelectiores, cum addito opio, & debita proportione ſalis tartari, mediante ☿ extrahendo in tincturam ſeu eſſentiam, quæ inſpiſſatione promtè extractum ſuggerit.

Quoad Extracta purgantia, attendendum.

1. Reſinoſa per ☿, v. g. ſcammonium, colocynthidem &c. ſed mucilaginoſa, cum ▽ extrahenda eſſe, v. g. ſennam, rhabarbarum.

2. Ut ſemper vel menſtruum acuetur cum ſale tartari, vel ſpeciebus extrahendis, ſal tartari aut nitri alcaliſatum addatur, ut partim corrigat virulentiam & ſaporis nauſeam in purgantibus, ſimulque penetret ac diſſolvat concretum viſcidum reſinæ laxatione, hypercatharſeos Autoris. Unde extracta purgantia propter reſinoſam ſubſtantiam nonnihil ſuſpecta ſunt Zwelfero *Ph. R. pag.* 55. Ex dictis patet, in ſubſequentibus extractis Autoris, plura, eaque diverſa ingredientia, tàm purgantia, quàm alterantia, malè uno eodemque ☿ ſubinde extrahi, idque ſine debitâ cum addito alcaliſato correctelâ.

ELIXIRIA.

EXtractis cognata ſunt elixiria, ab Aut. *cap.* 52. conſiderata: nempe eſſ. magis compoſitæ, & elixiria re ipsâ conveniunt, non niſi accidentariò & promiſcuâ appellandi ratione differunt: utplurimum ex aromaticis mediante ☿ præparantur, obſervatis pro intentionis ratione diverſis enchiriſibus, uti patet ex Aut. it. ex *appendice Anni 6. Miſc. N. C. p.* 102. Hinc in uſu Pharmacevtico uſitatiora ſunt elixir citri, elixir menthæ, febrile Mynſichti, camphoræ, proprietatis &c.

N. 1. Elixir alliatum Aut. eſt egregium remedium carminativum, anticolicum, ac antihyſtericum, &, ſi ritè camphorâ imprægnatur, nobile antipeſtilentiale.

N. 3. Elixir camphoræ, ſeu ut alias dicitur, camphoratum, eſt nobile remedium curativum & præſervativum in peſte, morbisque malignis, it. in eryſipelate, arthritide, gangrænâ, externè uſurpatum, it. cephalalgia febrium malignarum ſeu continuarum, it. in cholerâ externè ſtomacho applicatum. Quodſi loco ☿ ſimplicis capiatur ~ theriacalis, erit remedium eò præſtantius.

N. 4. Elixir hyſtericum. Compendioſiorem & concinniorem præparationem docet Hofm. *Clav. p.* 67. nempe ~ ⊕li antiepilepticus Hartmanni commodè ſpeciebus affundi, & digerendo & extrahendo procedi ulterius poteſt.

N. 5. Elixir epilepticum. Præſtat hic ſimpliciter liquorem C. C. ſuccinatum adhibere, vel ad hujus imitationem ex ſale volatili cranii hum. & ſuccin. cum ſpiritu ſangu. hum. liquor talis epilepticus concinnari poteſt, ſi ſcil. adhuc ſpecialis eſt ſtatuenda differentia ſalium ac ſpirituum horum volatilium.

N. 10. Elixir proprietatis. Prima hujus origo debetur Paracelſo, qui *in archidoxis l.* 8. de elixiriis ſuum elixir proprietatis ita deſcribit:

℞. *Aloës Epatic.*
Myrrh.
Croc. ana j. Vierling / laß im Pelican adſcendiren/mit ∴ auff das mildeſte 2. Monat/ darnach ſeparire per XX^m ber-

herüber das ☌ von fecibus ſine aduſtione, und das ☌ digerire einen Monat mit circulato in gleichem Gewicht / darnach behalte es. Deſcriptio hæc pluribus nauſeam movit, præſertim cum quoad circulatum diſcrepent Autores. Clavem ſuggerit Helmont. qui Paracelſum mediante liquore alcaheſt hoc ipſum elixir præparaſſe aſſerit, cujus poſſeſſio, cum non, niſi Adeptis conceſſa ſit, propterea Helmont. mediam hoc præparandi elixir viam ex veſtigiis Paracelſi delumtam ſuggerit Tr. *Quæ ſequuntur ſt. liquida aut imperfecta:* Ibi ſcil. mediante digeſtione & circulatione acquirit elixir album, quod nihil aliud eſt, quàm ☌ trium illarum ſpecierum, ☿e ſuo commixtum. Enchireſes ejus deſcribit Helmont. pro quarum illuſtratione obſervandum, totius rei cardinem in hoc conſiſtere, ut △ rectè per menſem, vel 2. menſes regatur, idque ſpeciatim in B. vaporoſo, donec ſpecies, per ſe in picem confluant. Hinc eximantur, ne comburantur à calore fortiori. Quo facto, cum ▽ cinnamomi per menſem circulantur & hinc demum deſtillantur. ℥ii. ingredientium 50. vel 60. guttas ſuggerunt. Magna & capacia requiruntur vaſa, ut ∽us rectè circulari queant. Conf. Helmont. *Tr. Arbor vitæ.* Cum itaque paucis conceſſum fuerit adire Corinthum, hinc loco circulati illius Paracelſi, ☿ pro parando elixir accipitur, cui pro meliori ſpecierum ſolutione & extractione, nunc per acidum, nunc per alcali ſuppetiæ feruntur. Per acidum quidem, dum ☿ rectif. cum moderatâ quantitate, ∽ ♄ acidi per campan. impræ̃gnatus affunditur ſpeciebus, & ita extrahuntur, modô, quem docet Autor in Hofm. *p.* 69. Dum per alcali promovetur extractio.

℞. ☿ & ☽ ana, ex quo per detonationem paratur alcali, & ex hoc lixivium, quod ſpeciebus pro elixir propr. affundunt, ad conſiſtentiam pultis, digerunt & affuſionem repetunt. Ubi omnia ad ſiccitatem exhalarunt ☿ rectif. affunditur, qui promtè mediante digeſtione elegans elixir propr. ſeu acido elicit. Sunt, qui etiam ♃m foliatam, idque non inconſulto, ſpeciebus extrahendis addunt, & hinc cum ☿ elixir non inconcinnum præparant. Conf. Lud. *Ph. pag.* 484.

Alii ℞. ☽i cum ☿ alcaliſati q. ſ. lixivio exinde parato inſpergunt ☿i crudi ♑iſati tantum, donec non amplius fermentent, & liquor rubicundus inde emergat, quo Langelott utitur, ad vegetabilium & animalium præparandas eſſentias & extractiones. Quod & non incommodum menſtruum eſt pro elixir propr. parando, dum ſpecies hoc ipſo digeſtæ & extractæ, ad ſiccitatem blandè evaporatæ cum ſpir. vini affuſo elegans elixir conſtituunt: Aliis placet ſpir. vini therebinthinatum pro menſtruo elixir propr. parando ſeligere. Alii ſpeciebus elixir propr. affundunt ☌ deſtillatum terebinth. ſeu ſpiritum, & procedunt digerendo ſeu extrahendo, leniſſimo tamen ignis gradu, eo modo atque fit in præparatione ball. ♃is atque ita elixir propr. veriſſimum, ſingulariſſimum, reverà balſamicum, non tamen in omnibus caſibus conveniens, acquirunt. Ex hoc elix. propr. quaſi ſimpliciori, plures aliæ compoſitiones magiſtrales fuerunt enatæ. Hinc elixir propr. purgans ſeu cum rhabarb. vulgo uſurpatum. Concinniora tamen ſunt elixiria propr. purgantia, ſolida & liquida Knœfelii, quæ *in append. Ann.* 6, *M. N. C. p.* 18. *&* 19. Polychreſtum aliàs eſt remedium hoc elix. ſtomacho ac primis viis conveniens, ſordes à digeſtione primâ relictas abſtergens, appetitum provocans, bilem acriorem blandè temperans, menſes provocans, ſcorbuto reſiſtens, in quem finem egregium eſt elixir propr. antiſcorbuticum D. Mich. qui ℞. pro menſtruo ∽m antiſcorbuticum compoſitum acuatum cum ∽ aperitivo Penoti.

N. 12. Melius extrahuntur ſpecies per ☿ cum ∽ ☐æ vel ∽ ✻ci acuatum ad imitationem nempe infuſi illius, quod habet Barbette *in Prax. c.* 1. *de Epilepſia.*

TINCTURÆ.

AB antiquitate ſpeciatim tincturæ nomen arcano transmutationis metallicæ tributum fuit, hodie verò nihil aliud ſunt, quam Eſſ. cum proprio rei colore extractæ. Hinc in mineralibus ac metallicis res manifeſta eſt, quorum tincturæ genuinæ meritò hoc nominis obtinent. Sunt enim tales tincturæ metallicæ ♃a glorioſa Helmontio dicta, & Baſilio notanter güldiſche Tincturen appellantur; Quas in ☉o & metallis aliis æquè ac in ☽e ineſſe aſſerit. Vegetabilium verò tincturæ ſunt corporum coloratæ particulæ, à ſubtiliore ♃e ſeu ☌ ſimul dependentes. Sed hæc rarè ſine vel alteratione ſub præparatione, vel craſeos immutatione obtineri poſſunt.

Ad Eſſentias etiam ſuo modo pertinent

ACETA MEDICATA.

HÆc ſunt vel per ſimplicem cum aceto vini infuſionem, vel per artificioſam fermentationem. Et hæc ipſa iterum vel volatiliora, vel fixiora.

Aceta medicata per infuſionem ſimplicem paranda, potius cum aceto vini crudo, quam deſtillato præparanda ſunt. Nam utut iſta cum deſtillato parata aceta diutius durent, attamen efficacitate cedunt hujusmodi acetis medicatis cum crudo paratis,

ut rectè notat Hofm. *Clav. p.* 43. Tempus, quo durare debent in infuſione, pro vegetabilium textura & conſtitutione eſt varium: Quæ enim tenerioris ſunt compoſitionis, v. g. fl. violarum, vix per 3. horæ quadrantes in aceto relinquendæ ſunt, quibus exemtis, novi flores infundendi, ſic enim brevi morâ partes groſſiores & ▽iores non prolicientur, à quibus aliàs facilis corruptio. Quæ verò durioris ſunt compagis, diutius etiam in infuſo relinqui poſſunt. Quoad aceta per fermentationem, obſervandum eſt, dari etiam aceta plantarum volatilia, quæ ſtriatim ☿ inſtar per ☓m pergunt, magni uſus, & ipſis interdum ☾bus ardentibus præferendi. Nempe dum aromatica ſimplicia fermentatione recluduntur, pro ſpiritu volatili impetrando, ſi paulo diutius in fermentatione ſteterint, acorem contrahunt, & perfectè in acetum abeunt. Sed dum ſunt in fieri ad acetum, antequam hoc perfectum ſit, deſtillanda ſunt, & ſic acetum vegetabilium elegans elicitur. Hinc v. g. exacta roſar. aut lil. convall. fermentatione, ſi ultro ☾um ardentem deprimi permittimus, ulterius quàm par erat in fermentatione relinquendo: quamprimum verò acidiuſculus perfectus odor ſe exerere incipit, deſtilletur, acetum volatile prodit, ac inſtar ſpir. vini ſtrias afformat. Separato hoc modo aceto volatili, reliquum ex plantis abjici non debet; continet enim fixiores & ▽iores aceti particulas, additis vini fecibus, vel etiam per ſe in acetum perfectum redigendas. Facere huc videtur, quod refert Mœllenbroc *de Cochlear. p.* 75. & 76. ☾um vini infuſum ſuper cochlearia, oblivioni traditum, repertum fuiſſe planè acidum, indeque generoſiſſimum ☾um ♃eum fuiſſe prolicitum. Hæc ſunt aceta volatiliora per fermentationem. Quoad aceta quaſi fixiora fermentata, ſit exempli loco acetum diaphoreticum.

℞. *Ligni ſancti* ℔ß.
Saſſafras ʒij.
Rad. Sarſaparill. ʒj.
Flor. Sambuc. Mj.
Paſſul. maj. ℥j.

Inciſa & contuſa coqu. in ▽ ſimpl. font. ſ. q. colatur. ſtet per aliquot dies in calido, acescit ſponte, & potenter doſ. cochl. j. ſudorem movet.

Quoad uſum acetorum, ſunt vel ſimplicia vel compoſita, quæ præter vim aceti generalem modificantur, pro ingredientium diverſitate ſpecificâ. Sic + menthæ ſtomacho; lavendulæ, capiti; rubi idæi virium defectui &c. conducunt. Quoad aceta bezoardica, ſanè loco tot ingentium compoſitionum, quales hinc inde proſtant, & Aut. habet No. 2. 3. acetum infuſionis theriacæ, cum camphora ſufficit, vel + infuſionis baccarum juniperi cum myrrhâ addendo camphoram.

LIQUORES.

AD + hæc medicata ex regno minerali pertinent maximam partem liquores dicti in officinis; conf. Aut. *c.* 6, uti ſunt liquor corallorum, perlarum, cryſtallorum &c. p. d. nempe ex concretis ▽ibus, & quaſi alcalinis in +o ſolutis evaporando ad ſiccitatem redactis, & hinc in cella p. d. in liquorem reſolutis parati; remedia non tanti pretii, quin extemporaneâ mixturâ longè commodius præparentur ac diſpenſentur. Nephritici tamen liquores dicti, non rejiciendi ſunt, quin vi diureticâ egregiè polleant.

OLEA PER INFUSIONEM ET DECOCTIONEM.

OLea etiam pro menſtruis inſerviunt, tàm deſtillata, quàm expreſſa, & illa, tàm reſoluta in ☾us, quàm concentrata adhuc in formâ ☍ſâ, v. g. ſpir. vini in eſſentiis & elixiribus ſupra allег. ☍ deſtill. terebinth. vel aniſi in balſ. ♃is parando &c. Speciatim ☍ expreſſa inſerviunt, in regno præſertim vegetabili, ad ſolutiones & extractiones, nunc mediante ſimplici digeſtione in ſubjectis rarioris texturæ, aut quorum particulæ volatiliores facilius exhalant, nunc accedente inſuper intenſiore coctione, in ſubjectis texturæ firmioris, & dictis modis, olea per infuſ. & coctionem dicta communiter parari ſolent. Olea inter, quæ pro hoc ſcopo recipiuntur, ſunt in ſpecie ☍ olivarum & hinc ☌ lini. Scil. in ☍ olivarum eſt occultum acidum, ſed deliteſcens, ſub pinguedine ♃eâ; hinc ratione illius acidi, diſſolvit & penetrat ſubjecta vegetabilia, & ſpeciatim eorundem alcali ſe ſaturat, ut ita in tertium ⊖ſum cum eodem coëat. Ratione verò ſubſtantiæ ♃eæ, inprimis reſinam diſſolvit, ſicque volatilem ♃eum odorem ex aromaticis inprimis rapit. Cum verò in hujusmodi oleis ſubinde humiditas quædam ſubſidere ſoleat, à quâ ad rancorem feruntur, hujus præparandi rationem vid. Zvvelf. *Ph. R. p.* 259. dictis modis inprimis ſicciores plantæ, & hinc ſubjecta aromatica vires ſuas, etiam odoriferas, deponunt in oleo, ſed quoad ſubjecta odorifera, præcisè non-aromatica, ſed humidioris texturæ, ut ſunt flor. jaſmini, roſar. in hiſce alius procedendi eſt modus, faciendo nempe S. S. S. cum oleo expreſſo amygd. dulc. Conf. Zvvelf. *Animadv. p.* 331. & ſpeciatim Aldinus *in horto Farneſiano*. Vires oleorum hujusmodi per decoctionem aut infuſionem paratorum ſequuntur ſimplicium dotes, quæ aliàs notæ.

No. 3.

Digitized by Google

No. 3. ♃ hyperici compos. Simile elegans ex hyperico ♃ vulnerarium vid. A. Heer *in obs.* sed paucis hujusmodi efficacissimum ♃, omnibus scopis vulnerariis & chirurgicis conveniens, parari potest, ad imitationem Paracelsi *in Herbario.* ℞. Sem. hyp. expressum, affunde propriis fl. & ita digestione procedatur, habetur nobile balsam. seu ♃. Additione pauci ♀is, & cum hoc ebullitione, in concinnum balsam. vulnerarium exaltandum.

No. 4. Pauca sufficiunt pro hoc scopo, nec opus est tantâ farragine. Quâ ratione ♃ pestilentiale Heinisii idem præstat, si non elegantius est, atque hoc Aut. compositum. Vel ♃ pestilentiale Crollii minus compositum.

No. 5. ♃ purgans. Sufficit simpliciter Ricini semen & cataputiæ minoris. Hæc duo expressa olea suggerunt, quod sui ad umbilicum illinitione alvum sufficienter stimulare solet.

DECOCTA. INFUSA. JULEBI.

SEquuntur extractiones & solutiones, quæ menstruo inprimis fiunt aqueo, plus minus simplici, vel aliis præsertim salinis particulis acuato. Unde fiunt gelatinæ, emulsiones, infusa, decocta, vina medicata, & pro usu externo etiam clysmata, cataplasmata, gargarismi. In hujusmodi Pharmaceuticis præparationibus habenda est ratio, & liquoris, mediante quo fit extractio, & materiæ Medicæ, seu subjectorum, ex quibus fit talis extractio, & tandem utrorumque ad se invicem mutuus respectus, ut nempe ratione quantitatis, & qualitatis sibi mutuò respondeant, h. e. menstruum sit sufficiens & homogeneum rei infundendæ. Nam, ut à posteriori hoc incipiam: Verum est axioma chymicum, nullum menstruum ultra modum receptivitatis suæ recipere posse, h. e. tantum extrahere & imbibere, quantum particulis suis penetrando & dissolvendo à subjecto separare, ac hinc porulis suis recipere & continere valet. Hinc quadruplum, sextuplum ♆ pro subjectis resinosis plenariè extrahendis, triplum aut quadruplum ♆ pro ☽ solvendâ requiritur. Et ♂ialia infusa in vinum, non amplius quàm capere valent, ex croco vel vitro infuso recipiunt. Unde, cum aquea menstrua, plerumque solutaria, nec salinis particulis acuata, debilissima sint, propterea communiter in eo ac sæpius erratur, quod decoquendis ac infundendis tantùm parum ♈ menstrui addatur, & quod vix sufficit penetrandis & quasi emolliendis rerum extrahendarum particulis. Ratione qualitatis, minus resinosa aut oleosa subjecta apta sunt, quæ aqueis tractentur menstruis, quâ ratione malè à plurimis jalapa, aut turpethum, aut agaricum, vino, pro scopo laxativo infunduntur, aut pro eodem fine in aqua decoquuntur. Liquor ergo & menstruum aquosum est multiplex, plus minus simplex, v. g. aqua quælibet, fontana, pluvialis, ros majalis, serum lactis destillatum &c. depuratum, vinum, mulsum, posca, succus quidam liquidior depuratus, v. g. pomorum Borsdorffianorum.

Liquor hic quò simplicior, eò potentius imbibit, hinc non decoctum jam factum, & aliis imbibitis particulis medicamentosis ebrium est recipiendum, sed aqua vel vinum simplex, vel si in quibusdam circumstantiis recipiendum sit decoctum aut infusum jam factum, hoc maximè dilutum, & minus imprægnatum esse debet. Deinde longè commodius procedit negotium pluribus in casibus, si menstruum acuatum fuerit salino stimulo, pro quo scopo, it. pro correctione ingredientium quorundam suspectorum, addatur cremor tartari in decoctis, vel sal tartari in infusis. It. ♃ fol. ♀i. Sed observandum, quod cremor ♀i, licet coctione dissolutus, refrigerato liquore, mox crystallisetur denuò, ergo si ♀um simul solutum volumus, parum salis tartari etiam tunc addi potest, hoc enim in liquore crystallisationem impedit.

Subjectum verò hoc menstruo extrahendum, ex tribus regnis desumitur, sed potissimum ex vegetabili, hinc & animali regno; in quo ipso præter supra monita, ratio habeatur,

1. An volatilioris an Foris fuerit naturæ & ipsum concretum texturæ firmioris, vel rarioris: nam illa, v. g. ligna, radices, cornua, vix sine diuturnâ macceratione, & accedente insuper decoctione, hæc vero v. g. aromata & aromatica, antiscorbutica, dulcia &c. simplici infusione & digestione præparantur.

2. An quod extrahendum & solvendum sit sulphureæ aut salinæ naturæ, h. e. in concreto, vel resinoso, vel mucilaginoso hæreat, pro instituendo aliquali menstrui selectu.

3. An generosius seu potentius sit simplex, an debilius, quod extrahendum & solvendum, pro legitimo quanto, dosique ejus ritè determinandâ. Plura quæ huc spectant, vid. in Zwelf. *Ph. R. p.* 84. *& seqq.* it. in Hofm. *Clav. p.* 61. *&* 87. Ex dictis vel sponte patet, quod principalis in his negotiis labor sit infusio cum digestione, & hinc decoctio, cui ministraliter inserviunt, tàm specierum incisio, contusio, mistio, quàm factæ jam extractionis & solutionis transcolatio, & interdum depuratio, clarificatio, & præsertim sub dispensatione, edulcoratio.

Quoad

by Google

Quoad ſubjecta extrahenda, & præſertim decoquenda, primum eſt regnum minerale: multiplici enim experientia conſtat, multas vires ex mineralibus elici, ſic aquæ chalybeatæ, lac chalybeatum, egregii uſus; Poterius refert, virum ictericum, epoto vino, in quo pluries ☉ extinctum fuerat, convaluiſſe; aqua, in quâ plumbum extinctum, ventrem & artus refrigerat, alvumque laxat. ♂ crudum ſubtiliſſimè tritum ad ℥ß. macereturr per noctem in tribus vel 4. unciis ▽æ vel vini, ſupra & infra purgabit. Sic præparatum ♂ infuſione ſui, vinum pluribus doſibus imprægnat. ▽ hermetica ζialis contra vermes puerorum internè, & contra ſcabiem externè cognita eſt, ſi nempe aliquot ejus ℥iæ in ▽ fumar. vel comm. ebulliant, & aqua iſta à ☿ ſubſidente decantata, uſurpetur. ▽ Ψæ ſeu ejus decoctum polychreſtum remedium eſt internè & externè. De ☿♎ ♑o, ♌e ut nihil dicam. Ex omnibus his ramenta quædam medicamentoſa plus minus communicantur ▽æ, præſertim in decoctione, unde potus medicamentoſus fit.

Ex animalibus decoquendo cum aqua ſimplici elicitur ſubſtantia mucilaginoſa, frigore facilè in gelatinam concreſcens, ut-ut etiam ex vegetabilibus quibusdam, ſimilis gelatinoſa ſubſtantia elici queat, v. g. ex juſculo avenaceo, cydoniis, pyris &c. ac quod gelatinæ ſunt in animalibus, hoc eſſe videntur mucilagines ſeminum vegetabilium, v.g. ſem. cydoneorum, milii, pſyllii &c. gelatinæ animalium videntur maximam partem eâ ſubſtantiâ, quæ aliàs ſub deſtillatione in formâ larvatâ ~us, ⊖is volatilis & ♁i prodit, quæ tunc coquendo in aqua ſoluto frigore denuò concreſcant, in formam & conſiſtentiam ſpiſſam. Conſtant adeoque gelatinæ rore, ſeu ſucco glutinoſo nutritivo, copioſo ⊖e volatili imprægnato, hinc ſunt adeò analepticæ & nutritivæ. Unde etiam cum cineribus oſſium, vel C. C. uſto miſtæ gelatinæ per ☽m deſtillatæ, ⊖ volat. & ♁ præbent. Unde etiam oſſa, cornua, ex quibus gelatinæ fuerunt extractæ, ſi deſtillentur, parum ⊖ volat. ſuppeditare dicuntur. Par ratio eſt de C. C. i. △ ſeu philoſophicè calcinato, quod etiam vix quartam partem ⊖is volatilis ac ante calcinationem exhibere ſolet, unde optimè ſub uſu, eidem ⊖ vol. C.C. additur, ut quaſi denuò animetur.

Quoad uſum gelatinarum, ſanè ſunt egregiè nutritivæ, ſeu analepticæ, temperativæ, acrium quorumvis humorum, & propter abundans ⊖ vol. refrigerativæ. Diu aſſervari nequeunt, quin fœtidæ fiant, unde recentes uſurpandæ, vel additione aceti, à facili corruptione præſervandæ, quæ tamen acidæ gelatinæ minus valent, alterantes texturam & impedientes effectum ☩o addito. Aliàs citra gelatinæ præparationem partes animalium tàm duræ quàm molles, comodè decocta animalium ingrediuntur. Hinc decoctum rad. ſcorzon. cum C. C. decoct. priapi cervi, ſplenis bovis &c.

Quoad vegetabilia, ſemina quædam, lactea quaſi ♁ſâ ſubſtantiâ turgidâ inprimis cum ▽is terendo, ſolvantur, quo ♁ſa ſubſtantia nuclei eliciatur, & ita in corpus lacti æmulum, emulſionem dictum, rediguntur, quæ tamen potius magiſtrales, quàm officinales eſſe ſolent.

Ulterius aqua ex ſeminibus quibusdam liquefaciendo elicit mucilaginoſam ſubſtantiam, quâ extractâ incruſtantur quaſi ſemina, ut cydoneorum mucilago ad faucium affectus, pſyllii, milii &c. ſimplici infuſione ac in aqua maceratione parabilium. Radices, cortices, ligna, it. baccæ duriores, ut juniperi exſiccatæ, firmioris cum ſint compagis, utplurimum mediante decoctione extrahuntur, aquoſis aut vinoſis menſtruis. Ita quidem, ut menſtrui octuplum aut duodecuplum utplurimum recipiatur, ut diuturnæ macerationi in loco calido, & decoctioni, nunc ad medias, nunc ad tertiæ partis remanentiam inſtituendæ ſufficiant. Cum verò quædam eorum ſint volatilioris ex parte texturæ, ut ſaſſafras, juniperinum lignum, decoctio talis inſtituitur in cucurbitâ ſuo ♌co munita, quo ita ſimultaneâ deſtillatione colligatur id, quod aliàs evaneſceret in auras, quodque vel decocto ipſi, aut ſaltem Bocheto ſeu decocto ſecundario poſſit addi, ut rectè obſervat Zwelf. *Ph. R. p.* 87.

Herbæ & fl. ſemina, it. aromatica, nunc ſimplici infuſione, nunc ſimultaneâ decoctione, cum menſtruis aquoſis, aut vinoſis tractantur, idque iterum, vel ſimplici decoctione, vel junctâ ſimul deſtillatione. Simplici infuſione illa, quæ volatilioris & rarioris ſunt texturæ, v. g. ſenna, rhabarbarum, it. fl. acaciæ in ſero lactis, herb. recentes aromaticæ, ſimultaneâ verò decoctione, tractantur ea quæ firmioris ſunt texturæ: ut diuretica plurima, vulneraria, adſtringentia, pectoralia &c. Tandem decoctione & deſtillatione ſimul, quæ mediæ ſunt conſtitutionis & de volatiliori facilè exhalabili ſubſtantia participant, & ſimul fixioris coalitus moleculas ſive corpuſcula obtinent, & quæ non, niſi rigoroſiori ignis examini auſcultant, dum iſta volatiliora per ♌m avolarent. Talia ſunt aromatica cephalica & ſtomachica, v.g. mentha, rosmarinus, ſalvia &c. Speciatim plantæ antiſcorbuticæ, non benè ferunt decoctionem. Ergò imitemur Horſtium *in Obſerv. p.* 338. & ſuccum exprimendo, & relictum decoquendo, v. g.

℞. *Nummular.*

Naſturt.

Digitized by Google

Nasturt. ▽*tic.*
Anagallid. ▽*tic.*
Cochlear. ana M. ij.
Comar. absinth. virid.
Rutæ
Seds min. ana Mß.

Incidantur & conterantur lapideo mortario, trajiciatur succus per pannum lineum, qui in vase vitreo conservetur.

℞. Herbas, ex quibus succus expressus, coqu. in sero lactis caprino depurato, leviter per pannum lineum exprimatur parum. Expressioni adde succum puriorem, Misc. & aromatisentur aqua cinamom. ʒj. & destill. macis. Nuc. Moschat. ana gutt. v. F. Potio, cujus dos. sit ʒiij. jv. vel v. Ad infusa hæc sed mediæ quasi texturæ, inter decocta & infusa sunt fermentata, cum fermentationis motu penitus referetur concretum illud, & quasi occultè decoquatur absque tantâ volatiliorum sulphurearum particularum jacturâ, unde & cerevisiæ & vina medicata exsurgunt: Parantur, dum species medicamentosæ infunduntur musto fermẽtanti aut cerevisiæ, vel sub decoctione adduntur, vel eidem decoctæ, dum ad fermentationem se disponit, infunduntur. V. gr. cerevisia medicata Willisii *Ph. Rat. Volum. 2. pag.* 296. item vinum & cerevis. medic. antiscorbutica Timæi *in Casibus pag.* 164. *& in Epist. p.* 428. item Poterius *in Pharmac. ubi de Vinis Medic.* Faciunt huc & alia fermentata artificialia, in quibus speciatim excellit Sala *in Sacharologia pag.* 168. ubi speciatim liquores florum fermentati medicinales elegantes. *Part.* 1. *cap.* 7. 8. 11. Sic pariter ex aliis vegetabilibus fermentando potus vinosi fieri possunt. Sic ex passulis & succo pomorum Borsdorf. invicem fermentatis, fit potus vinosus, instar Malvatici. Vel ℞. Passul. min. ℥xv. abluantur, contundantur, & infund. in aqua fontanæ puræ ℔jv. adde tartari albiss. ℔ß. In cucurbita vel vase terreo vel stanneo immittuntur MB. & per horas tres blandæ macerationi committantur, ad dissolutionem tartari, post removeantur ab ignis, & in nodulo infundatur fermenti pistorii quantitas castaneæ, in loco moderatè calido per diem & noctem fermentet, & post exponatur in cellam, vel alium locum frigidum, & intra 3. vel 4. dies est potus gratus instar musti.

In specie quoad decocta Autoris Officinalia:

N. 1. Decoctum alterans, adhibetur in febribus continuis & malignis, & pluribus scopis satisfacit. Hujus loco à quibusdam decoctum Rad. Scorzon. cum C. C. pauco succo citri acidulatum usurpatur. Non secus, atque decoctum C. C. cum ligno sassafras, perquàm egregium est pro corpore Juleporum, in hujusmodi malignis affectibus.

N. 2. Decoctum ☿iale modernis imprimis in usu est, ☿, it. ☿m decoctis addere pro scopo sudorifero, sanguinisque alterativo. Confer. quoad decocta lign. cum ☿o Willis *Pharm. R. P.* 1. *pag.* 202. it. Hoffm. *Clav. pag.* 62. Sic non inelegans est decoctum liquorum diaphoreticum antiscorbuticum.

℞. *Rasur. lign. Juniperi* ℥ij.
Rad. Chinæ in taleolos incisæ ʒiß.
Baccar. Laur.
Juniper.
Sambuc. ana ʒß-ʒj.
☿ *crudi in petia ligati* ʒjv.

Infund. in ▽ com. mens. iv. s. ℔xij. macerentur in MB. per 24. horas, hinc ebulliant ad consumtionem medietatis.

Colatura D. & usurpetur.

No. 7. Decoctum purgans. Elegans compositio est, & imprimis poma Borsdorf. recipi possunt, imò solo succo depurato pomorum horum fol. sennæ infusa suave laxativum præbent.

N. 8. Decoctum splen. bovis frequenter usus B. D. Michaël. in affect. lienis, ciendis mensibus, idque sæpè feliciter.

Quoad infusa Autoris parum monendum restat. Saltem:

No. 5. item No. 7. Malè semen Carthami, Jalapa, Turbethum, Mechoacanna, infunduntur cum aliis in vinum, ceu menstruum aquosum, quod ipsum ex his subjectis resinosis nihil extrahere solet.

Sequuntur Iulepi Aut. in quibus:

No. 1. Malè decocto, C. C. usti recipitur cum ex hoc nil possit elici. Potius rasuræ C. C. decoctum sumatur; hoc enim gelatinâ ejus imprægnatum, egregium est corpus, pro pluribus julepis.

No. 3. Aqua seu decoctum hordei, veteribus frequentissimo in usu, non adeò crebro amplius adhibetur, propter sui enim cruditatem stomachum turbat, flatus generat, ejus tonum non leviter laxat.

CLYSMATA.

HÆc utplurimum ex infusis aut decoctis parari solent. Rejicit hæc ipsa Helm. *de Febribus*, sed ipsi satis fit ab Hoffmanno *de Methodo medendi.* Sanè, Polychrestum, ac multi usus remedium est clysma, quod licet ultra Colon pergere nequeat corporaliter propter valvulæ obstaculum, nihilominus per consensum, pluribus aliis affectibus, etiam remotiora corporis loca affligentibus conferre suo modo solet. Sic enim ex clysmate, ex vino, cum aromatibus præparato, delirium natum, quasi ebriosum, observat Rhodius *Cent.* 1. *Obs.* 38. it. ex clysmate, cui ʒj. opii fuit addita, coma somnolentum obortum fuit, per clysterem ex vino Malvatico curatam. Teste Salmuth. *Cent.* 3. *Obs.* 97.

Memini me obſervaſſe clyſma ex lacte bubulo, in quo terebinth. ʒiij. cum vitello ovi ſolutæ continebantur, manè injectum & totâ die retentum, veſperi urinam ægri odore ſenſibiliter infeciſſe. Sic ab opio cum clyſmate injecto balbutiem ſequutam refert Platerus *Obſ. p.* 136. Aliquando clyſma ex nicotiana, prout communiter proſtat in officinis mercatoriis, parari curavi per decoctionem in ∇ ſimpl. pauco melle addito, hoc injecto, æger mox anaſtaſin quandam, cum ſummis præcordiorum anxietatibus, ſudoremque extremorum frigidum paſſus eſt, ita ut mox rejiciendum fuerit. Potius ergo clyſteres ex fumo Tabaci adhibeantur, de quo vid. Barthol. *Cent.* 6. *Hiſt. Anat.* 66. Sed de clyſmatum uſu proficuo legatur imprimis elegans Diſſert. Mœbii *de Clyſteribus*, ſicuti inſtrumentum pro debitâ applicatione, vid. in Græfio *ubi de Org. Viror. generationi inſervientibus.*

Par ratio eſt clyſterum uterinorum, atque alvinorum, ſaltem, quod minor pro utero materiæ injiciendæ præparetur quantitas. Inſtrumentum pro injectione vocatur Metrenchita cujus delineatio proſtat apud Chirurgos, v.gr. in Sculteto *Tab.* 13.

GARGARISMATA.

HÆc rarò proſtant officinalia, ſed magiſtraliter ordinantur à Medicis. Liquida faucium affectibus dicata, quæ frequentius ex decocto, rarius ex aliis mixturis conficiuntur.

No. 2. Diaclyſma refrigerans Autoris eſt egregium in Prunella, febrium ardore, ſqualore faucium ac linguæ, & ſimilibus in febribus acutis contingentibus pathematis.

CATAPLASMATA.

NOn proſtant in officinis, ſed ordinantur à Medico extemporaneè præparanda. Uſus eorum eſt multiplex: uſitatiſſimè pro ſcopo emolliendi, temperandi, ac maturandi, diſcutiendi, dolores ſiſtendi, applicantur, & ferè ex materiâ ad putrilaginem, ſeu pulpæ conſiſtentiam decocta, conficiuntur. In horum uſu obſervetur, ne nimis frequentet uſurpentur, nec diu etiam ſine renovatione impoſita relinquantur, quia refrigerata, horrorem cuti incutiunt, hinc clauduntur pori prohibetur inſenſibilis tranſpiratio, ſicque plus nocent quàm proſunt, crebrius ergo renovanda & calidè repetitis vicibus imponenda. Præparantur uſitatiſſimè ex vegetabilibus & animalibus, præſertim horum ſtercore, quod efficaciſſimum eſt in pluribus caſibus.

No. 3. Cataplaſma laxativum. In memoriam hic revocat, quendam olim confectionem Hamech, unguentum populionis miſcuiſſe, plantas pedum illiniviſſe & ſic ægros ſuos purgaſſe.

No. 4. Hujus ſpecies in lacte coqui, & ſic applicari poſſunt, revera in agina egregium eſt, tonſillarum inflammatione aliisque ſimilibus affectibus.

No. 7. Sinapiſmi egregium habent uſum externum, nempe loco veſicatoriorum, ubi paulo mitius agendum eſt, commodè uſurpari poſſunt, v. g. in oculorum affectibus nuchæ, in febribus carpis imponi poſſunt. Præter modum Autoris:

℞. *Ferment. acerrimi* M. j.
Sem. Sinapi contuſ. ʒvj.
Eruc. ʒ. j.
c. ſ. q. ∇ f. cataplaſma; potens eſt & fortiter operatur.

No. 8. Commune eſt hoc Chirurgorum veſicatorium, quod ſecundum Autoris præſcriptum, commodè uſurpatur; præſtero tamen empl. veſicatorium, de quo infra.

POTIONES.

HÆ cum multiformes ſint, ſaltem ordinantur à Medico, ut ex tempore præparentur, quoad formulas Autoris.

No. 2. Sal tartari addi debuiſſet ad ʒß. melior enim ſic operatio ſucceſſiſſet.

No. 3. Efficax admodum eſt potio ſudorifera, quæ concinnius ita præſcribitur.

℞. ∇ *Carduib.* ʒjß.
Clyſſi l. hujus loco + i ſambucini ʒij.
Diaſcord. Fracaſt. ʒj.
Roob Iunip. ℈j.
Extr. Carduib. ʒß. M.

EPITHEMATA.

HÆc ex tempore etiam præparanda ordinantur. Circa quæ obſervetur:

1. Rariorem eſſe eorum uſum, *niſi* quæ fronti in capitis affectibus, & hinc ſtomacho, in ejusdem malis applicantur. Sicuti & regioni uteri admoventur. Sed in febribus, præſertim malignis, cautus ſit admodum eorum uſus, ne refrigerata cutim offendant, cujus exinde ſtringuntur pori, & conſequenter inſenſibilis tranſpiratio multum impediatur.

2. Pro circumſtantiarum ratione, nunc frigida, ut regioni pubis in nimiâ uteri hæmorrhagiâ, utplurimum calida applicantur. v.g. in ſtomachi affectibus.

3. Epithemata epati interdum applicantur in narium hæmorrhagiis, quorum uſu diarrhœa interdum inducitur; conf. Horſt. *l. IV. Obſerv. p.* 230.

4. Male pulveres adduntur epithematibus, utpote, quæ ferè ſine uſu, ſaltem cuti adhæreant. Potius penetrantia, ſubtilia ac volati-

Digitized by Google

volatilia, v. gr. Vinum generoſum, acetum, camphora, crocus, ~ theriacal. camphoratus & ſimilia, iisdem addenda erunt.

No. 1. Quicquid habetur emolumenti ex aquis in ſe inermibus, vino & croco obtinetur. Addita corallia ac ſandala nil præſtant; ut taceam epithemata cordialia parum prodeſſe; refrigerata enim propter pororum clauſuram plus nocent, quam proſunt.

SYRUPI.

QUod ſalia ſunt in culinis, hoc ſaccharum eſt in officinis. Nempe quæ Veteres conſervare aptè ſine corruptione non poterant, ſaccharo addito condiebant, in liquidiore conſiſtentiâ, & ſorapium appellabant. Quod verò in ſolidiore paulo, aut minus fluidâ conſiſtentiâ, miſcere vel aſſervare ſtudebant, cum melle miſcebant, & abopio ordinario ingrediente, opiatum, moderni electuarium vocant. Arabum hæc ſunt inventa, quæ magis quàm Græci rem Pharmaceuticum, tàm quoad ſimplicia, quam compoſita augere fategerunt, cum Græci, vix ultra mel, indeque mulſum & hydromel, ſe extenderunt. Adeoque ſucci, decocta, infuſa, quæ aſſervare non poterant, ſaccharo ceu ſale imprægnabant, hinc humiditatis ſufficientis evaporatione ſeu abſtractione, ad conſiſtentiam non fermenteſcibilem, adeoque melius aſſervabilem redigebant. Sacchari loco aut mel, aut roob quoddam, aliudque ſimile ſubſtitui commodè poteſt. Quoad vires ſyruporum, imitantur hi ſuorum ſimplicium dotes, ſed in uſu eorum obſervandum.

1. Suſpectam eſſe facilem eorum in primis viis fermenteſcibilitatem, tàm ex parte ſacchari, quàm ex parte ſucci aut decocti adhuc crudi.
2. Hinc ſuſpectum eſſe eorum uſum in acutis, ne effervescentiam contentorum liquidorum plus minus intendant, adeoque in febribus meritò rejiciuntur à Panarollo & Henrico ab Heer.
3. In morbis chronicis, ex ſtomachi & hypochondriorũ vitio natis, etiam minus conveniunt, cum dulcia talia & acidum intendant, & viſcidum tenacius reddant, & bilem vitioſè alterent: hinc eſt, quod ne milleſimus noſtrûm in noſtro climate, & ſub noſtra diæta ferre queat ſaccharata aut ſyrupos, aliaq; ſimilia mellita &c. citra vel tormina, vel borborygmos abdominis, vel hypochondriacas ſuffocationes, vel ructus, vel appetitus proſtrationes &c. ob id
4. Meliores ac tutiores ſunt ſyrupi, ſi non nimium ſacchari additur, &
5. Vix alius ſyruporum apud nos eſt uſus, quàm ad gratiam aliqualem, potionibus aut miſturis variis conciliandam. De præparationibus vid. Autor.

ECLEGMATA, LOOCH, LINCTUS.

ECclegmata non in tali amplius æſtimatione ſunt, in quâ à veteribus habita fuerunt. Hi enim putarunt, eclegmata hæc ſucceſſivè lambendo aſſumpta, ſicque pedetentim deglutita, penetrare etiam in aſperam arteriam, ſicque proximè pulmonum mederi malis. Unde, ne tam properè per gulam delabatur, ſub ſpiſſiori tali conſiſtentiâ eadem præparabant. Sed vana eſt perſuaſio: Quicquid fauces ingreditur, ventriculum petit, ne tantillo, citra tuſſis in commodum aut ſuffocationis metum ſenſibiliſſimum, bronchum attingente. Unde & eclegmatum putatitius uſus vanitatis eſt convictus à Schneidero *de Catarrhis*, & ab Helmont. *Tract. Tuſſis & aſthma.* §. 6.

Quicquid ergo commodi ex looh hujusmodi expectare poſſumus, h. e. quod fauces, ſeu pharyngem aſperiorem, excoriatum, phlogoſi rubentem, & hinc plus minus dolentem blandè lubricare, delinire, & moleſta illa pathemata ita nonnihil palliare queant. Sed in hunc finem non opus eſt tot ac tantis compoſitionibus: Sufficit looh paſſulatum No. 2. Vel ipſum roob paſſularum minorum, ſeu diacodion Montani, cum pauco ſyrupo ſcabioſæ permiſtum. Quodſi eclegma compoſitum præſcribere aut ordinare placeat, optimè fiunt ex mucilaginibus v. gr. Rad. Altheæ. Sem. Cydon. Pſyllii, &c. cum pauco ſaccharo permiſtis, & ita lambendo, pro faucium delinitione aſſumptis.

CONDITA.

HÆc culinam ſapiunt & mulierculariorum laborioſas nugas, his ergo pro uſu diætetico relinquantur, cum nobis in uſu pharmaceutico minus neceſſaria ſint; modò rad. zingiberis conditam, & nucem moſchatam ritè conditam in officinis habeamus. Cætera Matres familias etiam invitis Medicis ægris obtrudunt. Et præſtat, talia vel recentia, ſine ſaccharo adhibere, vel loco talium, magis alimentitiorum, efficaciora medicamentoſa ſubſtituere.

PRÆPARATA. PULVERES. SPECIES.

SOlidius concretum terendo, contundendo aut alio modo in minutiores ſui particulas redactum conſtituit pulverem. Qui pulvis ex ſeminibus paratus, dicitur farina: ſin verò præter ſimplicem contuſionem, ulterius

Digitized by Google

terius exactè terantur, duriores præsertim substantiæ, & minerali & vegetabili regno, super porphyrite, præparata dicuntur, quæ à pulveribus contundendo saltem paratis, non differunt, nisi quod per tritum illum accuratiorem, in minutissimum alcohol redacta sint. Observandum autem præparanda non debere esse duriora, ipso lapide, super quem fit iste tritus, alias nimis de hoc simul abraditur. Deinde animalium partes communiter vel philosophicè, vel communi modo calcinatus præparari, sed quoniam sub istis calcinationibus, plus minus castrantur aut enervantur ipsa concreta, propterea elegantior modus est, præparandi ossa & cornua cruda, quem usurpavit Knœfelius, & prostat in appendice *M.N.C. A.6. pag.* 48.

Compositi pulveres ex pluribus præsertim aromaticis ingredientibus, dicuntur, voce in pharmaceuticis receptâ, species, de quibus speciebus & pulveribus compositis pluribus agit Autor, cujus vestigiis insistamus.

Pulvis contra abortum: Descriptio ejus prout in dispensat. est, admitti potest, sed ejus loco laudarem sequentem:

℞. *Pulv.* ♋ *in* ♍ *exsiccat.* ʒij.
Pulv. ♋ *calcinat.* ʒj.
Ebor. fin. △.
Corall. præp. rubr. ana ℈ij. M.
Dosis sit ℈j -- ʒß. in vehiculo ▽ Lil. alb. verbenæ, aliave simili.

Pulvis ad casum. Usurpari potest in aceto sambucino, & expectari postmodum sudor, sed loco compositi talis pulveris abunde sufficiunt lap. ♋ à ʒß -- ℈ij. in vehiculo pauci aceti propinati.

Pulvis epilepticus Marchionis. Non adeò concinna est præparatio. Nam potius ejus loco scriberem talem:

℞. *Corall. rubr. ppt.* ʒij.
Margarit. ppt.
Unicorn. veri ppt.
Ebor. fine △ ana ʒi.
Sulph. Veget. ex Corylo ʒjß.
♎ ♌*t. anis.* q. s. M.

Sub usus tempore pro circumstantiarum ratione, nunc addita ♃i nativâ, vel addito sal volat. C. C. ulterius specificari & exaltari poterit.

Pulvis partum provocans, tàm prior, quàm Helidei Paduani, profecto est egregius.

Pulvis rubeus Pannonicus egregii usus est in febribus malignis, cum fluxibus colliquativis conjunctis, hinc & dysenteriâ & diarrhœâ epidemicâ malignâ, cholera aliisque malignis. Dos. ℈j - ℈ij. sed quoniam compositio paulo rudior est, eundem sic corrigi posse arbitror:

℞. *Rad. tormentill.* ʒviij.
vel loco ejus hujus Extracti ʒjv.
♁ *sigill.* ʒjv.
Bol. Armen.
Corall. rubr. ppt.
C. C. s. △ ana ʒij.
Unicorn. fossil.
Margar. ppt. ana ʒj.
Camph. ʒij.
♎ ♌*t. Cortic. Citri.* ʒj. M.

Pulvis ad strumas: utilis admodum est hic pulv. tàm ad præservationem, quam curationem strumarum in principio dos. ʒß-ʒj.

Quod attinet species aromaticas, sanè speciebus his compositis longè præstant eleosacchara ex oleis ♌is, vel simplici vel composito, & saccharo confecta. Vel Q. Essentiæ ex oleis destillatis cum ♅ tartarisato, aut ℞a tartari solutis paratæ & dispensatæ. Et cum in plurimis speciebus eadem ferè sint essentialiter ingredientia, variatâ saltem dosi & proportione, propterea ex pluribus paucæ sufficiunt, v. gr. species diacinamom. Mesuæ, item Diacumin. Nicolai, vel diagalangæ, vel spec. Imperatoris spec. diaireos usitatæ, spec. diatragacanthæ frigidæ. Priores istæ aromaticæ species, ventriculo ac primis viis muco obsessis, flatulentis, & cruditatibus onustis, hincque vi & efficaciâ aromatibus communi, quâ calefaciunt, sanguinem volatilem acuunt, hinc cephalica & uterina esse solent, sub usu Medico conducunt. Posteriores duæ, affectibus faucium & pectoris catarrhalibus pro temperandâ lympha acri, & mitigando dolore, partium dictarum, plus minus excoriatarum, & hinc, ut vocant, pro incrassando catarrho conducunt.

No. 4. Pulvis cachecticus. Hujus correctionem ita instituerem:

℞. *Croc.* ♂ *aperitiv.* præsertim ad manuductionem Knœffelii parati, vid. M. N. C. *A. 6. App. p.* 105. 111. 112. vel hujus loco aliud conveniens præparati ♂ialis ʒj.
Corall. rubr. præp.
Matr. perlar. præp. ana ʒj.
Cinamom.
Caryophyll.
Ambr. Grisea ana ʒß.
♎ *destill. Macis gutt.* xij.
M. F. Pulv. dos. ʒß. ℈ij.

No. 7. ♄ Dentifricius. Meritò ex his silices & pumices, ceu durioris texturæ lapides, & qui gingivas absumere valent, ex his pulveribus rejicit Zvvelff. qui alium pulverem dentifricium tartareum ejus loco substituit *Ph. R. pag.* 101. imo vel solus cinis rosmarini paucis gutt. olei destill. caryophyll. irroratus pulverem dentifricium constituit.

No. 9. Pulv. dysentericus: in hoc ipso primaria ferè deficiunt, epatà nempe viperina, & Priapi, & quid opus est tanta farragine, præ-

Digitized by Google

præſtat his ex paucioribus concinnatus pulvit dyſent. D. Mich. quem vid. in Hofm. *Clav. pag.* 108. Cui poſtmodum D. Mich. pulveres epatum ſerpentum addere conſuevit. Certè in ejusmodi antidyſentericis pulveribus primaria ingredientia ſint corall. rubr. præp. ♆ ſigill. rad. tormentill. epata viperina, Priapi, unicornu foſſile, ac unicornu verum. Ex quibus pro circumſtantiarum ratione mille compoſitiones fieri poſſunt, addito ſimul ſtomachi ratione vel oleo deſtillato macis, vel ♁ ♌ato cortic. citri, aliove ſimili.

No. 10. Pulvis antiepilepticus. Prolixa hæc compoſitio in pauca hoc modo poteſt contrahi:

℞. ♄ *ſecundin. præp.* ʒj.
Raſur. cran. hom. violenter interemti vel ſ. △, vel ſupra inſinuato modo præparati ʒvj.
Caſtorei pur. ʒj.
⊖ *volat. ſuccin.* ʒj.
CC. ʒß.
Eleoſacch. ſuccin. parùm. M.

Quodſi caſtoreum non æquè omnibus placeat, etiam omitti, & ejusdem loco ſuccinum præparatum commodè ſubſtitui poteſt.

N. 11. ♄ hic coincidit cum ſpecifico cephalico D. Mich. ſaltem quod loco magiſteriorum ab Aut. allegatorum, magiſterium ſuum epilepticum & cordiale, cum fæcula pæoniæ addat: ſed magiſteria nil valent, fæcula eſt effœta, adeoque quicquid ex hoc pulvere ſperari poteſt, hoc ſimpliciter ♄ præſtat. Potius ergo præparatem ita:

℞. *Cran. hom. viol. interemti.*
Unic. veri ana ʒj. *vel aurium ceti.*
♄ ♂*ii* ʒi.
⊖ *volat. ſuccin.* ʒß-℈ij.
Miſc. pro aliquot doſibus.

Ac ſanè verum eſt, in morbis convulſivis, etiam febribus malignis, in quibus metus eſt, ne ſpiritus animales ac genus nervoſum gravius afficiatur, egregius eſt hic ♄, e. g.

℞. ♄ *elect. vel* ♄ ♂ gr. xv.
⊖ *volat. viper.*
CC. aa gr. iv.
Camph. gr. ij. M. F. Pulvis.

No. 13. Pulvis febrilis. Præſtant hic ſalia fixa vegetabilium cum antimon. diaph. præſertim Martiali. v. g.

℞. ⊖ *abſynth.*
Carduiben.
♄ *diaph.* āā ℈j. v. gr. xxvj.
♁ *deſtill. caryophyll.* gutt. vj.
M. pro 2. doſibus.

No. 19. Pulvis ſperniolæ. Præſtat, ut compoſitio hæc loco ▽ ſperm. ranarum impræ-gnetur cum ipſo ſpermate, & ita aſſervetur. Sub uſu externo diſſolvitur in ſ. q. ſpermatis ranarum, & ita cum linteis applicatur. In quibusvis hæmorrhagiis conducit. Conf. Horſt. *Obſ. pag.* 430. 436. 437. internè itidem locum habet contra hæmorrhagias, non tamen æquè tutus ejus videtur uſus propter myrrham, quæ non uterinas tantum ſanguinis fluxiones promovet, ſed ſpeciatim etiam ad alias hæmorrhagias diſponit.

No. 20. ♄ ſtomachicus. Compoſitionem hanc, uſu non inconcinnam, corrigerem ita:

℞. *Rad. aron. acr. non præp.* ʒij.
Acor. noſtr. ʒvj.
Extr. tormentill.
Lap. ♋ *præp.* ana ʒß.
Cinamom. ʒiij.
⊖ *abſynth.* ʒiß. M. F. Pulvis.

Pertinent huc trageæ aromaticæ, quarum delicata talis eſt compoſitio:

℞. *Cinam.* p. iij.
Cardamom. p. ij.
Caryophyll. p. j. M.

Hæc addito ſaccharo dant trageam perquam concinnam variis rebus condimenti loco inſpergendam.

PULVERES PURGANTES.

No. 1. Huic, ut & ſequentibus ſemper vel ſal ☿ addendum, vel ſpecies jam miſtæ olei ☿i p. d. ſufficiente qu. irrorandæ & hinc exſiccandæ, ob rationes aliàs notas.

No. 3. Pulvis Cornachini, aliàs Comitis de Warvvick, aliàs Cerberus triceps febrifugus. Conf. Zvvelf. *Ph. R. p.* 96. doſ. ʒß-ʒj. Aſt concinnior longè ſit præparatio, ſi loco ♁ diaph. ſimplicis, recipiatur ♁ diaph. ♂iale.

℞. ♁ *diaph.* ♂ *l. reſinæ ſcammonii* ana gr. xv. ad ℈j. add.
Crem. ☿i gr. vj. vel vij.
M. pro doſi unâ in adultis. Pueris trium vel 4. ſept. gr. vj. l. viij. in quocunque vehiculo propinantur.

Sanè nulla eſt febris intermittens, quæ non hujus uſu, imminente paroxyſmo cedere cogatur, it. in pleuritide, cholerâ, menſium obſtructione, variolis & ſimilibus egregiè prodeſt.

No. 9. Facit huc ſuccincta, ſed elegans compoſitio ſternutatorii Rolfincii:

℞. ♄ *tabac. Indic.* ʒß.
Majoran. ʒj.
♁ *ol. majoran.*
Roſmar. ana ℈ß.
Ambr. gr. iv.
Moſch. gr. viij. M. pro Pulvere.

Huc etiam pertinent fæculæ. Remedii genus, quod nihil valet, unde etiam ferè in deſuetudinem abierunt. Nam quæ præparantur ex ſubjectis acribus volatilibus, quorum agendi ratio ſpeciatim in ſale volat. conſiſtit, ex harum fæculis nihil opis expectare potes, hinc fæcula ari, iridis noſtratis, raphani marini, ſcyllæ, ſerpentariæ, nullius penitus erunt uſus. Quoad cæteras fæculas bryoniæ & pæoniæ, utut hæc aliquantulum de concreti

craſi retineant, attamen revera pauxillum eſt, ut proſtat in fœcula bryoniæ, vi catharcticâ ſpoliatæ. Conf. hic contra fæculas agens Zvvelf. *in Animadv. p.* 446.

SALIA.

SAlia volatilia regni mineralis propriè ſunt nulla, quod enim ſuccinum attinet, obſcuri perquam ſunt ejus natales. Animale regnum promtè & copiosè ſalia ſuggerit volatilia, pauca admodum, eaque ſaltem ex fluidis partibus, ſalia fixa. Volatilia illa, ex ſolidis, ſimplici, rigoroſiori paulò ☽one per △m non nihil fortiorem ☽antur, ex mollioribus verò & fluidis non, niſi vel prævia aliquali putrefactione, vel aliquali, ſalis cujusdam fixi abſorbentis, additione, vel nitri detonantis commixtione. Rationes ſupra harum operationum, ubi de ☽bus, explicatæ fuerunt, hi quippe ſunt ſalium ſaltem fluores. Salia volatilia animalium ordinariò propter pertinaciorem olei empyreumatici adhæſionem fœtida, ac nauſeoſiſſima ſunt: depurantur autem optimè ab hoc contagio oleoſo, mediante ☿: Scil. poſtquam ſemel ſal volat. poſt primam ☽onem fuerit ſublimatũ cum ☿, illud lavant, ſicq; potiſſimas & exterius magis adhærentes oleoſitates, à ☿ imbibitas, eluunt. Quo facto alius affunditur ☿, digeruntur, per unum alterumve diem, hinc calore leni, ex cucurbita vel vaſe altiori ♎antur, & adſcendit ſal vol. albiſſimum, remanente ☿ particulis oleoſis imprægnato. Sal hoc ulterius depurari exactè poteſt, ſi porro in ▽ comm. ſolvatur, & aliquandiu digeratur, hinc ♎etur; ſic enim eò purius obtinebitur illud. Salia hæc volatilia animalium, non depurantur ſaltem à ☿, ſed & aliqualiter ab eodem figuntur. v.gr. ℞. ☿ ♀iſatus ſeu maximè rectificatus, aff. ſali vol. depurato, ponuntur in loco calido ad digeſtionem, & per ſolutionem aliqualem, unionem: hinc per aliquot dies ponuntur in loco frigido, & ſic figuntur in cryſtallos ſive coagulantur. Sed hæ potius ſalia ſunt nonnihil coagulata, quam fixata: In loco enim calido adhuc facilè evolant.

Non enim niſi per acida concentrari & figi poſſunt. Aliàs, ut ſalia volatilia, absq; fœtore, & nigrore aſſerventur, ☿ ♀iſatus affunditur; hic enim imbibit oleum, redditur rubicundus & ſal ſine ſenſili alteratione, ita ſubſiſtit.

Quoad vegetabilium ſalia, triplicem horum deprehendimus differentiam; ſunt enim vel volatilia, vel fixa, vel mediæ quaſi naturæ, eſſentialia dicta, reverà in ſua craſi enixa, ſeu falſa. Eaque & volatilium, & fixorum primæ matres.

Salia eſſentialia ſunt concreta ſaliformia, ex ſuccis vegetabilium expreſſis enata: Suntque vel propriè talia vel impropriè: hæc ſunt ſedimenta impura, bolaria &c. qualia ex lupulo, carduobened. ſalvia &c. educuntur. Propriè dicta ſalia eſſentialia ſunt vel ſulphurea, vel nitroſa: Parantur ex ſuccis, vel ſimplici expreſſione, vel prævia cum aqua coctione, elicitis, coctione depuratis, & ad ſyrupi conſiſtentiam evaporatis, ubi ſpontaneâ coagulatione concreſcunt. Tartarea ex acidis aut his cognatis, acetoſa, tamarindis &c. præparantur. Nitroſa verò qualia ferè ex amaris fiunt, aut ſaltem, quæ nec acida, nec amara, ſed ſaporis ex acerbo, acido, & amaro mixtis, atque nitri ſapori ſimiles ſunt, it. ex borragine, bugloſſa, fumaria, abſynthio, mercuriali, &c. præparari ſoleant, hæc, poſt primam ſui cryſtalliſationem, pinguedine, plus minus limosâ adhuc ſunt imprægnata, unde ſalia hæc in aqua denuò ſolvantur, & bis vel ter ſuper cineres, alcali fixo præditos, colentur, colatura, ad mediæ vel tertiæ partis abſumtionem evaporata, cryſtalliſetur: quod ſi nec ſic puri ſatis videantur nitroſi cryſtalli, funduntur in crucibulo, quo omnes heterogeneitates per ignem delentur, hinc in aqua ſolvuntur, & in frigido in perfectos cryſtallos nitroſos abeunt. Obſervandum hic, quod illa vegetabilia, quæ ſale nitroſo pollent, ſi incinerationi exponantur, parum aut nihil ſalis fixi ſuppeditent, cujus defectus rationem videtur conſtituere deflagratio ſalis nitroſi unà cum ♌, unde parum ſalis fixi reſtitare poteſt, non ſecus ac ☉, ſi cum debito ♀eo addito ſubjecto deflagretur, param alcali fixi ſuppeditat. Mediæ quaſi conſiſtentiæ & naturæ, inter dicta eſſentialia ſalia ſunt illa, quæ dulci gaudent ſapore: v.g. ſaccharum, ſal in ſucco uvarum maturarum, ſeu muſto concentrato, ſponte concreſcens &c. nam, quod ſaccharum ſit tale ſal eſſentiale, quod & ſuum habeat acidum, quod cætera principia, oleum & alcali, cogit in tales cryſtallos, it. quod ſit ſuccus expreſſione ex cannis elicitus, ac ſui inſpiſſatione in tale ſal redactus, notum eſt. Pertinet ad hæc ſalia, etiam illud ſal eſſentiale, quod alioquin etiam ⊕ vegetabile dicitur, & ex ſucco corticum juglandium viridium præparatur, de quo ſupra. Conf. quoad hæc ſalia eſſentialia Sala *Tr.* ♀*ologia.*

Quoad ſalia urinoſa volatilia obſervandum ante omnia, quod reperiatur animale & vegetabile inter regna, in puncto ſalium volatil. ex utrisq; parabilium, hæc differentia, quod vegetabilia per ſe, ignis etiam ope, nihil ſalis volatilis, multum verò ſalis fixi, animalia verò per ſe, multum ſalis volatilis, parum ☿i, & hujus non urinoſi, ſed falſi, ſuggerant.

Ratio videtur eſſe, quod ſalia volatilia in vegetabilibus, à ſulphure eorum (in receſſu magis acido, quàm animalium) nimis concentrata ſint, ita, ut ſub primo etiam ignis inſultu, colliqueſcant magis ſulphura cum ſalibus, adeoque ſaltem oleum & ſal ☿um ſuggerant.

Neceſſe

Digitized by Google

Neceſſe eſt ergo pro acquirendis ſalibus volatilibus ex vegetabilibus, ut ſulphuris ligantis textura diſſolvatur, ut ita ſalia volatilia, quaſi ſui juris facta, poſſint ſe ſiſtere. Fit hoc tribus modis:

1. Per putrefactionem, quâ fatiſcit ſulphur, enervatur acidum, & magis magisque emergit ſal volatile.

2. Per concremationem; hâc enim pingue, deflagrando, maximam partem abſumitur, & emergit ſal volat. v. g. in fuligine, quæ deſtillata ſal volatile & ſpiritum urinoſum, cum aliis productis ignis ſimul fundit.

3. Per digeſtionem cum alcaliſatis, ſive alcalibus fixis; his enim diſſolvitur pinguedinis ſulphureæ compages, deſtruitur plus minus acidum, adeoque emergit ſal volatile liberum, uti fit, dum per ſalia fixa ex oleis deſtillatis intercedente digeſtione, fiunt ſalia volatilia. Ratio verò, quare in vegetabili regno tàm firmiter cum ſulphure coaluerint ſalia volatilia, eſſe videtur intenſius acidum, quo vegetabilia eorumque ſulphura pollent præ animalibus: unde & omnia fermentationis motu ad aceſcentiam diſponi poſſunt, ſicut ligna actu acidum manifeſtum poſſident. Hujus itaque præſentia, ut in vegetabilibus ligat & magis concentrat ſal volatile, unde tàm promtè arctiori colliquatione in ſalia fixa abeunt, ita ejus abſentia in animalibus libera magis, & ſui juris eſſe quaſi permittit ſalia volatilia.

Quoad uſum ſalium volatilium ex animalibus, ſanè, omnia ſunt penetrativa, viſcidi attenuativa, glutinoſi inciſiva, acidi deſtructiva, diuretica, ſudorifera, ſcorbuti, mali hypochondriaci, intermittentium, ac ſimilium morborum chronicorum curativa, ſed cum hæc ſint proprietates, quæ ipſis, tanquam ſalibus volatilibus oleoſis, omnibus & ſingulis æqualiter competant, dubium emergit, an ſalia volatilia vegetabilium inter ſe differant eſſentiâ, an verò de craſi ſpecifica ſeminali nihil obtineant. Res poteſt expediri diſtinctione nempe vel plus minus de ſulphure concreti, nondum penitus deſtructo, participant ſalia volatilia, vel de eodem, penitus fatiſcente, nihil obtinent, ſi prius, aliqualis ſubeſt differentia, ſi poſterius revera inter ſe coincidunt. Quodſi ſupra dictos præparationum modos conſideremus, manifeſtum evadit, nullam ſingularem differentiam, inter ea intercedere, quin experientiâ conſtet, ſalem volatilem non ſecus ac ſpiritum urinoſum fumariæ, chelidonii majoris, abſynthii, menthæ, nullam ne minimam quidem ſenſilem obtinere differentiam, ita ut revera promiſcuus eorum videatur uſus. Conf. Sylv. *l.* 3. *Prax. pagin.* 136. Beck *Exp. p.* 148. Boyl. *Chym. Scept. pag.* 157. *Act. Med.* Hafn. *Vol.* 2. *p.* 177. Nec eſt, quod objiciatur ſingularis iſta differentia, eaque multiplex ſalium volatilium, cujus mentionem facit Tach. *Hipp. Chym. c.* 19. nam alia ratio eſt dictorum ſalium in naturali ſtatu conſtitutorum, alia ratio eſt eorundem, ſub artificiali opera multipliciter alteratorum. Interim ſingulare quid obtinent quædam vegetabilia, v. g. deſtillata cum piperitide, it. ſpiritus ſinapi cum ☿a, it. ſpirit. ac ſal volar. abſynth. it. cochlear. aliquantulum ſâltem & inchoativè putrefactorum, quæ integram concreti craſin revera obtinent.

Ulterius quæritur, an ſalia volatilia vegetabilium & animalium inter ſe differant. Sanè ritè parata, probè depurata & rectificata, ſibi invicem ſimillima ſunt, ita tamen, ut vegetabilia ſalia volat. ſubtiliora, adeoq; penetrantiora videantur, ac delicatiora, animalium ſalibus, unde, dum ſalia hæc, à ſuis ſulphuribus penitus ferè ſeparata ſunt, aut exile illud, quod participant de ſulphureo contagio, nullam ſenſilem alterationem efficere queat, propterea ſtatuendum videtur, exilem inter ſalia intercedere differentiam.

Ulterius disquiritur, neque id immeritò, à modernis, an ſalia hæc volatilia, tàm animalium, quàm in ſpecie vegetabilium, formaliter in concretis præexiſtant: revera de materiali præexiſtentia nullum eſt dubium, ſed de formali multum disquiritur; idq; ex eo, quoniam non, niſi prævià inſigni, totius concreti alteratione, & plus minus deſtructione, adeoque in novam texturam particularum permutatione, ſalia volat. hæc obtineri queunt. Nam in animalibus, quicquid ex iis, mitiori ſub examine elicitur, gelatina eſt, ex vegetabilibus verò eſt ſuccus, & in hoc ſal eſſentiale, unde dubium emergit, an ſecundum quosdam ex pingui ſeu ☌ oriantur, dum nempe acidum hujus occultum, cum particulis pinguibus in novum concretũ contexatur, quod ſal volat. conſtituat, an verò ex ſale eſſentiali, naſcantur, acido hujus volatili occulto, ſubtilem terream ſubſtantiam arripiente, & in tale ſal volat. abeunte. Sanè omnia ſalia volatilia, quæ adhuc in forma ſicca coagulabilia exiſtunt, ab acido participant, ſed de iis, quæ nõ ſunt coagulabilia, nempe quæ à ☿ fuerunt rectificata, de his res magis dubia videtur, an & hæc de acido adhuc participare queant.

De ſalibus fixis paulo poſt.

PRÆCIPITATA.

MAgiſteriorũ vox olim in magno habita fuit pretio, quæ hodiè maximè eviluit, dum cod. nil aliud inſinuatur, quam remediũ in ♃is forma, ex præmiſſa ſolutione, per ♄em, aut alium ſimilem modum ſeparatum denuò, in ſicca conſiſtentia uſurpandum. Parantur ex trium regnorum ſubjectis.

Mineralia quod attinet, frequenter ex iisdem in ſpiritu nitri, ▽, ▽R, aliave ſimili ſolutis,

Digitized by Google

ſolutis,&alcali quodam præcipitatis conficitur, v.g. in ☉ fulminante evidens eſt, vel in ſpiritu ſalis ſoluti, cum ſpiritu nitri præcipitantur, ut bezoardicum minerale ex butyro antimonii edocet. Vel in acet. deſtill. à ſpiritu ⊕, aut ſpiritu ſalis ſolutis, cum ſpiritu vitrioli præcipitatis, ut in magiſterio butyraceo, ſeu ſolubili coralliorum: Sed circa hæc notandum: 1) Plurima eorum obtinere vires ſuas medicamentoſas multiplices, ut in auro fulminante, v.gr. quoad epilepſiam puerorum, bezoardico minerali, quoad vim alexiteriam diaphoreticam manifeſtum eſt.

2) Plura eorum, ex cohæſione ſalium, tàm ſolventium, quàm præcipitantium, cum corpore ſoluto, indeque natâ novâ texturâ, novas operandi vires acquirere, ut in auro fulminante apparet, cujus vis fulminandi, ſimpliciter artis effectus eſt.

3) Quædam eorum effœta penitus, & ceu calces inertes, nil operativa exiſtere, ut in magiſteriis coralliorum, lapidum &c. evidens: nec eſt, quod ſolubilibus, aliqualem hic tribuere velis prærogativam: ſaturata enim cum ſint acido, adeoque ſic ſolutum cum præcipitante in concretum quaſi ſalſum tertium coaluerit, manifeſtum eſt non adeò inſignem medicam energiam exinde expectorari poſſe.

Quoad vegetabile regnum, duplicia hujus ſunt magiſteria:

1. Reſinoſa: dum extractiones & ſolutiones, cum ſpir. vini factæ, mediante aquâ comm. præcipitantur, in pulverem. Quâ ratione ex aromatis, item benzoë, ſuccino, jalapâ, ſcammonio &c. magiſteria parari poſſunt; quæ nil aliud ſunt, quàm reſinæ ſubjectorum, adeoque olea quaſi deſtillata in forma ſicca, unde etiam concretorum ſuorum vires ferè æmulantur, ut in jalapa, benzoë &c. manifeſtum eſt: ſed ratus talium magiſteriorum eſt apparatus & uſus, cum commodius in tincturæ ſive eſſentiæ formâ exhiberi ſoleant.
2. Non-reſina, ad imitationem magiſterii petroſelini Mynſichti *pag.* 41. paranda: ex rhabarbaro, gratiola, rosmarino, mentha &c. nempe alcali ſolvens in lixivio liquefacit reſinoſam vegetabilis ſubſtantiam, quæ ab acido aluminis, cum alcali ſe jungente denuò extruditur & in pulverem magiſterii præcipitatur. Sed hic obſervetur, quod ſimul ab alcali & alumine præcipitetur ejus terrea ſubſtantia, quæ cum magiſterio vegetabili ſe jungens, illud non levi adulterio inquinat. Adhæc, cum vegetabilia plurima inepta ſint, ex quibus tale præparetur magiſterium, & ſi quid ex iis præparatum fuerit, cum vix concreti craſin perfectè ſeu integrè contineat, quin eadem, vel decoquendo, vel alio modo extrahendo melius obtineri queat, ob id nullius uſus hactenus fuerunt hæc ipſa magiſteria.

Animalium magiſteria, ſunt vel præcipitata, vel abſtractitia: illa, dum ſolutio per acidum, facta ♁tatur, vel ab alcali, ſive fixo, ſive volatili, vel ab acido ♒u ⊕i: ſed utraque ſunt calces terreæ; illa quidem ſubſalſæ, hæc verò ſtipticæ, nullius potivæ, talibus ſcil. concretis, in receſſu alcalinis, propriè convenientis efficaciæ. Nec eſt quod dicas, poſſe ex ipſis magiſteriis denuò recuperari ſal volat., ſi ſcil. magiſterio tali, cum ſpir. ⊕i ♁tato & edulcorato, addatur alcali quoddam fixum, ſic enim in examine ignis, ſucceſſivè adſcendet ſal volatile. Verum, paucum eſt ſalis volatilis, quod hâc ratione acquiritur; cum maxima ejus pars, ab acido enervata, atque fixata ſit. Ad hæc, utut arte hâc ratione poſſit recuperari aliquantulum ſalis volat., requiſita tamen iſta, alcali fixum, & ignis rigor deficiunt in corpore noſtro, unde nec effectus ſperatus inde ſequitur. Abſtractitia magiſteria ſunt, ea, quæ minus propriè ita dicta: cum v.g. à C.C. dentibus apri, ♒u ⊕i ſolutis, idem ♒ ſimplici abſtractione, & hinc ſedulâ, cum ▽ com. edulcoratione, denuò ſeparatur. Conf. Ludov. *Ph. pag.* 294. & 314. vel, quando ♒ ⊕ affuſus mandibulis Lucii piſcis aut lapidibus marinorum, corroſione factâ, dimittit ♃m, ita, ut ♒ decantatione, ac ♃is reſidui edulcoratione obtineatur magiſterium: ſed, ut taceam, ſub ſolutione iſtâ, ab acido, craſin & texturam concreti, ita immutatam eſſe, ut multum à nativa dote hinc neceſſariò deficiat, ſaltem impoſſibile eſt, penitus menſtruum acidum ſolvens, adeò ſeparare, quin multum ejus inſenſibiliter licet, in concreto remaneat, indeq; alienas vires acquirat: utut magis diaphoretica ſint, abſtractitia hæc magiſteria, quam illa præcipitata. Quibusvis ergò animalium magiſteriis, longè anteferenda erunt, præparata eorum ſimplicia.

CALCINATA.

SAlia fixa propriè dicta ex mineralibus non habentur, ſed ſaltem concreta ſaliformia, nova nempe de compoſita, ad vitriolorum naturam plus minus accedentia, v.gr. ⊖ ♄i, ⊕ ſive ⊖ ♂is &c. Quoad vegetabilia horum ſalium præſentiam, manifeſto quilibet cineres eorumque lixivia loquuntur ſaltem de origine eorum prima occurrit diſceptatio, an materialiter tantùm, an verò etiam formaliter in miſto præexiſtant. Paucis res expedienda, nempe de formali eorum nil depre-

Digitized by Google

deprehenditur in concreto, ſed ſaltem materiale : adeoque ſunt proximè arte facta, fiunt nempe ex colliquatione ſulphuris, ſeu pinguedinis in receſſu acidæ, cum alcali volatili, dum ignis agit in concretum, colliquefacit pingue ſeu ſulphur, in hoc, per minima ſui moto, agit alcali in motum concitatum, agunt ſic in ſe mutuo, & invicem coëunt in tertium primo ſalſum, tandem ulteriori in igne actione perfectius deſtruitur pingue & cum alcali intimius unitum, emergit fixum alcali ſub iſta tamen ſocietate, & aliquas terreas particulas, plus minus ſimul arripiunt. Hinc in ſalibus fixis, ceu arte factis, conſideretur.

1. Materia, quæ eſt ſalia concreti volatilia.
2. Efficiens, quod eſt Δ.
3. Modus fiendi, qui eſt colliquatio eorum cum particulis terreis.
4. Forma ſalis, ſeu ſpecialis novi concreti emergentis textura, quæ eſt, quod ſint corpora, inſtar calc. vivæ cujusdam ſalſioris.

Quod verò ſint fixa hæc artificialia, patet ex eo ; (1.) Quod ex herbis putridis non habeantur, non ſecus, ac ligna carioſa calcinata, nil ferè ſalis fixi ſuggerant.

(2.) Quia parili ratione ex nitro ſal fixum alcali parari poteſt, quale propriè dictum in eo non habebitur.

(3.) Quia nullâ aliâ vi niſi per ignem & quidem apertum obtineri poſſunt, nullum enim vegetabile in cinerem redigitur, niſi in igne nudo. Clauſo enim vaſe in carbones abeunt.

(4.) Fermentata, minus ſalis fixi largiuntur, adeoque ſulphur & ſal volatil. ſub concremationè colliqueſcendo partim avolant & condenſantur in fuliginem, partim colliquefacta, cum ſubſtantiâ terrea concreſcunt in alcali fixum.

Uſus & effectus ſalium hujusmodi fixorum alcalinorum eſt :

1. Abſorbere & deſtruere acida.
2. Reſolvere ſordes, circa primas vias ſtagnantes.
3. Per urinam, interdum per ſudorem excretiones movere.
4. Febres intermittentes curare, &c.

In uſu eorum obſervandum eſt :

1. Quod dum exhibentur, debeant ſolvi in brodio carnis calente ; ſic enim majorem vim habent. Sin verò prius non ſolvantur in vehiculo calente, lædunt ventriculum, facileque nauſeam faciunt.
2. Omnia ſalia debent ſumi jejuno ſtomacho, & hinc aliquot horarum jejunium inſtitui.

Sed, modò recenſiti effectus & proprietates, ſunt communes iis omnibus, an non & proprias habeant, ex ſpeciali concreti craſi oriundas, quæritur, adeoque, an omnia ſint eædem eſſentiæ, & non differant inter ſe. Ita ut ſal abſynth. à ſal. carduib. & hoc à ſale plantag. vel arthemiſiæ aut ſalviæ non differant. Ex geneſeos illorum ratione, res decidi facile poteſt : Scil. in incineratione rerum, vis earum ſeminalis perit ; adeoque ſpecificè vix differunt ſalia ; nihilominus tamen in ipſâ illâ colliquatione, ſalis volatilis & ſulphuris aliquantulum ſeminalis virtutis adhuc abſconditur. Adeoque tàm ratione virtutis ſeminalis ſpecificæ, quàm ratione conſtitutionis propriæ ſalium lixivialium, aliqualis eorum eſt differentia, & hæc habet originem ſolùm à partibus ſuis pinguibus, ſulphure nempe, majori denique & minori colliquatione : Alcaliſata Helmont. appellat pinguia, nec immeritò, quia ex pinguedinis, & oleoſæ partis colliquatione ortum habent, quo itaque plus ejus colliquatum eſt, eò pinguius alcaliſatum exiſtit, ut in ſale tartari, item in alcali tartari & nitri, quod ferè inſtar ſaponis exiſtit, evidens eſt. Nempe in calcinationis ratione res omnis ſita eſt, prout communiter præparantur, ſolâ & forti calcinatione, eſſentia non differunt, ſed omnia inter ſe conveniunt. Sin accuratè præparantur, ita, ut pingue colliquefactum non deſtruatur penitus, nec adeò intimè concentretur, etiam eſſentialis ferè differentia in Medico foro concedenda erit. Confer. hic Borrich. *Hermet. Sap. pagin.* 352. Omnibus hic magiſter eſt Tachen. *Hippocr. Chym. cap.* 21. *& Clav. cap.* 5. qui docet, quâ ratione ritè calcinanda ſint, ut alcaliſata ſalia, de vi ſeminali concreti plus minus participent. Et exinde Palingeneſia vegetabilium, ex eorum ſalibus fixis deducenda eſt : dum v.gr. ☿ menthæ in mentham denuò in terrâ fœcundâ excreviſſe obſervavit curioſus Medicus. Sic, quæ de fœniculi cineribus obſervavit Febure *in ſua Chymia*, vid. Borrich. *in Hermet. Sap. præfat.* Nempe quæ ſimpliciter ſaltem in ſalſa colliquata ſunt, illa ſalia præſertim ex aromaticis parata, vim aliqualem ſeminalem omnino plus minus obtinere videntur. Et ex hoc fundamento, etiam ſpirituum acidorum ex ſalibus

bus fixis deſtillatio expediri poteſt, cum ea, quæ mediocriter calcinata ſunt, adeoque ſalſa quodammodo, aliqualem acidulum ſpiritum adhuc fundere valeant. Nempe modo in plantæ incineratione modeſto procedas igne, acidum quippe alias in auras abigitur, ex ſale per retortam ſpirit. acidus, at in paucâ quantitate elicitur: hoc acido pharmacopœi nonnulli alcaliſata propria, in cryſtallos compingere ſtudent. Confer. quoad hujusmodi acidulos ſpiritus, Angelus Sala *Tartarologiæ pagin.* 146. Interim, utut alcaliſata perfectè, vi ſpecificâ ſeminali ad uſum Medicum deſtinatâ non differant, quin tamen ex particularum colliquatarum ratione aliqualem in ſuâ texturâ differentiam, & hinc in mechanicis proprietates nonnihil diſtinctas obtinere valeant, haud negare velim, & illuſtrant hoc experimenta præcipitatoria Tachenii *Hippocr. Chym. cap.* 7. & 16.

Animalia, an & hæc ſal fixum obtineant, cum copioſo ſuo, quo inſtructa ſunt ſale volatili, quæritur: Equidem paucum illud admodum eſt, ex iisdem quod elici valet, ex liquidis quidem promptius, ex ſolidis difficilius & parcius. Sic ex ſanguine bubulo, poſt deſtillationem calcinatoriam ex Cap. mort. ☉ fixum præparavi, quod tamen revera magis ſalſum, indeque in cubicam figuram coagulabile erat, quam alcaliſatum, utut ♎ liberiori expoſitum facilè diffluëret: Confer. *Act. Medic. Hafnienſ. Volum.* 2. *pag.* 184. Quoad fixa talia ex partibus ſolidis, oſſibus & cornubus ac carnibus, &c. equidem pauca horum deprehenduntur poſt dictarum partium calcinationem veſtigia, obruta nempe & quaſi infixa nimis terreſtrium particularum compedibus, experimentum tamen fieri poteſt per extinctionem, dum C. C. uſtum adhuc ignitum aliquoties in aquâ extinctum, hanc ſalſedine aliquali imbuerit.

Ratio, quare in minimâ quantitate elici queant ſalia fixa ex animalibus, eſt, quia deſtituuntur acido. Cum namque plantarum alcaliſata, ex colliquatione acidi & alcali fiant, in animalibus verò principium illud coagulans acidum ferè deficiat, ſeu parcius ſit, fixi proventus parciſſimus erit. Utut autem oleo conſtent animalia, in oleo verò occultum acidum ſit, & alcali urinoſum volatile copioſum adſit, attamen propter inſufficientiam acidi coagulantis, quale in animalibus non eſt, prout in vegetabilibus minus copioſum fixum ☉ producitur. Sic inter plantas etiam aquoſiores, quibus cum partes ac humores noſtri non ineptè conferri poſſunt, in minimâ quantitate ſal fixum itidem elicitur. Non detentæ itaque animalium partes volatiles ob acidi penuriam, & copioſum ♒ nimis illud diluens, antequam igne colliquari aut uniri poſſunt, in auras abeunt.

Tangenda venit adhuc obiter ſalium fixorum, ſpeciatim vegetabilium, tantopere deſiderata volatiliſatio, Autore Helmontio primitus inſinuata, & hinc à poſterioribus chymicis tanto ſtudio proſecuta: Conſiſtit totum artificium in eo, ut ſaltem ſubſtantia terrea ſeu calx figens ſeparetur, ex conſortio colliquatarum particularum ſulphurearum & alcalium volatilium, quo impetrato, habebitur concretum ſalinum, quod in uſu medico habeat poteſtatem reſolutivam contumaciorum in corporis obſtructionum, abſterſivam quarumvis ſordium, & penetrativam ad quartam uſque corporis digeſtionem. In uſu verò alchymiſtico, vim aperiendi coagulationem metallicam, & clauſtra adhærentis & figentis ſulphuris corporum metallicorum reſerandi, ſolvendi itidem in primum ſic liquorem duriora quædam concreta; ut perlas, lap. cancr. adeò, ut ceu ſuccedaneum liquoris alcaheſt hæc ipſa commendet Helmont. *de Febribus cap.* 15. §. 26. Siquidem talia volatiliſata ſalia fixa præ vulgo notis ſalibus volatilibus ob colliquationem particularum ſalinarum per ignis vim prævium, magis ignea, acriora, penetrantioraque facta fuerint. Sed, quantæ molis eſt ſalia fixa hæc volatiliſandi: præ cæteris Beckius *in Experim. & Epiſt.* item *Vindic.* Barneri in Beck. conſulendæ ſunt, non minus quàm Becher. *ſuppl.* 2. *pagin.* 81. *ſeqq.* Sanè Beckii Experimenta hoc in puncto non ſufficiunt, ut præter Barnerum *in Vindiciis*, ipſa præparationum ratio oſtendit. Quantum Ludovici in hoc puncto laboraverit, ſcriptum ejus de ſale volatili tartari docet. Res mihi adhuc intentata, inde intricata videtur, unde negotium hoc curioſioribus & felicioribus relinquo.

CALCES ſeu CALCINATA.

CAlcinatio uſu chymico ſic dicta in ſpecie eſt vel ignitionis, vel corroſionis. Illa, ſpeciatim in vegetabilibus & animalibus obtinet, & in his, vel ſimplex uſtio ſeu calcinatio, vel intercedente aqua, ignis quaſi

quaſi modificatio inſtitui ſolet. Prior modus, uſta, ut ebur & C. C. uſta ſuggerunt. Poſterior, ſ. ignis ſeu Philoſophicè calcinatas animalium duriores partes exhibet. Uſta iſta, quæ in vaſe clauſo nigreſcunt, in vaſe verò aperto exactè albeſcunt, propter nigram fuliginem, aëris adjumento ſic ſeparatam, in genere ſunt ſubſtantiæ terreæ, acidorum abſorptione, hinc ſtipticæ, & per accidens ſudatoriæ. Conveniunt inter ſe omnia ſale nempe volatili & oleo deſtituta, quorum aliquantulum ſupereſt in philoſophicè calcinatis iſtis. Confer. Zvvelffer. *Animadverſ. pag.* 463. item *Pharmac. Reg. pag.* 242. & 248.

Vegetabilium calces cineres dicuntur, ſale fixo alcaliſato impræguati, unde ex iis, vini affuſione parantur lixivia pro ſcopo diuretico, antihydropico uſitata.

Mineralium calcinata corroſiva ſupra habuimus.

LAPIDIBUS.

LApidis vox plurium ſignificationum eſt, in genere, quoad ſenſum chymicum, eſt omnis res fixa, ſicca, non evaporabilis. Sic excellit in ſpecie lap. mineralis ſeu Philoſophorum, ad cujus imitationem, & aliæ particulares tincturæ lapides ſubinde dicuntur, ut v. gr. Lapis ignis Baſil. Valent. Lapis Vegetabilis, clarè ſatis ab Autore eſt definitus. Eſt nempe quinta ejus eſſentia in formâ ſiccâ. Par ratio eſt lapidis animalis, ex principiis animalium in ſiccâ formâ junctis.

No. 1. Lapis corroſivus. Conficiuntur hi nunc ex alcalibus fixis, nunc ex acidis. Illa minus tuta ſunt, diffluunt enim facilè, ab humore per cutim transpirante diſſoluta, ac ita inæqualiter corroduut, nec ſemper in loco debito eſcharam inducunt. Acida ergo hodie ſunt uſitatiora quæ inter excellit, lap. infernalis dictus, ex Luna paratus.

No. 2. Lap. ſeu magnes arſenicalis. Nobilis hic admodum eſt propter arſenici correctionem, ac nobilem ejus uſum. Primus Autor eſt Angelus Sala *in Anatom. vitriol. pagin.* 381. Sed obſervanda probè eſt, Enchiritis in ejus præparatione, ut nempe ubi omnia liquefacta fuerint, paulo diutius in igne aſſerventur, ſic enim elegantior & inſtar vitri tincti apparebit magnes. Convenit egregiè in tumoribus malignis, bubonibus & anthracibus peſtilentialibus. Hinc baſin conſtituit nobiliſſimi emplaſtri magnetici arſenicalis contra tumores peſtilentiales Angeli Salæ, cujus uſus per experientiam comprobatus, vid. in Barbetti deſcriptione peſtis, ubi de Bubonibus. Egregius pariter hic lapis eſt amuleti inſtar appenſus, in morbis contagioſis ac peſte ipſâ pro præſervatione corporis. Sic pariter pro fonticulo abſque dolore inurendo egregius eſt hic lapis. De quo conf. exegeſis Tentzelii ſuper Salam *pag.* 680. *No.* 3. 4. *ſeqq.*

Sequuntur plures lapides medicamentoſi, ſed in omnibus ferè eò res recidit, ſaltem quod variata ſit ingredientium proportio. Nempe baſin conſtituunt vitriol. alumen. Ceruſſa, quibus ſubinde alia adduntur, hinc compendioſam hujusmodi lapidis medicamentoſi præparationem, vid. in Ludov. *Pharmac. pagin.* 793. Sed elegantem compoſitionem vid. in du Hamel *de Affect. Corp. pagin.* 408.

Uſus in genere eſt ſaltem Chirurgicus, ſiquidem exſiccant, & adſtringunt valdè. H. e. in ulceribus manantibus, excoriationibus partium profundioribus, in eryſipelate, ſerpiginibus, &c. applicatur pars talis lapidis in aqua comm. ſolutâ cum linteo multiplicato. Abſorbet nempe acidum talium pathematum autorem. Firmat fibras, ut roboretur pars, adſtringit poros, ut ita ſucceſſivè curentur tales effectus.

ELEOSACCHARUM.

ELeoſacchara parantur ſimpliciter ex ol. deſtillato vel ſimplici vel compoſito ſ. q. ſacchari minutiſſimè pulveriſato excepto, ita quidem, ut guttis ij. vel iij. olei ℈j. ſacchari ſubtiliter pulveriſati reſpondeat.

MORSULI & ROTULÆ.

DE his vid. Autor.

No. 3. Morſuli laxativi. Non adeò tutus eſt morſulorum purgantium uſus, propter pulveres laxantes, non ita æqualiter diſtribuendos quin unus morſulus plus, alter minus participet de iisdem, adeoque diverſimodè operantur. Præ cæteris tamen compoſitio hæc Autoris, quo ſimplicior, eò melior & concinnior.

No. 2. Rotulæ infantiles laxativæ. Egregia & elegans compoſitio, conveniens præſertim ad affectus abdominis infantum, imprimis ſi lumbricis laborent iidem.

Pertinent huc rotutæ bibitoriæ Dodonæi:

Digitized by Google

℞. *Piper. long.*
alb.
nigr. ana ʒß.
Zingiber
Galang.
Cardamom.
Cubeb. ana ℈ij.
N. Moſch.
Macis ana ʒj.
Zinamom.
Caryophyll.
Rad. Aron.
Pimpinell. ana ℈ij.
Sem. fœnicul.
Aniſ.
Aneth.
Carv.
Petroſel. ana ʒij.
Coriandr. ʒß ʒvj.

c. ſ. q. ſacchari Cand. in aqua menth. ſolut. F. Rotul.

D. S. Küchelgen.

PILULÆ.

VEterum compoſitiones pilulares officinales ratius in uſu ſunt; nam purgantia ingredientia cruda absque genuina vel præparatione, vel correctione ſunt permiſta. Alterantia cum opio v. gr. de cynogloſſa, de caſtoreo narcotica talia cruda itidem recipiunt. Ergo potius extractis utimur pro pilulis purgantibus. Et quid opus eſt tanta pilularum varietate, cum 2. vel 3. compoſitiones omninò ſufficiant, ſeu uſuales, ſeu propriè dictæ laxativæ fuerint.

Ut ſaccharo incruſtentur, quod quidam facere ſolent, pro faciliori aſſumptione, ſolvatur ſaccharum aqua conveniente, admiſceatur amylum, ut fiat paſta mollis, eâ obducantur pilulæ, & ſoli exponantur, aut leni calori ad exſiccandum.

Quoad pilulas alterantes: Pilul. de Bdellio ſpeciatim conveniunt in nimio hæmorrhoidum fluxu. Loco pilul. de Caſtoreo, Laud. hiſt. loco Pil. de Cynogloſſ. Laud. opiatum ſufficit.

Quoad pilulas purgantes ſaltem pilulæ de hierâ c. agarico inter antiquas compoſitiones in uſu ſunt, doſ. ℈j. cum debitis ſtimulis. Noſtro purganti ſcopo extractum Catholicum, pluribus additis diverſimodè determinandum ſufficit, vel pilulæ Catholicæ formentur ita:

℞. *Extr. Helleb. nigr.*
Panchymagog. Croll. ana ℈j.
Aloës ʒß.
Tartar. vitriolat. ℈ij.
Mercur. Vit. ℈j.
Mercur. dulc. ℈ij. M.

c. Elixir. propr. ſ. Maſſ. Pilul. doſ. gr. xv. ad ʒß.

Pro pilulis verò uſualibus abundè ſufficiunt, vel pilulæ Angelicæ ſeu Francofurtenſes, quarum compoſitionem vid. in Hoffmann. *Clav. pag.* 105. Vel Pilul. Glaſſianæ, quæ itidem c. l. videantur. Vel pilulæ aperientes Tilemanni, vel Pilulæ Balſamicæ univerſales Knœffelii, quas vid. M. A. N. C. *Ann.* 6. *pag.* 19.

Pilulæ Peſtilentiales Avicennæ ſeu communes adhuc in uſu ſunt pro puerperis, ad laxandam alvum & promovendum lochiorum fluxum. Sunt enim nil aliud quàm quaſi elixir propriet. in formâ ſiccâ.

No. 6. Pilul. de Styrace; item ad Tuſſim. Compoſitiones hæ, ſunt perquam convenientes pro tuſſi nocturnâ ex lymphæ vitio, phthiſin minitante, incraſſant enim & ante cœnam aſſumptæ multum conferunt.

No. 1. Pilul. de Ammoniaco Quercet. egregiè conducunt in morbis chronicis quibusvis, blandè laxant, adeoque ſtimulo ſcammonii & colocynthidos ſubinde acuendæ. Poſſunt etiam ſubinde ſpecificari cum debitis extractis, v. gr. cum extr. Mart. ad malum hypochondr. cum extract. abſynth. ad febres intermittentes, extr. croci ad morbos mulierum. Cum extr. caſtorei ad paſſionem hyſtericam doſ. ℈j. cui gran. j. vel ij. ſcammon. præpar. cum gr. j. vel ß. extract. alhandal. pro ſtimulo additur.

No. 3. Pilulæ benedictæ egregiæ ſunt uſuales, & affectibus chronicis, item pro præſervatione morborum conducunt.

No. 21. Pilul. de ſuccino Cratonis conveniunt in affectibus catarrhalibus, item capitis, item pro purgandis ſenibus. Doſib. ad ℈j. cum debito, ſed mediocri ſtimulo.

No. 23. Pilulæ tartareæ ſunt egregiæ in morbis chronicis, etiam magis pro ſcopo primas vias abſtergendi, adeoque tanquam pilul. uſuales, & pro ſcopo fortiter purgandi conveniunt.

Ad claſſem harum pilul. pertinent etiam pilul. Wildeganſianæ quas vid. in M. A. N. C. *Ann.* 3. *pag.* 422.

SUPPOSITORIA.

USus horum eſt, ut applicentur inteſtino recto, quo mediante ſuo ſtimulo proritent

Digitized by Google

tent excretionem alvi. Siquidem cum continuus inteſtinorum ſit tractus, facilè per conſenſum recto irritato, vellicatur & colon, & ita alvi retentio ſolvitur. Fiunt ex variis rebus, pro vario ſcopo, uti Autor inſinuat. Ex lardo, item ex caſeo Hollandico fiunt ſuppoſitoria contra aſcarides, quæ ipſis adhærent, & ſic extrahuntur. Sapo etiam extemporaneum dat ſuppoſitorium, aliàs ordinariò mel, ad debitam craſſitiem coctum corpus ſuppoſitoriorum conſtituit. Cui ſtimulantia plus minus acria, ex ſcammonio, elleboro, eſſula &c. it. muſcerda, ſal &c. addi poſſunt. Alumen item in debitam figuram redactum, dat ſuppoſitorium pro pluribus vicibus ſufficiens. De quo vid. *Angel. Sala pag.* 840.

Sunt, qui etiam ſuppoſitoria anodyna parare volunt, in teneſmo, dyſenteriis, ulceribus ani &c. cum opio ſcilicet, ſed utut opium dolorem ſiſtat, præſentia tamen corporis inconſueti in podice, ſine irritatione eſſe nequit.

Tempore uſus illinuntur vel oleum amygdal. dulc. vel ubi fortius agendum, oleum diacolocynthidos, alligantur filo, ſicque applicantur.

PESSI.

PEſſus Autoris pro ſtimulandis menſibus eſt egregius. Sic etiam Angelus Sala nodulum inſtar peſſi, ex rad. Helleb. nigr. deſcribit *pag.* 29. it. 579. qui perquam eſt egregius ad ſtimulandos menſes. Præparantur ferè ex pulveribus panno ſerico incluſis, vel excipiuntur pulveres bombace & ita involuti applicantur. Vel etiam cum melle, ad debitam conſiſtentiam cocto, rediguntur in formam peſſi, ſyndone obducendi. Vel planta quædam recens contuſa ſyndone incluſa in peſſum formatur. Vel bombax ſucco appropriato irrigatus, cum ſyndone in peſſi formam redigitur.

TROCHISCI.

RArioris hodiè ſunt uſus, qui apud veteres frequentius uſurpabantur. Conficiebantur ex pulveribus variis, mucilagine tragacanthæ, aliâve ſimili exceptis, & ita in paſtillos ſive trochiſcos formatis. Inter compoſitiones, quæ in diſpenſatoriis proſtant, & ab Autore recenſentur, uſitatiores ſunt Troch. de Alkekengi cum & ſine opio in affectibus urinariis, ardore, excoriatione, exulceratione partium urinariarum. Troch. de carabe ſive ſuccino, egregii in temperando acri ſero, ſive lymphâ, exulcerationibus, & excoriationibus partium, item in hæmorrhagiis nimiis uteri, vomitu cruento, præſertim ſputo cruento.

Troch. de myrrha. In affectibus mulierum, pro ſtimulandis menſibus, fœtu, ſecundinis, & lochiis doſ. 3ß-3j.

Troch. de vipera nil valent, ſufficienter à Zvvelfer. examinati ſunt *in Animadv. pag.* 209. Loco, quorum potius pulveres viperini uſurpentur.

Troch. alhandal. ſeu de colocynthide horumque extractum, ſubinde tanquam ſtimulus purgantibus adduntur, aliàs rari ſunt uſus.

SACCULI.

No. 1. Sacculus ſtomachicus non rejiciendus eſt, ſive calidus ſiccus applicetur, ſive in vino calido maceratus, imponatur. Sed obſervandum, quod ſacculis ſtomachicis, etiam in vino quaſi ebullitis, præferantur longè ſpiritus aromatici applicati, cum panno craſſo, vel linteis multiplicatis, v. gr. ſpiritus menth. & elixir. menth. item ſpiritus juniperi, ſpiritus vini camph. calidè cum panno ſcarlatino vel linteo multiplicato applicantur in ſtomachi affectibus egregio ſucceſſu.

Sacculi cordiales rari ſunt, ſi qui in uſu ſunt ad vulgi imitationem, cum cor, ceu muſculus rariſſimè aliquid patiatur in morbis. Ac loco talium olea deſtillata penetrantiora, citri, camphoræ, lavendulæ, & ſic porrò, longè melius illinuntur.

ELECTUARIA.

HÆc ſunt vel miſta ſimpliciter, vel ſimul fermentata. Illa, quæ ex tempore miſcenda in officina & præparanda ordinantur à Medico. Vel etiam officinales quædam modernorum compoſitiones. Fermentata verò ſunt, jam à veteribus acquiſitæ compoſitiones, propter copiam ingredientium & præparationis identitatem compoſitiones theriacales, item propter ingrediens ſimul opium, alias opiata dicuntur. Miſcebant veteres, ſpeciatim Arabes, rei pharmaceuticæ ſtudioſiſſimi, ingredientia pulveriſata, cum triplo, quadruplo &c. mellis, miſta hæc in loco temperato aſſervabant, & ita ratione mellis fermentari permittebant. Qua ſanè fermentatione ex tanta plurium ingredientium farragine, quaſi tertium quoddam novum concretum medicamentoſum emergebat. Exempli loco ſit famoſa illa theriaces Andromachi, aut Mithridatii Democratis, ex quibus theriaca juxta Arabes, decem annos fermentare debet, antequam in uſum Medicum recipiatur. Uſus fermentationis præter modò dicta ſufficienter ſe exerit in Opii correctione, quod à quibusdam ceu baſis

Digitized by Google

theriaces æſtimatur. Hujus ratione theriaca vetus minus anodyna, ſive narcotica, recens è contra magis obſervatur. Hinc dubitarunt quidam, an infantibus tuto poſſit porrigi theriaca vel Mithridatium, quod affirmatur. Nempe loco opiatorum commodiſſimè infantum remediis tantillum theriacæ admiſcetur. Dubium etiam, an apud nos diſpenſari queat, cum geminæ Italorum deficiant viperæ, ſiquidem trochiſci viperini, à quibusdam baſis theriaces æſtimetur. Sed cum trochiſci viperini revera parum valeant, ac parum de viperis iis inſit, de quo vid. Zvvelf. *Animadv.* ubi *de Troch. viper.* propterea longè meliori conſilio, ſerpentes noſtri præparati, ſive eorundem pulveres ad imitationem pulverum viperinorum, ſive bezoardicorum animalium, optimo conſilio uſurpantur, & iisdem ſubſtituuntur. Equidem incondita eſt farrago, in ingredientibus theriaces & Mithridatii, aliarumque ſimilium compoſitionum, v. gr. in electuar. Orvietano, diaſcordii Fracaſt. & ſimilibus, unde plures etiam corrigere easdem, ac correctionem, ſimulque efficaciorem theriaces compoſitionem & præparationem ſuggerere, laudabili conatu inſtituerunt. Sic præterea, quæ habet Zvvelfer. prolixè ſatis *in ſuis Animadverſ. Chymicam Mithridatii & theriacæ correctionem* vid. *in* Poterii *Pharmac. Spag.* item Knœfelii *Correctionem & correctarum theriacalium Compoſitionum Deſcriptiones* vid. *in Miſc. A. N. C. A.* 6. *p.* 31. *& ſeqq.* Quo etiam pertinet methodus Sylvii corrigendi diaſcord. Fracaſt. *in Prax. l.* 1. *cap. ult.* ad cujus imitationem commodè & aliæ compoſitiones theriacales reformari poterunt. Pro imitanda ergò in ſuccinctiori & ſelectiori formâ theriacâ veterum, obſervetur, quod theriaca illa (par ratio eſt Mithridatii) diaſcordii Fracaſtorii, Orvietani, electuar. de ovo duas operationes præſtet: 1. Quod ſpirituum influentium impetum ſiſtant. 2. Quod ſudores moveant. Prius obtinent ab admiſto opio poſterius ab ingredientibus, primariò aromaticis amaricantibus & gummatibus. Hisce accedit mel, quod fermentativâ turgeſcentia, non ſaltem corrigit ſuo modo opium, ſed etiam cæterorum ingredientium particulæ oleoſæ & reſinoſæ diſſolutæ, hincque penetrantiores magisque activæ evadunt. Pro quibus ſcopis ſimiliter obtinendis facilè concinnior compoſitio poteſt effingi. Nam & theriaca diatheſſaron dicta, modo opio ſociata ſit, & in majori copia præparetur, quo mellis motus fermentativus intendatur, tantùm præſtare poterit, quantùm milleſormis illa theriaca, de cujus ingredientibus ſingulis, granum integrum doſin ejus ordinariam ingreditur.

Eſt ſcilicet theriaca vel Mithridatium miſtura ſalina volatilis oleoſa, anodyna & ſudorifera: unde v. gr. ſpiritus cornu cervi ſuo ſale volatili probè acuatus, nec in totum ab oleo ſuo liberatus cum opio, ejusve eſſentia ſociatus, in larga doſi tantum præſtabit, quantum theriaca ſub larga ſui compoſitione. Quodſi itaque ſuccinctiorem, ſed ſelectam theriaces compoſitionem, velimus inſtituere, tunc ad imitationem Ludovici *in Pharm. pag.* 271. *& ſeqq.* poſſit fieri compoſitio talis.

℞. ʒ *aut potius extract. radic. zedoar. Gentian.* āā ʒj.
Tormentill.
Angelic. āā ʒiß.
Serpent. rit. parat. ʒiij.
Myrrh. elect. ʒj.
Sigill. ʒij.
Flor. ♃ ʒj.
Croc. ʒiij.
Cinamom. ʒß.
Caryophyll. ʒij.
Opii in ☼ *vel ſucco citri ſoluti & inſpiſſ.* ʒiij. - ʒß.

cum triplo mellis & roob Juniperi āā miſtorum ſubigantur probè, & dubiam in conſiſtentiam redigantur, exactè terendo & agitando, hinc ad perfectam fermentationem ſeponendo doſ. ʒj - ʒij. Conf. hic aliquomodo theriaca Germanorum Horſtii *in Diſput. pag.* 319. addi poſſunt ſub miſtionis actu dictæ compoſitioni oleum deſtillat. juniperi & citri āā ʒj - ʒiß. vel dum uſurpantur, guttæ aliquot inſtillentur. Propinari poteſt vel in aceto, vel in conſerva citri: & præterea uſus tempore addi poteſt vel

♁ *diaph. aut bezoard. mineral.* ʒj.
Camphor. gr. iij. vel iv. M.

Ac ſanè dictis modis, multæ veterum compoſitiones corrigi, & concinniori uſui adaptari poterunt. Scil. occaſio tot compoſitionum theriacalium, & ex compoſitis novarum decompoſitionum fuit.

1. Ignorantia venenorum tàm diſtinctorum, eorumque læſionis modo, quibus univerſale quoddam alexiterium opponere fuit animus.
2. Non perſpectâ ſatis naturâ, & efficaciâ ſimplicium, aut ex illis reſultantium compoſitionum. Hinc quicquid in morbo maligno venenoſo, aliâve ſimili calamitate aliquando profuiſſe obſervatum fuit, ſive per ſe, omne,

Digitized by Google

ſive per accidens profuerit, hoc omne, licet etiam vulgi ſaltem fama increbuerit, in theriaces corpus, convaſatum fuit, ita dictum, *ἀπὸ τῦ Θηρίυ*, quod viperam, item deleterium venenum ſignificat, quibus ceu appropriatum alexipharmacum, theriaca fuerit oppoſita. Hinc Andromachus Neronis Medicus, quicquid potuit, corraſit & miſcuit. Eædem penitus cauſæ, poſtmodum & mille varietates, novasque compoſitiones induxerunt, quoties novum quoddam ſimplex cognitum, aut nonnihil approbatum inventum fuit, mox nova emerſit compoſitio, utplurimum tamen de theriaca ſimul addita, plus minus participans.

Sed, ut revertar, ad uſitatiorem Andromachi theriacam, hujus uſus eſt inprimis in morbis, febribusque malignis, plus minus peſtilentialibus præſervativè, uti & curativè in vehiculo aceti, idque imprimis, ubi æſtus intenſior aut graviora capitis ſymptomata urgent, idque tàm in forma ſicca, quàm in forma humida, addito antimonio diaphoretico, vel bezoardico minerali, aliove ſimili, v. gr.

℞. *Theriac.* ʒj.
♁ *abſynth.* ℈j. *vel antimon. diaphoret.* ℈j.

Miſta capiantur in hauſtu vini, vel cochleari aceti; potentiſſimè ſudorem movet. Vel

℞. *Theriac.* ʒj.
♁ *diaph.* ℈j.

M. f. bolus uſurpentur ſimili ratione.

In forma liquida:

℞. ∇ *flor. ſambuc.* ℥ij.
+*i ſambucini* ʒiij. *ad* ℥ß.
Theriac. Andromach. ʒij.
♁ *diaph.* ʒß-℈ij.
Camph. gr. iv.
Syrup. carduib. ʒij. M. pro 2. doſibus.

Potentiſſimè ſudores movet.

Præterea in quibusvis ſymptomatis, indeque natis doloribus egregia eſt theriaca propter opium, quod baſin theriaces vocat Walæus *Tractat. de methodo medendi*, utpote ſine quo ne ſudoriferam vim obtineat theriaca. Hinc in vomitu, diarrhœa, cholera, hyſterica paſſione non ſecus ac aliis quamplurimis ventriculi primarumque viarum affectibus.

In febribus intermittentibus præmiſſis præmittendis egregia eſt, ante paroxyſmum uſurpata, rigores tollit, ac paroxyſmos ſuffiaminat. De cætero bilioſioris qui ſunt conſtitutionis, ut vocant, ſeu calidiores, aridiores, minusque ſucculenti, talibus frequentior theriacæ uſus nocivus eſt ad atrophiam aut hecticam plus minus eos diſponens.

Confectio ſive electuarium anacardinum, cephalicum eſt, & ad memoriæ robur conciliandum laudatur, ſed propter ingredientia nimis aromatica cautè uſurpetur, cum abuſi ejus penitus memoria abolita fuerit, quin etiam incautè uſurpata febriculas accerſit.

Electuarium ſive potius ſyrupus diacodion, & ſpeciatim ſyrupus de ſiliquis Montani, egregius eſt in tuſſi à lympha acida ſalſa, indeque nata faucium excoriatione, phlogoſi, dolore, difficili exſpuitione &c. de cætero pauciſſimæ electuariorum veterum compoſitiones in uſu ſunt. Hinc electuarium de baccis Lauri non niſi in clyſteribus pro uſu carminativo adhibetur.

Electuarium de ovo potens eſt & propter Croci copiam ſtupefactivum ſudoriferum, adeoque rari uſus, cujus loco correctiorem compoſitionem concinnavit Knœfelius, quæ vid. *in Miſc. N. C. A.* 6. *app. pag.* 29.

Philonia. Rari hodie ſunt uſus, cum talium loco, concinna ex opio parata ſufficiant. Interim componendi eorum rationem ex opio & acribus aromatis explicata, vid. à Williſio *Pharm. Rat. Vol.* 1. *pag.* 318.

Diaſcordium Fracaſtorii egregium eſt in morbis malignis, cum fluxu colliquativo conjunctis non ſecus ac in diarrhœis, dyſenteriisque malignis. Sed rudis eſt ejus compoſitio, unde correctiorem Chymicam compoſitionem vid. *in Sylv. Prax. l.* 1. *cap. ultimo.*

Electuaria purgantia veterum, non amplius ſunt in uſu apud nos, præterquam in clyſteribus, in quem finem electuar. lenitiv. Florenzulæ, item benedicta laxativa, item de hiera cum agarico, inſtar omnium pro ſtimulo clyſmatum ſufficiunt. Itali adhuc internorum uſum retinent ſub forma boli ad ℥ß. eorum ad ʒvj. vel ℈j. nauſeantibus ægris obtrudentes.

In ſpecie quoad electuaria Autoris:

No. 1. Electuar. Pſeudo-Acori ſtomachicum. Egregium eſt in ſtomachi affectibus, cum vomitu, vel alvi fluxu conjunctis. Aliàs etiam acorus verus conditus, in ſe elegans eſt ſtomachale. Præſens verò pſeudoacori electuarium adſtringit, & aromatica vi reſtaurat.

No. 3. Elect. Alexipharmacum *de Cicoria.* Conf. Hofm. *Clav. pag* 64.

No. 4. Ingratum, ſed egregium contra colicam ac paſſionem hyſtericam.

No. 7.

Digitized by Google

No. 7. Eſt revera ſolutio Marr. cum ſucco pomorum inſpiſſata, hinc convenienter pro corpore aliorum electuariorum inſervire poterit. v. gr.

℞. *Electuar. hujus* ♂ ℥j.
Rob Juniper.
Zingib. in Ind. Condit. āā ℥ij.
Cardomom.
Caryophyll. āā ʒj.
Croci ℈j.
c. ſyrupo fumar. f. elect. quaſi anticachecticum.

No. 8. Miſta ſunt acida alcalibus, rotunda quadratis, adeoque penitus in deſuetudinem abiit.

No. 10. Potens eſt ſudoriferum alexipharmacum in vehiculo aceti uſurpandum, ſaltem quod camphoræ quantitas nonnihil augenda ſit.

No. 12. Quid opus eſt tanta ingredientium farragine ac rhapſodiâ. Laudanum hyſtericum ſupra inſinuatum ſufficit. Vel concentretur autoris deſcriptio, ita:

℞. *Opii Ferm.* ʒß.
Extract. Caſtor. ana ʒß.
Zedoariæ ʒj.
Croc. ℈j.
Myrrh. ʒß.
Fl. ♀ ℈ij - ʒj.
c. ſ. q. ol. deſtillat. ſuccini f. electuar. in doſ. pilulari ad ℈ß, vel gr. xij. uſurpandum.

BALSAMI.

BAlſami artificiales ſunt triplices: Odoriferi, deſtillati, & unguentarii. Odoriferi, vel pro uſu externo frequentiori, vel pro uſu interno rariori.

Quoad uſum externum ordinariò olea deſtillata ſubiguntur cum appropriato corpore, in conſiſtentiam craſſiorem, illiniri aptam, quale corpus omnium optimum eſt oleum nuciſtæ expreſſum, mediante ſpir. vini tartariſato infuſo à colore & odore liberatum.

Quoad uſum internum balſama parantur ex extractis & oleis deſtillatis aromaticorum, cerâ, vel mannâ exceptorum, utut rarioris ſint uſus. Exemplum hujus ſit balſamum fœniculi, quod deſcribit Horſt. *Obſervat. l.* 10. *Obſervat.* 22. vel recipitur manna optimè depurata, & percolata, quoties fieri poteſt, huic additur extracti majoranæ q. ſ. miſc. & agita multoties, ſi hoc fuerit imbibitum, adde oleum deſtillatum, ſtent in leniſſimo calore, tunc coagulabuntur in balſamum pro uſu interno, &c.

Balſama hæc ſequuntur ingredientium & oleorum vires: ſuntque nunc ſimplicia, nunc compoſita. Inter compoſita eſt:

No. 1. Balſamum apoplecticum Crollii, præ quo gratior Balſam. apoplect. D. Michaëlis ſequens eſt:

℞. ℔ *Cinamom.* ℥ij.
Caryophyll. ʒiij.
Lign. Rhod. ʒij.
Balſ. de Peru ʒß.
Moſch. Ambr. āā ʒi.
& *nuc. moſch. expreſſ.* ℥ij.
Aſphalti q. ſ. pro Ra.
F. l. a. Balſamus.
Moſchus & ambra ſubtiliſſimè teruntur c. oleis, & ita miſcentur.

No. 3. Balſamus bezoardicus eſt egregius, ſed videtur ex errore Typhographi camphoræ nimiam quantitas, cum ʒiij. imo ʒiß. camphoræ in ſubſtantia ſufficiant, niſi oleum camphoræ, ex camphoræ in olei amygdalarum dulcium ſolutione paratum recipere velis.

Balſami deſtillati ſunt vel propriè tales, vel balſami aſſati, ſive per aſſaturam parati, illi ſunt acriores, hi temperatiores: illi ſunt nihil aliud, quàm olea deſtillata compoſita, indeque penetrantiora, non ſemper, nec omnibus ſubjectis, nec omnibus in caſibus convenientia, cum propter acrimoniam, roſionem, ardorem, & hinc quibusdam epidermidis eroſionem inducere ſoleant. Et ſanè omnium ejusmodi balſamorum deſtillatorum loco, quæ Aut. deſcribit, ſufficiat unicum Galbanetum Paracelſ. ritè paratum. Quoad balſam. per aſſaturam, hujus ſpecimen exhibet Autor *No.* 5. & fiunt, dum anſeres, canes, aliaque ſimilia animalia exenterata, implentur ſimplicibus nervinis aromaticis ac ſimilibus ſpecificis, hinc denuò conſuuntur, ſicque aſſantur. Pinguedo enim animalis per aſſaturam liquefacta, imprægnatur particulis medicamentoſis ſimplicium infarctorum. Hinc ſub aſſatione illâ deſtillans pinguedo medicata, denuò adſpergitur corpori aſſando, donec ſufficienter, & ad aridi-tatem usque ſit aſſatum. Balſamo illo poſtmodum, qui in frigido in conſiſtentiam balſami abit, partes ex podagra dolentes, paralyticæ, contractæ, rigidæ, ſtupidæ &c. illinuntur frequentius, donec reſtituantur. Facit huc ungu. nephriticum per aſſaturam ex cane probatum, quod vid. *in Act. Med. Hafn. Vol.* 1. *pag* 44.

BALSAMI

Digitized by Google

BALSAMI INUNCTORII, LINIMENTA, UNGUENTA, EMPLASTRA ET CEROTA.

BAlſamos tandem inunctorios ſeu linimenta & unguenta quod attinet, ac ab his non admodum diſtincta emplaſtra & cerota, in his conſideretur primum Corpus, quod in unguento quidem formam unguinoſam dat. Eſt vel oleum, vel butyrum, vel pinguedo quædam, vel mucilago, vel mel &c. etſi enim etiam ex ſuccis fiant vel decoctis inſpiſſatis, non tamen absque olei vel pinguedinis cujusdam additione fieri poſſunt : plurimis in caſibus butyrum majale non ſalitum præfertur ad unguenta oleo aliisve ſimilibus. Tale enim butyrum concretum magis alcalinum eſt, ſubtilius itidem & penetrantius, atque pluribus affectibus externis, ex acido vitioſo originem habentibus, conducibilius exiſtit. In emplaſtris verò corpus eſt cera, ut plurimum cum reſinoſo quodam concreto, v. g. Terebinthina plus minus commiſta, & cum oleo plus minus ſubacta, donec conſiſtentia & textura talis ſpiſſior, ac tenacior exinde fiat, unde pro ceræ variâ proportione, nunc ad unguenta, nunc ad emplaſtra, nunc ad cerota magis pertinent compoſita.

Corporibus his adduntur varia gummata, mineralia, vegetabilium pulveres, pro intentione & ſcopo, item artificio Aut. multiplicia. Totum artificium componendi unguenta & emplaſtra conſiſtit in effato Helmontii *Tractat. diſpenſat. modern.* §. 57. *Nihil oleis, unguentis, vel emplaſtris miſcendum eſſe, quod in iis nequeat per totum homogenealiter reſolvi.* i. e. quæ non commodè tanquam ſolvens & ſolutum ſe mutuò ingredi, & ita novam quandam undique homogeneam texturam ac miſcelam efficere queunt. Unde in genere quæ vel miſceri nequeunt, ut aquoſa & oleoſa, vel quæ miſta ſe invicem obtundunt, ut pulveres vegetabilium & mineralium, cera ac oleis vulgari modo ſubacti & inviſcati, fruſtra compinguntur, cum ingredientia vires debitas exerere nequeant. Hinc ſanè vulgaria unguenta & emplaſtra magna egent correctione, utut non omnis efficacia iis deneganda ſit, ſaltem non tantùm præſtant, quantùm de iis putatur, ex ingredientium ratione, vel quantum per ſe ſola præſtare valent ingredientia, unde etiam quædam ſimplicia minusve compoſita præſtant ſubinde in praxi maximè compoſitis, v. g. Balſ. Peruvianus. Balſ. ♃, Empl. dia-ſulph. Rulandi. &c.

Corpus unguentorum & Empl. tria primario conſtituunt, oleum, mel, cera.

Oleo reſpondet ceu congener, & miſcibile eſt butyrum, axungiæ, pinguedines, medullæ, terebinth. & reſinæ propriè dictæ, in ſpecie molliores, item ſapones, olea deſtillata, optimè ſui generis oleis miſcentur & ſubiguntur, interea reliquis ſubſtantiis jam liquefactis nonnihil, melius permiſcentur, quin in his compoſitis primatum obtinent deſtillata olea, ob penetrantiam ſui volatilem.

Ceræ reſpondent gummata, & reſinæ ſpiſſiores, colophonia, pix, myrrha, Tacamahaca, Galbanum, in quibus ipſis tamen etiam non levis differentia, in ſpecie in ferulaceis, ſimul gummoſis ac reſinoſis, unde hæc malè oleo, in aceto vel vino ſoluta, permiſcentur, cum terebinthina verò ſubacta, methodo Zvvelfferianâ commodius cum ℘ miſceri queunt.

Mel quaſi corpus eſt medium, ∇ſum tamen & ob id vegetabilium ſuccis, eorumque productis optimè miſcibile; hinc ex vegetabilium ſuccis, aut decoctis inſpiſſatis aut extractis ſuccoſis cum melle optima parantur balſama, minus cum ℘ vel cera; hinc Helmont. *cit. loc.* in melle Balſamos florum cogit. Ipſi tamen etiam cum gummatibus coëunt, quia vegetabilium vis in ſimili ſucco gummoſo fundatur.

Ex dictis patet, quod ℘ per infuſionem vel decoctionem vegetabilium, tam recentium quàm aridorum parata, minus valeant, cum oleum de ∇ſâ ſubſtantiâ nihil, de aromaticâ parum capiat, adeoque mel potius cum eorum ſucco ſubigatur, aut deſtilletur; nam quæ deſtillando nil ſuggerunt oleoſi, vix in ℘ comm. quicquam infundunt. v. gr. Cydonia infunduntur ℘ commun. pro ſcopo adſtrictorio, ridiculo conatu. Nam de Cydoniorum ſubſtantiâ nihil ingreditur ℘, & ℘ ſemper laxant ac emolliunt; unde impoſſibile eſt eorum beneficio adſtringentem virtutem applicare corpori. Chamomilla, aromaticum ſimplex, tantillum de ſuo odore particulisque reſinoſis fundit, de cætero nihil.

Potius ergo præferenda ℘ deſtillata compoſ. ſeu Balſ. tam deſtillata, quam aſſata, vel miſta compoſita ℘ cum corpore pro Balſamo. Hinc Balſ. ſulph. eſt egregium, cum ſulph. ſolubile ſit in oleis, hinc ℘ roſat. & aqua calc. viv. miſta dant ungu. butyraceum, egregium ad ambuſta. Alcali calc. vivæ & acido olei invicem coëuntibus, naturali miſturâ in concretum homogeneum, quaſi ſaponiforme &c.

Ex dictis etiam patet, quod ex pulveribus mineralium ac vegetabilium, vulgari

modo parata emplaſtra & unguenta parum valeant, cum ♁, cerâ, ac pinguedinibus inviſcata, & quaſi mutuo conglutinata, parum vel nihil virtutis exerere queant. Hinc v. gr. Farinæ in cataplaſmatum formâ, ſuo ſatisfaciunt ſcopo, quæ melle, vel ♁ alterata, aut cum cerâ inviſcata, parum in unguentis, minus in emplaſtris præſtarent. Confer. Major Diſſert. *de Lacte Lunæ cap.* 12. §. 12. *& ſeqq.* hinc tutia, lap. calaminar. Ceruſſa vel Lythargyrium, ac ſimilia frequentiſſima emplaſtrorum ingredientia, obruta, minus activa exiſtunt. Obſervandum tamen, quod in unguentis & emplaſtris, quæ ingreditur Saturn. non ſine conſilio jubeatur, ut prius in ♃ ebulliat Saturn. ut ita ab olei acido, quantum poſſibile, diſſolvatur, & ita c. ♃ ex parte diſſolutus, coëat, ac ipſum ſimul ♁ in texturâ ſuâ ita alteratum, correcto acido, alcalinum magis factum, melius caſibus chirurgicis conveniant: Reliqua ſubſtantia, inviſcata nimis ſub tegmine viſcido ac glutinoſo, parum vel nihil operantur, & leviter ſaltem, quantum in extima ſuperficie emplaſtri hærent, acidum vitioſum ex cute odoretenus ſorbere & imbibere valent.

Obſervandum: 2. Quod acetum addatur ſubinde in unguent. & emplaſtris Saturninis, Martialibus, item Venereis, ut unguent. Ægyptiacum, Apoſtolorum, &c. propterea, ut hoc nonnihil rodendo illa ſubjecta, facilius hujus medio, reliquis ſuccis, decoctis, aut melli uniantur, quin &, ut iſtâ roſione, dulcorem aluminoſum acquirant, porrò ab acido ulcerum ſaturandum. Confer. *Animadverſ.* Zvvelfferi. Emplaſtra ergo, quæ propter laudabilem ſui compoſitionem merentur, ut admittantur ſunt, v. gr. Emplaſtr. dia-ſulphur. Ruland. carminans Sylv. diaph. Mynſicht. Unguent. Iſchiaticum Poterii, Ungu. aureum Zvvelff. In ſpecie Ungu. 2. ad hæmorrhoid. Zvvelff. Liniment. Arcæi ad vulnera capitis, Balſ. Vulnerarius Crollii Aut. No. 6. Unguent. Ægyptiaca, Emplaſtrum Norimbergenſe, &c.

Quoad operandi modum unguentorum & emplaſtrorum, operantur hæc vel mediatè, vel immediatè: Ibi per effluvia ſubtiliter penetrantia, ſeu ut loquitur Helmont, per ſui odores; Hic per ſui contactum materialem. Ibi in affectibus internis, ubi volatilia, v. gr. olea deſtillata primatum tenent; hic in externis, ubi reliqua fixiora concreta, non minus conducunt. Hinc prioribus in caſibus jubet Burrhius, ut emplaſtra conſtare debeant ex materiâ volatili, quæ nempe tota intra cutis poros ſe inſinuet. Vid. Barthol. *Cent.* 3. *Epiſt. pag.* 387.

Specimen volatilis talis unguenti videtur exhibere Deckers *in Praxin* Barbettianam *pagin.* 59. ſicuti etiam aliàs inſinuavi, quod ex ſpirit. ſal. Ammoniaci & terebinthinâ invicem miſtis unguent. quaſi emplaſticum, volatile tamen fieri queat. Hinc obſervanda ſimul enchiriſis Helmontii, pro actuandis unguentis & emplaſtris, quam inſinuat *cit. loc.* §. 58.

Unguentum Ægyptiacum eſt egregium in gangræna & ſphacelo, in ulceribus putridis ac ſordidis, pro carne corruptâ ſeparandâ, &c.

Unguentum Alabaſtrinum commendatur in affectibus capitis, ſpeciatim ejus doloribus, in morbis acutis, in quo puncto frequentiſſimo eſt in uſu, temporibus illitum.

Unguent. album camphoratum. Plura ex Saturno unguenta, ut de ceruſſa, lithargyrio, minio, &c. Eſſentiâ conveniunt, & baſi Saturni ſuperſtructa ſunt. Unde unicum ſelectius plurium loco ſufficiat. Conferunt in pruritu, ſcabie, rubore, ardore, excoriatione, &c. partium externarum, Saturn. nempe abſorbet acidum in talibus caſibus in partium ſolidarum ſuperficie peccans.

Unguent. Althææ in frequenti eſt uſu leniendi, temperandi, emolliendi, dolorem ſiſtendi, &c.

Unguent. Anodynum. Loco plurium talium ſufficiat empl. & ungu. polychreſtum ex hyoſcyamo Ludov. *in Pharmac. pag.* 628. 671.

Unguentum Arthanitæ. In uſu eſt externo ad ſolutionem alvi, abdominis illitum, item hydropicorum ventri tumenti ſubinde applicatur.

Emplaſtrum Citrinum convenit in furunculis ad ſuppurationem & maturitatem perducendis.

Unguent. Comitiſſæ vano auſu ad præſervationem abortus, nimium menſium fluxum, fluorem album, dyſenteriam, &c. applicatur lumbis, vel abdomini, cum effectus adſtrictorius inde ſperatus à pinguedinibus & oleis omninò impediatur.

Unguent. de Glyzyrrhiza. Contra inflammationes, eryſipelata, hæmorrhoides dolentes eſt uſurpatum.

Unguenta Mercurialia, quæ nempe vel Mercur. viv. ingreditur, vel Arcanum corallinum, proſunt in ſpecie in ſymptomatis luis Venereæ, doloribus, ulceribus, ac ſimilibus, item in puſtulis externis durioribus, item in ſcabie, &c.

Ungu. de Nicotiana, in omnibus vulneribus mira præſtat, conſolidat, contra tineam capitis & pediculos prodeſt.

Ungu.

Unguent. pediculorum. Præſtat hic linteum vel pannus, quo aurifabri ſolent abſtergere vaſa argentea poſt inaurationem, quo probè fricentur capilli & caput.

Unguent. potabile. Præſtat ſperma ceti crebrius ſumtum.

Unguent. de Tutia, ad crura ulcerata, aliaque ulcera difficulter cicatriſantia ad conſolidationem perducenda eſt egregium.

No. 1. Balſamus Balſaminæ. Viſcus in folliculo ulmi in cavitatibus ſuis habet liquorem leviter glutinoſum, ſingulariſſimum vulnerarium in recentibus vulneribus ac præprimis mirabile eſt in oculorum vulneribus. Conf. *Obſerv.* Heer.

No. 3. Succinctius præparatur tale Balſamum ex oleo ſeminis hyperici expreſſo, propriis floribus infuſo; conf. Paracelſi *Herbar.* ubi *de Hyperico*, ibi enim aliquot Balſamorum & oleorum deſcriptiones proſtant.

No. 5. Compoſitio eſt egregia, ſubminiſtrat emplaſtrum efficax, pro doloribus convulſivis abdominis, aliàs ſolum Galbanum, dictis oleis malaxatum communiter ſufficit.

No. 6. Compoſitio hæc Crolliana & præparatio eſt laude digna propter artificium compoſitionis, dum reſinas vegetabilium, cum terebinthinâ incorporare, & ita per homogeneorum unionem egregium Balſamum parare docet.

No. 7. Melius eſt, ſi gummata in aceto maceranda cum terebinthina malaxentur; melius ſic unientur invicem ingredientia, & efficacior balſamus ac emplaſtrum exinde fieri poterit.

No. 11. Extemporaneum hoc linimentum de Saturno præſtat tantum, quantum omnes veterum compoſitiones, quas Saturnus ingreditur. Speciatim exaltari poteſt, ſi in fine miſtionis addatur camphora, in oleo illo roſato ſoluta, quin etiam pulvis oculorum ſpermatis ranarum proprio ſpermate inſuccatorum addi, & ita ſimul emplaſtr. de ſpermate ranarum fieri poteſt, ad imitationem nempe elegantis emplaſtri ſpermatis ranarum, quod habet Knœffel. *in Append. ad M. N. C. Ann. 6. p. 186.*

No. 27. Ungu. Sympath. Crollii. Conf. quoad compoſitionem Hoffmann. *Clav. pag. 122.* & quoad expetimenta hujus unguenti vid. *Act. Medic. Hafnienſ. Volum. 2. pag. 266.*

No. 28. Hoc eſt, quod vulgo vocant das Digeſtiv-Sälbgen / inſervit nempe in vulneribus, abſceſſibus apertis & ulceribus ad puris generationem, & mundificationem optimè promovet.

Emplaſtrum ex Betonica optimè convenit in vulneribus capitis, commodius fit ex ſucco cum melle, & Balſ. Peruviano.

Cerotum diapalina. Vocatur aliàs Fontanellen Pflaſter. Italis in uſu eſt fonticuliſ imponere, ut eadem munda & à ſymptomatis libera aſſerventur.

Emplaſtr. album coctum. Loco hujus & omnium reliquorum emplaſtrorum, quorum Baſis eſt Saturn, ut ſunt de ceruſſa, de minio, lythargyrio, &c. commendo emplaſtr. mirabile ſeu miraculoſum cujus, deſcriptio eſt in Miſc. A. N. C. *Ann. 8. pagin. 24.* adeò, tumoribus ſanguineis, inflammationibus, abſceſſibus, ardoribus, doloribus mitigandis, acidis talium cauſis abſorbendis & ſuppurationi promovendæ, imprimis conducit.

Emplaſtr. diachylon, tam ſimplex quam cum gummatibus in frequenti uſu eſt Chirurgis, in tumoribus recentibus, abſceſſibus, ſcirrho, ſtrumis, gummis reſolvendis & tumoribus maturandis, &c.

Emplaſtr. de Baccis Lauri. Egregium eſt contra flatus & tormina abdominis, præſertim infantum. Contra inflationem ventriculi, miſcetur etiam emplaſtro contra hydropem. Malaxari poteſt cum ℞ chamomillæ & baccarum lauri.

Emplaſtr. de Meliloto inſervit emolliendis, reſolvendis, diſcutiendis tumoribus partium glanduloſarum inflammationem minitantibus. Sicut inflammationes factas maturare, & ad ſuppurationem perducere juvat.

Emplaſtr. de Ranis Vigonis. Habetur duplex cum & ſine Mercur. Quod eſt c. Mercur. uſitatiſſimum eſt in ſymptomatis Gallicis, doloribus, imprimis tibiarum & capitis, tumoribus, ſeu gummatibus Gallicis, &c. item in tumoribus duris ſcirrhoſis diſcutiendis & reſolvendis. In cephalæâ antiquâ mirabile eſt.

Emplaſtr. Spleneticum. Variæ ejus ſunt compoſitiones, duo tamen primaria ſolent eſſe ejus ingredientia. Gummi nempe Ammoniacum, & hinc ſucci ſimplicium Narcotici. v. gr. De Cicutâ, Nicotianâ, Hyoſciamo, &c.

No. 3. Empl. Diaphoreticum. Eſt egregium emplaſtrum in iſchiaticis doloribus, item in artuum & crurum profundis lancinationibus, perquam egregium.

No. 5. Empl. ad Fontanellas. Egregium eſt ad fonticulorum ſymptomata præcavenda & arcenda.

No. 8. Empl. magneticum. Præſtantius hoc non datur, in tumoribus malignis peſtilentialibus, anthracibus, bubonibus, parotidibus

Digitized by Google

dibus malignis ſeu peſtilentialibus, uſum ejus in dictis caſibus vid. imprimis in Barbetti deſcriptione peſtis. Hinc etiam in Sala ejusque ſcriptis. De cætero etiam in quartanâ regioni lienis admodum convenit. It. ad reſtituendas hernias egregium eſt lumbis admotum. Vid. Hoffm. *in Methodo medendi.*

No. 12. Empl. Saturni. Notanter obſervandum eſt in hoc emplaſtro amalgama Mercurii & Saturni polychreſtum in uſu chirurgico, quodque in graviſſimis etiam ulceribus, tumoribus ac doloribus ſingulare eſt: Confer. hic Deckerus *in Comment. in Prax.* Barbetti *pag.* 61.

Facit huc etiam Mercur. coagulatus à Saturno, quem vid. in Hoffm. *Clav. pag.* 261. qui exoſtoſibus nodisque oſſium duris, item ſtrumis applicatus, eſt egregius. Pertinet huc miſtura plumbi ℥ii, cum Mercurio ita coagulato, de quo vid. Kerkring. *de Antimonio pag.* 303. Poterius in ſuis centuriis hinc inde facit mentionem mumiæ mineralis, mediante quâ mirabilia præſtitit, in affectibus chirurgicis externis. Forſan non multum abfuit hæc ipſa ab hujusmodi amalgamate.

No. 17. Emplaſtr. dia-ſulph. Nobile ac polychreſtum admodum eſt emplaſtrum, multis uſibus, ſpeciatim partium glandulo-ſarum, adeoque & mammarum ulceribus conveniens. Quodſi loco ſulphuris vulgaris ſulph. antimonii recipiatur, eò præſtantius erit compoſitum.

No. 18. Eſt emplaſtrum pro ſtomacho elegans, multis uſibus, præſertim Cardialgiæ, ſingulariter conveniens.

No. 20. Maximè extollo hoc veſicatorium, quod egregiè operatur. Leniter cum pauco admodum dolore. Quodſi odor ſit moleſtus, aſa fœtida poteſt omitti. Aliàs extemporaneum emplaſtrum veſicatorium, una cum artificio, diutius veſicas apertas ſervandi vid. in Ludov. *Pharmac. pag.* 420.

FINIS COLLEGII PHARMACEUTICI IN SCHROEDERUM.

MI-

Digitized by Google

MICHAELIS ETMÜLLERI
Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris,
& P. P. Lipſienſis

COLLEGIUM PHARMACEVTICVM,
In
DANIELIS LUDOVICI PHARMACIAM
MODERNO SECULO APPLICANDAM.

PROLEGOMENA.

IN Praxi communi ſeu ordinaria laboramus generaliorum remediorum luxuria, & ſpecificorum penuriâ: Hinc illa ſpecialibus in caſibus non ſufficiunt, ſicut è contra hæc nobis incognita Medicos ferè deſerunt; unde etiam ratione generalium quàm plurimi conatus ſunt varii & fruſtranei. Cæterùm ſub ſpecificorum nomine prodeunt arcana nominetenus talia, in receſſu verò minimè arcana; unde utrumque defectum Autor caſtigare ſatagit, quoad generaliora ſelectum concinniorem, & quoad ſpecialia horum applicationem ad caſus ſpeciales monſtraturus: vid. *pag.* 21. Rem exemplo declarabimus: vocatur Medicus ad ægrum extra morbum malignum epilepſia affectum: ſanè pro hujus cura ex univerſalibus occurrunt aromatica, nervina & cephalica, ſicut ex ſpecialibus ♃ nativa & antimonii, ſulphurea, antimonialia, remedia ex luna, tinctura lunæ, radix pœoniæ maris, viſcus corylinus, caſtoreum & caſtorina, ſpiritus vitrioli volatilis, recrementa pavonum, &c. ex quibus omnibus ſelectum inſtituere, hinc ægrum curare, hoc opus, hic labor. Sub remediorum igitur tanta farragine fluctuat Medicus, & dubitat, quid eligere debeat? Interim hanc fluctuationem removemus ſelectu & genuino examine remediorum compoſitorum: Similiter vocatur Medicus ad hyſtericam, pro qua curanda partim generalia, partim ſpecialia, ut caſtoreum, aſa fœtida, ſulphur, ſuligo cum aceto aſſumpta theriaca, tinctura granorum actes, gentiana, elixyr uterinum Crollii, ſuccinum, ſal & oleum ſuccini, laudanum opiatum, &c. proſtant: At verò ex his ſelectum inſtituere, & quodnam horum huic ægræ conveniat, turbat multos, Praxin difficilem reddit, & Medicum fluctuare facit.

Tria verò in noſtro Autore *pag.* 32. ſunt extollenda:

1. Ejusdem ingenuitas & candor; dum nullum Autorem nominat, ex eo, ne ex alicujus encomio ſibi benevolentiam captare, è contra alterius vituperio laureolam in muſtaceo quærere videatur.
2. Ejusdem in judicando libertas: dum liberè ſuam ſententiam rationibus munitam proponit.
3. In ſelectu medicamentorum prudentia: dum ex pluribus ſymbolizantibus ſelectum prudenter inſtituit.

Hoc adeoque Autoris inſtituto conſulitur & Medico & ægro: Illi quidem, dum occaſione ſuccinctioris ſupellectilis, materiæ Medicæ, minus fluctuat in ſeligendis remediis, ſicque ad ſolidiorem experientiam pertingit: ad hæc longè pacatiore conſcientia hoc modo ſuam Praxin exercere poteſt: Ægro verò, dum ſumptibus ponitur modus, & crumenæ non adeò emulgentur; quinimò tutius & jucundius, utut non ſemper citius, ſic curatur. Etenim putamus veriſſimum eſſe illud Arnoldi Villanovani: *dolum eſſe* (inquientis) *uti compoſitis, ubi ſimplicia*

ſufficiunt: Cui aſſentitur Helmontius. Et ſanè certum eſt ſignum vel ignorantis vel animi fluctuantis in Medico, quando crebrius in eodem morbo atque in eodem ſtatu mutat remedia, eaque plura ſub-contraria & contradictoria in qualitate ordinat: in quo caſu ordinatiò ſumus dubii in natura morborum, aut quoque remediorum efficacia. Etenim verum eſt: modò cognoſcatur morbus, ejusque agendi modus, & perſpectus ſit remediorum vigor, facilè judicabitis: an omnia ſint rectè ordinata?

Exoticorum luxum perſtringit Autor, & quorundam in his tenacitatem *pag.* 33. His non nimium eſt tribuendum:

1. Quia plurima eorum nobis ſunt penitus, quoad originem, ignota; e.g. Ambra, ſuccinum, in ſperma ceti, terra catechu, lignum aloës, contrayerva.
2. Quia adulterata proſtant. Ita namque ſcammonium genuinum rarum eſt, quod non ſucco vel tithymalino, vel eſulino, adulteratum ſit; ut dubium enaſcatur: An Meſues verum ſcammonium proſtet alicubi? Pat judicium eſto de ſanguine draconis, de meconio: Similiter lapides bezoar apud nos reperiuntur in majore copia, quàm apud ipſos Indos. Caryophylli aromatici nunquam genuini nobis afferuntur, ſed ex ipſis, in India prius ebulliendo in aqua ſimplici, elicitur oleum, quo ſic nobis ſpes propagandi hic locorum præſcindatur: vel ætate conſumpti imbibitione vini decoctionis recentium caryophyllorum renovantur: inter centum pondo choccolatæ vix unum genuinum continetur, ſed adulteratur à Batavis, piper, aniſum & ſaccharum eidem addentibus.

(3.) Quia ſubinde ſunt corrupta: Etenim cogitemus ſpatia locorum diſſitorum, & tempeſtates, quibus illa ſunt expoſita, antequam ad nos transportentur; hinc etiam eſt, quod radix rhabarbari ferè carioſa, & radix chinæ inſtar ligni putridi omni ſpoliata virtute deprehendantur; item lignum ſaſſafras, ſuavi ſuo odore fæniculato ſe vix probat, ſed exſuccum ſæpè præſtat.

(4.) Exotica ſunt ſuſpecta, quia noſtratia ſubinde apparent æquè valida, ſi non validiora; unde loco balſami cujuscunque, ſufficere poteſt pro interno uſu terebinthina noſtras: pro externo ℞ hyperici: ſic loco ligni nephritici proſtat noſtra betula, ejusque liquor ſeu aqua, præſervativa & curativa calculi: Item loco ſaſſafras juniperus noſtras. Pari ratione loco aromatum, tutiora ſunt cumini, carvi & fœniculi ſemina: item plantæ aromaticæ, mentha, fœniculum: quod ſi acriora exoptantur loco zingiberis eſſe poteſt noſter acorus verus; ſicut loco radicis Chinæ noſtra tormentilla, vi ſudorifera & alexipharmacâ æque inſignita: loco ligni gvajaci præſtat nobis lignum fraxini: Imò lignum buxi ex Italia transferendum, præſtat longè exoticis lignis: Non ſecus egregii uſus eſt lignum Carolinum, & præſtat omnibus his exoticis. Loco herbæ theæ nobis convenientior eſt rosmarinus, vel quod Chinenſes, teſtantibus ephemerid. Gallorum facere ſolent, folia ſalviæ ſimiliter præparata, loco radicis ſarſaparillæ ſarmenta periclymeni, loco contrayervæ radix caryophyllatæ præſtat.

(5.) Quia noſtratia ſunt nobis convenientiora: ſiquidem pro ratione ſoli & climatum varient plantæ, hinc nobis ſeptentrionalibus ſcorbuto affectis copioſè procreſcit cochlearia, quæ tamen in Italia aliisque locis nullo culturæ artificio progerminare ſolet: Videantur plura apud Ammelungium *in Apologia pro Chymia cap.* 2.

Non tamen penitus Autor rejicit exotica, ſed ſugillare quadantenus videtur D. Simonem Pauli, hoſtem exoticorum infenſiſſimum, hujusq; *Commentarium de abuſu Thee*; unde laudat inter purgantia v. gr. jalappam, rhabarbarum, alöen, ceu quibus eſulina, & tithymalina minus reſpondent, cùm minus temperata hæc ſint: Sic eligit quoque ex aromatis cinamomum pro vi analeptica, & corticem febrifugum Peruvianum pro quartanis fugandis.

Vernaculorum pag. 34.) In vernaculis varia conſideranda: in Praxi enim ſelectiore obſervatur, quod inter vernacula tot ſymbolizantia inveniantur, cum tamen ex omnibus his pauca quædam ſufficere queant: Sic inter mille carminantia vel ſola chamomilla, vel cortices aurantiorum, vel ſemen aniſi, vel caſtoreum uſurpari poteſt: Atque inter emollientia vel lac, vel ficus in aqua coctæ, inter vulneraria externè hypericum, internè hedera terreſtris excellit.

Exoletum) ut radix ari cruda, quæ ſale volatili actiore prædita inter ſtomachica non ultimum locum obtinet: Sic & ſemen ſinapi ob ſal ſuum volatile egregium eſt: & acorus adulterinus quoque eſt inuſitatus, cujus ſuccus tamen cum ſaccharo in ſyrupum redactus liquorem dat adſtrictorium & polychreſtum.

Ineffi-

Digitized by Google

Inefficacia pag. 35.) v.gr. ſtinci marini in Venere ſtimulanda; radix eringii pro eodem uſu, & cichorii conditura pro intemperatura viſcerum, ungula alcis ad epilepſiam: lepores juniores menſe Martio capti pro lithontriptico uſu: hirundines ad epilepſiam: talus leporis ad colicam ſiſtendam, & partum promovendum; imo nidus hirundinum ad anginam, cùm tamen ſtercus nitroſum ſaltem vires ſperatas obtineat.

Abominabilia) Talia ſunt electuaria veterum compoſita, ad quorum aſpectum labium tremit.

Specifica) Sic perlæ laudantur pro confortativo ex nulla ratione, cum lapilli cancrorum idem præſtent: mater perlarum ad abortum pro roborando fœtu eſſe dicitur, ideò, quod perlas generet: Verùm illi ſubſtitui poſſunt lapilli cancrorum, & ſimilia teſtacea. Cranium humanum, ceu ſpecificum ad epilepſiam & affectus arthriticos extollitur, cùm tamen aliorum quoque animalium oſſa, vi abſorbendi acidum pariter arthritidi medeantur: Sic proſtant in officinis tot ſalia fixa, carduibenedicti, abſynthii, &c. quæ tamen omnia ſunt ejusdem naturæ: idem eſto judicium de ſalibus volatilibus animalium.

Minutiæ) ſeu potius ſuperſtitiones.

Species) Quando v. gr. plura uſurpantur ſimplicia ejusdem naturæ, puta omnes piperum ſpecies, quarum tamen una ſufficere poteſt, item omnes petroſelini ſpecies, ex quibus tamen vulgaris excellit: Sic ſufficit abrotanum unum, & gallina mediocris pro gallo decrepito, nec non ex gummatibus gummi Ammoniacum.

Lota) quomodo lotio, in genere fiat, vid. *Diſpenſat.* Horſtii *pag.* 21. Cæterùm ſi lotio ſit ſordium ſuperficialium ablatio, laudanda venit; contrà ſæpius eſt nociva & fruſtranea. Sic Saturnus uſtus, æs uſtum, oſſa calcinata, ceruſſa, &c. fruſtrà lavantur, quippe hâc ratione nihil aufertur de iis, ſed ignis alterationem introductam non poteſt ∇ eluere: Porro nociva eſt lotio, quando aloë lavatur; quippe ita demitur vis ejus laxativa in aqua ſolubilis, nec terram ſigillatam lavandam juberem, cum ea ſale quodam concentrato ſeu nitroſo imbuta ſit, & ſic caſtretur, & terra mortua remaneat; cùm dictum ſal & vires cum liquore ſolvantur & decantentur. Sic fruſtranea eſt lotio tutiæ, pompholigis, adipum &c.

Nutrita) ſunt fruſtranea: exinde enim nihil habetur, quàm quòd mucilaginoſa quadam agglutinatione ſuperficietenus incruſtentur. Ita quidem nutritur aloë roſata & violata, qualis tamen nullam prærogativam præ aloë ſimplici habet: Sic ſarcocollæ nutritio cum lacte eſt fruſtranea, cùm cruda vi glutinandi & incraſſandi ſatisfaciat expectationi. Pariter unguentum nutritum Chirurgis dictum ſit, quando lithargyrium teritur cum triplo aceti, & quintuplo olei ſucceſſivè affundendo; cùm tamen compendioſius procedatur, ſi ſolutioni Saturni uſti in aceto factæ addatur oleum rapæ & terantur invicem in mortario paulatim. De nutritione conf. Horſt. *Diſpenſat. pag.* 24.

Uſta) Animalium partes uſtæ, ut cornua & ungulæ, ſunt cadavera mortua omni ſale & oleo deſtituta; adeoque ſufficit unicum horum, nempe corn. cervi uſtum, pro mille talibus.

Toſta) ut rhabarbarum toſtum, ſquilla toſta &c.

Macerata) Maceratio etiam ſubinde fruſtranea eſt, & liquor abjiciendus melior remanentia; unde radices 5. aperientes, coriandrum & cuminum præparata pro ſpeciebus diacumini nullius uſus ſunt.

Oſtracoderma pag. 36.) denotant teſtacea, qualia ſunt conchylia, omnia teſtacea marina, ut cochleæ, oſtreæ, cancri fluviatiles, horum lapilli, item entalium dentalium &c. Spectant huc lapilli percarum, carpionum, item teſtæ, putamina ovorum, tàm gallinarum quàm ſtruthionum: quibus annumerantur corallia. Cæterùm inter allegata omnia ſufficere poſſunt lapilli cancrorum, & corallia rubra, quæ & uſitatiſſima ſunt pro abſorbendo acido primarùm viarum, idque per vias urinarias abducendo. Equidem omnes animalium duræ partes abſorbent acidum; interim marina præter hoc ſaporem urinoſum acquirunt, atque ita evadunt inſigniter diuretica, & ſic ſimul & acidorum correctiva, & per diureſin evacuantia. Aliàs marina, ut lapilli cancrorum, vino Rhenano ſeu aceto infuſi, ſub ſui ſolutione ebullitionem concitant, & poſtmodum quoque ſaporem urinoſum contrahunt, hincque in ſanguine congrumato proſunt: Sic aliquando experimentum feci cum concha majore in Pliſſa reperta, quam infundebam in ſpirit. ſalis acidiſſimum, qui tamen magna copiâ parum illius potuit arrodere, utut ſaporem inſtar urinæ acquireret; atque dicto modo fiunt liquores illi nephritici dicti ex lapide lyncis, calculo humano, lapide percarum, & quæ ſolvuntur in ſpiritu ſalis, vel ſimplici vel compoſito, hinc ſolutio abſtrahitur, & ſal liquatur in loco frigido: interim ex dicto liquore ſufficere poteſt ſolutio concharum vel oſtrearum in ſpir. ſalis facta. Cæterùm ratio, quod oſtracoderma invertendo acidum, mutent ſaporem, & fiant diuretica, eſt, quia illorum cruſtæ;

dum

dum calcinantur, relinquunt cap. mortuum inſtar calcis vivæ (cum contra animales partes inſtar cretæ poſt calcinationem ſe habeant) cui ſi affunditur aquâ, ebullit; acria nempe ſunt in his marinis ſalia acida, & præprimis urinoſa. Vocantur autem illa præcipitantia, quia efferveſcentias in primis viis ſua miſcela ſiſtunt, abſorbendo acidum, unde ceſſat efferveſcentia: pari ratione, atque cereviſiæ aceſcenti, ſi additur creta, teſtæ ovorum, &c. Utut rectius ab Autore noſtro vocentur invertentia: Nam invertunt acidum vel in inſipidum, vel in urinoſum. Aliàs & dicuntur febrifuga, ob vim abſorbendi acida & ad vias urinarias deducendi. Hæc ergò marina vel pulveriſata ſaltem ſufficiunt, vel lævigata ſuper porphyrite, quâ ratione quidem aliquantulum de lapide iisdem accedit: Interim verò à mollioribus corporibus parum deteritur. Partes animalium terreſtrium oſſeæ ob mucilaginis præſentiam gelatinoſæ minus promtè acidum aggrediuntur.

Lævigationes pagin. 37.) Hæ cum aquis deſtillatis factæ ſunt prodigæ, quia poſt exſiccari ſolent, adeoque aquæ illius oleoſum avolat: vel affusa aqua agitatur liquor & lacteus redditur, per filtrum transcolatur, hinc demùm craſſior pars remanens teri & elutriari poteſt; à quibusdam ejusmodi marina quoque calcinari ſolent, ad quem modum conficiunt quoque ſpecificum antifebrile Strobelbergeri & Crollii: verum iſtæ calcinationes ſunt ſuperficiariæ, nec neceſſariæ. Præterea terræ quoque lævigantur ſæpè & abluuntur: verum labor is nocivus eſt, ſicut & inſuccatio earum cum decocto cornu cervi, vel irroratio cum ſucco appropriato fruſtranea eſt in mixturis; quia in Praxi commodè ſucci addi poſſunt: hac enim ratione inviſcantur, & in efficacia ſua impediuntur; Nam cum terræ illæ in corpore texturam aluminis acquirere debeant, ex dicta inſuccatione invertuntur: ideò ergo crudæ & puræ ſaltem in uſum vocentur terræ.

Gemmæ pag. 38.) Rectè hæ ab Autore rejiciuntur, in quibus duo conſideranda veniunt:

1. Corpus earum,
2. Corpori ſuperveniens ℞.

Quoad corpus: ſunt ex cryſtallus, quæ prout variat ratione duritiei, & multiplicitate fluoris metallici imbuta eſt, eatenus acquirit diverſa gemmarum nomina. Jam ergò cum cryſtallus ſit omnium gemmarum molliſſima, ſola ea inter omnes gemmas ſufficiet pro uſu Practico: & uſus quidem ejusdem eſt temperare quodvis acidum acrius, ratione cujus alexipharmacum audit bilis æruginoſæ. Reliquæ verò gemmæ, cum longè ſint duriores, quàm ut alterationem in corpore noſtro pati queant, eadem ferè, quâ ingeruntur, egrediuntur formâ: quinimò niſi exactè pulveriſentur, metus eſt, ne inteſtina rodendo & excoriando, ad cruenta & doloroſa pathemata abdominis diſponant. Et utut juxta Borrichii mentem *pag. 322. Hermet. Ægypt. Sapient.* minutiſſima gemmarum tritura aliquid commodi promittat, ea tamen non ſola ſufficit.

Quoad colorem verò & tincturam gemmarum: originaliter is à quodam metallo, ſeu, ut Velſchius dicit, à fluore quodam metallico, & de ſulphure metallorum participans tàm pauca eſt, ut vix mereatur nomen. Inſuper fluor hic metallicus tàm arctè combinatus eſt gemmis, ut non, niſi ſublimiore Mechanica ſeparari queat; ut per Helmontii *Alcaheſt* + *radicatum*, Paracelſi. Interim ad hanc pertingere Phyllida paucis datur; hinc ejus defectu exulant omnia remedia ex gemmis. Adeoque Autor rejicit tincturam gemmarum reſpiciendo tincturam ſmaragdi, paratam ex ſmaragdo, in mortario ferreo vel æneo contundendo, & per ſpirit. ſalis Ammoniaci extrahendo viridiuſculam, quia color viridis, quem deducunt à ſmaragdo, eſt ab æneo mortario vel ferreo. Deinde & rejicit eas gemmas non tantum ob ſui in ventriculo inſolubilitatem, quia, niſi calcinata prius fuerint, vix à fortiſſimo menſtruo ſolvi queunt, ſed quia parabiliora longè proſtant.

Fæculæ pag. 44.) Harum præparationem videb. in Zvvelfferi *Animadverſion. pag. 446.* & *in Appendice pag. 64.* item apud Angelum Salam *de Eſſentiis Vegetabilium.* Rectè à Zvvelffero fæculæ rejiciuntur, & miramur Autorem noſtrum docere, non in univerſum omnes eſſe effœtas & abjiciendas; cum ex integra ℔j. fæculæ non tantum, quantum efficaciæ ex ℥j. radicis cujusdam crudæ ſperari queat.

Magiſteria) Quid ſint? vindeb. in Rolfincii *Chym. pag. 329.* Magiſteria vegetabilium, vel ex reſinoſis, vel ex non reſinoſis fiunt. Ex reſinoſis quidem, v. gr. ex radice jalappæ, turpethi, ſcammonio, item ex aromatibus, dum ſpir. vini affuſus tingitur, hincque tinctura affuſa aqua ſimplici lacteſcit, & dimittit pulverem. Altera claſſis magiſteriorum venit è vegetabilibus non reſinoſis, ut petroſelino, naſturtio, granis chermes, ſenna, rhabarbaro: Nempe infunduntur hæc in lixivio ſalis tartari, vel lixivio cinerum clavellatorum: hinc lixivium filtratum ℥tur beneficio ſolutionis aluminis in aqua ſimplici factæ, ſicque cadit magiſterium.

Modum

Modum talia præparandi Magiſteria invenit Mynſichthius; ſicut poſteà eundem deſcripſit quoque Rolfinccius *pag.* 319. 320. *in Chymia*, & ex ſimili ratione Zvvelfferus *Magiſterium ex granis chermes* ita parat, teſtante ejusdem *Pharmacopœa Reg. pag.* 180. Cæterùm ex his omnibus, reſinarum purgantium vegetabilium Magiſteria, laudem merentur; reliqua autem ex vegetabilibus non reſinoſis nil valent; parum enim virtutis concreti retinetur: cui accedit, quod ea terræ aluminoſæ non ſint expertia: Nam aluminis concretum conſtat ex Spiritu ſulphuris acido, rodente terram mineralem quaſi cretaceam.

Porrò monet Autor, vegetabilia cum ☿ ſimpliciter rectificato, non verò ſale vel oleo tartari acuato, eſſe extrahenda; quia ſolus ſpir. vini nihil aſſumit de ☉☿, quippe hoc aqueum quid poſcit; hinc quicquid imbibit de ſpir. vini, eſt præprimis phlegma: Unde quando ſpir. vini ☉☿ acuatur, non adeò benè reſinæ (phlegma enim ſeu aqua non extrahit reſinas) extrahuntur. Quoad modum uſurpandi reſinoſorum Magiſteriorum vegetabilium, is eſt duplex: nempe in ſicca vel in humida forma. In ſicca quidem, quando junguntur aliis ſalibus. Etenim cùm ſint viſcoſa, adhæreſcendo inteſtinis, facilè hypercatharſes excitant, unde optimè eadem ſociantur cremori tartari, aut tartaro vitriolato v. g.

℞. *Tartari vitriolati* gr. vj. ad xij.
Reſinæ Jalappæ aut *Mag. ſcammon.* gr. vj. vel xij.
M. Dent. pro doſi.

Vel concinnius exhibentur in forma Boli.

℞. *Conſerv. roſar.* ℈j.
Reſin. ſcammon. aut *jalappæ*, aut *turpethi* ℈ß.
Tartari vitriolati gr. vj.
M. pro bolo unius doſeos.

Quod ſi verò in forma liquida uſurpari debeant Magiſteria hæc, tunc juxta Autoris monitum ea dilatanda, hoc eſt, diluenda, & fluxibilia reddenda ſunt. Modus hic eſt: Propinantur nempe cum vitello ovi, vel cum alio ſubjecto oleoſo, ſemine melonum, vel cum ſpirit. vini diſſoluta ad ℈ß.

℞. *Sem. melon.* ʒj.
Reſin. Jalappæ vel *ſcammon.* ℈ß.
c. ſ. q. ▽ menthæ fiat Emulſio.

Vel

℞. *Reſin. ſcammon.* vel *Jalapp.* ℈ß.
vitell. ovi q. l.
cum aqua roſarum vel cinnam. fiat Emulſio.

Eſt gratiſſima & purgat valdè; Sic in ar-

dente Spiritu ferè duplo plus operantur. Præterea huc ſpectant omnes Eſſentiæ purgantes, quibus tamen omnibus præſtat eſſentia Jalappæ, extracta beneficio ſpir. vini, additis corticibus aurantiorum vel citri: Confer. Bartholinus *Cent.* 3. *Epiſt.* 36. *pag.* 133.

Quoad aromatum Magiſteria, iis carere poſſumus, quod olea eorum deſtillata vel ſpiritus quoque meliora ſint; ſic enim gutta una vel ij. ℞ deſtillati caryophyllorum præſtat ʒj. Magiſterii eorum. Adeò ergo nulla vegetabilium Magiſteria, niſi purgantium quorundam, in Praxi ſelectiore locum inveniunt.

Ad animatorum marinorumque Magiſteria Autor pergit *pag.* 47. quæ triplici modo præparari ſolent: nempe ſolvuntur hæc concreta in aceto vel alio ſpiritu acido, & præcipitantur cum ☉☿.

Secundus modus eſt, quando Magiſteria animalium butyracea fiunt: de quibus conferatur Rolfinccius *pag.* 348. *Chym.* e.g. hæ dictæ animalium partes ſolvuntur in ∽ vitriol. Philoſophico, vel in ∽ ☉ is communis, hincque præcipitantur cum ſpiritu vitrioli probè rectificato, ita cadit pulvis, qui edulcoratus cum aqua dat Magiſterium candidum, facilè reſolubile in aqua ſimplici.

Tertius modus eſt Zvvelfferi, & optimus in Magiſteriis, parandis perlarum & coralliorum per ∽ æruginis, ex cryſtallis æruginis cum aceto factis, prodeuntem: nempe ſolvit is ſubjecta animalia in dicto ∽u, & poſtmodum abſtrahit acorem proprium, ita quippe parum hujus ſolutis adhæret: tunc ulterius aqua edulcoranda ſunt: vid. Zvvelfferus *pag.* 449. *Animadv. & Append. pag.* 66.

Cæterùm Magiſteria primi modi cum ☉☿ præcipitata nil valent; calces enim ſunt inertes, corroſæ ab acido, & concentratæ per alcali: ſic namque emergit terra mortua inſolubilis, & quæ aſſumpta eadem facie excernitur. Equidem dicit Autor noſter: Magiſteria hæc per oleum tartari præcipitata, licet non ab acidis, in urinoſis tamen ſpiritibus quadantenus eſſe ſolubilia; interim, dum dicit quadantenus; dubitat adhuc de facto; nos contra putamus, eadem nullo modo eſſe ſolubilia, ſed potius calces inertes vocandas eſſe. Secundæ verò claſſis Magiſteria per ſolutionem cum acido, præcipitationem cum ſpiritu vitrioli, utut non adeo ſint intractabilia, v. gr. quale eſt Magiſterium perlarum, epilepticum, cordiale, nephriticum, longè tamen ea à viribus ſimplicium ſuorum recedunt, & dum ſaturantur ab acidis extra corpus, non alterantur intra corpus aſſumpta. Equi-

Digitized by Google

dem dicis : elici poſſe ex his Magiſteriis per acida præcipitatis ſalia volatilia, commiſcendo ea cum ana alcali fixi ; interim hoc non procedit in corpore humano, in quo nullum alcali adeò fixum reperitur. Porrò cum leviora ſint ejusmodi Magiſteria quoad pondus, adeoque in majori copia pro doſi una propinari debebant : perinde & hujus intuitu alia ſuccedanea iisdem poterunt præferri. Cæterùm ſunt, qui varia menſtrua pro hiſce Magiſteriis conficiendis ex ſale marino adjecto bolo & alumine deſtillant ; ſed & hæc minus quadrant, cùm talia magiſteria vim ſuam invertendi amittant, per quæcunque ſalia acida ſolvantur, pariter in Magiſteriis plumoſis vitriolatis, emergit ſapor ingratè ſtypticus, licet edulcorentur ; non ſecus ac in Magiſteriis cum ſpiritu æruginis, vel ſimplici vel ſulphurato, h. e. ex ærugine & ſulphure parato confectis, remanet poſt abſtractionem menſtrui ſapor ſemivenereus : etenim dum ſolvuntur concreta ab acido, deſtruitur eorum ſal volatile, ac quoque omni vi medicamentoſa ſpoliantur penitus. Ut itaque Magiſteria hæc animalium planè exulare debeant ex officinis, & potiùs, ſi volumus habere luxum, magiſteria perlarum & coralliorum cum ſucco citri parata eligi, quippe ſuccus rodit, non verò corrodit ſimplicia, neque vim invertendi ſaturat : vel parentur Miſturæ ex aqua appropriata & aceto, quibus addantur vel corallia, vel mater perlarum, vel lapilli cancrorum ; ſanè hæ miſturæ plus præſtant, quàm cara illa magiſteria.

Mineralium & Metallorum Magiſteria pag. 48.) ſunt multiplicia pro multiplicitate ipſorum concretorum, & ſolutione, itemque præcipitatione ſua. Talia ſunt quælibet Bezoardica mineralia, ☉ fulminans, lac ſulphuris, magiſterium Saturni, coſmeticum ex bismutho, ☿ præcipitatus propriè ſic dictus, croci & ſimilia. In his Autor noſter perſtringit tantam & inutilem variationem, cum pauca eorum ſufficiant, & omne punctum ferant ; ſuperflua verò eorundem eſt multitudo : ſcilicet variationes occurrunt in mille modis illa præparandi : Sic auri fulminantis conficiendi modum docet Schrœderus, ſolvendo ☉ in ♕, & cum ſale tartari præcipitando, ita cadit ☉ fulminans. Ejusdem ☉i fulminantis centum aliæ proſtant præparationes, quæ tamen unicè in croco auri producendo conſpirant. Hæ verò variationes rectè ab Autore taxantur, & optimus eſt ☉ fulminantis præparandi modus, quando ☉ in ♕ ſolutum præcipitatur cum ſpirit. ſal. Ammoniaci ; pulvis hic non adeò ſit edulcoratus, & egregius eſt in morbis infantum. Aliàs & ſolvitur ☉ per ſalia in ▽ ſimplici ſoluta : de quo vid. Zwelfferus *in Mantiſſa Spagyrica*, hincque ſolutio hæc per ♁ gemmæ vel ♁ commune parata præcipitatur per ♁ tartari ; item rediguntur ſalia in ſpiritum, hincque ſolutum per alcali præcipitatur : Omnes præparationes in unum recedunt. Par ratio eſt cum ſale mirabili Glauberi, in quo ſolvitur ☉, & ſolutum præcipitatur cum ☿ vivo. Sic & in præparatione magiſterii & ſulphuris antimonii occurrunt mille modi ; ita ex Mercurio ♎to & antimonio crudo conficitur butyrum, quod præcipitatum cum ▽ dat Magiſterium, Mercur. vitæ dictum, album ; vel loco aquæ communis præcipitatum cum urin. humana dat Magiſterium flavum, interdum rubrum ; alii recipiunt regulum antimonii Martialem, cum ☿♎ato deſtillant butyrum, quod præcipitant cum aqua ſimplici ; alii ♁ crudum ſolvunt in ſpiritu ſalis, hinc deſtillant butyrum, cui infuſa aqua communis prodit Mercurius vitæ ; Sic alium adhuc modum Schrœderus *No. X.* item *No. XII.* ex floribus antimonii habet ; verùm emergit ſemper idem Mercur. vitæ, adeoque ergò ex his mille præparationibus ſufficiunt decem. Pari ratione multi dantur modi ſulphura epileptica ex antimonio præparandi ; verùm, quocunque modo procedatur, ſanè idem ♃ antimonii catharcticum prodit ; Sic & huc facit ♂ illud purgans per inferiora pro arcano mihi ab amico communicatum ; v.g.

℞. *Antimonii*,
Tartari,
Nitri ā part. æqual.

Detona in crucibulo, factâ detonatione ſepara regulum ; ſcorias has ſolve in ▽ communi & ♒a cum ▽ calida, in qua cremor ♃ ſolutus eſt. Solutio hæc ♒at ♃ antimonii purgans per inferiora. Doſis eſto granum j. pro infante.

Verùm & hoc eſt ſulph. ☉atum antimonii, ſive cum aceto, ſive cum cremore tartari præcipitatum ſit.

Salia fixa Vegetabilium pag. 49.) Salia vegetabilium ſunt in triplici differentia ; vel fixa, vel volatilia, vel mediæ naturæ, eſſentialia dicta. Reſpectu fixorum Autor eorum luxum perſtringit, loco 30. duo ſufficere docens. Horum productionis modus eſt artificialis per ignem ; unde non præexiſtunt ea in concreto, ſed fiunt demum ſub calcinatione, in qua ab igne ſulphur vegetabilium, in occulto ſemper acido exiſtens, colliqueſcit, hinc eidem liquefacto occurrit ♁ volatile in omnibus vegetabilibus copioſum ; itemque ſub hac colliqueſcentia ſimul aliquid terreæ

Digitized by Google

terreæ ſubſtantiæ arripitur: adeòque ex his tribus novum concretum, nempe ſal fixum, emergit, quod ipſum corpus inſtar calcis vivæ eſt, cum in hac præſto ſit major ſubſtantiæ terreæ abundantia.

Donec natura ignis clariùs detegatur) Sanè ignis natura non eſt amplius ignota, cum ſit motus concitatiſſimus & velociſſimus particularum ſulphurearum, ita etiam, ut materia △ ſit ♃, vel ſubſtantia pinguis in receſſu acida: forma verò eſt motus velociſſimus ſubſtantiæ pinguis: efficiens eſt ☉ ♎is nitroſum ſolvens pinguia: quæ ſolutio ſi fit, concitatior △ adeſt; ſicut flamma eſt △, cui multum ♎is eſt interſperſum. Conferatur Mayovv. *de Spirit. nitri* ♎eo, & Hoockius *in Micrographia*, qui habet egregia de ſcintillis ex ſilice prolectis per microſcopium obſervata. Confer. *Collegium in Schræderum.*

Fuſiones pagin. 50.) Salia fixa hæc vegetabilium à Pharmacopœis purificari ſolent dupliciter: nempe vel ſolvendo ea in aqua ſimplici ſæpiùs, & denuò evaporando, usque dum fiat candidum; vel repetitis fuſionibus in crucibulo, & hinc ſolutionibus itidem in aqua. Verùm iteratæ fuſiones nil valent; quia, quò ſæpius funduntur, toties vis ſeminalis (ſi quæ reſidua adhuc eſt) prorſus perit.

Liquabilitatem) Dicta ſalia facilè liqueſcunt in ♎e; unde pro hac liquatione impedienda quidam ſunt Autores, qui ſub calcinatione inſpergunt pulverem ſulphuris; ſic acquirunt ☉ minus liquabile: Verùm hoc ſulphur inſperſum ſub deflagratione ſpiritum ſuum acidum eructat, adeoque hinc emergit tertium falſum, non alcali, particulas ♎is aqueas non amplius imbibens: Alii ſalia vegetabilia cum pulvere ſulphuris miſcendo denuò fundunt, de quo vid. *Baſilica Chymica* Crollii *Edit. Hartmanniana*: Verum & hac ratione ſalia alcalia deſtruuntur, & ſal falſum emergit. Unde quoque ejusmodi ſalia nec diuretica nec diaphoretica amplius ſunt; Imò ſi ſolutioni ſalis Ammoniaci adduntur, omnis reactio evaneſcit, adeoque etiam ☉ volatile in urinoſum non dimittitur.

Per ſenſibiliora additamenta) Hæc ſalia fixa quibusdam videntur nimis generalia, unde illa acidorum additione, ut ſpiritu nitri, ▽, quæ tutò adhiberi poſſunt, ſpecificari; ſicque in corpora ſaliformia ſeu ſalia tertia transmutari ſolent, adeò, ut & Tacchenius dicat: perfectum nitr. hinc reſuſcitari poſſe, ex ſpiritu nitri nempe & nitro fixo. Interim aliqualis adhuc intercedit differentia inter verum nitrum & regeneratum ejusmodi: cum nitrum verum in aqua ſolutum in vaſis ſtanneis poſt evaporationem nullam iisdem affricat maculam; ſecus atque à nitro regenerato conſpicitur, ubi macula ſolet remanere, & quidem nigra: Ratio eſt, quod in regenerato nitro adhuc aliquid terræ lateat, alcali adhæreſcens; in nitro autem vulgari nullum eſt ♑ fixum, vel ▽ cum eodem coagulabile.

Oxyſalis pag. 51.) Angelus Sala *in præparatione Eſſentiarum* Oxyſal *diaphoreticum* ex ſale carduibened. & aceto deſtillato habet: verum hujus loco ▽ foliata tartari, vel ejus liquor, ſufficit

Saturatio) Saturari & à quibusdam alcalia fixa ſolent cum ſpiritu ☉is: ſed ita ſimpliciter ☉ commune, aut item ac ☉ antihypochondriacum accipitur; quod in deſtillatione ♒ ☉ ✶ci & ☉☿, ubi & ☿ agit in acidum ☉ ✶ci, relinquitur.

Alcalia cum ſpiritu vitrioli) Alcalia fixa cum ſpiritu nitri in ſalſum tertium; quale eſt ☿ vitriolatus, abeunt; loco cujus & ♁ vitriolatum ſufficere poteſt juxta Ludovici *Tractat. de Volatilitate* ☉☿*i pag.* 72. ex ſolutione vitrioli in aqua communi facta, & cum ♁ verè fixo præcipitata, factum, coagulando hinc liquorem filtratum in cryſtallos; quæ dant arcanum duplicatum. Tandem loco hujus nitri vitriolati commendat Autor *& pag.* 52. mixturam extemporaneam alterantem ex ☉ abſinthii, ♒ ♁i, & aqua deſtillata, quæ ipſa eſt mixtura febrifuga Crollii & Hartmanni, ubi agit *de Febre tertiana* reperienda: ſicut ejus quoque uſus proſtat in Riverii *Obſerv.* Nempe:

℞. ▽ *Cichor.* ℥j. ad ℥iij.
☉ *abſynth.* ℈j. ad ℈ß.
♒ ♁*i* gtt. vj. ad x.

Hæc mixta duas horas ante paroxyſmum propinant, & ſanè non contemnenda eſt hæc mixtura.

Eſſentialia ſalia pag. 52.) Hæc non ſunt propriè dicta ſalia, ſed ſaltem concreta ſaliniformia, & parantur ex Decoctis & ſuccis Vegetabilium depuratis & nonnihil inſpiſſatis; ſic enim in loco frigido concreſcunt hæc in ☉: Confer. Zvvelfferus. Horum parandi modum propoſuit primus Angelus Sala *in Tartarologia*; ſicut poſt eum Rolfinccius *in Chymia.* Conf. *Collegium in Schræderum.*

Volatilia Vegetabilium ſalia pag. 53.) Notum eſt: quod ſalia volatilia ex animalibus promptiſſimè & ſimplici deſtillatione parentur: jam verò, cum & vegetabilia turgeant ſalibus volatilibus, mirum eſt, quod illa non tam promptè, quàm quidem animalia, ſuggerant hæc. Ratio difficultatis hujus, conſiſtit in eo: quod in animalibus

adſit parum vel nullum acidum ligans ſal volatile, ſed hæc vel moderato adhibito igne ſpontè avolant ; contra omnia vegetabilia habent acidum plus minus manifeſtum ſeu occultatum, quod, dum incipiunt fermentari, ſe prodit ſociatum ſemper ſulphuri ſeu pinguedini plus minus abundanti : hoc ergo acidum pingue in vegetabilibus quaſi ligat & figit eorum ſal volatile. Confer. *Collegium in Schræderum.*

Liquidos ſpirit.) ~ vel melius ſalia volatilia vegetabilium in forma ſalina ~us aſſervantur, cum ita non adeo facilè evaneſcant & promptius diſpenſari queant : ut taceam eadem in forma ſicca aſſervata facilè liqueſcere pro natura alcalium omnium. Dicis : atque ea poſſunt coërceri fixatione, nempe per ~ ſalis vel ⊕li? aſt quid inde aliud emergit, quàm ſal commune *cum ? adeoque ejusdem cum hoc homogeneæ, detergentis puta & deobſtruentis efficaciæ ; Unde in aqua liquida ſpirituoſa poſſunt aſſervari.

Volatilia regni animalis ſalia) Hæc facilè parantur ; & rectè notat Autor, quod ſpecificas virtutes Vulcanus præcidat vel alteret. Nam quæcunque ſalia volatilia, ſive ſanguinis humani, ſive cranii ejusdem, ſive ſanguinis bubuli, revera ſunt ejusdem naturæ & coincidunt, cum ab igne craſis ſpecifica alteretur & pervertatur ; unde unum, nempe ~ aut ſal volat. C.C. vel urinæ ſufficiat pro contractiore Pharmacopœa & ſelectiore Praxi. Et hæc quidem ſalia volatilia aſſerventur potiùs in liquida, quàm ſolida forma: ſublimata nempe ea & rectificata ſolvuntur in proprio ſpiritu, filtratione ab omni oleo ſeparato, ita ad ʒß. vel ʒj. optimè poterunt propinari. Cæterùm additio ♈, quam habet Autor eſt fruſtranea, & ſufficit proprius ~ ab ♌ ſeparatus. Salia hæc volatilia animalium polychreſta ſunt, ſed non ſæpius ſublimentur ea ; nam quò magis ≙antur, eo magis ſeparata vi ſpecifica (ſi quæ ſupereſt adhuc) caſtrantur. Equidem fœtent ſalia hæc, dum de oleo adhuc participant ; interim fœtor hic non eſt contemnendus, quippe qui ſudoriferarum alexipharmacarum & deterſivarum virium eſt. Fixationes autem horum volatilium ex animalibus nihil valent ; cum ea non ſint figenda, neque per ~ ſalis, ut fecit Zvvelfferus, neque vitrioli ; ſecus enim inde emergit concretum inſtar ⊖*ci, & præ hoc nullam prærogativam obtinens. Equidem poſſunt ſalia volatilia per acidos ~ fixata, additione ſalis tartari, abſorbentis acidum, figentis, reſuſcitari, dum hac ratione ſal volatile iterum prodit, qualem modum *le Febure* ſuppeditat ; aſt labor hic inanis eſt, cùm taliter non differant planè à ~ ſal. Aᾱoniaci : loco igitur talis ſalis reſuſcitati ſal vol. ⊖is *ci in uſum vocetur. Alii tandem figunt dicta ⊖ia animalium per acetum minerale, aut etiam acetum commune ; verùm ſic æquè caſtrantur : Alii ~ æruginis figere ea tentant, ſed par ratio ſubeſt, adeò ergo potius in forma nativa aſſervari debent. Optimus autem rectificandi modus eſt, ut ſalia volat. poſt primam deſtillationem cum ſpirit. vini probè rectificato per aliquot ♌♂ digerantur ; ſic ♋ fœtidum adhærens à ſpirit. vini diſſolvitur & extrahitur, poſtmodum cum novo ſpir. vini ex phiola altiore blando calore ſublimetur, & aſcendit ⊖ volatile candidiſſimum, remanente in fundo ſpirit. vini particulis oleoſis imprægnato.

Fixa animatorum ſalia) Hic occurrunt parci proventus : interim commodius ex liquidis animalium partibus, v. gr. ſanguine bubulo, quàm ex durioribus iſtis, ut C.C. eliciuntur : ratio eſt, quia in animalibus parum acidi invenitur, à quo tamen intercedente pingui aliàs emergit ſal fixum. Cæterùm cùm hæc ſalia fixa non obſervata ſint ſingularis fuiſſe effectus, propterea ex Praxi ſelectiori eadem excluſa volumus.

Marinorum ac Mineralium quorundam cremores calciformes pag. 55.) Monuimus ſupra : quod Oſtracodermata poſt calcinationem abeunt in perfectam calcem, ex qua per decoctionem cremor calciformis colligi poteſt : par ratio eſt cum cryſtallo, ex qua calcinatione cremor elicitur : verùm hic cremor præ calcis vivæ cremore nullam prærogativam obtinet ; unde in hoc cum Autore noſtro quieſcamus. *Uſus ejus* eſt magis externus, utut & internè pro ulcerationibus partium internarum, phthiſi &c. ordinari à nonnullis ſoleat. Porrò & aliæ dantur ſolutiones, ſalium nomine venientes, quando nempe corallia, perlæ, lapilli cancrorum, &c. ſolvuntur in aceto, & poſt aliqualem menſtrui abſtractionem cryſtalliſantur ; quæ cryſtalli ſalia dicuntur : ſed & hæ nullius ſunt pretii, quin potius laudem merentur extemporaneæ iſtæ miſturæ ex Sylvio cognitæ ex his ſubjectis cum aceto & aqua appropriata ; quarum intuitu illis carere poſſumus in Praxi ſelectiore. Tandem Autor noſter dum dicit : Solutiones marinorum & oſtracodermorum cum aceto deſtillato factas ; inſultare videtur Zvvelffero, eas *in Append. Animadverſ.* contemnenti, ideò quod eſſent noxiæ & corroſivæ ; verùm benè ſimul reſpondent : quod dictus Zvvelfferus, & ſolutiones cum ſpirit. virid. æris factas & à ſe commendatas, noxias pronunciare debuiſſet.

Specierum & pulverum officinalium p. 56.) Horum ingens numerus eſt, & comiſta iunt pretio-

Digitized by Google

pretiosa vilissimis, adstrictoria & durabiliora fatiscentibus: sed cui bono? cum omnes ferè coincidant, constantes ex seminibus carminativis, additis aromatibus, e. gr. zinzibere, caryophyllis, mace, cinnamomo, galanga, & similibus, nisi quod in una alterave horum pulverum specie aliqualis sit differentia, undę potius consultum foret, ut specierum harum 8. vel 10. sine saccharo tamen & pinguium additione asserventur, pro praxi concinniore: vel misceantur, quod melius est, aromata legitima compositione, cum ☉ Ammoniaco, vel arcano duplicato Mynsichtii; ita enim mille usibus sufficere possunt, e.g. species Imperatoris, vel diatrion pipereon, item pulvis stomachalis D. Michaëlis.

Rotularum ac Tabularum pag. 58.) Hæ ut plurimum palato saltem inserviunt; unde ex omnibus illis Autor quasdam saltem nempe arteriacas, pro faucium & pectoris affectu à lympha acri, eligit, reliquas removendo, ideò, quia saccharum ut plurimum nocivum est, & corrumpitur in stomacho: Adeò ergò nobis sufficere possunt species diatragacanthæ frigidæ, vel diaireos, quibus iij, vel iv. partes flor. sulphuris addantur, & cum saccharo in rotulas successivè deglutiendas cogantur. Vel ℞. simpliciter species diaireos usitat: quibus cum saccharo in rotulas redactis aspergantur aliquot guttæ ♎ destillat. anisi aut citri.

Anthelminticas pag. 58.) Morsuli anthelmintici parantur ex semine cinæ contra lumbricos: Sic prostant & rotulæ ex Mercurio dulci & saccharo, pro eodem scopo exturbandi vermes; interim in talibus cautelâ opus est: Nam (1) Mercurialia sunt nocentissima gingivis, (2) facilè eadem salivationem excitant, cum & per cosmetica ex ☿ dentes fuerint nigri redditi. Inde, qui ad salivationem sunt dispositi, vel excoriationes in lingua habent, vitent morsulorum usum cum Mercurio dulci paratorum; secus enim salivatio dolorosa eos vexabit: quin potius exhibeatur pro scopo ejiciendi vermes Mercurius dulcis cum pauco saccharo mistus in cochleari ligneo, vel etiam in forma boli aut conservæ pro infante.

Aromaticæ) Loco harum saccharum liquefactum & in justam consistentiam redactum, addendo aliquot guttas olei destillati aromatum, quodcunque lubet, esse potest; redacta hinc invicem in morsulos vel rotulas: ita hæc tantum præstant, quantum aromata in substantia exhibita.

Confectiones communes pag. 59.) Omnes hæ prostant quidem pro beliariis, non autem pro medicamentis. Cæterum epiphonema Autoris nostri est notatu dignum.

Hecticis) scilicet veteres hecticis amygdalata & pineata porrigebant, quando fauces siti affligebantur: interim dicta remedia hoc incommodi habent, ut muco viscido stomachum per se debilem onerent, appetitumque prosternant, rancorem contrahendo: quod & præstant emulsiones.

Tragea grossæ pag. 60.) Trageæ grossæ, Germ. **Pfaffenfutter**/ sunt species grosso modò contusæ & ex aromaticis paratæ; dosi cochlearis; ab omni pastu usurpandæ. Fiunt ex seminibus carminativis & aromatibus. Usus harum dicitur esse promovere digestionem primam in ægris stomacho frigido, h. e. cruditate ejus acida, & hinc natis flatulentiis laborantibus. Verùm variæ sunt istæ trageæ, & parum vel nihil commodi habent: quando quidem necesse est, ut vigor stomachi vim eorundem medicamentorum eliciat. Unde rectius Sylvius loco talium salia volatilia oleosa propinat in potu, quale & ipse in omni pastu solitus fuit assumere.

Moschardina) Moschardina sunt trochisci cum ambra aut moscho parati, pro refocillatione capitis & spirituum animalium ac fœtore halitus inservientes, quorum compositionem videb. in Schrœdero *pagin.* 299. & Zvvelffero *pag.* 203. Cetertim loco horum res longè succinctius absolvi potest, si fortè topicum oris malum, adeoque halitus fœtidus palliandus sit: nempe formari potest globulus ex tragacantha, inungendus cum oleo aliquo destillato suaveolenti, aut cum vel sine moscho subacto.

Saponis) hujus loco longè elegantior est essentia benzoës cum spiritu vini parata, de qua infundatur nonnihil in parum aquæ rosarum vel cinnamomi; ita lactescit, hinc abluatur eadem facies vel manus, præter nitorem egregium odorem relatura.

Poma ambræ) His ipsis longè præstantiora sunt & efficaciora ex oleis destillatis aromaticis parata balsama.

Trochiscorum pag. 61.) in his nihil habetur, quàm nova textura: Nempe pulveres cum mucilagine tragacanthæ in novam trochiscorum consistentiam incrustantur, qui labor vanus est. Interim Autor excipit trochiscos sublinguales in peste iis proficuos, qui cum ægris talibus conversari necesse habent. Sublinguales hi trochisci aut ex camphora, aut ex myrrha, tanquam ex primario ingrediente, componuntur. Sic

℞. *Saccharisucco citri impregnati* ℥j.
Myrrhæ ʒj.
Camph. ϑj.
mucil. gum. tragac. q. s. F. Pastilli.

Pilularum massæ) Harum mirabiles compositiones prostant, numerum centesimum

Digitized by Google

excedentes, ex crudis purgantibus paratæ, ac quoque in modernorum, puta Zvvelferi *Ph. Reg* inveniendæ: Ex omnibus autem his 2. vel 3. ſufficiant pro mille hominibus purgandis: Origo autem hujus multiplicationis in compoſitionibus fuit, quod veteres ſuppoſuerint tot varios ſuccos in corpore varia remedia purgantia requirentes, quibus addiderunt ſua corrigentia: imo, quia humores nunc peccarent in capite, nunc in pedibus, nunc in pectore, addenda autumarunt ſpecifica corrigentia, quorum beneficio veheretur purgans ad noxium humorem in parte. Aſt in genere & ſine ſelectu operantur purgantia, promiſcuè colliquefaciendo & noxium & utilem humorem evacuando; unde paucæ maſſæ ſufficient. Quod autem attinet correctionem veneni purgantis; ea non fit per addita aromatica; quin potiùs ita præparanda ſunt purgantia, ut per ſe mitiora ſint: quod optimè fit per ſal tartari & fermentationem cum ſucco quodam vegetabili, ad inſtar opii inſtituendam modo Langellotti. Directio tandem purgantium eſt planè fruſtranea; potius ſi ea fuerint debilia, non penetrabunt ultra primas vias; ſin verò fortia, & totam M. S.am irritent, etiam in remotis corporis locis colliquationem humorum inducent, ſine ullis dirigentibus additis. Adeò ergò duæ pilularum compoſitiones ſufficere poterunt: nempe ex antiquis maſſa pilularum de hiera c. agarico, ex modernis verò extractum panchymagogum Crollii. Hæ duæ generales compoſitiones ſpecificari & acui poſſunt diverſis cum ſtimulis, v. gr. cum ſcammoneo, ut & ejus reſina, aut pro viſcido humore expurgando cum extracto trochiſc. alhandal; aut denique pro ſeroſo cum reſina jalappæ. Quinimo certis in caſibus ℥ dulcis addi poteſt, & in quibus acidum viſcidum peccat, gummi Ammoniacum, ut in hypochondriacis & ſcorbuticis.

Laxativis pag. 62.) Veteres pilulas laxativas uſurparunt ſine ſtimulorum additione, adeoque no. 50. vel 60. ad piſorum magnitudinem accedentes, & ʒß. pendentes: Verum moderni conſultius ſtimulos illis addunt. Cæterùm ſufficiunt aloëticæ, Glaſſianæ; harum unam vel alteram ante cœnam aſſumendo: vel etiam pilulæ de gummi Ammoniaco Quercetani, vid. Schrœderus, quæ à gr. xij. ad xv. vel ℈j. veſpertino tempore deglutitæ, ſuaviter laxabunt: Vel, cui volupe eſt ſingularem compoſitionem obtinere, is imitetur Tilemannum, qui pilulas aperientes ſibi dictas loco uſualium præſcripſit.

Alterantes) Pilulæ alterantes interdum etiam requiruntur: quando nempe parientes ſunt delicatuli, & remedia ingratioris ſaporis reſpuunt. Cæterum hæ ex tempore poſſunt præparari, nec opus eſt, eas mox habere in procinctu: Sic ſi deſiderentur pilulæ ſudoriferæ:

℞. *Extracti Carduiben.* ℈j.
theriacal. gr. v.
c. ſ. q. ℞. *ſuccini* fiant pilulæ.

Quarum effectus egregius, una cum ſuavi ſomno.

Si Martiales exoptentur pilulæ:

℞. *Extract. helleb. nigr.*
⊕*l.* ♂ aa. ℈ß.
Extract. trochiſc. alb. gr. j.
c. ſ. q. *ſyr. de pomis* fiant pilulæ.

Sin tandem hyſtericæ ſint ordinandæ:

℞. *Extract. Caſtor.* ℈ß.
aſæ fœtid. gr. v.
⊖ *volat. ſuccin.* gr. iv.
laudan. opiat. gr. j.
c. ſ. q. ℞ *deſtillat. chamomill.* f. *pilulæ hyſtericæ.*

Electuaria) Horum ſeriem vid. *in Diſpenſat. Veterum.* Cæteroquin electuaria purgantia ſub forma bolorum ab ʒß. ad ʒj. porrigebant, quæ tamen apud nos exulare jubemus, & vix, niſi in clyſteribus, eadem uſurpamus. Contra alexipharmaca electuaria pro Praxi contractiori commendo ſolam theriacam & electuarium diaſcordii Fracaſtorii, à Sylvio *lib. 1. Prax. c. ult.* correctum, imo & theriacam diateſſaron: cui tamen opium addendum ſuadeo. Tria hæc inſtar omnium pro alterantibus & alexipharmacis ſufficiunt. Electuaria verò ſtomachica, pectoralia, &c. ex tempore melius fiunt, nempe ex conſervis, quibus addantur pulveres & extracta pro lubitu.

Looch pag. 63.) Loh Arabibus, Græcis ecclegma, Latinis linctus audit, & ad affectus faucium & pectoris vulgò commendatur: Verùm faucibus equidem, pectori verò & aſperæ arteriæ parum medentur, quippe ad quæ loca illorum per rimulam laryngis nullus eſt ſine tuſſis & doloris exaſperatione, acceſſus; adeoque ſaltem pro faucium affectibus duplici ſcopo præſcribi ſolent: Scilicet primò ut fauces lubricitent, & in iisdem aut phlogoſin & inflammationem incipientem, vel conceptam excoriationem, aut denique dolorem, temperent & blandè corrigant: pro quo tamen ſcopo pauca looch ſufficiunt; nempe ea, quæ fiunt ex papavere, & quæ incraſſatæ vulgò dicuntur, quibus ſi addantur paſſulæ vel liquiritia, res etiam proficua videbitur. Hinc ſumendus erit ſyrupus diacodion Montani, qui gratiſſimus, & loch paſſularum à Schrœdero *p. 178. lib. 2.* deſcriptum, vel miſceatur ſyrupus ſcabioſæ cum ſyrupo diacodion: hique duo cum baculo

Digitized by Google

baculo liquiritiæ lambendo ſucceſſivè deglutiantur. Secundus ſcopus eſt, ut lympha mucilaginoſa & viſcidior in iſthmo faucium hærens detergatur & abſtergatur, hincque ejus rejectio per ſputum promoveatur; pro quo tamen ſcopo ſufficit loch de ſquilla, vel ex gummi Ammoniaco, ad imitat. Riverii *Centur.* 3. *Obſervat.* 21.

Adeòque rectè dicit Autor, nos neque in ſano, neque in ægro indigere loch, cùm ex tempore linctus tales parari poſſint.

Omnes inter conſervas paucæ ſufficient: v. gr. roſarum rubrarum, florum tunicæ, borraginis, bugloſſæ, anthos & hederæ terreſtris.

Condita) Condita, ut radices cichorii conditæ, lactucæ, eryngii radix condita, &c. effœta ſunt; quia eorundem vis medicamentoſa ſub ſui ebullitione maximam partem evanuit: quod ſi autem propriam muriam iis velimus ſuperaddere, ingratum hinc emerget remedium amaricans; adeò, ut condita omnia ex Praxi penitus relegari queant. Par ratio eſt de confectis: In aqua radices ebullitæ & emollitæ ſaccharo obducuntur, & aſſervantur.

Siruporum, robmivarum, mellium medicatorum pag. 65.) De his moneo: Formulas eorum ſaccharô infectas originem duxiſſe è *Schola* Galeni, nec in *Scriptis* Hippocratis, tales reperiri; dehinc ad Arabes & Mauritanos fuiſſe delatas, à quibus in immenſum auctæ omnes veterum compoſitiones ſaccharatæ prodierunt. Sicut ab his ad Europæos pervenerunt eædem, ita à Renodæo, Quercetano & Rondeletio iterum ingens earum copia acceſſit, adeò, ut hinc tandem eò usque excreverit moles compoſitionum Galenicarum, ut ferè neſciamus, quàm eligamus. Huc ſyrupi pertinent, eam in gratiam inventi, ut partim decocta & ſucci vegetabilium melius conſervari, partim ut minori tædio ſub ſpecioſo ſacchari titulo aſſumi queant. Interim, quot hominum ſunt hodie, qui ferre nequeunt dulcia ſaccharata? Similiter in febribus ardentibus, tàm acutis & malignis, quàm intermittentibus, ceu fermenteſcibilia nociva ſunt. Et innuit Henricus ab Heer ex hac cauſa febricitantes divites pro pauperibus citiùs interire: Imò rejicit Panarollus ſyrupos ſaccharatos in morbis acutis conſuetos, ceu peregrinum ſaporem contrahentes, & in febricitantibus ad putrilaginem tendentes. Inſuper cùm ex Chymia hodiè longè concinniora habeamus remedia, proin ſyrupi pro ſcopo miſturarum edulcorationis, uſurpantur, adeoque pauci eorum ſufficiunt, e.g. Syrupus de ſucco acetoſæ, de corticibus aurantiorum, rubo idæo, de citro toto Sennerti, cydoniorum, flor. tunicæ, nicotianæ & violarum. Cæteroquin decocta & ſucci longè melius in Pharmacia aſſervari poſſunt, ſi ſulphuris gas imprægnentur. Aliàs & pro ſcopo laxandi infantes eſſe poteſt ſyrupus de ſpina cervina, & roſarum ſolutivus. Similiter ex mellibus & oxymellibus loco omnium proſtare poteſt oxymel ſimplex & ſquilliticum. Quod ſi autem propter ſaporis gratiam indigeamus ſyrupis, tunc facilè erit extractô & tinctura imprægnare ex tempore ſaccharum. Interim paucos excipit ſuccos Autor noſter, qui propter ſui coloris facilè deperditionem in ſyruporum conſiſtentiam redigi debent: ejus generis ſunt ſuccus violarum & florum tunicæ, qui ſub ſui inſpiſſatione colorem perdunt; ſicut & ipſe ſuccus fragorum & rubi idæi ſub redactione in extractum fermentari incipiunt.

Extracta pag. 66.) In extractis deſideratur craſis medicamentoſa & concreti ſimplex, ſeu ſeparata à reliqua ſubſtantia corporis concreti, quâ antea, tanquam nucleus à reliquo corpore ceu cortice, involuta erat; ſic e.gr. ſi cinnamomum deſtillatur, oleum ejus in ſe continet craſin totius concreti, adeò, ut ſeparato hôc oleo, cortex omni medicamentoſa virtute ſit exhauſtus: ſimiliter, quando ex eodem cinnamomo cum ſpir. vini elicitur iſta reſina, quæ aliàs ſub deſtillatione ſub forma olei prodit, tunc ſpiritus vini hinc rubicundus factus tinctura vocatur: quod ſi per ſpiritum vini aliqualem abſtractionem ad conſiſtentiam melliformem inſpiſſetur, vocatur extractum: imò, ſi ejusmodi tincturæ & eſſentiæ ex concretis plurimis ſimul eliciantur, nominari ſolent elixir.

Jam verò in extractis duo conſideranda ſunt:

1. *Subſtantia extrahenda.*
2. *Medium extractionis.*

Subſtantia extrahenda eſt vis concreti medicamentoſa, ſeu craſis tota pariter & nativa, h.e. quæ nullam à menſtruo vel etiam ab igne alterationem paſſa ſit. Medium autem extractionis ſeu ſeparationis, cujus beneficio craſis ſubjecti elicitur, aliàs vocatur menſtruum, in quo maximum latet negotium extractionis, cum illud eſſe debeat appropriatum craſi extrahendæ, h.e. particulis ſuis minimis ſubintrare debet menſtruum particulas concreti, hinc craſin medicamentorum ſeparare, ac in poros ſuos recipere; adeò ergo requiritur, ut menſtruum ſit ſimile rei extrahendæ: ſic enim, quia vis jalappæ conſiſtit in ſubſtantia oleoſa ſeu reſinoſa, propterea pro hac extrahenda requiritur ſpiritus vini, qui ſimiliter eſt oleum reſolutum: contra cum aqua res non procedit,

cum

cum hæc non poſſit penetrare corpora oleoſa. Jam porro ſimilitudo illa mutua conſiſtit proximè in particularum menſtrui & ſolvendi convenientia, ita, ut ſe invicem potuerint liquefacere: ſicut remote in denſitate texturæ materialis, quæ intercedit menſtruum, & rem extrahendam; etenim & ſimiles particulas & particularum ſimilem actionem probat hoc, quod oleum per ſpir. vini, ſulphur optimè per olea, contra mucilagines per aquoſa, ſolvantur. Inſuper contingit, ut unum ſubjectum pro diverſitate particularum diverſa requirat menſtrua; ſic enim lignum ſaſſafras & Guajacum duplicia menſtrua poſcit, reſinoſa nempe ſpir. vini, gummoſa verò decoctum cum aqua ſimplici. Præterea in menſtruis conſideranda eſt debita quantitas, quæ ſufficiat extractione, & qualitas, quæ debeat extrahere: quibus adde, ut menſtruum debito modo ab extracto ſeparetur. Vegetabilium extracta ſunt mucilaginoſa, ſive gummea, ſive reſinoſa, quorum illa aqueo, hæc ſpirituoſo eliciuntur menſtruo; animalium verò non dantur propriè dictæ eſſentiæ, ſed ſaltem gelatinæ cum aqua extrahendæ. Tandem in mineralibus, cum ſe ut plurimum gratia coloris commendent, propterea tincturæ nomine hæc venire ſolent. Vegetabilium extracta pauca ſufficiunt: nempe ex omnibus extractum abſynthii, centaurii minoris, carduibened. lignorum, &c. Quibus annumerandum & extractum opii, vel laudanum opiatum, ac tandem extractum quoddam compoſitum purgans. Cæterum conſiderandum probè eſt: ne extracta ſub menſtrui abſtractione ſubſtantiâ ſubtiliore nimis priventur; ideòque non bene volatilia extrahi poſſunt, quæ potius ſub tincturæ ſeu eſſentiæ titulo retineri debent, præſertim ſi in liquida forma ea diſpenſare animus ſit; hinc pro extractis ſint ſubjecta fixiora. Porro extractis his addendum eſt ſaccharum, ſi ea ſcopo arteriaco inſervire debeant; ſine tamen ſaccharo etiam reponi poſſunt, ſi loco ſpiritus vini ſimplicis ſpiritus vini tartariſatus vel tinctura tartari ſumatur, quâ ipſa eſſentiæ reſinoſæ elici debent: ſic nempe commodè in forma liquida diſpenſari & omnibus admiſceri poterunt, quod ſine ſalis tartari commercio aliàs fieri nequit. Porrò contingit interdum, ut compoſitis extractis commiſceantur quædam, quæ tamen extractis nihil communicant: Tale eſt extractum chalybis Schrœderi, ubi limatura Martis cum ſpiritu vini extrahitur. Par ratio valet, quando perlarum, coralliorum, &c. magiſteria pro extractione adduntur elixyriis. Sic in extractis purgantibus miſcentur etiam purgantia ſimplicium, quæ diverſa requirunt menſtrua. Pertinet huc extractum theriacale, in quo ſpiritus vini propter ingredientium nimiam copiam, ne dimidiam quidem partem extrahit,

Repetitis pag. 67.) Vanus labor eſt, quando eſſentiæ multoties cohobantur: Hinc Autor conſultum putat, unâ vice q. ſ. menſtrui rei extrahendæ affundere, unde erratum hac in parte videb. Zvvelfferi *in Pharmacent. Reg.*, ubi pro eſſentia caſtorei paranda toties hic affundendum jubet menſtruum, cùm tamen negotium in inſtanti poſſit peragi.

Ex aqua extremè deſtillata pag. 68.) Sic vanus eſt labor, quando quidam aquas ex aromatibus compoſitas, aliquoties eas cohobando, cum vino deſtillant, ac ita aquas vitæ acquirunt; dehinc remanentiæ affundere jubent ſpiritum vini; hæc enim remanentia maximam partem viribus ſuis exhauſta eſt, quia ſulphur concretorum volatile unà per alembicum aſcendit.

Tartaro pag. 69.) Faciunt quidam extractiones cum vino, ſed malè; ſubinde namque extractum ſub ſui inſpiſſatione ab acido vini tartareo coagulato alteratur, adeoque novas vires acquirit.

Aceti) Nonnulli extractiones inſtituunt cum aceto; ſed malè: quòd non quælibet ſimplicia, ut flores, ſed duriores ſaltim id ferre poſſint; unde ſi menſtruum abſtrahitur, tartarus aceti remanens immutat vires extracti.

Singulariſſimis) Hinc intelligit Autor liquorem alkaheſt, qui eſt ſingulariſſimus & univerſale menſtruum, ſervata tamen vi eorum ſeminali & craſi integrâ, liquoreque ſine ulla ſua alteratione iterum ſeparabili. Cæterùm hoc alcaheſt non introduxit Paracelſus, ſed hoc menſtruum univerſale exprimit per acetum radicatum, item per circulatum majus; contrà Helmontius vocabulo alcaheſt primùm uſus fuit.

Ænigmata pag. 70.) Tangit hic Autor noſter Helmontium, qui totam ſuam Praxin unico liquori alcaheſt ſuperſtruxit, nec tamen ejus præparationem manifeſtavit, ut poſſit intelligi.

Univerſalia alcaheſtina, Mercurius Philoſophicus, ſalia mirabilia) His verbis Glauberi perfidiam rectè inſimulat Autor noſter.

Circa roris) Fatetur hic Autor, ſe fruſtra alcaheſt in rore quæſiviſſe: Scilicet varia prætendunt Autores ſubjecta pro menſtruo univerſali conficiendo: Sic enim ſunt, qui in ſale aëris univerſali; alii in rore majali; alii in nive; alii in pluviis Martiatis; alii in nitro, ut Glauberus & Balduinus id quærunt; non ſecus atque alii hujus gratiâ bismuthi, Saturni & antimonii mineras vexarunt, ubi tamen ex horum radice eruendum id foret.

Parallelæ pag. 71.) Hæc epitheta alcaheſt deſumpta ſunt ex Helmontio.

Quoad

Digitized by Google

Quoad ſubjectum: Autor noſter dicit, Helmontium præcipere, ut deficiente liquore alcaheſt ſaltem diſcamus ☉ *tartari* volatiliſare, illi ſubſtituendum; quod tamen ſcopum non ferit: quin potius ipſæ proprietates injungunt ſuſpicionem ex ☿io vivo alcalheſt præparari debere, quantumvis Autor noſter adhuc dubitet: an Helmontius eum ex ☿io præparaverit? denique de ſuperſtite generoſo filio, quem Autor noſter ita nominat, hoc eſt, de Helmontio Juniore, nihil ſperare hac in parte nobis licet, qui in Anglia degens Enthuſiaſtam agit, nec eſt eruditi Patris Filius.

▽a ☿iali p. 72.) innuit hic rectè Beccherum Autor noſter, hanc ſententiam fovens: vid. ejus *Phyſ. ſubterran. ubi eſt ∽ ex ▽ ☿iali.*

☿ *vivi liquorem*) Modus inſinuatur ab Agricola in Chirurgia parva pag. 146. & Zwelfferus in Mantiſſa Spag. ubi de ☿ agit: ſed & hunc eſſe fruſtraneum Autor conqueritur; unde dubitat: an ex ☿ alcaheſt procedat? contrà tamen ego dico ſi ex ullo ſubjecto parandus eſt alcaheſt, ex ☿iali id fieri debere: vid. Tacchenius in ſcripto: Echo ad vindicias; ſimiliter ☿ pro ſubjecto alcaheſt agnoſcens.

Cum Jovis amalgamate collectus pag. 73.) Hâc ratione acquiritur ſimpliciter ∽☉i.

Multò minus arcani) His ipſis Zwelfferum intelligit.

Nec ab altera parte) Glauberus alcali quoddam compoſitum commendat ex ♀*i* ☽ique detonatione, quod utut ſit ☉ alcali non contemnendum, non tamen alcaheſt titulum id ſuſtinet. Pari ratione allegatus Glauberus ex ▽a quadam pingui calcinata elicit ☉ ☽iforme, quod in liquorem p. d. ſolvitur: ſed non ſufficit.

Sal mirabile) Sal mirabile Glauberi fit, quando ♌ vel ∽☽i affuſus ☉i communi deſtillatur; ſic prodit ∽☉is, ac in fundô manet ☉ duplicatum, facilè ſolubile & aurum ſolvens; pariter, ſi eidem ∽☽i affundatur, prodit ∽☉is, remanentiæ verò conducunt pro reſolvenda ☽.

☉ *volatile* ⊡*æ p.* 74.) Sal ammoniacum ſecretum ex ☉e volatili ⊡æ & ♌o ☽li Glauberus parat, quod in ♃ibus metallicis eliciendis multum præſtare glorioſe dicit, utut ſaltem in metalla calcinata efficaciam habeat.

∽*fuliginis*) Hic Glauberus intelligitur *lib.* 2. *Furnor. Philoſophicor. c.* 202. recipiens fuliginem furni: hunc coquit in ▽ ſimplici tamdiu, donec ▽ rubeſcat: deinde ▽am hanc filtratam frigori rigoroſiſſimo exponit, ita concentratur in medio ejus liquor ☉inus ♌ſus per coagulationem, & hoc elicit ∽m & ☉ volatile fuliginis, quem putat ſingularem; qui tamen talis non eſt.

Succos pag. 75.) In officinis triplices ſunt ſucci inſervientes uſui Medico:

1. Ex fructibus, v. g. cydoniis expreſſis.

2. Ex arboribus: harum nempe ramulis inciſis, vel radicibus perforatis exſudans; ut ſuccus betulæ, radicis juglandis, tiliæ; de cujus efficacia contra Epilepſiam notanda habet Tilemannus de Materia Medica.

3. Ex floribus liquefactis ſeu ſemiputrefactis, extraverſo ſc. eorum alcali confectis.

Succi ex floribus præter vim ſpecificam ſimplicis, etiam alcali extraverſo pollere ſolent, propter putrefactionem: ſucci vinoſi vel ſaccharô vel paſſulis poſſunt meliùs ad fermentationem diſponi.

Succi fructuum in Praxi contracta ſufficiunt ribium, cydoniorum, citri, rubi Idei, rob ſambuci, juniperi &c.

Ad priſtinum ſtatum pag. 79.) Genuina metallorum naturalium docimaſia eſt, ut hæc, vel relictum caput mortuum, nulla arte poſſint amplus in priſtinum corpus reduci. Quando enim in priſtinum corpus poſſunt reduci, vel ex ℞, vel ex ☿uo, eſt ſaltem ſucus, non vero ℞. Unde quando ∽☉is extrahit ☉ in ℞am aurei coloris, tunc quidem in fundo remanet corpus album omni colore ſpoliatum, neque per alcalia reducibile; interim fraudem latentem detegit ♂, cum quo illud tractatum reddit aurum in eodem pondere & conſiſtentia, ut adeoque ∽☉is ſaltem incruſtaverit, & intactum reliquerit aurum: quod ſi verò ∽ui illi ☉is addatur ∽☽i, mox cum ſtrepitu totum corpus ☉i ſolvitur, & à menſtruo illo imbibitur.

Eſſentias Quintas pag. 81.) ℞. v. g. ∽abſynthii rectificatiſſ. quem ſupra ſal proprium digerunt, & cohobant, poſtmodum aſſociant ♌ deſtillatum proprium: Sed hæc Q. E. in liquore ▽eo eſt ▽abilis. Potiùs ergò genuinas conficiendi modus hic eſt: ℞. alcali vegetabilium volatile per putrefactionem inchoatam paratum, hocque jungatur ∽ui proprio inflammabili per fermentationem elicito; dein ambo cohobatione finita jungantur ♌ deſtillato, ſic emergit genuina Q. E. nullo liquore ▽abilis, & hujus gtt. ij. vel iij. integram menſuram cereviſiæ vel vini largiter impræguant.

♌ *vini*, *pag.* 82.) Quidam operosè ♌ vini volunt parare ex ∽ vini, mediantibus ∽ibus acidis, v. g. ∽u ☽li rectificato, &c. Sed hoc ♌ tam ſingulare non eſt: vid. Williſii *Pharm. Rat. p.* 162.

Infuſorum pag. 84.) loco horum nobis in uſu ſunt Noduli extemporanei.

Decoctor.) Si excipiamus unum vel alterum Decoctum vulnerarium, pectorale,

Digitized by Google

lignorum tamarind. cum paſſulis C. C. ſimplex, vel cum ſcorzonerâ, reliquis omnibus poſſumus carere, & quia varia extempore poſſunt parari.

Aquarum deſtillatarum pag. 85.) Vegetabilia vel conſtant ſubſtantia volatili ♆eâ facilè exhalabili, vel fixiori: Iſtæ ergo ▽æ quæ ex volatilioribus eliciuntur, habebunt aliqualem efficaciam, ex poſterioribus vero elicitæ nuda ſunt phlegmata. Et v.g. ▽ menthæ, ſalviæ, fumariæ, plantaginis, florum ſambuci, &c. loco omnium ſufficiunt. Ineſſe autem quibuſdam ▽is pauxillum virtutis, conſtat ex ipſa nubecula, quam tandem contrahunt, quæ eſt quædam ſubſtantia tartarea volatilis, ſeu oleum à ⊖e vol. reſolutum, & in hac nubecula conſtat virtus, quæ tamen admodum eſt exigua.

Ardentes Vegetabilium ~ pag. 91.) Spiritus Vegetabilium inflammabiles ſunt olea Vegetabilium reſoluta; olea vero hæc nunc intimiùs ſunt concentrata in concreto, nunc verò non. Quando intimiùs ſunt concentrata, fermentationis beneficio diſſolvitur concretum: v.g. in abſynthio, roremarino, &c. hujus enim medio diſſolvitur ♁, & maritatur cum phlegmate, ſicque abit in ~: in quibus verò ♁ magis in ſuperficie quaſi hæret, v. g. in mentha, ſpica, lil. convallium, &c. non opus eſt fermentatione; ſed ſufficit ſimplex abſtractio ~ ejuſdem vinoſi, qui ♁ea hæc extrahit, imbibit, & ſecum per alembicum rapit. Vis ~uum eſſentialis eadem eſt, in accidentali vero virtute differunt: Omnes ſunt ♁ea reſoluta, hinc ♁ea ſunt alterata in craſi nativa, & hinc ~ non tam potentes ſunt, quam ♁a: pauci ergo ſufficiunt, ~ autem ſummè rectificati parum valent, quia ſic infringitur craſis ſpecifica propter nimiam diſſolutionem & rareſactionem olei, & ſic magis ad generalem proprietatem ~uum redeunt. Ad hæc ita rectificati non poſſunt uſurpari; ſed neceſſe eſt, ut diluantur, hinc potius relinquitur aliquid phlegmatis pro eorum vehiculo. Omnia ligna & radices, tàm noſtratia quàm exotica, dant ~um acidum, nonnihil empyrevmaticum plus minus, pro regimine ignis, & non differunt hi ~: ſi quid ſpecifici hauriri poteſt ex ejuſmodi lignis per deſtillationem, hoc eſt ex oleo. Dicis: nihilominus ~ ligni Saſſafras, fœniculi, &c. ſapore differt à ~ ligni Guajaci. Reſpondeo: his ſubinde tantillum adhæret de Oleo, cujus ratione aliqualis ſpecialis ineſt differentia; quæ tamen non diu durat, brevi enim poſt oleum ſupernatat, ~ vero iners, & cum omnibus aliis communis, ſe manifeſtat.

Volatilium Spirituum mineralium pag. 94.) Spiritus minerales ſunt vel ſimplices, vel compoſiti: Simplices, v.g. Spiriritus ☉li volatilis. Compoſiti, clyſſi; qui ſunt vel ♃ei, vel ♀ei, vel ♀eo-⊡oſi. Quod attinet famoſum illum ~☉li: reverà cohobatio ~☉li non deplegmati à proprio capite mortuo ritè tractato, loco hujus ~ ſufficit. Quoad clyſſos, ex his unicus, ~♀eo-urinoſus, ſufficiat.

Olea deſtillata pag. 101.) Noſtra ſubjecta in morbis chronicis non ferunt ejusmodi ♁a deſtillata; præter enim tœdia, ructus, & interdum anxietates præcordiales, ex ructibus retentis enatas, quandoque phlogoſes excitant: loco horum ergò conveniunt Eſſentiæ Vegetabilium cum ~ vini paratæ. Pauca ergo ♁a abundè ſufficiant. Glauberus recipit ~m ⊖is, affundit aromatibus, poſt digeſtionem deſtillat, & dicit copioſiora acquiri ♁a & ♁à eſſe nimis concentrata in ſubjectis his, ~m ⊖is verò diſſolvere ♁a, & diſcontinuare; ♁a autem ~ui acido æquè non ſunt commiſcibilia, ſed ſic diſperditur ~ penitus; & rejicit Autor hunc modum. Idem Glauberus rectificat ♁a ſuper ~um ⊖is propter empyrevma, ſed æquè ſunt empyrevmatica ♁a, & adhæc ~⊖is jacturam patitur; rectificentur potiùs cum arena, cineribus, C. C. uſto, &c.

Diſcutientia pag. 108.) Unguenta diſcutientia conveniunt in tumoribus, item in doloribus ex ſententia vulgi: ſed cùm plerique ſint ſcorbutici apud nos, hinc non conveniunt.

Unguenta pro oculis pag. 109.) His poſſumus carere, & potius liquida topica pro oculis conveniunt.

Aduniverſalium pag. 111.) Concedit Autor tale totius naturæ Corroborativum & Mundificativum; quæ duo tamen diſtinguit.

Panaceis pag. 112.) Scilicet panaceæ ſeu remedii univerſalis, eorumque morborum ſpecioſum nomen paſſim ob vulgi ignorantiam, & ineptam applicationem ſui, adeò malè audire ſolet, ut ad ejus mentionem nunc pluribus riſus moveatur: & quidem illorum plebejorum ignorantia in panaceis extollendis exinde nata fuit, quod ipſi remediorum vires non adeò ſatis æſtimantes, nec eorum naturam à priori perſcrutantes, hinc effectibus eorum ſingularibus in admirationem raptis ejusmodi remedium mox in univerſalium apicem, ſeu panacearum laudem elevarint. Sicut pariter inepta panacearum applicatio inde nata fuit, quod vulgus, ſaltem audito panaceæ nomine, illam mox indiſtinctim quocunque tempore, ſine ulla circumſtantiarum conſideratione & circumſpectione, ad quosvis morbos adhibuerit;

Digitized by Google

buerit; ideò non rarò plus noxæ quàm emoluenti concitarit. Unde potiùs vox panaceæ ſobriè interpretanda eſt, ita quidem, ut non dicamus, quaſi eadem omnes morboſos corporis defectus valeat tollere, cum vitia, quæ manuali indigent operatione, v.g. luxata, fracta, & vulnerata membra, male per panaceam curari præſumantur; quin potius remedium ejusmodi univerſale maximæ morborum parti ſubveniens, extendendum erit ad illos affectus, quos Hippocrates hoc pronunciato: Natura morborum medicatrix; intelligit: ſiquidem cujusvis panaceæ effectus vel in roborandis naturæ viribus, vel in corrigendis cauſis morborum occaſionalibus terminari ſolet; Unde ſequitur, morbis ab internis cauſis ſaltem natis ſuccurrere poſſe univerſale remedium. Sic porrò, dum univerſalis remedii ſeu panaceæ in curatione fit mentio, non intelligendum venit id excluſivè, quaſi cujuſvis remedii alius exhibitio excludatur, ſed ſaltem incluſivè, ita quidem, ut præmittenda alias generalia ſeu univerſalia præmittantur, & regulæ diætæ quoque ſecundum 6. res non naturales, ritè obſerventur: imò ipſæ panaceæ ſeu univerſalia pro individui, ætatis, ſexusque ratione, & additis particularibus ſubinde quaſi ſpecificentur. Tandem ad mentionem remedii univerſalis non concipiendum ſibi eſt, quaſi illud neceſſario omnes morbos curare debeat: quod ipſum nemo ſanus dixerit, cum ſic homo immortalis redderetur; quin potius panacearum efficacia intelligenda eſt ita, quod poſitis requiſitis & circumſtantiis, iisque non infringentibus naturæ vires, nec remedii vim invertentibus, curet quosvis morbos: Non ſecus atque hoc teſtatur aliàs Jalappa purgans, quæ eſt purgans quidem certum; præſupponit tamen quædam requiſita & certas circumſtantias, quibus negatis erit illa ſine effectu, & non ſemper purgabit. Ut adeoque, quoad ſpecialem virtutem univerſalium, obſervandum ſit, quod morbus omnis gaudeat duplici cauſa: efficiente ſc. formali, & materiali ſeu occaſionali; quarum alterutrâ ſublatâ, affectus ſeu morbus ceſſabit. Jam verò efficiens proximum quorumvis morborum ſunt ☁ ſeu principium illud vitale tàm ſanitatis quàm morborum prima & proxima origo: Nam ejusdem actionis eſt, quæ actiones ſanas perficit, etiam vitioſas perficere. Hinc deſtructo principio vitali per mortem, & morbus & ſanitas ceſſant, neutriusque particeps dici poterit cadaver; atque hoc principium vitale rectè conſtitutum, in œconomia animali bene conſtituta & ordinata, optimè omnia perficit, aſt laceſſitum & ex turbis œconomiæ corporis ſtimulatum ad p.n. anomalias, morboſos inſultus inducit. Pari ratione occaſionalium morborum cauſam conſtituunt contentorum vitia, nempe acidum, amarum, dulce, acerbum, & 600. alia, poteſtatum Hyppocraticarum nomine venientia: quæ ſi temperata fuerint & permiſta, bene inde valet corpus; ſin intemperata & ſeorſim inveniantur, œconomiam corporis variis turbis irritant & vitiant. Ex quo obſervari licet, Panaceas ſeu univerſalia habito ſic reſpectu ad duplex hoc cauſarum genus, duplici modo operari ſolere: nempe vel ſedando morboſos ☁uum impetus, & roborando eosdem, ſicque efficiendo, ut hi ſponte ſuâ corrigant occaſionales morborum cauſas, ut ſine tumultu p.n. in ordinem redeant, turbatæ functiones corrigantur, & eliminentur cauſæ occaſionales, redeatque pacatus œconomiæ ſtatus. Qualis effectus illuſtrari poteſt per opium, ſymptomatum urgentium ſedativum; quippe hujus debito uſu, adeoque ſupervenientibus licet halcyonüs, & roboratur ſubinde natura, & conſequenter hujus vigore cum ſudore aut ⊡ eliminatur nocivum: utut non ſine noxa quadam ſtupefactiva, ſpiritibus ſuò modò inimica, operetur opium; hinc ſaltem palliatione ſolet tollere morbos, nihilominus tamen illuſtrat primum morboſarum cauſarum genus. Sic quoque huc ſpectat virtus anodyna ♀is ☉i Veneris & illarum panacearum, quarum baſis eſt ♁. Vel & Univerſalia operantur reſpectu cauſæ materialis, temperando & corrigendo cauſas iſtas morborum occaſionales, & mitigando iſtas Hyppocraticas exorbitantias ☉inas & potentias exceſſivas, quæ quodvis acre temperando, p.n. contentorum inteſtinorum motus, ſicque ≓ationes, coagulationes, effervescentias removendo, omnium ortorum morborum erunt ſolamina: idque eò magis, ſi ſimul fuerint diaphoreticâ vi inſtructa, utpote cùm diaphoreſis naturaliſſimum correctionum illarum genus eſſe ſoleat; atque tale remedium univerſale fere eſt ☉ iſtud volatile ℞ſum Sylvii, ab ipſo maximè laudatum, ceu temperans quodcunque acre, & humorum corporis quosvis præternaturales motus compeſcens, blandaque diaphoreſi corpus mundificans. Sic quoque ejus generis ſunt quælibet ☿ialia, & temperantia ratione ♃is ſui extraverſi quodvis acre, & diaphoretica ratione naturæ fixioris ſuæ. Tandem huc ſpectant ☉ia ♎ris univerſalia ex rore, nive, & pluvia parabilia. Quod ſi autem utræque vires in uno remedio reperiantur conjunctæ, tunc illud univerſaliſſimi nomen tuebitur: quale quid & ſunt, ceu genuinæ panaceæ ♃a metallorum fixa, partim ratione ♃eæ naturæ temperantia potentias iſtas ☉inas, partim junctâ vi anodinâ ☁uum impe-

impetus & motus exorbitantes compeſcentia: item ſpectat huc lapis △ Baſilii Valentini, qui ratione virtutis ſuæ in cura morborum, & tingendis metallis, ad naturam lapidis Philoſophorum proximè accedit.

Unicornu mineralis pag. 114.) Unicornu minerale paratur ex ☋e ☉i ☿is, quod laudat Autor.

Arcanum ☉i pag. 115.) digeſtio, aliæque encheireſes à Mynſichthio ſunt occultatæ.

Alkaheſtino liquore) liquor Helmontii nomine ☋is circulati majoris venit; contrà Alkaheſt Paracelſo eſt hepatis reſtaurativum univerſale, ſicut videre eſt in Jonſonii Lexico Chymico.

præcipitatus p. 116.) Mercurius per ſe quidem bonum eſt remedium; interim talis ☿ cum auro fixatus diutiùs continuatus aliquali vi ſalivatoria ſimiliter moleſtus eſt, & ſe infamem reddit.

Azoth pag. 116.) Paracelſo eſt technicus terminus, varia denotans, & quidem intelligit

1. ☿ *metallicum*, ex perfecto nempe metallo reſuſcitatum.

2. ☿ Philoſophorum duplicatum, ſeu Rebis aliàs vocatum, ♃e ☉ri & ☿io univerſali conſtantem, de quo illud vulgare: △ & Azoth ſufficiunt.

3. Remedium ſummum, ex ☿io, ☉e & ☽a paratum.

4. ☿ fixum, in △e non deſtructibilem; quô dato dicunt: quod proximus habeatur gradus ad Philoſophicum.

5. Tandem in ſenſu Paracelſiſtico ſummam Medicinam Paracelſi in capulo enſis geſtatam, ab omni particulari determinatione ſeparatam, & vim omnium remediorum in ſe concentratam habentem, quod putarunt quidam conſtitiſſe ex ☿ rite fixato.

☿*io diaphoret*) Hunc Helmontius parat mediante ♃e ♁li ☿is fixo & ☿io ♍ato Vigonis: conf. *Tr. de Febr. c.* 14. §. 9.

Famoſum ſub ſeculi initium) Intelligitur hic Panacea Anwaldina, ex ☿iis metallorum procedens, poſtmodum verò adulterata ex merc. Cinnab. & regulo ♂ij, de cujus præparatione conf. Velſchius Hecat. 2.

Ut plurimum nil niſi pag. 117.) Scilicet quælibet Panacea ordinariò præparatur nunc ex ſubjecto magis univerſali, v. g. ex rore, ▽ pluviali, ☋e ♎eo; nunc ex ſubjecto minus univerſali, ut mercurio vel ♂io, vel hujus medio ex ☉e.

E minerali &c.) intelligit Panaceam Glauberi; quod eſt ♃ purum ♃ij, & hoc non eſt contemnendum.

Panaceam ſolarem pag. 118.) Intelliguntur hic pilulæ Wildeganſii, conſtantes ex opio, & forſan Cinnabari, vel mercur. per ſe fixato: ab opio ſiquidem iisdem combinato mulier aſthmatica ab iſtarum uſu ſuffocata videbatur: cautè ergo ob opium uſurpentur: interim præter vim anodynam egregiè ſunt ſudoriferæ; & pluribus morbis conferunt: Vid. *Miſc. N. C. anno* 3. ubi aliqualis earum deſcriptio.

Aviculæ Hermetis) Hæc eſt ☋ univerſale juxta Sendivogium ex rore præparatum & colligendum: conf. *Miſcellanea N. C. ann.* 3. *p.* 452. Sic & novi ex nive ſingularia menſtrua fuiſſe parata; ac Beccherus ☋ ſuum cœleſte in curanda peſte egregium inde habet; ſicut videre eſt in ejus Phyſica ſubterranea, *pag.* 182. Eandem agnoſcit originem Panacea illa Wolfgangi Dinheimii.

In ♀æ quaſi virgineæ pag. 120.) Scilicet dicunt vulgò: ☋ ♎ris univerſale, ſubjectum ♒us (ni ipſe ſit) Mundi, nunc variè in ♎re, nunc verò terræ poroſæ viſceribus ſe inſinuare. Illa dicitur ♀a Virginea, nullo ſpeciali ſemine adulterata ſeu inquinata, ſed indifferenter pro matrice vel vegetabilis, vel mineralis, vel animalis, hanc terram fovendi, fœcundamque reddendi ſe habentis, ut fiat mater omnium regnorum: atque tunc vocari ☋ centrale ♀æ, item ☋ naturæ: conferatur Orthelii Commentar. in Sendivog. in German. Idiomate ſeorſim proſtans: Sicut in Latino Theatro Chym. Argentinenſi annexus. Hic Orthelius ex ♀ vult parare ☋ pro ☿ duplicato.

♀*æ ſemine*) notat hic Autor examina illius ♀æ pinguioris ſibi relictæ, quæ deſtillata daret præter phlegma etiam ☋ volatile & ℞: Confer. præter Johannem Georgium Roſencreuzerum Anat. inferior. (nempe quod talis ♀ pinguis ſub deſtillatione varia ſchemata pratorum, florum, herbarum, &c. repræſentat) Lœſelius *de Podagra Edit. in* 12*mo. pag.* 262. atque hujus originis eſt ille Beccheri Spiritus, cujus meminit *lib.* 1. *Phyſ. ſubt. p.* 87. quod mirè vegetat & fœcundat.

Magneticis ſubjectis) Tale eſt ♀ illa magnetica Rochas quam habet *Cap.* 1. Scrutinii ſui ▽ar. mineral. Theatro Chym. annexi: Sic quoque ☋ ♎ris in ☿ latet, ſpecificatum tamen ab hujus ſemine, & quaſi individuatum.

Phalaja pag. 121.) Hujus meminit Baſilius Valentinus, inſinuat remedium contra quævis vitia interna.

Perlata materia pag. 121.) Hujus Autor eſt Crügerus im Chymiſchen Frühling / qui tamen reticet, quæ & qualis illa ſit? at ex amici

Digitized by Google

amici ore habeo, præparare illum hanc ex lapide illo violaceo, ideo ſic dicto, quia calefactus ſpiret odorem violarum: eſt lapis gryſeus, cui innaſcitur muſcus ſubtilis, ex quo materia illa perlarum prodiit. Tractata in aceto relinquit corpus fixum reguliforme; hinc forſan etiam ex addito ☿iali ſubjecto ſimul conſtabit.

Electrum minerale immaturum) Hujus primus mentionem fecit Paracelſus, & poſt hunc Helmontius *Tr.* Hæc quæ ſequuntur, relinquit imperfecta; item *Tr.* Arcana Paracelſi; parans inde ℞m Lili de Glaura, videatur Augurellus. Cæterùm illius metalli maſculi nomine varia intelligunt Autores, & alii mineram ♂is ☉rem, ſed ineptè indigitatam, volunt; Alii, ut Starckius, Zinckum ſub nomine illo venditant; qui tamen rectè à Weinslero in Metallographia refutatur: alii aliud intelligunt, nempe mineram Cinnabaris nativæ ſelectiorem in Hungaria reperibilem, & inſtar rubini translucidam & coloratam, & vocant **die Gold-Blume;** ſicut tandem moderni intelligunt ſub Electri immaturi nomine **das Rothgelbige Erꝛ/** ſeu mineram argenti rubram, cujus Zwelffe-rus meminit *Mantiſſ. pag.* 331. quodque arte parari poteſt, miſcendo certâ proportione ☽am & lapidem vel magnetem arſenicalem. Verùm, modo Idiotiſmum Paracelſi conſideremus, qui Electri immaturi vocabulo miſturam metallorum certo pondere & menſura commixtorum indigitavit, & electrum immaturum erit metallorum rudis ſpecies, prout in radice ſua adhuc quaſi confuſa hæret; quæque aliàs Saturnus Philoſophorum vocatur, & de hoc dicitur eſſe illud parentem vulgaris Saturni ſeu plumbi; ex quo dubium proin enaſcitur: An Helmontius unquam cognoverit Electrum hoc minerale immaturum, quippe cum ejus deſcriptio mineræ Cinnabaris nativæ competat. Dicit tamen ea, quæ reliquit Autor imperfecta, conſtare ex ☿io & ♃e metallico, quæ conveniunt reverâ Cinnabari, conſtanti ex ☿io & ♃e. Et dicit Autor: hanc Cinnabarin in Concreto nativo eſſe præſtantiorem, quàm ♃ ſolitarium ex ea ſeparatum, ex quo ſeparato, cum ☿io etiam ſeparato iterum conjunctis, diaphoreticum parat Schrœderus.

Purgantia pag. 133.) Ex inſigni Purgantium abundantia, quæ Regnum Vegetabile ſubminiſtrat, pauca quædam ſelectiora nobis ſufficiant: qualia ſunt Aloë, Rhabarbarum; utpote quæ duo ſola ex Purgantibus inſontia & abſque malignitate eſſe judicantur: item Jalappa, helleborus niger, ſenna, ſcammonium & Colocynthis. Ex Regno Animali nulla proſtant laxativa, niſi forſan ſola raſura unguium humanorum hic excellat.

In Regno Minerali præprimis excellit ☿ dulcis ritè paratus, & hinc cryſtalli & pilulæ ☽ares: Imprimis ☿ eſt, quod uberrima ſuggerit Purgantia, magis tamen vomitu, quam ſeceſſu operantia. Ex innumera varietate ☿ialium hujuſmodi purgantium pauca ſufficiunt: v. g. ♃ quoddam ☿iale ſaltem cum ♁☽i, ad imitationem Croci metallorum abſynthiaci Mynſychthii paratum: Confer. Williſius *Pharm. Rat. Volum.* 1. *pag.* 64. & ex hoc ♃e facilè parari poteſt ☽ emeticus ad ejuſdem Mynſychthii imitationem, quæ duo in forma ſicca abundè ſufficiunt. In forma liquida ſufficiat Syrupus emeticus ad imitationem Autoris *p.* 206. & 214. paratus; aut etiam Vinum emeticum ex infuſione vitri ☿ii vel croci metallorum paratum ad imitationem Kerkringii in *Commentar.* ſuper Currum Triumphalem ☿ii Baſilii Valentini *p.* 143. & 169. Quibus ſuperpondii loco accedit ſapa quædam vomitoria ex vitro ☿ii pulveriſato, ad imitationem Sylvii cum Muſto vel ſucco cydoniorum, vel ſucco pomorum Borsdorfianorum extracto, & poſt filtrationem ad conſiſtentiam Rob inſpiſſato. Vitra ☿ii pro hiſce remediis vel præparantur ad imitationem Kerkringii *cit. loco*; vel præparantur ex ☿ vitæ, unde obtinetur vitrum flavum, ſuccinum ☿ii dictum.

Porrò inter Præparata Pharmaceutica ex tot purgantium formulis ſufficiunt.

1. Infuſum ſennatum.
2. Eſſentia Jalappæ citrata.
3. Pulvis ex Jalappa ſeu ſcammonio, cum ♁ibus digeſtivis Compoſitus.
4. Inter tot pilularum varietatem pro pilulis uſualibus pilulæ aloëticæ ſufficient: Pro purgantibus verò ſufficiat Extractum quoddam catholicum ex iſtis ſelectis concinnatum: nunc cum ☿ dulci nunc cum helleboro, nunc cum aliis, pro ſpecialibus caſibus appropriandum.

Jam in ſpecie conſideremus purgantia, ubi in Autore noſtro ſe primo loco offert Jalappium; quippe etiam inter hæc evporiſta purgantia pro ſelecta praxi excellit, utut huic à nonnullis mechoacanna, quæ tamen debilior, vel gummi guttæ, quod violentius, præponatur: interim nos Jalappæ meritò primas deferimus, utpote non ſolum vi purgandi, ſed & ſternutationem movendi prædito: ſcilicet commune hoc eſt nonnullis acrioribus medicamentis, ut præter vim ſtimulandi inteſtina, & purgationem excitandi, exterius quoque nares vellicando pro errhino conducant. Hinc Elaterii pulvis & hellebori nigri ſternutatoria ſunt. Præterea Jalappium noſtris ſubjectis hypochondriacis, & omnibus

Digitized by Google

morbis chronicis, præcipuè conveniens eſt, cùm acido-viſcidæ cruditati oppidò medeatur; imò, nec ſapore, nec odore, nec torminibus moleſtum ſit.

Quoad modum utendi: ſumitur vel in ſicca vel in liquida forma: in ſicca, dum radix pulveriſata, vel ejus reſina, ſeu Magiſterium præbetur, ubi radix imprimis ☉ino tartareo remedio, ut cremore tartari, vel tart. ♁lato commodè combinari ſolet, ac in ſubſtantia per ſe ad ℈j. ſed cum ſtimulo ☉ino aut tartareo in minori doſi exhiberi poteſt: v. g.

℞. *pulv. Jalapp.*
tart. ♁*lati* vel *crem. tartari* aa. gr. xv.
℘ *deſtillat. mac.* gtt. ij.

M. f. pulvis pro pluribus Subjectis appropriatus.

℞. *Pulv. Jalapp.* gr. xij.
ſcammon. ♃*ati* gr. iij.
☿ *puriſſ.* gr. vj.
M. detur pro doſi.

℞. *Conſerv. roſar.* ℥ß.
reſin. vel *magiſt. Jalapp.* ℈ß. ad gr. xij.
tart. ♁*lat.* vel *arcan. dupl.* gr. vj.

M. cum *Syrup. roſar.* fiat Bolus.

Hic notanter additur tart. ♁latus, quia reſina eſt ℘ſa, unde facilè parietibus inteſtinorum adhæreſcendo tormina, & in prædiſpoſitis hypercatharſes poteſt inferre. In forma liquida reſina illa Jalappæ cum vitello ovorum, aut ſemine melonum poteſt propinari; utut optimè ſuccedat, eadem reſina ſub forma eſſentiæ citratæ, qualem habet Bartholinus, *Lib. III. Epiſt. pag.* 23.

Borellus *Cent.* 2. *Obſerv.* 23. ex hac arcanum contra hydropem habet, ubi beneficio ▽æ vitæ & Jalappæ pulveriſatæ nodulo incluſæ ardoribus caniculæ extrahit ſubſtantiam purgantem, quod gummi, non vero Extractum eſt. ▽ vitæ calidè filtratur per chartam, in fundo relinquit gummi, quod ℈j. pilulari forma propinatum miras facit evacuationes ▽arum.

Aloë pag. 134.) Succus eſt ex Aloë Indiæ Orientalis expreſſus & inſpiſſatus. Jam ergò in hac ſubſtantiæ diſcriminandæ veniunt; nempe reſinoſa & pinguis deinde gummoſa: Utraque ratione effectus & menſtrui probè diſtinguenda. Etenim quoad effectum, in ſubſtantia gummea vis aloës, ſuaviter laxativa reſidet, ſicut contra in reſinoſa ejus viſciditate vis torminum concitatrix & hæmorrhoidum & dolorum excitatrix; quod tamen non ſoli aloë proprium juxta Fuchſii & Manardi ſententiam, ſed aliis purgantibus, ſubſtantia viſcidiore præditis; hincque in rhabarbaro & dictus Manardus, itemque in ſennatis & ſcammoniatis obſervavit ſimilem effectum Scultetus *in Obſerv. Chirurg.* Cæterùm in hac reſinoſa aloës ſubſtantia ejuſdem vis balſamica conſiſtit, & ejuſdem ratione emplaſtris ea à Chirurgis admiſcetur, cùm & pulveriſata eadem vulneri recenti inſperſa ad promovendam ejus conſolidationem multùm faciat. Porrò intuitu Menſtruorum vis laxativa gummoſa aloës Menſtrua requirit ▽ea, reſinoſa verò Menſtrua ſpirituoſa ſeu ℘ſa, ex quo colligi poteſt, male Extractis & Eſſentiis catholicis per ☿ extrahendis addi aloën, cùm ſic vis ejus torminum concitatrix eliciatur. Pro uſu autem Medico ſufficit Aloë pura aut ſuccoterina aut lucida; vel ſi depurata Aloë à reſina torminoſa ſit, recipiatur, quæ cum ▽ ſive quolibet ſucco extracta blande in MB inſpiſſetur; ita habebitur aloë laxativa, relicta reſina noxia, atque hoc ipſius gummi facilè per ſe, vel additis aliis in conſiſtentiam pilularem redigi poterit: Conf. Autor in *Tr. de Volatiliſatione* ☉ *tart. pag.* 79. Acui poteſt Aloë cum aliquot granis ☉ tart. aut guttis aliquot ℘i tart. per deliquium, ita namque magis diſſolvitur illud gummi & activius, minuſque torminoſum redditur. Etenim, quia aloëtica nauſeoſa amara ſunt, hâc pilularum formâ eadem exhibenda erunt, ubi ſufficere poſſunt gr. vj. vij. viij. aloës extractæ in forma pilularum pro uſu domeſtico. Deinde & Extracto huic aloës addi poteſt vel tart. ♁latus, vel ☉ eſſentiale tart. vel pulvis radicis ari in umbra ſiccatæ, vel aliud blandè ſtimulans & laxans: atque hôc modò aloë cum menſtruo ▽eo, acuato cum ☉ tart. extracta, præſtat longè Veterum Compoſitionibus, quas hieras denominarunt; præferturque ab Autore Extractis aloës cum ☿ factis, cùm illa præſentioris ſit, quam hæc, auxilii. Pari ratione inſuccationes aloës vulgares cum ſucco roſarum, ut aloë roſata, violarum in violata, &c. item cum ſucco fragorum in fragata, quam Timæus habet, parum habent in receſſu; eſt enim cruda aloë cum tantillo ſucci obducta, & quantum quæso ſucci illius adhærebit aloë, quoniam hæc ad gr. vj. vel vij. uſurpatur? Tandem aloë ita extracta aliis purgantibus & extractis additur.

Sennæ pag. 135.) Coluthææ folia perquàm ſimilia ſunt ſennæ Alexandrinæ, unde ſubinde hæc illis adulteratur, præſertim cum & coluthea vi laxativa ſennam æmuletur, & in duplicata doſi idem præſtat, quantum Senna in ſimplici, dicente Bartholino *Cent.* 5. *Hiſt.* 60. *pag.* 119. Jam verò ſennæ vis laxativa conſiſtit in mucilagine quadam gummea, quâ ſeparata à viſcoſa reſina, ſenna ſine torminibus intrò aſſumitur; adeòque pro extrahenda ſenna menſtruum ſit aut ▽, aut vinum ☉ ♀eo impræg natum: adeò, ut ſi in Infuſo ea uſurpanda, ☉ tartari ſufficiat; contra, ſi cremor tartari ei combinetur, aliqualis Decoctio Infuſi fiat, neceſſe eſt;

Digitized by Google

eſt; ſecus enim cremor hic tartari non liqueſcit: interim utrumque ſtimulum tartareum ſociatum ſennæ videbitis in Infuſo Mannagettæ, Auſtriacis familiari, quod deſcriptum habet Zwelferus *in Pharm. Reg. pag.* 31. Quod ſi autem ex tempore in Infuſo ſennam præſcribere velimus tunc

℞. *Fol. ſenn. ſ. ſt.* ʒiij.
♁ *tartari* ʒß.
zingib. ℈j. ad ʒß. vel ʒj.
Infundatur in ſ. q. ▽ *ſimpl.*
℞. *Colaturæ* ʒij. vel iij. ad iv. adde
▽ *Cinam.* ʒij. M.

Et hæc potio ſuavis; quam ſi libuerit determinare, poterit & eidem prius addi vel rhabarb. ʒj. vel rad. helleb. nigri ʒj. & hinc dicto modo procedere:

℞. *paſſ. min. conquaſſ.* ʒj.

Ebulliant in ſ. q. ▽æ, ſicque Colaturæ ferventi
Infundantur
fol. ſenn. ſ. ſt. ʒij. l. ʒiij.
crem. tartari ʒj.

Stent in loco tepido ad refrigerationem:
Colat. ℔j. D. S.

Laxirender Tranck.

Doſis eſt hauſtulus ad ʒias aliquot, ſuaviſſimè laxabit.

Pulvis foliorum ſennæ eſt rari uſus, quia in magna doſi aſſumendus eſt; unde & pulvis Montagnanæ, cujus doſis ʒj. rariùs præſcribi ſolet ob nauſeam: ſimiliter, quia ſennæ Extractum parum operatur, propterea in ejusdem Decocto & Infuſo acquieſcendum eſt.

Scammonium pag. 136.) Noſtras non idem eſt ac Veterum: horum quippe ſcammonium ad ʒj. potuit exhiberi; Contrà in noſtro non licet ℈j. excedere; unde Fallopius rectè ſentit: Scammonium eſſe rarò purum, ſed ferè ſemper ſucco tithymalino aut eſulino adulteratum hodiè proſtare. Nihilominus nec hoc contemnendum eſt, uſurpaturque id tàm in forma ſicca, quàm in liquida: præ cæteris excellit pulvis polychreſtus dictus, cujus deſcriptio habetur in Rolfinccii *Chymia pag.* 334. eſtque ſcammonii Magiſterium vel Reſina, niſi quod ſit cum ſantalo tinctus, adeoque pulvis hic rubineus (Rubini Vegetabilis nomine hinc veniens) doſ. ℈ß. ad gr. xij. adjungendo eidem ſemper ſtimulum tartareum, & præſertim tartarum ☾latum, aut ☉ ☾latum.

℞. *arcan. duplicati* gr. xij.
ſcammon. ſulphurati gr. ij.
extr. trochiſc. alh. gr. j. M.

Porro ſcammonii utendi modum in forma liquida videb. in Autore. In forma Emulſionis autem vid. apud Rolfinccium *in Chym. pag.* 333. ad imitationem Sylvii *lib.* 1. *Prax. pag.* 27. v. g.

℞. *Scammon.* gr. x. xij. ad xv.
affunde ▽ *menthæ* ʒj. ʒij. vel pro lubitu, terantur in mortario lapideo, ita lacteſcit liquor, qui cum ▽ *cinam.* ſ. q. propinetur, reſina autem remanens abjiciatur.

Aliàs Magiſterium Scammonii paratur extrahendo ſcammonium cum Spiritu vini, & cum ▽ ſimplici ⩧ando: ſic & nonnulli id cum ſucco citri aut cydoniorum (unde diagrydium venit) ſolvunt & inſpiſſant: ſicut adhuc alii id cum ♃is fumo caſtrant, deſtructa hujus acida vi purgante: aſt potius in forma emulſionis liquida ſcammonium uſurpari poteſt. Imò quibus diſplicet ſcammonium, ex tithymalis aut eſulis mitius genus eligant, & inſpiſſent hujus ſuccum lacteum; ſic ille certò habebunt remedium non contemnendum. Tandem & ſcammonium cum ſucco cydoniorum ad modum Langelotti de opio tractari felici cum ſucceſſu poterit; quia dat etiam Purgans correctum.

Dauram p. 139.) Prædictis aſſociat pro ſuperpondio Autor. Hellebor. nigr. qui ſanè plus in receſſu habet. Etenim in morbis chronicis, hypochondriacis, melancholicis, & pathematibus ex defectu menſium pronatis, planè ſingularis eſt hujus radix, non tantum pro ſcopo laxativo, ſed & alterativo; quippe penetrante adeo ☿e volat. pollet, ut propterea ☿is fixi parum (notante hoc Zwelfero) in ejus cineribus reperiatur: atque hoc ☿ volatile eſt inſigne alterativum acidi ſpecifici morborum chronicorum, unde & rectè à Paracelſo ſub nomine Dauræ, & Tackio Phaſi II. laudatur. Cæterum modo ſit genuinus helleborus, non ſaltem Styrienſis expetatur, ſed quoque ſufficit communis radix. Et quidem modus utendi eſt tam in Infuſo, quam ex hoc parato Extracto; quin etiam pro forma ſicca, nempe pro ſternutatorio. Menſtruum autem pro infuſione & extractione hellebori non ſit ♈, quippe qui eum neque corrigit neque extrahit; ſed extrahatur potius cum ▽ ſimplici, vel ▽ aniſi, acuata aliquot granis ☿ tart. His infundatur Helleborus in vaſe aperto (quò fœtor hellebori exſpiret) hinc filtretur, liquorque poſt evaporationem aliqualem ſub formâ eſſentiæ liquidæ aſſervetur, cum ſyrupo roſarum edulcoretur, & ad ʒj. exhibeatur, vel etiam poſt totalem humiditatis evaporationem, Extractum ſub forma pilularum doſi gr. xv. ad ℈j. exhibeatur; utut præferendum ſit Infuſum, ceu ſubjectis hypochondriacis longè melius appropriatum ob liquiditatem: ut taceam ſub totali menſtrui evaporatione & aliquid de ☿ hellebori volatili perire, præſertim cum & Borrichius ▽am hinc deſtillatam ſaporem acrem obtinuiſſe obſervarit: v. g.

℞. *In-*

Digitized by Google

℞. *Infuſi helleb.* ℥j.
▽*æ cinam.* ʒij.
Syr. roſar. ʒiij.
M. pro proportione.

Porrò jam iſtud Extractum cum ▽ paratum non opus eſt, ut cum ☿ denuò extrahatur, ſecus namque ejus modificatio fit, impediens operationem ſperatam. In febribus intermittentibus convenit; primas vias enim à ſordibus inde latitantibus evacuat; ſed mox ante Paroxyſmum propinetur. In affectibus apoplecticis ad præcavendam recidivam convenit cum ☿io dulci ſub forma pilularum; quæ etiam in gonorrhœa virulenta præſcribuntur.

Colocynthidem pag. 140.) In viſciditate mucaginoſa extenuanda & evacuanda Colocynthis prærogativam habet. Cæterùm Colocynthis, ut guſtui patet, conſtat reſinâ & viſcidiſſimâ & amariſſima, cujus ratione & tormina atrociſſima cauſat, dum adhæreſcendo inteſtinis hæc in ſpaſmos concitat. Non ergo ſolitarie danda eſt colocynthis, ſed ſtimuli loco addenda, quin & vis illa torminoſa corrigitur vel per ⊖ tart. vel ⊕ cum carbonibus fixatum, vel & ▽m foliatam tartari: quæ omnia texturam reſinæ, ſicut alcalia omnia, diſſolvendo, hac ratione ejuſdem adhæſionem impediunt, & tormina præcavent; adeoque optimus parandi extractum modus eſt, ſi fiat cum ▽ ſimplici ⊖e tartari acuata. Sic etiam obſervavi colocynthidem pulveriſatam, ad gr. iij. vel jv. cum ſaccharo exhibitam, graviter purgaſſe, contrà cum ⊖ tart. miſtam blandè. Similiter, ſi recipiatur lixivium ⊖ tart. & infundatur fruſtis pomorum colocynthidis, lixivium illud omnem horum amarorem extrahit: dein lixivium inſpiſſatum cum ☿ extrahatur, ita obtinebitur eſſentia aliqualiter laxativa. Contrà cum trochiſci conſtent ex colocynthide cruda cum gummatibus combinata, exulent: hinc & ∽vitæ aureus Rulandi, vel infuſum trochiſcorum alhandal in ☿, vel vino Malvatico rarius uſurpari ſolet, ſimiliter repetita extractio Colocynthidos cum ☿ Zwelfferi eſt fruſtranea, quia tunc ejus vis caſtratur. Porrò colocynthis externè clyſmatibus incoquitur, iiſque tam ſimpliciter pro irritatione inteſtinorum, quam pro mortificandis vermibus adhiberi, & pro illo quidem ſcopo addi ſolet pulpa colocynthidos in petia ligata ad ʒi. ſic ſubtilior ejus pars elicitur, nec integra ramenta ſolvuntur. E contrà pro lumbricis exturbandis in lacte coquuntur: ita ſapore lactis allecti ejuſdem eſu mortificantur, & unà cum clyſmate ejiciuntur.

Mechoacanna pag. 141.) Mechoacanna alba rariùs uſurpatur, cùm ſit languida, & à ʒß. ad ʒi. imò ʒij. neceſſe ſit, propinetur, quod ſane tœdioſum, unde nec infuſa nec extracta quoque cum ingenti commodo adhibentur, niſi quod infantibus cum ſaccharo miſta facili negotiò adaptari queat; utut & his æquè feliciter aut Jalappa aut ☿ dulcis propinari poſſit.

Hermodactyli) Hermodactyli veterum quid ſint? neſciunt Moderni; & hæc radix Hermodactylorum eſt radix ſaltem Cocchici, adeoque iiſdem ſuſpecta & rejecta. Veteres equidem Theriacam articulorum hermodactylos denominarunt: aſt, cùm hodiè, quid ſint? neſciatur: propterea negliguntur.

Turpethum pag. 142.) Turpethum Veterum latet: ſunt, qui idem Thlaſpiam, alii Pithyuſam eſſe ſtatuunt. Incertæ conjecturæ! propterea nos illud negligimus penitus. Cujus naturæ noſtra radix? etiam latet. Uſus radicis & doſis multis eſt controverſa & ſuſpecta; quia validum eſt purgans, eſt radix reſinoſa, & quicquid attingit, ſub forma craſſiſſimæ & viſcidiſſimæ mucilaginis ſolet evacuare, & vulgò inter pituitam evocantia refertur. Correctionis ergò gratia quidam cum maſtiche, Zingibere &c. miſcent, ſed hæc correctio per aromata eſt palliativa; id eſt, non tollit malignitatem ſimplicis, ſed ejus noxam ſolummodò vetat.

Agaricus) Agaricus Veteribus uſitatior fuit: Modernis minus eſt; unde Extractum ejus rarò, rariùs autem ejus Infuſum, aut decocta, pilulæ, & denique trochiſci uſurpantur: utut enim à Veteribus multis alexipharmacis fuerit admixtus agaricus, cum tamen ſcopum hujus non videamus, propterea eundem rejicimus.

Rhabarbarum pag. 143.) Propter tonum hepatis reſtaurativum, anima ejus dictum, minus æſtimat Autor noſter: interim non planè rejiciendum illud eſt, cùm non ſolùm vis laxativa in eodem conſideranda ſit, ſed & vis ſpecifica alterativa, ratione cujus omninò magni ducenda: hinc & à Paracelſo laudatur, ſi nempe detur ejus vis laxativa: imò novi hic Mercatorem, qui calculoſus aliàs pulveris rhabarbari uſu ſolet ſe à calculo præſervare; non ſecus conſtat ex Scholzio, uſum ejusdem hydropicis contuliſſe; his ergo in caſibus pulvis ejus commodè doſi ℈j. ad ʒß. in vehiculo quoque propinari poterit. Cæterùm, utut Rhabarbarum exotica Chinæ radix ſit; noſtrum tamen monachorum ſeu hippolapathum in duplicata doſi aſſumptum eidem poteſt ſubſtitui, & hâc ratione tantum, quantum illa præſtat. Inſuper pulvis rhabarbari toſti ſolet quoque eſſe in uſu, quem non probo: cum laxativa rhabarbari vis conſiſtat in volatili quadam ſubſtantia, levi calore diſſipabili & pereunte; adeoque & Decoctum & Extractum rhabarbari ſunt effœta

Digitized by Google

fœta & languida, quia ſub decoctione, evaporatione, inſpirationeque vis laxativa perit. Hinc que ac ea hodiè non ſunt in uſu; quin potiùs ſumitur rhabarbarum in ſubſtantia cum cremore tartari, ſimilique tartareo ſtimulo commodius: ſic & Manardus Emplaſtro, cujus deſcriptio extat in Diſpenſatorio Horſtii *pag.* 612. rhabarbarum addidit pro diſſolvendis gummatibus Venereis: aſt cum meliora proſtent, propterea etiam illo emplaſtro carere poſſumus.

Guttam Gambodiam pag. 144.) Hujus natales ſunt penitus abſconditi, utut Horſtius & Hoffmannus in Officinis putent, eſſe eam ex tithymalorum ſpecie, ſuccum coagulatum, quantumvis ea ſit aurei coloris: & ſane omnia quidem attributa hujus conſpirant cum ſuco tithymalino; eſt enim Gummi gotte ſubjectum acre & erodens, adeoque præter laxandi vim, non rarò vomitus immenſos excitat. De cætero nihil aliud eſſe videtur, quam ſuccus Ricini Indici inſpiſſatus, è caudice Ricini circà radicem vulnerato deſtillans, & croco Indico tinctus, & easdem cum ſcammonio praparationes ſuſtinet. Interim loco dicti Gummi guttæ tutius ſcammonio uti poſſumus. Propinatur aliàs variis modis: nunc quidem crudum, nunc verò præparatum; nec præparatione inſigni opus eſt, niſi pro caſtigatione ejusdem; crudi autem doſis eſt ℈ß. ſic namquè Thonerus in ſua Praxi loco vomitorii hoc exhibet, dum illius ℈ß addit Syrupi roſarum ſolutivi ℥vj. ▽æcinam. borrag. ℥j. ſicque mixta pro una doſi propinat: hâc ratione ejus uſu & vomitus, & interdum quoque ſeceſſus excitari ſolent. Interim, cum exiſtat acrius, propterea corrigi nonnihil ſolet, ſubigendo cum ℔ amygdalarum dulcium; vel & eidem aliquot guttas ℔i deſtillati adjiciendo, pro acrimonia obtundenda; Spiritu ☉i imprægnant alii pulverem ejus, verum ſic caſtrant, non verò corrigunt Gummi guttæ. Optimè autem ea corrigitur ☉e tartari more Cloſſæi, quem habet Schrœderus *lib.* 4. *pag.* 256. Interim, cum operoſus ſit labor ille, propterea loco ☉ tartari ſumatur ☿ probè tartariſatus, quo ipſo eſſentia aurea elicietur; Tandem non incommode ex gummi guttæ cum ☿ magiſterium, vel & pulvis polychreſtus Mynſ. parari poteſt ad modum ſcammonii. Interim cùm iisdem viribus ferè polleat ſcammonium, ac adhuc fortioribus, propterea non opus eſt, ut nobis tædia ex Gummi gottæ paremus, quin potius eodem penitus carere poſſumus.

Euphorbium pag. 146.) Euphorbium Veterum quid ſit? reverà incognitum eſt: Interim ſufficit ſuccum iſtum inſpiſſatum, quem nos Euphorbium vocamus, eſſe violentiſſimum & acerrimum; unde & in deſuetudinem abiit, quoquo etiam modo per acida corroſiva pervertatur idem, & in aliud eſſe convertatur; Etenim, quibus volupe eſt, euphorbium uſurpare, ſolent id imbibere cum Spiritu ☉i aut aceto, ſicque hac ratione penitus caſtrare. Cæterum nunquam illud internè uſurpatur propter nimiam violentiam, ſed ſaltem externè: Nempe vice ſternutatoriorum id naribus ruſticorum inflatur, cum inter errhina ſit primarium Veterum, & hoc propter acrimoniam, imprimis ſub forma ſicca in deſuetudinem venit: Ut taceam, quod talia acerrima ſternutatoria perquàm ſint nociva, quandoquidem referente Kerkringio *Obſerv.* 51. *Spicileg.* helleborina, quæ tamen ab euphorbio longe ſuperantur, periculum nimiæ hæmorrhagiæ intulerunt. Loco pulveris igitur Decoctum ejusdem in ▽ ſimplici factum attrahatur à naribus, & iisdem illinatur pro ſternutatorio. Interim quoque hujus loco bina nobis ſecuriora proſtant ſternutatoria; quorum alterum ſiccum, alterum humidum eſt? Siccum commendat Helmontius *Tr.* Tuſſis & aſthma, & paratur ex ana radicis hellebori nigri ſiccato & ſacchari; quæ minutiſſimè pulveriſata irrorentur aliquot guttulis ℔ deſtillati caryophyllor. vel majoranæ aut lavendulæ, ſicuti in forma humida loco omnium eſſe poteſt, ſi

℞. ☉*li albi* ℥j.
ſolvatur in
▽ *ſimpl. vel font.* ℔j.

Hinc probè filtrati liquoris parum in nares cum cavo manus ſuffletur; aut cum linteolo in forma turundæ iiſdem intrudatur.

Hoc ſternutatorium in uſu fuit B. Dn. D. Langio, ac hujus laudes deſcriptæ quoque ſunt in Miſcell. Nat. Cur. ann. 3. *Obſerv.* 14.

Porro præter dictum uſum externum euphorbium etiam locum habet in caſibus chirurgicis, nempe in ulceribus profundis, cum carie incipiente, pulvis euphorbii vel ſolùm, vel cum pulvere rad. Ireos Florentinæ miſtus, vel & ☿ irroratus; Conf. Hildani *Cent.* 2. & Riverii *C.* 2. *Obſerv.* 79. & Kesleri *Cent. V. Proceſſ.* 442.

Elaterium pag. 147.) Elaterium eſt ſuccus cucumeris aſinini expreſſus & inſpiſſatus, violentumque remedium, & ſpecificè imprimis hydropicorum ex cavo abdominis ▽is evacuandis dicatus. Cæterum elaterium per ſe rarò in uſum vocatur, quin potius, quibus placet pro leucophlegmatia & cognatis affectibus id uſurpare, illi parent ſibi eſſentiam & extractum ex radice cucumeris aſinini, recipiendo radicis cucumeris aſinini in umbra exſiccatæ q. v. cui ſuperinfundant ☿ ♃ſatum, eli-

Digitized by Google

eliciantque eſſentiam; quæ ſub Extracti forma à ℈ß. ad ℈j. violenter hydropicorum ▽as expurgat. Interim, quia Jalappa, hujuſque reſina, in caſu hydropicorum non minoris eſt efficaciæ teſtante Borello *Cent.* 2. *Obſ.* 23. proin non eſt, quod huic illud præferamus. Tandem memini, me ante aliquot annos ſuccum cucumerum aſininorum recens expreſſum fermentationi ſubjeciſſe, hincque potum vinoſum aurei coloris accepiſſe, quem inſpiſſatum in extractum, mirè purgans obſervavi. Tanta vis eſt fermentationis.

Eſula) Hujus radicis cortex in uſu ſaltem eſt. Cæterùm obſervatum refertur à quibuſdam, quod pro ratione collectionis Vegetabilium purgantium nunc ſupra nunc infra purgent: prout de aſaro, julis ſambuci & eſula refertur. Alias cortex radicis eſulæ propter igneam acrimoniam, quam lingua occultat, ſed faucibus piperis ad inſtar affricat, præparari ſolet; vel ſubigendo eam cum mucilagine tragacanthi, adeoque inviſcando; vel per infuſiones cum acidis, ut ſucco citri, cydoniorum; ubi dein cortex ita præparatus in Infuſo aut extracto uſurpari ſolet. Verum melius adhuc cortex radicis eſulæ recens infunditur in acetum vel ſuccum citri, quò ſic ☉ illius volatile mitigetur: dein fiat Extractio ejus cum ▽ abſinthii ☉ e ♀i acuata; ita enim Extractum hoc fortioribus ſubjectis, pro viſcidis ſuccis evacuandis, commodè ad imitationem Rulandi exhiberi poterit. Interim cum nobis Scammonium obtigerit, hoc quoque eſulæ vices explebit, nec hæc locum habebit, niſi pro ſetaceo aut fonticulo in auris lobo ad modum radicis mezerii inſtituendo: de quo vid. Riverius *Cent.* 4. *Obſ.* 100. Parant quidam, ut Weckerus, conſervam ex floribus & foliis eſulæ cum ſaccharo; niſi verò addantur corrigentia, nunquam tutò in uſum eſt vocanda.

Lathyridis ac Ricini) Ricini, tàm vulgaris ſeu cataputiæ majoris, quàm Americani ſemina, grana tilli vocata, beſtiis quoque hoſtilia ſunt, dum ejus ℥ei expreſſi gutta violentiſſimè evacuat: Hinc exulent ex Praxi; non ſecus ac pilulæ de Mezereo hydroticæ vitentur.

Mezerii grana, cortices ac folia) Mezereum acre eſt purgans, ac, uti Schrœderus dicit, propter malignitatem rariſſimè in uſum venit, niſi cum aceto probè caſtratum fuerit. Hoc interim obſervandum eſt: quod folia Mezerii in vino decocta menſes cieant ſingulari efficacia ſine laxatione: vid. M. A. N. C. *ann.* 4. *append. pag.* 34. Extrinſecus ergò potius loco ſetacei uſurpatur radix in aceto nonnihil macerata, & auribus perforatis indita in oculorum catarrhalibus, ſimilibuſque affectibus: Conferatur Riverius *Cent.* 4. *Obſerv.* 100.

Succus radicis Ireos noſtratis pag. 148.) Hic in hydrope curanda multum habet in receſſu, ac in ſpecie, ſi illi ſimul anguſtiis præcordiorum laborent, mirum levamen percipiunt: in quo caſu ex inciſa hac radice exprimitur ſuccus per reſidentiam depurandus, & cum Syrupi violarum ana, v. g. ℥vj. ad ℥j. propinandus; ſic namque puræ ▽æ educuntur; vel quod commodius adhuc eſt, radix eadem inciſa coquatur vel in juſculo carnis vel gallinæ, dein juſculum pro lubitu propinetur ægro ſine turbatione; Quidam deſtillant ſuccum, & ad ℥iij. propinant pro ſcopo purgandi.

Byroniæ) Succus hic vel per ſe ad aliquot uncias, vel cum ſaccharo Syrupus paratus & uſurpatus, convenit in curanda hydrope; evacuat enim nimis abundans ſerum.

Corticum ebuli atque Sambuci) Horum utrique interiores vino infuſi conducunt pro ſero hydropicorum evacuando: aſt horum loco Jalappa ſufficit. Aut quibus noſtratium euporiſton aliquod placet, ii tempore verno recipiant flores acaciæ noſtratis recentes, quos cum aa. abſynthii miſtos in forma noduli vino infundant: & ſanè vinum hujus noduli infuſi reverà conducit cachecticis & ſcorbuticis tumidô ventre præditis, ſumendo ejus hauſtum mane.

Expreſſum arillarum ♃) nempe ex arillis ſambuci baccarum conficitur ♃, violentum vomitorium exiſtens, ad ℈j. in cereviſia aſſumptum.

Frangulæ cortex) Hujus interior cortex rarò, præterquam in hydrope, præſertim in infuſo à ℥iij. ad ℥vj. uſurpatur.

Nicotianæ infuſum vel Decoctum) Hoc efficaciter ſuperne & inferne purgat, præſertim, cum notum ſit, quod tabaci bibuli, fumi illius tantillum deglutientes, & vomant & cacent: ſic quoque Extractum cum ☿ factum pro ſcopo apophlegmatismatorio inſervit; ſi nempe illius pilula unica vel altera in ore detineatur, cavendo probe ejus deglutitionem; Inſuper, qui volunt habere purgans ex Nicotiana, imitentur Anglorum conſuetudinem, ſub forma clyſmatis fumum inteſtinis immittentium: quod videb. in Bartholino *Cent.* 6. *Hiſtor. an.* 66. prodeſt enim taliter in torminibus colicis, ſedat dolores & provocat alvum. In vino vel aqua cocta dentium dolorem ſiſtit, quidam coquunt in ✠ ſed male, acetum enim acorem auget.

Effœta) Talia recte ſunt myrobolani fructus exſiccati, & ab Arabibus commendati: Equidem dicuntur laxare, & ſtomachum poſt laxationem adſtringendo confortare;

Digitized by Google

tare; hincque in praxi communi in principio dyſenteriæ propinantur: aſt ſi dyſenteriæ per ſpecifica & opiata occurrimus, myrobalanis non indigemus.

Carthami ſemen. pag. 149.) Hoc tritum exhibere fertur emulſionem purgantem; aſt languidam.

Epithymum, cuſcuta) hæc inter alterantia potiùs locum inveniunt.

Polypodium) Commendatur præſertim ex radice querna enatum, ut de hujus ſucco nonnihil participet: feliciſſimè laxat, & inter Melancholiam evacuantia, & inde natos chronicos affectus curantia, hoc eſt, Aperientia vulgò dicta refertur. Per ſe rarò aut nunquam uſurpatur, ſaltem aliis additur; cum quibus unà infundatur doſi ab ℈j. ad ʒij.

Exoleta: Soldanella) Hanc Monſpelii creſcentem commendant in hydrope: Verum alia proſtant magis proficua.

Gummi Sarcocollam) Hoc doſi ʒj. pro ſcopo purgandi à quibusdam præſcribitur: verum non amplius eſt in uſu. Imò loco omnium gummatum purgantium duo ſufficere poſſunt: nempe ammoniacum & galbanum; ac quidem ammoniacum nobile eſt in incidendo, attenuando & reſolvendo muco viſcido in inteſtinis ſtabulante, pilulis ſociatum, vel per ſe in forma liquida uſurpatum; quo in caſu ructus quidem inducit, valde tamen efficax eſt; Sic v. g.

℞. ▽ *menth.* ʒj.
Gumm. ✻ci in aceto vel vino ſolut. ℈j.
tartari ⊕lati ℈ß.
Scammon. præpar. gr. ij. vel iij.
Syrupi roſar. ʒiij. M.

Et quidem hæc potio amaricans eſt; interim tamen miratus ſum, quas ea ſordes mucilaginoſas & viſcidas feliciſſimè evacuaverit, & quam egregiè in dolore hypochondriaco lateris ſiniſtri fuerit operata.

Sic quoque idem ammoniacum ſine additis ſtimulantibus incidit: Interim pro ſcopo evacuandi eô non indigemus. Similiter gummi galbanum in abdominis doloribus, primariò convulſivis, ut colica, paſſione hypochondriaca, paſſione hyſterica itemque torminibus ſcorbuticis, emplaſtri formâ, vel & ℞ deſtillati, regioni umbilici illitum, egregium eſt.

Compoſitis tot pilularum formulis) Si inſpicimus tot diſpenſatoria, prout quidem numeroſiſſimis pulverum, ſpecierum, & Electuariorum compoſitionibus ſunt intecta, facile obſervamus; baſin illorum omnium eſſe ſcammonium & colocynthidem in pulveris forma crudè illis adjecta: quibus, ceu columnis, varia ſunt addita aromatica purgantia, variata ſaltem hinc inde doſi. Jam ergò optime illis carere poſſumus, quia

1. Ingredientia ſunt cruda,
2. Ita non rite correcta torminoſa.
3. Doſis illarum Compoſitionum inepta.

Unde recte expunguntur omnes ab Autore noſtro.

Oxymel helloboratum) Propter ingredientem helleborum album ſuperat omnem ⊖ialem vim.

Nec quid in domeſtico p. 152.) Rejicit hic Autor etiam Syrupum de Spina cervina; qui tamen in tenellis non negligendus, utut pro adultis minus ſufficiens ſit: nam illis non ablactatis blande evacuat meconium, & ſi eidem pulveres acida abſorbentes addantur, emendat tormina: v. g.

℞. *Syrup. deſpin. cervin.* ℈j.
roſar. ʒij.
lapill. ⊖ præparat. ʒß.
Coral. rub. præp. gr. xij.
anniſi parum M.

Propinetur cochlear aliquoties interdiu;

Pulveres) Hic tria Autor noſter taxat,

1. Communia Diſpenſatoria, quæ pulveres purgantes, in Pharm. Aug. evolvendos, ſuadent ſæpe ad ʒj. aſſumendos.
2. Quercetanum; &
3. Zwelfferum, antiquas compoſitiones novis omnibus ſubinde decorantem.

Syrupi pag. 156.) Hodie reliquis ſaltem adjiciuntur ſaporis gratia, non autem, ut olim, ʒiatim propinantur.

Gratiolam pag. 159.) Ex hujus floribus & herba cum ſaccharo Conſerva conficitur, cujus doſis ʒj. ad ʒij. eſt vomitorium in febribus intermittentibus ante paroxyſmum non inelegans; ſed ⊖ialia præſtant.

▽as deſtillatas purgatrices) Sunt qui dubitant: An vis purgatrix per alembicum duci poſſit? quam ſententiam tamen affirmativè defendunt Borrichius de Hermete Sapient. & Zwelfferus: Verùm, quid opus, ut tantis acrioribus gulam exaſperemus!

Odoramenta purgantia) Exempla Schneiderus de oſſe cribriformi habet per odores purgatorum; & cùm ex tritura purgantis nonnulli moverentur, proinde ad hujus imitationem globulos naribus applicandos nonnulli introduxerunt. Cæterùm odorantia talia delicatioribus quidem ſatisfaciunt! aſt pro certa & robuſta purgatione omnia eorum ſunt admodum dubia.

Catharticorum complura ⊙ro involvere p. 161.) Hoc faciunt nonnulli pro ſcopo confortandi naturam, ut & ſtomachum roborandi: ſed utrumque fruſtraneum; ſtante enim purgantis efficacia, hoc efficiet officium

Digitized by Google

cium ſuum, & natura inde juxta Hippocratis effatum ſublevabitur.

Coralia) Uſu receptum eſt, ut ſubinde purgantibus digeſtiva præmittantur ſeu præcipitantia, ideò, ut impedimenta, quæ aliàs impediunt vel difficiliorem reddunt purgationem, removeantur. Jam verò impedimentorum illorum imprimis duo ſunt:

1. Succorum per purgans evacuandorum viſciditas & glutinoſitas, cujus proprietatis ratione difficulter ſunt mobiles.

2. Eorum acrimonia nimis acida, vi cujus rodendo & vellicando, inteſtina hæc plus minus evacuantur, indeque tormina & fluxus dyſenterici ſuperveniunt, quales in hyſtericis obſervavimus.

Ergo, ut hæc omnia præcaveamus, & intentio purgantis facilitetur, præmittamus digeſtiva, alias ☲antia, item abſtergentia & incidentia dicta: nempe pro viſciditate ſuccorum evacuandorum corrigenda adhibeamus ☉ina ☿rea; ſicut pro eorundem acrimonia temperanda ♂ialia, marina, vel ♒ea, acidum abſorbentia & invertentia. Hæc inter taxat illos, qui Margaritas, Bezoar vel ſimilia uſurpant, cùm Coralia aut mater perlarum vel lapilli ℔. ſufficiant; Unde pro ſcopo viſciditatis præparandæ loco digeſtivi eſto:

℞. *tart.* ♁*lati* gr. xv.
☉*is abſinth. l.* ☉ *tart.* gr. vj.
M. Detur in duplo, S.

Erweichend digeſtif-**Pulver.**

Quarum una doſis ſumatur veſperi in vehiculo frigido, altera in vehiculo calido manè.

Vel ℞. *arcan. dupl.* M. gr. xv. ad ℈j.
☉*is card. bened.* gr. vj.
M. Detur in duplo, S. ut ſupra.
Uſurpetur dicto modo.

Sic pro ſcopo acrimoniæ acidæ præparandæ:

℞. *lapill. ℔. præp.* ℈j.
☉ *tart.* gr. vj.
M. D. in duplo.
Uſurpetur dicto modo: Vel
℞. *lap. ℔. præp.* ʒß.
corall. r. pr.
croci & aper. ana ℈ß.
M. D. in 2. part. æqu. D. S.

Dämpffende Pulver.

Uſurpatur dicto modo.

Nam ☿-♂ialia in præparandis ſubjectis hypochondriacis, hyſtericis & melancholicis, ſuum locum merentur, ubi ♂ialia digeſtiva præmittenda ſunt; hinc ℞. ♁i ♂is Zwelfferi & liquor ♂is ☉ris egregia ſunt: item utriſque impedimentis ſatisfacit hæc formula:

℞. *lapill. ℔. præp.* vel *matr. perl. præp.* ʒß.
arcani dupl. ℈j.
☉*is abſynth.* ℈ß.
M. D. in 2. partes, & uſurpentur uti dictum.

℅ *Cinamomi*) ℅a deſtillata ob ſui fervorem & imminentem ſiticuloſitatem à purgantibus abeſſe docet. Interim quoque duobus in caſibus iis rectè adjiciuntur; Nempe

1. Quando æger admodum cruciatur flatibus, ubi ℅ carminantia ad gutt. ij. vel iij. adjicienda ſunt purgantibus.

2. Quando purgantia ſunt admodum reſinoſa, quo in caſu etiam terendo iiſdem aliquid ℅ deſtillati immiſcendum eſt, quo ſic diſſolvatur reſina laxativa & dilatetur; ſic enim dilatata purgantia uberius longè & abſque torminum moleſtia evacuabunt.

Supervacaneorum) Inter hæc ſunt compoſitiones vulgares, quarum tantùm, quia omnes ferè coincidunt, 10. vel 20. ſufficere poſſunt; hinc & agaricus non trochiſcatus cum ♈, addito pauco Zingibere, in extractum redigi poteſt; non ſecus ac quoque Extractum colocynthidis ſine prævia trochiſcorum formatione.

Digeſtiva illa alcalina pag. 163.) Digeſtiva hîc rejicit Autor, ſed cum reſpectu: ſc. digeſtiva alcalina tartarea in debita proportione purgantibus adjecta ſuam laudem merentur; aſt non improportionaliter, h. e. in exceſſu adjecta: v. g, ☉ tart. ☿ fixum, &c. mitigant purgantia, ut hæc parum vel nihil operentur. Similiter aloë per alcalina addita penitus invertitur, & vi purgandi ſpoliatur; adeò ergò mediocriter illa, h. e. ad gr. j. alterumvè purgantia ingredi deberent; promovent enim ſic mirè horum vim, ut & dimidiata doſis eorundem ſufficiat, additis nempe cremore tartari, tartaro ♁lato, aut ♒ fol. tart. gr. vj vij. ad x. vel xij. Salſa ergo potius quam alcaliſata ſunt addenda

Felicius per Infuſa laxativa pag. 164.) Dantur ſc. ſubjecta, quæ non poſſunt laxari, præmiſſis licet digeſtivis, purgantibus, forma pilularum aut pulveris aſſumptis; qualia ſubjecta ſunt hypochondriaca & melancholica: interim illa bene per Infuſa ſennata aut paſſulata moventur: Cauſa quidem hujus rei eſt acidum auſterum in primis viis prævalens, à quo non tantùm purgativa remediorum vis figitur, ſed & fibrarum ſtomachi & inteſtinorum adeſt quaſi rigor; adeò ut fortiori etiam ſtimulo renitantur, & minus irritari illa queant, ſed ſaltem tormina excitentur, pauca verò vel nulla evacuatio. In tali caſu dicimus blandiora humectantia & abſtergentia eſſe optima, nempe ſerum lactis depuratum, lac ebutyratum, Infuſum ſennæ cum ☉ tart. pulveres dicti cum tart. ♁lato.

Formulæ pag. 165.) Pergit jam Autor ſelectum iſtorum purgantium explicaturus ad univerſam Praxin. Formulæ mille concinnari poſſunt, & quidem pulveres purgantes ita:

℞. *pulv.*

Digitized by Google

℞. *pulv. Jalapp.* ℈iv.
Magiſt. ſcamm. ℈j.
℥ *nuciſt. expr.* ℈ß. (aut *pulv. nuciſt.* gr. xv.)
M. F. pulv. pro 5. vel 6. doſibus,
Vel
℞. *Jalap. pulv.* gr. xij. ad xv.
℥ii *diaphor. non edulcorat.* (quo ſc. ☿i partem retineat) gr. vj, vij, viij.
Detur purgandis tertianariis. Aut
℞. *tart. puriſſ.* (vel loco hujus *crem. tart.* vel *tart.* ☿*lat.*)
pulv. Jalapp. ana ℈ß. ad gr. xij.
polychreſt. ſcamm. gr. v.
M. f. *pulv.* pro una doſi.

Atque Allegatæ formulæ ſufficere poſſent loco pulv. laxativi Vegetabilis (qui conſtat ex ana. cremoris tartar. & pulv. Jalappæ) item loco ſpecierum diajalapp. Mynſychti, nec non loco cerberi tricipitis ſeu pulveris Cornachini, cujus Compoſitio eſt:

℞. *Reſin. ſcamm.* part. iij.
℥ij. *diaph.* part. ij.
crem. tartari part. j.
M. doſis hujus ℈j. ad ʒß.

Tandem & loco catharctici, cujus Autor eſt Zwelfferus *in Pharm. Reg. pag.* 96. quodque coincidit cum pulvere Cornachini. *Pilulas pag.* 167.) Ex his ſelectis purgantibus ſecundùm manuductionem Autoris fiunt pilulæ: v. g.

℞. *pulv. Jalapp.*
polychreſt. ſcamm. ana ʒß.
c. ſ. q. Extracti ſeu Diluti aloes gummoſæ cum ▽ ſimpl. ⊖ tartari acuatâ facti, fiat Maſſa pilularum: Quarum doſis à ℈ß. ad ℈j. & grana xxv. ſufficere poſſunt pro multis: aut ſi quis antiqua chordâ oberrare geſtiat; tunc
℞. *pulv.* vel *Magiſt. jalapp.*
Magiſt. ſcamm.
extract. helleb. nigr. ritè parati ana ℈j.
colocynth. gr. xv.
M. F. M. P.

Cujus gr. xv. ad ℈j. abunde ſufficerent quibuslibet ægris & ſuccis evacuandis.

Vel
℞. *Magiſt. ſcammon.*
Jalapp. ana. ℈j.
extr. colocynth. ℈ß.
c. ſ. q. diluti ſeu extracti aloes gummoſæ f. pilulæ: quæ doſi gr. xv. ad gr. xviij. abunde alvum depurgabunt.

Vel:
℞. *Extr. helleb. nigri* gr. xv. ad ℈j.
pulv. polychreſti ex ſcamm. gr. ij.
extracti colocynth. gr. j.
c. ſ. q. ℥ *deſtillati aniſi* fiant *pilulæ.*

Porrò his maſſis combinari quoque poſſent ☌ialia, ut ☿☌is, Extractum ☌ c. ſucco pomor. pro hypochondriacis; Caſtorina, ut Extractum caſtorei pro hyſtericis; tart. ☿latus pro aliis; non ſecus ac ☽ialia pro ☽eis:

Morſulos pag. 169.) Confectio citri eſt elegans: vid. Zwelfferus *Pharm. Reg. p.* 59. ut & *aniſi. p.* 58. ſed mulieres ut plurimum aniſata ferre nequeunt; propterea loco Confectionis aniſi tales præſcribere poſſumus morſulos:

℞. *Magiſt. Jalapp.* vel *ſcamm.* ʒß.
Permiſce probe cum cort. citri recent. in mortario ad pulpæ conſiſtentiam contuſis ad ʒj. adde
Eſ. Citri ſaccharin. (cujus deſcriptionem habet Zwelfferus *in Pharm. Reg.*) ʒij.
Subige probè cum amygdalis dulcibus excort. & cum ſacchari albiſſimi ſ. q. ſucco citri ſoluti ℥iij. redige in morſulos.

Vel
℞. *Mag. ſcammon.* ʒiij.
Subige probè cum amygdalis dulcibus excorticatis & inciſ. hinc cum ſaccharo in ſucco citri ſolut. ℥iv. redige in morſulos: quibus aſperge ℥ſum ſuccum corticum citri abundè; ita hi morſuli doſi ʒiij. ad ℥ß. laxabunt ægrum abundè.

Vel denique ad imitationem morſuli diaTartari:
℞. *pulv. Jalapp.*
crem. tartari ana ʒiij.
mag. ſcamm. ʒj.
Cum *ſacch. albi in* ▽ *roſar. ſoluti* ℥vj. fiant morſuli, irrorandi perfectè ℥ſo ſucco cort. citri. Doſis ʒiij. ad ℥ß.

Electuarium aut bolum pag. 170.) Sic bolus purgans eſſe poteſt. v. g.
℞. *Conſerv. roſar.* ʒj.
pulv. Jalapp. gr. xv.
polychreſt. ex ſcamm. gr. iij.
c. ſ. q. Syrupi roſar. f. Bolus.
D. S.

Purgier-Zucker auff einmal. Vel
℞. *Rob. junip.* ʒj.
magiſt. jalap. gr. ix.
pulv. ſcammon. gr. iij.
M. F. bolus c. ſ. q. ſacchari.

Sic ſi placuerit cuipiam Electuarium,
℞. *Conſerv. fl. tunic.*
roſar. ana ℥j.
pulv. hepat. rubei ʒij.
Jalapp. ʒj.
ſcammon. polychr.
macis ana ℈j.
caryoph.
cinamom. ana ℈ß.
c. ſ. q. Syrup. roſar. F. Elect. 5. vel 6. aut 7. doſibus, S.

Laxier-Lattwerge auf etliche mal.

Digitized by Google

Paſſulis laxativis ſiccis pag. 171.) Has quidem rejicit Autor noſter cum humidis. Interim tales paſſulæ laxativæ adhuc in uſu ſunt pro delicatioribus & hypochondriacis: Sic enim

℞. *paſſul. minor.* qu. pl.

easque, donec tumeſcant, coque: quo facto ſcamm. in vino albo ſoluti & exſiccati ℈j. vel ʒß. paſſular. tumefactarum, dum adhuc calent, ʒj. aſperge, hinc miſtas radiis ☉ribus exſicca; ita purgabunt eædem pro 2. vel 3. doſibus, ubi & ſcammonio addi poterit tart. ☉latus, aut ☾☉latum digeſtivi loco.

Vel etiam

℞. *Vinum blandâ infuſione ſennæ imprægnatum* hocque filtratum teratur cum ſcammonio, ut lacteſcat miſtura, infundenda paſſulis; quô factô hæ reponantur in locum calidum, ut blandiſſimè ebulliant: Sic enim intumeſcunt & impræguantur vi purgante, dein exſiccentur in ☉e, & dictô modô propinentur.

Vel denique, paſſulis ad tumeſcentiam ebullitis, & adhuc dùm calidis, inſpergatur modo allegatus liquor lacteus ex ſcammonii tritura natus, hinc ad ☉em exſiccando, & repetendo hoc toties, quoties placuerit.

Pulpa tamarindorum purgans pag. 174.) Proſtat in officinis pulpa tamarindorum ſaccharo condita, ut aſſervari poſſit. Sed melius eſt, ſi loco ſacchari pulpa tamarindorum cum ſucco paſſularum addito inſpiſſetur, & ita ad tempus aſſervetur. Blandè laxat, ſeu potius ſaltem alvum apertam conſervat: v. g. in ſcorbuto:

℞. *pulp. tamarind.*

Diſſolve in ſ. q. ſeri lactis:

Colatura D. S.

Laxier-Tränklein.

Item in forma Boli:

℞. *pulp. tamarind.* ʒij.
pulv. rhab. ℈j.
ſcamm. præpar. gr. iij.
M. f. *Bolus* D. S.

Laxier-Lattwerge oder Zucker auf einmal.

Liquor) Si liquida purgandi forma expetatur, tunc

℞. *Magiſt. Jalapp.*
ſcammon. ana gr. v. vel vj.

Diſſolve hæc in ♆ ʒiij. adde

Syr. papav. errat. ʒj.

M. f. Potiuncula grata pro una doſi.

Vel, qui modus elegantior:

℞. *Cort. citr.* ʒß.
pulv. Jalapp. ʒj.

Infunde in ʒviij. ♆;

Stent in loco tepido ad extractionem ℞æ aureæ, hinc filtratus detur pro doſi ʒij. vel iij. pro conditione ſc. ægri.

Huc pertinent & Emulſiones cum vitello ovi, aut ſemine melonum, amygdalis dulcibus, &c. ex reſinis aut magiſteriis purgantium confectæ.

Julapii ſolitarii) v. g.

℞. ▽ *roſar.* ʒj.
Eſſ. ribium vel *berber. ſaccharat.* (h. e. ſuccorum depuratorum ſaccharoque impræguatorum) ʒiij.
pulv. Jalapp. ℈j.

M. pro doſi.

Sola quoque ſenna pag. 175.) Infuſa liquida ex ſenna parandi modus eſt talis:

℞. *HB. cochlear. incif.* mß. ad mj.
fol. ſenn. ſ. ℔. ʒvj.
☾*i fixat.* ℈j. ad gr. xxv.

Infunde in ſ. q. vini albi vel rubri ſtent in loco tepido per ☉: manè

℞. *Colat.* ℔ß. ad ʒviij.
▽ *Cinam.* ʒvj. ad ʒj.

M. pro duabus vel tribus doſibus.

Poteſt etiam loco vini ſimplicis ſumi vinum abſynthiacum vel carduibenedicti.

Generalibus doſium deſignationibus pag. 176.) Has ſc. doſes purgantium Autor cum cautela adminiſtrandas vult. Nempe cum purgantia indiſcriminatim operentur, i. e. tàm ſanos quàm ægros eodem modo aut impetu afficiant, hinc ſub omni purgatione aliqualis latet impoſtura, adeoque plures purgationes plus nocent quam proſunt, unde etiam inter purgantia qua talia nullus penitus ſelectus inſtituendus eſt. Interim tamen quotidiana Praxis varietatem expurgationis monſtrat, propter quam omninò diſtinctio facienda in legitima purgationis adminiſtratione; idque tàm propter purgantium remediorum, quàm expurgandi ſubjecti varietatem, ejuſdemque varias proprietates. Ac quidem in remedio purgante, præter vim laxativam & evacuativam, ſimul reſpiciendæ ſunt ejuſdem variæ proprietates alterantes, h. e. evacuandorum humorum noxias qualitates diverſimode emendantes, hinc ſiquidem helleborus niger & ejus Extractum hypochondriacis, melancholicis, &c. ſpeciatim convenit, pari ratione colocynthis propter ſuam acrimoniam inſignem colliquantem & reſolventem cruditatibus viſcidis eliminandis dicata eſt; ſicut contrà Jalappa iis, qui ſunt ſuccorum mobilium, conducit, & rhabarbarum magis illis, qui aliquali viſcerum atonia laborant, confert, atque hæc & ſimilia inter purgantia ſelectum inſtituere aliquem quandoque inſinuant.

Ratione verò ſubjecti expurgandi notandum eſt:

1. An illud ſit facilioris vel difficilioris ſolutionis?

2. An id aliis ſimul affectibus etiam ſit obno-

Digitized by Google

obnoxium; qui vel irritantur, vel adhibitis purgantibus exaſperantur?

Quoad prius ſanè experientia conſtat, quædam ſubjecta faciliùs, quædam difficiliùs, laxari & purgari; Ubi Ratio diverſitatis ex triplici cauſâ deducenda: Quarum prima eſt acidum ſtomachi eſurinum plus minus validum; quo enim acidius vel vegetius illud extiterit, eò magis caſtrabit & alterabit purgantia, & vim eorum medicamentoſam in alimentoſam convertet: Secunda cauſa conſiſtit in eo, quod ſucci corporis noſtri nunc magis nunc minus fluxiles & reſolubiles, & quaſi liquabiles ſint, fermentumque ſtomachi plus minus eoſdem coagulet, hincque & plus minus evacuentur: Tertia eſt nervoſarum partium in primis viis major vel minor ſenſibilitas & irritabilitas, h. e. prout hujus vel illius ſubjecti ſtomachus & inteſtina craſſioris vel tenerioris ſunt texturæ; eatenus & vel faciliùs vel difficilius, copioſius aut parcius, laxari ſolent.

Quoad poſterius: ſanè probè advertendum eſt; an ſubjectum patiens etiam aliis morbis ſit obnoxium? h. e. an purgandus homo ſmas ad colicam, aut fœmina ad hyſtericam ſit diſpoſita paſſionem? quod ſi ſit, purgantium adminiſtratione facilè exaſperari vel reſuſcitari pathemata illa poterunt.

Cæterùm ratio diverſitatis ſubjectorum purgandorum petenda quoque eſt remotè ex rebus 6. nonnaturalibus, quæ prout variant ratione diætæ, climatis, aëris, & diverſam illis idioſyncraſiam imprimendo, eadem alterant.

Laxantia pag. 179.) Hæc ſunt, quæ non propriè ſic dictæ catharſi conducunt, ſed blande laxare ſolent, quorumque vis ultra primas vias non extenditur.

Cæterùm ſtudioſe addimus purgantibus ſub mineratione doſeos laxantia tartarea, pro meliore abſterſione & vellicatione inteſtinorum.

Aloen ſelectam) Hîc extollit Autor pilulas aloëticas cum ▽ ſimplici, ⊖ tartari acuata extractas, quorum granum in 4. pilulas formetur, hincque harum 5. 7. 9. 12. pro doſi exhibendæ. Ubi notamus: in morbis chronicis ſubinde contingere, ut dum propter conditiones ſubjectorum patientium radices illorum evelli non poſſint, iidemque morbi ordinariò ex cruditate ſtomachi acida originem ducant, tunc à poſteriori ſaltem majora eorundem incrementa præcavere debeamus. Atque hoc ſcopo remedia laxativa, ſeu primas vias evacuantia, egregia ſunt, quæ ſub forma pilularum domeſticarum capiuntur: quales ſunt aloëticæ, Francofurtenſes, Glaſſianæ, &c. quorum uſus eſt, relictas à cruditatibus acidis ſordes, à quibus foveri ſolent morborum chronicorum radices, evacuare, ſicque progreſſum morbi præcavere. Unde in malo hypochondriaco confirmato, omnibus 8. vel 14. diebus pilulæ Glaſſianæ; ſicuti in ſcorbuto confirmato pilulæ Francofurtenſes ſingulo 14. dierum ſpatio capi poterunt.

Elixyrio proprietatis non acidulato) acidus enim ſapor ~ ♀is caſtrat aloën; hinc loco ejus Elixyr proprietatis ſine acido cum alcali paratum proſtat.

Brevi ante cœnam pag. 180.) Modus utendi laxativis eſt, ut aſſumantur eadem veſperi horâ j. vel alterâ ante cœnam, ſubſequente mane deſuper capiendo eſſentias vel Ras appropriatas. Mane autem non aſſumuntur allegata laxativa; quia tunc temporis alterantur maximè, & nihil operantur ob fermenti activitatem; quin potius deglutiuntur, ut dixi, ante cœnam, qua ſequente ſtimulus jam inteſtinis impreſſus eſt promovendi eorum contenta; purgantia verò propriè ſic dicta non ante cœnam ſunt ſumenda.

Angelicis) Id eſt, Francofurtenſibus. Dicta laxantia poſſunt acui vel cum tantillo ſcammonii vel Jalappæ, & ſpecificari per caſtoreum pro mulieribus, & ♂ialia pro viris hypochondriacis. Hujuſmodi pilulæ erunt inſtar omnium, deſcriptionem harum videbitis in Horſtii Diſpenſatorio. Sunt autem pilulæ genuinæ nil aliud, quàm aloë infuſa Vegetabilium ſuccis, filtrata & inſpiſſata: Extracto huic aloës gummoſo certa portio Extracti gemmarum ſambuci additur:

Sic pilulæ allegatæ aloëticæ Autoris loco pilularum ex ammoniaco & ♃o adhiberi poſſunt, utut etiam harum poſtremæ non inelegantes ſint, in illis præſertim ſubjectis, qui facilis ſunt ſolutionis, & qui morbis chronicis laborant; præſertim, ubi cum Extracto colocynthidos vel ſcammonii acuari poſſunt.

Aloe roſata) Sunt acuandæ cum uno vel altero grano reſinæ Jalappæ vel ſcammonii; ſunt enim languidiores.

Aloëphanginis pag. 181.) Pilulæ aloëphanginæ ſunt aromaticæ potiùs, adeoque non laxant, ſed magis ſtomachum roborant, quàm purgant: acuendæ ergò pro laxatione nunc cum ſcammonio, nunc cum trochiſcis alhandal.

Etiam ſcyllæ) Intelliguntur hic pilulæ Glaſſianæ, quæ conſtant ex aloë extracta atque à reſina ſua ſoluta: cui ſub extractione parum ſcyllæ, nec non de aro aliquid adjici ſolet, quò nempe ſcylla, ſtimulando inteſtina, aloës virtutem excitet: Vid. Horſtius *l. c.*

Carduibenedicti) Sunt qui loco Glaſſianarum ſequentes extollunt in morbis chronicis:

℞. *Ex-*

tized by Google

℞. *Extract. card. bened.*
gumm. ammon. aa. ʒij.
maſtich.
ſuccin. alb. aa. ʒj.
aloes ſuccotr. ℈iß.

Pulveriſata omnia infundantur ollæ, quæ Menſuram j. ▽æ contineat: hinc blandiſſimo △e ſubinde agitando, ut ad debitam conſiſtentiam fiat inſpiſſatio, & ex hac maſſa pilulæ formari poſſint.

Peſtilentialibus p. 182.) Duplices ſunt: vel Avicennæ vel Ruffi; quarum has deſcribit Zwelfferus *in Pharm. Reg.* Avicennæ ſunt elixyr proprietatis ſiccum, & uſurpantur pro puerperis laxandis à partu, quæ alvi ſunt contumacioris, dum ſimul lochia promovent: dantur à gr. x. ad xij. paulò poſt à partu. Quod ſi tamen myrrha, crocus, & ana mithridatii addatur, oriuntur pilulæ Emanuelis. Simplex aloë poteſt ſubſtitui.

Dilutum aloëticum. pag. 183.) Blandum in forma liquida laxans eſto:

℞. *Extract. Aloes* gr. vj. ad ʒß.
♁ *alcaliſati* vel ▽æ *foliatæ tart.* vel ♁*is eſſentialis tart.* gr. ij.

Diſſolve in ſ. q. ▽ abſinth. ad ʒij. pro hauſtu laxativo aloëtico, & poteſt eſſe loco Elixyr proprietatis purgantis, cum & ſine rhabarbaro parati.

Eſſe poteſt loco apozematum laxantium in forma liquida.

Infuſum ſennæ pag. 184.) Loco cujus etiam

℞. ▽ *flor. acac.* vel *roſar.* ʒiij.
Syrup. vel *eſſent. ſaccharatæ rubi id.* ʒiß.
pulv. polychr. ſcammon. gr. vj.
M. f. potio. Vel
℞. ▽ *flor. acac.* ʒiij.
♁ *tart. eſſent.* ʒj.
Jalapp. gr. vj. vel *ſcammon.* gr. iv.
M. pro potione.

quæ repetita ſi placet, præferenda omnibus Decoctis purgantibus.

Caſſiæ floribus pag. 185.) Hanc in flores extractam excludit Autor noſter, facit tormina & flatus, colicam & ſtranguriam, obſervante Fallopio, in diſpoſitis: ob id non in uſu interno eſt, niſi quod clyſteribus nonnunquam addatur ad ℥iij. pro laxanda alvo.

Tamarindis) Horum Decoctum imprimis in uſu eſt, vel ſolitarium, vel cum paſſulis pro corpore Juleporum uſurpandum. In febribus ardentibus proſunt, in ſpecie ſi alvus fuerit obſtructa, in quo caſu Julepi ex Decocto Tamarindorum cum paſſulis ſunt ſuaves ſimul & alvum laxant; utut in majore doſi aſſumendi ſint Tamarindi, cum languidi exiſtant. Vis eorundem in ♁e eſſentiali tart. conſiſtit, cujus ratione ſunt laxativum. Teſtante enim Angelo Sala, concreſcunt in ♁ eſſentiale tartareum, & cum ſero lactis dant egregium laxativum: Vid. Bartholinus *Cent. V. Hiſtor.* 22. Horum loco ſufficere poteſt tart. vini communis. Similiter, cùm mos quorundam ſit, ut cum ſucco vel decocto ex tamarindis prodeunte ſolvant ♂ & coralia pro Magiſteriis inde conficiendis: Vid. Rolfinccius; hinc puto, nec nos hoc quidem ſuccô acidô tamarindorum indigere, cùm præſertim alia æquipollentia proſtent.

Mannam) Manna vid. in Schrœdero. Non adeò in Praxi noſtra utilis eſt, niſi pro infantibus ad ʒij. vel iij. pulti admiſta laxandi ſcopo.

♁*e eſſentiali ſaccharino*) Sal hoc ex Syrupo quaſi mannæ confectum, ſi in copia habeatur, egregium eſt pro ſcopo alterandi & laxandi.

Cum ſero lactis pag. 187.) Serum lactis ob nitroſum ♁ volatile abſtergit, laxat, compeſcit quoque phlogoſes hypochondriacas & ſcorbuticas: Cum ſucco citri commodiſſimè à concremento caſeoſo liberatur.

Hydromel ſimplex) Hydromel ſimplex & tartariſatum ob flatulentiam rejiciendum eſt: tart. non niſi in fervido liquore diſſolvitur, & qui aliàs diſſolutus, refrigeſcente liquore latera vaſis petit.

De Terebinthina pag. 189.) Quidam volunt ex hac ſubſtantiam laxativam ſecerne-re, & rectè: Parantur quippe ex hac integra cum ſuccino vel rhabarbaro pilulæ &c. pro uſu nephritico; nunc vero ex illa ſola, blanda volatilium evaporatione, in nephritide pariter non contemnenda; utut aliàs parum laxent.

Infantes) Infantes hactenus dulcibus & ſaccharinis fuiſſe purgatos, dicit Autor: ubi tamen meritò deſiderat, quod dulcor ille ſaccharinus ſubinde ſit noxius, & facilè in amarorem aut acorem præternaturalem faceſſere queat, ſimulac eadem in ſtomacho aceſcunt, & ſapore hoc præternaturali lac corrumpitur, & hinc epileptici inſultus ſuperveniunt: ex adverſo verò, dum non aceſcunt, ſed in loco calido humido ſub involucro lactis hærent, ad nidoroſam cruditatem ruunt, & putreſcendo ad diarrhœas & paroxyſmos febriles infantes diſponunt. Sic & intuitu infantum purgandorum inter infantes diſtinctio facienda, inter ablactatos ſcilicet, & adhuc lactantes: quorum recens nati ſi ſcatent adhuc meconio in inteſtinis, & lacte caſeoſo in ventriculo, hæc recrementa maturè averruncari debent; Secus enim mille nocumenta infantulo imminent. Atque pro ſcopo hoc propinant nonnulli ℔ amygdalarum recenter expreſſum, quod propinatum ſordes dictas, partim infra, partim ſupra, eva-

Digitized by Google

evacuare ſolet: ſic & præter Heurnii evporiſton, dum dat recens natis pulverem ſeminis aniſi ad ℈j. & ireos Florentinæ pulveriſatæ aliquot grana vomitum facit, noſter Autor commendat pulverem ſequentem:

℞. *C. C. ſ.* △ gr. xij.
pulv. jalapp. gr. iij. vel v.

M. pro 3. vel 4. doſibus ratione ætatis, ita ut infanti unius vel duarum ſeptimanarum ſufficiat pro 3. doſibus; ſicuti mihi in uſu eſt, quando infantes torminibus afflicti ſunt:

℞. *lapill. ℔. præpar.* ℈j.
cryſtall. præp. ℈ß.
♁ *is volat. C. C.* gr. iv. ad vj.
pulv. jalappæ gr. iij.
℘ *deſtillati aniſi* gtt. iv.

M. D. infantibus pro 3. vel 4. doſibus.

Sin autem ſaltem mucus viſcidus & caſeoſus lactis ſine inſigniore ſtimulo incidendus, ſufficiunt ♁ia fixa loco purgantium, v. g.

℞. *lap. ℔ præp.* ʒß.
♁ *abſinth.* gr. vj. vel ix.

M. pro 2. vel 3. doſibus.

Horum beneficio mucus abſtergitur, & acidum torminoſum optimè corrigitur.

Inſuper præter hæc Autor noſter dimidiam vel unicam pilulam aloëticam pro tenellis purgandis laudat: ubi tamen vereor, ne illi advertentes amarorem aloës, pilulam hanc nauſeent; Tandem nec dulcia ſuprà dicta lactantibus infantibus, penitus exulent, ſaltemque pro nocumentis præcavendis addantur lapilli ℔rum; hac enim ratione nullum ex iis periculum imminet. Hinc & pro tenellis laxandis ordinari ſolet ſyrupus de ſpina cervina (isque ſolus, vel cum ſyrupi roſarum ſolutivi mixtus ana part. æqualibus) ad ℥j. cum lapill. ℔ præpar. ʒß. ad ʒj. & ſic ſucceſſivè propinetur infanti recens nato. Hiſce ſi viſcidior mucus incidendus ſubſit, additur optimè ſyrupus de nicotiana, ceu egregius in viſcido incidendo, & vomitum tenellis proficuum, provocando. Denique & pro rei exigentia dictis convenit ſyrupus ♃ialis combinatus, quem optimè ferunt tenelli, & ex voto purgantur, ita quippe, ut non opus habeamus rotulis, morſulis & conditis ſaccharatis. Plura videb. in valetudinario infantili ſub hoc titulo.

Major puſionibus doſis p. 192.) Mirum eſt tenellos adhuc lactantes reſpectivè purgantia fortiora ferre poſſe. Wedelius hanc dat rationem in opiologia pag. 38. quia ſtomachus & inteſtina eorum lacte & pulte continuò incruſtata quaſi ſint, & hujus reſpectu generoſa illis non noceant; in ablactatis verò ob eorum voracitatem generatur utplurimum mucus viſcidus acidus, hinc priमाriò reſpiciendum ad ſordes has, ubi ad has ejiciendas nil melius pulvere jalappæ cum cremoris tartari ana, vel ℣ dulcis; habitâ ſemper ratione ætatis & ſeriei annorum, v. g. ut annorum ſeriem nonnihil excedat numerus granorum jalappæ. Si ergo, v. g. infans 4. annorum purgandus:

℞. *pulv. jalapp.*
crem. tartari ana gr. iv. vel v.

M. Detur in vehiculo calido.

℣ium tamen dulcem præfero; incidit enim potenter viſcidum & evacuat, ſimulque lumbricis reſiſtit, horumque nidos exturbat, & variolas & morbillos præcavere, eorumque fomitem corrigere dicitur. Datur v. g. doſi granorum cum ſerie annorum reſpondente: vegetioribus additur gran. j. jalappæ pro ſtimulo. Hac ratione utplurimum ſuprà & infrà purgatio ſuccedit. Sic pro 3. annorum puero:

℞. ℣ *dulc.* gr. iij.
ſacch. albiſſ. totidem.

In vehiculo liquido ex cochleari ligneo detur. Hoc modo ſæpe miror ℣ii effectum. Item in initio optimè confert ad præcavendas variolas.

Prægnantes) Prænantes non purgandæ:

1. Nefœtus ex uſu purgantis vim laxativam experiatur: quemadmodum nutrices purgatæ, ſi brevi poſt tenellæ mammam præbeant, hunc quoque laxari faciunt.

2. Ne purgantium acrimoniâ concitentur nimis inteſtina, & ob ſpaſmodicam contractionem uteri abortus fiat: ut taceam, quod cum omnia purgantia ſint virulenta, eadem fœtui quoque ſint nocentiſſima.

Potiùs ergò ⊽antia & anodyna prægnantibus propinentur, & illa quidem propter ſuccos ex retentis menſibus in primis viis præter naturam efferveſcentes, hincque ad diarrhœam & tormina concitanda pronos. Cæterùm admiſtis anodynis viteutur narcotica, ceu fœtui inimiciſſima, & ad abortum diſponentia; contrà hyſterica, ſeu vi carminativâ prædita aromatica, utiliſſima ſunt prægnantibus. Sin verò purgandæ ſint, tunc medicamenta ſint temperata, præſertim in delicatioribus, adeoque jalappa cum cremore tartari, item Infuſa ſennata ſufficiunt; item pilulæ aloëticæ; Dulcia verò & ſcammoniata propter virulentiam vitanda, item caſſia.

Puerperis pag. 193.) Pro puerperis ſufficiunt pilulæ peſtilentiales Ruffi, vel elixyr proprietatis cum rhabarbaro.

Clyſteres) Autor hos facit duplices: emollientes & anodynas: nos addimus tertiam ſpeciem, nempe pro ſcopo inteſtina fortius ſtimulandi; non rarò etiam clyſmata

vulneraria & conſolidantia, propter excoriata inteſtina, nec non in dyſenteria præſcribuntur; itemque clyſmata carminantia in flatuum impetu ordinantur.

Cæterum pro ſcopo emolliendi poſſunt clyſmata fieri ex Decocto malvæ in ▽ ſimplici facto; addendo

℞. *Decocti* ℥viij. vel ix.
Mellis colati ℥iß. vel ℥ij.
Hæc miſta dentur pro clyſtere.

Vel

℞. ♁ *olivar.* vel, quod melius eſt ♁ *olini* aut *rapar.* ad ℥vj. ℥vij. ℥viij. l. ℥ix.

Infundantur pro clyſmate emolliente & ſuaviter alvum ſubducente: cui, ſi ſtimulus placeat, addatur nonnihil de ♁ colocynthidis Quercetani.

Sic parabilius adhuc fit ex ▽*tepidæ* ℔j.
⊖*is comm.* ℥iß.
Miſc. pro clyſmate.

Quod copiosè evacuare ſolet.

Præterea quoque ſerum lactis non incommodè cum melle combinari, & ita ceu clyſma emolliens applicari poterit.

Pro clyſmate anodyno ſufficit inſtar omnium lac cum ſaccharo ingrediente applicandum, quale dolores ſiſtet & alvum laxabit; Vel

℞. *lact.* in quo *flores chamom.* ſunt decocti ℥viij. l. ix. adde
ſacchari l. *mellis* ℥j. ad ℥ij.
M. pro clyſmate.

Præ cæteris tamen inter clyſmata anodyna excellunt cum terebinthina, in vitello ovi diſſoluta, imprægnata, in doloribus abdominis convulſivis. Omnibus his in caſibus clyſmata terebinthinata ſunt convenientiſſima, v. g.

℞. *decoct. flor. ſambuc.* ℥viij.
adde
terebinth. in vitello ovi ſolut. ℥ij. l. ℥iij.
mellis coiat. ℥vj.
M. pro clyſmate.

Sic terebinthina etiam hoc modo diſſoluta cum lacte loco clyſmatis injici poteſt. Tandem & clyſmata ſimpliciora pro ſcopo anodyno ex ſyrup. papav. ℥j. vel ὀpii ℈ß. ad ℈j. in liquore aliquo ▽eo diſſoluti, aut theriacæ aliquot granis parari poſſunt.

Porrò loco clyſmatum acriorum & ſtimulantium, qualia in uſu ſunt pro ſcopo revellendi, h. e. impetum ſuccorum, caput pectusque occupantium, revocandi, duo concreta ſeu baſes ſufficiunt; nempe colocynthis, cui pro ſtimulo radix pyrethri addatur; & ♁, & ex hoc paratæ ▽æ benedictæ & ſyrupi, ſimilaque alia, v. g.

℞. *bacc. juniper.* ℥j.
rad. pyrethr. ℥ij. vel ℥iij.
pulpæ colocynth. in pet. ligatæ ℥j.
⊖ *tart.* vel *cineris clavell.* ℥iß.
Coqu. in ▽ ſimpl. q. ſ. Colaturæ ℥viij. adde
mel. deſpumati ℥vj. M. Vel

℞. *ſpec. emollient.* Mj.
rad. pyrethr. ℥ß.
pulp. colocynth. ℥j.
⊖ *ciner. clavell.* ℥ij.
Coque in ▽ colaturæ ℥x. ad ℔j. adde
mellis parum; applica pro clyſmate, unâ vel 2bus vicibus.

℞. *Decoct. fl. cham.* ℔ß.
croci metall. ℥ß. *infuſi in vini bene colati* ℥j. ad ℥iij. (Riverius dat & ad ℥iv.)
mellis ℥vj. ad ℥j.
M. pro clyſmate.

Quæ clyſmata ♁ialia fortiſſimè ſtimulant.

Vel:

℞. *Decoct. emollient.* ℥v.
ſyrup. emet. Ang. Sal. ℥vj. ad ℥j.
elect. lenitiv. ℥j. M.

Vel, qui modus optimus eſt, ex ſcoriis reguli ♁ii paretur:

℞. *Spec. emollient. uſit.* M ij.
ſcoriar. reg. ♁*ii* ℥ß. ad ℥vj.
Coqu. in ſ. q. ▽.
colaturæ ℥x. adde
mellis ℥j. M.

Hiſce, tanquam parabiliora, & pluribus ſcopis inſervientia, addere placet clyſmata ex ⊡ humana, ſive fiant ſine, ſive cum melle; e. g.

℞. *Decoct. emollient.* ℥vj.
⊡ *hum.* ℥iij.
mellis ℥j. M. Vel

℞. *baccar. laur.* ℥jß.
Coque in ſ. q. ⊡ *pueri*:
colatur. ℥viij. adde
mellis ℥iß.
M. pro Clyſmate.

Suppoſitoria p. 195.) Fiunt domeſtica nunc pro ſcopo ſtimulandi ex lardo ſolâ do vulgari; nunc pro ſcopo eliciendi aſcarides, maceratur in ▽ tepida, ut eliciatur ⊖ ſecundo, & hinc formatur & applicatur ſuppoſitorium; Item ex ſapone Veneto ſatis acria ſuppoſitoria fiunt; ſicuti in officinis ordinariò ex melle ad conſiſtentiam aliqualem inſpiſſato, cui additur pulvis acriuſculus pro ſtimulo, confici untur: v. g.

℞. *pulv. jalapp.* ℈j. ad ℥ß.
⊖ *gemm.* ℈ß.
c. ſ. q. *mellis inſpiſſ.* fiat ſuppoſitorium.

Tandem ex alumine quoque egregia fiunt, cujus primus Inventor Angelus Sala, & poſt hunc laudatur Sylvius *in Praxi l.* 1. *cap.* 11. & 12.

De Arthanita p. 196.) Rejicit Autor noſter

Digitized by Google

noſter unguenta externa purgantia; Tale paratur e.g.

℞. *Aloes* ʒij.
fell. tauri ʒj.
ſcammon. ʒß.
butyri vel pingued. anſerin.
q. ſ. M.

loco quorum Modernorum nonnulli utuntur ♁is expreſſis ex ricini noſtratis & Americani ſemine umbilico illitis: Idem & præſtat ♁ ex arillis ſambuci expreſſum.

Odores) Saltem per accidens & indirectè quoſdam purgant; hinc Medicus illis non poteſt inhærere.

Infuſorum) Hic Autor meminit illius Chirurgiæ Infuſoriæ, quâ per venas infundi ſolent liquores purgantes: Vid. *Tranſact. Anglicana p.* 558. *&* 568. ubi proſtant exempla, dum eſſentia purgans ad ʒij. venis infuſa aliquoties alvum excitavit, & quod curioſum, vomitum ſimul movit.

Tabacinus Clyſter) rejicitur ab Autore, interim bonum inventum eſt; dolores enim & tormina abdominis ſiſtit, & alvum ſtimulat; ut taceam commodum, quod nobis ipſis eum applicare poſſimus.

Vomitoria Vegetabilium p. 179.) Vomitoria Vegetabilia ſunt violenta & tædioſa; ☿ialia vero tutiſſima & omnium optima.

Puſionibus) Mirum eſt, quàm facilè hi ferant vomitoria ☿ialia, & in majori doſi: Propinandi vomitoria modus eſt ſequens:

℞. *Syrup. emet. concentr.* ℈j. ad ʒß.
▽ *menth.* ʒij. vel ʒiij. M.

Detur non quidem pro una vice, ut adultis; ſed ſaltem in cochleari parum ejus, deinde alterum, & ſi non ſupervenerit operatio, tertium: &c.

Iris Florentina pulveriſata) Hanc ad gr. iij. vel iv. à nemine, niſi ab Autore noſtro, qui & id repetit p. 509. pro vomitorio infantis recens nati, aut aliquot ſeptimanarum, cõmendari memini; in adultis datur fruſtra.

Aſarum) hujus radix inter vegetabilia famoſiora vomitoria excellere creditur: datum ad ʒj. in ſubſtantia eſt laborioſum, & interdum non multum evacuat, nec tamen eſt inefficax, non ſecus & in infuſione per folia nauſeoſum eſt remedium, ac extractum, quod habet Zwelferus *in Ph. Reg.* languidum eſt. Decoctum tandem, prout diverſimodè præparatur, eatenus & ratione virtutum variat, quippe in ▽ ſimpl. factum vim vomitoriam exuit, annotante Helmontio & Zwelfero, & diureticum ſolum evadit; in vino verò decoctum vel infuſum, vel quoque ex foliis recentibus aſari cum vino ſuccus expreſſus aſſumendo ℈iij, dat quidem vomitorium egregium, aſt languidum. Pari ratione electuarium diaſari Fernelii (compoſitionem videbitis in Schrœdero) ad ℈ß. vel ʒvj. efficacem ſe exhibet. Rejicienda ergo omnia ex aſaro compoſita remedia.

Helleborus albus virulentus p. 198. Is reverà eſt virulentus, & validiſſimum vomitorium, & ſuperat reverâ vi emeticâ ipſa ☿ialia; hinc rectè in maniacis, commendat Lindanus *in Colleg. ſuper Hartmanni Praxin.* Cæterum corrigitur his modis: nempe infuſione in acetum, quo ipſo acrimonia ipſius volatilis ab acido aceti tranſmutatur in ☉ ſum. Extractum non adhibendum, ſive ſimplex, ſive compoſitum; nimis enim virulentum eſt. Sic nec ullum extractum ſpecificum Mynſichtii emeticum eſt præſcribendum, cùm ſit violentiſſimum.

Elixirio emetico) Elixir vegetabilium emeticum, & extractum emeticum Zwelferi, ruſticis propinetur.

Eſula, & utroque Ricino) Hæc omnia acerrima ſunt, & vi cauſticâ æſtum ſtomachi & ardorem faucium cauſant; hinc ea eliminamus unà cum ſpeciebus diaeſulæ, ſecundum Mynſichtium, item catharcticum vitæ.

Oxymel de peto ſimplex p. 199.) Syrupus hic non rejiciendus, deſcriptionem vide in Horſtii *Diſpenſatorio.* Compoſito autem oxymelle de peto optimè carere poſſumus; ſicut & Decocto, Infuſo, & Eſſentia ejus, cum ♆ facta: quippe quæ omnia ſunt violentiſſima, & cum impetu turbant.

Litus externi) Litus externi ex nicotiana ſuprà & infrà purgant, dum nempe regioni umbilicali, externè illinuntur: ſic Medicaſtri, dum ex nicotiana minutim inciſa & permiſta cum butyro non ſalito, vel pinguedine anſerina, pro tinea capitis & ſcabie unguentum ſuadent, obſervavi ex horum uſu puellas 10. vel 12. annorum inſignes præcordiorum anxietates, vomitus, & copioſos ſeceſſus incidiſſe; non ſecus ac eadem regioni umbilicali illita ſupra & infra alvum turbant. Itaque, quanquam validiſſimum, tamen ſemivenenoſum eſt remedium nicotiana: tam potens eſt, quàm nullum alium vomitorium ☿iale: unde ob hanc cauſam eliminatur à noſtro Autore.

♁ *arillarum ſambuci*) eſt nimis potens, & fit ex arillis in baccis ſambuci reperibilibus expreſſione, ad ʒj. datur.

Sambuci gemmas) Hæ acetarii forma aſſumptæ nauſeam ſolùm concitant, & in majori doſi valdè movent vomitus admodum laborioſos.

Flores Sambuci) Hos ex lacte coctos, & nutrici exhibitos pro augmento lactis, induxiſſe novi diarrhœam & nutrici & fœtui. Cæterùm ut œnopolæ vinis ſaporem moſchatellinum concilient, duplici utuntur mango-

nio: nempe vel ſclaream, vel flores ſambuci immittendo vino recenti.

Lenia p. 200.) Talia ſunt ▽æ ſale communi impræg̃natæ, aut etiam cereviſia calida butyro largiter condita, quorum hæc potius vomendi conatum, quàm vomitum excitat.

Raſura unguium) Vino infuſa potentiſſimè vomitum movet, ſi per noctem ſteterit, manè infuſum colando, & fuit evporiſton Cnœffelii, militibus in caſtris raſuræ propriorum unguium Infuſum propinantis: confer Beccherus *in Microcoſmo Med.*

Ova formicarum) Hæc recenſet Autor noſter inter Vomitoria, de quorum tamen effectu dubia res eſt. Interim & hoc certum, ſi eadem ad ʒi. ſumantur, multos flatus concitari vix coërcibiles, ſed cum ſummo impetu prorumpentes.

Ova Barbi piſcis) Hæc copioſiſſimè nihilominus ingeſta impunè vidit Autor. Contrarium tamen à Timæo in caſibus obſervatum fuit, ex eiũ ovorum barbi choleram fortem fuiſſe excitatam.

Stertora) Hæc inter eminet muſcerda, cujus globuli 3. vel 4. infantibus propinati in lacte materno optimè eoſdem laxant, nec contemnendum eſt hoc remedium in caſu contumacioris alvi; delicati eorum 6. cum lacte ſubactos per linteum exprimunt, ſuccum exhibendo.

Stercoris proprii) Triplici modo per ſympathiam mediante ſtercore proprio purgare poſſumus: nempe

1, Quod optimum eſt, proprium ſtercus calidum miſcent cum cereviſiæ fermentantis fæce, & etiam flore vini itidem fermentante adhuc; hinc ſeponunt miſturam hanc in locum calidum, quamdiu hujus miſturæ fermentatio durat, tamdiu & blandâ diarrhœâ homo, cujus ſtercus fermentatum, afficitur.

2. Recipitur os hominis mortui, ejuſque orificium repletur ſtercore humano calido, immittitur ▽æ calidæ, ſic quamdiu iſta ▽ calida, tamdiu homo is diarrhœa corripitur.

3. Stercus alicujus calidum linteo inditum ſuſpendunt in flumine: in quo, quamdiu illud manet, tamdiu homo ille ſtragula conſpurcat.

Taindiu boni Viri Remedia pag. 201.) Hiſce notat Autor noſter Helmontium dicentem: quod quamdiu ♂ vomitus moveret, & ☿ in remedio vivificare queat, tamdiu non eſſe boni Viri remedia.

Variationes) Hic ſugillat illas ſuperfluas proceſſuum variationes, quæ tamen ad unum remedium coincidunt: id quod in vitro & floribus antimonii parandis conſpicuum, quorum origo deducta ex ignorantia noſtrorum prædeceſſorum chymicorum, & ſimplicium agentium in ſe invicem & patientium cognitione.

Antimoniam p. 202.) Alludit hic Autor ad Facultatem Medicam Pariſienſem, quæ ex 120. membris ignaris Chymiæ conſtans, Anno 1566. publico Decreto ſancivit: Infuſa antimonialia in vino eſſe eliminanda, quia venenoſa, & corpori humano exitialia forent; atque hoc Decretum à ♌ Parlamento confirmandum curavit: poſt integrum ſeculum verò, Anno 1666. mutavit iterum ſuam ſententiam, dicendo: Vina antimonialia eſſe tuta: Vid. *Ephemer. Gall.*

Selectius) In ♂ duæ conſiderandæ ſubſtantiæ, ♃ea & ☿lis, quæ alias ab illa uberiori ſeparata regulus audit: ♃ea per menſtrua vel alcalia vel oleoſa ſaltem extraveri aut elici poteſt.

Mercurialis participat de natura ☿i, & parcior eadem reperitur vultque pro præparandis remediis per acida ſaltem tractari.

Quatenus tamen duæ hæ antimonii ſubſtantiæ ſub naturali ſua concretione invicem coaluerunt, hinc non tàm facilè à ſe invicem ſeparari poſſunt, quin potiùs, dum alcalia in ſubſtantiam ♃eam agunt, & ſimul regulum ſolvant; ſicut è contrà, dum acida menſtrua agunt in regulum, eadem quoque ſolvunt & imbibunt ♃a antimonii, unde ex hac ratione fit, ut ſubinde ex ♃e antimonii, ♃ v. g. aurato &c. antimonium reducibile ſit, non ſecus alcalia ſub fuſionis △ ♂ii ♃ abſorbent, ſi diutius ſtent in fluxu, etiam regulum ſimul, ♃e mediante abſorbeant, è contra [illegible] eg. iſta Tachenii p. 182. ſi diutius in ſolutione relinquatur, etiam præter regulum hujus medio ſimul ♃ adoritur. Cæterùm in duabus his antimonii ſubſtantiis obſervare poſſumus duo illa mechanica naturæ inſtrumenta, nempe acidum & alcali: Etenim acidum reſidet in antimonii ſubſtantia ☿iali: unde ſicuti ♃ea antimonii ſubſtantia propter latens in receſſu acidum per alcali tractari cupit; ita contrà ☿ialis per acida menſtrua ſubigenda venit.

Quod ulterius vim antimonii emetica attinet, hæc non præcisè conſiſtit in ♃e, ſicut nec præcisè in ☿iali ſubſtantia, ſed in ambabus junctim combinatis; cùm neutra harum ſola purgare aut vomitum ciere ſoleat, ſed utraque ſubſtantia combinata demum talem texturam conſtituat, quæ acrimoniâ ſuâ linguæ quidem inſenſili, ſtomachum tamen & inteſtina pungere, vellicare, & ad ſpaſmos diſponere, contentorumque excretiones irritare poteſt. ♆ ♂ii conſtans ex ejusdem ♃e ſolo cum ☿ vivo combinato, nec vomitus nec receſſus movet, ſed ſaltem diaphoreticum

& ano-

Digitized by Google

& anodynum eſt, non ſecus ac ♃ illud ♂ii ſingulare & genuinum, quod habet Tacchenius *in Hippocr. Chymico. p.* 182. cujus doſis, quamvis ſit ℈j. nullos tamen vomitus movet, ſed vi anodynâ hœmorrhagias uteri ſiſtit. Pari ratione ☿ialis ♂ii ſubſtantia per acida fixa tractata nec vomitus nec ſeceſſus movet. Atque ex his obſervare licet elegantem quandam purgantium analogiam, nimirum inter purgantia vegetabilia & mineralia: nempe vegetabilium purgantia conſtant præprimis ex reſina, h. e. ♃eâ ſeu pingui ſubſtantiâ, ſociatâ ☉i volatili acri, ex quorum mutua textura emergunt particulæ illæ acres laxativæ: eâdem ratione in antimonio particulæ ♃eæ, in receſſu pingues & acidæ, cum ☿ialibus ſeu alcali volatili coëunt in ſubſtantiam fortiùs ex ea purgantem; Et ſicut purgantia vegetabilia, corriguntur vel per alcalia fixa, eorum ♁ ſeu ſubſtantiam ♃eam liquefacientia; vel per acida, figentia ☉ vol. ita & in ♂ paratur hoc vel per alcalia, pro ſulphure ejus & tinctura elicienda, convenientia, vel per acida, ☿lem ejus regulum figentia & ita vim emeticam caſtigantia. De ſale nil in ♂ deprehenditur, niſi quantum vel minera deſtillata fundit, de ☉e ♃eo ☩lo ☾laceo omnibus mineris adhærente; vel etiam ♂ ſulfum quantum ſui ♃is aliquali deflagratione & acidi emerſione ſuggerit.

Crudum p. 203.) Crudum ♂, dicit Autor, non alterare infuſa ac quoque Decocta, menſtrua aquoſa: interim tamen idem à modernis non inconſultò Decoctis antivenereis admiſcetur: imò, quemadmodum notum, quod cinab. antimonii ſpecificum ſit antepilepticum; ita non dubitandum, quin ſi habeatur ♂ ſelectum rubicundum, de ♃e fixiori participans, illud ipſum crudum & eâdem vi antepilepticâ quoque pollet. Cæterùm, utut crudum ♂, coaleſcentiâ ſuâ integrâ manente, nullum effectum manifeſtum exhibeat, tamen equis ad ʒj. vel ij. datum eosdem ad ſudores diſponit, item per ſeceſſus purgat: adeoq; uſu Medico ſi inſervire debeat, textura ejusdem materialis reſeretur neceſſe eſt, ut ita exſerat virtutem ſuam medicamentoſam; ſic enim apparet, quomodo ignem ſi fuerit expertum mox catharcticum & vomitorium evadat, cum ſic particulæ ejus magis extravertantur, & antimonii corpus rariùs evadat propter texturam ♃eam.

Vitrum) Vitrum rejicit Autor; nempe fit vitrum per ♃is ſuperabundantis exhalationem, & hinc per reguli ſeu mercurialis ſubſtantiæ cum ♃e adhuc reſtitante mutuam colliquationem. Nam quando eodem ♎e calcinatorio abundans ♃ exhalat, reſtitans ♃ cum parte ☿ii arctiùs colliqueſcit; adeoque omnia vitra antimonii conſtant ex ♃e paulo fixiori, colliquato cum ſubſtantia mercuriali; inde Baſilius Valentinus rectè ex vitro ♂ii Ram ſuam antepilepticam & remedium quaſi univerſale parare ſolitus eſt. Conferatur Zwelferus, Schrœderus & Kerckringius Commentar. in Currum Triumphalem ♂ii. Cæterùm parari poteſt vitrum tàm rubrum, quàm ex addito ana borracis ♎e forti colliquefactis, puniceum rubini ad inſtar conſpicuum: de quo vid. Kerckringius *in Commentar. dictum pag.* 141. *l. c.* Similiter etiam conficitur cum eodem borrace vitrum album, nec non viride.

Succineum) Vitrum antimonii ſuccineum fit, quando ☿ vitæ fuſus in crucibulo, abit in vitrum inſtar ſuccini flavum.

Cuncta) Vera eſt Autoris noſtri ſententia. Non dantur in ſubſtantia, cùm & Infuſa turbulenta admodum ſint? potiùs loco horum cum Autore crocum metallorum ſubſtituimus.

Flores antimonii) In florum ♂ii præparatione ſuperfluum & volatilius ♂ii ♃ ſeparatur, & in altum ſub forma ſicca elevatur. Cæterùm Flores ♂ii, utut primariò conſtent ♃e volatili, tamen nonnihil quoque de regulo ſeu ☿iali ſubſtantia participant; hinc enim facilè ſecundùm Glauberi encheireſes denuò ii in genuinum ♂ reduci poſſunt; ac quidem præparantur hi vel ex antimonio crudo, vel ex ♂ii minera, &c. deinde præparantur vel modo vulgari, vel artificio ſingulari; vid. Autor. Tandem parantur iidem vel per ſe, vel additione aliorum concretorum, & in ſpecie ☉is ✱ci; ubi tamen ubique par ratio eſt, ſemper enim ſimplices antimonii flores acquiruntur. Interim dubium occurrit hoc: an, quantum quantum eſt, totum antimonium in flores abire poſſit, cùm præſertim in receſſu habeat ♃ fixius naturæ ☉aris, ſublimationi repugnans? Reſpond. paulò nobilius ♂ non totum in flores elevari poſſe, ſed potiorem partem ejus ex regulo & ♃e fixo conflatam manere; contrà vilius ♂ facilè totum in flores faceſſere, qui per cucurbitam tubulatam optimè parantur, de quo modo conficiendorum florum videatur Collegium Pharmaceuticum in Schrœderum.

Faſtigiatis vel folle ſollicitandis) Res ita ſe habet: Flores antimonii variis encheiriſibus parantur: nempe nunc per cucurbitam vitream aut ♆eam, alembico munitam: nunc mediante furno, pluribus aludel ſibi invicem impoſitis adornato; de quo vid. Glauberus; non ſecus atque loco furni, folle ſolicitandi, iidem flores componuntur per retortam, nempe ex antimonio fuſo beneficio follis extorquendo flores illos. Conf.

Digitized by Google

Zwelferus Mantiſſa ſpagyrica, ubi docet parare flores ♄i, ad quem modum & flores ♂ii fiunt.

Variisque coloribus) Triplici colorum varietate apparent flores antimonii: nempe

1. Superiori in loco vaſis conſpiciuntur albi,
2. in medio flavi,
3. in imo rubri.

Ubi tamen omnes iidem flores ſunt ejusdem naturæ, ſaltem, quo magis illi colorati, eò fixiores ſunt, & de nobiliore ♃e participant, adeoque flavi meliores ſunt albis, ſicut rubri flavis.

Cum ☉e ☽co) Additur hoc præparandis floribus interdum antimonio, melius tamen mineræ; ſic acquiruntur flores intensè rubri, qui in inſtrumento ♀eo rectè parati, quibuſdam ℞ antimonii ſicca audiunt, ſine vomitu & ſeceſſibus, blandâ ſaltem diaphoreſi, & vi antepileptica inſignes: inde D. D. Gauzland, Archiater Electoralis Saxonicus, iis frequenter uſus eſt.

Sub Croci vel Clyſſi denotatione, pag. 204.) Id eſt, ſubinde deſtillari ſolet ☁ mineralis compoſitus ex ☊o, ♂io & ♃e per retortam tubulatam, ubi prodit clyſſus acidus volatilis in morbis acutis non contemnendus. Cæterùm ſub denotatione in collo retortæ elevantur ſimul flores antimonii rubeſcentes ſaporis aciduli, qui edulcorati cum ▽ ſimplici calida loco florum antimonii aſſervari poterunt.

Nullatenus mitiores) Flores antimonii ſunt ſuſpecti, ut vitra; omnes enim flores ſunt violenti, nec tutò in praxi adhibendi.

☿ *vitæ*) Mercurius vitæ dicitur, quando ☿ ſublim. cum ana ♂ii deſtillatur, ſic prodit liquor craſſus quaſi gummeus butyrum antimonii vocatus, nunc candidus, nunc verò ſi de ♃e antimonii participat, luteus, atque huic, vel albo, vel luteo, ſi infunditur ▽ communis, lacteſcit illud in momento, & dimittit pulverem candidum, luteum vel flaveſcentem; hicque pulvis dicitur ☿ vitæ; & eſt antimonii regulino-ſulphurea pars, à ☁☉is acido corroſa: ſiquidem dum ▽ ſimplex affuſa diluit ☁um iſtum acidum, hic infractus non poteſt ampliùs continere pulverem corroſum, ſed dimittit eum ſub ☿ vitæ nomine.

Santalinum colorem) ☿ vitæ tali modo tinctus dicitur quoque alias antimonium Algarethi, quem Sala Roſam mineralem nominat, quia roſeo quaſi colore tinctus. Artificium ejus conſiſtit in hoc: nempe butyrum antimonii, loco ▽æ communis, ♀atur cum ⊡ humana, quia ☉ volatile ⊡æ ♃ antimonii, in hoc ☿ vitæ latens, extrahit, ſicque color rubicundus evadit: contrà, quia Autores alii neſciverunt hanc roſam mineralem ita præparare, ideò aſſumpſerunt ☿ ſantalo rubro tinctum, eoque impræg natur ☿ vitæ colore rubeo.

Bezoartici mineralis) Hoc compendiosè fit ex ☿io vitæ luteo cum ☁u ☊i, procedendo, uti aliàs ſolet, vel ex eodem Mercurio vitæ luteo, cum triplo nitri detonato.

Regulus denique in globulos) ſcilicet ex regulo antimonii formantur globuli, qui deglutiti ſuprà & infrà purgant, & formâ integrâ iterum per alvum excreti aliis propinantur. Uſus horum eſt faſtidioſus & ſuſpectus, & operatio inæqualis; quippe prout acidum ſtomachi ex tali globulo plus vel minus extrahit & ſolvit, eatenus & effectus major minorvé ſperandus. Rejicimus ergò hos quoque globulos.

Crocus metallorum) Crocus metallorum fit, quando antimonium in pulverem flaveſcentem mutatur, quia quilibet pulvis, in forma plus minus lutea comparens in regno minerali, crocus vocatur; ideò quia veteres in alchymia potiùs quàm chymia verſati & exercitati, putarunt antimonium eſſe radicem metallorum, unde & crocum antimonii nomine metallorum dignati ſunt. Cæterùm hic crocus metallorum nihil eſt aliud, quàm antimonium per ignem & alcali fixum reſeratum, quippe alcali hoc antimonio additum immediatè agit in ejus ♃, indeque fit, ut ex actione alcali illius in ♃, emergat color plus minus flaveo-rubeſcens. Ac quidem in multiplici illa crocorum præparatione res eò recedit, ut nempe per alcali mediante △e recludatur antimonii corpus, cujus ♃ cum ☿iali ſubſtantia extravertatur, quæ antea quaſi in intimis antimonii recluſæ erant. Modos præparandi vid. in Collegio in Schrœderum.

♀æ ſanctæ) Eſt etiam crocus metallorum vulgaris cum tartaro, ☊o & ☉e, quem Rulandus vocat ♀am ſanctam; & ſufficit ☨, ſi ſolum ♂ii & ☊i ana part. æqual. detonentur.

In Retorta perforata p. 205.) quando incenditur tartar. ☊ & ♂, fumus oritur, qui non eſt planè de nihilo; ſed ☉ia acquiruntur volatilia ex tartaro & ☊o: Eſt ☁ polychreſtus, clyſſus ⊡oſis dictus, qui non parum præſtat in morbis chronicis, affectibus renalibus, calculo, remanente in retorta croco metallorum, qui à ☉ibus edulcorandus, ut addito ☊o in ♂ diaphoreticum figi poteſt.

Abſinthiaci) eſt pompa inanis, res eodem recidit, ſive ☉☊i ſive abſinthii ſumatur.

☊*i prius fixati*) eſt inanis labor; ☊ enim ſufficienter ſub ipſo labore figitur.

Arcani duplicati) Nonnulli addunt loco nitri puri nitrum ☽latum: aſt ſub tortura △is

Digitized by Google

ra △is alcali quidem ☉i remanebit, acidum tamen ſub flamma evolabit.

Appropriatum hic fere ☉) hoc eſt, quando ſub detonatione illa ☉ à ♃e ♂ii figitur tunc pars ☉i abit in ♁eam ſubſtantiam, croco metallorum adhærentem: de quo Helmontius exclamat: felices eſſe eos, qui ☉ in ♁am inſipidam poſſunt redigere.

Ophthalmicis) Eſt præparatio ▽arum ophthalmicarum infuſione croci ☿i in ▽ euphraſiæ, &c. ▽ hæc admodum egregia eſt, ſi oculis inſtilletur, utut ♉ butyri ♂ii adhuc nobilius ſit in tali ▽.

Tenerior ejus pulvis) quando ſcilicet crocus detonatione factus abluitur pro ☉o fixo ſeparando, & ▽æ huic inſtillatur ✚tum deſtillatum, ♁atur tunc pulvis aliquis ♂ialis, magiſterium croci metallorum dictus, qui ipſe eundem habet uſum ac crocus; nec enim cicuratior, nec correctior eſt.

Siccam formam p. 206.) Rarò in ſubſtantia, ſed potiùs in infuſo, propinatur crocus infundendus vino, ut ſic ſubſtantia tenuiſſima ſe inſinuando vomitorium evadat; quod ſi verò in forma ſicca propinare velimus, imitandus Mynſichthius additione tartari in præparatione tartar. emetici videatur.

Vitrum ♂ii p. 207.) Solent (uti ex Schrœdero patet) corrigere ✚to deſtillato, vel ~u ♃is, &c. aſt Autor præfert tartarum emeticum.

☿ *vitæ regulinus*) Hunc etiam vitro regulino, ☿io vitæ, regulo cum ♁e communi trito præponit.

Cum ♁e communi tritus) Nempe, quia ferocior eſt ☿ vitæ, debet is corrigi, id quod fit duobus modis: vel per acetum, vel cum ♁e communi; cum quo in anatica quantitate diutiùs terendus, & fornaci calefactæ exponendus, ut acidum ♁is communis figat & mitiget ☿m vitæ: videatur Schrœderus. Ita præparatum ☿m vitæ dicunt eſſe ſpecificum ad curandum hydropem: ubi quidem verum eſt, ☿m vitæ copioſas evacuare ▽aſ; interim tamen is pro hoc ſcopo non eſt cum ♁e communi corrigendus, præſertim cùm vomitoria omnia utplurimùm in hydropicis rarò vomitum cieant, ſed ſaltem per ſeceſſum utplurimum purgent, adeoque ☿ vitæ ad grana ij cum effectum poſt ſe relinquit in hydropicis, & alvum laxat.

Flores) Flores antimonii corriguntur vel digeſtione, quò ita volatilior pars evaporet, vel cum ✚to: vid. Schrœderus. Verùm correctionibus his poſſumus carere.

Pulvis ex ~u ♁is) ~ ♁is affuſus croco metallorum, vel vitro ♂ii, extrahit regulum, cui ~ui affuſa ▽ſimplici ♁atur pulvis albus, ☿ vitæ dicendus.

Ex Aqua Regis) Hæc affuſa vel ♂io crudo, vel mineræ, & ♁ata cum ▽ ſimplici, dat ☿m vitæ.

♂ *crudum*) Sunt qui hoc cum aceto, ex ♂io deſtillato prodeunte, figunt; aſt inanis eſt labor.

Vitrum ſolare) Hoc habet Schrœderus, aſt malè illud ita correctum.

Per ☉ in ▽ calida) Loco ▽æ ſimplicis ſumunt ▽m calidam, quâ ☉ eſt ſolutum, cujus medio ♁ant ☿m vitæ, reverà mitiorem & accuratiorem; item mitior fit, ſi inſtillatur guttatim oleum tartari per deliquium: ſic namque ☿ vitæ edulcoratus & cum ♅ deflagratione correctus, mite exiſtit nunc vomitorium, nunc elegans purgans.

Electricis Mixturis) Inanis eſt labor, dum Chymici parant Electrum ſeu miſturam plurium metallorum, unde quidam regulo ♂ii ſimplici addunt nunc ☉em, nunc ☽am, ♂em, ♄um, &c. & ita butyrum ♂ii compoſitum habent. Aſt butyrum hoc cum ▽ ſimplici ♁atum dat æquè Merc. vitæ, ac butyrum ♂ii ſimplex.

Mercurio vitæ vel etiam vitro ♂ii) Virulentiam autem vitri ♂ii & Merc. vitæ corrigere tentant per ☉, nempe ſumunt ☉i ana vel duplum reſpectu ☿ vitæ, vel vitrum ♂ii ſolvunt in crucibulo, fuſum edulcorant, & pulvis inde acquiſitus mitigatus obſervatur. Encheireſis hæc nullius eſt momenti, ſiquidem, ſi plùs, quàm ana ☉i ſumitur, vel diutiùs in △ detinetur, loco catharctici evadit medicamentum diaphoreticum: Sin verò minus in △e detineatur cum ana ☉i ingeſto, minus corrigitur vitrum illud, aut ad minimum non ſufficienter.

♃o ♁*lato emetico*) Nonnulli infundunt vitro ♂ii ♌ ♁li ad ſolutionem, hincque hanc cum ♁e ♃i in ♃ ♁latum emeticum ♁ant, participantem quidem de ſubſtantia ♂ii; interim hic tart. ♁latus in larga doſi propinandus eſt, ſecus parum vel nihil operabitur.

Ex tempore domeſt. pulvis pag. 209.) Scil. præſcriptio tart. emetici in forma ſolida eſto:

℞. *tart. emet.* gr. iij.
ſacch. gr. v.
M. F. Pulvis. Vel
℞. *tart. emet.* gr. iij.
conf. roſar. ʒß. M. pro Bolo.

Vel ſi purgare volumus ſuprà & infrà:

℞. *tart. emet.* gr. ij.
pulv. jalappæ gr. jv. vel v.
M. f. pulv. pro doſi.

Gillam, p. 210.) Hæc ex ♁lo vulgari vel ♀eo paratur.

Benedictam Vomitoriorum Mannam) Sala ſibi habeat hanc Mannam, quæ eſt ♉ ♁li elixiviatum; cum omnia ♁lacea ab Autore noſtro

Digitized by Google

noſtro dicantur abominabilia, & præter nauſeam, quam pariunt, hoc habeant incommodi, quod rugis ſtomachi ſe inſinuando, tonum ventriculi ad plurimas ſeptimanas utplurimum peſſundent.

☉ ☾*li*) Ex ♋ ☾li elixiviatur purum putum ☾lum, multum de ∽u ☾li, parum de minera participans; unde & in perfectum ☾lum progreſſu temporis regeneratur.

Laborioſiorum Arcanis, aliiſque Viſitationibus) Alludit hic Autor ad illud Alchymiſtarum: *Viſitando Interiora Terræ, Rectificando Invenies Optatum Lapidem, Veram Medicinam.* Veteres ſiquidem ad imitationem Baſilii Valentini ex ☾lo, mediante ∽u univerſali, parandum lapidem Philoſophorum putarunt, ut initiales literæ indicant.

☾*li* ♂*is*) Hoc nunquam vomitum ciet; niſi per accidens in majori doſi ſumptum propter molem faſtidium generet; contrà ſi in minori doſi aſſumptum fuerit; Quando enim ☾lacea ſunt vomitoria, hoc ratione ☿is fit.

Lunaris Crudioris p. 211.) Cryſtalli ☽æ ex ☽ & ▽ peractæ, ſaporis ſunt amariſſimi; interim cum in omni ☽a ſemper aliquid ☿is contineatur, hinc & illæ cryſtalli ☿eæ & vomitoriæ erunt: Videatur Boyle *in Phil. Experimentali.*

♄*ini coaguli*) Sunt cryſtalli quaſi ☾lacei ex ✝to & ♄o, ſeu ſaccharum ♄i dulciſſimum, quod in majori doſi ſumptum nauſeam primò, in delicatulis vomitum excitat; ſed hoc fit per accidens.

Æris ſquamma) Hanc quidam propinant; quidam verò ex ☾lo mediante aceto vomitoria parant. Quia autem & illa ſtomacho hoſtilia ſunt, proinde potiùs ex omnibus ☾licis pro ſcopo anticachectico ſufficit nobis ☾lum ♂iale.

Liquida) Ex ♃io vomitoria quomodo haberi queant? proponit Autor in vulgaribus infuſis & ſyrupis ♃ialibus, taxando doſin incertam & inæqualem, propter evaporationem & abſtractionem; adeoque hinc docet

Pag. 212. *Oxyſaccharum*) parare ſub doſi grata, quod omnibus his difficultatibus caret, cujus hic parandi modus: Nempe extrahit cum aceto crocum antimonii: hanc eſſentiam cum ana ſacchari quadantenus inſpiſſat, ſine tamen evaporatione; ita doſis hujus ad ʒij. vel iij. vel ℥ß. pro adultis eſſe poteſt.

Præſcribendi modus eſt:

℞. ▽ *rubi idæi.*
oxyſacch. emet. ana ʒiij. ad ℥ß.
M. D. S.
Brech-Safft auf einmal.

Hoc oxyſaccharum, ad imitationem oxyſacchari Angeli Salæ compoſitum, Autor præfert omnibus ſyrupis & oxyſaccharis emeticis, ſive ſimplicibus, ſive compoſitis: Compoſitis, quia v. g. aromata addita impediunt vim vomendi; unde ceu minus convenientia ea omittenda ſunt: Reliqua propter evaporationem extractionis minus certa ſunt in doſi.

▽ *benedicta*) aqu. benedicta eſt infuſum emeticum, quod mihi placet. Parari poteſt ex quocunque remedio antimoniali vomitorio, ſive infundatur crocus metallorum, ſive vitrum antimonii, ſive Merc. vitæ, perinde eſt. Modus præſcribendi eſt:

℞. *Croci metall.* gr. jv. v. vel plures:
Infunde in vino Rhenano q. ſ. ſtent in loco calido per ☌, Filtraturæ per chartam ℞. ℥j. vel ℥iß.
D. S. **Brech-Wein.**

Minus autem figit vinum ♃ii partem Mercurialem, quàm acidum aceti. Loco infuſorum moderni laudant ſapas vomitorias cum ſuccis vegetabilium acidulis paratas, adeoque vel ſucco citri, limonum, vel cydoniorum infundunt vitrum vel crocum antimonii; Infuſum aſſervant loco calido, & ſucceſſivè evaporando in conſiſtentiam rob vel mellis inſpiſſare permittunt; de quo datur gr. j. vel ij. vel jv. pro ratione ſubjectorum, & ſic ſuaviter operatur, quæ inſtar omnium.

Cum ♀) Languida ſunt vomitoria cum ♀ extracta & in largiori doſi exhibenda; Acida enim requiruntur; unde & vinum malvaticum nil ex antimonio elicit, niſi in majore quantitate affuſum ratione phlegmatis ſui aliquid arripiat.

Vino vindemiæ) Recipiunt quidam ♃ ♃ii auratum ex ſcoriis paratum, idque infundunt muſto recenti, defervere unà ſinunt pro vino purgante; At doſis eſt incerta & vehemens, quibus omnibus non immeritò oxyſaccharum vel ſapa præfertur.

Annulis nummiſve vitreis) Sic ex vitro antimonii annulos, nummos & pocula (ut Hamburgi) conficiunt, infundunt vinum ad ℥j. vel ℥jß. & pro vomitorio propinant; item calicem ligneum conficiunt, quem pice obducunt, & dum pix liquida eſt, fruſta vitri hinc inde aſpergunt, ♀ infundunt, quod hauſtum ſufficienter purgat.

Eſſentia è floribus) ſc. flores ♃ii infunduntur cum tartaro vel ☉e eſſentiali tartari: aſt quia hic emergit tartar. emeticus, proinde ſupervacaneus eſt hic labor.

Ræ pag. 214.) Tincturæ variæ eliciuntur è vitro ♃ii; ſed res eodem recidit.

Sapphirinam Gillam) Sicut ☾la ratione ☿is ſunt vomitoria; ita & hæc gilla: unde ſi caput mortuum ☾li menſtruo urinoſo ſolvitur,

Digitized by Google

ſolvitur, acquiritur liquor perquàm emeticus caloris ſapphirini, cùm contrà acida affuſa colorem viridem præſentent, unico ~u ♃is excepto, qui ☉lo ☿is affuſus itidem colorem cœruleum ſiſtit.

Ad ſola inferiora) Quærit hîc Autor noſter: annon ex antimonio aliquid perpetuò per inferiora purgans parari queat? Ut ♂ ſaltem per inferiora purget, conſiſtit hujus rei momentum in aliquali ſaltem ejus correctione, & quaſi inchoata fixatione, quâ acrimonia ejusdem nimia ex texturâ materiali nata, & volatilitas penetrantiaque corrigitur. Ratio, quare tantopere deſideretur ♂ per inferiora purgans, inſinuatur ab Autore dicente: *cùm ſeceſſus Mineralia hæc vel per accidens nonnunquam ſubſecuti*, &c. i. e. Purgantia ejusmodi ♂ialia per inferiora operantia non comitantur ſeceſſus cum tanta violentia & diarrhœa colliquativa conjuncti, quales quidem ex vegetabilium purgantibus ſperari ſolent, quæ ex ſui textura ☉ina volatili ☽oſa acerrima colliquant ſuccos corporis noſtri, eosque ſuo modo putrefaciunt; Vis hæc per inferiora purgatrix paratur per acida; non verò per alcalia: per acida quidem, quatenus hæc magis agunt in vim catharcticam antimonii, quàm alcalia: quod probamus ex eo, quia per acida vis antimonii emetica extrahitur: Deinde acida quoque figunt & corrigunt vim ♂ii catharcticam; quod patet ex ~u nitri acidiſſimo, & vitrioli quoque; quorum ille antimonii vim purgantem figit, & diaphoreticam facit; hic verò vitrum antimonii vel iners & languidum efficit.

Scopus ergò antimonii vim emeticam corrigendi huc tendit: ut nempe figatur illud ex parte, ne fiat diaphoreticum. Jam verò faciunt hoc acida, ♃eam partem antimonii ligantia: ubi tamen difficulter admodum medium reperitur inter totalem ejusdem fixationem, & aliqualem ligationem; idem enim ſemper antimonium manet vel diaphoreticum, vel emeticum: accedit & hoc, quod particulæ antimoniales ſint rigidiores, nec adeò tractabiles in ſtomacho ægrorum, quàm quidem vegetabilium purgantia: hinc vix illa ſine moleſta irritatione operationem ſuam abſolvunt: quâ tamen poſitâ ſequitur vomitus.

Antimonialia paulò frequentiùs pag. 215.) Scilicet contingit interdum, ut caſu & per accidens ſub varia antimonii tractatione inveniatur aliquid per inferiora purgans: interim tamen illud non eſt univerſale, ſed hoc tempore hunc hominem per inferiora purgat, alio contrà ſupernè ſponte operationem ſuam exſerit.

Ras) Circa Ras antimonii conficiendas notandum: acida menſtrua ♂ nimis figere, adeoque ne loco purgantium evadant eædem diaphoreticæ, parandæ potiùs erunt per alcalia.

☿ *vitæ p.* 216.) Hic cum ☉e communi tritus interdum faceſſit, in hydropicis, in purgans per inferiora tantùm, attamen in aliis movet vomitum.

In Regulum) Hoc eſt, ☿ vitæ beneficio ☉is ☽i in regulum redactus, hincque in loco calido digeſtus, fit quidem mitior, interim æquè vomitorius manet.

Tartaro ☉lato) hoc eſt vitæ vel cum ana, vel cum duplo tartari ☉lati tritus curatur quidem, acidum ☉li nonnihil figit dictum Mercurium vitæ: ſed tamen eſt laboris ſuperficialis, cùm hic delicatis æquè vomitum cieat.

Crocus metallorum) Cautelam Mynſychthius hanc habet: ut crocus metallorum abſinthiacus infundatur pro ſcopo vomendi vino Rhenano, non verò Malvatico: è contra alii ſibi ex eodem croco vino Malvatico infuſo promittunt infuſum ♂iale per inferiora purgans, ſed fruſtra: ſi enim aliquid vinum Malvaticum extrahit, ſemper erit vomitorium.

Vitrum ♂ii) Hoc imbibitur vel aceto, vel ~☉li: verùm ſic figitur, aut niſi exactè punctum ſaturationis acquiratur, manet vomitorium.

☉*inum coagulum pag.* 217.) Butyro ♂ii, ſi inſtilletur ana ☽oi ☿i per deliquium, ☿ vitæ præcipitatur, qui edulcoratus per inferiora purgat.

☉*ia ferè flocciformia p.* 218.) Id eſt, crocus metallorum ſepoſitus, vel & ♀ butyri antimonii ſepoſitum, efflorescunt in ☉ ☾oſum, quod itidem tanquam purgans per inferiora obtruditur: aſt eſt deſes illud, & parum vel nihil operatur.

☿*ius*) Hic triplex datur: Vulgi ſc. corporum, & Philoſophorum: Vulgi. ☿ eſt omnibus notus: Corporum verò ☿ eſt quando ex metallis perfectis mediantibus ☉ibus reſuſcitativis producitur ☿ vivus: & conſiſtit fundamentum præparationis in eo, ut nempe ☿, à ♃e coagulatus in metallum, ab iſto ♃e liberetur; adeoque menſtruo ſolvente ♃, eoque reſoluto, & ſic ceſſante metalli coagulo, metallum ſolutum cum menſtruo ſolvente in forma Mercuriali liquida ſe ſiſtit. Jam verò ♃a illa metallorum ſunt manifeſtè pinguia & occultè acidiſſima; hinc media reſuſcitandi erunt ☉ia alcalia, eaque tàm fixa quàm volatilia: non ergo metalli in ☿um & ♃ diviſionem, ſed metalli cum menſtruo ſolvente novam texturæ modificationem & unionem, ſequitur Mercurius.

Cum vel unica pag. 219.) Hic Autor Mer-

Digitized by Google

Mercurii vulgaris depurationem ſuperfluam taxat: nempe cum ☿ ille adhæſione ſubſtantiæ arſenicalis, & hinc ♄inæ ſit adulteratus, proinde duæ ſordes ut ſeparentur, lavatur Mercurius vivus ſeu depuratur. Laborioſi hîc ſunt Chymici, dum alii hoc faciunt cum ♁e, alii cum aceto, alii cum ♆, alii aliter eundem lavant, ubi tamen hæc cum aceto lotio ſimplex optima eſt, & ſufficit abundè pro auferendo arſenico & ♃o: ſiquidem ♄num mox acetum ſolvit & nigrorem contrahit.

Per corium) Quidam ut depurent Mercurium, per corium eundem trajiciunt, quod tamen pariter non ſufficit: Mercurius enim ſecum rapit, quicquid ſibi adhæreſcit.

Ab aliis metallicis) Quidam cum metallicis corporibus depurant. Alii ad depurandum Mercurium vivum faciunt amalgama ex Mercurio vivo, ☉e & ☽, hocque ita factum per retortam deſtillantes, putant ſic prodire Mercurium vivum ab omnibus ſordibus liberatum, ſed labor eſt prolixior; commodius ☿ ſublim. cum limaturæ ♂ ana miſtus deſtillatur per retortam; ſic enim ♂ abſorbet & imbibit Mercurii ſublimati acidum, quo imbibito vi ignis prodit Mercurius vivus optimè depuratus: vel & recipitur ♉ butyri ℥ii, miſcetur cum ♁e tart. & limatura ♂is, ſic alcali deſtruet acidum Mercurii ſublimati, & ♃is ℥ii, quo deſtructo prodit Mercurius vivus optimè purificatus.

Amalgamatis ♃ialis pro ſudorifero maximo) Faber hoc parat ex amalgamate ♃is & Mercurii, figendo cum ☊o. Jam ſi recipiatur hoc amalgama, & additione ♁is fixi deſtilletur, prodit Mercurius vivus purificatus. In metu imminentis ilei uſurpatur ſine noxa; utut diutiùs in corpore ſi perſiſtat, vel externè illitus, ſoleat ſalivationes inducere.

Infidus ille ſervus p. 220.) Servus fugitivus Chymicorum aliàs dicitur Mercurius, ideò, quod, etſi Chymici putent eum ligatum, avolet tamen. Tandem & intuitu mercurialium notandum: quod omnia ex Mercurio præparata nobis hactenus nota ſint ſaltem ♒ata & ♎ta, quorum ambo extrinſecus ſaltem larvant Mercurium, utpote cùm per alcalia hic denuo facilè reſuſcitabilis ſit; hinc omnia hæc ex Mercurio præparata eoſdem penitus habent effectus, nempe ſuprà & infrà purgant, utut etiam ſubinde per ſalivationem ac imprimis diutiùs continuata, operari ſoleant.

Coralatus ſecretior) Paracelſus in ſcriptis ſuis meminit ☿ii fixi, quem à colore arcanum coralinum vel coralatum majus vocat, quodque ſolùm per inferiora purgat, & perfectè, experientiâ ſuffragante, hydropem, phthiſin, podagram, &c. curavit; interim modum præparandi reticuit: Helmontius quidem *Tract. de Febribus* cum indicaturus dixit fieri illum nempe abſtractione liquoris alkaheſt: quippe ita fixatus deinde edulcorandus eſſet mediante ▽ albuminis ovorum: ſed deficit nobis lagenula alkaheſtica.

Vulgares verò) Loco hujus arcani coralini Paracelſi Crollius introduxit aliud arcanum coralinum, mediante ſpiritu nitri præparatum: de quo vid. Schrœderus & Hoffmannus; quod ab hoc rubicundum colorem acquirit. Interim ☿ ita paratus eſt adhuc catharcticus, & ſalivationem movet & vomitus, nec differt à ☿♎to vulgari Fioravanti.

☿ *dulcem p.* 221.) Ex omnibus ☿ialibus eligit hîc Autor ☿m dulcem ex ☿ii ſublimati & vivi ana ſublimatione paratum: ita namque ☿ vivus corrigit corroſivam acrimoniam ☿ſublimati, evaditque hinc ſingulare & optimum purgans per inferiora pro morbis chronicis. Cæterùm pro hoc ſcopo ſemel tantùm, vel bis ad ſummum, ☿ium ſublimandum eſſe Autor monet, idque ideò, nam quò ſæpius is ſublimatur, eò etiam magis vi laxativâ caſtratur, dum aliquo modo figi videtur per ♎is vim, atque ideò ☿ dulcis ſæpius ſublimatus amittendo vim purgantem, evadit diureticus.

Venale ſublimatum) ☿ ſublimatus communis probatur, ſi eidem guttæ quædam ☌oci ♀i per deliquium affuſæ ſint; tunc enim ☿♎tus aliàs candidus, ſi eſt legitimus, flavus fit; cùm contrà, ſi de arſenico is participet, fiat nigricans. Modum autem præparandi ☿♎tum videb. *in Hippocr. Chym.* Tacchenii.

Specioſior. modus per ſolas ſalis communis ac vitrioli particulas) Modus ſpecioſior cum ♁e communi, ♁lo, ☊o & ☿ vivo factus nihil ſingulare in receſſu habet, cum aſcendente ſolùm ♁e communi ♁lum & ☊ in fundo vaſis maneant: Interim curioſior eſt proceſſus hic: recipitur ☿ vivus, qui ſolvitur in ⌒u ☊i, hinc ſolutione per ſal commune præcipitatâ, ♒atum hoc ſublimatur; ſic namque ☿♎tus nitidiſſimus acquiritur.

Adjecta nobiliorum metallorum particulâ) Sunt nonnulli, inter quos & Zwelferus *in Pharm. Reg.* qui Mercurium dulcem cum auro miſcent, & ita, neſcio quo ſucceſſu, illum exaltare ſatagunt; verùm ſcopus laxativus ſic potiùs infringitur, unde illa exaltatio quoque eſt ſuperflua quædam ſapientia.

Nec opus habemus) dicere vult Autor: ſi Mercurium dulcem ritè adhibuerimus, nos non indigere variis mercurialibus. Nam omnia

Digitized by Google

omnia cognita hactenus mercurialia ſunt vomitoria & catharctica, eaque ſatis moleſta, *ſicut* continuato uſu ſalivatoria; hinc & *rejici* arcani coralini per ~m ☉i parati uſum: nam & ſic internè uſurpatus ſuprà & infrà movet, utut locum id habeat externè in ſcabie & nonnullis caſibus chirurgicis, ubi forſan ☿io aliqualiter corroſivo opus habemus. Unde rarius intra uſurpatur.

Flores ☿ii argenteos) Vid. in Schroederi *Pharm.* ſed non eſt legitima præparatio: Vocatur etiam lanugo Mercurii perlata.

Præcipitatum per ſe p. 223.) Hujus præparationem habet Schroederus, & Zwelferus *in Mantiſſa Herm.* fitque ea in phiola plana: encheireſis autem pro facilitanda Mercurii ≈atioñe per ſe eſt; ſi ſubminiſtretur ignis quaſi ſuppreſſionis. Cæterùm utut hoc Zwelferus ſaltem per inferiora purgare dicat, tamen pariter ſuprà & infrà purgat, quamvis & corrigatur per ♈, ~m ☉i, aut aceti deſtillati abſtractione.

Si jalappæ) Modus uſurpandi ☿m dulcem varius eſt, & quidem per ſe datus non adeò fortè fit laxativus, indeque rariſſimè ſolita riè niſi infantibus propinatur. Tutò in forma pilularum vel boli exhibeatur, ac proin ſocietur is aliis purgantibus vegetabilibus, v. g. cum jalappa & ſtimulo ſcammonii ♃ati acuatur; ubi vulgò & in tabulas redigitur.

☿ *crudus & per ſe pag.* 224.) ☿ crudus tutò in caſu affectorum inteſtinorum, & lumbricis, poteſt exhiberi; interim pro ſcopo purgandi is languidior eſt.

Decoctum ejus) Decoctum ☿ crudi ſeu ♈ hermetica Augenii inſervit tàm uſu interno pro lumbricis, decoquendo ʒj. Merc. vivi in ℔j. ♈ graminis vel hyperici, quàm externè pro lavandis lentiginibus, Sommerſproſſen/ ſcabioſiſque manibus.

Miſtura denique) Triplum ſacchari cum una parte Merc. vivi teritur in pulverem gryſeum ad vermes; qui tamen non antecellit Mercurium dulcem.

Turbith illius p. 225.) Si tamen mercuriale vomitorium uſurpandum ſit, ex Autore uſurpetur Turbith minerale, quod generali nomine vocatur Præcipitatum catharcticum minerale, præſertim per alcalia. Ex Merc. paratum optimum eſt, & hic modus Autoris concinnior eligitur; ſolvitur nempe ☿ ſublimatus in ♈ calida, hincque ſolutio præcipitatur vel ♁e tart. vel ♌o tart. per deliquium in pulverem ex flavo obſcurè rubeſcentem: qui edulcoratus probè à gr. v. vj. viij. ad x. ſuprà ſatis movet; ſi mitiorem velimus, poſt edulcorationem lento ♎e aliquandiu digeratur, ſicque tutiùs propinatur. Atq; ita paratum turpethum minerale omnium inſtar ſufficere poteſt; cùm reliqua è contra præcipitata fiant vel per abſtractionem acidorum ſpirituum, vel per præcipitationem ex his cum alcalibus factam.

Præcipitatum quoddam in uſus chirurgicos) Præſtat id, quod vulgo cum ♈ præcipitatur; eſtque Vigonis. Interim præfertur huic Merc. præcipitatus ex Mercurio ſublimato & ♌eo tart. confectus; neque hoc pro uſu externo cedit Mercurio dulci ad extra dicto, qui non eſt purus; & æquali paſſu cum præcipitato illo poteſt adhiberi: ſic & loco ♌ci tart. poteſt etiam Merc. ſublimatus præcipitari cum liquore ſilicum (qui Glauberi eſt modus) & eſt hîc ♁ tart. cum ſilicibus mediante igne fuſionis impræg̃natum: quod ipſum in loco frigido repoſitum in liquorem fluit, præcipitantem ☿ ſublimatum copioſius in turpethum minerale optimum; quod dicit Autor ſufficere præ omnibus.

Diverſis ſub coloribus p. 226.) Quando Merc. vivus ſolvitur in acidis, tunc nunc cum ☐, nunc cum ♁e ✱co, nunc cum ♈ ♁ina, poteſt is præcipitari. Interim his & parabilitate & ſecuritate præſtat, ſi præcipitatur cum ♌o tart.

Præcipitatis abſtractitiis) Neimpe affunditur Mercurio ~♃is vel ☉i, vel ſimilis; ligatur enim ab his Merc. & ita fixus ſuo modo præcipitatus hæret: edulcoretur. Verùm hæc & ſimilia Præcipitata non internè adhibentur, ſed moleſta ſunt & periculoſa.

Præcipitato denique) Sunt qui Merc. præcipitatum parant ſolvendo Merc. in aqua forti, hancque ſolutionem ≈ando cum ♌ ☊i; verùm hoc ≈atum defes eſt reſpectu illius, quod ex ♎to paratur.

Mercuriali conſortio.) Ex tempore poſſumus habere emetico-catharcticum ex Merc. & antimonio, recipiendo nempe Merc. ♎ti dulcis gr. xij. ad xv. quibus addatur vel Merc. vitæ, vel croci metallorum, vel ♃is aurati antimonii gr. ij. præter propter; hinc juncta ambo terantur in mortario lapideo diutiùs continuando; ſic namque acidum Merc. dulcis ſub hac trituratione, (quod eſt ex ♁e communi) aggreditur ♃ adjunctum ♂ale, quod figendo ſuâ aciditate vim emeticam nimiam nonnihil caſtrat, adeoque emetico-catharcticum blandum emergit, in morbis chronicis & inveteratis appropriatum.

Num autem in reliquis Emeticis pag. 227.) Dubitat hic Autor: an præcipitata compoſita cum metallis aliquam præ vulgaribus prærogativam habeant, v. g. cum ☉e præcipitatum, ☉ vitæ dictum, ex Schroedero notum; it. Hercules Bovii, &c.

☉ *fulminans p.* 228.) Ut paretur, vid. in Colleg. in Schroederum: Certe ſine ♁✱ parabile non eſt, Præcipitatio quæ fit cum volat.

volat. ☉e optima eſt. Infantibus maxime conducit.

Cathartticum argenteum p. 229.) ☽a rarò aut nunquam ſine conſortio cupri, vel naturâ vel arte, reperitur; Nam & vaſa argentea participant de ♀e, & minera ☽a ♀i ſociata deprehenditur; hinc & à ♀e vulgares illæ ℞æ ſunt cæruleæ & ♀is filiæ, non verò ☽æ proles. Cæterùm ex ☽a in ▽ ſoluta per abſtractionem fiunt pilulæ amariſſimæ, aſciticorum ▽as per inferiora efficaciſſimè expurgantes(quarum jam genuinam deſcriptionem videb.in Boylei Philoſoph.Exp.)ad gr.ij.vel iij. ad iv. exhibitæ; unde miror Autorem,illas nominare deſes remedium. Nam in tantum evacuant, ut ægri langueſcant, qui languor tamen per ♂ialia corrigendus tunc eſt.

Lapidis calaminaris magiſterium p. 230.) Hic eſt naturæ ♂ialis, hincque præcipitatum ejus magiſterium eſt admodum hebes. In paulo inconvenientiori doſi aſſumptum per accidens fit purgans.

♂ ⊕lo) Hoc ſolutum in ▽, & ≠atum cum ♁ tartari, dat crocum, quem Hoffmannus contra vermes commendat; ſed deſes eſt remedium hoc.

☉ *♂is purgans*) Quando ☉ *cum & limatura ♂is ſublimantur, tunc in fundo remanet materia quædam ex ♂e & ☉e acido *ci conſtans ⊕laceæ naturæ, & parum præſtat.

Lapis Armenus vel potior Lazuli) Horum ille coloris ex cæruleo virideſcentis; hic verò ſaphyrini aureſcens prodit, primario de ♀e, ſecundariò de ☽a participat: hinc & lapis Lazuli mediante ♁eo lini colorem cæruleum ultramarinum reddit. Adeoque, quicquid virtutis purgativæ dicti lapides promittunt, eam omnem ♀i ſociata, ſive ⊕lo ♀is debent.

Diaphoretica pag. 231.) In his quoad Theoriam duo conſideranda probè ſunt: nempe

1. Vis generalis ipſa diaphoretica ſeu ſudorifera, quâ talia ſubjecta vegetabilia potenter ſudores ciere ſolent.

2. Huic adjuncta vis ſpecifica medicamentoſa,in ſingulis concretis penè ſingularis; ratione cujus & uni & alteri ſapori morboſo, aut cauſæ morboſæ corrigendæ ſufficiunt. Atque hoc modo ſaſſafras,præter generalem vim diaphoreticam ſpecialiter catarrhis dicatum: buxus ſpeciali vi anodynâ, & pinus ejusque ſtrobuli ſpeciatim ſcorbuto ſuccurrunt, quantumvis eadem in genere quoque vi ſudoriferâ potenti polleant: Rob juniperi ſimul eſt diureticum: rob ſambucinum ad eryſipelata exiſtit: C.C. & viperæ malignitatem corrigunt: unicornu epilepſiæ medetur.

Conſiſtit autem vis ac facultas operandi diaphoreticorùm horum vegetabilium in ſubſtantia reſinoſa amara, eleganter aromatica, adeoque in ☉e volatili ♁ſo temperato tamen, nec adeò acri; imò nec adeò colliquativo, nec virulento, quali aliàs pollent purgantia vegetabilia: unde conſequenter hæc præter vim diaphoreticam, ſimul corrigunt & temperant acidum, incidunt & reſolvunt viſcidum, & lymphæ vitia varia emendant & corrigunt; quin imò tonum fibroſum viſcerum & partium roborant & reſtaurant. Atque hoc ita ſe habere patet ex ♁ deſtillato ligni quajaci vel tartari quæ ad gutt. vj. viij. vel ix. ad x. propinata, ſunt potentiſſima ſudorifera, & in tantillis guttis tantum præſtant, ac decocta lignorum ſudorifera in tot hauſtibus: ratio; ſunt enim illa ♁ea ☉ia volatilia concentrata ſeu reſinæ liquidæ, quæ ex his ſubjectis deſtillata quaſi concentratâ vi operantur tàm potenter per ſudorem.

Pro ſelectu autem noſtro ſint ſudorifera potiora ex Regno Vegetabili lignum guajacum cum cortice, lignum ſaſſafras; ejus tamen ſuccedaneum eſt lignum juniperi, cujus baccarum rob, non ſecus ac ſambuci rob, egregium diaphoreticum exiſtit; ſtrobuli pini juniores & arboris hujus cortex; Idem radix angelicæ, enulæ, zedoariæ, chelidonium majus, herba cardui benedicti, ſcordii, centauri minoris, item myrrha, camphora; ſemen ſinapi, napi, aquilegiæ, naſturtii, &c.

Secundo Regnum Animale potiora ſudorifera ſuggerit in cervo, vipera, oſſibus lucii piſcis, conchis oblongis, ſanguine hircino, dente quodam vel eboris, vel unicornu.

Tertio Regnum Minerale ſuggerit potiora ſudorifera, nempe ☿ialia fixata, tàm ♃ea,qualis ſunt cinnabaris ☿ii,quàm ☿ialia ex regulo, uti in ſpecie ſunt Bezoardicum minerale,item ☿ Diaphoreticum ♂iale, & hinc ℞ quædam ☿ialis inſignior, tàm cum acido, quã cum alcali parata, item ☿ fixus diaphoreticus adeò decantatus Helmontio: item diaphoreticum quoddam ex ♃ve, tam ſudoriferum maximum Fabri, quàm commune; item pulvis quidam fixus ☉ris, & ℞ quædam ☉i concinnior. His addi poteſt unicornu foſſile, & ♆ ſigillata, item ♃ commune; quibus ſubjungatur quaſi hermaphroditica ſoboles ex minerali & animali regno, ☉ *cum.

Quoad Compoſita & Præparata, ex modò citatis ſimplicibus ceu potiora ſufficiunt ℞ bezoardica ſelectior, hinc pulvis aliquis bezoardicus, tàm ☉inus quàm fixus; ſalinus v. g. ex ☉e abſinthii, ☉e volatili C. C. bezoardico minerali; fixus verò ex C. C. ſine △, maxilla lucii piſcis, unicornu foſſi-

Digitized by Google

fossile; quibus alia, etiam opiata, sociari possunt: item spiritus quidam urinosus volatilis vel simplex, v.g. ~ ⊖ * ci, vel compositus, v.g. liquor C. C. succinatus: Ex ~ ib. ver ò volatilibus ℞is sufficiat ~ theriacalis camphoratus. Porrò inter ⊖ ia fixa simplicium diaphoreticorum unum alterumve, v. g. absinthii, vel centaurii minoris, vel fumariæ, instar omnium sufficiant. Majoribus ex compositionibus sola theriaca, & electuarium diascordii Fracastorii, usurpetur. Plura inter aceta alexipharmaca & theriacalia unum compositum sufficit, quale v. g. est istud, quod ceu expertum describitur à Kirchero in scrutinio Pestis, vel acetum Theriacale Timæi. Accedat hic extractum quoddam compositum ex vegetabilibus paratum, facilè per ingredientia animalium ulteriùs perficiendum. Olea inter destillata alexipharmaca & sudorifera unicum compositum, v.g. pestilentiale ℞ Heinsii. Hisce omnibus pro vehiculo inserviat una alterave ▽ destillata, v. g. ▽ florum sambuci, cardui benedicti, vel fumariæ.

Diaphoretica Venerea) Per hæc intelligit Autor ligna & radices pro cura hujus morbi requisita, circumscribitque illa quaternario numero, allegando lignum guajacum, ejusque corticem, sassafras, radices chinæ, & sarsaparillæ: quibus tamen moderni addunt alia simplicia plura, v. g. radicem periclymeni, bardanæ, ligna juniperi, buxi, fraxini & coryli: atque ex omnibus his selectum faciendo Autor guajacum cum cortice eligit. Interim tamen selectus hic mihi nimis angustus videtur; indeque pro Praxi liberaliori, utut selectiori, guajaci ligno & cortici addendum esse puto lignum sassafras, juniperi cum baccis, item strobilos pini & cortices hujus recentes: ut & tandem loco radicis sarsaparillæ radicem tormentillæ nostratis, quæ singularis effectus est in pluribus casibus. Et quamvis Autor noster hæc non æstimet ideò, quod non semper satisfaciant scopo, h. e. inveteratam luem Veneream curent; imò & ☿ialia & ☽ialia in confirmato malo sæpe frustranea reperiantur, adeoque loco omnium unicum seligendum esse moneat: interim tamen moderni laudem merentur in cura luis venereæ inveteratæ utramque conjungendo methodum, nempe Decoctis lignorum sudoriferis remedia salivatoria superaddendo.

China pag. 232.) Radix hæc ob vim suam aromaticam non inelegans est, & speciatim contra scorbutum valet: interim quoque verum est, quod huic chinæ pro scopo sudorifero, extra luem Veneream præsertim, alia æquipollentia præstent, nempe radix bardanæ & tormentillæ, item quoque milii Decoctum.

Ambrosiaco Decocto) non secus ipsum milii decoctum Ambrosiacum, egregiè sudoriferum, uti non tantùm in febribus intermittentibus curandis à vulgo adhibetur, sed & illud Angelus Sala ad variolas per sudorem curandas commendat.

Sassafras) Hoc in puncto curandæ luis Venereæ non quidem adeò valet; interim tamen in catarrhalibus affectibus egregium tantoperè est, ut & alexipharmacon catarrhorum audiat, sive more Majorum jam in decocto, sive in ℞a aut Infuso exhibeatur.

Ebeni Decoctum pag. 233.) Commendatur Decoctum ebeni ab Amato Lusitano, interim dicit Autor noster, non esse adeò exploratum ejus usum, sed lignum id pro asseribus aptissimum.

Saponaria) Hæc à quibusdam decoctis ℞eis additur; sed vis ejus inanis est.

Buxo) Buxus anodyna & ferè narcoticâ vi se commendat; imò & Decoctum & ℞ destillatum sudoriferâ vi quoque pollent; interim horrida sunt ea ob amarorem & empyreuma remedia.

Fraxino) Fraxinum nonnulli substituunt ligno guajaco: sed res, fatente Autore, non est adeò experta.

Aliorum quoque morborum p. 234.) Decocta sudorifera lignorum primariò ad luem Veneream usurpantur; à Modernis autem & ad cachexias mulierum, phthises incipientes & catarrhos ex lymphæ vitio natos, sunt usitata; nec adeò inconcinnè.

Guajacum cum cortice) Cortices lignorum, quia sunt magis resinosi, quàm ipsa ligna, adeoque & magis medicamentosi; hinc & mos est, ut in præscribendis lignorum decoctis p. ij. vel iij. ligni quajaci & pars j. corticis ejus sumantur, quò hujus additione sic stimuletur vis medicamentosa ligni. Ac quidem pro sudorifero forti præferimus Decoctum quajaci, quod magis penetrat, & plus de sale volatili lignorum participat.

Nec sarsa) loco radicis sarsæparillæ optimè sufficit radix tormentillæ nostratis, quæ vi diaphoreticâ & alexipharmacâ decantatissima est: pro quibus scopis etiam quibusvis compositis ordinari solet; unde non sarsaparillæ saltem radici, sed etiam chinæ radici substitui posse asserit Ammelungius *in Apolog. cap.* 2. *pag.* 98.

▽is destillatis) ▽æ destillatæ simplices & compositæ ex his lignis paratæ nil valent, sunt pura phlegmata; & cùm vix decoctione lignorum vis elici queat, quid sperandum est de phlegmatibus illis?

Extracto guajaci p. 235.) Hinc quidam Extractum & Essentiam ex lignis per ☿

Digitized by Google

parant; namque hic resolvit eorum resinam, quæ aliàs sub destillatione prodit in ♁ destillatum, nunc verò post extractionem essentiam constituit; sicut contrà si per evaporationem detrahatur ☿, dicitur Extractum. Jam verò essentiæ illæ suo modò non sunt contemnendæ; utut enim in radicata lue Venerea & aliis malis radicatis minoris virtutis sint; tamen in cachexia muliebri ad anasarcam declinante, & ex sero crudiore nata nil melius est ejusmodi Extractis alterantibus, & addendo iisdem baccas vel lignum juniperi, quò sic concilietur vis diuretica.

Sal Guajaci fixum) Guajacum suggerit parum ⊖is fixi; Extractum verò ejusdem per decoctionem paratum copiosum ⊖fixum reddit: quod phœnomenon sanè consideratu dignum est; interim nec hoc ⊖ fixum ullam præ aliis prærogativam habet, cùm omni vi seminali per calcinationem exhaustum illud sit; unde & alia ⊖ia eidem substitui possunt.

~ ejus) nempe ~ guajaci per retortam destillatus in lue ♀ea minoris est efficaciæ, quàm quidem decoctum ejus rite factum.

Heraclino) ~ & ♁ Heraclinum sunt decantata Rulandi remedia, & paratum fuit ♁ hoc reverà ex ligno corylino, sed certo tempore decisо, per descensum; egregium in epilepsia, in partu difficili & lumbricis: vid. *Curat. empir. Rulandi.*

E juglandium putaminibus p. 237.) Harum viridia putamina dant ~ acidum, & ex addito ⊖e communi ☉lum vegetabile.

Quod autem quispiam) Hîc, quoad parenthesin *p.* 236. insinuat Autor Boyleum, qui in Chymistâ sceptico hoc habet experimentum: dum coralis affudit ~um lignorum acidum volatilem, solutionem blandè abstraxit, ~um ⊖ino-volatilem acrem, quasi oleoso-alcalinum, acquisivit, sicut ex ~u mellis acido, aceti, mannæ, &c. simile obtinetur; ubi particulæ acidæ ~uum horum manserunt in corpore solutæ, & coagulantur in substantia corrosa; omnia enim corpora acida ex corpore corroso coagulantur, ac, dum hoc factum est, blando interveniente igne particulæ ⊖inæ volatiles oleosæ abeunt in ~um ⊖ino-volatilem acrem.

♁ *verò Guajaci*) Oleum tartari & ligni sassafras empyreumatica si rectificentur à C. C. usto, prodeunt penetrantissima, summè sudorifera & carminativa, pathematibus hystericis & colicis, item febribus malignis dicata, utut loco omnium sufficere queat ♁ destillatum tartari vel guajaci.

Diaphoretica simpliciter aut simul Alexipharmaca p. 237.) Alexipharmacorum sudoriferorum legitimum usum hic injungit Autor, quem & prosecutus jam est in Tract. de volatilisatione ⊖is tarrari p. 86. item Pauli in Digressione de Febribus malignis. Et quidem remedia hæc sudorifico-alexipharmaca in morbis acutis usitata sunt duplicia; nempe vel fixa vel volatilia; Fixa, ut ♂ diaphor. Bezoardicum minerale, terra sigillata, & partes animalium duriores & osseæ, quæ ultra primas vias vix operantur, sed in substantia sua propria infernè redduntur: Alia verò volatilia ultra primas vias in M S. & intimos corporis recessus penetrant, & sunt iterum duplicia: nempe vel de natura salina, ut ~ CC. salia volatilia vegetabilium & animalium; vel de natura ♃ea pingui participant, ut v. g. ~ vinosi, Eff. & Extractum lignorum, extracta theriacalia camphorata, ⊖ia volatilia oleosa, ubi quidem ~ illi ⊖ini semper aliquid de oleo admistum habent, & quò magis hoc habent, eò magis de vi concretorum specifica participant; sicut contrà & essentiæ ♃eæ aliquid ⊖is volatilis adjunctum sibi habent: interim prout alterum horum vel magis vel minus extraversum est, eatenus nunc ♁ei nomen acquirit.

Jam verò quoad usum diaphoretico-sudoriferum, sufficiunt neque fixa sola, neque volatilia sola; sed utrorumque administrandorum ratione tribus cautelis denotat Autor; quarum

Ima est hæc: ne volatilioribus calidioribus atque fumosis mixturis atque liquoribus abutamur, h. e. ne ista volatilia, præsertim ♃ea & oleosa pinguia, in statu morborum malignorum & febrium ardentium, sed saltem in principio & incremento acutorum adhibeamus; Contrà si in statu *morbi talia* exhibeantur, mirum quantum vires ægrorum prosternunt, ac parum vel nil sudoris movent.

Ilunda Cautela est: ne in febrium malignarum, item pleuritidis aut febrium acutarum principio & quoque augmento volatilia diaphoretica nimis fugiamus. *Etenim in* principio & augmento talium morborum, utut symptomata urgentia aliud videantur suadere, non negligenda sunt hæc, quippe quæ urgente malignitate pro scopo sudorifero commendanda sunt; subjungendo hisce blanda acida, M. Sam nimis sub sudore dissolutam denuò condensantia, ejusque consistentiam restituentia, qualia sunt ♃ea, v.g. ~ ♃is, clyssus antimonii, & ~ ☊i dulcificatus, & similia.

Illia est: sola fixiora pro scopo sudorifero hisce in casibus rarò sufficiunt, adeoque in morbis malignis non solis antimonialibus aut bezoardicis confidamus; quin potiùs, præmissis volatilibus, ejusmodi demum in statu morbi remediis fixioribus utamur.

Est

Digitized by Google

Camphoram pag. 240.) Eſt nihil aliud, quàm alcali volatile, à natura propria pinguedine ſufficienter ſaturatum, ratione cujus texturæ contingit, ut camphora vegetabilibus acidis, ſive ipſi congeneribus, & quorum reſpectu à ſimili pingui ſaturatum eſt, nullo modo ſolvi poſſit; quin potiùs pro ſolutione ſui fortiora acida, quæ acidum ejus nativum ſuperant, requirat, adeoque ſaltem in ☿, ~u ☽i, & ♌li reſolubilis exiſtat. Semper anniſi ſunt Chymici, camphoram in oleum propriè ſic dictum pingue, lucidum, nec per aquam reſuſcitabile, ſed ipſi ſupernatans redigere: ubi tamen difficile eſt negotium ex oc, quod ☉ volatile camphoræ, quod corpus ejus conſtituit, copiosâ & debitâ pinguedine largiter imprægnatum ſit; unde cum ☉ iſtud volatile undique turgeat pingui oleo, nullibi ☿æ vel phlegmatis admittit conſortium, ſine cujus tamen ſocietate & ab illa facta digeſtione in liquidam oleoſam licet ſubſtantiam dilui nequit. Conf. Collegium in Schrœderum.

Cum ~u ardente probè rectificato ſeu alcaliſato pag. 241.) Poſt hæc olea Autor docet parare Eſſentiam camphoræ cum ☿ tartariſato, & rectè: ſpiritus vini enim talis ratione ☉is alcali tartari, quod ſecum elevat, & ex parte volatiliſat, egregiè ſolvit camphoram, & eandem largiter imbibit; unde & eſſentia talis camphoræ, ſeu ~ vini camphoratus, internè prodeſt inſigniter. Eadem eſſentia & variis ℞is facilè ſociari poteſt, nec non miſceri cum aliis ſubjectis ~uoſis, theriacalibus, &c. tam pro interno, quàm externo uſu.

Porro p. 242.) Hic prænoneo: quoad ſelectum vegetabilium diaphoreticorum, quod lignis illis ſupra denominatis, ex inſigni radicum diaphoretico - alexipharmacarum numero, hæ adjiciendæ ſint: nempe radices angelicæ, enulæ, tormentillæ, carlinæ, zedoariæ, gentianæ; quibus etiam non inconvenienter ſociari poteſt radix chelidonii majoris.

Radices quædam) Conſiderat radices alexipharmacas. Harum Autor duas eligit, ſimul indicando, eas uſurpari vel crudas vel præparatas: Crudas quidem in forma pulveris vel infuſi, item decocti; Præparatas verò in forma extracti, cujus præparandi modum inferius docet idem.

Angelicam noſtratem) Inter radices hanc eligit Autor præ reliquis, eamque præfert Helveticæ; ubi tamen hoc obſervandum, quod ſecundùm ſoli diverſitatem plantæ varient maximè, ideoque Helvetica eſt odoratior, penetrantior, & reſinoſior; unde dubito: an huic noſtræ æquiparanda ſit? Poſt angelicam allegat carlinæ & enulæ radices, quæ tamen non adeò neceſſariæ.

Angelicæ ſemen p. 243.) Ex angelicæ tàm radice quàm planta oleum deſtillatur, præter vim ſingularem carminativam etiam vi alexipharmacâ decantatum: interim dicit Autor, hujus loco tamen oleum deſtillatum ſuccini vel rutæ nobis ſufficere.

Balſamum elæoſaccharumque angelicæ) Hæc non neceſſaria rectè putat Autor, cum ex tempore eadem ſint parabilia.

Extractæ) Extractis radicum ſingulariorum præfert extractum aliquod compoſitum ex omnibus radicibus ſelectis, cum ☿ tartariſato præparatum, quale abſtractione menſtrui inſpiſſatum loco omnium ſeorſim diſpenſandorum ſufficere poteſt: cui & alia, uti C. C. ſine △, ♁ diaphoreticum aut pulvis quidam ſelectus viperinus, itemque camphoræq. ſ. ſuo tempore combinari poterunt.

Compoſitum Extractum pag. 244.) Extracta compoſita meritò hic taxat Autor, utpote quorum deſcriptionem videb. in Horſtii Diſpenſatorio, Quercetani, & Schrœderi Pharmacia; & rectè in his duo deſiderat, nempe

1. Volatilium in tanta ingredientium farragine ſub inſpiſſatione factam diſſipationem,

2. Fixorum non ſufficientem extractionem.

Pauca itaque ſufficiunt.

Theriacalia) Paratur & theriacale Extractum ex theriaca; in quo conſiderandum:

1. Quod multa ingredientia in theriaca inveniantur, quæ à ~u vini non poſſunt extrahi.

2. Quod theriaca multum mellis contineat, quippe à quo in conſiſtentiam debitam redigitur; unde ex melle ☿ multum extrahet, ex aliis contra nihil.

Horum ergò intuitu potiùs theriaca in forma nativa uſurpetur; loco autem extracti theriacalis illud extractum ſuperius expoſitum ſubſtitui poteſt.

Aquæ) Aquæ ſingularum radicum diaphoreticarum parum in receſſu habent, aut ſi aliquid obtineant virtutis, habent eam à ſubtiliori ♌o, ob hujus imbibitionem parum de odore & ſapore ſui concreti participant.

Abſtractitio Angelicæ ~u pag. 246.) quando ☿ ſæpè abſtrahitur ab angelica, taxat hoc Autor, & loco hujus pro curativo ſcopo tincturas & eſſentias alexipharmacorum, ſicut pro præſervativo infuſa ſimplicium requiſitorum vel in vino, vel macerata eadem in aceto, commendat; non ſecus, ac quoque theriaca, myrrha, & camphora, aceto infuſa faciunt infuſum alexipharmacum præ omnib⁹ aliis in præſervatione eligendum.

Aquæ

Digitized by Google

Aquis vitæ deſtillatis) ſicut tandem loco omnium ▽rum vitæ eſſe poterit ~ theriacalis camphoratus.

Eſſentia pag. 247.) Inſinuatur hic modus elegans parandi extractum angelicæ, quod in vegetabilibus omnibus aliis, quæ ▽ tractari poſſunt, locum habebit; nempe

℞. ▽, ☉*fixi, vel* ☋*istartari, uncia* j. v. g. impregnata; quæ affunditur radicum angelicæ extrahendar. ℥viij. hinc infuſa hæc ſucceſſivè ebulliant deinde, extractione factâ & tranſcolata, inſpiſſetur in B. V. (nam in MB. inſpiſſatio nimis lentè procedit, ſicut in alio ☵ periculum eſt, ne empyreuma contrahat) in extractum ſeu potiùs in magma quoddam, quod affuſâ ☿ ſextuplâ quantitate in formam eſſentiæ redigatur; ſicut tandem hoc ☿ abſtractione denuo in legitimum extractum inſpiſſari poterit.

Nec è Ruta pag. 248.) Ex omnibus Præparatis eligit Autor rectè oleum rutæ deſtillatum, quippe in quo reverà craſis totius concreti concentrata hæret, tamque interno, quèm externo uſui & loco quorumcunque remediorum ex ruta paratorum inſervit. Herba autem rutæ exſiccatæ nobiliorem ſubſtantiæ ſuæ vim perdidit; ſicut & recens ſeu viridis optima eſt, & ubique poteſt haberi. ▽ parum in receſſu habet; imò ipſum ejuſdem extractum propter oleoſæ ſubſtantiæ evaporationem nihil valet. Interim recens ruta in infuſis locum meretur. Reliquæ ex alexipharmacis nil proſunt.

Myrrha p. 249.) Myrrha poſt camphoram pro ſcopo alexipharmaco & diaphoretico eſt nobiliſſima; hinc in omnibus morbis malignis cum cutis excretionibus conjunctis, nempe febribus purpuratis, variolis & morbillis, petechiis, item paſſionibus hyſtericis, catarrhis, tàm præſervativè quàm curativè proficua; datur myrrha vel in ſubſtantia, vel in forma liquida eſſentiæ.

♁ *nidoroſum p.* 250.) ♁ myrrhæ deſtillatum non datur: elicitur quidem aliquid olei, ſed empyreumaticum & tœdioſum, paratur verò exinde ♁ per deliquium, ſi includatur albumini ovi indurato.

Cardui benedicti pulvis) Cardui benedicti pulvis pro doſi ʒj. ad ʒij. plebejis in uſu exiſtens, admodum tœdioſus, & in malignis parum præſtat. Semen verò ejus in infantibus locum invenit; ſicut tandem decoctum ejusdem ſudorem movet.

Scordium) Scordium noſtrum eſt egregium, nec ſemper eligatur Creticum. Uſurpatur verò externè & interne: externè quidem in ulceribus putridis, & arcenda gangræna: pro quo ſcopo tamen & myrrha, vel alliaria ſecundùm Autorem in defectu ſcordii adhiberi poteſt. Interim tamen Extractum & Decoctum ſcordii ſatis ſudorifica eſſe ſolent. ▽ contra ejus parum præſtat.

Conſervas p. 251.) Conſervæ ſcordii & cardui benedicti ſimiliumque ſubjectorum diaphoreticorum rarò ſunt in uſu; nec, niſi pro corpore electuariorum ex tempore præſcribendorum in uſum vocantur; ſicut eorum ſyrupi inſerviunt miſturarum præſcriptarum edulcorationi. ☉ etiam ſucco ſcordii coagulatum, ex Zwelfero parum habet in receſſu.

Diaſcordii communis) Compoſitum frequentiſſimi adhuc uſus eſt electuarium diaſcordii Fracaſtorii, idque nunc copioſa roſarum conſerva, nunc ſine ea paratum. Hoc ipſum doſi ʒj. in vehiculo acido pro ſcopo ſudorifero in morbis malignis dari ſolet, & nos ejusdem uſum laudamus: ſuadeo tamen, ut præparetur illud ſecundùm Sylvii correctionem, quam habet *Lib.* 1. *Prax. cap.* 11. ſic enim longè potentiùs erit; utut & loco hujus theriaca vel mithridatium ſufficiat. Equidem Fracaſtorius & alii gravidis tutius theriacâ id eſſe autumant, ſed monet Autor, nec theriacam his nocere.

Salia cardui, ſcordii) Ex ſimplicibus diaphoreticis etiam ☋ia fixa nonnullis in uſum trahuntur, at loco omnium unum vel alterum ☋ fixum, vel ☋ artemiſiæ, vel millefolii, vel abſinthii ſufficit. Atque ita parari poſſunt dicta, vel ſumpto alcaliſato, vel etiam additione cujusdam acidi, quod Hartmanni inventum eſt, in ſubſtantiam pro uſu diaphoretico falſam mutando, & fit, quando ♃antur cineres; vel deinde ad imitationem ſalis febrilis Mynſichthii. v.g.

℞. ☋ *abſinth.* vel *artemiſ.* ʒiij.
*c.
☉*i* ana ʒj. ad ʒij. M.
Detur pro doſi ʒß. vel ℈ij. ad ʒj. expectando ſudorem.

Tandem alius adhuc modus ſupereſt, mutandi alcaliſata in ☋ ſum ſaporem, nempe per ~ ☾li, ☉i, vel etiam ▽, imò & vinum; hoc modo tamen illa ita mutantur, ut loco ☋ is fixi emergat ☋ aut ☉ purum regeneratum, magis diureticum quàm diaphoreticum. Ego decocta laudo vel Eſſentias pro ☋ ibus vegetabilium.

Eſſentiale è carduo ſolo p. 252.) Sal eſſentiale cardui benedicti vel ſimilium amaricantium duplicem modum præparandi agnoſcit, quorum alter procedit ex ſucco ejus expreſſo & nonnihil inſpiſſato; aſt ſic emergit ſaltem ſedimentum bolare aut ſemitartareum nullius pretii; ſi verò ſumatur ejus Decoctum, & inſpiſſetur ad partes ij vel iij, hinc in loco frigido reponatur, tunc cryſtalli nitriformes concreſcunt, qui ſunt genuinum ☋ eſſentiale cardui benedicti, quod ipſum tamen

Digitized by Google

tamen nihil ſingulare in receſſu habet, ſed eſt labor potius curioſus.

Gentiana) Gentiana eſt egregium diaphoreticum & dicit Autor: tantum præſtare, quantum chinam chinæ, quippe quæ cara eſt & adulterata; unde illi ſubſtitui poteſt radix gentianæ, quæ vel in ſubſtantia à ʒj. ad ʒij. vel in infuſo in vino vel cereviſia uſurpata idem operatur in febribus intermittentibus, in ſpecie quartanis, quam china chinæ; quæ etiam ab Hœfero Gentianæ Indicæ ſpecies dicitur.

Contrayerva p. 254.) Hanc rejicit Autor, & rectè; neſcitur enim, qualis ſit ea radix: unde minus quoque tuta erit; quin potiùs ejus loco ſubſtituit zedoariam, quæ egregium alexipharmacum, velut alii radicem caryophyllatæ noſtratis non inconſultò ſubſtituunt.

Centaurii) Hoc, minus nempe, non adeò neceſſarium eſt; interim tamen non rejiciendum, nec inconveniens videtur propter amarorem: ejusdem extractum ſolitariè optimè in forma pilulari aſſumitur pro febribus intermittentibus, vi ſuâ diaphoreticâ curandis.

Tonſorum cauſa) Globuli ex gentiana facti proſtant pro conſervandis fonticulis in fluxu, ubi fluere nolint; non ſecus quoque gentianæ radix comminuta calloſo orificio fiſtularum abſumendo convenit, inſtar turundæ intruſa: aliàs pro fonticulis apertis ſervandis optimè laudatur globulus ex ligno hederæ perforatus, & in balſamo ♃is maceratus.

Juniperi baccæ p. 254.) Uti lignum hujus optimum eſt ſudoriferum; ita & baccæ ejusdem inter alexipharmaca & diaphoretica laudem merentur. Cæterum hæ ipſæ crudæ rariùs, inter præparata verò Rob ſeu ſuccus eorum melleus ex recentibus baccis elicitus & inſpiſſatus, & à ʒj. ad ij. in aceto aſſumptus potentiſſimè ciere ſolet ſudorem, & in affectibus malignis & peſtilentialibus egregiè ſuccurrit; unde etiam vocatur Theriaca Ruſticorum.

Spiritus) ~ ex baccis juniperi dupliciter paratur: nunc per ſimplicem Ṽ à baccis abſtractionem, nunc verò ex iisdem baccis recentibus per fermentationem, quorum hic egregiè inſervit Ris & Eſſentiis alexipharmacis parandis.

~ acidum p. 255.) Ex ligno juniperino deſtillatur ~ acidus volatilis rari uſus, niſi quod ad ſolvenda coralia vocetur; pro quo tamen & alii ~ ex vulgaribus lignis deſtillati ſufficiunt.

Selectui noſtro) Sufficiat ergò in genere ex baccis paratus ~ per fermentationem, & rob earundem.

Zedoariam) Ex 5. his recenſitis ſpeciebus meritò Autor eligit hanc ceu æquiponderantem reliquis 4. nempe radici dictamni albi, vincetoxici ſucciſæ, ulmariæ, adeò ut eadem zedoaria loco cujusvis radicis anthoræ aut cotrayervæ commodè ſubſtitui poſſit in quocunque remediorum genere.

Magis temperatiora, pag. 256.) Scilicet Autor poſt lignorum conſiderationem videtur triplicem ſimplicium diaphoreticorum claſſem conſtituiſſe; quarum Ima tractat aromatica diaphoretica, ut valeriana, enula. Ilda amaricantia acria; qualia ſunt gentiana, myrrha, zedoaria, centaurium minus. Tertia, temperata; ubi præmonet, quod pro ſuperioribus temperatis longè præſtent ♉ialia, cervina, & ♎æ minerales alexipharmacæ; unde fixa ♉ialia habentes carere his temperatis poſſumus, cùm ea ſaltem per traditiones adhuc in uſu ſint; atque talia ſunt doronicum, uva inverſa, ſcorzonera, galega & ſambucus.

Doronici pag. 257.) De hoc monet, quod non adeò ampliùs ſit in uſu ob deficientem effectum alexipharmacum; ſunt enim, qui putarunt, radicem doronici eſſe malignam & virulentam: interim malè, & conferatur Velſchius *Diſſertat.* 1. *de Ægagropilis*; contrà alii eam commendant pro vertigine, aſt fruſtraneus eſt ejus uſus, cùm nec vi diaphoreticâ adeò polleat, proin exultet.

Uva inverſa) Uva inverſa, ſeu herba Pariſ eſt ex ſolanorum ſpeciebus, ac externè quidem eadem inſigniter convenit in bubonibus peſtilentialibus, non ſecus ac in cancro quoque exulcerato mitigando. Attamen vi ſudoriferâ parum inſtructæ ſunt, ingrediuntur ſimpliciter pulverem Saxonicum, cujus deſcriptionem habet Diſpenſatorium Auguſtanum, ubi tamen hujus quoque pulveris vim Angelus Sala potiſſimum deducit ex radice angelicæ. Si objicis hujus ipſius ſolani vim anodynam, huic rectè Autor hyoſcyamum ſubſtituit.

Scorzonera etiam noſtras) Scorzonera Hiſpanica non eſt melior noſtrate, nec tantâ vi, quantâ putatur, inſignita. Noſtra poteſt concedi, utut non ſingularis ſit efficaciæ.

Galega p. 258.) Hujus vim alexipharmacam mirè deprædicat Foreſtus *Tract. de Incerto Urinar. Judicio*, ubi teſtatur: à morſu viperino ſe hâc ipsâ curare lacertam; interim tamen nec galega nec onobrichis ullâ hactenus vi diaphoreticâ inſignita innotuerunt, quantumvis galegâ ſuperſtitiosè mulieres in epilepſia utantur.

Sambuci flores pag. 259.) Sambucum quod attinet; hæc plurima quidem ſuggerit remedia, interim tamen non adeò neceſſa-

Digitized by Google

ria, utut flores ejuſdem ſicci in eryſipelate non ſint contemnendi, itemque in quarumcunque partium inflammationibus, tàm in forma pulveris, quàm decocti aut forma cataplaſmatis. Prætereà nonnulli ex floribus ejuſdem recentibus cum ſaccharo conditum parant; ſed nauſeoſum hoc eſt, & parvi uſus. Rob ex baccis ſatis uſitatum eſt plebejis pro ſcopo ſudandi, quod pariter in ſuo pretio relinquimus, cùm penetrantioribus & volatilioribus ſalibus ex regno animali longè cedat. Porro ſeſe offert Tragea granorum actes contra dyſenteriam, quæ eſt pulvis craſſus ex ſucco baccarum, cum farina ſubacto, & in furno coquendo paratus; de quo vid. Hartmannus *in Prax. Chym. cap. de dyſent.* Verùm meliora ſpecifica antidyſenterica ſimiliter proſtant.

Tinctura actes) Hæc paratur ex baccis ſambuci exſiccatis, cùm ~ earundem (de qua vid. Crollius *in Baſil. Chym.*) daturque ejus cochlear. j. ad ij. ceu ſpecificum in paſſione hyſterica per ſudorem curanda; interim rectè negligit hanc Autor, quia nobis alia proſtant antihyſterica.

Spir. è baccis) ~ tàm ex floribus, quàm baccis ſambuci, ſuo loco relinquitur; inſervit non tàm ſudori ciendo, quàm aliis ſimplicibus infundendis, atque Tincturis & Eſſentiis extrahendis.

Temperatior pag. 260.) Dicit hîc Autor noſter, ▽as deſtillatas ſimplicium diaphoreticarum nullum uſum habere, niſi quod loco vehiculi aliorum remediorum inſerviant; adeoque non opus ▽arum tantarum ſarrigine; ▽m fumariæ eligit cum pauco ſpiritu vini deſtill. pro uſu vehiculi loco omnium Autor. Etiam per ſe deſtillata uſurpari poteſt.

Spirituoſas) Conſiderat hic Autor ▽as diaphoreticas, tam ſimplices quàm compoſitas, & refert huc eſſentias, itemque elixyria alexipharmaca nota. Quoad horum autem præparationem, inſulſum Zwelferi niſum ridet, quò hîc per ▽as & phlegmata ſuccinum elicere in eſſentiam alexipharmacam intendit. Inſuper circa eſſentias has ſpirituoſas alexipharmacas elicitas tria taxat, nempe

1. Earum ſuperfluam copiam,
2. Earundem inſufficientiam,
3. Ipſarum non ſemper tutum uſum.

Quando vel ſic ſæpe proſtat Spirit. Zedoariæ, angelicæ, theriacalis ſimplex & camphoratus, ▽æ vitæ antipeſtilentiales; quorum omnium loco ſufficere poſſent infuſa quædam in Spir. ardenti, vel & Spir. theriacalis abſtractitius ritè paratus, nempe ita:

℞. *Spir. baccar. juniper. per ferment. parat.* vel *Spir. flor. ſambuc.* vel *Spir. Zedoar. & angelicæ.*

Hicque affundatur ſelectis quibusdam ſimplicibus diaphoreticis jamdum recenſitis, & digerantur omnia probè: dein Spir. affuſus per MB abſtractus aliquoties cohobetur pro Spir. Theriacali, qui ſolus ſufficit.

Vel

℞. *Idem Spiritus ſine abſtractione* Per filtrationem ſaltem *ſeparatus à ſimplicibus infuſis*

Sub nomine Eſſentiæ Theriacalis, alexipharmacæ vel Bezoardicæ, &c. aſſervetur, & ſanè ſufficit. Vel & dicti Spir. affundantur theriacæ, myrrhæ, croco & camphoræ in debita proportione; & hinc poſt digeſtionem debitam abſtrahatur aliquoties Spir. theriacalis camphoratus in debita proportiones; ſic habetur Theriacalis Camphoratus.

Quod inſufficientiam ſpectat: certè in majore malignitate parum præſtant, niſi ſocientur ⊖ibus volatilibus animalium, tunc enim demùm potenter fiunt diaphoretica, ſpeciatim ſi præter dicta ſalia volatilia etiam aliquid de opio addatur. Tandem taxat Spirituum horum ardentium non undiquaque tutum uſum, cùm præſertim Praxis oſtendat, quod interdum ejusmodi volatilia ♆ea, tàm præſervativè quàm curativè propinata, ſoleant excitare corporis æſtuationes, & diſponere ægros ad deliria, & anxietates præcordiorum.

Mixturæ illius ſimplicis pag. 263.) Paracelſus in Tr. de Arcanis primus facit mentionem ſpecifici cujusdam in peracutis & ad caducum, Miſtura Simplex vocati, inque peracutis morbis egregii, hocque parat ex 5. partibus Spir. theriacalis camphorati, 3. par. Spir. Tartari volatilis, & parte Spir. ☉i, ejusque non vulgaris, ſed itidem volatilis, adeo ut nonum alembicum adſcendat. Jam ergò ex his tribus quàm nobilis medicina ſperanda ſit, colligi poteſt; interim, etſi Spir. ☉li volatilis ſit rara avis, & non niſi à ſublimioribus Philoſophis expectari queat; nihilominus vulgares Chymiatri Paracelſum imitaturi, miſcuerunt invicem ac deſtillarunt ſaltem tres Spir. iſtos communi modo: & ex hac miſtura ſimplici enata fuit illa ℞ Bezoardica dicta. Sequenti autem tempore, cùm alii Spiritum ☉li certas ob circumſtantias formidarent, ſumſerunt loco ejus Spiritum ☾i, & quidem laudabiliori ex inſtituto, & in dicta proportione hunc reliquis admiſcuerunt; quâ ratione etiam vel Miſturam vel ℞am bezoardicam nobiliorem acquiſiverunt: ſicut & alii loco Spir. Tartari rectificati ☉oſi aſſumſerunt Spiritum & ⊖ volat. CC. alii Spiritum & ⊖ volatile viperarum, hæcque dicto modo cum Spiritu ☾i & ſpiritu

Digitized by Google

ritu theriacali miſcuerunt pro ℞a bezoardica vel mixtura ſimplici nobiliore. Autor noſter tribus his ingredientibus jungit adhuc *op ium* & caſtoreum, & opium quidem quod æg ri in morbis malignis propter anxietates præcordiorum ſint inquieti, jactitantes ſe in lecto difficulter ad ſudorem diſponi queant, conſtringentibus ſe propter anxietates fibris cutis, ut in poris illis abſit ſudor; Caſtoreum autem, partim pro mulieribus & imprimis camphoram horrentibus, partim quod vi ſingulari expulſivâ polleat in purpura mulierum, petechiis, variolis aliisque morbis malignis, ubi excretio cutanea ſolet contingere. Jam ergo, ut mixturæ ſimplicis vel ℞æ bezoardicæ habeamus rationem componendi, recipiantur partes ʒ. Spir. Tartari rectificatiſſ. ſ. ⊡oſi iſtius volatilis, & Spir. ☉i volatilis, l. ☉i, vel ⊕is pars j. effervescant mutuò commixti, quod ſignum eſt horum legitimè præparatorum; hinc ubi motus is ceſſaverit, deſtillentur invicem per retortam pro perfecta unione: Hic ~ ita compoſitus miſceatur cum ʒ. partibus, eſſentiæ theriacalis (non verò Spiritus theriacalis; nam ſpiritui theriacali præfert Autor eſſentiam, reſina alexipharmacâ ſimplicium volatili magis turgidam) paratæ, vel modô ſuprà allegatô, vel ſimpliciter ad modum ~ theriac. camph. per ſimplicem infuſionem, digeſtionem & filtrationem: miſta hæc omnia imprægnantur camphorâ, addendo ℈iv. vel v. miſturæ, camphoræ ʒj. & ſic ad digeſtionem ſeponenda pro meliore unione, ita emergit mixtura ſimplex ſeu ℞ bezoardica, pro variis uſibus celebratiſſima: ſi opiatica deſideretur, ſocietur ſpeciebus iſtis opium, loco eſſentiæ opii; ſic enim erit eſſentia aut mixtura ſimplex anodyna vel cum opio: cui ſi ſantalum additur, ℞æ bezoardicæ nomen emanabit. Atque hæc doſi à ʒß. ad ʒj. polychreſta eſt pro ſcopo ſudatorio in genere; ſicut in ſpecie in quibuſdam morbis malignis & in febribus continuis, præſertim in horum principio, imò & intermittentibus, præmiſſo vomitorio ante Paroxyſmum uſurpata optima eſt.

Non rectificati) ~ ☿i non rectificatus ſaltem eſt phlegma fœtidum, non ⊡oſum, unde malè illum Autor noſter aſſumere jubet; quin potiùs ille rectificatiſſimus baſis eſt hujus compoſitionis.

Clyſſo) Loco ~ ☉li vel ☉i in compoſitione miſturæ ſimplicis adhiberi quoque commodè poteſt clyſſus ex ♃io, ☉o & ♃e paratus, quippe tales ~ ♃ei itidem in morbis malignis multum habent in receſſu.

Liquore alexipharmaco p. 261.) Liquoris alexipharmaci deſcriptionem ex myrrha habet Zwelferus *in Pharm. Reg.* egregius eſt in morbis malignis, cum excretione cutanea conjunctis. Elegans eſt compoſitio, ad cujus imitationem & alii ſimiles præſcribi poſſent, utut ſaporis ratione ad ſtrictè dictas emulſiones minus pertineat.

Elixir peſtilentiale) Hoc Crollium pro Autore habens, & ♂oſum exiſtens, vix ſine tædio capi poteſt, & correxit illud Zwelferus *in Animadverſionibus.*

Tartari verò ~ u pag. 265.) Tartari hiſtoriam, & ejus ſpiritum parandi modum vid. in Collegio in Schrœderum.

Non arcelionum iſto venali,) Autor noſter dicit: quod in uſum vocandus ſit ~ ☿i genuinus, i. e. volatilis acris ⊡oſus, ferè inſtar ~ ſalis ✱ci; vulgaris enim ~ ☿i eſt phlegma amaricans ſaltem: Hæc ſaltem ambos hos intercedit differentia, quod ~ tart. ob ♂ tantillum admixtum, fœtorem nauſeoſum & empyrevmaticum præ ſe ferat, in ſpir. ſalis ✱ci non obſervabilem.

Fugientis volatilitatis conſervatione) Spiritus tartari ſub deſtillatione tàm ſubtiliſſimum & volatile gas eructat, ut vix coërceri queat: Aut igitur rimas penetrat, aut vas illud diſrumpit. Cæterùm modus coërcendi conſiſtit in eo, ut tart. in debita proportione, reſpectu retortæ, ſimpliciter per retortam deſtilletur, appoſito capaciſſimo recipiente, quantum haberi poteſt, aliquid ▽æ communis (quidam infundunt ♆ tartariſatum) in ſe continente, & ſub deſtillatione △em ſucceſſivè & graduatim dirigendo, quô nempe ex tart. pedetentim, non verò impetuosâ effervescentia liqueſcente, ſpirit. eliciatur: interim hiſce omnibus bene obſervatis, neque hâc ratione poteſt impediri, quin ſpirit. illius magna pars effumet per rimas, licet nobis inſenſibiles.

In retortiformi, deſuper operculato & circumfluo plumbo nequicquam munito vaſe) Prior modus in vaſe retortæformi cum plumbo videri poteſt in Glaubero *in Part. II. Furnor. Philoſ.*

Inque Retortis vel inferiùs apertis,) Hoc modo copioſiùs acquiritur Spiritus, quàm aliàs ſolet, ubi ☉i & Tartari ana deſtillantur, addito, ut ⊡oſior evadat, pauxillo ſalis alcali fixi.

Per cucurbitam) Hac ratione difficulter res ſuccedit, ſubtiliori Spir. ſubſtantia ex rimulis evaporante, præter periculum fractionis metuendæ.

Foraminulum) Scilicet quando copioſior quantitas Tartari unâ vice deſtillationi ſubjicitur, periculum eſt, ne is omnia diffringat; unde pro hoc evitando foraminulum inter retortam & recipientem relinquitur.

Cum ☉li crudi ana vel dimidio pag. 266.) Sunt qui vel ☉lum crudum, vel calcinatum,

cinatum, cum ana Tartari miſcentes deſtillant, ſicque compoſitum Spiritum acquirunt: interim acida phlegmatica ⊕li ſubſtantia ſe aſſociat ~ui tartari, hicque inde evadit ~ ⊖ſus & minus diaphoreticus, non ſecus atque aliàs ~ aperitivus Penoti prodit, paucus, acidus, volatilis ſine ſaporis urinoſi veſtigio.

Cum ana aluminis crudi vel uſti) Sunt, qui cum additione ana aluminis ~um Tartari deſtillant, nunc crudi nunc uſti; ubi tamen ex ☽ne uſto & Tartaro crudo deſtillatus ~ parum differt à vulgari ~u Tartari, niſi quod ille non æquè phlegmaticus, ſed nonnihil acrior & penetrantior ſit: præſertim cùm ad ☉is confectionem addatur copioſa ⊡a, quâ ipsâ uberior pinguedo mineralis ſeparatur ab alumine, & hinc etiam promovetur aluminis cryſtalliſatio in majores cryſtallos: ſic nuper amicus quidam ex aluminis & ⊖is Tartari ana mixtis deſtillavit ~um volatilem urinoſum ſatis copioſum, putavitque ſe accepiſſe ⊖ tartari volatile, cùm tamen id ſit ex urina alumini addita.

Crudus ſaltem tart.) Pro ſpiritu tartari conficiendo vulgo recipitur tartarus depuratus, quod tamen ſuperfluum: nam licèt depuratione iſtâ communi ſeparentur duæ ſubſtantiæ à Tartaro crudo, nempe materia ♉ea bolaris, ex fecibus vini nata, & fruſtula quædam aſſularum, ceu in quibus tart. concreſcit, tamen huic ~ui deſtillato nulla noxa affigitur, quin potius ♉a illa bolaris ~um tartari augmentat; fruſtula verò tantillum phlegmatis acidi præbent, quod rectificando ~ Tartari poteſt corrigi: Ut taceam, nullam deprehendi differentiam in Spiritu ex Tartaro crudo & Tartaro depurato confecto; uterque ſiquidem æquè fœtet.

Spir. ſimpliciter) Autor noſter exhibet pro uſu Spir. Tartari absque ulla rectificatione, quod tamen mihi non placet, ſed potius eum rectificandum eſſe ſuadeo acido volatili, ſive ſuper proprios cineres, ſive ſuper ⊖ tartari fixum, quò phlegma undique deliteſcens remaneat, & acidum volatile abſorbeatur ſi adhæreat, & ſic ~ ⊡oſus tranſeat.

Infractionem fœtoris pag. 267.) Fœtor empyreumaticus ſemper & rectificatiſſimo ~ui Tartari adhæret, adeoque hunc dicit Autor corrigere quosdam per acidos ~, ut ~um ⊖is, qui coëunt cum alcali ~ Tartari; ſic ſeparatur ♁ ~ Tartari cum phlegmate; aſt hac ratione ~ Tartari reverà infringitur, quia ſpecificus ſapor deſtruitur; quin potius is per ſe aliquoties rectificatus à ⊖e proprio adhibeatur pro uſu Medico; quantumvis adhuc aliquantiſper fœteat.

~u fuliginis) Quia ſpir. tartari dictâ ratione paratus eſt egregium diaphoreticum, propterea ~u fuliginis (præ quo & ejusdem ⊖e volatili poſt tartari ~um & ⊖ volatile fugacius ſubjectum non datur) optimè carere poſſumus.

Zemblicam) Pro ⊖e volatili fuliginis per retortam △e aperto deſtillando rectè adduntur cineres clavellati, quò cò magis horum activitate acidum in fuligine occultum enervetur, & ſic ſpir. & ⊖ volatile penetrantiores acquirantur. De cætero Glauberus alium modum præparandi ſpiritum & ⊖ volatile fuliginis habet, nempe ſolvit fuliginem in ▽ ſimplici, uſque dum hæc rubedine tingatur: deinde coctum frigori intenſiſſimo exponit, ut congeletur; ſic liquor in centro ſpiſſior colligitur, ex quo evocat ſpiritum & ⊖ volatile.

Cum alumine vel etiam ſpiritu vitriolico) Quidam fuliginem cum ☉e & ☿lo miſcent pro deſtillando illius ſpiritu: verùm ſic acquiritur ſpiritus ⊖ſus duplicatus, qui beneficio ⊖is fixi additi ſal volatile fuliginis & ſpiritum ſuggerit; tamen hic ſpiritus non differt à ſpiritu ⊖is ✱ci.

♁ *pag. 268.*) ♁ iſtud fuliginis, quod cum ſpiritu ejuſdem prodit, rectificatum eſt efficaciſſimum & penetrantiſſimum; hinc quidam ad aliquot guttas propinant agonizantibus, perſuaſi, ſi hi deſuper ſudent, eos evaſuros; ſin minus, morituros eſſe. Verùm dicimus potiùs: inſervire illud egregiè hyſtericis mulierculis & viris colicis, non æquè aliis excitandis. Præterea idem ♁ externè ad affectus nervorum & partium nervoſarum, ut contuſiones, contorſiones & luxationes, commendandum eſt, ceu quod penetrantiſſimum eſt, & ſale volatili copioſo concentrato conſtat, utut hujus loco ſufficere queat ♁ tart. volatile fœtidum ſecundùm Autorem; quod tamen rectificandum eſt per retortam, vel cineribus lignorum, vel CC. uſto repletam; ita ♁ hoc tart. omnia illa præſtabit, quæ fuliginis, aut alia ſimilia propinata.

Aceta diaphoretica vel alexipharmaca) De his vera eſt Autoris noſtri epicriſis. Etenim ſi quid aliud præſervativum in morbis malignis quibuſcunque & peſtilentialibus requiritur, illud eſſe poteſt acetum vini crudum, ceu unum ex optimis, cui magis, quàm omnibus compoſitionibus theriacalibus poſſumus confidere; nam & Sylvius binas peſtes Amſtelodamenſes perferens, ſimpliciter ſe præſervavit hoc ipſo aceto vini. Unde ſi hoc acetum vini imprægnetur ſubſtantiâ volatili quorundam alexipharmacorum ſimplicium aut diaphoreticorum, præſertimque myrrha & camphora, tunc habebitur

Digitized by Google

bitur acetum acetum eò magis efficax & tutum remedium. Cæterùm notanter dicit Autor noſter, quod cùm hypochondriaci & hyſtericæ non æquè ferre poſſint ejuſmodi acida, proinde iiſdem ſuccus citri, & aliorum vegetabilium acida mediocria melius convenunt. Porrò quoque proficuum eſt dictum acetum curativè; ſiquidem hinc eſt, quod remedia theriacalia mediante vehiculo aceti in malignis propinentur: nam hac ratione theriaca aſſumpta longè potentiùs ſudorem movet, quàm ſi ſine acido propinetur: quod de omnibus compoſitionibus theriacalibus verum eſt: Jam verò acetum vini commune longè meliùs eſt aceto deſtillato, ex eo, quod illud plus de ſubſtantia acida tartarea fixa participet: Interim, quia deſtillatum acetum durabilius eſt, propterea non deſtillatum recipiatur, ſi mox illud diſpenſandum ſit; adeoque ſufficiat unicum acetum per experientiam laudatum, illud nempe, quod deſcribit Kircherus *Scrutin. Peſt. pag.* 376. & ſpeciatim camphora impræg̃natum; vel loco tanti apparatus recipiatur ſimpliciter acetum infuſionis theriacæ, huicque poſt filtrationem addatur camphora minutim trita, & utut hæc non ſolvatur ab aceto, tamen eadem acetum aliquo modo impræg̃nabit. Vel:

℞. *bacc. junip.* (ex ſicc. ſi ✠ aſſervari debet, vel recentium, ſi id mox diſpenſandum ſit)
part. jv.
myrrhæ part. j.

Infundantur in ✠ hinc filtratum impræg̃netur camphorâ, & uſurpetur omni manè & veſperi cochlear j. vel ij. pro ſcopo præſervativo; vel recipiatur pro ſcopo curationis theriaca in hoc aceto.

Tandem ſunt etiam, qui aceta artificialia parant ex decoctis lignorum unà cum paſſulis & floribus ſambuci; decoctumque in loco tepido aceſcere ſinunt: verùm pompa hæc inanis eſt, & ſufficere nobis poteſt acetum vini.

De ℥orum pag. 269.) Si requirantur talia, inſtar omnium, tàm ſimplicium, quàm ℥orum, nobis ſufficere poſſunt internè ℥ antipeſtilentiale Heniſii ex ℥ deſtillato ſuccini, citri, & camphoræ, cum oleis per retortam deſtillatis facto, uſurpatum; quippe quod ad gutt. vj. viij. ad x. vel per ſe, vel in vehiculo aceti aſſumptum, adeò potens eſt ſudoriferum, ut ſudor quoque camphoram redoleat. Pro externo autem ſcopo ſufficit in ſubjectis delicatis balſamus apoplecticus cum camphora paulò copioſiùs impræg̃natus; vel deſtillatum baccarum juniperi ſocietur probè cum camphora, & ita illud illinatur temporibus, carpis manuum & ſcrobiculo cordis; ſic habetur præſervativum non contemnendum; non verò applicetur naribus, cùm camphora noceat olfactui, eumque hebetet; vel etiam ſi placuerit, ex tempore

℞. ℥ *deſtillat. juniper.* ℥ij vel ℥iij.
citri,
ſuccin. ana ʒj.
camph. gr. xxjv. M.

Pro olfactu externo tandem vel acetum blandè camphoratum, vel ♆ camphoratus, aut cum ſpongia aut linteolo naribus applicetur in caſu locorum fœtentium, aut ob malignitatem ſuſpectorum.

Electuarium ſeu Bolum diaphoreticum p. 270.) Sanè ſi ullibi eſt luxus ingredientium, hic erit in electuariis diaphoreticis, quorum mater eſt theriaca Andromachi & Mithridatium.

Jam verò pro meliore intellectione horum electuariorum obſervandum: quod v. g. in theriaca, mithridatio, electuario de ovo, diaſcordii Fracaſtorii, & ſimilibus, duæ primariæ operationes addendæ ſint, à Veteribus ſuppoſitæ: harumque

1. fuit, ut dicta compoſita, propter opium adjectum, impetum ſpirituum influentium conſopient.

2. Ut ob ingredientia aromatica, amaricantia, imprimis, & hinc gummata, potenter ſudorem excitent.

Tandem his omnibus ſuperadditum fuit mel, unde nata fermentativa turgeſcentia totius compoſiti, cujus beneficio non ſaltem correctum fuit opium crudum, ut mitius & tutius id factum fuerit, ſed & in ſpecie reliquarum ingredientium particulæ ℥oſæ & reſinoſæ reſolutæ, indeque penetrantiores & magis activæ factæ fuerint: adeoque ut ex dictis mithridatium & theriaca ſint nihil aliud, quàm miſtura ☉ina, oleoſa, volatilis, anodyna & ſudorifera. Jam verò ſi loco theriacæ reciperetur ☾C. C. ☉e ſuo volatili oleoſo non adeò rectificato turgidus, & impræg̃naretur gr. j. vel altero laudani opiati, vel ℞æ anodynæ gtt. x. ſicque daretur à ʒß. ad ℈ij. vel ʒj. tunc ſanè haberetur remedium ejuſdem valoris, atque eſt integra illa multiformis compoſitio theriacalis. Interim eo ipſo, dum theriacæ præparatio per tantam annorum ſeriem continuata eſt, cum ſucceſſu, uſque ad hæc noſtra tempora, non rejiciendus eſt omninò ejuſdem uſus, utut ea correctione indigeat; quin potiùs adhibenda ea in morbis malignis & aliis caſibus, ſudore & vi anodynâ opus habentibus, tàm præſervativè, quàm curativè, & nunc cum aceto, nunc ſine eo: cum aceto quidem vel acidis, in morbis malignis & febribus acutis, quibus inſignis æſtus & ſymptomata capitis, aliaque conjuncta ſunt; ſine aceto verò in caſu minoris æſtus & minoris febris, contrà ubi majoris malignita-

Digitized by Google

tis ratio per ſudorifera & anodyna eliminanda; inſuper adduntur his pro neceſſitate camphora & ʒialia fixa.

Porrò quoad correctiones compoſitionum theriacalium, & hinc factorum decompoſitorum ex mille compoſitionibus unum vel alterum Autor eligit, cujus veſtigiis inſiſtamus. Videntur nobis jam veteres Arabes harum inconcinnitatem reſpectu ingredientium, prævidiſſe, hinc Meſues, ille Pharmacopæorum Primicerius, evulgavit ſuam Theriacam diateſſaron, ex gentiana, myrrha, ariſtolochia rotunda, & baccis lauri ana miſcendo cum melle & ſubigendo: cui ſi adderetur opium in ſ. q. & reponerentur omnia ad fermentationem, tunc hæc compoſitio tantum valeret, quantum reliquæ omnes veterum.

Unicum tantum p. 271.) Si Autoris noſtri veſtigiis inſiſtere volumus, poſſumus nobis parare talem theriacam:

℞. *rad. zedoar.*
gentian. ana ℥j.
tormentill.
angelic. ana ℥iß.
pulv. viperin. ℥iij.
myrrh. elect. ℥j. ad ℥iß.
♆ ſigillat. ℥ij.
flor. ♃*is* ℥j.
cròci ℥ß. vel ʒvj.
cinam. ʒvj. vel ℥j.
caryoph. ʒiij.
opii ſucco citr. expreſſ. & inſpiſſ. ℥iij. ad ℥ß.

Cum triplo mellis & Rob juniperi ana miſta ſubigantur probè, & in debitam conſiſtentiam redigantur, terendo & agitando; deinde ad aliqualem turgeſcentiam fermentativam ſeponantur. Ita hoc doſi à ʒj. ad ʒij. capi poteſt, atque ſimilem ferè compoſitionem habet Horſtius *pag.* 319. *Diſpenſ. ſub titulo Theriacæ Germanorum.*

In Veterum Theriaca eſt opobalſamum; ſed hoc nos deſtituimur; cujus loco ad noſtram ſumimus oleum nuciſtæ expreſſum, ſed loco hujus juxta Autorem poteſt ſubſtitui oleum deſtillatum ſuccini, rutæ, caryophyllorum, &c.

Viperæ, pag. 272.) Communis perſuaſio eſt, viperina remedia fœtum pellere; ſed inanis metus hic eſt, & non adeò nocent gravidis, præſertim cum ℔j. trochiſcorum de viperis genuinæ horum ſubſtantiæ vix aliquot drachmas contineat, ſed plerumque ex pane conſtent.

Theriaca Diateſſaron pag. 273. Hac carere poſſumus, utut illius adhuc uſus eſſe poſſit, ſi cum opio animetur.

Electuario de ovo) Aliàs bonum eſt, & unum ex penetrantiſſimis remediis; ſed loco hujus ſubſtituatur ſuperiùs: nux vomica & crocus mulieribus ſunt ſuſpecta.

Orvietano p. 273.) Hujus electuarii nulla eſt certa compoſitio: interdum theriacæ ſimillima eſt. Ergo carere poſſumus.

Olea pag. 274.) Quod ſi miſturam theriacalem modo commendatam acuere geſtiat quis per olea deſtillata, tunc vel ſub miſtura ejusdem addere poteſt olei deſtillati juniperi & citri ana ʒj. ad ʒiß; vel tempore diſpenſationis & uſus doſi ejusdem etiam aliquot guttas ejusmodi oleorum adjicere: ſicut pari ratione ſub diſpenſatione camphora vel ☉ia volatilia eidem combinari poterunt, adjiciendo miſturæ ʒß. ad ʒj. ☉is volat. CC. gr. vj. ad ℈ß. vel etiam eadem miſtura cum ʒialibus miſceri, jungendo illius drachmæ uni ʒii diaph. vel bezoardici miner. ℈j. & camph. gr. iij. vel iv. ſicque vel in liquida vel in conſiſtentiore forma propinari poterit.

Opium p. 276.) In febribus malignis ſaltem in principio & incremento propinetur, non autem in ſtatu, ubi periculoſiſſimum eſt, quia tunc cephalalgiis & deliriis vexantur ægri: item quia fiunt criſes, quas, excepto ſudore & hæmorrhagiis narium, tollit. Compoſitiones theriacales recentes magis narcoticæ ſunt quàm veteres, quia per diuturnum tempus & fermentationem opii vis narcotica corrigitur.

Extracta antifebrilia p. 275.) Extracta vegetabilium diaphoretica ſpeciatim antifebrilia dicta ut abſinthii, cardui benedicti, centaurii minoris, gentianæ, & ſimilium, eaq; vel ſimpliciter cum ☿, vel ad modum extractorum ſuprà deſcriptorum parata, quibusdam in locis adhuc in uſu ſunt, ſpecialiter pro cura febrium intermittentium horum unum vel alterum ante paroxyſmum uſurpando, in forma præſertim pilulari:

Jam verò de his Extractis monet Autor, unum alterumve horum ſufficere, nempe extractum abſinthii, aut loco hujus gentianæ, loco omnium aliorum. Cæterùm ejusmodi extracta antifebrilia commodiùs propinantur in caſu, quando majus frigus & rigor urget, quippe quæ ſymptomata hinc egregiè imminuuntur, non verò quando æſtus major exiſtit.

Morſulis) Morſuli bezoardici non amplius ſunt in uſu.

Pulveres p. 279.) Pulveres diaphoreticos minus commodè ex vegetabilibus parari inſinuat Autor, cùm illi drachmatim propinandi ſint, & ſtomachus demùm eorum vim elicere debeat prius: ſicut nec magiſteria animalium eosdem, ſed mineralia potius, & ex animalibus deſumpta efficaciora, conſtituere debent.

Affe-

Digitized by Google

Affectibus pag. 280.) Insinuat hîc tacitè Autor noster remedia:

1. In febribus continuis cunctis solitariis, tàm benignis, quàm malignis.

2. In iisdem febribus cum inflammatione partium internarum conjunctis.

3. In febribus intermittentibus usitata.

Inter alia autem euporista allegat pulverem aliquem polychrestum diaphoreticum, cum aliis pro lubitu specificandum; estque talis compositio:

℞. *CC. sine* ♎ ℈ij.
♎e sigill. Silesiac.
Unicorn. fossil. ana ʒj. M.

Hujus dosis ʒß. esto in quocunque vehiculo expectando sudorem. Et potest hic pulvis pro circumstantiarum varietate cum aliis sociari, v.g. cum volatilibus: Sic:

℞. *pulv. hujus diaph.* ℈j. ad ʒß.
♁ *volat. CC.* gr. vj. ad ℈ß. M.

Vel etiam cum ♉ialibus diaphoreticis ita:

℞. *pulv. hujus diaph.* ℈j.
bezoard. min. vel ♉ii *diaph.*
camph. gr. ij. vel iij.

M. Fiat pulvis in malignis egregius.

Sic si pulvis ille vi anodynâ imprægnandus est, tunc

℞. *ejusdem pulv. diaphor.* ℈j.
♄ ♉ii ℈ß.
laudan. opiat. fermentat. gr. j.
M. f. pulvis.

Atque hi ipsi pulveres in febribus continuis benignis & malignis sufficiunt: Præter quos etiam mihi alius pro sudore in frequenti usu est, nempe:

℞. *CC. sine* ♎ ℈j.
bez. min. ℈ß.
♁ *volat. CC.* gr. v. vel vj. M.

cui nunc aliquid de laud. opiato, nunc de camphora q.s. addo.

Pannonico rubro pag. 281.) Hic pulvis dosi ʒß. ad ℈ij. in morbo Hungarico, itemque in febribus malignis cum alvi fluxibus conjunctis præstabilis aliàs est.

Alexipharmacorum antipestilentialium p. 282.) Notat hic Autor Zwelferum, pulveres introducentem hosce, quoad basin tamen eadem ingredientia habentes, quæ nimirum supra recensitum pulverem constituunt, saltem iisdem Zwelferus addit ☉ cum succo scordii crystallisatum: interim nitrum & nitrata, vel pura vel insuccata, in malignis cum diarrhœa vel vomitu conjunctis, non conveniunt, quippe hunc augent, & quoque aliàs ægros tales ad excretiones alvi proclives reddunt. Præfert ergo suum pulverem Autor noster.

Pulvis ille) Suprà dictus pulvis tenellis ab Autore ad gr. j. vel ij. & grandioribus ad jv. in terroribus & caloribus vagis datur; interim pulv. hanc dosin esse nimis exilem, ex eo constat, quod tenellorum ventriculi utplurimum pappis seu pultibus viscidis sint repleti, adeoque hæ, uti omnium remediorum, ita & alexipharmacorum horum vim obfuscent. Potius ergo tenelli quoad omnium remediorum usum, tanquam trimuli puelli tractandi sunt ob allegatam stomachorum obfuscationem, hincque pulveris illius gr. vj. viij. x. ad xij. iisdem exhiberi possunt in variolis, morbillis, diarrhœa, torminibus alvi, &c. Imò si idem pulvis associandus esset anodynis, tunc assumatur theriaca ad gran. j. vel alterum. Opium siquidem pro iis est nimis generosum, & solitariè datum pro infantibus suspectum. Aliàs pro puerulis insultibus febrilibus vexatis præscribitur hic pulvis polychrestus:

℞. CC. *sine* ♎ ʒß.
myrrh. elect. gr. vj. vel jx.
♁ *volat.* CC. gr. vj.
℥ heriac. gr. iij. vel jv.
M. pro 4. vel 5. dosibus.

Sanè hic pulvis tàm in febribus malignis, quàm in insultibus epilepticis mitioribus, & torminibus sufficiet: cui, si minus urgeat febris, sed potius tormina ex acido lactis, addantur aliquot guttæ ♁ destillati anisi vel caryophyllor. v. g. pro ℈ß. vel gr. xij. illius, hujus gutt. j.

Ita porrò) Adducit hic Autor remedia pro febribus continuis comitatis, seu cum pleuritide aut reliquorum viscerum inflammatione conjunctis; pro quibus loco tot pulverum & specierum antipleuriticarum eligit hunc expertum pulverem:

℞. *ost. cap. luc. pisc. pulver.* ʒij.
sangu. hircin. ritè præparat.
fl. ♃is ana ʒj. M.

Detur ℈j. ʒß. ad ℈ij. in ▽ cardui benedicti pro dosi. Pulvis hic tempore usus, præsertimque in principio harum febrium cum inflammatione alicujus partis internæ conjunctarum, dari potest cum aliquot granis ♁is volatilis, v.g. C.C. magis specificè verò cum gran. jv. vel v. ♁is volatilis maxillarum lucii piscis: sic quoque exhiberi dictus pulvis potest cum gr. j. vel jß. laudani opiati, singulæ illius dosi, præsertim in principio morborum & extra statum addendo.

Ossium capitis p. 283.) Ordinariè aliàs in pleuriticis curandis præscribuntur maxillæ lucii piscis; verùm rectiùs integri capitis ossa in usum vocantur, nec enim ulla præ aliis ossibus capitis maxillis tribuenda est prærogativa.

Sanguinis hirci) Sanguis hirci è pudendis sit emissus & exceptus.

Absque tribulorum, carduorum, &c.) Aliàs carduus benedictus, carduus Mariæ, papaver

Digitized by Google

papaver erraticum, ſunt ſpecifica antipleuritica: quorum tamen loco ſufficit ſupra dictus pulvis, & ſufficit loco omnis V. Suis, quæ aliàs frequentiſſimè adhibetur, ſed malè, quia hic pulvis longè tutiùs curat.

Sipleuritis ferocior) ſcil. ita ſe habeat methodus medendi: In pleuritide maligna, ubi principium curæ fiat à penetrante ſudorifero volatili, v.g. miſtura ſimplici ~ CC. & ☉e volatili ejus vel maxillarum lucii piſcis, maritata unà cum laudano opiato, quò facto pulvis ſupra dictus aliquoties reiteretur: Hinc tandem in declinatione morbi cancrina, & coralia præparata, item ♁ diaphoreticum & ſimilia proſunt, & ita totam abſolvunt curam: Et quidem in principio tutiſſimè opiata ſociari debent, ſi ſpeciatim inflammationes pectus occupent, quod etiam neceſſarium eſt; ita enim horum medio ſiſtetur dolor & tuſſis, & inflammationes avertentur; contrà in incremento & ſtatu morbi, quando tuſſiendo multa expectorantur, opiatorum exhibitio periculoſa eſt; aliàs enim ſiſteretur tuſſis, & excretiones ſuffl aminarentur, excernendaque diuturniori morâ viſcidiora redderentur. Cæterùm dictis remediis expectorantia interponantur, & in principio quidem & incremento temperantia pro incraſſandi materiam ſcopo, quales ſunt ſcabioſa, violæ, & papaver erraticum; quæ ſufficiunt pro incraſſatione materiæ expectorandæ: in ſtatu verò, ubi expectoratio materiæ incraſſatæ ſupervenit, uſurpantur expectorantia, incidentia, nempe ex Nicotiana, hyſſopo, & eryſimo parata.

Febribus continuis & plerisque malignis) Docet hic Autor methodum curandi febres continuas ac ardentes, benignas pariter ac malignas, diſcurſum illum, quem *pag. ſup.* 237. & 239. habuit, magis applicando (has dicit ſine V.S. vel laxatione eſſe curandas) & quidem V. S. in febre ardente continua benigna rarò in uſu eſt; ubi ſc. non adfuerit plethora ingens, aut æger ſit juvenis, aut febris illa ex potuum generoſiorum abuſu fuerit nata, aut denique mulier ægra fuerit plethorica, & vitio vel obſtructione menſium correpta, opus erit in eadem V. Sione. Malignæ autem febres per ejusmodi deteriorantur, quod obſervavi imprimis, ſi talis febris ex contagio fuerit nata, quo in caſu V.S. eſt peſſima, quippe hac ratione contagio quaſi porta aperitur, ut illud integram M. Sam afficiat, ~ depauperet, ſicque vires proſternat, quæ aliàs in malignis debiles ſunt. Sin vero febris illa ſine contagio fuerit, tunc pariter VSione labefactantur ſaltem vires, nec ullum commodum inde habetur; unde caveamus nobis in tali caſu à VSne. Sic nec clyſteriſationes, nec laxationes in tali caſu requiruntur. Equidem non raro in principio, tàm benignarum quàm malignarum (etiam à contagio ortarum) febrium vomitoria adhibita, ſunt tuta, imo & neceſſaria, eaque intermiſſa nociva, præſertim in juvenibus, aut quando à contagio extrinſecus hauſto natus fuerit morbus, affligente ſic contagio regionem ſtomachi & primas vias, adeoque inquietudinem cauſante; quo præmiſſo vel omiſſo, mox in principio ad ſudoriferum aliquod volatile ſecundùm Autorem, v.g. Ram bezoardicam, vel mixturam ſimplicem, vel ~ CC. accedamus, adhibendo eadem vel ſolitaria, vel præſente vomitu ſymptomatico ſociata opiatis; hinc ſudore unâ alterâve vice continuatô, advocentur in uſum paulò fixiora, v.g. pulvis allegatus ſubinde variandus: ſicut juxta finem morbi exhibenda erunt cancrina, coraliata, &c. Cæterùm, quò magis ægri taliter conſtituti ſudant, eò magis vires debilitantur; unde, ut viribus proſpiciamus, danda erunt intra & poſt ſudorem blanda acida, præſertim cum potu ordinario, ita ut v.g. in menſ. ß. cereviſiæ inſtillentur guttæ 50. vel 60. clyſſi ʒii, vel ~ ☿i dulcis, vel roris mineralis; quod eſt phlegma ☽li acidulum, & commodè julepis ex ▽ fontana cum infuſo roſarum vel violarum vel tunicæ factis, ad gratum acorem inſtillatur; vel denique miſceantur partes ji. cereviſiæ ſecundariæ cum parte j. vini, qui potus etiam poteſt ſulphurari à ſulphure accenſo.

In anxietatibus pag. 484.) Dixit etiam Autor, quod volatilia ſudorifera in principio propinanda ſint, in malignarum verò ſtatu nunquam: limitat nunc, quando nempe anxietates præcordiorum adſunt, ubi pars tertia vel quarta doſeos illius, quæ alias datur, unà cum paulò fixioribus exhiberi neceſſe eſt, ne turbæ novæ excitentur; non ſecus, ac quoque contra urgentia ſymptomata dicta ante & poſt ſtatum cum anodynis, vel laudano opiato, acuari poterunt, in ipſo tamen ſtatu omittendo.

Antifebriles (*intermittent.*) *pulveres, pag.* 285.) Sunt qui pro febrium intermittentium curatione uſurpant ʒij. pulveris carduibenedicti; ſed minus efficaces hi ſunt, & nimis nauſeabundi, quin potius loco horum à modernis diaphoretica & præcipitantia alcalia fixa uſurpantur, quibus tamen nec ipſæ quartanæ cedunt: ſed in his ad volatilia accedendum eſt, die intermiſſionis tractando patientes per ♂ialia; adeoque præmiſſo vomitu, eoque interdum repetito die invaſionis bihorio ante paroxyſmum exhibeatur ~ ☉*ci rite partus & fortificatus à ʒß. ad ʒj. vel quibus hic ingratus eſt, illi accipiant pulve-

Digitized by Google

pulverem lapillorum cancrorum, coraliorum, &c. cum ſacchari ℔i gr. xij. ad xv. loco hujus ∽; Externè verò, quia in quartanis fere ſemper ſubeſt aliquod vitium ſplenis, imponatur regioni ſplenis emplaſtrum de Nicotiana. Simili ratione pro tertiana & quotidiana curanda, præmiſſo vomitu, inſtante paroxyſmo, & ſubſequentibus reliquis, exhibeatur pulvis ex marinis & ⊖ibus fixis conſtans utut & his præferendus ſit ∽⊖ ℞c ad ʒß. vel ʒj. (utut maximè æſtuent ægri) e.g.

℞. ♆ *concharum* gr. xxv.
⊖ *abſinth.* gr. xv.
☍ *deſt. caryoph* gr. ij.
M. F. pulvis.

Horâ unâ vel altera ante paroxyſmum propinandus (pulvis gentianæ idem præſtat.)

Vel ℞. *Lapid. ♋. præp.* ϑj. ad ʒß.
♉ *Diaph.*
⊖ *abſinth.* ana ϑß. vel gr. xv.
laudan. opiati gr. j.
M. f. Pulvis.

Vel ſi intenſior æſtus afflixerit in paroxyſmo,

℞. *arcani duplic.* ϑj.
lapill. ♋ præp.
⊖*is abſynth.* ana ϑß.

M. F. pulvis repetitis vicibus uſurpandus, donec febris profligatur.

Arcanum duplicatum vix in intermittentibus uſurpamus, niſi adſit æſtus, vel febres intermittentes ſcorbuticæ.

Aluminis mitificati pag. 286.) Ex alumine præcipitari ſolet ▽a aluminis, ſaccharum ejus aliàs vocata, quæ figendo intermittentes curat, non ſecus ac quoque tartar. aluminoſus Rolfinccii id præſtat: Interim minus tuta hæc remedia puto; figunt ſiquidem & ſuſpendunt paroxyſmum, at ſi æger tantillum peccet, mox redit.

☍i Caryophyllorum) ☍ caryophyllorum internè & externè in rigore eſt egregium; externe ſcrobiculo cordis illitum, tollit rigorem intermittentium.

Animale regnum, pag. 287.) Hoc quemadmodum reſpectu purgantium eſt pauperrimum, ita quoad diaphoretica ditiſſimum. Ex tam larga luxurie Autor præmeditatè eligit cervum & Viperam.

Cervo) Ex cervo eligit Autor CC. ſine ♎e, hinc ejusdem ∽um & ⊖ volatile: Cùm illo accidentariò quoque ſe offert nobis Gelatina: Rectè aliàs dicitur, quod totus cervus ſit alexipharmacus, cum ex toto remedia parari queant.

Typhas) Typhas CC. rejicit Autor, quæ in quibusdam locis ſunt uſuales; & quidem ex iisdem ▽m tàm ſimplicem quàm compoſitam deſtillant, quarum illam ſub nomine ▽æ typharum CC. commendant ad menſium & lochiorum fluxum nimium ſupprimendum; compoſitæ verò vires analepticas tribuunt. Verùm omnes ex animalium partibus deſtillatæ ▽æ ſunt nuda phlegmata, adeoque inertes, omnique virtute Medicâ ſpoliatæ, niſi fortè per accidens quaſi juvent, dum de ⊖ volatili animalium illorum participant; unde par judicium de ▽ typharum quoque formandum erit.

Immaturius cornu.) Quidam recipiunt CC. jam recens perfectum, cruentum tamen adhuc & ſanguinolentum, quod in ▽ deſtillant, atque in MB philoſophicè calcinant in vaſe clauſo: interim cum hoc ita recens nondum ad perfectionem debitam pervenerit, nec ⊖e volatili ſufficienter imprægnatum fuerit, propterea eidem meritò CC. perfectum præferendum, præſertim, cum immaturioris illius doſis ʒß ad ʒj. magnam quidem molem referat, minus tamen efficaciæ promittat.

Nec ſanguinem inde vel cor: *p.* 288.) Scilicet ſunt quidam, qui ex corde cervi ▽am deſtil. ac ∽um, ubi ▽ ejusdem naturæ cum ▽ typharum eſt, ∽ ille verò minus nobilis cum ∽u cornu cervi, utut vana hominum perſuaſio imponat nobis, quaſi vitalis vis cordi eſſet inſita: ſic neque ∽ Cordis cervi & ∽ ſanguinis cervi, ullam eſſentialem differentiam fovent, niſi quod ille ſit dilutior, quàm ∽ CC. Cæterum circa ∽ & ⊖ia volatilia ex animalium partibus liquidis deſtillanda obſervetur hæc encheireſis, quod v.g. ſanguines & ♋æ recentes præter copioſum phlegma parum ∽ & ⊖is volat. largiantur; econtrà verò putrefacta, ſeu per putrefactionem reſoluta eadem, copioſum & acerrimum ſuggerunt ∽m & ⊖ volatile: Atque eadem ratio valet de quibusdam ſolidis animalium partibus, ſpeciatim in ſecundina humana, quæ recens parum, putrefacta autem copioſum ∽ & ⊖ volatile ſuggerit.

☍ *fœtido*) Ex ſanguine cervi, ſpeciatim non putrefacto, præter ſpir. & ⊖ volatile, copioſum ☍ etiam elicitur, quod tamen vix prærogativam habet præ ☍ ſanguinis humani, aut CC. aut ſuliginis; Unde hæc promiſcuè loco illius adhiberi poterunt.

Liquores & mixturas antipodagricas) Ex ☍ ſanguinis cervi cum ſpir. & ⊖ volatili mixturas has quidam Autores parant, ut Schrœderus, & externè in podagra applicant: Verùm placet mihi hac in parte Autoris epicriſis quia ☍ſa iſta non proficua ſunt ejusmodi ægris; ſcil. in podagra nunc peccat acidum plus minus volatile & acre, nunc plus minus obtuſum, vel moderatum & viſcidum; Jam verò utroque in caſu eidem opponenda ſunt ⊖ia volatilia ♋oſa.

Digitized by Google

Nec cerebrum p. 289.) Cerebra animalium habent conſiſtentiam ▽eo-pinguem, hinc deſtillata copioſum phlegma, pauxillum contra ♒ & minimum ♁is volatilis, exhibent, nec inde nobis ſingulare quid pro curanda epilepſia promittere poſſunt.

Os de corde cervi) eſt concurſus tendinum circa arterias cordis obſervabilis, in annoſis cervis, bobus, & etiam hominibus, temporis protractu cartilagineſcentium, quæ cartilago tandem oſſeſcit; ſimiliter ac arteria magna in homine circa cor in cartilaginea forma obſervata fuit. Unde & dictum os de corde cervi malè pro alexipharmaco proclamatur, quia potius æquali cum C.C. ſtat pretio.

Sordes è Cauthis) Veteribus pro lapide bezoar habitæ ſunt, aſt malè; cum illæ nihil valeant.

Selectui noſtro pag. 290.) Eligit Autor præ aliis CC. illudque ſponte deciduum; Etenim autumno, quando illa cornua matura quaſi ſunt, ſpontè areſcendo decidunt, ſuntque ea majora, duriora & ponderoſiora, adeoque copioſiorem ♒um & ♁ volatile ſuggerunt. Quod ſi tamen illa cornua decidua habere nolimus, ſumamus eadem paulò ante ſpontaneum caſum, præprimis illa, quando cervi ſunt in orgaſmo, utpote jam matura, quæ à ſanguine non alterantur.

Cervini quoque cranii.) Hoc pro cornu ejuſdem quidam ſubſtituunt, & res ſanè perinde eſt. Ergo Autor ſeligit pro quibuslibet cornibus animalium.

Rhinocerotis cornu) Hoc, quia carius & rarius, propterea & in uſum Medicum tractum eſt, merâ vanitate licet. Non enim eſt alexipharmacum tale, quale venditant: Imò putant nonnulli in ſcyphis ex cornu hoc tornatis infuſum vinum nullum ferre venenum: aſt vana hæc eſt perſuaſio, cùm cornua illa ſint ejuſdem naturæ, quoad præparata Medica, cum noſtro C. C.

Unicornu pag. 291.) Unicornu marinum ex piſce cetaceo, cujus potiùs dens eſt, teſtante Wormio & Kirchero in mundo ſubterraneo, & Tulpio *in Obſervat.* circa Provinciam Grœnlandiam reperibile, & ex hujus maxilla ſuperiore enaſcens, ſtructuræ firmioris exiſtens, deſumitur; contrà unicornu ex quadrupede, terreſtre dictum, eſt Non-Ens, niſi intellecta velimus cornua orygis aſini Americani. Inſuper datur & ebur per ▽am excavatum ſub titulo Unicornu, ſed hoc impoſtura eſt; aliàs Unicornu illud marinum æque ac dens hippopotami per vim △is dat eundem ♒um & ♁ volatile & ♌, ad morem CC. & ſimilium. Horum tamen ratione non habent illa ſingularem præferentiam præ hoc, quippe in quo crudè raſpato ſimiliter vis antepileptica reperitur, non ſecus ac dicta marina, quæ quoad præparata quoque cum CC. conveniunt.

Rupicaprarum) Rupicaprarum in montibus Tyrolenſibus reperibilia cornua quoad uſum Medicum ejuſdem ſunt cum CC. naturæ.

Mollificatum) Seligit Autor CC. Philoſophicè calcinatum: ſc. fruſtula majuſcula CC. vel in ▽ communi blandè ebulliunt, vel, quod alii curioſius faciunt, in alembicum, ex quibus ▽as vegetabiles deſtillant, reponunt, ut ita ſucceſſivè molleſcant illa; ubi tamen melius eſt, ſi in ▽ ſimplici ſucceſſivè ebulliendo præparetur, ſub nomine CC. ſine △e (actuali ſc. △e) calcinati; hac enim ratione fit tenerum, ut nigra cruſta exterior abradi, & medulla interior facilè ſeparari poſſit. Cæterùm ▽ illa decoctionis evaporata concreſcit tandem in gelatinam in febribus malignis admodum proficuam, quæ cum per ſe diutius aſſervari nequeat, cùm putreſcat, hinc vulgò, ſed malè, cum ♒ibus acidis ſolet condiri gelatina. Hæc ſc. eſt ſuccus nutritius CC. ſale volatili ac ♌ turgidus; At cum CC. raſpatum ſit durioris conſiſtentiæ, atque reſolvendum prius in ſtomacho, hinc illud præfertur. Huic interim CC. Philoſophicè calcinato in malignarum principio pro impetu malignitatis refrænando præfertur ♁ volatile CC. in progreſſu autem CC. ſine △e eſt optimum, utut gelatinâ ſuâ defraudatum. Et quidem nobis in more poſitum eſt, niſi quid obſtet, ut CC. ſine △e cum ♁ ejuſdem volatili combinemus, quò ſic illud quaſi acuetur, & concinnius operetur: v. g.

℞. C. C. *ſine △e* ℈j.

♁ *volat.* CC. gr. v. vel vj. M.

Uſtum pag. 292.) CC. uſtum eſt adhuc ſatis diaphoreticum, & ſpeciatim in fluxibus alvi, ut diarrhœa & dyſenteria, locum habet; quo in caſu adſtringit imbibendo acorem præternaturalem, & ſimul diaphoreſin ciet. Cæterùm reverà in C. C. uſto eſt aliquid ♁is fixi, de quo quidem Autor noſter dubitat. Interim idem CC. non eſt adeò diaphoreticum, quàm quidem CC. ſine △e; contrà calcinata marina, ut conchæ calcinatæ, ex quibus conſtat ſpecificum antifebrile Crollii & Strobelbergeri, habent ſe inſtar calcis vivæ; terrea verò, qualia ſunt oſſa calcinata animalium, non æquè ſunt ♁ina, unde & illa pro his magis ſunt diaphoretica.

Dictis ♒ pag. 293.) Eligitur ab Autore ceu potentiſſimum & penetrantiſſimum ſudoriferum, & conſiſtit ejus vis in ♁e volatili, quod nunc in forma ſicca habetur, nunc in forma fluida, dilutum à phlegmate, ſicque ♒audit, nunc & in media conſiſtentia, nempe ♌ô, quod eſt ♁ volatile ab acido pingui

Digitized by Google

pingui concentratum, ex quo ♁ deſtillato, non ſecus ac ex ♁ deſtillato ☿, per additionem ⊖is alcali fixi, & intervenientem digeſtionem, elici poteſt ⊖ volatile copioſum.

Sicca pag. 294.) Utendi modus eſt, quod ⊖ volatile non ſiccum per ſe uſurpetur, quia avolat; ſed in ejuſdem ⌒u. Cæterùm male ⌒ CC. cum ☿ ab Autore laudatur, quia hac in parte fallit, utut ſuper alcali rectificatus; etenim illâ ratione fit nimis pinguis, ſicuti hôc modò ipsô ⊖e volatili & ♁ proprio adhærente privatur; quin potiùs, poſt ſeparationem Olei crudioris per filtrum & chartam bibulam madefactam, ⌒ per ſe ex cucurbita altiore rectificandus eſt; hac enim ratione poſt ſecundam vel tertiam rectificationem ſpir. limpidus ſpecificâ adhuc vi ſui Olei turgidus, ut & ⊖ volatile nivis inſtar prodit. Spiritus doſis eſt à ʒß. ad ʒj. ⊖is volatilis à gr. xij. ad ℈j. in febrium malignarum & epidemicarum principio, itemque in affectibus capitis juſto tempore egregius omnino eſt.

Fixato) Quidam ⊖ volatile CC. cum ſpir. ⊖is acido vel alio figunt; Verum emanat ſic ⊖ ✱cum, ut etiam ſuprà dictum; unde hoc ⊖ additione ⊖is fixi denuò reducitur in ⊖ volatile, ſed vi ſpecificâ deſtitutum. Fixatio ergo hæc eſt fruſtranea; unde potiùs ⊖ illud CC. volatile, vel per ſe, vel ejuſdem ſpir. adhibendus eſt.

♁) ♁ deſtill. CC. redigunt quidam in Eſſentiam CC. nempe quemadmodum ☿ rectificatiſſimus prompte imbibit, & ſibi unit Olea deſtillata; ita & ☿ ♃atus Oleo CC. rectificato, ſeu à CC. uſto abſtracto, affuſus, copioſum ♁ & ⊖ volatile imbibit: interim habetur ſic tantùm ⊖ volatile CC. oleoſum.

Magiſterium) Magiſterium CC. præparari debet non per ⌒⊖✱ci ≠ationem, ſed per abſtractionem ⌒☉i, quod pro infantibus Autor noſter commendat: ſcil. ſolvitur CC. in ⌒u ☉i, hinc à ſolutione filtrata abſtrahitur ⌒☉i ad dimidium, deinde diluitur reliquum ▽à ſimplici; ſic hac ratione ≠atur Magiſterium candidum, quod eſt ⌒ CC. à ⌒u ☉i acido ſaturatus; ſub quâ ſaturatione cornu cervi, & cum acido ſeſe uniens, ⊖ volatile cum ⌒u ☉i abit in ☉ volatile; adeoque hoc eſt corpus ſalſum volatile, pluribus uſibus in morbis malignis conveniens. Atque hoc Magiſterium præfert Autor cornu cervitàm Philoſophico, quàm uſto ☾latis, ſeu ⌒ ☾li impregnatis; cum hac ratione emergat quaſi concretum ſemialuminoſum; terreſtris enim ſubſtantia in CC. uſto imbibit ⌒ acidum ☾li ad ſatietatem, & fit tertium adſtringens quaſi aluminoſum.

Cervina pag. 295.) Cervina remedia pro Diaphoretico ſcopo eligit tria, nempe CC. ſine △e, ⌒um & ⊖ volatile: Quibus tamen nos addimus gelatinam in febribus ardentibus vi analepticâ temperativâque magni uſus. Nam eſt diaphoreticum blandè ſudoriferum analepticum, maximè, ſi in ▽is cordialibus propinatur: reverà ſcatet ipſa ſucco nutritivo cum ⊖e volat. & ♁o, cùm & vi diaphoreticâ ſimul corpus continuò in blando ſudore conſervet. Modus utendi eſt hic, ut ʒj. ad ʒjß. in cochleari ſuper △e ſoluta injiciatur potus ordinarii menſur. ß. Nam non poteſt longè aſſervari. Ubi tamen non paranda eſt gelatina cum ✚to, nec addantur Ræ florum cum ⌒ aliquo acido paratæ; Nam, utut illa ſic diutiùs conſervetur, ⌒ tamen & ⊖ volatile in gelatina latitans ſimul caſtratur in vi ſua, & figitur ab acido, hoc in ⊖ tertium cum virium defraudatione tranſmutante.

Lapide bezoar pag. 296.) Conferatur de ejus putatitia efficacia Zwelferus *in Pharmac. Aug.*

Cæterùm ſi velimus, inquit Autor, adhibere Bezoar, aſſumantur noſtrates, qui reperiuntur in ventriculis cervorum, quoad vires lapidi bezoar, æquipollentes, non ſecus ac Duelech humanum probatum ſatis in morbis malignis & ultima peſte Londinenſi, doſi ℈ß. ad ʒj. aſſumptus, ut taceam ejuſdem vires contra philtra: ſic & aprugni è veſica lapis eſt bezoardicus egregiè, utut rarior is ſit.

Equinus) Tandem & hippolithus, Bezoar Orientali ſimillimus, huic commodè poteſt ſubſtitui. Cæterùm cum omnes hi lapides per △em examinati ſuggerant ⌒um, ⊖ia volatilia & ♁ea, ſimillima iis, quæ ex aliis animalium partibus deſtillantur, proinde & hæc in ſpecie CC. loco illorum ſufficere poterunt.

Rupica prarum glomi) Hos deſcribit Velſchius in binis Diſſertationibus, & ſolent magni æſtimari à Tyrolenſibus. Interim ſi iidem ritè conſiderentur, ſunt nihil aliud, quàm filamenta tenaciora graminum, radicum, herbarum & fructuum, quibus veſcuntur rupicapræ, inviſcata muco quodam chyloſo in ventriculo, hinc que conſiſtentiam lapidis mollem & friabilem repræſentantia. Cæterùm horum globulorum vires paucæ ſunt, & parum habent in receſſu, præſertim cùm & non rarò in noſtrarum ventriculis reperiantur.

Magiſterii pag. 297.) Sunt, qui cum ⌒ acido Magiſterium ex lapide Bezoar conficiunt; aſt ſic deſtruuntur ejus vires per ⌒ acidos.

Tinctura que) hanc aliqui cum ⌒u ☉i ex Bezoar parant; cùm is crudus ſufficiat, quid opus ejus præparatione?

Viperas noſtrates & Colubros) Utraq;

æquè bona ſunt atque Apulejorum ac Lombardorum.

Bezoarticum illud animale) Paratur ex viperis pulvis viperinus, bezoarticum animale aliàs vocatus. Nam ~, ⊖ volatile & ♁ deſtillatum ex iiſdem, nullam habent prærogativam præ illis, quæ ex reliquorum animalium partibus deſtillantur; cùm ♃is virium ſpecificarum ſit deſtructor, & hujuſmodi producta ejuſdem naturæ ex omnibus animalibus reddat. Pulvis ergo viperinus tantùm in uſum Medicum venit.

Præſervatoriè) Sunt qui pulverem viperinum præſervatoriè commendant contra venenatorum animalium & viperarum morſum, ſed male; interim in morſu jam facto, itemque in febribus malignioribus & peſtilentialibus doſi à ʒß. ad ʒi. aſſumptus, reverà ſat efficax eſt, utut in extremè malignis non ſufficiat.

In inveterata Pſora & leproſis diſpoſitionibus pag. 298.) Multi ex traditione veterum contra lepram & ſcabiem repulſam & fetnam pulverem viperarum laudant ex eo, quod jam Galenus vina viperina & Helidæus Paduanus Decoctum viperinum leproſis commendaverit; quin & Tacchenius luem Gallicam hoc ipsò ſe curaſſe teſtatur.

Pulvis ille ſimplex pag. 299.) Hic cùm facile ad putredinem ruat, hinc condiendum illum ſuadent quidam vel ♁cis deſtillatis, vel floribus ⊖is ✱ci, de qua præparatione videatur M. A. Severinus *de Viperis.* Interim veriſſima eſt Velſchii epicriſis dicentis, pulverem illum, quo ſimpliciorem, eò meliorem eſſe. Cæterùm optimum modum præparandi pulverem hunc docet Charas *Tr. de Viperis.* Similiter & inter hæc viperina inveniuntur trochiſci de viperis, veteribus pro baſi theriacæ, ſed falsò, habiti, cùm illi more veterum cum pane parati parum valeant, ac eos ſufficienter culpaverit Zwelferus *in Animadverſionibus.* Cæterùm, quibus placet trochiſcos viperinos in uſum vocare, illi præparent eos vel more Zwelferi, vel Domini Feburc, qui ex viperis coquendo eliciebat, ad modum CC. ac aliorum animalium partium duriorum & molliorum, gelatinam, cui, ut parum phlegmatis adſit, aſperſit, & immiſcuit pulveris viperini q. ſ. & hinc trochiſcos efficaciſſimos & integram craſin viperarum continentes paravit, quos ſucceſſivè exſiccavit.

Eſſentia) Hujus præparationem cum ~ vini, ⊖e volatili viperarum acuato, docet Zwelferus in Animadverſion. Interim præter hanc ex inventione Dn. D. Michaelis alii eam parant cum ~u ⊕is, quem exſiccatis affundunt, hinc factâ eorum ſolutione menſtruum in ♏ abſtrahunt, magma reſiduum extrahunt cum ☿, & ita fit eſſentia viperarum, magni æſtimanda in puncto ſcabiei retropulſæ expellendæ, aut aliis quoque affectibus cutaneis ritè curandis: Laudatur quoque ad morſum viperæ.

Cupedias.) alludit Autor ad Italos, veſcentes carnibus & juſculis viperarum pro ſcopo ſanitatis & longæ vitæ, imò & pro ſcopo ſterilitatis corrigendæ; quo in caſu jura & pulli gallinacei viperis nutriti laudantur Italis magnatibus.

⊖*ia theriacalia pag.* 300.) Ad ⊖ia theriacalia pergit Autor. De his ⊖bus Veterum quidem omnium optimè agit Tacchenius in Hippocrate Chymico, oſtendens eadem fuiſſe de genere ⊖is ✱ci, conſtantia ex ⊖e volatili viperarum, & ⊖e acido Cyrenaico. Cæterùm hæc ipſa Veterum ⊖ia theriacalia in deſuetudinem abierunt, loco hujus ergo in uſu eſt ⊖ volatile viperarum vel ~ viperinus; interim de his ſincera quoque proſtat Autoris epicriſis, quod nempe eadem cum ⊖e volatili & ~u CC. ejusdem ſint naturæ, utut in radice ſui eſſentialiter differant; dum enim ignis vi alterantur, ſpecificam vim exuunt.

Figatur) Quia ⊖ volatile viperarum maximè volatile eſt, quidam nonnihil annixi fuerunt hoc figere: ubi tamen fixatio illa ſine acidis plane impoſſibilis eſt; contra per acida facta ⊖ volatile illud nonnihil caſtrat; proin conſultiùs eſt, ut ⊖ illud volatile in phlegma dilutum, h. e. in ſpiritum, aſſumatur.

In Eſſentiali) Tacchenius multum facit lucri cum ⊖e volatili viperarum fixato, & quidem figit ⊖ volatile viperarum cum ⊖e eſſentiali ſeu ♁a foliata tartari; interim hæc imprægnata acido aceti imbibit ex parte ſal iſtud volatile, adeoque nonnihil ſimul figit.

Pinguedinem) Viperæ & ſerpentes habent copioſam pinguedinem: Hæc pinguedo viperarum ſeparata ita egregia eſt in affectibus partium nervoſarum à cauſa externa inductis, v. g. contuſionibus, vulneribus, puncturis, ſpeciatim circa articulos: Adhæc eadem pinguedo nobilis eſt quoque in affectibus oculorum quamplurimis, v. g. puſtulis, vulneribus & ulceribus eorum, ac ophthalmia: quemadmodum hujus rei experimentum conſtat in Miſc. A. N. C. *Ann.* 2. *Obſ.* 125. Eſt autem ejus utendi modus, ut blandè illinatur oculo ſe malè habenti, ſic ſufficit loco omnium Sief ſeu pulverum iſtorum ſubtiliſſimorum veterum ad oculos: quorum compoſitiones vid. in Pharm. Auguſt. Præſtat eadem, inquit Autor, quæ infuſa ☽ialia ex ☽io & ejus croco, quæ in affectibus oculorum externis, nebula, cicatricula, panno,

Digitized by Google

panno, ophthalmia, imò & ipſa ſuffuſione, cataractâ, &c. aliàs à Rulando commendata ſunt; rem ego experientiæ relinquo, an pinguedo illa infuſis his præferatur? quæ tàm ex croco, quàm præſertim ex vitro, & poſthac ex ☉o butyri ♂ii ritè parata infuſa, & filtrata, nobilia fuiſſe expertus ſum.

Infuſis ♀is p. 301.) Angelus Sala in Septenario Planetarum ☿ſtrium cap. de ♀e, habet remedium ophthalmicum ex infuſione vini malvatici in pelvim æneam, quâ ratione acquirit ferè ℞am ſapphirinam, ex acido vini rodente venereum emergentem: ac experimenti hujus exemplum non contemnendum proſtat in Bartholini *Tomo* 3. *Act. Haffn.* cui etiam Autor præfert pinguedinem viperarum.

Hepatis muſtelæ) Quod ſi non in promptu ſit viperina pinguedo pro oculorum affectibus, poterit eidem ſubſtitui hepatis muſtelarum liquor oleaginoſus: ſcilicet tempore æſtivo muſtelæ hæ grandiora magis habent hepata præ hyberno, quo eadem ob imprægnationem exſiccata quaſi ſunt, quæ transfiguntur ligno, & in vitro radiis ſolaribus exponuntur; ſic enim defluit illud in ℥, proficuum per experientiam Foreſti in panno, cicatrice poſt variolas relicta, in ægylope, & carne excreſcente; Conf. Hartmannus Praxi Chymiatr.

Parturientium umbilico) Illita umbilico pinguedo, & lingua viperis vivis evulſa, aut exuviæ earum coctæ, an conducant pro promovendo partu difficiliori? experientia conſulenda erit.

℥ *viperinum ſimplex aut compoſitum p.* 302.) Illud paratur incoquendo viperas in ℥o olivarum, & laudatur vulgò contra morſus viperarum: interim, cùm morſus noſtrorum ſerpentium ſint minus noxii, & in viperæ morſu præſentiora adſint remedia, proinde his oleis carere poſſumus.

Scorpionum ℥, *ſaltem ſimplex*) Hoc ſit inſtar omnium & quidem illud vetus, & per repetitam recentium ſcorpionum infuſionem magis exaltatum.

Aranearum ℥) In ſpecie ℥ aranearum commendatur vulgò ad curandas febres intermittentes chronicas, pulſibus die intermiſſionis illitum, non ſecus ac ex araneis majoribus parat antifebrile ſuum emplaſtrum Strobelbergerus; & ego novi ruſticum febres intermittentes quasque curantem per pulverem aranearum contuſatum propinatum.

Bufoninum pag. 303.) Bufonum ℥ cum ℥ olivarum paratum pro uſu coſmetico laudat Schrœderus.

De zenechto è rubeta) Hoc commendat Helmontius *Tr. Tumulus peſtis*, in peſtilentiali conſtitutione, dum bufonem pedibus ſuperioribus ſuſpenſum, & ad mortem uſque ita cruciatum, pro zenechto habet: nec eſſe hoc de nihilo ſuſpicor inde, quod iidem bufones ſic tractati appenſi, vel axillis ſubligati, in febribus malignis periculoſas hæmorrhagias ſymptomaticas ſtitiſſe expertus ſum, unde non dubito, quin & in peſtilentiali conſtitutione inſignes ſint bufones, quorum tamen loco & lapis magneticus arſenicalis Angeli Salæ adhiberi poterit.

Caravitino ſcorpionum magno) ℥ hujus ſcorpionum compoſitum, à Georgio Caravita ita dictum, deſcriptum videmus in Matthiolo: ſicut magni illius Ducis Hetruriæ in Pharmacopœa Auguſtana.

Præcordiorum inunctiones pag. 304.) Sunt etiam qui ℥ viperinum per infuſionem paratum externè præcordiis & carpo in conſtitutione peſtilentiali illinunt, ſed imbelle hoc eſt remedium: alii verò eodem utuntur ad provocandas petechias febrium petechialium, idque Autor noſter ſufficere ait, teſtantibus Brunnero, Timæo & Wittichio in caſu, quando nolunt petechiæ iſtæ erumpere, fricando ægros cum eo.

Coronam viperinam) De hac duplex impoſtura viget:

1. Nempe datur dens molaris maxillæ inferioris ex porcello juniori evulſus, politus ab Empiricis, loco hujus coronæ: de quo vid. Miſc. A. N. C. Ann. 3. Obſ. 128. in ſchol.

2. Obtruditur pro corona viperina chelæ ſquillæ marinæ interioris combinatio: interim fraus eſt & falſiſſimum, quicquid de hac corona circumfertur: Plura videb. apud Autorem.

Alexipharmacum de ciconia p. 305.) Hujus deſcriptionem habet Schrœderus *cap. de Electuariis*, & paratur illud cum ℥ pini. Cæterùm ſuſpicionis alexipharmacæ in ciconia occaſionem dedit hoc, quod eadem veſcatur ſerpentibus: ubi tamen dico potiùs, cum ſerpentum vis ſpecifica in ſtomacho alteretur, viperina remedia loco ciconiæ excellere.

De cervis) Dicunt nonnulli: cervum habere vim alexipharmacam, ex eo, quod deglutiat is ſerpentes: quod teſtatur Autor in M. A. N. C. *Anno* 1. *Obſ.* 14. *p.* 57. ubi allegatur ſerpens in ventriculo cervi petrefactus: ubi interim, cùm hoc fierit potiùs concrementum lapideum anguis formam repræſentans, dico, vim alexipharmacam cervorum ex propria ſua natura derivandam eſſe, non autem ex comeſtis ſerpentibus.

Ex homine in ſanguine pag. 306.) Sunt etiam in uſu remedia ex ſanguine humano, ſed non præſtant cervinis. Hic ſanguis in uſu eſt internè pro ſcopo antepileptico, & externè

Digitized by Google

pro antipodagrico, at præſtat ſpir. cornu cervini.

Oſſibus) Paracelſus habet pulverem artheticum purgantem, cujus deſcriptionem videb. in Hartmanni *Praxi Chymiatr. c. 2. de arthrit.* huncque ingrediuntur oſſa humana, ſed vano conſilio: cum enim illa ſaltem acidum arthriticum abſorbendo juvent, idem facient oſſa alia.

Mumia) Mumia exotica exulet. Noſtras autem rarius in ſubſtantia uſurpatur, quæ aliàs artificialiter paratur, ut modum ex Paracelſo docet Schrœderus, dum ſcilicet fruſta carnis humanæ exſiccata ſpiritu vini, aloë & myrrhâ irrorantur: vel quod melius, fruſta illa exſiccata ſpiritu ☉is, aloë & myrrhâ condiunt.

Tinctura ejus) ℞ mumiæ Crollii parum in receſſu habet, & quidem paratur ea vel cum ☿, quæ tamen nihil valet, niſi ſpiritus vini ſit acuatus cum ☉ ♀i: ſic enim aliquid extrahet, utut maximum fuerit de myrrha; Vel & paratur dicta ℞ ſpiritu vini & ſpiritu terebinthinæ. Cæterùm cùm pro ſcopo vulnerario & caſu ab alto ſufficiant tam lapilli cancror. cum aceto ſumpti, ſociatis iiſdem plus minus alcalibus, quàm ſanguis hircinus, proin ℞a mumiæ non habemus opus, neque ſpeciebus diamumiæ.

☐*æ* ☁ *pag.* 307.) Hunc pro ſcopo diaphoretico eligit Autor, & præfert tædioſæ & laborioſæ præparationi ejus ſpiritum ☉*ci*, qui pariter eſt ſpiritus ☐æ humanæ, ututt tantillum hic de ☉e & ſpiritu volatili fuliginis participet; nempe præſuppono, quod ☉ *cum paretur ex* ☐æ humanæ quintuplo, additis ☉is communis partibus ij. & fuliginis parte dimidiâ.

Simplicis ☿ *pag.* 308.) Sunt, qui ſpiritum ☉ *ci parare intendunt affuſione* ☿, ſed in vanum.

Zinckum) Aliqui ☁um ☉is *ci* parare volunt, addendo Zinckum vel lapidem calaminarem ☉i *co* crudo, quæ concreta etiam abſorbent acidum; ſed non tam potenter, quàm alcalia fixa: nam illo modo adhuc aliquid acidi de ☉*co* in forma nativa ſimul elevatur. Imò ſi deſtillatur ☁ ☐æ & ☉is *ci* cum additione ☉is tartari, aut alius alcali fixi, acquiritur ☁ & cryſtalli; ſin verò cum calce viva deſtilletur, nihil in forma ſicca conſpicitur, ſed omnia in liquida forma prodeunt: ac impoſſibile eſt, ex hoc ☁u cum calce deſtillato per ſe ☉ ſic. cum conficere: interim ſi eidem ♁ juniperi addatur, tunc cryſtalliſabitur, quod ſanè curioſum eſt; quoniam ſic aliquid acidi ex ♁ acquiſivit pro conſiſtentia.

Deſtillationis reſiduum) ☉ deſtillationis ☉ *ci* cum calce viva, ſi elixivietur, ſuggerit cremorem ſalinum egregium, qui fluit in liquorem lithontripticum, quem alii aliàs parant ex calcinatione calcis vivæ & ☉is *ci*: Contrà ☉ ☁ ☉ *ci*, ex ana ☉is tartari & ☉ *ci* parati, eſt inſtar ſalis communis, & in cubos pyramidales concreſcit, nec differt ab hoc, niſi quod ſaltem illud ſaporis acrioris & magis diureticæ virtutis, adeoque loco digeſtivi hypochondriaci & antiqu artii inſerviat.

Acidum ſublimatum p. 309.) Notandum, quod ſi ☉ *cum* pro ☁ deſtillatione debeat exactè exhauriri, illud requirat duplum ☉is fixi; ſic enim ☉ illud non liqueſcet in loco frigido: contra cum Autor ſaltem ana ſalis alcali fixi adjiciat, non mirum eſt, ☁um non penitus exhauriri, ſed intenſiore △e cryſtallos flocciformes, ſeu flores ☉is *ci* tantillum acidos elevari, ☉ *cum* depuratiſſimum, & egregium ſtomachale exiſtentes. Quando autem ſumitur duplum ☉is tartari, hic proceſſus non procedit.

Præcipitatur coagulum acidulum) Ratio hæc eſt: ☁nempe ☾li affuſus imbibit alcali tartari, hinc cadit ſal commune *cale* in forma ſolida: ſic ſi ☉uo ☁ ☉ *ci* ſuperfunditur ☁ ☾li, & deſtillantur, acquiritur ☁ ☉is communis; ☁ enim ☾li ſociat ſe cum alcali tartari, hinc ☁ ſalis acidus volatilior, quam ☁ ☾li, prodit in forma priſtina: par ratio eſt, quando ſali communi affundimus ☁um ☾li & deſtillamus, tunc enim accipimus ☁um ſalis, & in fundo remanet Sal mirabile Glauberi.

Antiepileptico pag. 310.) Notum eſt ſpecificum illud Hartmanni contra epilepſiam: nempe ☁ ☾li epilepticus volatilis, conſtans ex ☁u ☐æ, quæ affuſa ☾lo ♀is & digeſta deſtillantur, acquiritur ſic ☁ ☾li volatilis; qui tamen ☁ parabilior eſt juxta Autorem, ſi ☁ ☐æ miſceatur cum ☁ ☾li: interim hunc proceſſum Autoris non facilè verum eſſe puto, cum ille ex ☐ ☾lo affuſâ per digeſtionem paratus altioris ſit indaginis, ideò quod alcali volatile ☐æ ſub digeſtione cum ☾lo ♀is agit in hujus ♃ vel ☾i, quod rodendo ex parte diſſolvit more alcalium, hinc ☐â miſtâ cum ☾lo ♀is & deſtillata, ſal volatile ☐æ, dum in ♃ ♀is agit, ☁ volatilis ſimul potenter ♃eus acquiritur, qualis ex miſcela ☁ ☐æ & ☁ ☾li non habetur.

Tubuli illi uterini pag. 311.) Hi ſingulis ſeptimanis inditi mulieribus, proficui ſunt in ſterilitate & fluore albo mulierum, & diutina emanſione menſium curandis: ſic habui ſub cura mulierem, poſt emanſionem capitis dolorem patientem, quæ tamen hunc tubulum cum ☁u ☉ *ci* omni ſeptimana ſemel cum euphoria jam nunc ſibi applicat cum bombace, & ſemper materiam copioſam

Digitized by Google

ſam viſcidam evacuat cum levamine capitis.

In aurium affectibus) Sunt, qui in ſurditate, tinnitu, & obauditione ~um ⊖*ci cum bombace auribus immitti ſuadent: ſed quia maximè mordet, commodius eſt, ſi vitro colli oblongioris indatur ⊖ tartari, huic ſuper-affundatur ⊖* in ▽ ſolutum; ſic enim ex ambobus in ſe agentibus elevatur ſal volatile in cavitatem auris: Vel etiam ~⊖*ci vitro tali incluſus admoveri poteſt calori candelæ, ut ſic elevetur halitus & excipiatur auribus; qui etiam ſic in philola utero applicari poteſt.

Hypochondriacis) ~⊖*ci in morbis chronicis, febribus intermittentibus, & aliis egregius eſt.

Ebur) Hoc cum ejusdem præparatis rejicit Autor, & quidem rectè: nam quæcunque ex his ſperamus, in C.C. obtinemus omnia: & ſane ebur uſtum, itemque ſine Δe, ejusdem eſt cum C.C. ſic præparato naturæ & efficaciæ. In abortu tamen præcavendo ebur ſine Δe præſtat.

Magiſterium quodvis) Magiſterium Eboris, tàm per præcipitationem, quàm per abſtractionem ~☉i paratum, æquè eſt ſegne, & non tantum præſtat, quantum crudum.

Philoſophicè calcinari cœptum pag. 312.) Nonnulli ſpeciatim hepaticis & uterinis affectibus dicare volunt, interim ſine ratione & experientia; nam cancrina & cervina remedia idem præſtant.

Gelatinis inteſtina inviſcare) Sanè contra Autorem gelatinæ non ſunt contemnendæ: Gelatinam C.C. ſupra laudavi, quæ loco gelatinæ eboris ſufficit.

Hircino) Alludit ad hoc, quod vulgò ſuffitus in paſſione hyſterica levanda inſtituatur, genitalibus vel naribus ſuſcipiendus ex cornu hircino, ubi ſanè vis illa conſiſtit in ſale volatili & ♂o figente & corrigente per inſpirationem acidum illud auſterum, in paſſione hyſterica peccans; quô tamen in puncto non eſt inter cornu differentia aliqua, ſicut & pennæ & raſura ſuccini eundem effectum hic obtinent.

In Goa) Subintelligit Autor traditionem illam, quâ putatur in urbe Luſitanorum Coloniæ in India Orientali cornua bovina radices agere: cum tamen efficta illa ſit in maritos ut plurimum cornigeros.

Concharum) Concharum univerſum exercitum ſelegit Autor. Imò oſtrearum & cochlearum noſtrarum teſtas quoque huc refert, cùm omnia hæc teſtacea ratione effectus coincidant in uſu Medico: Interim tamen nobis ſi concederetur electio, ſeligeremus oſtreas, quarum raſura aut pulvis ſingulariſſimum eſt præcipitans diaphoreticum, eaque vel cruda uſurpata, vel in calcem uſta multum valent; quin imò eadem B. Dn. D. Langio ſub nomine Præcipitantis magni venerunt; & ſane pulvis hic & calx ſalina oſtrearum in febribus intermittentibus corrigendo quodlibet acidum proficuus eſt, & ſufficiunt loco matris perlarum, ſpecificorumque febrifugorum Crollii & Strobelbergeri: & mirum eſt, pulverem illum vino injectum, acidum hujus imbibendo, illud in ſaporem ſubſalſum mutare, diureticamque virtutem eidem conciliare.

Citra aceti acceſſum) Præparantur vulgò conchæ ita: ut ablutæ in ▽ ſimpl. infundantur in acetum, eliciens earum mucaginem gelatinoſam: hinc iſtud, quod poſt mucilaginem ablatam ſupereſt, vel pulveriſant, vel ſuperfluè calcinant: ſed ſimplex concharum pulveriſatio melior eſt. Conferatur præter Crollium Mynſychthius.

Blattæ Biſantinæ, Entali, Dentali pag. 313.) Omnes hæ ſpecies ſunt ex concharum genere, neque aliquid illæ peculiare habent; imò & noſtrates cochleæ eundem habent uſum.

Perlato) Dictum non differre concharum teſtas à perlis communi modo præparatis; ſed ſi habemus rorem primogeneum lacteum perlarum, aut qui perlas poſſunt ſolvere in rorem lacteum, hi habent arcanum certiſſimum ad hecticos & phthiſicos curandos.

Lucii mandibulas) Seligit Autor lucii oſſa, eaque capitis propriè dicta: nam omnia ejuſdem ſunt cum maxillis naturæ, Sale quippe volatili, & vi diaphoretica acidi abſorptivâ, & antipleuriticâ ſpeciali inſignita, & ſatis laudata. Interim hiſce lucii oſſibus ſpinæ muſtelæ ac lapidis percarum & carpionum quoque ſurrogantur.

Magiſterio proprio ſive præcipitato ſive abſtracto nitroſo, pag. 314.) Magiſterio oſſium capitis lucii piſcis præferendus oſſium illorum crudus pulvis, utpote ab acido non ſaturatus, adeoque acidi potenter abſorptivus.

Suis leporiſque talis) Hi nihil ſingularis obtinent, quod non jam tum in C. C. vel oſſibus lucii piſcis reperiatur.

Cervi boviſque priapis) Hi aliàs vi antipleuriticâ & antidyſentericâ diaphoreticâ laudantur, dando horum raſuram à ʒß. ad ʒj. Interim cum in pleuritide nobis hactenus ſuffecerint maxillæ lucii piſcis, & ejus ⊖ volatile, illis hoc in caſu opus non habemus, utut in dyſenteria non contemnenda ſint.

Pene Leviathan) Per hoc intelligit priapum ceti, qui in fluore albo, pleuritide & dy-

& dyſenteria aliàs egregius eſt: In pleuritide tamen præſtat maxilla lucii piſcis.

Sartoria coſta) Sartoria coſta eſt os cetaceum, **das Fiſchbein/** quod coctum dat copioſam mucilaginem. Interim materia illa non prodit de coſta ceti, ſed eſt firmamentum maxillæ ceti, ubi radicantur dentes: Conferatur **Gottfried Mergens Grönländiſche Reiſe-Beſchreibung.** Cæterùm os hoc maxillæ ceti eſt rariſſimi uſus.

Verris aut apri, caſtoris dentibus.) Nonnulli utuntur pro ſcopo antipleuritico, & diaphoretico: interim his non cedunt maxillæ lucii piſcis à ʒß. ad ℈ij. quibus ſi combinetur maxillæ ſal volatile proprium, juvabunt præſentaneè magis: cæteroquin caſtoris dentes ſpecificè quoque pro alterandi ſcopo contra nimiam iracundiam perpeſſam laudantur.

Pavonum ſpecula) Nonnulli hæc in uſum trahunt pro ſcopo diaphoretico, & curandis eryſipelatibus & inflammationibus mammillarum: aſt vano cum inſtituto; non ſecus ac ipſæ calamorum animæ.

Hircinus ſanguis pag. 315.) Sanguis hircinus prout vulgò proſtat, eſt collectus per ſubſidentiam, & ſerum fuit abjectum, nobili ſua ſubſtantia defraudatus; hinc Helmontius *Tr. Demens Idea*, item *Pleuritis Furens*, cum rejicit, & potiùs commendat ſanguinem, ex hirci pedibus poſterioribus ad cornua retractis, abſciſſis teſticulis, prolectum, quem exſiccatum & pulveriſatum pro uſu aſſervat ad pleuritidem, & ſanguinis grumos ex caſu ab alto genitos diſcutiendos. Cæterùm monet Autor noſter benè, quod, cùm Helmontii modo parcus ſanguis acquiratur, is ex collo jugulati hirci colligendus ſit, & una cum ſero excipiendus, hincque in VB. exſiccandus: quo facto, ſi ſplendeat inſtar vitri pulveriſati, bonus eſt, cùm ſplendor ille dependeat à ſero chyloſo ſanguini combinato. Jam ergò ita paratus datur à ʒß. ad ʒi. pro validiſſimo diaphoretico in pleuritide & febribus cum inflammationibus internis conjunctis, ac præfert hunc ipſum Autor reliquorum animalium ſanguini. Etenim proſtat Compoſitio quædam, à Crollio antidotus de ſanguinibus vocata ex ſanguine ciconiæ, anatum, anſeris rubetis veſcentis &c. Interim hæc eſt nauſeoſa & horrida, potiùs huic ſanguis hirci præferendus, nec non viperina & colubrina.

Columbinus) Sunt qui dicunt: nihil melius eſſe pro ſuggillatione oculorum curanda, quam ſanguinem iſtum ſub alis extractum: Verùm parum ille juvat, quin potius loco illius ſufficere nobis poterit unguentum Mynſychthii ad livorem ex tragacantha, radice ſigilli Salomonis, & camphora conſtans; quod externarum quoque partium levioribus contuſionibus medetur.

Aſininus) Alludit hic Autor ad illud, quod communiter pro cura maniæ & furoris, philtri & epilepſiæ, ſanguis aſininus menſe Martio ex inciſa arteria aſini propè aures collectus, & linteo exceptus, commendetur, (de quo videatur Hartmannus *Cap. de Mania.*) Interim exclamat idem: vix drachmam j. illius aliquid præſtitiſſe, utut in mania ex philtro aliquando deſiderio ſatisfecerit.

Leporinus pag. 316.) Sanguis ex lepore, præſertim à vertagis agitato, & ſub pavoris momento verſante linteo exceptus, ſingulare quid juxta Helmontium in pleuritide & dyſenteria præſtare dicitur: pro quo tamen ſcopo ſanguis hircinus ſub pavore mortis exceptus, parem relinquit effectum, utut Helmontius leporinum in ſpecie ſanguinem pro ſcopo diaphoretico laudet. Aliàs obſervavi ego ipſe ſæpiùs, linteum tali ſanguine infectum conveniſſe in eryſipelate, externè applicatum.

In dyſenteria nil ſolidè) Non contuliſſe ſanguinem leporinum in dyſenteria, autumat Autor; ubi tamen reponimus eum ceu ſpecificum opiatis jungendum, quò ſic valentioribus viribus illi morbo reſiſtatur.

Ex paucis his ſelectis diaphoreticis regni animalis mille formulæ concinnari poſſunt: e. g. eſto ſudorifera potio talis:

℞. ▽ *flor. ſambuc.* ʒj.
C.C.ſ. △*e* ʒß.
⊖ *volat. C.C.* gr. v.
Syrup. flor. tunic. ʒij.
M. pro potione ſudorifera unius doſeos.

Sic eſto præſcribendus pulvis ſiſtens & ſudoriferus in dyſenteria benigna:

℞. *C.C. uſt.* ʒß. ad ℈ij.
Laud. hyſter. gr. v.
M. pro una doſi, & detur in vehiculo calido.

Porro

℞. ▽ *fumar.* ʒj.
∽ *C.C.* ⊖*e volat. acuat.* ʒj.
Syrup. card. bened. ʒij.
M. pro potione unius doſeos.

Ulteriùs, quibus compoſita etiam diaphoretica placent, v. g. in diarrhœa maligna.

℞. *C.C.ſ.* △*e* ʒß.
▽*e ſigill.* ℈j.
⊖ *volat. C.C.* gr. vj.
M. pro duabus doſibus in vehiculo calido. Vel

℞. *C.C. ſine* △*e* gr. xij.
▽ *ſigill.* ℈ß.
Extr. theriac. gr. ij.
M. pro una doſi.

Vel in forma magis liquida, v. g. in febribus malignis:

℞. ▽*fu-*

Digitized by Google

℞. ▽ *fumar.* ℥iij.
C.C. fine △*e* ℈ij.
Bezoard. min. ℈j. ad ʒß.
Extract. theriac. gr. vj.
Syrup. cortic aurant. ʒiij.
M. pro 3. doſibus, S.

Schweiß-Träncklein.

Vel
℞. ▽ *flor. ſambuc.* ℥ij. vel ℥iij.
C.C. ſ. △*e* ʒß.
cinnab. ℈*ii* gr. xv.
☉*is volat. CC.* gr. iix. vel ℈ß.
Syrup. fœnic. ℥ß.
M. pro 3. doſibus.
Vel in caſu ſcabiei retropulſæ,
℞. *Conſerv. fumar.* ʒj.
pulv. viperin. ʒß. ad ℈ij.
c. ſ. q. *Syrup. roſar. ſimpl.* fiat *Bolus.* S.

Blutreinigender Zucker.

Vel
℞. ▽ *flor. ſambuc.* ℥j.
pulv. viperin. ʒß. ad ℈ij.
☉ *volat. viperin.* gr. vj.
Syrup. de fumar. ʒij.
M. pro una doſi.
Sic in caſu paſſionis hyſtericæ:
℞. ▽ *menth.*
flor. ſambuc. à ℥iß.
☉ ☉*is* ✱*c.* ʒj.
eſſent. opii cum alcal. parat. ʒß.
Syrup. cort. aurant. ʒiij.
Miſce Detur cochleatim.
Vel in febribus intermittentibus bihorio ante Paroxyſmum:
℞. ▽ *fumar.* ℥j.
☉ ☉ ✱*ci* ʒß ad ʒj.
Laudan. opiat. gr. j. vel ij.
Syrup. card. bened. ʒiij.
M. pro una doſi.
Vel in caſu paroxyſmi aſthmatici convulſivi:
℞. ▽ *hyſſop.* ℥ij.
aſthmat. ℥ß.
☉ ☉ ✱*ci* ʒß. ad ʒj.
Syrup. Nicot. vel *de hyſſopo* ʒiij. M.
Capiatur cochleatim.
Sic quibus placet ☉ conjungere, illi poſſunt formare talem:
℞. ▽ *flor. ſambuc.* ℥iij.
☉ ☉ ✱*ci.* ʒß.
C.C. probè rectif. ʒß.
eſſent. opii gtt. xij.
Syrup. de artemiſ. ʒiij.
M. D. cochleatim in affectibus mulierum.
Porro ſi ſit ordinandus pulvis præcipitans acidum primarum viarum:
℞. *pulv. teſtar. oſtrear.* vel *conchar.* vel *cochlear.* ʒj.
oſſium lucii piſcis pulverif. ʒß.
℥ *deſtillat. caryophyll.* gtt. vj.
M. pro 3. doſibus.

Sic ſi ordinandum eſt ſudoriferum liquidum in caſu pleuritidis:
℞. ▽ *Card. Bened.* vel *papav. rhœad.* ℥iij.
oſſium lucii piſc. pulverif. ʒj.
☉ *volat. oſſ. lucii piſc.* gr. xij. ad xv.
laud. opiat. gr. iß.
ſyrup. papav. rhœad. ʒiij. l. q. ſ. pro grato ſapore.
M. pro 3. doſibus.
Vel in forma ſicca pro eodem ſcopo:
℞. *maxillar. luc. piſc. pulverif.* ℈ij.
ſangu. hirc. recenter collecti & pulv. ʒß.
laud. opiat. gr. ij.
M. pro duabus doſibus.
Porro pulvis ad caſum eſto hic:
℞. *lapill.* ♋. *præpar.*
ſangu. hircin. ana ʒß.
M. pro duabus doſibus, in ✝to ſumendis
Aut eſto in forma liquida Miſtura diſſolvens ſanguinis grumos hæc:
℞. ▽ *papav. rhœad.* ℥ij.
acet. vin. ʒvj.
lapill. ♋. *præp.*
oſſ. luc. piſc. ana ʒß.
ſyrup. roſar. ſimpl. ʒiij.
M. pro duabus doſibus.

Sileſiacam Strigonienſem pag. 317.) Sc. cùm multiplices ſint boli, terræ & margæ, ſub metallorum generatione quaſi per accidens natæ, hinc ſeligit Autor inter ♁as Sileſiacam Strigonienſem, quam hoc in puncto præfert Lignicenſi. Aſt ſunt dicta concreta ♀e metallico plus minus perfecto impregnata, & quæ ſunt ex nigro rubicunda, jam de ☉e, jam verò de ♂te participant: Et quidem bolus eſt martialis, rubrica vero fabrilis eſt quædam ♁ ♂ialis ac lapis hæmatites immaturus; Sic ♁ Srigonienſis ſulphurea pinguedine ebria eruitur ex aurifodinis, notante Becchero *Phyſ. ſubterran. pag.* 198. ubi dicit: Tabernæmontanum obſervaſſe in ♁am ejusmodi redigi poſſe ipſum ſolem, & ſe ipſum ſcire talem proceſſum. Ex quibus colligitur: ♁as illas habere ſuas vires à ♀ibus metallorum concentratis; nam in terriſodinis reperibiles ♁æ participant de natura ♂iali, & ſic porro. Cæterum ♁a hæc Strigonienſis uſurpanda eſt ſaltem ſimpliciter pulveriſata modò ſit pura (nam ejus lotio eſt fruſtranea, imò Spir. acidi in illa latitantis deprædatoria) ita abſorbet quælibet acida inimica, & acquirendo hinc texturam quaſi aluminis vim ſtypticam relinquit, privativeque ſudores movet: imò ratione immaturæ pinguedinis ſolaris temperat quoque ea quævis acria in corpore ſtabulantia, & in primis viis effervescentiam excitantia. Datur à ℈j. ad ʒß.

Rubram) Quæcunque ♁ rubra aut participat

Digitized by Google

ticipat de ♂iali aut de ☉ari natura; quorum amborum metallorum ♃ in radice coincidunt.

Cur aliàs) Præſente ♀â Strigonienſi non opus habemus Turcicâ ſeu Lemniâ, plerumque apud nos adulterata, nec bolo Armená in media Germania ſæpe nata, nec Melitenſi, nec linguis ſerpentum, nec Samia.

Margæ, pag. 318.) Ad Margas pertinet unicornu foſſile; non præſtant ♀a Strigonienſi.

Galactites) Lapis Galactites cum ▽ tritus, hanc colore lacteo inficit, non ſecus ac quoque lac ☽æ. Interim rectè dicit Autor; eandem virtutem & in cryſtallo reperiri.

Catechu) Scil. non diu eſt, cum foro Medico innotuit Catechu ♀æ Japponicæ nomine, colorem ex obſcuro rubeſcentem, & ſaporem ex dulci adſtrictorium præ ſe ferens; quod artificiale concretum putatum fuit, compoſitum ex ♀a quadam atramentoſa ſeu ☿lacea, unà cum liquiritia, & ſimilibus. Nativum autem quid eſſe, & quidem ſuccum inſpiſſatum fructus Arecæ, pulvere corticis late impaſtatum, adeoque Compoſitum minus artificiale, probant M. A. N. C. *Ann.* 8. *Obſerv.* 44. *pag.* 88. *& Ann.* 9. *&* 10. *Obſerv.* 194. Cæterum uſurpatur internè tàm pro ſcopo adſtrictorio, quam leviter maſticatorio: Imò Wedelius ex Catechu eſſentiam ſtypticam parat in diabete, in mictu cruento, & hæmorrhagiis alvinis uſitatam: de qua vid. M. A. N. C. *anno* 2. *Obſerv.* 130. quo in loco effectus hujus ℞æ contra hæmoptyſin deprædicatur.

Magiſterium ♀æ ſigillatæ) Magiſterium ♀æ ſigillatæ per ſolutionem in menſtruo acido, & præcipitationem factum, eſt deſes.

Ille Spir.) ♀ ſigillata quæcunque deſtillata per retortam dat ſpiritum acidulum, ſed parcum, quem commendant multi in febribus malignis, nec inconcinne: ſed in in tam parvâ quantitate & ſubtili acore non habet prærogativam præ Spiritibus acidis ex ſubjectis ♃eis mineralibus. Interim loco illius etiam ſufficere poteſt Spir. ♃is per campanam, aut ex ſimilibus ſubjectis ♃eis mineralibus paratus, v. g. clyſſus ♂ii, ex ♃e, ☉o & ♂io prodiens.

Tinctura terræ ſigillatæ) ℞a ejus fit, quando ſolvitur in ~u ☉is, dein abſtrahitur hic, & poſtmodum extractio illa celebratur cum ☿; Non ſecus liquor ♀æ ſigillatæ componitur cum ~u ☿li vel ☾i, quibus à terra ſigillata largiter imbibitis in loco humido, ut liqueſcat, ſeponitur, hinc liquor pro uſu Medico aſſervatur: quibuſdam dicitur de ♃e aurato participare, unde & auri potabilis nomine venire ſolet. Liquor eſt ſtypticus, & maximè adſtringens, quia texturam aluminis in ſe habet: Sed qui ℞am veram ♂is adſtringentem habent, aut miſcent modò ex tempore terram ſigillatam cum variis miſturis acidulis, tunc ambobus illis, nempe liquore & ℞a, non habebit opus. Datur ♀ à ℈j. ad ʒß. in hauſtu vini, vel liquore ſimili acidulo.

Unicornu foſſile) Sc. reperitur hinc inde in mineris concretum quaſi oſſeum, quod nunc figuram cornu, nunc dentis, nunc oſſium animalium, nunc manuum integrarum præ ſe fert, Confer. Kircherus *in Mundo ſubterran.* Cæterum hoc unicornu foſſile nihil aliud eſt, quàm concretum paulo ♃eum ſeu marga, & à quodam ſucco ☉ino in conſiſtentiam oſſeam mutatum, ac in ſubſtantia quidem inſipidum illud eſt; Interim cum aliis debitis combinatum, in febribus malignis diaphoreſi opus habentibus, ſpeciatim in variolis & morbillis cum cervinis ſociatum, egregium eſt.

Quoad reſiduas partes pag. 320.) Poſſidentes unicornu foſſile carere poſſumus ochra, quæ eſt naturæ ♂ialis; item creta, naturæ ſaturninæ exiſtente, utut aliàs ad ardorem ſtomachi hæc commendetur.

Rubricam) Rubrica fabrilis loco croci ♂is adſtringentis à quibuſdam adhibetur, nec incongruè; item loco terræ ☿li dulcis.

E talco rubro) Talcum rubrum eſt fluor ☿ialis metallicus, rubedinem à ♃e ☉is, juxta vulgarem, participans, cùm & genuinum aurum inde elici poſſe quidam dicant, nec incongrue; quippe infuſa ℞ei dem rubedinem omnem extrahit, & ſi hæc ſolutio præcipitetur, cadit pulvis naturæ ſolaris, utut mediocriter diaphoreticus à nonnullis pro croco ſolis commendatus.

Ophiten pag. 321.) Ophites, **der Serpentinſtein/** reperitur interdum quaſi ſquamoſus, quem Autor imbricatum nominat, & datur à quibusdam internè, ſed rarò, pro abſorbendo acido colico. Interim potius externe locum is inveniet, ſub nomine **der Wärmeſtein.**

Gemmæ) In ſubſtantia propinatæ æquè ſtomacho ac porphyrio reniti ſolent, adeoque in forma, qua aſſumuntur, iterum egrediuntur: Unde ſi volumus deſtruere acida, ſufficit inſtar omnium illorum cryſtallus præparata. Quoad Tincturam autem gemmarum, cùm è ſilice in vitrum combuſto, addendo ſaltem certa metalla, gemmæ artificiales parentur, ℞ illa maximè ex ipſis metallis, non vero ex gemmis iſtis, quæ parum ejus continent, petenda foret.

Speciebus de Gemmis pag. 322.) Cum has vix tantillum gemmarum ingrediatur, effectus

Digitized by Google

fectus reliquis potius ingredientibus quàm quidem illis, adſcribendus erit.

Calcinationes) Calcinationes Gemmarum cum ♃e vel ☉o ſunt calces ſaturatæ, unde præter incruſtationem ſtomachi juvabunt nihil.

Saphirus) In tumoribus, ſpeciatim carbunculis & anthracibus peſtilentialibus, ſingularis eſt ſaphiri vis, quippe circumducto iisdem hoc circulo enervatur virus carbunculi, ut hic ultra vagari nequeat, ſed brevi poſt excidat, & omnes alios ſimiliter excidere faciat: conferatur Hartmannus de Peſte & Marcus Marci Phil. Veterum Reſtituta de magnetiſmo ſaphiri. Denique notanduni, quod quò ſaphirus uſurpetur, eò magis is fortificetur in vi magnetica.

Succinum) Helmontius *Tr. Tumulus Peſtis*; annotat: ſuccinum quotidie ſeptem pulſibus planetariis affrictum præſervare à contagio peſtifero; unde hoc loco ſaphiri in uſum trahatur.

Rubinus pag. 323.) Eſt gemma coloris coccinei, de ♃e auri participans, & ita durus, ut eodem etiam adamantes poliri queant; Unde hic unà cum auro intactus hactenus manſit, niſi quod ejusdem ℞ factâ calcinatione prius cum Spiritu æruginis, quanquam vanè, nonnulli extrahere aniſi ſint.

Smaragdus) Smaragdus eſt gemma ♂ialis naturæ propterèaque, ſed malè, à quibusdam in dyſenteriis commendatus. Inſuper alii ℞am ex eo parare voluerunt, tundendo eundem in mortario æneo vel ♂iali, & hinc pulverem cum ſpiritu ☐æ extrahendo: aſt cum hæc ℞ ſuppoſitia ſit, loco illius coralia vel ♂ialia ſurroganda erunt.

♁ *diaphoreticum*) Quoad antimonii diaphoretici, ut & bezoardici mineralis, quæ Autor pro ſcopo diaphoretico ſeligit, præparationis fundamentum quædam monenda ſunt: ſcil. ♁ diaphoreticum & Bezoardicum minerale ſunt in radice unum idemque remedium, tantummodo in hoc diſtincta, quod duplici via præparentur eadem; nempe vel in forma ſicca, ubi emergit ♁ diaphoreticum; contrà ex humida Bezoardicum minerale, tam ſimplex quàm compoſitum. Sunt ambo nil aliud, quàm regulus antimonii, ab acido ☉i ſolutus, hujusque acidi adhæſione fixatus, adeoque ex regulo ♁ii ☿iali, quaſi ſubjecto alcalino & acido ☉i, emergit concretum ☊ſum tertium fixum, indeque diaphoreticum, in receſſu ſimul ♃eum; adeoque

1. Temperando omni acri præternaturali in corpore, alcalino pariter ac acido:

2. Sudori expellendo, inſerviunt. Reliqua vide in Collegio Schrœderiano.

Cliſſi florumque pag. 324.) Dum ♁ cum triplo ☉i detonatur, magna pars ☾ ☉ia volat cum antimonii parte, quod, ne fiat, inſtituatur detonatio in retorta tubulata; ſic enim acquiritur cliſſus, qui eſt ☾ acidus ☉i, & ſimul in collum retortæ ſublimantur flores Antimonii aliàs avolantes.

Ni particulam) ☉ ex ♁ diaphoretico cum ▽ ſimplici vel penitus eluitur, vel tantum aliqua ex parte: illic intenditur ſaltem ſcopus diaphoreticus ♁ii: contrà relinquitur aliquid ☉i, ſi ſcopus ſit cum ſudore alvum ſimul laxare, vel miſcere illud ♁ purgantibus aliis Vegetabilibus; quippe hâc ratione idem jucundius operari ſolet.

Denuò candefactam) ♁ diaphoreticum denuò catharcticum facilè corrigitur, ſi illud in crucibulo de novo candefiat, aut quoque cum ana ☉i de novo fundatur; hac enim ratione obtinebitur pulvis diaphoreticus inſons.

Flores) Quando non ritè miſcetur ♁ cum ☉o, tunc in lateribus crucibuli hinc inde flores camparere ſolent, qui ſi cum ♁io diaphoretico ſimul elutrientur, ſunt iidem origo nauſeæ & vomitus ſupervenientis: vel & in caſu particularum ♁ii cum ☉o non ritè miſtarum interdum cadit regulus parvus ſub detonatione, qui poſtmodum ſeparandus eſt; ſi enim cum ♁io diaphoretico is una pulveriſetur, evadit hoc ſimul vomitorium. Interim nunquam antimonium diaphoreticum migrabit in vomitorium, ſi illud vel per horam vel diutiùs in ♃e relinquatur, & hic modus præ aliis ſufficit.

Tartariſatum, pag. 325.) ♁ diaphoreticum tartariſatum proſtat in Schrœdero, *l.* 3. *p.* 428. ſub qua ipſa præparatione poteſt acquiri tartar. ☊latus Martialis.

Cum Coraliis Perlisque calcinatum) Quidam cum coraliis & perlis calcinant; malè tamen perlæ deſtruuntur.

Ceruſſa Antimonii è Regulo) Antimonium diaphoreticum ex regulo paratum vocatur etiam Ceruſſa Antimonii ſecundùm Schrœderum.

Foribus Antimonii fixis) ♁ hoc diaphoreticum, aliàs Magiſterii antimonii diaphoretici nomine veniens, (de quo vid. Schrœderus.) magni æſtimat Tacchenius *in Hipp. Chymico*. Interim perplacet mihi centura Hoffmanni *in clave pag.* 307. quo loco hoc Magiſterium, ceu calcem inertem, meritò rejicit, quia enim ſic ſaturatur antimonium diaphoreticum ab acido & alcali, reverà inde calx irreſolubilis emergit.

Floribus vulgaribus) Nulla eſt differentia, ſive è floribus, ſive è vitro ♁ii, ſive ex croco metallorum, ſive ex antimonio crudo, paretur antimonium diaphoreticum.

Nive diaphoretica, pag. 326.) De Nive diaphoretica vid. Schrœderus *pag.* 442. ſicuti ibidem ſulphur antimonii proponit, ita etiam ex floribus, regulo, &c. poteſt procedi;

Digitized by Google

cedi; emergit enim ſaltem antimonium diaphoreticum.

Præcipitato) Vid. Schrœderus *pag.* 430. & 431. eſt nihil aliud, quam Bezoardicum minerale, cum ℞ vel ~ ☉i paratum.

Cum C.C. calcinato) Inventio hæc eſt primaria Poppii (in quem commentatus fuit Agricola) vocavit calcinationem cum cineribus fructus calvariæ, h.e. C.C. uſto calcinationem Antimonii diaphoretici inſtituentis; nempe antimonium cum ana vel duplo C.C. uſti in crucibulo calcinatur. Interim hoc ♂ diaphoreticum cum C.C. calcinatum non adeò eſt tutum, utut multum tribuat huic Bartholetus *Tr. de Dyſpnœa*, cùm illud antimonium diaphoreticum cum ☉o factum, ſit tutius.

~um ☉li Philoſophicum) Notum eſt aliàs, quod ex butyro antimonii poſt ♒ationem ☿ii vitæ acquiratur ~ acidus, ~ ☉li Philoſophorum dictus: Jam ergò, ſi ex butyro antimonii cum ~ ☉i paratur Bezoardicum minerale, abſtractione elicitur quaſi duplicatus ~, qui ſingulare Boylei menſtruum eſt pro ſolvendo ☉e.

A ☿ vitæ communi) Butyro ♂ii infunditur ▽a ſimplex, ſic præcipitatur ☿ vitæ, qui cum ſextuplo boni ~ ☉i ſolvitur, hinc per ∴m abſtrahitur, & remanet Bezoardicum minerale, & tunc non amplius igniendum & edulcorandum eſſe Autoris noſtri eſt ſententia: Interim ſi ~ affuſus fortiter abſtract° ab eo ſit, poteſt Autoris ſententia concedi; ſin autem pulvis remanens adhuc acidus & corroſivus fuerit, is denuò edulcorandus & igniendus erit.

Cum Croco metallorum pag. 327.) Par hic ratio eſt, ac quæ cum ☿ vitæ: quippe crocus metallorum cum triplo ☉i detonatus dat ♂ diaphoreticum; cum ſextuplo autem ~ ☉i evadit Bezoardicum minerale.

♃ ♂*ii auratum*) Quælibet etiam ♃a antimonialia, ſpeciatim ♃ ♂ii auratum, cum Spiritu ☉i figi poſſunt in Bezoardicum minerale, addendo ſc. ~ illius ☉i ſextuplum, eumque hinc abſtrahendo, ſed eſt idem remedium: Non ſecus ac ex iisdem ♃ibus ♂ii, præprimisque aurato, cum triplo ☉i in crucibulo parari poteſt antimonium diaphoreticum: interim cùm ſic diſpendium fiat ~ ☉i, hinc in retorta tubulata detonatio inſtituatur.

Bezoartici tamen pag. 328.) Quemadmodum antimonii diaphoretici doſis eſt ℈j. ad ʒß, ita Bezoardici mineralis gr. xij. ad xv.

Vermiculos in ſanguine) Febrium malignarum cauſam ſuppoſuerunt olim Kircherus de Peſte & Hauptmannus Tr. de Viva Mortis Imagine; quam tamen ſententiam caſtigavit Marcus Marci. Utut enim vermiculi tales in ejuſmodi febricitantium ſanguine non negandi ſint, tamen eſt controverſia ſolùm: an illi ſint cauſa? an verò productum febrium malignarum ſuperveniens miaſmati maligno? quorum poſterius ipſe quoque affirmo, non autem formalem rationem febrium malignarum in vermiculis ejuſmodi quæro aut concedo.

Solaris operationem cum ſimplici Bezoardico) Bezoardicum minerale ſimplex vocatur ita ad differentiam compoſitorum, v.g. cum ☉e, vel ☽, vel ♌e factorum: & quidem ☉are fit, ſi ☉ ſolvitur in aq. reg. & hinc ſolutio miſcetur cum butyro ♂ii, deinde porro proceditur more conſueto cum ~u ☉i; ſic emergit Bezoardicum minerale compoſitum purpurei coloris. Interim quia ☉ huic corporaliter ſaltem eſt immixtum, quippe facilè illud quoque cum borrace, vel alcalibus educi poteſt; hinc Bezoardicum illud ☉are prærogativam ſpecialem præ ſimplici non habet.

♂ *diaphoreticum* ☉*are*) Conferatur Schrœderus, ſub nomine ceruſſæ ♂ii ☉aris Bezoardicum ☉are deſcribens, quod nihil habet energiæ ab Auro, cum corporale ☉ inſit.

Dare) Quemadmodum nuſpiam tuta fides; ita nec in Bezoardico Lunari, quippe quod ſæpius nauſeas & vomitus movet ideò, quia ut plurimùm ſibi ſociatam habet Venerem: Unde niſi Bezoardicum illud lunare ex ☽ puriſſima paretur, vix rarum erit, nec & ulli Autor ero, ut hoc utatur; quin potius Magiſterium ☽æ cum ♒ation ~ ☐æ factum; vel utriuſque loco cinnabaris tàm nativa, quàm præſertim ♂ialis ſufficiet; quarum illam loco ☉is aut ☽ ſuadet ♂o diaphoretico vel Bezoardico minerali ſimplici adjiciendum Autor & rectè: ita namque in malignis, ut & in convulſivis morbis, inſigne anodynum & ſudoriferum remedium obtinebitur.

Electris) Electra vocantur compoſitiones metallicæ: Unde quando miſcetur ♂ cum ☉e aut ☽a, prodit Electrum majus; ſicut minus, quando miſcetur ♂ cum Jove & ♂e. Cæterùm loco harum compoſitionum eligit Autor noſter Bezoardicum ſimplex, additâ cinnabari nativa.

Venereum p. 330.) Bezoardicum Venereum, quod Schrœderus habet, eſt minus tutum, ſed vomitorium & periculoſum.

☿*iale*) Bezoardici Mercurialis præparationem Schrœderus *l. a. pag.* 414. habet: ubi tamen vana eſt illa perſuaſio, quâ putant, ☿ vitæ eſſe prolem ☿ ♒ati, quod falſum: potius is eſt ex regulo ♂ii à ~u acido ☿ii ſublimati corroſus, nec differt à Bezoardico minerali ſimplici. Ex Bezoardicis ſufficit ſimplex & Joviale.

E fer-

zed by Google

E ferro,) Subnectit Autor noſter remedium ex ferro & antimonio cum triplo nitri: ſcilicet ♂em & ♁ cum triplo ☉i in ♁ diaphoreticum ♂iale figendo, proceſſus hic eſt: primò in patella aperta ſeu crucibulo exponitur limatura ♂is pura carbonibus, ut ea candeſcat exactè: huic ſucceſſivè aſpergitur antimonii minutim pulveriſati ana, agitando ſemper materiam bacillo ferreo, ut ambo in ſcorias compoſitas ex ♁io & ♂e abeant; aliàs enim ſi non agitetur cum baculo ferreo, ♃ ♁ii rodit ♂em, & ita ex antimonio regulus ſeparatur: factis ita ſcoriis & pulveriſatis, eædem cum triplo ☉i calcinantur & figuntur ad modum antimonii diaphoretici; ſic emergit pulvis obſcurus edulcorandus ▽a; & ex hac ▽a prodit denuo ☉ antimoniatum ♂ale, remedium idem non inelegans.

♃ ♁*ii pag.* 331.) Aliquod alterativo-diaphoreticum, & ex hoc prodeuntem ℞am antimonialem diaphoreticam, eligit Autor; cujus tamen, ratione menſtrui duplex differentia occurrit: dum vel per menſtruum alcalino-volatile, vel per menſtruum acidum elicitur.

A regulino conſortio) quando ♃ ♁ii eliciendum eſt, fiat hoc per menſtrua alcalia, quippe quæ ſola ſulphuri antimonii eliciendo ſufficiunt, ſicuti ſola acida in ejuſdem antimonii ☿ialem ſubſtantiam agere ſolent. Difficillimè autem habetur ſubſtantia ♃ea pura, quia ſemper ſulphuri aliquid reguli adhæret; imò totum ♁ unà cum regulo in ♃eam rubramque faciem converti poteſt: & utut ſulphureæ & ☿iales particulæ in antimonio naturali miſtura non adeò ſint firmiter unitæ, nihilominus tamen eædem per artem difficulter à ſe invicem ſeparari poſſunt; quin potiùs ♃ibus antimonii ſemper ſimul ☿ialis ejus ſubſtantia adhæret, ſicut contrà cum ☿iali parte ♃eæ nonnihil quoque ſeparamus. Qua ratione regulus paretur antimonii Conf. Collegium in Schrœderum.

Liquor hinc collectus) Quando ſolutio ſcoriarum reguli antimonii tertium præcipitata fuit per acida, tunc hæc acida ſe jungunt alcalibus, adeoque alcalia iſta dimittunt ſulphur antimonii: jam ergò ſi acidum hoc ♒ans fuerit ~☾li, tunc liquor ſeparatus, ex acido ☾li & alcali ♀i conſtans, poſt evaporationem debitam in loco frigido concreſcit in cryſtallos, puta ♀☾latum: contra ſi ♒atio ſolutionis ſcoriarum facta eſt cum acido aceti deſtillati, tunc liquor ſeparatus inſpiſſatione concreſcit in ♒am foliatam tartari, quæ in loco frigido fluet in liquorem terræ foliatæ tartari.

E vulgari ℞ ♁*ii pag.* 332.) Si præfatis ſcoriis reguli ♁ij, vel croco metallorum non-dum edulcorato, affunditur ☿ rectificatus, hic elicit ℞am ♃eo-⊡oſam concinnam.

Ex ♁io cum ſale tartari) Si ♁ cum ſale tartari vel ☉ fixo in crucibulo invicem colliqueſcant, & maſſa horum colliquata mox infunditur in ☿ rectificatum, tunc extrahit hic ℞m, abſorbendo ex alcalibus ♃ ♁ii. Ex hac Autor noſter parat ſuum ♃: nam poteſt ℞ hæc dari vel in forma liquida; vel eadem cum aceto vel ~u ☾li poteſt ♒tari in ♃ ♁ii; ita enim habebitur hoc purum, fixum, & diaphoreticum. Atque hoc eſt illud ipſum ♃, quod Autor ex aliis ♃ibus ſeligit, & hiſce præfert.

E cinnabari ♁ii) Paratur quoque ♃ è cinnabari ♁ii; etenim cinnabaris illa conſtat ex ♃e ♁ii & ☿ vivo; quæ duo ſub deſtillatione butyri ♁ii ſe ſociant, & in cinnabarim elevant. Jam ergò ex eadem cinnabari quidam per ſequeſtrationem ☿ii ab ea ſeparant ♃ ♁ii. Modus eſt: Cinnabarim ♁ii ebullire in lixivio acri, ſic hoc imbibit ♃ ♁ii, & ☿ vivus in fundo ſubſidet: dein lixivio, ♃e impræguato, inſtillant acetum deſtillatum, ita præcipitatur ♃ genuinum è cinnabari elicitum. Cæterùm cùm Cinnabaris ♁ii ſit optimum diaphoreticum & anodynum, indeque antiepilepticum: contrà ♃ ex cinnabari antimonii collectum non ſit adeò nobile, quàm ipſa antimonii cinnabaris, proinde huic præparationi poſſumus ſuperſedere. Et putat Autor noſter loco illius ♃is aliud, & quidem ex ℞ ♁ii vulgari ♒atum eſſe eligendum; quippe quod ipſum purius eſt, quàm quod ex crudiore ♁io elicitur.

Lixivia ſaponaria) Vulgari modo ♃a ♁ii extrahuntur per lixivium; Salia nempe fixa ſoluta in ▽ affundunt ♁io, ebullire ſinunt, & ſic eliciunt ſulphur: Interim, quia hæc minus ſolvunt Antimonium, & omnia ſulphura illa, eò quod participent adhuc de regulo, ſunt emetica.

Calcis vivæ quadruplo) Nonnulli miſcent cum quadruplo calcis vivæ ♁, ▽m affundunt, deinde coquunt, ſicque extrahunt copioſum ſulphur; quod tamen non eſt genuinum, ſed participat adhuc multum de regulo Antimonii. Sunt enim in calce viva bina ſalia, quorum acidum adoritur regulum antimonii, alcalia autem ſulphur ejus; hinc hic pulvis ſulphuriformis eſt inſtar antimonii crudi, quem tractu temporis griſeam veſtem induere dicit Autor noſter, hoc eſt, mutatur denuò in genuinum & perfectum ♁ium.

Ex ▽ regia) Genuinum ♃ ex antimonio, idque nonnihil virideſcens, per ℞iam eliciendi modum docet Tacchenius *in Hipp. Chym cap.* 23. Habetur ſic ſolita-

Digitized by Google

rium ſulphur, quod quidem eſt nonnihil anodynum; interim vi diaphoreticâ ipſi æquale eſt ſupra allegatum Autoris ex ℞ Antimonii vulgari paratum ſulphur.

Unica aceti deſtillati abſtractione) Quidam figere & exaltare intendunt ſulphura antimonii aceti deſtillati abſtractione; & ſanè ſic fixatum ſulphur, imprimis Autoris noſtri ſine nauſea & vomitu eſt ſimpliciter diaphoreticum & ſanguinis mundificativum, adeoq; in cachexiis egregium. Nempe ♃a ♂ii genuina hunc uſum habent, ut ſingulari vi anodynâ, eaque ſine narcoſi inſignita, temperent quodcunque acre præternaturale, craſinque humorum corporis in debita ſymmetria conſervent; ſicque ſponte natura ſequeſtratur quodvis heterogeneum è ſanguine, adeoque ſulphur illud corpus animale purificat, ſicut & idem ſulphur ☉ purum reddit à ſordibus heterogeneis.

Panaceæ nonnullorum pag. 333.) Hanc deſcribit Schrœderus *in Pharmacia pag.* 443. cui tamen Autor præfert ſuum ♃ ♂ii.

Nuperæ cum ☊o fixo) Eſt hæc Panacea Glauberi tantum Sulphur Antimoniale, paratum calcinatione antimonii c. nitro fixo, ceu ſuo liquore alcaheſt, hinc hanc mixturam extrahendo cum ☿: quô abſtracto remanet pulvis rubicundus, qui eſt Panacea iſta vomitoria diaphoretica. Cæterùm Autor noſter in hoc acutus eſt, quod per acida præcipitet ſuum ſulphur; ita namque illud diaphoreticum fit, adeoque absque abſtractione ☿ ſuum parat ſulphur; ſic fit diaphoreticum, non verò vomitorium.

Tincturæ) Jam ergò ne fiat inter Tincturas confuſio, fundamentum earum proponemus: Nempe Tincturæ antimoniales (♃a ♂ialia in conſiſtentia liquida aliàs dicta) genuinæ, & quæ reverà ex ſulphure antimonii conſtant, ſunt in duplici differentia: nempe participant eædem vel in genere de ſulphure quocunque antimoniali, vel in ſpecie de fixiori ♂ii, ſulphure de natura ☉ri: Illæ ſunt communes iſtæ Tincturæ antimonii, ex ſulphure ☉ato ejusdem prodeuntes; item ℞ ♂ii ☿ſata; nec non iſta ſupra dicta Autoris, ex qua præcipitat ſuum ♃ ♂ii; Hæ verò Tincturæ ſunt altioris indaginis, & ejusmodi eſt Baſilii Valentini ex vitro antimonii parata, quam habet in Curru triumphali, quamque indagant curioſiores Chymici. Porrò Tincturæ ♂iales cùm ſint ♃a antimonialia liquida, in genere duplici labore abſolvuntur: quorum prior verſatur in ſulphuris tingentis extractione: poſterior in ♃is extracti exaltatione per ☿ facienda; Jam verò per ♃is tingentis extractione menſtrua duplicis generis in uſu ſunt: nempe vel alcalica, quæ immediatè magis ♃a illa ♂ii extrahunt; vel acida, quæ ipſa præſertim pro ♃e fixiori antimonii, in vitro aut regulo ejus colliquato, requiruntur: etenim dum illa rodunt regulum vel vitrum, fixius ſulphur ſecedit pro meliore Tincturâ acquirendâ conducens. Porrò ſulphura, quæ per alcalia extrahi ſolent, extrahuntur vel beneficio nitri aut tartari alcaliſatorum, aut quoque alius ♁is fixi, vel per ♁ia volatilia, eaque tàm ex tartaro, quàm ex ⊡a parata. Et quidem hic alcalia; tàm volatilia quàm fixa, ſolvunt ♃ ♂iale, & ſeparant id à ſubſtantia ☿iali: deinde ♁ibus illis ♃ibus hiſce impræg natis affundit ☿, eliciens ſulphuream Tincturam; Econtra menſtrua acida eliguntur, quando vel ſulphur antimoniale fixius, vel Tinctura fixior, eaque magis diaphoretica, deſideratur, undeque ſaltem ex vitro aut regulo antimonii ſeparabile illud eſt (ceu è quibus ♃ ♂ii ſuperfluum volatile jam extractum) quod poſtmodum cum ☿ in Tincturam exaltant. Ex ſcoriis reguli cum ☿ extrahitur Tinctura, quæ in vinoſis, item acidulis, facilè præcipitatur, quia prius per alcali fixum fuit elicitum; Unde acidum dum agit in alcali, ≈atur in pulverem. ☿ ſimplex ex quolibet ♃e volatili antim. parum extrahit, niſi ♃a antimonialia ſociata ſint prius, & tractata cum alcalibus.

Super retortulæ roſtrum, pag. 334.) Sunt, qui Ras ♂iales mediante ☿ per retortam pellere nituntur, ſed labor eſt fruſtraneus; quippe pauciſſimum eſt, quod prodit: ut taceam, quod eo ipſo, quo ♃ antimonii fixius obtinere velimus, eo minus deſtillationi incumbere debeamus, cum mediante hac illud ſeparare nequeamus.

Ex communi vitro floribuſque) Ambo hæc vix dimittunt ex ſe aliquid ♃is, niſi acidis menſtruis tractata, quippe ♃ ♂ illud fortiùs cum ſuo regulo colliquatum eſt, adeoque ex his ≈ vini parum vel nihil, niſi poſt diuturnam digeſtionem elicit: quibus verò placet, loco ☿ ſimplicis aſſumant ≈m vini cum ♁ *co acuatum; quem Ram ♂ii eliciendi modum videte in Kerkringii *Commentario in Currum Triumph. Baſilii Valentini, pag.* 141.

☉aria verò vitra) Sunt, qui ex vitro antimonii ☉ari cum ☿ Ram elicere præſumunt, aſt laterem hi lavant: interim proceſſus duos vid. in Schrœdero, quibus tamen nihil ſingulare ineſt, præſertim cum antimoniale nihil in menſtruum deponat.

≈è coraliorum) Loco ☿ quidam pro Ra ♂ii conficienda aſſumunt ≈è ſaccharo ♄i & coraliorum ♁e prolectum: interim, quia & hic nihil aliud eſt quam ≈ vini ſimplex regene-

Digitized by

generatus, proinde illa quoque ℞ antimonii nihil habet in receſſu præ communi.

Per terebinthinæ parata ~um) Quidam ℞am ♂ii eliciunt cum ♌ terebinthinæ. Conf. Williſius *de Ferm. pag.* 59. 60. & Schrœderus *pag.* 447. & verum eſt, elici hâc ratione ♃ antimoniale; interim crudum, hincque pro balſamo ſulphuris antimonii, Chirurgicis ſcopis inſerviente, proficuus erit hic labor, præſertim cum balſamus ille taliter paratus nobilior multo ſit illo, qui ex ſulphure communi cum ~u terebinthinæ elaboratur.

Quaſi à cælo pag. 335.) Innuit hic Autor ℞am illam antimonii Θεόσιμπτον dictam, quam ex Quercetano habet Schrœderus, itemque elicit ℞as ejuſmodi ſplendidis titulis præditas. Interim omnes hæ ℞æ non differunt à vulgaribus ♂ii ℞is, & res eſt eadem.

Alcalium loco Antimonium cum Arcano duplicato fundunt) Sunt qui loco ☉i ♂ fundunt cum ana arcani duplicati Mynſychthii in corpus itidem ☉oſum. Interim quando ambo illa concreta funduntur, tunc nitroſum corpus à ♃ ♂ii incenſum abit in alcali fixum, ſicque itidem crocum metallorum acquirimus: ℞ergò hæc, quæ deinde elicitur, non differt à ℞, quæ ex croco metallorum cum ☿ elicitur.

⊡oſum ſive lixivioſum aliquod conjunctum) Vera eſt hic Autoris epicriſis, dicentis: ſi velimus ℞am ♂ii nobiliorem parare, fiat hæc per menſtruum ⊡oſum. Sic recipiatur ~ ex ⊖e volatili ♀i ſeu ⊖e ♀i volatiliſato; ſic enim egregiam Tinct. antimonii accipimus: ubi & quidam loco ~ ⊖is ♀i volatilis recipiunt ~♀i communem, hincque ex ſcoriis reguli Tinct. parant: vid. Autor *loco citato.*

Lili) Tinctura lili Paracelſo eſt Tinct. ♂ii beneficio liquoris alcaheſt parata, loco cujus Autor noſter ſumit ⊖ tart. volatiliſatum: ac labor hic ferè idem eſt, qui aliàs procedit, dum cum ~u ⊡æ ex antimonio crudo evocatur ſulphur, poſtmodum cum ☿ extrahendum: ſcilicet irroratur ſaltem cum ~u ⊡æ pulveriſatum ☾, ſic hoc adjuncto △e effloreſcit in copioſum ♃, quod item cum ☿ extrahi, & in convenientem Tinct. ♂ii exaltari poteſt.

Acidum quidpiam pag. 336.) Pergit Autor ad Tincturas antimonii, paratas per acida, ubi quippe vel ſulphur auratum antimonii, vel crocum metallorum, infundit cum aceto vel ~u viridis æris, quæ eliciunt ♃ ant. deinde abſtractô menſtruô, ſulphur illud cum ☿ in Tinct. exaltatur, pro ſelectu ab Autore noſtro commendatam.

Cum acidis Spiritibus pag. 337.) Acida menſtrua varia adhibent Autores; nunc nempe ex regulo floribusque antimonii vomitorium Tincturam; nunc eandem ex ♀o butyri antimonialis, affuſione aceti parantes: Verùm hæc Tinct. erit parca & vomitoria, nihil in receſſu habens: ſic dum loco ✚ti ~um acidum ex minera antimonii deſtillatum, ~um mellis, mannæ vel Guajaci uſurpant, nihil peculiare acquirunt, quod non ſimiliter per ☿ & ~um ⊕is adhibitum potuiſſet obtineri.

Liquore quaſi compoſito cum ſpir. ⊖is extrahitur) Quando antimonio diaphoretico nondum edulcorato affunditur ~ ⊖is, prodit liquor compoſitus inſtar butyri ♂ii, ex quo cum ☿ Tinct. prolicere volunt, ſed fruſtrà: in ☿ato eſt ~ acidus ⊖is communis, qui ſub deſtillatione ſolvit antimonii regulum, & abit in butyrum.

Ex antimonio crudo ejuſve regulo) Quidam ♂io crudo, vel regulo antimonii, vel croco metallorum; vel ſulphuri aurato, affundunt ~um ⊖is, ſic miſturam hanc deſtillando acquirunt butyrum antimonii, cui addendo ~um vini, elicere volunt Tincturam: ſed eſt labor inanis, cum lacteſcant miſta aliis, & ☿ vitæ ∓etur.

E butyro pag. 338.) E butyri antimonii ♀uo per acida elicere volunt Tinct. contrà alii ☿ eidem ♀uo affundunt, ſæpiùs hunc abſtrahunt, & per acida elicere volunt Tincturam: vid. Schrœderus. Verùm & hic labor eſt duplicatus & rejiciendus.

Cum tartaro) Tincturam taliter paratam deſcribit Schrœderus. Eſt crocus metallorum cum Spiritu vini extractus. Sic apud multos labores multum fraudis.

Ex ♌ ſaccharato) De hoc itidem vid. Schrœderus; nempe antimonium & ſaccharum deſtillata dant liquorem acidum corroſivum, cum ſacchari ~ acidus rodat regulum antimonii.

Multas manifeſto pag. 339.) Scilicet plures inveniuntur Tincturæ antimonii, aſt plurimæ eorum ſunt emeticæ, non verò diaphoreticæ.

⊖i ♂ii.) Sunt, qui in ⊖e antimonii parando ſunt negotioſi: Verùm non datur mica ⊖is in antimonio; Imò ſi quid ejus acquiratur, erit illud ex ~ibus ⊖inis acidis. Cæterùm loco talis ſalis jubet Autor Tincturam ſuam antimonii cum acido paratam inſpiſſare.

Aceti deſtillati robore vel ⊕is ſpiritu) Qui hæc menſtrua non habent, hos monet Autor ſumere acetum vini ſimplex, & affundere ſulphuri aurato in duodecupla proportione, & abſtractam maſſam Spiritu vini extrahere.

De potioribus pag. 340.) Eligit adeoque Autor

1. Sul-

Digitized by Google

1. Sulphur ☿iale ex Tinctura ♒atum.
2. Tinct. cum ☉oſis menſtruis, &
3. Tincturam cum acidis paratam.

Sulphur parat, antimonium fundendo cum ♑ tart. vel nitro: miſturam cum Spiritu vini extrahit, & Tinct. cum aceto ♒at: Quoad Tincturas verò, ex antimonio vel ejus ♃e beneficio menſtrui volatilis urinoſi, cum acidis ex ♃e ☉ato cum aceto deſtillato, menſtruo abſtracto elicit cum Spiritu vini.

Regulus verò) Autor hic obiter docet modum parandi regulum, qui eſt Mercurialis & metallica ☿ii ſubſtantia, à ſuperfluo ejuſdem ♃e ſequeſtrata; ſcilicet ſequeſtratio hæc fit, quando ☋, tart. & antimon. ſimul miſta pro una vice detonantur; hâc ratione tart. & ☋ in ♑ia alcaliſata mutantur, extrahentia ♃, adeoque regulum dimittunt. Compendioſius autem paratur, ſi Merc. vitæ fundatur in crucibulo, qui ſi liqueſcit, totus abit in regulum.

Tandem malè componitur regulus ille, quando miſtura ſucceſſivè crucibulo ingeritur, cùm hac ratione multum de tart. & ☋ deperdatur, potius omnia ſimul detonentur.

♂ialis) Regulus antimonii ♂tialis ita fit: nempe ♂i candefacto additur ☿, ſic hujus ſulph. rodit ♂em, unde regulus ſeparatur. Huic regulo nonnulli ♏um ☾li affundunt, extrahunt, & ita vitriolum ♂iale poſtmodum acquirunt.

Stelliformium) Nonnulli regulum ſtellatum accipiunt, id quod præterpropter fit ex antimonio puriore: interim ſtella illa non abſolutè neceſſaria eſt, cum æquè ſine ſtella regulus adhiberi queat.

Acetoſus ejus liquor) Ex minera antimonii per retortam deſtillata prodit paucus ♏ acidus non ſecus ac ex antimonio crudo jam fuſo, qui eſt forſitan à ſulph. antimonii ſuperfluo incenſo, non ſecus ac ſulphurea omnia incenſa produnt acidum ♏um. Cæterùm loco hujus ex antimonio deſtillati ♏ aciduli clyſſus antimonii, vel ros ☾li, in uſum vocetur.

Liquatio antimon. crudi, pag. 342.) Nonnulli antimonio crudo addunt ♑ tart. ut hoc ſuperfluum ejus ſulphur abſorbeat, & acidum prodeat: ſed ▽am ex pumice quærunt.

Crudum, aut ipſum crocum) Sunt qui antimonium crudum aut quoque crocum metallorum cum cruſta panis miſcent & deſtillant, ſic ♏um acidulum fœtidum empyreumaticum acquirunt, ▽æ antepilepticæ nomine: ſed infidum hoc eſt remedium; nam panis per ſe deſtillatus dat ♏um acidum volatilem, qui vitro antimonii vel croco metallorum affuſus exhibet Tincturam rubicundiſſimam: Interim & hoc impoſturam ſapit, præſertim cum idem ♏ panis arenæ affuſus hanc colore rubro tingere ſoleat, & ferè quælibet corpora, ſi iis affundatur.

Vulgare butyrum) Hujus eſſentiam enucleans dico: illud eſſe nihil aliud, quàm ſolutionem reguli antimonii cum ſuo ſulph. factam per ♏ ♑is concentrationem mediante deſtillatione; Plura vid. in Collegio Schrœderiano.

♌orum ſaccharatorum aut mellitorum) Antimonium loco ☿ti ſolet cum melle ſaccharoque deſtillari in ♌ ſaccharatum mellis, quâ ratione & ♏ acidus ſacchari & mellis ſub deſtillatione rodit regulum antimonii, & invicem in dilutum liquorem deſtillantur: Conf. Schrœderus. Interim omnia ejuſmodi deſtillata ſunt pariter acido-corroſiva, ejuſdem ferè naturæ cum butyro antimonii, niſi quod hoc acidius, & magis concentratum ſit.

A tumente carne) Quando butyro antimonii vel ♌co ejus inſtillatur liquor quidam ▽eus, tunc pulvis albus, Mercur. vitæ nomine veniens, fundum petit: Par ratio eſt, ſi eorundem guttula j. vel altera cuti illita liqueſcit; nam & ſic ab humido exhalante ♒atur Merc. vitæ cuti adhærens. Cæteroquin externè butyri antimonii uſus in duobus caſibus locum habet:

1. Nempe in curandis anthracibus peſtilentialibus & carbunculis, hinc & in arcendo ſphacelo.
2. In excitandis fonticulis. Conf. Colleg. Schrœderian.

Internos vero in uſus pag. 343.) Sunt, qui immediatè butyri antim. gutt. ij. in ▽eo vehiculo propinant, ita Merc. vitæ ſublimatus in ſtomacho, nunc vomitus nunc feceſſus movet adinſtar Mercur. vitæ per ſe aſſumpti; non ſecus ac quidam idem butyrum contra quartanam pro ſcopo laxativo adhibent: Verùm idem eſſet, ac ſi Mercur. vitæ per ſe aſſumeretur, quippe parum ♏ ☾li Philoſophici in una alteraque guttula butyri antimonii reperitur.

Tot quaſi parerga) Sub deſtillatione butyri antimonii, dum acidum Merc. ſublimati rodit regulum, Mercur. tunc ab acido liberatus fit ſui juris, hincque prodit is partim cum butyro ♂ in receptaculum, partim cum ſulph. antim. ſeparato coëundo, ☿in conſtituit, in retortæ collo adhærentem, atque ſic una vice & antimonium, & butyrum, & Mercur. ex ſublimato revivificatus, acquiritur. Cæterùm butyro iſti antimon. infuſa ▽ lacteſcit, caditque regulus corroſus ſub nomine Mercurii vitæ; liquor autem hicce ſupernatans filtratus, qui intensè acidus eſt poſt rectificationem, dat ſpiritum ☾li Philoſophicum, ſeu ♏um ♑is rectificatum, ex Mercurio ſublimato denuò ſequeſtratum.

Tandem

Digitized by Google

Tandem eligit Autor butyrum hoc Antimonii vulgari modô præparatum; nam & aliis modis id elici poteſt; interim ſine ♃ri, ſi antimonio non additur ☿.

Quam renitentioribus) Sunt, qui ♂ crudum miſcent cum ~u ſalis & aliis ſalibus, & deſtillant; qua tamen ratione acquiritur pariter butyrum antimonii, adeoque omnes ejusmodi ſunt pompoſi proceſſus, quales habet Schrœderus *in Pharm. l.* 2. *pag.* 437. *ſub. no.* 10. 13. 14. 15.

Loco cellariæ repoſituræ) Sunt, qui miſturam ☿☆ti & antimonii, pro butyri ♃ii feliciore deſtillatione, reponunt in cellam, ut ſic ☿☆tus imbibat ▽eam cellæ humiditatem, ſolutaque ſic in ea ⊖ia potentius agant in regulum antimonii: interim ſufficit, ſi illa miſtura irroretur aqua ſimplici; nam & ſic idem effectus obtinebitur.

Butyriformibus Croci metallorum vel ſulphuris aurati ſolutionibus, *pag.* 344.) Par ratio eſt, ſive ex croco metallorum, ſive ex ♃e ⊙rato antimonii, ſive ejusdem floribus, ſive regulo ~u ⊖is interventu deſtilletur butyrum antimonii.

Rectificationi) Rectificatione butyrum antimonii vulgari non indigere Autor autumat: interim regero, non inconſultam eſſe ejus rectificationem, cum ſic purius, item tenuius liquidiusvè fiat, & ⊖ia magis ſub rectificatione diſſolvantur, imò tenerior ☿ vitæ, & exactius Bezoardicum minerale acquiretur: Unde quò ſæpius ejusdem inſtituetur rectificatio, eò melius eſt.

Spiritus ⊕li Philoſophicus) Hunc Veteres dixerunt ita ex eo, quod is ſe ex ⊕lo in Mercurio ſublimato repræſentaret: aſt falſum hoc eſſe demonſtrat Tacchenius, & aſcendere ſolum ~um ⊖is. Potiùs ergo eſt ~ ⊖is ex ☿☆to in butyro antimonii vivificatus.

Spiritus tartari antimonialis, *p.* 345.) Hic fit quando flores antimonii & tartarus in anatica portione miſcentur, ebulliendo hinc miſturam in ▽ ſimplici, & cryſtallos inde factos per retortam deſtillando: Verùm hâc ratione ſimplex Tartari ~ prodit, floribus antimonii in retorta ſub reguli forma ſubſidentibus. Unde falſum eſt acquiri hoc modo ~um ♀i ♂iatum.

Mercuriale) Ex omnib' ☿ialibus proſcopo diaphoretico ſufficere ait Autor Cinnabarin, compoſitum illud nobile ex ♃e antimonii & ☿io vivo, ſive jam illud ſit commune in cinnabari nativa & artificiali (quarum tamen hanc pictoribus relinquo) ſive ♃e antimoniali. Mercurii Anatomen vid. in Colleg. Schrœderiano.

Citra vulgatiorum Mercurialium, *pag.* 346.) Scilicèt Præparata ex Mercurio vulgi ſunt nihil aliud, quàm magiſteria ejusdem, ex quibus tamen omnibus is reſuſcitabilis eſt: ſic v. g. Sublimata, ♁ea, eſſentiæ, & præcipitata, ſunt larvatus ☿ in additis vivus, cùm ſub △e ſocius ille fugitivus avolet, relictis additis.

Poſt diuturniorem aſſationem) Examinat hic Autor ſucceſſivè producta Mercurialia, quæ vulgò ex Mercurio promittuntur tanquam diaphoretica, & rejicit ea, dicendo: quod quicquid & virtutis diaphoreticæ talia promittant, hæc tamen præſtantiora non eſſe, quàm alia mineralia aut ♂ialia diaphoretica; Adeoque non opus eſt, remedio minus tutô uti. Et poſitò, eſſe apparenter fixatum Mercurium, tamen reverà minus tuta ſunt quælibet ex Mercurio remedia: poſito enim in hoc vel altero ſubjecto deſiderio ſatisfeciſſe, tamen in alio nauſeas, aut ſaltem ſalivationes, variæque Symptomata ſecundum Autorem excitare poſſet.

Aquilas illas, *pag.* 347.) Sugillat hic Autor Schrœderum & Zwelfferum *in Mantiſſa Spag.* quorum ille *pag.* 415. 416. 417. aquilas, aſtra, ~ & ♁ habet; qui tamen omnes proceſſus examinati relinquunt aut communem ☿um præcipitatum; aut ſi aliquid per retortam prodeat, eſt illud ~ acidus additis aliis acceptus ferendus, nihil verò de Mercurio participans.

Miraculoſus è Smiride) Tangit hic Schrœderum *pag.* 401. qui Mercurium calcinat cum ſmiride & habetur, (præſertim cùm ſmiris ſit ſubjectum ♂iale) aliquo modô fixus; interim tamen hoc ipſo non perfectè coagulatur.

Aqua) Hunc ▽am deſtillandi modum unà cum inſtrumento exhibet Zwelfferus *in Mantiſſa pag.* 359. Parciſſima acquiritur. Interim litigant inter ſe Autores: an liquor prodiens vaſi? an ♎i? an verò denique ☿io in acceptis ferendus ſit.

Pro Mercurialibus nihilominus) Veteres ſc. ut & Billichius *in Obſervat. Chym.* putat ☿ vitæ eſſe prolem ☿☆ti: aſt malè, cùm potiùs prodeat ex regulo ♂ii.

Qui lenta continuaque, *pag.* 348.) Scilicet indicat hic Autor noſter Mercurium per ſe præcipitatum, cujus modum docet Zwelfferus *Mantiſſa Spagyric. pag.* 353. quo loco habet ſimul inſtrumentum, in quo ☿ figendus eſt. Cæterùm in illo proceſſu hæc adhuc encheireſis notanda venit, ut nempe △ ſuppreſſionis ſupra illud inſtrumentum adhibeatur; ſic enim Mercurius nunc

Digitized by Google

per ſe, nunc additô antimonio vel etiam ☉e figitur, habeturque remedium non inelegans diaphoreticum, præſertim, ſi cum ☉e illud factum ſit; ab hoc enim nonnihil figitur. Interim tamen præter tœdioſam hanc fixationem ſemper adhuc periculum ſubeſt, ne ſalivationes hic quoque ☿ fixatus excitet; unde cùm alia præſtantiora proſtent, optimè eo carere poſſumus.

⸗ato quorundam diaphoretico) eſt Schrœderi *pag.* 419.

Alcaheſtino) Innuit hic Autor Mercurium diaphoreticum Paracelſi atque Helmontii, tanquam horum univerſale: ac ſanè non figitur perfectè ☿, niſi à liquore alcaheſtino, h.e. ☉e circulato majore Paracelſi. Interim cùm hoc careamus, ſuadet Autor, tentemus aliquid cum ejusdem ſubſtituto, puta ⸗u ☉is tartari, quod itidem facit ipſe.

Veri Diaphoretici pag. 349.) Nempe ☿ vivus à liquore alcaheſt ſolutus dat pulverem diaceltateſſum vocatum, Mercurium ſc. diaphoreticum, & ☉ horizontale. Hic ☿ fixatus eſt Arcanum coralinum Paracelſi; ☿ verò diaphoreticus eſt, quem hinc inde jactitat Helmontius, & dicit: quod operetur iſtud, quodcunque aut Medicus aut Chirurgus deſiderare ab eo valet.

Sulphur Veneris) Inſinuat Autor hic illum Helmontii locum Tr. Lapis Butleri, Drieff ſuum ſubſtituit, parandum ex ♀ ☩li ♀is beneficio ☉is volat. ☐æ, à fœtore liberati: Conf. Starkey. Cæterùm differt hoc Drieff à Mercurio diaphoretico, & oleo ☩li ♀is dulci.

Sublimatione cum ☉e ✱co pag. 350.) Hoc ipſo innuit Boyleum, qui in ſua Philoſopia Experiment. proponit modum, quo beneficio ſublimationis cum ☉e ✱co ex capite mortuo ☩li ♀is ſuccedaneum primi entis Veneris parari queat: nempe ex ♀o ☩li ♀is cum floribus ☉✱ci, fateturque ſe ipſum hoc remedio magna, ſpeciatim in quartana, præſtitiſſe. Cæterum paravi idem remedium aliquando, & ſucceſſit; interim ejus non adeò inſignes potui ſperare effectus.

Solutione cum duplicato) Intelligit hic Polemannum, impoſtorem illum, qui in Tract. de ſulphure Philoſ. docet parare ⸗um quendam duplicatum, hocque mediante ſolvere ♀em, & ex hac ſolutione cum ☉e volatili tartari ſpiritum elicere: Interim vereor, ne proceſſus hic in Praxi offendatur mancus.

Tam dulce ☩lum) Scil. ☉ ♂is purgans, quod in Schrœderi *Pharm. pag.* 384. Eſt mixtura acido ſtyptica ſatis ingrata, indeque per ironiam Autor dulcem nominat.

Nec cum ⊕is ⸗u) Tentavit etiam Autor cum ⸗u ⊕is, dum etiam imbibitur à Mercurio vitæ, alteratur, ſed nil obtinuit.

Operæ precia) Quidam ex Mercurio parare volunt ☉ Horizontale, loco ☍i ♀is aſſumendo ⸗um ☩li penetrantiſſimum volatilem & rectificatum: Conf. Helmontius *Tract. de Lithiaſi p.* 351.

Cinnabaris pag. 351.) Cinnabaris tàm nativæ, quàm artificialis, ex Antimonio & Mercurio paratæ uſum hic præmittit Autor, dicendo: quod licet ea per ſe non ſint diaphoretica, tamen aliis addita vim horum diaphoreticam exaltent & promoveant, hocque ſpeciatim vi anodynâ, qua ipſa cinnabaris impedimenta diaphoreſeos arcet & ſiſtit, ita, ut Bezoardicum minerale ſimplex cum cinnabari antimonii debita proportione unita exhibeat compoſitum præſtantius remedium, ipſo Bezoardico ſolari artificiali, &c.

Nativa ſelectior) Ab Autore hic elegitur Cinnabaris nativa, & poſtmodum huic artificialis ex ♂io ſubſtituitur: Interim quoad nativam illam notandum: non ſemper æquè tutum eſſe illius uſum, cum ſubinde nonnihil de ♀e volatili arſenicali eidem adhæreat, tetra non rarò ſymptomata inferente, teſtantibus *Actis Haffnienſ. Volum. I. pag.* 177. Unde depuretur illa prius, ſi in uſum vocanda eſt; cujus depurandi modum optimum oſtendit Hoffmannus *in Clave p.* 29. Ita depurata cinnabaris nativa vix cedit cinnabari antimoniali.

Vix in ſtomacho p. 352.) Occurrit hic Autor objectionibus illis, quibus conſtat: Cinnabarim non ſolum infantibus tenellis, ſed etiam adultioribus datam, eadem, quâ ingerebatur facie, egeri: ac obſervavi ipſemet in malignis adultorum febribus poſt exhibitionem cinnabaris ſeceſſus illorum alvinos intenſo rubore fuiſſe tinctos eamque in ſubſtantia recedere. Interim & hoc conceſſo, non erit illa ſine uſu; cùm (ut nihil de vi irradiativâ quorundam remediorum, quàm introduxit Helmontius, determinare queamus) non pauca ſint remedia, quæ ſimpliciter in primis viis operationes ſuas exſerunt, toti tamen corpori ſuccurrunt: ſic opium adhuc in ſtomacho exiſtens, ſomnum inducere conſtat; item pilulæ purgantes integræ non rarò excernuntur, ſubſequente tamen purgatione, ac acidulæ ultra primas vias non operantes, fæces nigras reddentes, uſum nihilominus præſtant.

Nec per nimiam curioſitatem divelli vult.) Hoc eſt, ſulphur & ☿ in cinnabari con-

Digitized by Google

conjuncta relinquantur, nec ſeparetur ♃: nam poſitò, nos hæc ex cinnabari poſſe ſeparare, nempe per alcalia addita; ſulphur tamen hoc ſolitarium id non præſtabit, quod aliàs integra cinnabaris præſtat.

Syndiacriſin) Hiſce innuit Autor ≍atum illud diaphoreticum Hartmanni & Crollii, cujus præparatio extat in Schrœdero *pag.* 352. fitque per principiorum cinnabaris ſeparationem, & novam iterum compoſitionem. Hoc ceu panacea ab Hartmanno laudatur; interim non ſuperat id cinnabarim nihil hujusmodi laboris paſſam.

Abſtractione verò acidorum) Sunt, qui ex nativa cinnabari ℞as parant, easque vel per ℘oſa, ut ℘ terebinthinæ, ex quo fit balſamus ſulphuris: nempe ex ſulphure ☉ii ejusdem naturæ exiſtente ac qui ex ſulphure communi pariter paratur; vel per acida, v. g. cum ∽ ☾i aut butyro antimonii: Verùm hac ratione pervertitur cinnabaris ☿ſus ſapor, & vis ejus alterativa corrumpitur, imò alias vires acquirit cinnabaris.

Cinnabaris ☉ialis pag. 353.) Nativam & ☉ialem ſociandam eſſe rectè hic monet Autor, inſinuando ſimul multiplices panaceas ex concurſu ☿ii ☉ii & ſole paratas: quarum proceſſus vid. in Schrœdero *pag.* 403. quæcunque tamen ſuo modò concreta cinnabarina ſunt, quibus cinnabaris antimonii præferenda ſufficienter: & quidem origo cinnabaris hujus antimonialis eſt, quod ſub deſtillatione butyri ☉ii acidum ☿≏ti rodat regulum, hincque Mercurius revivificetur, & ſic agat in ♃ antimonii, liberatum à ſuo regulo ceu ab acido ☿is corroſo, invicemque tandem abeant in cinnabarim talem Antimonii.

Ex ☉ii crudi) Docet hic Autor encheireſin acquirendi cinnabarim antimonii in copia, nempe ex ☉ii crudi & ☿≏ti ana ℔j. haberi poſſe dicit ℥iij. ad jv. cinnabaris rectificatæ; quod ſanè multum eſt: Sic etiam acquiritur major ejus copia in retorta collo longiori prædita; ſi enim fuerit nimis breve illud, tota ferè ♄ in butyrum ſolvitur. Quoad regimen ignis, obſervetur: ne ſit nimis intenſus, ſed ſaltem continuus, ut ☿ agat convenienter in ♃; alias butyrum & cinnabaris in vas recipiens prodeunt.

Citra capitis mortui) Sunt, qui pro copioſiori cinnabari acquirenda (poſtquam ſemel partes ij ☿≏ti, & partem j. ☉ii crudi deſtillarunt, & butyrum cum cinnabari acquiſiverunt:) poſtmodum caput mortuum butyri Antimonii ſociant novo ☿≏to, & invicem de novo ſublimando acquirunt copioſiorem cinnabarim: nam regulus ☉ii maximam partem in butyrum eſt ſolutus, hincque, quod reſtat, omne eſt ſulphurea antimonii ſubſtantia, quæ cocundo cum ☿io conſtituit ♄im novam.

♃ ☉*ii cum argento vivo*) Accipitur ſc. ſaltem ♃ ☉atum antimonii, quod miſcent cum ana ☿ vivi, ≏tur crebriùs tam in vitro cum alembico, quam in crucibulis inverſis, in cinnabarim ſæpiùs rectificandam.

Joviale, pag. 354.) Pergit nunc Autor ad ♃ialia diaphoretica, & quia ♃ eſt metallum luxurians copioſiſſimo ♃e, ex eodem pauliſper fixato, ☿ſa tertia egregia emergunt.

Sudoriferi maximi) Eligit Autor noſter ſudoriferum maximum ex ♃ialibus, cujus inventor eſt P. J. Faber, qui *lib.* 3. Univerſæ Sapientiæ cap. de febribus, hoc prolixius deſcribit, cujus tamen parandi ſuccinctiorem modum autor noſter tradit.

Hyperbolicè pag. 355.) Epicriſis hæc eſt Autoris, Sudoriferum illud Fabri eſſe quidem ſatis magnum, non tamen maximum diaphoreticum.

Bezoardico Joviali) Hoc Schrœderus habet nomine Diaphoretici Beguini, eſtque, quando è ♃ve & ☿≏to paratur butyrum ♃ale, è quo cum ▽ ſimpl. ≍atur pulvis candidus, quô ipſo tamen eſt præſtantius Sudoriferum Fabri.

Bezoardico minerali Joviali) Hoc duplex proſtat: cum & ſine ☉io, quorum illud procedit ex ana ♃vis & reguli ☉ii, quæ invicem colliquantur in regulum Jovialem, & deſtillantur in butyrum additô ☿≏to; hincque hoc cum ∽u ☾i in Bezoardicum minerale ♃ale fixandum eſt, quod habet Schrœderus *pag.* 414. Sine antimonio paratur, quando ſuprà dictum butyrum Joviale cum ſpiritu nitri ≍atur, & hujus abſtractione figitur: quemadmodum facit hoc Zwelfferus *Mant. Spagyr. p.* 346. Omnia hæc Bezoardica coincidunt.

Antihectico) Intelligitur hic antihecticum Poterii, egregii Medici Bononienſis, quo poſt Helmontium & Paracelſum nobiliorem Pharmaceutam non habemus: atque hic Antihecticum ſuum præparat ex ♃ve, quod deſcribit in Pharmacopœa Spagyrica & Obſervat. Remedium hocce eſt excellens in febribus continuis benignis, & hinc quoque in hecticis; non quidem pro ſcopo ſudorifero, ſed alterante ſaltem.

Cæterùm præparatio ejus variat: interim genuina eſt, ſi

℞. ♃*vis fel.* part. v.
☉*ii* part. vj.

Quæ duo fundantur invicem in regulum Compoſitum inſtar ☽æ; hinc hic cum triplo ☾i more antimonii diaphoretici figatur.

Digitized by Google

Ubi tamen iterum notandum: non debere antihecticum paratum cærulcum colorem præ ſe ferre, quippe hoc eſt vomitorium, eò quod de ♃is ſulph. volatili adhuc participet; quin potius, dum ſtat miſtura in fuſione, agitetur eadem bacillo ligneo, ſic enim flammam eructat, & ſub hac, ſulph. Jovis ſuperabundante avolante, candidum acquiritur antihecticum, tutum uſurpatu ſine omni periculo vomitionis.

Antihectici ſuccedaneo pag. 356. Hujus eadem præparatio eſt, ac antimon. diaphoretici ♂ialis: Horum antihecticorum doſis eſt à ℈ß. ad gr. xv. vel ſolitariè, vel cum aliis miſtorum.

♁ *è genuina calce.*) Sunt, qui ♁ duplici modo ex ♃e parare volunt: nunc quidem ♃ialem calcinatum cum aceto extrahendo & coagulando, nunc verò ſal cryſtalliſatione ex minera ♃vis eliciendo, quam tamen acetum ſimplex non attingit, niſi id acuatum fuerit cum ∽u ☉i: hàc enim ratione ſolvitur minera Jovis, hinc blanda exhalatione ſolutio abit in ♁ cryſtalliforme, quod in loco frigido abit in liquorem. Jam vero de illo ♁e ♃vis magna ſed inanis fabula circumfertur, quod in hyſterica paſſione ſit egregium: Interim nullam id præ aliis antihyſtericis prærogativam habet.

Magiſterium) Sunt, qui ſolutionem jam allegatam ♃vis cum aceto factam per ∽ ☉i in magiſterium ≒ant: aſt hoc nullius eſt valoris.

Cum ☉o crudo) Scilicet pulvis ex Jove & cum ☉i detonatione factus, adeoque ex ☉o fixo & ♃e fixato conſtans, eſt deſes. Etenim ♃ eſt metallum admodum ♀eum, & cui aliud quid, ratione ♀is aperti, non æquatur, hincque ♃ ſociatum aliis metallis eadem irreducibilia aut admodum difficulter reducibilia facit, ac propterea Diaboli metallorum nomen aſſumit: imò ob hanc ♀is proprii abundantiam cum ☉o combinatum, æmulatur ſubinde virtutem pulveris pyrii: quippe dum ♃is & ☉i ana denotantur, ſtrepitus, fulgor & ſibilus oritur: pulvis qui remanet, eſt partim ☉ fixum, partim ſtannum fixatum, rari uſus. Quidam figunt cum ☉i Spiritu in Bezoardicum minerale ſed fruſtra.

Nec in Spiritu,) Sunt, qui ∽um Jovis tartariſatum affectant, flores ♃is vel ♃em calcinatum in ▽ cremoris tart. ebulliendo, & hinc cryſtalliſando ac deſtillando: interim ſic ∽ tartari acquiritur ♃e ipſo in fundo manente.

Solutionis nitroſæ pag. 357.) Sunt, qui ♃vis cum ☉ detonationem in retorta tubulata capaciſſima inſtituunt: Verùm ſic acquiritur Spiritus clyſſiformis ☉atus aciduſus, qui tamen parum de ♃ve participat; nec adeoque prærogativam quandam præ ∽u ☉i habet.

Cygni) Innuit hic Glauberum in ſuo Miraculo Mundi hunc hieroglyphicum proceſſum habentem; quo in loco etiam figuram ☋æ ferreæ cum duobus roſtris deſcribit; Interim deſtillatur ex illo amalgamate ☿ii & ♃vis cum ☉o ingrediente liquor, qui eſt ∽ ☉i ſoboles; quod autem remanet corpus, nullius hactenus fuit uſus,

E ☉e pro ſudatione pag. 358.) Præpono: his ex ☉e paratis nos vix habere opus; potius ſi velimus habere remedia ex eodem activa, requiri ad hoc negotium, ut ipſum corpus ☉are ſuo modo vel deſtruatur, ut acquiratur ♁ ☉are, vel ſaltem ſulph. ejus firmiſſimè cum Mercurio ſuo ſociatum paulo magis extravertatur, ut ita anodyna temperativa & diaphoretica ☉aris vis exerceri queat. Jam verò hoc opus hic labor.

☉ *fulminans pag.* 359.) Aurum fulminans probè edulcoratum verè diaphoreticum, minus verò edulcoratum laxativum exiſtit: interim debite tractatum tàm diaphoreticum non eſt.

Magis cicurati) Cicuratur ☉ fulminans per acida, quibus ſic particularum ♁inarum, præcipuè volatilium textura, in Auro fulminante obtunditur, & plus minus invertitur, ita ut impetus diſploſivus particularum ♁inarum impediatur.

☉is cum ☋ C. ſtratificati) Sunt qui ☉ foliatum cum C. C. in talcolas inciſo, faciendo S. S. S. ♎e fortiore per plures dies & noctes calcinant, donec pulvis quidam elegantiſſimè purpureus emergat: vid. Schroederus *pag.* 365. ☉ nempe alteratum fuit à ſale C. C. Et tale C. C. cum ☉e calcinatum commendatur vi diaphoretica cordiali in febribus malignis, & ſpeciatim in diarrhœa & dyſenteria epidemica maligna. Interim quæſtio ſemper fuit: an pulvis ille operetur magis ratione ſubſtantiæ cervinæ? an vero ratione ☉ in pulverem converſi? Et adhuc ſub judice lis eſt: an verum ſit, ſolutionem iſtam ☉is eſſe radicalem? Conferantur lites inter Agricolam & Dethardingium (cui ſpicula Kirſtenius fecit) hanc in rem habitæ, ex diverſis ſcriptis petendæ. Ego puto, illum pulverem plus de C. C. participare, præſertim cum ☉ corporale exin facilè reducibile ſit.

Cum Sulphure) Innuit hic Autor Zwelfferum, qui in *Mantiſſa Spag. pag.* 310. hos habet proceſſus, ex quibus emer-

Digitized by Google

emergit Baſilii **Purpur-Mantel**: nempe ſolvitur ☉ in ♀, hinc ſolutio, menſtruo abſtracto, cum ♃e calcinatur repetitis vicibus, ſic emergit pulvis purpureus; vel etiam amalgama ☉is & ☿ii ☽æ inditur, hincque ſeparato ☿io remanet pulvis ☉aris, qui cum ♃e calcinatus evadit purpureus: cui Baſilius Valentinus ſuperfundit ☾m ♁is dulcem, quem abſtrahit, hinc ♀um deſuper accendit; ita emergit pulvis levis, **der Purpur Mantel** dictus. Cæterùm commendant aurum ita præparatum inter diaphoretica, epileptica & analeptica: interim hanc laudem Autor in medio relinquit, præſertim cum remedium hoc rarò uſurpetur, imò rideatur ab iis, qui ☉ irreducibile pro uſu Medico expetunt, quod eſt perfectæ ejus ſolutionis ſignum.

☉is quoque crocus pag. 360.) Intelligit hic Autor Zwelfferum *in Mant. Spagyr. pag.* 369. qui per ſolutionem ſalium, nempe ☾i, ♁is & ☽nis in ▽ facit crocum ☉is: Vel etiam eadem ♁ia impaſtantur cum argilla & deſtillantur, ſic prodit ☾ ſolvens aurum; quod ſolutum cum ♁e tartari in crocum ♎ari poteſt: Ubi prior de ♆ aluminis participat; quando enim ſolutioni inſtillatur ♁ tartari, tunc hoc abſorbendo acidum aluminis ♆at ejusdem ♆am cum croco ſimul ☉is, ſicque non habetur pulvis ☉is ſalitarius.

Tinct. ☿ii) Hunc proceſſum habet Zwelferus *l. c. pag.* 321. & eſt is, quando crocus ☉is cum Tinctura antimonii crebriùs inſuccatur, quod incerare vocant: interim talis crocus juvat potiùs ratione Tincturæ ☿ii non autem ☉is.

Bezoardico ☉ari) Vires ſuas obtinet non quidem à ☉e, ſed ab antimonio: Vid. Schrœderus *pag.* 412. *& ſequ.*

Eſcoriis) Notum eſt ex aurifabrorum officinis, quod ☉ corruptum purificetur per ☿ in △ fuſionis, quod exprimunt ſubtiliores & ſublimiores Philoſophi per devorationem regis à lupo **der Wolff verſchlingt den König und gibt ihn reiner von ſich:** ita namque regulus ☉is puriſſimus in fundo crucibuli remanet; ſcoriæ autem relictæ dant ☿ ſolare, quod cum triplo ☾i fixatum, exhibet antimonium diaphoreticum ☉are: interim nec hoc plus præſtat, quam vulgare ☿.

Solis & ☿ii.) Dubium oriri poteſt in ſociatione antimonii & ☉is, an non cum ambo de ♃e ☉ari participent, unum aliud exaltet? Sed nil eſſe probat, quia ☿ diaphoreticum ſimplex idem præſtat: vid. Zwelfferus *Mantiſſ. Spagyr.*

Præcipitatus Solaris regulinus pag. 361.) Hunc proceſſum habet Schrœderus *pag.* 403. de quo conf. Collegium in Schrœderum.

☿io dulci ☉ari) Hunc refert Zwelferus *Mantiſſ. Spagyr. pag.* 355. ubi ſociat cum Mercurio dulci crocum ☉is. Idem amalgama ☉are habet *pag.* 359. ſpontanea ♆ atione paratum.

Sed & absque Sole) Omnia hæc citata remedia ſunt quidem egregia, & ſpeciatim vi diaphoretica inſignita; quod verum eſt. Interim dicit Autor eadem & absque ſole viros ſe ſiſtere; quaſi diceret, horum exaltationem cum ☉e non eſſe neceſſariam; ſi modò ſufficienter fixata & circumſpectè exhibita ſint, idem poſſunt præſtare, cum ☿ dulcis pulvis præcipitatus regulinus fixus & ☿ ♆tus per ſe notabilia ſint, etiam absque ☉e.

Inceratione per propriæ) Hoc ipſo intelligit Autor noſter unicornu ſolare Mynſichthii cum ☾u ex minera ☉is, utut parciſſimo, prolecto paratum.

☽arisvè) Zwelfferus ſc. ex ☽æ minera parat ☾um ſolventem.

Volatiliſationes, pag. 362.) Nonnulli & inter alia è Sole præparata illud volatiliſare, adeoque non per retortam ſolùm, ſed etiam per alembicum, mediantibus menſtruis deducere voluerunt, promittentes hoc ipſo ℥ aliquod Solis. Interim rectè Autor notat Schrœderum, allegantem ℥ aliquod ſupernatans ▽æ, dicendo: talia ℥ea nihil aliud eſſe, quam ℥ ♀; quod veriſſimum ſanè eſt. Poſitò autem, poſſe ☉ in corpus ℥ iforme redigi, illud tamen non eſſet adeò leve, ut ſupernatet ▽æ, ſed cum ℥ cinamomi & caryophyllorum quoque ſubmergi ▽æ videamus, multò minus ℥ ☉is ▽æ ſupernatare poterit.

Poſt reiteratas ſalinorum) Talem proceſſum habet Schrœderus, ſub nomine ☉i potabilis cum ☾u ♁is; ubi jubet ſolutionem affuſo Spiritu vini per alembicum abſtrahi: Verum ita prodit ſimpliciter Spiritus vini paulò concentratior ☉e & ☾u ♁is in fundo vaſis remanentibus. Et ejusdem valoris eſt illa Zwelfferi correctio & proceſſus Schrœderianus *p.* 368. *No.* 8. *in Mantiſſa Spagyr. pag.* 322. Sic alius & elegans modus volatiliſandi ☉ fit beneficio ☾ ☾i bezoardici, quò ipsò ſolutum ☉ per retortam poſſe deſtillari putatur, apparentibus hinc in ejusdem collo floribus in forma rubinorum & cryſtallorum elegantiſſimarum: quemadmodum proceſſum hunc inſinuat Schrœderus *pag.* 367. *No.* 6. At plenius habet Boyle *Experim.* 7. *de origin. formarum & qualitat.* Ubi tamen rubini iſti nihil aliud ſunt, quàm ☉ corporale, à menſtruo impetu △is per ☽am raptum; hinc namque iidem quoque levi ♎ris attactu re-

Ubi tamen iterum notandum: non debere antihecticum paratum cærulcum colorem præ ſe ferre, quippe hoc eſt vomitorium, eò quod de ♃is ſulph. volatili adhuc participet; quin potius, dum ſtat miſtura in fuſione, agitetur eadem bacillo ligneo, ſic enim flammam eructat, & ſub hac, ſulph. Jovis ſuperabundante avolante, candidum acquiritur antihecticum, tutum uſurpatu ſine omni periculo vomitionis.

Antihectici ſuccedaneo pag. 356. Hujus eadem præparatio eſt, ac antimon. diaphoretici ♂ialis: Horum antihecticorum doſis eſt à ℈ß. ad gr. xv. vel ſolitariè, vel cum aliis miſtorum.

♁ *è genuina calce.*) Sunt, qui ♁ duplici modo ex ♃e parare volunt: nunc quidem ♃ialem calcinatum cum aceto extrahendo & coagulando, nunc verò ſal cryſtalliſatione ex minera ♃vis eliciendo, quam tamen acetum ſimplex non attingit, niſi id acuatum fuerit cum ∽u ☉i: hàc enim ratione ſolvitur minera Jovis, hinc blanda exhalatione ſolutio abit in ♁ cryſtalliforme, quod in loco frigido abit in liquorem. Jam vero de illo ♁e ♃vis magna ſed inanis fabula circumfertur, quod in hyſterica paſſione ſit egregium: Interim nullam id præ aliis antihyſtericis prærogativam habet.

Magiſterium) Sunt, qui ſolutionem jam allegatam ♃vis cum aceto factam per ∽ ☉i in magiſterium ≂ant: aſt hoc nullius eſt valoris.

Cum ☉o crudo) Scilicet pulvis ex Jove & cum ☉i detonatione factus, adeoque ex ☉o fixo & ♃e fixato conſtans, eſt deſes. Etenim ♃ eſt metallum admodum ♀cum, & cui aliud quid, ratione ♀is aperti, non æquatur, hincque ♃ ſociatum aliis metallis eadem irreducibilia aut admodum difficulter reducibilia facit, ac propterea Diaboli metallorum nomen aſſumit: imò ob hanc ♀is proprii abundantiam cum ☉o combinatum, æmulatur ſubinde virtutem pulveris pyrii: quippe dum ♃is & ☉i ana denotantur, ſtrepitus, fulgor & ſibilus oritur: pulvis qui remanet, eſt partim ☉ fixum, partim ſtannum fixatum, rari uſus. Quidam figunt cum ☉i Spiritu in Bezoardicum minerale ſed fruſtra.

Nec in Spiritu,) Sunt, qui ∽um Jovis tartariſatum affectant, flores ♃is vel ♃em calcinatum in ▽ cremoris tart. ebulliendo, & hinc cryſtalliſando ac deſtillando: interim ſic ∽ tartari acquiritur ♃e ipſo in fundo manente.

Solutionis nitroſæ pag. 357.) Sunt, qui ♃vis cum ☉ detonationem in retorta tubulata capaciſſima inſtituunt: Verùm ſic acquiritur Spiritus clyſſiformis ☉atus acidulus, qui tamen parum de ♃ve participat; nec adeoque prærogativam quandam præ ∽u ☉i habet.

Cygni) Innuit hic Glauberum in ſuo Miraculo Mundi hunc hieroglyphicum proceſſum habentem; quo in loco etiam figuram ∽æ ferreæ cum duobus roſtris deſcribit; Interim deſtillatur ex illo amalgamate ☿ii & ♃vis cum ☉o ingrediente liquor, qui eſt ∽ ☉i ſoboles; quod autem remanet corpus, nullius hactenus fuit uſus,

E ☉e pro ſudatione pag. 358.) Præpono: his ex ☉e paratis nos vix habere opus; potius ſi velimus habere remedia ex eodem activa, requiri ad hoc negotium, ut ipſum corpus ☉are ſuo modo vel deſtruatur, ut acquiratur ♁ ☉are, vel ſaltem ſulph. ejus firmiſſimè cum Mercurio ſuo ſociatum paulo magis extravertatur, ut ita anodyna temperativa & diaphoretica ☉aris vis exerceri queat. Jam verò hoc opus hic labor.

☉ *fulminans pag.* 359.) Aurum fulminans probè edulcoratum verè diaphoreticum, minus verò edulcoratum laxativum exiſtit: interim debite tractatum tàm diaphoreticum non eſt.

Magis cicurati) Cicuratur ☉ fulminans per acida, quibus ſic particularum ♁inarum, præcipuè volatilium textura, in Auro fulminante obtunditur, & plus minus invertitur, ita ut impetus diſploſivus particularum ♁inarum impediatur.

☉*is cum* ☋ *C. ſtratificati*) Sunt qui ☉ foliatum cum C. C. in talcolas inciſo, faciendo S. S. S. △e fortiore per plures dies & noctes calcinant, donec pulvis quidam elegantiſſimè purpureus emergat: vid. Schroederus *pag.* 365. ☉ nempe alteratum fuit à ſale C. C. Et tale C. C. cum ☉e calcinatum commendatur vi diaphoretica cordiali in febribus malignis, & ſpeciatim in diarrhœa & dyſenteria epidemica maligna. Interim quæſtio ſemper fuit: an pulvis ille operetur magis ratione ſubſtantiæ cervinæ? an vero ratione ☉ in pulverem converſi? Et adhuc ſub judice lis eſt: an verum ſit, ſolutionem iſtam ☉is eſſe radicalem? Conferantur lites inter Agricolam & Dethardingium (cui ſpicula Kirſtenius fecit) hanc in rem habitæ, ex diverſis ſcriptis petendæ. Ego puto, illum pulverem plus de C. C. participare, præſertim cum ☉ corporale exin facilè reducibile ſit.

Cum Sulphure) Innuit hic Autor Zwelfferum, qui in *Mantiſſa Spag. pag.* 310. hos habet proceſſus, ex quibus emer-

emergit Baſilii **Purpur-Mantel**: nempe ſolvitur ☉ in ♀, hinc ſolutio, menſtruo abſtracto, cum ♃e calcinatur repetitis vicibus, ſic emergit pulvis purpureus; vel etiam amalgama ☉is & ☿ii ☽æ inditur, hincque ſeparato ☿io remanet pulvis ☉aris, qui cum ♃e calcinatus evadit purpureus: cui Baſilius Valentinus ſuperfundit ☁m ♁is dulcem, quem abſtrahit, hinc ♂um deſuper accendit; ita emergit pulvis levis, **der Purpur Mantel** dictus. Cæterùm commendant aurum ita præparatum inter diaphoretica, epileptica & analeptica: interim hanc laudem Autor in medio relinquit, præſertim cum remedium hoc rarò uſurpetur, imò rideatur ab iis, qui ☉ irreducibile pro uſu Medico expetunt, quod eſt perfectæ ejus ſolutionis ſignum.

☉is quoque crocus pag. 360.) Intelligit hic Autor Zwelfferum *in Mant. Spagyr. pag.* 369. qui per ſolutionem ſalium, nempe ☾i, ♁is & ☽nis in ▽ facit crocum ☉is: Vel etiam eadem ♁ia impaſtantur cum argilla & deſtillantur, ſic prodit ☁ ſolvens aurum; quod ſolutum cum ♁e tartari in crocum ♎ari poteſt: Ubi prior de ♍ aluminis participat; quando enim ſolutioni inſtillatur ♁ tartari, tunc hoc abſorbendo acidum aluminis ♍at ejusdem ♍am cum croco ſimul ☉is, ſicque non habetur pulvis ☉is ſalitarius.

Tinct. ☿ii) Hunc proceſſum habet Zwelferus *l. c. pag.* 321. & eſt is, quando crocus ☉is cum Tinctura antimonii crebriùs inſuccatur, quod incerare vocant: interim talis crocus juvat potiùs ratione Tincturæ ☿ii non autem ☉is.

Bezoardico ☉ari) Vires ſuas obtinet non quidem à ☉e, ſed ab antimonio: Vid. Schrœderus *pag.* 412. *& ſequ.*

Eſcoriis) Notum eſt ex aurifabrorum officinis, quod ☉ corruptum purificetur per ♂ in △ fuſionis, quod exprimunt ſubtiliores & ſublimiores Philoſophi per devorationem regis à lupo **der Wolff verſchlingt den König und gibt ihn reiner von ſich**: ita namque regulus ☉is puriſſimus in fundo crucibuli remanet; ſcoriæ autem relictæ dant ♂ ſolare, quod cum triplo ☾i fixatum, exhibet antimonium diaphoreticum ☉are: interim nec hoc plus præſtat, quam vulgare ♂.

Solis & ♂ii.) Dubium oriri poteſt in ſociatione antimonii & ☉is, an non cum ambo de ♃e ☉ari participent, unum aliud exaltet? Sed nil eſſe probat, quia ♂ diaphoreticum ſimplex idem præſtat: vid. Zwelfferus *Mantiſſ. Spagyr.*

Præcipitatus Solaris regulinus pag. 361.) Hunc proceſſum habet Schrœderus *pag.* 403. de quo conf. Collegium in Schrœderum.

☿io dulci ☉ari) Hunc refert Zwelfferus *Mantiſſ. Spagyr. pag.* 355. ubi ſociat cum Mercurio dulci crocum ☉is. Idem amalgama ☉are habet *pag.* 359. ſpontanea ♍ atione paratum.

Sed & absque Sole) Omnia hæc citata remedia ſunt quidem egregia, & ſpeciatim vi diaphoretica inſignita; quod verum eſt. Interim dicit Autor eadem & absque ſole viros ſe ſiſtere; quaſi diceret, horum exaltationem cum ☉e non eſſe neceſſàriam; ſi modò ſufficienter fixata & circumſpectè exhibita ſint, idem poſſunt præſtare, cum ☿ dulcis pulvis præcipitatus regulinus fixus & ☿ ♍tus per ſe notabilia ſint, etiam absque ☉e.

Inceratione per propriæ) Hoc ipſo intelligit Autor noſter unicornu ſolare Mynſichthii cum ☁u ex minera ☉is, utut parciſſimo, prolecto paratum.

☽aris vè) Zwelfferus ſc. ex ☽æ minera parat ☁um ſolventem.

Volatiliſationes, pag. 362.) Nonnulli & inter alia è Sole præparata illud volatiliſare, adeoque non per retortam ſolùm, ſed etiam per alembicum, mediantibus menſtruis deducere voluerunt, promittentes hoc ipſo ♌ aliquod Solis. Interim rectè Autor notat Schrœderum, allegantem ♌ aliquod ſupernatans ▽æ, dicendo: talia ♌ea nihil aliud eſſe, quam ♌ ♈; quod veriſſimum ſanè eſt. Poſitò autem, poſſe ☉ in corpus ♌ riforme redigi, illud tamen non eſſet adeò leve, ut ſupernatet ▽æ, ſed cum ♌ cinamomi & caryophyllorum quoque ſubinergi ▽æ videamus, multò minus ♌ ☉is ▽æ ſupernatare poterit.

Poſt reiteratas ſalinorum) Talem proceſſum habet Schrœderus, ſub nomine ☉i potabilis cum ☁u ♁is; ubi jubet ſolutionem affuſo Spiritu vini per alembicum abſtrahi: Verum ita prodit ſimpliciter Spiritus vini paulò concentratior ☉e & ☁u ♁is in fundo vaſis remanentibus. Et ejusdem valoris eſt illa Zwelfferi correctio & proceſſus Schrœderianus *p.* 368. *No.* 8. *in Mantiſſa Spagyr. pag.* 322. Sic alius & elegans modus volatiliſandi ☉ fit beneficio ☁ ☾i bezoardici, quò ipsò ſolutum ☉ per retortam poſſe deſtillari putatur, apparentibus hinc in ejusdem collo floribus in forma rubinorum & cryſtallorum elegantiſſimarum: quemadmodum proceſſum hunc inſinuat Schrœderus *pag.* 367. *No.* 6. At plenius habet Boyle *Experim.* 7. *de origin. formarum & qualitat.* Ubi tamen rubini iſti nihil aliud ſunt, quàm ☉ corporale, à menſtruo impetu △is per ☽am raptum; hinc namque iidem quoque levi ♎ris attactu re-

Digitized by Google

ſolvuntur in liquorem ☉inum, cum quibus eſt compactum.

Florum forma) Optimus modus eſt, ſi in vaſe argenteo, tubulo à latere inſtructo, ☉ fulminans ad gr. ij. ſucceſſive injiciatur; hoc enim cum ſtrepitu valido alembicum candeſcit, ejusque parietibus ſub pulveris ſubtiliſſimi & purpurei ſpecie adhæreſcit, à ſalibus per exploſionem liberatum. Flores iſti cum ♀u, cum ☉e volat. ☐æ acuato, elegantem ☉i tincturam ſuggerunt. Alium modum parandi hos flores per deflagrationem cum ♀, videbitis in Beguini Tyrocinio *Chym. pag.* 356. ex quibus floribus cum ℞ tartari extrahi poteſt elegans ℞, relinquens corpus album in ☉ irreducibile. Alium modum per retortulam cupream parandi flores ☉is ex hoc auro fulminante, vid. in Glaubero *P.* 2. *Furn. Philoſ. cap.* 26.

Gemma vitæ) Gemma vitæ, quam deſcribit Mynſichthius *p.* 25. maximâ ſui parte conſtat ex ſale; indeque dubium eſt: an illa ſalinâ vi? an vero ſolari, vim ſuam exſerat?

Elixir, per ſacchari colliquamentum pag. 363.) Intelligit hic Autor noſter illius Anonymi, qui Tackius eſt, Scriptum de Conſangu. ☉is, ſacchari, & Spiritus vini; ubi docet modum parandi ☉ potabile, colliqueſcendo ☉em cum ſaccharo, & cum Spiritu vini extrahendo. Interim parum illud de ☉e participabit, utpotè cùm ſacchari acidum non ſufficiat croco ☉is ſolvendo.

Quærimus in auro temperatum) Scilicet remedia ☉aria non habent alium uſum Medicum, niſi, ut blandâ diaphoreſi ventilent liquida corporis noſtri, aut quoque vi anodyna ☁uum impetus ſiſtant: ubi generale attributum omnium ♃rum nobiliorum metallorum eſt vi anodyna excellere (quod itidem facit lapis Philoſophorum in fluida adhuc conſtitutus forma) nec alium effectum poſitivum obtinere. Quod ſi ergò hâc vi non inſignita fuerint ☉aria, nihil erunt.

Cæterùm juſtum judicium de ☉aribus ferre volens quid conſiderare debeat, vid. in Colleg. Schrœder.

Tartarum ☉latum ☉arem) Hic ſimpliciter fit per crudi auri cum tartaro ☉lato combinationem: Conf. Hoffmanni *Clav. pag.* 610.

Rubinum ☉arem) Glauberus Solis crocum cum ☽o fixo tractando in rubinum redigit, continentem tamen ☉ crudum.

Vehementiores acores) Sc. ordinaria menſtrua pro Sole ſolvendo ſunt ♈, ☁☽i bezoardicus, &c. quæ dum rodunt ☉, coagulantur cum hoc; hincque aurum nunc ſtypticam, nunc corroſivam vim acquirit.

Ҩas inſuper extractiones) Talem Solis Tincturam habet Mynſichthius *pag.* 7. & D. Ganzland, cum ☌ deſtillato cinamomi paratam; quæ ipſa aura potabilia egregia ſunt propter ☌ deſtillatum cinamomi, quod eſt analepticum per ſe; color autem promanat ex ☌oiſto, coëunte cum ☉e Solis.

Ex carbonibus pag. 364.) Glauberum ſtrigillat, qui cum nonnullis ex ſilicibus rubicundis, carbonibus, & ſimilibus, ℞am ☉arem parare volunt, non ſecus ac Balduinus ex aura ☉ capere geſtit, habentque omnes pro fundamento hoc, quod omnia regna in radice conveniant, hinc ♃ carbonum eſſe ejusdem naturæ cum ♃e ☉ri. Interim poſito, ♃a iſta in radice convenire, non tamen ſequitur, eadem quoque in ſpecie convenire, unde & relinquamus ſilices ☉ares Salfeldianos Glaubero, Tincturam ☉is ex iis prolicere conanti: Sic & Ammelungius Tincturam ſuam vocat ☉arem, quæ tranſiret è ſilicibus iſtis dictis cum ☽o; putat enim in hiſce eſſe ♃ ☉are, quod per retortam ſimul tranſeat; ubi tamen iterum probetur: an ♃ eorum ſit ☉aris, an verò ♂ialis naturæ?

Mannam, rorem) Hæc plus in receſſu habent: Siquidem paratur ex his duobus ☁ ſeu menſtruum, ☿ mannæ dictum, cujus beneficio quidam Chymici calcem ☉is in Tincturæ corpus redigunt, propter participationem ſalis univerſalis: Conf. Borellus *Cent.* 1. *Obſ.* 6.

☁ ♄*ni*) Cum hoc paratur aurum potabile Franciſci Antonii ſeu Londinenſe, de quo vid. Borrichius de Hermetica Ægyptiorum Sapientia, *pag.* 290. & Hoffmannus *pag.* 213. Interim, quia ♄ni ☁ non multum differt à ♀, propterea nec ℞ iſta tanti valoris eſt; in operatione ſunt quædam encheireſes non contemnendæ.

Spiritum Microcoſmicum) Hic conſtat ex ☁ ☐æ, & Spiritu vini, imbibitque crocum ☉is.

Solis per Antimonium fuſionem, pag. 366.) Solis fuſionem cum triplo ♂ii inſtitutam pro purificatione Regis per lupum, putat Autor eſſe prodigalem, quæ tamen purificatio ☉is optima omnium eſt, cum ♂ii copioſum ♃ ſub △e rodat, abſorbeat & imbibat quælibet heterogenea, tam metallica, quam non metallica, Soli admiſta. Idem fit, quando in cineritio beneficio ♄i purificatur ☉; nam & hic ♄nus quælibet alia metalla imbibit, & ſic evadit ☉ purum, utut ☽ adhuc permiſta maneat.

Ducati) Optimi Ducati ſunt Corvini, ex puro ☉e Hungarico confecti; qui ſi habeantur, non opus eſt purificatione ☉is. Etenim ſiquidem ☽ illis adhæret, hoc, dum

Ducati

Digitized by Google

Ducati ſolvuntur in ♀, ſponte ſeparatum fundum vaſis petit.

Calcinationes) Subinde bis tervè quidam menſtruum cohobant à ſoluto ☉e, ut hoc eò magis diſſolvatur; interim non opus eſt, ſed hoc labore ſuperſedere poſſumus, ſi ſumamus pro triplici abſtractione triplum menſtrui, & ſolutio in diuturniore digeſtione ſervetur; ſic hæc tantum præſtabit, quantum frequens illa cohobatio, ut non opus ſit repetitâ abſtractione.

Sublimationes cum Ammoniaco ſale) Harum una cum triplo ⊖ *ci inſtituta ſufficit.

Cum ⊖is & ⊡e ~u) Glauberum innuit qui ſc. ſolvit ☉ cum ~⊖is, & ♒at cum ⊡e ~u, & ♒at.

Uſitatas reductiones pag. 367.) Scilicet hoc vult Autor, quod, quemadmodum proletariæ ☉is ſolutiones facilè ſunt reducibiles, ita quoque ſecretiores reducantur tribus modis: nempe

1. Per alcalia, v.g. borracem, ⊖ tartari, &c. cum quibus ſi fundatur præparatum ex ☉e, tunc poſt fuſionem ☉ corporale prodit, imbibentibus alcalibus ſub △e illa acida, cum quibus tractatum eſt aurum.

2. Per ♄num, fundendo præparatum ex auro in capella; ſic enim ſitibundus ♄nus quælibet acida abſorbendo, aurum corporale ſiſtit.

3. Tandem par ratio valet cum ♂io ita procedendo, quælibet heterogenea auri adhæreſcentia abſorbente: Unde ſi auro refinato affunditur ~⊖is rectificatus, hic extrahet colorem citrinum ex corpore ☉is, remanente in fundo corpore inſtar ☉is calcis. Solutio hæc tincta aſſumitur ad guttas aliquot intra corpus, tunc excrementa alvina nigerrimo colore inficientur, ſimili ratione atque ex remediorum ♂ialium uſu.

Jam porrò ſi pulvis ille in fundo ſub lunæ fixæ nomine hujusque ℞æ extracta tractetur cum borrace, aut aliis alcalibus fixis, irreducibilis manebit; ſin verò is ♂io combinetur, antiquum prodibit ☉: Unde putant ♃ antimonii Solare ingredi ☽am fixam, & eandem tingere in ☉em. Aſt res dubia eſt, & quæritur; an hoc fiat propter ℞am ex auro extractam, per ♂ verò denuò accedentem? an verò ob corpuſcula ⊖is intimiùs ſe illi jungentia, ut adeò hujus nativus color hic conſpici nequeat? Ex quo patet, quod poſito, ſolutionem aliquam auri non poſſe per borracem reduci, tamen illud per ♂ii regulum præſtabitur, abſorbentem ~um ſalis, & ita aurum priſtinum ſiſtentem.

Reliqua p. 368.) Præmoneo hîc circa ☽am, eandem dicatam fuiſſe à Veteribus capiti ex vana hypotheſi, ubi ſc. Tincturæ ☽ares cœruleæ ceu egregiæ contra vertiginem, apoplexiam, deliria, &c. iisdem fuerunt commendatæ, quæ tamen omnes ſunt ſuppoſititiæ, & potius ex ♀e, latente in ☽a, prodeuntes. Et ſanè, quemadmodum alias metalla inter ſe affinitatem habent, ita ☽ & ♀in radice adeò convenire videntur, ut in rerum natura vix ulla ☽a per ſe ſine contagio ♀is habeatur. Jam verò ♀ per alcalia iſta volatilia tractata, ſemper intenſe cœruleſcit, & colorem iſtum ultramarinum præ ſe fert, quem nunc ex ☽, nunc ex lapide Lazuli productam eſſe putant; cùm ſaltem productum ſit Veneris in ☽ vel lapide Lazuli latitantis. Et licet luna non ſemel, ſed etiam bis & ter in capella cum ♄no purificetur, non tamen hac ratione omnis ♀ ex ☽ ſolo ſaturno ſeparari poteſt, hincque Boyle *in Philoſ. Experiment.* fatetur, ℞am ☽æ genuinam non eſſe cœruleam, ſed albam: quinimò ego ipſe à Chymiatro quodam audivi, ſe ita poſſe ☽am à ♀e ſeparare, ut illa cum ⊡oſis menſtruis millies etiam tractata, neutiquam cœruleſcat, ſed obſcurè rubeſcentem ℞am ſiſtat: conf. *Volum. I. Act. Haffn. pag.* 132. Cum verò hæc remedia fuerint ad capitis affectus dicata, dubitatur: an ☽ adeò capiti conferat? uti vulgò dicitur.

Lapis Lazuli, pag. 369.) Hic & ejusdem frater nondum maturus, Lapis Armenus, imprimis participant de ☾lo ♀is, de ☽ parum; imò ſunt, qui & aurum è lapide Lazuli elici poſſe contendunt, quo de vid. Boetius de Gemm. Interim dubito hic, an iſte ſit verus lapis Lazuli? Qui lapidem Lazuli in ℞am cogunt, hi nauſeam illa ipſa concitantes, nihil efficaciæ ejusdem uſu in Praxi Medica præſtant.

Lunæ finæ ex Aqua forti cum muria præcipitato Magiſterio) Sanè magiſterium ☽æ nullius videtur pretii: poſito tamen, non conceſſo, ☽m uſum habere in corpore humano, Autor bina ſelecta remedia ex eadem ponit: unum ſiccum, eſtque hoc Magiſterium ex ☽, cum ▽ ſoluta, & cum muria ♒ata factum: ſi cum alcalibus ♒etur alcalia acido ▽ adhærent, & ſic novum concretum emergit.

℞*am quorundam ſiccam.*) Hæc fit ita:

℞. ⊖ *vol.* ⊡*e.*

Hocque pyxidi argenteæ inde, ſic illud ſucceſſivè rodit pyxidem in colorem cœruleum: Hoc ⊖ abluatur & extrahatur cum ♅, ita dicunt prodire eſſentiam ☽æ Lazuriam, cum tamen ſit ſimpliciter ea ℞ ex ♀e.

Liquidum pag. 370.) ⊡oſa hic allegata ☽am puram non attingunt, ſed ſi aliquid ſimili modo per ⊡oſa volatilia ex ☽ eliciatur, erit illud ſimpliciter ex ♀e, non vero ex ☽a; qualis Tinctura & hæc Autoris eſt. Imò obſerva-

ſervavi aliquando, cùm puero, ſub omnibus Lunæ mutationibus epilepſia correpto, daretur ℞ Lunæ, hunc toties vomitum paſſum quoties illam aſſumeret. Vis autem vomitoria ſaltem eſt ex ☿e.

E ☉oſis Lunæ cryſtallis) Proceſſum hunc vid. *l.* 2. *Furnor. Philoſoph.* Glauberi, ubi cryſtallos Lunæ cum ▽ factas beneficio ~ ⊖ *ci redigit in Tincturam cœruleſcentem.

Volatiliſationibus) Zwelfferus ſcil. Lunam in ▽ ſolutam cum ⊖ *co ≏at in flores cœruleos, ſed ☿eos; hosque cum Spiritu vini in ℞am reverà ☿eam extrahit.

Extractionibus) Extractiones Lunares ſemper ferè ſunt ſimul ☿eæ.

Aut Luna prius pag. 371.) Innuit hic Autor ⊕ Lunæ, quod Schrœderus habet; quando Luna cum floribus ♃is calcinata ſolvitur cum ▽ ſimpl. in Solutum ⊕laceum cœruleum. Par ratio eſt, ſi cum Mercurio calcinetur.

Per ♃ calcinationibus) Per calcinationem cementatoriam cum ſulphure, ſecundùm modum nempe Poterii, aperitur corpus Lunæ nonnihil, ut uſui Medico fiat aptior.

Florum inter nitroſarum cryſtallorum detonationes) Innuit hic Glauberum, qui cryſtallos Lunæ cum ▽ paratas miſcet cum ana ☉i puriſſimi, deinde miſturam carbonibus ardentibus injicit, ſic tranſit ~us ☉i, ubi ſimul transcendere putat flores Lunæ, ſed ſaltem ~ ☉i prodit, & ſi quid prodit, eſt ☽ corporalis.

Deſtillationem) Glauberus etiam cryſtallos Lunæ cum ▽ paratas ebulliendo cum ▽ & ♆o ſolvit, hincque iterum cryſtalliſatas deſtillat, ita prodit ~ ♆i volatilis, de ☽ nihil participans.

Vulgaris ⊕li Lunaris) Hoc fit Lunam in ▽ ſolutam in cryſtallos inſpiſſando: minus autem vulgare ⊕ Lunæ paratur, ſolvendo Lunam cum ~ ☉i, & ſimul ≑ando cum ~u ⊡æ l. ⊖ *ci, juxta Glauberum *Part.* 2. *Furn. Philoſ. cap.* 95. *pag.* 145.

℞ *è digeſtis pag.* 372.) Scilicet reverà corpus oleiforme ſupernatans ▽æ è ſolutionibus prolectum, eſt proles ♅ in ℞ redacti, ut in ☉o dictum.

♆ ⊕*lato Lunari*) Tartarum ⊕latum Lunarem vid. in Hoffmanni Clave: ſolutioni cum ▽ inſtillatur ℞ tartari, ≑atur calx Lunæ, nullius effectus.

♃) In hoc duæ ſubſtantiæ excellunt: quarum

1. Eſt pinguis & ℞oſa; unde Balſamus;
2. Acida mineralis univerſalis.

Illud conflagrat, hoc ferit nares:

Hinc porrò in præparandis ex ſulphure remediis duo ſcopi attendendi ſunt: vel enim ex eo efflagitatur ſubſtantia pinguis temperata, diaphoretica, eaque in ſpecie balſamica exiſtens: Vel ſubſtantia acida in febribus ardentibus & æſtuationibus, item ſolutionibus & extractionibus Chymicis uſitata.

Crudum ſelectius) Tale ♃ pro uſu Medico eligit Autor, nempe purum illud, nec quisquiliis alienis miſtum: cùm notum ſit, quòd ſubinde ♃i minerali communi quoddam volatile arſenicale miaſma & venenum ♃eum adhæreat; nihilominus tamen crudum ſulphur præfert ejusdem floribus, eò, quòd æquè ſub hujus ≑ atione illud arſenicale ſulphur aſcendere queat,

Citra præparationem pag. 373.) Hâc nempe triturâ ♃is cum ▽ non opus eſt, ſicut nec extractione, nec inceratione, quas habet Zwelfferus *in Mantiſſa Hermet. pag.* 307. dum liquefactum ♃ nunc in ▽ calcis vivæ extinguit, nunc cum cera liquefaciendo illud depurare intendit: Conferatur Thurneiſerus de Aquis mineral. Verùm his præparationibus defraudatur magis ſulphur ſuâ pinguedine, quæ tamen maximè deſideratur.

Cum ⊖is ~u) Hanc habet Glauberus *part. I. Oper. pag.* 105. præparationem, qua flores pariter ac ſulphur ipſum purificare intendit, ſicut & alii recipiunt ♃ crudum, huicque affundunt ~um ⊖is, ut inſtar paſtæ concretum emergat, quæ deſtillata ſuggerit liquorem lacteum, conſtantem ex ~u ⊖is & ♃e, ac admodum laudatum ad hydropem.

Sublimationem) Solent communiter pro purificando ſulphure id in flores ≑are, quæ ≑atio à præſenti ♃e eſt ſuperflua, cum, quicquid volatile eidem adhæret, hac ratione non corrigatur. Cæterùm, quemadmodum ſi flores expetimus ejusdem, iidem ex ♃e crudo ſimpliciſſimè parati ſunt optimi; ita, qui per addita varia acida fiunt, ut plurimum ſunt nullius pretii: annotante Hoff-Manno *Clave pag.* 300. Par ratio ergo, ſi ſublimatio florum ♃is cum coraliis additis inſtituitur, quaſi nempe aliquid ♃is ex coraliis unà in ſublime veheretur, vana eſt perſuaſio; non ſecus ac inanis operatio, quando flores ♃is unà cum gummatibus, v. g. myrrha, thure, maſtiche, croco, &c. ≏antur, quippe ſub ſublimatione florum ſulphuris, intenſiorem Δem requirente, gummata illa addita comburuntur, & empyreuma contrahunt, inde flores ſulphuris empyreumatici ſurgunt deterrimi ſaporis & odoris, imò & virtutis deſtructæ exiſtentes.

Formulas, pag. 374.) Quia Sulphur crudum ſelectius & flores ejusdem poſſunt ex tempore aliis remediis admiſceri, hinc non

opus

opus habemus compoſitionibus ex ſulphure prælongis.

Pulverem pag. 375.) pectoralem polychreſtum hic intelligit Autor, conſtantem ex ana ſulphuris puri, radicis irreos Florentinæ, & radicis aronis: quæ tria ſunt pro pulvere pectorali aliis admiſcendo. Prodeſt hic pulvis in affectibus pectoris à lympha ☉ſa acri oriundis: & ſi combinetur cum opio, medebitur tuſſi catarrhali; ſicut cum Antihectico Poterii in metu hecticæ, & cum ♂io diaphoretico in metu pleuritidis ſuppuratæ aut quoque empyematis, egregius erit.

Lac ♃is) Sylvius de Phthiſi §. 191. Sulphur crudum ſeu ejus flores lacti ♃is anteponit, Conf. Colleg. Schroeder.

Florum extus albificatorum, pag. 376.) Sunt quidam ita operoſi, ut ♃is floribus per acida, nempe ☊i vel ☉is ☁um, eosdem tractando colorem albicantem concilient; ubi tamen loco ipſorum lac ♃is ſufficere poteſt.

Balſamicorum) Balſamorum omnium fundamentum hoc eſt, quod præprimis ♁oca deſtillata, & hinc expreſſa quoque, turgeant ☉e volatili ☊oſo, ſicque eorum ſalia agant in pinguedinem ♃is occulte acidam, hancque pro more omnium alcalium ſolvant, ut adeoque ab oleis iſtis ſulphur ſolutum denominetur Balſamum ſulphuris, interno pariter pro uſu, quàm externo chirurgico, egregia. Cæterum præfert Autor Balſamum ſulphuris terebinthinatum, qui in phthiſi ſpecificus eſt, itemque in nephritide, & ſpeciatim in mulierum affectibus, obſtructione menſium, & torminibus abdominis, ex acido viſcido natis; ſicut loco ♁oei terebinthinæ cum ♁eo deſtillato fœniculi vel aniſi paratus balſamus ſulphuris dicatus eſt pectori; item cum ſuccini ♁o pro affectibus nervoſarum partium; & tandem juniperi ♁eo pro renum affectibus: ac doſis omnium eſto guttæ x. xv. ad ſummum xx.

℞*is illis*) Sunt, qui ex ſulphure crudo per Spiritum vini parant ℞am; interim tamen parum ♅, niſi imprægnatus fuerit ☉e tartari, ex ſulphure elicit: Alii à balſamo ♃is terebinthinato abſtrahunt ♅, hincque ex magmate extrahere volunt ℞am; ubi tamen hæc parum de ♃e participat.

Coraliſato) Ex coraliis taliter nihil extrahitur.

♂*iato*) Hic balſamus paratur more conſueto loco ♃is communis ſulphur ♂ii auratum ſumendo, & ſanè egregius hic eſt pro uſu externo: Conf. Polemannus.

E crudo) Si è ſulphure parandus eſt balſamus, vulgò ad part. j. ♃is ſolvendi dum olei ſolventis ſumere præcipitur, cum tamen potius partes jv. vel vi olei, uni parti ſulphuris reſpondeant; & quidem non per digeſtionem diuturnam, ſed ſimplicem ebullitionem procedendo in ☽a, adhibendo paulò fortiorem ♎em, ſic intra horæ ſpatium fieri poteſt.

♃is hepate) Præparatio hepatis procedit viâ ſicca ita: nempe

℞. ♃*is*
☉ ☿*i* à part. æqu.

Liquefacta in crucibulo exhibent corpus rubrum, hepar dictum: Huic adhuc calido affunditur ♅, ſic emergit ℞ Sulphuris elegans intenſe ſaturata.

Vel & affunditur hepati illi ♁ terebinthinæ internè; vel hyoſcyami vel raparum pro uſu externo: Sic genuinus paratur Balſamus ſulphuris; quippe dum alcali illud fixum diſſolvit pinguedinem ſulphuris, hincque ♅ ſuperfundatur, radicaliter fit ejusdem ſolutio, & elegans fit ℞ ♃is.

Cum ammoniaci conſimilive urinoſo ſpiritu p. 378.) Taliter parata ℞ ♃is alius eſt uſus, & conf. Boyleus Tr. de coloribus, ubi docet hunc modum: Nempe

℞. ♆*æ*
☉ ✱*ci* à part. æqu.
♃*is* part. dimid.

Deſtillat per ☽am, ita prodit ☁ rubicundiſſimus ſeu ℞ ſulphuris inſtar ſanguinis rubra, à ☁u ☉ ✱ci ſoluta.

Cæterum hanc ℞am non adeò æſtimamus, quippe ſi tantillum ♈æ eidem adſpergatur, crudum denuo Sulphur ♒atur, vel etiam, ſi aliquandiu aſſervetur, ☁u volatili ſponte exhalante, crudum ♃ in fundo ſubſidet.

♑*am*) Mineralia & Vegetabilia ſulphura cum alcalibus ſoluta, ſi iisdem calidis intingatur ☽, hanc inſtar ☉is, ſed ſuperficietenus, rubificant: Sic ſolvi cineres in ♈a & pulvere carbonum inſperſa, ſolutioni filtratæ fervidæ immiſi monetam argenteam, quæ tincta fuit colore flavo.

♁*ſus ille liquor*) Hunc Schrœderus *pag.* 507. habet ſub nomine ♁ei ♃is Cloſſæi; cujus proceſſum tamen rectè hic Autor corrigit.

Reliqui communes) Præparationes ſulphuris reliquæ cum pumice *p.* 507. ſub nomine olei ſulphuris ☉ati, item cum colchotare factæ in Schrœdero & aliæ ſunt ſaltem luſus quidam.

Externum Balſamum p. 379.) Docet nunc Autor noſter parare Balſamos ♃is ad extra cum ♁ hyoſcyami, vel papaverino; quæ ſi deficiant, ♁ nucum expreſſum aſſumi poterit: Talis Balſamus in mammarum affectibus, & omnibus recentibus vulneribus & ulceribus egregius eſt. Imo mihi conſuetum, ut

Digitized by Google

recipiam ♁o infum florum hyperici, cui addo ſextam vel octavam partem olei terebinthinæ: dein in ☽ta vel cucurbita, addendo flores ſulphuris, ebulliendo compono Balſamum ſulphuris vulnerarium ad extra, quòd citò, tutò & jucundè curat vulnera.

Amygdalino) Cum hoc ♁co paratur Balſamum ♃is externum Rulandi, cujus deſcriptionem habet Rolfinccius *Chym. pag.* 224. Interim, cùm ſal Tartari nimis ſit acre, potius ſolvatur ♃ in ♁co illo, hincque addatur camphora, quæ conſtat alcali volatili oleoſo; quod Balſamum in caſu inflammationum abſorbendo acidum, eſt nobiliſſimum.

Conſimile è Sutoria pag. 380.) Emplaſtrum dia ♃is optimum fieri poteſt ita:

℞. *Pix Sutoria*:

Cui liquefactæ inſpergatur ♃ minutiſſimè pulveriſatum, vel myrrha, ceruſſa & alia pro diverſis intentionibus: hinc benè agitata redigantur in formam emplaſtri, quod extendendo ſuper lintea pro emplaſtro dia-ſulphuris Rulandi extemporaneo poteſt adhiberi.

▽ *calcis vivæ*, ♃*e ſaturata*) ▽ *calcis vivæ*: cui incoquatur ſulphur, & addito parum ☿, eſt remedium externum in ſcabie, abluendis ulceribus, eryſipelate, &c. egregium. ▽ calcis vivæ, ſulphur, & ☿ pro quibuſvis indicationibus Chirurgicis ſufficiunt.

Spiritus) Acidum hujus Sulphuris per ſe collectum dicitur ∽; ubi tamen notandum, quod Spiritus Sulphuris & vitrioli ſint unum & idem, cum acidum ſulphuris in mineris, venam ♂is & ♀is rodendo, in ☉lum coëat, quod & deſtillatum exhibet Spiritum.

Hoc probatur: ſi enim recipiatur ♃ & limatura ♂is, & invicem calcinentur in crucibulo, tunc ſulphuris ∽ acidus rodit ♂em; hinc mixtura extincta in ▽ ſimplici & evaporata dabit ☉lum Martiale, quod deſtillatum dat ∽um ☉li acidum, qui eſt ∽ ♃is, quem prius imbiberat Mars ſub calcinatione; Ut itaque præſente Spiritu ☉li rectificato carere queamus Spiritu Sulphuris. Interim ſi non fuerit ∽ ☉li rectificatus, & participet de ſubſtantia Martis & ♀is, (quæ ſimul ſub ignis tortura per retortam tranſeunt, ubi tamen ſuſpecta eſt ſubſtantia metallica) tunc melior eſt Spiritus Sulphuris; præſertim cùm ejuſmodi Spiritus Vitrioli inſtar ▽æ limpidus, poſt aliquot ſeptimanas in vitro aſſervatus evadat obſcurus; nempe ſubſtantia metallica ſponte præcipitatur: contrà Spiritus Sulphuris ſemper manet immutabilis. Jam verò fundamentum ∽ ſulphuris parandi conſiſtit in hoc, ut pinguedo ejuſdem à ſubſtantia acida ſeparetur, adeoque ſeorſim habeatur Spiritus ſulphuris: Hoc autem optimè fit, ſi pinguedo inflammetur; ſic enim acidum ſeorſim acquiritur, nec deflagrat illud contra Beckium.

E campanis pag. 381.) Si paulò copioſum Spiritum per campanam habere velimus, incendatur in eodem conclavi, ubi eſt campana, ☉; hac enim ratione acidum hoc ☉i inſtar magnetis ſe habet, ♃ris acidum allicientis, adeoque ſulphure incenſo acidum ejus intendentis in ſe parciſſimum. ⊖ ex ☿ ſpiritus ſulphuris parat idem Schrœderus, interim niſi illud denuò ſpiritu ſulphuris irroretur parum aut nihil accipietur.

Perfumationibus) ▽ ſimplex ſulphure acidulata prodeſt vel per ſe pro corpore Juleporum, vel rectificata pro ſpiritus ſulphuris collectione.

Liquorem in florum confectione) Scilicet dum ♎antur flores ſulphuris, in ſupremo alembici foramen aliquod relinquendum eſt pro phlegmatis, vaſa aliàs rumpentis, prolectione, quod ejuſdem naturæ eſt cum phlegmate Vitrioli acido. Quidam apponunt recipiens.

Factitio ✻*co*) ⊖ ſc. ✻cum eſt compoſitum quid ex minerali & animali regno.

Flores pag. 382.) Nempe ⊖is ✻ci purificatio ita inſtituitur: Solvitur ⊖✻cum in ▽, hincque ſolutio immittitur cucurbitæ altæ, ſupernâ ſui parte anguſtæ evaporaturque per Arenam, ſic phlegmate evaporante ⊖✻cum puriſſimum lateribus vaſis adhæret, quod ſufficere poteſt internè pro ſcopo diaphoretico. Interim communiſſimus modus eſt ſequens:

℞. ⊖✻*ci.*
tart. à part. æqu.

Deſtillantur blando igne, ita prodit ſpiritus ☐oſus, & volatilis: hinc ☿ in cucurbita alembico ſuo munita paulò intenſiore △e urgendum eſt, ita aſcendunt flores ⊖✻ci flocciformes & lanuginoſi candidi, & egregii pro ſcopo diaphoretico & ſtomachico.

Coralia) Sunt, qui miſcent anaticam aut duplam partem ⊖✻ci cum j. parte Coraliorum hæcque probè trita ſublimant; ſic acquirunt flores ⊖✻ci nonnihil incarnati coloris, ex quibus quidam Tincturam Coraliorum, utut parciſſimam, parare geſtiunt; ſicut ex adverſo alii ex ☿uo relicto eandem quærunt, at itidem parciſſimam.

Martiales) Ex ⊖✻co cum limatura Martis ſublimato triplices acquiruntur flores: nempe in ſublimiori vaſis loco apparent candidi; in medio verò flaveſcentes, & ſulphure ♂is aliquantulum impræguatæ;

in fun-

Digitized by Google

in fundo verò nigri. Cæterùm quemadmodum priores in affectibus hypochondriacis præ ♂ialibus aliis nullam prærogativam habent, ſed purum ⊖ *cum ſunt; ita nigri flores ſunt ſtyptici, & in liquorem intenſiſſime ſtypticum, præ ℞ tamen vitrioli & ♂is nihil peculiare obtinentem, reſolvuntur.

*Subtile illud *cum, pag.* 383.) Si ~ acidus quoque miſcetur cum aliquo ſale volatili, obtinetur inde ⊖*cum quoddam medium, quod tamen nullam præ ſale ammoniaco communi prærogativam habet.

E ♂iali) Remanentia è ⊖*co & ♂e, aut hæmatite, in deliquium prona facile in liquorem intenſe ſtypticum fluit.

Salis ♂is purgantis) Hoc non purgat; quin potius eidem merito ſubſtitui poteſt vitriolum ♂is, idque præcipue ex minera Martialis ☉ari paratum.

*Ex *co acidis ~ibus, pag.* 384.) Sunt, qui volunt ex *co acidum ~um parare, præſertim cum huic combinatum Sal commune adhuc habeat ſuum ~um acidum. Zwelfferus parat talem, miſcendo hoc ⊖*cum cum farina: ſed hoc modô prodit inde liquor acidulus quidem, qui tamen eſt ex farina, & non ex ⊖*co; ſicut quem habet Autor *pag. præcedente* ex Sale eſt, cujus ~ acidus ſecum ſimul rapiendo particulas ſubtiliores ♂is flaveſcit, hincque aliquali ſapore ſubdulci præditus eſt.

Nonnemini nuper) Zwelfferus ſc. ~ ⊖is Martialem ex ♂e & ⊖*co parat, qui tamen prærogativam nullam præ ~u ⊖is communis habet.

☿ *fixum *cale, pag.* 385.) Innuit hic Autor fixationem ☿i cum ⊖*co factam, cujus modum docet Wedelius *Anno* 2. *M. A. N. C. pag.* 298. qui partibus ij. vel iij. ☿i fluentis in crucibulo, ingerit part. j. ⊖*ci, ſic inflammatur ☿, & alcaliſatur in ☿ fixum. Interim fixatio hæc non eſt adeò laudabilis, cum tarde inflammatio fiat, flammaque non continuetur, indeque acquiratur ☿ ſaltem ſemifixum; magnam partem ex ☿o crudo & aliqua tantum ☿i fixi conſtans. Potius ergo ☿ figatur per ſubjecta ♀ea.

Selectior pag. 386.) Si ſelectior & quaſi per ſe cryſtalliſatus fuerit Tartarus, multis laboribus circa depurationem ejuſdem requiſitis ſuperſedere poſſumus. Etenim per hanc ſubtiliſſima ejus pars Tartaro ſolet ſubtrahi, poſteaquam ordinariò obſervamus ſub ebullitione Tartari acidum aliquod volatile nares ferire, ut taceam, ſeparari hác ratione ſaltem recrementa quædam ex Tartaro lignea, vel ſubtiliorem quendam pulverem; quæ tamen in ſelectiore illo & per ſe cryſtalliſato non inveniuntur, cujus craſſiores arenoſitates hâc ratione cum ▽ fervida ex Tartaro non ſeparantur; cùm ſi acidum Tartari poteſt ſolvere coralia, multo magis quoque ſolvere poſſit has arenulas. Diceret quis: atqui ineſt Tartaro ▽ei quid ſeparandum! Reſp. Fæcem illam ▽eam eſſe ⊖e volatili refertiſſimam, adeoque potius retinendam, utpote à quâ maxima virtutis diureticæ pars promanat. Si autem depurandus Tartarus fuerit, ſemel tantùm id fiat; nam quò ſæpius depuratur, eò magis caſtratur Tartarus.

Cremoris ac Cryſtallorum) Horum ſinguli non ſpeciatim colligantur, ſed ſemel depuratus ſponte cryſtalliſari permittatur. Cæterum in cryſtallis non ratò impoſtura eſt, quippe grandiores illi præparari ſolent additione aluminis, cujus tamen uſus abſterſioni & deterſioni repugnat.

Pulveris digeſtivi, pag. 387.) Notus eſt *Pulvis hepaticus rubeus Dreſdenſis*, **das Sauff- oder Leber-Pulver** dictus, conſtans ex *Cremore Tartari*, *Tinctura ſantali*, & *Spiritu Vitrioli*: de quo confer. Rolfinccius, *Chym. pag.* 289. leniſſimo vero calore exſiccandus eſt, quod notetur. Interim ille à Cremore Tartari nil peculiare obtinet, niſi quod acidior ſit propter ~m ☽li, adeoque ſtomacho magis amicus, minus tamen abſterſivus. Cæterùm B. D. Michaëlis ana eboris ſine igne & pulveris hujus epatici ægris phlogoſibus ex primis viis laborantibus, item in caſu ardoris à crapula, & vini abuſu, propinare fuit ſolitus pro ſcopo abſtergendi; cui tamen cremor tartari commodè ſubſtitui poteſt: Uſurpatur ante convivium, pellit ☉am, excitat appetitum, & abſumit cruditates.

Vegetabilium) Zwelfferus *pag.* 401. *Mantiſ. Spag.* habet Tartarum cum fragis inſuccatum: reverà tamen parum de ſuccis vel decoctis horum Vegetabilium ejuſmodi Tartari participant, ſed eſt ſuperficialis curioſitas.

Tartarus aluminoſus) Hic pro febribus fugandis ex Rolfinccio *pag.* 289. conſtat; Sed curat quidem febres, aſt palliativè, nec adeò tutò, quin facilè recidivent: Unde potiùs alcalia & ▽ea loco illius ſufficere poterunt.

Chalybeatus) Tartarus chalybeatus, compoſitus ex Tartaro & ♂e, præ cæteris in uſu eſt, & in morbis chronicis, cachecticis hypochondriacis & ſpleneticis egregium eſt remedium. Præparationes autem variant, ſicut videre eſt ex Schrœdero, & Zwelffero *Mantiſ. Spagyr. pag.* 412. paucis tamen ſit, v. g.

℞. *Crem.* ♀i part ij.
♁*li* ♂*is ritè* (& præprimis ex minera Martialis ☉ris) parati part. j.

Solutioni vitrioli Martialis calidæ immittatur Tartarus vel cremor ejus, ebulliendo invicem blando igne; hinc omnia ſoluta permittantur concreſcere in loco frigido, aut ſaltem ebulliendo inſpiſſantur in mellaginem, ut conſiſtentiam duram acquirant; ita factus inde pulvis commodè doſi, gr. xv. ad ℈j, & robuſtis ad ʒß. dari poteſt.

Vel & alio modo (quo emergit ℞ ♁li ♂is Zwelfferi ſicca) parari poteſt Tartarus chalybeatus ita: nempe

℞. ♁*is eſſent. tartari* (quod eſt reverà *tartar. regeneratus*) part. ij.
♁*li* ♂*is* part. j.

Hæc trita in mortario lapideo liqueſcunt in pulpam rubicundam ſub tritura, blando igne ſiccandam & pulveriſandam; ita emergit pulvis obſcure rubeus ſeu tartar. chalybeatus, in morbis chronicis doſi gr. xv. ad ℈j. mihi uſitatus.

Sal Tartari) Hoc eligit Autor: utut enim nulla ſpecialis inter alcaliſata intercedat differentia, indeque cinis clavellatus ſæpiùs ſatisfaciat intentioni; tamen, quia ſub deſtillatione ♒ tartari ſponte ſe offert ♁ illud, hoc commodè in uſum adhiberi poteſt. Cæterùm loco hujus ex tartaro eliciti, in locis, ubi vitis copioſus creſcit, & ſal ſarmentitium ſubtilius & minus acre præ ♁e tartari communi eſſe poteſt.

☿*uo, etiam ulterius non calcinato, pag.* 388.) Sunt qui caput mortuum tartari ſemel elixiviatum de novo calcinant, & iterum elixiviant; interim hoc labore opus non eſt.

Cum ♆*a vel ſupra martem*) Sunt, qui pro acuendo Sale tartari fixo illud cum ana ♆æ in crucibulo fundunt, aut ſaltem calcinant, hincque elixiviant materiam; ita ♁ cauſticum acquirunt: quale itidem obtinetur, ſi ſal tartari cum dimidio limaturæ ♂is calcinatur.

Citra figulorum) Sunt, qui ex ignavia Tartarum figulis calcinandum in ſal concredunt: interim, quia hâc ratione ♒ tartari penitus evaporat & deperditur, propterea potius poſt deſtillationem ejusdem ſal elixiviatur. Tandem aliqui ♁ tartari paratum denuò calcinant, usque dùm cæruleum colorem illud acquirat; interim nec hoc neceſſarium eſt, quippe hac ratione diuturnioris calcinationis negotio ſal tartari tandem in ♆eam ſeu cineream fæculentiam abit, adeò, ut quantum per diuturniorem calcinationem quoad colorem cœruleum accedit, tantum idem in calcem ♆eam ferè mutetur, quod cuncta & alia ſalia fixa toties calcinata experiuntur, accedentibts imprimis eorum in ▽ extinctionibus.

Qui fixius tale quid de ſubito) Hoc eſt, qui ♁ Tartari fixum ex tempore facere vult, is recipiat ana ♎i & tartari, hæcque in crucibulum candens injiciat, ſic calcinando & detonando dant ♁ tartari fixum. Interim tamen id non eſt purum alcali, juxta Autorem noſtrum, ſed de ♎i acido ſemper aliquantulum participat, & occultè acidum manet. Hoc probari poteſt ex eo: quippe ante annum calcinavi ♉ crudum cum ana hujus ſalis tartari, ex ♎o, & tartaro facti in via humida, ita alcali hoc compoſitum ſolvebat ♉ in colorem croceum, huic lixivio filtrato inſtillabam acetum deſtillatum pro ſulphure ♉ii ♆ando; aſt nihil cadebat, ex hac ratione, quod ♎i acidum in alcali illo compoſito intenſius eſſet, quàm acidum aceti deſtillati, unde nil potuit præcipitari: è contrà recipiebam & ♁ Tartari ſolutum, idque permittebamus ebullire cum ♉io, lixivio facto inſtillabam acetum, & ecce! mox cadebat Sulphur Antimonii. Adeò ergò ad ſubtiliora producta chymica Sal Tartari purum, non verò hoc compoſitum fixum, recipiendum eſt.

♋ *tædioſe per deliquium, pag.* 389.) Alcaliſata quælibet, qualia ſuó modo, ut Tacchenius loquitur, vacua ſunt corpora, hinc facilè humiditatem ex ♎re attrahendo, in liquorem craſſiuſculum ſolvuntur, ♋ Tartari per deliquium vocatum perinde ac ſi ſoluta eſſent cum ▽a: ubi tamen, ſi ſolvatur ſal tartari, v. g. in ▽, idem præſtabit ſolutio, quod ♋ tart. p.d.

Tartari ♁*lati*) Sunt qui tartarum ♁latum pro catholico digeſtivo commendant, aſt male; cum obſervaverim acrioribus ſuis ♁ibus varia Symptomata in primis viis excitaſſe. Cæterum paratur hic ita:

℞. ♁ *tart.* in ▽ ſolutum:

Hinc guttatim inſtilletur ♒ ♁li usque ad punctum ſaturationis, ita cadit ſubſtantia ♆ea: liquor autem filtratus & evaporatus concreſcere permittatur in cryſtallos, Tartari ♁lati vulgaris nomine venientes.

Vel etiam genuinior eſt modus Tacchenii in Clave ſua, non ex ♒u ♁li, ſed ♁lo ♂iali depurato, cum parantis; ita enim prodit pulvis ſalino-amarus polychreſtus, cadente ſimul croco aliquo ♂is inſtar croci, internè uſurpando pro ℞ ♂is adſtringente, item externè pro ulceribus inſerviente.

Elegantior adhuc) Elegantior tartarus ♁latus eſſe putatur ab Autore, ſi recipiatur tartari tartariſati ſolutio in ▽ facta, huicque inſtilletur ♒ ♁li, dein clarus ille liquor in locum frigidum ad cryſtalliſandum repo-

Digitized by Google

reponatur; ita emergit tart. vitriolatus majore acore præditus, loco cujus tamen tartarum ⊕latum ego commendo.

Alias noxas pag. 390.) Si quæ noxæ è tartaro ⊕lato ſurgunt, debent illæ ⌢ui vitrioli non debitè rectificato, adeoque de liquamine ☿eo participanti, originem: nam hac ratione ſæpius vomitus, ejus uſum inſequitur.

Succis concretus) Zwelfferus *Mant. Spag. pag.* 417. Tartarum ⊕latum purgantem ex ingredientium vegetabilium catharcticorum ſuccis introduxit: interim tamen ille parum de vi purgante participat, cum hæc tàm ab acido quàm alcali adjunctis caſtrata ſit.

Mineralibus) Sunt, qui Tartarum vitriolatum cum mineralibus (ſicut de ♃iali & ♂iali ſuprà dixi) & metallis imprægnant: interim tamen ille de his participat parum, cum ſub ſui coalitu maxima pars metalli excludatur. Potius ergò tartaro ⊕lato ex tempore ♂ialia vel ♃ialia alia metalla addi poterunt.

Ex eſſentiali ⊖e tartari) Ex hoc, inſtillatione Spiritus ⊕li, poteſt & Tartarus ⊕latus confici: interim idem eſt corpus.

⊕atus) Tartarus deſcribitur à Mynſichthio *p.* 16. qui tamen parum de ſale tartari participat.

In ultimo nitri) Sc. ⊕ ſolvitur in ▽ ſimplici, hinc additur ☽ei tartari parum; ita ebulliendo ⊕ optime depuratur: poſtmodum mixtura in loco frigido recondita concreſcat in ⊕, & inſpiſſatione redigatur in tartarum ⊕atum.

Tartariſatus Tartarus pag. 391.) Tartarus Tartariſatus ita conficitur:

℞. ⊖ *Tartar.* part. iß. vel ad ſummum part. ij.
Tartari crudi, l. ſemel depur. part. iij.

His miſtis affundatur ▽ ſervida invicemque nonnihil in loco calido ebullire permittantur; ſic alcali ⊖ Tartari agit in acidum tartari, & efferveſcunt nonnihil, tandem efferveſcentiâ ceſſante, filtratus liquor per phlegmatis evaporationem in tartarum tartariſatum redigatur; ita eſt egregium deterſivum & blandè laxativum: interim rarò per ſe tartarus ille tartariſatus poteſt aſſervari, quin propter alcali copiam liqueſcat in loco humido; unde potiùs cryſtalli infundi ſolent in ☿ ſolvente eos, adeoque poſtmodum ſub forma ℞æ diureticæ poteſt exhiberi. Simile eſt remedium ex tartaro modernorum fermentato, quando alii lixivio ⊖ tartari inſpergunt tartarum crudum pulveriſatum, continuando hoc, donec ceſſet efferveſcentia, dein filtratum liquorem per phlegmatis evaporationem in cryſtallos laminiformes concreſcere ſinunt, quæ tamen itidem ſunt tart. tartariſatus, in ☿ ſolubilis.

Balſami Tartari) Autor noſter hic inſinuat Zwelfferum *pag.* 417. *ex Mant. Spagyrica.*

Nephriticæ titulo) Hujus ℞æ Autor eſt D. Sulzbergerus, & ſequenti modo paratur:

℞. ♆*æ* part. ij.
Tartari crudi part. j.

Hæc perfundantur copioſa aquâ frigidâ, probeque ebulliant ad △em; ita enim perfectè alcaliſatur tartarus à ♆a: quo facto liquor filtratus inſpiſſetur in conſiſtentiam ⊖is, cui affundatur adhuc calido ☿ rectificatus, Tinturam rubicundam ſaporis ⊡oſi hinc extrahens.

Vulgata) ℞ tartari alias dicta & nota eſt: nempe

℞. ⊖ *tartari ritè paratum*:

Huic calenti adhuc affundatur Spiritus vini probè rectificatus, vaſeque clauſo in △e ∴æ materia diu digeratur; hac enim ratione ☿ imbibit aliqualem alcali tartari partem, quod ſapor ⊡ſus docet, ſimulque ſulphur vini textura ſuâ alteratum rubeſcit.

Doſis hujus eſt ℈j. ad ʒß. usque ad ʒj. egregiè ſolutiva exiſtit, acidi deſtructiva & diuretica. Cæterùm perinde eſt, ex quocunque ⊖e tartari hæc ℞ paretur: Utut enim verum ſit, non multum ⊖is tartari ☿ imbibere, aliquid tamen ejus imbibit, ſapore teſtante: Interim hujus ℞æ loco & tartari tartariſati liquor uſurpari poterit.

Spiritus vini rectificatior pag. 392.) ☿ ⊖i tartari affuſus, intercedente digeſtione longa aliquam partem imbibit: vel etiam Spiritus vini adhuc phlegmaticus ſali tartari affuſus, ratione ♎is ſui hoc imbibit & ſolvit, parte illius ſpirituoſa ſupernatante, & parum vel nihil de ⊖e tartari participante.

E Sale Tartari cum ſilicibus liquato) Glauberus multa pro more ſuo fabulatur de liquore ſilicum ceu ſubjectorum admodum ♎eorum; hinc & nonnulli, dum funditur in crucibulo ſal tartari, adjiciendo pulverem ſilicum (alcali enim tartari agit in ♎ ſilicum) vitrum acquirunt, in loco frigido per deliquium facilè fluens: ſicut alii tartaro crudo pulveriſato affundunt ⌢⊖*ci* ⊡oſum in loco calido, & aliquid de acido imbibentem; ubi tamen loco tartari crudi potiùs ſal eſſentiale tartari in ⌢u ⊖*ci* ſolvendum eſt.

Arcanum illud ſeu ſal eſſentiale tartari) Scil. ▽am foliatam tartari tradit Zwelfferus *in Mant. Spagyr. Confer. Collegium Chymicum.*

Digitized by Google

Longè compendioſius p. 393.) Vulgò in præparatione liquoris ♆æ foliatæ tartari jubetur, ut recipiatur ⊖ tartari ℔ß. huic affuſa ℔j. aceti deſtillati, phlegmatis fiat abſtractio, affundendo remanentiæ novum acetum, abſtrahendo hoc tamdiu, donec acetum deſtillatum eodem ſapore, quò affundebatur, redeat: Verùm ſumatur potius juxta Autorem duodecuplum vel ſedecuplum aceti vini deſtillati reſpectu ſalis tartarii, hæcque mediante digeſtione uniantur, deinde quoque unica ſimiliter Spiritus vini abſtractio adminiſtretur; ſic bino labore confectum habebimus ⊖ eſſentiale Tartari.

Abſtractus in illa ſalis tartari ſaturatione liquor pag. 394.) Hoc eſt, quando ab aceto deſtillato ſaturatum eſt ⊖ tartari, tunc prodit phlegma quoddam acidulum, quod inſtar Spiritus mellis vel Guajaci inſervit ſolutionibus opii, & purgantium Vegetabilium, item marinorum, lapillorum cancrorum & coraliorum.

Arcanum tartari ⊖i viperino) Illuſtrat Autor *locum illum ſupra pag.* 300. obvium: nempe ſunt, qui ſalia volatilia figere volunt vel per acida, vel per ☿; ac quidem per illa fit Tacchenii fixatio ſalis viperini per ⊖is eſſentialis tartari ana vel duplum, ad part. unam ⊖is volatilis; ita acidum tartari imbibit hoc, & apparenter figendo retinet. Cæterum loco hujus ex tempore ſalia volatilia cum ejusmodi ſalſis combinari poterunt, hinc fit remedium antihypochondriacum Zwelfferi: recipit ⊖ eſſentiale tartari, illudque in ſ. q. ☁ ⊖ *ci* ſolutum, commendat in malo hypochondriaco: ſicut & ex tempore præſcribere poſſimus loco digeſtivi in morbis chronicis:

℞. *liquor.* ♆*æ foliatæ tartari* ʒij.
☁ ⊖ *ci* ʒj.
Miſta dentur ad gtt. xxx. xl, l.

Sal Tartari volatile, ſive ſpiritus ſalis tartari) Nempe ex omnibus vegetabilibus diureticis vix meliora nobis, imprimis Europæis vino abutentibus, magis proficua diuretica proſtant, quàm ex tartaro parata, utpote quæ in radice cum vino ſymbolizantia acidum optimè corrigunt, & per ⊡am evacuant. Cæterùm fiunt hæc volatilia vel ex tartaro crudo, vel ex ejusdem ⊖e fixo.

Salis tartari ſelectum pag. 395.) Proponit Autor hic, dicendo: illud ſolum ex ☁ deſtillati ☿uo aſſumendum eſſe, nec calcinationem ejus ad cærulitatem usque inſtituendam, utpote oriundam ex concremationem ſalis iſtius, & in ♆eam ſubſtantiam deſtructione; quin potius cauſticum illud ſeu acuatum, & per diuturniorem digeſtionem mediante mediocri calore in furno digeſtivo exaltatum, ſumendum eſt hocque pro parando ☁u volatili ⊖is tartari eligit, aut quoque ex calcinatis vini ſiccis fæcibus illud evacuandum eſſe. Etenim notum eſt, quòd ex fæcibus vini poſt fermentationem relictis, perque veſicam deſtillatis, eliciatur copioſior ☿. hoc ergò abſtracto, fæces in libero loco exſiccatæ, poſtmodum deſtillatæ, exhibent ☁um & volatile ſal tartari, quod in magna copia ad inſtar nivis alembico cucurbitæ adhæret: Pariter & ex cucurbita elicitur ☁ ⊡oſus & ſal volatile: ♈ harum fæcum, ſale fixo ⊡oſiſſimo etiam ſemivolatili ditiſſimum eligendum proin eſt pro ſalis tartari volatilis confectione juxta Autorem.

Modos ipſos pag. 396.) Si omnes ab Autore adductos modos volatiliſandi ⊖ tartari fixum in ſpiritum aut ſal volatile ⊡oſum conſideremus, nil minus acquiri videmus, quam ſal volatile; potius proceſſus illi omnes ſuggerunt vel nullum, vel illud ſaltem adulterinum, vel ex alio ſubjecto originaliter derivandum, vel denique ſal volatile tartari communis, non autem id ex ſale fixo deſideratum; cum tamen ſcopus curioſorum ſit ſal tartari fixum volatiliſandi, hoc eſt jam alcali volatile urinoſum, jam verò acidum volatile pingue, ex eo ſeparando, reliquâ ♆ figente illâ in fundo relictâ.

Cum bolo) Sunt, qui ſal Tartari cum ana boli miſcentes deſtillant pro ☁u ſalis tartari volatili acquirendo: aſt prodit phlegma iners, odoris ⊡oſi tantillùm inſignitum.

Cum ſilicibus) Glauberus liquorem ſilicum pro volatiliſandis ſalibus fixis commendat: Verum nec hâc ratione, præter phlegma, aliquid acquiritur.

Poſt ſubſtrationes) Hic Zwelfferi modus eſt *Pharm. Reg. pag.* 247. de quo Beckius judicium recte fert; nempe hac ratione ſalia fixa fatiſcere in ▽æ elementum: Vid. *Collegium Chymicum.*

Per vini) Sunt qui pro ⊖e Tartari volatiliſando illud cum vino incerant: aſt hac ratione acidum vini in ⊖e illo fixo concentratum, dat regeneratum tartarum.

Ex Tartaro Tartariſato) Hiſce petit Autor Langelotti modum in Epiſtol. ad curioſos deſcriptum; quò tamen ☁ tartari ſimplex, nec aliud quid, prolicitur.

☿ *inceratione ſuper ſal tartari p.* 397. Sunt qui imbibitione ſalis tartari cum ☿ illud volatiliſare intendant: ſuccedit negotium, aſt tantillum ejus eſt, quod hac ratione prolicitur, ut labor ferè vanus ſit.

Per digeſtionis) Prodit ſe ☁ tartari rectificatus, de ſale autem nihil aſcendit, licet digeratur cum ⊖ tart.

E ſa-

Digitized by Google

*E ſalis tartari, calcis vivæ, & ☉ *ci miſtura*) Nil de ſale tartari participat.

Liquori, qui ex anatica ſalis tartari & aluminis crudi deſtillatione) Sunt, qui deſtillant ſal tartari fixum cum ana aluminis crudi, acquiruntque ☾um ⊡oſum copioſum; qui tamen ☾ ⊡æ humanæ ex alumine regeneratus eſt, quippe pro faciliore pro aluminis ratione cryſtalliſatione, & pinguedinis ☿licæ ſeparatione, additur eidem ⊡ humana. Sic ſi uſtum alumen cum ☉e tartari deſtillemus, acquirimus, niſi alcaliſata illa corpora ab ♎ere fuerint, nihil; aut ſi fuerint alterata, phlegma iners, tantillum ⊡oſi præ ſe ferens.

Ex ♁ Tartari nigro) i. e. ♁ tartari fœtidum cum ☉e ejus fixo digeſtum abit in picem, quæ diuturna digeſtione abſoluta, deſtillata dat ſal volatile tartari: Conf. Hoffmannus *Clave pag.* 604.

Ex anatica tart. crudi aluminisq; pondere) Hac ratione ☾ tartari ſimplex elicitur.

Fœcibus vini ſiccatis pag. 398.) Hæ poſt ☿ abſtractionem exſiccatæ, ut dictum, dant elegans ſal volatile tartari & ☾um volatilem; ſed quæ nil differunt à ☾u & ☉e volatili tartari crudi: Interim ex omnibus hactenus allegatis proceſſibus hunc modum eligerem; vel etiam eos, qui ☾um tartari volatilem ⊡oſum, & poſitivè diureticum optant, juberem, ſi pararent ☾um clyſſiformem ex tartaro & ☿o, primariò de tartaro, ſecundariò & parum de ſale volatili tartari alcalino nitri participantem: nempe

℞. *Tartari*

☿*i* à part. æqual.

Hæc additione alcali miſta deſtillentur per retortam tubulatam, receptaculo nonnihil ☾ vini tartariſati includendo.

Atque ſic paratum ☾um hunc carminativum de tribus præfero ℞æ Nephriticæ Ammelungii, quippe hæc deſtillata per retortam tubulatam in clyſſum, præ ſe ferunt odorem & ſaporem urinoſum, coloremque aureo-rubeſcentem: ubi ſapor & odor ille primariò dependet ex tartaro, ſecundariò ex ☿o; color verò ex ♃e ♂ii ab alcali ſoluto, & ſimul in receptaculum recepto; hinc ℞ hæc non rectificanda eſt, aliàs ♃ ♂iale in fundo manet, & ☾ albidus per alembicum prodit. Atq; ob hunc colorem ℞ hæc remedium hoc laudabile eſt in affectibus urinariis, in affectibus renum ſc. & calculo tàm præſervativè quàm curativè, item ſcorbuticis hypochondriacis & hyſtericis, doſ. gutt. 20, 30, 40. ad ʒß. in vehiculo appropriato, nempe juxta Autorem in ▽ fragorum propinando: ſed elegantior eſt ☾ carminativus de tribus ex tartaro & ☿o. per ♌ tubulatam cum ☿ tartariſati tantillo repletam deſtillatus.

Liquor è metallicis ſolutionibus) Scil. ex ſale coraliorum & ſaccharo ♄i cum ☓o paratis, elicitur ☾♁, vel liquor craſſus; qui tamen eſt ☾ vini regeneratus ex aceto aut ☾u aceti rectificatus, ſingularem prærogativam præ aceto deſtillato non obtinens.

Arcani Tartari,) Sunt qui poſtquam acetum deſtillatum crebrius à ☉e tartari abſtractum fuerit, hoc volatiliſare intendunt: & verum eſt, ſi ☉ tartari ſaturatum eſt per ⚶am foliatam, acquirunt phlegma acidulum, parum acrimoniæ ⊡oſæ obtinens; quod tamen eſt tantillum, & peculiarem ſolvendi vim non obtinebit.

Liquore de Tartaro ☿lato communi pag. 399.) Hâc ratione phlegma ☿li acidulorum, nec aliud quid, acquiritur.

Alcali Tartareum cum certo bolo) Scil. quia ⚶æ bolares per ſe deſtillatæ dant ☾um acidulum volatilem, hinc non mirum eſt, Autorem noſtrum, ☉ tartari cum bolo deſtillantem, acquiſiviſſe ☾m boli, & non ſpiritum tartari.

☾u è ⚶a foliata) Hic ☾ eſt phlegma acidulum, & præterea nihil.

Emplaſtrum, pag. 440.) Hoc fieri poteſt diſſolvendo ♃ in ♁ tartari fœtido, hinc cum aliis in emplaſtrum ad imitationem dia♃is Rulandi compingendo.

Terebinthina) Ex hac eligit Autor ☾um ſeu ♁ ſubtilius pro interno uſu; ſicut pro externo uſu magma poſt ☾um deſtillatum relictum colophoniæ inſtar apparens.

Abſque lotione) Cruda aliquando, utut ratò, interne uſurpatur terebinthina, ſcil. ſub forma emulſionis nephro-catharcticæ, fermentum lithiaſeos deſtruentis, cum ſemine violarum & ▽ qualicunque; aut ſub forma miſturarum, additô vitello ovi in ſubſtantiam lacteam redigendo.

Cæterùm lavant aliqui prius terebinthinam: aſt hoc labore non opus eſt, quin potius per colatorium ſimplex eam trajicendo ſufficere poteſt.

Coctæ) Sunt, qui terebinthinam cum ▽ igne blando coquunt, ſicque in conſiſtentiam candidam ſpiſſam pro pilulis redigunt; vel & aliis additis pilulas nephriticas compoſitas inde formant: aſt hâc ratione, ♁o volatili exhauſta, quaſi inanis redditur; Unde potiùs deſtillanda eſt terebinthina cum copioſa ▽ in veſica; ſic enim prodit

1. Parum phlegmatis aciduli,
2. ☾ ſeu ♁ ſubtilius; hinc
3. ♁ flavum paulò craſſius; porrò
4. ♁ ſpiſſum & nigricans, balſamum terebinthinæ vocatum, & tandem
5. In fine craſſamentum aliquod, colophoniæ inſtar, remanet.

Myr-

Digitized by Google

Myrmeciorum grumi, *pag.* 401.) In cubilibus formicarum acidum ſpirantium, & ſylvas reſiniferas inhabitantium, reperiuntur grana perſpicua & acidulata, ipſarum ſudore impregnata, & comparantur à nonnullis maſtichi, quæ tamen melior; itemque præferunt terebinthinæ.

Sine tot pilularum) Mynſichthius occupatur circa plura terebinthinæ compoſita remedia: ſed his omnibus poſſumus carere. Interim ex tempore illa ex terebinthina cocta, addito ſcammonio, rhabarbaro & ſimilibus, parantur.

℥ *flavum*) Loco olei terebinthinæ flavi ſufficere poteſt ℥ hyperici.

Templinum) Ex pino deſtillatur ℥, quod ita vocant.

Abietum conis) Coni abietum immaturi perquam reſinoſi ſunt, & ex iis potens ℥ torculari exprimi poteſt: ſed his præpollet ☞ terebinthinæ.

☞ *terebinthinæ*) Hic nunc per cucurbitam ex arena, cum duplo vel triplo ♃æ miſcendo terebinthinam deſtillatur, quâ ratione prodit oleum terebinthinæ; nunc per veſicam: ubi tamen, dũ illa ▽ imbibit multum ⊖is volatilis oleum volatile terebinthinæ inertius ac minus generoſum prodit; ſin verò cum ♃ ex cucurbita deſtillatur, prodit ℥ generoſum ſale volatili inſigni turgidum.

▽*m in* ☞*u terebinthinæ*, *pag.* 402.) Phlegma terebinthinæ acidulum nonnulli pro ſolutione oſtracodermorum commendant: Interim hoc nullum præ aceto communi prærogativam habet.

De Juniperinis) Oleum deſtillatum baccarum Juniperi non cedit ℥o terebinthinæ in renum affectibus, niſi quod hoc magis Balſamicum ſit, & corruptelæ renum magis reſiſtere videatur.

Baccarum akekengi) Ipſa planta eſt ex Solanorum genere, adeoque non ſecus ac nicotiana, hyoſcyamus & ſolanum furioſum vi anodynâ & vi narcotica pollens: Interim tamen fructus alkekengi ſapore ⊕oſo diuretico, & abſterſivo conſtat; indeque Veteres ex iisdem trochiſcos, cum & ſine opio, pro affectibus ⊡riis, ardore ⊡æ, difficultate ejus, excoriatione aut exulcerationibus renum & veſicæ, ordinariè confecerunt: vid. Zwelfferus. Nos vero horum loco cum Autore noſtro commendamus eorum Extractum, h. e. ſuccum expreſſum, & poſt transcolationem blando igne in conſiſtentiam mellis inſpiſſatum, qui doſi ʒß. ad ʒj. nunc ſolitariè, nunc cum alliis miſtus, pro ſcopo diuretico & nephritico egregius eſt.

Hederæ ♆*ſtris Extractum*, *p.* 403.) Planta hæc eſt nobiliſſimum ſimplex, & magnum Dei donum: præter vires pectorales & antipleuriticas, in ſputo ſanguinis, phthiſi, & tuſſi phthiſica, Peripneumonia, &c. imprimis quoque diureticum habet uſum, adeoque conducit tàm præſervativè quàm curativè pro ſcopo præſervationis à calculo, in mictu cruento, itemque renum & veſicæ ulceribus.

Deſtillatæ) ▽æ diureticorum ſimplicium pro ſcopo medicamentoſo præſtant id, quod alias ▽ ſimul pro ſcopo alimentoſo: nempe ſunt vehicula ſaltem aliorum remediorum, indeque rectè eligit Autor noſter ▽am fragorum deſtillatam pro vehiculo, recipiendo fraga contuſa, eaque addita ▽a, parce ☞u vini acuta, per veſicam vel cucurbitam deſtillat; ſic emergit ▽ illa durabilior.

è perſicorum, ceraſorum, &c. pag. 404.) Nonnulli ſemina ℥ſa ▽is diureticis deſtillandis addunt: ſed juſta eſt Zwelfferi cenſura; nempe talia parum virium ſuppeditare, quin potius ex iis emulſiones blandè diureticas parandas eſſe quæ, ſi addatur ſemen violarum purpurearum, fiunt magis præſentaneæ.

Calidiores ejuscemodi ▽æ) Sunt, qui pro ſcopo præſervativo in nephritide uſurpant ☞ juniperi, quod & bonum eſt; Sicut alii capita allii ♆ infundunt: interim tamen ejuscemodi remedia non ſemper æquè tuta ſunt, cum fumoſa exiſtentia ardores renum ſoleant intendere in illis, qui aliàs iisdem vexantur. Porrò, alii adhuc fraga recentia ♆ infundendo hunc ſubinde hauriunt pro ſcopo præſervandi & curandi nephritidem: ſed de hoc id judicium ferendum eſt, ac de aliis; nempe non ſemper euporiſton hoc, præſertim in junioribus, locum habebit.

Fraga, *pag.* 405.) Copioſam hæc ⊡am fundi faciunt, & præterea phlogoſes & æſtuationes corporis blanda temperatura ſolent ſiſtere. Poteſt etiam ex fragis recentibus fieri elegans Julebus ad imitationem Timæi **von Gülden Klee** in ſuis Reſponſis *pag.* 16.

Ononidis ſal fixum) Sal fixum Ononidis idque nunc ſimplex, nunc cum aliis compoſitum, elegit Autor, modò non nimis illud calcinetur, annotante hoc Tacchenio *in Hipp. Chymico.* Etenim ſalia illa fixa ex diureticorum calcinatione facta non ſunt ſimpliciter lixivialia, ſed verè ſalſa, adeoque ex ⊡oſo & acido ſapore conflata; imò urtica, ſtipites fabarum & geniſta ritè calcinata fiunt moderatè ſalſa, doſi gr. xv. ad ʒj. imò ʒß. uſurpanda.

♃*atum*,

♃*atum, aut* ☉*latum*) Non opus eſt, ut ☿ia dicta ♃entur vel vitriolentur, quia hoc modo caſtrantur.

Saxifragiam albam pag. 407.) Hæc in ſe rarò uſurpata eſt, quia parùm prodeſt, cùm pulvis ejuſdem radicis minoris virtutis diureticæ ſit.

Daucum) Hujus ſemen præ cæteris nobilitavit Helmontius *Tr. de Lithiaſi*; in quo oſtendit, illud ▽as petroſas ſui incoctione corrigere, cereviſiaſque contra lithiaſin præſervantes reddere, & rectè.

Ruſcum) Ruſcus apud Veteres majoris fuit commendationis, quàm apud Modernos; apud iſtos enim inter radices 5. aperientes refertur.

Filipendulam) Radix hujus vi diureticâ & ſimul inciſiva & attenuativa pollere ſolet; hinc etiam ad ſtrumas, quibuſdam ſolet uſurpari.

Geniſta) Hujus flores conditi, quia magis pro ſcopo alterativo quam diuretico in hypochondriacis & ſpleneticis locum inveniunt, illorum loco ſufficere poſſunt cappares cum aceto conditi; nullam enim geniſtæ flores prærogativam obtinent: ſic nec ☿ geniſtæ fixum à ſale ononidis ſingulare quid habet, unde illud cum hoc mutari poteſt.

Eryngii pag. 408.) Radix præter uſum diureticum, qui eſt exiguus, commendatur pro ſcopo ſtimulandi ♀em; pro quo tamen pariter languidum admodùm eſt, imprimis radix condita.

Non lappæ) Hujus folia mulierculæ in phlogoſibus eryſipelaceis tibiarum commendant, dicendo: **es ziehe die Hitze aus/** quod effectivè verum eſt. Interim tamen ejus ſemen contra phthiſin & pro ſcopo diuretico non amplius eſt in uſu; contrà radix lappæ majoris ſubſtituta ſuprà eſt ab Autore radici chinæ & ſarſaparillæ pro ſcopo diaphoretico & antipleuritico, in taleolas eam inciſam decoquendo, & decoctum uſurpando, ubi idem præſtat, ac radices exoticæ.

Lithoſpermo) Lithoſpermon ſeu milium Solis bonum eſt evporiſton, cius nempe ſemen, in promovenda urina, & ſtimulando egreſſum calculi, ſi pulveriſatum ʒj doſi capiatur.

Arillis meſpilorum,) Officula meſpilorum pulveriſata ad affectus nephriticos admodum laudantur, quatenus tàm præſervent à calculo, quàm præſentem tollant. Obſervandum eſt de hujuſmodi concretis oſſeis in fructibus nonnullis reperibilibus, in ceraſis, perſicis, amygdalis, meſpilis, &c. quod hæc ipſa deſtillata ſuggerant Spiritum acidum unà cum ☉o empyreumatico: Spiritus iſte rectificatus egregiè eſt diureticus, & ſuo modo lithontripticus.

Ita nec apii) Apia quælibet, cujus ſpecies quoque Petroſelinum eſt, vi diuretica ſunt decantata; quam vim tamen ſatis mitem habent, quod probatur, cum petroſelini uſus culinarius communis oſtendat, quantum præſtet id ſine ulla alteratione: Unde nec in ſtatu therapeutico aliquid valebunt illa.

Succi apii inſpiſſati, pag. 409.) Hic inter remedia mundificantia, hoc eſt, fermentum ulceris acidum corrigentia, & ſordium ulceroſarum proventum præcaventia, numeratur, de quo conferatur Sennerti *Praxis L. V. Part. 2. cap. 5.* ubi de Ulceribus ſordidis; quò locó Unguentum genuinum ex ſucco apii inter alia proſtat. Interim, cum & concinniora, nempe ex nicotiana, abſinthio, myrrha & hyperico ad manus ſint, plus præſtantia, quàm apium, proinde hujus ſucco carere poſſumus.

Amygdalæ) Scilicet celebria ſunt ſemina 4. frigida majora, aliqualiter diureſin moventia; ità & amygdalæ amaræ, ſi quid in potatoribus præſtant, perrarum id erit.

Violarum ſemen) Ad hæc his ſeminibus præferendum eſt ſemen violarum meritò, quod egregium eſt nephro-cathartícum.

☉*ea vero & id genus*) Interdum contra nephritidem adhibetur oleum amygdalarum dulcium, non pro ſcopo laxandi vias calculi, ceu quidem vulgus ſibi perſuadet, ſed temperandi urinæ acrimoniam; contrà externè pro ſiſtendis doloribus nephriticis optimum eſt petroleum album, cum oleo papaveris vel hyoſcyami expreſſis miſtum.

Petroſelini folia) Hæc parum in receſſu habent.

Magiſterium) Magiſterium Mynſichthii elumbe eſt.

Siſarum) Cum non in uſu ſit, tacendo prætereo.

Aſparagique ſuſpectos) Subinnuit hic Helmontium, qui in ſe ipſo expertus eſt aſparagi noxam, levatam tamen per ſemen dauci potui ordinario incoctum. Et ſane ex uſu aſparagi urina redditur fœtida, & hujus miſtura reſolvitur, quod argumento eſt, corrupto ſic fermento renum, lithiaſi anſam præbere.

Raphanum utrumque) Raphanus eſt vel orbicularis vel ruſticanus: Raphanus ruſticanus ſale volatili acri & penetrante eſt impræguatus, reliquum corpus iners & nullius pretii eſt; hinc illius ratione incidit viſcida, ſerum urinarium acuit, renes

Digitized by Google

renes ſtimulando calculum promovet, fermentando cum viſcido flatus generat: quin imò acrimonia ejus ſucci in tantum interdum irritat ſtomachum, ut etiam vomitum excitet; Unde ſub uſu communi eſculento Sal commune additur, ut figatur ejus vis emetica in ſale acri fundata. Eo ipſo, quò mucum glutinoſum incidit, ejuſdemque per os rejectioni confert, ſive ex ſtomacho, ſive ex pectore eliminandus venit.

Raphani ruſticani radix) Sale ſingulariter volatili & acri, quale aliàs in ſcorbuticis deprehenditur, ſingulariter turget: ratione cujus tàm acidum ſcorbuticum, quàm hypochondriacum corrigere, mediante ☉a copioſiore evacuare, renes à ſabulo purificare aſſoler. Vino Rhenano radix infuſa potens eſt diureticum: eodem modo cum radice helenii infuſa, mirabiliter ſtomacho convenit, cruditatem viſcidam abſumendo, hinc natam ſalivam glutinoſam attenuando, & appetitum egregiè revocando.

Cynosbati fructum) Cynosbati fructus vi diuretica in uſu ſunt, præſertim arilli, exque his expreſſum ♃ egregium diureticum eſt. Prætereà fructus hi exſiccati, exemptis arillis, egregii ſunt in ſoda ſeu ſtomachi ardore compeſcendo.

E Fabaceis, pag. 410.) Fabarum ſtipites calcinati dant ſal ſalſum diureticum egregium. ▽ florum fabarum inſervit mulieribus pro uſu coſmetico: ſicut farina earum pro ſcopo diſcutiendi & reſolvendi tumores glandulosarum partium non inflammatos, quæ cum aceto inſtar cataplaſmatis impoſita proficua eſt.

Linariam) Hæc decantata eſt pro doloribus hæmorrhoidalibus, proſtatque hic Unguentum de linaria *Hartmanni in Pr. Chym.* Interné loco linariæ nobis ſufficere poteſt liquor ex floribus verbaſci, vel hyoſcyami capitulis contuſis, & in cucurbita putrefactis, hinc involvendo vas continens maſſæ panis in clibano coctis, paratus; cum ſic emergat liquor inſigniter anodynus, & tàm in arthritide, quam in hæmorrhoidibus proficuus,

Dipſacum) Dipſacum non amplius in uſu eſt.

Betula) Hujus ſuccus non tantum eſt nobiliſſimum diureticum & præſervativum lithiaſcos, annotante Helmontio *cap.* 8. *Theſ.* 24. *de Lithiaſi*, ac Anglis teſtantibus curativum nephritidis; ſed & craſcos M. Seæ ſcorbuticæ purificativum, adeoque in ſcabie ferina proficuum. Cæterum ſucci hujus ~ deſtillatus nil prodeſt; etenim ▽ elementaris prodit, contra remanet poſt deſtillationem parum, & vix ex menſura ſucci ℥j. gummatis, in quo primaria reſidet vis antinephritica præſervativa. Sucus betulæ coraliis affuſus, ſi aliquandiu ſtet, rubeſcit & aceſcit, adeoque coralia rodit. Idem ſuccus, notante Helmontio, ex ſuperioribus ramis collectus præſtantior eſt eo, qui ex trunco colligitur: interim uſus ejus conſiſtit in hoc, ut inſtar acidularum gradatim potetur, doſin quotidie augendo. Angli imprimis hoc utuntur liquore.

Cereviſiam, pag. 411.) Helmontius docet parare cereviſiam medicatam antinephriticam ex ſucco betulæ cum ſemine dauci; & ſanè potum hunc egregium contra Autorem æſtimo magni, & novi exempla præter Boyleum *in Philoſ. Experimentali* hujus uſu levatorum & præſervatorum: ſic idem ſuccus per ſe fermentatus, dilutus in potu, haud incongruum antinephriticum eſt, quod ſanè plus habet in receſſu.

Nephritico ligno) Hoc ab effectu ita dictum hodie eſt rari uſus: & cum ſit illud de Fraxinorum genere, loco ejus ex India occidentali petendi ſufficiet nobis Occidentalis fraxinus noſtras.

Volatico muſci clavati ſemine) Lycopodium ſeu muſcus clavatus terreſtris, inter diuretica numeratur; & verum eſt, pro ſcopo curandi infantes epilepticos id mirificè præſtare; imo iſchuriam quoque eorum tollere, nec non ipſorum epilepſiam & hecticam mirificè ſedare: ſicut etiam externè in vulneribus, dictis manantibus, intertriginibus inſperſum mederi. Interim tamen coryli ♃ optimum eſt, poſt hoc lycopodii, dandum ℈ß. ad gr. xv. Confer. M. A. N. C. *Anno* 3. *Obſ.* 15. hocque D. D. Ganzland vocavit das Kinder-Pulver / propter uſum in epilepſia & morbis infantum.

Cynosbati fungi) Schlaff-Kunzen/ in quibus latent vermiculi ſomniferi: ex fungis autem ipſis Hartmannus Spiritum & eſſentiam parat, quæ tamen nihil in receſſu habent.

Diureticis in inſectis, pag. 412.) Scil. ut quælibet inſecta ſunt potentiſſima diuretica; ita cantharides, aſelli, ſcarabæorum totus exercitus, & lumbrici, ſcatent ſale volatili ☾oſo, in quo vis diuretica conſiſtit.

Cancrorum lapilli) Totus cancer eſt egregiè medicamentoſus, & lapilli, chelæ, cruſtæque ejuſdem ſunt omnia naturæ, præſertim cum ex lapillis in lac reſolutis novæ chelæ regenerentur: Adhæc Anglis in uſu eſt Pulvis præcipitans ex chelis cancrorum marinorum majorum. Interim inſtar omnium ſufficere nobis poſſunt lapilli cancro-

Digitized by Google

cancrorum noſtratium quivis, ſive ex coctis, ſive non coctis cancris deſumpti, iique ſaltem pulveriſati; quippe qui pulvis atteſtantibus *actis Haffnienſium pag.* 240. Præparatis anteponendus. Sic & totus cancer in pulverem redactus pro ſcopo diuretico valet contra abortum inſtantem, & rabiem caninam curandam.

Magiſterio) Præferuntur etiam cancri, horumque chelæ & lapilli, Magiſterio: Quælibet enim cancrorum magiſteria, quæ fiunt corroſione cum ~ibus acidis, & cum alcalibus ⧟ atione hincque extra corpus ſaturata ineſficacia erunt in corpus aſſumpta, in quo nil abſorbent, & ſcopo diuretico fruſtrantur.

Per ~um ☿*i*) Magiſterium lapillorum cancrorum per ~ ☿ abſtractionem paratum eſt ⊖ ſum, adeoque magis diaphoreticum, quàm diureticum.

In Pleuritide pag. 413.) Lapilli cancrorum in hac & febribus intermittentibus tantum præſtant, quantum oſſa lucii piſcis, cum quibus & ♃e optimi ſunt; quodvis acidum p. n. in primis viis abſorbent, ſicque fiunt ⊡oſi, hinc egregiè diuretici.

Solutionibus cum aceti) Scil. lapilli cancrorum commodiſſimè pro ſcopo diuretico & ſanguinis grumoſi diſſolutivo, adeoque in pleuritide & febrium intermittentium ardore corrigendo, propinantur cum aceto: interim tamen iidem non penitus ab eodem diſſolvantur & ſaturentur, ſed ſaltem quodammodo aperiantur, aſſumendo v. g. pro ʒij. aceti vini lapillorum cancrorum ʒß. hac enim ratione emergit acetum ⊡oſum amaricans, diureticum & diaphoreticum.

Vicinis acoribus) Lapilli cancrorum aſſumpti quodvis acidum in primis viis abſorbendo fiunt ⊖ſi & diuretici.

Cum ♁ tartari) Sunt, qui cum lapidibus ♋, affundendo ♁ tartari p. d. & hinc coagulatum ♆ extrahendo & abſtrahendo, parant ♁ diureticum: de quo vid. Schrœderus *in Pharm. l. 5. pag.* 326. & Hartmanni *Praxis Chimiatrica.*

Cum ~u ⊖is) Sunt qui lapides ♋ in ~u ⊖is vel ☾li Philoſophico ſolventes, ſolutionem coagulant, quam in cella per deliquium reſolutam ſub nomine liquoris nephritici circumferunt: Verùm cùm dicti ~ per ſe ſint diuretici, non opus erit tali combinatione; Interim, ſi loco aceti lapillis ♋ pulveriſatis parum ~ ⊖is addatur, emergit miſtura diuretica extemporanea.

Compoſitos illos lithontripticos nephriticoſque liquores) Loco horum lapilli ♋rum cum ~ ⊖is aſſumpti ſufficere poſſunt; ubi coagulum hujus prius p. d. fuerit ſolutum; utut D. D. Michaëlis & in uſu habuerit hoc:

℞. *lapill.* ♋.
lap. Judaici.
Lazuli.
Lync.
ſpong.
aquilæ.
glaciei
teſtarum ovorum.
ſtruthio cameli aa. q. v.

Soluta hæc in ~u ⊖is decrepitati coagulavit levi calore, hinc coagulum repoſuit in cellam, ut fluxerit.

Capionum lapides pag. 414.) Conveniunt in abſorbendo acido & cienda ⊡.

Percarum lapides) Hi conveniunt vi & efficacia cum lapillis ♋, ſaltem, quod ſpecialius pro pellenda ⊡, & pro medendis affectibus urinariis, adhiberi ſoleant.

Ovorum teſtas pag. 414.) Sunt, qui teſtas ovorum, ex quibus pulli excluſi, majoris æſtimant præ aliis, ex quibus non ſunt excluſi; quod tamen, an hinc vis alcalina fuerit aucta, in medio relinquo.

Manati lapidem) De hoc Manati præ ceteris videndus eſt Wormius *in Muſæo pag.* 58. ſed lapis Manathi dictus ex capite carchariæ piſcis oritur, non ſecus ac lapis Tuberonum dictus, item Gloſſa petræ: Vid. Beccherus *in Phyſic. Subterr. l.* 1. *pag.* 566. Lapides hi ejuſdem ſunt uſus, atque aliàs ſimiles Marinorum lapides, & iiſdem effectibus pollent, quibus ſupra lapides cancrorum extulimus.

Struthionis ova) Horum teſtæ parem cum noſtrarum gallinarum teſtis habent efficaciam; maximè teſtæ ovorum columbarum in Martio, contra variolas & morbillos proſunt.

Butyrum) Hujus deſcriptionem vid. in Sachſii *Gammarologia pag.* 821. & 828. Mulierculæ id commendant pro phthiſi: aſt in confirmata parum præſtat.

~um) ▽am cancrorum fluviatilium Poterius commendat contra rabiem caninam: aſt huic præfero D. D. Michaëlis encheireſin, qui miſcendo part. ij. hujus ▽æ, cum parte j. miſturæ ſimplicis, demorſis à cane rabido medicatus eſt.

Cinerem) Cinis ♋rum fluviatilium Galeno & Veteribus pro rabie & morſu canum rabidorum curanda, commendatus legitur:

▽*æ cancrorum analepticæ pag.* 415.) Sunt, qui Phthiſicis ▽am cancrorum fluviatilium tàm ſimplicem quàm compoſitam, commendant: aſt potiùs his decoctum cancrorum præferatur.

In Ophthalmicis) Insinuat hic Autor egregiam illam ▽am, ex cancris fluviatilibus & herba chelidonii recenti constantem, quam habet Crollius, & adhuc perfectius Mynsichthius *pag.* 259. conducentem in inflammationibus, vulneribus, ulceribus & pustulis oculorum. Equidem concedo, chelidonium per se esse ophthalmicum, cum Burrhus hâc ipsa deperditas quoque oculi liquores restituere asserat: Interim tamen ante biennium destillavi ex cancris putrefactis phlegma & ☉ volatile; quorum illud in oculorum affectibus, nempe doloribus & inflammationibus, perquam efficax deprehendi.

Galaturas,) i. e. mucilagines seminis cydoniorum aut psyllii cum ▽ cancrorum vel spermatis ranarum factæ polychrestæ sunt in oculorum affectibus.

Oculorum in vino,) Scil. lapilli cancrorum internè cum aceto vel vino propinati non tantùm in oculorum vulneribus, sed & aliarum partium sunt egregii, v. g.

℞. ▽ *hyssop.* ℥ij.
menth. ℥ß.
✠*ti vini* ʒij. ad ℥ß.
ocul. ♋. *præp.* ☽ij ad ʒj.
Syrup. hyssopi ʒiij.
M. f. Potio, pro una vel duabus dosibus in casibus Chirurgicis propinanda.

Pro diuretico Decocto) Intelligit hic Autor noster Poterium & Mynsichthium, quorum ille *in Pharm.* habet Decocta diuretico-nephritica & vulneraria, quæ præter alia ingrediuntur cancri fluviat. In substantia contusi, & rectè; contrà Mynsichthius lapillos cancrorum huc trahit, eosque decoquit, & in ℞ travmatica infundit, sed malè; quia nec in decocto, nec in infuso, aliquid de se dimittunt, adeoque illum potiùs sequemur.

E Morsulis) Morsulis scil. ex carne cancrorum fluviatilium, mustelarum & cochlearum à quibusdam in phthisi præscribuntur, sed vanè: Ex hisce ergò cancrinis eligit Autor pulverem cancrinum, & pulverem lapidum cancrorum solummodo pulverisatorum.

Leporis siccatus cruor & cinis, *pag.* 416.) Pro scopo diuretico commendantur, sed frustrà.

Troglotides) Hujus pulvis assumptus commendatur à quibusdam in calculo renum, sed falso.

♋ *hirci embryonis*) Innuit Autor noster Helmontium.

Stercoris columbini) Hoc perquam ☉osum sponte in ♎re efflorescit in ☉: Hinc & ex eodem ritè calcinato potens sal diureticum ☉sum acquiri potest: interim tamen in ☿ infusum illud parum præstat, nisi potius in vino macetatum exprimatur.

Vesiculas, quæ in calamis scriptoriis) Pennæ combustæ, quia operantur ratione ☉is volatilis ℞si, proinde verisimile est, & vesiculas calamorum hunc habere usum: sed hoc remedium non est adeò insigne.

Lapides non solùm in apri bovisque, sed hominis quoque vesica reperti, pag. 417.) Hi, speciatim humani, præter vim diaphoreticam, diuretica nonnullis commendantur; nec id immeritò: sunt enim concretum tertium ☉sum, ex sale urinæ volatili & acido stomachali oberrante, coagulatum; sicut anatomen calculi humani hanc docet Tacchenius *in Hipp. Chym. cap.* 14. utut autem suo modo verum sit, pulverisatum calculum humanum ♋am pellere, si assumatur; tamen superstitio est, quando dicitur: proprios calculos devoratos præservare ab ulteriore eorum generatione, cùm præservativè & curativè parum aut nihil ii præstent, licèt ♋am pellant.

Ludum) Paracelsus hunc commendat ceu singulare contra calculum, tàm præservativè quam curativè; hincque suum Arops facit per idem. Interim varia sub Ludi nomine intelligunt Autores: alii nempe lapidem humanum; alii alium lapidem; Helmontius *Tr. de Lithiasi, cap.* 7. *Th.* 23. nomine illo insignit speciem lapidis calcarii, prope littora Schelot reperibilis.

Calcinationem) Quemadmodum alii ex calculo humano plura parant remedia, de quibus confer. Schrœderus, *l.* 5. ita quoque ludum ipsum calcinatum, & p. d. solutum, cum ☿ extrahendum jubet; ubi tamen ♒æ omnia ea præstat præservativè & curativè, quæ aliàs ex calculo humano expectantur. Solutio cum acidis nil valet; vis enim destruitur & plus imminuitur, quam promovetur.

Tincturam) Certè si in Ens primum hic calculus humanus solvatur, est summum remedium. Paracelsi autem ℞ ludi paratur ex lapide propè Antwerpiam reperto, variis striis contexto.

Cantarelli) Scil. Scarabæi omnes conspirant suo modo cum cantharidibus interno & externo usu: ac quidem externè cantharides sunt vesicantes; internè autem urinam cientes, sale enim volatili caustico turgent. Cæterùm omnes inter eminent cantarelli Italorum, sive scarabæi unctuosi Latinis denominati, quòd attactu sui liquorem unctuosum acrem, fortiterque olentem emittant, Germ. **die Mäyenkäffer.** Atque liquorem hunc vomitus; secessus, atque urinam movendo, chronicos, nephriti-

phriticos, atque arthriticos affectus curare, Glauberus affirmat; cùm tamen per ſe ſemper ☉am moveat: Conferatur Borellus *Cent.* 4. *Obſerv.* 97. qui dicit: hoc nomine liquorem hunc ad lithiaſin & podagram eſſe commendatum, etiam faſcinationem curare creditur. Interim loco cantarellorum Autor noſter ſcorpiones eligit, quorum ♃ ſimplex ritè paratum extra in uſu eſt pro movenda urinæ ſuppreſſione, calculo, &c. illitum renibus. Equidem ſunt, qui pulverem ſcorpionum, tàm mortuorum quàm calcinatorum, uſurpant internè pro ſcopo diuretico & calculi ſtimulativo: interim rariſſimi ambo ſunt uſus; potius in ſuppreſſione ☉æ vitio veſicæ præſcribatur ♃ ſcorpionum.

Ocyma vernæ cantare pag. 418.) Inſinuat Autor noſter hiſce vulgarem iſtam traditionem, qua ex ſemine aut herba ocymi contrita, & radiis ☉aribus expoſita, ſcorpiones generari putatur; quod tamen falſum eſt, licet contrarium aſſerant Hœferus, Helmontius, & D. Michaëlis.

Aſellos) Hi vulgò præparantur cum ∽u ⊖is, aſt malè, cùm ſic ab acido iſtius generoſo illi caſtrentur; quin potius recipiatur illorum ℥ß. ad ℥j. qui macerati in vino Rhenano contundantur & conquaſſentur, hinc exprimantur & expreſſius liquor hauriatur; ita vi diuretica ſingulari, præſertim in calculo veſicæ, quem attriviſſe obſervatum eſt, conducit.

E Cantharidibus magiſterium pag. 419.) Cantharides ſunt potentiſſimum adeò diureticum, ut & veſicam exulcerando mictum cruentum inducant: interim vereor, ne in magiſterio cantharidum Domini Autoris à Spiritu acido nitri & alcali tartari, inverſa eorundem texturâ, vis cantharidum deſtruatur.

Emplaſtrum) Notum eſt, quòd uſus ſpecialiſſimus & frequentiſſimus ſit cantharidum externus pro ſcopo veſicandi; hinc baſin fere conſtituunt Emplaſtrorum, quæ, quo ſunt ſimpliciora reſpectu compoſitionis, eò magis præſentanei effectus: atque tale eſt quod proponit hic Autor.

In doloribus à colluvie ſeroſa) Dolores artuum vagi & fixi ſcorbutici, orti à colluvie ſeroſa, difficillimæ ſunt curationis, & tractantur hinc per frictionem, nunc cum ♃eis∽ibus, nunc volatilibus; hac ratione reſoluta lymphâ, dolor non rarò ceſſat: interim ſi illæ non ſufficiant, applicari ſolent fonticuli: quibus tamen omnibus præferenda eſt veſica in pedum ſupra & infra genu parte interna, in nucha, imò & interdum præſentibus doloribus podagricis acerbioribus in talo excitata.

Succeſſivus humorum fluor, pag. 420.) Scilicet hæc eſt inſcitia & inertia Chirurgorum, ut veſicæ ſemel excitatæ mox applicent vel folia braſſicæ, vel emplaſtrum de ſpermate ranarum; cùm tamen non rarò diutius ſervandæ ſint apertæ, & ego in infante ultra menſem hoc ita præſtiterim. Cæterum hoc fit optimè, ſi quartæ parti emplaſtri veſicatorii combinetur vel emplaſtrum ſpermatis ranarum, de ceruſſa, vel ♄inum aliud: Nam uti per hæcce conſolidatur denuò veſica, ita cum emplaſtro de cantharidibus impregnata, ſine dolore & inflammatione per plures dies & ſeptimanas apertæ ſervari poſſunt.

Circa ductus ☉arios noxam) Veſicatoria externa quoque mictum cruentum excitaſſe patet ex Sennerto: Interim rariſſima hæc ſunt.

De interno frigidorum ſtimulo, p. 421) Sunt qui inter remedia ♀ea pulverem cantharidum commendant: aſt minus tutò, cùm ſic egregiè debilitentur bellatores.

Num caput, alæ, atque pedes) Litigium hoc de lana caprina, cùm quælibet pars in cantharidibus excitet veſicas; Unde ſumi poterunt integræ, alæ enim parum in receſſu habent, caput etiam inſons eſt.

Lumbrici) Hos quidem damnat Autor, interim ego laude afficiendos puto. Origo condemnationis ab Autore factæ videtur eſſe, quod ipſe deſtitutus ſit modò alcalinum ∽um lumbricorum parandi, qui vid. in Colleg. Schrœderiano.

Expreſſo ſucco) Sunt, qui lumbricos cum lacte contuſos in ſuccum exprimunt, ſcorbuticis, arthritide vagâ laborantibus, proficuum: Interim hoc, utut bonum ſit in ſe remedium, eſt tamen craſſum nimis & horridum.

Abſque præparatorum perlevi pulvere,) Sunt, qui lumbricos in ♏ exſiccatos & pulveriſatos in lactero, cachexiis & dyſenteria commendant: interim remedium hoc, ſicut nec magiſterium eorum, magni eſt æſtimandum.

Lumbricorum infuſione) Sunt, qui lumbricos ∽ui vini infundunt, digerunt, & crebriùs cohobant; quâ ratione & ∽um pro uſu externo ſatis, pro interno autem minus efficacem, acquirunt.

Oleum pag. 422.) Lumbrici putrefacti deſtillati dant multum ∽, recentes deſtillati verò parum ∽, & ♃ei multum. Tandem adhuc duplex ex iis proſtat oleum; quorum prius fit per infuſionem eorum & coctionem in ♃ communi; alterum verò per piſta-

tionem in furno piſtorio: Illud inſinuat Autor noſter, commendando id in doloribus, luxationibus, contuſionibus, & ſuffuſionibus artuum & articulorum; quod & alii additione ℞corum nervinorum redigunt in oleum compoſitum ex tempore parandum. Hoc per piſtationem fit, quando lumbrici aliquandiu putrefacti unà cum vaſe vitreo continente maſſa panis incruſtantur, & in furno piſtorio coquuntur; ita in liquorem craſſum, flavum & oleoſum faceſſunt, qui filtratus & externe illitus antipodagricus eſt, & dolorum lancinantium ſedativus, interne autem rari uſus.

Bufones pag. 423.) Hi ſunt potenter diuretici ex alimento; veſcuntur enim parvis muſcis nitroſis de genere cantarellorum, quos ſuſpenſi è ſtomacho vomitu rejiciunt: atque hinc beneficio pulveris bufonum, teſtibus Solenandro & Wiero, hydropes curati fuerunt.

Sal quodvis) Cæterùm præter ſimplicem pulverem exhibent bufones duplex ☉: volatile & fixum: quorum illud deſtillatione tàm ex crudis quàm putrefactis bufonibus prodit; fixum verò ex vivis calcinatis, licet parum illius acquiratur.

Nitro) Nitrum eſt ☉ falſum duplicatum, conſtans materialiter ex ſale volatili oleoſo & ~u ♎ris acido univerſali: & quidem ☉ volatile ℞ſum obtinet ex excrementis animalium, nempe ſtercoribus & ⊡; quibus ſe ſociat ſal univerſale hermeticum ex ♎re, indeque ex his duobus concretum ☽i novum emergit. Hoc autem quando tractatur cum ♀e, tunc hujus incenſione ~☽i acidus univerſalis auras repetit, & alcali colliquatum cum acido ♀is aut carbonum, figitur in ☉ fixum. Eſt ſal inflammabile amaricans ☽; quale etiam artificialiter producitur ex ~u ☽i ♀eo acido, affuſo ſali volatili vel ſali fixo; ita ſemper ☽ perfectè regeneratum inflammabile amaricans habebimus.

Niliaco) Genuinum Veterum ☽ vix reperitur, niſi in Ægypto circa confinia Nili, quo in loco integræ ſtiriæ efflorescunt ceu flores, nunc rubeſcentes, nunc blande cæruleſcentes.

Murario) ☽ murarium aliàs dicitur aphronitrum ſeu flos nitri, eſtque lanugo illa, quæ ex muris efflorescere conſpicitur; cujus origo dependet ex ♆a, cum qua muri conſtructi, quippe in illa latet alcali cum mediocri acido, quorum illud ſaturatum ab acido ♎ris, Sal in ☽ compingit.

Selectiores primoresve Stirias,) Eligit Autor ſtirias puriores: ſcil. in ▽ ☽ ſolvitur, & inſpiſſatione blandâ coagulatur; tunc ex prima coagulatione colligendæ ſtiriæ pro uſu interno. Nam, quò ſæpius ſalutio evaporatur, eò magis de ſale heterogeneo participat; quod, utut plurimi ex animalium excrementis derivent, & ex ☉e eſculento quo quotidiè utimur, & quod ferè immutatum excernitur, oriri aſſerunt; hoc ipſum ſal eſt, quod ☽i refinatores den Schalck vocant: altiorem tamen originem habere non immeritò aſſerit Erkerus *in Aula ſubterr. pag.* 326. *&* 330. qui potius unà cum nitro ex ☉e terræ centrali generari, ſtatuit.

Depurationibus pag. 424.) Optima ☽i depuratio eſt, quando id ſolvitur in lixivio tartari vel alio acri, hinc ſolutio ebulliendo evaporetur & coaguletur; ſic enim omne ſal peregrinum per alcali illud ſeparatur, & ☽ puriſſimum emergit: Confer. Tacchenius *Hipp. Chym.* & Horſtius *in Problemat. Medicis.*

Roſaceam) Sunt, qui ☽ cum ▽ roſarum depurant; aſt cui bono hæc perditio?

Flores) Flores ☽i habet Mynſichthius *pag.* 26. ejusdem ſunt cum ☽o ipſo naturæ.

Cum ♀e) Nitrum fixatum cum ♀e parum valet, utut illud ſub lapidis prunellæ nomine commendetur: quando enim ☽o fuſo ingeritur ♀, tunc ſub incenſione hujus ingens ☽i ſubtilioris ſubſtantiæ portio avolat, hincque, quod remanet ſub lapidis prunellæ nomine, eſt ſal falſum ſemialcaliſatum, nullius uſus exiſtens, eique ☽ per ſe depuratum præferendum. Ut taceam, ejusdem notæ nitrum fixum ex ♃ii diaphoretici confectione parari poſſe: nempe liquor per filtrum ſeparatus inſpiſſatur ad cuticulam, & ſic prima ſecundaque cryſtalliſatione ☽ elegans acquiritur; quod autem poſt tertiam vel quartam coagulationem concreſcit, eſt ☽ compoſitum, ex ☽ partim puro, partim alcaliſato nonnihil, & ſic ejusdem cum lapide prunellæ virtutis.

Solutionibus ♄ni ☽atis) ☽ ♄ſatum non adeò multum valet, quin ſaccharum ♄ni cum ☽o junctum abundè ſufficiat.

Nitrum ♂iale aperitivum, pag. 425.) Hujus deſcriptionem habet Zwelfferus *Mant. Sp. pag.* 405. loco cujus tamen extempore ☽lum ♂is cum ☽o mixtum ſufficere poteſt.

Nitrum tinctum) Optimè fit juxta Zwelfferum *in Mant. Spag.* per ſuccos myrtillorum aut ceraſorum per reſidentiam depuratos, ſolvendo id, dein ſolutionem evaporando; ita ☽ coit in cryſtallos quidem egregiè rubicundos, in ſe tamen nihil aut parum hac ratione exaltatos, ſed eſt ſaltem palliatio externa. ☽ cum ſucco berberum

Digitized by Google

rum inſuccatum vid. in M.A.N.C. *ann* 6. & 7. *in append. pag.* 171.

In ♆ſtreitatem) Scil. Helmontius dicit: ſi ☉ figi & converti in ♆am inſipidam poſſit, emergere inde egregium remedium. Jam verò fit hoc per ♃a metallica inflammabilia, v. g. in ☿ii diaphoretici ♂ialis præparatione ☉ in ♆am mutatur, hincque pondus ☉o accreſcit, quia remedia ex metallo cum ☉o præparata in pondere excedunt, quod pondus eſt ex ☉o in ♆am fixato: Nam inſolubile eſt in ▽; ſi enim eſſet corpus ſalinum, adhuc ſolveretur.

Nitrum fixum) Scilicet perfecte alcaliſatum fit, quando ☉o fuſo adjicitur ſubjectum ♃cum; ita hoc deflagrando exhaurit ∽um ☉i acidum; contra ♃is incenſi acidum pingue cum alcali ☉i volatili colliquatur in ☉ fixum, ut adeoque ☉ figi poſſit, vel per ♃ commune, vel per ☿, vel per tartarum, vel per cruores animalium exſiccatos, vel per ♂em, vel per plumas, vel per raſuras cornuum, vel per carbones.

☉o crudiori) Scil. quando edulcoratum eſt ☿ diaphoreticum, tunc ex lixivio per inſpiſſationem prodit primâ 2dâ 3â vice perfectum ☉ criſtalliſatum particulis ☿ialibus imprægnatum; contra poſt cryſtalliſationes lixivii hujus aliquot peractas, tandem remanet lixivium alcalinum in ☉ non amplius reducibile: Atque hoc ſaltem eſt ☉ fixum, ſcil. quantum ab ☿io de ☉o alcaliſatum fuit, remanet; prius non eſt ſufficienter fixatum.

Per carbonum ſegmentorum pag. 426.) Scilicet nitri cum carbonibus fixationem primus docuit Glauberus: ſic pariter procedit cum ſegmentis, quæ quando comburuntur, ſimul incenſum hinc ☉ alcaliſatur.

Poſt reguli antimonii cæmentationes vel deflagrationes) Innuit hic Autor quorundam modum ☉ alcaliſatum magis adhuc alcaliſandi (**ſie machen es feuriger**) idque cum regulo ☿ii; ſcil. miſcendo ☉ alcaliſatum fuſum cum hiſce ſubjectis ♃eis, quæ Autor nominat, ſic namque ab horum ♃e deflagrante magis adhuc colliqueſcunt ⊖ia in ☉o fixo, acquiriturque hinc acerrimum ☉i ⊖, quod pro univerſali ſolvente, nempe liquore alcaheſt, Glauberus in miraculo mundi ejusque Continuatione, venditat.

Poſt croci metallorum) Scil. quando ☿ii & ☉i ana funduntur pro croco metallorum, tunc ♃ ☿ ☉ alcaliſat, hincque ex ▽ abluitionis poſt inſpiſſationem acquiritur ☉ fixum: ſicut & quando clyſſi ♃ati deſtillantur, tunc ſemper præter ∽um acidum in receptaculo excipiendum, remanet in fundo retortæ corpus fixum compoſitum conſtans ex croco metallorum & ☉o ſimul alcaliſato. Utrumque autem ☉ fixum eligit ſibi Autor noſter doſi gr. xv. ad ℈j. exhibendum. Simile autem hoc ☉ fixum eſt ⊖ibus fixis ♃atis, nempe ſi calcinata vegetabilia concremationе ♃is alterantur, ſic emergit ⊖ ſalſum loco alcaliſati.

Arcanum duplicatum pag. 427.) Arcanum duplicatum ſeu ☉ ⊕latum famoſum eſt, ejusque præparandi modum docent Mynſichthus & Schrœderus.

Probe exuſtum) Hiſce Autor oſtendit errorem Zwelfferi, rejicientis hoc arcanum duplicatum, ceu futile remedium: aſt male, quia ipſe non ritè præparavit: ſcil. ♉ ▽ ante elixiviationem nitri vitriolati probè adhuc in crucibulo calcinatur, idque tamdiu, donec ⊖ exinde extractum nullum amplius virorem (quod aliàs veſtigium veneris adhuc adhærentis eſt) præ ſe ferat, & quoad guſtum nitroſum amarorem referat, absque ullo vitriolico ſapore: ⊖ hoc bis vel ter elixiviatum, calcinatum, &c. eſt genuinum ☉ vitriolatum. Cum ergo hoc negligat Zwelfferus, non mirum eſt, eundem quoque ☉ vitriolatum rejicere; & quia ſic Zwelferus inſigniter hallucinatur ob neglectum legitimæ præparationis, ipſe & omnes ejus veſtigiis inſiſtentes, vitriolum vomitivum producunt; hinc non mirum, quare tam nobile aliàs hoc remedium fugillet: Vid. *Diſſert. de Corpulent. nimia Capit.* 2. *Artic.* 3. §. 3.

Aliàs extractum ⊖ vitrioleſcit) Nempe hoc tunc fit, quando alcali nitri non exacte ſaturaverit acidum vitrioli, hincque hoc non recte ſaturatum metallicas ♂is aut ♀is partes adhuc detinet, pro quarum ſeparatione vel nova calcinatione inſtituenda, vel aliquid liquoris alcaliſati, vel ſalis tartari, vel nitri fixi, affundendum.

E ſimplici quoque vitrioli) Sc. Autor hic in defectu capit mort. ▽ oſtendit modum (fere ſimilem illi, quo Tacchenius tartarum vitriolatum ex alcali tartari & vitriolo ♂is ſolutis parandum docet) ex tempore præparandi arcanum duplicatum: nempe ſi liquor nitri fixi inſtillatur in vitriolum ♂is ſolutum, hinc ♆ando metallum habebitur ⊖ ſalſum duplicatum.

Innoxium, pag. 428.) Arcanum duplicatum polychreſtum eſt remedium in quavis febre intermittente, itaque & in ardentibus, in malo hypochondriaco, & ſpeciatim ſcorbuto, in menſium affectibus, melancholia hypochondriaca, & aliis quibusvis chronicis morbis; imò illud lymphæ vitia & copiam nunc diaphoretica nunc diuretica vi optime corrigit.

In nitro cachectico chalybeato) Si volumus

lunus arcano duplicato vitriolum ♂is combinare, fiat id ex tempore in arbitraria proportione; nec adeoque opus erit nova illius cum hoc fusione.

Auro supervacuè) Sunt, qui arcanum duplicatum cum auro miscent, injiciendo illi fuso nonnihil sulphuris carbonum, quo ita quadantenus alcalisetur hac ratione, adeoque ☉ additum solvit & absorbet.

♂um colliquatum) Sunt, qui ♁ ☿latum cum ♂io miscendo calcinant, quâ ratione ♂ suo modo calcinatum abit in crocum metallorum flavescentem.

▽ ex ejus solitarii, vel cum manna mixti diluto) Utrumque est inutile remedium; manna enim & ☿ in fundo destillatorii remanentia nihil suggerunt.

Tot clysmatum) Ex omnibus clysmis duo nobis sufficiunt, nempe acidus & ⊡osus; quorum ille optime ex sequente ingredientium proportione destillatur:

recipiendo sc.

☿ *i part.* iv.
♂ *ii part.* ij.
♃ *is part.* ß.

Quæ omnia mista per retortam tubulatam detonatione pellantur in spiritum acidum sulphureum.

⊡*osus clysmus* nomine ~carminativi venit & prodit ex ana tartari & nitri, quibus aliquot ʒiæ nitri fixi, vel ♁is ejusdem fixi, addantur, v. g. pro part. vj. tartari & nitri, part. j. ♁is fixi. Hujus dosis est ʒß. ad ʒj. vel solitarie dati, vel aliis misturis addendi; clysmi vero acidi ʒß. ad ʒj. ad ʒiß. instilletur in mensuram semis potus ordinarii.

Per Retortam inferius perforatam p. 429.) Cæterum hic clysmus acidus ex tempore parari potest, si ♁ tartari nitrosum vel crocus metallorum, vel etiam ♂ diaphoreticum præparenturin ☾ta tubulata, vel etiam communi, universa tamen & perforata, **die auff der Seiten ein Loch hat** / quod potest episstomio firmari; quando nempe ingredientia injiciuntur, aperitur, hinc iterum clauditur, **der Bauch kompt oben / in welchem das Loch seyn muß / wird also die** Retorte **umgekehret:** sed observandum, ne nimium injiciatur, ut possit mox claudi, aliàs mox evolant ingredientia, vel etiam triroſtri demum instrumento detonentur, & rostris receptaculum ingens applicetur; sic namque abiens aliàs in auras ~acidus excipi potest.

Loco tantilli, pag. 429.) Scilicet quidam ~um nitri parant solitariè ingerendo ☿ in retortam tubulatam: sed ~ acquirunt admodum parum, quia nitrum fluens parum ~ suggerit: conf. Schrœderus *l.* 3. *ubi de spiritu nitri Num.* 2. *&* 4. *p.* 426.

Ubi tamen in priori processu parum ~ acquiritur, ex nitro fluente; contra ex posteriori, sulphure injecto, clysmiformis obtinetur.

Missa nunc arena) Sc. modus communis ~um nitri conficiendi est, ut ☿ misceatur cum argilla, bolo, ▽ sigillata, ∴, farina laterum, &c. & ita per se, vel in globulos formatum, forti igne destillatur: modum hunc rejicit Autor noster, insistens hac in parte vestigiis Zwelfferi *in Animadverſ. p.* 425. ob hanc rationem; quod subjecta illa siticulosa addita, multum de acido nitri spiritus absorbeant; Ast ne hoc fiat, circa finem destillationis detur △ reverberii; hoc enim pacto impeditur ista absorptio, & nihil remanebit ~in subjectis illis additis.

Cum aluminis crudi duplo pag. 430.) Autor nitrum cum aluminis duplo in spiritum destillandum jubet, cujus nihil in receptaculum transire dicit: sed dubitatur.

Rectificationes) Sunt, qui spiritum nitri destillatum à phlegmate rectificandum esse monent, quo sic habeatur ~ probe acris; interim hæc rectificatio pro usu medico superflua est; imo sic subtiliore sua substantia defraudatur, nec dari potest ægris absque dilutione cum vehiculis aqueis; sicut & quo magis rectificatione concentratur ~ille, eò magis fumat.

Cum spir. vini) Innuit hic spititum nitri dulcem Autor noster; sc. cum ~ nitri per se acrior sit, quam ut possit assumi, propterea cogitarunt alii de spiritu nitri dulci parando ex part. ij. spir vini, & parte j. ~ nitri, qui digesti, donec probe uniantur, per retortam aliquoties destillantur. Cæterum sumuntur interdum hi ~ambo rectificati, quod ipsum si fiat, efferveſcunt intensissimè confusi, ut etiam interdum vitrum diffringatur, & sub hac efferveſcentia magna pars volatilis avolet: indeque, ut omne periculum evitetur, instilletur ~nitri rectificatus spir. vini, in cucurbita contento, guttatim per alembici superius foramem, & applicetur rostro ejusdem recipiens aliquod, quo sic per efferveſcentiam concitati ~ excipi possint, nec iidem deperdantur, sed potius postliminio reuniantur spiritui nitri dulci. Deinde loco spir. vini simplicis recipitur non raro spir. vini à vegetabilibus carminativis, anticolicis, vel antipleuriticis, cohobando abstractus: indeque illa racis, verò tione spiritus nitri dulcis anticolici, habuisivit, ~nitri antipleuritici nomen sibi acquutut sit exigua differentia.

℞ *spiritus nitri pag.* 431.) Sunt sc. qui colorant spiritum nitri, nunc quidem per fanalum, nunc vero per radicem rubiæ tinctorum: interim cui bono? utut curiosum spiritum dictum fieri rubrum, si sub destillati aliquid camphoræ retortæ includatur co~

Capite mortuo) Sunt, qui caput mort. ni uri

nitri cum alumine deſtillati calcinant, ſicque ♁ ſalſum acquirunt, ex quo cum ♈ni tincturam flaveſcentem extrahunt pro ſcopo diuretico; loco ejus tamen alia proſtant.

Ex olivo) Innuit hic Autor tincturam nitri alias animam nitri vocatam, prodeuntem ex ♉eo olivarum cum ſpiritu nitri digeſto; ſicut hanc habet Schmuckius *in Secret. Chymicor.* Sed eſt remedium leve. Cæterum hujus ſimia eſt Glauberus, animam ex ſpiritu nitri mediante ♉eo deſtillato aniſi proliciens: tingitur, verum eſt ea tinctura à ſpiritu continuo fumante; quippe ♉a hoſce fumos aliquomodo retinent & in ſe ipſa concentrant, & ſic quaſi ruborem induunt. Interim an tales tincturæ vi aliqua ſingulari polleant? à nemine adhuc dum expertum fuit.

A crocometallorum, Mercurio vitæ, ſulphure ♃*ii*) ☋ nitri à ſubjectis ♃iatis abſtractus non poteſt eſſe ſine jactura.

Cum ſale communi) Si nitrum deſtillatur cum ſale, acquiritur ☋ nitri à ſale imprægnatus, ſeu ▽ vel ſi ☋ nitri abſtrahitur à ſale communi, acquiritur etiam aq. reg.

Spiritum illum nitri compoſitum) Hoc ipſo ſpiritum nitri Bezoardicum innuit, qui eſt egregius.

Chryſulcæ pag. 432.) Sc. ☋ ſalis per ſe ☉ non ſolvit, nec ſpiritus nitri per ſe; miſti vero utrique ſolvent id, interim ſive nitrum deſtilletur cum ſale, ſive ſpiritui nitri addatur ſpiritus ſalis, ſive ſal commune, ſive nitrum ſive ♁ ✳ perinde eſt.

Gradatatorias) aquæ gradatatoriæ ſunt aq. reg.

Pugillatorias) Aquæ pugillatoriæ ſunt aquæ fortes.

Aurifabrorum) Scil. hi ▽am fortem communem ex ☉lo & nitro deſtillatam non poſſunt in uſum ſuum trahere pro ſeparatione ☉is à luna, niſi ea depuretur; dum enim nitro communi ſemper adhæret ♁ heterogeneum, ſali communi ſimile, **der Schalck** dictum, uti ſupra dixi, de quo ſub ſpiritus nitri ſeu ▽ deſtillatione etiam aliquid prodit, propterea recipiunt ℥ij. vel iij. hincque infundunt lunæ ſinæ in laminas tenues redactæ drachmam unam vel alteram, dein ſolutionem hanc addunt reliquæ ▽ti; ſic turbatur liquor, & ita ſal iſtud heterogeneum, quod permiſtum eſt ▽i, cum ☽ ♒atur in fundum, hoc repetatur tamdiu, donec aqua fortis amplius non turbetur, tunc vocant, **es ſey gefällt**/ ſic nullum aurum tangit.

De ſubtiliore vitrioli ſpiritu) Lis eſt inter Autores, annon in deſtillatione aquæ fortis aliquid de vitriolo aſcendat? ℞. eſſe ſaltem ſpiritum nitri, qui prodit, hincque aquam fortem ne guttulam quidem ſpiritus vitrioli continere. Et poſito, aliquid ſpiritus vitrioli unà elici; hoc tamen ſpiritus nitri uſum non reddit deteriorem, adeoque ſive per hoc aqua fortis, ſive ſpiritus nitri ſumatur, perinde eſt.

♃*ialia*) Pro his figendis loco ſpiritus nitri & vitrioli, vel ſulphuris ſpiritus tuto aſſumi poteſt.

Productionis) Nitri productionis ſunt plures modi, & ex lignis vulgatis nitrum parare docet Glauberus; ſicut alii remanentias à nitro depurato calcinant, & cum ♆*a* miſcendo ♎ri exponunt pro eodem ſcopo.

Purificatio pag. 434.) ſal à quibuſdam depurari ſolet pro uſu Medico: ſed purificatio curioſa, minus verò neceſſaria eſt, quia eſt heterogeneorum ſalium infida ſeparatrix.

Per raphani ſuccum liquatio) Alludit hic Autor noſter ad evporiſton aſthmaticorum, quo raphanum in taleolas inciſum ſale communi aſpergunt, hoc dicta ratione in deliquium redigendo; ita liquor hic expectorans eſt, & aſthmate humoroſo, tam pectorali quam ſtomachali, proficuus, incidens viſciditates, eaſque ad ſui expectorationem promovens.

Fuſio) Sic etiam ſal funditur pro depuratione ſui in crucibulo: vid. Schrœderus: Sed ſic ſaltem caſtratur nitrum, dum ſub fuſionis ♎e ſubtiliorem ſpiritum deperdit.

Decrepitatio) Obſervatu hic dignum eſt, quod ſal marinum longè magis crepit quam fontanum: ac eſt ejus crepitationis hæc origo, quia ſali communi adhæret parum ſalis nitroſi; unde quemadmodum nitrum quodvis ſtrepitum edere ſolet, ita & propter annexum ejuidem phænomenon hoc in ſale communi reperitur. Alias etiam crepitatio hæc ex particulis aqueis, in ſalis communis cryſtalliſatione concentratis, ♎ actione erumpentibus, & clauſtra iſta granulorum diſſilire facientibus derivari poteſt.

Salis ſpiritu) Hic immediatè ex ſale paratur, & pro uſu Medico juxta Autorem ſufficit.

Spiritum vitrioli Philoſophicum) Spiritus vitrioli philoſophicus qui ex butyro ♃iali ♒ato ſeparatur, revera nil aliud eſt, quam ſpiritus ſalis communis ex Mercur. ſublimato mediante præcipitatione ♃ii vitæ reſuſcitatus, hinc male pro ſpiritu vitrioli habitus, attamen ſufficere pro uſu medico poteſt: vid. Autor *pag.* 344. & 345.

Deſtillandi ſpiritus iſtius additamenta pag. 435.) Sc. deſtillatur ſpiritus ſalis vel per ſe, vel cum additis: Per ſe deſtillandi modum docet Schrœderus *pag.* 465. ſed parum dare ſpiritus, rectè inſinuat Autor noſter, quin quod vas rumpatur & labor ſit fruſtraneus; cujus rei ratio hæc eſt, quod ſal commune, igne intenſiore

tractatum, fluorem concipiat, adeoque in consistentiam quasi crystallinam abeat, nil amplius de spiritu suggerens, non secus ac aliàs nitrum per se in ☽e fluit. Unde, ut fluor hic impediatur, & spiritus separetur, solent ubique particulas salinas discontinuare per addita ♀ea.

Muria) In fontibus salinis, dum hinc inde sal semicoagulatum transportatur, muria hæc diffluit, quæ ad medium inspissata & destillata per ∴am subtilem & admodum volatilem dat spiritum, sed paucum, qui revera præstantior est spiritu salis communi. Adduntur autem varia, quæ videantur apud Autorem nostrum.

Coralia) Sunt, qui addendo sali coralia spiritum salis coraliatum acquirere intendunt; verum nil de coraliis participat, quia hac ratione coralia acidum salis spiritum absorbendo, eum debiliorem reddunt: vid. Schrœderus. Eadem ratio est, quando ♀a sigillata sali adjicitur, cum tamen sic nihil peculiare acquiratur, nisi quod nobilis ♀ pereat.

Terram sigillatam, Bolum, Argillam, lateres) Quidam etiam terram sigillatam addunt, sed frustra: sicut & hos destillandi spiritus modos taxavit Zwelferus *in animadv.* dum nempe ♀ea hæc copiosum salis acidum absorbent, hincque is phlegmaticus prodit, aut ad minimum fortior in fine △ requiratur, pro acido illo evocando.

Aluminis Caput mort. pag. 436.) Hic Autor vel ana vel duplum aluminis crudi, vel calcinati, loco ♀eorum pro spiritu salis destillando recipit ac sane non est, quod metuamus, quasi nempe alumine adulteretur spiritus ille, cum caput mort. ejus nil dimittat de spiritu: sicut alumen crudum phlegma de se dat, sed insons; nec urinosum illud in ☉e hic considerationem meretur, quin potius integrum alumen ex capite mortuo denuo haberi potest.

Fastigiato illo) Hic moneo: recte anonymum illum anti-Glauberum **in seinen hundert Glauberischen Lügen/** statuere: quod mediante hocce primo furno Glauberi nullum minerale subjectum bene tractari queat, cum horum spir. miscerentur cum carbonibus, texturam eorundem immutantibus; ut taceam, fuliginem acido-pinguem ex carbonibus prodire, spiritibus se sociare, & istos adulterare. Unde nobis furnus communis sufficere debet.

Tinctura) Sunt qui spir. salis beneficio florum papaveris rhœados succi depurati imprægnant, ubi quidem gratior aspectu, sed non eminentior usui medico evadit.

Rectificari pag. 437.) Ordinario etiam solet spir. salis rectificari, quam tamen rectificationem nocivam ex eo putat Autor, quod sic subtiliore & volatiliore sulphure defraudetur; nam phlegma præcedere solet paucus spiritus subtilior: ut taceam laborem istum superfluum, quia rectificatus vix aut non dispensari potest, adeoque denuo diluendus est spiritus ille in vehiculo. Etenim spiritus salis non adeo intense acidus pro usu medico acquiritur, sed quia mineralium quorumcunque spiritus acidi nimis graduati, ob sui particulas nimis rigidas membranas corporis molestè afficiunt, rodunt & corrodunt; hinc loco talium concinnius est, ut temperati ii, h. e. mediante ☿. dulcificati, usurpentur.

Augmentari) Notat hic eos Autor, qui, uti & facit Schrœderus, spiritum salis denuò à recente sale fuso abstrahunt; item, qui Caput mort. post elixiviationem in ☉ redactum miscent cum jam prolecto spiritu sicque partim eundem augmentant, & partim de novo destillant; uterque enim labor est vanus, non secus ac ii, qui spiritum salis tartaro depurato affundunt pro sui exaltatione, qui tamen potius sic destruitur.

Cum nitro compositi) Sc. inter alia menstrua corrosiva excellit & spiritus ille compositus ex nitro & sale, ☉ ipsum solvens, quem videbitis in Schrœdero, *pag.* 466. qui & pro usu externo Alchymistico egregius est. Interim monet Autor, loco hujus & spiritum nitri bezoardicum, Boyleo menstrui per-acuti nomine *Experim. 7. de originibus Formar.* venientem, sumi posse; vel ex tempore spiritus salis & nitri mistos in ejusmodi spiritum destillare.

Ex lapide calaminari, pag. 438.) Glauberus *in Tract.* **Trost der Seefahrenden/** mediante lapide calaminari docet concentrare spiritum salis. Ejus fundamentum hoc est: nempe lapis calaminaris, ♂ialis naturæ existens, omne acidum spiritus salis absorbendo, saltem phlegma superstes relinquit, hinc illum de novo destillando spiritum acidissimum concentratum salis acquirit, pro usu medico non adeo magni usus.

Dulcem) Cum ~ salis acidus suspectus sit, hinc alii studuerunt, ut dulcem acquirerent, idque variis modis: Quidam sc. per sal tartari aut alia alcalia, verum hac ratione acidulum phlegma acquiritur. Alii salis ante destillationem solutionibus id præstare fuerunt conati, ut Schrœderus *pag.* 467. *nro.* 6. ast hac ratione acquiritur quoque spiritus salis communis. Alii simplici digestione spiritum salis dulcificare voluere, attestante Schrœdero *l. c. Num.* 5. *Nota* 2. ubi tamen falsum

est,

Digitized by Google

eſt, hac ratione illum tantillum edulcorari poſſe. Tandem optime res procedit cum duplo ♆, cum aliquoties cohobando; & hunc ſpiritum ſalis dulcem Baſilius Valentinus nominat ▽am ſuam temperatam, quamque pro ſolutione calcis ſolis adhibet.

Spiritus ſalis vitriolatus) Vid. Schrœderus. Hic fucus inanis eſt, cum ☉, fixioris naturæ exiſtens, ne tantillum quidem cum ſale miſtum & deſtillatum reddat: Si enim ♒ vitrioli rectificatus affundatur ſali communi, & deſtilletur, tunc prodit ſaltem ♒ ſalis. Spiritus v. vitrioli cum alcali ſalis communis abit in ſal mirabile Glauberi; nil enim de ſpiritu vitrioli prodit, utut phlegma vitrioli ſpir. ſalis diluat.

E ♂e cum limatura ♂is) Zwelferus *in Mant. ſp. p.* 340. ſpiritum ſalis ♂ialem ex limatura ♂is & ſale deſtillat, cui tamen ne tantillum ſubſtantiæ ♂ialis ineſt. Nullius igitur eſt pretii prærogativæque præ ſpiritu ſalis communi.

Spiritus è florum) Zwelferus *cit. loco pag.* 339. ex ♂e & ☋ co flores aurei coloris, & ex capite mort. ſpiritum ſalis ♂ialem, elicere docet, qui tamen ♒ eſt ſalis communis non adeò acris, quia acidum in ♂e reliquit; nonnihil dulcis, quia de ♂e aliquid participat: Interim non tanti æſtimandus.

Spiritus ſalis per alcali fixatus, pag. 439.) Innuit hic ſpir. ſalis coagulatum, qui fit, quando ♒ ſalis acidus miſcetur cum ſale tartari, vel nitro fixo, aut & ſecundum Mynſichthum *pag.* 26. cum ſale abſinthii: quibus modis omnibus ſal commune paulò acrius acquiritur.

Flores) Sc. quando deſtillatur ſpiritus ſalis communis paulò intenſior, tunc ſimul aliquid in formam florum elevari conſpicitur; ſicut alii ex ſale communi fuſo mediante retorta tubulata, cui adaptatus eſt follis, parant ſpiritum ſalis per ſe, aut quoque flores ſalis dulces, quos proceſſus vid. apud Keslerum *Proceſſ.* 19. *C.* 4. *& Theatr. Chym. Vol.* 6. *pag.* 437. pro uſu alchymiſtico. Interim tamen hi flores nihil aliud ſunt, quam ſal commune paulo ſubtilius factum, vel & ſecundum Autorem ſpiritus ſalis coagulatus, unde ſpiritui ſalis propriè poſſunt addi pro majori acrimonia conciliandæ. Cryſtallos ſalis dulcis vid. apud Schrœderum.

Super ſilices, pag. 440.) Glauberus ſpiritum ſalis rectificatum à ſilicibus abſtrahendum jubet, ut eliciatur eorum ☉ ſolare: verum hac ratione ſilices imbibendo ſpiritum ſalis, hunc magis enervant, quam exaltant.

*Inceratione*s) Hic duos proceſſus illos, quoſque Schrœderus *num.* 9. *pag.* 468. & *num.* 14. *pag.* 470. habet, inſinuat; dum nempe ſal commune imbibitur nunc cum ♂ ſalis, nunc cum aceto, & ſpiritum copioſiorem ſibi promittunt.

Gemmas vitæ) *Gemma vitæ Mynſichthi pag.* 28.) Eſt ſpiritus ſalis concentratus, & cum ſole corporali imprægnatus; quo tamen & ſimilibus modis nihil aliud obtinetur, quam ſpiritus ſalis plus minus concentratus. Sufficiat ergo ſpiritus ſalis dulcis.

E vitriolo ſpiritus) Spiritus vitrioli rectificatus præter uſum Chymicum in parandis remediis egregius eſt vi ſtomachica & diuretica. Cum enim de acido eſurino ſulphuris embryonati participet, cujus ratione ſtomacho gratus eſt, ſtyptico nonnihil ſapore tonum ſtomachi firmat, æſtuantibus blandum refrigerium conciliat, & primas vias per urinas mundificat: hinc uſitatiſſimus eſt in morbis acutis.

Sal anatron, Allembrot.) Quid hoc ſit, vid. in Schrœdero *l.* 2. *pag.* 479. ſunt ſc. ſalia fuſioni metallorum inſervientia.

Vitri cineres) Vitrum conſtat ex alcali cinerum & ♆ ſilicum calcinatorum, invicem colliquatis, ſub qua colliquatione ſal alcali illud acidum ſilicum imbibendo, in ſalſum abit, reliquæ maſſæ ſupernatans, **die Glaß-Galle/** vocatum. Cæterum vitrum quidam pro uſu diuretico adhibent, contuſum ſc. illud, & cum ana ſalis cujuſdam fixi ſubactum, de novo fundendo. Ita maſſa emergens in △re humido propter alcali abundans facilè liqueſcit. Ex hoc liquore & inſtillatione ſpiritus ſalis vel vitrioli pulvis ſilicum ♆ari poteſt, quem ceu magiſterium vitri commendant pro ſcopo inſigniter diuretico, vid. Tacchenius; quod tamen non magni æſtimandum, quia parum in receſſu habent calces & magiſteria vitri.

Lapidem nephriticum, pag. 441.) Hic vel per ſe uſurpatur, vel antea præparatur: Per ſe quidem amuleti inſtar curare & præſervare à calculo dicitur: Conf. Bartholinus *de Lapide Nephr.* Præparatum verò vel ſolutum in ſpiritu ſalis ſub forma ſolutionis, vel & præcipitando hunc cum alcali in magiſterium, exhibent: ſed Autor dicit, fruſtra eſſe. Adhæc per ſpiritus acidos ejus textura invertitur. Parcus & rarus eſt ejus uſus.

Cryſtallum) Hæ, ut & ſilices paulo puriores, uſurpantur duplici modo: vel externè pro Dentifriciis, pulveriſati ſc. vel & calcinati, & in lacte vel ▽ communi extincti, donec friabiles reddantur, & forſitan melius eſt pumice, ubi tamen genuina eſt Zwelferi cenſura, dicentis: ejuſmodi ſubſtantias lapidum non eſſe adeo tuta dentifricia; ſed aſperiora hæc & duriora ſubjecta

vim inferre gingivis, has alterando, & ſucceſſive abſumere, indeque loco ejuſmodi ♃corum cineres vegetabilium, ut Nicotianæ, aut tartarum calcinatum, & ſimilia, longe commodius adhiberi.

Interne vero, utut verum ſit, cryſtallum invertens eſſe acidorum præternaturalium, hinceque infantibus pro temperando acido horum æruginoſo prodeſſe, ſicut & dyſenteria benigna laborantibus, ubi acidum corroſivius peccat; ea tamen pro uſu diuretico non adeo ſingularis eſt.

Solutio cum ſalis ſpiritu pag. 442.) Deinde cryſtallus calcinata ſolvi poteſt in ſpiritu ſalis vel in aceto, & hinc vel ſolutio talis in forma liquida propinari, vel poſt coagulationem ſui in loco humido iterum ſolvi, qui liquor vocatur liquor nephriticus. Et hac ratione quoque cryſtallus & alii lapides, vulgo lithontriptici vocati, tractari poterunt, ubi tamen omnino iſtorum præparata pariter ſaltem urinam propellendo proſunt.

Silicum ille liquor, pag. 442.) Sc. Glauberi inventum hoc eſt, recipientis ana ſalis tartari & ſilicum pulveriſatorum hinc ſali tartari fluenti in crucibulo, ſucceſſive immittentis pulverem ſilicum (qui ſubjectum admodum ſulphureum ſunt) ita ſolvuntur ſilices, & invicem coëunt in liquorem vitriformem, qui in loco frigido repoſitus propter alcali abundantiam fluit p. d. & vocatur liquor ſilicum, parum in receſſu habens: vel & maſſam illam, antequam fluat p. d. cum ☿ in tincturam extrahit Glauberus, tincturam ſilicum eandem vocans, quæ tamen non eſt è ſilicibus, ſed ex ſale tartari; adeoque præ ℞ tartari vulgari nihil in receſſu obtinet.

Cremoris titulo) Porro ſi dicta miſtura p. d. fluat, emergit cremor præ pulvere ſilicum nihil ſingulare obtinens; contra liquore cum ſpiritu ſalis ♃ato in ⊖ commune; vel cum ☾ vitrioli ♃atus, in tartarum vitriolatum abit.

Ludum recentiorum foſſilem, p. 443.) Innuit hic ludum Helmontii, ex quo cum liquore alcaheſt parat ſuum aroph, ſolvens calculum humanum jamdum concretum.

Lyncis) Lapis lyncis diureticus eſt, & per acida præparatus concretum falſum ejuſdem efficaciæ conſtituit.

Judaicum) Eſt reverà hic lapis inter alia ingrediens liquores nephriticos: nam in ſe ipſo lapis hic in urinæ difficultate & calculis non contemnendum eſt remedium; id quod confirmat Borrichius *Hermet. Sapient. pag.* 319. Præparatur etiam pro hoc uſu cum acidis: ſed nihil peculiare præ lapide crudo, vel præ cryſtallis hoc modo paratis, obtinet.

Spongiæ) Lapis ſpongiæ crude aſſumptus ad ſcrophulas in uſu eſt, vel etiam poteſt calcinari.

Pilæ marinæ) Pila marina eſt concrementum, annotante Wormio in Muſæo, ex fibris algæ marinæ petrefactæ tenacioribus confecta; quæ tamen, ſi vim aliquam diureticam obtinent, habent eam à ſale marino ſibi adhærente.

Ceraunius) Ex hoc D. D. Michaëlis cum ana exuviarum ſerpentum miſto præparavit ſuum ſpecificum ant-ictericum, cujus tamen effectus rationes non video; ſicut & Tilemannus & Agricola laudant ceraunium pro hydrope curando, nunc in pulvere nunc in potu infuſum: ſed vereor, ne & hic ſpe fruſtremur.

Gloſſopetræ) Sunt corpora triangularia oſſea in inſula Maltha reperibilia, eaque alii foſſilia, alii marina ſtatuunt; ubi tamen notandum: in mari mediterraneo reperiri piſcem carchariam dictum, rictu canino immenſo, quadruplici dentium ſerie circumvallato, præditum: qui ipſi dentes ex mortuo piſce caſu decidentes appelluntur ad Inſulam Maltham, ibique ſe ſpeluncis ſubterraneis inſinuando, ulteriore induratione lapidis ſpeciem acquirunt: Conf. Steno *in Myolog. ſpec. ubi* Anatomiam ejuſmodi piſcis habet. Abſorbent acidum, pollent vi ant-epileptica, diuretica, ant-hydropica, &c.

Ex calce viva, pag. 444.) Hæc eſt famoſum ſubjectum & lapidoſum artificiale, ſuo modo concretum, conſtans primario ex ♃a fixa, una cum acido & exceſſivo alcali in eadem abſconditis. Equidem quoad bina hæcce ſalia latentia in calce viva, dubitare videtur Autor noſter, terens veſtigia Zwelferi, indeque negat, dari eadem in calce viva: interim, quod illa huic inſint, ſufficienter demonſtravit Mayow *de nitro & ſpiritu ♁eo.* Et ſane, cum calx viva tam fortia eaque fixa ſalia poſſideat, hinc factum, ut ſemper vis diuretica in ea quæſita fuerit, & præprimis ſpiritus diuretico-nephriticus. Utut autem verum ſit, ex calce viva cum ⊖e ✱co, vel CC. vel tartaro & ſimilibus combinata, ſemper acquiri ſpiritum nitroſum; tamen ille eſt compoſitus, & præſertim additamentis hiſce originem debet, adeoque ſic genuinus calcis vivæ ☾ non paratur, quin potius videri poſſet Paradoxum, ex calce viva petere velle ſpiritum urinoſum; cujus tamen aliquid reverà ineſt, an vero ex calce viva ſit? in ſuſpenſo relinquitur.

Spiritus Vini alcoliſati inceratione) Innuit hiſce proceſſum Baſilii Valentini, quem & habet Schrœderus, Keslerus ac alii

Digitized by Google

ac alii ſc. quando cum ſpir. vini repetitis vicibus imprægnata ☿ fortiſſimo △c pellitur; ſic enim prodit ex ☽ta ⌒ vini aliqualiter acris, utut parciſſimum ſit quod recipit ⌒ vini.

Nos ſpiritum ſalis) Curioſus eſt labor ille, quando nempe recipitur ſpiritus ſalis, & affunditur ☿æ recenti, vel ſi quid humiditatis ♎reæ attraxerit nonnihil calcinatæ: quo in caſu hæc potenter ſpiritum ſalis imbibendo effervescit, hinc ex deſtillata miſtura prodit ſpiritus volatilis urinoſus, inſtar ſpiritus ⊖*ci vel urinæ, quantumvis non adeo copioſus. Interim dubium eſt: an hic ſpiritus urinoſus inſtar ſpiritus ⊖*ci vel urinæ ex ☿a prodierit? an vero ex ſpiritu ſalis in ſuperficie ſua acido?

Liquorem nephriticum) Deinde ex ♊ hujus ſpiritus remanente, mediante ▽ communi elixiviatur ⊖ alcalino-ſalſum, quod poſt evaporationem phlegmatis cum ſpir. vini extrahitur in liquorem ſalſo-urinoſum diureticum: quem alii ex tempore parant, imbibendo calcem vivam cum ſpiritu ſalis hinc inſpiſſando, & p. d. fluere ſinendo. Sic alii adhuc recipiunt caput mort. ⊖*ci cum ana ☿æ poſt ſpiritum prolectum remanens, & ex hoc parant cremorem ſalisformem, & liquorem diureticum, coëunte ſic acido ſpir. ſalis cum alcali ☿æ; ſic fit ⊖ ſalſum p. d. fluens. Tandem alii ⊖* & ☿am calcinant & elixiviant; quod p. d. fluens liquoreſh diuretico conſtituit.

Cum alumine pag. 445.) Sc. ☿a recentiſſima cum ☉c miſta poſt deſtillationem dat quidem ſpiritum urinoſum; interim tamen dubium hic occurrit: annon hoc ⊖ volatile ſeu ſpiritus urinæ ſit in ☉c delitescens? an ex calce viva elicitus? ſane longe probabilius eſt, ex ☉c cum, quam quidem ex ☿a, prodire.

Lixivium pag. 446.) Sc. ▽ calcis vivæ ſeu lixivium (in quo nempe calx viva effervescendo extincta quaſi eſt) vocata aliàs ▽ benedicta chirurgorum, egregia eſt in affectibus Chirurgicis quam plurimis: Eſt enim corpus lixiviale urinoſum prædominante in eodem alcali; hinc ea vel ſolitaria, vel acuata cum tertia parte ♅, (quo ſic ⊖ ſ̈oſum prædominetur) præſtans erit in inflammationibus diſcutiendis, vi abſorptiva acidi inflammationis cauſæ. Eadem ▽ excellit in ulceribus ſordidis purificandis, eluendo eadem, in incipiente gangræna arcenda, promovendo ſimul ſeparationem partis ſanæ à mortua; item in ſcabie & ſerpigine curandis.

Cremor calcis vivæ) Sc. cruſta quædam moderatè ſalſa & pinguis ▽æ calcis vivæ ſupernatans, præter uſum, quem habet in cancro exulcerato (niſi is nimis fuerit exaſperatus) convenit, & ulceribus diaphoreticis, h. e. quæ nolunt cicatriſari. Sicut & calx viva, h. e. corpus illud ⊽eum poſt ▽æ elotionem ſuperſtes, redigi poteſt in linimentum contra ambuſta, & ulcera alia manantia egregium; abſorbet enim quælibet acida.

Cauterium) Cauteria potentialia pro natura ſalium corroſivorum ſunt in duplici differentia: nempe alcalia & acida, quorum illa ſunt omnia lixivialia acria ſalia, & ex his ſal præprimis ex lixivio ſaponariorum coagulatum, quæ præter alia & ingreditur calx viva, atque hoc in loco calido ſicco aſſervatum, ne p. d. fluat, eligit & maxime commendat Autor. Interim tamen alcalia hæc cauteria non adeo commode uſurpantur ex eo, quod illa ſolvendo putrefaciant locum, cui applicantur, moxque maculam nigram fœtentemque cruſtam gangrænæ quaſi initium inferant; è contra acida ſalia plus minus concentrata præſentiora ſunt, cum rodant hæc ſaltem, & rodendo partem profundius faucient, hinc primo rubram, deinde albam eſcharam inducunt. Jam vero inter hæc acida eminet ☽a in ▽ ſoluta, quæ ſoluta inſpiſſatione dat pulverem ex albo obſcurum, Lapis infernalis dicendum: de quo ad quantitatem piſi mediocris applicetur loco, ubi faciendum cauterium, imponendo deſuper emplaſtrum, ita hic pulvis ob ▽m fortem in ipſo concentratam operari incipit, quaſi punctura pulicum affligerent. Idem pulvis locum habet in caſu carnis excreſcentis ulcerum, quam mortificat & erodit. Tandem poſt hunc pulverem pro cauterio optimum eſt butyrum ♁ii, tubulo calami coërcendum.

Renum calculis pag. 448.) Sc. in paroxyſmo nephritico, duæ occurrunt indicationes: aut enim calculus imminuendus eſt, aut, ſi id fieri nequeat, maturè ejiciendus per diuretica, quo ſic præcaveamus majora ejus incrementa. Jam verò priori ſcopo obſtat paucitas remediorum calculum poſitivè frangentium; indeque ob horum defectum ad ſecundam indicationem accedendum eſt, ubi tamen in hac quoque obſtat, quod in nephritidis dolore fibræ ureterum convulſivè criſpentur, hincque fibris his contractis meatus ureterum anguſtentur, adeoque difficilis ſit labor pellendi calculum renum; cum ſi fortiora diuretica exhibere velimus, & calculum his moveamus, dolorem intenſiorem pararemus & criſpaturam augeremus. Quid ergo in tanta perplexitate conſilii? Reſpondet Autor noſter, ſiſtatur dolor, quo remittente, & criſpatura ureterum ceſſante, ſponte ſic ſub urinæ vehiculo prodeat calculus; hincque ſuadet temperata, ſimulque præcipitantia

Digitized by Google

diuretica anodynis & antiſpaſmodicis exaltata. Cæterum Autor noſter pro ſcopo temperativo & ſimul præcipitante diuretico eligit lapides ℈rum, ſicut pro ſcopo anodyno pulverem ſuum anodynum ex opio conſtantem & inferius deſcriptum; tandem pro ſcopo antiſpasmodico cinnabarim nativam, vel in ejus defectu ♁ii, adeoque ordinat ex his talem pulverem compoſitum:

℞. *lapill.* ℈. ℈j. ad ʒß.
pulv. anodyn. opiat. noſtr. gr. iij.
♁ *nativ.* vel ♁*ii*, gr. viij.

M. in formam pulveris, ſubinde uſurpandi ab ægro nephritico, interponendo uſui ejusdem vel ſpiritum ſalis, vel tinctu-ram tartari tartariſatam.

Omnia ſic poſſumus præſtare, quæ alii vix magnis compoſitionibus.

Lithontribon. pag. 450.) Hi pulveres omnes ſunt inconditi, & nihil fere operantur.

Nec ſyrupos pag. 451.) In paroxyſmo nephritico, cum ſtomachus per conſenſum utplurimum ſimul inſigniter laboret, hujusmodi ſaccharata tanto magis proſternunt, quo magis ſaccharum ſuperat vim ingredientium medicamentoſam.

Eſſentias nephriticas, pag. 452.) Hæ cum ſpir. vini paratæ ex aromaticis licet calculoſis, non ſemper poſſunt in uſum vocari, quia ægri maximis æſtuationibus corporis laborant.

Aroph pag. 453.) Aroph Paracelſo eſt ſpecies medicamenti, quo calculum renum confregit & expulit, quod admirati ſequaces, putarunt illud explicare & denotare aroma Philoſophorum.

Torna ſolis pag. 454.) Innuit hic Autor tinctu-ram aperitivam Moebii duplicem; quarum vera eſt ſequens:

℞. ☉*is comm.*
☽*i* ana ℔j.
☿*i* ℔ij.

deſtilla per retortam, & rectifica à ☉e ☿i, ita prodit ſpiritus ſtriatus volatilis acidus, tinge torna ſolis h. e. linteis cum ſucco baccarum heliotropii infectis vel etiam baccis ipſis exſiccatis in tinctu-ram aperitivam egregiè diureticam.

Quoad alteram tinctu-ram, illa ſequenti modo præſcribitur.

℞. *ſpiritum ſalis communis*:

eumque quater ſuper caput mort. proprium cohobatum ex MB. rectifica, ita prodit ſpiritus ſtriatus volatilis acidus, quem abſtractum ab aphronitro tinge cum torna ſolis. Sed tinctura hæc nihil valet.

Lixivia diuretica, p. 454.) Illa Mynſichthi ſunt nihil aliud quam ſalia calcinatorum vegetabilium in ▽ vel vino ſoluta ita propinata.

Atque ita ex hiſce ſelectis diureticis hactenus allegatis vel mille formulæ pro diureſi concitanda præſcribi poterunt, v. g. in forma pulveris

℞. *crem.* ☿*i* ʒij.
lap. ℈. *pulveris.* ʒj. M.
Div. in 2. part. æqv.
ſumantur in vehiculo fervido.

℞. ☿*i vitriolati rite parati* ʒß.
(vel *crem. tartari* ʒj.
ſalis tartari vel *ononidis* gr. xv. M.
divide in 2. partt. æqu. D. S.

Eröffnende Harntreibende Pulver.

Vel ℞. *nitri vitriolati* ʒß.
ſalis ſtipit. fabar. vel ſal ſtercor. columb. vel ſalis geniſtæ, ʒj.
℥ *deſtil. terebinth.* vel *junip.* gtt. iv.
div. in 2. part. æqv. ſ. ut ſupra.

Vel ℞. *tartari puri*, vel *cremor. tartari*, vel *nitri purif.* vel *nitri* ♁*iat* ʒij.
☉ *tartari* ʒj.
℥ *deſt. junip.* vel *terebinth.* gtt. iij. M.
div. in 2. part. æqv. ſ. ut ſupra.

Vel ℞. *crem tartari* ʒij.
vitrioli ♂*is ritè par.* ʒj. M.
div. in 2. part. æqual.

℞. *ſalis eſſent. tartari* ʒj.
vitrioli ♂*is* ʒß.

Miſceantur in mortario lapideo: hinc maſſa humida exſiccetur, & de novo teratur.
div. in 4. part. æquales.

Sic in forma liquida:

℞. *tincturæ tartari* ʒij.
clyſſi ⊡*oſi* ʒj. M. D. S.

Doſis gutt. 40.

Harntreibende Tinctur.

Vel ℞. ∽ *carminat. de tribus* ʒiiß.
lumbricor. per putref. ʒiß. M.

Doſis 40. guttæ.

Vel ℞. *liqu.* ▽ *fol. tartari* ʒiij.
ſpirit. ☉ ✱*ci* ʒiß. M.

Doſis 40. gutt.

Vel ℞. ▽ *fragor.* ℥ij.
℞ *tartari tartariſat.* ʒij.
ſyrup. heder. ▽*ſtr.* ℥ß. M.

Uſurpetur cochleatim.

Vel ℞. ▽ *fragor.* ℥iij.
ſalis eſſent. tartari ʒiij.
clyſſi ⊡*oſi.* ʒj.
ſyr. heder. terr. ℥ß. M.

Uſurpetur cochleatim.

℞. ▽ *fragor.* ℥ij.
ſyr. ex ſucco frag. ʒvj.
ſpirit. ſalis l. nitri dulc. q. ſ. pro grato ſapore. M.

Capiatur cochleatim.

℞. ▽ *petroſel.* ℥iij.
✚*i vini* ʒvj.
lapill. ℈. *præp.* ʒj. ad ℥iv.
ſyr. papav. albi ʒvj. ad ℥j. M.

℞. ▽

Digitized by Google

℞. ▽ *fragor.* ℥iij.
lapill. ℈ *præp.* ʒj.
ſpiritus ſalis l. nitri dulc. ℈j. ad ʒß.
ſyrup. fragor. ℥ß. ad ʒvj. M.

Vel

℞. *cantharid. pulver.* ℈ß.
Infund. in
Vini Rhenan. ℥iij. l. jv.
ſtent in loco tepido per ☌ manè filtretur vinum. D. S.

Harntreibender Wein.

Doſis 10. 15. 20. ad 30. gutt. aſcendendo paulatim indies in hauſtulo jusculi calidi ſeu tepidi, vel cereviſiæ.

Vel

℞. *Liquor. betul.* Martial. q. v.

Evapora ad mediam remanentiam, imprægnetur ſ. q.

Extract. alkekeng. liquid. cum vel ſine ſacch. parati. Detur cochleatim: Vel

℞. *rob. juniper.* ʒj.
lap. ℈. *præp.* gr. xv.
♀ ♁ *lat.* ℈ß.
c. ſ. q. ⌒ *juniper.* F. Bolus.

Quibus denique Electuarium placetii,

℞. *conſerv. violar.* ℥j.
rob. juniper. ℥ß.
lap. ℈. *pulveriſ.* ʒij.
arcan. dupl. ʒj.
c. ſ. q. *ſyrup. heder.* ▽ *ſtr.* F. Electuarium irrorandum aliquot guttis ⌒ ☉ is M.

Detur quantitate caſtaneæ vel nucis juglandis.

De Antiſcorbuticis pag. 455.) In anteceſſum hic præmonendum, remedia Pharmaceutica cauſas morborum materiales ſive occaſionales corrigentia, facere illud vel inſenſibiliter easdem ſaltem alterando vel ſenſibiliter ſimul extra corpus easdem evacuando. Etenim ex omnibus ſupra commendatis evacuantibus non datur ullum, quod non ſimul corrigat & alteret humorem illum, qui evacuari debet: contra alterantia videntur ea, quæ inſenſibiliter cauſas materiales ſeu ſuccorum corporis ex perverſo 6. rerum non-naturalium uſu degenerationem corrigunt, ſeu vitioſos eos ſapores emendant: Et ſpeciatim illa alterantia vel viſcidam & glutinoſam humorum texturam, motui tam progreſſivo quàm inteſtino ineptam, & hinc inde poros & meatus obſtruentem incidendo vel reſolvendo, vocantur Incidentia vel Aperientia & Detergentia, hincque prout variant nutritiones particulares partium, hincque nata ſunt vel vitioſa contenta, vel aliunde vitioſa transmiſſa, eatenus & remedia pro partium, in quibus corrigendæ cauſæ materiales latitant, diverſitate nunc Aperientia pectoralia, nunc ſplenetica, nunc uterina appellari ſolent. Quousque autem materiæ morboſæ ſe oſtendit ambitus, eo uſque etiam alterantium uſus ſe extendit, adeò ergò latus eſt campus alterantium. De cætero obiter perſtringendus eſt abuſus obſtructionum, quaſi quibusvis in morbis præſertim chronicis obſtructionem viſcerum in abdomine urgerent, unde ubique de aperientibus magna narratur fabula. Sanè frequentiſſimè in ejusmodi affectibus primario peccat acidum, hærens in ſubjecto plus minus viſcido, unde acidum illud abſorbentia, viſcidum verò incidentia & attenuantia requirit. Et ſane, quam vana ſit ejusmodi accuſatio obſtructionis, probat loco omnium quoque Mars, qui vulgo dicitur pollere vi aperiendi, cum tamen revera ratione texturæ ſuæ materialis ſimpliciter adſtringat, & vi ſua vitriolica fibras ſpiſſet: potius quicquid ☌ in chronicis præſtat, illud facit viſciditates imprimis acidas abſorbendo, easque per alvum eliminando.

Spleni) Sunt, qui malum hypochondriacum originem ducere dicunt ex ſplene, idque ideo, quod ſymptomata dolorosa maximè in hypochondrio ſiniſtro obvia ſint: aſt utplurimum eſt inſons ſplen, ut taceam: dubium eſſe, an ſplen affectus ſit radix? an verò productum morbi? quinimo in ſymptomatis his hypochondrii ſiniſtri, utplurimum curvatura illa coli & jejuni accuſanda.

Quiſquis mineralium pag. 456.) Innuit hic Autor noſter remedia in cura mali hypochondriaci & aliorum chronicorum uſitata: nempe primatum ducunt ☌ialia, acidum præternaturale abſorbentia, & ſub ſæcum nigrarum forma illud eliminantia; tandem cruſtacea marina, acidum invertentia, & illud ſalſum factum per vias urinarias educentia. Ab his præmiſſis pra mittendis fit initium: quibus porro ſubjungit ſalina volatilia, tam macra ſalina, quam amaricantia ſeu aromatica, hepatica & ſtomachica vulgò dicta. Cæterum ex illis volatilioribus imprimis ⌒ vegetabiles ſulphureos inflammabiles non ſine cautione uſurpandos eſſe monet, idque ideo, quod hypochondriaci utplurimum varia phlogoſi & æſtuationibus corporis torqueri, & facillime cephalalgia per conſenſum affici ſoleant.

Pauciſſima pag. 457.) Ex omnibus vegetabilibus antiſcorbuticis, craſin ſuccorum corporis acido-rancidam emendantibus, præter illa, quæ jam inter diaphoretica & diuretica ſunt recenſita, imprimis ſunt ex vegetabili Regno primariò cochlearia, quam ſelegit Autor, alia ſusque deque habens, quod quidem poſſemus concedere: interim cum & alia quævis idem præſtent, putarem cochleariæ ſimul ſocianda eſſe raphanum ruſticanum, trifolium aquaticum ſeu fibrinum,

& na-

Digitized by Google

& naſturtium aquaticum, quæ ex volatilibus pro ſcorbuto ſufficiant. Cæterum ex amaricantibus cichorium ſylveſtre loco omnium Intybaceorum, item taraxacum, epatica nobilis, abſinthium, centaurium minus & majus, vel hujus defectu chelidonium majus, fumaria, rhabarbarum monachorum, gummi *, item tartarus, & quælibet tartarea. Hiſce etiam annumerari ſolet piperitis, flammula, beccabunga.

Cochleariam,) Hanc recentem ideo eligit autor noſter, quod in omnibus vegetabilibus antiſcorbuticis ſub exſiccatione fere pereat totum ſal volatile, in quo tamen vis antiſcorbutica conſiſtit.

Abſtractitius ſpiritus) Spiritus cochleariæ abſtractitius primario colligitur ab Autore. Etenim duplici modo ſpiritus ex cochlearia paratur, quorum alter ex fermentata, alter ex ſimplici abſtractione, prodit: Illum rejicit Autor noſter eam ob cauſam, quia ſub fermentatione, dum recluditur textura miſti copioſum ſal volatile antiſcorbuticum auras petit. Abſtractitius autem ſpiritus fit per crebriorem ſpiritus vini à recenti cochlearia abſtractionem, & tandem in MB. rectificationem; qua ratione penetrans, acris, & ſale volatili acri turgidus ſpiritus acquiritur, qui ſi ſemel tantum à piperitide abſtrahatur, mirè exacuatur, & penetrantiſſimus erit, præſertim, cum & hujus ▽ acerrima ſit. Cæterum ſunt, qui adhuc generoſiorem ſpiritum exoptant è cochlearia, affundendo ſpiritum fermentatione paratum recenti cochleariæ, & ita ſæpius à nova abſtrahendo, tandemque ex MB. rectificando.

In eſſentiam ant-hypochondriacam pag. 458.) Sc. ſpiritus talis cochleariæ abſtractitius affuſus extracto ♂is cum ſucco pomorum, dabit optimam Eſſentiam hypochondriacam compoſitam; idem verò miſtus cum ſucco recenti cochleariæ expreſſo, evadit in eſſentiam optimam anti-ſcorbuticam: Conf. Pauli *Quadr. Botan. Claſſ.* 3. *pag.* 268.

Liquore recentiori hepatico ac ſpleneticó) Hic notat Autor Zwelferum *pag.* 211. *Ph. Reg.* inaniter liquorem hepatico-ſpleneticum parantem ex anti-ſpleneticis mediante liquore Sal. Tartari, quaſi ſic volatiliſetur ⊖ tartari; cum tamen vane hic liquor addatur, & deſtillando potius ſimplex ▽ acquiratur.

Syrupo quovis) Præfert etiam Autor hanc eſſentiam ſyrupo ſimplici & compoſito, quos videb. in Zwelfero.

Extractorum) Extracta omnia antiſcorbutica ſunt languida, quia ſub inſpiſſatione ſal volatile, tanquam ſubſtantia horum nobilior, perit.

Cochleariæ ſucco pag. 449.) Hic per ſe non eſt incongruum remedium in ſero lactis rite depurato exhibitus, contra Autorem; & poſito, illud aliquid virium perdidiſſe, non tamen omnes abierunt.

Aquis deſtillatis) Aquæ antiſcorbuticorum vegetabilium parum in receſſu habent, & vehiculi loco ex pluribus ſufficere poſſunt ▽ cochleariæ, & ſi haberi poterit ▽ piperitidis.

Raphani ruſtici, naſturtium, p. 460.) Raphanus ruſticanus, uti & naſturtium aquaticum in ſuccis expreſſis & infuſis vel in vino vel in ſero lactis, rejiciendi adeo non ſunt; ac quidem liquor infuſionis pro ſubjectis temperatis eſto vinum dilutum; pro ſubjectis autem acrioribus ſuccis præditis ſerum lactis.

Chelidonium minus) Hoc duplex occurrit: quorum alterum eſt ſine ſapore, alterum vero cum ſapore acri junctum, atque hoc ſeligendum.

Semen ſinapi) Hujus ⊖ volatile nobile eſt in ſcorbuto curando, præſertim hyemali tempore, quo recentia antiſcorbutica non proſtant. Sic & ex hoc cum calce viva paratus acerrimus elici poteſt, qui tamen non adeo frequenti eſt in uſu. Contra inſervit idem ſemen ſinapi optime pro rubefacientibus, loco veſicatorii in tenellis applicandis, conquaſſatum ſc. illud, cumque ▽ vel aceto ſubactum, loco corporis debito imponendum.

Trifolium fibrinum) Trifolium ſaporis acris non eſt tam rarum, quia ubique in paludibus reperitur, imo quantum hoc valeat, & vel cochleariam ſuperet, Vid. in Simonis Pauli *Quadr. Botan. Claſſ.* 11. *pag.* 159.

Beccabungam) Beccabunga, Schrœdero Anagallis aquatica dicta, Planta eſt temperata, ſucculenta, quam etiam ad ſcorbutum commendant, & hanc ipſam aliis antiſcorbuticis, præſertim acrioribus, pro earundem temperatura addere ſolent. Ad hæc in tumore pedum ſcorbutico, item in tumoribus inguinum poſt partum diſcutiendis, contuſa extrinſecus applicatur.

& deſtillatum cochleariæ pag. 461.) Hujus ob craſin concentratam gutta j. prævalet eſſentiæ ʒj. & rara eſt avis. Optime fit, ſi recipiatur cochlearia florens, & in incipiente ſeminis generatione conſtituta, hæcque dum vim ſuam concentrare vult in ſemine deſtilletur, & novæ plantæ prolectus affundatur liquor, hac ratione major olei copia, utut adeo non tanta, acquiritur, quod miræ eſt efficaciæ.

Cæte-

Digitized by Google

Cæterum fit ex hoc Magiſterium cochleariæ dictum, dum eo ipſo imprægnatur ſaccharum, & faciunt Elæoſaccharum, quod iterum irroratur ſucco cochleariæ recenter expreſſo; ita paratum Magiſterium acquirit omnes vires cochleariæ, hocque D. D. Michalis in crebriore uſu habuit.

Volatilitate pollentioribus.) Acetoſa etiam poteſt addi: ſunt enim quædam ſubjecta bilioſa & ſuccis acrioribus ſalinis prædita, quæ ejusmodi acria ferre nequeunt, cum hæc non ſine effervescentia, phlogoſi & exæſtuatione, operentur; hinc in talibus cochleariæ acetoſam combinandam eſſe, dicit; quo ſc. ſalſum volatile tertium emergat. Conf. Bartholinus *Volum.* 1. *Act. Haffnienſ. p.* 35.

Reſidua) Splenetica Aperitiva hodiè non ſunt adeò uſitata propter ☉ialium, marinorum, & volatilium ex animali Regno præſtantiam; unde inter illa ſelectum Autor noſter inſtituit, quemque & nos ſequemur: ſicuti ex Hepaticis & Spleneticis, eligemus cichorium ſylveſtre, hujuſque tam plantam, quam radicem, item herbam & radicem taraxaci, cujus herba turget ſucco lacteo amaricante abſterſivo, ad modum omnium Cichoraceorum, bilis correctivo, ſuccorum vitioſorum temperativo, & ratione amaroris ſui quaſi nitroſi alterativo. Porro ſelectui huic accedant radix Rhabarbari Monachorum, radix caryophyllatæ, helenii & angelicæ, item herba centaurii minoris, herba & radix chelidonii majoris, herba fumariæ, abſinthii, & bellidis minoris, ut & hepatica nobilis. Tandem ex gummatibus addatur in ſpecie gummi Ammoniacum. Jam verò parantur ex dictis ſpeciebus recentibus infuſa; ex arefactis autem decocta, ubi tamen præ cæteris excellunt earundem extracta ſuccoſa juxta Angeli Salæ præſcriptum paranda: Contra veteres Practici ex his parare ſoliti fuerunt Decocta & Infuſa, ſed hodie negligi ſolent, præſertim, cum vegetabilia illa reſpectu aliorum ſint admodum languida; ut taceam quoque, horrido ſapore eſſe prædita, quem ſi corrigere per ſaccharata ſtudeamus, evadunt planè nociva in talibus affectibus.

Scorzonera pag. 462.) Hanc ex omnibus Intybaceis quoque eligit Autor, ſed radix ejus nimis mucilaginoſa eſt pro infuſo: loco hujus ergo nobis placet, ſubſtituere cichorium ſylveſtre, & hinc taraxacum.

Cichorii radice, floribus, foliis) Cichorium ſucco lacteo amaricante eſt imprægnatum, ſicut alias etiam tota planta, ejuſque radix, ſimili amarore eſt dotata, ob quam amaritiem, hincque natam vim abſtergendi & reſolvendi, reverà particulis ſalinis quaſi nitroſis turgent cichoria omnia; hinc temperant blande acidum, & natas quaſvis præternaturales effervescentias & phlogoſes ſiſtunt, adeoque ſpeciatim hepar refrigerare dicuntur. Emendant oleoſitatem bilis, augent ejus acrimoniam, & hinc abſtergendo vitioſas ſordes primarum viarum, partim alvum apertam ſervare, partim aliqua vi diuretica pollere obſervantur; propter quam vim ſalino-⊕oſo- volatilem evenit, quod libenter loca pinguia probe culta, adeoque nitroſa, incolere ſoleant: Conf. in ſpecie Sennertus *de natura Cichorii in Paralip. p.* 77.

Optima ejus præparatio eſt, ut forti decoctione eliciatur ejuſdem ſubſtantia ſucculenta, & ita inſpiſſando in extractum redigatur cuivis ferè uſui accommodabile.

Taraxacis) Eadem, quæ de cichorio modo inſinuata, etiam ad taraxacum applicari debent, cum & hæc intybacea planta ſit: Atque hæc ipſa, quibuſvis intybaceorum ſpeciebus, aliiſque ſimilibus ſucco lacteo amaricante, non tamen cauſtico, imprægnatis, applicari poſſunt: de quo intybaceorum diffuſo genere vid. præſertim Hoffmannus *de Medicam. off. pag.* 241.

Bellidem) Bellis minor plantula eſt polychreſta, quæ in morbis chronicis ad purificandum ſanguinem, ejuſque dyscraſiam corrigendam, non incongruè aliis additur. Multum confert in ſanguine congrumato reſolvendo & diſcutiendo, unde ſingulare ſpecificum eſt, ſi quis poſt nimiam exæſtuationem corporis frigidiore hauſtu fuerit læſus, ſive ſuccus hujus plantulæ expreſſus uſurpetur, ſive ex eodem acetarium modo conſueto præparetur: de quo vid. Mindererus *in Med. Militari pag.* 70. Conf. etiam Pauli *in Quadr. Botan. pag.* 21. Adhæc ad hydropem commendavit D. Michaelis, dum hujus beneficio & plantæ & florum dicto in juſculo bene expreſſo bis quendam ab hydrope liberavit; non ſecus ac alii ad inflammationem epatis hanc ipſam commendant plantulam. Præterea egregium vulnerarium eſt, tam potionibus vulnerariis additum, quam Decoctum ejus vulneribus applicatum.

Trifolii nobilis folia, pag. 436.) Trifolium epaticum ſeu epatica nobilis, rarioris olim fuit uſus; nemo enim tam copioſum ſal volatile in eadem obſervaverat, quod tamen demonſtrat Wedelius *de Sale volat. Vegetabil. P.* 2. *pag.* 81. item in *Pharmacia pag.* 70. ratione cujus egregie antiſcorbutica exiſtit, morborumque chronicorum remedium.

Graminis radice) Radix graminis à plurimis etiam ad hypochondriaca mala, ad epatis & lienis infarctus laudatur. Occaſionem hujus effectus ſuggeſſit experientia in bobus,

Digitized by Google

bobus, quod hyemali tempore ferè obstructioni folliculi fellei, ductusque ejus cystici vel à mucilagine viscosa vel concremento calculoso obnoxii sunt: ast æstivo tempore esu graminis iterum curantur & liberantur. Hinc apud Galenicos præsertim Practicos Decoctis & Syrupis magistralibus longis radices graminis frequenter addi solent.

Acetosæ pag. 464.) Scilicet inter Hepatica ad calidam intemperiem hepatis vulgo sic dictam corrigendam excellunt acetosæ omnes & oxylapathum sapore acido blande incisivo prædita: verum si quid valent, faciunt id temperando acrimoniam alcalinam bilis loco juleporum, cujusmodi remedia ex acetosis parata suum locum inveniunt. Hinc vel eligeremus succum rubicundum ex acetosa recenter expressum vel hyberno tempore ex radice facta arida & semine decoctum, quæ instar vini rubri se commendant, & instar Julebi in æstuationibus ceu blandiora suum locum obtinent: utut quoque spiritus minerales acidi guttatim præstent, quod aliàs talia ex tempore parata cochleatim solent præstare.

Aquæ simplices) Ex omnibus splenetico-rum & vegetabilium aquis pro vehiculo sufficere possunt vel ▽ fumariæ, vel florum acaciæ, vel cochleariæ, vel tandem tanquam maximè energeticæ aqua piperitidis, aut aqua veronicæ.

Cichoracea pag. 468.) Præter aquam ex herba tota cichorei in usu est liquor ex floribus per putrefactionem (extraverso sic eorum alcali blando) & per pistationem in furno paratus, qui teste Sennerto & Hartmanno de Ophthalmia egregius est in inflammationibus & vulneribus oculorum. Eodem modo potest parari liquor ex floribus cyani.

Syrupis) Quia corpora nostra septentrionalia non bene ferunt saccharata, utpote effervescentia, & mucum relinquentia, hinc syruporum loco, saltem edulcorationis gratia mistu-ris addendorum, unus altervè sufficere possunt.

Cichorei conditum p. 466.) In radice cichorei condita parum virtutis supereſt, utpote quam per diuturniorem coctionem perdidit.

Sal pag. 467.) Quia salia ex simplicibus refrigerantibus parata non sunt itidem refrigerantia, hinc loco omnium sufficere potest nitrum vitriolatum.

Veronicam) Veronicæ, simplicis temperati, extractum eligit Autor noster.

Chamædris, Teucrium, Chamæpitys) Simplicia hæc sapore aliquali amaricante prædita ad morbos chronicos, specialim epatis & lienis affectus, laudantur, quibus arbitror conferre speciatim, quatenus urinam moveant. Ulterius ad artuum & articulorum affectus, speciatim ad podagram, solent à multis commendari: sed revera ex his parum solatii promittere sibi possunt Podagrici.

Abrotani summitatibus, pag. 468.) Hoc commendatur vulgo pro alendis capillis & barba: Interim sufficit pro hoc scopo unguentum Bucretii (cujus compositio nota) quod aliquoties expertus sum.

Rhapontico) Rha Ponticum verum Alpini pro scopo alterativo; pro laxativo autem Rha Barbarum Chinense seligitur.

Myrrha galbanumque suppetit) Ex gummatibus omnibus eligit Autor noster pro hac classe myrrham & galbanum; ubi tamen loco posterioris ego gummi Ammoniacum certas ob causas usurpandum moneo.

Lacca) Ex hac prostat ℞ laccæ Mynsichti, egregia in cruentatione gingivarum, ulceratione scorbutica & fœtore oris, ex scorbuto natis, cujus loco tamen, si malum confirmatum fuerit, accipiatur unguentum illud Deckers in Praxi Barbettiana *pag.* 151. quod itidem præter salia lacca ingreditur.

Speciebus) Species dialaccæ quidem pro cachexia, & diacurcumæ pro hydrope & Ictero curando commendantur, interim loco illarum accipiantur potius earum tincturæ.

Agerato) Ageratum seu Eupatorium Mesuæ veteribus in usu fuit ad morbos chronicos, modernis rarissimè adhibetur.

Centaurium minus, pag. 469.) Centaurium minus & absinthium optimè jungi possunt, cum ambo in crasi & virtute medica sibi respondeant.

Chelidonio majori) Chelidonium majus egregium simplex est, quod vix in regno vegetabili habet par pro ictero curando. Cæterum usurpatur ejus succus per se, vel idem terendo plantam cum cerevisia prolectus, vel quoque Infusum radicis in vino factum; His euporistis aliquot ictericos fuisse curatos memini. Imo in variis decolorationibus corporis post morbos chronicos relictis, adeoque ex inertia vel defectu bilis ortis, huic chelidonio laudem tribuimus: non secus ac illud quoque est appropriatum Ophthalmicum, quemadmodum Burrhus inde suum liquorem paravit, humorem oculi ▽eum expressum restituentem; quo de conf. Bartholinus Ep. de Cerebro; imo ex eodem chelidonio & cancris Crollius & Mynsichtus ▽am suam ophthalmicam pararunt.

Curcuma) Radix curcuma veteribus jam usitata scrupulum movet: an nostras cum hac sit eadem? quæ alias flava amari-

cans

cans diureticum eſt non inelegans ; contra Serapionis & Arabum fuit chelidonii majoris radix, ſicut Dioſcoridis & Græcorum Cyperus Indicus. Noſtra hodierna, ex India Orientali allata, in loco natali dicitur Crocus ſubterraneus: conf. Bontius *in Comment. ad Garciam ab Horto*, & Eraſmus Franciſci **im Oſt-Indianiſchen Luſt-Garten.** Indi utuntur in menſium & urinæ defectibus & difficultatibus. Curcuma hæc hactenus experta fuit in ictero, præſertim ſi fuerit ſociata cum ȝialibus ; & ex hac paratur cum ſale fixo & ſpir. vini eſſentia pro ictero curando, loco ejus tamen & radix chelidonii majoris noſtratis ſumi poteſt.

Fumaria p. 470.) Ex fumaria, nitroſa in receſſu, commendatur ab Autore extractum ſuccoſum, totam plantæ craſin continens ; utut nec conſerva rejicienda ſit in affectibus ſcorbuticis juxta nonnullos.

Epithymo ac Cuscutæ) Fumariam ſi habemus, non indigemus Epithymo, cuscuta, &c.

Filicem) Filix veteribus pro ſplenetico commendata, hodie rari eſt uſus. Datur ejus mas & fœmina ex radice maris inciſa mucilago gummoſa exſudat, quæ ad ambuſtiones à nonnullis commendatur: fœminæ per transverſum diſſecta radix imaginem aquilæ repræſentare, utut falſo, dicitur : confer. Velschius *Hecatoſt. p.* 505.

Tamariſci corticem. p. 471.) Tamariſci cortex ad catarrhales affectus commendari ſolet, dum nempe corticis ℥vj. coquuntur in ∇æ menſ. vj, ad dimidias : cujus decocti potus exhibitus, ita, ut omnis ſalitorum ciborum nimius vitetur uſus, & corpus ejus ſemper ſit apertum, mirè ad affectus catarrhales & artheticos commendatur : hydropicis etiam prodeſſe ferunt. Æqualium ferè eſt cum cortice fraxini virium, unde frequenter ſimul ſolent præſcribi in infuſionibus, item in eſſentiis & extractis, affectibus chronicis hypochondriacis dicati, dum præter vim alterandi habent ſimul egregiam vim diureticam.

Capparumvè corticem) Cappares, & eorum radicum cortices, ab antiquis internè pro uſurpatione commendati quidem ſunt: interim, utut quodammodo ſint nitroſi, tamen imbellia remedia ſuggerunt. Fructus condimentum ſaltem ſunt.

Oleum) Oleum externè non adeo validum eſt. Zwelferus habet ♁ compoſitum ſpleneticum ex ſale & gummi ✱co.

Scolopendrium vulgare) Semiſanos in cereviſia infuſum juvat, & præterea non. Pro cereviſiæ conditura uſurpatur.

Vero) Scolopendrium verum, Græcis ἀσπλήνιον, Arabibus zedarach, dicitur, Germanis **Milz-Kraut.** Frequenti in uſu eſt ad morbos chronicos, & præſertim cereviſias & vina medicata ingreditur ; quæ ipſa non incongrui uſus ſunt pro cura mali hypochondriaci, ſcorbuti, affectuum ſplenis, &c. præſertim, ſi alia appropriata addantur, & cum iſtis liquidis unà fermententur.

Fraxinus, pag. 472.) Hujus cortex ſpleneticis aliàs commendatur, interne rarioris pro nunc eſt uſus: ⌒ autem ligni acidus & ♁ hinc deſtillatum nihil ſingulare habet, cum illa vix à ſpiritu ligni querni aut guajaci differant, ſed coincidant ; adeoque unus horum ſufficiat. Interim vis externa ſympathetica ligni fraxini non eſt de nihilo, dum affrictu ſui non ſolum vulnera recentia, ſed etiam obſervante me ipſo, hæmorrhagiam narium, iis admotum, curet ; ubi tamen legitimo tempore illud colligendum venit. Jam vero tempus hoc docet Borellus *Cent.* 3. *Obſ.* 78. & Hertodius *in Tartaro-Maſtige Moraviæ*, *pag.* 118. Porro ſeminis fraxini oleum per veſicam deſtillatum Glauberus ceu nobile nephriticum aperitivum commendat : ejus denique ſeminis ſal volatile apud Autorem noſtrum ſe vidiſſe Wedelius *Tract. de ſale volat. pag.* 14. fatetur.

Lupulum) quanta hujus vis ſit, poteſt quotidiano uſu quivis hariolari.

Turiones) Juli lupuli non incongrui ſunt vi aliquali fermentativa ad M. S. alterandam, & hinc alvum ſuaviter laxandam.

Syrupum) Ex omnibus ſyrupis poſſumus vel ſyrupo de fumaria vel de cichorio eſſe contenti.

Spiritus p. 473.) ⌒ unus vel alter loco omnium ſufficiat: v.g. ⌒ cochlear. abſinthii.

Eſſentias officinales, *pag.* 474.) Modus parandi extracta & eſſentias vegetabilium, vid. in Colleg. Schrœderiano.

In tot Decoctis pag. 475.) Sc. mille decocta apud veteres proſtant, ſimplicia & compoſita : Sed hæc ſunt jam rarioris uſus, eo quod ea ex tot ſimplicibus compoſita parum de ſingulis contineant, imo maxime nauſeoſa ſint, nec ſine labe ſtomachi aſſumi queant: Conf. Zwelferus, tam Animadv. quam Pharm. Regia.

Electuaria) De his & confectionibus hepaticis & ſpleneticis, idem eſto judicium: nempe ſaccharata hæc nocent in affectibus chronicis, & nauſeoſa ſunt maximè hæc Electuaria.

Pulveres pag. 476.) Hinc etiam pulveres vegetabilium non ſunt amplius in uſu, & horum loco eſſentiæ & extracta vegetabilium ſufficere poſſunt.

Nec pilularum pag. 477.) Par eſt ratio de pilulis alterantibus: veteres in uſu ſaltem pilulas purgantes habuerunt, quibus alii poſtmodum pilulas pro ſcopo alterativo ſociarunt. Hodie vero in morbis chronicis ſaltem laxativæ in uſu ſunt, harumque baſis utplurimum eſt aloe cum gummi ✻co; illa nempe pro laxativo, hoc verò pro inciſivo ſcopo.

Ammoniacum) Hoc, ſed male, rejicit Autor, quod ſane miror; cum contra illud nobile ſit pro viſciditatibus incidendis & reſolvendis, in forma non tantum liquida pro ſcopo aperiendi alvum, ſed & pilulari: Ut taceam ejusdem uſum externum in ſcirrhis diſcutiendis.

Depuratum) Cæterum gummi ✻ non crudum adhibetur, ſed ordinario ſolutum in vino vel in aceto propter feſtucas ſibi admixtas, & inſpiſſatum; & poteſt ex ejusmodi gummatibus duplex ſubſtantia elici: gummoſa & reſinoſa, cujus modum videb. in Angelo Sala *Tr. de Eſſent. Veget.* interim tamen extracta horum ſeparata non tantum valent, quantum ipſum integrum gummi.

Eſſentia ejus liquida) ☿ ſolitarius & tartareus, extrahit reſinoſam eorundem ſubſtantiam: ſed eſt ſaporis nauſeoſi.

Oleum) Tandem ex his gummatibus per veſicam prodit

1. Oleum blandum,
2. Fœtidum,

quod ipſum utrumque egregium eſt pro uſu externo; internus eorum uſus rarus eſt.

Aceto pag. 478.) Acetum eſt ♁ vini acidum ♀cum fermentando reſolutum, & hinc exaltatum, adeoque in fluorem redactum, quod magis magiſque reſolutum partim præcipitat, partim figit vini partes alcalinas, & ſic ſimul figit ſpiritum vini volatilem in receſſu alcalinum: ſc. muſtum abundat alcali, vinum eſt medium, acetum vero quaſi alterum extremum, in quo acidum exaltatum dominatur.

Vitriolicæ) Sunt, qui aciditatem aceti dicunt eſſe vitriolicam, ſed male; quin potius illa eſt alius naturæ præ acidis mineralibus, hincque ſuo modo acidum vitrioli & aceti ſibi contrariantur. Etenim ſolutiones perlarum, coraliorum, &c. cum aceto factas ~ vitrioli inſtillatus præcipitat, & apparenter deſtruit. Interim, ſi illud ſuo modo cum acido quodam minerali conciliari debet, fiat illud cum acido nitri; qua ratione acetum cum ſpiritu nitri miſtum & abſtractum ſolet acuari.

Vini) Quod ergo attinet ✝ ſimplex, plura ſunt ex vegetabilibus parata; ex omnibus tamen præſtat ✝ vini propter ſubtiliores, acriores, penetrantiores, ac volatiliores acidas particulas: præſertim præferendum eſt in remediis metallicis.

Cereviſiarium) Scilicet, quo magis oleoſum ſeu pingue eſt acetum, eò minus generoſum exiſtit, unde ſi illud agitatur, in copioſas bullas efflorescit, quæ ſigna ſunt viſciditatis oleoſæ. Atque cum cereviſia lupulo pingui & oleoſo condiatur, diutius aſſervetur, hinc acetum cereviſiarum propter pinguedinem lupulinam præ cæteris ebullit, & empyreuma contrahit.

Accidentarium pag. 479.) Notum autem eſt, quod vegetabilia fermentando ex ♁ reſoluto prius ſpirituaſcant, poſtmodum aceſcant. Sunt, qui ex vegetabilibus fermentatis poſt ſpiritum abſtractum, extendendo ulterius fermentationem, acetum poſtmodum parant: interim tamen vilius hoc fit.

Fructuum ſuccos) Sc. aceta artificialia ex ſuccis vegetabilium fiunt, quando ſc. pyra aut poma ſylveſtria nondum matura exprimuntur in ſuccum, & in hoc deinde ſuſpenduntur fæces vini in nodulo contentæ; ita propter harum alcali agens in acidum ſuccorum fermentationem concipiunt, qua fermentatione in acetum acre ſucci illi abeunt. Nonnulli piper, zingiber ſimiliaque aromata acriora addunt, ut fermentatio intendatur, & tartari recluſio adjuvetur. Quibus tamen acetis ſucci citri, berberum, &c. æquipollent.

Ribium) Acetum ribium prodeſt in febribus & ſiti.

Magiſteria plumacea,) Sunt inventum Zwelferi, *in append. ad Pharm. Aug.* reperiendum: Jubet recipere ✻ vel ✝ ſimplex, ſeu ~ ⊕is; ſed ✝ ſimplex præſtat.

Ȝialia) acetum ſimplex fortius ſolvit & magis figit remedia alcalia, quam deſtillatum; id quod patet: vitrum enim Ȝii & crocus metallorum aceto crudo infuſa, magis emetica deprehenduntur, quam ſi cum aceto deſtillato fuiſſent tractata.

Aſt Infuſa ſimplicia,) Sc. inſtar omnium acetorum infuſorum eſſe poteſt rutaceum, vel & illud alexipharmacum & Bezoardicum, quod Autor noſter *pag.* 269. dedit. Poteſt etiam ſimpliciter ex baccis juniperi, myrrha & camphora parari.

▽ *apoplectica amara, pag.* 480.) Ex tempore fieri poteſt, ſi ▽ apoplectica cum ana aceti rutacei miſceatur, additis guttis aliquot eſſentiæ caſtorei.

Syrupus acetoſus ſimplex) Ex tempore talia fieri poſſunt. Procedit autem ex ▽, aceto & ſaccharo; ubi tamen loco hujus ex tempore ſuccus citri aut cydoniorum, berberum, ribium, &c. cum acero ſufficit.

Liquo-

Digitized by Google

Liquorem, pag. 481.) Mynſichtus habet Magiſterium coraliorum roſatum, paratum ſolutione coraliorum cum aceto, & præcipitatione cum ſpiritu vitrioli; remanenti ſucco compoſito ex aceto ſolvente & ſpiritu vitrioli poſt præcipitationem factam addit ſaccharum, ſicque vocat ſyrupum coraliorum roſatum. Cæterum nota, quod, quando tale corpus oſtracodermum, v. g. coralia, per acetum ſolutum, & per ſpiritum vitrioli ♆atum ſit, & liquor remanens novis coraliis ſeu concretis affundatur, tunc ab aceto ſolvantur eadem, & à ſpiritu vitrioli adjuncto ſub ſolutionis actu ♆entur, quorum hoc negotium ſi non amplius ſuccedat, addatur ſaccharum, ſic habebitur ſyrupus corallatus Mynſichti.

Acetum deſtillatum) Sc. in aceto ſimplici acidum tartari fixius hæret, contra in aceto deſtillato eſt illud volatilius, quod aſcendit; hinc inter utrumque hæc differentia eſt, quod pro ſcopo figendi ſumendum ſit acetum ſimplex; pro ſcopo reſolvendi vero & penetrandi acetum deſtillatum, utut vegetabilia cum aceto deſtillato præparata ſint durabiliora; cum contra in aceto crudo lateat quoddam fermentum alcalinum, diſponens vegetabilia ad ſui corruptionem.

Communi tantum more, p. 492.) Si deſtillandum eſt acetum, fiat hoc ex veſica cuprea (nam in cucurbita partim ebullit, partim propter ♁ junctum empyreuma contrahit) refrigeratorio ſuo inſtructa, per alembicum vitreum. Equidem hic objici poteſt: particulas venereas ſic ſimul elevari, ſed eſt inane periculum: Siquidem cum ⌒ ⊕ rite rectificatus nihil de cupro participet, proin neque ejuſmodi particulæ cum ☿o elevabuntur.

Viridis æris ſpiritus) ⌒ ⊕is quidem cum aceto deſtillato in multis coincidit, revera tamen eſt magis concentratus, & penetrantior; adeoque coralia, perlas, ſimiliaque corpora ſolvendo, eadem fere aciditate denuò abſtrahi, & pro novis ſolutionibus adhiberi poteſt.

Cum melle deſtillatum) Ita prodit acetum magis oleoſum, nullius prærogativæ aut pretii: Verum ſi à ſale communi vel gemmæ abſtractum, acuatur magis.

Vomitorium pag. 482.) Acetum ſeu ▽ vomitoria fit deſtillando acetum per alembicum ♄inum, hac ratione acetum rodendo ♄um complectitur in ſe ſaccharum ♄ni in forma liquida, ſicque vomitorium evadit: per ſe quidem idem vitriolum ſeu ſaccharum ♄ni vomitorium non eſt; in paulo autem largiori doſi, v. g. à ℈ß. ad gr. xv. vomitum quoque excitare ſolet, propter nauſeoſum dulcorem.

Cryſtallos) Scilicet acetum poſt ſui deſtillationem relinquit magma, quod inſpiſſatum reddit tartarum genuinum ſubtiliorem, qui ceu ſubtilior vini tartarus cremori tartari addi, & ita diſpenſari cum his poterit.

Elixyr propriet.) de hoc vid. Collegium Pharmaceuticum in Schrœderum.

Terebinthinato pag. 484.) Sunt, qui loco ſpir. vini nunc alcaliſati nunc acidulati, aſſumunt ſpiritum terebinthinæ, aut aquam illam inertem à nitro & manna abſtractam: aſt ubique ſic minus ſuccedit negotium.

Elixyris cephalici) Sunt, qui ⌒ vitrioli, affundunt capiti mort. vitrioli ex ♎e imprægnato, ſeu vitriolo regenerato; ſic effloreſcit illud in ſal mediæ naturæ inter vitriolum & ⊖ nitroſum: de hoc ſpiritum vitrioli abſtrahunt, & tandem cum ♆ miſcendo mediante hoc elixyr proprietatis cephalicum inde dictum parant. Aſt & hoc parum in receſſu habet, cum commune acidum hoc idem præſtet, quod illud.

Præ nitro fixo) Loco alcali tartari vel nitri Autor monet pro Elixyr proprietatis ſine acido confectione recipi poſſe ♆am foliatam tartari, cujus modus hic: nempe aloes, myrrhæ, croci, & ♆ foliatæ tartari ana, vel & illorum trium ana cum hujus duplo, terantur invicem probe in mortario, hincque tritura iſta bene incorporatis affundatur ♆ q. ſ. ita poſt blandam digeſtionem prodit elixyr proprietatis tartareum egregium, mediæ naturæ exiſtens inter acidum, & ſine aciditate, quod aliquatenus inſpiſſatum doſi ʒß. propinari poterit.

Stomachalium pag. 485.) Inter remedia alterantia calida præ cæteris excellunt aromatica dicta, quæ ſuavi odore plus minus penetrante & ſapore grato plus minus acri & amaricante, craſin ſuam in ſale volatili oleoſo, h. e. à pingui plus minus acido concentrato conſtitutam habent, id quod in eorum ♁ deſtillato, totius concreti craſin poſſidente, patet. Ratione hujus ſalis volatilis ♁oſi in ſuo concreto temperant acida fixa, cruditates viſcidas reſolvunt, adeoque cruditati acidæ, & inde congeſtis ſordibus in inteſtinis & ſtomacho, indeque natis flatibus, ex acido fermentante in materia viſcida oriundis, optimè conducunt: Ob id ſtomachica omnia itidem carminativa ſeu flatuum diſcutientia eſſe ſolent.

Autor noſter ex alterantibus appropriatis ſtomachalibus eligit radicem ari, Hbam abſynthii, zingiber & piper nigrum: quibus tamen nos recte addenda jubemus herbam menthæ & radicem acori noſtratis ſeu calami

Digitized by Google

noſtratis ; ut adeoque hæc 6. ſimplicia nobis ſufficiant.

Ari radix) Radix ari acerrima eſt, & acrimonia quaſi cauſtica inſignita, ſicut & ipſa ejus folia; & utut baccæ ſint dulces, tamen ſemen in his acerrimum deprehenditur, & in hoc ſale volatili conſiſtit virtus, cruditates viſcoſas plus minus acidas, ex deficiente ſtomachi digeſtione & cruditate relictas, diſſolvens, corrigens, detergens, & intenſum appetitum provocans. Unde fruſtranea eſt quæcunque radicis ari præparatio, & per acida correctio, mirorque Autorem noſtrum hac in parte: Cæterum uſus recentis radicis eſt, ut minutiſſimè inciſa ad cuſpidem cultri cum ſpiritu vini hauriatur, qua ratione medetur apepſiæ; contra ſiccata in pulvere doſi 2. aut 3. cultri cuſpidum, & ſic mane in vehiculo calido aſſumi poterit.

Fecula) Contra Autorem eſt fex ari iners, nullius uſus, & omni ſale deſtituta.

Mixtura) Sc. liquorem feculæ aronis præparandæ ſupernatantem quidam cum pauco ſaccharo & aceto in conſiſtentiam ſyrupi inſpiſſant: aſt vano cum ſucceſſu, cum ſal omne volatile avolavit.

Stomachalis p. 486.) Videtur hic Autor ſubinnuere pulverem ſtomachalem Birckmanni ex Quercetano, cujus baſin itidem conſtituit radix ari, & deſcriptio habetur in Schrœdero *de Pulver. nro.* 20.

Abſinthium,) Abſinthium noſtrum præter uſum, quem recens præſtat, crudum id comedendo, exſiccatum aptum eſt in Infuſis & vinis medicatis parandis; ſicut & ejusdem ſpiritus uſui medico inſervit; ubi tamen notandum, quod abſinthium, cum ſit ſubjectum vegetabile paulo fixius craſſumque, & ſummam vim in oleo paulo fixiori habeat, hujus oleum fermentatione prius reſolvendum eſſe, quo ſic in ſpiritum abeat.

Per retortam, *pag.* 487.) Deſtillant non ſolum ex abſinthio ſpiritum fermentativum & abſtractitium, ſed quidam etiam ex abſinthio ſibi coacervato & ſepoſito, quo aliquantiſper per putredinem inchoatam ſaltem reſolvi incipiat, deſtillant per ☾am ſpiritum urinoſum amarore turgentiſſimum, & ſale volatili abſinthii præditum, adeoque exactè craſin abſinthii referentem.

Extractum) Extractum abſinthii fiat hoc modo: ſc. decoctum ejus in ▽ ſimplici factum inſpiſſetur in conſiſtentiam mellis; hinc ex eo cum ſpiritu proprio fermentativo eliciatur eſſentia per digeſtionem, ſub qua nonnihil ſalis ♄i & nitri fixati addi poterit: Sic & ſi ſpiritui illi alcaliſato abſinthii in eſſentiam redacto addantur aliquot guttæ ſoci abſinthii deſtillati, ille mox imbibendo hoc, exaltatam facit eandem eſſentiam.

Alcaheſtina) Notat hic Autor noſter Glauberum, abſinthium vel hujuſmodi vegetabilia cum nitro fixo ſubactum per ☿ in eſſentiam redigentem.

Sal eſſentiale pag. 488.) ☉ abſinthii eſſentiale nitriforme revera propter ♁ multum propriæ craſeos continet, non tamen ob id præferendum erit.

Oleum pag. 489.) Oleum abſinthii per coctionem cum oleo olivarum paratum vix prodeſt, niſi illud actuetur oleis aliis deſtillatis, indeque potius unum aliquod oleum ſtomachale compoſitum ſufficere poterit: v. g.

℞. *olei abſinth. per infuſ. & coct. parat.* ℥ij.
nuciſt. expreſſ. ℥j.
deſtillat. menth. ʒß.
macis,
caryophyllor. ana ☽j.

M. pro Balſamo ſtomachali.

Vel quod concinnius adhuc:

℞. *olei nuc. moſch. expreſſ.* ʒiij.
deſtillati acori veri noſtrat. ʒß.
macis ☽ß.
bacc. juniper. ℥j. M.

Zingiber, *pag.* 490.) Zingiber uſuale ſaltem in forma pulveris uſurpatur, præſertim ſi illud & ingrediatur Electuarium ſtomachale, quod habet Paracelſus in *Conſil.* ex *rob.* juniperi, zingibere, cubebis, &c. conditum etiam zingiber in India prius cum ▽ coquendo emollitum & enervatum eſt: vid. Collegium Pharmaceuticum in Schrœderum.

Piper) Piper recens rubet, exſiccatum vero nigricat, ſicut tandem idem detracta pelle album conſpicitur, indeque ſaltem vulgare piper, nunc ſolitariè, nunc cum aliis, ſufficere poteſt loco ſpecierum diatrion piperon. Cæteroquin idem piper cum ☿ rectificato extractum dat eſſentiam acerrimam, mire appetitum provocantem, & apepſia ægros correptos reſtituentem, oleum vero hujus deſtillatum, præter parcitatem ſui, vix ſine empyreumate acquiri poteſt, unde loco hujus pulveriſatum piper ſufficere poteſt.

Uterinis pag. 491.) Per uterina aperientia veniunt nobis Alterantia quædam, odore & ſapore aromatico prædita, ac amaritie plus minus ſenſili inſtructa, quæ ſpeciatim tam menſes, quam fœtum mortuum pellere, & lochia ſtimulare valent; aut potius in omnibus excretionibus uteri deficientibus uſitata ſunt, quatenus vel ſpecificum acidum, ſanguinis menſtruam turgeſcentiam

Digitized by Google

tiam impediens, corrigunt vel ſingulariter uteri fibras afficere, easque ſtimulare valent, ac talia ſpeciatim uterina dicuntur. Ex tam multis omnino nobis cum Autore noſtro eligere placet radicem ariſtolochiæ rotundæ vulgaris, herbam pulegii, rorismarini, ſabinæ, flores cheiri, ſpicæ, lavendulæ, quibus pro majore penetratione addendus venit crocus vegetabilis, myrrha, & ex tartaro parata remedia.

Ex regno animali pulvis hepatis anguillæ cum ejuſdem felle exſiccato, teſticuli equini exſiccati. Et tandem

Ex regno minerali præter ☌ialia, ſuccinata, confert ſpeciatim borrax.

Externè imprimis loco plurium aliorum convenit Galbanum cum oleo ſuccini vel ſpicæ malaxatum & ita applicatum. Præter hæc etiam huc referri ſolent cicer, cyclamen, artemiſia, bryonia, flores calcatrippæ, cyani, & liliorum alborum, matricaria, dictamnus, ſclarea, leviſticum, ladanum, & ſagapenum.

Cicer) Cicerum decoctum poſt partum non eſt incongruum; pro menſibus autem pellendis minus.

Cyclamen) Radix cyclaminis raro internè uſurpatur propter acrimoniam, quam habet, ratione cujus & purgans eſt validum, adeo ut etiam ſuccus ventriculo illitus hydropicorum aquas expurget & alvum ſolvat, item fœtum abigat. Succo cyclaminis ſi quis anum tetigerit, mira celeritate alvi ſolutionem experietur, propterea ingreditur unguentum de artanita dictum, cujus uſus eſt externus, ut abdomini illitum alvum ſolvat.

Artemiſia) Artemiſia, niſi aliis ſocietur, pro ſcopo aperitivo vix ſufficit; potius pro uſu epileptico commendandi ſunt ejus carbones.

Bryonia, pag. 492.) Bryoniæ radix in ſe laxativa ad promovendos menſes & vulgo laudatur, ubi tamen nihil, niſi ☌ialia interveniant, præſtat. Interim ſuccus, vel ſolitarius vel cum ſucco iridis noſtratis miſtus, egregius eſt in curatione hydropicorum, & ejiciendis inſectis, buſonibus e. g. &c. in inteſtinis ſtabulantibus.

Ariſtolochiæ radicem pag. 493.) Ex 4. Ariſtolochiarum differentiis magis probabilem rotundam, ſeu radicem ſumariæ bulboſæ, pro infuſis & decoctis ſeligit Autor noſter.

Antheræ alborum liliorum &c.) Antheræ liliorum alborum ſunt juli in floribus, qui, cum odore nonnihil crocum ſpirent, hinc quaſi per analogiam ad menſes, lochia & fœtum pellendum, ſicut & ipſi flores calendulæ ob eandem rationem, commendantur. Aſt his omnibus longè præſtantior eſt crocus, indeque antheris illis optimè carere poſſumus, quantumvis iis utatur Timæus à **Gülden-Klee**/ & Velſchius *Hecatoſt.* 2. in partu difficili una cum ☍ ſabinæ; in quo tamen remedio huic oleo primæ operationis partes debentur.

Cheiri flores pag. 494.) Flores Cheiri ſi exactè conſiderentur, & crocei odoris quid ſpirant, ideoque pro Infuſo emenagogo Autor eos eligit. Quo in caſu & eorum eſſentia, tam ſimplex cum ☿, quam prævia digeſtione cum nitro fixo, & hinc cum ☿ parata, excellit.

Pulegium,) Pulegium eſt unum ex nobiliſſimis uterinis, quod tamen rosmarinus adhuc antecellit, utut matricariæ illud præferendum ſit. Ac quidem in ſpecie egregia eſt ▽ pulegii cum vino deſtillata pro menſibus & partu promovendis, ſicut & oleum deſtillatum oleo menthæ combinandum.

Quod parturientes pag. 495.) Remedia parturientibus ſuccurrentia ſunt vel ſimpliciter ſpirituoſa, adeoq; nervina, motum partium beneficio ſpirituum promoventia; vel uterum ſpeciatim quaſi irritantia. Jam igitur ex priori claſſe ſunt remedia ex cinamomo ſpirituoſa, ☿ ipſe, & vinum generoſum, item caſtoreum; ex poſteriori vero, & quæ uterum & ſpaſmos concitant, ſunt v. g. myrrha, borrax, item hepar anguillæ; pulegium & ſabina.

Sabina) Hanc minoris quidem æſtimat Autor noſter, in ſe tamen ſatis validam; quippe herba ejus recens quocunq; modo uſurpata potenter menſes ſtimulat, ac ſpeciatim oleum ejus deſtillatum, ceu craſin totius concreti continens. Inſuper conducit Sabina uſui Chirurgico, cum non ſaltem interne ▽is & decoctis vulnerariis pro rebus heterogeneis è vulnere ejiciendis additur, quo de vid. **Würtzens Wund-Artzney**/ ſed & externè ſuccus ejus cum melle ceu nobile mundificativum ulcerum fœtidorum & manantium commendatur. Sabina in ſuo genere eſt ſatis valida fortiter uterum ſtimulans.

Vix decima pag. 469.) ☍ deſtillatum ſabinæ eſt efficax; quibus autem deficiunt menſes propter impedimentum venarum uterinarum, & tamen ſupereſt adhuc motus & turgeſcentia ſanguinis ad excretionem apti, tales phlogoſi vagâ ſimul ſolent torqueri, hincque iisdem minus dari convenit ejusmodi volatilia oleoſa & ſulphurea.

Alterius fere directionis) Scil. in menſibus promovendis præter hæc vegetabilia ſemper habeatur reſpectus ad Martialia, quo, ſc. his præmiſſis, abſorbeatur acidum, & removeatur impedimentum, turgeſcentiam ſanguinis ſufflaminans; deinde ad vegetabilia uterina fiat acceſſus pro complemento curæ.

Dominarum ▽,) Hujus loco ſufficere poteſt

Digitized by Google

potest ▽ quædam spirituosa, cui additum sit aliquod promovens partum.

Pectoralia, pag. 497.) Sunt hæc in triplici differentia, alia nempe sunt, quæ ordinario dicuntur Incrassantia seu concoquentia, alia verò Incidentia seu Attenuantia & expectorantia, & alia confortantia.

Priora sunt propriè loquendo saltem temperativa lymphæ acris & salso-acidioris, unde tusses ficcæ nocturnæ, ceu principia phthiseos, & affectus pectoris catarrhales, ut vocant, dependent, de quibus nihil hic Autor noster loquitur; hinc illa potius lubricantia, temperantia & sistentia, quam incrassantia dicenda essent, uti sunt opiata, & quæcunque papaverina, tragacantha, amylum; & hinc acrimoniam obtundentia dulcia, ficus, passulæ, jujubæ, saccharata, oleosa, mucilaginosa.

Benè tamen agit Autor de Pectoralibus incidentibus, & consequenter expectorantibus, hoc est, quæ productum morbosum, nempe mucum viscidum glutinosum, ex degeneratione alimenti partium proximi in pectore enatum, item purulentias & similes sordes attenuant, incidunt, resolvunt, & ita promptius expectorare, seu per tussim excreari faciunt. Jam verò ex quamplurimis ejus Autor seligit herbam & radicem enulæ, hederæ terrestris, scabiosæ, veronicæ, & chamædryos fœminam: quibus adhuc addenda suadeo nicotianam, hyssopum pro extracto saccharato, erysimon, marrubium, gummi ammoniacum, item semen anisi propter ejus oleum; & radicem scyllæ recentem pro parando aceto & oxymelle scyllitico, item radicem iridis Florentinæ.

Confortantia, seu pectori & pulmoni illatas noxas, excoriationes, exulcerationes, &c. restituentia, sunt imprimis quælibet vulneraria; in specie tamen hic conducunt hedera terrestris, scabiosa, veronica, iris Florentina, fœniculum, anisum, tussilago, benzoe, terebinthina, mel: quibus addi possunt ex regno minerali flores sulphuris, balsamus sulphuris, ♂ diaphoreticum, Antihecticum Poterii, &c.

Hederam ♀estrem) Hedera terrestris præter diuretico-nephriticam vim, insigne est vulnerarium pectorale in pleuritide suppurata, peripneumonia, empyemate, & omnibus pectoris affectibus egregia, non secus ac quoque in hæmoptysi, tam à causa externa, quam ab interna nata, egregium simplex est.

Scabiosa) Scabiosa in usum vocetur pro extracto succoso per decoctionem ejus in ▽ simplici ad imitationem Angeli Salæ, conservæ, syrupique locum supplente, & ratione effectus simul nonnihil incrassante, & vi vulneraria attenuante. Scabiosa enim ejusque ▽, syrupus, conserva, Decoctum, &c. omnia prosunt in apostematibus internis, quia resolvit, maturat & rumpit, speciatim tamen in pectoris affectibus: hinc & in variolis & morbillis remedia ex scabiosa prosunt, tam ut fauces & pulmones à morbillis obsessos ab exulceratione præservent, quam ut easdem jam inchoatas etiam curent & sanent. Hinc & in pleuritide & peripneumonia, tam præservandis pulmonibus, quam temperanda acrimonia puris & promovenda expectoratione, optima est scabiosa. In tussi etiam epidemica inter alia excellit scabiosa, quatenus vi nonnihil alexipharmaca ac diaphoretica & pectorali pluribus scopis satisfacit.

Veronica) Hæc nobilissimum est vulnerarium in tussi & asthmate humidis, item in pleuritide suppurata, pro extracto succoso saccharato inde conficiendo. Sic & curiosum est, ▽am veronicæ tam per se, quam cum vino destillatam, apparere intensè viridem; qui tamen color quidem in illa minus durabilis, in hac verò, nempe spirituosa, ultra annum sospes manet.

Hyssopi spirituosa, pag. 498.) Hyssopi & veronicæ ▽s cum vino destillatas pro usu suo seligit Autor noster.

Rorellæ) Rorellæ folia in summis quoque ☉is ardoribus phlegmate rorido turgida conspiciuntur, ac proinde quidam singularem vim analepticam, quidam antiphthisicam ex eodem venantur: ast fides penes Autores hosce esto.

Compositas) Ejusmodi ▽as pectorales parant ex plantis pectoralibus incidentibus mediante ☿; qui si ab illis aliquoties abstrahitur, emergit inde ▽ ant-asthmatica; sin verò infunditur saltem, dabit elixir vel essentiam. Cæterum hic notandum, male illis speciebus adjici fructus, ut sunt amygdalæ, ficus, dactyli, sebesten, passulæ, &c. quippe cum nihil quicquam de his per alembicum transeat: sicut in Infuso illorum ne tantillum quidem imbibant, quin potius sufficiat loco omnium una quædam ritè parata, v. g. cum ~ appropriato, v. g. fœniculi, eoque vel fermentatitio vel abstractitio, ex enula, scabiosa, veronica, aniso, hyssopo, croco, & similibus parata essentia pectoralis; vel ▽ quædam composita asthmatica cum rob passularum, vel saccharo edulcoranda.

Stomachales p. 499.) Hic intelligit Autor asthma proprie sic dictum, seu humorosum, ex succis viscidis oriundum, hocque dicit, tam pectorale quam stomachale levari, præmisso vomitu, non saltem per pectoralia sic dicta, sed quoque stomachalia, imò aromatica & carminativa quæcunque.

Hypochondriaca præfocatio) Dari, dicit Autor noster, asthmata hypochondriaca seu passionem hystericam, à spasmis nervorum

rum partium ab acido præternaturali concitatis oriundam, quæ optimè per ☍ialia ſufflaminantur & eradicantur; ſicut aliud aſthma humoroſum periodicè recurrens per opiata maturè, ſic præcavendo nutrimenti degenerantis collectionem, curari poterit.

Oleis,) Inter olea pectoralia excellit ♁ deſtillatum aniſi, quod ſit inſtar omnium, cui ♁ fœniculi quoque ſubſtitui poterit: Juniperi autem ♁ alius eſt claſſis.

Scylla pag. 500.) Ex Scylla recenti in taleolas inciſa, infuſa in aceto, paratur acetum & Oxymel ſcylliticum, quod veteribus fuit in uſu pro ſcopo aperitivo: ſicut enim ari radix inter Pectoralia incidentia non eſt ultima; ita ſcylla ex porrorum genere eidem proximè accedens, cæpas & porra quæcunque antecellit. Fiat ergo acetum ex ſcylla recenti in taleolas conciſa, rejiciendo ejus exſiccationem; ſicut & hujus in trochiſcos prius redactionem: Et quidem ſumatur acetum culinarium, ſi intra annum acetum illud ſcylliticum diſpenſari debeat; ſin vero ultra annum durare id debeat, deſtillatum accipiendum; ita emergit egregium inciſivum ſtomachicum & pectorale in caſu muci viſcidi, partes dictas obſidentis & reſpirationis negotium turbantis. Exque hoc aceto & melle ex tempore Oxymel & Looch ſcylliticum confici queunt.

Nicotiana p. 501.) Ratione ſalis volatilis acerrimi vi inciſiva pollet, indeque Epiphanius Ferdinandus, nicotianam in pleuritide ſuppurata evacuanda expertus fuit, vid. Magnenus. Et quidem paranda ſunt ex nicotiana eſſentia & extractum cum dimidio nitri fixi eam coquendo & inſpiſſando hinc, ſic namque ab alcali hoc deſtruitur virulentia, & textura olei nicotianæ corrigitur, cujus vi aliàs nocet, cujuſque contactu moriuntur animalcula: item prodeſt eſſentia pro errhino & ulceribus ſordidis evacuandis; ſicut extractum unà cum aliis unguentis pro tinea curanda adhiberi poterit; utut nec ſyrupus de Peto Quercetani contemnendus ſit: Conf. Magnenus de Tabaco.

Oleum deſtillatum pag. 502.) Oleum deſtillatum nicotianæ pernitioſiſſimum venenum eſt: hujus olei gutta j. inſtillata linguæ canis rabioſum eum reddidit, & tandem interfecit; item oleum tabaci hoc deſtillatum filo illitum, hocque acu transmiſſum per carnem in pedibus gallorum, omnes interemit. Conf. Williſius *Pharmacia Ration. Vol.* 1. *pag.* 315. item Rhedi in Experimentis circa Res ex India allatas.

Hyſſopi ſummitatibus) Hyſſopus convenit imprimis in pulmonum & ſtomachi affectibus, ex viſciditatibus pituitoſis natis, quas amarore penetrante attenuat, incidit, excretioni per quascunque vias aptas reddit: hinc ſyrupus hyſſopi inter expectorantia non ultimi loci eſt. Externè ad ſugillationes oculorum adhibetur, ſi fiat nodulus ex comis hyſſopi, quæ ebulliant in ▽, & ita inſtar fomenti humidi extrinſecus applicetur, diſcutit quemvis ſanguinem grumoſum.

Marrubio) Marrubium egregium eſt in incidendo muco viſcido & tenaci, indeque multis affectibus ex tali cauſa occaſionali natis confert; præſertim in tuſſi ſenum pro expectoratione decoctum ejus eſt egregium, indeque inter pulmones mundificantia marrubium non eſt ultimi loci.

Veneris capillis, Trichomanes, polytrichum p. 503.) Adiantha hæc inter plantas aperientes viſcera abdominis, & hinc pulmones mundificantes, & urinam blandè ſtimulantes, referuntur; quod imprimis de Adiantho nigro & aureo aſſerendum videtur. Nam Trichomanes & Ruta muraria filici ferè videntur cognata, adeoque & ejuſdem uſus & effectus: expertum tamen eſt, rutam murariam ſingulariter prodeſſe ad ſcorbutum. Retulit ſc. D. Michaelis, quod cum arx Pirnenſis à militibus Suecis obſeſſa fuiſſet, omneſque ferè milites ob pravam diætam, aëriſque liberioris defectum, ſcorbuto laborantes convulſi & contracti fuiſſent, ſolius hujus herbæ beneficio curati fuerint.

Braſſicam) Braſſica ſeu caulis eſt vel alba vel viridis: utraque, præſertim viridis, alcali nitroſo, indeque abſtergente diuretico, prædita; Hinc decoctum braſſicæ pro temperanda faucium aſperitate, item pro raucedine, egregium habetur remedium. Adhæc propter ☉ volatile refrigerare, indeque inflammationes ſiſtere, & vulnerum ſymptomatis optimè mederi ſolent: unde folia braſſicæ puerperæ ſolent mammis imponere ad præcavendam lactis abundantiam & coagulationem, dum acidum ſucceſſivè abſorbent.

Eryſimo) Eryſimon de erucæ vel ſinapi eſt ſpeciebus, ſimiliq; acri volatili ſapore præditum; unde propter inſignem vim incidendi & attenuandi egregiè confert in pectoris ac pulmonum infarctu: adeoq; & in raucedine ex viſcidiore muco, laryngem & bronchia obſidente, confert egregiè. In uſu eſt pro hoc ſcopo ſyrupus de eryſimo Lobelii, aliàs ſyrupus contra raucedinem dictus.

Goſſypii ſemini) Goſſypii ſemen admodũ laudatur tuſſientibus aſthmaticis, & ad phthiſin inclinantibus: temperat acrimoniam ſuccorum pulmones rodentem, ſed rari eſt uſus.

Caprifolio pag. 503.) Hujus decoctum aliàs famoſum eſt in prunella & ardoribus faucium.

Decocta pectoralia pag. 504. Decoctis pectoralibus ex tempore pro re nata præſcri-

Digitized by Google

bendis præſtant tincturæ ſeu infuſa pectoralia, cum ☿ vel alio appropriato parata.

Elixyr proprietatis pectorale p. 406.) fit adjiciendo ſpeciebus ordinariis alia adhuc ſimplicia pectoralia : ubi tamen nec hoc multum in receſſu habet , cum ejus loco ſimplex elixyr proprietatis cum eſſentia quadam pectorali miſtum ſufficere poſſit.

Olea deſtillata) Sufficit ♁ deſtillatum aniſi & fœniculi.

Benzoe) Benzoë famoſa eſt vi pectorali, nec cedit iridi Florentinæ. Cæterum inter præparata ejus ſunt

1. Flores, quorum præparationem cum charta pyramidali docet Rolfinccius in Chym.

2. Proſtat etiam ex ea eſſentia, tam ſolitaria , quàm una cum dimidio ſtyracis calamitæ miſta , cum ☿ rectificatiſſimo paranda, ſuavis ſaporis & odoris: quæ uſui Cosmetico inſervit , ſi ejus parum ▽æ inſtilletur.

Tandem aliqui in conficiendo ♁ deſtillato Benzoes admodum Operoſi ſunt, quorum tamen plures modi fallunt , cum illud vel crudum empyrevmaticum , vel ejus ſuaveolentiæ tantillum operæ pretium vix æquans impetrent : Conf. Schrœderus & Vignerius *Tract. de Sale & ſulphure p.*49.

Aliàs in compoſitis pulveribus pectoralibus egregiè Benzoe per ſe locum invenit.

Depuratione p. 507.) Lapilli ſeu cryſtalli benzoes curioſi ſunt, quos parare docet Bartholetus *l.* 5. *de dyſpnoea c. l.* ſc. ex maceratione ejus in ▽ violarum , cujus parte abſtracta lapilli reliquo corpori per ſe adhærentes inveniuntur. In aquarum vero deſtillatione tranſit pauxillum olei pretioſiſſimi.

Iridem Florentinam, pag. 507.) Hæc in receſſu blandè aromatica eſt, lympham in effectibus pectoris temperans, & ſimul mucum viſcidiorem , reſpirationem turbantem incidens, & quidem pulveris forma uſurpata. Et utut officinis in uſu ſint pulveres pectorales multiplices, ubi excellunt ſpecies diaireos, quas ingrediuntur gummata & ſemina , quæ facile rancorem contrahunt ; quia tamen omnes in hoc coincidunt, ut temperent lympham actiorem , hinc ſufficit iris Florentina, ſtatim addita epicraſticis vel temperantibus, ut myrrhæ, ſulphuri, &c. vel bechicis. Loco omnium autem harum ſpecierum Autor noſter ſuadet uſurpandum pulverem unicum pectoralem , nempe ex ana iridis Florentinæ , florum ſulphuris & pro baſi radice Aronis cruda ; quibus addit pro ſcopo incraſſandi & temperandi in certis circumſtantiis , nempe affectibus catarrhalibus nocturnis temperandis , blandum opiatum , & vel cinnabarim nativam , ſi pulmones convulſivi quid patiantur; ſicut & ʒiatum aliquod diaphoreticum, ubi nempe in partibus reſpiratoriis læſio quædam ſubeſt, quò ſic proventus uberior muci impediatur. Atqui ſimilis ferè pulvis D. D. Michaeli fuit in uſu, qui

℞. *rad. aron. crud. pulveriſ.* ℥iv.
Ireos Florent. ℥ij.
flor. ſulphuris,
pulv. benz. ana ℥j.
antihect. Poterii ℥ij.

M. F. *Pulvis pectoralis* quaſi cathol icus, cujus doſis eſto ʒß. præter propter.

Huic pro lubitu addi poterit q. ſ. ſacchari, vel etiam olei cujusdam deſtillati appropriati.

Correctiora emetica pag. 509.) Sc. in affectibus , ſuffocationem minantibus, & qui non ſunt præciſe à ſpaſmis convulſivis , nec ab impedito motu ſanguinis per pulmones, potius à ſuccis viſcidioribus pectus & ſtomachum obſidentibus, præmiſſo vomitorio pulvis allegatus pectoralis proficuus erit.

Morſulorum & rotularum) Morſuli & Rotulæ pluribus in uſu eſſe ſolent , parata ex ſpeciebus ſupra dictis cum ſaccharo & oleis invicem in conſiſtentiam redigendo deſideratam: ac intentio horum eſt, ut ſordes pulmonum & aſperæ arteriæ , per degenerationem nutrimenti proximi oriundæ , expectorentur citius. Opiatis autem plus attribuendum eſt , ſecundum Autorem. Interim ſuprà dictus pulvis pectoralis omne id præſtat , quod à morſulis & rotulis hiſce expectari poteſt : Vel ex tempore ex eo cum ſaccharo confici poſſunt Morſuli ; vel rotulæ manus Chriſti imbibi poterunt ♁ deſtillato aniſi, vel fœniculi, balſamo ſulphuris aniſato.

Opiata) Opiata quælibet, ſiſtendo motum ſpirituum animalium influorum & irritationem , impediunt expectorationem , indeque incraſſantia & catarrhum ſufflaminantia audiunt , minusque in ejusmodi caſibus , ubi expectoratione paulo largiori opus eſt , v. g. in phthiſicis confirmatis conveniunt, ſed hoſtilia potius ſunt: ſicut contrà eadem in principio & in incremento morbi, cum nempe à lympha ſalſo-acida eroduntur & excoriantur fauces, vel larynx , vel pulmonum parenchyma , ſicque noctu ægri continuo tuſſiunt , mucum copioſum , utut laborioſe , rejicientes , in tali caſu in incremento pro tuſſi ſiſtenda , & præcavendo ſordium mucoſarum proventu , pro meliore evacuatione opiata ſunt optima ; ſed ſumantur veſperi ante cœnam , vel tempore ſomni. Ita namque lympha acido-ſalſa temperatur, irritationis ſenſus in pectore ſiſtitur , uberior ſuccorum effuſio in pectore ſufflaminatur, hincque ſordium proventus impeditur; in malo verò confirmato , ubi ulcus pulmonum eſt , vel ubi aſthma convulſivum adeſt , opiata ſunt nocentiſſima, quia expe-

Digitized by Google

expectorationem ſiſtunt. Summatim, quemadmodum Looch, confectionesque ſaltem productum morboſum, nempe mucum promovent, ita opiata magis radicem morbi feriunt.

Decoctum ſplenis bovis, pag. 511.) Inter remedia alterantia animalia ſplen bovis, & ex hoc decoctum, uti & ejus eſſentia juxta Crollium, vel & mumia ejuſdem, in infarctibus ſplenis & cachexiis vulgò commendantur. Decoctum, extractum, & eſſentiam vid. in Schrœdero, quæ tamen, niſi addita aliquid præſtiterint, vix conſiderationem merentur.

Ob antiquorum placitum, pag. 512.) Sc. veteres putarunt, partes animalium uſurpatas idem præſtare, quod noſtri corporis partes, ita, ut pulmones & ſplen eorundem conferant noſtris, & ſic porro. Aſt vanitas! uſus ſiquidem partium eſt vel mechanicus ex ſtructura earundem dependens, vel alterativus, beneficio fermentorum ſpecialium exequendus: Jam verò quicunque horum in partibus corporis noſtri læditur, eorum nulli occurri per animalium partes poteſt, præſertim, cum & harum ſtructura mechanica ſub ſtomachi digeſtione, & fermentum earundem, ſub morte intereat.

Aſininum) De aſini ſplene calido inanis circumfertur fabula, quaſi ſpleneticis mederetur: aſt, ſi ille aliquid præſtat, fit ratione caloris; qui tamen itidem ab avena, ſacculo calefacto incluſa, expectari poterit.

Anſerculorum ſtercora,) Stercora animalium omnium participant de natura ☉*ci, conſtant quippe ex acido & alcali volatili oleoſo, quæ coëunt in ☉ tertium ammoniacale volatile; indeque auræ beneficio alterantur in ☉: præſertim avium excrementa ſunt nitroſa: quicquid igitur præſtant, operantur ea vi ammoniacali. Cæterum Benjani (ſunt ſecta Orientalium populorum indolis Pythagoricæ) putant, animas demortuorum cognatorum migrare in domeſtica animalia, quæ proinde ſanctè colunt, ac horum quoque excrementa manibus tractant pro conſervatione. In ſpecie anſerculorum ſtercora menſe Martio collecta commendantur Ictericis & cachecticis, ſicut ipſe Deodatus *in Pantheo Hygiaſt.* pulverem habet ant-ictericum expertum, cujus baſis eſt ſtercus anſerculorum. Interim loco hujus alii gallinaceum aſſumunt: ſed loco omnium ☉* poteſt uſurpari.

Pavonis ſtercus,) Stercus pavonis præter Borellum Williſius in Pathologia Cerebri, ad vertiginem commendat: ad cujus imitationem ego nuper egregium effectum videns, illud non rejiciendum puto.

Hirundinaceum) Sc. in angina & tonſillarum inflammatione inter evporiſta externa numeratur cataplasma ex nido hirundinum; quod tamen ratione limi vel ſtraminis parum præſtat, potius ratione ſtercoris ſalini *calis reſolutivi & diſcuſſivi non contemnendum eſt, præſertim cum lacte paratum.

Canino) Stercus caninum ſubigendo cum melle in forma linctus commendatur interne pro faucibus inflammatis curandis, nec id immerito.

Lupini ſtercus ibid.) Lupinum ſtercus pulveris forma aſſumptum laudat Panarolus *in Obſervat.* pro anticolico ceu ſingulare experimentum.

Humanum) Stercus humanum in ſuo genere non rejiciendum eſt remedium, dicente recte Helvetio *pag.* 112. & 113. *Diribitorii*; quippe quod in eo lateat ſingulare ſulphur & ☾ anodynum; & deſtructivum acidarum ſordium, indeque non tantum ambuſtionibus recentibus medeatur, ſed & inflammationes quasvis ſiſtat & diſcutiat; adeò quidem, ut ante hos 50. annos, graſſante peſte, hic locorum plebs ad bubones ſuos apponendo illos maturarit non ſine effectu. Præterea Autor eſt Saar **in ſeinen Oſt-Indianiſchen Kriegs-Dienſten**/ in India Orientali, Inſulis Boriis dictis, genus quoddam ſerpentis reperiri, cujus morſum mors ſequatur infallibiliter, & cujus nullum remedium eſt, niſi ſtercus proprium mox aſſumatur. Tandem ▽ ſtercoris humani cosmetica ab aliis ophthalmica cenſetur, ſicut & ejuſdem oleum contra cancrum mammarum ſpecifice commendatur.

Occidentalis zibethi pag. 513. Paracelſus ſc. mediante diuturna & leni digeſtione ſtercus humanum ad odorem moſchi redigere voluit, zibethum occidentale dictum.

Martis ſtercus) De hoc vid. Caſtellus *de Hyæna Odorif. p.* 12. & 13.

Paſſerinum & muſcerdam) Utraque hæc revera egregiè laxant infantes, ſi nempe hujus 2. vel 3. pilulæ in lacte aſſumantur.

Majorum murium) Sicut & majorum murium ſtercorum pilulæ nro. 9. deglutitæ menſes mulierum expellere dicuntur.

Vaccinum) Stercus vaccinum calidum certè podagricis pedibus levamen affert, propter ſui pinguedinem oleoſam anodynam.

Omnium florum ▽,) Aqua omnium florum putatur cosmetici uſus eſſe contra lentigines: interim, qui aquam ſpermatis ranarum habent, illa carere poſſunt.

Equinum) Succus ſtercoris ex pila ejus recenti cum vino expreſſus hauſtus, nobile eſt Anglorum evporiſton contra pleuritidem,

qua ſæpius iidem vexantur expectando deſuper ſudorem: non ſecus ac quoque contra colicam convulſivam & paſſionem hyſtericam.

Suillum) Stercus ſuillum in ſubſtantia exceptum, vel naribus ſub forma pulveris inſufflatum, vel & ejuſdem ſuccus expreſſus, & cum ſyrupo myrtino miſtus, conducit contra narium hæmorrhagiam; niſi hæc fuerit ab impetu ſanguinis; cum hoc in caſu nil valeat & nitrata meliora ſint.

Looch de pulmone vulpis pag. 514.) Quicquid præſtat, hoc facit ratione additorum.

Vulpis & erinacei pulmonibus ſiccatis) Vulpis pulmo ſpeciatim ex pulmoniacis laudari ſolet vi conſolidativa & conſervativa: unde & Looch de pulmone vulpis communis uſus eſſe ſolet in pulmonum vitiis, & præter pulmonem ipſa caro vulpis, tam elixata quàm aſſata, contra phthiſin valdè prodeſſe dicitur. D. Schneiderus ægroto cuidam, cui pulmo globulo tormentario transfoſſus fuit, atque frequenti ſanguinis exſpuitione fruſta pulmonis ſimul ejecit, medicamentum confici curavit ex pulmone vulpis cruento, modo exempto ex vulpe: cui leviter cocto, & minutim conciſo, conſerva radicis ſymphyti, flor. ſymphyti, amylum, & imprimis ſarcocolla lota & lacte muliebri nutrita, addita fuerunt, quo felici ſucceſſu ſe uſum affirmat: Sed reverà dubito, an huic vulpis pulmoni tantum tribuendum; quin leviori in malo ſelecta vulneraria huic præferrem, in graviori vero hunc pulmonem etiam inefficacem exiſtimarem.

Internas ſtomachi gallinacei pelliculas.) Interiores membranæ ſtomachi avium gallinacearum exſiccatæ præ ſe ferunt ſpeciem vitri, quæ pulveriſatæ vi ſtomachali laudantur, idque eò magis, quò vorax magis eſt animal, ex quo deſumptæ fuerunt. Nempe origo hujus hypotheſeos eſt, quaſi hæ digererent lapillos.

Fel Catulorum pag. 515.) Sc. origo epilepſiæ apud infantes, ſi non eſt ex dentitione, eſt ex meconio retento: jam verò pro hac epilepſia curanda commendatur fel catuli nigri exſiccatum, & in potu exhibitum. Aſt fruſtra, ut Autor dicit: cum ſi epilepſia fuerit ex ſtomacho, vomitorium excellat; ſin verò ex inteſtinis, dentur poſt clyſma pilulæ aloëticæ, vel laxativum ex jalapio, advocatis ſimul pro cura vel ſalibus volatilibus vel fixis abſorbentibus & invertentibus acidum vitioſum.

Extracta lucii) Sc. eſſentiæ fellis lucii piſcis, perdicum, &c. cum ſpiritu vini paratæ, oculisq; inſtillatæ, commendantur vulgò pro delenda nebula eorum; ſicut cum bombace auribus inditæ tinnitui earum mederi creduntur.

Carpionis) Tandem fel carpionum contra eryſipelas extrà illitum laudatur.

Delectu opus non eſt,) Nempe bilis turget ſale volatili alcalino & inſigniter oleoſo, adeoque deterſivo & abſorptivo uſui apta eſt. Interim tamen non opus eſt ejuſdem ſelectu ſpeciali, ſed ſufficit unicum fel: quod ſi dilutum fuerit, acuatur mediante aliquali inſpiſſatione; ſin acrius, diluatur quodammodo.

Inter uterina pag. 516.) Ex animali Regno pro fœtu pellendo, aut promovendo fluxu menſium lochiorumque, excellunt teſtes equi caſtrati, anguillæ hepar cum felle ſuo exſiccatum, & ſecundina humana, ſingularis exiſtens in pellendis à partu excernendis.

Obſtetriciæ encheireſes) Sc. fœtum pellentia non ſunt in uſum vocanda, niſi ubi fœtus eſt ritè ſituatus; omniaque ad partum diſpoſita; ac deinde quando dolores partus deficiunt: nam ſi fœtus non rite ſituatus fuerit; quæcunque ſtimulantia propinata fruſtranea erunt, non ſecus ac tempore dolorum urgentium, in quo caſu cum natura ipſa ſufficiat labori, quid opus erit ſtimulantibus fœtum urgere, & parturientem moleſtare?

Serpentum pinguedine) Hæc, utut viperina, tanquam fœtum pellens commendatur, inuncta umbilico: aſt niſi recta ejus ſituatio acceſſerit, fruſtranei erunt conatus.

Lingua) Lingua viperina etiam umbilico pro fœtu pellendo imponitur: ſed vanè.

Exuviæ coctæ) Exuviæ ſerpentum duplici modo pro promovendo fœtu applicantur:

1. Sc. inſtar cinguli eædem abdomini parturientis circumligantur:

2. Coquuntur in ▽ ſimplici, ſicque coctæ inſtar cataplasmatis abdomini inſternuntur; non ſecus atque aliàs eædem cum cancris, lumbricis, & aliis cataplaſma compoſitum conſtituere ſolent.

Cingulo ex humano corio,) Parturientes & hyſtericæ corio humano, & cingulo ex hoc formato, ſublevari dicuntur; ubi tamen, quodcunque aſſumatur cingulum, par ratio: adeoque vana eſt illius determinatio, cum inter cingula nulla detur differentia. Burrhus juſſit corium humanum tumoribus arthriticorum inferre ad arthritidem, ſed fruſtrà.

Martii leporis oculus) Oculus menſe Martio capti leporis parturientis nuchæ applicatus commendatur pro pellendo fœtu, cujus tamen ſucceſſus ſit penes experientiam.

Antiquaria viri ⊡,) Sc. Hartmannus commendat, ut difficulter pariens bibat hauſtum urinæ mariti ſui, & ita, ſi hic fuerit genuinus fœtus, parens illam ex partu ſolvi putat: aſt ſi urinæ aliquid ſubeſt, erit illud

ſali

Digitized by Google

ſali volatili ad morem omnium volatilium, adſcribendum.

Hippomanes) Hippomanes ad conciliandum amorem commendatur. Quid ſit? lis adhuc eſt, & quidam dicunt: eſſe ſecundinas membranaceas, quas excludunt equæ cum partu.

Secundina) Secundina humana contra Autorem duplici ſcopo inſervit: nempe tam ad partum, ſecundinas, & lochia promovenda, quàm ad curandas epilepſias conſenſuales ſeu ex utero oriundas. Modum præparandi & adhibendi vid. in Collegio Schrœderiano.

Juvencularum zenith. pag. 517.) Malitiosè pro philtro conciliandoque amore certo adhibetur.

Emiſſariorum equorum patrimonium) Ex Zacuti Luſitani loco, ubi de caſibus mulierum loquitur, curioſa extat obſervatio ſingularis teſtium equorum pulveriſatorum effectus, in fœtu mortuo promovendo, item in promovendo capite à fœtu mortuo avulſo; unde pulvis teſticulorum equi in lamellas conciſorum, & in clibano exſiccatorum, iſque vel ſolitarius vel quod mallem, cum cinamomo aut borrace adhibitus ſingulare quid obtinere debet in partu & ſecundinis promovendis.

Caſtoreum) Hujus uſus excellit aliàs in omnibus nervinis affectibus, ab acido auſtero originem ducentibus; indeque promovendo impetu uteri contractivo ad fœtum expellendum non inconcinnè adhibetur, idque eò magis, ſi ex difficiliore partu paſſiones hyſtericæ ſuperveniant.

Anguillæ hepar cum felle) Helmontius hepar anguillæ cum ſuo felle exſciſſum & exſiccatum contra partum difficilem commendat; non ſecus ac Panarollus quoque, ſicut & Boyle, ejuſdem evporiſti egregium uſum in Philoſophia ſua Experimentali à ſe obſervatum annotavit.

Marti pag. 519.) Jam Autor pergit ad Aperientia Mineralia. Hic autem omnium aperitivorum merito anteſignanus erit Mars, qui quicquid præſtat, agit ſimpliciter effectu abſorbendi & imbibendi ſapores p. n. acido-acres, & præſertim auſteros, à quibus alias fibrarum & membranarum corrugatio, pororum occluſio, digeſtionis primæ multiplex turbatio: abſorptis vero illis ſaporibus, ☉liſatione inde enata, abſtergit ſordes primarum viarum, easque blande evacuat, & ſapore hinc adſtringente ſuperveniente firmat tonum partium & roborat eas, vid. Tacchenius in Hippocr. Chym.

Martis Crocus) Præparatur Mars per alcalia ita, ut lixivium ſalis fixi quodcunque conducibile eum corrodat in crocum, aut & ſ̃ urinoſus volatilis, v. g. ☉ ✱ci, affundatur eidem marti; hac enim ratione non ſine fermentationis motu aggreditur illum, & in crocum transmutat. Interim tamen hic crocus parum videtur valere, cum ♂ ita tractatus abeat in ſalſam ♀eam calcem & quaſi Magiſterium inſolubile & inalterabile; alcalia enim agunt in acidum martis, unde ſe mutuò coagulant, & intra hunc abſcondunt, ſimulque ſibi ♀eam ochram uniendo abeunt in Magiſterium calciforme pauci uſus. Hinc potius eſt optima præparatio ♂is per acida facta, & ita quidem, ut ab iisdem ſuperficietenus ſaltem rodatur ♂, hujusque compages ſaltem reſeretur, haud vero per concentrationem acidi penitus ſaturetur, ſecus hoc in primis viis facile ſeparari, & ab alcali occurrente in ſalſum tertium transmutari poteſt; ſic enim in corpore acidum præternaturale promptiſſimè aggreditur. Jam igitur inter Præparata ♂ialia excellunt cum ☿, & hinc ſpiritu vitrioli, in affectibus chronicis facta; ſic namque imitamur naturam, adhibendo loco acidularum naturalium martem ſuperficietenus ſolutum.

Sulphuratus ♂is crocus) Sc. Autor noſter pro uſu aperiendi eligit ♂em cum ſulphure tractatum, cum aliàs notus ſit crocus ille aperitivus ſeu ſaccharinus ♂is, quem deſcribit Schrœderus *pag.* 378. Interim crocus hic nihil valet, præcipuè cum Glauberus demonſtret, talem tam intractabilem eſſe, & nunquam ab Aqua forti diſſolvi poſſe. Potius igitur aſſumitur ana limaturæ ♂is & ſulphuris, quæ miſta in crucibulo incendantur; ita namque acidum illud ſulphuris rodit hunc ♂em in corpus quaſi vitriolaceum, quod non elutriandum eſt ▽ ſimplici; ſecus enim vitriolum decederet, & ♀a cruda reſtaret; quin potius pulveriſetur illud ceu inchoatum aliquod vitriolum ♂iale.

E limatura ☿e non infecta) Pro uſu Medico mars aſſumatur purus abſque ullo ☿is contagio; ſecus enim vomitorium dabit.

Limatura cruda p. 520.) Hæc ut rectè præparetur, encheireſes notentur: ſc. mars in limaturam redactus prompte ab ♎re reſolvitur in rubiginem, ceu inverſum corpus, unde potius pro uſu medico terenda erit recens limatura ♂is in mortario ferreo vel lapide porphyritide duriſſimo, hincque irroretur ſubinde aliquot guttulis ♌ deſtillati appropriati, e. g. ligni ſaſſafras, cinamomi, &c. ita enim hujus medio impeditur, ne tam prompte ab humiditate ♎ris acidum ♂is diſſolvi in rubiginem queat. Atque hæc limatura, quia eſt corpus ponderoſius, ita præparata loco crudæ doſi gr. xv. ad ℈j. vel ℈ij. noſtri præſertim climatis habitatoribus, exhiberi poterit, juxta Autorem noſtrum.

Digitized by Google

In ſe plane innocens) Martialia per ſe non ſunt nauſeoſa, ſed ſi nauſeam excitant, ſemper ſuſpicio eſto de ☿is cujusdam adjuncta ſubſtantia.

Sat reſolubilis) ♂ crudus in cachecticohypochondriacis ſatis reſolvi poteſt, quod teſtantur excrementa, tetterrimo colore tincta.

Præſaturato jam factitio ♂is vitriolo) Sc. quò minus ♂ ſaturatur extra corpus, eò melius operatur intra corpus, hincque, qui ferre eum poſſunt, id eſt, quibus acidum intenſius eſt, iis ♂ crudus in ſubſtantia exhibeatur; ſic enim melius hic operabitur, quàm ☉ ♂is jam extra corpus à ſpiritu ☉li acido ſaturatum. Mars tamen crudus requirit robuſtum ſtomachum.

Purior ♂is minerà pag. 522.) Loco martis crudi quidam mineram martis crudam, vulgò die Glaß-Köpffe / dictam pulveriſatam propinant, ſicut alii lapidem hæmatitem ipſum; interim non raro heterogenea illi admixta uſum ejuſdem prohibent.

Terra rubra bolaris) Loco crudi ♂is quidam terram ejus in mineris ♂is reperibilem, & vi Martiali impregnatam, adhibent, quæ itidem inſtar lanuginis apparens abradendo egregia eſt. Interim ſaltem alicubi nec undiquaque offenditur, ſed ſaltem in Martis fodinis.

Alcohol illo pigro) Sc. ♂ attactu cujuſcunque humidi efflorescit in crocum ſeu rubiginem, quippe ▽ cum hoc agendo in acidum ♂is, hoc ſolutum ab ▽ rodit proprium corpus in rubiginem; ſicuti è contra gladii oleo tartari p. d. illiti, difficulter in rubiginem fatiſcunt, quia acidum ab alcali impeditur. Jam verò ſi ſumatur ▽ ſimplex; ſive cum acido impregnata, ſive urina ſive acetum affunditur, mox ille in rubiginem abit. Confer. Poterii *Pharm. Spagyrica lib.* 2. *cap.* 17. Interim rubigo hæc non adeo conveniens eſt, ideò, quod à proprio acido ♂is corroſus degeneraverit in rubiginem ejusmodi terream, nullius valoris.

Vitriolo ♂tis) Nempe ☉ ♂is ſolvitur in ▽, & per ☋ ☿ in ▽ ſolutum ♒atur in crocum.

Ex ▽ forti) Sc. nil referat ♂em magis quam ♒ nitri, aggrediens illum tam potenter, ut fervor hinc intenſiſſimus oriatur. Interim hac ratione à ſpiritu nitri penitus ſaturatur ♂ & in corpus adſtringens convertitur, & ſic nimis ſaturatus parum in corpore agit.

Poſt nitri deflagrationem) Hæc præparatio Zwelferi curioſa quidem eſt; Interim Præparatum nihil valet: ſc. ſi nitro in crucibulo fuſo adjicitur limatura ♂is, tunc ſub ♃is ♂ialis incenſione ☽ additum alcaliſatur, remanente croco inerti, quem tamen Zwelferus tanquàm ſummum cachecticum commendat.

Cum aceto) Limaturam ♂is quidam terunt, aſpergendo cum aceto: ſed hac ratione magis ſaturatur eâ, unde hæc limatura parum præſtat in corpore, præſertim cum poſt ☽ nil magis ♂em, quam acetum, penetret.

Acidulorum ſuccorum Extractiones) Nempe ſi cum ſucco citri, tamarindorum vel cydoniorum affuſis fiat extractio ♂is, tunc, quod remanet de ♂e, eſt corpus exhauſtum, nil præſtans in Medicina, hinc potius extractio ipſa uſurpanda.

Lixivioſis ſalibus pag. 522.) Non combinandus eſt Mars, cum ☋ ibus lixivioſis, nec cum ipſis præparandus; ſecus enim emergit corpus calciforme iners, & nullius uſus.

Si alvus ſiccior) Sc. in legitimo uſu ♂is vel medicamentorum martialium duæ cautelæ obſervandæ ſunt: nempe

1. Semper ſub horum uſu corpus apertum ſervandum eſt; quod ſi non fuerit, omni octiduo ſub veſpera pilularum aloëticarum uſus interponendus eſt.

2. Ab uſu ♂ialium blandus inſtituendus eſt corporis motus, pro meliore illorum operatione.

Chalybeatum & de ferri ſcoria Electuaria) In hæc animadvertit Zwelferus, & loco horum ſubſtituit aliud ex vitriolo, vel croco ♂is cum oleis deſtillatis aromaticis præparatum; quod tamen itidem Autor noſter taxat, dicendo ſufficere potius vel limaturam ♂is crudam, vel ☉ ♂is, vel ♃atum ♂is crocum.

Martis vitriolum factitium, pag. 523.) Huic præfero vitriolum ♂is nativum, ex minera ♂is ♎ri expoſita paratum, & efflorescendo conſpicuum factum; hinc in ▽ ſolutum & blanda evaporatione inſpiſſatum: Cæterum pro factitio parando non requirit Autor tædioſam cum ſulphure cæmentationem ♂is, quam ſuadet Schrœderus, nam & ſic tædioſum vitriolum acquiritur; ſed ſpiritum vitrioli acidum: cui tamen præfero ſpiritum ſulphuris, quippe adhuc puriorem illo, & ſine contagio metallico. Atqui hic ſpiritus vitrioli rectificatus affuſus ♂i hunc non rodit propter concentratas ſui particulas, ſed potius aquæ ſ. q. diluatur ipſe; contra ſi per ſe ſpiritus ille fuerit phlegmaticus, non opus erit dilutione cum ▽ ſimplici. Solutio hæc ♂is cum tali ſpiritu evaporet ad medias, ſicque in frigido vitriolum elegans adhæreſcit.

Hoc vitriolum) Hoc vitriolum Martis cum ſpiritu vitrioli factum rarò per ſe datur, ſed combinetur cum tartaro v. g. vitrioli Martis & cremoris tartari in anatica proportione, ſolvatur in ▽ ſimplici fervente, & hinc

Digitized by Google

hinc ſolutio inſpiſſata ad mellis conſiſtentiam, in frigido loco concreſcat in lapideam duritiem pulveriſandam, & ſub Magiſterii vitriolati chalybis nomine, doſi gr. xv. ad ℈j. exhibendam, egregium eſt anticachecticum, deterſivum, & alterativum. Poteſt miſceri Purgantibus, ſic præſtabit ſale ♂is purgante: ⊖ ♂is cum ℞. vel ▽. ſecundum Schrœderum eſt ſtypticum.

Coagulum, pag. 524.) Sc. ſolutus ♂ cum ſpiritu ſalis hujus abſtractione relinquit coagulum ſalino-ſtypticum, ex quo etiam flores nigricantes poſſunt ≏ari. Interim tamen illud vi alterativa parum pollet.

Magmata) Sp. mellis & omnia acida rodunt ♂em, & ſui abſtractione relinquunt magma dulce, id eſt, quoddam vitriolum ♂is, cujus tamen loco vitriolum ♂is, vel nativum vel artificiale, ſufficere poterit. Atque hoc de ſiccis ♂ialibus. Hæc pauca ex Marte Autor ſeligit:

1. Limaturam martis crudè præparatam,
2. Crocum martis ſulphuratum,
3. Vitriolum martis,

&

4. Magiſterium martis vitriolati.

Inter liquida Martialia) Sunt vel infuſa (uti proſtant in Hartmanni *Prax. Chym. cap. de Obſtruct. & Imbecillitate hepatis*) Vina Martialia, quæ parantur duplici modo: nempe

1. Limatura martis recens vino infunditur, quod hinc turbatur & ad tempus repoſitum dulcedinem ſtypticam acquirit.

2. Vel eadem candefacta in vino repetitis vicibus extinguitur; nam & ſic ♂is ſubſtantia vino ſoluta in ♁ abit.

Interim tamen ejusdem vitrioli vis admodum eſt diſperſa, vinumque taliter paratum propediem ſitum contrahit & corrumpitur: Sic præter vinum alii aſſumunt, ſuccos vegetabilium acidulos, itemque muſtum, quibus ♂ extrahitur, ut Rolfinccius & Mynſichthus *pag.* 217. *Armament. Chym.* Magiſterium aliquod Martis aperiens habet. Interim tamen nobis ſufficit ad imitationem D. Michaelis ſuccus pomorum Borsdorffianorum nondum penitus maturorum, qui limaturæ ♂is recenti affuſus optimè agitetur ſæpius, & ſic intenſe ſaturatur ex ♂e, hinc ſolutio filtrata nonnihil evaporet, ne ſitum facile contrahat. Ita eadem hypochondriacis, ſplencticis & cachecticis data ad cochlear j. multum efficit, æſtimoque hanc magni contra Autorem; in cachexiis enim mulierum, & menſium defectibus, in effervescentiis hypochondriacis ſiſtendis, doſi ʒj. eſt egregia. Quidam parant eſſentiam ♂is cum ſucco citri; verum illa eſt longe melior.

Liquor ♂is tartariſatus pag. 525.) Dum nempe ♂ cum duplo vel triplo tartari in ▽ fervida ebullit, acidum tartari rodit ♂em, & ſolutio filtrata ad debitam conſiſtentiam inſpiſſatur pro liquore ♂is tartariſato; qui tamen non adeo valet, dum ſucceſſivè omnis ♂ iterum ≏atur. Quando limatura ♂is lævigatur cum aceto, dat ſolutionem ſpiſſam; ſed quia nimis ſaturatur ab acido, nil valet.

Reiterata extractio) Sunt, qui ſolutiones ♂is, per ſuccos vegetabilium acidulos factas, ad mellis conſiſtentiam leniter inſpiſſatas, denuo cum ſpiritu vini extrahunt in eſſentiam. Verum eſt & hæc extractio martialis, ſed non adeo intenſe, & vocatur eſſentia martis liquida. Aſt cum ſic minor martis pars includatur, proinde ſolutionem primam hiſce præfero. Pauca martialia liquida ſufficiunt.

Artificiales acidulas) Loco acidularum artificialium nil melius eſt, quam liquor martis ſolaris, cum ▽ roris majalis paratus; hic enim parva guttarum doſi idem præſtat, quod illæ ſub hauſtibus. Hinc ſufficit ſolutio martis cum ſucco pomorum.

Diverſæ tincturæ) Diverſæ tincturæ martiales quidem dantur, ſed ſaltem nominetenus tales ſunt.

Vini ſpiritu è calcinatis pag. 526.) Hic perſtringit Autor illam tincturam, quam habet Schrœderus *pag.* 382. *num.* 4. & 8. ex croco martis cum ⊖ ✱co tractato; unde fruſtra per ♆ parare tentat tincturam.

Florum ✱calium) Hic proceſſus ille inſinuatur, quem habet *Zwelferus Mantiſſ. ſp. p.* 339. ſub nomine Aroph Paracelſi & ♒ martis acidi ſedativique Archæi; cum tamen iſte, qui cadit pulvis, quemque Zwelferus ♃ anodynum vocat & ſedativum Archæi, ſit ♆ martialis, quæ, quia itidem nonnihil abſorbere valet acida hypochondriaca, iiſque abſorptis ſymptomata levantur, & quies ſupervenit; hinc male putat Zwelferus, eam vi anodyna ſopire ſpiritum inſitum. Cæterum laborioſus hic proceſſus compendioſior ad methodum Mynſichthi fieri poterit.

Pumicoſa, pag. 527.) Martis ℟, quam affert Schrœderus, *in Pharm. l.* 3. *c.* 11. *p.* 303. *nro.* 13. ſuſpecta eſt: paratur quippe eadem ex ♂e in pumicem quaſi redacto, & aceto deſtillato in tincturam extracto.

E diſſoluto ſaltem martis vitriolo) Sunt, qui ♁ ♂is diſſolutum cum ♆ in tincturam extrahere ſatagunt; aſt inanis eſt labor, cum ſic ♁ illud in fundo concreſcat, vid. Schrœderus *l. a. pag.* 582. *nro.* 9.

Ex ipſa minera martis cum proprio liquore) Intelligit Autor tincturam illam, Mannæ

Digitized by Google

Mannæ martis nomine Schrœdero *l. a. num.* 10. venientem, ex marte ſubſidente: ſc. minera martis deſtillata ſuggerit phlegma acidulum in pauca quantitate, quo ipſo ♂ ſolutus tincturæ martis nomen accipit; cum tamen ſolutio hæc tantum ſit ſuperficialis, & labor inanis.

Balſamum martis) Habet hoc Zwelferus *in Mant. Spag. pag.* 340.

Eſſentia cum ~ nitri) Hiſce Zwelferi ille proceſſus inſinuatur, quem habet *in Append. ad Animadv. Ph. Aug. pag.* 58. dum parat eſſentiam martis cum ſpiritu nitri & phlegmate atque pauco ſpiritu vitrioli: aſt quemadmodum pro tractatione Martis inter acida nulla ſunt meliora, quam tartarea & vitriolacea: ita acida nitrata ſtypticitatem affricant marti, huncque vehementiorem faciunt, quam ut à corpore humano perferri poſſit.

Quæ cum eſſentiali ſale tartari, & martis vitriolo) Hic ſincerum proſtat Autoris judicium de famoſa illa ℞ vitrioli martis Zwelferi, quam habet in *Mant. Sp. pag.* 337. nempe ſub hujus præparatione ſemper evenit, ut dum ſal eſſentiale tartari, & ⊕ martis jungantur, ♂ quoad ſui partem ex vitriolo cadat, ſicque tinctura magis tartarea, minuſque martialis prodeat. Unde alii hoc videntes, loco ejusdem tincturæ hanc in forma ſicca præparant, & recipiunt ana terræ foliatæ tartari & vitrioli martis, miſta terunt in lapideo mortario, ita rubeſcit ſubito miſtura inſtar pultis apparens, quæ poſteà in loco calido exſiccata pulveriſetur in pulverem ex nigro rubeſcentem, ⊖ martis compoſitum, item magiſterium martis vitriolatum, vocandum. Et ſanè hic pulvis præſtantior eſt ipſa tinctura vitrioli martis Zwelferi. Vitrioli autem martis ℞. Zwelferi in cœliaca convenit, mucum abſtergendo, & ventriculi orificium infarctum reſerando.

Eſſentiæ martis tartariſatæ, pag. 528.) Sc. *ſuperius pag.* 52. mentionem fecit Autor Martis tartariſati, ſumendo tartari part ij, & Martis part. j, & in ▽ fervida ad conſiſtentiam mellis coquendo. Jam igitur mellagineo huic magmati, ſi affunditur acetum deſtillatum, abſorbet hoc Martem ſolutum, tartaro crudo in fundo remanente. Atque hæc ſolutio dulcis eſt & grata bonaque, utut aliis ex tartaro prodeuntibus ſolutionibus cedat.

Præſentiorem) Modum conficiendi tincturam martis Autor hic clare refert, ac confer. M. A. N. C. *Anno* 3. *p.* 43. Hanc paratam ita tinctura martis præfert Zwelferi tincturæ vitrioli martis. Res ita ſe habet: Nempe terantur probe invicem ⊕ martis & cremor tartari, hinc trita affuſione aquæ ſimplicis ebulliant, & coquantur ad mellis conſiſtentiam, quod refrigeratum in lapideam quaſi conſiſtentiam facile pulveriſabilem abit. Vel & antequam magma prædictum in duritiem convertatur, affundatur ☿, & blando calore eliciatur & ſolvatur illud concretum martis tartareum in eſſentiam tartareo-martialem, ita hæc à ʒß. ad ʒj. uſurpata locum habet in quibusvis morbis chronicis, remediis tartareis indigentibus; non ſecus ac eandem Autor commendat pro ictero curando, niſi is inſequatur aſcitem conſummatum, aut calculos in folliculo fellis hærentes.

De ſpiritu vitrioli Martis factitii pag. 530.) Hiſce taxat Autor noſter tacitè Zwelferum *in Mant. Spag. pag.* 336. magno conatu illum elicere docentem, ſimul rectè addendo, talem ſpiritum parum aut nihil differre à quovis ſpiritu vitrioli communi; nam & hic non reperitur ſine contagio martis aut veneris.

Temperata aciditas) Sc. ſpiritus vitriolacei non ſunt rectificandi, quaſi nimirum eorum partem volatilem ſeorſim habere vellemus: Potius rectum hac in parte Zwelferi judicium, dicentis: rectificatione hac potius deſtrui, quam exaltari ſpiritum vitrioli.

In abſtractitio liquore) Intelligit hic Autor Schrœderum *pag.* 380. *num.* 3. oleum album martis afferentem: Conf. & Hoffmannus in hunc locum *pag.* 227. *Clave Schrœderiana*, ſc. ſpiritus ſalis marti affuſus & abſtractus ſub △is gradu ultimo de dulcore martis participat; qui tamen, cum tantillus ſit, hinc potius aliæ martis tincturæ cum ſuperant.

E ſale capitis mortui florum Ammoniacalium Martialium) Intelligitur hic Zwelferus *pag.* 339. *Mant. Spag.* ex capite mortuo martis, cum ſale ammoniaco tractati, ſpiritum acidum elicientem, qui quidem aliquantillum de ſubſtantia martiali ſecum rapit: interim tamen ob id non præferendus is erit aliis tincturis martialibus.

Floribus adſtringentiſſimo ſapore pag. 531.) Sc. Mars cum ſale Ammoniaco, vel ſale communi, vel ſpiritu ſalis, tractatus abit ultimo △ gradu in flores nigros, ſaporetenus ſtypticos.

Volatilis ille ſpiritus) Sc. Mars tartariſatus ſi deſtilletur, acquiritur ſpiritus volatilis, participans quidem de tartaro, nihil vero de marte; quippe qui arripiendo acidum tartari, liberatum dat ſpiritum & ſal volatile tartari.

Flores per ſolutionem) Inſinuatur hic crocus martis cachecticus cum nitro paratus Zwelferi *ex Mantiſſa Spag. pag.* 317. nempe ſi in illo proceſſu loco crucibuli aperti recipitur retorta tubulata, tunc ſub detonatione nitri & martis flores nitri acquiruntur, parū Martiales.

Salis

Digitized by Google

Salis ammoniaci martialis eluatricationes) Intelligit hiſce Autor noſter ſulphur anodynum martiale, quando mars cum ſale ammoniaco ſublimatur & edulcoratur ▽ ſimplici; ſic cadit pulvis, quem Zwelferus maximopere commendat; qui tamen eſt crudus ſaltem martis pulvis, cedens aliis tincturis martialibus. Jam vero ex his omnibus eligit Autor tincturam martis tartariſatam, in cujus locum & ſal martis compoſitum ſubſtitui poteſt, vel & ſolutio martis ſolaris: ita tamen, ut horum omnium liquorum mitiſſima ſit tinctura illa martis tartariſata; fortior verò ſolutio martis cum ſucco pomorum Borsdorffianorum, & omnium fortiſſimus liquor ſolaris martis, quippe qui teneriora ſubjecta ſenſibiliorique ſtomacho & textura primarum viarum prædita, moleſtia afficit præcordiorum, imò etiam lipothymiis; unde in talibus potius ſolutio martis cum ſucco pomorum locum habebit.

E venere) Mirabilis eſt tantillæ hujus effectus; nam & accidentario cum martialibus ingeſta nauſeam, vomituriendi conatum, & inſignem ventriculi proſtrationem infert: hinc ſal vitrioli emeticum peſſimum eſt vomitorium, indeque horum nocumentorum intuitu pro interno uſu nulla ex venere proſtant medicamenta.

Verum ♀ris ignem ſeu volatile dulciſſimumque ſulphur pag. 532.) Inſinuat hic Autor noſter Helmontii de ſulphure vitrioli veneris dulci volatili jactationem, quaſi nimirum hoc vi anodyna ſua & ſedativa Archæi tantum præſtet, quantum medicus & chirurgus hinc expectare queant; imo illo ipſo fixetur mercurius in ☉ horizontale, vel mercurium diaphoreticum.

Spiritum duplicatum) Inſinuat Autor Polemannum.

Mineræ ♀eæ,) Ex minera ♀is parum phlegmatis ſulphurei aciduli per deſtillationem prodit, cujus medio ♃ illud veneris dulce quidam elicere conantur: aſt fruſtra, cum illud crocum obſcure rubeſcentem ſaltem eliciat.

Æruginis cryſtalliſatæ) Sc. ex capite mortuo etiam ~ æruginis, è cryſtallis parati, cum ſpirttu ſalis ammoniaci elici poteſt tinctura coerulea; quod ipſum negotium quoque ſuccedit. Interim eadem tinctura in parca doſi parum vel nihil præſtat, in liberaliori verò data eſt egregie vomitoria.

Vitrioli ♀ei deſtillationem,) Hoc proceſſu inſinuat Autor noſter Helmontium in Tractatu de lithiaſi, ibi putant quidam doceri ℥ vitrioli ♀is genuinum: hoc equidem verum eſt, acquiritur ſic per experientiam Tackii Spiritus vitrioli veneris, vitrum quaſi auro incruſtans, quo ipſo tamen elici poſſe ſulphur ♀eum dulce, falſum eſt. Docet ſaltem ibi Helmontius legitimum ſpiritum volatilem ex vitriolo veneris.

Æruginis ~) Inſinuatur hic famoſus ille ~ viridis æris Zwelferi, quem habet hic *in Append. Animadverſ.* & *Mant. Sp.* cuique tantum non vires alcaheſtinas adſcribit, ex eo, quod ~ ille affuſus margaritis, coraliis, & ſimilibus oſtracodermis, denuoque abſtractus, ſub antiqua ſui corroſivitate prodeat, adeoque pluribus ejusmodi ſolutionibus iterum adaptari queat. Interim non putandum eſt, Zwelferi ſpiritum dictis concretis affuſum prodire planè ſine ulla ſubſtantiæ ſuæ ſalinæ deperditione, & corpori ſoluto adhæſione, cum repetito negotio ſolutionis, tandem ſaporem ſpiritus mellis ſaltem ille præ ſe ferat.

Præſertim è cryſtallis) Ex Autore ſufficiat hic ſpiritus ex cryſtallis: ſc. ærugo cum aceto deſtillato ſolvitur, & in cryſtallos redigitur, qui deſtillati dant juxta Tacchenium acetum deſtillatum concentratum.

Ex ipſa æruginis ſubſtantia Aceto deſtillato prius humectata) Ex ⊕ris etiam per ſe deſtillatur ~ acido-⊖ſus volatilis ex relatione olim Boylei, miſcetur nempe viride æris cum ana ∴æ, & invicem deſtillantur, ita prodit parcus ~ acido-ſalſus ob acidum aceti & ſalis volatilis urinæ, quâ ipſa conſpergitur in æruginis præparatione æs in provincia Monspelienſi. Atque hic ſpiritus pro uſu aperitivo Medico magis quidem egregius, quàm qui ex cryſtallis prodit; interim hic magis uſui Chymico inſervit pro ſolutionibus.

Cum duplo ſulphuris) Quando partes ij. ſulphuris, & j. viridis æris recipiuntur, ita prodit tunc & acquiritur per deſtillationem ~ acidus ſulphureus unà cum floribus ſulphuris albidis, ob acidum viridis æris iis adhærens. Interim ~ ille eſt imbecillior, & pro uſu chymico remiſſior.

Intus dati) Cryſtalli ⊕ fiunt, quando ſolvitur in aceto deſtillato, ſolutio evaporata concreſcit in cryſtallos, qui dant ſpiritum generoſum; ſed ſi ſolvitur in aceto, & inſpiſſatur ad mellaginem, dat ſpiritum admodum elumbem. Fateor, ſpiritum hunc æruginis ex cryſtallis paratum in affectibus hypochondriacis & cachecticis ab obſtructione natis non valere, quia in his notorie peccat acidum: quomodo igitur per acidum ſuperveniens curabuntur? Interim in affectibus pectoris, v. g. aſthmate humoroſo, viſciditatibus crudis, & muco bronchiis inhærente & pectus obſidente, idem ~ ex cryſtallis eſt egregius, adeoque non penitus negligendus; utut loco hujus ille cum duplo ſulphure deſtillatus aſſumi queat juxta Autorem.

Digitized by Google

Cum gummi ammoniaco, pag. 534.) Notat hic Autor ſpiritum illum aſthmaticum, fœtidum quidem, ſed efficacem D. D. Langelotti; & D. D. Michaelis, qui eſt:

℞. *cryſtall.* ☉*is* part. iv.
gummi ✻*ci* part. iij.
♃*is* part. j.

Deſtillentur omnia per ♨am, caute regendo ♎em, in ſpiritum acidum volatilem, qui rectificatus dicitur ſpiritus aſthmaticus, reſolutivus in affectibus ✣ pectoris humoroſis egregius. Equidem per ſe deſtillatus paulo aſperior eſt quia acrior, temperaretur tamen cum quadam eſſentia vel liquore ſpirituoſo aromatico pectorali. Et utut acetum & oxymel ſcylliticum, itemque ☵ ſalis ammoniaci aniſatus, quæ Autor pro ſpiritu aſthmatico commendat, hoc in caſu etiam ſint efficacia, tamen ob id ſpiritus hic aſthmaticus non rejiciendus eſt.

Marinorum) Sc. ☵ viridis æris minus convenit in Medicina, ſaltem adhiberi debet in Chymicis: ſed non conducit pro ſolutionibus marinorum, quia hæc per acida ejusmodi caſtrantur, & vi ſua præcipitativa enervantur, quin potius eadem per ſe præparanda ſunt, & loco aceti deſtillati ☵ ⊕ pro tincturis & eſſentiis mineralibus adhibeatur.

Caput mortuum) Sc. venerea remedia pro uſu interno ſunt ſuſpecta, hinc pro uſu ſaltem externo Chirurgico requiruntur; abſorbent enim fermenta acida vulnerum & ulcerum, & texturam hinc aluminoſam acquirentia ad debitam conſiſtentiam illa redigunt; ſicut & apud veteres occurrit uſus æris uſti, ſquama æris, æruginis, &c. Loco horum tamen omnium ſufficere ſaltem poteſt caput mort. ex deſtillatione ☵ ⊕ ex cryſtallis parati, quod reverà eſt Crocus aliquis ♀is, & liquatis unguentis emplaſtriſque admiſtum idem præſtat, quod aliàs Chirurgi in variis ☉is præparatis quærunt.

Florum pag. 535.) Sunt, qui ex ♀e flores, tam impropriè dictos, quos habet Schrœderus, quàm propriè dictos, parant; nempe cum ſale ammoniaco, vel detonatione tartari cum nitro. Interim, quemadmodum ejusmodi flores pro interno uſu periculoſi ſunt, ita pro externo uſu ſufficit caput mort. cryſtallorum æruginis.

Ærugo) Præter crocos & calces veneris abſorbentes vulnerum & ulcerum acida, alii rectè in uſum vocant ⊕, quippe quæ veterum compoſitiones & unguentum Ægyptiacum, hocque tam commune, quam magiſtrale Fabricii Hildani, & unguentum Apoſtolorum ingreditur; ubi hujus æruginis uſus eſt, ut in ejusmodi ulceribus putridis & gangrænam minantibus, itemque incipiente gangræna, poſt ſeparationem partis mortuæ ſub unguenti Ægyptiaci tegmine illinatur, quo ſic beneficio acidi ſui impediatur ulterior putredinis progreſſus.

Quam nitroſis pag. 536.) Indigitat hic Autor oleum æruginis cauſticum, quod habet Schrœderus.

Aquæ virides) Sc. notæ ſunt aquæ virides: baſis eſt ærugo cum aceto, quibus aſſociata ſunt ceruſſa, colcothar, alumen, item vegetabilia, de quibus conf. Hartmanni Praxis Chymiatrica, ubi formulæ harum proſtant. Ac quidem has aquas virides famoſas reddit Platerus in Praxi ſua, commendans illas ſpeciatim in ulceribus partium, præſertim glanduloſarum, in quibus lymphæ acidioris effuſio præſens eſt, ex qua ulcus depaſcens provenit, per dictas aquas coërcendum. Cæterum harum omnium loco, ſuaſore Autore noſtro, ſufficere poteſt & ærugo in decocto mundificativo vel ſimili diluto ſoluta. Hæ ▽æ virides in ulceribus manantibus crurum, in pterygio, nebula, panno, ulceribus faucium Gallicis, &c. optimæ ſunt.

Lapide medicamentoſo,) Hic ex Crollii ſcriptis notus eſt, concretum ſalſum tertium ſaporis auſteri adſtringentis, adeoque in ulceribus gangrænam minantibus maximè conveniens.

Saphirinam Agyrtarum ſolutionem, pag. 537.) Hæc ▽ ſaphirina Chirurgorum ex calce viva & ſale ammoniaco diſſolutis, & in pelvi ænea aſſervatis conſtans, & ob alcali calcis vivæ colorem hunc obtinens, nobilis eſt in palati & oris Gallicis ulceribus, itemque crurum, nec non oculorum præſertim affectibus, pterygio, panno & puſtulis, vix præſentius datur remedium. Præparationem vid. in Schrœdero. Et quidem baſin ejus conſtituit ⊖ calcis vivæ ſalſo-alcalinum, unà cum ſubſtantia cupri ex pelvi ænea eroſa. Interim tamen hujus quoque Aquæ loco eſſe poterit Aqua quædam ſimplex diluta cum pauco æruginis.

Unguentum purpureum) Unguenta Chirurgorum ſunt duo. Ægyptiacum & Apoſtolorum: Baſis horum eſt viride æris. Famoſa præ cæteris ſunt in gangræna arcenda, ubi facta inciſura partis mortuæ illinantur; ſic enim vivum à mortuo ſeparatur. Per unguentum purpureum innuitur unguentum fuſcum Felicis Wurzii, **das braune Sälbigen**, Chirurgis dictum: vid. in ejusdem Chirurgia. Conſtat enim illud ex colcothare vitrioli ſæpius cum aceto impregnato. Cæterum cum laborioſa ſit hujus præparatio, proinde Autor noſter compendioſe & extempore illud parat, ſumendo unguentum Ægyptiacum Meſuæ, quod con-

conſtans ex ⊕, aceto, & melle, Hildanus, addendo ♁✱ & ☉, correxit in ſuum Magiſtrale) illique combinando terram vitrioli dulcem, & paucum extracti veronicæ in aceto vel rore minerali acido diſſoluti, quæ invicem proportionaliter miſcentur, ita namque unius horæ ſpatio parat unguentum fuſcum magiſtrale, quod aliàs ſeptimanæ integræ laborem requirit.

Lavamenta) Sc. quia pinguia in genere nocent quibusvis ulceribus, non quidem præcisè propter acidum in iis non adeò ſenſile, ſed potius propter ſui glutinoſitatem, qua oblinendo poros partis læſæ & tranſpirationem inſenſilem ſiſtunt, atque hinc transſpirabilia impedita majorem corroſivitatem contrahunt, & ulcus deterius reddunt; hinc potius acidorum abſorbentia & deſtruentia, & alcalina vegetabilia, ut aquam calcis vivæ, myrrham, ſaccharum, euphorbium, &c. externè adhibeamus, & non opus habebimus emplaſtro Apoſtolorum. Magis conſultum eſt epithema ulcus mundificans, applicando dehinc emplaſtrum deſiccans, dia ſulphuris Rulandi: Hæc enim meliora erunt, quàm ſi pinguia illa diutius geſtarentur, indeque nec emplaſtro Iſidis indigebimus.

Tractivum viride) Inſinuat Becherum, & Renodæum.

Apoſpagmata) Sc. in veterum ſcriptis ſæpè ſæpiùs occurrunt nomina Tutiæ, Pompholigos, Melanteriæ, chalcitidis, miſy & ſory; ſub quibus tamen omnibus deliteſcit volatilis ſolummodo quædam cupri ſubſtantia, cum præſertim poſt Jovem non volatilius detur metallum ipſa ♀e. Jam igitur dum hæc ſunditur & cum cadmia in aurichalcum redigitur, ſub tortura ignis ſuliginem ſuggerit, variis nominibus inſignitam. Cæterum in omnibus his ſpeciebus ſufficiunt pro externo uſu, præprimis cadmia factitia veterum, quæ chirurgis eſt Tutia Alexandrina, ex ſuligine æris concreſcens; & tutia propriè ſic dicta ſeu genuina veterum, nihili aliàs vocata, & favillæ ſubtilioris ſub aurichalci præparatione elevatæ, & turribus adhæreſcentis originem ſuam debens. De quatum ambarum differentia conf. Merrett *Comment. in Artem vitriar. Neri.*

Ab Alexandria) Tutia hæc modernorum, Alexandrina dicta, rarò eſt in uſu, niſi quod à Pharmacopœis ſub homine Pompholygos in unguento diapompholygos occurrat: eſt tamen eadem in receſſu arſenicalis, & hujus ratione ulceribus cancroſis, & gangrænoſis affectibus medetur illa.

Mercurii fixati pag. 539.) Subinnuit hic Autor noſter eam Mercurii fixandi rationem, quam habet Rolfincius *Chym. pag.* 384. beneficio nempe æruginis, fixatique colorationem cum radice curcumæ & nihilo gryſeo tingendi in colorem flavum, quam *pag. ſequenti* habet idem. Et ſanè eſt illa vera mercurii fixatio, utut ſuperficialis tantùm.

Nihili album) Sc. veteres inter remedia ophthalmica adhibuerunt tutiam ſeu nihilum; idque non ſine conſilio, cum ea ſine ullo ſenſu in ▽ diluta oculis applicari poſſit; Sic enim abſorbet acidum lymphæ peccans. Eadem cadmia, veterum Tutia, pompholyx, ceruſſa, unguentis quoque & emplaſtris ophthalmicis fuit addita, & in ulceribus eorundem ſuperficialibus adhibita, horum tamen loco omnium commendat Autor nihili album.

Lacte aureo) Sc. Lac virginis parandum ex ſolutione lithargyrii in aceto, ▽ atione cum alumine, & pauco gallarum, tranſit in lac ☉eum flavi coloris.

Decocto nigro) Decocta nigra, in inflammationibus chirurgicis uſitata, conſtant ex baſi gallarum & vitrioli, ex ſolutione ceruſſæ in aceto, & ſolutione aluminis conjuncti: vid. Mynſichthus; addendo iisdem vulneraria vegetabilia.

Diapompholygos & de tutia unguenta pag. 540.) Unguentum diapompholygos pro ſcopo cicatriſandi, & de tutia pro conſolidandi adhibetur: quorum tamen loco, uti & liquorum in affectibus oculorum propter illorum rancorem iſtis partibus inimicum, ſufficere poterit ▽ roſarum communis vel fœniculi, in qua parum vitrioli ſolutum ſit & aliquid tutiæ additum.

Lapide calaminari) Lapis calaminaris adhibetur pro ulcerum cura, conſolidatione, cicatriſatione, excoriatione infantum, &c. promptè ſc. abſorbet acida ulcerum & excoriationum, hincque ſapore adſtrictorio poros partium ſtringit, ut facilè conſolidatio ſequatur.

Vitriolum pag. 441.) Vitriolum eſt nihil aliud, quam minera martis vel ♀is, vel utraque ſimul, ab acido ſulphuris embryonati eroſa, & ſub actu eroſionis in formam illam coagulata, quàm vulgo vocamus vitriolum.

E venali) Venale nativum vitriolum præfert Autor factitio, eò quod illud coagulatum ſit ex acido embryonato primigeneo, hoc verò ex ſpiritu ſulphuris aut vitrioli: Equidem ſunt, qui nativum vitriolum ob contagium arſenici adhærens metuunt, interim ob hoc illud potius eſt nobilioris conditionis.

Facta cum ſpiritu ſalis pag. 543.) Sc. vitriolum propriè dictum ſit arte per ſpiritum ſulphuris, aut vitrioli. Cæterum ſunt, qui ex venere cum ſpiritu nitri tractata corpus vitriolicum, item ex marte cum ſpiritu ſalis combinato, quaſi vitriolum

Digitized by Google

martis acquirunt; ubi tamen ejusmodi producta rectè loquendo non sunt corpora vitriolacea propria, sed potius crystalliformia, non secus atque aliàs cum spiritu salis vel aceto destillato ex marte massa vitrioliformis paratur, quæ destillata exhibet spiritum acidosubdulcem, nonnihil de marte participantem: qualem spiritum acido-♂ialem Zvvelferus ex marte & sale ammoniaco, item hæmatite & ☉e ammoniaco, parat.

Venalia vitriola) Intercedit quædam differentia inter vitriola nativa pro ratione contagii metallici adhærentis, quia mineræ hæ non semper reperiuntur puræ: Sic enim Hungaricum dicunt esse naturæ solaris; Salisburgense pariter Venereo-Lunaris; Romanum martialis; Cyprium venereæ; Goslariense ex venere & martiali natura mistum; ad summum, quo viridius est vitriolum, eò magis de marte, & quo magis cæruleum, eo plus de venere participat. Interim pro usu medico nulla horum differentia ferè observanda,

▽ortem) Hæc paratur ex vitriolo & nitro. Jam deprehenditur non rarò differentia in ▽ super metallum, unde hæc? vix ex nitro, potius ergo ex vitriolo, utut parum de vitriolo participet. Probatur hoc: quod aliquando constantem ruborem habuerit, quæ est à vitriolo.

Observationes pag. 544.) Sc. Luna rarò deprehenditur pura; nam plus minus de venere participat, hinc ▽ lunam solvit, auro intacto relicto. Hinc hæc aqua fortis quoque ipsa ob vitriolicum contagium parum de ☉e continet, indeque Glauberus putat fieri multiplicationem lunæ in ☉e per simplicem præcipitationem non saltem, sed & transmutationem, quæ fiat à sulphure acido vitriolico: vid. Becherus *Physic. subterr. l.* 1. *cap.* 3. *p.* 159. ubi docetur transmutatio lunæ in ☉em beneficio ▽ solutæ. Cæterum non negandum, vitriolum id aureum habere aliquam vim, præsertim, cum post purificationem auri per ♂ non sit alia magis conveniens purificandi encheiresis, quam si ☉ in ℞. solutum ♒etur cum vitriolo in ▽ simplici soluto; ♒atur enim sic purissimum, & ex Glaubero magis in ℞ exaltatum aurum.

Minutulum illud unc. uosum pro rejiculo habitum, pag. 545.) Sc. vulgò suadent, eligendum esse vitriolum crystallinum splendescensque: ast ejusmodi minutula inservire usui probat hoc, quod hæc solutæ in ▽, & post filtrationem inspissata, itidem exhibeant egregias vitrioli crystallos.

Purificationis titulo) Sc. vulgo depurant vitriolum solvendo hoc in ▽ simplici, & solutum post evaporant ad cuticulam usq; pro crystallisatione. Ast sub omni ejusmodi solutione semper aliquid terreæ substantiæ flavæ, ochra nempe, separatur in fundo, quæ est minera martis vel veneris sub solutione secedens; & in tantum potest depurari, ut hoc modo depuratum ferè totum possit per alembicum destillari. Sed cui usui? acquiro spiritum saltem paulò volatiliorem. Unde separata ista ochra, certò illa specialis vitriolorum differentia cadit, dum lunare, solare, &c. audit; contra ▽, cum qua copiosius aurum ex luna fuit ♒atum, virtutem hanc habet ab ochra.

Rorem mineralem,) Sc. vitriolum integrum per alembicum in MB. vel ⁂ destillatum, dat liquorem ▽eum seu phlegma acidulum odoris sulphurei penetrantis; idque eò magis, si à novo vitriolo ros ille destillatus de novo cohobetur; nam sic exaltatur in penetrantia sua volatili & efficacia sulphurea. Equidem diutius hic asservatus quasi folia sulphurea dimittit in fundum: sed parum refert. Interim cum odor nihilominus supermaneat, proinde illud phlegma vitrioli internè egregium est in morbis acutis, vel per se vel additis aliis; Sapit namque acidulas nativas. Sic & externè ambustionibus idem medebitur phlegma vitrioli. Imò potest usurpari loco phlegmatis è rore majali, vel misturæ alterantis: quidam sumunt spiritum vitrioli cum ▽ & sale quodam fixo, sed sufficit Ros hic vitrioli.

Bellidis pag. 546.) Sc. extractum succosum bellidis, vel etiam epaticæ nobilis, dilutum phlegmate vitrioli, inservit loco analeptici julepi.

Striatum) ⁓ vitrioli volatilis striati parandi rationem tradit Hoffmannus *in Clave Ph. p.* 337. Spiritum nempe vitrioli à capite mortuo per reiteratam cohobationem abstrahendo; sic enim subtilior is, & quasi striatus, prodit. Cæterum iste Ros vitrioli ejusdem ferè est usus, quàm ⁓ hic vitrioli volatilis Hoffmanni.

Nono alembico) Quidam putant spiritum vitrioli nona vice cohobatum intelligi.

Cranio) Sc. quidam spiritum vitrioli ant-epilepticum parant, spiritum vitrioli à cranio humano, vitro quercino, &c. abstrahendo: verum ita prodit ⁓ vitrioli falsus volatilis ammoniacalis, compositus ex acido vitrioli, & sale volatili cranii.

Sulphureum partem, pag. 547.) Ros hic vitrioli est admodum sulphureus & penetrans. Sc. quidam cum phlegmate vitrioli volunt acquirere hanc substantiam sulphuream volatilem, non saltem ex hoc rore, sed etiam ex aliis ejusmodi liquoribus, dum sc. vitriolum martis paratur, ubi exhalat ros volatilis sulphureus (non secus atque quando ♃ & colcothar in ejus flores sublimantur, sicq;

per

Digitized by Google

per ſuperius capitellum halitus acidulus exhalat, quod quidam capiunt) imò ex ipſo quoque ſpiritu vitrioli recenti, affundendo ubiq; ♀; digerendo enim ſpiritus vini, tanquam ſymbolizans ſulphureum ſubjectum recipiens in ſe ſulphuream vitrioli ſubſtantiam, hinc abſtrahendo ♀, hic ſecum rapit hanc ſubſtantiam. Verum eſt, ſuccedit quidem, tamen non habetur exinde remedium tanti ponderis. Volunt etiam habere ſulphur vitrioli anodynum dulce, ſed hoc eſt altioris indaginis.

Ant-epilepticum elixyr) Huic ♀ quidam addunt tartarea, caſtoracea, &c. pro elixyrio ant-epileptico, hyſterico, &c.

Spiritum ardentem à cephalicis abſtractum) Spiritus vini abſtractus à ſpecificis cephalicis, perfumatus licet crudo ſulphure, in epilepſia forti non exhibet tantum, quantum hinc expectatur remedium, quin potius in illa alcalia volatilia magis erunt efficacia.

Sic albificati, pag. 548.) Seligit Autor ſpiritum vitrioli acidum communem, nempe poſt deſtillatum iſtum rorem ſulphureum deſtillandus eſt ſpiritus: ſc. vitriolum crudum purum & nativum non committendum eſt deſtillationi pro ſpiritu acquirendo, ſecus enim neceſſario frangitur retorta, & totum ſalinæ ſubſtantiæ in auras avolat; quin potius recipiatur vitriolum dephlegmatum, h. e. à rore acido volatili ſequeſtratum, qua ☉ione album acquirit colorem. Etenim colores in vitriolo, in igne tractato, ita variant, ut illud primo albeſcat, deinde flaveſcat, hinc rubeſcat, poſtmodum brunneſcat, & tandem obſcuriſſimè virideſcat: Si vero ad rubedinem vel flavedinem prius calcinetur, multum de ſubſtantia ſulphurea prodit.

Nec nimio pondere) Sc. vitriolum hoc album deſtillandum non recipiatur in nimia copia, ſecus enim non ſufficit △ eidem pervadendo, quin potius tertia retortæ pars maneat vacua.

E vitreis lutatis retortis,) ordinario deſtillatur ♁ ex retorta ♆ea, aſt malè; vaſa enim illa ſunt poroſa nimis, potius vaſa vitrea ſumantur, anguſtiſſimis porulis prædita. Interim cum hæc intenſiore △e vel diſſiliant, vel liqueſcant, proinde loricentur miſtura ex limo, calce viva & limatura ♂is conflata, idque ſucceſſivè ut lamina alia alii ſuperimponatur, & ſic ♁ deſtilletur.

Citra protractiones) Plurimi ſpiritum vitrioli urgere ſolent per 5. vel 6. dies △e, quia ſemper nebula apparet, at ſane nebula hæc in recipiente ad 6. menſes compareret, modo △ tamdiu continuaretur; quod tamen phænomenon neminem fallat, quin potius poſt 24. vel 36. horas ad ſummum hoc ſecundum Helmontium removeatur Recipiens à Retorta, dum omnia adhuc calida ſunt; ſic enim tunc caput mortuum ſatis exhauſtum remanet; ſin verò diutius protrahitur deſtillatio, ♏ ſemper remeat in caput mort. illud.

Additamenta) Deſtillatur autem ex Autore ♁ per ſe, & ſine additis. Sunt verò, qui vitriolo deſtillando addunt limaturam Martis, & alii ♁ tartari, quo ſic ſeparetur ſubſtantia illius metallica, & ♏ purior prodeat, ſed labor iſte vix operæ pretium meretur, cum ♏ paucus deſtilletur; quin potius ♁ per ſe deſtillatum pro uſu medico ſufficiat.

Attemperans, pag. 549.) Sc. ♏ vitrioli ritè paratus acore ſuo blando ſtomacho eſt amicus, ſitim ſiſtit, æſtuationesque corporis temperat & corrigit, blande ſimul adſtringit ratione ſubſtantiæ metallicæ ſimul propulſæ, quæ cum acido ſulphuris coeundo tranſit in aliqualem aluminis texturam, indeque ſapor ♏ vitrioli blande adſtrictorius enaſcitur.

Citra rectificationem,) nempe ♏ vitrioli dicta ratione deſtillatus non opus habet rectificatione, ſed per ſe mox poteſt diſpenſari pro uſu medico. Ac terit hoc in paſſu Autor veſtigia Zwelferi, itidem ♏ vitrioli rectificationem vetantis. Equidem dicunt contra alii, ſeparari rectificatione illa magnam partem liquaminis metallici: Verum quidem eſt; ſemper enim craſſamentum quoddam metallicum remanet; interim tantillum hujus, præſertim ex vitriolo martis procedentis, inſons eſt, nec poteſt turbare corpus noſtrum. Deinde alii rectificationem ejus recuſantes, ſubſtituunt digeſtionem blando igne peragendam, qua ipſa itidem ſeparatur & ſponte ♆atur maximam partem ſubſtantia metallica crudior, indeque ſimplici decantatione poteſt ſpiritus purior ſupernatans ſecerni.

Vegetabilium floribus tinctus) Uſurpatur ♏ vitrioli vel per ſe guttatim in julepis, vel prius medicatus diverſimode, nempe infunditur floribus bellidis, aquilegiæ, tunicæ, &c. indeque ſub nomine ♏ vitrioli tincti venit. Prætereà alii ſpiritum vini à vegetabilibus aromaticis cephalicis ac ſtomachalibus abſtractum in duplo addunt uni parti ♏ vitrioli, amboque digerendo vel cohobando jungunt ſub nomine ♏ vitrioli cephalici vel ſtomachici; nec id inconſulto, utut ♏ vitrioli per ſe deſtillatus pariter non rejiciendus ſit.

Facta vitriola) Ex vitriolis deſtillati ſpiritus recipiunt aliquid metalli, quod geſtant in ventre ſecum, utut parum ejus ſit, ut propterea non opus ſit, ut vitriolum artificiale vel ſelectum ſumatur; præſertim, cum ex martiali vitriolo deſtillatus ♏ non

magis ſit hypochondriacus, quam alius, nec ex ♀eo vitriolo magis ſtomachicus, contraſentiente quantumvis Paracelſo. Sic dum Hartmannus ex vitriolo martis & veneris ſociatis ſpiritum vitrioli hermaphroditicum parat, ſingularem non obtinet à vulgari ſpiritu vitrioli: imò nec ex ☽ari vitriolo, ex calcinata & cæmentata ☽ cum ſulphure parato, ſingularis præ ſpiritu vulgari eſt, præſertim cum vitriolum illud utplurimum magis venereum, quam lunare ſit, ac luna fixior ſit, quam ut prompte poſſit deſtillari: adeoque ſufficere poteſt è vitriolo vulgari, v. g. Goslarienſi, deſtillatus ♒ pro uſu medico.

Pro ſpecioſiori pag. 550.) Sc. vitriolum factitium præ nativo nullam prærogativam habet, quamvis Helmontius ex artificiali vitriolo veneris ſingularia ſibi promittat, v. g. ♃ vitrioli dulce.

Gratulamur illis) Hic notat Helmontium *Tr. de Lithiaſi c.* 8. §. 19. docentem modum laborioſiſſimum parandi hunc ſpiritum vitrioli: cum quo conf. Hoffmannus *Clave pag.* 354. ubi habet Tackii modum deſtillandi ſpiritum vitrioli aureum, cum Helmontii ferè coincidentem; utut hujus adhuc efficacior ſit ſpiritus, quia is ſaturatior eſt.

Unicornu iſtius mineralis pag. 551.) Hoc deſcribit Mynſichthus, paratque id ex ♃o vitrioli martis & veneris, item ex ♁e vitrioli veneris & ♂is regenerato. Hæc duo juncta dant unicornu illud minerale: vid. Mynſichthus *p.* 1. *Armament. Chym.* Hoc & arcanum vitrioli, & clyſſus vitriolicus, conſobrini ſunt; procedunt enim ſinguli ex ſpiritu ♁li & ♁e ejusdem regenerato, quemadmodum conferendus quoad arcanum vitrioli Mynſichthus *pag.* 23. & quoad clyſſum vitriolicum Zwelferus *Mant. Sp. p.* 339.

Licet illa ♀is per Martem) Sc. ♒ vitrioli, quem habet Helmontius loco ſuprà citato, ſufficere poteſt, nec neceſſaria eſt veneris per martem vitrioliſatio, unde Mynſichthus elicere vult Mercurium ſuum Philoſophicum duplicatum ſeu ex duplici ſubſtantia conſtantem, quem vocat Rebis.

Sed ultimum) Pro parando ſc. iſto unicornu minerali, arcano vitrioli, & clyſſo vitriolico, recipiendum eſt pariter ♁ vitrioli, non commune, ſed iſtud ultimum, vel per ♎ri expoſitiones in colcothare regeneratum; hoc enim eſt alius naturæ, quam quod immediate ex capite mortuo vitrioli elicitur.

An verò &c.) Sc. quæritur: an, dum ♀ vitrioli ♎ri expoſitum imprægnatur, ♁ illud regeneratum ſit ex ♎re attractum? an verò ſaltem occultius vitriolum ab ♎ris humiditate reſolutum & magis manifeſtatum? Autor noſter inclinat ad eam ſententiam, qua ſtatuitur, caput mortuum illud, quod reſolutione vitrioli magis concentratum videatur ♁ regenerari; non verò denuò de novo introduci. Scil. ſemper adhuc in ſubſtantia metallica, quamvis maximè calcinetur, concentratum hærere aliquid ſubſtantiæ eſurinæ, quæ propter vehiculi defectum non potuit reſolvi in ſpiritum; contra tamen ea ab aeris humiditate reſoluta rodendo mineram abit in novum ♁. Interim non negandum, ex ♎re aliquid accedere, præſertim cum non purum ♁, ſed mediæ naturæ ſal inter ☿ & ♁ prodeat; quæ ſanè ipſa participatio eſt ex ♎re, vitriolica vero pars ex reſoluto ab ♎ris humiditate ſale eſurino rodente mineram: Conf. Zwelferus *Mant. Sp. pag.* 343. *& Animadverſ. pag.* 403.

Cæterum Autor probaturus, potiùs ex reſolutione vitrioli, quam ♎re dependere regenerationem illam, utitur 6. potiſſimum argumentis: quorum

1. Eſt coaguli illius copia, quod tamen in ♎ris ambitu laxè diſperſum eſt: Jam verò, cum illud copioſe ex ♀uo eliciatur, non probabile eſt, ex ♎re illud provenire.

2. Eſt proventus coaguli illius etiam in concluſo, hoc eſt, ♀ in loco concluſiſſimo ab omni ♎ris appulſu præſervatum, nihilominus efflorescere.

3. Eſt notabilis ſaporis & configurationis diverſitas, h. e. dum pariter ac ♀ua vitrioli, nitri, ☉is, &c. ♎ri exponuntur, tunc eadem regenerantur itidem in diverſi ſaporis ſalia, quæ tamen diverſitas non ex ♎re, ſed ex corporibus illis mortuorum, adhuc vim quaſi regenerativam continentium, deducenda.

4. Eſt facilis & prompta ſalinarum particularum occultarum ſucceſſivè per aerem in vitriolum converſio; & poſito, nulla arte poſſe elici ♁ vitriolicum, tamen poſſunt intimè ſociari, ut non niſi ſucceſſiva humectatione ♎ris poſſit reſolvi, quod ſucceſſivè per ♎rem in ♁ abit.

5. Eſt prona complurium metallicorum corporum, nativi ſalis quippiam habentium, à ſalinis quovis modo tractatorum, poſt ſufficientem quoque calcinationem, vel iſtorum expulſionem, denuò quaſi ſalineſcendi ratio, h. e. metallica exoticis ſalibus ſociata, uti v. g. eſt caput mort. ex marte & ſale ammoniaco, quod maximam partem in aere liqueſcit.

6. Tandem eſt prompta ▽oſi principii huic accommodatio, h. e. promptiſſimè ſalia quæcunque ſolvuntur in ▽, & hinc & in ♎re humido; ex quo tamen ſimul reverà aliquid accedere probatur, quia emergit ♁ quaſi

quaſi nitroſum. Interim notandum ſi ☉ ad abſolutam nigredinem uſque deſtilletur, & omni acido ſeminali ſpolietur, quod tunc ♎ri expoſitum non amplius efflореſcat, deficiente ſic acido ceu magnete.

Citra ſingularitates, pag. 553.) Innuit hic Autor hoc, quod qui arcanis vitrioli Mynſichthi ſuprà citatis careat, ipſi ſufficere queat ☵ vitrioli vulgaris; præſertim, cum non ſemper felix Praxis ſublimioribus ejusmodi arcanis ſuffulta ſit, ſed vulgaria quoque remedia ſub circumſpecta methodo laudem mereantur. Rectè enim dixit Capivaccius cuidam: Diſce meam methodum, & habebis mea arcana.

Abuſus) Hic ſubinnuit Autor, quibus noceat ☵ vitrioli, licet optimus ſit in praxi communi: nempe

1. Splenèticis vel veris, vel vulgo ſic dictis, in quibus aliàs luxuriat acidum præter naturale.

2. Hyſtericis; cum in his etiam peccet acidum, ſpaſmorum cauſa:

3. Pulmoniacis; quippe pulmonibus tenerioribus nil magis nocet, quam acida vitriolica, eosdem vel corrugantia, ſicque aſthma ſiccum inducentia, vel erodentia, hincque in phthiſin præcipitantia.

4. Hungaricis febribus laborantibus; nam & in his ob malam diætam acidum præternaturale in primis viis luxuriat.

5. Idiopathicis capitis affectibus laborantibus non convenit; ſyſtema quippe nervoſum acidum vitrioli reſpuit.

Delebili,) Pergit jam Autor ad eos, qui ☵ dulcificare & temperare volunt: vid. Schrœderus. Dum enim ſpiritum vitrioli dulcificare intendunt, omnes hi proceſſus infringunt & alterant acidum vitrioli, unde dulcior evadit: Si vero ☵ vitrioli acrior fuerit aſſumentibus, tum vel dilui poterit is, vel additione ſacchari attemperari.

Ab una quidem parte,) Dulcificationum ſpiritus vitrioli proceſſus.

1. Cum Marte videri poteſt in Schrœdero *l.* 3. *p.* 486. *nro.* 5. ſub nomine ☵ vitrioli volatilis.

2. Qui fit per acetum, *num.* 7. *p.* 488.

3. Per combinationem urinæ procedens, *num.* 14. *p.* 490.

4. Super martem abſtractione contingens, *num.* 8. *p.* 488.

Ubi tamen omnes hi modi acidum vitrioli infringendo ſpiritum illum apparenter dulciorem reddunt.

Vitriolum pure martiale pag. 554.) Ex hoc Zwelferus *in Mant. Spag. pag.* 463. ſpiritum vitrioli martis ant-hypochondriacum deſtillare ſatagit, & dulciorem; qui tamen Hypochondriacis non magis appropriatus eſt.

Colcotharis communis extractio, ibid.) Notat hic Autor Zwelferum *Mant. Sp. pag.* 393. colcothar cum uſto alumine tractantem, pro blando ſpiritu vitriolici eliciendo.

Super ſal gemmæ eſſentificatus) Hic indicatur Zwelferus *pag.* 55. *App. in Animadverſ.* docens modum eſſentificandi ſpiritum vitrioli abſtractione ejus cum ſale gemmæ, & curioſum, hoc modo acquiri ſpiritum fumigantem odoris intenſe ſulphurei, actioni ſalis gemmæ in liquorem metallicum in acceptis ferendi; non ſecus ac ſimilis ☵ fumigans acquiritur ex deſtillatione mercurii ſublimati cum Jove, vel & ejusdem mercurii ſublimati cum ſabulo.

Super ſal proprium pag. 555.) Intelligit hic Autor noſter Zwelferum *in Mant. Sp. pag.* 339. proceſſum hunc habentem; quo tamen modo ſumptus inanes fiunt ſine emolumento.

Cephalici nuperorum titulo) Sc. ☵ ex vitriolo regenerato deſtillatus ☵ vitrioli cephalicus dicitur; de quo verum eſt, minus eundem acrem & magis volatilem eſſe: non tamen hinc ſequitur, illum exin prærogativam majorem præ ſpiritu vitrioli communi habere.

Peculiare quidpiam non) h. e. poſito, & ſpiritum vitrioli regeneratum eſſe volatiliorem, non tamen is eſſentiis & tincturis martialibus erit præferendus.

Sulphureus eſt) Cum omnia ſulphurea & ipſe ☵ vitrioli ſpirent odorem talem ſulphureum, præſertim cum ☵ nitri de marte & venere participet, quid mirum, quando ſulphure ſcatet? ita & ſpiritum vitrioli cum marte, aceto, aut urina combinatum, ſimiliter talem odorem referre, notum eſt; qui tamen ☵ vitrioli ſulphureus, ſi aſſervatur diutius, turbatur, deinde ruffeſcit, & tandem ſedimentum ſubſtantiæ metallicæ dimittit, ſicque odor ſulphureus perit; qui præſens parum vel nihil exaltat ſpiritum illum vitrioli.

Elixyria proprietatis cephalica, pag. 556.) Nonnulli ſibi promittunt, ſumendo loco acidi ſulphuris communis ſpiritum vitrioli martialis cum ☵ vitrioli regenerati; aſt inanes ſunt impenſæ hæ, & ſufficit ſpiritus ſuphuris inſtar omnium.

Spiritus aperitivus Penoti) Hujus deſcriptio extat in Schrœdero *l.* 3. *pag.* 489. Miſera eſt præparatio, quæ nihil habet in receſſu: nam ab addito tartaro ad albedinem calcinato figitur & coercetur acidum ☵ vitrioli, ut phlegma ſaltem acidulum accipiatur, hujuſque tantillum volatile prolicitur, parum de tartaro participans, præſertim ſi igne remiſſiori deſtillatio fiat; ſi verò intenſiore Δc, habebitur ſaltem commune acidum vitrioli.

Dianæ

Digitized by Google

Dianæ liquori) Est ☵ vitrioli tartarisatus, quem habet Schrœderus *pag.* 480. *nro.* 10. qui itidem habet spiritum vitrioli cordialem *n.* 13. Sunt interim hi liquores spiritus vitrioli ab alcali tartari infracti, adeoque phlegma spirituosum acidum vitrioli.

Extrema ignis violentia) Si destillatur ☵ aperitivus Penoti extrema △is violentia, nihil aliud acquiritur, quam acidum commune vitrioli; quale quoque in spiritu hujus communi, vel etiam in tartaro vitriolato extremè destillato reperibile est. Cæterum, si volumus habere spiritum compositum ex tartaro & vitriolo, tunc sociare possumus spiritus tartari urinosi part. iij. cum ☵ vitrioli part. j. invicem miscendo, qui cessante ebullitione & per retortam destillatur, sic prodit Spiritus ♁ fus egregius; Vel

℞. *tartari crud.* part. iij.
vitriol. crud. part. j.

quæ destillata ultimo △ gradu dant spiritum ♁ so-acidum fœtidum; longe præferendum spiritui illi aperitivo Penoti.

Oleum, pag. 557.) ♎ vitrioli est spiritus vitrioli in metallica parte concentratus. Paratur tribus modis: nempe vel post prolectum vitrioli spiritum, augendo △em; vel super fixiora corpora ☵ ☉ concentrando; vel denique exponendo spiritum vitrioli intensissimo frigori. Cæterum hoc oleo vitrioli pro usu medico non indigebimus.

Rubrum è vitrioli) Processus hic est curiosus, & ferè illi similis, quem habet Schrœderus *l. a. nro.* 5. *p.* 486. scil. ☉ in ▽ solutum beneficio ☵ salis ✱ci seu urinæ ♒atur; sic alcali volatile urinæ imbibendo acidum vitrioli dimittere facit mineram martis vel veneris ad fundum. Jam equidem ex hac terra præcipitata per se destillata nonnulli rubicundum oleum sibi promittunt; quale tamen non prodit benè: interim cum terræ illi semper adhæreat adhuc aliquid acidi, ligantis alcali urinæ, hinc ex eadem ascendit aliquid ammoniacalis; sic ex liquore ♒æ ♒atæ supernatante, blandoque △e coagulato, prodit sal quasi ammoniacale obscuri coloris, emergens ex spiritu urinæ & acido vitrioli, simileq; ferè sali ✱co illi secreto, quod parat Glauberus ex ♎ vitrioli & spiritu salis ammoniaci: quod tamen non est secretum, sed genuinum sal ammoniacum.

Cum acetosis additamentis pag. 558.) Innuit hic Autor processum illum parandi oleum vitrioli ex colcothare cum aceto imprægnato, quem habet Keslerus *Proces.* 71. *l.* 5. quo tamen pacto nihil aliud acquiritur, quam solutio martis cum aceto, & destillatione intercedente ☵ acidus martialis fœtidus non verò ♎ proprie dictum vitriolaceum.

E vitrioli, Cremoris tartari & spiritus salis mixtura) Innuit Autor noster processum illum, quem habet Schrœderus *l. a. nro.* 10. *p.* 492. sub nomine olei vitrioli dulcis; quo tamen modo, quicquid sic prolicitur olei, illud solummodo tartaro, non autem vitriolo, debet originem.

Viridis vitrioli ☵) ☵ vitrioli viridis est unum ex primariis arcanis, ejusque primus mentionem fecit Paracelsus, & post hunc Helmontius, quorum hic *Tract. de Duumvir.* dicit: ♎ vitrioli dulce ex spiritu hoc vitrioli viridi parandum esse; quod itidem repetit Polemannus de sulphure Philosophorum dicens: ex hoc spiritu vitrioli viridi ♃ vitrioli ♀is dulce parandum. Cæterum jam olim, præter Dethardingium, annotavit Zwelferus imprimis falsum esse, ex vitriolo elici posse spiritum viridem, sed procedere talem vel ex additamentis, vel ex simplici vitrioli liquatione: sc. ☵ vitrioli est vel albidus, vel ex liquamine metallico imprægnato rubens: contra destillant alii per descensum; sed sic liquant simpliciter vitriolum, cruda venere vel marte eum imprægnantes, virorem eidem præter intentionem desideratum conciliant. Sic & alii recipiunt ana vel dimidium ☿ ♎ti & vitrioli, ex iisq; destillatione eliciunt spiritum ponderosum nonnihil virideſcentem; quippe acidum ☿ ♎ti rodendo venerem vel martem in vitriolo, simul per retortam illarum particulas secum rapit, sub specie spiritus viridis; quem rectificatum frustra adhibent sublimioribus arcanis, hocque medio ☿ium duplicatum parare voluerunt.

A vegetabilibus abstrahendo) Sc. sunt, qui spiritum vitrioli per nuces juglandes, aut spinam infectoriam, in virorem colorare satagunt; nunc quidem infundendo hunc illis, nunc vero illū ab istis abstrahendo: ast quemadmodum posteriore ratione inermis spiritus elicitur, ita in infusione saltem spiritus vitrioli vulgaris acquiritur.

Lapillorum atramentosorum) Notat Glauberum, qui recipit mineram Martis solatis Hassiacam (quæ venerea tamen est maximam partem, hinc nauseosa ad pagum **Almeroth** reperibilis, sicut Salfeldiana & Numburgensis ferè purè ♂iales sunt) ex eaque ♎i exposita solutione in ▽ parat ☉, supermanente liquore non coagulabili, sed crasso & spisso; atque hunc vocat & venditat pro oleo vitrioli dulci, quod tamen est horridi & nauseosi saporis.

Compositus autem, pag. 559.) Glauberum notat, qui spiritum vitrioli compositum parat, instillando spiritum nitri spiritui vitrioli ad saturationem ferè: Verum abstractione accedente prodit solummodo ☵ nitri, relicto in fundo spiritu vitrioli, quia hic ponderosior est.

☵ *C. C. & vitriolici mixtura,*) Sc. curiosum est, quod si miscetur ☵ vitrioli cum spiritu

ſpiritu urinæ, vel ♒ C. C. vel denique juxta Hoffmannum, qui hac in parte æmulum agit D. Michaëlis, cum ſpiritu ſanguinis humani, emergat poſt blandam agitationem mixtura nunc virideſcens, nunc vero cœruleſcens; quippe alcali horum ſpirituum volatilium præcipitat reconditum in ſpiritu vitrioli metallum: quod ſi fuerit venereum, cœruleſcit exinde mixtura; ſin martiale, virideſcit.

Ant-epileptico) Innuitur hic ♒ ♁ antepilepticus Hartmanni, cujus deſcriptionem habet Schrœderus *l. a. num.* 14. quo ipſo proceſſu præter alia parerga acquiritur ♒ volatilis ♁ ſus penetrantiſſimus, & in epilepſia juniorum non rejiciendus: utut loco ejus ex tempore miſcela ſpiritus vitrioli & ſpiritus CC. vel ♒ ♁ ✱ci vel urinæ, inſtitui poſſit.

Qui olim multis ſpiritus vini à crudo vitriolo cohobiis parabatur) Hic inſinuatur proceſſus ſpiritus vitrioli antepileptici Paracelſi, quem falſo tradit Schrœderus *l. a. num.* 17. *pag.* 491.

Variationis) Sc. qui deſiderant ſpiritum aliquem vitrioli compoſitum, ſeligant illum Hartmanni ex urina & vitriolo deſtillatum egregium; aut ſimilem cum ſpiritu ſalis ammoniaci aut urinæ cum ſpiritu vitrioli, qui in epilepſia juniorum non eſt inelegans.

Spiritum vitrioli coagulatum) Sc. ſpiritus vitrioli etiam proſtare ſolet in forma ſicca. Jam vero modi ſpiritus acidos minerales per ſe coagulandi altioris ſunt indaginis, & non innoteſcunt, & vix iidem coagulari poterunt, niſi interveniat corpus aliquod, cujus inſinuatione particulæ ſpiritus vitrioli acidæ concentrentur.

Non cum terra ſigillata) Innuitur hoc ipſo liquor ille ſtypticus, quem tradit Schrœderus *l. a. num.* 19. ex ♁ ſigillata cum ſpiritu vitrioli imprægnata, & ſpiritu vitrioli prodeuntem; qua ratione tamen Ooſus liquor acquiritur.

Nec cum C. C. uſto) Sc. quidam ſpiritum vitrioli coagulant, imprægnando C. C. uſtum cum illius ſ. q. in conſiſtentiam ſiccam: Aſt ingratum ſic prodit coagulatum, quippe dum CC. imbibit acidum vitrioli, præcipitatur liquamen ex eo metallicum; unde propinatum illud nauſeam parit.

Nec cum alcalibus, pag. 560.) Notatur hic Mynſichtus *pag.* 27.) ſpiritum vitrioli coagulatum conficiens cum ſale acetoſæ vel abſinthii; cum tamen emergat hac ratione revera ♀ vitriolatus.

Nec quem alii è vitrioli ſale) Intelligitur hic Zwelferus *Mant. Sp. pag.* 392. ſpiritum vitrioli coagulatum parans beneficio ſalis proprii ex capite mortuo elixiviati: Verum & hac ratione prodit corpus vitriolicum horridi ſaporis: indeque loco ſalis vitrioli communis recipiatur potius ☿ regeneratum in ♀ ☉li, quod imprægnatum ♒u vitrioli, coagulari poterit, utut illud ſit naturæ ſemi-nitroſæ.

Saltem ſimplici ſpiritus vitrioli à dimidio nitri crudi abſtractione) Hunc modum parandi ſpiritum vitrioli coagulatum obſcure inſinuat Schrœderus *l. a. num.* 29. dicendo eum non ſatis eſſe remedium tutum; contra Autor noſter tutum cum, ſine abuſu ſc. pronunciat. Nempe recipiatur nitri crudi pars j. eique affundatur duplum ſpiritus vitrioli; ita deſtillatione interveniente prodit ſpiritus nitri ſeu ☿, remanente in fundo quaſi ☿ e mirabili Glauberi (hic enim affundit ſpiritum vitrioli ſali communi, & ſic per deſtillationem acquirit ☿riam; vel affundit nitro, & deſtillat, proditque ☿, ſubſidente in fundo ſale ſuo mirabili) & eſt illud ☉ quoddam vitriolatum vel arcanum quoddam duplicatum, eo, quod in alcali ipſius nitri concentratus hæreat ♒ vitrioli, cujus doſis eſſe poteſt à gran. xv. ad ℈j. uſque ʒß.

Anima vitrioli) Notat hic Mynſichtum *pag.* 23. nempe colligendum cremorem vitrioli tradit ille, qui ☉o in ♃ ſoluto ſupernatat: eſtque ille cremor ſaltem ♁ pinguis, lutoſa, mineræ vitrioli hinc inde adhærens juxta Dethardingium, porrò jubet Mynſichtus hanc animam ☉li extrahere: aſt malè; quin potius ſubſtituatur eidem tinctura ſulphuris vitrioli (quæ itidem ſaltem eſt ℞ ♂is adſtringens) hac ratione paranda. Nempe ☿ vitrioli ♂is ab omni vitriolo elixiviato affundatur ♒ ♁is, vel quod melius, ſpiritus nitri: ſolutio per retortam abſtracta ad conſiſtentiam mellaginis, extrahatur cum ſpiritu vini in tincturam rubicundam ſeu aurei coloris; quæ ipſa tinctura ſulphuris vitrioli vocatur vulgò, cum tamen reverà ſit ℞ martis adſtringens, polychreſta in quibuſvis hæmorrhagiis, doſi gutt. 30. 40. in quovis vehiculo.

Colcothar pog. 561.) Colcothar, h. e. caput mortuum ☉li extremè calcinatum, præ cæteris locum externè invenit pro uſibus Chirurgicis, præſertim in ulceribus, quod quibuſdam pulveretenus, vel ſub linimentorum aut emplaſtrorum forma in uſum vocari poteſt. Interim tamen tunc recentius & extreme calcinatum id aſſumendum venit; ſin vetuſtum illud fuerit, regeneratur in illo ☉, hincque corroſivum evadit. Deinde & elutriata illa poſt commune ☉ deſtillatum terra, quæ nullo modo in ☉ regeneratur, huc etiam advocari poterit, ſufficitque hæc loco omnium crocorum ex ♂e & vitriolo adſtringentium.

Intus verò crocus è vitriolo nativo,) Indicatur hic ille Schrœderi proceſſus *n.* 13. ſub nomine ♃ris vitrioli purgantis; quod è vitriolo in aqua communi ſoluto, &

Digitized by Google

cum oleo vel ſale tartari ♆ato, falſo imponitur, cum illud ſit ſaltem ſubſtantia vitrioli metallica, & è factitio vitriolo venereo ♆atum reverà purget, ſed non ſine violentia.

Anodynum ſulphur, pag. 562.) Hujus ex vitriolo eliciendi primus mentionem fecit Paracelſus, & verum eſt, ſulphura metallica fixiora quæcunque eſſe anodyna, adeoque & hoc. Hinc lapis Philoſophorum omnia præſtat vi ſui ſulphuris, non ſecus atque aliàs in cinnabari ☿ii, ceu ſulphure ejus fixo revera anodyna vis reperitur. Cæterum præ cæteris famoſum eſt ſulphur Veneris & Martis, tanquam metallorum à ſpiritu ſulphuris embryonati magis apertorum, adeoque ſulphur quaſi extraverſum magis habentium: non tamen id Narcoticum, quo infame aliàs eſt opium, ſed reverà anodynum.

Conſimileſque modos) Sc. infiniti ſulphur hoc anodynum impetrandi proſtant proceſſus: ſed nullus genuinus eſt, nam & illo, quem Hartmannus habet ex Schrœdero *num.* 4. acquiritur ſaltem crocus Martis ſimplex, non vero genuinum aliquod ſulphur inflammabile & anodynum; quæ duo prædicata ſunt ejuſdem notæ propriæ.

Foliatum) Spiritus vitrioli cum tempore quaſi deponens folia, non exhibet ſulphur aliquod vitrioli anodynum hoc ipſo, ſed ſulphur vulgare, quod cũ illo ſpiritu aſcendit.

Nec circa operoſiorem) Obſcure hic inſinuatur modus Helmontii, quem habet *Tract. de Duumvir.* §. 19. procedentem ex ſpiritu vitrioli viridi coagulato, cum ſpiritu vini extrahendo.

Ille ipſe urinoſus Armoniaci ſpiritus pag. 363.) i. e. ſi recipiatur ♆ ſulphurea ex vitriolo ♆ata, & abſtrahatur de hac ſpiritus ſalis ammoniaci, tunc hic rapit ſecum ſubſtantiæ martialis aliquid, utut exiguum.

Nec terra vitrioli) Innuuntur hic proceſſus, quos habet Schrœderus *l. a. num.* 1. 2. & 3. *p.* 495. ſc. ſunt, qui ex ſubſtantia metallica vitrioli præcipitata per ſal tartari elicere volunt ſulphur; quippe alcali agendo in ſulphur hoc extrahit. Interim certum eſt, Starckio conſentiente, ♁ ♀i nihil tum ſulphurei fixi ex terra illa extrahere, cum fiat magis igneum, licet ex ſale tartari volatiliſato talem elicuerit ſpiritum ſulphureum.

Per ſublimationes) Innuit hunc proceſſum Boyle *in Philoſ. Exper.* ex ♆ vitrioli per ſal ammoniacum ſublimando parantis primum ens Veneris. Interim flores hi ex ♆ hac vitriolica ♁ *ci parati, magna doſi exhibiti, ſunt vomitorii.

Tincturam præbet pag. 564.) Alluditur ad proceſſum illum, quem habet Zwelferus *pag.* 394. *Mant. Spag.* ſub nomine *ſulphuris vitrioli anodyni*; qui quidem exhibet ſubtiliorem crocum Martis aperitivum, non tamen anodynum.

Mineris) Mineræ omnes abundant ♃e acido communi: hocce ergo poteſt ſeparari. Sed eſt ♃ commune, non verò illud anodynum.

Vitrioli crudi) Nempe ex vitriolo crudo cum ſale ammoniaco elevantur juxta Schrœderum *l. a. p.* 493. *num.* 3. flores vitrioli crudi; qui tamen ſunt ſal ammoniacum, Marte vel Venere imprægnatum.

Ipſa vitrioli ochra) Hic proceſſus eſt idem cum allegato Schrœderi & Boylei, cum par ſit ratio, ſive ♆ vitrioli dulcis, ſive ochra cum ſale ammoniaco ſublimetur.

Vitrioli eſſentia anodyna,) Hanc habet Schrœderus *l. a. n.* 1. quæ tamen languida omnino per ſe eſt.

Oſtentationem potius pag. 565.) Sc. quantum hactenus ex proceſſibus conſtat, nondum genuinum ſulphur vitrioli parare ſcimus. Equidem Belgæ affectant oleum ſeu ♃ vitrioli anodynum ex oleo vitrioli, oleo terebinthinæ miſto; quem modum etiam deſcribit Bartholinus *in Epiſt. Cent.* 4. *p.* 344. aſt fides ſit penes Autorem & experientiam, & vereor, ne proveniat ſubtilior crocus Martis, ex oleo vitrioli cum oleo terebinthinæ præcipitatus.

De elixyriis) Sc. elixyria compoſita præter ſpiritum vini, fiunt cum ſpiritu ſalis vel vitrioli Philoſophico convenientia affectibus ſplenis, pectoris & uteri laborantibus, quibus vitriolacea nociva ſunt.

Borrax p. 566.) Borrax habetur duplex vel naturalis reſinata ſaltem; vel artificialis, facta ex ſalibus quibuſdam combinatis, ut videre eſt in Schrœdero *l.* 2. *c.* 79. *p.* 280. Cæterum hodiè pro uſu medico aſſumitur Borrax ſaltem nativa, ex Regno magni Mogol in India Orientali, ubi effoditur aqua quædam ſalina, allata, & Amſtelodami per alcalia purificata: ita emergit ♁ ſalſo-alcalinum, liquationi metallorum & pellendis menſibus, fœtui imò ſecundinis quoque & molæ, fœtuique mortuo dicatum, in quibus non eſt ultimum remedium.

Rupricapræ pila, p. 567.) Hanc ad partum difficilem commendat Velſchius *Diſſert.* 2. *de Ægagropilis.* Interim, quia ea languidior eſt, proinde minerale aliquod deſideratur.

Formulæ hactenus tractatorum Alterantium, vulgò aperientium dictorum, poſſunt fieri tales:

℞. ∽ *cochlear. eſſent if.* ʒiij.
♁ *c. vel de tribus carminat.* ʒj.
M. D. S. **Scorbutiſche Eſſentz.**

Dentur guttulæ 40. ad 50. manè à meridie, & ſub introitu in lectum, in vehiculo appropriato. Vel

℞. *Eſſent.*

℞. *Eſſent. cochlear.* vel alius *compoſitæ antiſcorb.* ʒß.
fumar. l. pini ʒij.
M. D. S. **Scorbutiſche Eſſentz.**
Doſis 40. ad 50. guttulas. Vel
℞. *ſolut. mart. cum ſucc. pomor.* ʒiij.
cochlear. ʒiß.
M. S. ut anteà.
Dentur bis vel ter de die 40. ad 50. guttulæ.
Vel
℞. ▽ *fumar.*
cochlear. ana ʒiß.
cochlear. ʒij.
☉ *c.* ʒj.
ſyrup. ſcelotyrb. Foreſti ʒvj. M.
capiatur cochleatim.

Similiter, ſi quis ſuccos plantarum anti-ſcorbuticarum in vehiculo appropriato voluerit,
℞. *HB. cochlear. recent.* man. ij.
trifol. aquat.
naſturt. aquat. ana m. j.
Cum ſ. q. ▽ ſimpl. conquaſſentur in mortario lapideo, & exprimatur ſuccus, lento igne & vaſe clauſo per ſubſidentiam depurandus, hinc ſulphurandus & uſui aſſervandus. Doſis ʒij, vel iij. imò & cum ſ. q. ſeri caprilli diluantur, & de hoc capiatur omni mane, continuando aliquandiu.

Porrò ſi ſit præſcribendus nodulus hepaticus & ſpleneticus.
℞. *HB. recent. fumar.* man. ij.
abſinth. m. j.
chelidon. maj.
ſummit. cent. min. ana mß.
rad. rhabarb. monach. ʒj.
caryophyll.
helenii ana ʒß.
fol. ſenn. ſ. ſt. ʒvj.
radic. helleb. nigr. non præpar. ʒß.
cort. rad. eſul. crud. ʒij.
ſem. ſinapi vel eruc. contuſ. ʒj.
cinamom. ʒij.
caryophyll. ʒj.
☉ *ciner. clavell.* vel ☉ *nitrifixi* ʒiij.
Inciſa & contuſ. include nodulo.

Infundatur in ſ. q. vini: de quo capiatur omni mane ad lubitum pro ſcopo alterativo & laxativo. Item:
℞. *Eſſent. aperit. comp.* ʒß.
tinct. ♃ii. ʒij. M. D. S.
Blut-reinigende Eſſentz 40. 50. Tropffen.
Uſurpetur bis vel ter de die.

Sic in forma potionis:
℞. ▽ *fumar.*
flor. acac. ana ʒij.
eſſent. aperit. compoſ. ʒß.
cochlear. ʒj.
ſacchari vel *ſyrupi* cujuſcunque *appropr.* parum.

Uſurpetur cochleatim. M.
Item:
℞. *magiſt. ♃is tartariſat.* vel *vitriol.* ʒij.
coral. rubr. præp. ʒj.
℥ *deſtillat. cinam.* gtt. viij. M.
div. in 8. partes æqu. ſub nomine *Pulveris cachectici.* Item:
℞. ℞ *mart. tartariſat.* ʒiij.
cochlear. eſſentif. ʒj. M.
Doſis 40. 50. guttæ bis in die.
℞. *pulp. paſſul. min.* ʒj.
♂ *crudè præpar.* ∋j.
c. ſ. q. *ſyrup. cinam.* f. Bolus. S.
Eröffnender Zucker.
Uſurpetur aliquandiu omni mane.

Si ſit Electuarium chalybeatum alterans præſcribendum, tunc
℞. *conſerv. cochl. recent.* ʒvj.
matr. perl. præp.
lapill. ♋. præp.
coral. rubr. præp. ana ʒj.
vitrioli ♃is ritè parati, ∋iv.
cum ſ. q. *ſyrupi cichorii* F. *Electuarium.*
De quo capiatur bis vel ter in die, doſi ʒij. vel ʒiij.
℞. *conſerv. fumar.* ʒiß.
♂ *crud. præp.* ʒiij.
magiſt. coral. c. ſucc. citr. ʒj.
conf. alkerm. ʒiß.
cum ſ. q. *ſyrupi cujuſcunque appropr.* F. *Electuarium.*

Poteſt addi *cortex citri conditus* cum *confectione alkermes.*
℞. *liq. ♃is ☉ar.* ʒiij. D. S.
Eröffnende Stahl-Eſſentz.
de qua primo die capiantur gtt. vj. ſecundo viij. tertio xij. aſcendendo ſic ad xv. uſque.

Porrò *Pulvis ſtomachalis* loco plurium compoſitionum eſſe poteſt:
℞. *rad. Aron. non præp.* ʒß.
pip. nigr. ʒiß.
zingib. ʒß.
☉ *c. in flor. elevat.* ʒij.
℥ *deſtillat. acor. noſtrat.* ∋j.
M. F. Pulvis.

Sic *vinum ſtomachale* eſſe poteſt tale:
℞. *HB. abſinth. rec.* mij.
menth. criſp. mj.
rad. acor. veri recent. ʒiij.
cinam. acerr. aut *zingib.* aut *zedoar.* ʒiij.
Inciſ. & contuſ. includantur Nodulo, infundendo vino,
D. S. **Magen-Wein.**
℞. *elixyr prop. ſ. acido* ʒiij.
☉ *c. aniſat.* ʒj.
M. D. S.
Magen-Elixyr 40. Tropffen auf einmal.
Ulterius eſto ad menſes eſſentia præſcribenda:

Digitized by Google

℞. *Eſſent. ſabin. compoſit.* ʒß.
myrrh. ʒij. M.
Dentur gutt. 50. bis vel ter de die.
℞. ℔*l. ♂is tartariſat.* ʒß.
myrrh. elect. ʒj.
croc. ℈j. M. D. S.

Eröffnend Pulver.

Vel pro partu promovendo:
℞. *Pulv. epatis anguill.* ʒj.
borrac. venet. ℈ij.
myrrh. ℈j.
M. pro 2bus vel 3bus doſibus.
Vehiculum eſto ſequens:
℞. ▽ *puleg.* ʒiiß.
cinam. ſpirituoſ. ʒß.
∽ *ſecundin. human.* ʒj.
ſacch. parum. M.
Pro Decocto Pectorali.
℞. *HB. ſcabioſ.* m. ij.
heder. terreſtr. m. j.
rad. helen. ʒiß.
ireos Florent. ʒvj.
ſem. aniſ.
fœnic. ana ʒiij.
Coqu. in ſ. q. ▽ ſimpl. Colat.
℞. ℔iß. adde
Oxym. ſquillit. ritè parat. Ludov. q. ſ. pro gratia ſaporis.
Hauriatur pro lubitu.
Pro Miſtura Pectorali
℞. ▽ *hyſſopi* ʒij.
veron. ſpirit. ʒj.
∽ *virid. ær.* vel *aſthmat.* ʒiß.
ſyr. nicot. ʒvj. M. D. S.
reſolvirend. **Bruſt-Tränklein.**
Similis eſto miſtura pectoralis reſolvens in affectibus aſthmaticis convulſivis:
℞. ▽ *hyſſop.* ʒij.
veronic. ſpirituoſ. ʒj.
∽ ♃ ✱*c.* vel *ſimpl.* vel *aniſat.* ʒj. l. ʒij.
ſyrupi liquirit. ʒiij. M.
℞. ▽ *hyſſop.* ʒij.
veron. ʒj.
aſthmat. compoſit. ʒß.
oxymel. ſquillit. ʒj. ad ʒiß.
ſyrup. Nicot. ʒvj. M.
Julepus alterans in morbis acutis:
℞. *roris vitrioli ſulphurei acidi* ℔j.
Infunde huic
flor. violar. vel *roſar.* vel *papav. rhœad.* M. jß.
ſtent in vaſe clauſo in loco tepido ad extractionem tincturæ, colaturam recipe, & adde
ſyrup. violar. vel *rubi Idæi*, ʒj. ʒiß.
M. D. pro Julepo:
Vel
℞. ▽ *fontan.* ℔j.
∽ *vitrioli* ʒj. ad ʒij.
ſacch. alb. q. ſ.
Vel loco hujus
ſyrup. violar. vel *papav. rhœad.* vel *rub. Id.*
q. ſ. ad gratum ſaporem.
Tandem in morbo benigno vel maligno:
℞. ∽ *vitrioli cum nitro coagulat.* ʒj.
bez. min. ℈j.
M. pro 3. doſibus. D. S.

Alterativ-Pulver.

℞. *Ror.* ℔*l.* ♀*ei* ℔j.
Liqu. ♂ ☉*r.* ʒiij.
vel ℔*l.* ♂ ☉*r.* ʒj.
M. pro acidulis artificialibus.
℞. ▽ *fumar.*
cochlear. ana ʒij.
ſolut. & c. ſucc. pom. ʒß.
Magiſt. Coral. c. ſucc. citri ʒj.
ſacchari parum. M.
℞. ▽ *hyſſopi* ʒij.
veronicæ ſpirituoſ. ʒj.
aſthmat. comp. ʒß.
oxymell. ſquill. ʒj. ad ʒiß.
Syrup. diacod. Mont. ʒvj. M.

Roborantia pag. 568.) Circa corroborantia remedia notandum, quod ſint illa, quæ vires vitales reficiunt & conſervant. Jam verò vires proximè & immediatè, adeoque formaliter, conſiſtunt in ſpirituum influorum impetu & vigore; ſicut remotè & mediatè, adeoque fundamentaliter, in ſanguine & ex hoc cæteris derivatis ſuccis; nam prout hic ſe habet, ita ex eo etiam generantur ſpiritus, vel ita magis vel minus vires ſibi conſtant. Cum autem ſpiritus generentur ex ſanguine per ejuſdem motum fermentativum, hinc, prout hic plus vel minus deficit, vel depravatur, & ſpirituum & virium variat ratio. Roborantia ergo omnia vel in ſpiritus agunt, vel in ſanguinem, adeoque defectibus hiſce ſpirituum, & ſanguinis fermentativo motui occurrentia remedia dicuntur Roborantia: de quibus conf. Williſius *Pharm. Ration. Vol.* 1. quatenus vel fermentationem vitalem & ſpirituaſcentiam ſanguinis intendunt; vel eandem exorbitantem refrænant & ſiſtunt; ubi priora dicuntur Corroborantia calida; poſteriora Temperata ſeu Frigida. Et quidem calida ſunt, aromatica, ſale volatili admodum oleoſo, turgida, & propter hanc ſui temperaturam univerſo corpori & omnibus ejus partibus nerveis amica; frigida autem moderatè ſunt acida, aut ex operata quaſi nutritiva, aut moderatè figentia, aut impetum humorum ſiſtentia. De prioribus Autor noſter nunc agit, dicunturque alias nervina, quatenus duobus nervorum hoſtibus abjuratis, nempe frigido & acido, optimè reſiſtunt, imò eadem aromatica internè uſurpata ab effectu ſimul vocantur carminantia, ſeu flatuum reſolutiva & diſcuſſiva; ſicut externè Reſolventium & Diſcutientium nomine veniunt.

Sunt

Digitized by Google

Sunt ergò confortantia calida cinamomum, caryophylli, nux moſchata, coſtus Arabicus, cubebæ, cardamomum, & hinc cœtera quælibet aromata, tam propriè dicta quàm analoga aromatica alia, ut radix angelicæ, imperatoriæ, &c. item omnia nervina dicta vegetabilia; item ſemina 4. calida majora, cortices citri & aurantiorum, chamomilla, mentha, meliſſa, &c. item ambra, balſamus Peruvianus, Styrax calamita, &c.

Cinamomum) Hoc eligit Autor tàm in ſubſtantia, ſelectius nempe illud, quam in ∇am ſpirituoſam, imo & oleum ritè paratum deſtillatum: quæ tria ex omnibus Præparatis cinamomi ſufficere poſſunt. Ac quidem præferenda eſt ∇ cinamomi cum vino per veſicam deſtillata elixyrio cinamomi, ſyrupo & tincturæ ejusdem ſimplici; quæ omnia videbitis in Zwelfero: cum contra reliqui conatus cum bugloſſa aut cydoniis inſtituti ſint vani, nec niſi phlegma iners ex iisdem pro ſcopo analeptico non conveniens, ſurgat.

Balſamo pag. 569.) Ex ♌ cum corpore conveniente fit Balſamus; cum ſaccharo vero elæoſaccharum prompte parari poteſt.

Caryophylli pag. 570.) In ſubſtantia ∇ cum vino deſtillata & ♌ ſunt egregia.

Extractum) Extractum nil valet.

Nux moſchata) Uſurpatur tàm in ſubſtantia, quàm in duplici oleo, expreſſo nempe & deſtillato; quæ ſufficiunt loco oleorum omnium aromaticorum: imò ♌ macis expreſſum præſtat idem quod balſamum moſchatæ, ſicut perinde eſt, ſive ejusdem nucis oleum deſtillatum, ſive macis aſſumatur. Interim cum oleum nucis moſchatæ pinguius & concentratius ſit quàm caryophyllorum, hinc illud per alembicum non deducibile, reddit aquam deſtillatam præ cæteris aromaticorum Aquis remiſſiorem. Porro magma in deſtillatione Nucis moſchatæ vel macis aquæ ſupernatans inſtar ſaponis, pro uſu Medico eſt iners: commodè autem pro corpore balſamorum aromaticorum in uſum vocari poteſt; vel expreſſum nucis moſchatæ oleum per ſe aſſumitur pro balſamis compoſitis.

Tandem Nuces moſchatæ in India conditæ benè quidem ſapiunt ſanis: aſt non conveniunt ægris, utpote quibus magis conveniunt crudæ nuces in pulvere.

Galanga minor pag. 571.) Galanga minor acrior eſt majori & magis aromatica, prodeſt in affectibus flatuoſis, hypochondriacis & hyſtericis pro ſcopo carminativo, tàm in ſubſtantia, quam in infuſo.

Extractum) Extractum galangæ debile eſt. Cubebas longè ſuperat cardamomum minus ratione virium aromaticarum, utut & illæ exhibeant paucum olei deſtillati penetrantiſſimi.

Species diacubebæ) Vid. *Schræderus l.* 2. *pag.* 273. Hoc quinario Autor claudit ſelectum.

Litigioſæ Caſſiæ) Sc. de Caſſia lignea, ſeu de Xylocaſſia quæritur? an eadem ſit cum cinamomo? Aſt Michael Fehrius *pag.* 157. *Tract. de ſcozonera* differentiam inter hæc monſtrat. Interim cinamomum caſſiæ locum facile ſupplere poterit.

Anthophyllorum pag. 572.) Anthophylli ſunt relicta ſtamina caryophyllorum; de quibus vana eſt perſuaſio, quaſi præferendi eſſent caryophyllis.

Cypero) Loco cyperi galanga eſſe poteſt.

Amomo) Amomum veterum quid ſit? litigant.

Malabatro) De malabatro vid. Schræderus *l.* 4. *Claſſ.* 1. *pag.* 112.

Granis Paradiſi) Grana paradiſi ſunt cardamomum majus.

Coſto) Coſtus Arabicus proſtat duplex, dulcis & amaricans; cum tamen revera omnis ſit amarus. Interim, quare dicatur alteruter dulcis? dilucidat Velſchius *Hecatoſt.* 1. *Obſerv.* 18. quod refert Arabibus dulce, quaſi minus amarum dici.

Canella alba) Canella alba ſeu cinamomum album inſervit Medicis ſub viſitatione ægrorum in morbis contagioſis linguæ ſubdita: Acrior eſt cinamamo, dicitur coſtus Arabicus verus.

Ligno Aloes) Lignum aloes reſinoſum & genuinum cum rarò ad nos afferatur, propterea ejus uſu carere poſſumus omnino.

Extracto reſinoſo. pag. 573.) Reſina ex ligno Aloes genuino eſt egregium confortativum, ſingulari aromatica vi toti corpori amicum.

Aquis diaxyloaloes, Vanus eſt labor, quia lignum hoc conſiſtit in reſina aromatica, quæ alembicum non transcendit: Autor eſt Mynſicht. *p.* 289.

Species) Species Imperatoris veterum vel recentiorum inſtar omnium ſufficiunt.

Hypochondriaci, fumoſa illa odorifera pag. 575.) His, uti & phlogoſi vaga, nunc à paſtu, nunc intermedio tempore correptis, qui de affectibus capitis, vel aliis per conſenſum ſtomachi & primarum viarum conqueruntur, hæc oleoſiora aromatica minus conferunt, eò quod capitis perturbationes & phlogoſes tales magis exacerbentur: quin potius illa volatilia macra, ſeu ſalia volatilia non oleoſa, uti eſt ~ ⊖ ✱ ci, vel ~ carminativus de 3bus, aut tartari volatilis, &c. aptiora ſunt.

Plethoricis) Sc. ſi quis plethoricus eſt,

Digitized by Google

vel cholericus ſeu bilioſus, & pronus ad apoplexiam, tunc planè non fert ſalia volatilia oleoſa internè, utut illa externè optimè ferat, ſed potius macria volatilia.

Cuminum) Semen cumini menſes cum difficultate fluentes, & tormina abdominis convulſiva juncta, item tormina parturientium notha, egregiè compeſcit, in cereviſia calida ebullitum, & propinatum.

Aquarum deſtillatarum p. 578.) Inter ſpirituoſas aquas omnes una ſelectior omnium vices ſupplere poteſt; quippe cum illæ omnes nihil ſint aliud, quàm olea deſtillata mediante ☿ reſoluta, indeque pro illorum varietate variant. Hinc una ex compoſito quodam ſelectiore cum ſpiritu vini ritè deſtillata ſufficere poteſt: nempe in arena repetita cohobatione cum eodem abſtracta.

▽ *vitæ alba*) In Pharmacia Auguſtana vocatur ▽ vitæ compoſita, quæ inſtar reliquarum omnium ſufficit.

Carfunculi, p. 580.) Huic aquæ parandæ non addi debent aliæ deſtillatæ aquæ phlegmaticæ; item auri folia, perlæ, &c. quæ omnia ſunt fruſtranea, quia in deſtillatione nil dimittunt.

E Nervinis) Pro affectibus nervinis hujusmodi ▽ ſpirituoſa poteſt ſpecificari, ſi ſpecies nervinæ ulterius infundantur in ſpir. vini, & ſic tali aquæ addatur.

Eſſentia camphoræ p. 581.) In modo contractiori Eſſentia camphoræ, vel ſpir. vini camphoratus, pro uſu externo optimè conveniet. Aqua apoplectica ſpirituoſiſſima prompte abſorbet olea deſtillata; aliàs phlegmatica eadem exiſtens non eſt hiſce miſcibilis.

▽ *acuiſtica*) Aquam acuiſticam Mindereri videbitis in Mynſichtho & Zwelffero: ſed ſufficiat ſimplex Infuſio nervina in ſpir. vini; in affectibus tamen aurium ſufficit, vel ſimplex ∽ ☉ ✱ci probè calefactus per vitrum anguſtioris orificii ſeu colli, auribus admotus.

Embryonum balſamo) Hujus compoſitio quidem famoſa eſt, dum cruſta panis eidem intincta umbilico gravidæ imponitur, pro fœtu roborando in puerperio; itemque pro doloribus poſt partum: attamen & riſum meretur.

Aquæ pro epithemate) Epithemata non amplius ſunt in uſu, quia facilè frigefiunt, hinc poros cutis ſtringunt, unde horror & rigor. Horum ergò loco uſurpentur potius olea deſtillata, vel ſacculi ex aromaticis calidiſſimè in forma ſicca applicandi.

Aqua ejus p. 583.) Eligit Autor noſter menthæ aquam, quæ ex recenti mentha ritè deſtillata pluribus in uſibus optima ſit.

Spirituoſior) Aqua menthæ paratur ſaltem cum ſpiritu vini aliquoties hunc ab illa recenti abſtrahendo; ſic enim oleum menthæ diſſolutum continebit. Parari etiam poteſt cum galanga propter vim majorem, quam poſſidet.

Syrupus) Syrupus menthæ propter virium jacturam nil valet; Conſerva eſt nauſeoſa; Extractum eſt evanidum.

Defloreſcente ferè herba pag. 583.) Sc. qui volunt olea deſtillata ex noſtratibus herbis aromaticis habere, deſtillent has, dum flores decidunt, & ſemina incipiunt generari; tunc enim in his quaſi concentratur oleum.

Gladioli p. 585.) Gladiolum quidam loco calami aromatici & acori veri, ſed ſatis miſerè, ſubſtituunt.

Acorum noſtrum) Acorus noſtras egregium eſt ſimplex; apud nos non invenitur verius, ſed Amſtelodami aliquando.

Electuarium Diacori) Somachicum eſt non contemnendum: Nam conſtat radice acori adſtrictoriâ & adjunctis ſimul aromaticis. Aliàs, qui ſimplicius vult, capiat ſaltem acorum verum conditum; ſic enim manè deglutitus eſt egregium ſtomachale.

E ſeminum carminantium cenſu) Ex his eligit Autor noſter carum & fœniculum, tam in ſubſtantia, quam in ſpiritibus abſtractitiis & oleis deſtillatis. Interim carminantibus ego adderem ſimul neglectam chamomillam, ceu ſimplex polychreſtum nervinum corrigens acidum nervis inimicum, uterinum, & inteſtinale anodynum: cujus ▽ deſtillata ſpirituoſa & oleum ſaphirinum, imò & ipſum decoctum egregium eſt.

Carvi) Carvum ſimplex eſt egregium aromaticum, & penetrans ſingulare in acido nervorum corrigendo, & flatibus diſcutiendis. In Clyſteribus carminativis & hyſtericis oleum deſtillatum eſt proficuum.

Fœniculum pro oleo; aquæ ſimul profluentis particula ophthalmicos in uſus repoſita) Aniſo Autor noſter addit ſemen fœniculi, ex quo paratur ▽ & ♁: ▽ externè pro uſu ophthalmico, ♁ vero non inefficacius eſt oleo aniſi; utut pro ſcopo pectorali aniſum eligendum ſit.

Balſamo fœniculi) Sc. ſunt, qui ad imitationem earum eſſentiarum vegetabilium concinnant horum ♁, ☉, & extractum in balſami conſiſtentiam: quò de confer. Hartmannus *Prax. Chym.* & Horſtius *in Obſ. pag.* 558. Interim cum maxima talium balſamorum vis dependeat ab oleo ingrediente deſtillato fœniculi, proin hoc in illorum vires commode ſubſtitui poterit.

Umbellis ſeminibusque anethi p. 587.) Anethum uſu & effectu reverà convenit cum cumino, ſaltem, quod aliqualem vim anodynam ſimul poſſidere videatur; unde ♁ anethi in doloribus leniendis, item in clyſteribus anodynis in uſu eſt. Externè etiam temporibus

Digitized by Google

poribus illitum ad ſomnum conciliandum commendatur: ſed neceſſe eſt, ut pro his uſibus oleum ſit recens.

Coriandro) Semen coriandri eſt baſis tragearum ſtomachalium, quia dicunt: inhibere vapores adſcendentes; ſed malè. Hoc ſaltem obſervandum: coriandri ſemen capiti nocere, hocque quaſi obnubilare, propterea veteres ſemen coriandri in aceto infundendo corrigere & præparare voluerunt: ſed reverà correctio hæc videtur ſeminis, aliàs non inelegantis, caſtratio; nec vis ejus capiti inimica tanti videtur, ut propterea tam ſpeciali præparatione indigeat.

Lauri baccis) Lauri folia, & præſertim baccæ, propter vim aromaticam, in ſale volatili radicatam, in multis conveniunt cum ſæpè laudatis aromaticis, partibus nerveis amica ſunt, unde & utero egregiè conveniunt. Hinc ℞ ejus præſertim deſtillatum, pubi & pectini muliebri illitum, ſterilitati, uteri inflationibus, menſibus cum dolore fluentibus ſuccurrit, nervorum affectibus, præſertim paralyticis, oleum laurinum quod coquendo elicitur, apprimè convenit, tàm ſolitariè, quàm cum aliis unguentis illitum. Adhæc cum ſulphure ſubactum experimentum eſt triviale contra ſcabiem; cujus tamen tutior uſus eſt, ſi ſimul ſal tartari addatur. Aliàs more aliorum aromaticorum internè carminans, externè diſcuſſivum eſt egregium.

Electuarium de baccis) Electuarium de baccis lauri notum, & modernis vix in uſu eſt, niſi in clyſmatibus pro uſu carminativo & hyſterico, ubi tamen ejus locum quoque oleum deſtillatum terebinthinæ ſupplere poteſt.

Emplaſtrum) Emplaſtrum de baccis lauri commendatur vulgò in inflatione aliisq; affectibus ſtomachi ſed compoſitio eſt inconcinna: vid. Zwelferus, qui habet correctius; hinc Autor noſter præfert illud Zwelferi correctum, ſubjungendo ſimul ſuam epicriſin reſpectu horum emplaſtrorum ſtomachalium, ſcilicet hæc in affectibus ſtomachi poſitivis non adeò multum proſunt, exceptis emplaſtris ex tacamahaca paratis, utpote quæ in cardialgia laudem merentur. Reliqua vero ſuperantur ab oleoſis volatilibus ſive uſurpentur olea ſolitaria, vel reſoluta in ſpiritus.

Cataplaſmatis de fermento p. 588.) Vid. Mynſichthus. Ad hujus quoque imitationem aliud parant ex fermento cum aromaticis miſto: imò ſimplex fermentum per ſe probe calefactum in diarrhœis & vomitu inſigne eſt. Interim præferendi ſunt his litus, tam oleoſi, quam ſpirituoſi.

Chamomillæ Romanæ herbas) hoc decoctum in dolorib⁹ poſt partum expertum eſt.

▽ *oleoque*) ▽ chamomillæ, tam vulgaris quàm Romanæ, deſtillata quocunque modo dat oleum ſaphirinum elegantiſſimum, quod nobile eſt in affectibus hyſtericis, colicisque.

Balneatorium penè odorem) Alludit hic Autor noſter ad pediluvia vulgaria, quæ vulgò fere ſemper chamomilla ingredi ſolet, quorumque odorem ~ & aqua chamomillæ repræſentant. Aſt eſto; hoc tamen ejus decoctum pro uſu ſtomachali quoque eſt egregium, nec minus ℞ ipſum ſaphirinum, quod alii addita terebinthina, vel adjectis ſegmentis parant; cum tamen illud ſine his quoque acquiri poſſit.

Infuſi olei, p. 589.) Sc. plura olea proſtant per infuſionem & coctionem parata; interim ad imitationem olei ex 7. floribus Mynſichthi illa contrahi poſſunt, parando aliquod compoſitum oleum externum per infuſionem ſaltem ex chamomillæ, anethi, & verbaſci floribus, exaltandum pro re nata per oleum deſtillatum macis, vel alius aromatici. Oleoſa pinguia ſunt nobis fugienda.

Elixiria ſtomachalia) Sc. luxuriant Autores, ſicut hoc patet ex Horſtii Diſpenſat. in horum deſcriptionibus, combinando iisdem ſemper aut ſpiritum ſulphuris, aut vitrioli. Interim illa non ſunt adeò neceſſaria, imò quoque ſuſpecta, eò, quod hypochondriaci in noſtro climate frequentius ejusmodi oleoſa aromatica calida ferre nequeant ſine phlogoſeos invaſione; unde potius loco illorum alterantia vulgaria amara ſeligantur, ex quibus, præſertim eorum extractis ritè paratis, facilè per ſpiritum abſtractivum menthæ, vel abſinthii, vel calami, poteſt fieri infuſio. Loco tamen horum omnium ſufficit eſſentia quædam ſtomachalis, diſſolvendo nempe in eorum alterutro, vel alio ſtomachi extractum quoddam efficax ex ſtomachalibus alterantibus paratum, & oleo competente ſaturatum, addendo tandem, ſi opus eſt, ſal quoddam fixum; ita parata eſſentia ſufficiet loco omnium elixirium ſtomachalium. Prodeſt quoque eſſentia coſti Arabici, addito ſale quodam fixo.

Species, pag. 590.) Harum omnium baſis ſunt ſemina quatuor frigida carminantia majora; unde loco omnium horum ſemen unum ſimplex ſufficere poteſt.

Diaſpoliticon) Species diaſpoliticon ex ſemine cumini & nitro egregiæ ſunt in malo hypochondriaco. Autor harum eſt Galenus.

Rotularum ac Morſulorum p. 591.) Horum omnium loco ſufficere poteſt Elæoſaccharum ex oleo deſtillato vel menthæ, vel fœniculi, vel macis addito cinamomi oleo, & ſ. q. ſacchari exceptum.

⊖ *contra navigantium malaciam*) Hoc habet Schrœderus & Hartmannus *in Praxi Chym.*

Digitized by Google

Chym. cap. de Nauſea, ſub nomine ſalis peregrinantium.

Pulveres præcipitantes) Sc. pulveres hi inſipidi ex marinis conſtantes præ ſpeciebus aromaticis ideò laudem merentur, quod noſtrates ex horum uſu in phlogoſes incidant; imò licet eosdem perferant, tamen ſufficere poterunt & oleoſa cum ſaccharo; vel ſi omnino ſpeciem ejusmodi deſideremus, paratur ſaltem ex tribus:

℞. *cinam.* part. iij.
cardam. part. ij.
caryophyll. part. j.
M. f. pulvis, qui irroretur

cum modo dictis oleis: vel ſaltem ℔ß nucis moſchatæ cum ſaccharo dat Elæoſaccharum, item Tragæas.

Meliſſa pag. 592.) Inter uterina confortantia ferè primatum obtinet, eaque vulgaris eligitur ab Autore ex anti-hyſtericis.

Horminum) Horminum quoque interne egregium eſt Anti-colicum & anti-hyſtericum, præſertim ſpiritus vini ab eodem abſtractus in paſſionibus hyſtericis mirabilis eſt: ſicut eadem ſclarea cum butyro ſubacta externè laudatur pro hyſtericis & fluore albo laborantibus umbilico illita. Sed eligit & præfert Autor meliſſam, & quidem in ſpiritum abſtractivum deſtillatum; qui vel per ſe, vel cum aliis miſtus, confuſione cum ▽ cinamomi, caryophyllorum, menthæ, &c. eſſe poteſt loco miſturæ anti-hyſtericæ, & Aquæ vitæ mulierum, præſertim ſi addatur eſſentia camphoræ; vel per infuſionem, v.g. ▽ Ulmenſis quam videb. in Thonero.

Camphoratos liquores p. 594.) Camphora eſt egregia ſed non omnes eam ferre poſſunt.

Elixyris uterini pag. 595.) Hyſterica Elixyria plura dantur, & præſertim Crollii. Interim verò locò omnium ſufficere, & ex tempore componi poteſt eſſentia meliſſæ, ſuccini, &c. camphora caſtoreo combinata, additis oleis quibusdam deſtillatis. Hinc liquor C. C. ſuccinatus eſt egregius. Denique paretur ad imitationem Barbette *de Hyſt. Paſſion. Eſſentia hyſterica* nobiliſſima ex ſale volatili CC. ſuccini, & caſtoreo cum ▽, pro Elixirio uterino Crollii.

Pilulas hyſtericas alterantes p. 596.) Pilulæ alterantes hyſtericæ non ſunt inelegantes eo, quod Laudanum noſtrum hyſtericum ferè referant. Has habet Zwelferus, & compoſitio non eſt inconcinna.

Citrum p. 592.) In citro habebimus quaſi generale confortativum. Corroborantia enim ſunt vel aromatica calida, vel Refrigerantia & acida, quod utrumque eſt in citro. Quippe in cortice ejus invenimus vim confortantem aromaticam calidam; contra in pulpa & ſucco ejus virtutem acidam ſeu frigidam. Jam ergò, ut obtineamus vim aromaticam ex citro, aſſervemus oleoſam corticis flavi ſubſtantiam cum ſaccharo in deſideratam conſiſtentiam redactam; & pro obtinenda vi acidâ pulpæ ſuccum acidum: quæ utraque poſſunt ex tempore haberi, & loco mille Præparatorum ex citro ſufficiunt.

Integrum cum corticibus conditum pomum) Flavedo ſcilicet corticis citri minutiſſimè inciſa & contuſa, miſceatur cum pulpa citri, & cum ſaccharo albiſſimo clarificata fit conditum ſeu Electuarium confortativum ſequenti proportione;

℞. *pulpæ pom. Borsdorff.* ℔iij.
citri
ſucci citri ana ℔j.
flav. cort. citri minutim inciſ. ℥iv.
ſacch. albi ℔iv.

Coqv. blando ▵e in vaſe ▽eo vitreato ad Electuarii conſiſtentiam; quod in officina Chemnicenſi ſub Electuarii confortativi nomine proſtat.

In noſtris officinis paratur ſine pomis Borsdorffienſibus ex ana pulpæ & ſucci citri, atque ſacchari, cum tertia, reſpectu pulpæ, parte flavedinis corticum citri minutiſſimè inciſæ, ſub nomine conſervæ totius citri vel Electuarii ex toto citro.

Liquor oleoſus, pag. 598.) Liquor ille oleoſus eliciatur ſimpliciter ex corticis flavedine expreſſione, qui per reſidentiam depuratur; ſic liquor oleoſus in ſuperficie habetur, qui cum ſaccharo in elæoſaccharum redactus, eſſe poteſt loco olei, eſſentiæ, ſpiritus, & multorum ex citro: de quo confer Zwelferus *Pharm. Reg. pag.* 119. ubi refert Eſſentiam ſaccharinam citri. Nam ſi ſolvatur elæoſaccharum hoc in ſpiritu à citro abſtracto, habetur elixyr citri; non ſecus ac ipſe ſuccus citri acidus, vel recens expreſſus vel ſulphuratus pro diuturniori aſſervatione, atque pulpa citri cum ſaccharo ſubacta eſſe poſſit loco ſyrupi acetoſitratis citri, & aliorum.

Seminibus pag. 599.) Semina citri ingrediuntur emulſiones in febribus malignis, petechialibus, viriolis, & ſimilibus.

Aurantia) Par ratio eſt de his ac de citro, utpote in quibus itidem duplex latitat confortativum: nempe calidum in cortice; & frigidum in pulpa ejus: externe linimentum ex oleo cum ℔ carvi. cumini, aniſi, &c. abdominis doloribus eleganter ſuccurrit.

Croco pag. 600.) Crocus eſt ſimplex aromaticum & penetrantiſſimum quidem in ſui ſuperficie, ſed tamen quoque fixioris naturæ, adeoque neutrum ſimplex, & quaſi volatile & fixum: unde & hujus extractum cum ſpiritu vini paratum non eſt genuinum, quia ſic fixior ſaltem pars remanet; quin potius rectè Zwelferus *Ph. Reg.*

Digitized by Google

Ph. Reg. pag. 232. illud simpliciter parat cum aqua simplici, hocque inspissat pro extracto croci spisso. Spiritus vini enim resolvit olei texturam; ♁ verò resolutum maximam partem avolat; contra ▽ quasi gummosum extractum elicit, indeque sub hujus abstractione non tantum experimur dispendium, quantum, qui parat extractum cum aqua vitis. Paratur etiam cum alkali, v. g. nitri fixo, quod aquæ additum oleum dissolvit, hinc propter dissolutionem texturæ & oleositatis croci elicitur extractum minus validum. Deinde loco olei destillati croci, parcioris, & adversioris propter empyreuma, ipse flos ejusdem pulverisatus efficax est satis; unde oleo isto non indigemus.

Calendulæ conserva pag. 602.) Quidam conservam florum calendulæ ceu experimentum commendant contra mensium suppressiones: sed non adeo multi usus est, quia calendula croci aliqualem spirans odorem, superatur ab hoc.

Basilicum) Basilicum recens nullius est usus; exsiccatum verò & pulverisatum, naribusque inflatum, nunc errhinum, nunc sternutatorium evadit.

Syriacum Balsamum) Sc. balsamo Syriaco pro ingressione in theriacam præfertur oleum destillatum succini; sicut idem suadent *acta Hafniensia Vol.* 2.

Peruviani) Balsamum Peruvianum & Toluranum ex necessitate non usurpamus, quia internè oleum succini, externè terebinthina & hypericum sufficiunt.

Tolutani) Balsami Tolutani proprietates proximè ad opobalsami veri naturam accedere asserit Bartholinus *Act. Haffnienf. vol.* I. *pag.* 5. sed revera rarioris est usus, abundè sufficit balsamus Peruvianus.

Vini) Sc. in vino pro scopo corroborandi duæ substantiæ considerandæ sunt; nempe substantia oleosa resoluta, h. e. spiritus vini; & deinde substantia salina acida, mater existens tartari, aceti, terræ foliatæ, & salis essentialis. Jam verò quoad partem spirituosam vinum est corroborans, cordialium calidorum non ultimum, constituitque illud quorumcunque liquorum spirituosorum, & aquarum vitæ, epilepticarum, &c. basin. Cæterum pars acida naturæ volatilis præbet virtutem confortativam frigidam, ratione cujus vinum, imprimis Rhenanum, in morbis acutis malignis febribusq; continuis optimum est analepticum, ut insanire mihi videantur omnes illi, qui vini generosioris usum ejusmodi ægrotantibus recusant exhibere; cum acidum illud vini, præter vim dictam analepticam & ad sudorem & somnum hos disponat, non sine euphoria insigni. Adeoque dixerim penè, quæcunque remedia cum vehiculo vini in talibus casibus ægris propinanda esse.

Spiritus è fecibus cerevisiæ p. 693.) Ideoque ex cerealibus paratos spiritus, præter illum ex vino præcisè destillatum, Autor noster pro usu medico seligit, dicendo: hos æquè validos esse, ac spiritum vini.

Quintarum p. 604.) Sc. Paracelsus *lib.* 3. *de vita longa* tradit, ex vino posse elici Q. E. vini in forma olei, sic quidem, ut ex vini ℔ j. vix acquiratur ℈ j. supernatante reliquo nil nisi phlegmate: ast, quemadmodum dictus Paracelsus in re facti est verissimus, ita alii hinc decepti, acquisiverunt saltem oleum vini: de quo conf. Schrœderus *l.* 4. *ubi de vino.*

Fecum polychrestarum) Ex fecibus vini potest destillari spir. vini generosissimus per vesicam: vini autem feces post destillationem ~ remanentes, exsiccatæ dant adhuc spir. volatilem, & sal tartari volatile egregium: quod sal tartari quando in spiritum dissolvitur, observatur notabilis differentia; in fundo enim est liquor crassus, qui est phlegma cum sale, in superiore vero parte est liquor subtilis spirituosus: qui potest separari; vel etiam potest rectificari super sal tartari, ubi ~ vini dephlegmatissimus prodit: caput mort. si indatur retortæ, & ultimo △is rigore tractetur, prodit (1.) phlegma, (2.) guttæ crassæ oleosæ flavescentes, exactè alcali tartari referentes.

Combinatio pag. 605.) Sc. usurpatur spir. vini nunc solitarius, nunc junctus cum ~ salis acido; qua ratione emergit ▽ temperata Fratris Basilii; nunc cum spiritu aut sale volatili urinæ; atque hac ratione vocatur ☿ microcosmicus: Conf. Schrœderus, *l. c.*

Oleositatis p. 606.) Sc. sunt, qui multum vitium cordialium oleo vini tribuunt; quod tamen tanti pretii non est, cum ☿ sit ♁ resolutum, ♁ verò vini spiritus vini concentratus, & facilè beneficio ~ vitrioli parari queat; sicut hunc modum habet Willisius, *pag.* 162. *Pharm. Rat.* & ejus ratio est, quod ~ vitrioli absorbeat phlegma ex spiritu vini, hinc spir. vini concentretur & coëat in corpus oleosum supernatans, quia liberatur à phlegmate antea discontinuante.

Vini melioratione) Notat hic Autor Glauberum, parantem ex oleo vini, & triplo spir. vini animam suam vini pro melioratione vinorum & mustorum, & in generosissima vina transmutatione; itemque pro cordiali: ast malè; quemadmodum enim spir. vini vino infusus hujus mutat saporem, ita & anima illa vini musto addita saporem nauseolum conciliat, experientiâ teste. De vino ulterius vid. Beccherus *Physica subterranea.*

Saccharati sollicitare p. 607.) Sunt, qui vinū languidius meliorare gestiunt per saccharum, putantes illud de novo fermentativum: ast inanis est labor; quia vino saccharum

nil fermenti addit, deficiente nervo, nempe tartaro: de quo conferatur Beccherus *Phys. subterr. de Fermentatione*; ubi distinguit vinum in substantiam summam, mediam, & infimam, h. e. tartaream.

Tartar. in vini residuo) Crystalli vinosi nil sunt aliud, quam tartarus vel cremor tartari purificatus.

Inter cephalica nervina p. 608.) Nervis & cerebro, ac inde compositis & oriundis membranaceis partibus, externè frigus, interne acidum quodcunque inimicissimum esse solet; unde & dolores & spasmi sive convulsiones pro fomitis ratione nunc per essentiam, nunc per consensum, nunc vagi, nunc fixi, tam internarum quàm externarum partium, originem ducunt. Conveniunt ergò his malis tam absorbentia, speciatim partes animalium duræ, quàm invertentia salia volatilia cum anodynis, tam mineralibus quàm vegetabilibus juncta, & tandem temperantia & tonum fibrarum conservantia ac restituentia oleosa, præsertim volatilia, & spirituosa, adeoque aromatica vegetabilia, speciatim nervina, item cephalica dicta.

Pro affectibus nervinis) Eligit Autor lilium convallium pro spiritu abstractitio; hinc spicam nostratem utramque pro spiritu itidem abstractitio & oleo destillato; majoranam, serpillum, rorem marinum pro oleo destillando.

Lilium convallium) Lilium convallium rore matutino madidum destillatur cohobatione frequentiore cum bono vino in spiritum abstractitium, & frequentius à floribus rore madidis cohobatur, præsertim cum ejusmodi aromatica nervina non opus habeant fermentatione, quia substantia illorum oleosa facilè avolans spiritum inertiorem sic reddit.

Oleo tædiosa) Oleum admodum est paucum; & mirabile est, integrum cophinum liliorum convallium vix dare ℥ß. olei; cujus rationem dicunt vulgò esse, quod polleat illud sulphure Mercuriali volatili. Et sanè ejusmodi Nervinorum oleum nunc sale volatili juncto magis concentratum, nunc defectu salis à phlegmate dilutum habent, quorum illa, quò magis fricantur manibus, eò magis olent, & exsiccata odorem fortiorem retinent: v. g. mentha, spica, &c. dantque hæc destillando olea; è contra, quæ habent in superficie magis existentem quasi odorem, sulphur odoriferum minus à sale volatili concentratum, sed à phlegmate dilutum obtinent, post frictionem perdunt odorem, sicut & post exsiccationem sui, neque ex his oleum destillatum potest acquiri: ac talia sunt lilia convallium, rosæ, narcissus, hyacinthus, jasminus, basilicum ipsum, &c.

Spica) Spica excellit, eaque tam mas seu vulgaris, quàm fœmina seu lavendula; utrumque sit spiritus abstractitius & oleum destillatum. Et quemadmodum hoc oleum est externè contra pediculos & senibus in paralysi artuum, quàm interne in hystericis affectibus est polychrestum; ita si misceantur [illegible] liorum convallium part. iij. cum parte [illegible] tus spicæ ritè parati, prodit ▽ apoplectica seu cephalica Autoris, basis quarumcunque aliàs aquarum compositarum.

Tres hirundinum aquæ p. 610.) ▽ æ tres hirundinum famosæ sunt pro usu hysterico & epileptico. Interim si aquæ nostræ apoplecticæ ex spiritu liliorum convallium [illegible] diderimus spiritum cum sale volatili C. & castoreum, habebimus aquam anti-hystericam; vel tandem acetum ruraceum, seu phlegma vitrioli, habebimus acidam, & sic porro.

Majoranæ herba, p. 612.) Majorana in spiritu abstractitio pro catarrhalibus [illegible] ectibus est egregia; sicut & oleum ejus destillatum prodest in affectibus narium, obstructione earum, polypo, coryza, odoratuque deficiente, tam per se usurpatum, quàm cum corpore in formam balsami redactum.

Maro) Marum, speciatim Syriacum, simplex aromaticum nobilissimum est. Vis ejus penetrans est & odorifera, qualis in nullo alio simplici deprehenditur, ita, ut merito quibusvis essentiis & spiritibus cephalicis addendus fuerit, utut propter raritatem rari sit usus.

Thymi, satureiæ) Hæc revera inter se & cum serpillo cognata sunt, vi aromatica & nervina egregiè pollent: unde omnia ea, quæ de serpillo dicenda, etiam hic applicari possunt, magis tamen oleosum subjectum thymus, quàm serpillum esse solet.

Serpillum) Serpillum nostras prodest contra affectus catarrhales chronicos: pro spiritu verò abstrahendo inservit rore maturino madidum; sæpius ▽ à nov. herba madida cohobando, cum quo hinc D. Michaelis ex ligno sassafras paravit essentiam suam catarrhalem, dosi ʒß. ad ʒj. imperando desuper sudorem egregiam.

Origano pag. 612.) Par ferè est hujus cum serpillo & majorana vis: dum vi aromatica, nervis, ventriculo, affectibus flatulentis, &c. conveniat. Nobilius est Creticum: interim tamen nec nostras rejiciendum.

Stœchade Arabica) Stœchas Arabica, & hodie Gallica, egregium est aromaticum volatile, indeque capitis & uteti morbis speciatim dicata, quatenus & caput roborat, & uterinis affectibus, imprimis mensium suppressioni & sterilitati succurrit.

Citrina) Stœchas citrina rari usus est.

Tiliæ floribus) Tiliæ flores speciatim commendantur inter remedia cephalica, unde ▽ & spiritum [illegible] contra epilepsiam, item contra vertigi-

Digitized by Google

tiginem subindè usurpari solet: hinc etiam syrupus ritæ epilepticus Cnöfelii egregius prostat in M. A. N. C. *Ann. 6. Append. Tit. 7. pag. 52.*

Veris primula.) Primula veris non incommodè à quibusdam vocatur verbasculum, quatenus vi anodynâ flores, idemque verbascum, præstare possunt: unde in affectibus capitis unà cum aliis usurpari solent, & speciatim in paralyticis morbis internè & externè solent commendari.

Salvia pag. 614.) Salvia est aromaticum oleosum elegans, capiti ac nervis speciatim dicatum, adeoque in morbis, ut vocant, capitis frigidis, quales sunt vertigo, apoplexia, paralysis, &c. nobilissima est salvia, internè & externè usurpata. Sanè essentia salviæ seu elixyr cum spiritu proprio paratum contra vertiginem senum est elegans remedium. Rulandus monachum epilepticum solo vino salviato integrè curavit. Spiritum vitæ salviatum, item aquam epilepticam salviatam describit Deodatus *in Pauth. Hyg.* adeoque textura sua oleosa volatili partibus nerveis in robore conservandis, & acido istis inimico temperando est salvia egregia. Ut taceam, eandem & utero, utpote corpori nervoso, suo modo convenire, dum non secus ac rosmarinus sterilitati confert.

De betonica emplastro p. 614.) Betonica inter vulneraria cephalica recensetur vulgo; illam tamen minoris æstimat Autor noster, substituendo vel sacculos cephalicos alios, sine ingrediente betonica ex recentis fœni semine, quod constat utplurimum semine trifolii pratensis, confectos, pro scopo externo, nempe discutiendi, resolvendi vel emolliendi.

Nec rorismarini hortensis, p. 615.) Hunc contra Autorem seligo, eò quod præter usum nervinum speciosissimè conferat in fluore albo, mensibus suppressis, sterilitate, & morbis post partum uterinis, tam in spiritu abstractitio, quàm in oleo destillato usurpandus; non secus ac ejus cum ligno sassafras factum decoctum in vino egregium est in affectibus catarrhalibus chronicis.

Ipsa pæonia, pag. 616.) Hic observandum, quod, quemadmodum optima reverà simplicia in effectu non semper convenire solent, ita nec mirum sit, pæoniæ radicem interdum in epilepsia fallere, utut aliàs radix ritè collecta & de collo suspensa epilepsiam curaverit, & viderim in Anglia quendam hujus usu à desperatissima vertigine liberatum fuisse. ▽ destillata ex succo radicis expresso inter vehicula antiepileptica non contemnenda est suo modo. Præterea semen pæoniæ exhibet emulsionem non inconcinnam pro incubo & infantum terrore nocturno, minante epilepsiam ipsam. Quidam ex hoc semine destillare volunt ♁ quidam exprimere: sed ♁ & operam perdunt.

Viscum pag. 618.) Visca contra Autorem non contemnenda: ac ipse vidi corylini visci dosi ʒß. ad ʒij. effectus nunquam non expectatos in epilepsia chronica; & tiliaceum, uti quercinum, suam laudem mereri Boylus probat *in Philosophia Exper.* cui tamen palmam præripit corylinum, quia ex ipsa corylo antepileptica habentur non inferioris notæ. Sic, utut amuletum illud ex sambuco in salice crescente contra epilepsiam non rarò infidum sit, hoc ipso non est rejiciendum, cum ejus insignem dicto in casu effectum præter Hartmannum referat Bartholinus *in Centur. Anat.* Interim spiritus acidus viscorum non tantum præstat, quantum visca per se, cum crasis seminalis eorum per △ vim mutetur, utut ♁ & ☉ Heraclinus Rulandi antiepileptica sint paranda ex ligno coryli, certo tempore reciso.

Nigellam pag. 619.) Nigella commendatur in coryza: sed sufficit majorana.

Antirrhinum) Antirrhinum rari est usus propter signaturam capsularum seminis, à quibusdam pro capitis affectibus laudatum. Aliàs saltem contra veneficia & incantationes, tam hominum quàm canum, commendari, & multiplici externo usu pro tali scopo usurpari solet.

Anacardos) Succus anacardii commendatur ad memoriæ robur: hinc præparant confectionem anacardinam compositam: sed parum valet.

Euphrasia) Euphrasia commendatur in oculorum affectibus: sed postponenda est chelidonio majori vel fœniculo.

Anagallidis pag. 620.) Anagallis laudatur in maniacis & melancholicis: sed vanè.

▽) ▽ verbenæ obstetricalis parum in recessu habet.

Verbenæ extractum) Extractum verbenæ in cephalalgiis non admodum inveteratis commendatur.

Hypericum) Extractum hyperici præstans observatum fuit in maniacis & melancholicis.

Epilepticos pulveres p. 622.) Ex his pauci sufficerent: nempe ad epilepsiam, primariò puerorum, duo imprimis prostant remediorum genera; utramque itidem paginam facientia, eaque sunt vel fixa absorbentia vel volatilia positivè magis fomitem morbosum corrigentia: quibus utrisque jungenda sunt opiata seu anodyna impetum spirituum sistentia. Jam verò inter fixa excellit sulphur quoddam ☉ iale fixum, quale est cinnabaris ☉ ii; cui ex animali regno præter CC. unicornu marinum & margaritæ jungi poterunt sic ut contra inter volatilia eminent sal volatile succini

succini, CC. quibus combinandum est tantillum camphoræ, hincque egregius existit liquor CC. succinatus ritè paratus, qui adultioribus & epilepticis Annos 15. ad 18. natis nunc solitarius, nunc specificatus cum camphora, nunc cum opio prodest.

Pulveris bezoardici albi) Hujus descriptionem tradit Autor *pag.* 280. constatque ille ex CC. Philosophico, ☿ sigillata, & unicornu fossili; indeque hunc commendat pro epilepsia puerorum, ex consensu abdominis nata, præservativè.

Balsamorum cephalicorum p. 623.) Distinguenda sunt hæc; alia enim sunt voluptuosa, ut zibethum, moschum & ambram recipientia, alia medicamentosa, quorum plurimorum loco seliguntur ab Autore pauca destillata appropriata: v. g. instar primarii corporis esse potest oleum destillatum succini (utut hoc sanis delicatioribus ingratum videatur) cui addatur dimidium olei destillati spicæ vel lavendulæ, hæcque ambo acuantur oleo destillato majoranæ; cui pro acumine & scopo confortandi adjici poterit q. ſ. olei destillati cinamomi & parum olei destillati caryophyllorum; hincque omnia sub debita proportione oleo nucistæ expresso excipiantur, & si color balsami flavus inimicus est, cum CC. usto minutim pulverisato in nigredinem tingi poterit.

Destillatis antiparalyticis) Sc. olea destillata penetrantissima internè interdum minus conveniunt, eò quod sint nimis graduata & generosa; nervosq; nimium irritando iisdem inimica: non secus ac eadem externè interdum contracturas artuum inducunt, quale phænomenon aliquando ex usu externo petrolei, misti cum destillato oleo spicæ & terebinthinæ, ipsemet vidi in quodam; unde mutato consilio, præscribebam & ordinabam potius spiritum formicarum & lumbricorum ☿strium per putrefactionem paratum, mistum cum spiritu salis ✱ci cum calce viva facto, & ▽ articulari ad extra.

Olivarum aut nucum oleum, p. 624.) Interdum autem necesse est, adhibere externos litus oleosos emollientes; hinc eligit Autor noster ℞ nucum acuatum cum oleo quodam destillato nervino. Interim tamen dicerem potius loco illorum, tanquam viscidorum, adeoque in recessu acidorum, sumendum esse petroleum, præsertim album vel rubrum, & huic jungendum ℞ destillatum baccarum juniperi, terebinthinæ, spicæ, &c. Vel etiam sumatur loco allegati petrolei ℞ lumbricorum terrestrium, paratum ex iisdem vivis oleo olivarum infusis, & mediante diuturna digestione resolutis, quod per filtrum hinc separatum acuatur cum oleo destillato terebinthinæ vel spicæ.

Per destillationem compositis pag. 625.) Quicunque tandem olea quædam composita desiderant, ii sibi parent galbanetum illud Paracelsi (quod habet Schrœderus *l.* 5. *p.* m. 169.) seu ℞ compositum ex galbano & terebinthina, hocque pro re nata oleo spicæ destillato acuant.

Malacticum simulque resolvens p. 626.) Unguentum si volumus habere, tunc sumamus oleum destillatum spicæ, terebinthinæ, juniperi, majoranæ, &c. hisque sociemus pinguedinem sibi familiarem, nempe vel anserinam, (quæ penetrantior) vel caninam, (quæ resolutiva magis & calida) vel humanam, (quæ magis temperativa existit) denique bovinum majale simplex, & habebimus unguentum abundè sufficiens.

Et qui horum consistentiam spissiorem optat, addat sub calore △ resinæ vel terebinthinæ parum; hac ratione impetrabimus in pluribus casibus externis unguentum, e. g. pro resolutis, luxatis, & contortis membris abunde sufficiens.

Resolventium residuis pag. 627.) Sc. pro scopo resolvendi & discutiendi seligatur melilotum, chamomillaque tota, & his subinde addatur hyoscyamus, rediganturque omnia in formam cataplasmatis vel epithematis sufficientissimi, non secus ac simile ex fœni tecrementis, parari potest.

Vix autem in abietis piceæve vel pinastri strobilis,) Sc. loco oleorum ex hujus aut pini strobilis, oleum destillatum sufficiat, pro resolutis arthriticorum partibus, balsamus terebinthinæ, præsertim cum illud balsamum occidentale à Starckio saluretur.

Emplastra nervina) i. e. resolventia, discutientia, emollientia, &c. hæc omnia pariter ex aromaticis & pinguibus constantia, quia v. g. malum ischiadicum & arthriticum exasperant, hinc Autor noster emplastrum diasulphuris seligit.

Sic egregium quoque est emplastrum, quod fit ex pice sutoria liquefacta, inspergendo eidem pulverem sulphuris, in affectibus nervinis, loco cujus tamen & commendamus emplastrum illud ischiadicum Poterii, quod habet *Cent.* 2. *Obs.* 14. ex pice navali, sulphure, succino, terebinthina & masticho, quod in malo ischiadico revera est egregium; sicut & in luxatione vertebrarum supra os sacrum applicatum est singulare. Equidem difficulter hoc detrahi potest, & maximè adhæret; si tamen lapis calefactus prius applicetur, tunc liquescit, & facile cedit emplastrum.

Præstantissimum illud ex oleo seminis hyoscyami p. 628.) Commendat hic Autor emplastrum de hyoscyamo; & sanè nobilis est illius compositio, dum recipitur succus hyoscyami ad consistentiam mellaginis in

spiritu

ſpiſſatus; huicque calido addit oleum ſeminis hyoſcyami expreſſum, hinc invicem benè agitando incorporantur: ſub finem additur paucum ceræ & terebinthinæ, & ita in conſiſtentiam emplaſtri anodyni & reſolventis tumorum duriorum partium nervoſarum redigit.

Splenetico pag. 629.) Scilicet emplaſtrum ex hyoſcyamo allegatum ſpecificari poteſt nunc cum Mercurialibus, v.g. Mercurio in ſaliva jejuna extincto, vel amalgama ejus, in caſu nempe tumorum & gummatum Venereorum cum gummatibus, v.g. gummi Ammoniaci dimidio vel galbani, nunc cum aliis loco ſplenetici emplaſtri. Et hæc emplaſtra panica inſtar mille aliorum ſufficiant. In caſu tumorum ſcirrhoſorum viſcerum duriorum Narcotica ejusmodi, affirmante hoc Doringio *de Opio*, pro ſcopo emolliendi ſunt optima; hinc hyoſcyamus, cicuta, &c. recipiuntur loco ſpleneticorum quorumcunque; itemque in quartana febre, cum affectibus ſplenis comitata, cum ſucco cicutæ uſurpatur in caſu tumorum duriorum partium nervoſarum.

Alcaliſata) Hæc externè in doloribus & tumoribus dictarum partium, oriundis ab acido, egregia ſunt pro diſcuſſione illorum, adeoque & ▽ calcis vivæ tàm egregia eſt: ſive ergo ſumatur liquor tartari, ſive aliud, habebitur idem effectus: hinc dolores podagrici cum ſpiritu ſalis Ammoniaci cum calce viva parato leniuntur, & in inflammationibus, eryſipelate, contuſionibus partium nervoſarum, tumoribus mammillarum ex lacte coagulato, excellunt: ut mirum ſit, ſpiritum urinæ vel ſalis Ammoniaci uſurpari adeò rarò, cùm tamen optimè imbibat acida, & reſolvat coagulata ſtagnantia. Cæterum poteſt & ☋ ♁ ✳ci miſceri cum oleis in conſiſtentiam unguenti, quod inventum fuit Burrhi. Emplaſtra hæc ſunt volatilia, indeque terebinthina, cum ſale volatili urinæ in pauxillo aquæ ſoluta, trita in mortario dabit unguentum calidum proficuum & penetrantiſſimum.

Febrifuga ex araneis emplaſtra) Intelliguntur hic emplaſtra febrifuga, quale eſt illud Schrœderi è Strobelbergero deſcriptum; indeque loco ejus melius fiat ex fuligine furni ſplendente, terebinthina, camphora, & oleo aranearum: quod forma emplaſtri carpis manuum vel nuchæ applicatum in febribus intermittentibus non inconcinnum. Interim & hujus loco commodius blanda veſicatoria aſſumantur in tertianis & quartanis chronicis nuchæ vel carpis manuum applicanda.

Oxycrocea) A chirurgis externè uſurpantur, præſertim in principio fracturarum, & quando à cauſa externa locus nerveus eſt læſus, pro diſcuſſione ſc. tumoris. Interim Autor illa rejicit, & non æquè in fracturis tuta ſunt. Confer. Hildanus *Cent.* 4. *Obſerv.* 99. & 100. ubi legitimum habet horum oxycroceorum uſum.

Melilotinum) Emplaſtrum de meliloto non rejiciendum eſt, præſertim cum ejus concinnior deſcriptio habeatur in Paulli *Botanico Quadrip. p.* 392. Interim tamen pro ſuppurandi ſcopo parabiliora proſtant: v.g. Pultes & cataplasmata domeſtica ex herba & floribus chamomillæ, malva & meliloto, in lacte coctis (ſi tumor ſuppurandus ſit rebellior, addatur cepa ſub cineribus cocta) paranda. Non ſecus euporiſton quoque eſt, quod paratur ex ſapone communi in lacte calido diſſoluto; nam & hoc calidè applicatum inſigniter emollit & maturat tumores ad ſuppurationem tendentes.

Emplaſtra ad tophos) Scilicet cum tumores renitentiores, v.g. Venerei, neque etiam alcalibus cedant, hinc ☿, repræſentans alcali metallicum, abſorbens acidum tumorum coagulans, reſolutivus & penetrantiſſimus advocandus erit, iſque nunc vivus in ſaliva extinctus, nunc cum Saturno maritatus: Atque hoc amalgama puto intelligere Poterium per mumiam ſuam mineralem, quam ad ulcera deſperatiſſima ſe adhibuiſſe fatetur.

Matricale) Emplaſtrum in ſuffocatione hyſterica uſitatum videri poteſt *in Pharm. Auguſtana* ſub nomine emplaſtri matricalis de galbano uſitati. Interim loco illius ſufficere poteſt galbanum ſimpliciter liquefactum, & malaxatum cum part. ij. vel iij. olei deſtillati ſuccini, & parte j. olei deſtillati ſpicæ; quod malaxatum & inductum ſuper alutam imponatur regioni umbilicali, ſicut olea allegata ſcrobiculo cordis vel umbilico illita, imponendo deſuper laterem calefactum, in eadem paſſione hyſterica non ſunt infructuoſa.

Gummata pag. 632.) Conſiderat jam Autor noſter ſubjecta aliqua gummoſa inodora & ſuaveolentia: Inter graveolentia pro ſcopo reſolvendi externè ac internè ſeligit gummi galbanum, quod & pro uſu externo concedo: Interim, quia illud præ gummi Ammoniaco internè aſſumptum magis ingratum & nauſeoſum eſt, hinc hoc loco illius commendo, præſertim cum idem pro ſcopo incidendi galbano palmam præripiat. Cæterum ſi galbanum internè aſſumendum, ſolvendum illud eſt pro ſui depuratione & quisquiliarum ſeparatione in aceto vel vino, & denuò inſpiſſandum, contrà, ſi idem externè adhibendum ſit, dicta ratione non deputetur, ſed ſaltem blando igne in terebinthina liquetur, ne ſecus ♁ hujus volatile avolet & exhalet, poſtmodum pro extemporaneo adhibeatur.

Asæ) Asa fœtida in usu medico est vulgò contra passionem hystericam, propter fœtorem, ubi tamen observavi, hystericas idiosyncrasiæ singularis istius odore non secus ac moschi fuisse læsas.

Fœtidis emplastris) De emplastrorum fœtidorum effectu dubitatur; Mynsichtus contra veneficia commendat: Usus sum aliquando in fascinata quadam noviter nupta sine efficacia.

Depuretur) Inter præparata ex galbano est. Depuratum, nempe cum ▽, ☩to, vino, &c. quæ tamen depuratio ad externa medicamenta non est necessaria.

Galbaneta diversiformia emplastra p. 633.) Inter hæc emplastrum de galbano crocatum Mynsichti egregium est, pro discussione tumoris mammarum, ex lacte coagulato dependentis, illinendo priùs mammam cum spiritu salis Ammoniaci cum calce viva parato, & hinc illud emplastrum applicando, desuper sacculum oryzâ vel avenâ repletum & calefactum imponendo. Præterea alterum Mynsichti emplastrum de galbano egregium est in callis & clavis pedis auferendis; liquescunt enim illi ex hujus impositione, hinc iis abscissis, denuò imponatur, prodest quoque contra omnes spasmos hystericos, colicam etiam abdominis, &c.

Olei) Oleo scilicet destillato galbani præfero galbanetum Paracelsi, idque tàm simplex cum terebinthinæ oleo, quàm compositum à Schrœdero descriptum, ceu nobile topicum in affectibus nervorum, tàm à causa interna quàm externa enatis. Et quia galbanum in specie affectibus abdominis spasmodicis dicatum est, propterea eò magis galbanetum illud Paracelsi in passione hysterica, colica convulsiva, paresi ex colica, contusione nervorum & luxationibus artuum egregium est.

Ceræ & saponis oleo) Modus habetur in Autore *pag.* 104 fit enim sic oleum penetrantissimum in affectibus nervinis & articulorum podagra.

Graveolentiora è tartaro) Olea tartari & guajaci egregiè resolventia sunt pro tumoribus duris & quasi Venereis: Vid. Autor *pag.* 104. (ita ut horum gutta æquè penetrans sit ac ipsa camphora) & rectificata à cornu cervi usto vel calce viva coloris aurei evadunt. Interim tamen, qui talia horrent, externè usurpanda recipiunt juxta monitum Autoris ℞ ceræ vel pinguedinis alicujus, vel saponis (Veneri imprimis pro doloribus podagricis) quorum modum destillandi Autor dedit suprà *pag.* 104.

Suaveolentia gummata) Ex his eligit Autor thus, mastichem, sandarachamque quibus & ego moneo, accensendam esse & camahacam.

Sarcocolla pag. 634.) Sarcocolla stypticum temperans & emplasticum, quam veteres usurpant inter collyria sicca, sicf dicta, eamque nunc crudam, nunc in lacte coctam, i. e. nutritam: Ast incongruè secundùm Autorem, cum æquè Sief album sine hac egregium sit.

Mastiche) Mastix gummi nobile est ex arbore lentisci sponte exsudans, cujus grana jejuno stomacho deglutita, uti stomachalia sunt, ita & similia topica præbent; & fortissentiam liquidam stomachalem, intùs & extrà usurpandam, nec non antidotalem; cum ~ vini tartarisato redigi possunt, & præfert hanc Autor ipsi aquæ mastichinæ, quam vid. in Schrœdero. Residuum magna post olei destillationem ad instar colophoniæ pro recentibus vulneribus egregium est, præsertim cùm rusticus ille cultrivorus Borussus post excisionem cultri deglutiti, balsamo ex oleo mastichis, interne & externè adhibitis, fuerit sanatus.

Formicarum massæ) Scilicet formicæ inhabitantes sylvas resiniferas pino & abiete luxuriantes, istæ in specie, quæ grandiores apparent, & attactu sui spirant acidum, accrescentes solummodo granulis resinosis ex arboribus illis transsudantibus, quæ proindè in acervos colligunt, atque hæc grana acidum spirantia à quibusdam loco mastichis usurpari solent; sicut ea commendat Glauberus *Part.* I. *Oper.* Interim tamen ea ultrà vulgarem resinam nil in recessu habent.

Sandaracha pag. 635.) Sandaracha Arabum seu gummi juniperinum loco ligni santalini pro basi suffituum catarrhalium quorumcunque accipitur, cui possimus addere mastichen, rasuram succini, thus & benzoen.

Benzoë) Benzoë est egregium stomachale & nervinum.

Styracem calamitam) Hæc egregium est nervinum stomachalibus affectibus conveniens, hincque Digbæo & Hartmanno in emplastro de styrace usitatum. Interim tamen loco illius sufficit benzoe, neque ladano opus habemus.

Ladanum pag. 636.) Ex hoc prostant apud Hartmannum pilulæ de ladano analeptico-cephalicæ; item emplastrum stomachale de Ladano Cratonis *in Pharm. Aug.* Interim loco horum euporistus habemus gummi tacamahacæ malaxandum cum balsamo Peruviano pro eodem usu.

Tacamahaca) Tacamahacam rejicit Autor, quod quidem pro scopo sufficus concedimus: At propter vim nervinam singularem anodynam temperatam blandè discutivam & resolutivam nobilissima est, hinque emplastrum ex illa cum terebinthina subac-

Digitized by Google

& balsamo Peruviano in vitel. ov. solutomalaxata paratum egregium est in cardialgia, dolorib⁹ artuum & malo Ischiadico, resolutione partium, & ventriculi affectibus.

*Elemi p.*637.) Vis sua balsamica ad capitis vulnera commendatum est, indeque Arcæus unguentum & emplastrum habet, quorum basis est gummi hoc elemi; interim eidem, in capitis affectibus egregio aliàs, substitui potest terebinthina.

*Epilepticis pag.*638.) In idiopathica commendatur ungula alcis ab unico Levino Lemnio *in occultis Naturæ Miraculis*, de quo tamen planè dubito: Sic eadem neque in consensuali epilepsia præ cornu cervi prærogativam quandam habet.

Hirundinum lapillis) Lapillus hic, chelidonius dictus, ad epilepsiam quoque cōmendari solet: sed subinde impostura intercedunt. Præterea de lapide chelidonio tàm falso, qui species est opali, quàm genuino in ventriculo, item hepate pullorum repetibili: vid. Velschius *Hecatost.*1. *pag.*74 Conferatur etiam Bartholinus *Cent.*2. *Epist. pag.*438.

Nec humanum cranium, *pag.*639.) Hic observanda est differentia inter ossa & cranium, quod ex homine successivè &, ut dicunt, naturaliter mortuo, & quod ex eodem violenter interempto desumitur; quorum illud sicut & ossa, non habent prærogativam præ cranio cervi & osse tauri: ast, quod ex suspenso & rotâ fracto homine desumptum est cranium, alteri substituendum, eò, quod in tali habitet adhuc spiritus insitus parti, unà cum rore seu spiritu influo, qui sub morte concentrati reverà aliquid efficient: id quod & usnea ostendit, ceu specificum epilepticum, unde par ratio habenda de rasura cranii humani violenter interempti, quippe quod ob mumiam sibi inhærentem sub pulveris forma datum, antiepilepticum est non ignobile, non secus ac spiritus cerebri hominis violenter mortui aliquid in recessu habet, alia enim præparata vim mumialem produnt.

*Lac pag.*640.) Lac humanum ceu analepticum laudatur quidem: interim phthisici confirmati non curantur ex ejus usu, contrà mediocriter sanos pro temperandis humoribus scorbuticis juvat, sicut & juvenes à Venere delassatos mirum quantum reficit, item marcescentes, sive apparenter phthisicos.

Lumbricos, *pag.*641.) Lumbricos humanos quidam internè exhibuerunt pro ejiciendis vermibus intestinorum sub forma pulveris; sed aliter sentit Tabernæmontanus, lumbricos inde generari potius, adeoque fallí nos, ut igitur Mercurialia loco horum sufficere queant.

Pulveres, *pag.*642.) Sc. suggerit hic Autor pulveres binos cephalicos, unum pro adultis, alterum vero pro infantibus lactantibus; quorum priorem 3ß. dosi usurpandum constituit pro basi quorumvis analepticorum, & loco cujusvis specifici, non secus eundem dosi gr. iij. vel vj. anniculis infantibus præservativè pariter ac curativè, præmisso vomitorio ☿iali, aut quoque laxativo Mercuriali ex helleboro nigro & Mercurio dulci parando, exhibet, interponendo subinde salia volatilia urinosa, & subjungendo essentias nervinas castorei, succini, camphoræ, &c. nec non pro minori spirituum impetu opiata sociando. Alterum suadet lactantibus, epilepticis pariter ac inquietudinibus, torminibus, vomitibus, diarrhœis, &c. afflictis specificandum contra tormina per olei destillati anisi parum, aut etiam additione salis volatilis cornu cervi, vel succini.

*Auro p.*643.) Usus auri crudi vel minutissimi sub forma pulveris, vel sub forma liquoris potabilis, mediante sui extinctione non adeò insignis est, nec tanti ponderis: de quo confer. Hoffmannus *Clav. pag.*700.

Hystericæ,) Quemadmodum paroxysmi hysterici per suaves odores subinde excitantur, ita iidem per contrarios fœtores ex animali regno præprimis petitos, ceu in quo regnat sal volatile oleosum, sopiuntur.

Lichenes, *p.*644.) Lichenes quorum, primitus à Paracelso introducti sunt pro suffitu hystericarum intra genitalia, addendo iisdem cornu capræ. Crollius ex iisdem parat extractum hystericum: sed castoreum prævalet.

Castoreum) Hoc genuinum recens eligit Autor noster internè, vel per se in substantia (qua ratione mirificè sudorem movet cum euphoria hystericæ, estque instar omnium ex regno animali remediorum antihystericorum) vel in essentia liquida usurpandum; quam essentiam vulgò parant per simplicem ☿ infusionem & extractionem: ast essentia hæc est admodum languida; melior fit, si

℞. *Castor. part. iv.* vel *vj.*
salis fixi tartari vel nitri pars j.

hisque mistis superfundatur spir. vini q. s. hac ratione exacta solutio castorei succedit, cuilibet liquidò sine præcipitatione permiscibilis. Essentiam filtro Autor separat; liquorem filtratum per spir. vini abstrahit, & liquorem abstractum extracto residuo iterum affundit. Deinde potest eadem parari cum spiritu salis Ammoniaci vinoso, ex tempore solvente castoreum in essentiam rubicundissimam, cuique liquori commiscibilem, & hystericis admodum proficuam.

De-

Destillat. oleum) Oleum castorei destillatum per retortam perpaucum est & empyreumaticum.

Pilulis officinalibus pag. 645.) Pilulæ de castoreo sunt vetustæ, & earum ingredientia cruda, non tamen inconcinna, præsertim cum constent ex appropriatis & anodynis, atque cum his coincidit, utut magis artificiosè paratum, nostrum extractum laudanum hystericum usuale Conerdingii, ex extracto castorei, calami aromatici, lapide bezoardico, laudano opiato, &c. constans.

E fragrantibus) Fragrantibus antihystericis ex animali regno pro praxi succincta non simpliciter indigemus, præsertim cum præparata ex cinamomo, cardamomo & caryophyllis habeamus. Interim pro diffusiore praxi locus esse potest moscho & ambræ, illi quidem pro externo, huic verò pro interno usu analeptico. Aromata autem præstant, & superant hæcce odorifera ex animalibus.

Moscho) Moschus est liquor sui generis, in capsula peculiari prope inguina in ventre animalis moschiferi, in glandulis collectus & repertus, quemadmodum zibethum & castoreum receptacula habent prope inguina.

Ejusmodi moschata pag. 646.) Scilicet notum est, quod talia fragrantia concreta subjectis delicatioribus & hystericis sint perquàm adversa, ac viris quoque, spiritus animales volatiliores habentibus, nimis generosa; quid igitur tunc consilii? Sanè reverà nocet hisce moschus: Ast odoretenus tantum; contrà si is hac ratione exhibeatur, ut nares sumentium non feriat, tunc etiam mulieribus hystericis commodius propinari potest: Confer. Bartholinus *in Cent. Anat.* & Horatius Augenius, quorum hic habet pilulas hystericas ex moscho, ambra, oleo destillato caryophyllorum, unà cum cautela, ne propinentur eadem ita, ut nares sumentis illarum odor feriat.

Ambra) Hæc contra Autorem reverà insignis est vi analeptica in spirituum animalium defectu, tàm morboso post morbos, quàm naturali, nempe in senio adeoque inter confortantia calida nervina cephalica sit singularis, utut ratione originis occulta. Cæterum duo in ambra desiderat Autor noster:

1. Fragrantiam,
2. Effectum.

Quod fragrantiam ejusdem concernit, facile ol. nucistæ imitabilem; alia olea aromatica fragrantia eandem superant: interim si teratur illa beneficio oleorum & oleosorum, v. g. zibetho, aut oleo quodam destillato, tunc hac ratione resoluta penetrantissimum odorem spirat, & animatur quasi hinc ambra: De quo conferatur Tachenius *Hippocr. Chym. pag.* 269. Quoad ambræ effectum, quod nempe eadem in granulari dosi, quá vulgò datur, parum vel nihil operetur, verum illud est: Ast modò oleo cinamomi animata ejus plures tales doses dentur, tunc quoque ita erit singulare refocillativum facultatis animalis.

Teneriorum pag. 647.) Scilicet literati spiritibus animalibus subtilioribus, & tenera nervorum texturâ prædicti; non ferunt ambrata, moschata, zibethina, aut quælibet aromatica penetrantiora, eò quod hæc illis nimis generosa sint, & caput eorum repleant, h. e. ab illorum fortiori impressione spiritus animales subtiliores faciliùs turbantur & moventur, hinc affectum quasi inebriatorum incurrant; præsertim si nares feriant, quod ordinarium est literatis & hypochondriacis: Unde cautè ejusmodi generosa talibus subjectis exhibeantur; præsertim caveatur, ne illa horum nares feriant.

Cum saccharo) Scilicet duplex est modus usurpandi ambram: Sive in forma sicca, terendo eam cum saccharo in pulverem ambratum analepticum summè efficacem; vel quod melius, cum elæosaccharo cinamomi vel caryophyllorum: aut quoque in liquida, parando ex ea essentiam rubini instar cum spiritu rosarum, vel melissæ, vel liliorum convallium abstractitio, gratam gustui, & effectu efficacem, idque internè; sicut externo scopo inservit liquor moschatus ex solutione moschi in spiritu quodam volatili, v. g. rosarum, factus, ceu à quo mitè moschus dilatatur. Prævalet tamen essentia ambræ, sed saltem infusa cum V. Per destillationem enim & fermentationem vis ambræ perit.

Essentia ambræ sicca) Vid. in Schrœdero.

Ambræ moschatæ) Vid. in Mynsichto, *pag.* 73.

Zibetha, pag. 648.) Hoc rarò usui interno inservit, nisi quod saltem ballamis apoplecticis admisceri soleat, utut sine eodem æquè sint penetrantia.

Febrilibus affectibus pag. 649.) Scilicet odorifera in morbis acutis non æquè locum inveniunt; & si conveniunt, hoc faciunt in senibus,

ſenibus, vel exhauſtis viribus; niſi quod obſervaverim, confectionem alkermes ægris ejusmodi datam ipſos agrypnos ad aliqualem ſomnum cum euphoria diſpoſuiſſe.

Pinguia) Scilicet ſubſtantiarum pinguium ex animalibus deſumptarum generalis uſus eſt, ut blandè relaxent fibras nerveas, hinc duras emolliant, itemque ſpasmum illarum doloroſum ſiſtant, adeoque hinc anodynæ ſunt: ſicut porrò crudiores & acriores ſuccos hebetant & obtundunt, ſicque rodentes dolores ſiſtunt, itemq; tandem penetrando coagulata contenta modicè ſolvant. Interim tamen ſingulis earum non adeò omnis vis ſpecifica deneganda eſt.

Butyrum) Butyrum Majale Autor vocat, florem vegetabilium vernalem; reſolutio autem graminis & transmutatio in lac & butyrum, dicitur ſolutio quaſi ſemi-alcaheſtina, ab Autore *pag.* 650. Butyrum autem Majale, præprimis ſubtilius, delicatius & penetrantius, magisque alcalinum eſt, quàm quorumcunque animalium pinguedines: Unde illud ſole depuratum pro uſu aſſervandum eſt. Interim, quibus placet pinguedines animalium aſſervare, illi eligant taxi ceu temperatiorem, quàm caninam vel leporinam, quarum hæc peculiare eſt tractivum, hinc infantum gingivis illita potentiſſimè elicere dentes creditur: ſicut eadem vulneribus applicata promovet heterogenea iis inhærentia ad exitum, ſic quoque abſceſſibus tardantibus apertionem ſui, illita, maturat eos, & ad ruptionem diſponit.

Oeſypus pag. 650.) Sumunt lanam pinguem, & ex hac coquendo eliciunt pinguedinem, quam vocant œſypum: ſed loco omnium pinguedinem animalium ſufficiat butyrum, & poſtmodum oleum olivarum cum oleis deſtillatis animalium.

Alpini muris p. 621.) Pinguedo muris alpini commendatur ad pleuritidem, hinc unguentum pleuriticum Mynſichti hanc probaſi habet. Axungia cati ſylveſtris ad epilepſiam abdomini, nec non in colica umbilico illita, & urſina ad hernias mirè commendatur.

Lucii) Pinguedo lucii piſcis laudatur pro infantum tuſſi, illinendo pedes, ut ſic ad ſomnum diſponantur.

Aſciæ) Aſciæ pinguedo ad cicatrices vulnerum abſumendas laudatur.

Erinacei) Erinacei pinguedo præfertur urſinæ in herniis, ſi lumbis illinatur.

Anguillæ) Pinguedo anguillæ aſſatæ foliis lauri excepta laudatur ad ſurditatem & ſubauditionem.

Suilla pag. 652.) Suilla temperatiſſima & maximè mollitiva eſt.

Sevo Hircino) Hircinum ſevum umbilico illitum ad ſtranguriam commendator.

Cervinum) Sevum cervinum commendatur ad fiſſuras pedum.

Medullæ cervinæ) Ex cruribus animalium nervinorum bovinorumque deſumptæ & illitæ in uſu ſunt in agrypniis, temporibus illitæ; quia diſponunt ad blandum ſomnum in acutis morbis ægros.

Sapo) Duobus modis in uſu eſt: Primò per ſe, ut ſubjectum alcalinum temperatum, indeque anodynum externum ſolutum in ~ vini vel ~ lumbricorum terreſtrium, addendo interdum pauxillum camphoræ; ita podagricorum pedibus dolentibus cum optimo ſucceſſu applicatur, & præfert Autor noſter balſamo ſaponis, quod vid. in Schrœdero: Secundò oleum ejus, quod plurimis modis, aſt optimè juxta Autorem noſtrum *pag.* 104. cum cineribus deſtillatur, eſt remedium penetrantiſſimum, & reſolutivum potens, cum ſit aut oleum olivarum, aut oleum pinguedinis animalium, ſaponem ingredientium, præprimis Venetum penetrantiſſimum: Nempe quod ſperatur in oleo Philoſophorum, & oleo pinguedinum, habemus elegantiſſimè in hoc oleo, & hujus reſpectu oleum ceræ non tantoperè requiritur.

Ceræ oleo pag. 653.) Oleum ceræ penetrans eſt internè ad affectus diureticos & tenesmum; externè ad ulcera & ambuſta expertum, interim loco illius & oleum ſaponis ſufficere poteſt. Cæterum modum deſtillandi oleum ceræ quod concernit, optimus eſt, qui fit cum duplo oſſium animalium calcinatorum; ſic namque illud penetrantiſſimum acquiritur: Contrà cum ∴ deſtillata cera flava dat oleum ſpiſſius & quaſi butyriforme; quod tamen, ſi per veſicam rectificetur, acquiritur penetrantiſſimum. Vel etiam poteſt deſtillari inſtar olei Philoſophorum, dum nempe carbones candentes injiciuntur ceræ liquefactæ, & hi poſtmodum deſtillantur.

Cera flava) Cera flava, & ex hac oleum deſtillatum ſufficiant.

Alba) Cera alba eſt exſucc a.

Magiſterio) Magiſterium ceræ quidam cum ☿ parant: Vid. Schrœderus.

Sperma ceti) Sperma ceti eſt concretum ex cerebro phocæ piſcis, incolæ maris ſeptentrionalis, mediante lixivio acri confectum, & virtute reſolvendi ſanguinem congrumatum, anticolica, antihyſterica, & antipleuritica prædituin. Cæterum illud in vehiculo frigido eſt nauſeoſum, & non poteſt aſſumi, nec in calido, niſi ſit fervidum; aliàs mox congelatur, & labra incruſtat. Unde eſſentia ejus deſideratur, quæ fiat cum ſpiri-

Digitized by Google

ſpiritu vini rectificatiſſimo, fereque quaſi toto oleoſo; ubi tamen hæc & hoc tædii habet, quod vehiculo aqueo combinata mox genuinum ſperma ceti ſiſtat. Emplaſtrum tandem de ſpermate ceti Mynſichti eſt egregium in lacte incipiente coagulari, mammis applicatum, ſuperimponendo ſaculum calidum avena repletum: De quo conferatur Timæus **von Gülden-Klee** / in *caſibus medicis*. Interim loco hujus galbaneta æquè efficacia ſunt.

Succinum, pag. 654.) Ex regno minerali ſeligit ſolummodò Autor noſter ſuccinum vulgare ex Boruſſia ad nos advectum, hocque præfert foſſili in maritimis locis & Moravia reperibili; ſicuti etiam hic loci ex foſſa limoſa aliquando inſigne fruſtulum fuit effoſſum. Sub ſuccino regnerato inſinuat Boyel *de Orig. formar.* qui ex capite mortuo ſuccini deſtillati ſuccinum regenerare aggreditur. Cæterùm ſunt, qui ſuccinum corpus minerale proclamant eſſe: Aſt mihi ſemper vegetabile viſum eſt de natura terebinthinæ. Et quidem prima ejus origo videtur eſſe ex Suecia, nempe ex hujus promontoriis, multis abietibus aliisque arboribus reſiniferis conſitis, ex quibus tempore æſtivo reſudat liquor reſinoſus terebinthinaceus, qui in mare deſtillans hujus fluctibus mutatur in ſuccinum, & tandem appellat ad littora Boruſſiaca: & argumento eſſe poſſunt producta & effectus ſuccini, non adeò à terebinthina diſtincti. Eſt anticatarrhale. Album quidam flavo præferunt: Sed malè; nam etiam ex flavo, mediante ☿ ſalina, poteſt fieri album, caſtrando: vid. Schrœderus.

Simplex pulvis, pag. 655.) Simplex ſuccini pulvis lævigatione cum ☿ ſimplici vel appropriata factus, eligitur ab Autore. Quercetanus ☤ affundit & ſuperaccendit. Sed ſuccini pulvis in ſubſtantia ſuſpectus videtur, quod ſuccinum ſit reſinoſum ſubjectum tàm pertinax, ut nullis ferè menſtruis ſit ſolubile; unde dubito, an in pulvere datum illud, aliqualem in corpore poſitivam habeat efficaciam? quin potiùs ſeligo in affectibus catarrhalibus, ex lymphæ vitio prognatis, ſemper loco ejus ♁ deſtillatum & ☉ volatile ejusdem.

℞) Seligitur ab Autore noſtro ℞ ſuccini: at vix ☤, etiam rectificatiſſimus tartariſatus, aliquantulum ſaltem ſuccini ſolvit, indeque ſi tali tinctura ☿eus liquor combinetur, cremor quidam ſuccineus iterum ſupernatat, atque ita non præſtabit quidpiam præ pulvere ſuccini. Hinc potiùs oleum & ☉ volatile uſurpetur; vel fiat contra Autorem tinctura illa cum liquore alcaheſt Glauberi ex nitro fixo; ita enim ſolutum hoc ipſo ſuccinum digeri poterit cum ☤ in eſſentiam, præferendam illi, quæ cum ☤ tartariſato alias paratur.

Oleum ſuccini) Optimo conſilio Autor noſter per ſe deſtillare jubet ſuccinum blando igne per retortam; ita prodit oleum & ☉ volatile, quidam addunt cineres, arenam, & alia: ſed fruſtrà; quidam corallia; ſed oleum coralliorum ſuccinatum parum vel nihil de coralliis participat: Vid. Schrœderus *pag.* 340. 110. 4. Cæterum oleum ſuccini dicta ratione deſtillatum rectificandum eſt tàm propter odorem ſuum empyreumaticum, quàm propter reſinam adjunctam craſſiuſculam: Ac quidem rectificatio ejus optimè fit ex veſica, & eſt egregium penetrans non adeò empyreumaticum, & ſic habetur craſſamentum inſtar colophoniæ, optimum in emplaſtris: Vel & olei ſuccini nondum rectificati pars j. abluatur in partibus iij. ☿æ ſimpl. ſæpiùs agitentur & miſceantur; ita ☿ illa ſuſcipit empyreumatica olei excrementa ſalina, ſupernatante oleo puro; quæ ☿ blando △e evaporata dat partem ſalis volatilis ſuccini. Si rectificetur oleum ſuccini per ſe, relinquit caput mortuum iners; ſin cum cineribus, multum perditur: Super ſpiritum ſalis rectificat Glauberus, ſed omnium optimè fit per veſicam.

Balſamum, pag. 657.) Balſamum ſuccini cephalico catarrhale fit, vel miſcendo olei deſtillati ſuccini partem j. cum triplo olei nuciſtæ expreſſo; vel miſcetur pars j. cum parte iij. ſacchari, & acuetur q. ſ. ſalis volatilis ſuccini, & eſt elæoſaccharum egregium.

Sal volatile) Sal volatile ſuccini, præter vim diureticam, quam quidem contra Helmontium, dum ☉ ſuccini diureticorum apicem vocat, non æſtimat Autor, egregium nobis eſt cephalico-nervinum & antepilepticum, & quod optimè medetur convulſionibus. Sal volatile verò commune eſt compoſitum ex urinoſo ſuccini ſale, phlegmate ejusdem acido, & oleo ſuccini: Facile autem depuratur, ſubigendo id cum ana ſalis tartari & deſtillando; hac enim ratione purum alcali ſuccini volatile acquiritur.

Deinde alii ☿ ablutionis olei per ſe deſtillati ſale volatili impræ̃gnatam ſumunt, & ſal hoc ab ☿ evaporando & cryſtalliſando ſeparant; iterumque affuſione ſpiritus vini extrahunt oleoſitatem adhærentem. Hanc in ☉ volatile depuratum prouſu diuretico juxta Williſii verum aſſertum, ſemper unà cum nitro propinandum.

Fixi) Succinum calcinatum ulterius, dat ☉ fixum.

Capitibus mortuis) Ex ☿uo ♁ nigrius poſt olei moderatam deſtillationem loco gagatis & aſphalti optimè ſubſtituendum.

Petro-

Petroleum). Petroleum album & rubrum nobile eſt, & penetrans nervinum reſolutivum, conveniens in multis cum oleo deſtillato ſuccini, indeque calidè lumbis illitum in nephritide & doloribus nephriticis eſt egregium. Atque hoc petroleum recentiorum eſt naphtha veterum, flammam facilè concipiens; unde rectificatio ejus periculoſa eſt.

Terræ olei pag. 658.) Oleum terræ ex India allatum eſt petroleum ſui generis; aſt penetrantius & ſubtilius præ illo.

Arſenicalia pag. 659.) Notus ſcilicet eſt arſenici & productorum ejus effectus, dum interne parva doſi & vomitus & ſeceſſus lethales concitent; externè verò ſuffitus ex arſenico pro phthiſi, & pectoris morbis curandis, veteribus in uſu fuit: De quo vid. Riverius *Caſ. ult.* ubi proſtat exemplum phthiſeos curatæ hac ratione. Interim omnia præparata arſenicalia, quæ vid. in Schrœdero *l.* 3. *pag.* 499. negligi poſſunt; & loco illorum tutiora & parabiliora proſtant. Equidem arſenicum fixum cum nitro factum internè & externè laudatur in pſora & lepra, item in malo Venereo confirmato à nonnullis, nec non pro philtris, ſed minus tutò: Externè ad ulcera deſperata, ſpeciatim cancroſa, tàm mammarum quàm aliarum partium: aſt optatur adhuc certior experientia chirurgica.

Arſenicalis magnes) Magnes arſenicalis paratur ex ana arſenici, ſulphuris, & antimonii, ejuſque Autor eſt Angelus Sala. Præter uſum, quem habet in anthracibus peſtilentialibus, de quibus vid. Barbette *in Obſerv.* & excitandis fonticulis, de quo vid. idem *in Anat. Practica*; item in peſte pro amuleto. Ingreditur quoque emplaſtrum magneticum, quod egregium eſt in quartana regioni lienis applicatum; item in herniis lumbis appoſitum pro retractione inteſtinorum prolapſorum; nec non in parotidibus pone aures in febribus malignis erumpentibus.

Sequuntur jam formulæ hujus Claſſis: Sic eſto, v. g. ∇ analeptica in ſubitaneo caſu quodam:

℞. ∇ *meliſſ. ſpirituoſ. c. vino* ℥ i ß.
Apoplect. Autoris (*p.* 609.) *compoſit.* ʒ vj.
Cinamom. ſpirituoſ. ʒiij.
Eſſent. ambræ ʒ j.
M. S.

Stärck- und Krafft-Waſſer.

Sic in pathematibus muliebribus:

℞. ∇ *hyſteric.* (*Aut. p.* 593.) ℥ i j.
Eſſent. caſtor. ʒ i j
Aceti rutac. ʒ j. vel ʒ i ß. aut q. ſ.
M. S.

Köſtlich Weiber-Schlag-Waſſer.

Porrò in colica convulſiva:

℞. ∇ *menth. comm.* ℥ i j.
Menth. compoſit. (*Autor. pag.* 583. & 585.) ℥ j.
Eſſent. caſtor. ʒ iij.
Laudan. opiat. gr. iij. vel jv.
Elæoſacchar. aurantior. vel *citr. ſuccoſ.* (*Aut. pag.* 598.) q. ſ. M.
Capiatur cochleatim.

Ulteriùs pro curanda epilepſia loco vehiculi eſſe poteſt:

℞. ∇ *lil. convall.* ℥ iij.
Apoplect. Autoris ℥ i ß.
Elæoſacch. citr. ſucc. q. ſ. pro grato ſapore.
Miſc. pro *vehiculo pulveris cephalici Autoris, pag.* 642. & 643.

Loco quorum pulverum & in epilepſia & hic eſſe poterit:

℞. *Raſur. cran. human. pulveriſat.* ʒ j.
♃ vel ☉ *ii* vel *nativæ ſelectæ* ʒ ß.
☋ *volat. ſuccin.* gr. iij.
C. C. gr. vj.
Laud. opiat. gr. i ß.
M. F. *pulvis* pro ʒ. doſibus.

Porrò fit miſtura contra paſſionem hyſtericã:

℞. ∇ *puleg.* ℥ ij.
Hyſteric. Autor. cum caſtor. ʒ ij.
Liq. C. C. ſuccinat. ʒ j.
Laudan. opiat. gr. ij.
Sacchari parum M.
Vel
℞. ∇ *fumar.* ℥ ij.
Puleg. ℥ j.
Eſſent. caſtor. ʒ i ß.
☋ *volat. CC.* gr. xij.
Succin. gr. vj.
Laudani opiat. gr. ij.
Sacchari parum. M.

Hæc miſtura & in paroxyſmo apoplectico & epileptico locum invenit, omiſſo ſaltem laudano opiato, & loco eſſentiæ caſtorei ſubſtituendo ∇ apoplecticam Autoris ad ʒ vj.

Porrò ſi præſcribenda eſt tragæa aromatica:

℞. *Cinam. opt.* ʒ v.
Zingib. ℥ ß.
Caryoph. ʒ ij.
Cardamom.
Macis ana ʒ j.
℔ *deſtillat. cinamom. Autoris.*
(hujus loco in pathematibus nervoſi generis ℔ deſtillat ſuccini) ♃ j.
Elæoſacchari citrat. ℥ ß.

Miſc. bis quotidiè manè & veſperi uſurpanda.

Quæ & c. ſ. q. Conſervæ roſarum vel menthæ in electuarium analeptico-ſtomachico-cephalicum redigi poteſt.

Digitized by Google

Ulteriùs ſi præſcribendum Elæoſaccharum confortans pretioſum pro ſene divite:

℞. *Ambr.* gr. vij. vel viij. ſolve in
℥ *deſtill. cinamomi* gutt. xij.
Cardam. gutt. vj. adde
Sacch. albiſſ. ʒ j. ad ʒ ij.
M. f. *Pulvis*, ſubinde uſurpandus.

Porrò:

℞. *Eſſ. ſtomach.* (*Aut. p.* 590.) ʒ iij.
Maſtich. (*Ejusd. p.* 634.) ʒ i ß.

M. D. S.

Vermiſcht Magen-Elixir zu 50. Tropffen.

Tandem pro uſu nervino externo:

℞. *Galbanet. Paracelſ.* ʒ ij.
℥ *deſtillat. ſuccin.* ℈ ij.
ſpic. ℈ j.
M. pro lubitu.

Vel

℞. *Emplaſtr. de hyoſcyam.* (*Autoris p.* 628.) part. ij.
Gummi galbani vel *Ammoniac. in aceto ſolut.* part. j.

Liquefacta miſceantur: hinc malaxata cum ℥ deſtillato ſuccini vel ſaponis induc. ſuper alutam, F. emplaſtrum in forma transmiſſa, applicandum locis nervoſis nonnihil carnoſis in doloribus chronicis.

Quæ motum ſpirituum influentium nonnihil ſiſtunt, eosdemque quaſi figere & condenſare videntur, urgentia ſymptomata palliativè ſiſtunt, & talia cum partis ſenſum hebetent, hujus reſpectu ſtupefacientia, Græcis Narcotica, dicuntur.

Cauſæ urgentium ſymptomatum, ſpeciatim dolor, utplurimùm ex internis ſolet eſſe acrimonia contentorum, plus minus lædens adeoque irritans, ſicque dolorem occaſionaliter inferens in parte quadam ſolida. Hinc conveniunt anodyna dicta, ſeu blando ſenſu partem dolentem afficientia; quæ reſpectu partis læſæ lenientia, reſpectu cauſæ temperantia dicuntur, idque interno uſu.

Externè enim talia emollientia eſſe ſolent, quatenus & tenſionem fibrarum remitti, & contenta ſtagnantia fluida nonnihil reddere ſolent.

Talia petuntur ſpeciatim ex regno vegetabili, pauca ex regno minerali & animali; ſuntque adeò in quadruplici differentia:

1. Narcotica.
2. Temperata dulcia.
3. Mucilaginoſa.
4. Oleoſa ſeu pinguia.

Inter Narcotica ſufficiunt anteſignanum opium, tàm pro eſſentia vel tinctura, quàm pro extracto; quod etiam commodè pulveribus permiſceri poteſt: idque ferè uſu interno. Nam externè hyoſcyami efficacia ferè potentior eſt, item papaver ſativum, pro ▽, ſyrupo papaveris, & diacodion; & papaveris ſemen, ut ex hoc formentur emulſiones.

Temperantia inter eminent paſſulæ majores, & in ſpecie minores, radix glyzyrrhizæ, &, ſi cui placuerint, etiam caricæ, ſaccharum, amygdalæ dulces, flores violarum, præſertim ex his paratus ſuccus ſeu ſyrupus, rapa, item malva & althæa, lilium album, ſpeciatim flores pro oleo, fœnigræci vel lini ſemen, oleum olivarum recens, cumque hoc facilè ad Mynſichti imitationem parabile oleum ex 7. floribus anodynum.

Animale regnum ſuggerit lac, mel, pinguedinem humanam & hujus loco ſuillam vel vitulinam, item oleum lumbricorum per digeſtionem.

Minerali è regno excellit ♃ ☉li anodynum, à pluribus quæſitum, à paucis inventum; item cinnabaris, tàm nativa quàm in ſpecie ☿ialis: ut taceam ſulphura metallica fixa, exque his paratas tincturas, aut his cognata remedia, quæ cum vi anodynâ, utplurimùm vi diaphoreticâ ſimul pollere obſervantur.

Opium pag. 660.) Eſt ſuccus papaverum ſativorum in regione Aſiæ orientali elicitus; cujus fœtus nunc proſtans opium eſt utplurimùm Meconium ſaltem ex integra illius planta prælo elicitum: Cæterum inſons eſt remedium, nec niſi perverſo uſu nocivum; quin Orientales populi vix ſine eo vivere poſſunt, quod vocant affion: ſed eidem aſſueverunt ita, ut id ad drachmas integras aſſumant.

Ob meticuloſam p. 661.) Scilicet, plures ſunt noſtratium Medicorum, qui nunquam magis tremunt, quàm quando ægris opiata aut vomitoria exhibenda ſunt: Sed æquè nocet, qui ex metu ægros non ſufficienter curat, quàm qui ex temeritate eosdem occidit, cum opium in quibusvis ingentibus ſymptomatibus dolorosis ſiſtendis ſit præſtantiſſimum, modò id dextrè & cum debitis circumſtantiis adhibeatur.

Crudum pag. 662.) Opium crudum hodie vix, uti olim quidem veteribus, in uſu eſt: Interim, in quibus acidum primarum viarum exceſſivum offenditur, illis crudum commodè poterit dari, cùm ab acido illo hoc caſtretur: contrà tenerioribus ſubjectis idem exhibere nobis ſit religio, propter funeſta præcordiorum ſymptomata. Atque hinc Williſio malè audiunt, cum Angli delicatiores ſint: è contrà nobis, ceu ſubjectis durioribus, & præſertim ſeptentrionalibus, & acido primarum viarum

rum magis activo gaudentibus, tàm crudum quàm præparatum opium, convenit; extractum scilicet, nunc in forma liquida, nunc sicca, propinandum. Ubi tamen, quemadmodum crudum non omnibus exhibendum, ita simplex ejus extractio cum spir. vini dat remedium sanè stupefactorium, indeque cautione hic opus est.

Citra prævias tosturas) Scilicet notum est, quod Autores præparaturi remedia ex opio, doceant ab eò separare prius gas illud fœtidum & virulentum ibi hærens, quippe in quo vis narcotica imprimis residet. Jam igitur fit hoc vulgò opium in tenues lamellas incisum blandè torrefaciendo, quo sic evaporet illud gas noxium: alii contrà sub tostione hac opium incisum submergunt ▽æ simplici, vel leniter coquunt usque ad evaporationem ▽æ.

Sulphuratione) Alii sub tostione opii, id sulphuris incensi fumo suffumigant.

Crudi in ▽ solutio) De essentia & extractio opii conf. Collegium Pharmaceuticum in Schrœderum.

Topicis) Externè non opus est extracto opii; saltem interne opium cum spir. vini extractum secundum Autorem tutissimum est: sed dubitatur, an spir. vini solus omnem virulentiam deleat.

Acidulatio) Quod si quidam velint præparare opium per acida, ii recipiunt spir. vini spiritu salis acuatum: nempe

℞. *opii* ℥j.
▽ ℥iij. *l. iv.*
vitrioli (aut, qui elegantior, *salis* ℥j.)

Ita parata essentia elegantior; & tuta magis est illa, quæ cum simplici spir. vini paratur; imò eadem cuilibet liquori sine ⩧ atione permiscibilis est.

Ponamus pag. 664.) Sc. tria præparata ex opio habet Autor, Laudanum sc. suum pro consistentia pilulari, pulverem, & tincturam seu essentiam.

Laudanum) Extractum opii cum aliis mistum vocatur laudanum; & quidem cum cinnabarina anodyna vi sint instructa, & quietis conciliativa, proin meritò adduntur ab Autore extracto opii pro suo laudano.

Pilularum de cynoglossa pag. 665.) Pilulas has veteres usurparunt in doloribus dentium, catarrhis tenuibus, tussi sicca, &c. sed rarissimè usurpantur hodie, & earum loco laudano opiato sumus contenti.

Hyoscyamum pag. 666.) Non internè adhibeatur: ingreditur quidem laudanum opiatum crollii: atquia hoc est vehementissimum, externis usibus inservit.

Pulverem anodynum) Pulvis hic est egregius: hunc optimè ingrediuntur corallia propter sui vim præcipitantem. Cæterum si mihi optio hic daretur, adderem laudano Autoris cinnabarim ℈ ii, & loco coralliorum vel matrem perlarum vel lapillos cancrorum: exque his tritis in anatica proportione confiicerem pulverem anodynum.

Vel

Rec. *extr. opii part. j.*
cinnab. ℈ *ij. part. ij.*
lapill. ♋. *præp.* vel *matr. perl. præp.* vel *concreti marini cujusd. part. iij.*

Hæc mista dosi à gr. vj. ad ix. darem, & irrorarem vel oleo destillato succini pro scopo nervino, vel oleo cinamomi pro scopo analeptico simul, vel oleo terebinthinæ pro scopo nephritico.

Magisterio pag. 667.) Magisterium opii fit solvendo opium in aceto, & præcipitando cum sale tartari: sed est maximam partem castratum; cujus loco pulvis anodynus adhiberi potest. Liquor ab ejus præparatione residuus dosi gutt. 10. 20. ad 30. remedium est temperativum egregium & figens, & quasi liquor quidam terræ foliatæ tartari sociatus opio; hincque diaphoreticus, temperans, & simul anodynus. Interim & loco hujus alia prostant; hinc illo in specie non indigebimus.

Trochisci) Trochisci omnes, quorum Autor noster mentionem facit, animantur ab opio, indeque illis non est opus, sed modò in promptu habeatur pulvis anodynus, tunc ex tempore pro scopo diuretico alkekengi loco trochiscorum ejusdem nominis; vel succinum loco trochiscorum de carabe dictorum; vel denique corallia loco diacorallii, adjungi poterunt.

Ana partibus quatuor pag. 669.) Anodynus liquor paratur ex opio:

℞. *Opii part. j.*
▽ *apoplect.*
vitrioli roridi ana part. iv.

Verum hic puto sphalma subesse, etiamsi proportio hæc conferatur cum illa, quæ legitur *pag.* 663. sumendo pro ℥j. opii, ℥j. vitrioli, & quadruplum respectu opii, vini; & sic etiam hic aquæ apoplecticæ proportio potest esse quadrupla respectu opii, vel crudi, vel evaporatione mitigati; ast acidi tantum ℥j. concedi poterit; secus enim mistura nimis acidula emerget. Potius igitur

℞. *Opii cujuscunque* ℥j.
▽ *apoplect. nostrat.* ℥iv.
vitrioli rorid. vel Philos. ℥j.

Hæc digesta & filtrata sint pro liquore anodyno. Et hanc præparationem Autor omnibus aliis præfert. Essentia opii cum ▽ apoplectica mista dat liquorem anodynum.

Post fermentationes) Intelligit hic Autor noster extractum opii cum succo cydoniorum paratum Langelotti, quod itidem egregium; cum postmodum illud cum spiritu vini extrahi queat.

*Hyoscyamus p.*670.) Neque herba, neque semen hyoscyami adhibeatur, cum internè datus perquam sit virulentus, & somnia turbulenta, levia deliria, imò in paulò majori dosi symptomata maniaca quasi concitet; hinc internè non fuit usurpatus, utut à Paduano & Heurnio electuariis contra hæmoptysin semen ejus admisceatur: propterea magis externis usibus ille sit accommodandus. Et quidem pro usu externo generale quasi anodynum est oleum illud compositum flavescens ex semine ejus, cum ana seminis papaveris misto, expressum; ita hoc præter cephalalgiæ sufflamina temporibus illitum & somnum infert, & quosvis dolores sistit: & sic virulentia hyoscyami tam fortis non est.

*Unguentum pag.*671.) Fit unguentum ex summitatibus floridis hyoscyami incisis, & in butyro majali, vel alio non salito frixis, valideque expressis; sic unguentum habebitis, quod multis scopis satis est ex Autore.

Cataplasmata) Cataplasmata anodyna optima fiunt ex hyoscyamo recenti & viridi, cocto in lacte vel ▽ simplici; hæc uti in scorbuticis abdominis affectibus dolorosis & convulsivis, teste Drawizio, ita quoque in aliis doloribus non rejicienda sunt.

Emplastrum) Pro scopo temperandi & sistendi necessitatis tempore emplastrum de hyoscyamo optimè emplastris magistralibus potest addi; vel hæcce emplastra oleo hyoscyami possunt acuari.

Cicutam) Cicuta apud nos non æquè narcotica ac venenosa est, quàm in Græcia.

*Cicutariam pag.*672.) Cicutaria, vel etiam decoctum ejus compositum, mammis conducit pro lactis copia ablactantium coërcenda.

Mandragoram) Loco mandragoræ quidam agyrtæ recipiunt radicem victorialis.

Strammoneum) Strammoneum vel datura Turcarum potens narcoticum, & mirandi effectus est, cum hujus usu ratio amittatur saltem, sensibus reliquis intactis: de quo conf. Mandelslo. Interim ex hoc Bartholetus *Tr. de Respir.* suum remedium phantasticum parat pro deliriis melancholicis & maniacis curandis, & in melius phantasma transmutandis.

Cynoglossæ) Tota planta, speciatim radix, narcoticâ virulentia etiam est prædita, hinc suo modo respondet viribus & usui opii. Argumento sunt pilulæ de cynoglossa ex basi ejus paratæ, de quibus suprà.

Nimio delectu nigrum) Dicit Autor noster: nullam esse differentiam inter papaver nigrum & album: Forestus *tamen lib.*9. *Obs.* 14. in Scholio dicit: longè magis illud præ albo esse narcoticum; quod itidem Poterius confirmat.

Immaturorum capitum extractum) Intelligit hic Autor illud Quercetani papaverinum extractum, quod describit ex eo Schroederus *l.*4. *pag.*118. atque hoc pro infantibus seligit Autor, quippe quibus pars quarta granuli opii nocet offenditque, & quasi semimortuos reddit. Interim neque illius tanta necessitas est, præsertim cum anniculis quasi gran. j. theriacæ pro j. vel ij. dosibus, reliquis additis, sufficere queat.

Erysiduorum luxurie) Rejicit Autor papaverina; sed respectu opiatorum possumus retinere syrupum papaveris simplicem, & diacodion Montani: & quidem illum in potiunculis in forma liquida pro usu sudorifero anodyno addendum jubeo; præsertim cum Willisius *in Pharmac. Ration.* papaverina (quæ sunt opiata dicta) præferat in tali casu ipsis opiatis. His potest addi semen papaveris albi ad emulsiones, dosi ʒvj. ad ʒj. exhibendum: è contra syrupi diacodii Montani usus est magis arteriacus, in asperitate sc. & phlogosi faucium, cum bacillo liquiritiæ recenti assumendus; sic enim præstat omnibus Looch officinarũ incrassantibus atque expectorantibus. Syrupus compositus est inconditus, sive veterum, sive modernorum: correctior est Zwelferi.

Actuarii) Reliqui diacodia quælibet transeant. Syrupus diacodion actuarii compositum est ex papavere cum variis adstringentibus in diarrhœa, &c.

Looh de papavere) Compositio est horrida: sufficiat syrupus diacodion.

*Ad libras innoxiè, pag.*674.) Notat Autor noster emulsiones, quæ recipiunt semen papaveris albi, quæ in morbis acutis vel affectibus ex lympha præscribuntur: scopus est anodynus somniferus; sed quanti sint usus, vid. Autor *de placentis*. Verùm quæ sanos non alterant, ægros nihilominus afficiunt: v.g. particula carnis benè coctæ febricitantibus maximè nociva est, non autem sanis, proinde, sicut hoc procedit in diæteticis, idem statuendum eò magis erit in Pharmaceuticis: adeoque par ratio locum habebit respectu seminis papaveris, quod in emulsionibus exhibitum contra Autorem non est sine effectu, præprimis ægris delicatioribus.

Ex

Digitized by Google

Ex erratico) Papaver erraticum laudatur peculiariter in pleuritide, casu ab alto, & grumo sanguinis; indeque prostat pulvis flor. papaveris erratici, qui tamen in magna dosi usurpandus, aliàs exiguæ est efficaciæ. Potius hinc seligit Autor rectè extractum florum ritè paratum, ebullitione sc. in ▽ simplici, & repetitis infusionibus frequentibus, hinc in VB. inspissatum, & cum sacchar. in extractum redactum secundum Quercetanum, dosi ℈ij. est egregium.

Syrupus parum valet.

▽ destillata à novis floribus sæpius cohobatur. Et præter hæc ex papavere erratico nihil considerationem meretur.

E reſiduis epiceraſticis pag. 675.) Autor eligit passulas, amygdalas, & glyzyrrhizam.

Paſſulas) Passulæ majores egregium dant laxativum; imprimis pro hypochondriacis & scorbuticis in forma vini passulati Timæi exhibita; non secus ac eædem inserviunt scopo lenitivo & epiceraſtico. Hi purgantia non ferunt, isti eadem digerunt. Minores passulæ sunt temperatiores, succulentiores, & meliores majoribus. Et quidem excellit in passulis succus temperatus dulcis, & in recessu insigniter oleosus, ratione cujus fermentativi passulæ sunt laxativæ; sicut ratione dulcoris epiceraſticæ, & paratur ex iis in VB. simplex vel etiam composita essentia, nempe ex partib. iij. passularum & pinguium caricarum part. ij.

Arillarum ſpiritu) Arillæ passularum destillatæ dant spiritum acidiusculum cum copioso empyreumatico oleo; ex quibus & exprimi potest aliud oleum, olivarum oleo non a leo absimile; imo sunt, qui ex iisdem fortiore igne sal volatile se parasse asserunt.

Paſſularum melle) Mel passularum ex passulis coctis expressis inspissatum in usu est. Autor habet mel compositum ex caricis & passulis, & præfert hoc sapæ.

Sapa) Sapa est mustum concentratum: paratur etiam ex musto inspissato. Ad hæc ipsæ passulæ sunt mustum concentratum. In hac autem sapa subinde concrescunt crystalli tartareo-dulces.

Syrupo jujubino) Loco syrupi jujubini, de sebesten, &c. istud mel passulatum optimè satisfacit.

Glyzyrrhiza radix) Ex radice liquiritiæ eligit Autor coctione elicitum succum despumatum, saccharo in extractum inspissatum; hocque præfert succo vulgari impuro. Et sane, si quis scire desiderat, quantæ impuritates succo vulgari adhæreant, tunc solvat illum in ▽ simplici, sic namque illæ in copia fundum petunt.

Unguenta pag. 676.) Sc. prostat *in Pharm. Aug.* unguentum de glyzyrrhiza ad arcenda erysipelata externè illitum. Ast cautissimus hoc in passu esto usus unguentorum & linimentorum, periculum ei im est, ne deducant ad suppurationem; quin potius loco ejus (quod tamen in hæmorrhoidum dolore, nunc per se, nunc mistum cum quarta parte olei hyperici, non contemnendum) præferendus erit pulvis erysipelaticus Autoris ex myrrha, cerussa, & farina domestica, in quo tamen loco farinæ domesticæ potius recipiantur.

℞. *pulv. flor. ſambuc. part. vj.*
ceruſs. part. iii.
myrrh. pars. j.

Irrorentur cum ☿ tartarisato, & pulvis calidè applicetur erysipelati tuto resolvendo.

Dactyli pag. 677.) Hos rejicit Autor, prostat inde emplastrum diapalmæ dictum, ideo quod species baculo palmæ soleant misceri.

Oſſiculorum) Ossicula dactylorum lima in pulverem redacta laudantur à quibusdam in dysuria, sed nuclei alii nostrates sufficiunt.

Zibebæ) Quod de his promittitur, abundè habemus in passulis, item loco jujubarum & sebestен, quæ ex Italia afferuntur: sed plerumque cariosa.

Siliquæ) Siliquæ comestæ nobiles sunt in soda. Ex succo recenti fit elegans vinum factitium: vid. Borrichius *in Hermet. Sapient. pag.* 122. Succus coquendo elicitus viribus convenit cum passulis minoribus aut jujubis.

Pruna Damaſcena) Ratione succi sui fermentativi blande alvum laxare assolent. Propterea exsiccata, & hinc usurpata, musteo suo dulcore acrimoniam humorum obtundere, partesque hinc læsas lenire assolent.

Jujubæ) Succo dulci & temperato turgent, cujus ratione lympliæ acrimoniam temperando egregii usus sunt; quem in finem speciatim syrupus de jujubis in usu est.

Sebeſten.) Ejusdem usus sunt cum modo dictis jujubis, speciatim partibus urinariis, ex urinæ acrimonia læsis; item ipsi urinæ acriori temperandæ conveniunt. In decocto est saltem eorum usus ad ℥vj.

Sacchari) Sufficit simpliciter saccharum commune in metis in ▽ solutum, & in consistentiam syrupi variis addendum formulis. Est autem saccharum sal essentiale, seu quasi mustum concentratum; hinc solvendo cum ▽, sponte fermentat, & potum malvaticum suggerit. Facile etiam fluit in loco humido. Nunquam usurpetur saccharum in medicamentis, nisi

ubi

ubi neceſſe eſt, ut acquirant conſiſtentiam ſpiſſiorem, ne ſitum contrahant. Præferantur igitur extracta vegetabilium ſuccoſa. Pauci ſaccharata ferre poſſunt, nec morbi chronici, hypochondriaci, ſcorbutici, cachecticæ, hyſtericæ, quilibet alvi fluxus, febricitantes, &c. poſſunt eadem ferre, quin majorem noxam inde contrahant.

Saccahri oleum, p. 679.) Sacchari oleum eſt illud, quando ſaccharum ſolvitur in ſpir. vini non adeò rectificato, hinc ſpiritur vini incenditur & deflagrat; ita enim remanet ſyrupus, quem oleum ſacchari vocant ſimplex: vel etiam compoſitum, factum cum ſpiritu vini fœniculaceo, aniſato, vel juniperino vel infuſionis pectoralium, &c. Hocce oleum ſacchari nil aliud eſt, quàm phlegma ſpiritus vini & ſaccharum; ♃ enim ſpir. vini per incenſionem avolat. Dicta olea ſacchari commendant pro uſu linctuum in affectibus pectoris & aſperitate faucium. Sed perfunctoriè dicuntur olea ab Autore noſtro. Idem poteſt fieri abſtractione ſpir. vini à ſaccharo, vel & dilutione ſacchari in ▽ ſimplici ſoluti & inſpiſſati: ſed quid opus eſt tanta pompa? quando per retortam deſtillatur, dat phlegma acidulum ſeu ſpiritum ſacchari. Imò & datur oleum compoſitum, olei ♁ ii ſaccharati nomine veniens, ſi ex ♁ io & ſaccharo miſtis deſtilletur, ubi acidum ſacchari rodit regulum ♁ ii, & ſecum aliquid rapit per retortam: ſicut quidam coralliſatum parant ex part. iij. ſacchari & parte j. coralliorum. Interim tamen, quod de coralliis prodit, non meretur operæ pretium.

Spiritum ardentem p. 680. Saccharum fermentatum dat potum vinoſum, ex quo poteſt abſtrahi ∽ ſulphureus vinoſus inſtar ſpiritus vini, & nullam præ hoc habet prærogativam.

Hydroſaccharum) Compoſitum paſſulatum, Peterſimenes æmulum, poteſt parari ex ſaccharo paſſulis & ▽, mediante fermentatione, & poſtmodum cum ſantalo tingendo.

Dulces amygdalæ) Amygdalæ dulces ſunt nuclei, ſucco oleoſo quaſi lacteo turgidi, indeque temperati, adeoque optimè nutritivæ cujusvis acrimoniæ, præſertim ſalſæ temperativæ & lenitivæ; unde tam frequens eſt emulſionis amygdalarum dulcium uſus in febribus, etiam in dyſenteriis, in quibus commodè cum decoctis vulnerariis paratur; item in phthiſicis & emaciatis, ſpeciatim, ſi his ſudores colliquativi nocturni imminent, tales à copioſiore amygdalinæ emulſionis uſu multum recreantur.

Piſtaciorum, Pinearumque) Pinus ſativa in nucibus ſuggerit fructum, pineas dictum, quæ ipſæ ſucco oleoſo probè nutriente, humectante, & egregiè temperato impræ-

gnatæ ſiunt; pari ferè ratione atque amygdalæ dulces, ſpeciatim materiam genituræ augendo, ad Veneris exercitia conferre ſolent: hinc quondam oleum ex iis recens expreſſum cum vino Malvarico pro Veneris exercitio à principe aſſumptum fuit.

Ejusdem ferè naturæ & uſus ſunt piſtacia; quæ & ipſa eodem modo & conferunt & uſurpari poſſunt atque pineæ, quarum tamen loco amygdalæ dulces ſufficiunt.

Oleum è nucibus amygdalis p. 681.) Nuclei cucurbitæ, cucumerum, &c. ſuggerunt oleum ▽oſius quidem, ſed æquè temperans, ac amygdalarum dulcium. Oleum frigidè ex amygdalis dulcibus expreſſum eligit Autor *pag.* 681. quia hoc durabilius eſt, cum ex calidis paratum facilè ranceſcat. Hæc ergò ſemina cum amygdalis dulcibus ſufficiunt.

Magmate reſiduo cuticulæ p. 681) Cum magmate expreſſionis amygdalarum dulcium parant ſapones coſmeticos cum benzoe in ſpir. vini ſoluta, addita farina fabarum, & pulvere ireos Florentinæ.

Balanoque) Inſinuat oleum de been, cum quo paratur oleum jaſmini faciendo ſtratum ſuper ſtratum: vid. Proſper Alpiuus *in Horto Exoticor.*

Unguentum Reſumptivum) Vanum eſt, quod inungant dorſum hecticorum; par ratio eſt, ſi etiam in affectibus pectoris, aſthmate, tuſſi, phthiſi unguenta pectoralia pectori illinuntur; horum loco ſi inſanire interdum cum vulgo volumus, ſufficiat ℔ amygdalarum dulcium.

Amylum pag. 652.) Amylum à quibusdam adhibetur ad temperandas lachrymas acriores: ſed malè; quia brevi acorem contrahit: jam ſi collyriis additur, & hocce lympha oculorum diluitur, aceſcit, & affectus oculorum aſperiores reddit. Par ratio eſt, ſi commendatur in lymphæ affectibus tanquam incraſſans; præſtantiora enim proſtant.

Arabico gummi) Gummi Arabicum vix verum ad nos venit. Hujus loco ſufficiat tragacantha in ▽ communi facilè in mucilaginem reſolubilis, cujus ratione temperandi, acrimoniam leniendi, & mitigandi partes exaſperatas, excoriatas, earum fiſſuras, &c. item urinæ acrimonias mitigandi vi egregiè pollet; unde tàm externè quàm internè mucilago ejus frequenter uſurpatur: Externè ad fiſſuras manuum, pedum, papillarum, &c. cum ▽ ſpermatis ranarum extracta: internè verò cum aliis ſub trochiſcorum forma propinatur, uti ſunt trochiſci de carabe, de terra ſigillata.

Seminibus,) Semina cydoniorum in ▽ macerata dimittunt mucilaginem optimam, tàm in oculorum affectibus; à cauſa externa

Digitized by Google

na natis, quàm in aliis casibus, v. g. fissuris, labiorum, narium, & papillarum.

E violis purpureis) Eligit Autor saltem extractum è floribus succosum. Sufficiat hoc & semen ex omnibus.

Essentia melliformis pag. 683.) Extractum hocce seu essentia melliformis vid. apud Schrœderum *pag.* 175. Hoc idem præstat, quod quilibet syrupus & extractum violarum. In usu arteriaco polychrestum est. Hoc extractum cum ☾-u ☉li irroratum rubescit, hinc in ▽dat tincturam.

Decoctum pectorale, pag. 684.) Hîc scopus est duplex: vel enim constat ex vulnerariis, noxam ex lympha acriori pectori introductam corrigentibus; atque talia sunt scabiosa, alchymilla, hedera ♆stris, pulmonaria, symphytum, plantago; vel dulcibus ex temperantibus, incrassantibus, & per consequens expectorantibus. Ex his nunc separatim, nunc conjunctim, omnia decocta pectoralia sunt composita. Utrique scopo ex tempore multa præscribere possumus, adeoque speciebus officinalibus illis pro decocto pectorali non indigebimus. Horum autem usus est, curare phthisin, hecticam, empyemata, &c.

Nec verè phthisicos) Scilicet phthisis est vel vera, à visceris alicujus exulceratione prognata; & hæc decoctis nullis pectoralibus existit curabilis: vel notha, ubi rudimentum quoddam phthiseos ex tussi & sputo percipitur; cui tamen decocta prædicta mederi poterunt, vel noxam inductam à lympha tollendo, vel lympham attemperando, & hinc expectorationem in empyematicis promovendo, superveniente postmodum ipsa consolidatione.

Conserva malvæ pag. 686.) Fiunt tandem mucilagines, quibus verò non tantoperè indigemus.

Electuaria arteriaca,) Vid. Zwelfferus, Schrœderus, &c. Rejicit Autor conservas propter saccharum, quæ in morbis pectoralibus plus nocent. Sulphurata non omnes ferre possunt, v. g. qui sunt dispositi ad febrem hecticam. Modò igitur extracta misceantur temperantia ex passulis, glyzyrrhiza, &c. quibus addantur extracta vulnerariorum, hederæ terrestris, alchymillæ, & erunt optima.

Anonymi & Haly,) Pulvis anonymi & hali constant ex seminibus oleosis & gummosis.

Sed Autor noster considerat:

1. Quod semina oleosa facilè rancorem contrahant.
2. Quod in scopo præservandi opiata optima temperativa, vulgò Incrassantia, præstent.

In cura phthiseos & hecticæ etiam non sufficiunt pulveres oleosi ex hisce seminibus, & sulphurea, saturninaque non omnibus conveniunt.

Fungos salignos pag. 688.) Fungi saligni inter muliebria euporista dosi ℈j. ad ʒß. commendantur vulgò, cum conserva rosarum assumpti, ad phthisin; interim frustra, nec videmus hujus effectus rationem, vel sufficientem experientiam.

Species diatragacanthi) Specierum diatragacanthi usus est, temperare lympham acriorem. Desiderat Autor noster:

1. Quod Tragacantha parum in singulas doses conferat.
2. Quod pro scopo oblinendi fauces in forma pulveris minus commodè usurpentur, quia citò nimis descendunt.
3. Quia facilius ex tempore pulveribus pectoralibus tragacantha addi, & in dosi suppleri possit.

Morsuli arteriaci seu rotulæ pag. 689.) Harum scopus est oblinere fauces & temperare lympham acrem; indeque optima est simplicissima earum compositio ex iride, succo liquiritiæ cum tragacantha, juxta Autoris methodum hæc:

℞. *Extract. liquirit.* ʒ *j.*
facch. albiss. ʒ iß.
pulv. rad. ireos flor. ʒiß.

Ex his c. s. q. *mucilaginis tragacanth. in* ▽ *veronic. dissolut.* formentur Trochisci quasi catholici pro scopo temperandi, incrassandi, & expectorandi, ut loco omnium sufficiant.

E reliquis anodynis ac lenientibus pag. 690.) Pro usu externo eligit Autor malvam, oleum liliorum alborum, & oleum olivarum commune.

Malva,) Malva vulgaris tota inter Emollientia, temperantia, anodyna, maturantia, & suppurantia primatum tenet, ratione mucilaginis cum ▽ extractæ, aut quoque cataplasmatis forma. Et propterea [illegible]alva sufficiunt loco altheæ, alceæ, malvæ arboreæ albæ & rubræ; ex quarum floribus chirurgi faciunt Gargarismata, nullam tamen habent prærogativam præ malva communi.

Liliorum alborum antheræ,) Antheras liliorum alborum seligunt Autores; sed frustra.

Radices) Seligunt etiam radices liliorum alborum pro scopo emolliendi: Sed ex tempore possunt colligi; hinc non asserventur: vel loco harum cepæ sub cineribus coctæ possunt substitui.

Liliorum alborum oleum) Autor noster eligit liliorum alborum oleum, quod est anodynum & emolliens, itemque vulnerarium: fiat per simplicem florum recentium in oleum olivarum infusionem: Huic

Digitized by Google

oleo poſſunt ſuperaddi flores roſarum, violarum, verbaſci, chamomillæ, &c. ut habeatur oleum compoſitum anodynum, temperativum, emollitivum, &c.

Linariæ pag. 691.) Linaria commendata eſt ad hæmorrhoides, & præprimis unguentum; ſed ſufficit unguentum de hyoſcyamo.

Verbaſci floribus) Aliàs anodyni ſunt hujus flores, & ad tenesmum dyſentericum optimi: ſed ſufficit hyoſcyamus. Aliàs eſt amuletum catarrhale, vid. Hartmanni *Prax. Chymiatr. l.* 2. *c.* 2. §. 5. Puellæ recipiunt flores flavos, & contuſos in vitro ſoli exponunt, ut in liquorem abeant; quo humectant capillos pro aureo colore conciliando.

Fœnigræci ſemen) Semen fœnigræci turget ſubſtantia mucilaginoſa, quæ vim habet temperandi & obtundendi, & quaſi inviſcandi acres aculeos ſalinos quorumvis ſuccorum in corpore peccantium, ratione cujus emollire, maturare, & ſuppurare, & hinc blandè dolores demulcere aſſolet. Uno nomine: omnia ea præſtat, quæ ipſi adſcribuntur à Schrœdero. Ad eadem etiam valet, ad quæ ſuprà dicta mucilago tragacanthæ utilis eſt. Loco autem hujus Autor noſter ſeligit magma ab expreſſo ℥ lini relictum, vi emollitiva.

Lino) Semen lini mucilaginoſum eſt, cujus ratione convenit in uſu ſuo cum ſemine fœnugræci; undè ſæpè etiam unà ſolent præſcribi. Ulterius ſuggerit ℥ per expreſſionem, cui planè ſingulares ſunt vires, internè quidem temperantes, relaxantes, expectorantes, &c. undè ſpeciatim in pleuritide ceu ſingulare experimentum commendatur: ſed neceſſe eſt, ut quantum poſſibile, recens uſurpetur.

Mirificè valet in affectibus pectoris, ipſa etiam hæmoptyſi: Conf. M. A N. C. *Ann.* 6. *Obſ.* 209. *pag.* 307.

Clyſmaticum unguentum pag. 692.) Scopus omnium eſt vel emolliendi, ſeu temperandi, vel dolores ſiſtendi. Rarum eſt, quod pro ſcopo fortius ſtimulante uſurpentur.

Pomatum) Unguentum pomatum vulgò recommendatum eſt ad fiſſuras partium, v. g. narium, labiorum, manuum, pedum &c. loco cujus tamen ſufficere poteſt oleum nuciſtæ expreſſum, vel etiam illud ſudamen, quod coqui ex cochleari ſuo mucido ligneo igni admoto eliciunt: ſicut in graviore malo ſolutio lapidis medicamentoſi ex Schrœdero ſufficit; vel etiam balſamus ſulphuris ad extra, cum oleo nucum paratus, locum invenit.

Unguentum dialtheæ) Autor noſter ſubſtituit unguentum de hyoſcyamo, quod etiam loco emplaſtri diachyli ſufficit: cui, ſi volumus, variæ poſſunt addi mucilagines.

Olivum) Oleum olivarum recens eſt egregium emollitivum, maturativum, temperat quodcunque acre, alvum laxat; hinc creberrimi uſus eſt non tantum per ſe in linimentis, emplaſtris, & cataplaſmatis chirurgorum, ſed etiam infuſione plurium vegetabilium magis appropriatur, & ſpecificatur ad plures uſus.

Lavare, pag. 693.) Lavant quidam ℥ olivarum cum ▽, ſed ridiculè.

Philoſophicum) Loco olei Philoſophorum præſtantius eſt oleum ſaponis, juniperi, vel terebinthinæ.

Nitri ſpiritu ſaturare) Intelligitur hiſce extractum ſeu balſamus nitri ex hujus ſpiritu & ℥ olivarum, quem Schmuckius *Secret.* 7. *pag.* 43. habet.

Sine febre furores & inquietudines) Scilicet pro variis gravioribus paroxyſmis anxioſis in morbis chronicis non febrilibus, uti melancholicis, hypochondriacis, ſcorbuticis, & ſemimaniacis, opiata ſunt fruſtranea, quin potiùs ſalia volatilia, ſpeciatim ſpiritus & ⊖ volatile urinæ aut ⊖✳ci, vel &, qui melior, ſpiritus carminativus de tribus, in talibus caſibus optima remedia.

Apes muſcarumque mucores) Apes pulveriſatas ſeu muſcas cum melle vel butyro commendant ad calvitiem: ſed ſufficit unguentum Bucretii.

Vel naturæ ſuæ intuitu pag. 694.) Scilicet mel juxta effatum Helmontii *Tr. Infant. nutrit. ad vitam longam pag.* 72. continet in ſe gloriam roris, & extractum florum, hoc eſt, conſtat ex ſale ſaccharino roris, quo ceu menſtruo extracta eſt florum ſubſtantia gummoſa, & utraque ab apibus colligitur; quæ duæ ſubſtantiæ conſtituunt mel. Hinc quidam optimè loco ſacchari mel depuratum electuariis & ſyrupis addunt.

Depuratum) Sc. optimus modus depurandi mel eſt, quem habet Zwelfferus *Pharm. Reg. pag.* 24. & utut in tali ſuperſit adhuc aliqualis odor ceraceus, tamen hic ſponte ſucceſſu temporis perit, vel quoque inſpiſſatione mellis ad blandum ignem exhalat.

Hydromel ſpirituoſum) Paratur ex partibus iv. vel vj. aquæ, & part. ij. mellis, repoſitis omnibus ad fermentationem; vel etiam additis prius aromaticis nonnullis: ſic namque emergit potus generoſus & ſuavis, ſeptentrionalibus locum vini replens. Adduntur etiam varia vegetabilia pro ſcopis pectoralibus & renalibus.

Spiritus pag. 695.) Scilicet mel per ſe abſque fermentatione deſtillatum dat phlegma acidulum ſpirituoſum, quod ferè idem eſt

Digitized by Google

eſt cum ſpiritu lignorum vel mannæ: Ex lignis autem habetur copioſius, ex melle verò promptiùs. Quidàm ☞ mellis rectificando & digerendo ſubtilius reddere conantur: aſt in vanum; nam quò ſæpius deſtillatur, eò aquoſius redditur. Hæcce ergò menſtrua vegetabilium non nimis rectificanda ſunt.

Limacum liquorem, pag. 696.) Aſperguntur nempe limaces cum ſale communi; liquor hic ſuo modo eſt congener ſpermati ranarum, adeoque ob vim alcalicam non ineptum erit anodyno-antipodagricum.

Lactis delectu) Sc. inſervit lac tàm pro ſcopo temperandi acidum ſcorbuticum & podagricum (in quibus caſibus ſub decocti uſu egregium eſt) quàm pro uſu nutritivo, analeptico & antiphthiſico. Ubi tamen, cum à confirmatis phthiſicis non digeratur, ſed in ſtomacho eorum coaguletur, parum in receſſu habet, & noxas infert: In ſcorbuto verò & podagra ſcorbutica lac eſt optimum, & non de nihilo. Contra lac externè ob ſui pinguedinem temperatiſſimam butyroſam pro ſcopo anodyno, emollitivo & relaxativo excellit, modo eidem tantillum ſacchari, vel alcali, ne acorem illud contrahat, admiſceatur. Hinc inter cataplaſmata & epithemata emollientia & ſuppurantia eſt optimum.

Caſeo) Caſeus tàm recens non ſalitus ſolamen affert quibusdam podagricis, phlogoſi eryſipelaceâ correptis ob alcali volatile contentum, acidum temperans: quàm putridus, ceu in quo eſt ſal volatile actius magis extraverſum, cujusque ratione non ſaltem ſitis ex ejus uſu intenſior enaſcitur, ſed & magis reſolutivus & anodynus exiſtit: etenim, ſi ſocietur caſeo ejusmodi putrido ſal fixum, vel calx viva, & deſtilletur, tunc interveniente deſtillatione acquiritur ⊖ volatile & ☜ urinoſus ſatis.

FORMULÆ.

Pilulæ antihyſtericæ:

℞. *Extract. caſtor.*
calam. arom. zedoar.
laudan. opiat. Autoris ana gr. iv.
cum ℥ deſtillati ſuccini ſ. q. formentur pilulæ.

Pulvis antidyſentericus:

℞. *C. C. uſt. præp. gr. xv.*
bezoard. Martial. ʒ ß.
pulv. anodyn. Autoris gr. iij. l. iv.
℥ *deſtillat. macis gutt. ij.*

M. F. pulvis, qui detur in vehiculo calido.

Pulvis catarrhalis:

℞. *flor. ſulphuris* ʒ *i.*
pulv. anodyn. Autoris, gr. iv.

℥ *deſtillat. ſuccin. gutt. v.*
ſacchar. q. ſ.

M. S.

Fluß und Abend-Pulver.

Potio contra vomitum:

℞. ▽ *menth.* ʒ *i* ß.
cinam. ſpirituoſ. ʒ ij j.
eſſent. opii Autoris ʒ *j.* ad ʒ ß.
ſacchari vel *ſyrupi Cydon. parum. M.*

Balſamum hypnoticum:

℞. ℥ *hyoſcyam. cum oleo papav. compoſ. Autoris* ʒ *j.*
nuciſt. expreſſ. q. ſ. M.

Pro lubitu illinendum temporibus:

Emulſio anodyna temperativa:

℞. *amygdal. dulc. ambr.* ʒ *iij.*
ſem. cucum.
cucurb.
papav. alb. ana ʒ *j.*

c. ſ. q. ▽ *fl. ſambuci.* F. emulſio; adde

pulveres candidos pro particulari affectu variantes.

D. S.

Stärckende Ruh-Milch.

Pulvis pectoralis catarrhalis.

℞. *flor.* ♃ *is.*
rad. ireos Florent. ana ʒ *j.*
♁ *diaphoret.* ʒ ß.
extract. opii (ſcilicet *Laudan. opiat. Autoris,*) *gr. jx.*
oſei fœnicul. gtt. iij.
elæoſacch. fœnicul. q. ſ. M.

Looch ad faucium pathemata doloroſa:

℞. *mell. paſſulat.* ʒ *i j.*
extract. glyzyrrh. Autoris ʒ *j.*
ſyr. diacod. Montan. ʒ *v j.*

Diluatur cum pauca ▽ ſcabioſæ in conſiſtentiam Looch.

D. S.

Safft zum Halſe.

Vel Decoctum pectorale:

℞. *Herbar. recent. veronic.*
heder. ♆ *ſtr.*
ſcabioſ. ana mi.
chærefol. Miß.
raſur. ligni ſaſſafras. vel *rad. chin.* ℥ *j.*

Coque in ſ. q. ▽ *ſimpl.* in vaſe tecto: adde in fine

paſſular. minor. conquaſſat. ʒ *i j.*
raſur. ad liquirit. ℥ *j.*

Ebulliant iterum leniter; hinc dum fervent adhuc, ſuſpendantur in Nodulo:

Digitized by Google

cinamom. elect. ʒiij.
Colaturæ refrigeratæ ℔. ℔ iiß.
D. S.

Brust-Tranck.

Cataplasma ex speciebus domesticis extemporaneum:

℞. *herb. malv. m. jv.*
hyoscyam. mj.
cepar. nro. ij.

Ebulliant in s. q. ▽ *simpl.* vel *lacte vaccino*: trajiciantur per setaceum; adde

sapon. vulg. ℥ iß.
℘ *lil. alb. compositi. Autoris* ℥ *ii.*
M. pro cataplasmate.

Ceraſorum acidorum ſuccum pag. 697.) Succus horum & berberum misti sunt egregii.

In vaporis Balneo ad tertias exhalatum p. 698.) Exhalari jubet Autor succos vegetabilium fructuum acidulorum, pro sui meliore conservatione: ast, cum tali ratione ab igne mutetur illorum textura, iidemque, nescio quid gummosi contrahant, proinde melius est, ut expressi fumigentur sulphuris gas; sic enim in locum frigidum repositi sponte se depurant. Et talis succus omnibus præparatis saccharatis præstat.

Ceraſa acida) Notum est, quod ægri pro scopo analeptico cupiant condita ceraſa, vel potum hordeaceum, qui potest fieri rubicundus ceraſis torrefactis: sed illa condita malè dantur.

Dulcium pag. 699.) Ceraſa dulcia nil valent.

Cidoniorum ſuccus) Succus cydoniorum præstat omnibus aliis ex cydoniis paratis.

Syrupalem conſiſtentiam) Syrupus seu miva est vel simplex, vel aromatisata: quæ duo ex tempore ex succo cydoniorū fieri possunt.

Spiritus pag. 700.) Vis analeptica, adstrictoria, stomachi confortativa, quæ in cydoniis est, in spiritu per fermentationem parato planè non reperitur.

Citri limonumve p. 791.) Mala citria sc. hic venalia sunt saltem Limonia; & genuinum pomum citrium majus est, ad naturam Citroneti ferè accedens. Sunt spirituum corroborans & refrigerans.

Non tam intenſiori) Sc. succus citri è pulpa expressus hoc peculiare sibi habet, ut sub △is tractatione nativam suam aciditatem stypticam perdat: hinc sine calefactione per simplicem residentiam & filtrationem depuratur. Unde succus ille, quibus placet, potius cum ana sacchari condiatur; vel quod melius est, fumo sulphuris alteretur pro sui asservatione. Sic & tantillum spiritus ☉li vel nitri eidem instillatum impedit fermentationem ejus metuendam, obtuso sc. alcalino fermentationis autore.

Vino) Vinum citri est succus ejus per spontaneam residentiam depuratus.

Cinnamomi ▽ *pag.* 702.) Si his acidis succis ▽ cinnamomi ~uosior instilletur, mirum est, quantum immutetur sapor, & lignosus fiat.

Deſtillatio ſucci) Quidam destillant succum: sed accipiunt nil, quàm acetum, post phlegma.

Granatorum vino) Succus granatorum est triplex: acidus, dulcis, & urinosus medius. De succo granatorum acido eadem valent, quæ de citri succo dicta fuerunt: succus dulcis temperatus est, acrimoniam bilis imprimis mitigans & temperans, unde à Bacone Verulamio *in Hiſt. vitæ & mortis pag.* 179. ceu insigne hepaticum laudatur: mediæ hæc inter naturæ est succus vinosus pro aliquali confortativo, æstu, siti, &c. morborum acutorum, ferè usurpatus.

Agreſta pag. 703.) Gallis pro usu culinari est in usu.

Non myrtillorum) Myrtillorum exsiccatorum usus ferè vulgò contra diarrhœam & dysenteriam commendatur, quia adstringere, fluxumque supprimere, putantur: sed meritò hic suspicatur Autor, metum esse, ne copiosius assumpti fermentationes præternaturales in talibus fluxibus periculosas denuò excitent, propter rob exsiccatione quidem condensatum, sed in corpore denuò resolutum.

Syrupalis) Syrupus interim horum ritè paratus est egregiè rubicundus, aliis formulis pro coloris gratia addendus: sed parum habet in recessu pro usu medico.

De pomis) Ex pomis omnibus Borsdorffiana vi sua temperativa & blandè laxativa (jejunè præsertim ab hypochondriacis levioribus comesta) laudem pro usu medico merentur. Hinc vinum pomaceum ex horum succo paratum, tàm solitarium quàm additis passulis, est egregius potus medicamentosus pro melancholicis; unde & insula ♂ialia in succo horum pomorum nondum perfectè maturorum sunt egregia in dictis affectibus.

Ex ideo rubo pag. 704.) Rubus Idæus dat contra Autorem nostrum egregium remedium, non cedens ulli acido fructui, nec ipsis citreis, præsertim cum præter saporem gratum exhibeat odorem suavem, simul quasi aromaticum, indeque in acutis, tàm benignis quàm malignis febribus, pro julepis non omittendus; summum enim est corroborans & refrigerans. Cæterùm succus ejus sulphuratus, aut fermentando in vinum mutatus, præter gratiam coloris evanidam, acquirit saporem aliquem amarum, ut proinde hinc syrupus rubi idæi cum saccharo factus asservari potius debeat. Hinc etiam Augustani maximè commen-

Digitized by Google

mendant ex Gesnero, qui istum *in suis Scriptis* tempore pestis perlis & aliis vi cordiali præfert. Et verum est, nunquam in morbis acutis in Julepis syrupus hic omittendus est.

Diamoris) Sumuntur fructus immaturi, & paratur cum melle Rob in affectibus faucium in morbis acutis commendatum; præstat tamen acetum cum ▽. Ipsa mora maturata succo dulci ac temperato, adeoque analeptico quidem turgent, sed propter fermentescibilitatem facillimè corruptibilia existunt.

Rosæ pag. 705.) In rosa panacea illa juxta Plinium pharmacopœorum, tàm odorata quàm incarnata, duplex substantia considerandа: volatilis & fixa, de qua vid. *Colleg. Pharm. in Schræd.*

Aqua pag. 706.) Seligit Autor aquam, essentiam, & conservam. Spiritum non magnifacit. Eligitur ab Autore unica ex simplex ▽ rosarum, ex rosis suaveolentibus sine additione ▽æ per ℞ destillata, & à novis floribus cohobata. Externè in usu ophthalmico frequens est; pro hoc verò usu paranda est ex rosis recentibus, non vero fermentatis; quia ~ acrior oculorum membranas pungit: Par ratio est, si ♆ additur pro majori penetrantia.

Spiritus fermentativus) Spiritus rosarum fermentativus saltem est egregius, si cum saccharo paratur; fit enim ~ minus genuinus rosarum, sed dilutior; sin verò ritè paretur, inservit admodum egregiè essentiæ ambræ conficiendæ; sicut & spiritus rosarum ambratus conficitur ex rosis contusis fermentantibus, addendo ambræ quantum satis, v. g. ʒ ij. pro integro dolio, ut dum rosæ fermentando spirituascunt, ambra dissolvatur, & exactè recludatur, hinc tàm extensiva & diffusiva est: postmodum destillatur ~ rosarum ambratus, qui est singulare analepticum, quique pro essentia ambræ commodè recipi potest.

Oleum parcissimum pag. 707.) Nullum ℥ rosarum destillatum ferè elicitur, sive fermentent, sive per se destillentur, nisi modus Billichii *Observ. Paradox. Chym. pag.* 29. aliquid suggerat. Hic beneficio lintei, sub destillatione ▽æ vitri orificio superexpansi, oleum retinetur: Videtur tamen Autor statuere, quod si destilletur per retortam vel cucurbitam, dent copiosum oleum, sed empyreumaticum. Ergò ℥ ligni Rhodii eidem substituitur.

Rhodiam radicem) Radix Rhodia semper virens est: sed rarò in usum venit; nisi quod pulvis usurpetur in epithematibus contra dolores capitis. Sed sufficit cynosbati spongia, in qua vermiculi illi cruciformes reperiuntur.

Adjecto verò ana sacchari) Ex raspatura ligni Rhodii, fermentando cum saccharo, elicitur ~ rosatus; qua ratione rasura ligni guajaci cum copiosioribus vini fecibus combinata & fermentata abit in spiritum.

Melliformis essentia rosarum, pag. 708.) Hujus conficiendi exactiorem modum tradit Angelus Sala *in essentiis vegetabilium* parandis.

Tincturam) Ex hac essentia diluta in ſ. q. ▽æ simplicis, & irrorata cum ~ vitrioli, potest fieri ℞.

Melli) Loco mellis rosati hæc essentia cum melle facilè impragnari potest.

Confectione al-chermes) Autor confectionis al-chermes est Mesue *Arabs Monachus*, qui pro scopo analeptico curandi febres malignas, melancholiam, &c. hanc composuit: cujus vis analeptica, maximam partem est ab ambra, parum verò à grano tinctorio, ab ilice coccifera collecto. Basis est sericum in succo chermes tinctum, addito succo pomorum redolentium, auro foliato, lapide lazuli, perlis, coralliis, ambra; & fit hinc confectio grata analeptica.

Recentiorum) Recentiores digerunt succum chermes, loco serici: Sed Autor, dum considerat saporem amarum, odorem aliqualiter nauseosum succi chermes, & vim stypticam nostrarum rosarum; hinc loco illius præparat essentiam rosarum, addendo eidem ambram, margaritas, &c.

Syrupi rosarum solutivi, pag. 709.) Vis laxativa scilicet rosarum consistit in succo subtilori, è rosis rore matutino madidis parato: nam in tali casu acquiritur blandè laxativi & abstersivi quid; secus non.

Pulverem, pag. 730.) Hic proponit Autor pulverem polychrestum hepaticum contra æstus vagos, ebrietatem, crapulam infestantes. Parat verò ex rosis, coralliis & santalo: Ubi tamen speciebus enumeratis putarem addi posse cremorem tartari, spiritu vitrioli, santalo rubro tincto, acuatum, ita:

℞. *Corall. rubr. præp.* ʒ ij.
Crem. tart. spiritu vitriol. imprægnat. i.e. ♀ *vitriol. crystallis.* ʒ j.
Santal. rubr. ℈ ij.
Pulver. rosar. ana vel dimidium respectu horum ingredientium.
M.F. Pulvis contra æstus vagos, ebrietatem, crapulas, vel cum conserva rosar. ℞ lat. F. electuarium.

Caryophyllorum hortensium, pag. 711.) Non indigemus his, sed si sunt in copia, possumus miscere cum rosis pro essentia conjuncta rosata caryophyllata. Ex floribus tunicæ parant essentiam per se: sed si ferro

Digitized by Google

contingatur ſuccus vel eſſentia, colorem obſcurum & ſaporem ingratum recipit.

Cyani flores, pag. 712.) Quibusdam flores cyani pro infuſo in vino facto commendantur, & ob ſui vim diureticam, & ad partum promovendum : Aſt iis facilè carere poſſumus, ∇ aliàs ophthalmica eſt.

Borraginis floribus) Inter flores cordiales referuntur flores borraginis & buglossæ; hinc in affectibus hypochondriaco-melancholicis pro ſcopo temperandi, horum florum ſyrupos maximè uſurpant, ob vim, quod dicunt, ſingularem cardiacam : ſed præſtat ſuccus pomorum.

Santali citrini, p. 713.) Lignum Rhodium ceu præſtantius poteſt ſubſtitui loco ſantali citrini; loco rubri Braſilienſe. Aliàs decoctum ſantali rubri in phthiſicis commendatur à Fonſeca *in Conſultatione*: Si lympha acrior ſalſa pulmonibus malum inferre vult, ſuperiori decocto addatur radix chinæ, ſantalum & ſaſſafras. Quod ſi volumus parare epithema penetrans alexipharmacum, ſufficiat ſpiritus vini camphoratus, qui eſt penetrantiſſimus: item vinum generoſum, pulſibus & naribus applicatum.

Timorenſes) Scilicet eſt Inſula Indiæ orientalis, Timor dicta : cujus incolæ febres epidemicas per decoctum ſantali rubri profligant.

In diſpoſitionibus) In caſu ſcilicet lymphæ acrioris ſalſæ, ad vitia pulmonis diſponentis, præter decoctum radicis Chinæ egregium quoque eſt decoctum ſantali rubri, annotante Fonſeca *l. a.* & Riverio *in Praxi.*

Pimpinellam ſanguiſorbam, pag. 715.) Sanguiſorbæ folia vino infuſa odorem & ſaporem ſuavem eidem conciliant.

Cereviſiarum) Sicut radix caryophyllatæ cereviſiæ infuſa præſervat eandem à ſua acescentia & corruptione; ſic idem quoque in ſuccis vegetabilium præſtat. Commendatur etiam ad vina medicata catarrhalia : Vid. Paracelſus *Tom.* 6. & Hartmannus.

Roſam Hierichunticam) Hanc commendant mulieres pro partu promovendo, nempe vino infundenda tamdiu, uſque ſe pandat.

Nymphææ) Hæc & ſimilia vegetabilia refrigerantia reſpondent ferè ſpermati ranarum, cum itidem conſtent temperatiſſimo alcali abundante volatili urinoſo, ratione cujus acidum exorbitans & effervescens ſiſtendo in actione, compeſcere valent phlogoſes : ac probat eorum alcalinam potentiam Tachenius *in Hippocrate Chym.* ex eo, quod ſolutiones Saturni cum aceto factas præcipitent. Eadem planta, præſertim radix, ſingulare quid etiam contra maniam præſtare dicitur.

Vis antivenerea) Commendatur Nymphaa vi antivenerea, ſed fruſtrà. Inter hæc autem, præter opiata & camphorata, excellunt magis ſemen viticis & cannabis, inter omnia tamen nitrum & ſalix : De quorum illius efficacia conf. Timæus à **Gülden-Klee/** *in Conf. Med.* contrà ex ſalice proſtat aqua, tempore verno è tenellis ejus ramis inciſis prolecta, & extractum foliorum ſalicis Autoris.

Cahwee pag. 717.) Intelligitur hic potus Coffée ex ſemine Baan parandus: De quo conf. Williſius *Pharm. rational.* Ejus uſus eſt exſiccans, calefaciens, ſomnum arcens, antivenereus.

Aberrans chyloſitas) Intelligitur hic mictus ille lacteus chyloſus, **der Bieber/** dictus; eſtque nihil aliud, quàm chylus aberrans ex primis viis per iter urinæ potus ad veſicam delatus; ex quo fiunt atrophiæ: Vid. Timæus à **Gülden-Klee.**

Fabariam pag. 717.) Commendatur radix fabariæ à Bartholino *in Actis Hafnienſ. Vol.* 1. *cap.* 57. & Wedelio in dorſo appenſa ad hæmorrhoides cœcas : Vid. M. A. N. C. *Ann.* 2. *Obſ.* 195.

Solanum) Omnia ſolana vi narcotica plus minus participare videntur : Præterea ſucco ſale alcali turgido, imprægnata ſunt, præſertim folia ; & ex his multiplices ac varii ſolanorum effectus commodè poſſunt deduci. Equidem ſolanum officinarum internè non adhibetur, ſed externè propter dictas cauſas in eryſipelate, cephalalgiis, &c. egregiè confert; ſpeciatim in tumoribus duris ſcirrhoſis, etiam ad cancrum declinantibus, quocunque modo externè impoſita, ſingulare quid obtinet.

Sempervivum majus) Sempervivum majus eſt experimentum Paracelſi in Angina ſucci hujus ℔j. cum ☉☌ci ℥ß. miſcentis & deſtillantis : Contrà alii ſuccum eundem cum ſaccharo in ſyrupum redactum extempore cum ſale Ammoniaco miſcent, & aſſervant pro uſu.

Anſerinam) Anſerinam plantis pedum ſubditam commendant quidam prò curando ictero; ſicut fronti applicatam pro cephalalgia in febre ardente mitiganda.

Aquas vitis) Vitis ∇ ſubtiliſſimo tartaro prægnans confert in caſibus deterſione aliquâ opus habentibus; adeóque & in nonnullis oculorum affectibus: item commendatur contra picam.

Trochiſcis Gordonii) Trochiſcos Gordonii commendo ad renum exulcerationes, & conſtant adſtringentibus, & acrimoniam urinæ demulcentibus, & opiatis dolorem ſiſtentibus : ſed ex iſtis demulcentibus facilè poteſt

poteſt emulſio parari, miſcendo cum opiatis & adſtringentibus.

Nymphææ Oleo) Oleumnymphææ temporibus in capitis affectibus & agrypniis inungi ſolet.

E Veneris) Venerea quædam ſuggerunt ſuccum temperatum chyloſum, ſemen augentem: contrà quædam, quæ acrimoniâ titillando erectionem & impetum venereum augent. Ex prioribus eſt præter lac & ſemina oleoſa, radix ſatyrionis bulboſa recens: ex poſterioribus acriora aromatica, purgantia: vid. Platerus.

Satyriorum radices) vid. Henricus ab Heer, Hartmannus, & Schrœderus. Autor ſeligit radicem ſuccoſam recentem & extractum ſuccoſum. Niſi verò ventriculus valet, penis languet; imò ſicuti cum ſtomacho languido non poteſt exerceri Venus, ita etiam ex Venere imminuitur vis ventriculi digeſtiva. Hinc in uſu Venereorum obſervetur, ut digeſtio ſtomachi conſervetur: quapropter cauti ſimus in ſaccharatis. Acria tamen hæcce etiam ſunt elumbia, niſi adſit robur & tonus teſticulorum, ſufficiensque ſpirituum animalium impetus, utut talia aromatica quandoquè ad lithiaſin diſponant.

Chocolatam pag. 720.) Chocolata paratur ex fructu ex arbore Cacao: poteſt ſubſtitui emulſio amygdalarum dulcium: temperat omnem ſuccorum acrimoniam, adeoque præter uſum antiphthiſicum, antiſcorbuticum, & analepticum, egregia eſt etiam pro uſu augendi genituram.

Bange) Bange eſt remedium in forma pulveris, interdum maſſæ, in India Orientali apud Indos Javanos, Regni Magni Mogol incolas, uſitatum pro ſcopo Venerem ſtimulandi; & paratur ex cannabis foliis & ſemine: quod ipſum ſi verum ſit, erit cannabis Venereum, quæ tamen aliàs commendatur ad caſtitatem. Conferatur interim Olearii *itinerarium*.

Panis calidus) Panis calidus vino generoſo irroratus, & ſtomachi regioni applicatus, præſtar in vomitu nimio, diarrhœa, & hypercatharſi; non ſecus ac in maligniſſimis febribus poſt propinata ſudorifera fruſtum ejus calidum cum fovea, in medio ſui theriaca repleta, & umbilico impoſita, venenum allicere creditur.

Fermentum piſtorium p. 721.) Fermentum panis cum aceto ſubactum, & mentha, caryophyllis, mace, cardamomis, &c. imprægnatum, dat emplaſtrum Mynſichto contra vomitum & ſingultum excellens.

Panis deſtillatus) Panis deſtillatus dat ſpiritum acidum, phlegma, & ℞ empyreumaticum. Spiritus acidus adhibitus eſt ad varias tincturas pro menſtruo: ſed eſt impoſtura; cuilibet enim ſubjecto ſuperfuſus illud tingit.

Eſſentiæ) Eſſentia panis ceu ſtomachicum & analepticum commendatur ab Hartmanno. Paratur cum vino malvatico extrahendo.

Secalis farinam) Farina ſecalina uſu externo diſcutiendi, reſolvendi, & ſuo hinc modo emolliendi, convenit.

Teredinis) Farina teredinis pro exſiccandis ulceribus & intertrigine palmam præripit ceruſſæ vel cretæ.

Aquam hordei) Hordeum magis culinare eſt cereviſiæ ratione, quàm officinale; niſi quod decocta hordei ceu corpora juleborum quibusdam in uſu ſint in febribus, aliisque morbis acutis. In decoctione iſta ad crepaturam hordei, blanda quædam temperans & aliquantulum nutriens mucilago, & quaſi gelatina, elicitur; quæ ipſa vi ſua temperativa effervescentias ſanguinis aliorumque humorum acrium nonnihil attemperando confert. Sed obſervetur: ne crebrius aut copioſius uſurpetur tale decoctum, quia propter crudam viſciditatem cruditates ſtomachi viſcidas, indeque flatuoſas generat: ob id conſultum eſt, ſemina aromatica, aniſum v.g. & coriandrum, in decoctione ſimul addere. Notum enim eſt, quod propter mucilaginem illam viſcoſam hordeum per ſe ad fermentationem pro cereviſia ineptum ſit, niſi prius per germinationis motum hæc ejus viſciditas gummoſa nonnihil corrigatur.

Nec perlarum, pag. 722.) Sc. perlæ crudæ uſurpatæ nullam habent prærogativam præ lapillis cancrorum, matre perlarum, coralliis, & conchaceis reliquis, ſed ſunt itidem concretum ſalino-alcalinum, acidum abſorbendo ad diureſin diſponens: è contra vanè vis analeptica in iis quæritur.

Succi citri pag. 724.) Succus citri ſolvit quidem talia, ſed non diu retinet, dum iterum præcipitat.

Per ſalia) Sc. perlæ cum ſale ammoniaco præcipitatæ ab hujus acido invertuntur; non ſecus atque eædem cum ♁ ſigillata tractatæ ab hujus phlegmate acido rodente in via ſicca etiam caſtrantur.

Verum perlarum lac, pag. 725.) Scilicet ex Paracelſo Helmontius allegat remedium genuinum ex perlis parandum, reſolutione earum in primogenium ſuum liquorem lacteum, ex quo coaluerunt; quippe hoc eſt genuinum ſolamen tabidorum, hecticorum & arthriticorum. Cæterùm requiritur ad ſolutionem pro hoc negotio liquor alcaheſt, quò nempe hac ratione

Digitized by Google

ne ſine efficaciæ ſuæ alteratione in primogenium liquorem ſive lac retromeent.

Cochlearum) Cochleæ contuſæ, cum teſtis in conſiſtentiam cataplasmatis redactæ proſunt in reſolvendis & diſcutiendis tumoribus aquoſis & ſeroſis. Petrus à Caſtro commendavit tanquam ſecretum in aſcite, abdominiimpoſitum. Præterea etiam in aliis hydropis ſpeciebus particularibus, quales hydrocele, hydrocephalus, crura arthriticorum ſeroſa, ubi opus eſt reſolutione aquarum, ubique convenit; imprimis ſi ita contuſis inſpergatur pulvis ſimi caprilli, & additur ſemen carvi, & fit cataplasma reſolvens.

Scincus pag. 727.) Scinci ab Italis ſolent commendari ad ſtimulandam Venerem, item ad reſiſtendum venenis; quo nomine & theriacam ſolent ingredi. Sed quoad utrumque: parum his animantibus tribuendum arbitror, præſertim cum Autore Foreſto *lib.* 26. *Obſervat.* 26. ſcinci veri ad nos non ferantur, neque qui Venetiis venduntur, veri ſint: nam quos pharmacopolæ habent, ſunt aquatici: at veri ſunt terreſtres crocodili.

Maslach) Turcarum Maslach quid ſit? incertum adhuc, utut D. Fogelius tractatum de hoc promiſerit. Hoc certum, Turcas eo uti prælia adeuntes pro magnanimitate ſibi comparanda; loco cujus tamen nobis ſufficere poteſt ▽ Magnanimitatis Laurembergii, quæ proſtat in hujus mnemonica, denuò impreſſa ad *Ann.* 3. M. A. N. C. *p.* 605.

Aliàs intus quidem) Spiritus formicarum, cum ſpiritu vini vel alio aromatiſato paratus per abſtractionem, ratione aciditatis ſuæ volatilis contra Autorem noſtrum ſingularis eſt; nec habet alium ſibi parem, & doſi cochlearis mirè in affectibus animalibus convenit, mirè ſtomachicus & cephalicus, item genitalis eſt: non ſecus ac hic, & lumbricorum ⌁ ▽is nervinis & ſpiritibus articularibus ad extra, e.g. ſpiritui terebinth. juniperi, ſpicæ, in caſu membrorum diſtortorum reſtituendorum, paralyſi affectorum, & atrophia particulari poſt vulnera & contuſiones articulorum laborantium, adjiciendus eſt.

Myrmeciorum inſeſſus pag. 729. Sc. recipitur integrum cubile unà cum formicis & ovis, immergatur in ▽am, & poſt hujus ebullitionem fiat inſeſſus pro malo iſchiadico, vel pediluvium pro debilitate pedum paralytica, & debilitate membrorum egregium: Sicut & ejusmodi ſemicupium non inconſultò ſuadetur ſterilibus mulierculis. Confer. Kunrathus *Medull. Deſtillat.*

Vitelli) Ovi vitellum minus vi medicamentoſa, contra magis vi nutritiva, præ albumine pollet, & ad duritiem coctum in appetitu canino convenit.

Vitelli &c.) Inde quoque ex eodem vitello ad duritiem cocto citra aſſationem oleum exprimitur, quod externè ad hernias, vulnera, fiſſuras extremorum & variolarum foveas eſt commendatum: ubi poſtmodum ex reſiduo olei expreſſi, retortæ incluſo, deſtillari poteſt adhuc ☉ volatile cum copioſo oleo empyreumatico.

Aquam) Porro ex albumine ovi indurato deſtillando elicitur ▽ ferè iners: contra ex eodem expreſſo acquiritur liquor limpidus, egregiè ophthalmicus in ulceribus vulneribus & puſtulis oculorum proficuus, ratione virtutis ſuæ alcalinæ concentratæ: ut taceam, ovum ad duritiem coctum, & exempto vitello, pauco vitriolo albo repletum & in cellam repoſitum, liqueſcere in humorem egregiè ophthalmicum.

Mercurialis ſecreti edulcoratio) Intelligitur hic ☿ii præcipitati edulcoratio illa, quam ex Paracelſo mancè habet Schroederus, paulò vere exactiorem invenire licet in *Theatro Chymico Volum.* 6. *pag.* 456.

Gravidarum pag. 729.) Sc. mulieres gravidæ comeſtione gallaturarum ovi *num.* 9. ſe ab abortu præſervari vanè credunt.

Inter refrigerantia) Inter famoſiſſima refrigerantia animalia excellit rana & ſperma ranarum, ſive ova earum, copioſa genitura mucilaginoſa diluta, quæ ſeponantur pro uſu Medico & coſmetico.

Spermatis liquor) Cæterum turget idem ſperma ranarum copioſo ſale volatili urinoſo, admodum temperato, ratione cujus deſtruendo acidum peccans refrigerare dicitur, & convenit in inflammationibus podagricis loco anodyni; ſicut & medetur ambuſtionibus & maculis faciei variis, ab acido oriundis. Porrò, ut aſſervetur eò melius, illud variis encheireſibus ſubjicitur, ubi Zwelferus *Animadv. in Pharmac. Auguſt. pag.* 409. illud per ſaccum lineum tranſcolatum alumine imprægnat: quod tamen hac ratione præparatum non æquè convenit.

Simplex) Interim, cum facilè per ſe putreſcat, hinc potius vaſi clauſo inditum tempore æſtivo ſoli exponatur; ita enim per incipientem putredinem alcali volatile ejus exaltatur: deinde per reſidentiam ſecedit, ſe ipſum depurat, qua per filtrum ſeparata aqua remanens in loco frigido per 2. vel 3. annos commodè aſſervatur.

Spermatis ▽) Similiter ſperma illud ranarum aliquot dies ante novilunium collectum (quo minus fœtorem contrahat) deſtillari

Digitized by Google

ſtillari poteſt in ▽am, quæ cautè procedendo, multùm ſalis volatilis ſecum rapit: alio tempore verò collectum, quanquam centies deſtillatur ejus ▽, fœtorem tamen contrahit.

Oleo cocto) Sc. ranæ bullitæ in oleo commendantur pro inflammationibus externis; loco cujus tamen vel ▽, vel liquor ſpermatis ranarum, melior eſt.

Emplaſtro de ſpermate) Spermatis ranarum emplaſtrum eſt anodynum & antipodagricum propter ejus copioſum ſal volatile urinoſum, acidum deſtruens: Valet etiam contra ambuſta.

Emplaſtris de ranis pag. 730.) Emplaſtrum hoc de ranis Vigonis cum Mercurio, ſine depravata correctione Zwelfferi, paratum contra Autorem noſtrum egregium eſt in chronicis doloribus, & duris tumoribus, tàm Gallicis quàm aliis, hinc & cephalalgiis contumaciſſimis & ſplenis affectibus propriè ſic dictis confirmatis, ob penetrativam Mercurii vim: qui tamen Mercurius vivus cum ſaliva vel pinguedine porcina in mortario lapideo extinctus, & emplaſtro de meliloto, vel de hyoſcyamo, vel emplaſtro dia-ſulphuris Rulandi ſociatus, idem pro plurimis ſcopis præſtat, quod antè dictum emplaſtrum Vigonis.

Corallia) Corallia rubra revera ſunt medіæ naturæ inter vegetabilia & mineralia, rectè id ſtatuente Angelo Sala *lib.* I. *Aphor. Chymic.* 40. Conf. Collegium Pharmaceuticum in Schroderum. Quoad uſum coralliorum is habetur triplex:

1. Eſt ſanguinem depurativus, quatenus in primis viis præcipitant & abſorbent vitioſa ſalia ſanguinis craſin inquinantia, quibus deſtructis ad debitam temperaturam reddit ille & hinc motu ſui inteſtino feculentias præcipitando deponit.
2. Roborare dicuntur, quia conſtant ex ſulphure ſeu pinguedine tingente, natura ſolaris nonnullis æſtimata.
3. Denique dicuntur ſiſtere quascunque hæmorrhagias, & alios fluxus præternaturales: quatenus hi dependent ab acriori acido.

Sicuti autem in chymicis præparationibus, prout diverſis ſalibus tractantur, etiam ſaporem diverſum repræſentant; ita etiam intra corpus pro varietate ſuccorum varietatem in effectu ſolent exhibere.

Calcinationibus) Calcinata corallia acidum △ copioſè arripiunt, hinc ſaturata eodem pondere augentur; hinc fruſtrà ferè intrò propinantur, utut calcinatione iſta ſint apta reddita ad deponendam ſuam tincturam: de quo vid. Tachenius *Hippocrat. Chym. cap.* 27. *& in Clave pag.* 177.

Lactentibus pag. 731.) Scilicet quia corallia ſunt dura concreta, indeque fortè poſtulant acidum pro ſaturatione, hinc etiam pro infantibus nimis fortia minus convenire videntur.

Magiſteria pag. 732.) Si aliquid recipiendum eſt, ſumatur ſaltem ſolutio coralliorum cum ſucco citri.

Bezoarticum corallinum pag 733.) Bezoarticum corallinum eſt magiſterium coralliorum cum ſucco citri paratum, quod ex omnibus magiſteriis adhuc minus ſaturatum exiſtit; reliqua verò omnia magis ſtyptica exiſtunt, & in receſſu vitriolacei quid ſapiunt, pro quo tamen ſcopo non paranda illa ſunt, cum alia proſtent.

~ Vitrioli) Quando corallia cum ſpiritu vitrioli vel æruginis tractantur, ſemper aliquid venerei participant, propter ſimul præcipitatum liquamen metallicum.

Berberum ſucco) Si tamen volumus habere magiſterium, ſufficiat, dum in ſucco berberum ſolvuntur corallia, inſtillatur poſtmodum ſpiritus vitrioli, ſic exaltatur rubedo, & cadit magiſterium ſuaviter rubeſcens; ſed nè nimio calore tractentur, aliàs obſcurum colorem contrahit.

Solutiones p. 736.) Solutiones tales cum acido in ≏re facile liqueſcunt; hinc in forma ſicca non poſſunt adminiſtrari.

Per olea deſtillata pag. 735.) Duo imprimis ſunt olea, quæ putantur extrahere corallia: nempe ♌ deſtillatum citri, & aniſi; ſed adhuc eſt incertum. Solutio coralliorum cum oleo deſtillato citri, quam habet Schroederus, parum de coralliis participat; ſicut & illa Langelotti *in Epiſt. ad Curioſos* cum ♌ aniſi facta.

Æruginis ſpiritu pag. 736.) Cum coralliorum ſolutiones cum ⊕is ſpiritu nonnunquam coloris viridis conſpiciantur, probabile eſt, de cupro participare eadem.

Dulce ſal) Multi crepant ſal coralliorum dulce: vid. Schroederus. Sed genuinum ſal ſine additione externi corporis ſalini hactenus non fuit viſum. De ♌ coralliorum vid. Borrichius *de Sapient. Ægypt.*

De liquido quopiam) Scilicet Autores poſt Paracelſum ſoliciti fuerunt de ſulphure coralliorum Martiali extrahendo, id quod duplicem operam requirit: nempe ſolutionem corporis coralliorum; & hinc ſoluti ejusdem cum menſtruo homogeneo, v.g. ſpir. vini, extractionem. Verùm ℞ coralliorum nulla datur genuina, ob defectum reſolutionis illorum ſubſtantialis, ſed ſaltem ſuperficialis.

Digitized by Google

Et hactenus notæ tincturæ coralliorum sunt nil aliud, quam plus minus subtiles solutiones eorum, particulis solutis cum menstruo vinoso combinatis; indeque, quicquid efficiunt, illud præstant vel ratione particularum coralliorum adhuc integrarum; vel ratione texturæ novæ, quæ solutione sui acquiritur; ratione menstrui; vel denique ratione additorum aliorum. Interim tamen vidi aliquando Londini apud dominum Febure tincturam coralliorum cum sale volatili tartari per retortam, coloris rubicundi destillatam, quæ per retortam, vel quæ ratior, per alembicum evectio, & postmodum hinc denegata coralliorum præcipitatio docimasia est veræ illius tincturæ.

Cum cordis sanguinisque Cervi spiritu pag. 741.) Parata ℞ coralliorum, addita essentia ambræ & Q. E. Matthioli, non tàm illorum, quàm horum ratione aliquid præstabit.

Guttulas) Corallia cum duplo sacchari trita & destillata dant ♁ rubicundum, saccharo maximam partem, paucum verò coralliis in acceptis ferendum.

Tincturam cum mellis spiritu) Omnes tincturæ à spiritibus acidulis, panis, mannæ, mellis, &c. sunt partim solutio coralliorum, partim ipsorum spirituum tincturæ: dum enim rodunt corallia, ipsorum proprium oleum à recondito proprio sale alcalino resolutum, extravertitur & in tincturam assurgit: Et sanè omnes processus nihil valent, nisi salia volatilia sublimiora aliquid faciant. Cum spiritu ergò mellis simplicissimè paratam sibi eligit Autor (cum ♒ hic attactu concreti ♍ vel sponte rubescat) vel & cum spiritu quodam acido volatili, nempe vel lignorum composito, vel ligno sassafras confectam.

Crystallus pag. 743.) Crystallus inter præcipitantia, & absorbentia acidos succos in primis viis, optima est: sanè in pertinacioribus infantum tormini bus, ab acriori acido oriundis, est egregia, & dum acriores succos imbibit, diureticam vim in textura mutata acquirit: inter lactifera præter flores sambuci in lacte coctos commendatur crystallus montana.

Solutiones pag. 744.) Crystallus cum aceto destillato post sui calcinationem, vel & cum spiritu salis, tractatus abit in liquorem diureticum, post magmatis deliquium.

Saturninæ) Saturnus est quasi ☿ quidam coagulatus, hincque pro natura Mercurii & de prosapia alcalium participat, ratione cujus alcali absorbet quælibet acida, & una cum istis in texturam terti um quasi aluminosam abit, sicque sapor stypticus emergit à Saturno ab acidis tractato. Hinc in morbis ab acido natis, & phlogosibus ab acido effervescente confert, & externè pro inflammationibus superficialibus ab acido oriundis, remedia Saturnina ex minio sunt usitatissima, non secus ac in ambustionibus & ulceribus eadem prosunt; relictum ab igne acidum absorbendo; itemque in vulneribus & ulceribus, quorum acidum imbibendo, & aluminis texturam acquirendo, poros stringunt, eademque simul ad consolidationem disponunt. Pari ratione internè Saturnina pro correctione acidorum saporum sunt in usu, non tamen cruda, sed potius ab aceto in formam salinam ita redacta, ne penitus ab acido saturata sint; sic enim promptè acida sylvestria imbibunt.

Lythargyrium) Autor seligit Lithargyrium vel minium. Non plus recipit Saturnus ab acidis, quàm recipere potest, vel respondet poris. Saturnina autem non omnibus conveniunt; cautè ergò propinanda: hypochondriacis conveniunt vel istis saltem, qui declinant ad melancholiam, vel etiam maniam, ubi saccharum Saturni aliquandiu continuatum est egregii effectus: indeque optime prodest saccharum Saturni quartanariis ad gr. x. vel xij. vel xv. cum lapillorum cancrorum ∋j. vel ʒ ß. pro I. dosi ante paroxysmum reperitis vicibus exhibitum. Interim notandum: subjecta ægrotantia pro usu horum Saturninorum debere habere ventriculos robustos, h. e. fortiori acido præditos; secus enim saccharum Saturni usurpatum nauseam crebriorem concitat, interdum etiam vomitum. Ad tabidos seu phthisicos & hecticos etiam quidam saccharum Saturni commendant, sed hoc in casu non adeò multum valet.

Præ communi saccharo p. 746.) Autor seligit saccharum Saturni, loco aceti destillati cum spiritu ⊕ is paratum; quia non sit adeò nauseosum.

Crystalli) Crystalli Saturni ex minera Saturni parantur, nunc cum spiritu nitri simplici, nunc cum ✱ o, spiritu nitri acuato: hoc modo paravit D. Michaelis crystallos in morbis chronicis hypochondriorum sibi familiares. Accipitur ♒ nitri, ut contagium ☽æ eliciatur & extrahatur.

Magisterium volatile pag. 746.) ♄ in ♈ vel spiritu nitri solutus, injectione muriæ præcipitatur pariter ac ☽; sed sicut hoc modo fit ☽ cornea facile liquescibilis; ita etiam Saturni facilè fusilis & præcipitabilis.

Liquidi quidpiam pag. 747.) Pro liquido remedio eligit Autor solutionem Saturni cum ♎ æruginis paratam & inspissatam, postmodum cum spiritus vini dilutam in formam essentiæ.

Disse-

Digitized by Google

Diſſolutionibus ſeu Saturninis balſamis) Hæc balſama ſunt egregia in abſceſſibus meſenterii occultis, dyſenteria benigna, hæmorrhoidibus exulceratis, ulcere renum, & gonorrhœa: non autem deſtillari debet ſecundum Schrœderum.

Tincturis p. 748.) Tincturæ Saturni genuinæ ſunt nullæ; rem ſi exactè conſideremus, nihil acquirimus, quàm menſtruorum, aliorumve additorum colorationes, plus minus de Saturni ſaccharo participantes: unde loco horum ſufficiat vel tinctura antiphthiſica vel ſimplex cryſtallorum, vel ſacchari Saturni cum ſpirituvini ſolutio & extractio, quam Schrœderus ſub tinctura ♄. inſinuat.

Antiphthiſicam,) Tinctura antiphthiſica paratur ex ana ſacchari ♄ ni & vitrioli ♂is, invicem in ſpiritu vini ſolutis & digeſtis. In uſu eſt quibusdam pro ſputo cruento, quibusvis ſanguinis excretionibus à vaſorum laceratione dependentibus; de quo vid. Hoffmannus *Clave pag.* 247. Sed ſolutio noſtri Autoris, loco hujus, facilè poteſt ſociari cum vitriolo Martis. In phthiſi incipiente eſt egregia: ſed in confirmata infida.

Magnatis ſpiritu) Inſinuat hic Autor noſter, ſpiritum iſtum ardentem & oleum flavum ex ſaccharo ♄ ni, vel magmate Saturni parato, cum aceto ſimplici eliciendum, & aceto in ſaccharo Saturni regenerato in acceptis ferendum. Deſtillant nunc ſimpliciter, nunc addendo ∴m, nunc bolum, nunc alumen, & eliciunt ſpiritum nonnihil ardentem, poſtmodum oleum. Vocant ſpiritum Saturni refrigerantem melancholicum; item menſtruum pro paranda tinctura ☉is & auri potabilis Franciſci Anthonii Londinenſis: vid. Glauberus *in Operibus edit. in* 4*to pag.* 402.

Olei pag. 749.) Oleum Saturni eſt oleum aceti: in aceto enim eſt ſpiritus vini occultatus, eſt etiam oleum, quod docet ♆ foliata tartari, quæ deſtillata dat oleum, attactu verò Saturni acidum aceti figitur & concentratur; hinc dum concentratur in Saturno, ſui juris fit ſpiritus iſte, & oleum, & ſic prodit ſub ignis examine.

Spiritus è ſale tartari Saturnique vitro) Recipiunt Glauberi ſal pro liquore alcaheſt, cum vitro Saturni miſcent & deſtillant. Glauberus hinc elicere vult menſtruum pro Mercurio Philoſophorum, item remedium ad morbos chronicos: ſed elicitur nil, quàm ♈ acidulus volatilis naturæ nitroſæ: nempe eſt tantillum acidum nitri, quod in iſto ſale latet, & quod prodit in ſpiritum fumidum acidulum nonnihil ſtypticum; quia tantillum de Saturno participat.

Topica) Ceruſſa cum aceto imprægnata, & ſ. q. olei cocta, ſuggerit unguentum præ omnibus ſufficiens. Scopus eſt, ut ſub ebullitione acidum olei & aceti rodant & diſſolvant Saturnum, ſed non ſaturent, ut poſtmodum acida heterogenea in ulceribus, inflammationibus, &c. abſorbere poſſit: vid. Zwelfferus. Huic poteſt addi camphora oleo amygdalarum dulcium ſoluta. ſic habebimus unguentum album camphoratum: ſi adjiciatur pulvis aloes & myrrhæ, habetur mundificans & deterſivum ſordium: ſi lapis calaminaris, epuloticum & cicatriſans: ſi ſub finem præparationis ſulphur auratum antimonii, vel mediante oleo nucum paretur balſamus ſulphuris ex hoc ſulphure, habebitur unguentum polychreſtum.

Ad membra peruſta pag. 751.) Scilicet ad ambuſta fiat unguentum ſimplex, ſed elegans ex minio, aceto ſimpliciter imprægnato, hincque ſolutioni nonnihil inſpiſſatæ adjiciatur ℈ raparum quantum ſatis, quæ calidè omnia probè in mortario Saturnino calido miſceantur.

E lithargyrio) Emplaſtrum Saturninum quaſi catholicum ſuggerit Autor noſter: nempe

℞. *lithargyr. part. ij.*
♁*i.*
olei ana part. iß.

Hæc ritè in vicem ſubigantur. & blando igne inſpiſſentur, aut addatur camphora, emergit inde emplaſtrum Saturninum quaſi catholicum, Norimbergenſi ſimile.

De ranarum ſpermate pag. 752.) Caſtigat Autor noſter emplaſtrum de ſpermate ranarum; cujus vis eſt à Saturno, vitriolo & Oe; ſperma enim ranarum & ▽ exhalant ſub coctura, hinc parum tribuunt.

Liquidum) Pro hujusmodi epithematibus, liquoribus nigris, lactibus virginum, ſufficiat ſimplex ſolutum cum aceto & lithargyrio.

Quodvis lac virginis pag. 753.) Lactis virginis duplex eſt compoſitio: quarum una procedit per præcipitationem cum ▽ aluminis, haneque deſcribit Zwelfferus *in Animadverſionibus in Pharm. Auguſt. p.* 299. Altera verò per ſimplicem miſtionem Saturninorum cum aceto & aquis appropriatis, juxta Schrœderum. Omnium tamen baſis eſt Saturnus.

E Marcaſitis) Hæ dicuntur bismuthum & zinckum, utut bismuthum κατ' ἐξοχὴν marcaſita vocetur: vid. Schrœderus *pag.* 456. Cæterum internus bismuthi uſus nullus eſt, ex eo, quod ſit validum venenum, & in radice ſui venereo argenteum minerale non ſum perfectè maturatum, & arſenicali ſubſtantia imptæ-

gnatum, hinc ab eo hactenus abstinuerunt Autores. Usus autem illius externus est hic: quod aliqua portio Jovis cum bismutho liquefacta abeat in stannum durius, splendidius atque laboribus magis appropriatum, stanno Anglico ferè simile; non secus atque aliàs in præparatione antihectici Poterii stannum additione reguli ♁.ii durior & melior fit.

Zinckum, pag. 754.) Quoad zinckum, conf. Glauberus *in Oper pag.* 402. Erckers Probier-Buch / unà cum *Commentar.* Cardilucii *pag.* 303. ut & *Colleg. Pharm. in Schræder.*

Magisterio Marcasitæ) Inter cosmetica itidèm eminet magisterium marcasitæ, imprimis Clavii: vid. Schrœderus.

FORMULÆ

Hujus Classis, variæ possunt fieri:

Esto Julepus suavis præscribendus in febris siti & æstu:

℞. ▽ *fontan.* ℔ j.
Succ. cerasor. nigr. compositi. Autoris ℥ iij. vel jv.
Syrup. rubi idæi ℥ i ß. M.
Hauriatur pro lubitu.

Vel sit compositus magis:

℞. *Decoct. rasor. CC.* ℔ i ß.
Succi cydon. ℥ iij.
Syrup. papav. alb. ℥ j.
rubi idæi ℥ ß.
Oi dulc. parum. M.

Vel:

℞. *Pomor. citr. in taleolas incis.* No. ij.
adsperge pulverem *sacchari albi*;

Hinc coqu. in s. q. ▽ *simpl.*

℞. Colaturæ ℔ i ß. adde
Succ. citr. recent. ℥ i ß. infunde
flor. rosar. rubr. Mj.

Stent in loco calido seu tepido ad extractionem tincturæ. Colatura vel per se detur, vel cum pauco sacchari ad gratiam saporis ulterius edulceretur.

M. D. S.

Kühlender Stärck-Julep.

Ulterius esto pulvis antifebrilis pro tertiana, ante paroxysmum exhibendus horâ unâ atque altera:

℞. *Corall. rubr. præp.* ℈ j.
Abs abs inth. ℈ ß.
Ol. Cat. caryophyll. gutt. ij. vel iij.
M. D. S.

Fieber-Pulver.

Vel ad quartanas:

℞. *Corall. rubr. præpar.* ℥ ß.
Succh. ♄ *ni* gr. xij. ad xv.
Laudan. opiat. gr. j.
M. D. ante paroxysmum.

Pulvis absorbens antihypochondriacum acidum:

℞. *Corall. rubr. præpar.*
Margarit. præp. a ℥ ß.
Abs abs inth. ℈ ij.
Sacch. ♄ *i* gr. xv. M. pro 4. vel 5. dosibus.

Sic pro bile æruginosa ebulliente temperanda:

℞. *Magister. corall. cum succ. citr.* ℥ ß.
Crystall. præp. ℈ j.
Laud. opiat. gr. j.
M. pro duabus dosibus.

Tandem esto confectio analeptica loco alcheruies.

℞. *Extract. s. essent. rosat. saccharat. Autoris* ℥ i ß.
Elæosacch. succos. cort. citr. ℥ vj.
Perlar. vel *lapill. cancr. præp.* ℥ ij.
Magister. corall. cum succo citri ℥ j.
Pulv. cardam. ℥ i ß.
Ambr. grys. cum ol. Cat. cinam. dissolutæ,
s. q. *Sacch. subactæ* ℥ iij.
c. s. q. ▽ *cinnam. spirituos.* vel *lil. convall. spirituos.*
s. *Confectio.*

A vulnerariis, pag. 754.) Vulneraria vegetabilia in recessu constant sale quasi nitroso salso, sed occultè alcalino, in textura concreti plus minùs adstringente; inde præter vim vulnerariam vel saporem ex amaro Dosum, talia ferè semper simul sunt diuretica, detersiva, item & resolutiva sordium in ulceribus & vulneribus: Sicut contra ratione alcali sui occulti acidum ulcerum & vulnerum, acrius quidem in illis, mitius in his, absorbendo corrigentis, ulcerum mundificativa & consolidativa dicuntur, sive externè applicentur, sive internè propinentur, ut in stomacho temperato acido & alterato certo modo chylo, facilior hinc fit sanatio. Adeoque vis vulnerariorum non in substantia volatili, neque in fixa per ignem producta, sed in media & quasi sale essentiali plus minus tartareo nitroso consistere videtur.

Adstringentia verò ratione texturæ stypticæ plus minus austeræ operantur, & vel fluida quodammodò incrassando aut coagulando eadem sistunt, vel partium fibras sui applicatione stringi faciunt, ut ita magis corrugatæ fiant.

Texturam istam stypticam in mineralibus ex ♁eo, cum acido plus minus intenso juncto, oriri palam est; ex ♁is nempe mineralibus cum acidis, aluminis concretum repræsentantibus, item ex austero adstringente vitriolo, ex acido cum minera metallica ♁ea nato.

In

Digitized by Google

In vegetabilibus omnia ſtyptica ſeu adſtringentia alcali, ſed paulò fixioris naturæ, effectus in acida agendo, & eorum ſolutiones ▽ando exhibent. Sed alcalinum hoc concretum vel ex ▽eo cum acido ſubtili ſociatum, vel in ipſo corpore ex hujusmodi particulis arctiſſimè junctis genitum videtur, ut ita vegetabilia adſtringentia vulnerariis admodum affinia ſint.

Plantago) Præter uſum internè temperatum, & hæmorrhagias ſiſtentem, externè ſuccum ejus expreſſum, inſtillandum vulneribus recentibus, exhibet inſigne vulnerarium; item crurum ulcuſcula levia plantaginis folia optimè curant. Syrupus in hæmoptyſi optimus eſt.

Semen pag. 755.) Semen plantaginis doſi ʒj. laudatur aliàs ad dyſenteriã & diarrhœam, ſed fruſtrà. Autor eligit extractum ſuccoſum, & poſtmodum ▽am deſtillatam ex julis ad flores ſe accingentibus.

Tuſſilago pag. 756.) Vulneraria internè vix uſurpantur, niſi pro ſcopo pectorali, vel miſta cum pectoralibus: hinc tuſſilago quoque uſurpatur, quia præter vim vulnerariam eſt ſimul incraſſans pectorale egregium; indeque in floribus & foliis ſuis pro decoctis & infuſis pectoralibus ſeligenda; adjungendo eidem pulmonariam maculoſam, ſymphyti ſpeciem, & ratione hujus non opus habemus hiſpidula aliiſque.

Hypericum pag. 757.) Hypericum ſibi non habet par in uſu vulnerario.

Extractum) Seligit Autor noſter extractum cum ſpiritu vini non dephlegmato, & poſtmodum oleum per infuſionem: Extractum cum ſpiritu vini extrahendum eſt; cum ſit ſubjectum reſinoſum, & ſummitates tritæ terebinthinam ſpirant.

Oleo) Oleum hyperici ſimplex præſtat quibusvis balſamis & linimentis vulnerariis ad Paracelſi modum optimè confectum, recipiendo ſcilicet oleum ex ſemine hyperici expreſſo, huic infundendo flores hyperici; & ſic emergit oleum rubicundum, egregium vulnerarium.

Balſamicarum ſolutionum pag. 758.) Hoc oleum infuſione florum ſulphuris, & intercedente blandiſſima ebullitione, conficiendum, redigi in balſamum ſulphuris nobiliſſimum.

Alchymillam, pyrolam) Hæc plantagini, hyperico vel tuſſilagini ſociata, omnium horum farraginem abundè ſupplebunt.

Saniculam) Sanicula inter vulneraria excellit, & interno & externo uſu in vulneribus ac ulceribus quarumvis partium uſurpari ſolet.

Hederæ folia) Folia hederæ internè nullius ſunt uſus; utut externè optimè impo-

nantur fonticulis, item veſicis ac ſimilibus ulcuſculis artificialibus: Poſt ablatam eſcharam, ſicuti globuli ex ligno hederaceo confecti, imponuntur optimo cum ſucceſſu fonticulis jam factis, ac meliorem ibidem præſtant uſum, quàm impoſita piſa.

Baccis) Baccæ hederæ equidem communiter inter purgantia referuntur; ſpeciale tamen quid obtinent contra peſtem, ſi pulveriſatæ ʒ j. pondere aſſumantur cum vino albo, excitato ſudore: Proſunt admodum in peſte, quod olim annotavit Palmarius *de Morbis contag. pag.* 453. & obſervavit Boyle in ultima peſte Hybernica, has baccas commodum vulgò dediſſe remedium.

Polychreſtum extractum, pag. 759.) Præter decoctum extractũ poteſt parari cum ▽ſola; vel poteſt ex pluribus fieri extractum compoſitum polychreſtum, quod cum melle ſubigi, & cum balſamo ſulphuris imprægnari poteſt; vel addi emplaſtro, diſſolvi in ▽is deſtillatis & ſociari cum lapillis cancrorum cum aceto poteſt; ſicque dabit potionem vulnerariam optimam.

Herniariam) Hæ & harum præparata cõmuniter internè & externè cõmendantur ad hernias; plus tamen præſtabunt externè.

Polygonatum, pag. 760.) Polygonatum dat cosmeticum non poſtremum; ex eo paratur ▽ contra livorem faciei: radix ſymphyti cum radice polygonati in ▽ cocta dat cataplasma, ad ſanguinem grumoſum diſcutiendum optimum.

Equiſetum, pag. 760.) Equiſetum eſt ſimplex potenter adſtringens; unde in fluxibus quibuscunque ſedandis quocunque modo in uſu eſt, ſpeciatim partibus ⊡riis, renum nempe & veſicæ vulneribus & exulcerationibus, confert.

Catagmatica) Scilicet fracturis oſſium ſubvenientia remedia optimè fiunt juxta Wurzii methodum ex extracto quodam vulnerario, cum reſina miſto.

Perſicariam) Perſicaria duplex eſt: vel acris vel mitis: Acris uſu interno eſt egregia alterativa in morbis hypochondriacis, ſcorbuto, aliiſque cognatis affectibus. Præterea in affectibus nephriticis, cum ▽ ejus ſæpiùs à recenti planta cohobata ſit nobile præſervativum à calculo, Anglorum quorundam experimentum, uti hoc refert Boyle: Eadem ▽ contra ulcera Gallica etiam egregia eſſe ſolet. Uſu externo quævis Perſicaria nobiliſſimum eſt vulnerarium, magnetico more vulnera, ulcera, contuſiones, & inde nata ecchymomata, odontalgiam curans; ſi nempe planta recens, in aqua fontana abluta, applicetur partibus hujusmodi affectis: hinc tepefacta ſepeliatur ſub fimo aliove loco, ubi facilè putreſcit, quod vel primâ, vel ſecundâ,

Digitized by Google

vel ſi gravius ſit malum, tertia vice curat: de quo magnetismo perficatiæ vid. primus ejus Autor Paracelſus *in Herbario*, Marcus Marci *in Philoſ. Veter. Reſt. P. 5. Sect. 1. ſub Sect. 6.* Helmontius *de Magnetica vulnerum curatione.* Utut autem magnetica vi dicta mala curet, nihilominus tamen etiam corporali contactu ipſa planta contuſa applicata, vel cum aliis cataplasmatis forma impoſita, dictis malis egregiè medetur.

Hæmorrhagiam) Notatur hic Lipſius, jubens pueris variolantibus, in principio variolarum hæmorrhagiam narium eſſe concitandam mediante millefolio, vel radice crocodili, anteriora narium perfricando. Uſurpatur aliàs pro curatione hæmorrhoidum contra inflammationes mammarum & ulcera.

Stomaticorum) Stomatica in oris affectibus conveniunt, ſcilicet pro angina & prunella febrili in decocto, loco gargarismatis uſurpando. Proſtant autem meliora; vel & ſempervivi majoris ſuccus cum ſale Ammoniaco miſtus; itemque nitri & ☉is Ammoniaci ana in crucibulo fuſa, & in ▽ ſoluta, dant ☉ in affectibus oris & faucium præſtantiſſimum.

Conſolida bugula) Conſolida bugula egregia eſt vulneraria, quocunque modo adhibita, ſpeciatim partium externarum exulcerationes, & imprimis phthiſin, pulmonemque exulceratum curat, alvum ſimul crebriori uſu ſubducit: Id quod propter aliqualem ☉oſitatem ⊡oſam, primas vias abſtergentem provenit.

Ad coagulata, pag. 761.) Pro ſanguine coagulato ex caſu aut plagis collecto diſſolvendo ſufficere poteſt vel extractum vulnerarium ex hyperico aut plantagine, vel lapilli ♋ cum aceto aſſumpti, vel ſanguis hircinus cum aceto, ſuperaddendo diaphoretica: Vel danda hæc ſunt in juſculo temperato pingui butyrato vel ſufficiat ℥ olivarum cum cereviſia calida; utut nec chærefolium propter vulnerariam vim in decocto uſurpatam pro hoc ſcopo ſit contemnendum, & ſuave aroma contineat.

Balſaminam) Balſaminæ ſeu momordicæ poma coccinea ſpinoſa maturata nobiliſſima ſunt pro oleo parando per infuſionem cum oleo communi, vel nucum oleo, in ambuſtis mammarumque fiſſuris & ulceribus mirabili, & pro lubitu ſociando cum oleo hyperici; utut hoc per ſe & illi æquipolleat.

Polygonum, pag. 762.) Polygonum propter ſingularem vim adſtrictoriam, & imprimis ſanguinis fluentis ſuppreſſoriam, frequentis eſt uſus externi; quocunque enim modo uſurpetur aut applicetur, ſanguinem undecunque fluentem ſiſtit. Nempe polygonum hoc contuſum & applicatum ſiſtit ſanguinem fluentem, propterea etiam ſanguinaria quibusdam vocatur. Sanè mulier quædam, cum laboraret hæmorrhagia narium deſperata, aliis omnibus remediis generoſis irritis, ventre vetula, coquit polygonum in ▽ ſimplici, herbam coctam applicat ſub axillis illis, & mox ſupprimitur fluxus. Hæmorrhoides nimis fluentes etiam ſiſtere ſolet: Conf. M. A. N. C. *Ann. 3. Obſ. 22. p.* 40. unde etiam ſuccum ejus cum vino ſtyptico in vomitu ſanguis multum commendat Paulli *in Quadr. Bot.*

Styptica vernacula, pag. 762.) Sunt gallæ, tormentilla, terræ medicatæ, alumen, caput mortuum vitrioli: Ergò non opus eſt, ut anxiè quæramus exotica, v. g. ſanguinem draconis, & ſimilia.

Draconis ſanguine) Huic ſoli contra Autorem noſtrum minùs fidere poſſumus; idque ideò, quod is ſanguine hircino utplurimùm adulteratus ſit.

Lycium) Quid ſit Lycium? Neſcio.

Hypociſtidem) Hypociſtis vera rariſſimè ad nos venit.

Citra incinerationem, pag. 763.) Intelligitur hic Borelli & Foreſti inventum, ſuper doliis vini detractum, & incineratum, contra dyſenteriam & nimium fluorem hæmorrhoidum commendatum.

Gallæ) Gallæ internè & externè potens dans ſtypticum alcalinum remedium, & excellunt, utut aliàs præter gallas tota quercus, folia, glandes & cupulæ eundem effectum promittant. Cæterum uſurpantur illæ vel in ſubſtantia, vel in decocto pro decoctis nigris Chirurgorum, cujus ſpecimen habet Mynſichtius *Armament. Chym. p.* 139. Atque illud decoctum egregium exiſtit in ulceribus putridis, gangrænam minantibus, itemque in inflammationibus contuſiones ſequentibus, ubi gallæ additis myrrhâ & olibano ſunt convenientes.

Meſpili) Fructus meſpili conditus in ſpecie uſu adſtrictorio convenit in dyſenteria, diarrhœa, vomitu nimio; ſicut Foreſtus aliquando diarrhœam ferè deſperatam meſpilis curavit.

Sorbiq; fructus) Hujus, tàm aucupariæ quàm in ſpecie torminalis, fructus perquam ſtypticus dat nondum maturatus per decoctionem Rob præſtans in fluoribus inteſtinorum, & appetitu dejecto celebre.

Muſcus, pag. 764.) Quilibet muſcus ſiccatus eſt ſtypticæ naturæ, indeque Autor noſter omnes pro eadem efficacia venditat; ubi tamen uſnea ex hominis cranio violenter necati petita, prærogativam præ aliis ex eo habet, quod rore microcosmi, h. e. ſucco nutritio, & hinc mumia ſpirituoſa latente, per mortem imprægnata ſit.

Dyſentericas) Scilicet proponit hic Autor legitimam curandi dyſenteriam methodum,

Digitized by Google

dum, ibi vulgaris eſt: ut primò laxantia per os, & clysmatum formâ, abſtergentia præſcribantur: dein ſtyptica & vulneraria. Aſt ſicut hic modus in dyſenteria benigna, ex malæ diætæ vitio contracta, aliquo modo ſuccedit: Ita in epidemica & maligna, in qua fermentativum miasma utramque facit paginam, vanus eſt: Conf. *Colleg. Pract.*

Tormentillam, pag. 765.) Tormentilla inter adſtringentia in dyſenteria aliàs primatum ducit, ſimul diaphoretica & alexipharmaca exiſtens, maximè ejus Rob & extractum duplici modo parandum: Vel enim radix ex ſucco tormentillæ infuſa coquitur in ſ. q. ∇ ſimplicis, hinc decoctum inſpiſſatur in Rob, hoc cum ſpiritu vini extractum denuò inſpiſſatur in pulveriſabile corpus, quod opiatis, bezoardicis, terris ſigillatis, coralliis & theriacalibus miſtum, non contemnendum dat remedium.

Biſortam, pag. 766.) Affinis tormentillæ eſt, ſaltem, quod hæc acrior & quaſi aromatica ſit: Illa verò mitior, ſed magis adſtrictoria: Unde in quibusvis fluoribus compeſcendis eſt egregia. Rectè etiam à Schrœdero ad abortum laudatur, quatenus ejusdem decoctum vitioſum acidum uteri corrigit, uteriq; fibras firmat, ut felicius retineant fœtum. Inter alexipharmaca etiam, non ſecus ac tormentilla, refertur, tum imprimis convenientia, quando intenſior ſanguinis æſtus ſimul erit conjunctus, quem temperant hujusmodi adſtringentia, & mitigant.

Symphyti radicem) Symphytum ſeu conſolida major eſt unum ex primariis vulnerariis, præſertim radix, & hinc etiam folia: Utraque in ſe continent ſubſtantiam mucilaginoſam ſingularem, quamvis acrimoniam humorum temperantem, glutinoſitate ſua partes vulneratas quaſi conſolidantem: Balſami inſtar quasvis læſiones corrigit, acidum vulnerum & ulcerum corruptivum temperat, & optimè quibusvis læſionibus & eroſionibus partium externarum & internarum opitulatur: Conf. *Collegium Pharmaceuticum in Schrœderum.*

Trochiſcos de Carabe, pag. 768.) Trochiſcorum de carabe compoſitio ex omnibus veterum eſt optima, indeque & iidem à ʒ ß. ad ʒ j. cum pulvere hepatis viperarum combinati, egregii ſunt in caſu dyſenteriæ. Interim ſi recipiamus quoque eorum ingredientia, qualia ſunt ♆ ſigillata, gummi Arabicum, ſuccus acaciæ, corallia, CC. uſtum, tragacantha, & hisce ſociemus opium, tunc eundem effectum, quem aliàs à trochiſcis illis, ſimiliter expectabimus.

Sief) Sief ſunt pulveres ſubtiles ophthalmici, qui ex tempore fieri poſſunt ex tutia, ſaccharo, & oſſe ſepiæ.

Externos adſtringentes pulveres) Inter pulveres externos adſtringentes excellit colcothar, quippe quod ad ipſas arterias inciſas egregium eſt, recipiendo ♆am vitrioli dulcem & ♆am ſigillatam: hæcque albumine ovi excepta applicanda vulneri arteriæ cum forti compreſſione, ita optimum eſt ſtegnoticum. Sic quoque contra hæmorrhagiam narium egregius eſt pulvis ex alumine crudo pulveriſato, & cum nonnihil laccæ pictorum tincto, cum turunda, ovi albumini intincta, applicandus naribus quocunque modo.

Lupi crepitum, pag. 769.) Crepitus lupi eſt fungus ſui generis notiſſimus apud Chirurgos ad ſiſtendum ſanguinem undecunque manantem; ſpongiæ inſtar hunc imbibit, qui coagulatus acquirit talem texturam, ut exinde obturetur orificium vaſis ſanguinem fundentis. Præſtantioris effectus obſervatur; ſi ad modum Felicis Wurzii **in der Wund-Artzney**/ præparetur, forti nempe compreſſione in ſe ipſum quaſi cogatur.

Olea) Pro ſcopo adſtringente, firmante & roborante, quidam parant olea: ſed ridiculè. Interim, qui conſiderat, olea quælibet, quatenus ſunt pinguia, ſemper emollire, impoſſibiliter ea adſtringunt; quin potiùs magis reſolvent. Atque par ratio eſt cum unguento Comitiſſæ.

Unguentum, pag. 770.) Loco unguentorum omnium ad vulnera recentia ſufficere poſſunt balſamica quædam: v.g. balſamus hyperici ſupra memoratus, qui cum terebinthina & cera facilè in unguentum redigi poteſt; vel balſamus Peruvianus ſimplex calidè vulneri inſtillatur; vel fieri poteſt balſamum vulnerarium catholicum hoc modo:

℞. *Olei hyperic.* ℔ i ß. *Sulphuris* ʒ j. Hæc ſub blanda ebullitione redigantur in balſamum ſulphuris: Hinc adde

Ceræ novæ ʒ iij. *terebinth.* ʒ ij. *oliban. myrrh.*

♆ *vitrioli dulc.* ana ʒ iij.

Miſceantur probè omnia, & uſurpentur pro balſamo vulnerario, facilè in conſiſtentiam emplaſtri redigendo, imminutione ſcilicet olei & auctione ceræ & reliquorum ingredientium ſiccorum. D. S.

Köſtlicher Wund-Balſam oder Pflaſter.

Emplaſtrum) In emplaſtris luxuriant vulgò Autores; cùm tamen pro ſcopo vulnerario omnia baſin agnoſcant concretum Saturninum, unde hoc ex tempore haberi poteſt, eidemque potiùs aſſociari poſſunt balſamica, v.g. Myrrha, aloë; item ♂ialia, ut crocus ♂is ♃atus, vel ♆ vitrioli dulcis: quæ omnia, exceptâ cerâ vel melle dabunt emplaſtrum egregium; tàm pro vulneribus, quàm pro ulceribus: Vel,

℞. ℥ *Olivar. lithargyr.* ana ℔ j.

Digitized by Google

Coque invicem ad debitam conſiſtentiam, ſpiſſam ſcilicet, & donec nonnihil obſcuri coloris contrahant, hinc ſucceſſivè intereà adſpergantur:

Aloes ſuccotr. myrrh. elect. ana ʒ ij.

Deinde liquefactis omnibus, adde

Sevi hirc. vel *cerv.*

Ceræ flav. ana ʒ iij. *reſinæ alb.* ʒ j.

Agitata poſtmodum ab △e remove, & adjice tandem

Camphoræ in ♌ *hyperic. ſolut.* ʒiß.

Miſta compingantur in emplaſtrum, in veſica oleo illita aſſervandum, & ubi diſcuſſione & emollitione opus eſt, uſurpandum.

Defenſivo pag. 772.) Sic enim defenſivè excellit ☉ in albumine ovi ſolutum: v. g.

℞. *Album ovor.* No. j. ij. vel iij.

Hoc in ſcutella detentum agitetur cum fruſto integri aluminis tamdiu, donec invicem abeant in conſiſtentiam albam inſtar flocculorum, quibus ſtuppa cannabina vel linteum intinctum & applicatum eſſe poterit, loco omnium defenſivorum ad arcendas inflammationes in caſu luxationis.

Item epithema in eryſipelaceis diſpoſitionibus & ophthalmicis egregium eſt, hinc in oſſium fracturis, ubi opus eſt externo defenſivo reſolutivo.

Catagmaticum) Ad fracturas oſſium emplaſtrum optimum eſt illud Felicis Wurzii, quod & inſtar omnium eſſe poterit. Equidem vulgò & pro ſcopo hoc oxycroceum adhibetur: Sed tamen illud per obſervationem Hildani non uſque tutum eſt.

Ad hernias) Pro herniis curandis omnis labor eſt fruſtraneus, niſi vulnus debitis ſubligaculis firmetur, & unà cum his unguenta & emplaſtra adhibeantur: indeque egregium eſt externè oleum hyperici jam allegatum, quod cum floribus ſulphuris in balſamum redactum pro litu adhiberi quoq; poteſt; poſtmodum deſuper imponendo emplaſtrum Saturninum aliquod, cui ſociatum ſit vel gummi galbanum, vel caranna, & hiſce tandem applicetur ſubligaculum: Contrà internè, præter plantaginem, vel herniariam, vel pyrolam, vel alchymillam, perfoliatam, & flores hyperici, in decocto vel extracto uſurpare poſſumus. Pro ſcopo anodyno & temperativo ſunt oleum hyoſcyami vel oleum florum, vel unguentum, vel emplaſtrum hyoſcyami ſufficiunt.

Detergentia pag. 773.) Inter hæc etiam referuntur ptarmica: Ptarmicum ex ☉e vitrioli cum ▽ majoranæ vel cum ▽ liliorum convallium egregium ſit.

Paracoculi, pag. 774) Cum butyro ſubacti ſtatim pediculos expellunt.

Maſticatoriorum, pag. 775.) Maſticatorium optimum eſt ex ſolis foliis nicotianæ; vel quando extractum nicotianæ doſi piſi circumvolvitur in ore.

Quæ vermibus opponuntur) Remedia eaque generoſiora prodeunt ex Marte & Venere: Hujus nempe flos viridis dictus, quem habet Zwelfferus *in Mantiſſ. Spagyr.* cujusque effectum tradit Timæus *in Caſibus.* Interim tamen ſuſpecta eſt ipſa Venus cruda propter nauſeam & vomitus, læſionem ſtomachi; & contrà tutiora ſunt Martialia, atque inter hæc limatura Martis cruda præparata; quâ ipſa tamen melior adhuc eſt crocus Martis ex vitriolo ♂is ſoluto, oleo tartari per deliquium præcipitatus, qui edulcoratus & exſiccatus omnibus aliis Martialibus his præſtat, & etiam infantibus tutò datur. Ubi tamen pro his commendanda, ceu tutiſſima Mercurialia, ſive in forma ſicca, ſive in humida propinentur: in ſicca quidem, dum recipitur ☿ vivus, hicque cum ſ. q. ſacchari tritus in formam pulveris doſi ∋ ß. ad ∋ j. uſurpandi: Vel & ☿ dulcis præſcribi poteſt, non quidem in forma pulveris, cùm ſic ori noceat; ſed cum ſ. q. conſervæ roſarum redactus in conſiſtentiam boli, aut pilularum majorum. Hæc eſt via ſicca. In liquida verò proſtat ▽ Hermetica Horatii Augenii vel Helmontii, nempe,

℞. ▽ *hyperic.* vel etiam *comm.* ℔ j.

Huicque inditur

☿ *ii vivi* ʒ ß. vel ʒ j.

Agitando probè, vel blando igne aliquandiu ebulliendo, hinc aquam claram decantando, relicto in fundo Mercurio, qui abjicitur: Ipſa verò ▽ cochleatim propinatur infantibus non ſine efficacia pro ejiciendis vermibus.

Sic externè pro eodem ſcopo optimè convenit aloë hepatica, c. ſ. q. fellis tauri recentis ſubacta in formam linimenti, & fruſto veſicæ palmam manus æquanti illita, ficque calidè regioni umbilicali applicata, id ſubindè, ni pertinaciter adhæreſcat, repetendo.

Santonico) Veterum Santonicum ex abſinthiorum genere non obtinemus pro nunc, ſed eſt nobis ſemen tanaceti cujusdam loco ejus in uſu: Conf. Fehrius *de Abſinthio pag.* 16. & Bauhinus *Tom.* 3. *Theatr. Botan. p.* 382. Santonicum autem dicatum eſt infantibus, quia generoſiora ex Venere & Mercurio & Marte non poſſunt ferre.

Vermium umbilicalium, pag. 776.) Vermis umbilicalis mentionem facit Sennertus *lib.* 3. *Prax.* Germanis dicti, **der Zehrwurm oder Geitzwurm:** Et Autor noſter originem ejus duplicem agnoſcit. Cæterum pro eo latente explorando applicetur fundulus vivus, quippe hujus applicatione ille ineſcatus allicitur, ut incipiat piſciculum depaſcere, quo apparente, certi ſumus de ejus præſentia;

Digitized by Google

ſentia; hinc que applicemus dimidium corticem juglandis, repletum melle, vitro Veneto, & pulvere ſabinæ; ſic namque ab hujus miſturæ comeſtione vermis enecatur, ut extrahi queat.

In aut ſub poris pag. 777.) In aut ſub poris cutis deliteſcentes crinones optimè ineſcantur illitu mellis, ut foras prodeant; hinc vel volſellâ vel novaculâ, vel cruſtâ panis acutâ abradendi, utut & ſuaſerim poſt affrictum mellis lavandas eſſe infantum ſcapulas & dorſum ▽ hermetica Horatii Augenii.

Scrophulariam) Hæc vulgò commendatur internè & externè tanquam ſummum ſpecificum contra hæmorrhoidum tumores, aliosque earum affectus, in quocunq; ſint ſtatu: & certum eſt, quod radix ejus appenſa recens externè ſcapulis, foliaque, internè omni manè cum butyrato pane comeſta, egregia ſint pro hoc ſcopo. Præterea eandem radicem ſcrophulariæ chirurgi cataplaſmatibus ſuis pro duris & ſcirrhoſis rumoribus partium, præſertim glanduloſarum emolliendis, non ſine ſucceſſu admiſcent. Ex hac ſola recenti mundata & contuſa fit unguentum cum butyro recenti in olla nova, per dies noctesque 15. in cella aut loco humido reponantur, dein liquefacto ſenſim igne lento butyro, ſervatur linimentum egregium externo uſu contra hæmorrhoides. Radix hæc in teſſulas diſſecta & filo connexa vino injiciatur, de quo 9. diebus patiens in nimio fluxu bibat: poſt radices ſiccentur, & eo modo, quo ſiccantur radices, etiam hæmorrhoides imminui & quaſi ſiccari aſſerunt: ſin verò rurſus aperire velimus, vino vel aquæ rurſus imponendæ ſunt, atque tunc iterum nonnihil hauriendum.

Sideritidem cum filagine) Sc. hiſce duabus plantis, nunc ſolitariè, nunc verò cum hyperico & tanaceto, mulieres utuntur pro balneo infantum, ſi ſunt incantati fricantes eosdem unâ cum herbis iſtis, quando lavantur infantes; & cum hæ mucilaginem fundant, ab acido cutis per frictionem tranſpirante coagulabilem, hinc comparent quaſi copioſæ ſordes extrinſecus, in quibus latere exiſtimant faſcinum illud, indeque nati æſtus vagi, dejectiones itidem non rarò alvi, & tabeſcentia corporis: cum tamen per balneum iſtud potiùs aperiantur pori cutis obſtructi, acidumque latens ſub hac tranſpiratione, coagulando dehinc mucilaginem herbarum, in viſibilem ſubſtantiam abeat. Conf. Hœferus *Herc. Med. pag.* 207.

Lapathi acuti) Hoc oxylapathum majus aliàs dictum egregium eſt pro ſcabioſis & ſerpigine laborantibus, teſte Simone Pauli *in Botan. Quadrip.* Imò ego ipſe novi hujus radicis cum aceto ſubactæ inſignem effectum pro litu ſcabioſi inſignis.

Oſſepiæ: *pag.* 779.(Aliàs uſu interno eſt inſigne præcipitans & invertens omnia animalia & cancrina vicens, hinc que præcipitantis magni nomine quibusdam veniens: Externè verò illud Martialia & alia mineralia ſuperat.

Vulgares ſtrumæ) Contra has Helmontius *Tr. Tartarus non eſt in potu*; duo habet euporiſta: nempe pulverem internè, & ℥o externè uſurpandum. Spongia calcinata à ʒj. ad ʒ i j. contra ſtrumas commendari ſolet. Decocta ſcrophulariæ & vincetoxici totius etiam commendantur, vid. M. A. N. C. *Ann.* 1. *Obſervat.* 57. *pag.* 155.

Glandularum maxillarium tumores,) Tumores glandularum colli quaſi ſtrumoſi affines ſunt ſtrumis propriè ſic dictis, iidemq; vix comparent, nili præexiſtentibus ſimilibus in meſenterio, obſervante hoc Schulteto *in Armamentar Chirurg.* in quo caſu ad tabem univerſalem diſponunt. Interim ſi recentes illi fuerint, optimè tolluntur, præmiſſa internè purgatione ex helleboro nigro cum ☿ io dulci; externè per emplaſtrum de Ranis Vigonis cum ☿ io, ceu optimo reſolvente tumores ejusmodi: ſic ut in contumaciori malo neſcirem, an melius inveniri queat remedium, quàm ſalivatio Mercurialis, ceu morbis ex acido viſcido lymphæ enatis optimè ſuccurrens.●

Sartoriam coſtam) Sartoria coſta eſt ſubjectum non perfectè oſſeum, ſed in receſſu mucilaginoſum: hinc ~ ☉i per hanc abſtractionem ſecum rapit, & paucum magma relinquit.

Urinatoribus pag. 780.) Sc. pro iis, qui noctu ſtragula permingunt, commendantur vulgò veſicæ animalium exſiccatæ & propinatæ: ſed potiùs convenit Solenandri euporiſton, guttur galli probè exſiccatum ſeu toſtum exhibentis, in deſperatis urinæ incontinentiis, in quo invento etiam acquieſcit Autor noſter.

Stercoreos ſcarabæos) Scarabæos ſtercoreos vel pilulares, in oleo præſertim violarum infuſos, commendant pro anodyno hæmorrhoidum cœcarum; non ſecus ac oleum aſellorum.

Oleo lacertarum) Oleum lacertarum ex Sculteto contra hernias laudat Zwelfferus *in Pharm. Regia*; quod tamen non ſufficit, niſi ſubligacula apta concurrant.

Martem, adſtrictioni) Sc. quò magis Mars ad ♄eam naturam redactus eſt, eò magis imbibendo & abſorbendo adſtringit; atque hinc calcinetur pro croco ♂is adſtringente. Martialia autem adſtringentia dividit Autor in externa & interna; externè ſufficit ♀ vitrioli

ritè calcinatum, vel ſumatur ♎ ☉li dulcis, quæ externè pro ſcopo adſtrictorio ſufficit: Internè crocus Martis, & ex hoc ℞ ♂is adſtringens.

Inter manus) Sc. per accidens non rarò enaſcitur crocus Martis adſtringens; quippe dum juxta Tacchenium ex vitriolo Martis puro in ▽ ſimplici ſoluto cum oleo tartari per deliquium paratur tartarus vitriolatus; præcipitatur ad fundum minera illa Martis anteà ſoluta ſub croci Martis nomine, qui ablutus pro croco Martis adſtringente optimè dari poteſt: vel & idem hic crocus in crucibulo aliquandiu calcinetur; nam & hac ratione adſtringens evadit: Sic & idem crocus præcipitatus & non calcinatus ſolvi poteſt in ſ. q. ☾ ☉i (ubi minor æſtus & ebullitio exſurgit, atque comparet) & hinc ſoluto croco per retortam denuò abſtrahatur ☾ ☉i ad conſiſtentiam mellis: atque hoc poſtmodum magma affuſo ☿ digerantur aliquandiu; ſic namque emergit ℞ ♂is adſtringens efficax & elegans, nec adeò diſſimilis, ſi non eadem ℞ ♃is ☉li.

Croci Martis p. 781.) Sc. ſolvitur Mars in ▽, hinc ſolutio filtrata abſtrahitur ad ſiccitatem usque, deinde calx relicta ulterius ignitur forti igne, ut omne contagium ſpiritus ☉i exhalet; uti imperfectè inſinuat hunc proceſſum Schrœderus *l.* 3. *pag.* 379.

Ferri batitura,) Elegit Autor noſter batituram ferri pro croco Martis adſtringente; item ſquamas ex craticula furnorum ♌atoriorum, calcinando in crocum redactas.

Capite mortuo florum ſalis ammoniaci,) Hunc proceſſum hábet Schœderus ſub nomine ſalis Martis purgantis: ex quo capite mortuo mediante ☿ extrahitur ℞; vel & illud forti igne exuritur, ut omne acidum ſalis communis abſcedat.

Tincturæ in ſe neutrales, pag. 782.) Fiunt ſc. ex calcinatis quibuscunque Martialibus aceto fortiſſimo infuſis, illoque abſtracto per ☿ extractis.

E ſolutione Martis,) Sc. Glauberus Martem cum duplo tartari ebulliendo in ▽ ſimplici tractat, & in rob redigit; hocque ♌at in ſpiritum, uti putant, tartari martialem, & in oleum ſpiſſum; quod tamen productum ſimiliter eſt tartareæ proſapiæ.

E florum pag. 784.) Triplices ſuggerit flores, in infimo loco nigricantes, qui fluunt in liquorem maximè ſtypticum, ſed nauſeoſum. Iſti croco Martis ſuperiori ſi affundatur ſpiritus ſalis, acquiritur liquor ſtypticus aurei coloris, ſed maximè nauſeoſo-ſulphureus. Hæ tincturæ, ſolutis Martialibus cum ſpiriru ſalis, alio modo etiam fiunt: iſti flores cum ♑e ammoniaco adhuc calidi irrorentur ☿u, ſic tingitur hic; vel recipiatur ſolutio Martis cum ☾uſalis facta, coagulata ſic forti △e in retorta ♌etur, illudque ſublimatum adhuc calidum ſpiritui vini immergatur.

Alumen rupeum, pag. 784.) Alumen rupeum eſt minera quædam terrea ſaturnina, de natura cretacea, ſpiritu ſulphuris acido ſoluta, & in corpus tertium, alumen vocatum, coagulata: ſicuti enim idem ſpiritus ſulphuris rodendo mineram Martis vel Veneris abit in vitriolum; ita rodendo terram Saturninam coit cum eadem in aluminoſum corpus: vid. Jungii *Doxoſcop. Phyſ. cap. de ☉lo & Alumine.*

Per ſe intus) Quidam alumen internè crudum uſurpant: ſed vix uſurpatur, niſi quod aliquando illud in hæmorrhagia uteri nimia poſt partum cum fructu dederim; aliàs non ſuadeo: econtrà externè ſulphur lacti vel epithematibus pro gangræna arcenda adjungitur. Intus datum contra febres non facilè ſuadetur.

In Chymicis utilis: p. 785.) Pro uſu chymico eſt conveniens, ut ſc. alumen admiſceatur aliis concretis ♌andis, ut ratione phlegmatis ſui abundantis ſpiritus horum difficulter prodeuntes diluat, atque hinc ſpiritus ſalis & nitri hoc modo ♌entur; non ſecus ac ſalia fixa additione aluminis in ſpiritum volatilem rediguntur, hacque ratione ſal tartari volatiliſare putant: verùm hic ☾ volatilis ex alumine eſt, non ex ſalibus fixis.

Magiſteriis vegetabilibus & mineralibus, p. 785.) Vegetabilia ſi ebulliant in lixivio, poſtmodum filtrantur & præcipitantur cum aluminis ▽, ♎ aluminoſa ſe adjungit magiſteriis: unde hæc illâ adulterantur.

Phlegmaticum acidulum, p. 786.) Per ♌ionem acquiritur phlegma acidulum in fundo remanente alumine uſto.

In externos uſus) Sc. alumen uſtum convenit pro epithematibus in carne ulcerum excreſcente ad ulcera manantia, non ſecus ac idem quoque ingreditur lapides medicamentoſos, nec non cum melle ſubactum adhibetur pro faucium excoriationibus.

Sacchari p. 787.) Sc. ſaccharum aluminis eſt magiſterium aluminis vi præcipitatoriâ pariter ac ſtyptica pollens, poſteaquam acida eorum vis penitus inverſa eſt; indeque antifebrilia ſe ſiſtunt, ante paroxyſmum ſc. data. Interim tamen eadem minus tuta ſunt, quin potiùs, niſi tales ægri cautius tractentur, febris facilè recidivat.

Hæmatitem p. 788.) Hæmatites eſt concretum eſt ♂e & ♎a minerali ♂iali; indeque reperitur nunc purior in lapidis forma, nunc impurior, Martialibus ſtriis inſignitus, conſpicuus, hicque Schiſtus, Germanicè der Glaß-Kopff/ vel der Eiſen-Wurm/ vocatur. Jam igitur, quicquid hæmatites ope-

operatur; id facit virtute Martis, hinc loco croci ♂is adſtrictorii adhiberi poteſt; habet enim vim adſtringendi.

Ut periaptum) Scil. hæmatites quidem nunc plus nunc minus confert pro uſu ſiſtendi ſanguinis fluxum; ac conf. Boyle *in ſpecim. de Gemmis, pag.* 198. ubi ſingulare experimentum habetur. Interim, quisnam hæmatites hac vi excellat? non, niſi per experientiam cognoſci poteſt.

Flores) Flores hæmatitis ſunt egregium remedium diaphoreticum atque febrifugum, præſertim in quartanis; egregium etiam digeſtivũ quaſi Martiale in morbis chronicis utile.

Ætiten, p. 789.) Ætites qui fovet intra ſe terram ochream, ſeu bolarẽ, vocatur Geotes.

Magnetem p. 790.) Sc. cum ex magnetis minera non rarò Mars eliciatur; proinde Martialia pro uſu medico idem præſtabunt.

Alabaſtrum) Alabaſtri calcinati lixivium non differt ab aqua calcis vivæ; inde hæc illi ſurrogari poteſt.

Amianthum) Amianthus ritè præparatus diduci poteſt in fila, ex quibus linteamina incombuſtibilia confici poſſunt, & in hiſce, quicquid concluſum concrematur, illudque ſit integro manente continente involucro. Tale marſupium ex amiantho confectum vidi Mediolani apud Canonicũ Septalini, artificium hoc præparandi amianthum callentem, ſervoque adhuc aliquot fila mihi dono data. Porrò ſunt, qui in furno Athanoris, loco ellychnii vulgaris, aſſumunt fila amianthi, eaque oleo immergunt; ſic enim flamma ſemper in eodem gradu perſiſtit: interim tamen & tali modo ab olei fuligine alteratus amianthus extinguitur. Tandem metallarii amiantho utuntur pro depurandis metallis, eò quod abſorbeat quæcunque heterogenea ipſis adhærentia.

Talcum vulgarem, pag. 791.) Talcum album eſt corpus ex mineralibus fixiſſimis & igni reſiſtentibus, nec menſtruis quibuscunque domandum, niſi quod adjecto borrace, interveniente extremo ignis gradu, in crucibulo fuſile evadat. Cæterùm liquori ſeu oleo talci parando lucem aliqualem affert tritus ille Langettotti, quo ipſo forſan ſubigi, & in geminum olei corpus redigi poterit; contrà reliquæ præparationes vulgares talci ſunt ſaltem ejusdem in minima redactiones ſine ſpe liquoris obtinendi.

Calaminaris lapis) Lapis calaminaris à Glaubero ſolaris, ab aliis Martialis naturæ habetur: ſed rectius eſt naturæ Saturninæ, unde quælibet acida & humida abſorbet, indeque vel per ſe ulceribus manantibus & dolentibus pro imbibendis ſordibus inſpergitur, vel cum aliis in forma liquoris applicatur, & egregius eſt.

Oſteocollam, p. 792. Hæc igne invincibilis, egregia eſt in promovendo callo, & ferruminandis oſſibus: poſito nempe, quod feſtucæ oſſium coalitum impedientes non adſint: Conf. Hildanus.

Cadmia nativa metallica communis p. 793.) Cadmia nativa metallica communis vocatur cobaltum, ex quo cœruleum iſtud, die blaue Farbe/ fit, eſtque in receſſu naturæ Venereæ, atque ob hanc crudam & volatilem arſenicalem exiſtentiam eſt virus enecandis muſcis appropriatum. Equidem Glauberus ex eo quoque voluit elicere Jam: ſed fruſtrâ. Aliàs potius pro enecandis muſcis, quàm parandis medicamentis, inſervit.

Chryſocolla) Chryſocolla, das Berggrün/ aliàs vocatur: eſt minera Veneris, in loco natali ab acido quodam volatili corroſa, & quaſi in æruginem ſeu vitriolum converſa.

Lapis quidam medicamentoſus) Lapidis medicamentoſi variæ ſunt deſcriptiones externè pro ulceribus & gangræna, itemque faucium gravioribus exulcerationibus, accommodati: vid. etiam Schrœderus. Aſt eligit Autor noſter ſimplicem illius compoſitionem, hoc modo:

℞. *Vitrioli* ℥iv. *aluminis* ℥ij. *ceruſſ.* ℥iij. *colcothar.* ℥ß.

Hæc pulveriſata infundantur in pauco aceto, coquendo leniter, ſæpius agitando & pedetentim inſpergendo

myrrh. ℥j.

usque dum omnia evaporando in lapidem quaſi coagulentur. Cujus uſus eſt, ut ℥j. ejus diſſolvi poſſit in ▽æ plantaginis menſur. j. & pro eluendis ulceribus & locis gangrænoſis, itemque abſtergendis oris exulcerationibus adhibeatur; ſic & ejusdem lapidis ℥ß. diſſolvi poteſt in ▽ plantaginis ℔j. & colaturæ immitti ſpongiola, applicanda ulceribus faucium pro ſui mundificatione & tibiarum depaſcentibus, deſuper imponendo emplaſtra vel lintea. Sic tandem eidem colaturæ infundi poteſt gummi lacca, & hinc liquore hoc gingivæ fricari in caſu tumefactionis ſcorbuticæ gingivarum.

Mercurialium ad Topica) Sc. Mercurius vivus emplaſtris addendus cum ſaliva extinguitur, terendo ſc. eundem in mortario lapideo cum piſtillo ſimili, & ſucceſſivè immittendo ſallivam, donec pulvis ſpiſſus evadat. Dicit Autor ligationem hanc tantum ſuperficialem eſſe, & non, niſi apud hypochondriacos, propter eorum ſalivam acidiorem quærendum. Poteſt autem ſimpliciter ſubigi cum axungia porcina vel terebinthina pro litu externo ad inſtituendam Mercurialem inunctionem. Amalgama ex ☿ i part. ij. & ♄ ni part j. cum emplaſtris, tàm Venereis quàm non Venereis, commodè uſurpari poteſt.

Digitized by Google

poteſt. Zwelfferus pro emplaſtro abſtrahit ∇, ſed male, fatetur enim. Sic & Mercurius dulcis ſuperior, vel turbith minerale commune ex ſublimato præcipitatum, vel & cinnabaris, huc advocari poteſt, ſubigendo ſcil. ſingula horum cum pinguedine porcina, vel terebinthina, pro litu ad ſalivationem inſtituendam.

FORMULÆ HUJUS CLASSIS.

Decoctum vulnerarium:

℞. *Hb. plantag. m. ij. pyrol. alchymill.* ana mß.
Comar. hyperic. florent. Mj.
raſur. CC. ℥ *j.*
coque in ∇ *ſimplici.*

℞. colaturæ ℔ *i* ß, adde
ſacch. parum, vel *ſyrup. de ſymph. Fernelii* q. ſ. M. Hinc

℞. *lap.* ♋ *præp.* ʒ*ij.*
aceti vin. ʒ*vj.*

Miſta aſſerventur pro uſu:

Hujus miſturæ cochlear j. ſemper propinetur unà cum hauſtu calido ſuperioris decocti vulnerarii.

Miſtura vulneraria:

℞. ∇ *julor. plantag.* ʒ*iij.*
extracti plantag. ſuccoſ. comp. Autoris ʒ*iij.*
lapid. cancr. præp. ʒ*j.*
laud. opiat. gr. iß. M.

Detur pro doſi ſubinde cochlear j. repetitis vicibus.

Miſtura contra hæmorrhagias, & in ſpecie contra hæmoptyſin:

℞. ∇ *plantag.* ℥ *ij.*
℞ ♂ *adſtring.* ʒ *j.* ad ʒiß.
ſyrup. papav. alb. ʒ *vj. M.*

Capiatur cochleatim. Vel ad imitationem illi⁹ Sylvii miſturæ ad quasvis hæmorrhagias:

℞. ∇ plantag. ℥ iij. acet. vin. ʒ iij.
♆ ſigill. ʒ ß. corall. rubr. præp. ∋ j. aut *croci* ♂ *is adſtring. gr. XV. laudan. opiat. gr. iij. ſyrup. portulac.* ʒ *iij.*

M. pro aliquot doſibus.

Bolus antidyſentericus.

℞. *rob ſorbi torminal.* ʒ *i* ß.
bezoard. Martial. gr. xv.
croc. ♂ *is adſtring. gr. vj.*
laudan. opiat. gr. ij. M. f. Bolus.

Aut in forma potionis:

℞. ∇ *æ plantag.* ʒ*iij.* ~ *theriac. camph.* ʒ*iij. extr. torment.* ʒiß. *corall. r. præp.* ∋ *ij. croci* ♂ *adſtring.* ∋ *j. laud. opiati gr. iij. ſacch. par. M.*

ubi & loco coralliorum rubrorum, croci Martis & laudani opiati, recipi poterint trochiſci de carabe, ʒ i ß.

Pulvis contra lumbricos:

℞. ☿ *dulc. gr. xv. ſacch. albi* ʒ ß.

M. F. Pulvis pro aliquot doſibus, dando plus minus pro ratione ætatis infantum.

Vel in forma Boli.

℞. *conſerv. flor. perſic.* vel *roſar.* ∋ *j.* *ad* ʒ ß. *pulv. Merc. ſaccharat. gr. xij. xv.* ad ∋ *j.* vel ʒ ß. *M. c. ſ. q. Syrup. roſar.* Fiat bolus.

Gargariſma in prolapſu uvulæ fauciumq; excoriatione & ulceratione:

℞. *HB. prunell. M. ij. plantag. M. j. gallar. pulver.* ʒ *iij.*

Coqu. in ſ. q. ∇ *comm.* ſeu *ferrarior.* Colat. ℥ x. adde *alum.* vel *crudi* vel *uſti* ∋ *j.* ad ʒ ß. *ſyrup. roſar. rubr.* ʒiß.

Miſc. pro colluendis faucibus.

Cataplaſma ad Contuſiones graviores:

℞. *radic. conſolid. maj.* ℥ *i ij. polygonat.* ℥ *i* ß. ad *ij. fl. cham. mj. croc.* ʒ *j.*

Coq; in ſ. q. ∇ *ſimpl.* vel vini. Et hoc decocto foveatur locus contuſionis crebrius, vel maſſa cocta applicetur inſtar cataplaſmatis, poſt prægreſſam cum ſpir. vini camphorato inunctionem.

Litus pro ſcorbuto gingivarum:

℞. *gumm. laccæ* ʒ *i* ß. *Oris uſti* ∋ *j.*

Pulverem excipe cum *mellis roſat.* ʒ vj. adde ~ ♋is parum & q. ſ. pro grato ſapore; Affricetur ſubinde gingivis.

Pulvis ulceribus tibiarum manantibus inſpergendus:

℞. *lap. calam.* ʒ *iij. croc.* ♂ *adſtring.* ʒ *j. ceruſſ.* ʒ iß. *pulv. mac.* ʒß. ad ℥*j.*

Miſta ſucceſſivè inſpergantur.

Emplaſtrum Mercuriale:

℞. *Emplaſtr. Saturn. Aut.* ℥ *iij.* adde ☿ *rii viv. cum terebinthina vel ol. laur. ſubacti* ℥ *i* ß. vel *amalg. ex* ☿ *io vivo &* ♄ *no* ʒ *v.*

Et cum axungia porcina q. ſ. F. Emplaſtrum ductile. Vel (quod Patavii in uſu eſt) pro tumoribus & ulceribus Gallicis:

℞. ♌ *commun.* ℔. *viij. min. optim.* ☿ *præcip. ſeu Turpeth. min. Autoris* ℔ *j.*
ceruſſ. cer æ albæ ana ℔ *ij. M.*

Coque cum continua agitatione ad conſiſtentiam unguenti vel emplaſtri.

F I N I S

COLLEGII PHARMACEVTICI IN LUDOVICUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Signa Characterum Chimicorum

Aer ----- ☆. ◇.
Acetum ---- + +
Aciduum ---- ♈
Alumen ---- ♊
Antimonium -- ♁
Aqua ----- ▽
Aqua-fortis --- ▽̇
Aqua-regia -- ▽R
Avena ----- ⁘
Argentum vel Luna - ☽
Argentum vivum-vel Mercur. ☿
Arsenicum --- ⊸⊸
Aurum seu Sol -- ☉
Balneum Mariæ -- B. M.
Borax ---- ♃
Calx viva --- ♄
Cancer ---- ♋
Caput Mortuum - ⊖
Calybs vel Ferrum — ♂
Cinnabaris --- ☋☊
Cucurbitum -- X
Crystallus --- ▭
Cuprum, vel Venus- ♀
Cucurbita -- 8
Cera ---- ✚
Distillare -- ♌
Digerire --- ♍
Dixum --- V.

Distillare

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google